

SINGVLARIA DOCTORVM

HAC TERTIA EDITIONE EMENDATA, ET AVCTA, ANALYTICISQVE ADDITIONIBVS, AC DOCTISSIMIS ANNOTATIONIBVS ILLVSTRATA.

Quibus acceßit lectura D. Matthæi Mathesilani in septimum librum Cod. ad finem eius notabilium posita.

Addito sub calcem secundi Tomi omnium rerum Indice locupletissimo.



LVGDVNI.

Bouerius fol. 187.
Cremensis fol. 364
Corsetus fol. 301
Guidopapa fol. 207.
Gerard. de Petrasancta 281
Guglielmi de Sudo 438.
Hipolitus de Marsil. 343.
Mattesilanus 82
Romanus 2 –

SINGVLARIA CELEBERRIMI Domini Ludouici Pontani Romani.

Quibus accessere Additiones Do. Ioannis Baptistæ Castellionei Genuensis, necnon Do. Nicolai Pignolati, Do. Gabrielis Sarayne Ciuium Veronensium, ac aliorum Iuris vtriusque Doct. quibus nuper decorata atque emendata fuere.

I.

1 *Verbum, Omnino, intelligitur ipso iure.*
2 *Verbum, Modis omnibus, exponitur ipso iure.*

1 VERBVM, Omnino, † intelligitur ipso iure: glos. est singularis, secundum Bal. in l. prima. §. si pecunia. ff. deposi. † Verbum, Modis omnibus, id est, ipso iure. glo. est singularis in authen. vt defunct. seu fune. §. sancimus. in versicu. modis omnibus.

ADDITIONES.

Ad hoc vide Felin. vbi facit mentionem de isto singulari in capi. de regularibus. de simon. Barba. plura allegantem consil. xlv. colum. iij in secunda parte. Felin. melius quàm alibi dat ix. significationes huic dictioni in c. ex parte. in princi. de offic. & po iud. dele. Mathes. not. cij. & cxiiij. Ias. in repe. l. ij. colum. v. C. de iure emphy. Ant. Cor. in litera o, in verbo, verbum omnino.

Adde Alex. ad Bar. in l. Imperator. ff. de iure fis. Feli. in c. Rodulphus. col. xvj. versi. omnino. de rescript. post eos quos allegat Soci. in regu. eccle. fallen. iiij. & v. Ias. in l penulti. notab. vj. C. de pact. Et quinque notabiles effectus, vt intelligatur ipso iure, ponit Ioan. Croc. in l. j §. qui præsens. lectu j. ff. de verborum oblig. Nicol. Pig.

De verbo Omnino, & aliis similibus latè tradidi in annotationibus meis ad Matthe. Mathesil. sing. cxj incip. Nota quòd vbicunque per legem. & ad Franc. Cremen. sing. vij incip. tu scis quòd verbum præsentis. de hoc ibi multa videre poteris. Gabriel Sarayna.

II.

1 *Verbum præsentis temporis, seu futuri, non intelligitur ipso iure.*
2 *Verbum præsentis temporis si in dispositione geminetur, puta, quod dicatur, tale quid cassent & irritent, intelligitur ipso iure.*

1 LIcet verbũ præsentis tẽporis, seu futuri, † non intelligatur ipso iure. l. in criminali. cũ si. C. de iur. om. iud.
2 Tamen † si diceretur, tale quid cassent & irritent: intelligitur ipso iure. Bal. singulariter in titu. de pace Constan. in §. hoc quod nos. in verbo, cassentur, & in irritũ deducantur. nu. 4. per illum tex. vbi est casus.

ADDITIONES.

Adde quòd idẽ est de verbo, priuetur, à testatore prolato, quod etiam intelligitur ipso iure, ita dicit Bal. in l j in vij. col. C. de his quę pœ. nom. Idem dicẽdum de verbo, Careat. c. ad aures. in verbo, vires nolumus obtinere. de rescrip. Abb. in c. super his. de fide instru. & in c. nihil est in v col. de elect. per gl. sing. in c. nouit. de his quæ fiunt à præla. An autem verba præsentis temporis importent quandoque ipso iure, vide satis plenè per Feli. in c. Rodulphus. col. xvj & seq de rescri. Matth. no. cij. incip. nota quòd vbicunque. & notabi. cxiiij incip. Nota quòd vbi lex. Fran Crem. not vij incip. tu scis quòd verbum. & vide quæ addidi in dictionario Albet. in ver. Verba futuri temporis.

Adde l. non dubium ver. cassum & inutile. vbi Bal. in vj notab. & Ias. in 2 C. de legi. Semper enim quando in dispositione fit geminatio, seu multiplicatio similium verborũ, præcisa mens disponentis arguitur, quòd ipso iure fiat. Ad idem in c. in Genesi. in fi. ibi, irritum & inane de elect. & c. inter cætera. ibi, irritum decernimus & inane. de præben. & authenti. cassa. vbi Deci. in princip. C. de sacrosanct. eccle. Barthol. Cæpol. in l. irritam. in princip. ff pro donat. idem Deci. consil. cccxxvij. colum. j & penulti. Maria. Socin. Iunior, consilio cxxxiij. colum. iij. lib. j. Nicol. Pig.

Adde Carellia. Cor. in memorab. in verb. geminatio verborum. Et latissimè per Bartho. Chass. in commentariis cõsuetud. Burgund. in rub. ij. §. *qui confisque les corps.* in ver. *confisque les biens*, nu. 2. Gab. Saray.

III.

1 *Excedens modum in se defendendo, vt cùm possit euadere vulnerando, voluit occidere, an puniatur de occiso?*

1 AN si quis excesserit modum in defendẽdo se, † vt cùm possit euadere vulnerando, voluit occidere, vt in l. j. C. vnde vi. cum simi. puniatur de occiso? Bald. singulariter in cap. j. col. ij. nume. 7. de pace tenenda, in vsib. feu. dicit quòd non, sed vt culpabilis punietur arbitrio iudicis, allegat vnicam notulam Ioan. Andr. in cap. significauit. de pœniten. & remis. in nouella.

ADDITIONES.

Vltra Bal. adde Feli. qui aliqua adducit in c. dilecti filij. col. vij. circa fi. de exce. Pet. de Ancha. in c vnico de homi. bene facit tex. in ca. significauit. de pœni & remis. vbi Ana. col. xxv. per quem tex. idem tenet Io. And in addi. Specu. in rub. de homi. Ang. copiosè in lib. malefi. in ver. Et dictus Titius se defendẽdo. col. ix. illius verbi. pulchrè consuluit Pau. de Cast. consil. exc. inci. in causa carceratorum. dicens Bal. ita cõsuluisse per aliqua iura, maximè per l. Gracchus. C. de adult. Adde etiam Feli. in c. significasti. col. penul. circa princ. de homi. pro quo dicit esse tex. in d. l. Gracchus. Item not. Lap. in l. cũ mulier. in xxij. col. ff. solu. matri. habetur per Sali. in l. quoniam multa C ad legem Iul. de vi publi. & per Ang. in l. cum filio. xxvj. col. de leg. j. Vide etiam Bartho. Cæpo. in suis consiliis criminalibus consi. j. col. iij vbi refert istud dictum Roma.

Adde quòd est communis opinio (quicquid distinguat Deci. in l. vt vim. col. vij ff de iustit. & iure.) quòd siue culpa, siue ex proposito quis excedat modum inculpatę tutelę, etiam quòd pœna mortis imponeretur per statutũ, non punitur pœna ordinaria, sed arbitrio iudicis, vt per Hippo. de Marsil. in l. j. in. li mit. ff. ad leg. Corne. de sica. & Ias. in d. l. vt vim nu. 11. dicens excessum in dubio præsumi procedere culpa non dolo. Lud. Carer. qui Doctores qui pro & cõtra tenuerũt, enumerat, in tract. de homi. § vj. nu. 151. Et arbitriũ iudicis hoc casu debet esse in pœna pecuniaria (etiam stante suprascripto statuto,) vel saltem relegationis per quinquennium, vt per Cæpol. consil. xxix. viso processu. & consi. xxx. regacij. vtrobi. in fi. & Hippol. vbi suprà, & in §. quoniam. nu. 67. in practi. crimi. Et latè per Ludo. Carer. vbi suprà, nu. 66. post eos, quos allegat, & ibi ponit vj. limita. ad hoc vltimum dictum, id est, quòd nulla pœna puniatur. Nicol. Pigno.

An excedens modum inculpatę tutelę in se defendendo puniatur pœna ordinaria: eleganter tradit ante alios Bald. in d. l. vt vim. col. iij. nu. 9. ff. de iusti. & iur. Flori. in l. scientiam. §. qui cùm aliter. nu. 7. ff. a[illegible]. Aquil. Alex. consil. lxvj. col. j. & ij. volu. j. & consi. ij. col. iij, nu. 104. & consi. cxx. volu. vij. Cæp.

consi.xxxiiij.incip.si vnquam.nu.57.Pau.de Cast.in l.j.C.vbi
senator.vel clarissi.vbi optimè distinguit. & vide text.in l.si
adulterium cum incestu.§.Imperatores.ff.de adulter.c.olim.
in prin.de resti.spo.Hippo.de Marsi.in l.ij. nu.15.C de sicar.
& in singu.c.& ccccccxxxviij.& cccccxl.& cccccxcij.& idē
Hippo.in consi.iiij.xxv.xxxj.xxxiij.lxxxviij & cxxxvij.Corn.
consi.cvij & clxij volu ij.Aret.consi.xxxiiij.& cōsil.lxxx.Io-
an de Ana.consi iiij & consi.xxiij.& lxvij & Thomas Gram
ma consi.ix & lvj & lxj Matthæ. de Affli.Decisio.Neapoli-
tan.ccvj. Gabr.Saray.

IIII.

1 *Vxorem delinquentem maritus leuiter corrigere, & verberare potest, sed non carcerare.*
2 *Clericus potest carcerare eius vxorem.*

* Licet vxorem delinquentem * marito leuiter† corrige-
1 re,& verberare.l.consensu.§.j.& in auth.ibi posita, &
ibi doct.C.de repu.per Cano.in c.quēadmodum.de iu-
reiur.vij.q.j.c.sicut alterius.Carcerare autem non licet,
2 licet secus† in clerico,per tex.& glo.singularem in c.pla-
cuit.xxiij.q.ij.

ADDITIONES.

Adde Abb.in d.c.quemadmodum.vlti.col.de iureiur. Vide la-
tius per Feli.in c.cùm cōtingat.in vltimis verbis. de fo.cōpe.
Contrarium est verum.gl.& ibi Abb.in d.c.quemadmodum. in
fi.de iureiu.Ias. & Frāc. Rip.in l.miles.§.qui iudicati.ff.de re
iudi.Ioan.de Plat.in l.generali.col.ij.C.de decu.lib.x.Nico.
Boër.qui alios citat,deci.cclxxv.dominus.col.j.Marsi.in pra
cti.crim.§.aggredior.nu.79.& seq. Nig.Pig.
* Vxorem delinquentem. Ad materiam adde quòd si maritus
atrociter verberet vxorem,ipsa non poterit in eū agere actio
ne iniuriarum,sed solùm actione in factum, vt fama mariti il-
læsa remaneat.ita singulariter Ioan.And.in addi. Spec.in ru-
bri.de iniuriis.& hoc in propriis terminis dicit Alexan.quod
non meminit alibi se legisse,in l.diuortio.§.si.vir.in iij.col.ff.
solu.matri.& vltra ea in pulchro casu consuluit Bal.consilio
cclxxvij.incip. in causa Gulielmi.lib.v.vbi mulier agebat a-
ctione iniuriarum contra maritum,qui eam accusauerat,tan-
quam ab ea medicamenta quędā bibenda sumpsisset, ex qui-
bus effectus erat frigidus & maleficiatus.

V.

1 *Sententia super incidenti potest ferri sine scriptis.*

1 Quòd sententia super incidenti potest† ferri sine scri
ptis, secundum Bald.in l.fina.C.de senten.ex peri.
reci.per text. quem dicit ad hoc singu.in l.defendente.ff.
de autho.tuto.

ADDITIO.

Adde Spec.in titu.de sen.§.iuxta.col.vj.Bart.in d.l.ij. & in l.nec
quicquam.§.vbi decretum.vbi Ias.col.x. dicit hoc commu-
niter teneri.ff.de offi.procons.& leg. Nic.Pig.

VI.

1 *Missio in possessionem non potest probari per testes, sicut cætera acta iudicij.*

1 Quòd missio in possessionem non potest probari† per
testes,sicut cætera acta iudicij, secundum Bart.in
l.edicto.in fin.C.de edict.diui Adria.tol.per illum tex.

ADDITIONES.

Istud dictum sequitur Ias.in l.edicto,col.penul.versi.quartò re-
quiritur.hic alleg.
Adde quòd opinionem Bar.& Roma. hic sequitur Guido Papę
q.cclvj.in fi.Hippoly.in rubri.C.de proba.nu.30. Io.Arnol.
in proble.xcvij. Et casus,in quibus requiritur scriptura, po-
nunt latè Hippol.vbi suprà,Deci.& Alcia.in l.pactum quod
bona.C.de pact. vbi Deci. contra hoc singu.tenet, & in dicta
l.edicto,viij.notab.

VII.

1 *Dispositio,cum clausula, Non obstantibus quibuscunque constitutionibus, & statutis, non intelligitur tollere constitutionem seu statutum iuratum.*
2 *Pactum seu conuentio iurata non tollitur à dispositione emanata cum clausula, Non obstantibus quibuscunque pactis & conuentionibus.*

1 Quòd dispositio emanans† cum clausula, non obstan
tibus quibuscunque cōstitutionibus,& statutis,&c.
non intelligitur tollere constitutionem,seu statutum iu-
ratum:gloss.est singul.in c.cùm non deceat.de elect.libro
2 vj.Et idem si† emanaret cum clausula, non obstantibus
quibuscunque pactis & conuentionibus:quòd non tolli-
tur pactum,seu conuentio iurata.glo.est singu.in cle. du-
dum.§.penul.super verbo,pacta.de sepul.

ADDITIONES.

Adde quòd est de hoc tex.in cap.constitutus.de rescrip.Abb. &
Imol.in c.j.de his quę fiunt à maio.parte cap.Et de glossis al-
legatis per Roma.hic,facit mentionem solennem Alex.consi.
ccccij.incip.visa petitione Anto. de Roma.Ad istud adde etiā
Pet.de Ancha. in consil.cccviij.incip.nisi legibus & canoni-
bus.& Ludo.Roma.consil. ccclxxix. incip. circa primum. in
iiij.col.Facit bene quod dicit idē Alex.in consi.cccxlv. quod
incipit, Visis his quę narrantur.in fi. & consi.ccxlvj. secūdum
vnicum numerū incip.viso titulo quęstionis pręmisse. & idē
Rom.cōsi. cccxciij.col.iiij.nu.13.in quibus omnibus locis di-
cunt,quòd clausula, Non obstantibus,nunquam tollit dispo-
sitiones confirmatas iuramento.Ad hoc vide etiam Feli.licet
prędicta non alleget,in cap.qualiter & quando.il j.col.xj.cir
ca finem,de accusa.& in cap.fi.de sponsa. Vide etiam Albe.in
prima parte statu.q.xv.incip.statuto alicuius ciuitatis sic ca-
uetur.& Rotam latè in nouis decisi.ccxcviij. Vitalem de Cā-
binis in tracta.clausularum,clausula, Non obstantibus.prędi-
cta tamen non allegat.Adde etiam Anto.Cor.in rubri.de iu-
reiur.in xxij.priuilegio iuramenti. Faciunt quę habentur per
Barb.consi.xlvij.col. xxvj.in prima parte.
Et idem Roma.consi.cccxciij.pręsens.nu.13. & consi.cccciiij.in
casu.in fine.consi.ccccxxxvj.quòd indultum.colum.ij.cōsil.
cccccxviij.in casu.col.fi.Ias.qui plures citat,in l.fi.C.si cōtra
ius,&c.deci.Neapo.v.dominus. & deci.cxj.fuit. nu.13.Cagn.
inferens ad pulchram q.in l.si quis maior.nu.176.C.de trans-
act.Limita hoc singu.vt per Feli.& Deci.in dicto cap.consti-
tutus.de rescript.& singula.Gemi.in consilio lxxxij.opponi-
tur.in fin.quando iuramentum generaliter, non specificè est
interpositum. Nic.Pig.
Adde Alex.in l.j.col.pen.ff.ad leg.Falci.Ias.consi.clxxiij.col.ix.
volu.iiij.& in l.fi.C.si contra ius vel vtili.publi. commēdans
Abb.col.iij.Feli.col.ij.in c.constitutus.de rescrip.Alex.cōsi.
xxxviij.in tertio volu.& consi.xxvij.viso libello. col.fi.versi.
confirmo.nu.8.lib.j.& ibi latè per Carol.Molin.in addi.inci.
firmata.vbi etiam ad id ponit limitationes.optimè Lod. Go-
mes post Crotum ibi,in c.j.de consti.in sexto.nu.286. Feli.in
c.ij.nu.20.de spon.Notāt Bar.& Io. Crot. in l.omnes populi.
ff.de iusti.& iur.in iij.quęst. princip. Io. Staphil. de liter. gra-
tię & iustitię.fo.99.col.ij.& alij,quos Rebuffus citat in for-
ma mandati Apostolici,in versic.iuramento,qui post alios ad
hanc rem meminit gloss.in clemen.dudum.§.fin.de sepult.in
verb.pacta. quam dicit singu.Francis.Cremen.sing.xl. & Di
dac.Couar.in secunda rubric parte de testamen. nu.19.ver-
sic.Secundò infertur ex eadem ratione. De hoc latè tradit Ca
tellia.Cotta in memoral. in verb. iuramentu elegio.col.iij.in
prin.Et latius prosequitur Bartho.Chassan.in cōmenta.Con
suetud.Burgund.in rubri.xiij.§.viij.*de toutes choses*.nume.12.
versicu.Item maximè.Et quid operatur ista clausula,non ob-
stantibus quibuscūque statutis,priuilegiis & cōsuetudinibus
in contrarium facientibus,tradit Iacobi.de S.Geor.in l.im-
perium.in ver.addo vobis.in ij.lec.ff.de iur.om.iu. Gab.Sa.

VIII.

1 *Iuramentum testis an possit præstari per procuratorem.*
2 *Iuramentum calumniæ potest per procuratorem præstari, licet in lege dicatur, quòd principalis persona iuret de calumnia.*
3 *Iuramentum procuratoris habentis speciale mandatum ad id sic iurandum, dicitur iuramentum ipsius domini, adeò quòd ipse dominus dicitur deierare, si procurator falsum, seu mendaciū dicat.*
4 *Iuramenta omnia possunt per procuratorem præstari.*

1 An iuramentum testis possit† præstari per procurato
rem? Bal.in rubri.de iureiuran.tenuit quòd non,per
text.l.de minore.§.tormenta.ff.de quæst. Sed do.de Ro-
ta,dum hæc quæstio coram eis verteretur,responderunt
(& rectè) quòd licet iurent per procuratorem, poterunt
postea

postea deponere coram iudice.& sic non obst.§.tormenta.Idem quod Bal.tenuit Anto.in cap. licet ex quadam. extrà de testibus.vbi refert Abb.idem tenētem per illum text.in verbo, iuramento proprio.&c.Ioan.And.in cap. vt circa.de elect.lib.vj.in nouel. tenet contrarium, & respondet illi text.cap.licet.nam licet dicat proprio iuramento,tamen non sequitur,quòd non posit per procuratorem præstari,per auth.principales.C.de iuramen.ca
2 lum.vbi dicitur,quòd † ipsæ principales personæ iurent de calumnia,& tamen constat illud iuramentū per procuratorem præstari, vt in cap.fina. de iuramen. calum.
3 lib.vj.Secundò respondet,quòd † iuramentum procuratoris habentis speciale mandatum ad id sic iurandum, dicitur iuramentum ipsius domini, adeo quòd ipse dominus dicitur deierare,si procurator falsum,seu mendacium dicat,vt extrà de iureiuran.cap.fina.lib.vj.ergo dicitur proprio iuramento iurare per procuratorem.& ita fuit decisum per Dominos de Rota,quòd posit iuramētum testis per procuratorem præstari,& maximè duabus rationibus.Prima,quia non reperitur prohibitum,ergo concessum,vt in l.j.in fi.ff.de procura. Secunda, si transcurris per omnia iuramenta (vt per Bart. in l.qui bona.
4 §.qui alieno.ff.de dam.infect.) possunt † omnia per procuratorem præstari,vt ibidem per Barto.quare ergo non in isto?non est ratio.

ADDITIONES.

Idem quod Bal.in dicta rubri.de iureiuran.tenuit Barto. in l.qui bona.§.qui alieno.ff.de dam.infect.alleg.l.iij.§.idem diuus. cum gloss.in verbo,testimoniis.ff. de testi.sequitur Roma.in dicto §.qui alieno.vbi allegat tex.quem dicit esse casum singularem in cap.si verò aliquis.in verbo, propria manu. de sentē. excō.licet hic aliter sentire videatur.facit cap. vt circa.in verbo,proprium iuramentum.de elect.libr.vj.hic alleg. vbi vide Dominicum referentem longam contrarietatem inter Archi. Io And & Pau & finaliter distinguentem. Adde etiam Felin. vbi satis plenè loquitur in c.licet ex quadam.col.ij.circa prin. versi.ibi proprio iuramento.de testi.

Adde Hippol.de Marsil in l.de minore.§ plurimum.ff.de quæst. in prin.latè per Pet.Hispa.in tract.Io.Croti, de testi. in q iiij. nu.571 post eos quos allegat. Et adde quòd Rota idem seruat in iuramento per horrescentię. de quo in c.statutum §.quod verò.de rescrip.lib.vj. vt per Cassiod decis j de iureiuran. Et idem in iuramento fidelitatis. vt infrà singul.dccc vij. habuistis. Nic.Pig.

IX.

1 *Priuatus,si velit fiscum conuenire,an debeat veniam à principe petere,sicut libertus à patrono?*

1 AN,si priuatus velit fiscum cōuenire, debeat † veniam à principe petere,sicut libertus à patrono? Dic quòd sic.gloss.est singula.in l.bene à Zenone. circa medium, in verb.iussione.C.de quadrien.præscript.

ADDITIONES.

Ad hoc vide Gemi.in c.qui ad agendum de procura. lib.vj. Bal. in consi.cccc xxxj.quod incip. factum. per totum in ij.parte. Barb.consi.xviij.in ij.par. Zaba in consi.xxxj.col.ij.in fi.

Sed contrarium tenet Bal.in c.j.in fi.de mili.vasal.qui contu.est, quem reprehendit Alex.in l.generaliter.col.ij.ff.de in ius voc. vbi Soci.distingun,vt per eum. Nic.Pig.

X.

1 *Procurator habens generale mandatum,an possit facere præiudicialia domino,sicut potest ea,quæ dominus facere solitus est?*

1 AN,sicut habens mandatum generale potest † illa facere,quæ dominus est solitus facere.l.vel vniuersorū. ff.de pign.act.eodem modo posit quo ad præiudicialia? Dic quòd sic.casus est notabilis in l.qui semisses.§.quæsitum.ff.de vsur.

ADDITIONES.

Idem dicit Roma.consi.xciij.visis.nu.8.& consi.cxiiij visis.ij.dubio. Alex.in d.l.vel vniuersorum.Ias in l.si procurator.col.penul.ff.de condi.indeb, & in l.certi condictio.§.si nummos. col. iij.ff.si cer.pet.Cur.Iunior consi.cxlvij.col.fi.latè Deci.cōsil. cccc xlj.præsens,nu.9.& sequen.Et plura congerit Cagnol. in l.semper in stipu.nu.10.ff.de reg.iur. Nic.Pign.

Adde quòd procurator generalis cum libera potest expedire omnes causas,in quibus etiam speciale mandatum requiritur. Bal.singu.in l.illud.circa fi.ff.de minorib. vbi putat memoria dignum.& reassumit Alexan.consi.cxxiij.circa executionem. lib.vj.& Ias.pro singu.citat in l.indebitum.notab.ij.ff.de condict.indeb.& commendat Feli.in ca.nonnulli.§.j.col.j.in prima ampli.de rescrip.post Ange.Aret.in §.præterea.col.xxij. versi.ad vnum tamen.insti.de except.vbi dicit memoriæ semper commendandum:quia vt plurimum in mandatis adiungitur illa clausula,dans plenum & liberum mandatum, cum plena & libera administratione.adde quòd non credit hoc procedere,quando requiritur mandatum in indiuiduo.sequitur Alexan.consi.xluj.viso.col.ij.lib.ij.& propterea Bal.in l.nam & nocere.in primo notab.per illum tex.ff.de pact.dicebat, quòd speciale mandatum & generale cum libera ęquiparantur tam in contractibus,quàm in iudiciis.& putat memoria dignum. Et quomodo procurator cum libera constituatur, habes per Bar.& omnes in l.procurator cui.ff.de procurat. & in l.j.ad fi. ff.de offic.procurat.Cęsar.

XI.

1 *Prorogatio in iudicem,à cuius sententia non appellatur,si fiat, ab eo in causa prorogata appellari potest.*

1 QVid si sit prorogatio in iudicem, à cuius sententia † non appellatur,an posit in causa prorogata appellari ab eodem?text.habes,quòd non,quem terribiliter ibi exclamat Bar.in l.episcopale.C.de episc.audi.

ADDITIONES.

Adde quòd illa l.procedit specialiter,& rationes specialitatis ponit Pau.de Cast.ibi:quia iurisdictio prorogata est eiusdem naturę,cuius est principalis,licet Cur.Iunior in l.j.ff.de iudic.super eius intellectu latè insistat,vt declarat ibi col.ij. Hiero. Cagnol.& latius in l.cùm quędam puella. in quarto notab.ff.de iurisdictio.& adde Tho.Gram.deci.ir.exorta.col.fi. Nic.Pig.

Adde in materia,quòd si prorogatio iurisdictiōis facta sit per confessionem,non habet locum pœnitentia : vt per Bald.sing. in l.penulti.C.ne de statu defunct.& pro singulari refert & sequitur Ias.in l.penulti.in tertio notab.C.de pact.& in l.si conuenerit.col.iij.& seq.ff.de iurisdictio.omnium iudi.& sequitur Alexan.ibi in sexta fallen.Quod potest confirmari,quia probatio per confessionem partis,est fortior probatio de mūdo, vt per Iason.in l.cùm te transegisse.in tertio notab.C.de trāsact.& est plenissima probatio,vt dicit Cor.cōsi.cclxj. de duobus.versicu.confessio.lib.vlti.

XII.

1 *Dispositio §.si compromisero.l.si dictum.ff.de euictio. nunquid habeat locum in eo,qui prorogauit,id est,consensit in iudicem non suum?*

1 NVnquid dispositio §.si compromisero.l.si dictum.ff. de euict.habeat † locum in eo,qui prorogauerit, id est,consenserit in iudicem non suum? glos. est ibi,quòd sic,singularis.

ADDITIO.

Et illam gloss.sequuntur ibi doct.vbi Bal.ponit rationem. Limita illam gl.nisi emptor prorogauerit in venditorem, vt in simili latè dicit idem Rom.infrà sing.cccc lxviij.emptor. Nic.Pig.

XIII.

1 *Causa si committatur tribus iudicibus,cum clausula, quòd si duo ex eis noluerint,vel non potuerint iudicare, quòd tertius iudicet:an tertius solus possit iudicare,si nesciat alios nolle,vel non posse iudicare?*

2 *Causa beneficialis si tribus cōmittatur,cum clausula, quòd si duo ex eis noluerint,vel nō potuerint iudicare,quòd tertius iudicet, tertius solus iudicare poterit,licet nesciat alios nolle,vel non posse iudicare,si tamen verè alij nolunt,vel non possint iudicare.*

1 SI causa committatur tribus iudicibus cum clausula, q † si duo ex eis noluerint,vel non potuerint iudicare, quòd tertius iudicet:quòd tertius solus non poterit iudicare,nisi primò sciat alios nolle,vel non posse:vt glos. tenet & communiter doct.in cap.prudentiam.de offic.de-

leg & in cap. cùm plures. eodem titu. lib. vj. Ioan. And. in regula, eum qui. de regu. iur. lib. vj. Barto. in l. multum. ff. de condi. & demonst. Bald. in l. falsus. C. de furt. Quod li-
1 mita † verum, nisi in causis beneficialibus. tunc enim tertius solus, quamuis nesciat alios nolle, vel non posse, si tamen in vero alij nolint, vel non possint, poterit iudicare. ita notabiliter determinant domini de Rota decisio. clxvj. in nouis. incip. si duo ex tribus. primò per tex. viij. distin. c. veritatis. Secundò per no. per Innoc. in ca. dilectis. ad fi. de appel. quod singulariter not.

ADDITIONES.

Adde quòd istam limitationem refert & sequitur Sand. qui nihil ignorauit, in cap. sciscitatus. col. penul. circa fi. ver. est tamen casus de rescript. alleg. Aegid. deci. Rotæ ccclx. incip. condemnatio per procur. est fortè ista de qua per Roma. hic, licet dissentiant in numero. Allegat etiam Aegid. clemen. j. de concess. præben & respondet ad not. per Io. And. in dicta regula, eum qui. & Bartol in dicta l. multum. Nec mirum, nam in causis beneficialibus sunt etiam alia specialia: vnum exempli gratia, quod habetur in cle. causam de elect. Phil. in capi. bonæ. ix. col. de appella. per Feder. consil. cclxiij incipien. primò quæritur.

Et idem domi de Rota deci. cxxxiij. nota quòd. in antiquis. Alex. in dicta l. multum. Feli. in ca. sciscitatus. col. vj. versi. oportet notum. de rescrip. & in cap cùm ex officij. col. xj. nume. 29 de præscrip. Hippoly. de Marsil. in l. patre vel marito. nu. 47. in fin. ff. de quæstio. Curt. Iun. comprobans pluribus similibus, consi. lxiij. præsupponitur. col. fin. & facit decisio Rot. clxxj. nota quòd. in antiq. Nic. Pig.

XIIII.

1 *Error in persona iudicis delegati vitiat sententiam.*

1 QVòd error in persona iudicis delegati † vitiat sententiam, Spec. in titu. de senten. § quoniam. versi. quid si dixerit se delegatum Episcopi.

ADDITIONES.

Adde Hostien. Ioan. And. Bal. Cardi. Imol. Abb. & Moder. in c. cùm ex officij. de præscrip. Bar. in l. j. in versi. tu dic secundum Azo. C. qui pro sua iuris. & Ludo. multa allegantem in l. ij. in prin. de verbo. oblig. & glos. auream in c. ex literis. in glo. fi. de offi. deleg. cum aliis allegatis per Sand. in d. ca. cùm ex officij. col. x. versicu. quarta conclusio. cum quibus concordat Ludo. met consi. cccxliiij. ex proposito. col. ij. & Alexan. consil. cxxij. viso & opportunè. secundo volu.

Et hoc non solùm quando iudex errauit, sed etiã si sciens, & prudens hoc fecit, communiter sequuntur doct. vt per coapostil. meum. Et latè deducit Mod. Arimi. in tract. de nullita. titu. ex defe. iurisd. ord. nu. 17. versi. idem etiam. Nicol. Pign.

XV.

1 *Causa si delegetur in ordinarium, & ipse simpliciter pronũtiet, non expresso tanquam delegatus, an sententia sit nulla?*
2 *Nemo videtur eam viam eligere, qua eius actus pereat.*
3 *Si actus ex duplici capite fieri possit, præsumitur fieri ex valido.*
4 *Bonum est scire quid pro vna opinione facias, & quid contra, vt aduocatus partem pro suo principali facientem inducere, & tenere possit.*

1 QVòd si delegatur causa in ordinarium, & ipse † simpliciter pronunciat, non expresso tanquam delegatus, sententia est nulla. ita Fede. de Senis singu. consilio
2 cxxv. Quod tamen est dubium, quia † nemo videtur eam viam eligere, qua eius actus pereat. l. iij. ff. de testa. milit.
3 Item si † duplici capite potest quid fieri, præsumitur potius ex valido. c. nisi. de præben. Anto. refert in c. cùm ex
4 officij. de præscrip. Et licet ita sit, tamen bonum † est omnia scire, vt partem pro parte faciẽtem inducas, & annulles sententiam suam.

ADDITIONES.

Ad hoc vide Sand. licet non alleget Roma. hic, in c. cùm ex officij. col. xij. versi. amplia secundò. & versi. limita primò. de præscrip. vbi facit mentionem de consilio Feder, quem conatur saluare aliquo casu.

Et opi. Roma. hic est communis, vt per dict. in d. c. cùm ex officij. & Alcia. in tracta. de præsump. ij. regu. præsump. xxxv. col. j. & latè Moder. Arimi. post eos quos allegat, in tracta. de nullit. vbi suprà. nu. 171. Et quando & quomodo iurisdict. ordinaria alteretur, pulchrè Ias. in l. ius ciuile. colum. j. de iustitia & iure. Nicol. Pign.

XVI.

1 *Cedens bonum, melius, & optimum ius in contractu, quid cessisse dicatur.*

1 SOlitum est in cõtractibus apponi, quòd † quis cedit bonum, melius, & optimũ ius, quod potest: ad quid istud? Dic quòd intelligitur cedere bonũ, id est, cedere ius, quo habet exceptionem. melius, id est, officium iudicis. Optimum, scilicet, actionem efficacem. glo. est not. quam ibi not. Bar. in l. j. C. quando & qui. quar. pars debetur. lib. x.

ADDITIO.

Et gl. fi. in l. j. C. de vsu. in verbo, optimo. & gl. in l. fideiussor. § pater. in versi. possit. ff. de pig. Nicol. Pign.

XVII.

1 *Immunitas si alicui per principem ab oneribus personalibus concedatur, non propter hoc videtur ab alijs oneribus liberatus, qua potest breuiter, & leuiter expedire.*

1 SI alicui per principem † cõcessa sit immunitas ab oneribus personalibus, non videtur ab aliis oneribus liberatus, quæ potest breuiter, & leuiter expedire. casus est vnicus in iure in l. decurio fortunam. secundo respon. C. de decur. libro x.

ADDITIONES.

Idem dicit Roma. cõsi. lxxiij. circa primum. Alex. in l. senatus. § Marcellus. ff. de leg. j. & in l. eleganter. § qui reprobos. in addi. ad Bar. ff. de pig. act. & in consi. ciiij. statutum. in fine. lib. j. pulchrè per Cæpol. in l. j. § sed sciendum. num. 62. ff. de ædil. edict. Alcia. lib. j. de verborum significatio. col. xix. in magnis impressio. Et de minimis adde infrà singul. xcvij. cxix. cccxxxiij. Nico. Pign.

Adde Alexan. consi. ciiij. statutum loquens. col. fi. nu. 7. versicu. præterea. lib. j. Decium in l. si quis id quod. col. iiij. ff. de iurisdi. om. iud. cap. de appellationibus. col. fi. de appellatio. c. maioribus. col. j. de prædiis curial. l. j. C. de prohib. sequest. pecu. Hippol. de Marsil. in l. si vt allegas. C. ad leg. Cornel. de sicar. & in notab. cclxxvj. & consi. lxxj. col. j. & consi. lxxx. & in practi. crimi. § & quoniam. & Anto. Corset. in singu. in verbo, effusio. & in tract. de minimis. Albe. in l. j. ff. de verbo. obli. Corneus cõsi. xxxviij. col. j. lib. j. Gab. Sar.

XVIII.

1 *Testator si vni fundum leget, alij vsumfructum eiusdem fundi, quilibet vsusfructus dimidiam habebit: secus est in sententia iudicis.*

1 QVòd licet, si testator vni legat fundum, alij † vsumfructum fundi, quilibet habet dimidiã * vsusfructus. l. si alij. ff. de vsufruct. leg. Hoc tamen fallit, & est secus in sententia iudicis. casus est notabilis in l. & puto. § j. ff. famil. ercisc. quæ sit ratio, vide ibi glos.

ADDITIONES.

Idem Ro. dicit singu. illam gl. consil. cccxxviij. præsens. nu. 9. cõsi. cccxliiij. quo ad primum. in fi. Feli. in cap. cùm venerabilis. col. xiiij. sub nume. 44. de excep. Ias. in l. sed & si possessori. § item si iurauero. col. fi. versi. viij. ff. de iureiuran. Nic. Euer. in loco legali, à subiecta materia, post eos quos allegat. Nic. Pig.

* Quilibet habet dimidiam. Hoc limita non habere locũ quãdo vsusfructus illius fundi esset legatus in genere cum aliis bonis: puta quando testator legasset fundum Titio, & posteà legasset vsumfructum omnium bonorum vxori, nam talis vxor non concurrit. ita singu. Bal. vbi dicit se consuluisse in facto, in l. quoties. in fina lib. verb. C. famil. ercisc. quem sequitur Ias. in l. cum quæro. col. ij. C. de lega. vbi dicit quòd est pulchra limitatio. & pro singu. refert idem Ias. vbi postea reprobauit, in l. re coniuncti. col. xviij. versi. limita istam. in repeti. ff. de leg. iij. Item fallit in sententia iudicis, vt per Roma. hic. Et rationem diuersitatis inter testatorem & iudicem assignat glo. singu. in d. l. & puto. § j. in verb. non communicari. quam pro singulari not. Bal. in pluribus locis, vt refert Ias. in l. si tibi pecuniam. col. j. ff. si cer. peta. & in l. centesimis. § fina. col. penul. ff.

nul.ff.de verbo.oblig.eam etiam pro sing.citat Ang.in §.omnium.col.xiij.versi.vnum tamen.Insti.de actio.

XIX.

1 *Consuetudo reprobata excusat quem à pœna temporali, non gehennali.*

2 *Episcopus administrans sine confirmatione Papæ excusatur à consuetudine in loco vigente.*

1 AN consuetudo reprobata† excuset quem à pœna? gl. est singularis quòd sic, in cap.cùm venerabilis.de cōsue. Quod intelligitur verum à pœna temporali, non gehennali.gl.ordinaria.iiij.distinctio.c.denique. Et à pœna,
2 †quam incurrit Episcopus administrans sine confirmatione Papæ (vt in cap.auaritiæ.de elect.lib.vj.& in cap.nihil.& c.transmissa.de elect.in antiquis) excusaretur, si in contrarium esset consuetudo, licet iniqua.

ADDITIONES.

Ad hoc vide Alexan.consi.xxij.col.ij.in j.volu.consi.cvij.penult.& vlti.col.ij.volu.facit consi.xxxix.iij.volu.Bar. consil.xxxix. in secunda parte.& glo.in dicto cap.cùm venerabilis.in verbo,migrasset.vbi Abbas.ij.col.& Lud.met. consil.cccclxvj.& Pet.de Ancha.consi.xlvj.quod incip.consuetudo.& consi.cclxxj.incip. iure scripto,& consuetudine. Faciunt quæ dicit Zaba.consi.cxxxij.col.ij. Facit quod dicit Sand.in ca.j.col.vj. de re iudi.licet præ dicta omnia non alleget. Vide etiam Frāc. Cre.no.cl.incip.mos puerorum.

Et idem Ro.consi.cccclxvj.videtur.Ias. in l.de quibus.nu.8.ff. de legi.in l.j.§.hoc autem.nume.25.ff.si quis ius dicen.non obtem.in l.singularia.col.penulti.ff.si cer.peta. Fel.in cap.ex tenore.nu.12.de rescrip. Petra sancta singu.lxxxiij. Marsil.latè in l.j.nu.99.ff.de sica.& in pract.crimi.§.quoniam.nu.97. Thom. Gram.decisio.l.Marcus. Et adde infrà singulari ccclxxxiiij. Nicol.Pig.

Idem latißimè cumulat Tiraq. in tract.de pœnis tēper. aut remitten.causa xlij.nu.1.2.& seq.maximè nu.4.vbi dicit glo.in d.c.cùm venerabilis.non esse singularem,sed habere consociam in c.denique.iiij.distinct.& in c.sanè.de tempo.ordi.& Ioan.Baptist.plenisſ.in repe.l.si quando.C.vnde vi.in princi. nu.17.& 18.& in §.vnde ex præmis.nu.56.& 57.& in §.sed vt opus.nu.18.versi.vij.excusantur. Alexan.consil.viij.col.fi.nume.9.& consi.ccxl.nu.8.volumi.vj.Deci.in cap.nam & concupiscentiam.ij.lect.col.iij.de constitutio.& dixi diffusius in singu.cl.Francis.Crem.& faciunt quæ dixi infrà singul.ccclxxxiiij. Gabr.Saray.

Adde quòd consuetudo facit licitū quod aliàs non permitteretur.vt consuluit Are.consi.xj.col.penul. Anchar.consi.cclxxxiij.iure stricto.vbi loquitur de consuetudine ludendi ad lapides & arma.& ideo dixit notabiliter Bar.per illum tex.in l.si pignore.§.vlti.ff.de pigno.act.quòd qui facit illud quod solet fieri ab aliis,non solùm non est in dolo, imò nec in aliqua culpa.& pro singul.commendat Ias.in l.certi condictio.§.si nummos.in iij.not.ff.si cer.peta.vbi latißimè loquitur in materia. Hinc dicimus quòd consuetudo & stylus notariorū excusat eos à pœna falsi,secundum Bal.in l.vnica. versi.quæro vtrum.& versi.modo sequitur alia conclusio.C.de confes.& in c.j.in prin.de feud.cognis.tradit Alexan.consil.lxx.viso processu inquisitionis.col.ij.versi.& licet Odoricus.& consi.cxxxij.inci.visa facti narratione.lib.j.& consilio clxxij.lib.ij. Deci.consi.clxxv. Et dicit alibi singulariter Bal.in tit.de pac.constan.quòd consuetudo habet potestatem etiam in sanguine hominis.& idem Bal.in l.& si seuerior.col.ij.versi.oppo.quòd iudex.C.ex quibus causis infam.irrog. dicit quòd iudex in pœnis debet sequi cōsuetudinem,sicut legem scriptā. Idem tamen Bal.consi.cccj.ad euidentiam præmittendum est quòd princeps.lib.v.damnat cōsuetudinem Mediolan.quòd volens cedere bonis,ducatur in publicum,& ibi nudus percutiat renes ad columnam:nam cùm per hoc non perueniat aliquod commodum in creditores,non debet admitti talis consuetudo.

XX.

1 *Procurator debet damnari, quando agitur ordinariè, secus si causa committatur procedenda simpliciter, & de plano, & sine strepitu.*

2 *Intellectus l.prima.C.de senten.& an eius dispositio procedat de iure Canonico.*

1 QVòd l.j.C.de sen.quòd procurator† debeat damnari, quando agitur ordinariè: secus si causa cōmittatur procedenda simpliciter,& de plano, & sine strepitu. Bar. in extrauaganti ad reprimendum.in versicu.figura. Item
2 †illa l.j.procedit de iure ciuili: secus de iure canonico.iura sunt multa.& glos.plenè de hoc in c.querelam.de elec.

ADDITIONES.

Et idem tenent Bal.& Deci.in cap.in nomine. vterque col.fi.de testi. Nico.Boēr.deci.cclxxxv.quæritur.in prin.dicens illam l.j.non seruari in Francia. Et an procedat illa lex in absolutione infrà sing.cccclij.tex.in l.j. Et adde has duas fal.ad Soci.in reg.fallen.cccxvj. Nicol.Pign.

Vide latè per Guid.Papæ decisio.Grationo poli.cccexxxj.debet de iure.vbi id diffusè prosequitur. Gabr.Sar.

XXI.

1 *Statuto,vel pacto dictante, quòd ciuitas Senarum non possit derogare iurisdictioni potestatis Campagnatici subiecti eidem ciuitati,an si ciuitas ipsa mittat Vicarium ad castrum Battignani subiectum eidem Campagnatico, dicatur facere contra statutum,vel pactum?*

1 VIget pactum,seu statutum,† quòd ciuitas Senarū non posit derogare iurisdictioni potestatis Campagnatici subiecti eidem ciuitati. Contingit quòd ciuitas ipsa mittit Vicarium ad castrum Battignani subiectū eidem Campagnatico: nunquid per hoc fiat contra pactum? Dicas quòd non: casus est singularis in l.tam collatores. & ibi Bar.plenè.C.de re mili.lib.xij.

ADDITIO.

Et idem Rom.in consi.cccxciij.præsens.vbi circa hoc sing.fecit illud consi.& in fi.allegat d.l.tam collatores. pulchrè per Feli.in c.ij.de offi.ord.& ad materiam Ias.post Alex.in l. Titiæ textores.& in l.quod in rerum.§.si quis post.ff.de leg.j.Deci. in c.cæterum.nu.5.de iudi.& in l.in toto.& ibi Caenol.ad fi. ff.de regu.iur.& in consi.iij.col.ij.consi.dclxiiij.viso.in fine. Matth.de Afflict.decisio.xlj. Thom. Gram. Decisio. xxx. in causa. Nico.Pign.

XXII.

1 *Actio oritur ex confessione iudiciali, secus extraiudiciali: quæ actio, vtilis actio confessoria vocatur.*

1 EX confessione iudiciali oritur† actio.gl.in l.sed si possessori.§.itē si iuranero.ff.de iureiurā.licet secus de extraiudiciali, vt l.Publia.in fi.ff.deposi. Et vocatur actio illa,descendens ex confessione iudiciali, vtilis actio cōfessoria: text.est singul.in l.proinde.§.si procurator.ff.ad legem Aquiliam.

ADDITIO.

Adde Ioan.Crisp.in tract.termini actio.nume.1586. Ludo.Bolog.in d.§.si procurator. Nic.Pig.

XXIII.

1 *Mandatum ad vendendum habens, non potest pretium recipere: Idem in locatore.*

1 QVòd habens † mandatum ad vendendum non posſit pretium recipere,sicut de locatore tex.est not.secundum Gali.in l.j.§.igitur præposito.versicu.vel si ad locandum.ff.de exercito.

ADDITIONES.

Per Bar.Alex.& alios in l.à diuo Pio.§.sed si emptor.ff.de re iudi.& Gul.de Cun.in l.cuicumque.§.non tamen.ff.de instito. Habes tex.in oppositum in l.quod seruus.ff.de sol.& est doctrina Bar.not.in l.filiæ.eo.titu.

Intellige nisi esset præpositus generaliter ad contrahendum, vt institor alicuius negotiationis.d.l.quod seruus.& Bar.in l.filiæ.alleg.hic per eo apostil.meum: ex sententia ipsius Roma. consi.cccxxx.circa primum.ij.dubio.& consilio cccclxj.in eo quod quæritur.in prin. Dicas tamen contrarium esse verius, vt per Bar.vbi suprà,& in l.eum qui sibi.ff.de verborum obliga.& doctri.Barto.in dicta l.filiæ.non habet dubium secundum Deci. consil.cccxxx.conclusio. colum. ij. De quo per eundem Deci.post Ias.in l.filius.circa fin.C.de pact.vbi respondet dicto §.igitur præpositio,& est vera solutio, quam tenet etiam ibi Andr.Alcia. Et adde infrà singular.dcxxiiij.

constituo. Nic.Pig.

Adde Lanfrau.de Oria.in cap.quoniam contra.in versi.confessiones.nume.32.versicu.circa aliud, vbi dictum fuit.de probatio. Gab.Saray.

XXIIII.

1 *Soluere non valens in aere, luat in corpore.*
2 *Luens in corpore, si ad pinguiorem fortunam peruehiat, an etiã in aere soluere teneatur?*
3 *Luitio corporalis cedit loco solutionis.*

1 QVòd non valens soluere in aere, luat † in corpore, licet
in ciuilibus sit dubium, vel si quis id quod. & ibi Bal.
ff de iurisd.om.iud. & de dolo & contu.c.fi.circa fi. Quid
2 † si post luitionem corporis peruenerit ad pinguiorẽ fortunam, an teneatur soluere? Bal. in l.fi.ff.de in ius voc. di-
3 cit quòd non ex eo quia † luitio corporalis cedit loco solutionis.alleg.tex.quem dicit meliorem qui sit in mundo, in l.sed si vnius.§.sed si ante.ff.de iniur. Sed tu de hoc alleg gl.ord.idem decidentem in c.sicut dignum.de homi.Et licet aliqui dicant illam singularem, tu adde consimilem in regula, peccatum.de reg.iur.lib.vj. & illa gl.allegat tex.melius probantem.xiiij.q.vj.c.si res.

ADDITIONES.

De gloss.de quibus hic, vide latius per Felin.in cap.ad liberandum.de Iudae.

Adde tu l.illicitas.§.fi.ff.de offi.praesid.& l.interdum.§.qui furem.ff.de fur. Et idem Roma.post Pau.de Cast.& alios in dicta l.si quis id quod.vbi Ias.nu.25.Socin. in dict. l.fina. Idem Ias.in §.poenales.& ibi Ludoui. Gomes,nume.16. Institu.de actio. Nicu.Boér.decisio.cccxlix.quaeritur. num.4.post eos quos allegant. Nic.Pign.

XXV.

1 *Sententia an possit ferri contra contumacem in respondendo positionibus, eo non citato?*

1 AN contra contumacem in respondẽdo positionibus † possit ferri sententia eo non citato? Quidam auditor Camerae in Curia Romana decidit quòd sic: per dictum Spec.qui hoc tenet in tit.de positi.§.viij. ad fin. Sed ego protuli contrarium: quia Ioan.And.ibidem, & in ca.ij.de confes.lib.vj.illud reprobat. Et est ratio, quia dupliciter quis (hoc casu) dicitur contumax. Primò ille, qui iussus à iudice, & monitus vt respondeat, recusat, & sic recedit: nam iste habetur pro confesso.d.c.ij.sed iure cautum non reperitur, quòd talis non sit citandus ad sententiam: imò contrarium dicitur in l.de vno quoque.cum simi.ff. de re iudi. Secundò dicitur contumax, qui non est monitus à iudice, sed non vult respondere: nam cõtra eum tanquam contumacem proceditur: sed talis citari debet ad sententiam.gloss.ordin.in cap.ij.de dolo & contuma. libro vj. Et est casus in cap.cùm olim. de testib. Et has rationes Ioan.And.nor.

ADDITIONES.

Adde quòd istud dictum non est verum, & contrarium tenet Ioan.And.in c.ij.de confes.in no.in vj.& pleniùs in addi.Spec. in titu.de cita.§.viso.versi.item licet.in fin.& Mag.meus in l.j.col.ix.versi.vndecimò fallit.ff.de offic.procon. & legat.

Et Rom.hic sequitur Ias.in l.nec quicquam.§.vbi decretum.fallen.xj.ff.de offic.proconsul. Et comprobat Barthol. Caepol. consil.ciui.xxxij.casu,in iij.dubio. Vide tamen Hippoly. de Marsil.in l.de vno quoque.xxxviij.fallen.ff.de re iudic. Alexan.in l.iij.§.si ad diẽ.ff.de re mili.& in l.si finita.§.Iulianus. col.xij.de dam.infect. & quae tradit in simili post eum Deci. & posteriores in c.j.col.pen.de iud. Nic.Pig.

XXVI.

2 *Confitens habuisse dotem, vel centum nomine dotis, & post confessionem partem dotis recipiens, ob id confessio simulata praesumitur, etiam quoad residuum dotis. Idem in alia debiti recepti confessione.*

1 QVòd si confiteor me habuisse dotem, vel centum † nomine dotis, & post confessionem recipio partem dotis, quòd ob hoc praesumitur confessio simulata, etiã quò ad residuum dotis.tex.est singularis secundum Bald. in l. ab Anastasio.C.man. Et facit, quòd si confiteor habuisse centum, quę mihi debes, & postea promittas mihi eadem centum: praesumitur facta confessio spe futurae promissionis.text.est singularis in l.minor xxv.annis cui fideicommissum.in prin.ff.de mino.secundum Bal.in l.si absentis. col.iij.C.si certum peta.

ADDITIO.

Et idem Roma.consi.cccclxv.consultatio.circa prin. Alex.consi.xxxvj.viso themate.col.ij.lib.ij. Deci. consi.ccccxxj.plene. col.ij. Curt.Sen.consi.liiij. Faciunt quae tradit Bar.& doct. in l.penul.§.si vir.ff.sol.mat. Abb.consi.lxxiij. circa primũ.lib. ij.& Ias.in l.legem.in fi.C.de pact. Nicol.Pign.

XXVII.

1 *Emptor promittens venditori non expellere habitantes in re vẽdita donec finiatur tempus habitationis concessa, an illos, qui gratis inhabitant, expellere possit?*
2 *Verba dubia contra emptorem debent interpretari.*

1 SI emptor promittat venditori non expellere † habitantes in re vendita, quousque finiatur tempus habitationis concessae an possint expelli illi, qui gratis inhabitant
2 in re vendita? Videtur quòd non: quia † verba dubia contra emptorẽ debent interpretari, vt l.veteribus.ff.de pac. Itẽ qui omne dicit, nihil excludit. vt in l.fi.ff.de penu lega.c.solitae.de maio.& obed. Sed habes casum in contrarium vnicum & peregrinũ, in l.qui mercedem.§.si habitatoribus.ff.de act.emp.

ADDITIONES.

Et illam dicit sing.Ias.in l.item quia.col.j.versic. secundò limita.ff.de pact. Nicol.Pign.

Licet ca pactione praemissa, emptor nõ possit expellere colonos, vel inquilinos, ab eis tamen mercedes & pensiones exigere poterit.d.§.si habitatoribus.hîc allega. refert & sequitur Didac.Couarru.lib.j.variar.resolutio.ca.xv.nu.5. Gab.Sar.

XXVIII.

1 *Accusatus de homicidio, si fuciat articulum, quòd hominem occidit ad suam defensionem, & illam probauerit, non est absoluendus, sed potius puniendus, nisi adyciat se occidisse ad suam defensionem necessariam.*
2 *Occidere non licet etiam se defendendo, nisi cum moderamine inculpatae tutelae.*

1 ACcusatus de homicidio fecit articulum, † quòd ho-
* minem occidit, sed fecit ad suam defensionẽ: * probauit quae in articulo continẽtur: an debeat absolui per regulam l.scientiam.§.si cum aliter.ff.ad legem Aquil.l. j.C.vnde vi.l.vt vim.ff.de iust.& iur. cle. si furiosus.de homi.Bal.singulariter dicit quòd non, sed venit potius puniendus, in l.i.col.xiij.versi.item tu assessor.C.de confess.
2 Ratio, quia † etiam se defendendo non licet occidere, nisi cum moderamine inculpatae tutelae, vt probatur in iuribus allegatis, & ideo debet addicere: feci ad meam defensionem necessariam: quod not.

ADDITIONES.

Ad dictum Bald. vide Ias. confirmantem quatuor mediis, vbi etiam allegat singulare de quo hic, in l.vt vim.col.ij. in prin. ff.de iusti.& iure.Cępo.consi.xlij.circa medium. & consilio xliiij.col.vlti.circa fi.aliquid consi.xliij.in prin. Feli.etiã refert dictum Bal.& simpliciter sequitur, non tamen allegando prędicta in cap.significasti.col.v.circa fi.de homi. Et vide eũdem Ias.in § item si quis.col.v.insti.de act. vbi pro hoc dicit se allegare tex.in l.is qui aggressorem.in verbo, in dubio vitę discrimine constitutus.C.ad leg.Cornel.de sicar. Dicit tamen quòd quamuis dictum istud consueuerit pro singulari reputari, tamen Bal.tenet contrarium in l.solam.in fi.C.de testi.post Barto. in consil.cx. incipien.quidam Massiolus. Et in istis locis tenent Barto.& Bald.quòd si testis dicit, quòd fecit ad sui defensionem, probat, etiam si nihil vltra dicat, quando non fuit vlterius interrogatus de causa: & prin ista secũda parte dicit esse tex.quem reputat sing. in c.j.§.si quis hominem. de pace tenen.in vsibus feud.in verb.nisi hoc probare possit, quòd vitam suam occidendo defenderit. Et hoc dicit comprobando Ias.in loco proximè allegato, notandum esse diligenter contra assessores, & iudices solitos sequi illud dictum Bal.in d.l.vnica, tanquã verissimũ, ac veluti quoddam Apollinis responsum, & non bene suo iudicio, vt suprà dixi.

In contrarium est communis opinio: quia in defensione inest quædam qualitas necessitatis, quæ videri potest inesse per coarctationem loci & temporis, vt per Bar. cõsil. cx. quidam. lib. j. Ias. & Deci. in l. vt vim. ff. de iusti. & iur. Alex. consi. cix. visis. col. iiij. lib. j. Deci. consi. liiij. in causa. in fine. & late Lu do. Carter. qui doct. pro vtraque parte refert, in tracta. de homic. §. vj. nu. 126. Salua Bal. & Roma. hic quo ad irregularitatem, per ea quæ tradit Zabar. in clemen. si furiosus. xxvj. q. de homic. Nic. Pig.

Hoc eleganter refert & sequitur Celsus Hugo in additio. ad Lanfran. de Ori. in c. quoniam contra. in verb. confessiones. nu. 22. post Lanfran. ibi in additionib. Pro quo vide late Felin. extra de probatio. vbi multæ remissiones habentur. Gab. Saray.

* Defensionem. Quando occidens alium, dicatur fecisse ad suam defensionem, declarat Bal. in l. j. col. iiij. C. vnde vi. & Sa li. in l. ij. C. ad leg. Cornel. de sicar. vbi late Hippoly. Marti. & idem Hippol. in l. iij. eo. tit. post Bar. in l. sed & si quæcunque. in princi. ad leg. Aquil.

XXIX.

1 *Promittens, vel exprimens in contractu, quod nolit de incendio teneri, an teneatur, si illud fiat per suã familiã, seu per seipsum?*

1 SI quis † promisit, vel expressit, quòd nolit teneri de incendio, tenebitur, si illud fiat per suam familiam, seu per seipsum: casus est singularis. in l. qui insulam. §. colonus. ff. loca.

ADDITIO.

Et idem Roma. in l. sed & si quis. §. quæsitum. & ibi Ias. nu. 40. ff. si quis cau. Ioan. Fran. Rip. in tract. pest. ij. parte princi. nu. 40. & facit §. item tria. Instit. de excusa. tuto. & quæ ponit Fe li. in c. fi. de testi. Nicol. Pign.

XXX.

1 *Statuto dictante, quòd si carceratus aufugiat, custodes pœna capitis teneantur, si duo sint custodes, & vnus custos cum carcerato aufugerit, an alter statuti pœna teneatur?*

1 SI dictat statutum, quòd si carceratus aufugiat, † custodes teneantur pœna capitis: si duo sint custodes, & vnus custos simul cum carcerato aufugerit, quòd alter custos non teneatur pœna statuti. text. est singularis in l. vltima. versi. interdum. ff. de custo. reo.

ADDITIONES.

Et idem Roma. consi. cccxcv. vt res. col. fi. versi. secundum doct. in dicta l. fi. Aret. in tractatu maleficio. in verbo, fama publica praecedente. nume. 91. Francis. Cremen. notab. c. Hippoly. de Marsil. in rubri. ff. de fideiuss. q. xvij. pulchrè per Nicol. Boer. decisi. cccxvij. quo ad tertiam. qui alios citat, & ponit regulam, qualiter puniatur custos ob fugam carcerati tam pro debito ciuili, quàm criminali, & subsequẽter iiij. limitatio. Nico. Pign.

Vide plenè notata per Hippol. de Marsil. in practi crimi. in §. attingam. nume. 72. & 73. Et per Amadeum de Castello in tracta. de Syndica. in glo. Item in eo quòd dicti socij milites. nu me. 98. in fin. quem vide. Et latius dici in apostil. ad Francis. Cremen. sing. c. Gab. Saray.

XXXI.

1 *Dietim conductus, vt fiat opus, non tenetur de vitio operis.*

1 SI quis conducatur dietim vt fiat opus, non † tenetur de vitio operis. casus est singularis in l. ea lege. §. locaui. & ibi Bar. exclamat. ff. locati.

ADDITIONES.

Idem tradit Roma. consi. cccxvij. in casu. in prin. Fran. Cremen. notab. lxxx. promitis. vbi ponit rationem. Bal. in l. ij. num. 3. C. loca. Nic. Pign.

Adde Bar in sing. cxxij. inci. qui locauit operas suas. Gab. Sar.

XXXII.

1 *Visio exempli publicata non inducitur ex visione exempli dictorum ipsorum testium, vsque adeò vt pars vlterius producere non possit.*

1 VIsio exempli dictorum testium non inducit † testium publicationem. adeo quòd pars non possit vlterius producere. Bal. not. per illum tex. in l. vltima. ff. quemadmo. testa. aperian.

ADDITIO.

Adde Feli. in cap. vltra tertiam. col. ij. & cap. fraternitatis. col. vj. de testib. Soci. in tracta. fallen. regu. cccciij. fallen. xxiij. Deci. qui alios citat, in ca. j. in prin. extra de fide instru. Sebast. Vantius in tract. de nullita. proces. in rubr. quoties, & intra quod tempus de nullitate agi possit. nume. 39. Et adde alium casum infra sing. lxxxj. & sing. dcclxxxvj. Nicol. Pig.

XXXIII.

1 *Ludouicus Romanus in die sancta Catharina fecit Romæ solennem repeti. authen. similiter. C. ad leg. Falcid. cum maxima gentium frequentia.*

2 *Sanctorum festa quare celebrentur in die, qua mortui sunt, & nõ in die qua nati fuerunt?*

1 QVia cras est festum beatæ Catharinæ, in qua † die iam est annus, feci Romæ solennem repetitionem auth. similiter. C. ad legem Falcid. in qua tot gentes fuerunt, sicut in aliqua vnquam fuerint: & quia est mihi de-
2 notissima, quæro, quare celebremus festa † sanctorum in die, qua mortui fuerint, nõ in die, qua nati sunt? Respondeo, quia illa die, qua moriuntur, nascuntur ad gloriam. glo. est in l. cùm quidam. ff. de annu. legat.

ADDITIONES.

Tu dic quòd est alia glo. in §. cùm autem. in versic. naturalibus. Instit. de inge. Panor. in cap. licet. in secundo notab. de feriis. al legat ad hoc aliam glo. in ca. licet in quadragesima. xxxiij. q. iiij. quas gloss. non ignorauit Anto. Sicul. singul. suis in ver bo festum.

Adde Francisc. Rip. in l. hęredes mei. §. cùm ita. col. ij. ff. ad Trebellia. Nicol. Pign.

XXXIIII.

1 *Sponsa quare ex cõsuetudine ad minus stet per annum, quòd per virum ad domum non traducatur.*

2 *Gratior est fructus, quem spes producit in æuum.*

ITem pro solatio quæritur, consuetum & obtentum est,
1 vt † spõsa ad minus stet per annum, quòd per virum ad domum non traducatur: quæ est ratio? Respondeo ratio
2 est, gratior † est fructus quem spes producit in æuum, vide verba tex. xxvij. q. ij. c. institutum.

XXXV.

1 *Testator si leget duos seruos de suis Titio, per eum eligendos, reliquos verò Seio: repudiante Titio, Seius omnes habebit, virtute verbi reliquos.*

1 LEgo de meis duos seruos † Titio per eum eligendos: reliquos verò Seio. repudiante Titio, Seius omnes habebit, non iure accrescendi, cùm sint disiuncti: sed virtute verbi reliquos: casus est notabilis in l. cùm optio. ff. de optio. legat. ar. l. cæterorum. ff. de verbo. signi. & l. j. C. de hæred. instituen.

ADDITIONES.

Et l. potest reliquorum. ff. de verbo. significat. & ponit Alcia. in dicta l. cæterorum. latè Ias. post alios in dicta l. ij. C. de hęred. institu. Nicol. Pign.

Adde ea quæ notat Bartol. in l. Gallus. §. ij. in fin. ff. de liberis & posthu. Gab. Sar.

XXXVI.

1 *Legatarius prædiorum, grauatus restituere quicquid ad eum ex hæreditate peruenerit, non tenetur ad fructus, nisi esset testatoris creditor.*

1 QVòd, licet legatarius, cui prædia † sunt relicta, grauatus fuisset restituere quicquid ad eum ex hæreditate peruenerit, non teneatur ad fructus. l. quod his verbis. ff. de leg. iij. & l. ita tamen. in princ. ff. ad Trebel. Tamen hoc fallit, vbi legatarius esset testatoris creditor. casus est singularis in l. cum quis. §. mulier. ff. de dote præleg. nota bene rogo te, & non exeat de memoria tua.

ADDITIO.

Adde quòd ille tex. est diligentissimè not. secundum Alexand. in l. hæredes mei. in prin. & in l. balista. circa fi. ff. ad Trebel. Et eum amplia, vt procedat etiam in institutione. Francis. Rip.

in l.in fideicommissariam.in xv.limita. primæ regulæ.ff.ad Trebel. Nic.Pign.

XXXVII.

1 *Nobilis virum per ingressum religionis perdat nobilitatem, sicut amittit ius Comitatus,& ius Ducatus.*

2 *Monachus per ingressum religionis nobilitatem perdit.*

3 *Nobilitas est quoddam ius sanguinis,quod est incommutabile.*

4 *Suitas est ius sanguinis.*

1 VTrum nobilis per ingressum religionia perdat†nobi-
litatem?Et videtur quòd sic:quia perdit ius Comita-
tus,& ius Ducatus.glo.est ordi.xxvij.q.ij.ca.scripsit.& xx.
q.iij.c.præsens.quas gloss.approbat Spec.in titu. de statu
mona.§.j.versi.xj.& Bal.in l.Deo nobis.C.de episc.& cle-
ri.Et hoc cùm esset Romæ de facto inter Dominos de Ro-
ta io persona vnius nobilis de Francia,qui in impetratio
ne beneficii dixit se nobilem,cùm esset monachus,fuit si-
2 bi obiectum de surreptione rescripti.Alij Domini † alle-
gabant duas gloss.expressè volentes monachum nobili-
tatem perdere:primam in c.j.de purgat.cano. secundam
in c.causa quæ.de sta.reg. Et tamen his non obstantibus
Domini de Rota cõtrarium terminauerunt, ea præcipuè
3 ratione:quia nobilitas†est quoddam ius sanguinis quod
est incõmutabile.l.ius agnationis.ff.de pac. Præterea sui
4 tas†etiã est ius sanguinis,& ideo non perditur.l.Deo no-
bis.C.de episc.& cler.Item dato quòd perderetur, tamen
Papa non fuit deceptus in impetratione,sed potius in in-
re:quia illud stabat in iure.& ita fuit decisum,& bene.

ADDITIONES.

Quòd nobilitas perdatur per monachatum,gl.est notabilis in c.j.de purga.cano. Perditur etiam per peccatum.iij.distinct.§.Christo.& d.c.j.Perditur etiam per exercitium artis rusticæ, seu vilis,& prohibet promotionem ad regimina ciuitatum, not.gloss.in c.quæ contra pacem.xxiij.q.j.& in l.ne quis.C.de digni.lib.xij.Et ad istud singulare vide etiam Sand.licet prædicta non alleget,in c.super literis.in ver.exprimenda sunt.vers.sic.secunda regula.de rescrip.Vide eundem vbi etiam prædicta non allegat in c.cõsultationibus.col.fi.in fi.de of.& pote.iudi.deleg.& in c.cùm deputati.col.ij.in prin.de iud.

Adde Ias.in l.ij.col.ij.C.si contra ius vel vtili.Deci.in authenti.ingressi.col.ij.C.de sacrosanctis eccle.Rip.in c.ad aures.col.v.& ibi Augu.Bero.nu.24.de rescri.Cagnol.in l.cùm quædã puella.nume.17.ff.de iurisdi.om.iudic.Nico.Boër.decis.cclx.nu.30.latè Andr.Tiraquel.qui plures citat,in tract.de nobil.cap.xxvij. Nic.Pign.

Vide quæ scribit Rebuff.in tracta.nominationum,quæstio.xij.numer.31.versic.vlti.quidam religiosus.& versic.contrarium teneo. Gabr.Sar.

XXXVIII.

1 *Intellectus l.ij ff.si certum petatur.*

2 *Contractus possunt stare in pendenti,sicut vltima voluntates.*

3 *Contractus innominatus erit,si tibi commodo scyphos argẽteos, vt eosdem,vel tantundem argenti mihi reddas.*

AD intellectum l.ij.ff.si cer.pet.quam pridie habuistis,
1 †Commodo tibi scyphos argenteos,vt eosdem, vel
tantundem argenti mihi reddas,quis cõtractus erit?Bar.
ibi non dicit. Tu dices quòd ex postfacto iudicabimus
quis contractus fuerit,nam aut reddes eosdem, & erit cõ
modatum:aut tantundem,& erit contractus innomina-
2 tus,do vt des.nec est † mirum si contractus stet in penden
ti:licet secus in vltimis voluntatibus.l.fi.ff.cõmunia præ
3 di.Tamen non est verum,imò est†contractus innomina-
tus ab initio.casus est singularis,in l.fi.ff.de præscrip.ver
bis.in fine.

ADDITIO.

Et idem dicit Ias.in d.l.fi.& doct.maximè Moder.in d.l.ij.Et circa illam l.adde Alci.lib.ij.paradox.cap.xix.

XXXIX.

1 *Commodando mihi quis suum bouem, & ego illi meum, contractus innominatus celebratur.*

ITem quæro, commodo tibi bouem meum,& tu mihi
tuum,quis contractus erit?Tu dices quòd sunt duo cõ
tractus commodati:sed malè,quia illud debet esse gratui
1 tum.imò†est contractus innominatus.text.est singularis
in l.si rem mihi inspiciendam.§.si cum vnum.ff.de præ-
scriptis verbis.

ADDITIO.

Et idem Rom.consi.ccccxx.circa propositam.vbi ampliat hoc per l.si tibi polienda.ff.eo.titu.Et quæ sit natura commodati,& contractus innominati,latè ponunt doct.in l.ij.in prin.ff.si cer.peta. Nic.Pig.

XL.

1 *Mandatum generale habens ad locandum omnia prædia ecclesiæ,an possit locare domos ecclesiæ contiguas?*

2 *Lapus Castellionensis fuit Florentinus,& aduocatus consistorialis,& eius authoritas est magna.*

1 AN habens(istud est mirabile dictum) generale†man
datum ad locandum omnia prædia ecclesiæ, possit
locare domos contiguas ipsi ecclesiæ? Lapus singulari-
ter dixit quòd non in suis allegationibus.allegat duode-
2 cim rationes,quæ an sint veræ,cogita:licet† sua authori-
tas sit magna, quia fuit aduocatus consistorialis,& fuit
Florentinus de Castelliono,quod nota.

ADDITIO.

Et sequitur Alex.in l.solutum.§.fi.ff.de pig.actio. Nic.Pig.

XLI.

1 *Sententia lata in duobus quinquaginta diuersis,ab eo iudice,qui de quinquaginta tantum cognoscere potest,valet: & in quibus quinquaginta sententia valere debeat,iudicis est electio.*

1 SI quis debitor ex vno contractu in quinquaginta†du
catis,& ex alio in quinquaginta Imperialibus, habuit
sententiam contra se ab eo iudice, qui non poterat nisi
de quinquaginta iudicare: certum est, quòd ex quo sunt
diuersæ summæ,valet sententia.l.fi.& ibi plenè no.in gl.
ff.de iuris.om.iudi.Sed cuius erit electio in quibus quin-
quaginta valeat sententia? iudicis. text.est singul. in l.si
duas.in prin.ff.de excu.tut.

ADDITIO.

Adde hoc singu.ad Hippol.de Marsil.in l.quæstionis modum.ff.de quæstio.vbi collegit casus,qui committuntur arbitrio iudicis. Nicol.Pign.

XLII.

1 *Sententia iudicis per binum, vel trinum actum, consuetudinem confirmat.*

2 *Arbitrorum sententia, etiam si essent mille,consuetudinem non confirmant.*

1 AN,sicut sententia iudicis per binum, vel trinum † a-
ctum,secundum diuersas opiniones confirmat con
suetudinem,vt l.de quibus.ff.de legi.l.j.& ij.C.quæ sit lon.
consue.& in c.fin.de consue.ita & sententia arbitri? Dic
2 quòd non:†imò si mille essent arbitrorũ sententiæ, con-
suetudinem non confirmant.istud fuit singulare verbum
Ioan.And.in c.Abbate.de ver.signi.& hoc didici à Bal.
in c.j.de feu.cog.in vsib.feu.Nota quia non inuenies ta-
ctum in prædictis locis.

ADDITIONES.

Adde quòd idem tenet Innoc.in d.c.Abbate.vbi etiam per Ioã.And.in nouel.Idem tenet Guliel.de cun.in l.de quibus.ff.de legib.vbi Bal.in repe.in xiij.col.sibi contrarius tenet oppositum.Et Ant.de Butr.in commento c.fi.col.xvj.de consuetu.quos refert & sequitur Ias.in d.l.de quibus.col.xxvj.in princ.Et aduerte quòd istud dictum subtraxit Franc.Cre.sing.suo cj.inci.tu scis,quòd huius actus.

Adde quòd Iason in l.de quibus.col.ix.versicu.secundò quæro.ff.de legib.tenet contrariũ eius quod Rom.hic,scilicet quòd consuetudo confirmetur per sentẽtias arbitrorum,sicut per sententias iudicum ordinariorum:quia arbitria redacta sunt ad instar iudiciorum.l.j.ff.de arbitr.& quia per actus extraiudiciales etiam inducitur consuetudo.vt ibi latius per eum.Cat.Cot.in memoral.in verb.consuetudo non confirmatur.& in verb.sententiæ arbitrorum.

XLIII.

1 *Consuetudo secunda,vt tollat primam præscriptam,oportet quòd etiam ipsa secunda sit præscripta,si causam petitorij concernat:*

sicut

secus si causam possessory, nam secunda etiam non præscripta tollit hoc casu primam præscriptam.

2 *Mulieres non possunt inducere consuetudinem.*

3 *Mulieres etiam millies contrahentes cum personis prohibitis, statuto non derogant.*

AD hoc vt secũda consuetudo tollat primã præscriptã,
1 oportet † etiã ipsam secũdam esse præscriptã. gl. no. in l. nemo. §. tẽporalis. ff. de reg. iur. Quod est verũ in cõsuetudine cõcernẽte causam petitorij: secus si cõcernat causam possessorij, tũc enim secũda consuetudo licet non sit præscripta, tollit primam præscriptã. Bald. in d. c. j. de feu. cog. & fuit originaliter Ioan. Andr. in c. cùm ecclesia. de
2 elect. Et tene † menti quòd mulieres nõ possunt inducere consuetudinem. Bar. per illum tex. in l. j. ff. de legi. & ideo
3 † si millies contraherent cum personis prohibitis, non derogant statuto.

ADDITIONES.

Faciunt quæ dicit idem Ro. cõsi. cxcviij. Feli. in c. cùm accessissent. col. iij. in fi. versi. septimò limita. de consti. Faciunt quæ ponuntur per Aret. consi. xxij.

Et idẽ tenet Alex. in l. ij. ad fi. prin. ff. solu. mat. Feli. in c. cùm accessissent. cõl. iij. nu. 31. ad fi. & ibi Deci. col. fi. de cõstit. Idem Deci. in d. §. tẽporalis. in vlti. limita. Ias. in l. de quibus. nu. 79. ff. de legi. Cagnol. in d. §. tẽporalis. post eos quos allegat ibi, & tene mẽti. Adde Ias. in l. j. nu. 14. ff. de legi. Abb. in c. fi. nu. 8. de consue. Deci. in l. fœminæ. in xviij. prohib. ff. de reg. iur. Et vide quatuor pulchras rationes per Bal. in l. quoties. col. penul. C. de suis & legi. Nico. Pign.

Hoc dictũ latè declarat Balbus in tract. præscriptio. in vj. q. tertiæ partis vj. partis prin. & Catel. Cot. in memor. in verb. masculinũ regulariter. vbi adducit Soci. cõsi. vij. lib. j. post Abb. consi. liij. circa prin. Et plenè tradit Pet. Duenas in reg. cxlij. incip. cõsuetudo tollitur. in prin. & in reg. cccx. incip. fœminæ regulariter non computantur. Gab. Sar.

XLIIII.

1 *Probans primò, obtinere debet, nec iudex tenetur alium expectare, vt probet, nisi de matrimonio tractetur.*

1 QVòd primò probans debet obtinere, & iudex † nõ tenetur alium expectare, vt probet. l. is à quo. ff. de rei vẽd. & l. si quis à multis. ff. de noxa. c. capitulũ sanctæ crucis. de rescrip. Quod fallit in matrimonio. Inno. notat in c. cum inhibitio. extrà de clande. despon.

ADDITIO.

Quod dictum est in rubr. de spon. d. 10. & ibi per Abb. & alios. Feli. in c. j. col. ij. vt lite non cõtest. vbi ponit & alia multa priuilegia. Ias. in l. à diuo pio §. si super rebus. col. fi. ff. de re iudi. & Matth. de Afflic. in tit. de inuest. de re ali. fac. §. rei autẽ. col. pen. vbi notabiliter declarat d. l. is à quo. Nic. Pig.

XLV.

1 *Scholarium vniuersitas consentiens disponere potest, vt qui nõ sit de illorum vniuersitate, reddat vocem: secus si vnus ex eis etiam minimus dissentiat, tunc enim is admitti non potest.*

QVia heri fecistis consiliarios in vniuersitate, quæro
1 clarum est, quòd ad hoc † vt alius, qui non sit de vniuersitate, reddat vocem, potest vniuersitas scholarium disponere. cap. scriptum. de electio. lxiij. distinctio. cap. obeuntibus. cum similibus. Sed nunquid si vnus tantum in vniuersitate contradicat, ne ille admittatur, valeat actus: Tu dices, qui scis pauca sicut ego, quòd hoc est indubitatum, quòd sic, per regulam l. quod maior. ff. ad municipa. l. planè. ff. quod cuiusque vniuer. nomi. in c. j. de his quæ fiunt à maio. parte capi. Sed contrarium est veritas. hoc enim casu vnus quantumcunque minimus contradicens reddit actum nullum. hoc est dictũ singulare Cõpostellani, quem refert & sequitur Ioan. Andr. in dicto c. scriptum. in nouella.

ADDITIONES.

Adde tex. in c. in causis. ibi, à singulis de capitulo statutũ. & in d. c. scriptũ. ibi, mutuo cõsensu. & vtrobiq; per Abb. in l. iurisgentium. §. si. in vj. limi. ff. de pac. Feli. in c. cum omnes. in iij. limi. secundæ regulæ. vbi Deci. in iij. fallen. eadem reg. & Bart. Cæpol. col. fi. versi. iiij. limita. nume. 39. extrà de constit. Idem Dec. in c. constitutus. col. j. de app. Et de materia vide allegata per Cagnol. in l. aliud est vendere. §. refertur ad vniuersos. ff. de reg. iu. Nic. Pig.

Nonnulla similia vide infrà per eundem Ludo. Roma. sing. 96. & singul. 100. Gabr. Saray.

XLVI.

1 *Iudex si in sententia dicat, condemno talem per talem legem, quæ lex non facit ad propositum, an sententia sit nulla?*

2 *Sententia continens manifestum iuris errorem, vel contra legem lata, est nulla.*

1 IVdex pronuntiat: Dico & condemno talem per talem legem, quæ non facit ad propositũ, an sententia sit nul-
2 la: Dices tu quòd sic, quia † continet manifestum iuris errorem, vel quia est lata contra legem, vt l. ij. C. quando prouo. non est neces. c. j. de re iudic. cum simi. Sed contrarium determinat Inno. in c. cùm ex officij. de præscript.

ADDITIONES.

Ad hoc vide Feli. in c. j. col. viij. circa fi. versi. limita not. de re iudic. idẽ Feli. in c. cũ ex officij col. xij. versi. quinta cõclusio. de præscri. Maria. Soci. de Sen in c. illa. in fi. de accusa. & ibidẽ sequitur Feli. in fi. allegãdo Inno. in d. c. cũ ex officij. & Ro. hic.

Ias. in l. qui Romæ. §. duo fratres. iij. not. ff. de verb. oblig. & in l. cum prolatis. ff. de re iudi. Et adde quòd, vt sentẽtia errore iuris sit ipso iure nulla, requiritur, vt talis error expressus in sententia oculo corporeo legi possit, & non oculo mẽtis. famosum dictũ eiusdẽ Inno. in c. P. & G. de offi. deleg. quẽ sequuntur doct. in d. §. duo fratres. & d. l. cum prolatis. & Moder. Arimi. in tract. nulli. tit. ex defectu processus. nu. 122. Nicol. Pig.

XLVII.

1 *Vsuraria exceptio infra quantum tempus probari debeat.*

2 *Vsuram exigens raptor est, & spoliator.*

1 INfra quantum tempus debeat probari † exceptio vsuraria. Host. & Io. And. in nouella, in c. quia frustra. de vsur. dicunt, quòd debet probari infra octo dies à die propositæ exceptionis. ar. c. pia. de except. li. vj. qui text. re vera loquitur in exceptione excõmunicationis, & pro certo est extranea inductio. hoc etiam confirmat Lappus in allegationibus suis, alleg. lv. ad fi. Et cùm hæc quæstio fuisset Romæ coram me ex voto dominorum meorum de Rota, decidi contrarium, non obstantibus prædictis authoritatibus Et vide pulchrã rationem, videlicet, quòd imò
2 debeat infra xv. dies probari: ratio, quia † qui vsuram exigit, raptor est & spoliator. c. si quis vsuram. xiij. q. iiij. sed exceptio spoliationis probanda est infra xv. dies. c. frequens. de resti. spol. lib. vj. ergo, &c. tene menti.

ADDITIO.

Adde quòd Host. & Io. And. sequitur Abb. in d. c. quia frustra. in fin Ioan. Arno. problem. ix. & est commu. opi. vt per Aug. Bero. in rub. extrà de vsu. concludentem iudici arbitrarium esse: tamen dicit quòd in iudicando fortè non discederet à commu. opin. Nic. Pig.

XLVIII.

1 *Testator si Titio fundum relinquat, cùm decem dare poterit, an illa decem hæredi soluta debeant, necne?*

2 *Pulchra dicta faciunt hominem pulchrum.*

ECce aliud, relinquo Titio fundum cùm poterit dare
1 decem: Titius † petit fundum cùm possit dare decem: hæres petit illa, an debeantur hæredi: Videtur quòd non, quia verba illud non dicunt. arg. l. non aliter. ff. de leg. iij. Sed in contrarium habes casum singularem & notandum in l. iij §. si quis sic acceperit. ff. de sta. lib. Tene menti: quia faciet tibi honorẽ in practica, & disputationibus, & aliis: quia † pulchra dicta faciũt hominem pulchrum.

ADDITIO.

Adde quòd illum text. dicit notan. Ias. in l. Gallus. in princ. ff. de liberis & posthum.

XLIX.

1 *Iurisdictionis voluntariæ actus possunt extra territorium ius dicentis exerceri, nisi illud, quod esset expediendum, de iure speciali competeret.*

1 TVhabes, quòd ea quæ sunt voluntariæ † iurisdictio-nis possunt extra territorium ius dicentis exerceri l. ij. ff. de offi. procons. & c. nouit. de offi. leg. & ibi gl. Hoc tamē limita not. nisi illud, quod esset expediendum, com peteret de iure speciali. text. est singularis, iunct. glo. in c. statutum. de præb. lib. vj. in fin.

ADDITIO.

Intellige illum tex. quòd iurisdictio competebat de iure speciali in beneficiis vacantibus in Curia: secus extra Curiam, vt per Rotam decis. viij. versi. nunquid. tit. de offi. vica. de Bisigne. Domin. in c. fi. de offic. vica. lib. vj. Nic. Boër. post eos quos allegat, decis. xxx. quæritur. Et adde aliam q. per Rip. in tracta. pest. parte vlt. §. fi. num. xx. Nic. Pig.

L.

1 *Iurisdictio contentiosa ad hoc, vt possit extra territorium exerceri, duo requiruntur partium, & iudicis proprij territorij consensus, nisi expediendum de iure speciali competeret.*

1 ITem, ad hoc vt iurisdictio contentiosa possit † extra territorium exerceri, duo requiruntur: consensus partium, & consensus iudicis proprij territorij ix. q. ij. c. episcopum. cum duobus ca. seq. iuncto c. calumniosos. xix. q. ij. & est gloss. not. quæ hoc dicit in c. vt litigantes. de offic. ordin. lib. vj. plenè per Cano. in cle. quamuis. in princ. & §. volumus. de foro compet. & dicto c. nouit de offic. leg. Quod tamen peregrinè limita. nisi illud competeret de iure speciali: tunc enim, etiā cum prædictorū cōsensu, de eo extra territoriū cognosci non potest. dictum est nouū & singulare per neminem ponderatum, Host. in c. excom municatis. de offi. leg. & ibi Ioan. Andr. refert in nouella.

ADDITIO.

Et sequitur Abb. in dicto ca. excommunicatis. col. ij. Hippol. de Marsil. in l. fi. nu. 197. ff. de iurisdictio. omn. iud. Nic. Pig.

LI.

1 *Arbitratoris à laudo, qui fuit electus in bonū virū, habito respectu ad eum, & non ad aliū, an possit ad arbitriū boni viri recurri?*

ANā laudo arbitratoris electi in bonū virum, præci- 2 pue † habito respectu ad eum, & non ad alium, possit recurri ad arbitrium boni viri? Tu diceres quòd sic, per regulam l. societatē. §. arbitrorū. & l. vnde si Neniæ. ff. pro soc. Sed in contrarium est verum, & est mirabile 3 verbum Bart. summæ † authoritatis in l. iij. § tam et si ff. de arbitr. mirabile dictum, & hoc poteris amico consulere, qui non vult, quod possit recurri.

ADDITIONES.

Vide Bald. in l. maioribus. de appel. & l. j. C. ne li. in vna eadémque cau. Roma. in consi. ccxvj. Alex. vbi plenè de materia re ductionis ad arbitrium boni viri. consil. cxxx. col. v. ij. volu. Adde quòd Bart. secuti sunt plures, quos refert & sequitur Tho. Ferra. caute. viij. Tu scis. Sed tu dicas quòd non obstante quauis cautela verborum in compromisso appositorum, etiā quòd iuramentum interuenerit de non contraueniendo ta- tione enormissimæ læsionis, potest peti reductio. Bal. in l. cū antea. col. iij. C. de arbitr. Deci. consil. xxxix. iuridicam. col. penulti. & hæc est commun. opin. & obseruantia, vt per Cur. Iunior. consi. lxxis. col. fi. & plures citat Cagnol. in l. ij. q. vij. C. de resci. vend. Nic. Pig.

* Notissimi iuris est, quòd si in aliquē fiat cōpromissum, quòd laro laudo, licet ab ipso non possit appellari, tamen quando aliqua ex partibus prætendit se læsam, tale laudum potest re duci ad arbitrium boni viri, etiam si ipsæ partes iurassent non reducere: quia subintelligitur tacita conditio, si arbiter vel arbitrator æquè arbitratus fuerit. prout not. per Bart. & Flo ria. in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. per Canoni. in c. quintaualli. de iureiur. per Dyn. in cap. scienti. de regul. iur. in vj. Oldrad. consi. clvj. Alexand. consil. cxxxj. volu. ij. & istud adeo verum est, quòd Bald. in l. cum antea. C. de arbit. & in l. si vnus. § illud. ff. de pact. dicit quòd per quancunque verborum cautelam fieri non potest vt tollatur reductio ad arbitrium boni viri: per istam rationem, quia dolo futuro renunciari non potest: ne quis inuitetur ad delinquendum. vt habetur in dicto §. illud. sed si tolleretur reductio, & arbiter seu arbitrator læderet in maxima parte, præsumeretur in dolo. vt not. Bart. in dicto §. arbitrorum. & in l. si quis cūm aliter. de verbo. oblig. imò si statutum esset in ciuitate, quòd istam reductionem tolleret, tamē lato laudo, si aliqua ex partibus prætenderet se læsam, ista reductio tali statuto non obstante, posset peti: prout tenet Anchar. in repet. c. cannnum statuta. vers. accedat hic quæstio de statuto. de constit. & consi. ccvij. & consi. seque. Roma. consi. xc. Ang. consi. cJxxij. Fulg. consi. ccxxxiij. Socin. consi. ccxx. Tamen ad impediendum istam reductionem possunt adhiberi quædam cautelæ, quarum prima est, vt in compromisso apponantur ista verba, eligentes eum vt bonum virum, non habito respectu ad alium. vt per Rom. hic. Secunda & optima cautela est, quòd vtraque pars inueniat vnum amicum, qui amici extra dicti compromisso per solennem stipulationem inuicem sibi promittant certam pecuniæ quantitatē casu quo partes non bomo logabunt laudum: quia hoc modo compromittentes, ad hoc vt amicus suus non soluat dictam quantitatem promissam in casu contrauentionis, non audebunt cōtrauenire. istam cautelam docet Dynus in consi. incip. Tholemeus. quem sequitur Flor in dicto § arbitrorum & Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de arbit. §. fi. versic. item quid si compromissum, dicens, quòd ista cautela multum frequentatur in Tuscia. Alias quatuor cautelas ad impediendum reductionē huiusmodi ad arbitrium boni viri, tradit Cæpol. cautel. cxcix. inci. difficile est dare modū. Alia est cautela, vt in cōpromisso apponatur illa clausula, lædere in parua vel magna quantitate: quia talis clausula tollit reductionē ad arbitriū boni viri. Bal. in l. cūm antea. col. iij. ver. quæro ergo si in compromisso. C. de arbit.

LII.

1 *Clausula in compromissis apponi consueta, cum potestate procedendi in scriptis, & sine scriptis, quid operetur?*

2 *Notarij ignorantes vim clausularum, Psittaco æquiparantur.*

QVid operatur clausula consueta apponi in compro- 1 missis, † cum potestate procedendi in scriptis & sine scriptis? Notarij quotidie apponunt, & tamen non intelli 2 gunt: sunt † enim vt Pica & Psittacus gallus, qui stant in 3 palatio dominorum, & loquuntur sine intellectu. Dic tu, quòd operatur effectum mirabilem: quia de gestis coram arbitro stabitur eius informationi. Bar. in authen. nisi breuiores. C. de senten. ex pericu. recitan. & Anto. fa. cit de eo glorioso festum, & maximum in cap. cūm ad sedem. de restit. spolia. & illud dictum Bart. retulit Anto. in pluribus locis, ad hoc, vt per repetitionem illud magis scholares memoriæ commendarent.

ADDITIO.

Ibi, Stabitur eius informationi. Intellige, id est, simplici relationi, & sic poterit esse testis. Sed an ista potestas dari possit arbitris? vide Bar. in auth. offeratur. in fi. C. de lit. cōtest. Sed aduerte, quia contra illud notabile dictū Bart. venit Ludo. met sibi contrarius in l. sciendum. ff. de verb. oblig. in pen. char. & Ange. in aut. nisi breuiores. hic aSe. quia propter hoc daretur modus, q̃ quis nunquā obtineret in causa reductionis, licet idem Ange. in repet. d. l. sciendum. sit sibi contrarius. Anto. in d. c. quintaualli. s circa vj. chart. etiam sibi contrarius tenuit contra Bart. Ad quod vide etiam Petr. de Ancha. & Moder. in c. cūm à nobis. de testi. Abb. & Moder. in c. ex literis. de proba. Imo. in c. j. de iudi. Alex. in dicta l. sciendum. de verb. oblig.

Et Bar. dictum plures pro & contrà reuenerunt, vt refert Ias. in l. admonendi. col. lxxxij. nu. 201. ff. de iureiur. & communiter non tenetur, vt per Felin. in c. quoniam contra. col. j. & Deci. in vj. notab. August. Bero. iij. not. de probs. vbi latè disputant & saluant Bart. hic in aliquo casu. Sed quid si data fuit potestas procedendi de iure vel de facto? vide Ant. de Butr. in c. in præsentia. de renun. quem refert Alex. in d. l. sciendum. co. v. nu. 25. ff. de verb. obli. Et aliquid in proposito per Cagnol. in l. si librarius. nu. 2. ff. de reg. iur. super hoc tamen articulo, audiendus est Alex. in addit. ad Bar. in l. ij. in additio. incip. per notarum. C. de iure fisci. lib. x. qui in hac difficultate ita disserret, videlicet ad c. Bar. in authen. nisi breuiores. vbi dicit, quòd quando agitur coram arbitro, qui potest sine scriptis ex partium conuentione procedere, potest ipse testificari de gestis coram se, quasi ex præmissis voluerit partes stare dicto arbitrij quod tenuit etiam Imol. in c. cūm à nobis. & in c. j. de iud. & d. Abb. in c. ex literis. de probat. & Ant. in d. c. cūm ad sedem. de restit. spol. & in c. quoniam contra. de probat. & in c. sicut. de sent. excom. & hoc sequitur Lud. Ro. in not. lij. licet Angel. & Do. An. dicant dictum Bart. valde periculosum. & istud dictū reprobat D. Ant. in c. quintaualli. de iureiurādo. vbi

vbi circa hoc dicit Bar. dictum posse procedere actis tendentibus circa ordina. iudicii, non autem in decisoriis. Et istud etiam sequitur Ro. in l. secundum. de ver. ob. & ita potest procedere quod no. Ang. in d. authen. nisi breuiores. Sed aduerte quia ista concordia Dn. Ant. mihi non placet: quia si procedit sine scriptus, ad quid proderunt acta tendentia ad ordinationẽ litis, cogita. Bal. in d. auth. nisi breuiores. dicit quòd in litibus paruis potest, si hoc dictat cõsuetudo: aliàs secus. sed certè nec ista opi. Bal. mihi placet: quia si verum esset quòd istud dictũ esset periculosum, vt ibi dicit Ang. & aperiat viam fraudibus, quomodo poterit validari per consuetudinem? Certè nullo modo. c. fi. de consuc. quare puto in hoc considerandum qualitatem personæ iudicantis: vt si est legalis & bonæ opinionis, procedat dictum Bar. & sequacium, aliàs secus. & moueor ad sic dicendum per tex. no. in c. ij. de ope. no. nun. & per gl. in ca. expeditur. xij. q. j. & per no. dictum Host. in c. fi. de do. & cõtu. & per Anto. in c. postremo. de appel. Gab. Sar.

* Adde quòd notariorum imperitia destruit totũ mundũ, & ponit conscientias bonorum virorum in magno discrimine, vt eleganter Bal. consil. vj. viso testamẽto Bartolucii. li. iiij. quod pro egregio commendat Ias. in l. filius à patre. in princi. ff. de lib. & posthu. & de ea conqueritur Ange. consi. cexlvij. imperitia notariorum. in princip. Et ideo decidit singul. Bald. in l. quoties. col. j. in fi. C. de hæred. insti. quòd si pater instituit filium hæredem, & matri legauit mille, ecclesiam verò instituit in quinque solidis, & moritur filius: quòd per hoc quod ecclesia sit instituta, nõ excludit matrem, ne qui minus dilectus est, plus consequatur: quia ista verba, iure institutionis, ponuntur hodie ex consuetudine notariorum: quia non intelligunt quid dicant, & sæpè imperitiores sunt ipso testatore. Hoc dictum Bal. reassumit And. Sicul. in repetit. l. cùm acutissimi. C. de fideicom. & pro singu. exclamat Francis. Curt. consi. lxvij. col. vj. versi. & adduco quod singulariter &c. & habetur inter consilia Alex. consi. lij. lib. iiij.

LIII.

1 *Pater noster, an dici debeat in principio officij, an verò in fine?*
2 *Doctores legum sæpe interrogantur de rebus ad eorũ professionem non pertinentibus, & extraneis, ad quæ respõdere scire debẽt.*

FVi Romæ interrogatus per Cardinalem de Vrsinis, an
1 in principio † officii debeat dici Pater noster? Ego dixi quòd debet dici in fine officii. tex. est de consecra. dist. v. c. id semper placuit. & per hoc ab eodẽ Domino lucra-
2 tus sum vnam cœnam. Nota † quia sæpe etiã de aliis extraneis interrogaberis, vt ego Florẽtiæ fui interrogatus, quot dies luna haberet.

LIIII.

1 *Compaternitas, seu filiatio spiritualis an per procuratorem contrahi possit?*

1 QVæro an filiatio spiritualis, seu compaternitas † possit cõtrahi, seu fieri per procuratorem? Tu dic quòd non: per ea quæ no. Bar. in l. Gallus. ff. de libe. & posthu. in §. forsitã. in fi. & ita dicit tenere canonistas, vide per doct. in c. super eo. de cogna. spiri.

ADDITIONES.

Adde Alex. qui plura adducit in d. §. forsitã col. iiij. latè per Feli. in c. ex parte. il j. de test. Faciunt no. per Feder. consi. xv. incip. quæstio talis est, syndicus, &c. Alb. de Ros. in rubr. C. de procu. & in dictionario, in verbo, compaternitas. & in verbo, impedimentum.

Dicas quòd de consuetudine potest contrahi, non de iure. Bald. in l. j. §. ne autem. col. fi. C. de cad. tol. decisio Tholosa. clvij. & ibi per Aufrer. Nic. Pign.

* Adde Ant. de Butr. in c. per venerabilẽ ver. & per hoc infertur. qui filii sint legit. Feli. in c. ex parte. j. versi. amplia secundò. de rescript.

LV.

1 *Iudæus dum baptizatur an possit constituere procuratorẽ ad respondendum pro eo, vt sit in infantibus?*

ET in eadem cœna, dum baptizaretur quidam Iudæus,
1 fui interrogatus, an Iudæus possit † procuratorẽ constituere ad respõdendum pro eo: vt fit in paruulis? Et istud non reperi inter alios casus positos in l. Pomponius. ff. de procu. & in cap. qui ad agendum. eo. tit. li. vj. Denium reperi tex. singularem, de conse. dist. iiij. c. cum paruulis. vbi expressè deciditur, quòd non. nota bene.

ADDITIONES.

Et sequitur Alcia. in l. j. in fi. & ibi Fran. Rip nu. 36. ff. de ver. oblig. Nic. Pig.

Idem refert & sequitur Marquardus de Susania de Vtino in eius celebri tractatu de Iudæis, & aliis infidelibus, in tertia parte, c. iij. in fi. nu. 9. versi. & nota ad prænussa. Gab. Saray.

LVI.

1 *Concessione facta ab episcopo de castro, & omnibus, quæ ibi habet, an veniant spiritualia?*

VOlo tibi dicere aliud. Cõcedit episcopus castrum de
1 Deo, † & omnia quæ ibi habet: q nõ propterea veniũt spiritualia, dixit Inno. in c. ex literis. de iure patr.

ADDITIO.

Et eũ sequitur post alios Abb. ibi. & in disputatione, inci. Augerio. col. viij. & in c. fedes. col. ij. & ibi Deci. ij. no. de rescri. Bal. in l. à procuratore. in prin. C. manda. Cur. in tract. iuris patro. in verbo, ipse vel is. q. xxiij. Nic. Pign.

LVII.

1 *Patronatus ius, quod habet venditor in capella in fundo ædificata, transit in emptorem fundi, nisi ad capellam per viam publicam eatur.*

1 SI vendo fundũ, in quo est ædificata capella, & per † consequens habeo ius patronatus, in venditione trãsit illud ius. gl. est in l. in modicis. ff. de contrah. emp. & l. quædam. ff. de acq. rer. do. Canon. plenè in d. c. ex literis. de iure patro. Quod est verum, nisi ad capellam iretur per viam publicam. Bar. singulariter in l. si mercedem. §. si cum fundum. ff. de actio. emp. per istũ tex. singularem. Facit quod idem no. in l. assiduis. C. qui pot. in pig. hab.

ADDITIO.

Adde quòd contrarium tenent communiter doc. in d. c. ex literis. & per Roch. Curt. in tract. iurispatro. in verbo. ipse vel is. q. xxiij. versi. inferunt etiam. Pro opinione tamen Bar. & Ro. hic facit l. fundus mihi. & ibi gl. fi. ff. fami. erc. & eã sequitur Abb. in disputatione v. inci. Augerio. col. viij. versi. secundo potest. & eam dicit veriorem Nicol. Boẽr. decis. cccxij. vicinus. in fi. post eos quos allegat. Et nouissimè eam tenet & defendit August. Bero. in d. c. ex literis. in vlt. conclusio. siue differentia, an possit haberi aditus per viam publicam, vel ne. & in c. j. nu. 39. eo. tit. de iure patro. Nic. Pign.

LVIII.

1 *Collatio beneficij facta per vicarium episcopi ex speciali mãdato, ignorantem alium vicarium fuisse creatum, an valeat?*
2 *Procurator primus per constitutionem secundi reuocatur.*
3 *Tutor datus in testamẽto nõ reuocatur, si alius detur in codicillis.*
4 *Vicarius episcopi habet ordinariam iurisdictionem, pari modo & legatus Papæ.*
5 *Legatus Papæ primus non intelligitur reuocatus per constitutionem secundi.*
6 *Præses primus per aduentum successoris licet intelligatur reuocatus, tamen valebit quicquid agitur per primum, reuocationem ignorantem.*

1 FVit quæstio Romæ inter dominos meos. Vicarius † episcopi ex speciali mandato, cùm ignoraret alium vicarium fuisse creatum, contulit vnum beneficiũ. fuit dubitatum an valuerit collatio? Aliqui ex dominis meis dicebant q non, allegantes Io. Cald. hoc tenẽtem in c. fin. de of. vica. & Mod. in c. j. eo. ti. lib. vj. mouentur ar. à simili, de
2 procuratore, qui † per constitutionẽ secundi reuocatur, vt l. si quis cũ procuratorio. in fi. & l. seq. ff. de proc. Cano. habent in c. cùm non iniustè. e. ti. Alii tenebant cõtrariũ dicentes, q imò teneretur admitti quilibet in solidũ: vt di-
3 cimus in tutore, † qui si datus sit in testamẽto nõ reuocatur, si alius detur in codicillis, vt l. ij. C. de testa. tu. Secũdò,
4 † quia sicut vicarius epi habet ordinariã iurisdictionem, ita & legatus Papæ. c. ij. de of. lega. li. vj. sed per secundum
5 † nõ intelligitur primus legatus reuocatus, vt est casus in c. nolentes. de of. leg. tenet gl. or. & singularis. xxv. q. ij. c. in Galliarum epis. ergo &c. tenet Spe. in tit. de legato. §. finitur. in verb. in summa. & ita fuerunt in plures sñias diuisi. Concordarunt tñ in hoc oẽs, q illa collatio beneficii va-
6 luerit. probãt, quia licet † per aduentũ successoris primus præses intelligatur reuocatus. l. j. ff. de offic. præfe. augu. &

l.meminisse.in prin.ff.de of.procō.tñ valet qđ agitur per primum,si ignorat reuocationē.casus est singularis in l.si fortè.ff.de of.præsi.& ita cōcluserunt dñi mei per illū tex.

ADDITIONES.

Adde Calderi.consi.iiij.posito sub rub.de of.dele.vbi dicit,ꝙ tenent gesta per legatum reuocatum à Papa in publico cōsistorio ante notitiam:& in dubio presumitur reuocatio incognita.Faciunt quæ dicit Sand.in c.cæterū.ver.valet processus.de rescri.ita etiam tenet Rota deci.cccclvij.in nouis, circa tertiū dubium.Ant.Sicu.in d.c.cæterum.& est bonus tex.in c.super eo.ij.de appel.in fi.& ibi pulchrè per Philip.iiij.col.

Adde ꝙ pro opi.Ro.facit l.j.§ si ego.ff.quod iussu.& l.si mādassem.ff.mand.& l.si tamen.ff.ad Mace.& c.audita.de resti.spo. Et adde Abb.in c.volentes.in iij.no.de of.leg.Dec.in c.si duobus.col.iij.vbi Aug.Bero.nu.38.de appella.pulchrè per Nic. Boër.dec.ccexlvij.vicarius episcopi.post eos quos allegat,vbi etiam ponit,qualiter reuocatio vicarii debeat ad notitiā eius venire.Vide tamen text.sing.in l.vnica.§.administrationem. C.vt omn.tam ciui.&c.& quod per illum ponit Guid.Papa quęst.cccccj.vacante.Et amplia illam l.si fortè,vt infrà singu la.cccccclxxij. Nic.Pign.

Collationem beneficii factam à vicario episcopi reuocato, qui eius reuocationis erat ignarus validam esse,tenet etiam Cald. consi.iiij.in ti.de of.leg.gl.in l.tribunus.ff.de testa.milit.Ias.in l.more maiorum.nu.8 ff.de iuris.om.iu.Rebuf.in tract.de beneficiis.tit.dē simonia in resignatione.nu.34 Et de publicandis resignationibus gl.xviij.nu. 19. quicquid Frāchus scripserit in c.dudum.Et adde eundem Rebuf.in tract.nominationum.q.xiiij.nu.70.ver.septimò quęro.de pręb.in vj.Sufficit tamen in hoc casu scientia simplex reuocationis,absque literarum pręsentatione secundum Fel.in c.cęterum.de rescr.& Calder.in d.consi.iiij.& Rebuf.in d.trac.de beneficiis.in tit. de forma vicariæ.nu.210.& nouissimè Didacus Couarru.in practicis quæst.c.ix.nu.7.in secunda conclusione, vbi ponit hoc fallere,vbi reuocatio fieret propter delictum, quia tunc ipso iure etiam ignorante delinquente,omnis potestas & iurisdictio tollitur,vt ibi per eū,qui multos ad hoc allegat. Et multa in materia tradit Guido Papæ decisio.Gratiooo.ccclxxiiij.permutatio facta. Gab.Saray.

LIX.

1 *Iudicis amotio,licet eius manus nō liget,nisi sciat,tamen secus est. si propter delictum amoueatur, tunc enim etiam ignorantem afficit.*

1 ET licet,(vt dixi) amotio iudicis† nō liget manus eius, nisi sciat,tamen hoc fallit, nisi esset amotus propter delictum,quia tunc etiam ignorantē afficit.casus est singularis à canonistis pessimè notatus,in c.j.§.adiiciebatur.de conces.præb.li.vj.Canonistæ solent allegare Inn. hoc dicentē in c.qualiter & quādo.de accu.& in c.veritatis.de do.& cōt.sed pro eo est casus in d.§.adiiciebatur.

ADDITIONES.

Adde quòd dictum Inn.sequitur Pa.in d.c.veritatis.col.pe.

Circa quem tex.vide ibi doct.& in c.eum qui.de præb.in vj. & cumulat Fel.in c.cæterum.nu.24.ver.fi. octaua restrictio.de rescri. Nicol.Pign.

LX.

1 *Vtilitatem domus suæ legans,vsum tantùm legasse videtur.*

QVidā Romæ doctor legauit ecclesiæ sancti Pauli vtili
1 tatē sui palatii:fuit† dubitatū quid legatū contineat? Dixi ꝙ vsum tantùm:casus est singularis in l.si habitatio. §.j.iuncta gl.in verbo,sed si.ff.de vsu & habita.tene mēti.

ADDITIO.

Et hoc allegat Deci.in l.semper in obscuris.ff.de reg.iur.ꝙ illa regula habeat locum in legato facto ecclesiæ.cuius cōtrarium est verum,vt j̄.singu.cccccxxj.& hoc est ex proprietate illius verbi.de quo vide Ale.in lib.ij.pareg.c.xiiij. N.P.

LXI.

1 *Vsusfructus fundi si alicui relinquatur,& eiusdē alteri proprietas sub conditione legetur,& pendente conditione vsufructuarius fundi proprietatem ab herede emat,an proprietatis legatarius euenien te conditione totum fundum petere possit?*

1 FVit cuidam vsusfructus fundi† relictus,& eiusdē alteri proprietas sub cōditione,pendente cōditione vsufructuarius emit ab hærede proprietatē dicti fundi, demum extat cōditio,petit legatarius proprietatis totū fundum, quęritur quid iuris?Dixi rectè petitionē institutam.casus est singularis in l.si tibi fundi.ff.quib.mo.vsusfr.amit.

ADDITIO.

Adde l.is cuius.& l.cùm filius.§.dominus.ff.de lega.ij.Et an vsufructuarius,qui emit proprietatē,possit separare vsumfructū proximiore illā petente iure retractus,tradūt Doc.in l.si maritus.C.de inof.test.Cremē.sing.lviij.testator.And.Tiraq. de retract.consang.§.j.gl.vij.nu.62.& seq. Nic.Pig.

LXII.

1 *Testamentum an nullum sit per compulsionem testiū,vel notarij?*

1 QVæro,an† per cōpulsionem testiū sit testamentū nullum?Casum habes vnicum ꝙ sic,in l.qui testamēto. in fi.ff.de testa.Et idē dicas propter cōpulsionē notarii, secundum Bal.ibi,arg.l.in exercendis.C.de fide instru.

ADDITIONES.

Ad hoc vide Arc.vbi facit mentionē de tex.in d.l.qui testamento.in l.j.circa prin.eo.tit.de testa.

Et Pau.de Cast.in d.l.qui testamento. Nico.Pig.

Ibi,Et idem dicas propter compulsionem notarii,&c. Hoc idē sequitur Io.Crotus in l.stipulatio hoc modo cōcepta.in primo no.ff.de ver.obli. Gabriel Sar.

LXIII.

1 *Emphyteuta fisci,an teneatur stare colono?*

2 *Emphyteuta ecclesiæ tenetur stare colono,imò priuatur,si eū expellit.*

1 AN emphyteuta fisci† teneatur stare colono?In emphyteuta priuati habetur per Doct.in l.emptorē.C.loc. in l.mercis.C.loc.l.si filiofamilias.§.si vir.ff.sol.matr.per Canonistas in c.fi.ne præla.vic.suas. Sed pro hoc quòd teneatur,quidam allegant l.fi.ad fin.ff.de iure fis.quæ nihil facit.Sed tu allega casum singularem in l.pe.C.de manc.
2 & col.pa.lib.xj.Et† idē in ecclesia:vt ibi per Bart.imò priuatur,si expellit, vt ibidem dicitur.tene menti

ADDITIONES.

Ibi.Et idem in ecclesia.Contrarium tenet Alex.vbi respondet.l. fi.C.de sac.san.ecc.& dicit Bar.nō se ipsisse super d.l.pe.quæ incipit,cognouimus.in d.l.si filiofamilias.§.si vir.col.iij.circa fi.versi.adde quòd de materia.Vide Barb.consi.xxxvij.prima parte.Bal.consi.clxxvij.inci.Abbas fecit.per totū, & melius in consi.ccccxvj.inci.reuerendus pater.post prin.in ver. modò videtur.& cōsi.xxxviij.inci.Papa.per totum,secūdum vnicum numerum.

Et per d.l.fin.in fi.tenet Practi.Papi.in forma libelli,quo agi.ad fict.præst.in gl.soluere.Gui.Papæ q.cccclxxx.locaui.iij.fallen.Bal.& alii in d.§ si vir.Ias.in l.diuortio.col.viij.in fi.ff.solu.ma.& plures alii,quos omitto.Et hoc sequitur Corse.notab.emphyteusis iij.Hipp.de Mars.sing.cccccxlviij.Rei suæ. Rip.in tract.pest.par.vlt.in prin.col.antepe.Deci. in c.j.sub nu.15.de probatio.Et quid de aliis id genus?vide collecta per Boër.in regula,is qui.de reg.iu.li.vj.& And.Tiraq.de retrac. conuen.§ iij.gl.vnica.nu.13.& seq. Nic.Pign.

LXIIII.

1 *Concessione facta de castro,cum toto territorio,non venit locus sterilis,nec vsus fluminum.*

1 SEd nota mirabilem casum,† quòd si concedo tibi castrum cū toto territorio;quòd in ea concessione non venit locus sterilis,nec vsus fluminum. Casus est singularis in l.j.eo.ti.C.de manci.& colo.patri.lib.xj.

ADDITIO.

Et idem tenet Alex.post Mart.de Laud.in d.l.j.Intellige in concessione locationis,vel emphyteusis, prout loquitur d.l.j.secus in concessione donationis,vel venditionis,vt per Cæpol. in tract.de ser.rust.præd.c.xxxj.de flumi.nu.10. Nic.Pig.

LXV.

1 *Artem exercens per substitutum an gaudeat priuilegio artis?*

1 AN exercens† artem per substitutum gaudeat priuilegio artis?Quidam allegant Bar.in rub.C.de omnicu. lib.xj.quòd sic,sed melius facerēt ad hoc allegare in contrarium tex.singularem secundum me in l.fi.circa princ. ff.de excus.tut.

ADDITIONES.

Adde quòd Bal.in d.l.fi.per illum tex.in ver.per semetipsum.ad

hoc

hoc quòd doctor habeat salarium, debeat legere per se, & nō per substitutum, allegat etiam gl. in l. j. C. de manc. & col. libr. xj. & idem dicit Bal. & Sali. in l. j §. vt autem C. de ead tol. per illum tex. de qua materia vide per Bart. in l. nemo. ff. de duob. reis. per Cano. in c. j de sum. tri. & fide catholic.

* Adde de doctore conducto ad legendū, an & quando possit legere per substitutum Marc. Mant. sing. xxxj. nu. 3. & 4.

Et hoc in mercatore per illum tex. dicunt idem Ro. Are. & Ias. in l. scriniarios. nu. 8. C. de test. mili. vbi Deci. col. fi. dicit hoc iudicandum ex subiecta materia. Limita illum text. quando ex causa esset impeditus: vt per Bal. in d. l. fi. Alex. in l. diem functo. nu. 23 & ibi Deci. col. pen. & ibi per alios. ff. de offi. assessor. vbi latè tradunt de illa lege. Nic. Pig.

LXVI.

1 *Statuto stante, quòd quis perfecto officio gaudeat tali immunitate, an si quis propter infirmitatem illud non valēs perficere, ad aliud leuius officium transeat, statuto gaudere debeat, quasi primum officium perfecisset?*

2 *Salarium totum quis habere debet, si per alteram partem steterit, quominus seruiret, nisi cum alio se locauerit.*

1 AN stante statuto, † vt quis perfecto officio gaudeat immunitate tali: & aliquis non valens perficere propter infirmitatem, transit ad aliud officium leuius, an debeat gaudere illa immunitate, quasi primum officium perfe-
2 cisset? Videtur quòd non: quia, † (à simili) quia debet habere totum salarium, si deficit propter alteram partem, quin seruiat, nisi cum alio se locauerit. l. sed addes. §. si ff. loc. ita hîc. Contrarium est verum. casum habes singularem in l. ex agentibus. C. de priu. agent. in reb. lib. xij.

ADDITIO.

Et ibi Alex. in additio. Bar. Et tale statutum haberet locum in senectute, vt per Abb. in c. magnæ de voto. col. ij. Nic Pig.

LXVII.

1 *Concessio immunitatis facta tibi & hæredibus tuis, intelligitur ordine successiuo: secus si fiat disiunctiuè, tibi, vel hæredibus tuis: nam tunc copulatiuè omnes admittuntur.*

1 IMmunitas concessa † tibi & hæredibus tuis, intelligitur ordine successiuo, vt probatur per gl. & Bart. in l. Gallus. §. quidā rectè. ff. de lib. & posth. Sed quid si disiunctiuè tibi vel hæredibus? Dic quòd est perinde ac si dixisset copulatiuè: casus est singularis secundum Bal. in cap. j. de eo qui sibi vel hære. suis. in vsibus feudorū. quod tene menti.

ADDITIONES.

Dic quòd dictio, Vel, resoluitur in coniūctam, de qua per Alex. consi. xciiij. in iij. vol. col. v. & consi. xxij. col. iij. in j vol Adde etiam quòd istud dictum refert & sequitur Fel. in c. inter ceteras. in verbo, decem modis, col. v. versi. & addē quintam fallentiam. de re iudi. tamen nihil addit.

Et idem Bal. in l. Casus. ff. sol. ma. Ias. in d. §. quidam rectè. col. vj. ver. secundò amplia. & ibi per alios. Nic. Pig.

* Adde q̄ immunitas personę data, hęredibus nō relinquitur: sed generi posterisque data custoditáque ad eos qui ex fœminis nati sunt, non pertinet. ita Vlp in l. j. §. j. de iure immuni. & latè Dec. consi. ccxxiij. in casu proposito. per totū. Quod limitatur procedere in priuilegiis concessis contra publicā vtilitatem, quę non transeunt ad eos qui ex fœminis descendunt: secus in aliis priuilegiis. ita declarat Pau. de Cast. in l. quia tale. quam legit cum l. maritum. ff. sol. ma. & ante eum gl. sing. in l. si ita scriptum sit. in prin. in gl. vlt. ad fi. de leg. ij. quā pro singularitatē Ias. in l. j. in vlt. col. ff. de consti. prin.

LXVIII.

1 *Puteus viciniæ seruiens, si reparatione indigeat, omnium contributione debet refici, nec vnus potest dicti putei commoditatem renunciare, vt solutionem, & contributionem euitet.*

1 PVteus seruiēs toti viciniæ indiget reparatione: † vnus non vult contribuere alii renūcians commoditatem dicti putei, vt euitet solutionem vel contributionem: an hoc non obstante compellatur cōtribuere? Dic quòd sic: ita mirabiliter determinat Spe. in tit. de censi. §. j. ver. sed pone quòd quædā vicinia. & hoc habui à Bal. qui hoc refert & sequitur, in l. cùm fructuarius. ff. de vsufr.

ADDITIONES.

Adde Ias. in l. ij. in vj. no. ad fi. C de iure emphy. Cæpol. qui alios citat, in trac. de ser. vrb. prædi. c. xlv. j de puteo & cisterna, qui distinguit vt ibi per eum. Alex. in l. prætor. §. hoc edicto. ff. de dā. infe. Et an vicini propria authoritate possint collectā indicere, p puteo reparādo, ponit Gui. Pap. q. cccexliiij. vtrū. N. P.

* Adde q̄ puteus qui seruit toti viciniæ, vel alio modo cōis sit, debet cōmunibus impensis refici: aliàs reficiēti cōpetunt illa remedia, quæ tex. dicit in l. cū duobus. aliàs l. si fratres. §. item respondit socius qui cessantis. ff. pro socio. & tradit Bart. qui loquitur in molendino impetu aquarū destructo, in l. quominus. col. vlt. ff. de flu. vbi etiā Ias. & Ripa super xvij. q. Bart. sequuntur, quatuor modis limitātes. Adde Ang. in l. quidā liberus. col. ij. ff. de ser. vrb. pręd. Ange. Are. in §. sequens. col. pe. in princip Institu. de actio. Ias. in l. ij. vj. no. C. de iur. emphy. Adde Cremens. sing. xcviij. inci. decidi pulchram. Idem sequitur Bartho. Cępol. cautel. lxxxv. sępè contingit. qui vltra prędicta adducit l. iij. C. de priua. & dif. per quam decidit q̄ nolens reficere, nec reficienti satisfacere pro parte sua, post quatuor mēses perdet dominium & applicabitur reficienti.

LXIX.

1 *Pauper cui vsus magni palatij fuit legatus, si in eo certam partē elegit, an possit variare. & posteà aliam habere?*

1 LEgatum † est mihi pauperculo vsus magni palatii: elegi pro meo vsu certam partem de eodem, an deinde possim variare, & aliam habere? Tu diceres quòd non: arguēdo de seruitutibus realibus ad personales. l. si cui. ff. de serui. Sed in contrarium est casus singularis in l. diuus. §. licet. ff. de vsu & hab.

ADDITIO.

Et idem ponit Cre. sing. lxxxiiij. relictus. & quæ sit ratio, Doctor. variant. vide Io. Cor post Bar. & alios in d. l. si cui. N. P.

LXX.

1 *Ius hauriendi aquam, vel portandi ad fundum tuum, tibi concessum, non transit ad hæredes tuos. 2.*

2 *Seruitus realis non moritur cum persona.*

1 COncedo † tibi ius hauriendi aquam, vel portandi ad fundum tuum, vel quò vis, an hæc concessio seruitu-
2 tis transeat ad hæredes? Dices quòd sic: † quia seruitus realis non moritur cum persona. Tamen contrarium est verum: quia est potius personale ius. vide tex. vnicum in iure in l. pe. ff. de ser. rust. præd. cuius contrarium ibi Bal. dicit se responsurū, antequam vidisset tex. illum: nunquam ergo exeat mentem tuam, liga ad digitū, & porta tecum.

ADDITIONES.

Adde quòd potius sit ius personale, vel simplex concessio. Bart. idem tenentem in l Mela §. fi. ff. de ali & ci. leg. & ita dicit tenere communem vsum cautarū. Et quòd tale ius habeat tantum locum contra concedentem, & non contra alium, vltra tex. allegatum per Ro. hic, videntur esse duo alii in l. Caius. §. fi. ff. de annu. leg. & in l. fi §. j ff. de contrahen. empt. quos allegat Bar. vbi suprà. Hanc quęst de aqua putei cum aliis similibus posuit Ioan. Fab. in § ęquè. Insti. de actio. refert magister meus ibi, in iij. & iiij. col.

Adde Cremen. singulari lxj. Cępol. in tractatu rusticorū prędiorum. c. iiij. & c. vij. in prin. Deci. consi. cclxj. In causa, per totū. Lud. Gomes in §. ęquè. nu. 19. Insti. de actic. Alcia. dispunct. ij. c vij. Io. Corat. in l. j. in verbo, aquęductus. & in l. vt pomū. ff. de serui. Et adde Hipp. de Marsi. singulari cccxxxiiij. pendet. ponentem aliud singulare in hac materia. N. P.

LXXI.

1 *Legatum annuum pro anno, quo moritur legatarius, ad hæredes transmittitur, secus in vsufructu.*

2 *Legatis decem annuatim, vel decem ex fructibus prædij, an mortuo legatario transmittuntur, sicut in legato annuo.*

1 LEgatum annuum pro eo anno, quo † moritur legatarius, ad hæredes transmittitur, in l. in singulos. ff. de annuis leg. secus in vsufructu, vt in l. si vsufructuarius mes-
2 sem. ff. qui. mo. vsusfr. amitta. † Quid si lego decē annuatim, vel decem ex fructibus prædii, an transmittatur in mortuo legatario, sicut in annuo legato? Casus est singularis, quem ibi exclamat Bar. quòd sic, in l. generali. §. hæredis. ff. de vsuf. leg. tene menti.

LXXII.

1 *Bannitus, cui promisi soluere in ciuitate, à qua fuit exbānitus, an possit me alibi conuenire?*

SEnensis, cui decem promisi soluere Senis, fuit exbanni-
1 tus, ita quòd Senas amplius venire nō potest, † an possit me alibi conuenire? Dicas quòd sic casum habes & gl. singu. in l. vsuras. C. de solu. tene menti, quia de hoc poteris habere honorem.

ADDITIONES.

Tu dic cõtrariũ per tex.in l.j.& ij.ff.de eo quod certo lo.& per ea quæ ibi habetur per Doct.præsertim Ias.& ita etiã tenet gl.in d.l.vsuras.saltem in vltima sol.quæ in dubio seruanda est. De qua materia vide etiam Alex.cons.xlj.col.ij.iiij.vol.licet Bal. in d.l.vsuras.teneat intellectum,de quo hic per Roma.& Fel. simpliciter refert in c.cùm sit.in prin.de foro compe.ad limitationem illustre.

Et ibi Bar.& Bal.idem Rom.consil.ccclij.quæritur.col.fi.Crem. in sing.cxxiiij.Ias.in l.ij.q.xxxix.nu.95.C.de iure emphy.Io.Arno.Epito.lxxxiij.Soc.reg.cccxxxv.fal.xxxij.Hipp.sing.cclvj. exceptio.Hier.Gigas,in tract de pẽsio.q.lxxxij.post eos, quos allegat.Amplia istud sing.in tempore pestis,(vt nunc in hac ciuitate,in principio anni 1555.incipit,à qua Deus liberare nos dignetur,) vt per Rip.in tractatu pest.in primo priuilegio contractuum.in ij.parte pri in.vbi ponit, an habenda sit ratio interesse debitoris,vel creditoris. Nicol.Pign.

Adde Curtium Iunior.in l.hæres absens.in §.si quis tutelam.nu. 3.ff.de iudi.& Petr Dueñas in reg.clxj.inci.Creditor tenetur mittere.in fi.xix.limitatione,& dixi in additio.Francisc.Cremens.singu.cxxiiij. Gabr.Saray.

LXXIII.

1 *Scholaris priuatus de collegio,quia transiuit ad aliud, an possit ex concessione vniuersitatis habere vocẽ in creatione Rectoris?*

1 AN scholaris priuatus de collegio,qui transiuit† ad aliud,possit ex concessione vniuersitatis,à qua recessit,in eadem habere vocem in creatione Rectoris? Dic quòd non.casum habes vnicum,in c.constitutis.de elect. secundum vnum intellectum & verum,quem sequitur ibi Ioan.Andr.

ADDITIONES.

Adde quòd Abb.ibi referens Ioan.Andr.videtur tenere contrarium:ad quod faciunt notata per Sande.in c.cùm M.Ferra.in fi.ix.col.& prin.seq.sed melius in c.cùm omnes.col.x.vers.tertiò fallit.de consti.

Et Alex.in additio.Bar.in l.si consul.ff.de adoptio. Nic.Pign.

LXXIIII.

1 *Ciui nouello facienti aliquid contra statutum an ita parcatur,sicut forensi?*

NVnquid ciui nouello parcatur,sicut forẽsi, si aliquid
1 †facit contra statutum ciuitatis? Dic quòd sic,secundum Bal.not.in repetiti.l.data opera.col.v.C.qui accus. non pos.per tex.quem dicit singul.in l.qui cum vno.in fi. ff.de re mili.Sed habes consimilem tex.in l.qui commeatus.ad fi.eo.tit.

ADDITIONES.

Adde tamen quòd dictum Ro.hic sequitur magist.meus in d.l. cunctos populos.in xviij col.C.de sum.trini.& fide catholic. vbi dicit se allegare meliorem tex.ad hoc quàm faciat Rom. hic,videlicet in l.qui commeatus.§.tyroni.ff.de re mili.

Et idem Ro.consi.eclj.clarissime.& cõsil.cexxviij.pro plena.col. ij.& consi.cccexcj.in casu.& per Ias.post Alexan.in l.is potest. col.xj.ff.de acqui.hære.Hippo.de Marsi.in l.qui ignorans.nu. 17.& in l.qui falsam.nu.75.ff.de fal.Nico.Boẽr.decisi.cclx.ad hoc quòd.in prin.post eos quos allegant.Et dicitur ciuis nouellus qui annum in ciuitate nondum egit.l.fina.§.quoties.& ibi Bartol.& doc.ff.de publica.per Vincen.Paleot.inter consil.Alex.nu.54.viso puncto.col.ij.lib.iiij.& Boẽr. vbi suprà. Nicol.Pign.

LXXV.

1 *Opus facere promittens,an illud per alium explicare possit,si necesse fuerit,vt quis abesse ob delictum cogatur?*

AN promittens facere opus,possit, si necessarium fue-
1 rit,opus illud† per alium explicare? Tu diceres quòd non,per regulam l.inter artifices.ff.de solo.Sed casum habes in contrarium multum notabilem,etiam si illa absentia causetur ex delicto,in l.de pollicitationibus.ff.de pollici.no.illam legem.

ADDITIO.

Idem Rom.consi.lxxiij circa primum.Io.de Pla.in l.nollus.col, ij.C.de decur.li.x.Et adde quòd si promisi ædificare domum per me & hæredem meum,possum facere per substitutũ,quia industria aliaud hæredem nõ transeunt.casus nota.l.cui bonis. ff.de cura furio.Et verbum,hæredem,facit vt industria personæ non videatur electa.Bal.in l.quisquis.C.de epi.& cle.& adde infrà sing.ccccelxx.ille. Nic.Pig.

LXXVI.

1 *Appellare si non liceat ab episcopo,an ab eius vicario possit?*
2 *Appellatur à vicario ad superiorem ordinarium, cuius est vicarius de iure canonico,secus de iure ciuili.*

COncessum est episcopo, ne ab eo appelletur:an ab e-
1 ius vicario† poterit appellari? Dices quòd non: quia
idẽ tribunal est,vt in ca.Romana.de app.lib.vj.& c.non
putamus.de consue.e.lib.Sed contrarium est veritas.ca-
sus est notab.in l.præcipimus & l.à proconsulibus.& leg.
Iul.C.de app.Et ex dictis legibus nota differentiam inco
2 gnitam inter ius canonicum & ciuile,videlicet, quòd† à
vicario de iure cano.appellatur ad superiorem ordina-
rium,cuius est vicarius,vt d.legib.

ADDITIONES.

Et sequitur Bar.Bal.in d.l.à proconsulibus.& Philip.Franc in c. dilecti.iij.in vj.q.de appel.Ias.in l.sed si hac.§.fi.col.fi.ff.de in ius vocand. Nic Pign.

Latè id prosequitur Hipp.de Marsi.in l.si quis obrepserit.col.ij. nu.7.ver.circa hanc materiam vicarii.ff.ad leg.Corne.de falsis.& Didac.Couar.in practicis quæstionib.cap.iiij.in quinta conclusione. Gabr.Saray.

LXXVII.

1 *Scholaris habens duas voces,an in creatione Rectoris eas diuidere possit,& vni dare vnam,& alteri alteram?*

1 SCholaris,cui est cõmissa vox† alterius scholaris,& sic habens duas voces,an in creatione Rectoris possit diuidere dictas voces,& vni dare vnam,& alteri alterã? casum habes vnicum in mundo quòd non.in c.si quis iusto.§. porro.cũ declaratione ibi in tex.posita.de elec.li.vj.not.

ADDITIONES.

Adde quòd idem tenet Abbas per tex.de quo hic in c.constitutis.iij.de app.& in c.cùm olim.de re iud.vbi vide Feli.col.iij. & Lud.mei in l.ij.in prin.in vj.col.ff.de verb.obl.Et hinc est quòd procurator plurium patronorum non potest plures præsentare.Lap.alle.xxij.inci.An sufficiat.Et delegatus habens voces collegæ non potest vnam sententiã proferre nomine proprio,aliam nomine collegæ.Abb.post Vin.in ca.quamuis.de offi.deleg.vbi Sand.intelligit illud de voce,nisi eam delegãs committeret de certo eligendo.Ad istud singul.vide etiam Ant.Corset.in notabilibus suis in litera V.in verbo vox.not. inci.habens vocem nomine proprio.

Sequitur Alex.in l.si cõuenerit.§.si nuda.in prin.ff.de pig.actio. Abb.Phil.Fran.Deci.& alii,in c.constitutis.secundo de app. August.Bero.in c.ex literis.sub nu.57.de proba.& in quæst. fami.vlti.nu.10. Nic Pig.

LXXVIII.

1 *Iudex ex causa potest augere,& minuere pœnas.*
2 *Iudex sine causa augens,vel minuens pœnas incurrit infamiam, & punitur eadem pœna,qua reus.*

1 VEni,quia tu habes,quòd iudex† ex causa potest auge
re & minuere pœnas.l.quid ergo §.pœna grauior.ff.
de infa.& C.e.l.& si seuerior.Quid si illud facit sine cau-
sa,an debeat iudex puniri,& an faciat litem suam? Scio,
tu ires ad ti.de pœ.iud.qui ma.iud. *Et a tutte quelle nouelle:*
sed de hoc est vnum dictum Legistis incognitum,Cano-
nistis autem cognitum per leges tamen nostras, quod est
vilipendium nostrum:dictum est vnicum in mũdo,Host.
in c.de causis.de of.dele.relatum per Io.And.in nouella,
quòd iudex incurrit infamiam.mouetur per tex.not.vbi est
casus in l.seruos.in fi.C.ad l.Iul.de vi pub.vel priua.& mi
2 ror de Legistis,quòd hoc non tenent in dictis locis.Item† est
alia pœna,(& hoc diuisit Io.And.) videlicet,quia iudex
punitur ea pœna,qua debebat puniri ipse reus.textũ ha-
bes vnicum in l.iij.in fi.C.ne sanct.baptis.iter.

ADDITIONES.

Ad hoc vide Fel.in d.c.de causis.in prin.col.v.in fi.de of.dele.hic alle.& in c.qualiter & quando.ij.§.ad corrigendos.col.vj.circa prin.versi.& pro complemento.de accu.

Adde Castren.in d.l.& si seuerior.in princip Dec.& alios,in d.c. de causis. Cæpol.caut.ccxxxvj.Ludo.Carer.in tracta.de homi.

bi.circa fi.Soci.regula ccxciij.Et adde quòd licet iudex possit alterare & minuere pœnam consuetam,non tamē tenetur, vt per Feli.in tract.de conat.in fi.Et in dubio præsumitur iudex ex causa facere,vt per Bart.in d.§ pœna grauior.col.ij. ver.item similiter.& per Feli in c.sicut.col.ix.vers.cæterùm. de re iud.in quo loco patet responsio ad allegata per Dec.in c consuluit.j de appellat.Potest tamen exprimere causam ad euitādum opiniones,quod etiam laudo Et quę sint iust. causæ recedendi à pœna consueta,dicam infrà sing cccccclxvj. tu habuisti. Nic.Pig.

Adde latè Par.de Put.in tract.synd.in verb.an si statutum relinquit pœnas.nu.7.ver.licet dicatur & Barth.Chassen.in commenta consue.Burgun in j.rub.*des Iustices*.in ver *a l'arbitrage du Iuge*.nu.23.& latissimè per Didac.Conar.lib ij variarū resol.c.ix per totū Et quid si iudex iurauerit seruare leges, an tunc possit augere,vel minuere pœnas?tradit Guid.Papę decis Grattnopol ccvj quibus adde quę dixi infrà singulari cccccclxvj Ibi,Item est alia pœna,&c.Illum tex in d.l.nj.quę incipit,nulli.C.ne sanc.ba.ite.ad hoc ponderauit Io. Fab.ibi, & expressius Luc.de Pen.in l.j.C.de deser.li xij.And.de Yser. in c.j.in tit.quę sunt reg.vbi per hoc dicit Carolum instisse iudicem suspendi,qui homicidā pœna manuum tantùm puniebat.Et idem Ro.in rep.l.si verò.§.de viro.in xxvj.fal.ff.so.ma. & Io de Ana.in c.qualiter ij §.ad corrigendos.col.vij.versic. cuca quartum.& ibi etiam,Fel.col.viij.ver.& pro cōplemento.de accu.& Barb in procemio Cle.in ver.salutē.col.xiij.ver. xxix.vbi dicit ad hoc singu.esse text.in d.l.nulli.Sed & ad hoc est similis tex.in l j.in fin.& in l.Christianis.in fi.C.de Pagan. quem citat Io.Fab.in d.l.nulli.vbi & ad hoc quoque allegat tex.in l.j.C.de pri.carce.ex quo notat Bal.quòd iudex,qui non vindicat lęsam maiestatē,tenetur pœna legę maiest.Et ad hoc etiam illum ponderat Luc.de Pen.vbi suprà proximè.Text. quoque in l.ij.C.de sep.viol.& in l.vlt.C.ad l.Iul.de vi pub.& in l.pręcepit.ver.insuper.C.de cano.larg.lib.x.in illis verbis, eandem pœnam formidantibus.& etiam in fi.ipsius legis,quē ad hoc no.Io.de Pla.ibi,& Io.Fab.vbi suprà.Et tex.in c.vt clericorum.versi.pręlati verò.de vi.& ho.cle.vbi probatur hoc maximè procedere,si obtentu pecuniæ,vel alterius commodi temporalis idipsum iudex fecerit.& ibi Bal.illum tex.not.cui sententię facit quod dixit M.Tul.Cic.dum arbitratus est,iudices,qui nocentes liberarent,tam grande facinus,quàm reos ipsos committere,in secunda actione in Verrem,cùm de ipso Verre loqueretur.Non istum maius in se scelus concepisse, cùm fana spoliaret,cùm tot homines innocentes necaret,cùm ciues Romanos morte,cruciatu,cruce affecerit,cùm prędones duces accepta pecunia dimiserit,quàm eos qui istum,tot, tantis,tam nefariis sceleribus coopertum iurati sententia sua liberarent.Vnde dicit,quòd si iudex pœnam legis,siue cōsuetudinis minuerit,aut immunitatem concesserit,sese ostendit conscium ipsius criminis:tex.est no.in l.ij.in fin.C.de com.& merc.& ibi no.Bal.& facit tex.in c.sicut inquit.ante fi.ij.q.vij. & in c.error.lxxxuj.dist.& nouissimè per Tiraq.in suo trac. de pœ.tem.aut remit.in pręf.nu.8.vsque ad nu.13.G.S.

*Adde q̄ si iudex est timorosus in procedēdo,aut simulat procedere ad vlteriora,& tamen non facit,cautela est,vt pars vadat ad superiorem illius iudicis,& faciat ipsum cōpellere,vt procedat,vt habetur in c.j.de suppl.neglig.pręlar.facit quod no. Bal.in c.j.in ti.de mil.vasal.qui contu.est. Alia est cautela vt pars ipsa humiliter instet coram iudice,vt procedat ad vlteriora,quod si non facit,pars grauata poterit appellare, vt per Io.And.in c.dilecto.de pręb.Bal.in l.fi.C.de sen.& in l.ij.C.vt lit.penden.Et si iudex differt,vel est negligens in iudicādo,tenetur alteri parti litem.vt instit.de oblig.quę ex quas.delict.in prin.& l.ex maleficiis §.si iudex.ff.de actio.& obl.& l.fin.ff.de var.& extraor.cogni.& hoc ibi no.Bar.Bal.Ange.& alii in l. mancipia.C.de ser.fug.Bar.in l.non quicquid.ff.de iudi.Bar. Bal.& doc.in l.j.C.quo.& quand.iudex.Bal.in l.obseruare.§. proficisci.in xviij.q.ff.de of.procons.cum simi.cumulatis per Cępol.cautel. ccxxxvj. Et licet sit dubium, an hoc casu faciat litem suam,an verò puniatur,vt habetur in dictis iuris,tamen punitur ista negligentia etiā quando iudex est negligens in puniendo,& in faciendo dare pœnam parti,quę ei dari debet per alteram ex dispositione iuris communis,vt singu.vult Ang.in auth.scenic.non solum &c.in prin.per illum text.qui dicit quòd facit litem suam.Idem dicatquando imponit minorem pœnam quàm deberet.l.nulli.in fi.C.ne sanct. baptis. iteret.& his duobus casibus,quando est negligēs in puniēdo, vel minus puniendo quàm debeat,pœnā minuēdo sine causa legitima,iuxta no.in l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui nu.infa.& in l.& si seuerior.C.e.eadem pœna tenetur iudex, qua delinquens veniebat puniēdus.d.l.nulli.item infamatur, vt est casus vnicus in l.seruos.in fi.C.ad l.Iul.de vi public.vel priua.secundum Io.And.Host.& Ant.de But.in c.de causis. de of.dele.& adde quod no.Bal.in auth.statuimus.C.de epis. & cler.Aduerte tamen quòd iudex non pręsumitur fuisse in negligentia,nisi pars fuerit protestata,vt no.Imo.in l.damni. §.Sabinus.in fi.ff.de dam.infec.Ideo si iudex protrahit causam in longum,& ei protesteris de pœnis iuris,si non procedit in causa,vel si condemnat,vel puniat in minori summa, vel pœna,quàm debeat.

LXXIX.

1 *Ciuilitas vni concessa per priuilegium,an transeat ad hæredes.*

1 AN ciuilitas†vni concessa per priuilegium trāseat ad hæredes?Hæc noua est decisio Bar.qui distinguit,aut dicta ciuilitas est variabilis,& non trāsit, aut est inuariabilis,& transit,in l.libertus.§.patris.ff.ad muni.licet in l. assumptio.§.filius.eo.ti.dixerit,cogita.& Bart.in l.j.C.de patr.qui fil.distra.aliàs vidi consiliom vnum Baldi soper hoc,non recordor quomodo incipit.

ADDITIONES.

Dic quòd consilium Bal.quod voluit allegare Ro.hic,est fortè consi.cccvij.quod incipit,Pręmittendum est ad euidentiam. De materia per scribentes in l.ilia.cum si.ff.sol.ma.

Adde Bal.in l.ij.ad fi.C.de liber & eorū liber.Alex.in l.qui ... le.nu.4.ff.sol.ma.vbi ponit latè materiam,de qua Deci.& Cagnol.in l.in omnibus causis id obseruatur.ff.de reg.iur. Idem Deci.consi.cccccclxj.nu.8. Nic.Pig.

LXXX.

1 *Tutor excusatur,si vendat rem minoris pretio viliori præcedente æstimatione iudicis.*

1 EXcusatur tutor,†si vendat rem minoris pretio viliori præcedente æstimatione iudicis.tex.est iuncta glos.& Bar.ibi exclamat in l.fi.C.de mag.conuen.

ADDITIO.

Vbi Bal.in vj.not.Ias.in §.plus autem.col.ij Insti.de actio.facit l. fi.in fi.C.de iure dom.impet.cum aliis per doc.in l.pretia.ff.ad l.Falc.in l.ij.C.de rescin.vēd.dum tractant de æstimatione iudicis,& an liber æstimi vel cathastri faciat fidem. Nic.Pig.

LXXXI.

1 *Testes post publicationem non admittuntur.*

2 *Testes vna cum instrumento etiam post publicationem admittuntur,propter concomitantiam instrumenti:nam ratio subornationis cessat.*

1 TV habes q̄ post publicationem†testes non admittuntur,per Legistas in authen.qui semel.C.de proba.per Cano.in c.fraternitatis.de testib.Sed an testes vnà cū iuramento produci possint?Dic q̄ sic,propter concomitātiā instrumenti,& quia cessat ratio subornationis.text.est vnicus secundum intellectum Anto.in c.feries.de testib.

ADDITIONES.

Adde q̄ intellectum Ant.sequuntur ibi Imo & Mod.communiter.exclamat idem Ro.in l.ij.in prin.ff.de ver.ob.& in rub.ff. de arb.Vtrum autem prohibitus probare per testes ex forma statuti,possit probare per testes cum instrumento?vide Bart. Bal.Pau.& Ro in l.certi condictio.§.quoniam.vbi etiā Mod. pręsertim Ias.ff.si cer.peta.faciunt quę dixit Feli.in c.ij.in vij. intelligentia secundę conclusionis,de probat.

Sequitur Bal.& doc.in l certi cōdictio.§.quoniā.ff.si cer pe.Ale. in l.si ita scriptum ff.de lib.& posth.Soc.reg.ccccuj.fallentia xlvij.Lanfran.in c.quoniam cōtra.ver.testiū.nu.74.de proba.

2 Et casus,in quibus publicatis attestationibus possunt testes examinari de nouo,ponunt Card.in d.c.fraternitatis.Bart. & Doc.in d.auth.qui semel.& in l.ij.C.de edē.Soc.in tract.su fallen.regula ccccuj.Hip.de Mars.in l.j.§.si.ff.de quęst.vbi latè insistit tā in causa ciuili,quàm in criminali.& sing.lxvj.& singu.cxxviij.Et adde q̄ si fuerint examinati in casu nō cōcesso, faciunt pręsumptionē,vt j̄.singu.declxiij.Et quid si didicerint testificata ab ipsismet testibus,qui deposuerunt,j̄.sing.declxxxvj.Et quid si viderim solùm exemplum,s̄.sing.xxxij. N.P.

LXXXII.

1 *Senior in consiliis debet primò loqui de iure.sed Domini de Rota vtuntur,quod minor primò loquatur.*

1 QVis debeat primò loqui in consiliis dandis? Domini de Rota† vtuntur, quòd minor: sed de iure ciuili senior: tex. est singularis in c.j. de cõtro. feu. apud pares ter. in vsibus feud & Bal. inducit ibi anthoritatem quis inter maiores natu fari debeat.

ADDITIONES.

Adde ibi per Math. de Afflict. & pulchrè per eundem in decisi. Neapol l.j. Præpos. in cap. episcopos. xvij. dist. prout eum allegat Thom. Gram. decis. lxiiij. nu. 32. Cæpol. in tractatu de duce mili. elig in xxxij priuilegio ætatis. & xvij. priuileg. dignitatis. Nic. Pig.

Multa ad hoc congerit Ias. in l. Gallus in princip. col. xij. versi in tertia. nu. 57. ff. de lib. & posthu. & ibi in apostil. & And. Tiraquel. in tracta. de iure primogen. in præfatione, numer. 108. versicu. decimò, seniores. & nume. 110 versicu. vetum Specu. Gabriel. Sar.

LXXXIII.

1 *Spurio per patrem dari tutor in testamento nequit.*

1 QVòd spurio non potest dari† per patrem tutor in testamento. text. not. in l. testamento tutores. ff. de testa. tut.

ADDITIO.

Et est ratio: quia in potestate parentum non sunt. Item, quia filii nominandi non sunt. §. si. in auth. qui mo. na. ef. sui Et sequitur Bar. post gl. in l. j co. ti. & in l. naturali. ff. de confir. tut. Et nouissimè excellẽter Do. Gabriel Paleo vir ætate nostra multi nominis in subtilis. tracta. de spuriis nothisque filiis, c. lij. vbi singul. limitat in alimentis iuxta c. cùm haberet. de eo qui dux in matr. quam pol. per adulter. Ac in spuriis qui ex congressu permisso prodierunt, vt quemadmodum, scilicet ex testamento patris capere possunt, ita tutorem eis à patre in testamento dari ius sit. N.P.

LXXXIIII.

1 *Cedens actiones potentiori, non potest vlterius eas alteri, quãtuis vili, cedere, neque per procuratorem agere.*

2 *Cedens actiones iure communi diuidundo, cogitur stare in communione, & pronocare non potest.*

1 NOta casum mirabilem, quòd si semel† cessi actiones in potentiorem (non ratione officii, quo casu non perdo actionem) non possum vlterius alteri, quantuncunque vili, cedere, neque per procuratorem agere. tex. est singularis secundum Bar. ibi in l. cùm miles. ff. de alie.
2 indi. mu. cau. fac. Item si† semel a iure communi diuidun.
a cessi eodem modo actiones meas, cogor in communione stare, & non possum pronocare. casus est notabilis in l. fi. eo. tit. & Bar. ibi.

ADDITIO.

a Item si semel, &c. Et illum tex. multum commendat Alex. in l. in hoc iudicio. §. si cõuenit. ff. communi diui. Ias. in l. si non sortem §. si centum. ff. de condi. indebi idem Ias. in §. queda. col. v. & ibi Lud Gomes. nu. 27. Instit de actio Limita illum tex. in patre cedente filio potentiori, vt singul declarat Bald. in l. ea lege nu. 15. C. de condi. ob cau. & tradit Hippol. singulari clx. patet. Nic. Pign.

LXXXV.

1 *Appellari non potest à sententia condemnationis expensarũ lata ex magno interuallo post sententiam interlocutoriam, propter quam expensæ petuntur.*

NOta vltimò vnum dictum mirabile Innoe. quem sequuntur in practica domini de Rota, & si tu ires Ro
1 mam, & hoc ignorares, esses statim destructus: Quod † à sententia condemnationis expensarum lata ex magno interuallo post sententiam interlocutoriam, propter quã expensæ illæ petuntur, non potest appellari. Inno. in capi. sæpe. de appellatio.

ADDITIONES.

Adde quòd Bal Panor. & Moder. in dicto capit. sæpe. sequuntur Inno. qui limitat dictum suum, nisi subesset iusta causa litigandi. & sequitur Abb ibi, & Philip de Pe q. ix in prin. ver. j c. iugitur. Ad dictum Inno adde etiam Archid. xj. q. iij cerrum post prin. & But. in c. j. de sequest. poss. & fru. Et in effectu importat dictũ Inn. duo dicta aurea, de quibus eleganter per Feli. in capit. significauerunt. col. vj. versic. ceterum Do. Abb. de excep.

Et hoc sequitur Hippol. de Marsi. in l. vnica. columna xxiiij. versicul. item non appellatur. C. de raptu virgi. & in l. patre vel marito. sub numero 69. ff. de quæstio. Deci. qui plures citat in dicto capitul. sæpe. in fin. Limita, nisi pars habuisset iustam causam litigandi: secundum Innocent. ibidem. quod extollit Francisc. in dicto capitul. sæpe. quæstio. nona. Vide tamen Felin. qui indistinctè tenet, quòd possit appellari. in capit. significauerunt. colum. vj. versi. cæterum dum Abb. de except. Nicol. Pign.

LXXXVI.

1 *Conuentus vna actione, cùm pluribus possit conueniri, an possit condemnari, antequàm ab alijs absoluatur?*

1 ADuerte, quid si quis, cùm† possit pluribus actionibus conueniri, vna earum conueniatur, an possit cõdemnari, antequàm ab aliis absoluatur? Text. habes vnicum quòd non, in l. si pupillus. ff. de noua. licet videretur secus: quia electione vnius ab alia liberatur, vt in l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de trib. act. nota bene.

ADDITIO.

Adde ipsum Roman. infrà sing. dec. lxxx. qui allegat tres alias leges & meliores secundum eum. Nico. Pig.

LXXXVII.

1 *Debitor si habeat plures creditores, & ad aliquod beneficium aspirauerit, aliósque creditores posteà creauerit, an posteriores creditores sint potiores in fructibus beneficij?*

2 *Doctores antiquos legere, & eis studere optimum est.*

1 QVid si aliquis episcopus, simplex clericus, † & habens creditores, posteà ad dignitatem, vel beneficium aspirauit, & demum contraxit alios creditores, an isti posteriores sint potiores in fructibus beneficii? Dic quòd
2 sic, secundum Guli. singulariter: & hoc† didici hodie contra te, qui non vis studere nisi Bar. & antiquos non curas. hoc dixit ipse in l. sed an. ff. quod cum eo. allegat tex. singularem in l. j. §. si filiifamiliàs. ff. de separat.

ADDITIO.

Et sequitur Bald. in dicta l. sed an. Ioann. Arno. proble. xcij. Nicol. Pig.

LXXXVIII.

1 *Testator potest dare licentiam legatario, vt propria authoritate rem legatam capiat: & per qua verba videatur licentia data.*

2 *Baldus est maxima authoritatis.*

ADuerte ad me, vt refocillem intellectum tuum: Tu ha
1 bes, † quòd testator potest dare licentiam legatario, vt propria authoritate rem legatam capiat, vt l. Titia cũ testamento. §. j. ff. de leg. ij. licet aliàs non possit, vt l. non dubium. C. de legi. Sed quid si dixit, legatario vini fieri veto: vel, legatario nõ fiat molestia: an per hoc possit propria authoritate capere? Dic quòd sic, secundum Bal. in l. j. vel ij. in fi. C. com. de leg. in prima lec. quam fecit Perusiũ, per tex. in l. permisceri. §. species. ff. de acquir. pos. licet ille tex. non probet propter dictioné, ingredienti, ibi po-
2 sitam. Tene menti† propter authoritatem Bald. quia ob hoc dictum obtinui quæstionem de facto Florentiæ propter grossitiem iudicis. & mei memor tu eris.

ADDITIONES.

Adde quòd Bald. in lect. impressis hoc dicere non inuenio, vt etiam dicit Ias. in l. nemo potest. j. lect. numero 36. ff. de leg. j. & ibi sequuntur istud singu. Docto. vbi Alcia. ponit decem casus, in quibus tacitè cognoscitur testatorem dedisse licẽtiam legatario apprehendendi possessionem propria authoritate. Et adde Dec. in consil. ccccxviij. visa. colum. ij. & in consilio ccccxxiiij. proponitur. nu. 17. & in l. fi. col. xv. C. de edic. di. Adria. tol. lo. Dilec. Durant. in caut. xij. de lega. Ioan. Ant. Rub. consi. xliij. ex testamento. N.P.

Idem notat Anto. Corset. in singul. in ver. legatarius. post Bar. in l. Centurio. col. vj. versi. quid enim si dicit. nu. 27. ff. de vulg. & pupil. Gabriel Sar.

LXXXIX.

LXXXIX.

1 *Legatum purum transmittitur ad hæredes, secus si sit conditionale: & quid si duo legentur, vnum purè, & alterum sub conditione, an purum transmittatur pendente alterius conditione?*

1 CErtum est, quòd si legatum † est purum, mortuo legatario post mortem testatoris transmittitur ad hæredes: vt l.j.§.cum qui.C.de cadu.tol.secus si sit conditionale, vt ead.l.§.cùm autem sub conditione. Quid si relinquátur duæ res alternatiuè, vna purè, & alia sub conditione: an mortuo legatario saltem res purè relicta transmittatur pendente conditione alterius? Dicas quòd non. casus est vnicus.in l.cum illud.in prin.ff.quando dies leg.ced.

ADDITIO.

Sequitur Nicol.Euerar.in suis locis legalibus in loco alternatiuę.v.limit. Nic.Pig.

XC.

1 *Legatum relictum, siue nauis ex Asia venerit, siue non, an trãsmittatur, antequam sit certum, an nauis sit ventura, necne?*

1 SEd quid si legatum relinquatur † siue nauis venerit ex Asia, siue non. & antequam sit certum nauem venturam, vel non venturam legatarius moriatur: an transmittatur? Dic quòd sic.argu.l.quod eas. & l.Iulianus.ff.de condict.indeb. Sed tamen casus est in contrarium vnicus, & paucis notus in l.huiusmodi.ff.quando dies leg.ced.

XCI.

1 *Vsucapioni error iuris officit sed an saltẽ quo ad fructus proficiat?*

1 VLtimò tu habes, quòd error † iuris officit vsucapioni, vt l.nunquam.ff.de vsucap. an saltem proficiat quo ad fructus. pone in Iudæo emente mancipium christianum? Dic quòd sic: gloss. est notabilis in l. si fur. §.j.ff. de vsucap. quæ ita tenet dando intellectum ad l.sed & si.§. scire.ff.de peti.hære.

ADDITIONES.

Adde quòd idem tenet Dyn.allegando glo.de qua hic in c.possessor.col.iiij.post medium.versi.item quæri potest. de regul. iur.in vj. Adde gl.in l.quod vxor.ff.de acqui.possess.gloss.ij.in l.de fructibus.ff.de dona.inter virum & vxor.Bal. in l.venditioni.C.de vsuc.pro emp.Bart.optimè in d.l.sed & si.§.scire. per illum tex.quem etiam not.ad hoc Pau.in l.Celsus.de vsucap.post prin. Abb.in cap.si diligenti.vij.col.versic. secundus casus.de præscrip.Imol.in c.si.eo.titu. De materia verò an iuris error inualidus, vel inualidabilis excuset à fructibus? vide Ludo.met in consil. cccl v.incipi. in re præsenti. in vlti. col. Prædicta intellige de fructibus consumptis: si autem extant, dic vt per Abb.in c.grauis.col.iiij.de restu.spolia.& omnes in l.certum.C.de rei vendi.

Adde quòd illam gloss.dicit singul idem Roma, consi.cccclv. in re præsenti, tertio dubio.Bal.in l.iurtam.col.ij.versicu. modo quæritur. vbi ponit rationem.C.pro dona.Feli. in c.de quarta.col.ix.versi.secundò limita.& ibi Augu.Bero.in quinta limita.de præscrip.Idem August.Bero.in cap.grauis.nume.21. de restitu.spolia.latè Balb.in repeti.l.Celsus.in quarto notabi.ff.de vsucap.vbi allegat l.quod vxor.cum glo.ff.de acquiren.possess. Nic.Pig.

Communis doctorum opinio est, ex iuris errore bonam fidem, quantum ad fructuum acquisitionem oriri, & eam sufficere. vt not.gloss.in d.l.si fur.§ j.cui similis est in l.de fructibus.ff. de donation.inter virum & vxor.& in l.quod vxor.ff.de acquiren.posses.quas ibidem probant Doct.& Bar. in l.sed & si lege.§.scire.ff.de peti.hære.Pau.de Cast.in l.Celsus.ff.de vsucap.& ibi Bal.in quarto notab.Bal. in l.iurtam.ij.col.C.pro dona.Feli.in c.de quarta.nu.29 de præscript. Procedit tamen in errore iuris nec assistentis, nec resistentis. Secus verò in errore iuris resistentis.nam bona fides ex eo procedens non est sufficiens ad acquisitionem fructuum.l.iubemus.§.sanè.C de sacrosan.eccle.l.j.C.de fide instru.l.quemadmodum.C.de agrico.& censi.lib.xj.ca.si quis.de rebus eccle. Notant Abb. Anto.de But.& Barba.in c.ad nostram.de rebus eccle. Abb. in c.dilecto.col.iij.de præben.idem in c.grauis.de restit. spol. col.antepenul.Bar.in d.§.scire. Feli. in d.ca.de quarta.nu.31. Lauren.de Rodulph.in c.sine exceptione.xij q.ij.pe.q.Balb.in d.l.Celsus.in iiij.notab. Quibus refragantur Innocen. Anch. Card.& Imol.in d.ca.ad nostram. dicentes, bonam fidem ex errore iuris procedentem sufficientem esse ad fructuum acquisitionem, etiam si ius illud actui resistat. quibus accedere videtur glos.in l.ij.C.si quis ignor.rem minor.vbi Bal. & Sab.ex ea notant, errantem in iure bona fide acquirere fructus ex contractu nullo, & à iure reprobato ex defectu solennitatis.quam opinionem veriorem esse existimat Didac.Couar. in lib.j.variar.resolutio.cap.iij.nume.8.versi. Verum communiter. Gabriel Sar.

XCII.

1 *Sententia iudicis metu lata an sit ipso iure nulla.*
2 *Excommunicationis sententia metu lata est ipso iure nulla.*
3 *Opinio vltima est tenenda.*
4 *Studere multum oportet, vt multa sciamus.*
5 *Dom. Franciscus de Murcia consocius Romani doctor indefessi studij.*

1 QVæro àte, An † sententia iudicis metu lata sit nulla
ipso iure? Si tu quæris in l.venales.C.quando prouo.
non est neces.& in l.seruo inuito.§.cùm prætor.ff.ad Tre-
bel.& in l.si prætor.§.Marcellus.ff.de iudic.de hoc nil re-
peries. Sed tamen Bald.solus inter Legistas hoc tangit in
pluribus locis, scilicet, in l.j.C.de senten.ex breuicu.reci.
in l.fina.C.de pœna iudi.qui malè iudi. in l si duobus.§.
j.C.commu.de leg.in l.cùm non solùm.§.necessitate.C.
de bo.quæ libe.& in l.eleganter.§.si quis post.ff.de condi.
2 inde. Tñ pro veritate dic, † q. si sumus in sententiis censu-
ræ, siue excõmunicationis, tunc sentẽtia est nulla ipso iu-
re. casus est in c.j.quod me.cau.lib.vj. In pecuniariis autẽ,
siue secularibus sententiis habes glos.vnicam in mundo,
quòd etiam sit ipso iure nulla.xj.q.iiij.c.quatuor. Ego au
tem cùm vidi dictam gloss.dixi domino meo, quòd illa
gloss.dicebat oppositum, qui mihi respondit, quòd imò
dicit idẽ.quod Inno.tenet, quod ipse dicit per illud pro-
bari, quod gl.posteà subdit, sed elidi potest per exceptio-
3 nem, & c.cum † vltima opinio sit tenenda, vt per glos.in l.
qui filium ff.ad Treb. Dum autem essemus in colloquio
4 reincidimus in id, quòd si quis † vult scire, oportet multũ
studere, & interrogatus per do.Francis de Murcia conso-
cium meum an multum ipse studeret? respõdit quòd sic:
5 † & maximè de nocte, & ante & post prandium, & in ipso
prandio, & millies fecisse mensam de libro: hæc scripsi, vt
inde capias coniecturam, quare ita clarissimus euaserit,
& eum imitari nitaris.

ADDITIONES.

Allegatur hic gloss.xj.q.iiij.c.quatuor.pro singulari. Adde aliam in c.iniustam.& ibi Archi.eadem causa & quæstione, quę tenent, quòd in pecuniaris sententia per metum extorta non sit ipso iure nulla.cuius contrarium tenuit Ioan.Andr. referens Hostien.per dictum cap.iniustam. in cap. Abbas.de his quæ vi metusve causa fi. De veritate vide Panor.ibi col.ij. versi. nouus casus.& Bal.in l.decernimus.C.de sacrosanct.eccle. Allegatur etiam hic cap.j.de his quę vi metúsve cau.fiunt. libro vj. quòd sententia censurę per metum lata sit ipso iure nulla. Tu dic, quòd glos.ibi tenet contrarium, quasi sit speciale in absolutione: quam glos.pro singulari allegat ad hoc Panor, vbi suprà. Adde & quòd posteà reperi Anto. Corse in nota. suis not.ccclvj.in litera S.in verbo, sententia.incip. Dicebat Ludo.Rom.in sing.&c.vbi etiam dicit post doctorem suum do. Troylum de Maluecijs, quòd gl.in d.c.quatuor.dicit oppositum, & mordet aliqualiter Ludo.hic, qui non meretur reprehensionem, si bene aduertatur ad verba sua.

Adde Lanfran.in c.quoniam contra.in verbo, interlocuto, & appellat, nu.23.de probatio.Deci.in consilio xlij.& pro facultate tertio dubio, in princi. Moder. Arimin.in tract. nullit. tub. de null, sent. ex defec, proce.in fine, qui alios allegat. Et quomodo intelligatur gl.in d.§ Sabinus.adde Ias.& Dec. post alios in l.si idem.§.fi.ff.de iurisd.om.iud.& Canonist. in c.j.circa fi.de constitutionibus. Nic Pig.

XCIII.

1 *Iniuriam filio factam, pater remittere potest, nisi per coniunctam personam illata fuerit.*

1 TV habes, † quòd filio iniuriã illatam pater potest remittere, vt l.sed si vnius.§.fi.ff.de iniur. Quod tamen limita verum, nisi illata sit per cõiunctam personam. casum habes vnicum secundum intellectum Bart. in l.Lu-

cius.ff.soluto matrimonio.

ADDITIONES.

Dic quòd est etiam alius casus in l. Papinianus.in princi.ff.de inofficiosu testamen.

Quem sequitur ibi Bal.Imol.idem Roman.Alexan.& alij,Las.in l.in personã.ff.de pact.Hippol.de Marsil.in l.diuus Adrianus. in princi.ff.de parrici. & in singulari cccclxxiij. grauior. Ioan.Arno.dialo.xlviij.Nico.Boër.qui alios citat,decis. parlamen.Burd.cxx.pater.col.ij Aug.Bero.quęst. fami.lxxv.quęsitum. Nicol.Pign.

XCIIII.

1 *Hospitale an possit restitui aduersus tempus lapsum.*

2 *Pius locus minori aequiparatur.*

1 PRidie habui quæstioně de facto:Hospitale† fuerat hæres institutus sub côditione, si infra annum capellam ædificaret in eodem:quòd si non faceret,instituit tertiũ: demum mortuo testatore,transiuit annus,petit restitui, nunquid posit?Bal.solus reperitur hãc quæstionem tetigisse in l.pupillorum.C.de repu.hæred.& ibi arguit pro,& contrà inuoluendo se.Sed miror quòd non allegauit casu sui singularem,qui, licet loquatur de minore, tñ idẽ est

2 in pio loco:†quia minori pius locus æquiparatur.casus est in l.iij.§.& si hæres.ff.de minor. & ita decidi per illum tex.de quo tetigi ducatos sex.tenementi.

ADDITIONES.

Ad hoc vide Roma.in l.si insulam.circa vlti.char.ff.de verborũ obliga.Ange.in consi.clxv.incip.testator in omnibus. &c. & Pet.de Ancha.consi.clxxxviij.

Adde eundem Roma.referentem etiam se consuluisse in l.si insulam.ff.de verbo.obliga.prout eum allegat Alexan.in dicta l.pupillorum.& idem Alexan.in dicto §.& si hęres.& consil. Roma.non inuenio. Nic.Pig.

Idem tenet Stepha.Aufret.decisi.capel. Tholos.ccxlj.in fin. aliquid per Ioan.Bal. Plotum in repeti.l.si quando.C.vnde vi. in §.dicam cum Virgiliana.nume.5.versicu.hospitale, & omnis pia causa.Gab.Sar.

XCV.

1 *Pacisci nequeo ne seruum, vel fundum, inuito vicino alienem.*

1 NOta caudam text.in l.nemo.ff de pactis,†quòd non possum pacisci,ne seruum, seu fundum inuito vicino alienem.

ADDITIO.

Adde doct.maximè Ias.in l.si eum.§.qui iniuriarum. col. fin.ff.si quis cau.& in d l.nemo.Guid.Papæ q.cccccl xix.per pactum. Idem Ias.& ibi Ludouic.Gomes,Instit.de actionib. in princip.Nic.Boër.decisione xlix.sed quid si emptor.vbi pulchrè examinat,& ponit quinque limitationes post eos, quos allegat. Nico.Pign.

XCVI.

1 *Potestas in officio confirmari per ciuitatem potest, nemine reluctante:secus si aliquis contradicat.*

1 HEri fui interrogatus, † nũquid Potestas hic posit per consilium ciuitatis pro alio semestri cõfirmari aliquo inuito?Respondi quòd non:sed oportet per totam ciuitatem nullo reluctante confirmari.textus est vnicus in authen.de defen.ciuit.§.fi. versi. tota ciuitas nullo reluctante.quod nota.

ADDITIONES.

Adde quòd text.de quo hîc omnes faciunt singul.secundum Ludo.met in rubri.de arbit.col.xvij.& illum tex. allegat Bal. in c.quoties.de pact.Ange.in l iurigentium.§ si.ff.de pact.meminit iterum Ludo.infrà in singul.cccccclxix.incip.ad eligendum. Hunc tex.allegat Bar.in l.omnes populi.ff.de iusti.& iure.in ij.q.prin.& in l.quod maior.ff.ad municipa. ita limitans regulam, de qua ibi, quòd factum à maiori parte valet. alias fallentias ad illam regulam dixi in cap.cùm omnes,de constitutionibus.

Adde quod est duplicatum infrà singul.cccccclxix. ad eligendũ, Nic.Pign.

Sed an, & quando posit confirmari, & vtrum antequàm denuò confirmetur, sit syndicandus? Tradit Par. Put. in tracta. de syndica.in ver.syndicatur,& officialis, si aliquo tempore fuit in isto officio,& ab eo remotus fuerit, vel depositus ratione delicti.Et in ver.si iudex maleficiorum in criminali. nume.14.vbi dicit,quòd fideiussores,qui pro Potestatibus fideiubent, non tenentur eis in officio refirmatis pro nouo tempore.Et idem in ver. contra negligentem. nume.8. vbi dicit, quòd ille,qui non potest refirmari in potestatem,non poterit alio nomine refirmari.Quod intelligit verum,quando solum nomen mutatur:secus si mutetur authoritas.per not. in ca. hi qui.de pr.ben.in vj.vt ibi latius per eum.Et in verb. refirmatio.& in ver.refirmatus. Et do.Amad.de Castel.in trac. de syndi.in ver.olim potestatem dictæ ciuitatis.nume.44 & do.Catal.de Boncompag.in tracta.suo de syndi.q.xlvij.& q.ciiij.vbi tenet,quòd secunda electio officialis antequàm de prima syndicetur,non valet. Gab.Sar.

* Adde qood in simili dicit idem Rom.s.sing.xlv.

XCVII.

1 *Creditor potest suum debitorem iurare suspectum, & an quis possit iurari suspectus pro paruo debito?*

2 *Inhonestum est, vt quis pro paruo debito capiatur.*

1 DIc mihi,tu habes, qòòd quis creditor † potest suum debitorem iurare suspectum,vt tenet gloss fi.in l.apertissimi.C.de iud.cùm tex.dicat,putat,& suspitio probatur vt per Ange.in l.nemo carcerem.C.de exact.tribu. libro x.Sed an pro paruo debito quis posit iurari suspectus?Dic,quòd non.illud est verbum notabile,quod non est alibi.Bal.in auth.sed iam necesse.C.de don. ante nup. esset enim inhonestũ,quòd quis pro paruo debito capiatur:licet Florentiæ consuetudo aliud induxerit.

ADDITIONES.

Aduerte quòd illud verbum ante Bal.fuit gloss. ibi. Adde tamẽ eundem Bal.in simili in authenti pręterea in fine.C.vnde vir & vxor.

Et idem Roma.consi cccxx.hęc istorum.col j.versic.iij.Alexan. in rubri.ff.solu.matri.in prin Barthol.Cępol.in l.j § sed sciẽdum nu.63.ff de ædil.edict.Las.in l sciendum. nu.12.ff qui satisda.cogan.Confirma vt suprà singula xvij & infrà singulari cxxi,cccxxxiiij. Nicol.Pigno.

XCVIII.

1 *Procurator tenetur cauere de rato, cùm de mandato dubitatur.*

2 *Substitutus procuratoris si dubium sit de eius mandato, an teneatur cauere dominum, an tantum procuratorem substituentem ratum habiturum?*

1 TV habes,quòd cùm sit dubium de mandato,† procurator tenetur cauere de rato.vt l.j.C.de procurato.& potest (vt scitis) substituere,vt in cap.j.de procurato.lib.

2 vj.& in l.post litem.ff.de procur.cum simi.†Sed nunquid, si est dubium de mandato substituti, debeat cauere dominum,an procuratorem substituentem ratum habiturum?Dic quòd procuratorem.casus est qui non est alibi secundum Bar.ibi in l de curatore.in prin.ff.de cur.bon. dan.Ang.pro hoc allegat §.si autem procuratorem. Insti.de satis.& malè more suo,quia nihil facit.

ADDITIONES.

Adde pulchrè Barto tangentem quid in actore in l.actor.ff.rem ratam habe.Faciunt quæ idem notat in l.si ante.in fi.iud. sol. Salice.in l.quod quis.in vlti.q.C.de procura.Bald.in l.nulla. eo titu Faciunt quę dicit Aret.consi.xxix.& Paul. de Castr. consi.xvj.in prima parte.

Et hoc sequuntur Ioan Andr Philip. Franc. & alij in ca.is qui. de procurato.lib.vj Pau.de Cast.in l.quod quis. C.de procurato.Ias in l.j colum.ij.C.de satisda. Feli.in capi. coram.col. iij versicu & adde quòd substitutus.de offic delega. Angel. Areti.in §.præterea.col.xvij.& xx.in princi.institu. de excep. Nicol.Pign.

Vide eundem Roma.infrà sing.cxv.incip.vltimo volo tibi dicere. Gab.Sar.

XCIX.

1 *Beneficium restitutionis in integrum transfertur in hæredem minorum, etiam maiorem, nisi hæres approbauerit.*

1 BEneficium restitutionis in integrũ tu scis† quòd trãsfertur in hæredem minorum etiam maiorẽ, vt l.non solum.ff.de in integrum restitu. Quod limita, vbj hæres appro-

approbauerit.glos.est singularis secundum Barto.ibi, in l.paterfamilias.ff.de priuileg.credi.

ADDITIONES.

Tu dic quòd Bar.ibi non dicit illam gloss.esse singula Et quod contrarium videtur tenere in l.sed si plures.§.filio ff.de vulga.& pupilla.& in l.fina.ff.de acquirenda hæredita. vide ibi per scribentes.

Et illam glos.sequitur ibi Barto.Ange.Barba in addit.intelligẽdo vt per eum, Alex.in d.l.non solum.Ang.Aret.in § si quis. agens col.vij Insti.de act.Idem Roma & Imo. in l.si ff.de acqui.hære.Alex.in l.sed & si §.filio.& ibi Ias.ff.de vulg.& pupil.intelligendo vt per eos. Nico.Pign.

C.

1 *Creditores possunt pauperi debitori remittere de debito: & aliquo eorum contradicente, statur maiori parti, si partem debiti remittere voluerint, secus si totum.*

1 CReditores possunt pauperi debitori remittere † de debito: & aliquo eorum contradicente, statur maiori parti, vt l.si plures.& l.maiorem.cum l.præced.ff.de pact.& l.fin. C. qui bon.cede.poss.Quòd intellige si voluerint partem remittere secus si totum.quia tunc vnus non tenetur stare aliorum sententiæ.casus est secundum vnam lect.& veram, in l.apud Celsum.in prin.ff.de do.except.

ADDITIONES.

Adde quòd ita tenet Guli.de Cun. Alber.Bal.in l.iurisgentium.§.si ante aditam ff.de pact.& ibi Ias.col.iiij.versi.ij.limita & dicit esse glos.in l.rescriptum.in princi.in versic. creditorum. eodem titu.

Et Matthę.de Afflict.Decisi.cclxxxviij.sæpe & sæpius. in primo casu. Latè Moder.Anco.in tractatu de merca.titu. de decocto.vj.parte.nu.12. Nicol.Pign.

Adde Ias.in l.& suum hæredem.§.hodie tamen.ff.de pact. vbi in prin.septem modis hoc limitat, quẽ secutus est Petrus Duenas in regul.ccxciiij.incipien.factum à maiori parte creditorum. Gab.Saray.

CI.

1 *Fideiussor, qui vult ire ad studium, potest petere à debitore, vt alium loco sui fideiussorem constituat.*

1 QVæro à te, quidam fideiusserat † pro alio: demum volens ire ad studium * petit à debitore, vt alium loco sui fideiussorem constituat: vtrum teneatur eum liberare? Tu non inuenies hoc inter alios casus positos in l. Lucius.ff.manda.l.si pro ea.ff.eo.& ideo diceres quòd nõ tenetur eum liberare: & tamen in cõtrarium est veritas. dictum est mirabile Specu.in titu.de iudi.§.speciali. ver. quid si fideiussor.allegat duo iura in arg.l.filiusfamilias. in fi.ff.de procur.& l.licet.in fi.ff.de arbit.quæ leges pungunt aliquatenus.& est dictum vnicum in mundo.

ADDITIONES.

Et illud dictum sequuntur Abb.& alij in c.fi.de fideiuss. Alex. in d.l.Lucius.in fi.addi.Soc.in regula cxlvij.fallen.v.Hippol. de Marsi.in rubr.ff.de fideius.q.xxxj.& q.xxxix. Nic.Pig.

* Adde causam studij adeo esse fauorabilẽ, vt valeat legatũ annui reditus in subsidium studij factum alicui aliàs incapaci.ita consuluit Panor.cùm ex facto incidisset in consil.lxiij. quędã domina B.donationem fecit.lib.ij.vide Fel.in c.cùm dilecta. vj.fallen.de rescrip.Corn.consi.ij.visa petitione.lib.j.

CII.

1 *Consuetudo antiquata à lege requisita, quot annorũ esse debeat?*

2 *Consuetudo vbi est iuri communi contraria, vt antiquetur, requiritur tantum tempus, quòd in contrarium memoria hominum non existat.*

1 QVæro secundò, † quid si lex requirat antiquatam cõsuetudinem, quot annorum debeat esse? Scio, simplex Legista recurreret ad l.de quibus.in gloss. super ver. inueterata.ff.de legi.quæ dicit, decem annorum. Sed ta-
2 men † si illa consuetudo est iuri communi contraria, requiritur tantum tempus, quòd in contrarium memoria hominum non existat.verbum est singulare Archi. in ca. generali.de elect.lib.vj.in versi. antiqua cõsuetudine. gl. ergo ista Legistarum debet intelligi de cõsuetudine præter ius commune, secus si contra.quod nota.

ADDITIONES.

Vltra Archi.& Ioan.Monach.in c.fi.de elect. in vj. adde do. Anco.in c.fin.de consuetu.Sed Pan.ibi in x.col. reprobat, & bene, secundum Ias.in d.l.de quibus.col.xv.circa fi.versi.vlti.ex hac per tex.ibi in versic. inueterata consuetudo, quę intelligitur tamen annorum decem.ergo idem in consuetudine antiquata, quia idem est: nec ratio diuersitatis reddi potest. & dicit probari per l.ij.C.quę sit longa consuetu. in ver. vsúsque longęui. vbi etiam longæua consuetudo tantùm intelligitur decem annorum. & per alia, de quibus ibi per eum. Vide tu quæ dicit singu. consi.cviij.& idem quod Ias. vbi suprà tenet Barba.in consi.v.in ij.parte incip.Supremi optimi. vbi dicit, si est consuetudo cõtra ius ciuile, requiritur præscriptio decem annorum, per d.gl.super verb.inueterata. si verò est contra ius canonicum, requiruntur quadraginta anni.d.c.fin. de consue.& dicit hoc sequi omnes docentes, discrepante nemine. Ad quæ vide etiam Alex.consi.cvj.col.iij.in ij.volu. Ang. consi.ciij.Are.pulchrè, consi.xlvij. Zabar.consi.liij.col.ij.

Dic quòd consuetudo, siue præter, siue contra ius de iure ciuili inducitur decem annis Doctores in dicta l.de quibus. & in c. fi.de consuetud.Benedict. Vad.in tracta.fallent.regula xxviij. Quod tempus incipit à primo actu, qui verisimiliter venit in notitiam populi, vel maioris partis, & iteratò cum diuturnitate supradictorum decem annorum, vt per Ioan. And. & alios in dicto cap.fina.vbi Roch.Cur.nume.281.& Curt.Iun.consi.xlij.nume.7. Nicol.Pign.

CIII.

1 *Consuetudo, quæ est præter legem, validatur decennio, nisi deroget iuri ecclesiæ.tunc enim requiritur lapsus quadraginta annorum.*

1 COnsuetudo, † quæ est præter legem, validatur decennio, vt gloss.notat in c.fin.de consuetu. lib.vj.xij.dist. c.consuetudo. Quod est verum, nisi esset præter legem, vel derogans iuri particulari alicuius ecclesiæ.nam tũc non censetur valida, nisi per lapsum xl.annorum, secundũ Inno.singulariter in c.cùm dilectus.ad fi.de consue.

ADDITIONES.

Idem est si consuetudo detraheret iuri clericorum, vel iuri ecclesiæ vniuersalis, vel omnium clericorum, vt per doctores in c. fi.vbi Roch.Curt.nu.290.de consuetu.in antiq. Abb. & Feli. in c.statuimus.de maio.& obe.Rot.decis.ccccl.Quæritur.in no.Aret.consi.xxiij.In præsenti.tertio dubio. Bened. Vad. in tract.fallen.regu.xxix. Nic.Pig.

Istud latè ponit, & in terminis prosequitur Io.Fran.Balb.in trac. præscrip.io xij.q.v.partis princ. Gab.Sar.

CIIII.

1 *Pecunia est de his rebus, quæ seruãdo seruari non possunt, & ideo potest sine decreto alienari, nisi ea sit destinata ad emptionem rerum immobilium.*

2 *Tutor creditor pupilli licet possit sibi soluere, id tamen fallit, vbi pecunia, de qua velit sibi soluere, sit ad emptionem prædiorum præparata.*

1 TV habes, † quòd pecunia est de his rebus, quæ seruando seruari non possunt, vt per glos. in l.j.§.fuit quęsitũ. ff.ad Trebel.& propterea potest sine decreto alienari, vt l. lex quæ tutores.ff.de administra.tuto. Quod tamen limita verum esse, nisi illa pecunia sit deposita apud campsorem, & destinata ad emptionem rerũ immobilium: quia tunc inter res, quæ seruando seruari possunt, computatur: casus est singularis à nemine, nisi à me, notatus in l. iij.§.quid ergo.ff.de contrar.iudi.tut. Et illum text. nota
2 singulariter ad illud, † quòd licet tutor, cùm est pupilli creditor, possit sibi soluere, vt l.quoties.§.sicut.ff.de admini. tuto.& l.fistulas.§.fundum.ff.de contrahen. emp. tamen illud verum, nisi pecunia, ex qua vellet sibi soluere tutor, esset ad emptionem prædiorum præparata. casus est vnicus in dicto §.quid ergo.

ADDITIONES.

Adde quòd dictum §.quid ergo.exclamat Ludouicus met in l.si ex legati causa. col.iiij ff.de verbo.obliga.& Ant.Sicul. in repeti.rubri.de rebus eccle.non alienan. fol.xxx.ibi, & inquantum superius. Sed tu dic quòd Alexan, in l.cæterа.§ sed si pa rauerit.ff.de lega.j.& in dicto §.fuit quæsitum. col.ij.respon-

det d.§.quid ergo. Et reprobat Alexand.in dicto §.sed si. Do. Albe.in ij.parte statutorum.q.ccv.incip.Item habeo duas pulchras quæstiones,&c.vbi plura allegat in materia destinationis,quę re vera videtur brocardica.vt etiam dicit Alex.côsil. xcvij.col.ij.iij.volu.incip. Aliâs de facto consultus respondi. Et pulchrè etiam scribit Franc.de Are.consi.vj vlti.col.ostêdens quantum debeat esse approximata causa ad effectum,ad hoc vt destinatum dicatur pars eius,ad quod est destinatû. Et adde quòd istud dictum Ludo.subtraxit Francis. Cremê.suo singul.lx.incip pecunia.& vide quę ibi. Vide etiam Ant. Corset.in not.suis notabil.ccxvij.in verb. pecunia. vbi addit duas quotas,vnam Alb.in quęstionibus statutorum,alteram Barth.

Sequitur idem Roma.consi.clxxxviij.in hac. vltimo dubio. Rip. in dicto §.fuit quęsitum.Ioan.Dilect.de var.testa.pręcep.cautela quinta. Et xiiij.doctor.pro hac parte alleg. Nicol. Boër. decis.ccix.additio. In côtrarium est communis opinio, vt per Soci.Iun.consi.cxx.circa primum.col.iij.lib.j. Et xxv docto. vltra aresta refert tenere hâc communem opi.idem Boër. vbi suprà,quos refert etiam Andr. Tiraquel.de retract. consang. §.j.gl.vij.nu.103.& seq.Cogita si in tam magno conflictu distingui posset,vt prima opinio procedat,quâdo modica summa sit deposita,secus si magna,iuxta tex.in l.v.in prin.ff.de admini.tuto. Et hanc distinctionem sensit gl.ij.in l.nisi.C.eo.tit. de admini.tuto.& possem comprobare per plura similia, quæ omitto. Nic.Pig.

Quòd destinatum ad aliquid,pro facto habeatur; scribit diffusè Deci.in l.rogasti.in prin.in ij.notab.ff.si cer.peta. Sed in proposito pro limitatione tex.in d.l.iij.§.vsuras.versi. quid ergo. ff.de contrar.iud.tutel.adde Ias.in l.cætera.§.si parauerit. nu. 22.ff.de leg.j.Chassen.in consue.Burgû. rub.iij.§.iij.nu.16.& §.xxiiij.nu.1. Adde Matth.de Afflic.in consti. Neapol. lib.iij. rub.xxvj.col.ij.nu.5.Guliel.à Monteferra.in tracta.de succes. Regum,dub.v.nume.10.Bertachi.in tracta.de episco. in quarta parte,nume.142. Gabriel Sar.

CV.

1 *Mater non petens tutorem filijs,priuatur eorum hæreditate: & an excusetur.si non petijt filio,cui relictum fuit sub conditione, si tutor non habuerit, vel filio egeno, ne a creditoribus conueniretur.*

Secundò quæro si mater non petit tutorem filiis, priuatur eorum hæreditate.l.sciant.C.de suis & legi.cum simi.Quid si relictum sit filio sob côditione,si tutores non habuit:an tunc,si non petit,excusetur? Dic quòd sic, si legatum est ita magnum, vt transcêdat pupilli facultates. casus est notabilis,qui nô est alibi in l.ij.§.tractari.ff.ad

2 Tertullia. Et idê quòd excusatur, si non petiit filiis egenis,& multos creditores habentibus, ne conuenirentur, vel.contra pupillum.ff.de re iudic.& l.cûm minores.C.si aduer.rem iudica.casus est vnicus in dicta l.ij.versi.quod si penitus egenis.& versicu.ergo etiam.ff.ad Tertullia. tene menti perpetuo.

ADDITIONES.

2 Et idem,&c.dicunt singulariter Alex.in l.sciant.in additio.C. de legi.hæred.Hippo,sing.cccij mater. Et quęlibet iusta causa excludit matrê à successione filij impuberis.Soci.consil.clij. pulchra.lib.j. Et dicta l.sciant.habet locum solùm,quando est locus tutelæ datiuæ Bar.consi.xxij.homo.Soci.Iun. consi.xvj. col.iij.lib.ij. Nic.Pig.

Adde omnino quę scribit Carol.Molin.in prima parte cômenta. in consuetu,Paris.§.vj.nu.15.ver.prima. Gabriel Saray.

CVI.

1 *Damnum dans ex culpa leuissima,an in foro conscientiæ teneatur,& quid de iure ciuili?*

1 Pridie fui interrogatus,an contra damnum dantem ex culpa leuissima possit agi,seu idem teneatur in foro conscientiæ? Est certum de iure ciuili quòd sic, vt l.in lege Aquilia.cum simil.ff.ad legem Aquil. sed secus in foro conscientiæ quia tunc non tenetur.dictum est Innocen. vnicum in mundo,in cap.sicut dignum.ad fin.de homic. tene menti perpetuo.

ADDITIONES.

Adde quòd cum dicto Innocen transit Abb. & Panor. in ca.j.de consti.& c.dilecti.v.col.de arbi. facit quod not.idem Abb. in c.significatum,per illum tex.de poenit.& remis.Feli.in c.sicut dignum.in vltimis verbis.& in c.canonum.col.xj.in fi,de consti.sequitur etiam Panor.istud dictum in c.cùm causam.in vj. col.de testib.& in c.quoniam contra.col.viij.de probat.

Adde Corset.notab. cxxv. in verb. forum conscientiæ. Thom. Gram.decisio.iij.in causa.col.vlt Dec.in c.j.col. pen. & ibi August.Bero.nu.242.post alios.de constitu.idem Deci. post Abb.in c.quoniam contra.nu.31.& ibi Augu. Bero. nu.224. de proba.idem d.August.Bero.in c.dilecti.nu.77.de arbi. vbi pulchrè declarat. Nico.Pign.

Adde Barba.in repe.c.Raynaldus.col.cxiiij.versi. inquantum dominus.de testa.vbi videtur tenere contrarium. Et latè circa id scribit do.And. Tiraq.in tracta.de poen. tempe. aut remit. in xiv.causa.nume.13. & Cagnol. in l.quod à quoquam. nume. 7.ff.de regu.iur. Gab.Sar.

CVII.

1 *Argumentum à contrario sensu in statutis habet locum, nisi per illud statuentes in pœnam inciderent.*

1 Tu habes,& communiter tenetur,quòd in statutis habet locum argumentum à contrario sensu.Quod tamen limita, nisi argumentum illud sumendo statuentes in pœnam inciderent:tunc enim non sumitur.quæras in l.conuenticulam.C.de episco.& cleri.non inuenies.gloss, est vnica Canonistis incognita,in clemen.j.in ver.facere. de vsur.de qua glossa Bald. alibi multum gaudet, sicut tu gaudes de tripudio crastino.

ADDITIONES.

Adde quòd Feli. dicit hoc communiter teneri in c.ecclesia sanctæ Mariæ.nu.7.de constitu.vbi allegat aliqua ad hoc propositum: & idem tenet Bald.in l.si eum.§.qui iniuriarum ff si quis cautio & Laur.de Rodulph.in tracta.vsurarum, quæst. cxlviij. Bald. & Imol. in l.Gallus.§.ille casus.ff.de liberis & posthu. Ad hoc vide etiam Felin. in cap.significasti. col.vlti. de foro competen.

Et Corset.not v.in verb.argumentum.Alexan.in dicto §.qui iniuriarum.col.fina. Nic.Euerar.in loco à contrario sensu. Ias. latè in l.j.nume.42.& ibi Deci.nume.58.& alij.ff.de offi.cius cui manda. Nicol.Pign.

Adde Bal.in auth.ad hæc.in ij.col.versi.sed dubitatur. C.de vsuris.& Hippo.de Marsi.consi.xiij.nume.15. Et Didac. Segura, in tracta.de bonis lucr.const.mat. inter man. & vxo. nu.244. ver prętereà arg. Gab.Sar.

CVIII.

1 *Pignus datum pro vno debito potest pro alio detineri: secus si debitum sit pœnale,& hoc odio pœna.*

1 Tu habes,quòd pignus datum pro vno debito potest pro alio detineri.l.j.C.etiam ob chir.pec. Quod tamen fallit,si velis pro debito pœnali retinere, odio pœnæ. Istud non inuenies ibi,sed de hoc est casus singularis, de quo ibi Bal.facit festum in l.pignoribus.C.de vsur.

ADDITIO.

Sequitur idem Roman.consi.cccccvij.in casu.in fi.Pau. de Cast. per illum tex.in l.idco.ff.de compen.Negu in tract pigno.primo membro quintę par.prin.xiij.effectu. Nic.Pign.

CIX.

1 *Pupillaris substitutio an facta dicatur à testatore,qui eius filium instituit hæredem,& posteà dixit: Et si decesserit in pupillari ætate,substituo mihi Caium.*

1 Habeo nunc quæst.de facto & pulchram.Ego facio testamentum,& inter alia instituo filium meum hæredem,& dico: Et si decesserit in pupillari ætate, substituo mihi Caium:nota verba:Quærebatur, nunquid insurgat substitutio pupillaris? Quidam doctor,qui est de illis, qui sunt sicut ego,respondit interrogatus ad dubium, quòd non,propter verbum,mihi.Sed tu habes casum in côtrarium vnicum,in l.si ita scriptum.§.qui filio.ff.de bonorû posses.secun.tabu.quem nota.

ADDITIO.

Adde l.fina.C de heredibus instituen.in l.j.ff.de vulga. & pupilla.vbi gloss.Casus,Seius.adducit alium text. Sed de hac quęstione post Bart.in dicta l.si ita scriptum § qui filio. & alios

in d.

in d.l.j.de vulga. & pupil. vide plenè & eleganter per Soci. in repe.d.l.col.vj.per duas.col & Ange.super hac quæstione cõsi.calvij.incip.do. Quiricus.

CX.

1 *Posthumi natiuitate rumpitur testamentum, quod reconualescit, si viuo testatore ciuiliter & naturaliter posthumus moriatur. Secus si testator naturaliter tantùm viuat, sed ciuiliter mortuus sit.*

1 TV habes,† quòd natiuitate posthumi rumpitur testamentum: qui si moritur viuo testatore testamentũ reconualescit, vt in l.posthumus.ff.de iniusto rupto & irri. testa. Quod est verum, si testator viuit ciuiliter & naturaliter: secus si naturaliter tantùm, sed mortuus sit ciuiliter: tunc enim non reconualescit. casus est singularis in l. qui vxorem.ff.de iniust.test.qui non allegatur in materia,& est mirabilis casus ille.

ADDITIO.

De intellectu dictarum legum, adde Ias. in l.si filius, qui in potestate.iij. & iiij.notab.ff.de liberis & posthu. & in l.vxoris.C. eo.titu.per Deci.& poster.in l.posthumo. secundo not.C.de contra tab. Nic.Pig.

CXI.

1 *Adultus testamentum faciens, si remittat redditionem rationis olim tutori suo, non intelligitur ei remittere bona, quæ penes ipsum tutorem sunt, nisi remissio tutori, eidémque patri facta fuerit.*

1 VLtimò, si adultus faciens† testamentum, remittit redditionem rationis suæ olim tutori, non intelligitur remittere ei bona adulti, quæ sunt penes eum, vt l.creditor.§.Titia.& l.Aurelio.§.Caius.ff.de libe.leg. Quod tamen limita, nisi illa remissio facta sit tutori, eidémque patri: (tutor enim esse potest, Insti.de legit.paren.tut.) tunc enim videtur omnia sibi remittere, quæ penes eum sunt, propter amorem paternũ. casus est vnicus in l.Aurelius. §.Titius testamento.ff.eod.titu.& hi tres casus sunt notabiles,& scribendi literis aureis.

ADDITIO.

Ias.in l.quod dicitur.col.v.in fi.ff.de verb.obli.intellige, nisi pater teneatur ad illa reliqua ratione doli committendi, vt per Alciat.in tract.præsu reg.j.præsum.vj. Quam materiam tractauit idem Alci. post alios in l.actione.ver.specialiter.C.de transact.Deci.consi.clxxviij.cxcij.cccxlix.in fi. Ioan. Dilec. de art.testa.caut.ij.de tutor. Nicol.Pig.

CXII.

1 *Testator an possit ob alterius negligentiam hæredem suum hæreditate priuare?*

1 QVæro, nunquid† testator possit ob alterius negligentiam hæredem suum hæreditate priuare: puta, relinquo Titio centum, vt faciat capellam: & si non fecerit, priuo hæredem hæreditate mea? Dic quòd non: tex.est singularis in l.paterfamilias.ff.de hære.insti.

ADDITIONES.

Et est ratio, quia illa pœna dicitur iniusta: non est enim iustum, vt alter pœnam patiatur de culpa, aut facto alterius. Et adde quòd eam singularem dicit,& commendat Bal.in l.j.opposi. v.nume.10.C.de his quæ pœnæ nomi. Et remedium, vt locũ non habeat d.l.ponit Bar.ibi.& Io.Dilect.de art. testa.tit. de lib.instit.caute.iiij.si pater. Nicol.Pign.

Idem tradit Didac.Couar.in c.Raynaldus.§ j.nume.7.de testa. Corset.in singul.ccclxxiiij.in verb.testator ij. Pau.de Castro in l.Seius & Augerius.ff.ad leg.Falci.vltra Bal.Imol. & Ang. in dicta l.si pater.illam decisionem valde extollẽtes. Imò hæreditas semel purè data non potest adimi sub cõditione absque culpa primi instituti.Bar.Ang.& Imol. in d.l.paterfami. Soci.consi.xxj.col.ij.volu iij.Et probatur in l.si te solum.ff. de hære.insti.vnde istæ ademptiones, cùm vel fiant, vel fieri præsumantur nomine pœnæ, non probãtur à iure, nisi hæredis culpa præuia sit ad earum effectum. Gab.Saray.

CXIII.

1 *Ecclesia læsa si aduersus contractum cum laico celebratum restitui velit, ad coram iudice ecclesiastico petet.*

2 *Clericus etiam in patrimonialibus agit coram iudice ecclesiastico.*

1 QVid si ecclesia læsa velit† aduersus contractum initum cum laico restitui, coram quo iudice debet illud petere? Videtur quòd corã iudice laico, per regulam c.si clericus laicum.& c.cùm generale.de foro competẽ. & l.ij.C.quis & apud quem. Sed tamen contrarium est verum: quia illud fallit in ecclesia. dictum est Inno. in dicto cap.cùm sit generale.ad fin.allegat duo iura, quæ optimè probant, c.j.de in integ.resti.& c.penul.de reb.eccle. non

2 alie.& ita pridie consului Sed† nũquid idem in clerico, quod in ecclesia? Dic quòd sic, etiã in patrimonialibus: secundum Anto.in c.constitutis.de in integ.resti.

ADDITIONES.

Adde quòd eum refert & sequitur Sand.ibi col ij.versic.ecclesia restituitur.& Panor.in ca.constitutis. col.j.de resti. in integ. Adde Panor.in d.c.constitutis.per illum text.in j.col.Archi. in canonibus.xvj.q.j. & Sand. in cap.cùm sit generale.col.ij. ver.amplia etiam.de foro compe.

Adde quòd consi.Rom.non inuenio: sed Inno.sequitur Abb. in d.c.cùm sit generale.col.iij.& alij ibi & in d c.j.colum.fi. & d.c.penul.col.j.& Phil.Fran.in c.j.col.j.de resti.in integ. lib. vj. Vide tamen Augu.Bero. in d.ca j.nu.162. & disputantem contrarium.de resti.in integ. Nico.Pig.

Adde Didac.Couar.lib.j.variarum lectionum, c.iiij. nu.2.versi. cæterum iure. Gab.Saray.

CXIIII.

5 *Minor petens restitutionem aduersus vnum articulum causæ, an teneatur illum specialiter exprimere: an verò sufficiat generaliter se læsum dicere in tali causa?*

1 MInor vult petere restitutionem aduersus† vnum articulum, an debeat illum articulum exprimere specialiter, an verò sufficiat se generaliter læsum dicere in tali causa? Dic quòd aut illam restitutionẽ petit à iudice inferiori: & non procedit libellus ille generalis. Aut à principe,& tunc secus. tex.est singularis, de quo ibi Bar.multum miratur in l.minor autem magistratus.§.j.ff.de mino.

ADDITIO.

Adde eundem Rom.& Ias.in l.nam & postea.§.si minor.ff.de iureiuran.vbi ponunt qualiter formetur libellus,& quæ requirantur in eo, post eos quos allegant.& Ang. Aret. in §.si quis agens.col.vij.Insti.de actio. Nicol.Pign.

CXV.

1 *Procurator, si est dubium de mandato, admittitur cum cautione rati, nisi dominus sit præsens, nam tunc tenetur comparere, & sui procuratoris personam firmare.*

VLtimò volo tibi dicere duo dicta in materia procu-

1 ratorum. Tu habes quòd† si est dubium de mandato, procurator admittitur cum cautione rati.l.j.C.de procurat. Illud tamen limita singulariter quoties dominus est præsens, quia tunc debet comparere, & sui procuratoris personam firmare. text.est vnicus secundum Ang. (qui in hoc aliquid boni dixit) in l.mutus.§.is qui.ff.de procura.

ADDITIO.

Et hoc sequuntur Bal.Castren.& alij in d.§.is qui. Alex. in addi. & lec. col.iij.in d.l.j.& ibi Ias.col.j.ij.fallen.C.de procurat. Soci.in tract.fallen. regula cccxviij. fallen.j.Hipp. singu.ccxxviij.agens. Et illum §.extendit ad filium Pau.Castren.in l. si longius.§.j.in prin.ff.de iudi. Nicol.Pig.

CXVI.

1 *Procurator actoris constitutus ad agendum, censetur etiam constitutus ad defendendum. Secus in procuratore rei.*

1 SEcundò procurator constitutus ad agendum,† censetur esse constitutus ad defendendum.l.mutus.§. pœnam.ff.de procura. Quod intellige verum in procuratore actoris: secus in procuratore rei: quia ille, licet sit constitutus ad agendum, nunquam intelligitur cõstitutus ad defendendum. casus est vnicus in c.constitutus.de procura. Legistis penitus incognitus,& etiam nonnullis Canonistis,& mirabilis tex.ille.tene menti.

ADDITIONES.

Adde quòd text.in d.ca.constitutus.videtur ita intelligere Abb.

ibi col ij.versic.in gl.in verbo solúmodo.quam dicit sensisse domi.Anto.

Adde ibi Abb.col.fi.versic.secunda solu.Deci.in c.insuper.vlti. notab.de testi.Moder.Arimi.in tract.nullit.rubri.de nullita. manda.nu.81. Nicol.Pign.

CXVII.

1 *Mora re ipsa contrahitur in minore eius fauore:idē in causis pijs.*

1 TV habes, quòd in minore contrahitur eius † fauore mora re ipsa.l.in minorum.C.in quibus causis in integ.& l.Titia.§.vsuras.ff de leg ij. Et idem dicas in causis pijs.glo.est singularis,quam nunquam sciui,nisi hodie, Insti.de act.§.ex maleficiis.in verb.in iudicium.

ADDITIONES.

Vide Ias. latius cōfirmantē in d.§.ex maleficiis.col.x.Adde etiā quòd eodem modo in fisco fit mora re ipsa absque aliqua interpellatione.gl.est in l.cùm quidam § fiscus. in verbo,inferunt.ff.de vsur.quam pro singulari ad hoc allegat Ludoui.in d.l.si ex legati causa.ff.de verb.obliga.& idem de fisco,quod reputat valde notabile,dixit Bald.in l.j.C.de his qui. vt indig.

Et Bald.in authenti.hoc amplius.col.ij.C.de fideicom.Alexand. qui alios citat in l.quod te.col.iiij.ff.si cer.peta. Marthe.nota. xliiij.Nic.Euer.in loco,à minore ad piam causam.Soc. in regu.cclxix.fallen.iij. Nic.Pig.

CXVIII.

1 *Actio descendens ex donatione causa mortis est stricti iuris: habet tamen in[illegible] bona fides.*

1 CErtum est,quòd actio † descendens ex donatione causa mortis est stricti iuris.§.actionum.Instit.de actio. habet tamen instar bonæ fidei,sicut actio ex testamento. casum habes vnicum,iuncta gloss.in l.Seia.§. bonæ fidei. ff.de donatio. causa mor.& ita extendit gloss. in dicta l. in minorum.C.in quibus causis in integrum restitutio. sicut Cotiarius corium.

ADDITIONES.

Adde Ias.in §.actionum.col.iij.Insti.de actio.

Et ille tex.ad hoc est melior de iure secundum Alex. in l.vinum. nu.17.ff.si cer.peta.post Io.de Imol.in d.l.Seia. Et hoc ibi notat Bar.& Deci.in c.venerabilis.col.v.versic.& quod dicitur. de excep. Nic.Pig.

Adde quæ scribit Didac.Couar.in iij.parte rubri.extrà de testamen.nu.18.fo.21. Gab.Saray.

CXIX.

1 *Vasallus non præstans fidelitatem domino,priuatur feudo,nisi feudum sit exiguum.*

2 *Feudum magnum,vel paruum,quodnam sit,quomodo cognoscatur?*

1 TV,qui habes feuda in partibus,bene scis,quòd si † vasallus non præstat domino fidelitatem,priuatur feudo. Quod tamen intellige,nisi esset feudum exiguum:túc enim licet vasallus non præstet fidelitatem, non priua-
2 tur. (cognoscitur enim † feudum magnum , vel paruum ex qualitate personæ,puta,quia Imperator daret vni magno Comiti vnum castrunculum:) ita limitat Bal.totam materiam feudorum in c.j.§.est & alia. quæ fuit pri.e au. bene.amit.in vsib.feud.allegat tex.vbi etiā dicit text.singularem in c.j.§.de fidelitate.de capi. extraordi. Cor.eo. lib.& ideo allego tibi principaliter Bal.& non text. quia illa rubr.in paucis libris reperitur.

ADDITIO.

Sequitur idem Roma.consi.cccl xvij.circa primum. col.penul. in iij.fallen.vbi extendit ad fœminam. Matth.de Afflict. in dicto §.est & alia.col ij.& in ca j.notab.j de controuer.inuest. & in cap.imperialem.xij.notab.nume.79.de prohibi.feud. alie.per Fed.vbi plura de modicitate cumulat. Et confirma suprà singu.xvij.xcvij.& infrà sing.cccxxxiiij. Nicol.Pign.

CXX.

1 *Dictio quandoque,in legato quomodo exponatur.*

1 QVid diceres,si lego tibi decem quandoque:quid hoc importet?dic † quòd illud quandoque exponitur, idest,quam primum potuero.casus est singularis in l.rogo.ff.quando dies lega.ced.

CXXI.

1 *Rationem administrationis pecuniæ datæ ad trafficādum, reddi, an peti possit in principio,vel in fine anni?*

1 QVæro,quando posit peti reddi rationem administrationis † pecuniæ datæ ad trafficandum?Dic quòd solum in fine anni:casus est singularis in l.neminem.C.de suscep.& arca.lib.x.

ADDITIO.

Et sequuntur Bar.& alij ibi.Corset.notab.in verb.mercator. Ias. in §.sequens.nu.43.insti.de actio.decis.cap. Tholo.ccccxlvij. Io.Lup.in cap.per vestras.§.fi.col.iiij.& penul. de dona. inter vir.limitans vt per eum.Cōtrarium,quòd cessante calumnia posit quandocunque peti,tenuit Bal. in rub.C.pro soc. nu.5. idem Roma.consil.clxviij.circa primum.tertio dubio. Ias. in l.vnica.C.de erro.calcu.in princi.& in l.nummis.in fi.ff.de in lit.iuran. Vide tamen Modern. Anco. distinguen.in tracta de merca.titu.de contract.merca.nu.8. Nico.Pign.

CXXII.

1 *Minor,mulier, & miles non sunt idonei fideiussores in rem alterius:secus si in rem suam.*

1 TV scis,quòd minor,mulier,& miles non sunt † idonei fideiussores. Intellige cùm in rem alterius fideiubēt: secus si in rem suam.casus est secundum Guli. de Cun. in l.de die.§.j.ff.qui satis.cog.

ADDITIO.

Et illum dicunt sing.idem Ro. Castren.Ias.& alij ibi. Nic.Pig.

CXXIII.

1 *Idoneus ad pugnam,& ad prælium,cuius ætatis quis esse cēseatur.*

VLtimò fit aliàs,maximè per Regem,præceptum,quòd
1 de † qualibet familia vadat vnus ad prælīi:de qua ætate quis cēseatur idoneus ad pugnam?noua est quæstio.Dic quòd xviij.annorum.gloss.est vnica,quam potes quærere si vis in cap.j.circa prin.in gloss.in verb.à decimooctauo anno.de pace iura.fir.in vsibus feud.

ADDITIO.

Quæ ætas dicitur plena pubertas.l.arrogator §.non tantum.ff. de adopt.Et quot sint ætatum gradus,tradit Alcia. in l.pueri. ff.de verbo.sig.& lib.x.Parerg.c.x.Ioan.Coras.in l.precibus. versi.ætatis suæ.C.de impub.& aliis substi. Nico.Pign.

CXXIIII.

1 *Soluens pro alio inuito,repetere solutum non potest.*

2 *Medicus,qui ægrotum inuitum curauit,potest salarium suum petere.*

1 TV habes,quòd ille qui pro altero soluit eo inuito † nō potest postea repetere,vt in l.fi.C.de neg.ge.& l.si pro
2 te.ff.mand.Sed † quid in medico qui aliquem ægrotum curauit inuitum?Dic quòd potest salarium suum petere. glos.est singularis,Legistis ac pene Canonistis incognita. lxxxiij.distin.c.prouidendum.

ADDITIONES.

Et sequitur Alex.in d.l.fi.& in l.Stichus.ff.de penu leg.Abb.cōsi.xcj.quoad primum.ij.volu.Corset.in notab.in verb. expēsa.Deci.& Cagnol.in l.inuito.ff.de regu.iur.& Deci in consi. dcxcj.in facto.Francisc.Rip.in tracta pest.parte vlti.de Med. Nico.Pign.

Idem tenet Andr. Tiraquel.in tracta. de nobilita. c.vj. nume.37. versi.adde & tex.& Spec.in titu.de salarus.§.fi.versi. sed quid si infirmus.Feli.in ca.contingit.titu.ij.de senten.excom.& latissimè per Ferdinand.Gomez.in l.xxvij. Taur.fo.175.nume. 104.& per Didac.Segur.in repetitio.l.j.§.si vir.num.125.ff.de acquir. possess. & qualiter medicus debeat petere suum salarium,& de forma libelli,tradit Guid.Pap.Decis. Grationop. cccxcilij.in fin post Cyn.in authenti.dos data.C.de donatio. ante nupt. Gab.Sar.

* Adde ad materiam quòd licet beneficium inuito nō detur, vt l.inuito.ff.de regu.iur.tamen,vt dicit Bal.in l.vlti. in ij.quæst. C.de nego.gest.si amicus meus est in periculo perdendi personam,nisi pro eo soluerem certam summam, & ego soluā hāc summam eo vetāte & inuito,quòd possum repetere & sic beneficium confertur in inuitum.Et hanc decisionem Bald. sequitur Alex.in l.quamuis.versi.& ista præstant.ff.solu. matri. & Feli.

& Fel.in c.pastoralis.§.pe.col.j.de of.del.vbi latè ponit. Hinc decidit not.Io.and.in c.cùm C.laicus.de fo.cõp.lib.vj.vt retulit Feli.in c.si quando.fallen.j.de of.dele.ꝙ si reus est cõdemnatus in mille, quæ si non soluerit intra decem dies, amputari ei debeat pes, aut manus, nõ auditur si potius vult eligere pœnam corporalem, quàm soluere dictam condemnationẽ pecuniariã: imò hoc casu poterit tertius eo inuito soluere, & post liberationem repetere pecuniam. & hoc idem concludit Bal. in l.commissoriæ.C.de pact.inter empt.& vendit & in c.cùm ab homine.col.vlt.de iudic.quem refert & sequitur Ias.in l.si ex toto.§.vlt.in finalib.verb.ff.de leg.j. Hinc etiam dicimus, quòd miles & donator non possunt renuntiare beneficio, ne conueniãtur, nisi inquantum facere possunt, vt latè per Alex. in l.alia causa.§ j.ff.sol.ma. Hinc dicit Bar.in l.non tantum ff. de appel.quòd pro reo iniustè condemnato potest tertius appellare etiam eo inuito.cum multis concor.per Alex.ibi aggregatis.& Felin.in c.quærenti.de offi.deleg.

CXXV.

1 *Procuratoris constitutio per metum facta, an sit ipso iure nulla?*

1 QVæro, an constitutio procuratoris † sit nulla ipso iure propter metum? Dic quòd sic: dictum est Hostiẽs. vnicum, relatum per Io.and.in c. Abbas quod met.caus. allegat tex.in c.accedens.de procurato.qui, per animam meam, nihil facit.

ADDITIONES.

Tu dic quòd de confessione procuratoris Hosti. ibi nihil dicit, sed bene dicit de constitutione procuratoris: Et inquantum Ro.dicit tex.per Hosti.allegatum nihil facere, adde Panor.in d.c.Abbas.col.iiij.circa fi.

Adde quòd est duplicatum infrà singulari decl x. Nic.Pig.

CXXVI.

1 *Mandatum generale sufficit ad petendum in integrum restitutionem super incidẽti, nisi procurator velit restitui aduersus interlocutoriam super incidenti latam, & post decem dies.*

1 VOlo tibi dicere vnum dictum Io.and.multum singulare. Tu scis, † ꝙ ad petendum in integ.resti.super incidenti sufficit generale mandatum.gl.ordi.in c.suscitata.de in inte.restit.in l.fi.C.vbi & apud quem.& l.illud.§. si talis.ff.de mino.& Bar.ponit in ti.de no.ope.nun.non recordor vbi. Quod tamen fallit, nisi procurator vellet restitui aduersus interlocutoriam super incidenti latam, & post decem dies: nam tunc non potest sine speciali mandato.dictum est Io.and.in c.coram felicis.de in inte.resti.& ita pronunciaui iam est forte annus cum dimidio, & expediui Episcopum Trigoniensem in causa trium, vel quatuor milium Ducatorum.tene menti.

ADDITIONES.

Adde quòd ratio est, quia post lapsum decẽ dierum transiuit interlocutoria in rem iudicatam, vt in cap.cùm dilecti.de elect. vnde potest amplius dici, quòd restitutio incidit in causam. De cuius tamen veritate, vide Panor.distinguentem in d.c.coram felicis.ij.col. Et quia Roma.hic allegat Bart.de no.oper. nun.& non recordatur de lege, dic quòd est in l.cum procura.in princip. vbi vide magistrum meum magistraliter loquentem.

Latè id habetur decisio.Capel.Tholosa.lv.& ibi per Aufrer. & per Didac.Couar.lib.j.variarum resolutio.c.vj.in princ. Iure tamen Cõsti.Regni Neapolitani hodie sufficit generale mandatum ad petendum in integrum restitutionem, vt videlicet, in consti.incip.beneficium restitutionis.in ti.de restit.reipublicæ. An autem iudex motu proprio parte non petente possit minori in integrum restitutionem concedere, tradit idem Ro.infrà singu.cccclxij.incip.quòd iudex.& aliquid singul. cclxxij.ita ecclesiæ competit.& ibi in addi. Gabr.Sar.

CXXVII.

1 *Papa solus est idoneus testis, & probat etiam in his, quæ ipse vidit ante promotionem ad papatus apicem*

SAnctissimus pater Eugenius Papa, cũ esset in minoribus constitutus, solus vidit (existens Cardinalis) quòd mem fuit facta per bonæ memoriæ Papã Martinũ, quædam resignatio beneficii, itaque volens metũ passo fauere, consuluit quatuor nos auditores, nũquid c.cùm à nobis.de testi.disponẽs, † quòd solus Papa est idoneus testis, & probat, habeat locũ in his, quæ Papa viderat ante promotionem ad papatus apicem? Quid respondisses tu (qui non vis studere) Imperatori, cùm esset hic, quia idẽ esset in eo? Certè nos multum musitauimus, finaliter ego reperi duas gl.Io.and.singulares: tenentes, quòd sic: & ideo lætus tunc accessi ad dominum nostrum, vna est in verbo statuit.in c.j.de renun.lib.vj.& illam putabam singularem: postea reperi aliam consociam in c.ad apostolicæ. in verbo promisissent.de re iudi.libr.vj.& multum gauisus sum, & ita fuit iudicatum.

ADDITIONES.

Adde ꝙ refert & sequitur Sand.in c.sicut.circa prin.versi.limita nisi.de proba. Et ꝙ credatur dicto Cardinalis solus si efficiatur Papa, allegat text.in c.querelam.de electio.& ibi Abb.in cle.j.de reli.& vene.san.in versi.nos dum in minoribus &c.& tex.in c.cùm olim.j.in versi.quorundam fratrum.de priui.

Adde Feli.in d.c.cùm à nobis.ij.notab.Io.Crot.in tract.de testi. in iiij.par.prin.in fi.Augu.Bero.in c.sicut.nu.54.de probatio. qui dicit in puncto iuris esse veriorẽ opinionem, quòd Papæ vt testi, quo ad litis decisionẽ inter litigantes, non est credendum.Ias.in l.admonendi.col.lxx.nu.190.ff.de iureiur. Limita vt per ipsum Ro.cõsi.cccl in casu.tertio dubio Limita etiam vt per Fran.de Are.consi.xxiij.in præsenti.in secundo dubio. Tho.Gram.decisio.lxiiij.orta.nu.10.& seq.& Claud.Seyssel. in auth.si quis in aliquo.col.fi.C.de eden. Nic.Pig.

CXXVIII.

1 *Pater, si relicta legitima portione filijs, extraneos fecerit hæredes, & post eius mortem bona sine aliqua hæredũ opera creuerint, an filij illius incrementi possint legitimam petere?*

1 VOlo tibi vnũ dicere, de quo fui pridie interrogatus Pater † relicta legitima portione filiis, extraneos fecit hæredes: demum post mortẽ patris creuerunt eius bona sine aliqua hæredũ opera: an filii illius incrementi possint legitimam petere? quid dices? Certè tu habes de hoc duos tex.egregios, quòd non, & tene menti illos, in l.etiã. §.vlti.& l.si patronum ex debita.§.fi.ff.de bon.libe.nunquam exeant mentem tuam.

ADDITIO.

Adde l.in ratione falcidiæ morte seruorum.& ibi Castr.Alexã. in l.in quantitate patrimonii.ff.ad l.Falc.Ias.in authen.nouissima.nu.5.& in l.cùm quæritur.C.de inof.testa.Rip.in c.cùm M.Ferrariensis.nu.38.de consti.& in l.in quartam.nu.46.ff. ad leg.Falc.latè per Nicol.Boer.decisio.lxij.si pater. Thom. Gramma.decisi.lvij.Iacobus, post eos quos allegant, Decisi. Neapol.ccclxxxij.in causa.cum aliis allega.per Cagnol.in § quarta l.Papinianus.ff.de inoffic.testa.in quinto præsupposito. Nicol.Pign.

CXXIX.

1 *Fideiussor intercedere non potest in causa criminali, vbi debet imponi pœna mortis, sed contraria consuetudo valet.*

1 TV scis, quòd in causa criminali, vbi debet † imponi pœna mortis, non potest fideiussor intercedere, vt dicit Bartol.in l.si quis reum.C.de custo.reo. Sed an valeat consuetudo in contrarium? Dic quòd sic.gl.est singularis in verbo, supplicium.xxiij.q.v.cap.cum homo.

ADDITIONES.

Vide Sand.in c.legebatur.col.ij.de maior.& obed.& aliquid in cap.contingit.col.ij.in fin.per gl.ibi de senten.excommu. Intellige prædicta quòd valeat consuetudo in contrariũ, vt scilicet fideiussor volens possit puniri, & non aliter. ita eleganter declarat Feli.in additionibus ad Abb.in expositione decreti.col.vlti. Ad prædictam gl.faciunt etiam quæ dicit Sande.in c.sicut consuetudo.col.iij.in fi.& prin.seq.de prob.& c. cognoscentes.col.ij.circa prin.de consti. Facit de ea mentionem idem Lud.consi.xv.plei è per Saly.post Cy.in l.ad commentariensem.C.de cust.reo.

Adde Cæpol.in l.si fugitiui.nu.61.C.de ser.fugi.& in cõsi.xxxix. Lucius.nu 56.Ang.Are & ibi Atimi.in trac.malefici.in verbo, Pro quibus Antonius.in prin.tradũt ordinarii Fel.& Deci.in ij.lectu.col.ij.& alii in c.cognoscentes.de consti & idem

Deci.in c.sicut.col.vij.in princ.de probat. Hipp.de Marsil.in practi.crimi.in §.attingam.colum.ij.post eos,quos allegant. Nicol.Pign.

Idem tenet Roder.Suares in tract.de fideiussor.in cau.crimi.fo. 7 versi.xxx.limita.fo.108.Chassæn.in consue Burgun.in tit. des iustices.rubr.j §.v.fn.59.col ij.nu.167 Petr. de Vbald.in tracta.de pace constantiæ.nu.75.Et plenè per Pet.Ducñas in reg.cccxxxj.incipi.fideiussor de iudicio sisti,habet beneficiũ excussionis.in fi. Gab.Saray.

CXXX.

1 *Iudex,si pronuntiat se iudicem competentem, sententia illa dicitur interlocutoria,& ab ea appellari potest. Et an possit per iudicem ordinarium,vel delegatum reuocari de consensu partiũ si ab ea non est appellatum?*

2 *Intellectus l.si præses quasi desertam.C.quomo.& quan.iudex.*

3 *Baldi maxima est authoritas.*

1 SI iudex pronuntiat se iudicem competentem,†illa est sententia interlocutoria,& ab ea appellari potest.glo. habes singularem in auth.habita.C.ne filius pro pa. Sed nunquid possit per iudicem reuocari?videtur q sic:per regulam l.quod iussit.ff.de re indi.c.cum cessante.de appel. Sed tamen contrarium est verum.casum habes singularẽ in c.significantibus.de of.dele.quòd non possit reuocari tunc cum consensu partium.Quod limita dupliciter.Primò illud verum in delegato:secus in ordinario,secũdum Bal.inuestigatorem egregium in l.si præses quasi desertã.
2 C.quomo.& quan.iudex.Nec†dicas q ibi non loquatur in sententia illa,quãdo se iudicem vel non iudicem pronuntiat:nam loquitur in desertione appellationis, quod idem est.Sed certè ille textus non facit,quia loquitur qñ sententia fertur contra minorem indefensum, & sic intelligitur,vt l.cum minores.C.si aduer.rem iudi.& l.contra
3 pupillum.de re iudi.tene tamen menti:†quia maxima est eius authoritas.Secundò limita illud verum, quãdo non est appellatum:aliàs secus.Domini de Rota simpliciter in deci.lxxvj.si à pronuntiatione.in nouis.allegant text.in c.cùm dilectus Io.vlti.de præb.secundum vnum intellectum,& verum. ibi est casus,& istud ignorauit Bal.

ADDITIONES.

Adde quòd opi.Bal.videtur verior secundum Feli.in d.c.significantibus.Ad quod vide Felin.in c.qualiter.j col.v.fallen.ij. post Maria.Soci.& alios quos allegat in ij. limit.de accus.Adde do.de Rota decisi.lxxxiij.idem si auditor.in nouis.de appel.viij.sequuntur doct.in c.peruenit.de appel.& d.c.cũ cessante.& Abb.in d.c.cùm dilectus.quem text.dicit ibi esse ad hoc valde singularem secundum vnum intellectum Sand. in d c.significantibus.circa princip.vbi etiam tradit duas alias limitationes.

Et Bal.sequitur ipse Ro.consi.cclviij.in præsenti.in fi.Castrẽ. in d.l.quod iussit.& in l.ij.ad fin.& ibi Ias.col.viij.ff.si quis in ius voca.&c.Deci.in d.c.cum cessante.iij. col. Contrariũ sequuntur Alex.Ias.Rip.in d.l.quod iussit.Feli.post Soci.in c. qualiter.extrà de accusat.

Secundò limita.Adde quòd cõtrarium tenet Alex.& ibi Rip.sub nu.18.in d.l.quod iussit.Cald.& ibi Imo.in d.c.cùm dilectus. prout eos refert Deci.vbi suprà,qui sequitur opi.Roma.hic, quæ est communis.Et aduerte,quòd Ro.videtur tenere, q iudex non possit reuocare interlocutoriam suæ competentiæ: quia contrarium est verum,vt per Ias.in d.l.ij. col.viij.versi. an autem.ff.si quis in ius voca.Papien.in forma interlocutoriæ qua quis se compe.pronun.in prin.nu.6. Nic.Pig.

Et vide Aufrer.decisio.Tholosa.clxxxv.Sed quid econtra, si iudex se non esse iudicem competentem pronuntiet, an possit illam interlocutoriam reuocare? scribit Guido Pap.decisio. Grationop.ccccxxxvj.nu.93.versi.lxxxiij.quæro. G.S.

CXXXVI.

1 *Creditor pupilli tutor esse non potest.*

2 *Creditor an possit esse curator hæreditatis iacentis?*

1 VOlo tibi dare vnum casum singularem. Tu scis†quòd creditor pupilli nõ potest esse tutor.auth. minoris. C.
2 qui tu.dari pos.Sed†quid in curatore,qui datur hæreditati iacenti,an creditor possit esse?Dic quòd sic,casus est singularis,qui quotidie versatur in oculis tuis,& nunquã aduertisti,in l.debitor.ff.de neg.gest.

ADDITIONES.

Et l.ij.§.quæritur.vbi Bar.& Alex.ff.de cura.bo.dan.& hoc notandum dicit Bal.post Guli.de Cu.in d.l.debitor.Alex.in additio.in d.auth.minoris.in prin.Et illam vnicam & singularem dicit ad aliud propositum idem Roma.consi.clxxxvij.in re. Nic.Pig.

Ad hoc vide Aufrer.decisio.Tholosa.xlviij. Gabr.Saray.

CXXXII.

1 *Confessio rei sine indiciis non valet, & an si indicia superueniant post quæstionem habitam,illam confirment?*

1 TV habes,qui vis ire in birrariam,q†non valet confessio sine indiciis,vt l.j.in prin.ff.de quæstio.Sed an si indicia superueniant post quæstionem habitam, illam confirment?Dic quòd non.gl.est sing.in l.maritus.ff.eo.ti.de qua multum gaudet Bal.in l.fi.C.de accusat.

ADDITIONES.

Et idem Roma.consi.clxvij.Antonius.nu.6.Ang.Are.de malefi. ver.fama.nu.101.& ibi August.Bar.& Hippol.in d.l.maritus. idem Hippo.in l.pe.nu.10 & nu.28.ff.de quæstio.& in §.diligenter.nu.182.in practi crimi Bal.in c.ad nostrã.in fi.de proba.Deci.in c.at si clerici.in prin.oct.ua limi.& ibi Aug.Bero. nu.58.de iudi & in l.q ab initio.ff.de reg iu.Hiero.Gigas in tracta.crimi.læsæ maie.li.ij.tit.quo.& per quos &c.q.j.nu.29. Nic.Boer.dec.cclix.iudex.vbi disputat, an iudex condẽnans ad mortem,& sententiam exequens antequam plenè sibi constaret,excusetur,si postea plenè constet. Nic.Pig.

Adde notata per Celsum Hugnnẽ in additio.ad Lanfr.de Oria. in.c.quoniã contra.io ver.confessiones.post prin.in additio. inci.adde Feli.in c.qualiter.nu.17.extrà de proba. G.S.

CXXXIII.

1 *Procurator generalis alienare non potest.*

2 *Alienata nulliter per procuratorem,an in legato veniant,si à domino testamentum condente ita dicatur: Relinquo procuratori meo omnes res,quas administrauit?*

1 VOlo dare tibi mirabilem casum:Tu nosti†q procurator generalis non habet potentiam alienãdi.vt l.
2 procurator totorum.ff.de procur.pone ergo†q quidam alienauit,sed nulliter,quia non poterat,postea dominus in testamento suo dixit, Relinquo procuratori meo oẽs res,quas administrauit:an alienata veniant in legato?Tu diceres q sic,fauore vltimarum voluntatum.Sed in contrarium est veritas.casus est vnicus in l.cũ dominus.§.filius.ff.de pecu.leg.coniuncta l.filius.ff.de iur.pa.& illã legem didici à Bal.& doc.inuestigãdo in rub.C.de ver.sig.

ADDITIO.

Vide si faciunt quæ no.Ang.in l.seruũ filii.§.idem seruus.de leg. j.Nonnulli dicunt facere.l.fi.§.fi.vbi singularis casus secundum Bar.ibi.ff.de au.& argen.leg.Sed tu dic, q imò facit in oppositum,quia loquitur in alienatione,quæ fit in vltimis voluntatibus:hæc in ademptione speciali legati in genere facti. sed casus noster loquitur in alienatione facta inter viuos. Quapropter distinguit Bar.in d.l.fi.in fi.per text.ad terminos nostros notabilem,in l.legatũ.§.pater.ff.de adi.leg.Et de materia vide Barba.consi.xxxvj.col.j.& per totum.

CXXXIIII.

1 *Iudex an possit morituro dare electionem pœnæ?*

2 *Seneca Neronis Imperatoris magister ab eo occidi iussus fuit.*

1 QVæro,an iudex possit morituro dare†electionẽ pœ-
2 næ?Nero hoc fecit in magistrum† suũ Senecã:sed non est bonũ exẽplum Imperatoris,quid in alio iudice? Dic q non.tex.est singularis in l.aut damnũ.in prin.versi. proinde.ff.de pœn.licet secus in imperatore,vt ibi.

ADDITIONES.

Adde quòd istũ tex.extollit Bal.in l.j.ibi,quæro nunquid possit. C.de his qui ad ec.per.non pos.Ludo.mer in l.si quis mihi bona.§.fi.ff.de acqui.hære.faciunt quæ not.Sande.in c.inter cæteras.in verbo,decem modis.de rescrip.

Et comprobat Cæpol.in l.si fugitiui.nu.60.& ibi Deci.col.fi.C. de ser.fugi.Ang.Are.in tracta.malefi.ver.& ibi caput.nu.59. Cagnol.in l.ij.versicu.cùmque consules.nu.399.ff.de ori.iur. Feli.in c.inter cæteras.& ibi Dec.col.pe.de rescr. N.P.

CXXXV.

1 *Fortuitum casum promittens non tenetur,si ille accidit culpa aduersarij.*

Promisi

1 PRomisi casum fortuitum tamen per hoc† nō teneor, si ille accidit culpa aduersarii. tex. est in l. cùm propo nas. C. de oao. fœno.

ADDITIO.

Adde infrà sing. ccccxlj. tu scis. vbi est duplicatum. Nic. Pig.

CXXXVI.

1 *Mandatum an valeat, si dicam, promitto ratum habere quod per procuratorem meum legitimè gestum fuerit?*

1 PRomitto ratū habere quod per procuratorē† meum
legitimè gestum fuerit: an valeat hoc maodatum? Dic
quòd non. gl. est singularis c. relatio. xxj. q. j.

ADDITIONES.

Adde Bal. in l. cùm mandati. C. mand. & Feli. in c. cùm olim. col. vlt. circa prin. de ofn dele. & istam gl. alle. etiam Roma. cōsil. lx. mandatum. in princ. Intellige tale mandatum esse nullum, dummodo pars opponat. & verbum, legitimè, interpretatur secundum dispositionem iuris. ita Bald. in c. fin. de dila. & ibi Abb. plenè.

Et Bar. in l. quæ omnia. §. planè. ff. de procu. idem Roma. in l. qui bona. §. si alieno. & ibi Alex. col. fi. ff. de dā. infec. Ias. in l. quæ acta. col. pen. ff. de offi. procu. Cæsa. Nic. Pig.

CXXXVII.

1 *Possessio rei absentis venditæ an transferatur, si dicatur, vendo tibi talem rem, & trado tibi annulum? an verò tantum facultas tradita censeatur intrandi propria authoritate eam?*

2 *Beneficij collatio fit per traditionem bireti.*

COnsuetudo est, quòd cùm venditur res, quæ est absens, di
1 citur, †Vendo talem rē, & trado tibi annolum: quæ-
2 rens quærebat propter† beneficiom, cuius collatio fit per
traditionem bireti, an trāsferatur possessio? Et dic, quòd
non quæritur possessio, vt in c. trāsmissam. de elec. & ibi
plenè per Ioan. and. sed intelligitur concessa licentia in-
trandi authoritate propria. dictum est singulare Inno. in
c. ij. in cauda. de consue. & Bal. ibi de hoc facit festum.

ADDITIONES.

Adde Inno. in c. ij. de consuet. vbi allegat tex. in l. si ex stipulatione. ff. de acq. pos. quę bene facit, sed melius facit l. prædia. ff de acqui. pos. vbi plus probatur, quòd si extra conspectū rei ego dixi: do tibi talem rem, & trado, non transfertur per hoc possessio, sed videtur data potestas intrandi possessionem propria authoritate. & ibi Bart post alios, & in l. ij. C. de acquir. pos. Idem dicit Inno. vbi suprà, referens Azo. in inuestitura, vt possit propria authoritate ingredi &c. Sed quid de habente titulum beneficii sine inuestitura? dic vt per docentes in c. transmissam. de elect.

Et idem Roma. consi. cccxxxvij. qoo ad primum. col. ij. Dy. in c. j. de regul. iur. lib. vj. latè per Alex post eos, quos allegat in l. iij. colum. iiij. ff. de acquiren. pos. Ias. in l. si ex stipulatione. iij. limit. eo. tit. idem Ias. in l. quoties. nu. 31. C. de rei vendi. Intellige, nisi traditio bireti fieret in conspectu beneficii. argumē. l. clauibus. C. de contrahen. emp. vt per ipsum Roma. in dicto consi. Alex. vbi suprà Abb. & Feli. in c. cum aliquibus. de re iudi. vbi ponunt quid in casu impedimēti. de quo per Ripam in tractatu pest. ij. par. xix. p. tit. contrac. limi. ij. nisi consuetudo induceret: quia consuetudo nullo actu interueniente potest transferre possessionē, vt latè per Tiraquel. in tracta. *le mort saisist le vif.* Nic. Pig.

Adde Guid. Pap. decisio. Gratianop. xxij. vbi de hoc latè tradit. & decisio. lxxxj. si debitor. G. S.

CXXXVIII.

1 *Inutilis dispositio speciei sub genere contentæ inter viuos facta diminuit legatum.*

2 *Intellectus l. planè. in prin. ff. de lega. j.*

1 INutilis dispositio speciei† sub genere cōtentæ inter vi-
uos factæ diminuit legatum. text. est in l. fundum. ff. de
fun. instru. & ibi Bar. dicit non esse alibi. Sed do similem
in l. legatum sub cōditione. §. fi. ff. de adi. leg. Sed quid in
vltima volūtate? dic quòd inutilis dispositio nō diminuit. ca
sus fin. in l. fi. §. fi. ff. de au. & argē. leg. Et quæ sit ratio, *non ti*
2 *posso dire adesso*. Et si† opponis de l. planè. in princip. ff. de
lega. j. dic quòd ibi fuit vtraque dispositio in specie: secus
in d. §. fi. & quæ sit ratio ponit Bart. in d. §. fin. qui est sicut
vna margarita.

ADDITIONES.

Adde Bar. in l. fi. in fi. ff. de auro & arg. lega. vbi ad hoc specificè allegat tex. in l legatum. de quo hic per Ro. feci mētionem in additione secunda præcedenti.

Adde quòd Bar. in d. l. fundum. non dicit eam sing. imò allegat d. ll. concor. & in l. quæsitum §. fi. circa fi. ff. de fund. instru. Et facit l. cū dominus. & ibi Bart. no. ff. de pecu. leg. Ibi, sed quid. Adde Alex. in d. l. planè. & ibi Ias. in iiij. lim. & seq. vbi dicunt eam sing. & ponunt rationem. Nic. Pig.

Vide quæ scribit Didac. Couar. in ij. parte rubr. extrà, de testamentis. col. antepe. versi. iij. principali. & versi. aduertendum. fol. 16. Gabi. Saray.

CXXXIX.

1 *Doctor est vt pater scholarium, & ideo tenetur scholaribus indigentibus necessaria suppeditare.*

2 *Scholares in necessitatibus tenentur alimentare doctorem suum.*

3 *Immorigeratus doctor effici non potest.*

VOlo vnum dicere, quòd si aliquis vestrū indiget de aliquo,
veniat ad me. quia seruiam realiter, & meritò, quia te
1 neor: quia† doctor est, vt pater scholaribus: vnde dicit
2 Ion. in c. j. de magi. quòd scholares† in necessitatibus tenen-
tur alimētare doctorē. alleg. l. ij. ver. fi. ff. de ori. iur. Et hoc
dico, quia aliqoi vestrûm faciunt doctores venales lici-
3 tando, rogo non faciatis: scitis† enim immorigeratum
doctorem effici non posse, vt l. magistros. & ibi Bar. C. de
professo. & medi.

ADDITIO.

Adde quòd ille tex. ponit contingentiam facti in Sabino: vnde nō potest fumi validum argu. gl. in l. vnica. C. quao non peten. par. Tamen docto. sequuntur Roma. hic, quos refert & pluribus medus comprobat Cagnol. in d. versi. nu. 591. Nic. Pig.

CXL.

1 *Arbiter debet laudare in loco, vbi compromissum factum est, aliàs laudum non valet: Et locus hic accipitur pro ciuitate.*

1 TV habes, quòd arbiter debet laudare in loco† vbi cōpro-
missum factum est, aliàs non valet laudum. l. si cùm
dies. §. si arbiter. ff. de arbi. Sed quomodo locus accipia-
tur. dic pro ciuitate. Spe. singul. in tit. de arbir. §. sequitur.
versi. item quæritur a o strictè. nu. 66.

ADDITIO.

Intellige, nisi in loco vicino ciuitati habitet, vt subiūgit. ver quid tamen. d. §. si arbiter. Vel inter partes conuentū esset de loco: vel aliud ex coniecturis appareret. vt per Marc. Blāc. in tract. de cōpro. inter cōmnct. iiij. q. ix. q prin. Et quot modis locus dicatur, tradit Nic. Boer decisi. xcix. promittens. N. P.

CXLI.

1 *Compromittentium vnus si nomine pœnæ mille promittit, alius centum, an stipulatio propter inæqualitatem vitietur, an verò ad æqualitatem reducatur?*

QVid dices? Vnus compromittentiom promittit mille
1 † nomine pœnæ, alius centum, an vitietur stipulatio
propter inæqualitatem? æqualitas enim seruanda est in-
ter eos. d. l. si cùm dies. in prin. ff. de arbi. Dic quòd nō vi-
tiatur: sed reducitur ad æqualitatem pœnæ minoris. Spe.
singulariter in titu. de arbit. ind. §. sequitur. versi. sed cir-
ca hoc quæro. ou. 47.

ADDITIO.

Sequitur Alex. in l. si de meis. in addi. ff eo. tit. Nic. Pig.

CXLII.

1 *Fideiubere si quis velit de iudicio sisti, vel de defendendo, pro eo, qui ad carcerem ducitur, an captus debeat relaxari, an verò solutio, vel præstatio cautionis de soluendo necessaria sit?*

1 VNus vult fideiubere pro voo, qui ducitur† ad carcerē
pro executione sentētiæ, an debeat relaxari? Diceres
quòd sic, vel. l. si vero. § qui pro rei. ff. qui satisda. cog. Dic quòd si
velit fideiubere de iudicio sisti, non auditur, vel de defen-
dendo: sed debet aut soluere, aut præstare cautionem de
soluendo. istud fuit dictum originaliter Odof. & Bart. si-
bi attribuit in l. neq; impuberes. §. j. ff. de in ius. voc. Bal.
refert & sequitur in l. fi. §. & si præfa: de iure delib. al-
legat tex. bene facientem in l. si pecuniæ. in fi. ff. vt in pos.
lega. & l. bis consequenter. ad fi. ff. famil. ercisc.

ADDITIONES.

Adde quòd d.l.si pecuniæ.non est alibi.Bart.in l.consentaneũ.C. quomo.& quando iud.quem text.singulariter limita, vt per Alex.post Ang.in l.de die.versi.planè.ff.qui satisd.cogan.

Et idem Roma.Alex.Ias.& alii in d.l.neque.§.fi.Nicol.Boer. decisi.cccxiiij.iudex.sub nu.5. Nic.Pig.

CXLIII.

1 *Præuentio non habet locum,quando aliquis est impeditus.*
2 *Intellectus l.si maritus sit in magistratu.in prin.ff.de adult.*

DIco tibi aliquid in materia præuẽtionis, de qua in c.
propofuisti.de fo.compe.l.si pluribus ff.de lega.j.& l.
1 si quis postea.ff.de iudi.& l.j.de offic.consu.vbi†est locus
præuentioni.Fallit nisi aliquis eorum sit impeditus.dictũ
est Bar.singulare,& ibi probatur in l.si maritus sit in ma
gistratu.in princi.ff.de adult.quod ignorabã hac nocte,
& bodie didici:de quo verecundor,cum Bart.sit cõis do-
2 ctor.Sed†ille tex.fecit Bar.errare vehementer: quia licet
dicat ibi tex.habent maritus & pater æquale ius:nã intel
ligitur,æquale ius,scilicet in genere,nõ in specie:sed si cõ
currerent,præfertur maritus:etiã si inæquale ius haberet:
vt eo.ti.l.ij.§.fi.cum seq.& ideo illa lex nil facit pro Bar.

ADDITIONES.

Ad dictum Bar.adde c.si duo.de procu.in vj.& quod habetur in l.studentibus.per illum tex.ff.de offi.præse.vigi.& Ang.in l.si vacantia.C de bo.vacan.lib.x.& quod not.Bar.in l.ij.§.equidem.ad Tertul.& vide Bar.& Ias.in d.l.j.de offic.procon.Sed Ang.in d.l.si maritus.tenuit contrarium per d.l.j.quod est verum secundum Alex.ibi,nisi prioris iudicis aliquid interesset, vt quia debet habere sportulas.

Adde Ias.in d.l.si pluribus.col.vj.ij.fallen.ff.de legat.j.vbi refert doct.pro vtraque parte.Et contra Bart.tenet Aug.Bero.in c. quoniam contra.in gl.citationes.in prin.de probatio. N.P.

CXLIIII.

1 *Iudex maior potest se submittere iurisdictioni minoris iudicis.*
2 *Papa potest se submittere iudicio Imperatoris.Et an cõcilio?nu.3.*
3 *Papa de facto potest æquare quadrata rotundis.*
4 *Intellectus c.nos si incompetenter.ij.q.vij.*

LEx,est receptum.ff.de iuris.om.iud.dicit,quòd maior
1 †potest se submittere iurisdictiooi minoris iudicis.&
2 hinc†est q Papa potest se submittere iudicio Imperato-
ris.ij.q.vij.c.nos si incompetenter.An hoc sit verum indi
3 stincte?& illa iura fuerunt allegata hic per nos, an†Papa
posfit se submittere cõcilio,& diximus per ea q sic,& ma
lè,& nõ pigeat nostros errores corrigere,vt in c.qualiter
4 & quãdo.de accusa.& dico de iure:nam de facto†potest
æquare quadrata rotundis,vt dicit Io.and.in c.cùm ve-
nissent.de iudi.istud fuit dictũ Io.and.fontis iuris cano-
ni.in c.ecclesia sanctæ Mariæ.de consti.respondet ad c.
5 nos si incompetenter.dupliciter.Primo†q ibi de facto se
submitrit Papa.Secundò,q verbum iudicium ibi positũ,
ponitur pro distinctione,non pro iudicio contentioso.&
mouetur optimis rationibus,vide eum ibi.& no.

ADDITIONES.

Adde Sandeum vbi diffusè & eleganter examinat istum articulum in c.ecclesia sanctæ Mariæ.col.ij.versic.ex his infert.de consti.& finaliter tenet distinctionem Roma.hic.Et vide Ias. in d.l.est receptum.hic alle.vbi non minus copiosè quàm eleganter loquitur more suo.

De hac quæstione dicendum est,vt per Deci.in d.l.est receptum. licet in d.c.ecclesia.col.vij.latè disputet.Et adde eundẽ consi. elj.col.ij.in secundo casu. Nicol.Pig.

Ibi,& diximus per ea,quòd sic.&c.Hanc opinio.contra Io.and. tenet per multa fundamenta.Barth.Cæp.in d.c.ecclesia sanctæ Mariæ.col.iij.nu.18.de constitutio. G.S.

CXLV.

1 *Iudex incompetens.quem in vno iudicio non declinaui, an in alio iudicio possit a me vlterius declinari?*
2 *Doctores antiqui sunt legendi.*

VLtimò dico tibi vnum,q nunquã audiuisti:Consensi
1 †tacitè in iudicẽ incompetentem,quia non opposui
declinatoriam:p stea iudex fecit processum nullũ,& ab-
soluit me ab instantia.conuenior iterum coram eodem,
an possum eum vlterius declinare? Quæras materiã pro-
rogationis in l.j.ff.de iudi.l.si qui ex consensu.C.de epis.
audi.& c.P.& G.de of.dele.non inuenies.certè hoc dictũ
est Guli.mirabile,quòd non possum declinare in l.esi qui.
ff.de constitu.pecu.allegat optimam l.si quis repetere.in
prin.ff.ad Turpil.quã dicit habere pro peculiari.& ideo
2 †legas doc.antiquos.Ange.refert illud,& sequitur in l.si
quis postea.ff.de iud.in recollectis,quas Romæ fecit.quas
habeo vnã cum illis Bal.

ADDITIO.

Intellige hoc,quãdo conuenior ab eodem secus si ab alio,per §. hoc beneficio.l.hos accusare.iuncta theorica Bartol.ibi.ff.de accusa. Nic Pig.

CXLVI.

1 *Roma,seu Curia ibi esse dicitur,vbi est Papa.*

1 ADde quòd vbi est Papa,†ibi est Roma,siue Curia.
Inn.io c.ego N.de iureiur.& pro eo non est aliquis in
mundo tex.licet multi multos allegent.

ADDITIONES.

Dic quòd est tex.in c.vbi periculum.de electio.& in clementi.auditor.de rescrip.

Et idem Inno.in c.exposuit.de dilat.Bald.in l.j.§.ait prætor.ff.de postu.Abb.in c.dura.de crimi.fal.Et vbi Papa residet,illa dicitur communis patria,& forenses dicuntur de populo,& ibi possunt conueniri:quæ prærogatiua non competit etiã Romæ illo absente:vt per Feli.post alios in c.fi.col.xiiij.in gl.fi. de foro compe. Nic.Pig.

Idem etiam dixit in c.cùm ecclesiasticæ.de exceptio.& in c.accusatum.de simo.Tiraq.in tract.de nobili.cap.xxxj.nu.4.& facit tex.in cle.ne Romani.§ sanè.de electio.Decius in c.meminimus.nu.2.de appel.Dominic.in c.ij.in penul.notab.de præben.in vj.& plenè per Dida.Couar.in practicis quæstio.c.iiij. nu.10.& c.v.in prin. G.S.

CXLVII.

1 *Hypotheca tacita an trahatur ad futura,sicut expressa?*

1 FVi hodie interrogatus,an tacita†hypotheca trahatur
ad futura?De expressa habes casum in l.fin.C.quæ res
pig.quòd sic.& idem est in tacita.vnicus casus est in l.hac
edictali.§.omnibus.C.de sec.nup.& ibi per Bal.

ADDITIONES.

Adde l.si cum pecuniã.& ibi Bal.C.de iure fis.& sequuntur commu.doctor.in d.l.fi.Bal.in l.vbi adhuc.C.de iure dot.Nicol. Euer.in loco à simili.Rip.qui alios citat, in l.quæsitum.§.si quis cùm tutor.iij.ff.de priui.credi.Et in rub.ff.in quib.caus. pig.taci.contra.Negusan in tractat.de pignor.iiij.memb.ij. par.prin.nu.165. Nic.Pig.

Adde Matthę.de Afflictis decisio.Nea.cccxxxv.latissimè tractat hanc q.Ioã.Fran.Ripa in l.j.col.j.& seq.ff.de pign.& Didac. Couar.in practicis q.c.xxix.in fi. Gabr.Sar.

CXLVIII.

1 *Vsuarius an teneatur ad expensas paruas,ad collectas, & ad refectionem,sicut vsufructuarius?*

1 QVæro,vsufructuarius tenetur†ad expensas paruas,&
ad collectas,& ad refectionem:Sed quid in vsuario?
Dic quòd aut in commodo rei,cuius mihi legatur vsus,
participat dominus,quia sit domus ampla:& tunc tene-
tur dominus tantùm ad expensas. Aut participat solus
vsuarius:& tunc solus vsuarius tenetur.casum habes vni-
cum in l.si domus.ff.de vsu & habita.& illũ text.habui de
facto Romæ:& multi consuluerunt,& non allegant illum
tex.Ego autem sic,& habui tres florenos.

ADDITIONES.

Sed quid in simplici conductore? Vide Alex.consi.iuj.videretur. lib.v. Nicol.Pig.

Prædicta intellige secundũ tradita per eundem Roma.infrà singul.clvij. Gabr.Sar.

CXLIX.

1 *Iurisdictio delegata an per actum nullum perpetuatur,quominus possit reuocari?*

GLo.ordinaria in cap cùm plures.de of.dele.in vj.com
1 muniter approbata,dicit,q per actum nullum†iuris
dictio delegata non perpetuatur quominus posfit reuo-
cari.Illud dico verũ,vbi quæritur de reuocatione iurisdi-
ctionis

ctionis tacitè per mortẽ delegantis:secus si expresè,tunc enim non potest reuocari: sed perpetuatur per actũ nullum.casus est singularis in c.venerabili.de offi.deleg.

ADDITIO.

Adde Abb.post alios in d.c.venerabili.col.ij.ver.aduerte.qui ponit plures intellectus,quos omnes dicit Ias.diuinare,in l.more.col.xj.nu.60.ff.de iuris.om.iu. Nic.Pig.

CL.

1 *Reconuentio coram arbitro locum non habet, coram iudice delegato sic. Et quid coram iudice prorogato?*

1 CÔram arbitro non habet †locum reconuentio.c.dilectus.de arbi.Coram iudice autem delegato sic.casus est in capi.j.de mu.peti.& l.fi.& authen. ibi posita.C. de sentẽ.Sed quid diceres de iudice prorogato? Dic quòd sic.glo.est singularis.ff.de iurisdictio.omnium iudic.l.est receptum.

ADDITIONES.

Adde quòd istam gl.sequitur Bar.ibi,& multũ no.Ang.& Fulg. ibi dicit esse singularissimam pro extensione regulæ.l.fin.& auth.hic alle.& ibi refert ibidem Ias.

Et ibi doc.sequuntur cõmu.Rob.Maran.in Spe.aur.in iiij.parte principa.vj.dist.nu.14.distinguit,vt per eum. Nic.Pig.

Adde quæ notat Carol.Molin.in prima parte cõmentar.in consuetud.Parisien.§.xiij.nu.5.versicu.sed hanc ampliationem. Gabriel Saray.

Adde Pet.Rauen.sing.dcxix.

CLI.

1 *Appellans ab interlocutoria,si post appellationem reuertitur ad iudicem à quo,& coram eo aliquem actum faciat, appellationi renuntiare videtur,nisi ille actus impugnetur à parte aduersa, coram illo iudice à quo.*

1 APpellans ab interlocutoria,†si post appellationẽ reuertitur ad iudicem à quo,& coram eo fecit aliquẽ actum,videtur renuntiare appellationi.c.gratum.de off. delega.& capi.cùm venissent.de resti.de materia plenè in capi.si à iudice.de appel.libr.vj.Quod est verum, nisi ille actus impugnetur à parte aduersa corã iudice illo à quo: tunc enim non videtur renuntiari appellationi.gl.est singularis in capit.cùm venissent.de eo qui mit.in pos.causa rei ser.Adapta ad practicam.

ADDITIONES.

Pro ista gl.quidam allegant tex.in cap.mulieri.de iureiur. Adde Panor.in d.c.cùm venissent.hic alleg.col.iij.vbi dicit,quòd illa gl.ponit limitationem ad tex.in c.gratum.de offi.delega. vbi vide Feli.col.iij.ver.iij.limita.Adde Panor.consil.ij.vol. j.ante fin.vbi dicit,quòd eatenus videtur pars proprium actũ approbare,quatenus per aduersariũ approbatur.allegat prædictam glossam.

Adde quòd est duplicatum,vt infrà sing.dcclxxvij.regul in fin. Nicol.Pig.

Adde Feli.in c.capitulum sanctæ Crucis.col.xiij.de rescript. & Carol.Molin.in secunda parte commenta.in consuetud. Parisien.in glo.ij.in verb.*l'acquesteur nouuel*.in prin.nu.3.Hoc tamen tripliciter fallit, vt per Roma.infrà singu.dcclxxvij. Gab.Saray.

CLII.

1 *Apostoli alij refutatorij,alij reuerentiales,& quid si dictũ sit simpliciter.Talis appellauit,cui iudex dedit apostolos, de quibus sit intelligendum?*

1 DIcam tibi vnũ,de quo alias tota curia†Romana dubitauit.Reperitur scriptũ,talis appellauit,cui iudex dedit apostolos:nõ dicebatur nec refutatorios, vel reuerentiales:de quibus intelligi debet? Dic quòd intelligitur de reuerentialibus.dictum est Abbatis antiqui singulare, & ibi doct.in c.dilectus.de app. Legistæ hoc ignorant.

ADDITIONES.

Adde quòd doct.in d.capitul.dilectus.notant hoc ex illo tex.Sed habemus alium tex.iuncta gl.quòd dicendo peto apostolos, intelligimus de dimissoriis,in c.j.& ibi glo.in ver.petat apostolos.de appella.in vj.

Et sequitur Alex.qui alios citat,in l.j.ff.de libel.dimis. Nic.Pig.

An autem apostolorum datio debeat esse gratuita quo ad iudicẽ à quo?docet Steph.Aufre.decisio.Capel.Tholosa.acj.Gab.S.

CLIII.

1 *Fideiussori an accrescat id,quod accrescit principali obligationi?*

1 QVæro, an id quod accrescit principali obligationi, †accrescat etiam fideiussori?Quilibet diceret quòd non.sed casus est vnicus in contrarium quòd sic in l.si ab vno.ff.vt leg.no.ca.quod nota.

ADDITIO.

Adde latè Hippo.de Marsi.in rub.ff.de fideius.q.viij.vbi dicit illum tex.singu.& Nico.Boer.decisio.cccxiiij.iudex.col.fi. Et adde alium casum infrà singul.ccccel. cui accedat Cæpol. caut.cxxvj.ille qui fideiussit.

CLIIII.

1 *Testator si tibi dicat:Cura rem filiorum meorum bene agere,& ipsi tibi dent mille,an si curaueris,dicta mille petere possis?*

2 *Verba enuntiatiua futuri euentus non inducunt legati, seu fideicommissi dispositionem,nisi illa directa sint ad filios,vel ad nepotes.*

1 QVid si dixerit testator,cura rẽ filiorum†meorũ bene agere,& ipsi dent tibi mille,vel medietatẽ hæreditatis:curasti:an posis mille,vel medietatem hæreditatis petere?Diceres quòd sic:quia verba sunt clara.In contrariũ est casus vnicus in l.Iulianus.§. ex his.ff.de leg.iij.& ideo illa

2 lex semper allegatur,quòd†verba enuntiatiua futuri euẽtus non inducunt legati seu fideicommissi dispositionem. Quod tamẽ limita,nisi illa verba sint directa ad filios,vel nepotes.habes tex.notabilissimum in l.vnum ex familia. §.fi.ff.de lega.ij.quo ad filium.De nepotibus verò habes in l.fideicommissa.§.hæc verba.ff.de leg.iij.

ADDITIO.

Nunquid verba enuntiatiua emissa in vltima voluntate probẽt, seu inducant dispositionem,ponit diffusè Stepha.Aufrer.decisio.Tholosa.ccxj. Gabr.Saray.

CLV.

1 *Testator si hæredi prædium prælegauerit,deinde dixerit. Accipias cohæredem in prælegato prædio Sempronium. an Sempronius venire possit vt cohæres, an verò vt legatarius, vel fideicommissarius?*

1 TEstator prælegauit prædiũ hæredi:deinde dixit, †accipias cohæredem in prælegato fundo Sempronium: quæritur,an Sempronius posit venire vt cohæres,an verò vt legatarius vel fideicõmissarius?Effectus est magnus propter falcidiam.Qui non gustasset de brodio iuris,diceret,quòd posset vt cohæres venire.Sed tamen casum habes apertum in contrarium in l.pater.§.fi.ff.de lega.iij.quem Dyn.dicit non esse alibi.Sed verè est similis de verbo ad verbum,in l.Lucius.§.fi.eo.tit.mitor de Dyn.

CLVI.

1 *Constituo Titium procuratorem meum in causa,quam habeo contra Sempronium, & generaliter in omni alia: an hæc verba comprehendant causas, quas habeo cum alijs personis, quàm cum Sempronio?*

1 COnstituo Titiũ procuratorẽ meũ in causa,†quam habeo cõtra Semproniũ,& generaliter in omni alia:an ex hoc intelligatur cõstitutus ad causas,quas habeo cum aliis personis,quàm cũ Sẽpronio?Hæc quæstio fuit Romæ: reperimus vltimò gloss.& Barto.singul.quòd intelligitur quo ad Sẽproniũ tãtùm,in l.quod dicitur.ff.de tutel.Nota quia nullus contradicit ei:sed scio quòd illud non est verũ. sed taceo pro nũc,quia me allegante fuit decisum secũdũ eos.

ADDITIONES.

Adde quòd idẽ tenet gl & Bar.in l.omnium.ff.de procu.& in l.dãni.§. si is qui ædes.ff.de dã.infec & in l.hoc iure.ff.de sol & in l.de his rebus.ff.de arb.vbi tex.pro eo.& Io.and.in addi.Spe ti.de procu.§.j.vers.itẽ op.& §.ratione autẽ formæ.ver.sed quid si procuratorium.vult quòd procurator simpliciter datus nõ trahatur ad futuras causas.Sed Spe.vbi s.tenet oppositũ, & sequitur Ang.in l.inuitus.ff.de procu.per l.seruitus.ff.de seruit.vrb. præd.alle.per Spe.vbi s.licet Bar.respondeat in d.§.si is qui ædes. Adde notabile verbum Alex.dicentis, quòd communis opi. est contra Bart.in additio.in dicto §.si is qui ædes.in princip. Sed in actore non est idem secundum casum singu.in l.item eorum.§.sed si ita.ff.quod cuiusque vniuer.nom.quia debet interuenire decretũ iudicis,quod non trahitur ad futura.l.fi. ff.de decre.ab ordi.faci.& est intellectus ad l.si actor.de app.

Quid autem in delegatione causatum, vide in c.fi.de offi.deleg.in vj.& ibi per Gemi. Ad prædicta vide Bal.in l.fin § j.in antepenul.col.C.de bon.quæ libe.& doct.in c.non iniustè.de procu.in gl.ij.

Et est ratio, quia noua persona nunquã subintelligitur.l.si ita stipulatus.§.Chrisogonus.ff de ver.obli.Et (quicquid dicat hic Roma.) hoc sequitur Feli.in c.sedes.col.iiij.versicu.& sequitur.de rescri.Deci.in consi.ccccccij.ex duobus.col.fi. Intellige, nisi esset aliquod præambulum necessarium ad causam, in qua expressè constitutus esset, vt per eundem Bart.in l.ad legatum.ff.de procura. Nic.Pign.

CLVII.

1 *Vsufructuarius tenetur ad collectam fundi, nisi collecta æquiualeret perceptioni fructuum. quia tunc ad eam proprietarius tenetur.*

1 TV scis, quòd vsufructuarius tenetur† ad collectã fundi.l.quæro.ff.de vsufr.leg.l. apud Iulianum. §. hæres. ff.de leg.j.& l.si pendentes.& l.hactenus.§.siquid eloacarum.ff.de vsufr. Sed limita, nisi tãta esset solutio collectarum, quòd æquiualeret perceptioni fructuum: tunc enim tenetur proprietarius: habes vnam gl.in mundo.in l.concubinam.§.qui hortos.ff.de leg.iij.allegat l.si res obligata.ff.de lega.j.Et illam gl.exclamat Dy.& Bar.in l.his verbis.§.idem testator.ff.de lega.iij.& ita obtinui de facto in ciuitate Florentiæ in ardua quæstione.

ADDITIO.

Adde quòd est consi.eius ccxxx præsupponitur.& sequuntur Alex.Are.& Ias.in l.quod seruus.& in d.l.si res obliga.ff.de leg.j.Alex.in l.j.§.fi.col.ij.ff de noui ope.nun.Are.& ibi Ias.col.fi.in l.fructus.ff.sol.ma.Matth.de Affli. in §.præterea.nu.57.de prohib.aliena.feud.per Feder.& in decisio.cclij.magnificus.nu.2.Petra sancta sing.xxxv.& facit infrà singu.ccccxxxvij. Nicol.Pign.

CLVIII.

1 *Legatum vsusfructus infantis an valeat.*

1 LEgo tibi vsumfructum ancillæ infantis:† an valeat legatum? Diceres quòd non, propter qualitatem infantiæ adiectã verbis vt l.in delictis.§.j.ff.de noxa.& infantis nullus est vsusfructus.l.arboribus.ff.de vsufru. cum si. Sed habes casum contrarium, quia incipit valere cũ ille adoleuit: aliud autem esset in fructuario: tu habes tex.singularem in l.si infantis.ff.de vsufru.

CLIX.

1 *Hypothecaria agens contra donatarium debet probare prius rem sibi hypothecatam: fallit in fisco.*

1 AGens hypothecaria contra donatarium debet† probare prius rem sibi hypothecatam.l.de rebus.C.de dona.ante nup.Fallit in fisco: casus est singularis secundũ Bar.in l.j.C.de iure fis.lib.x.nota illum si vis.

ADDITIONES.

Adde Bal.in l.si debitorem.C.de priuil.fi.Idem in dote secũdum Bal.in l ad exactionem.C.de dot.promis.per Bart.in l.& quæ nondum.§ j.ff.de pig.Videtamen singulariter Bald.in d.l.de rebus.vbi præterquàm in isto casu videtur, quòd fiscus non habeat hoc priuilegium, secundum pulcbrè no.per Bar.in l.si is qui.in fin.ff.de iure fis.Sed contra dicta per Bart.in d.l.j.videntur facere quę idem dicit in l.non puto.ff.de iure fis.per illum tex.pro dictis hic bene facit, quia fiscus etiam in delictis habet priuilegium hypothecæ.l.j.& ibi no.gl.C.de pœ.fis.lib.x.notatur per docto.in l.post contractum.ff.de donat.& in l.rescriptum.§.j.ff.de pac.Et opi.Bar.in d.l.j.de qua hic, tenuit Franciscus Lucanus de parma in tractatu de priuilegio fi.in lxxxiiij.casu, per tex.in l.si is qui.ff.de iure fi.faciunt quæ idẽ dicit vbi suprà lxxiiij.casu.

Idem ponit Corset.qui alios citat in nota.vers.actio hypothecaria.doct.in §.item seruiana.Insti.de actio.& in l.j.ff.solu.ma.Neg.in tracta.de pigno.iiij.memb.ij.par.prin.Fran.Rip in l.si debitor.col.iij.ff.de pigno.Et per illum tex.dicunt supradicti docto.quòd data paritate probationum, pro fisco iudicãdum est.Et dixit Alex.in d.l.j.quòd illa l.propter varios intellect.nõ potest allegari, vt per Bar.in l.in ambiguo.ff.de rebus dub.Quos intelle retuli in intellectu.l.nõ puto.ff.de iur.fis.de anno 1551.dum essem scholaris, impresso.vbi posui veros intel.dd.ll.ex sententia subtiliss.do. Hiero. Tornieli præcept.mei colendiss. Nic.Pig.

CLX.

1 *Procurator potest stipulari vsumfructum domino.*

2 *Procurator legis non potest domino seruitutẽ constituere, sed tantum acquisitam conseruare.*

1 PRocurator potest stipulari vsumfructum† domino.& de hoc non est dubium.Sed an idem in procuratore legis, vt in vsufructuario: vt in l.j.cum sequenti.ff.vsufruc.

2 quemad.ca.Gl.in l.j.in fi.ff.de no.ope.nunc.dicit,† quòd procurator legis non potest domino seruitutem constituere.tex.est singularis in l.iij.§.sed enim vsufructuarius.ff.de itine.actúque priua.licet illam cõseruare possit acquisitam, vt l.vsu.cum seq.ff.quemad.ser.amit.

CLXI.

1 *Compromissum est nullum, si illud in arbitrum fiat cum pacto, quòd ferat sententiam certam. & an idem sit in arbitratore.*

2 *Intellectus l.j.§.& post operis.ff.de no.ope.nun.*

3 *Compromitti de iure ciuili non potest in iudicem, vt arbitrum, sed arbitratorem.*

1 SI compromittatur in arbitrum cum pacto,† quòd ferat sententiam certam, nullum est compromissum.l.qualem.ff.de arbitr.Sed quid in arbitratore, an sit idem quod in arbitro? Dic quòd tunc est secus.quia valet.Ang.dixit hoc solus in l.si cõuenerit.ff.de re iudi.& nil allegat.sed pro eo ego noto casũm singularẽ in l.j.§.& post ope-

2 ris ff.de no.ope.nun.intelligẽdo† quòd ibi fuit compromissum in iudicem, vt arbitratorem, prout est necessariũ

3 intelligi: in iudicem enim vt† arbitrum cõpromitti non potest, vt l.si seruum.§.si quis iudex.ff.de arbi.de iure ciuili loquor.

ADDITIONES.

Ad intelligentiam istius singularis, vide quæ scripsit Alex.in §.& post operis.hic alleg.

Sequitur idem Ro.consil.cxlj.eximie.dicens non inuenire contradictorem.& Alex.in d.l.qualem. Nic.Pign.

CLXII.

1 *Iudex, qui admittit ad probationem instrumentum, quod admittere non debebat, non solum facit litem suam, sed etiam tenetur titulo, Quod quisque iuris.*

2 *Iudex, si per imperitiam malè iudicet, tenetur inquantum religioni superioris videbitur: secus si dolo, quia tũc tenetur ad veram litis æstimationem.*

3 *Litem suam facere quomodo & quando iudex dicatur.*

1 IVdex, qui admittit ad probationem † instrumentum, quod non debebat admittere, non solùm facit litem suam, sed etiam tenetur titulo quod quisque iuris. Inno.singulariter in c.cùm venerabilis.col.pe.vers.hoc tamen.de excep.& illud nos docuit Bald.in l.fi.C.si certum peta.

2 Attende iuuenis:† iudex si culpa vel per imperitiam malè iudicat, tenetur inquantum religioni iudicis videbitur: secus si dolo: quia tunc tenetur ad veram litis æstima

3 tionem: & hoc† modo dicitur iudex facere litem suam.& hoc pro iuuenibus.

ADDITIONES.

Et sequitur Ias.in l.j.in princi.v.nota.ff.quod quisque iur.& no.doc.in d.l.pe.C.de pac.Et quando iudex faciat litem suã, tradunt doct.in d.l.j.in fi.Bar.in l.fi.ff de var.& extraor.crimi.& in q.inci.iudex qui per imperitiam.Ang.Are.in §.j.Instit.de obli.ex qua.deli.& in §.appellantur.nu 9.de exce.Et quid in arbitro, infrà sing.dccvij. Nic.Pig.

Eleganter hoc prosequitur d.Barth.Cæpo.in c.cùm omnes, col.j.versi.ex quo nota.nu.11.extrà de constitutio. G.S.

CLXIII.

1 *Iudex potest statuere terminum appellanti, infra quem se præsentet coram iudice ad quem.*

2 *Appellatio an dicatur deserta, post lapsum terminum appellanti præfixum ad se præsentandum coram iudice ad quem, & ad faciendum fidem de præsentatione iudici à quo?*

3 *Iudex à quo, quando possit executioni mandare sententiam pendente appellatione coram iudice ad quem, nec executio irritari possit.*

Hoc

5 HOc nesciunt Legistæ: Iudex † potest statuere terminū appellanti, infra quem se præsentet coram iudice ad quem, aliàs si non facit, appellatio est deserta. Pone quòd ita facerem, scilicet, quod darē duos menses ad se præsentandum sedi Apostolicæ, & alios duos ad faciendum fidem mihi de præsentatione, quæ quidem præsentatio fa-
2 cta fuit, sed de ipsa mihi fides facta non fuit: † an tunc per lapsum vltimi bimestris sit deserta appellatio? Dic quòd non secundum Bal. in l. præses. versi. pone iudex. C. de appel. Sed si non resultet effectus desertionis ex secunda taxatione termini, an resultet aliquis alius effectus? Fed. de Senis in consiliis suis consil. xxij. incip. punctus quæstionis. dicit, quòd illa secunda præfixio termini habet effe-
3 ctum, quòd elapso † termino potest iudex à quo statim sententiam mandare executioni etiam pendente appellatione: adeo quòd non possit executio irritari per titu. nil noua. appel. penden. Et hoc fuit notum do. Anto. in c. ex insinuatione. de appel. dictum est notabile, & per neminem prius dictum, scribendum literis aureis, & faciet tibi honorem, si scieueris conseruare ipsum.

ADDITIONES.

Adde quòd si post terminum, imò etiam post executionē appellans prosequatur appellationē, poterit reuocari sententia, & executio facta, ita not. dixit Alexand. Bartol. in l. præses. C. de appellationibus.

Et sequuntur Domi. de Rot. deci. xciiij. si iudex. in nouis. & decis. ccccij. nota si. in antiq. Card. post mo. in clemen. j. q. xxiij. de appel. Cæpo. caute. xlv. si vis illaqueare. v. caut. Abb. & Feli. in c. personas. vbi Deci. col. iiij. qui plures citat. de appel. & limitat dupliciter vt per eum. Nicol. Pign.

Adde Catellia. Cot. in memorab. in verb. appellatione interposita. & plenè tradit Pet. Dueñas in regu. xlij. incip. appellatione pendente. in prin. Sed quid si appellās ante tempus præfixum coram iudice introducit suam appellationem, an tunc appellatio censeri debeat deserta? vide Guid. Pap. decisio. Gratianop. cccxxxvj an iudex à quo. vbi concludit quòd non, rationibus de quibus ibi per eum. Et vide infrà singula. clxvij. iudex à quo. Gab. Saray.

* Adde Mathesil. notab. xxj. nota practicam qua vti potest. &c. vbi certos modos tradit quibus iudex à quo vti potest, vt appellatio deserta maneat. quibus adde alium per Roma. hic, & alium. j. singul. clxvij. & omnes hos modos intellige quando iudex à quo detulit appellationi: si enim non detulit, sed incepit procedere post appellationem interpositam, non poterit assignare aliquem terminum appellanti, vt per Inno. in c. fin. de accusa. Et nota quòd appellatione deserta potest victor adire iudicem à quo & petere, vt citato appellante mittat sententiam suam executioni: & nisi appellās doceat quod sit prosecutus appellationem, potest iudex procedere ad executionem, neque est necesse quòd iudex ad quem, pronunciet appellationem desertam. ita singu. Ange. in l. si cōtra maiorem. C. de appella. & eius verba pro aureis commendat Feli. in ca. ex parte. ij. versi. declara tamen. de rescript. & in c. ex ratione. de appella. & est notab. dictum Bal. in l. ij. in fi. per illum text. quem dicit meliorem de iure. C. de tempo. appella. Bar. in l. j. in fin. ff. nil nouar. appella. penden. Dec. consil. xcvij. Et adeo inualuit consuetudo vt iudices à quibus appellatur, assignent terminum ad faciendum fidem de prosecutione appellationis, & sine pœna & reprehensione possint suas sententias exequi, si non constat eis de prosecutione facta. ita singu. dicit Federi de Sen. consi. xxviij. punctus quæstionis talis est. in final. verbis.

CLXIIII.

1 *Compromitti non potest in duos, vt eligant tertium incertum, & quid in arbitratore, an idem, quod in arbitro?*

TV habes in c. innotuit. de arbit. & ff. eo. l. item si vnos.
1 §. si in duos. quòd non potest † in duos compromitti, vt eligant tertium incertum. Sed quid in arbitratore an idem qood in arbitro? Dicit Bal. in l. j. C. de his qu ępœn. nom. in lect. antiq. quòd valet. allegat singulare dictum Ioan. Mon. in rub. de elec. lib. vj. dico quòd ipse habet casum rotundum secūdum vnam lect. gl. in c. cum à nobis. quod est penul. de arbi. miror de tanto patre.

ADDITIO.

Sequitur Alex. in dict. §. si in duos. in addi. Bart. Nicol. Pig.

CLXV.

1 *Mater an tutrix constituta filio dicatur per illa verba à testatore prolata. videlicet, Committo filium meum matris custodiæ?*

5 COmmitto filium meum matris custodiæ: an † videar eam tutricem filio meo fecisse? Dic quòd non: casus est singularis in l. qui aliena. §. quanquam. secundum vlti. lectu. gl. ff. de nego. gest.

ADDITIONES.

Et est ratio: quia nomen custodis non trahitur ad officium tutelæ: vt per Bal. ibi. Sed hodie contrarium dicendum est. authē. matri, & auiæ. C. quando mul. offi. tut. quæ corrigit d. §. quāquam. vt per Castren. in l. sed si hoc. §. fi. ff. de cōdi. & demonstrat. & latè deducit Nicol. Boër. decisio. cxxiiij. testator. post eos quos alleg. Nico. Pig.

Idem eleganter examinat Do. Bart. Chassan. in commenta. consuetu. Burgun. in rub. vj. in § *entre gens nobles.* in ver. *du consentement de ses parens.* nu. 4. Gab. Saray.

CLXVI.

1 *Solutio fieri non potest nullum mandatum habenti, sed an vti negotiorum gestori solus possit?*

2 *Tutor si rem emat, pupilli efficitur: & an illud procedat etiam si ematur à negotiorum gestore?*

1 TV scis, quòd nullum mandatum habenti † non potest fieri solutio. l. qui hominem. §. qui nullo. ff. de solu. Sed an vti negotiorū gestori ipsi solui possit, licet mandatum nō habeat? In hoc distingue vt facit lex singularis: quòd aut debitor soluit scienter, aut ignoranter. in l. filię. ff. de solut. Et facit lex illa, ad materiam l. si vrbana. ff. de condi. indeb. & dicit ibi Bar. quòd illa l. filiæ. est singularis ad aliud. scis enim quòd empta res à tutore pupilli, efficitur pupilli, vel l. si tutor. C. de seruo pig. da. ma. & l. curare. cum similibus. C. arbi. tut. Quod est verum, si ematur per tutorem: secus si per negotiorum gestorem. d. l. filiæ. secūdum Barto. ibi. Nota.

ADDITIO.

Adde quòd Castren. & ibi Ias. in ij. notab. in l. si vrbana ff. de cōdict. indebi. mirantur de Barto. dicente illam legem sing. quia est d. l. si vrbana. in fortioribus terminis, tamen dicunt eam sing. idem Ias. & alij in l. filius paciscendo. C. de pact. Ni. Pig.

CLXVII.

1 *Iudex à quo potest præfigere terminum parti appellanti, infra quē prosequatur appellationem, si appellationi deferat, alias secus.*

2 *Innocentij dictum in consistorio Papæ tenetur, vt sacrum Euangelium.*

1 IVdex à quo potest præfigere terminum † parti appellanti, infra quem prosequatur appellationem. Quod est verum, si defert appellationi: aliàs secus. Innoc. singulariter, in cap. fina. de accusa. & sequuntur Domini mei decisio. clxxxj. nota quòd iudex. in antiq. Licet Specu. in titul. de appellatio. §. sequitur. versicu. hac forma. reprehendat. & illud placet qoibusdam in capit. j. de appellatio. libro vj.
2 Sed dictum Innocen. † in consistorio Papæ tenemus, vt sacrum Euangelium.

ADDITIONES.

Adde quòd Inno. sequitur ibi Io. Andr. & Imol. qui subdit, quòd non est simpliciter verum, per id quod habetur in c. Abbate. de appel. & in c. cum appellationibus. de appel. in vj. sequitur Sand. in c. cum Bertold. col. vj. de re iudica. & dicit esse tex. in cap. peruenit. j. de appella. & ibi Abb. in no. vbi tamen dicit, quòd communiter reprobatur dictom Inno. Vide tamē eum qui latius loquitur. & vide eundem Feli. qui per plura etiam reprobat, in c. prælatorum. col. v. versi. ij. casu. de accusa.

Et dictum Inno. est commune, & eum sequitur Abb. & Deci. qui doct. pro vtraque parte refert, in ca. cùm sit Romana col. ij. & ibi Augu. Bero. nu. 17. de appella. Cæpol. cautel. xlv. si vis illaqueare. caut. vj. Nic. Pig.

Idem tradit Guid. Pap. decisio. Grationop. cccxxxvj. nume. 106. versi. xcvij. quarto. & dixi suprà sing. clxiij. Gab. Sar.

CLXVIII.

1 *Condictio an detur contra vxorem, vel maritum amouentem res vxoris?*

2 *Condictio datur domino contra furem.*

1 SEd nunquid condictio detur contra vxorem,† vel ma-
ritum amouentem res vxoris? Videtur quòd non: quia
2 nulla condictio datur domino,† nisi contra furem. l. fi. ff.
vsufruct. quemadmod. ca. Instit. de act. §. sic itaque. In cō-
trarium tamen est verum. casus est vnicus, & malè nota-
tus, in l. si concubina. §. non solum. ff. rerum amo. Illud
ergo quod dicitur speciale in fure, dicas idem in viro seu
vxore amouente.

ADDITIO.

Adde Alexand. & Socin. in l. certi condict. in iij. gl. ff. si certum peta. & doct. in l. scire debemus. in fi. ff. de verb. oblig. Nic. Pi.

CLXIX.

1 *Dotem ab extraneo pro filia mea promissam, si vti fideiussor sol-
uam, à debitore non repeto.*
2 *Fideiussor soluens quo casu à debitore non repetat.*

1 EXtraneus promittit dotem pro filia mea:† ego fideius
sor pro ea soluo: an possum à debitore repetere? Vide-
2 tur quòd sic per totum tit. de fideiuss. Sed casum† vnicum
habes cantantem contrarium, (notabilis limitatio ad
totum tit. de fideiuss.) in l. profectitia. in §. si pater non
quasi pater. ff. de iure dot.

ADDITIO.

Adde Lud. Bolo. in d. §. si pater. in suis nouis interpre. Nic. Pig.

CLXX.

1 *Publicatio bonorum non transfert iura conditionalia in fiscum: &
de qua conditione intelligatur?*
2 *Fiscus censetur loco hæredis extranei.*
3 *Contractus conditionalis transit in hæredem extraneum.*

GLos. ordinaria in l. nam ad ea. ff. de condi. & demōstr.
1 dicit, quòd iura† conditionalia ex publicatione non
transferuntur in fiscum: sed pro ea est casus singularis in l.
intercidit. ff. de conditio. & demonst. Quod tamen limita
verum de iure conditionali conditione casuali, si nauis
venerit, &c. secus verò, si illa iura sint conditionalia mix-
ta, vel potestatiua conditione, quia tunc transferuntur. ca
sus est vnicus in l. in facto. §. fiscus. ff. de condit. & demon
stra. Secūdò limita in iure conditionali voluntate: secus si
ex contractu: illud enim transfertur in fiscum. Tu diceres
2 fiscus censetur† loco hæredis extranei. l. j. de bon. dam. per
3 gl. sed† conditionalis contractus transit in hæredem ex-
traneum. §. ex conditionali. Instit. de verbo. oblig. Sed tu
habes casum singularem in l. inter socerum. §. fin. ff. de.
pact. do. inhæreas textibus.

ADDITIONES.

Adde quòd istam gloss. multum not. Bal. in l. j. colum. penul. C. de hæred. instituen. & Felin. in cap. in præsentia. colum. xv. de probatio.

Et idem Rom. in cons. ccxlvij. primò dici potest, Bal. in l. j. C. de bon. lib. Alex. in additio. ad Bar. in l. quod traditum. ff. de condi. & demonstra & in l. si marito. in princ. ff. solu. matri. & in l. quoties. ff. de noua. Aug. Arimi. in tracta. Ang. maleff. in ver. & eius bona publicamus. col. viij. Manh. de Afflict. in tit. qua liter pot. feu alie. §. donare. iij. not. in fi. Ias. in l. si stipulatus. §. fi. ff. de ver. oblig. Et an in publicatione bonorum veniant res, in quibus quis habet ius ad rem, infrà sing. cccc xxx. Nic. Pig.

CLXXI.

1 *Adultus quemadmodum potest facere testamentum, an etiam in
eo possit filio tutorem dare?*

1 ADultus potest facere testamentum, sed† an in eo pos-
sit filio tutorem dare? tex. est singularis quòd sic: in l.
iij. §. quamuis. ff. de admi. tuto.

ADDITIO.

Et quæ sit ratio vide doct. in l. si frater. C. qui testa. face. poss. & in l. j. §. fuit quæsitum. ff. ad Trebel. Nic. Pig.

CLXXII.

1 *Egregia persona dicitur Episcopus, Cardinalis, & quilibet in di-
gnitate constitutus.*
2 *Egregia persona an possit renunciare eius priuilegio?*

1 TV audiuisti l. ad egregias. ff. de iureiur. (egregia† per-
sona est Episcopus, Cardinalis, & quilibet in digni-
2 te constitutus,) an possit† persona egregia renūciare pri-
uilegio illius legis? Cy. tenet quòd non, in l. nec honorem.
C. de episco. & cleri. & credo quòd fuit ter allegatum. &
est ratio: quia illud priuilegium concessum est dignitati,
& non personæ: igitur &c. sed si quis tibi daret casum sin-
gularem nonne gauderes? Casus est in c. ij. de iudi. lib. vj.
& ibi casus singularis pro dicto Cy. secundum me.

ADDITIO.

Adde quòd licet responderi possit ad d. §. cæterum. quòd habet specialem rationem in monialibus: tamen sustineri potest dictum Cyn. secundum Fely. in c. si qui testium. col. antepen. de testi. ex notatis per Bal. & Ang. in l. alia. §. eleganter. ff. sol. matri. vide Mod. in d. l. alia. & in l. pe. C. de pact.

CLXXIII.

1 *Dispositio l. ad egregias. ff. de iureiuran. an habeat locum in paupe
re, cui est verecundia domum exire?*

1 ITem quæro, an illa l. ad egregias. de iureiurand. habeat
locum in paupere, cui est verecundia domum exire: pu
ta si esset quidam nobilis homo? Illud fuit Romæ de facto,
& Domini mei determinauerunt, quòd sic: per gloss. in c.
si qui testium. de testibus.

ADDITIONES.

Adde aliam in l. inuiti. gl. magna. ff. de testi. facit tex. in l. in eadē. in fi. ff. ex quib. caus. ma. per quem text. vide quod dicit Bart. in l. pecuniæ. in fi. ff. de adi. leg. & in l. si fideiussor. in fi. ff. de fideiusso. Ista tamen limitatio non placuit Iaso. in d. l. ad egregias. col. ij. & Fel. in c. si qui testiū. col. iij. ver si. gl. fi. ff. de testi.

Idem tenet Cæpola conterraneus meus in trac. de Imperat. milit. eligendo, priuilegio xxxij. & xxxiiij. & licet ab hac opinione Ias. dissenserit in l. ad egregias. in ij. col. ff. de iureiur. eius tamē opinio dici potest procedere in simplici nobili: nam is quantumcunque sit pauper, cogitur ad iudicium venire, nec gaudet priuilegio d. l. ad egregias. nā illa lex solùm habet locū in personis egregiis, nō in simplicibus nobilibus, vt tenet & declarat do. Ioan. Arze ab Otalora Granatensis in suo tract. nobilitatis, & immunitatis. in c. vlti. v. partis princi. nu. 16. versic. Item ad eos tabellio. Gabriel Sar.

CLXXIIII.

1 *Hæres vniuersalis granatus restituere quicquid ex hæreditate ad
eum peruenerit, tenetur restituere prælegata, nisi ea alienari
prohibita fuerint.*

1 HAeres vniuersalis granatus† restituere quicquid ex
hæreditate ad eum peruenerit, tenetur restituere præ-
legata. casus est in l. cùm virum. C. de fideicom. Quod est
verum, nisi illa prælegata sint prohibita ab eo alienari:
tunc enim ad ista restituenda non tenetur. (istud non in-
uenies in d. l. cùm viru, nec per Bar. in l. Marcellus. §. qui-
dam liberis. ff ad Trebel.) Casus est vnicus in l. Lucius. §.
pluribus. ff. ad Trebel. secundum Bar. ibi.

ADDITIONES.

Tu dic quòd Alex. facit mentionem de tex. in §. pluribus. hic alleg. in d. §. quidam. in prin.

Adde circa intellect. illius §. Soci. post alios in d. §. quidam liberis. Ias. in d. l. cùm virum. vbi Io. Corasi. nu. 6. Nic. Pig.

CLXXV.

1 *Hæres in parte granatus non tenetur restituere prælegata, nisi is
granatus fuerit restituere portionem hæreditatis filio testatoris.*

TV habes tex. in l. Titius. & l. Marcellus. §. quidam libe
1 ris. ff. ad Trebellia. quòd hæres† in parte grauatus nō
tenetur restituere prælegata. quod verum est, nisi testator
aliquem granauerit de restituendo portionem hæredita-
tis filio testatoris: tunc enim veniunt prælegata. Casus est
singularis secundum Barto. ibi in l. liberto. §. filium. ff. de
annu. lega.

ADDITIONES.

Istam limitationem sequitur simpliciter Alex. in §. quidam liberis. hic alleg.

Adde quòd Castr. Ias. & alij sequuntur istum intellectum in l. cū virum. C. de fideicom. Vide tamen ibi Ioan. Coras. nu. 16. Soci. in d. §. quidam liberis. col. iij. Francis. Rip. in l. in fideicommissariam. §. fi. in iij. limi. ff. ad Treb. Nico. Pign.

CLXXVI.

1 *Dilatio concessa super sorte, intelligitur etiam concessa super accessorio vsurarum: fallit si debitor suspectus sit de fuga, vel de dilapidatione sui patrimonij.*

1 VLtimò quæro, an dilatio concessa † super sorte, intelligatur concessa super accessorio vsurarum? To habes duo iura: primum est in l. cum soluendæ. ff. de distract. pign. quæ parum facit. Secundum est singulare ad hoc in l. soluitur. §. si paciscatur. ff. qui. mod. pig. vel hypo. sol. vbi casus de hoc nota. Quod limita, nisi debitor, cui est facta dilatio, sit suspectus de fuga, vel de dilapidatione sui patrimonij: tunc enim dilatio in principali non extenditur ad accessorium. casus est singularis secundum veram primam lectu. gloss. in l. quæsitum. ff. de pign. tene menti, quia de facto veniet.

ADDITIO.

Intellige quòd talis suspicio superuenit de nouo quæ non erat tempore dilationis concessæ, vt per Barto in d. l. quæsitum. Et eundem Ro. consi. cccxx. hæc istorum. Alexã. consil. xix. viso. col. fi. lib. iij. Nic. Pign.

CLXXVII.

1 *Expensas vtiles & necessarias in re aliena faciens, rem potest retinere, donec à domino expensæ sibi soluantur: & an illud ius retinendi transeat in singularem successorem?*

1 TV scis, quòd faciens impẽsas vtiles & necessarias † in re aliena potest retinere rem, donec à domino expensæ sibi soluantur. l. si in area. cum simi. ff. de condictio. indebi. Sed an istud ius retinendi transeat in singularẽ successorem? Dic quòd sic, casus est vnicus in l. in hoc iudicio. §. impendia. versicu. sed is qui à me. ff. communi diuidun. nota perpetuo.

ADDITIO.

Et ibi Barto. & Floria. Alexan. in additio. in l. qui exceptionem. §. qui pars. ff. de condi. indebi. Nicol. Boër. decisio. parlamen. xliij. quo ad secundum. nu. 14. & 19. Rip. in l. vbi purè. §. fin. ff. ad Treb. Neguf. in tract. de pign. iiij. memb. in fi. v. part. princ. Andr. Tiraq. in tractatu de retract. conuen. §. vij. gloss. j. nume. 15. Nico. Pign.

CLXXVIII.

1 *Diuisio rei communis an peti possit, si alter ex dominis partem suam alteri domino pignori obligauerit?*

1 DVo sunt domini vnius rei communis, cuius alter † pignorat suam partem alteri: nunquid hæc pignoris obligatio impediat petitionem diuisionis? Dic quòd sic. casus est singularis in l. si quis putans. §. idem scribit. ff. commu. diui. quod nota.

ADDITIO.

Adde infrà singular. cccccliij. expendens. Et plures quæstiones in materia refert Alexan. in l. serui electione. §. Labeo. ff. de lega. j. Nico. Pig.

CLXXIX.

1 *Tutor tenetur vel conuertere in emptionem prædiorum, vel dare ad honestam partem lucri mercatori pecuniam pupilli, aliàs tenetur ad interesse. Et si pro pecunijs diuersimodè dentur lucra, quæ æstimatio considerari debeat?*

1 IVre hodierno tutor tenetur vel conuertere † in emptionem prædiorum, vel dare ad honestam partẽ lucri mercatori pecuniam pupilli, secundum Bar. in l. diuus. ff. ad leg. Fal. & in l. tutor qui repertorium. §. si post. & seq. ff. de administra. tuto. Aliàs tenetur ad interesse. Pone (vt Florentiæ haboi de facto,) quòd diuersimodè mercatores dant lucrum pro pecunijs: quæ æstimatio debet considerari, an secundum id quod est plus, vel quod est minus? Quòd secundum mercatorem, qui dat minus debeat pupillus petere interesse consului, & allegaui casum vnicum in l. tutor qui repertorium. §. ex cæteris. ff. de admi. tuto. & ita fuit pronuntiatum. Pro dicto Bar. est casus in c. per vestras. in fi. de dona. inter vi. & vxor.

ADDITIO.

Adde quòd consi. Rom. est. nume. 139. præpositæ quæstionis. & tradit Ioan. Lupus in repeti. d. c. per vestras. char. ccxlviij. col. j. de donatio. inter virum & vxor. Nicol. Pign.

CLXXX.

1 *Fœmina non succedit in feudo, nisi illud sit concessum pro nullis seruitijs, sed ad mercedem.*

1 HOdie fœmina non succedit in feudo. fallit, † nisi feudum sit concessum pro nullis seruitiis, sed ad mercedem: & consului quod succedit fœmina hoc casu: cùm nõ obligat recipientem ad seruitia, secundum Bal. solum in cap. j. §. & quia vidimus. col. penul. nume. 19. qui feu. dare pos. in vsibus feu. & dicit de hoc esse casum in cap. si autem. de cap. extraordi. Cor. quæ rubri. in paucis libris reperitur, vt dicit Bal. tene menti.

ADDITIO.

Et idem Ro. consi. xxxiij. viso. ij. fallent. consil. ccclxvij. circa primum v. dubio. iij. fallent. Ias. in l. Gallus. §. etiam si parente. col. iiij. ff. de lib. & posthu. Hippo. qui alios citat. sing. cccexj. fœminæ. Math de Affli. in c. j. de grad. succe. feu. & in c. j. §. & quia. ix. notab. qui seu da. pos. Deci. in l. fœminæ. nu. 64. ff. de reg. iur. cõsi. ccviij. nu. 5. cõsi. cccxxuj. col. iiij. Rip. respon. j. cap. j. col. antepenul. August. Bero. in c. dilecti. col. xxj. de arbi. Nicol. Pign.

CLXXXI.

1 *Testator si cui centum relinquat, si is cum eius filijs morabitur, an requiratur, quod habitet in eadem domo, an verò sufficiat quòd habitet tantum in eadem ciuitate.*

TEstator dicit, si Titius cum filiis meis morabitur, re-
1 linquo sibi centum: an requiratur, † quòd simul habitẽt in eadem ciuitate seorsum, vel simul in vna domo? Dic, quòd aut testator dicit, si morabitur in ciuitate, & tunc non requiritur quòd in eadem domo. casus est singularis in l. qui concubinam. §. vxori. ff. de leg. iii. Aut testator non exprimit locum, & tunc conditio non videtur impleri, nisi in eadem domo simul habitent. tex. singularis in l. si quis ita. ff. de condi. & demon.

ADDITIO.

Et idem tenet Bar. in d. §. vxori. vide Soci. in d. l. si quis ita. iiij. nota. & ibi limitat illam legem. Nico. Pig.

CLXXXII.

1 *Creditores ratione delicti an possint conuenire eum, qui habuit saluumconductum, ne per quinquennium à creditoribus suis molestetur?*

1 QVid si Titius † habuit saluumconductum ab Imperatore, quòd à nullis creditoribus suis hinc ad quinquẽnium possit molestari: an intelligatur, quòd non possit conueniri à creditoribus ratione delicti? Dic quòd nõ: istud est singulare verbum Guliel. de Cun. in l. si ex parte. §. quanquàm. ff. quod cum eo. & in l. si rerum. ff. de re iudic. quæ probatur per eadem iura optimè probantia.

ADDITIONES.

Ad quid extendatur saluusconductus, siue assecuratio, an si comprehendit mistim delinquentes & damnatos, comprehendat etiam eos separatim? vide Bal. cõsil. cccexlix. per totum. incip. ponitur quòd quidam Nicodemus. in iij. parte.

Et comprobant Alex. in l. quamuis. col. ij. ff. solu. matri. Ias. in authen. res quæ. nu. 20. C. commu. de leg. Alex. & Rip. in l. j. ff. si cer. peta. vbi idem Ro & Deci. tenent contrariũ. Lud. Gom. distinguens. §. in fraudem. col. xiiij. Instit. de act. Et adde idem esse in debito iurato, vt per Hippoly. singu. cccccxv. contingit. Tho. Fer. caut. lv. Nicol. Pign.

CLXXXIII.

1 *Sportulæ de iure canonico sunt reprobatæ, & an valeat consuetudo in contrarium?*

1 TV scis, quòd † ius canonicum reprobauit sportulas. c. cùm ab omni. de vita & hone. cleric. Sed an valeat consuetudo in contrarium? Speco. tenet quòd sic, in titu. de salar. §. j. versi. si verò ordinarius. Sed glos. singu. Ioan. And. tenet contrarium, vt in cle. statutum. de elect. allegat d. c. cùm ab omni. in versi. pro diuersa terrarum consuetudine. & illa communiter tenetur.

ADDITIONES.

Dic quòd pro opi. Specu. sunt plures glo. vt in §. ne autem. in au-

then.de iudi.in glo.j.gl.in auth. offeratur. in verbo, sportulis. & ibi Bart de litis contesta.Imol.in l.Pompo.aliàs,si vni.ff.de re iudi.est etiam glo.in§ tripli.in verb.in libello.ibi,sed hodie.Insti.de act.quam ibi tenent Ioan.Fab.& alij scribentes.& Ias.ibi col.vij.dicit magis cõmunem opinionem esse istam,& sic contra Innocen.& alios in dicto cap.cùm ab omni. hîc al leg.Et plenè de hoc tangit Anto. Corset. in notab.ccxcvij.in verb.sportulæ.

Adde Abb.post alios in d.c.cùm ab omni.col.penul. Franc. Zabar.in dicta cle.statutum.col.ij.docto. in cap. statutum.§ insuper.de rescrip lib.vj.Et quæ sint sportulæ,tradit Alcia. lib. iij.dispun.c.xvij. Nico.Pign.

CLXXXIIII.

1 *Feudatarius potest alij in feudum dare suum feudum etiam inuito domino Et an primus feudatarius possit renuntiare ius feudi in manibus domini,in præiudicium secundi?*

1 QVæro,†feudatarius potest alij in feudum dare suum feudum etiam inuito domino,& est clarũ. Sed an posit primus feudatarius renuntiare ius feudi in manibus domini in præiudiciũ secundi?Tu diceres quòd non, per l.petendæ.C.de temp.in integ.resti.Sed casus est vnicus quòd sic,in c.j.versicu.si autem dissentiente.qualiter olim feu.alien.pot.in vsibus feud.Et addas ad l.fi.ff.de pactis.nota tu,qui habes feuda in partibus.

ADDITIONES.

Adde quòd istud refert & sequitur magister meus in l.final. hîc alleg.col.j.

Et facit c.j.§ rursus.quib.mod.feud.amit.Ratio est, quia feudatarius non habet liberũ dominium,ergo transferendo,transfert eum sua qualitate temporali,vt per Bal.in l.si duobus.§. sed quia.C.commu.de lega. Et resoluto iure datoris resoluitur ius accepitoris.l.lex vectigali.ff.de pig.& hyp. Et adde Doctor.in dicto§.rursus. & Cagnol.ponentem plures quæstiones similes,& limitationes,in l.ij.q.xij.C.de rescinden. vendi. Nico.Pign.

Hoc tenet etiam Alex.in l.mulier.§.si quis filium.col.j.versicu.& pro ista.ff.ad Trebel.vbi allegat Bald.in c præterea. de capit. Corrad.Et idem voluit Hostien.in summa,in titulo de iud.in §.fi.Et latè per Guidon.Papæ decis.Gratianop.clxij. Ga.Sa.

CLXXXV.

1 *Falsi crimen præscribitur spatio viginti annorum: fallit in ecclesia in qua nunquam præscribitur.*

1 TV scis,†quòd crimen falsi præscribitur spatio xx.annorum,vt l.querelam.C.de fal.c.cùm venerabilis.de excep.Hoc fallit in ecclesia, in qua nunquam præscribitur.dictum singulare Specu.in tit. de senten.§.quoniam. col.iij.vbi not.allegat tex.xxxiij.quæstio.v.ca.quod Deo. & verè est notabile.

ADDITIONES.

Adde Bal.in l.j.in penul.col.C.de sacrosan.eccle. Sed illud intelligitur in causis matrimonialibus,& spiritualibus, vt per Specu.vbi suprà.Et quòd in pœnis spiritualibus nulla currat præscriptio,dicit etiam Bald.in l.fina.in fin.in penul.colum. & in xxix.col.C.qui accusa.non poss. Ange. & Moder. in l.diuus. ff de re iudica.

Sequuntur Abb & Feli.in c.licet causam.vbi Deci.nu.23.& August.Bero.nu.28.de proba.Decis.cap.Tholos.clxxxviij.Balb. in tract.præscript.in j.limi.ij.q.iiij. parte princi. Nicol. Boër. decis.parlamen.xxvj.contra quandam practi. Canon. in verbo,aliquo lapsu temporis.

CLXXXVI.

1 *Obligo me,quòd obligabo me tibi in futurum ad decem,an statim sim ad decem obligatus?*

1 OBligo me,†quòd obligabo me tibi in futurum ad decem,an statim sim obligatus ad decem,an requiratur noua promissio? Dic quod statim sum obligatus. istud est dictum singulare Ioan.Andr.in rubr.de obliga. & solut.in additio. Specu. vbi refert ita disputasse Alber. Galeot. extra opus summ. & istud est in penetralibus iuris Canonici.

ADDITIO.

Et hanc decisionem tenẽt Alex.Ias.& Soc.in l.cùm fundus §.ser uum tuum imprudens.ff.si certum peta.Ias.in l.dominus.iiij. notab.ff.de condi.indeb.& l.si fideiussor.§.meminisse. col.j. ff.de lega.j.Gomes in §.in personã.nu.41.Insti.de actio.Matthæ.de Affli.decis.lxj.sunt.in princi.Anto. Rub. consil xxix. viso contractu.col.iij. dicens communiter approbari : & alij, quos citat And.Tiraquel.in tract.de retract.conuen.in fi. nume.16.Contrarium tenuit Deci.in dicto §.seruũ tuum. Hippoly.singula.cccclxix.dixi . Alcia.in l.j.nume.15.& sequen.ff. de ver.oblig.Et pulchrè Thom.Gram.qui alios citat,& sex modis respondet,decis.euj.illustris.nu.187.& seq. Nic.Pig.

CLXXXVII.

1 *Iudici si per modũ exceptionis opponatur,quòd non potest de causa cognoscere,si ob id causa ad iudicem competentem remittatur,ea debebit expediri secundum formam ,secundum quam fuisset à primo expedita,si primus cognitionem habuisset.*

1 OPponitur per modum exceptionis † coram vno iudice,quòd non potest cognoscere de causa:si remittatur ad iudicem competẽtem, debet iudex competens secundum formam,secundum quam fuisset expedita, si habuisset cognitionem primus, expedire.Inno. singulariter in c.lator.qui filij sint legi.Et licet Spe. cõtrarium teneat in tit.de ordi.cogni.§.j.circa princ.palatium tamen seruat opinionem Inno.quod no.quia mirabile.

ADDITIO.

Adde Alex.in l.Titia.col.fi.ff.solu.matri.Abb.in c.tuam. in fi.de ordi.cogni. Nico.Pign.

CLXXXVIII.

1 *Officium,ad quod fuit electus,acceptare recusans, qua pœna puniatur?*

1 QVa pœna puniatur nolens † acceptare officium, ad quod est acceptus, & electus ? Dic quòd debet alius loco eius subrogari,& illi subrogato dari bona recusantis possidenda,& vsufructuanda,donec durat officium:& si posteà reperitur,debet compelli illud officium per biennium habere. casus est singularis in l.si magistratũ.C. de decur.lib.x.

ADDITIONES.

Idem Roma.& ibi Alexan.col.ij.in l.dotem. (quam legunt sub l. liberta.)ff.solu.matrimo.quam materiam tradunt ibi Doctores,& per Bald.in l.ij.ff.quod quisque iuris. & in l.si quando. col.iij.& in l.hi qui ad ciuilia.col.ij.C.de appella.per Feli.in rubr.de testib.cogend.Deci.in reg.inuitus nemo.ff.de reg.iu. & Cag.in l.inuito beneficium.eo.tit. Nicol. Pign.

Quid econtrà,qua pœna puniatur officium acceptaus,quod acceptare prohibetur,tradit idem Roma.infrà singula.cccxcij. Gabr.Saray.

CLXXXIX.

1 *Arbitratoris laudum nunquid possit rescindi prætextu instrumentorum de nouo repertorum?*
2 *Arbitramentum transactioni æquiparatur.*
3 *Reductio ad arbitrium boni viri,appellationi æquiparatur.*
4 *Instrumenta non producta,an & quando de nouo possint produci.*
5 *Prælati dolus ecclesiæ nocere non potest.*
6 *Sententia criminalis verum prætextu instrumentorum de nouo repertorum possit à iudice retractari?*

1 NVnquid laudum arbitratoris † posit rescindi prætextu instrumentorum de nouo repertorum?Si æqui
2 paras†arbitramẽtum transactioni,vt in authent. si non contigerit.C.de iudic.& in corpore vnde sumitur, dicas quòd non,quia nec trãsactio retractatur.l.sub prætextu.
3 C. de transactio. Si † autem vis æquiparare reductionem appellationi, & tunc potest,sicut in appellatione, in qua non probatum probabo,&c. vt l.per hanc.C.de tem
4 poribus appellatio. Dic † quòd hoc determinat Federicus de Senis consilio ccxxxvij. incipiente, Petrus Rector ecclesiæ. sic , Aut pars de nouo post sententiam vult producere instrumenta,quæ non produxit ante sententiam,quia instrumenta ipsa non habebat:& tunc potest arbitramentum infringere. Aut non produxit, cùm haberet,ob desidiam suam,& non dolo:& tunc idẽ : quia sibi subuenitur. Aut non produxit dolo:& tunc non po-
5 test amplius producere propter dolum suum :sed † secus videtur in Ecclesia Romana, quia dolus prælati ei nõ potest

test nocere.& ita post longam disputationem determinat
6 Federicus. Sed quid † in sententia criminali, an retractatur? dic, quòd est casus singularis in l.j.§.si quis vltro.ff.de quæstionib. & l.diui fratres.ff.de pœn. quòd non potest iudex absoluere, sed debet scribere principi.

ADDITIONES.

Adde quòd sententia criminalis etiam propter innocentiam rei detectam non retractatur. Abb.in c.suborta. de re iudi. & ibi Feli.col.vij.& Abb.in c.consanguinei.in fi.eo.tit. nisi beneficio solius principis, vt l.diui.ff.de quæstio.per quem text. dicit Bar. vbi declarat hoc, vt non procedat quando contra sententiam in criminali tentatur beneficium restitutionis in integrum à principe, propter iura de nouo reperta, vel detecta. Ad istud vide etiam plenè per Feli.in c.cum dilectus. col.iij. versi.ij.limita.de fide instru.

Et illos tex. dicit singu. Ias. post Rom. per eum alleg. in l.j.in prin. C.de precib.impe.offc. & in l.sub prætextu.C.de transactio. & in dicta l.admonendi.col.j. & in l.Imperator.ff.de re iudic. Hippo.de Marsi.plenè in dicto §.si quis vltro. nu.64.& seq. & nu.54.ponit iij.limita.ad illos text.& idem Marsi. in §.opportunè.col.iiij.& v.in practi.& Ludo.Carrer.in tract.de homi.§.fi.nu.95.& seq. Nic.Pig.

Instrumenta fuisse de nouo reperta probatur iuramento asserẽtis, vt per Bar.in l.admonendi.& ibi doct.ff.de iureiurand. sequitur Guid. Papæ decisio. Grationop.ccj. & decisio.ccliiij. Et in dicta decisio.ccj.etiam tradit, vtrum facta conclusione in causa possit altera pars admitti ad producendum instrumenta de nouo reperta. & in decisio. Tholosan.xiij. & idem Guid.Pap.decis. ccxliiij.nu.3. Quibus adde Do.Matthæum Mathesil.singul.lvij.& quæ ibi dixi in annotatio.meis. & cõtrà an perditio instrumentorum iuramento probetur? tradit idem Guid.Pap.decisio.prædicta ccxliij.& adde quòd sententia iudicis ordinarij non retractatur per instrumẽta de nouo reperta, vt scribit Lanfrã.de Oria. in ca.quoniam contra. in princip.nume.47.versicul.quæro incidenter.extra de probatio. Gab.Sar.

CXC.

1 *Iuramentum in defectum probationis vtrum deferri possit in exceptione excommunicationis opposita in vim dilatoriæ exceptionis.*

1 SEd nunquid in exceptione † excommunicationis oppositæ in vim dilatoriæ exceptionis, possit iuramentum deferri in defectum probationis? Vide gl. in l.fin.ff.quod met.can.& in c.pia.de excep.in versi.apertissimis.lib.vj.

ADDITIO.

Adde quod est duplicatum, vt infrà sing.cc. Nic.Pig.

CXCI.

1 *Instrumentum per quot testes reprobetur, maximè si in eo per notarium asseratur de spontanea voluntate?*

1 DVbitatur per † quot testes reprobetur instrumẽtum, in l.in exercendis.C.de fide instru.& c.cum Ioannes. eo.titu.cum simi. Sed hæc dubitatio cessat, quãdo in instrumento asseritur per notarium de spontanea voluntate: nam tunc indistinctè potest reprobari per duos testes, secundum do.Bal.in §.proficisci.l.obseruare.q.xiij.ff.de offi.procon.allegat Inno.in c.super.de renun.

ADDITIONES.

Et idem Roma.in rubri.ff.de arbi.col.viij.Cæpol.caute.cl.sufficit. vbi dicit quòd sufficit quòd vnus testis deponat de metu contrahentis, licet in instrumento dicatur, quòd sponte. ita not.Bal.in l.obseruare.§.proficisci.quæstu.xiij.ff.de offi. proconsu.Roma.in rubri.de arbi.col.vj.post Innoc. in c.cum super.de re iudica. vide eundem Cæpol.cautel.cxliij de eo qui matrimonium per metum contraxit.Ias.in l.interpositas.numero 5.C.de transactio.Deci.in l.in omnibus causis. numero 8.ff.de reg.iur.Nico.Boë.qui plures citat decis.c.maritus. nu.3.& 4. Tho.Gram.decis.ciij.illustriss.nu.60. Limita hoc, nisi sit alia præsumptio in contrarium, vt per Ias.& Deci. vbi suprà. De quo pulchrè per Gram.vbi suprà, nu.62. Nic.Pig.

Adde quòd instrumẽtum publicum, in quo etiam sint plures inscripti testes, poterit duobus tantùm fide dignis, & omni exceptione maioribus, quo ad eius seriem, improbari, licet illi testes non sint ex illis, qui descripti sint in instrumento. Quod intelligitur, siue ea probatio fiat directè, siue indirectè, vt tradunt Doctores in dicta l.in exercendis. Imola in l.j.§.si quis neget.ff.quemadmodum testamen.aper. Zasius lib.ij.singul. respõso.cap.xxiij Et latè per Didac.Couar.in practicis quæstio.cap.xx.nu.6.versi.prima conclusio. Sed quid si testes contradicant instrumento, vtri potius credendum notario, an testibus? Vide Guid.Papæ decis.Grationop.cccccxl.testes examinati. vbi etiam ponit, quot testes præiudicent instrumento. Gab.Sar.

CXCII.

1 *Præceptum de soluendo debitori confesso fit ante litem cõtestatam: & an id procedat in iudice delegato, & arbitro, an verò tunc litis contestatio requiratur?*

1 QVæro, an l.si debitori.ff.de iud.. dicens, † quòd præceptum de soluendo confessum fit ante litem contestatam, habeat locum in iudice delegato? Dic, quòd non: quia coram eo debet interuenire litis contestatio: text.est in l.si reus paratus.ff.de procuratoribus. Bal. fuit primus, qui illum notat in l.consentaneum. col.iiij.C.quomodo & quãdo iudex.& dicit quòd non est alibi. Sed an habeat locum in arbitro? Dic quòd non. requiritur enim litis cõtestatio secundum Bal.singulariter in l.fi.C.de execut.rei iudi.& ibi allegat similitudinem inter arbitrum & delegatum: vt in c.vno delegatorum.de offi.deleg. quod not.

ADDITIO.

Et sequitur Alex.in d.l.si debitori. Nicol.Pig.

CXCIII.

1 *Iudex in ciuili non potest pro actore absente non citato ferre sententiam: secus in criminali.*

1 IVdex non potest pro actore absente † non citato ferre sententiam. vt l.furioso.in iuncta gloss.& l.quæsitum.ff.de re iudica.& l.properandum.§.sin autem.C.de iud. Quod secus est in criminali.text.est in l.quamuis indubitati.C.de adulte.secundum Bal.in l.ea quę.col.ij.C.quomodo & quando iudex.quod no.

ADDITIO.

Adde quòd est ratio in primo casu: quia citatio est adeo substantialis, vt sententia sine ea lata, tanquam lata cõtra formã substantialem est ipso iure nulla. Et hoc ad rigorem iuris conseruandum secundum docto.infrà allega. Secus in secundo casu: quia erat conclusum in causa, & sic erat liquidatum negotium vtraque parte præsente: & quia ille viator erat in seruitio Republicæ, (quis enim esset viator, declarat pulchrè Alexan.Neapo.genia.die.lib.j.c.xxvij.) nõ autem intelligo illum tex.generaliter in criminalibus, vt per Roma. hic. Alexan. & Ias.ponentem aliam rationem in dicta l.furioso. & per docto.in dicto § sin autem reus.& Ias. in l.nec quicquam.§.vbi decretum.in xix.fallen.ff.de offic.procons.& lega.& per Hippoly.de Marsil.in l.de vno quoque.in viij.amplia.ff.de re iudica.& per Aret.in tracta.maleficio.in verb. qui iudex commisit. L.in fi. Nic.Pig.

CXCXIIII.

1 *Dispositio l.si debitori.ff.de iudi.loquens de termino decem dierũ, an habeat locum in arbitratore?*

1 AN l.si debitori.ff.de iudic.loquẽs de termino † decem dierum, habeat locum in arbitratore? Dic, quòd non secundum Bald.in l.eos.col.ij.C.de execu.rei iud. Et idem in termino iudicatis indulto, quia arbitrio iudicis stare debent. casus est singularis in l.si cùm dies.§.intra.ff.de arbi.iuncta gloss.

ADDITIO.

Et idem Roma.in l.ij.in prin.ff.de re iudi. Alexan.in d.l.si debitori.Ioan.Arno.dialo.x. Nico.Pign.

CXCV.

1 *Trebellianica an possit prohiberi, saltem in filio, qui debet habere duas quartas?*

1 EST dubium nunquid Trebellianica possit † prohiberi: sed ista dubitatio cessat in filio, qui debet habere duas quartas, tunc enim potest Trebellianica prohiberi: secũdum Bal.in authen.sed cùm testator.C.ad leg.Falc. allegat dictum Dy.in l.Lucius.§.maritus.ff.ad Trebel. Non

obstat id, quod dicit Bal. in l. iubemus. C. ad Trebellian. quia illud falsum. tene menti istud.

ADDITIONES.

Istam limitationem facit etiam Pau. de Castr. in l. mulier. § cùm proponeretur. ff. ad Trebel. vbi limitat d. l. iubemus. hic allegatã, quam dicit non loqui in illo casu. Bar. contra in l. quod de bonis. §. quòd auus. ff. ad leg. Falci. Sed vide Angr. in consi. cl. in fi. & clj. & consi. cxxv. in fi. ccxxxvj. cccvj. in fi. Pan. cõsi. x. in primo volu. in nouis. Et quia illud est falsum, poteris ad hoc videre Alexan. consi. lxvij. incipien. consideratis. in primo volu. & consi. xix. incipien. prospectus. in v. vol. Vide Pau. consi. cccclviij. incip. In Christi nomine, circa primum.

Et hanc dicunt communem plures, maximè Ant. Rub. in suis cõsi. Sed contraria est magis æqua, verior & communior. Ias. in l. Marcellus. ff. ad Trebel. Io. Crot. & Rip. in l. nemo potest. col. xij. ff. de lega. j. Cagnol. in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffic. testamen. Soci. Iun. qui eam in puncto iuris defendit, consi. cxxxj. quæstio. lib. j. Et dicit Curt. Iunior consi. cliij. colum. ij. quòd solitus est more rusticorum rem diuidere: quod fecerunt Domini de Rota nolentes decidere, sed partes ad transigendum inducentes. Cassiod. decis. iij. vtrum. de testa. & caut. contra filios tradit Ioan. Dilect. de art. testa. xxxj. titu. de substitu. Nicol. Pig.

Contra Roman. multi tenuerunt, vt Deci. consi. ccxviij. & consi. lxxxj. col. ij. vbi dicit hanc opinionem esse communem. Soci. Iun. in consi. cxxxj. nu. 58. & consi. cvxxvij. nu. 7. volu. j. vbi diligenter describit huius opinionis authores, nec in hoc censetur correcta l. iubemus vt latè scribit Pau. de Monte Pico, in l. in quartam. ff. ad leg. Falc. nume. 111. Et Carol. Rum. consil. xxj. nu. 8. volu. iij. & consi. clxiij. nu. 14 vol. ij. Sed opinionem Roma. plures sunt secuti, & inter cæteros Anto. Corse. in tracta. de excellentia Regis. q. lxxiij. col. iij. Corne. consi. xxij. colum. ix. volu. ij. Pau. Pari. consi. j. nu 83. volu. iij. Cassi. ad dec. iiij. de testam. & Anto. Rub. cõsil. ij. nu. 16. vt mirari liceat tantam interpretum inconstantiam, quam considerat Aymon Crauet. consi. xvj. col. fina. Et licet Ias. in consil. lxxxiiij. nume. 9. & consi. lxxxix. col. iij. volu. j. videatur hanc Rom. partem tenere: tamen pro intellectu eorum, quæ ibi ipse dixit, videas Didac. Couar. in ca. Raynutius. §. xj. nume. 7. versic. verum ad huius rei. extrà de testa. Gabr. Sar.

* Adde quòd licet Trebellianica possit per testatoré prohiberi, secundum communem opinionem, de qua in authen. sed cùm testator. C. ad legem Falcid. & in l. Marcellus. in princi. vbi latè omnes. ff. ad Trebellia. & consuluit Alex. consi. lxvij. volu. j. Socin. consi. xiiij. circa fin. & consi. xxxiij. versi. secunda principalis dubitatio. lib. j. Bal. consil. clxx. lib. v. veruntamen limitatur hæc opinio singulariter non procedere in filiis primi gradus, secundum Bal. in l. iubemus. in prin. in iij. notabi. per illum tex. & versi, & ego iam dixi. C. ad Trebel. quod pro solenni commendat Alex. consil. v. lib. ij. vbi eum sequitur, & approbat pro singu. Roma. consi. ccvj. licet de communi. & pro ista opi. consuluit Ias. consi. xcix. in ij. dub. lib. iiij. & consi. cxlvj. eod. lib. & pro singu. commendat & tenet Socin. regul. ccccxxxij. Nihilominus isti filij primi gradus computare debẽt fructus perceptos in Trebellia. secundũ Castr. singular. in l. mulier. § cùm proponeretur. vbi etiam Alexan. commendat. ff. ad Trebel. & idem Pau. Cast. in l. scimus. in princi. C. de inoffic. testa. & sequitur Ias. consi. ccxxxj. lib. ij. Ista procedunt in testamento, sed in codicillis Bal. singul. concludit contrarium consi. ccccl xxiiij. ad euidentiam præmittendum est. ad fin. lib. ij. vbi generaliter consuluit quòd in codicillis Trebellianica non potest prohiberi, ne hæredis nomen inane remaneat, & testamentum per codicillos euacuetur. & pro hoc allegat glos. ordinariam secundum eum in l. ij. in glos. vlt. C. de codicil. Tu de his omnibus latius vide Castellia. Cottam in verbo, filius grauatus. & in verbo, trebellianica, licet possit per testatorem prohiberi.

CXCVI.

1 *Testes, qui non admittuntur contra aliquem eo nolente, vtrũ ipso volente admittantur?*

2 *Testis ob eius indignitatem a testimonio ferendo repulsus, nec de partis, in cuius fauorem repellitur, voluntate admitti potest.*

1 QVæro, an illi, qui non admittuntur contra aliquem eo nolente, possint † eò volente contra eum produci? Dic, quod aut illud est merè fauorabile parti: & tunc dic quòd sic, secudum Spe. singulariter in titu. de teste. §. j. col. v. nu. 16. versi. quid si aduersarium. Aut † repelluntur propter testium dignitatem: & tunc etiam me volente produci non possunt, secundum Inno. in c. intimauit. de testib. allegando l. quos prohibet. ff. de postul.

ADDITIO.

Et idem Roma. in rubri. ff. de arbi. col. ix. Fel. qui alios citat, in d. c. intimauit. in fi. Nicol. Pign.

CCXVII.

1 *Speciem tradendo liberatur is, qui ad pecuniam propter speciem tenetur.*

TV audiuisti l. rogasti. ff. si cer. peta. sed quæro, quid si in casu d. l. vendens velit restituere rem & non pretium,
1 an possit inuito creditore? Dic † quòd vbi quis tenetur propter speciem, vel eius venditionem, ad pecuniam, tradendo speciem liberatur, nec cogitur soluere pecuniam: tex. est in l. si fundum per fideicõmissum. ff. de lega. j. & illa est singularis secundum Dy. Tu adde similem in l. si verò. §. fi. ff. solu. matri. quod nota.

ADDITIONES.

Adde quòd istud idem tenet Ludo. in d. l. rogasti. hic alleg. & refert se in contingentia facti consuluisse & obtinuisse contra do. Nellũ de san. Gemi. Sed vide ibi Ias. qui latius examinat, & refert se disputasse istud per conclusionem, tenendo cõtra Ludo. Roma.

Et idem Ias. in l. ij. §. mutui. colum. penulti. iiij. fallen. & ibi Francisc. Rip. & alij in dicta l. rogasti. ff. si certum peta. vbi amplè examinant. Nicol. Pign.

CXCVIII.

1 *Iuramentum iudiciale an prætextu testamenti retractari possit?*

2 *Sententia an possit retractari per testamentum?*

3 *Sententia & transactio non valent, nisi agnitis verbis testamenti, & in hoc æquiparantur.*

4 *Transactio licet retractari non possit prætextu instrumenti, tamen retractatur prætextu testamenti.*

5 *Iuramentum & sententia æquiparantur.*

6 *Vbi est eadem ratio, ibi debet esse eadem iuris dispositio.*

TV legis l. admonẽdi. ff. de iureiur. & in ea debuisti ha-
1 bere † quòd retractatur prætextu testamenti iuramen-
2 tum iudiciale. l. fina. C. de rebus credi. Sed † quid in sentẽ
tia, an ea possit per testamẽtum retractari? Tu habes tres
glos. vnam in l. si mater. ff. de excep. rei iud. quæ vult quòd
non, nisi beneficio restitutionis. Secundam in l. j. §. ratio.
ff. quemadmo. testa. aper. quæ dixit, quòd sic indistinctè.
Tertiam in l. iij. §. item si ipse. ff. si cui plus quàm per legem
Falc. quæ vult, quòd nõ indistinctè. Quid dices, quia
nullum Doctorẽ reperio hoc tangentẽ? Dico gl. in d. §. ra
tio. esse veram, per leg. de his. C. de transact. & per l. j. §. ra
tio. præalleg. ibi, Neque apud iudicem exquiri aliter veri
3 tas potest. Ecce † ergo quòd sententia & transactio in hoc
æquiparantur, vt non valeant, nisi agnitis verbis testamẽ
ti. Licet ergo transactio non possit retractari prætextu
4 instrumenti. l. sub prætextu. C. de transact. tamen † retra-
ctatur prætextu testamenti, l. in patres. §. j. & l. non est ferẽ-
dus. ff. de transact. ergo eadem ratione dicendum in sen-
5 tentia. Item † iuramentum & sententia æquiparantur. l.
nam & posteà. § qui temporali. ff. de iureiur. & illud præ-
textu testamenti retractatur, vt dixi: ergo & sententia. Itẽ
quæ est ratio d. l. fina. C. de rebus credi. nisi fauore vltimæ
6 voluntatis. & eadem est ratio in sententia, † ergo idẽ ius,
& sic dispositio. d. l. fi. Et ex his concludo illam gl. in d. §. ra
tio. veram, & breuiter de hoc est casus hoc intuiti, in d. l.
si mater. ff. de excep. rei iudi.

ADDITIONES.

Adde quòd istud refert & simpliciter sequitur Sand. in c. suborta. col. viij. de re iudi. vbi dicit rationes hic adductas per Roma. videri sufficientes. Vide etiam do. Card. ibidem.

Imò d. l. mater. probat contrarium. Et est alia glos. in l. iij. §. j. ff. de transact. quam sequitur ibi Bald. & in l. de his. post Gul. & Iaco. de Are. ff. co. titu. in quibus locis Ias. post Castren. & Fulgo. sequitur Roma. hic, & Socin. in regu. cclxj. fallen. fin. idẽ Ias. in l. imperator. in prin. ff. de re iudi. Nico. Pign.

Hoc idem refert & sequitur Curt. Iun. in d. l. admonendi. col. j. nu. 5. ff. de iureiur. Gabr. Saray.

CXCIX.

1 *Legatum intelligitur reuocatum propter inimicitias culpa legatarij prouenientes: secus si culpa testatoris acciderint.*

1 TV habes,† quòd propter inimicitias legatum intelligitur reuocatum. Quod est verum, si culpa legatarij venit inimicitia: secus si testatoris casus. est singularis in l. cùm tabulis. §. j. ff. de his quibus vt indig.

ADDITIONES.

Et hoc sequitur ibi Bar. & Hipp. in l. j. §. præterea. nu. 28. & §. seq. nu. 6. ff. de quæst. In contrarium est veritas, vt l. iiij. & l. ex parte. ff. de adi. leg. & comprobat Ias. in l. si filiam tuam. col. j. C. de inof. test. & in l. hæreditas. col. ij. C. de his qui. vt indig. Gerar. Petrasanct. sing. v. Io. Lup. in rub. de dona. inter vir. &c. §. lxxviij. col. vj. Fran. Rip. in l. fi. q. xlv. C. de reuoc. do. & respondet ad d. §. j. Nic. Pig.

Vide Io de Amic. consi. iiij. Ias. in l. si filiam. C. de inof. test. & in l. hæreditas. col. ij. C. de his quib. vt indig. & per Didac. Couar. in ij. parte rub. extrà de testa. nu. 19. ver. quintò ex præmissis. fol. 13. Gab. Saray.

* Inimicitiæ capitales, vel grauissimæ superuenientes inter testatorem & legatarium tollunt legatum vel fideicommissum. vt clarè probatur in l. iij. §. vlti. ff. de adimend. lega. etiam si post inimicitiam testator qui legauerat, codicillando non ademerit. vt est casus notab. in l. pen. §. Seia. eo. titu. & habetur in l. si inimicitiæ. in prin. ff. de his quib. vt indig. & vbique Bartol. & doct. & est gl. in l. hæreditas. in glo. magna in princip. C. de his quib. vt indig. vbi Alex. & alii. Ista conclusio ampliatur, etiam si legatarius solùm testatori maledixerit, & infaustas voces aduersus eum iactauerit. vt est casus singular. in dicta l. si inimicitiæ. circa medium, per quem iuncta gloss. dicit notabil. Bar. in l. item apud Labeonem. §. ait prætor. j. vers. videamus. ff. de iniur. quòd verbaliter quis iniuriatur, quando improperatur sibi aliqua iniuria in se, vel suos commissa. quem refert Roma. consi. clxxxiij. circa fi. ad idem tex. in l. iij. in prin. & ibi Ias. post alios ad hoc notat in iiij. no. ff. de libe. & posth. Quomodo autem probetur talis inimicitia. Bar. post Dynum in l. fideicommissum. C. de fideic. distinxit. vide Bal. in l. errore. & in l. nostram. C. de testa. Pau. Castr. in l. hæredes palã. §. si quis post. ff. de testa. istam etiam Bar. distinctionem sequitur idem Castr. & Ias. in l. iurisgentium. §. quod ferè. in fi. ff. de pact. Sed an legatum reuocetur per superuenientes inimicitias quibus testator causam dedit, & non legatarius. In hoc Bart. singul. tenuit quòd non procedit regula prædicta in l. cùm tabulis §. quoniam. per illum text. ff. de his quib. vt indig. & dicit hoc memoria dignum ad limitationem l. iij. §. vlti. ff. de adimend. legat. Istam decisionem Bar. pro singul. refert Ias. & dicit se alibi non legisse, in l. hæreditas. versic. secundò limita. C. de his quib. vt indig. & subdit se non inuenire aliquem qui de ea faciat mentionem nec approbando, nec reprobando: & putare dictum hoc Bar. falsum esse quatuor mediis, per quæ dicit se tenuisse & tenere contra Bar. & quòd indistinctè inimicitiæ superuenientes reuocent legatum etiam si superueniãt facto testatoris. vide latè Catellia. Cott. in verb. inimicitiæ.

CC.

1 *Iuramentum in defectum probationis an sit deferendum in exceptione excommunicationis opposita in vim dilatoria exceptionis.*

2 *Iuramentum non defertur in defectum probationis, vbicũque lex desiderat probationem apertissimam.*

3 *Excommunicationis exceptio requirit probationem apertissimis documentis fieri.*

QVæro, an obiecta exceptione excommunicationis
1 in vim exceptionis† dilatoriæ sit deferẽdũ iuramentum in defectum probationis? dic quòd non secundum gl. magnam in l. fi. in prin. ff. quod metus cau. Nam
2 † vbicunque lex desiderat probationem apertissimam, non defertur iuramentum, secundum gl. ibi. Sed cap. pia. in versi. apertissimis documentis. de excep. lib. vj.
3 vbi dicit, quòd† in exceptione excommunicationis requiritur probatio apertissimis documentis. ergo, &c. & ita dico per illud cap. coniuncta glo. in d. l. fi.

ADDITIONES.

Et sequitur latè Ias. in repeti. l. admonendi. colum. xcij. xciij. nume. 282. & 284. ff. de iureiuran. Socin. in reg. cciij. fallen. xix. latè per Felin. in rubric. de proba. in tertia conclusione. Rip. in l. final. quæstio. lvij. C. de reuoc. ã dona. post eos, quos allegant. Et adde infrà singu. ccxj. tu scis, quòd datur annus. Nicolaus Pign.

Pro hoc faciunt ea quæ diffusè scribit Hipp. de Marsil. in l. de minore. § plurimum quoque. nu. 54. ff. de quæstio. Gab. Sar.

CCI.

1 *Testis vnus cum fama an plenè probet exceptionem excommunicationis obiectam in vim dilatoria exceptionis?*

2 *Fama in his, quæ sunt leuis præiudicij, probat.*

1 ITem quæro, an† vnus testis cum fama probet plenè exceptionẽ excõmunicationis obiectã in vim dilatoriæ exceptionis? Istud dubium fuit in Romana curia: & dicebatur per Dominos meos, quòd sic: per not. per Bart. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. & in ca. j. de appel. & not. in cap. veniens. de testibus. quia est leuis præiudicij, & in his fama probat, vt ibi per Bart. Sed ego reperi cum baculeto vnum dictũ Specu. dicentis contrarium. & est singulare dictum, & non alibi, in titu. de notor. §. fama. versic. quid si agenti. Nota perpetuò amore Dei: & ita pronuntiaui: & fuit sententia mea confirmata.

ADDITIONES.

Et sequuntur Doctores nunc proximè allegati, inferentes famam cum vno teste non facere probationem in his casibus, in quibus non deuenitur ad iuramentum in defectum probationis. Et Deci. in c. j. colum. fi. & ibi August. Bero. nume. 44. de appella. & idem Roman. consi. cccxlix. dum quæritur. Ioã. Crot. in tracta. de testi. iij. parte. q. x. nu. 153. vbi tradit, qualiter probanda sit excommunicatio, vt ab agendo quem repellat. Nicol. Pign.

Adde decis. Capel. Tholos. ccclxxix. circa fi. vbi tota materia famæ latissimè habetur. & ibi Stephan. Aufrer. & dixi in annotationibus meis ad sing. j. Matth. Mathesil. Gab. Saray.

CCII.

1 *Dispositio c. cùm dilectus. de fide instrumen. in quibus casibus locum habeat?*

TV scis, quòd in l. admonendi. ff. de iureiur. dantur plures limitationes ad capit. cùm dilectus. de fide
1 instru. nunc euenit, quòd† post conclusum in causa volo probare notarium habilem, qui confecit instrumentum, & personæ agentis nobilitatem, vel sigillum instrumenti esse illius domini, an admittatur? Dic q sic, & non habet locum his casibus d. cap. cùm dilectus. ita tenent Do. de Rota decis. v. in nouis. & istud dictum non est alibi. tene menti.

ADDITIONES.

Adde Felyn. plenè in d. c. cùm dilectus. col. ij. vers. modò istum text. Roman. in suo eleganti consi. clxxv. incip. Istæ sunt responsiones. ad fin. & in l. j. ff. de arbitr. Ias. post eundem Ro. in l. admonendi. de iureiur. nu. 61.

Et ibi latè per alios poster. & Socin. in tracta. fallen. regu. clxxxiij. Nicolaus Pignol.

CCIII.

1 *Donatio quæ soluta gabella non trãscendit quingenta, an insinuationem requirat?*

1 DIco vnũ, in quo nunc habeo cõsulere. Tu scis,† quòd donatio requirit insinuationem, secundum formam l. sancimus. C. de donatio. Sed quæritur, si soluta gabella donatio non trascendit quingenta, an requiratur insinuatio? Dic q Bar. determinat singulariter quòd nõ, in l. quoties. ff. ad leg. Falcid. per illum tex. tene menti.

ADDITIONES.

Adde quòd quicquid dicat ibi Ang. opi. Bart. sequitur Bal. Imola & Paul. de Cast. & ibi Alex. adducit vnum tex. confundentem opinio. Ang. in l. sed si hoc. §. cuidam. ff. de condit. & demon. sed ille text. fuit prius Bal. qui per illum text. in proposito dicit, quòd si quis donat vltra quingentos aureos cum aliquo alio onere adiecto, quod ascendit ad illam quantitatem, quæ est vltra dictos quingentos aureos, valebit donatio sine insinuatione. Adde etiam Francis. Crem. notabili penul. donatio.

Adde vltra socium meum Ias. in l. non amplius. ff. de legat. j. & in l. cùm quædam puella § j. col. ij. versi. quandò facit. ff. de iurisdic. om. iud. Alex. in l. vbi purè. ff. ad Trebel. Are. in l. fructus. col. iij. & ibi Ias. col. fi. ff. sol. ma. & in consil. ij. intellecta. nu. 5. ad fi. latè And. Tiraq. in tract. de retractu consang. §. xv. gl. j. fructus. numer. 4. post eos quos allegat. Et adde infrà singul. ccxlviij. filius. Nic Pig.

Adde Catel. Cot. in memoral. in ver. statuto Mediolanensi cauetur, quòd in diuisionibus. & in terminus tradit Didac. Segur. in repe. l. si ex legati causa. nu. 38 ff. de ver. ob. & de insinuatione donationis plura vide per Guid. Papæ decisi. Grationo. cccxxv. potest fieri. vbi ponit an insinuatio possit fieri post donationem. nu. 4. & decis. dcx. nu. 2. vbi tractat an insinuatio requiratur in donatione mutua. Et insinuatio propter quid fuerit introducta, & an ei possit renuntiari, & an reddatur donatio efficax propter iuramentum non obstante defectu insinuationis, vide Deci. consi. ccccxxxij. cum sit q Almericus. & in materia adde Petrum Ferra. in practi. in forma libelli, quo agitur pro donatione. in ver solenniter. Chassæn. in consue. Burgund. rub. j. §. vij. col. iiij. nu. 5. Anto. Canar. in tracta. de insinua. Gabr. Saray.

CCIIII.

1 *Conuentio per quam quis se restringit ad certum genus probationis, an valeat, maximè si iuramentum interuenerat?*

2 *Iuranti non probare nisi per instrumentum, an aliquo remedio succurratur, si testes habeat, non instrumentum, vt ipsi testes non obstante iuramento, examinentur?*

1 DVbium est, an valeat cõuentio, per quam † quis se re-
stringit ad certum genus probationis. de quo per gl.
magnã in auth. vt sine prohi. matr. debit. & credi. §. quia
verò. & in auth. iubemus. C. de iudi. Tancred. in cap. ij. de
probatio. Illud autem est certum, quòd si interuenit iura
2 mentum, valet illa conuentio, & est clarum. Sed pone † q
iurasti non probare nisi per instrumentum: euenit q non
habes instrumentum, sed testes. an sit dare aliquod reme
dium? Dico q sic, scilicet q iudex ex officio, etiam parte
non petente, faciat examinari testes non obstãte conuen
tione & iuramento. Spe. in tit. de proba. §. videndum. col.
ij. ver. sed quid si debitor. & nõ est alibi. Et addas ad §. hoc
autem. in c. bonæ. j. de postula. præla. quod nota.

ADDITIONES.

Et idem tenet Cæpol. caute. ccliiij. dubitan. Fel. post Imo. io e sieut. col. fi. & ibi Deci. col. antepe. & Aug. Ber. in fi. de proba. Ias. in l. vbi pactum. col. v. C. de trans. & in auth. iubemus. col. ij. C. de iudi. Hippol. de Marsi. in rubric. C. de proba. col. xij. nu. 58. & 59. Nic. Pig.

*Gl. magna post medium in d. § quia verò. in auth. vt sine prohi. mat. debit. & credit. expressè tenet quòd non valet pactum q debitum non possit probari nisi per instrumentum: quam ibi approbat Ange. Cy. Bar. & Bal. in l. pactum inter hæredem. ff. de pact. & ibi etiam per Doctor. idem tenet Floria. in l. in lege Aquilia si deletum. ff. ad l. Aquil. quod tamen fallit si tale pactum fuerit iuramento vallatum, vt per Ro. hic. tale enim iuramentum erit seruandum. per cap. si verò. de iureiur. & tunc consilium est, vt debitor procuret examinari testes officio iudicis, vt hic. similem cautelam tradit Bal. in l. ampliorem. in fi. prin. C. de appell. scilicet quando non possunt produci testes, quia alii testes sunt publicati, vt des nomina testium iudici, & posteà te absentes, & q iudex eos ex officio suo examinet, & istud procederet fortè & proficeret etiam quãdo statutum prohiberet fieri probationem per testes eadem ratione. Vide Io. Trigo. sing. lxxxiiij. Boner. sing. in verb. probatio. nu. 25.

CCV.

1 *Probationes diuersi generis an debeant simul iungi?*

2 *Debitor an probare possit actualem oblationem pecuniæ creditori factam per vnum testem de visu, & alios plures de confessione creditoris deponentes.*

3 *Oblatio vera aliud est, quàm confessio oblationis.*

POno tibi istum casum ad l. admonendi. ff. de iureiurã.
1 Tu scis † quòd Bar. ibi tractat, quando probationes di
uersi generis debeant simul iungi. de quo per Cano. in c.
licet ex quadam. & ca. veniens. de testi. & ibi per Calderi.
& do. Anto. qui loquũtur notabilius, quàm Bar. Sed quid
si debitor velit probare oblationẽ pecuniæ factam cre-
2 ditori: † & probat per vnum testem de visu, & per plures
alios testes, qualiter creditor illud fuit cõfessus, an debeãt
3 simul iungi? Dico quòd non: probatur enim † oblationis
confessio, sed non oblatio vera. casus est singularis in ca.
cùm dilectus. de succe. ab intest. Bal. allegat in l. vnica. C.
de confes. & l. testium. C. de testib.

ADDITIONES.

Ad istud vide Alex. in l. Gallus. §. ille casus. de lib. & posth. & Ias. plenius loquentem in repe. d. l. admonendi. col. cj. in fin. Vide etiam Pau. de cast. consi. suo cccxxix. secundum vnicum numerum incipi. visa petitione.

Et idem Ro. in consi. xcj. visis. col. fi. ver. istud primo Et in l. admonendi. vbi Ias. eum refert, & disputat col. lxxxv. nu. 260. ff. de iuriuran. Feli. & Deci. in c. cùm causam. col. fi. versicu. ex ista. de proba. post multos, quos allegant. Intellige in confessione mutui: secus in alio contractu, vt declarant Ias. Areti & Deci. vbi suprà. Nic. Pig.

CCVI.

1 *Statutum si dicket, quòd quicunque accesserit de tali loco ad talẽ, puniatur, an si aliqui testes deponant, quòd viderunt Titium ire vsque ad medietatem loci, & aliqui de alia medietate deponant, hi debeant coniungi?*

1 AD idem. dicit statutum, † quòd quicunque accessit de tali loco ad talem, puniatur pœna amputationis manus, vel pedis: modo sunt aliqui qui deponunt, qualiter Titius iuit vsque ad medietatem loci, & aliqoi de alia medietate: an debeant coniungi? Dic quòd non, secundum Bal. in l. obseruare. col. fi. ver. sed pone. C. quor. appell. nõ recip. per plures allegationes. Et vide eundem in l. cũ antiquitas. C. de testa. & Cy. in l. ij. C. quæ sit long. consue.

ADDITIONES.

Et idem Roma. consi. xcj. visis. col. fi. versi. iij. idem. & in l. admonendi. vbi Ias. eum refert. colum. lxxxiiij. in secunda limita. & rursus colum. lxxxvj. nume. 263. ff. de iureiuran. Feli. in c. veniens. j. in fin. de testi. Deci. in ca. causam. colum. fi. de probat. Nicol. Pigno.

Hoc idem refert & sequitur Catellia. Cot. in memoral. in ver. indicia plura. ver. Hinc & tertio. Gabr. Sar.

CCVII.

1 *Cardinalis ad hoc vt condemnetur, adesse debent lxxij. testes: & an cum minori numero testium possit condemnari?*

1 ITem † ad idem quæro. Tu habes quòd ad condemnandum vnum Cardinalem debent adesse testes lxxij. vt ij. q. iiij. c. præsul. Modò quærebatur, an poterat cum minore numero condemnari? Dic quòd sic. sed illud est verum de iuris rigore: secus de æquitate, secundum Io. andr. de testi. ca. licet vniuersis. Item habet locum quando testes sunt suspecti: aliàs secus. ij. q. iiij. c. nullam. versi. sed hoc. & est ad hoc singulare.

ADDITIO.

Adde quòd hæc est commu. opi. quòd dictum c. præsul. non seruatur. Et adde Abb. in c. per tuas. in fi. & ibi Feli. col. j. de maiori. & obed. Abb. in c. licet vniuersis. de testi. idem Roma. in authen. similiter. xxxviij. priuilegio. ver. tertiò principaliter. Deci. in cap. at si clerici. in j. nota & ibi pulchrè per August. Bero. de iudi. vbi ponunt etiam quot testibus Papa conuincatur. Nic Pign.

CCVIII.

1 *Citari an iterum pars debeat à delegato ad audiendum sententiã, quæ prius ad eam ab ordinario citata fuerat?*

2 *Intellectus l. edictum. ff. de iud.*

1 ORdinarius † citauerat partem ad audiendam senten-
tiam, & posteà delegat causam terminandam per a-
lium, an delegatus debeat iterum citare? Tu Legista dico
res quòd sic, per l. edictum. ff. de iudi. Aliqui allegarent di
ctum Inn. in c. quia verò. de iudi. & Bal. in l. per diuersas.
2 C. mand. sed nil facit. Sed dic, quòd Spe. dicit † quòd illa
l. edictum. non habet locum in citatione ad sententiam,
& hoc dicit singulare in tit. de citatione. §. fin. versic. item
quæritur ecce. nu. 8. licet Bal. non videns Spe. determina-
uerit contrarium, per illam l. edictum. & non bene.

ADDITIONES.

Adde quòd Io. And. in addi. Spe in loco hic allegato, videtur tenere contrarium. Sed potest distingui secundum Pau. de cast. in l. edictum. hic alleg. aut delegans pronuntiauit citatū contumacem vel non. Potest etiam addi quod no. Inno. in c. dudum de elect. in gl. pen. & Archi. v. q. iij. si ægrotans. & xxiiij. q. iij. de illicitis. Adde quòd Bal. in l. consentaneū col. ij. versi. modò quęritur. C. quo. & quan. iud. dicit, quòd si ordinarius decurso peremptorio delegat causam, delegatus non habet amplius citare, nisi semel. & ita intelligit Innoc. & Archid. in locis præallegatis.

Tu dic, quòd opinio Baldi est vera: quia per citationem perpetuatur & acquiritur iurisdictio actualis. c. licet vndiq;. c. gratum. de offi. dele. Item requiritur alia citatio ad accipiendum copiam rescripti, vt habetur in c. relatum. & in d. c. gratum. per Abb. & alios, de offi. deleg. Nic. Pign.

CCIX.

1 *Dispositio l. si seruus plurium. § fi. ff. de leg. j. & in l. nummis. ff. de legatis iij. quæ loquitur de nummis, vtrum habeat locum in alijs quantitatibus, putà vini, & olei?*

QVæro, nunquid tex. in l. si seruus plurium. §. fin. ff. de
1 leg. j. & l. nummis. ff. de leg. iij. †loquens de nommis, habeat locum in alijs quantitatibus, vt vini aut olei? Dicas quòd non: imò hæres habet electionem dandi quam vult quantitatem. tex. est singularis in l. cùm certò. de vino, trit. & oleo leg. quod nota.

ADDITIO.

Et quæ sit ratio, quare potius in nummis attendatur cōsuetudo, quàm in alijs rebus, ponit glossa notabilis, vbi Bar. in d. l. certum. & Doctores in d. §. fi. Nic. Pig.

CCX.

1 *Pecuniæ verbum, qualiter sumatur, maximè in rescriptis.*
2 *Rescripta largè interpretantur, nisi sint contra ius commune.*

1 TV habes gl. in l. ij. §. pe. seu fi. si cert. peta. †quæ tractat qualiter pecunia sumatur. Et per Barto. in l. talis scriptura. ff. de lega. j. Sed qoid in rescriptis qualiter in eis pecunia sumatur? Dic quòd est singulare dictum Inno. in c. sedes. de rescri. qui tenet quòd in rescriptis pecunia strictè sumitur. Nec dicas, quòd non habet dubiū: quia verba rescripti debeant strictè intelligi. Sed non est verum:
2 quia †rescripta largè *capiuntur, nisi sint contra ius com
* mune: & de hoc sunt mille textus. nota ergo dictum prædictum.

ADDITIONES.

Adde Alex. & alios in d. l. talis scriptura. Canoni. in d. c. sedes. Et adde infrà sing. dev. Nic. Pig.

* Rescripta largè. Adde quòd rescripta debent intelligi salua & firma manente dispositione legis municipalis, & consuetudine, vt in pulchra quæst. tradit Bal. in l. ij. C. si propt. publi. pēs. refert & commendat And. Sicul. consi. xiij. & consil. lj. libr. ij. Cott. verb. rescripta.

CCXI.

1 *Annus datur appellanti ad prosequendum appellationem: & si is impediatur, habet secundum annum.*
2 *Impedimentum an per solum iuramentum probetur?*
3 *Appellans, si in primo anno ob impedimentum appellationē suam prosequi non potuit, ad hoc vt secundum annum habeat, debet probare impedimentum per duos testes: & hoc casu iuramentum in defectum probationis non defertur.*

1 TV scis, †quòd datur annus ad prosequendū appellationē. c. cùm sit Romana. & c. ex ratione. de app. & auth. ei qui. C. de tēp. & repa. app. & si impediatur, habet secundum annum, vt ibi. Quid si probo impedimentū per vnū testem, vt habeā secundum fatale, nunquid debeat mihi deferri iuramētū. c. quia propter. de elec. per Canonistas, per Legistas in l. ij. ff. si quis caut. l. quæsitū. ff. de re iudi. cū
3 simi. & per Fed. de Senis in consilijs suis. Tamē † ego dico ꝙ in casu nostro secus est: quia debet probari per duos testes, & non defertur iuramentum in defectum probationis, vt l. fi. §. illud. ibi, euidentissimis probationibus. C. de temp. appel & ille text. est singularis ad hoc. Sed tu habes gl. in l. fi. in prin. ff. quod me. cau. ꝙ tunc iuramētum non defertur: ergo, &c. *il maestro tuo non t'el dice.*

ADDITIONES.

Adde Ias. in repe. l. admonēdi. col. xciiij. nu. 285. ff. de iureiu. Soc. in reg. ccccxvj. fal. j. Et vide suprà sing. cc. Aduerte tamē, quòd in contrarium est communis opi. scilicet quòd impedimentū per solum iuramentum probetur concurrentibus aliis cōiecturis, vt per Rot. dec. cccij. in antiquis Fel. in c. ex parte. ij. co. pe. de rescrip. Et ad d. §. illud. respon. quòd in casu, in quo iuramentum sufficeret, euidēs probatio diceretur. gl. in verbo, proprio iuramento, in cap statutum. §. cùm verò. de rescript. lib. vj. Verùm quia aliqui reclamant, vide Bar Roma. Alex. & Ias. in l. ij. §. quod diximus. ff. si quis cau. Abb. Deci. & alios in c. ex ratione. & in c. cùm sit Romana. de appell. decis. Neapol. lxxix. in causa. Nic. Pig.

An impedimentum ab appellante possit iuramento probari, latè tradit Guido Papæ dec. Grationo. ccv. & dec. ccccxxxvj. nu. 28. versi. vigesimoprimo. Et ad hoc multa singularia habētur decis. Capel. Tholo. lxv. & ibi per Aufrer. Gab. Sar.

CCXII.

1 *Restitutus ad bona, & ad ciuitatem, an habeat beneficium cessionis bonorum?*

1 DEportatus †si restituitur ad bona & ciuitatem, an habeat priuilegium, vel beneficium cessionis bonorū: & idem potes quærere hodie in quolibet bannito. Dic ꝙ non: casus est vnicus & singularis in mundo, in l. ij. in fi. ff. de sen. pas. Scribe illum textum literis aureis, vt recorderis melius.

ADDITIONES.

Sequitur Io. de Arno. epito. lxxxij. & Ias. in §. cū eo quoq;. col. pe. nu. 22. vbi latè examinat materiam. Insti. de actio. N. P.

Idem tradit Soc. in regu. xlvj. ver. decimoquintò fallit. Sed videtur contrarium de iure dici posse, videlicet, deportatum non esse cessionis auxilio post restitutionem fraudandum: nam si ante sententiam potuit cedere bonis, & ita carcerem euitare, restitutionis naturæ congruum est, vt restitutus, si conueniatur à creditoribus, & condemnetur, eodem beneficio carere non debeat. arg. l. ii. §. fin. C. de sen. pas. Nec obstat d. l. ij. quoniam illius sententia eò pertinet, vt qui post sententiam à creditoribus conueniri non posset, translato in fiscū ære alieno, l. si vt proponis. C. de bo. proscr. restitutus conueniri queat, si modò ad bona quondam sua restitutus proponatur. Facit ꝙ cùm restitutio in eius fauorem & cōmodum facta sit, nō debet cōtrarium effectū operari, quem operaretur si restitutus cedere bonis non posset, quod anteà poterat. argu. l. quod fauore. C. de legi. Et hæc cùm scripsissem, posteà inueni hāc opinionem etiā tenere Emanuelem Cost. Vlyssipe. in rep. l. Gallus. §. & quid si tātùm. in ij. par. nu. 42. & 43. ff. de lib. & posthu. de quo valde sum gauisus Gab. Saray.

CCXIII.

1 *Pater pauper si pecuniam mutuo acceperit, & illam in alimenta filiorum erogauerit, filij posteà diuites effecti eam mutuanti reddere tenentur.*

1 PAter pauper †accepit pecuniam mutuo, & illam conuertit in alimenta filiorum, qui posteà effecti sunt diuites ex aduentitijs: an filij teneantur ad illud debitū patris? Dic ꝙ sic: & sic limita tit. C. ne fil. pro patre. istud est notabile & singulare dictum Bar. in l. his solis. ff. de condictione indebiti.

ADDITIONES.

Adde ꝙ hoc sequitur Cæpola caut. ccxlvj. quid si pater. Cremē. notab. xxxvij. Io. Lup. in rub. de dona. inter vi. §. lxvj. col. ij. Ias. post Ang. in d. l. his solis. & in l. si eum seruum. in prin. ff. si cer. pe. vbi Deci. & Alcia. tenent contrà, nisi constaret mutuū contemplatione filiorum factum. Nic. Pig.

Adde Hippo Marsil. sing ccxxiiij. vbi aliud simile adducit quando filius vel vxor teneantur pro patre vel marito.

CCXIIII.

1 *Procurator ad iudicia substituere non potest ante litem contestatam, nisi habeat mandatum ad substituendum. Et quid si tantùm in clausula promissionis releuandi procuratorem ab onere satisdandi, de substitutione facta sit mentio, an tunc possit ante litem contestatam substituere?*

1 VLtimò tu scis, quòd procurator† ad iudicia non potest substituere ante litem contestatam, nisi habeat mandatum ad substituendum, vt l. quod quis. C. de procu. & in c. j. eo. tit. lib. vj. Quid si in toto instrumento non est facta mētio de substitutione procuratoris, nisi in clausula promissionis releuandi procuratorem ab onere satisdandi: an tunc possit substituere ante litem contestatam? Tu dices quòd sic, per not. per Bart. in l. ex hac. ff. de donatio. Tamen contrarium est verum secundum Dominos de Rota decis. cccxlv. nota quòd si in procuratoriis. in antiq. per pulchras rationes, & non est alibi illud dictum. tene menti.

ADDITIO.

Adde eosdem Do. de Ro. decis. x. in procuratorio. in prin. de Bisignet. Phil. Fran. post Domi. in c. j. §. licet. circa fi. de procura. libr. vj. & facit cle. j. in fin. de præben. quam allegat Rot. d. decis. x. Nic. Pig.

CCXV.

1 *Sententia contra ius legis lata, est ipso iure nulla, secus si feratur contra ius partis, quia est aliqua, sed venit rescindenda: nisi sit lata contra ius litigatoris, & pro illo, qui habet speciale priuilegium contra ius commune.*

a EX quo scis, quòd sentētia lata† cōtra ius legis est nulla ipso iure, sed quando fertur cōtra ius partis est aliqua, sed venit resciodenda per appellationē, vel alio modo: Ideo do tibi duo pulchra. Primum est, ꝙ istud est verū, nisi lata sit contra ius litigatoris, & pro illo, qui habet beneficium, seu speciale priuilegium contra ius commune: quia tunc ipsa sententia est nulla ipso iure. & sic limita c. cum inter vos. de re iudi. ff. eo. tit. l. præses. ista est gl. sing. in clem. j. in verb. finiri. de in integ. resti.

ADDITIO.

Quam sing. dicit ibi Pan. de Eleaz. de quo ibi per Zab. quæst. xxj. Nico. Pign.

CCXVI.

1 *Appellari non potest à pœna legis: & quid à declaratione pœna à iudice facta?*

1 A Pœna legis non potest† appellari. l. si qua pœna. ff. de ver. sig. & in c. quia nos. & ibi gl. de appel. Io. andr. in c. ad nostram. eo. ti. & gl. in c. super his. de accu. in verbo, arbitriū. Sed an à declaratione pœnæ à iudice facta possit appellari? Glo. est siogularis quòd sic. in c. cupientes. §. sed si per viginti. in ver. priuatos. de elect. in vj.

ADDITIONES.

Et sequitur Abb. in c. peruenit. de appel. Feli. in c. cùm non ab homine. col. fi. de iudi. Hipp. in l. vnica. col. xxiiij. C. de rapt. virg. Lud. Carer. post eos quos allegat, in repeti. l. ij. C. quor. appel. non recip. Nic. Pig.

Idem tradit Card. Alex. in c. consuluit. iij. de appel. vbi etiā Franchus. Alex. de Imo. post Bar. in l. si qua pœna. ff. de ver. sign. in vltima addit. & Abbas in c. super his. post glo. de accu. & in c. reprehensibilis. de appel. & per Nellum in tract. bannitorum. in iiij. parte primi temporis. j. q. Gab. Saray.

CCXVII.

1 *Argumentum de maiori ad minus an locum habeat in decreto iudicis?*

1 AN in decreto iudicis habeat locum argumentum† de maiori ad minus? Dic ꝙ non. tex. est singularis in l. si pupillorum. §. si prætor. ff. de rebus eorum.

ADDITIONES.

Fines enim mandati & concessionis diligenter sunt obseruādi. l. diligenter. ff. mand. c. cùm dilecta. de rescri. Et aduerte quòd hoc argumentum appellatur à maiori seu à fortiori. de quo latè tractat Nic. Euera. in suis locis legalibus. N. P.

Doctores in l. j. §. si quis ita. ff. de ver obl. tractantes de intellectu dictæ l. si pupillorum. §. si prætor, dicunt illud ibi esse, propter formam in qualibet alienatione prædiorum minoris requisitam, ideò, si decreto iudicis causa cognita permissa esset venditio, non liceret hypothecare, nec ecōtra: & hoc quia deficit forma: & hanc rationem solam reddunt doctores omnes ibi, & vbique. sed cum ego de illa ratione semper dubitassem, interque colloquendum, vt fit, cū clarissimo Iurisconsulto Do. Carolo Molinæo, Lutetiæ Parisiorum de illo text. incidisset sermo, is mihi illam doctorū rationē non sibi satisfacere tanquam magis mathematicā, & physicam, quàm ciuilē & practicam, asseuerauit: aliámque subtilem rationē pro sui ingenii bonitate assignauit, nēpe illud in eo tex. ideo disponi, quia ibi illud decretū & causæ cognitio præcedens non in genere, sed super certo indiuiduo actu specialiter & limitatiuè interposita sunt, ideo si aliud vel aliter fiat, quàm in causæ cognitione & decreto deductū, & cōcessum sit, nihil agitur, idest, nō agitur ille actus, qui specialiter in causæ cognitionē, & decretum deductus est, & sic nullū habet fomentū decreti. & ita dicebat propriè loqui, & debere intelligi illū tex. in d. § si prætor. subdens, ꝙ tamē bene valebit inquantū aliàs sine causæ cognitione, & decreto valere, & fieri potest. Et ita dicebat se aliàs tenuisse in sua repetitio. d. l. j. §. si quis ita. & §. si stipulanti. in gymnasio Dolano facta. Vnde inferebat secus esse vbi cessat ratio limitatæ formæ, vel permissionis: & ita asseuerabat debere modificari & restringi quod per illū text. in § si prætor. hic tradit Ro. quē sequitur etiā Alex. & ibi Ial. in l. in actionibus. col. iij. ff. de in litem iuran. & Nico. Euer. in locis lega. loco xxxv. à ratione legis larga. col. iiij. arg. de maiori ad minus non habere locū in decreto iudicis, quia est verū, qñ est interpositum super certo indiuiduo actu tantum, de quo solo cognitum, & deliberatū est: secus vbi constat de pleniori cognitione, & mente, & decretū non esset limitatū ad modū expressum, aliàs secus: vnde inferebat, ꝙ si per sententiā est permissum hæredibus sub beneficio inuētarii, vel executoribus testamenti vēdere immobilia vsq; ad certā quotam ad satisfaciendum creditoribus, aut legatariis, ij poterūt vsque ad eandem quotā permutare, si hoc modo æquè satisfiat: quia hoc casu propriè loquēdo nō est extēdere verbū vēdēdi de stricta significatione ad latā, sed extēdere, seu potius implere dispositionē de modo expresso, ad aliū eiusdē rationis, & effectus. Ex hàc rationē postea inueni in terminis posuisse dictū Molinęū in secunda parte suorū cōmentariorū analyticorū in consue. Paris. tit. ij. gl. j. in ver. *v. aucun achepte à prix d'argent*. col. ij. nu. 4. & 5. Verum licet ipse de hac ratione glorietur, & cā nouam ad illū tex. appellet, tñ nihil aliud mihi videtur esse, quā declaratio rationis adductæ cōiter per doctores. Quid enim aliud est dicere, ꝙ si super alienatione prædii cognitū fuerit, nō poterit obligari seu hypothecari, ea ratione, quia illud decretū, & causæ cognitio præcedēs nō in genere, sed super certo indiuiduo actu specialiter interposita sunt, vt si aliud, vel aliter fiat, quā in causæ cognitione, & decreto deductū, & concessum sit, nihil agatur, idest, nō agatur ille actus, qui spāliter in causæ cognitionē & decretū deductus est: quā dicere, prout cōpendiosius dicūt doctores, ꝙ ibi illud est propter formā in qualibet specie alienationis prædii minoris distinctè, & sigillatim requisitā? Formā etenim doctores intellexerūt physicā quādā rōne, & vera, decreti causa cognita interpositi fomētū, quod in qualibet rei immobilis minoris alienatione limitatim & precisè interuenire debet ad hoc vt iure subsistat. Quēadmodū enim forma dat esse rei, sic decretū causa cognita interpositum dat esse alienationi prædii minoris aliàs inualidæ. Quare dicitur ꝙ si hac forma, & decreti fomētū causa cognita interpositū fuerit in indiuiduo super actu vēditionis tantū, non poterit extendi ad aliū actū obligationis, de quo cognitū non fuit. cognitio enim causæ & decretū est forma. i. quædā substātialis solēnitas quæ dat esse specificū, & robur alienationi, aliàs per se nō subsistēti, & quæ in ea necessariò interuenire debet: & sine qua aliqua in præiudiciū minoris alienatio fieri nō potest. Vnde si hoc casu cognito, & decreto per iudicem de vēditione, fieret hypothecatio, diceretur fieri actus, de quo non fuit actū, & per cōsequens qui nullus esset, veluti qui careret forma & solēnitate substātiali, nēpe iudicis decreto, qđ stricti iuris esse intelligitur, & strictā interpretationē recipit, nec se ad aliud extēdit, quā ad id qđ spāliter in causæ cognitionē deductū fuit. Quare ex prædictis liquidò cōstat hoc casu arg. de maiori ad minus locū non habere, maximè, quia maior potest esse ratio prohibitionis in eo, qđ est minus, quā in eo, qđ est maius, vt ex cōcessione vnius nō possit ritè ad cōcessionem alterius inferri. Euenire enim potest, vt alienatio minori vtilior sit, quā obligatio, propter pericula, quæ ingruere possunt ipsi minori, re obligata, nō autē vēdita: siquidē si calamitate, ruina, incendio, vel alio casu res obligata periret, minori periret: secus si alienata fuisset: tūc enim omne dānū emptoris periculo cederet, iu. rib. vulg. Ex quibus patet, ꝙ alienatio pōt esse vtilior minori quā obligatio, quo fit, vt de maiori, de quo cognitū est, & decretū, & qđ facilius cōcedere iudex debuit

buit ob minoris vtilitatẽ euidẽtem, non est inferendũ ad minus, id est, ad obligationem, quæ in cognitionem, aut in decretum specialiter non venit, in qua maior subest ratio prohibitionis, quàm in maiori, ob casus & pericula superius considerata. Igitur mihi videtur rationem Doct. ad illum tex §. si prætor. esse tenendam, cum declaratione Molinæi, cùm ij nil aliud sensisse videãtur, quàm quod planius, & copiosius ipse Molinæus deducit. Gab. Sar.

CCXVIII.

1 *Mandatum reuocatur morte mandantis, vel procuratoris: Et quod si dominus dubitet de morte procuratoris, an mãdatum reuocatum censeatur?*

1 MOrte † mandantis reuocatur mandatum, & etiam morte procuratoris. Sed pone ꝙ dubitatur de morte procuratoris, sed magis credit dominus eum esse mortuum: an eo casu sit reuocatum mandatum? Dic quòd sic: casus est singularis in l. libera. ff. de pecul.

ADDITIONES.

Et sequitur Barth Soc. in tract. fal. reg. ccluj. fallen. vij. N.P.

Quid si dominus moriatur ante litem cõtesta. vtrum mandatum procuratoris finiatur, si dominus fideiusserit pro eo? Dic quòd non. ita tenet decis. Cap. Tholos. cclxuij. & ibi Stepha. Aufrer. G.S.

CCXIX.

1 *Iuramentum adijcit forum foro, & an hoc habeat locum in herede iurantis?*

2 *Hæres non compellitur ad obseruandum iuramentum defuncti, cuius est hæres, a iudice ecclesiastico.*

1 TV habes, † ꝙ iuramentum adiicit forum foro. c. cũ C. laicus. de fo. cõpe. lib. vj. Sed an habeat hoc locũ etiam in hærede iurantis, adeò vt ipse hæres ratione iuramenti possit compelli à iudice ecclesiastico ad obseruantiam, sicut defunctus? Dic quòd licet compellatur obser-
2 uare, † non tamen à iudice ecclesiastico, secundum Ioan. And. in c. fi. de sepul. D. Ant. sequitur in tit. de fo. cõp. non recordor vbi. Et licet ita sit, tamen ego determinarẽ contrarium, si essem in consistorio Papæ.

ADDITIO.

Adde Ab. in c. veritatis. col. ij. de iureiu. & in d. c. fi. de sepul. Feli. post Barb. en l. pe. in c. cum sit. col. v. in vj. limi. de for. compe. Bal. in l. j. col. ii. C. de reb. cre. Gui. Pap. q. ccccxviij. iuramentum. Steph Aufr. deci. Tholos. ccccxv. Cassiod. decil ij. nu. 8. de iureiur. Hier Cag. in l. si quis maior. nu. 28 C. de transac. referens senatum ducis sui Sabaudiæ seruare opin. Ro. hic. In quibus locis allegant plures alios, & ponũt aliquas limitationes ad istud sing. N.P.

CCXX.

1 *Lucrum turpe est, quando non necessitate ductus emo, vt carius vendam.*

1 FVi heri interrogatus à quodam religioso de isto casu, nunquid † sit turpe lucrũ, quando non necessitate ductus emo, vt carius vendam aliquid? Ego reperi text. Gratiani allegantis Augustinum quòd est turpe. xiiij. q. iiij. c. quicunque. vbi est tex. no.

ADDITIONES.

Ad istud vide Pan. clarè post alios distinguentem in c. fi. col. vlti. versi. vlterius quæritur de vsur.

Ad cuius intelligentiam vide Io Calder. & Mod. in c. fin. de vsur. Abb. in c. j. nu. 10 & seq. ne cler. vel monac. Nic. Pig.

Adde quæ ad hoc notat M. Ant Natta consil. cexxj. emanarunt. vol. j. Gab. Saray.

CCXXI.

1 *Castellanus nunquid possit prohibere scriptorem custodientem castrum, ne scribat?*

1 ITem fui heri interrogatus, † nũqnid castellanus possit prohibere scriptorem custodientem castrum, ne scribat? Dic quòd si non impeditur officium custodiæ castri, quòd non. casus est sing. in l. duorum libertus. ff. de oper. lib. & hæc sunt ad solarium.

ADDITIO.

Quod sequitur Alex. in l. j. C. de præpo. agen. lib. xij. & in l. si consul. ff. de adop. & illum sing. dicit idem Alex. in l. ille à quo. §. tempestiuum. in fi. prin. ff. ad Trebel. Deci. in c. ex literis. col. vj. de proba. vbi tractat materiam, quando quis fungi potest duplici officio. Nic. Pig.

CCXXII.

1 *Mater per transitum ad secundas nuptias perdit tutelam filiorũ: & vtrum idem sit, si sponsalia contraxerit.*

1 TV habes, † quòd mater per trãsitum ad secũdas nuptias perdit tutelam filiorum. Sed quid si cõtrahit sponsalia, an priuetur, si non est facta traductio? De hoc videtur casus quòd non, in l. solet. §. quæ virum. ff. de his qui notan. infa. ad idem text. in l. si quis officiũ. ff. de ritu nuptiar. Sed hæc est quæstio Spe. in ti. de tut. §. nunc dicendum. versi. quid si nondum. & versi. seq. & ibi determinat, ꝙ aut mater tutelam assumpserat, & non priuatur: aliàs si nondum assumpserat, secus: tene perpetuò menti.

ADDITIONES.

Et hoc sequitur Bal & Ang. in l. solet. per illũ tex. ff. de his qui no. infa. Gozad. consil. xviij. videtur. col. j. & ita conclusum fuit per consi. Neapol. vt per Matth. de Afflic. decis. ccclvij. in causa. Nic Boër. qui plures pro & contrà refert, decisio cclxvij. alia quæstio fuit. Intellige, nisi copula ante traductionem in domo vxoris fuerit subsecuta. Io. de Imola. in l. si socer. §. Lucius. col. iij. versi. & attende. ff. sol. mat. & per Boër. vbi suprà. Nico. Pig.

Adde ea, quæ notab. scribit Hippo. de Marsi. in l. is qui cum telo. nu. 41. C. ad l. Cor de sicar. Idem sequitur Bart. in l. si quis sub conditione. col. viij. ver. quæro an statim. ff. de testa. tut. Bald. in § nos autẽ. col. ix. ver. & per hoc. Insti. de Atti. tuto. & Lucas de Penna in l. fi. col. j. C. de incol. lib. x. Et plenè tradit D. Palatios Ruuios in repe. rub. extrà de don inter vir. & vxor. in §. lv. col. ij. ver. hinc etiam. nu. 6. Istud extendi potest, etiam si matrimonium sit nullum. ita tenet Bald. in c. ex parte M. de appel. col. iij. ver. quæro si mater. quod refert & sequitur Ias. in l. vbi pactum. col. pe. ver. ij. ad idem. C. de transact. & Bald. vbi suprà, declarat hoc procedere, quando interuenit copula. secus si non interuenit, quia maritus erat senex, vel pupillus, licet Ias. in loco præallegato illum referat simpliciter. Gabriel Sarayna.

CCXXIII.

1 *Confessio partium non inducit probationem si fiat super eo, super quo partes disponere nequeunt, nisi in actibus iudicialibus.*

1 TV scis, † ꝙ confessio partiũ non inducit probationẽ, si emanat super eo, super quo partes nõ possunt disponere. Fallit in actibus iudicialibus: casus est vnicus in c. fi. de proba. & ibi do. Anto. notat.

ADDITIO.

Adde quòd istud sequuntur & declarant Panor. & Fran. de Are. in c. fi. hic alle. declaratur etiam latius ibidem per Feli.

CCXXIIII.

1 *Mater priuatur successione filij, si infra annum tutorem non petierit: sed si mater est minor, excusatur: & quid si maior effecta non petierit?*

TV habes l. sci ãt. C. de leg hær & l. matres. C. ad Tert.
1 † ꝙ mater priuatur successione filii, si ei non petit tutorem infra annum. Item habes, ꝙ mater excusatur, si est minor, vt l. ij. C. si aduer. delic. Modo Romę euenit casus tẽpore mortis patris mei: mater mea erat minor, pòst inde effecta est maior, & non petit, nunquid priuetur successione? Multi consuluerunt quòd sic, per te. t. in l. Titiæ. §. vsuras. ff. de legat. ij. quia finita ætate finitur priuilegiũ. Ego reperi Spe. in ti. de in integ. resti. §. j. versic. sed quid si ipsa. nu. 8. determinãtem pro matre. & Bald. in sex vel septẽ locis (& variat more suo) in auth. si captiui. C. de epis. & cler. in l. qui contra. col. ij. ver. ij. quæro. C. de ince. nup. in auth. eisdem pœnis. C. de secun. nup. l. precibus. col. iiij. vers. quid ergo si tempore. C. de impub. & l. omnem. C. ad Tertul. & in d. l. ij. C. si aduer. delict. Ego autẽ consului pro matre, & allegaui pro casu l. qui cùm maior. versus prin. ff. de bon. liber. Secundò per l. iij. §. scio etiam illud. ff. de mino. Tertiò per duas glossas ordi. vnam in d. l. minoribus. C. de his quibus vt indig. aliam in d. l. j. C. in qui. cau. in integ resti. non est nec. quæ videntur hoc terminare,

ADDITIONES.

Vide Pau.de Cast in l.sciendū.§.fi.ff.qui satisda.cog.& dic quòd locum Specul.quem attribuit sibi Roma.hic, allegauit prius Bald.in auth.si captiui.colum.ij.versi.ij.q.C.de episc.& cleri. hic allega.vbi dicit consuluisse sæpius pro ista parte. & facit eius consi.cj.incip Quæritur vtrum domina Fran.col.ij.circa med.in ij.par.

Adde quòd consil.Ro.est nu.cclxxix.visis thematis narratione. quem sequuntur communiter Alex.Ias.Cor.& alii in d.l.minoribus.C.de his quib.vt indi.Ang.Are.in §.sed quemadmodum.col.ij.Insti.de senatusc.Tertul.Castren.Alex.Ias.& Soc. in l.sciendum.§.fi.ff qui satisd.cog.Socin.Iun.qui alios citat, consi.viij.in præsenti.col.iij.lib.j. Nic.Pig.

Idem refert & sequitur Barthol.Chassæn,in comment.consuetu. Burgund.in vj.rub.§ vj.*entre Bourgeois*.in versic.*la femme*.in prin. Gab.Saray.

CCXXV.

1 *Ingratitudo vtrum sit sufficiens causa reducendi legitimatum ad illegitimationem?*

1 VLtimò quæritur, nunquid † ingratitudo sit sufficiens causa reducendi legitimatum ad illegitimationem? Ego habeo consulere, nescio quid faciam. Bal.tractat, & tenet, quòd aut sumus in rescripto principis legitimationem inducente: aut sumus in legitimitate per subsequens matrimonium: vt primo casu, sic, secundo non, in ca.filii nati.si de feu.fuer.cootro.in vsib.feud.

ADDITIONES.

Adde quòd istud dictum sequitur Ias.vbi pulchra dicit in materia reuocationis propter ingratitudinem in l.ex hoc iure.colum.xv.de iusti.& iu.& dictum Bal.comprobat, vt per eum. Istud dictum etiam recitat tacito isto authore Francisc.Cre. no.xx tu scis.

Adde Franc.Rip.in l.fi.in princ.C.de reuoc.dona.Io.Arno.dialog.lix.Hippol.sing.ccccxiij.ingratitudo. Nic.Pig.

Hoc idem notat Iason in l.ex facto.in prin.vbi hanc doctrinam Baldi ponit,col.iiij.ver.iij.nu.17.ff.de vul.& pup.Et latè dixi in apostil.ad Francis.Cremen.sing.xx.Et ibi dictis adde latissimè per Carol.Moli.in prima parte commen.in consuet.Paris.§.xxx.in prin.nu.1.2.3.& 4. Gabriel Sar.

CCXXVI.

1 *Prodigus notorius nunquid si ante interdictionem contrahat, possit posteà eius curator aduersus illos contractus restitui?*

FVi interrogatus à domino Paulo, & domino Bindo,
1 nunquid si prodigus notorius † ante interdictionem
contrahat, posait posteà eius curator aduersus illos contractus restitui? Allegabant mihi quòd sic, glo.l.patri pro filio.in prin.versi.interdici.ff.de mino.circa prin.Sed nõ facit, quia loquitur in prodigo minore. Et ideo in hoc dicerem, quòd si iustam iste prodigus causam allegaret, restituẽdus est, aliàs secus.l.j.& l.necnon.§.quod eis inquit prætor.ff.ex quib.cau.maior.

ADDITIO.

Quòd in prodigo etiam notorio requiratur sentẽtia iudicis declaratoria, tenet Bar.in l.is cui bonis.& ibi communiter Doctores, insuper Ias.col.iij Franc Rip.col.ij.vbi amplè disputant & sequuntur.ff.de verb.ob.& decis.Tholos.cclxij. præterquàm in minore prodigo, per gl.in d.l.patri.vt per Iaso.& Rip.vbi suprà, hic nu.10.ille nu.12.& Nicol. Boer. decisione axiij.motus.q.v.& vj.Sed illa glossa loquitur de curatore, vnde intelligitur de maiore.Barto.in l.si curatorem.nu.2.C.de restit.in integ.& ita debet intelligi, vt aliquid habeat dubitationis.De qua vide Barto.in l.j.ff.de curat.furio.& in l.Marcellus.vbi Castren.& Alexand ff.de fideiussorib. Francisc. Rip vbi suprà numero 36.vbi plures pro vtraque parte numerat. Nic.Pig.

CCXXVII.

1 *Coniuncta persona licet pro coniuncta solutionẽ recipere nõ possit, tamen potest si coniuncta persona est minor, & prodiga.*

2 *Coniuncta persona non potest ea facere, quæ speciale mandatũ requirunt, vt est, in integrum restitutionem petere.*

3 *Mandatum speciale requiritur ad solutionem recipiendam.*

4 *Procurator cum mandato non potest ante litem contestatam substituere, nisi ad id mandatum habeat speciale.*

ET illam l.patri.ff.de mino.nota singulariter ad duo.
1 Primò, quòd licet † coniuncta persona pro coniuncta
non possit solutionem recipere, vt l.ij.cum simil. ff. vt in
pos.leg.tamen potest, cùm coniuncta persona est minor,
& prodiga.casus est singularis in d.l.patri.& eam induco
2 sic: certum est † quòd coniuncta persona non potest ea fa
cere, quæ requirunt speciale mandatum, vt est petere resti
tutionem in integrum.l.illud.§.si talis.ff.de mi.& tamen
cùm est minor & prodiga, potest, vt in casu dictæ l.patri.
3 ergo & solutionem recipere, cùm † ad illam speciale man
datum requiratur.l.hoc iure.ff.de sol.Secũdò nota illam
4 legem, quòd † sicut procurator cum mandato non potest
ante litem contestatam substituere.c.j.de procu.li.vj.& l.
quod quis.C.de procu.cum si.ita nec coniuncta persona
quæ habet mãdatum a lege.casus est in d.l.patri.licet de
iure canonico solitus sum in cõtrarium allegare casum
singularem io c.accedẽs.de procu.& induco d.l.patri.eo
modo, quo suprà: nam ad substituendum ante litem con-
testatã requiritur speciale mandatũ, vt dictis iuribus, sed
ad ea non admittitur cõiuncta persona, vt hic.ergo, &c.

ADDITIONES.

Ibi, secundo nota in fi.assignat Roma.rationem, quia requiritur speciale mandatum &c. Dic quòd ista ratio confunditur per ea, quæ ipsemet dicit in l.qui bona.§.si alieno.ff.de dam.inse. vbi vult dum sequitur opin.Bart.quòd in coniuncta persona non requiratur speciale mandatum ad iurandum de calumnia assignat talem rationem, quia scilicet, alias sequeretur, ꝙ iura dicentia coniunctam personam pro coniuncta persona admitti sine mandato, vt l.sed & hæ.in prin.ff.de procur.& l. exigendi.C eo.tit.nunquam haberet locũ, nisi coniuncta persona haberet speciale mandatum ad iurandum de calumnia: quod est absurdum dicere.alia adducit de quibus ibi per eũ: & vide Alex.in d.§.si alieno.

Adde quòd coniunctæ personæ solui non potest, prout tenent omnes præter Deci.in c.cùm M.de constit.quem scitè reprobat ibi Rip.nu.60.Fallit, vt hic per Ro.quem sequitur Alex.in l. vero procuratori.ff.de solu.Alex.Ias.Soci.& alii in l.iij.ff.solu.ma.& in l.filius pacifcendo.C.de pact.Ias.in l.exigendi.iiij. fallen.C.de procurato. Secundò nota &c.& hoc sequitur idem Roma.post Spe.consi.ccxlj.spectabiles.col.iij.vers.vltimò.Ias.in l.quòd quis.fallen.vij.C.de procu.decisio.domi.de Rota dclxxvj.nota quòd coniuncta.in antiq.& ccccxx § sed vtrum.in nouis.Cagnol.in l.nemo alieno.ff.de regu.iuris Et circa cap.accedens.de procu.adde infrà singulari dcxis. Tu audiuisti. Nic.Pig.

CCXXVIII.

1 *Immobilia soluto matrimonio debent vxori statim restitui, mobilia autem post annum: Et quid si vir immobilia dotalia vendiderit, & ex earum pretio mobilia emerit, an debeant statim restitui?*

TV habes l.vnicã.§.exactio.C.de rei vxor.actio.quòd
1 immobilia † soluto matrimonio debent statim resti-
tui, mobilia autem post annum. Modò quæro, quid si primò dos consistebat in rebus immobilibus, vt in fundo, & posteà maritus vẽdidit, & res mobiles ex earum pretio emit.an tunc debeant statim restitui? Tu diceres, quòd sic: quia subrogatum, &c. Ego habui consulere Florentiæ, & semper dubitaui: nisi quòd legendo posteà reperi casum, quòd iudicantur vt res mobiles. Casus est singularis in l.cùm in fundo.§.si fundus.ff.de iure dot.& ita consului.

ADDITIO.

Adde in simili quæ tradunt Bal Matth.de Afflic.& alii in c.j.de feu.non hab.natu.feu.& And.Tiraq.de retract.consang §. xxxij.glo.j.nu.10.& seq. Nico.Pig.

CCXXIX.

1 *Metus, qui cadit in constantem virum, contractum viri rescindit. Idem de contractu à muliere per metum celebrato, si metus ille in constantem mulierem caderet.*

1 TV scis, † ꝙ contractus tunc ex metu rescinditur, quãdo talis est metus, qui cadit in constantem virũ. Sed quid in muliere, an sic idem? Iuristæ nesciunt. Dic quòd debet considerari metus, qui caderet in constantem mulierem, non in constantem virũ.gl.est singularis in c.cùm locum.de spons.duo.Ant.in c.consultationi.eo.tit.facit illam

illam gloss. singularem. quod nota.

ADDITIO.

Et sequitur Iason in l. interpositas. in primo notab. C. de transac. Dec. in c. fi. col. fin. de app. & in c. causam. col. j. de offi. dele. & in l. foeminæ. nu. 9. & in l. in omnibus. & ibi Cagno. ff. de reg. iur. Nico. Boër. qui plures citat, decis. c. Marius per minas. in prin. Augu. Bero. in c. j. iij. not. de officio deleg. post Deci. Limita in minis illatis testibus ad hoc, vt minans perdat causam: quia tunc qualer quales sufficiunt, vt per Hippol. in rubri. C. de probatio. colum. xxxuj. nu. 190. & in singula. cccclxxviij. metus. Nico. Pig.

CCXXX.

1 *Filius naturalis inuitus non cogitur suscipere legitimationem, nisi quando occultat suam matrem concubinam, quam pater vellet in vxorem ducere.*

TV habes §. generaliter. in auth. quibus mod. natu. effi. sui. qui dicit, quòd 1 † filius inuitus non cogitur suscipere legitimationem. Quod est verum, nisi eo casu, quo filius ipse naturalis occultet suam matrē cōcubinam, quā pater vellet libenter in vxorem ducere. casus est vnicus in §. sit igitur. versi. & hoc facto. quibus mod. natu. effi. legit. Ang. alleg. in disputat. quæ incip. nobilis quidam genere. & facit magnum festum.

ADDITIONES.

Adde §. j. versi. nouimus. & §. si quis sanè. & ibi gloss. in ver. quæ non appareat. in authen. eo. titu. Cardi. Alex. in c. per venerabilem §. quod autem. nu. 15. qui filij sint legi. Nicol. Boër. decisio. clx. sed circa. Et quòd consensus requiratur, vltra allegata per Boër. vbi suprà, ponit Ias in l. posthumo. colum. j. C. de cōtratab. Deci. cōsi. cccxvij. in casu. & consi. ccclxvij. Cagnol. in l. inuito. in prin. ff. de reg. iur. Nic. Pig.

Vide d. Andr. Tiraquel. in tractatu de nobilita. cap. vj. nume. 40. versi. sed illud tantum. Sed pro discussione præsentis singularis fac conclusionem. Sine assensu filij naturalis non perficitur legitimatio, cuius voluntas saltem subsequi debet: nam in omnibus casibus, in quibus solet impetrari, verum est inuitum filium non fieri legitimum. text. est in authen. quibus modis natu. effi. sui. §. generaliter. ibi, in omnibus, qui per prædictos modos. col. vij. Qua conclusione stante, potest probabiliter inferri Roma. hic deceptum fuisse, & cum eo alij, qui eū sunt secuti, videlicet, Ange. in q. Nobilis quidam genere, quē hic allegat Roma. Anto. de Rosel. in tracta. de legitima. lib. ij. cap. de causa materia. nu. 8. Præposit. in cap. per venerabilem. §. quod autem. nu. 91. qui filij sint legi. Soci. in l. Gallus. §. forsitan. nu. 5. ff. de libe. & posthu. Nicol. Boër. decisio. clx. in fin. qui hanc Roma. opinionem tenuerunt per tex. in authē. quibus mod. natura. effi. leg. §. sit igitur licentia. versi. & nec fraudare. Item arg. tex. in d. §. generaliter. vbi æquiparatur legitimatio, & emancipatio, si ex causa iusta filius nolens potest emancipari, igitur propter hanc causam, patrisque contumeliam, inuitus filius in eius potestatem transibit. Verum cōtra hanc horū opinionem est tex. in d. §. generaliter. ibi, per prædictos modos, iuncto §. illud autem. in quo proximè modus hic traditus fuerat, vt liceret patri rescriptum impetrare, quo legitimos sibi faceret naturales filios, qui matrē occultassent. Sed & si daremus hanc esse iustam causam vt emanciparetur inuitus filius, non tamen sequitur, quòd propter eandem causam inuitus filius in potestatem naturalis parentis transiret. Nam quamuis contra eum commisisset vnam exhæredandi causam ex xiiij. quæ continentur in authen. vt cùm de appel. cogno. §. causas. alienum tamen ab omni iure est, debere eum propterea sui ipsius potestatem amittere, cùm hoc tantum receptum sit in his, qui quondam fuerunt in potestate, & emancipationis beneficium ab eodem patre consecuti sunt. l. j. ibi, rescissa. C. de ingrat. liber. quam ita inducunt Bart. & omnes in l. qui liberatus. in fin. ff. de adoptio. Ioan. de plate. & Ange. Aret. in §. si in fin. Institu. quibus mo. ius patriæ potesta. solu. Nec obstat huic sentētiæ text. in dicto §. generaliter. nam potest retorqueri, cùm enim scribat Imperator multomagis, & significauit non valere argumenta ab inferiori ad superius affirmatiuè. Et vbi concederetur emancipatio nolentis, non eodem exēplo cōcedenda esset inuiti legitimatio, quod subtiliter expendit Rapha. Fulgo. in l. final. circa medi. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. vbi ait eius. § argumento tentauit dicere, infantis quidem inuiti emancipationē ex rescripto procedere. l. iubemus. in fin. C. de emancipa. liber. sed non propterea inuiti infantis legitimationem inducendam, quam cō probauit Ludo. à Sardis in tracta. de legitima. cap. de legitima. per rescriptū. § tertiò quæritur an infans. idémque probauit idem Ludo. Roma. consulendo, consil. cxciiij aduersus Bart. in dicta l. fina. cuius tamen opinio receptior est, vt sine vlla infantis ratihabitione, eius legitimatio procedat, si fiat ab eo, qui supremam habeat potestatem, secundū omnes Moder. in dicto §. forsitan. Barbat. in consil. xxxiiij. volu. iiij. Ias. consi. cxxv. colum. iiij. volu. iiij. Curtius Iunior consi. xix. nume. 4. Postremò non obstat tex. in d. §. sit igitur licentia. ver. & nec fraudare. quoniam potest similiter retorqueri, si quis consideret Iustinianum sentire, filios, qui matrem occultauerunt ne contracto matrimonio legitimi fierent, non magis posse fieri per rescriptum legitimos, si nollent, quàm contracto matrimonio quod per occultationē matris euitabāt. Sed cōtracto matrimonio filij inuiti nequaquam fierēt legitimi, igitur nec per rescriptum ex ea causa impetratū. Quod verò ij, qui per subsequens matrimonium legitimi fiunt, non aliter hunc statum nanciscantur, quàm si & ipsi velint. text. est expressus in dicto §. generaliter. ibi, siue per instrumētorum celebrationem. & inibi hoc colligit Iacob de Bellouis. Gul. à Cun. Alberic. de Rosa. Rapha. Fulg. Pau. de Castr. in l. benignius. ff. de legib. Lud. de Sardis in tract. de legitima. c. de requisitis in legitima. nume. 2. Anto. de Rosel. in tracta. de legitima. lib. j. cap. de causa form. legitim. numero penul. Martin. Lauden. in eodem tracta. de legitima. nume. 80. Ange. Aretin. in § fina. nume. 9. Institu. de nuptiis. Nico. de Vbal. in tract. de successio. ab intesta. j. parte. nume 64. And. Sicul. in repeti. l. cùm acutissimi. ver. contrarium determinat Guliel. C. de fideicommis. Are. penul. col. Soci. nume. 5. in dicto §. forsitan. Ias. consi. clv. col. iiij. tametsi contrarium existimauerint Ange. Perusi. consi. xvij. col. ij. Salicē. in disputatio. incip. Mediolanensis. secundo dubio. Præposit. in cap. tanta est vis. xiij. q. nume 27. & in cap. per venerabilem. §. quod autem. numero 17. de donatio. inter virum & vxo. decepti argu. text. in dicto §. sit igitur licentia. vbi Accur. in ver. nec fraudare, rectè sensit, siue parens matrimonium contraheret, siue filios, qui matrem occultassent, vellet per rescriptum sibi esse legitimos, rem semper temperandam secundum regulam text. in dicto §. generaliter. & ita in terminis tenet & sequitur Emanuel Costa in repetitione. l. Gallus. §. & quid si tantum. in secūda parte nu. 109. & seq. ff. de libe. & posthu. Gab. Sar.

CCXXXI.

1 *Sententia lata per syndicos, seu reuisores rationum communis, cō-*
2 *tra administratores communitatis absentes, licet non contumaces, valet.*

VAlet sententia lata per syndicos, & reuisores 1 † rationū communis, contra administratores communitatis absentes, licet non contumaces. casus est sing. secundum Barto. ibi, in l. ij. §. quod de frumentaria. ff. de administra. rerum ad ciui. perti.

ADDITIONES.

Adde Abb. in cap. cum olim. de re iudica. & in ca. j. col. ij. de causa possess. & proprieta. Feli. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. col. x. versi. iij. limita. de constitu. Deci. in cap. causam quæ. iij notab. de rescrip. Ias. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. in xvj. fallen. ff. de offic. procons. & leg. Hippoly. de Marsi. in repetitio. l. de vno quoque. in xvj. & xxvj. fallen. ff. de re iudica. & in practi. crimi. in §. aggredior. colum. xix. nume. 127. & in rubri. C. de probatio. nume. 218 August. Bero. in cap. quoniam contra. in gloss. citationes. nume. 89. de probat. Intellige quando certum est ipsis absentibus defensionem aliquam non cōpetere, vt dicit Ias. vbi suprà, se consuluisse. & ita intelligit Hippoly. & alij. & idem Augu. Bero. in cap. j. nume. 214. de iudic. & facit l. qui potest. ff. de reg. iur. & per Feli. in c. cū olim. col. vj. versi. non est citandus is. de re iudi. & adde infrà singu. dclxxv. seculares. Nicol. Pig.

Quando sententia sine citatione valeat, tradit diffusè Lanfrā. de Oria. in c. quoniam contra. in ver. citationes. nu. 13. versi. vlterius quæro. de proba. Gab. Sar.

CCXXXII.

1 *Dispositio l. hac edictali. C. de secun. nup. an habeat locum in filijs vulgo conceptis?*
2 *Baldi maxima est authoritas.*

1 AN l.hac edictali.C.de secun.nup. habeat† locum in fi
liis vulgo conceptis? Dic quòd non: casus est singula-
ris secundum Bal. ibi, in l.cùm pater.§.mater filiæ.ff.de le
ga.ij. Sed esset videre an dispositio d.l.hac edictali. fuerit
digestorum? Et certè non: & ideo forte Bal. non dicit ve-
2 rum. tene† menti propter authoritatem tanti viri.

ADDITIONES.

Adde eundem Roma. & ibi Alex. in l.mulier quæ. in princi.ff.ad Treb. Iaco. Zoch. in c.per venerabilem.qui fi.sint leg. Franc. Cremen. sing.89. Nic. Pig.

Eleganter istud declarat in dicta l.hac edictali. Stepha. Bertr. in prin.col.iiij. versi.intellige tamen.nu.4. Gab.Sar.

CCXXXIII.

1 *Matricula extinguitur quinquennio: & an matriculati de nouo soluere teneantur?*

1 MAtricula extinguitur† quinquénio. idem in aliis ma
triculis, vt l.ij.C.de primice. & l.iij.C. de domesti. &
protect.lib.xij. Bar. allegat in l.aut facta.§.ad tempus.ff.
de pœn. & in l.penul.ff.de testa.mil. Sed an debeāt matri-
culati de nouo soluere? Tu ibis ad l.fi.§.quoties.ff.de pu-
bli.& vecti. & ibi gl. sed nihil facit. Dic quòd non: casus est
sing. in l.penul. in fi.C. de consul.lib.xij. Bar. alleg. in cōsi.
cxxxiiij.incip. vniuersitatis.

ADDITIO.

Et hoc sequitur Alex. in d.l.iij & in d.§.ad tempus. & in l.naturalem.§.apum. ff.de acquir.rer.domi. & in l.matriculam.C.de agen. in reb. Bal. Castren. Alex. in l.filio quem pater.ff.de lib. & posthu. Alex. in l.seminiarios. colum.ij.C.de testamen. mili. Ange. Aretin. in §.pauonum. Instituta, de rerum diuisione Nico.Pign.

CCXXXIIII.

1 *Herbam pro equo tuo capere tibi peregrinanti, & in via manenti inuito domino an liceat?*

1 TV peregrinaris cum equo de mēse Maij: an† sit tibi
licitū stare in via, & capere de herba pro equo tuo,
etiam domino inuito? Dic quòd sic: casus est singularis in
cap. vnico.§.fina. de pace tenenda, & eius viola. in vsibus
feudorum.

ADDITIONES.

Et idem potes vuas colligere, & spicas conterere, & manducare, non tamen exportare. Deutero.c.xiij. & c.j.vj q.iij.c. discipulos. de consec. distinct.v. Quod de consuetudine obseruari dicit Cæpol. in tracta. seru. rusti. prædi.c.xx. de messe & vindemia. Sed an intelligatur citra necessitatem, vide latè per Feli. in c.omnes.col.fi.j.distin. Cagnol. in l.quæ propter.ff.de reg. iur. Franc. Rip. in l.iij.col.iij.ff.de dam.infect.

Adde notata per do. Barthol. Chassæn. in commenta. consuetud. Burgun. in j.rubri. in §.*messiers & sergens*. in ver. *en messusage*. nu.15.ver.& intellige prædicta. & latè per Didac. Couar. in practicis quæstio.capi.xxxvij nume.3.ver. octauo. Hodie tamen hoc est expeditum in Regno Neapoli, in quo est constitutio, quòd transeuntes per viam habentes equos nimis fatigatos possunt eos impunè mittere in segetem alienam, ita tamen, quòd equus totus non intret agrum, sed dimidius, & anteriores pedes solùm in agro teneat, vt patet in consti. incip. si quando necessitate cogente. in titu. quòd nil post in damna equitatotum pascua, &c. Et per gl. nota. in constit. incip. cum per partes Apuliæ, in fine principij, in titu. de animalibus in pascuis assignandis. Gab. Saray.

CCXXXV.

1 *Conductorem propter necessariam refectionem rei locatæ expellere licet. Sed an ea refecta, possit conductor petere se in re locata reponi?*

TV habes Legista. l.æ'dē.C.loca. Canonista in c.pro-
1 pter sterilitaté.eo.titu. quòd licet† conductoré ex-
pellere propter necessariam refectionem. Sed an ea refe-
cta debeat conductor, seu possit petere se reponi in rē lo
cata? Dic quòd sic. gl. est singularis, iuncto tex. in l.si duo.
§.eum inquilinus. in ver. testari per dominum.ff.vti pos-
sid. & Barto. ibi exclamat summis laudibus. quod nota
pro declaratione dictarum legum.

ADDITIO.

Et sequitur Francis. Cremen. singul.lxxij. tu scis. Hippo. de Marsil. qui plura similia adducit, in l.vnica. colum. vj.C.de raptu virginum. & in l. etiam si redhibiturus. ad fin.ff.de quæstio. & in rub.ff.de fideiuss.q.xxxj.col.xxxiij. Nic.Pig.

CCXXXVI.

1 *Inuecta & illata in domo locata sunt locatori tacitè obligata: & an hoc procedat siue pro pensione pecunia soluatur, siue certa species?*

2 *Contractus innominatus sequitur naturam contractuum nominatorum, qui sibi similantur.*

1 TV scis, quòd inuecta† & illata in domo locata sunt
locatori tacitè obligata, vt in titu. quib. mod. pig.
vel hipo.ta.contra l.certi iuris.C.locati. cum simil. mul-
tis. Sed quæro, an hoc sit verum, siue locatio facta sit pro-
pter pensionem soluendam in pecunia numerata, siue
propter pensionem in specie soluendam? Tu habes in tri-
bus locis. Primò in Specul. titu. de loca.§.postquam. col.
vj.nu.24.& 27.versi. porro. qui dicit quòd non: sed solùm
quando pensio est in pecunia. mouetur, quia tūc non est
locatio.l.j.§.si quis seruū.ff.deposi. & l.ij.ff.loca. & l.si olei.
C.eodem. ergo, &c. Glos. ordinaria, & singularis in §.item
seruiana. Institu. de actio. tenet contrarium. Bald. in l.j.
ff.loca. in lect. quam fecit Papiæ, dicit illam glossam esse
æquiorem dicto Specu. & dicit verum. probatur per glos.
in l.licet. & l.exceptio.C.loca. & in dicto cap. propter ste-
rilitatem.eo.titu. quod nota. Secundò probatur per ca-
sum expressum in l.si gratuitam.ff. quibus modis pig. vel
hipo.contra. & illum text. tene menti, & ille est singularis
iuncta gloss. vbi non est pecunia: & habet locum eadem
regula. Vltimò facit regula. l.naturalis.§.sed si facio.ff.
2 de præscriptis verbis. contractus † enim innominatus
sequitur naturam contractuum nominatorum, qui sibi
similantur.

ADDITIONES.

Adde quòd istam opi. tenet expressius Bal. in d.l.certi iuris. in ij. q.C.loca. & in l.item quia. in iij.limi.ff.de pact.

Et hanc vt magis veriorem & communem approbant Ang. Areti. Ias. & Lud. Gomes in dicto § itē Seruiana. in gl. in verbo, quis Soci. in rep.cxcij.fal.fi. Neguza. in trac. de pig.iiij.memb. ij.parte princi.xij.casu, tertia amplia. Nicol. Pign.

CCXXXVII.

1 *Conditio adiecta vni legato censetur tacitè repetita in alio legato facto eidem personæ, & in eodem testamento. fallit, si tacitè subintelligatur. 4.*

2 *Legatum pro dote, intelligitur factum, quando mulier erit nubilis ætatis.*

3 *Aetas nubilis in muliere duodecimo anno perficitur.*

DIco tibi vnū, in quo in ciuitate Perusina plures docto
res consuluerunt. Tu habes l.in repetendis. & l.si tibi
purè.ff.de lega.ii. & l.cùm seruus.ff.de condi. institu. cum
1 simil. quod conditio † adiecta vni legato censetur tacitè
repetita in altero legato facto eidem personæ, & in eodē
testamento. Modò testator legat filiæ suæ pro dote centū,
2 si quando nupserit, fuerit nubilis ætatis, quæ cōditio† in-
telligitur in ipso legato dotis, vt l.hæc conditio.j.ff.de cō
ditio. & demonstra. & l.quod pupillæ.ff.quando dies lega.
3 ced. & ideo† debet spectari annus duodecimus. l.mulieré.
ff.de ritu nupt. Deinde legauit purè domum: an in hoc le
gato videatur repetita conditio in primo posita? Domini
mei Ioan. de Imo. & Paul. de Cast. consuluerunt quòd sic.
Alij, scilicet, Flori. de sancto Petro, & Io. de Ana. contra-
rium, & hos vltimos ego fui secutus: allegaui casum singu
larem in l.si iudicet.§.fina. de condi. & demonst. conditio
4 † enim quæ apponitur, & quæ tacitè subintelligitur, nū-
quam, in secūdo legato intelligitur repetita. casus est ibi
mirabilis. tene menti.

ADDITIONES.

Ad hoc vide Pau. de Cast. pulchrè distinguentem in consilio suo cccevuij. circa vltima verba, incip. viso facto & dubiis in antiquis. Vide Ludo. met. in terminis, in consi.xvij. Vide Ioan. de Ana. in consi.vi j. incip. viso puncto, & his quæ in eo continentur, vbi Ludo. Bolog. in additio. dicit bonum verbum in

materia

materia,quod ad hoc,vt fiat repetitio in legatis,seu in aliis dispositionibus, requiritur quòd repetitio conditionis congruat secundo legato, siue secundæ dispositioni. Vide etiam Ioan.de Anan.consi.xxxvj.incip. viso puncto & aliis videodis.circa vltima verba.

Adde Deci.consi.cxc.circa primum.col.ij.& iiij.in fi. Et quando conditio intelligatur repetita,tradit Bar.in dicta l.in repetendis.& in l.Seiæ.§.Caio.ff.de fund.instru. & in consil.xxvij. & consi.xxxix. Alexan.consi.lxvj.viso. lib.ij,Soci. in l.fina.ff.de reb.dub. Aret.consi.j.& Io.Dilect.de arte testã.caut.lvuj.tit.de lega.Et adde infrà sing.delxxij.scis quod. Nic.Pig.

CCXXXVIII.

1 *Instrumentum non probat,si in eo desit dies & locus, nisi probetur eos in originali adesse.*

1 TV scis, quòd instrumentum non†probat,nisi in eo sit dies & locus,vt in cap.inter.de fide instru.& de re iudi.c.j.lib.vj.& in glo.in l.generali.C.de tab.lib.x.cum simi.Quod est verum,nisi probetur quòd dies,seu locus est in origioali,licet sit in instrumento omissus. singulare dictum Specu.in titu.de instru.edi.§.instrumentum. versic. quid ergo si in notula. nu.8. & ita pronuntiaui in magna causa,& est mirabile. allegat l.si quis ex argentariis.§.si initium.ff.de eden.sed parum facit,& si vellemus discotere,fortè non est verum.

ADDITIONES.

Adde pro dicto Specu. gloss.in §.fina. in verbo,protocollum.in authen.de tabel.& videtur sequi Felin.in cap.j.colum.v.de fide instrumen.

Adde quòd consi.Roma.est nu.165.liber registri. & Spec. sequitur Barto.in authen.at si contractus.col.j.C.de fide instru. & in repeti.d §.si initium.col.ij.vbi Alexan.col.penul. & commu.docto.vt per Lanfran.in c.quoniam contra. in verbo, instrumentorum produ.nu.57.de proba.de quo latè per Deci. post Alex.in auth.si quis in aliquo.vj.fallen.C.de eden. & in c.cum causam.iiij.fallen.post Feli.de proba. Hipp. de Marsi. in rubri.C.de proba.col.xlviij. Nico.Pig.

Vide hæc latius per Guido.Papæ decisio. Grationopoli. cccclxxxij.reperitur.in princip.Et per Didac. Couarru. in practicis quæstio.c.xx.versic.quartò eadem ratione.& an locus sit de substantia instrumenti, habetur decisio. Capel.Tholosa. ccccxcj.vbi latè per Aufrer.vbi etiam tradit,quid dicendum de loco loci. Gab.Saray.

CCXXXIX.

1 *Instrumentum an sit de falso suspectum ob diuersitatem scripturarum,vel manuum?*

1 AN diuersitas scripturarum,†vel manuum,reddat instrumentum suspectum de falso? Dic quòd sic. casus est singularis & vnicus,in auth.de trié.& sem.§.quod & sæpe.Bal.dixit illum non esse alibi in l.contractus.C.de fide instrumen.Sed similis est in cap.inter dilectos.eo.titu.miror de isto patre nostro.

ADDITIONES.

Intellige diuersitatem manuum facere suspitionem, quando est diuersitas inter scripturam,& subscriptionem,quæ dicit omnia esse de eadem manu.& ita intelligitur c.inter dilectos.hic alleg.Et quomodo possit tolerari diuersitas scripturarum, vide per Feli.post alios in d.c.inter dilectos.col.pe.& fi.

Adde per Ias.in l.admonendi.col.lvj.ff.de iureiur. Nic.Pig.

CCXL.

1 *Conueniri possum in loco,vbi procurator meus generaliter constitutus contraxit,licet ille à dicto loco recesserit.*

1 PRocurator meus contrahit Romæ & recedit:†ego ibi possúmne ratione contractus per procuratorem generaliter constitutum celebrati conueniri? Dic vt per Guliel.in l.eum qui.ff.de consti.tu.pecu. At nil dicit. sed est casus singularis in l.hæres absens.§.apud Labeonem.ff.de iudi.quòd sic.tene menti.

ADDITIO.

Et ibi Paul.de Castr.& Alexan. & Cremen. singul.lxxvij. Nicol. Boër.qui alios citat decisio.cxiiij.Florentinus.& Moder.Arnu.in tracta.de mercatu.titu.vlti.secundæ part.principa.nume.21. Nico.Pign.

CCXLI.

1 *Curator potest dari pupillo ad iudicium,& ad negotia.*

1 TV habes,q†curator potest dari pupillo ad iudicium: Sed an detur ad negotia,quid dices? Dic quòd sic.casum habes singularē in l.j.§.si curator.ff.de eo qui pro tu.

ADDITIONES.

Et ibi Bal.& Alex.in l.qui habet.§.si pupillus in addi.ff.de tutel. & tenet Bar.nõ allegãdo.d.§.in l.curator.ff.de tut.& cur.da.ab his.& gl.fi.in § penul.vbi doct.tradunt, Institu. de curato. Nico.Pign.

Sed an curator generalis possit dari ad lites præsentes & futuras adulti?vide decis.Capel.Tholosa.lxxij.& ibi Stepha. Aufrer.latè prosequitur. Gab.Saray.

CCXLII.

1 *Negotiorum gestor potest recedere à gestione quando vult, si non animo omnia gerendi acceperit,& in recessu dominum minorem certiorare debet,ne aliàs teneatur ad interesse.*

1 NEgotiorum gestor potest recedere à gestione† quando vult,si non animo gerendi omnia accepit.Sed an tunc in recessu debeat dominum certiorare, ne aliàs teneatur ad interesse?In negotiis maioris nunquam reperi.& in l.fina.C.de nego.gest.& in l.si pupilli.§.videamus. eodem titu.parum de hoc dicitur. Sed in minore habes casum singularem quòd sic.in l.j.§.fina.de eo qui pro tuto.tene menti.

ADDITIO.

Adde Sali.Fulg.& Alex.in l.tutori.C.de neg.gest. Nic.Pig.

CCXLIII.

1 *Procuratorem meum Titium constituo, & si procurator esse noluerit,constituo Sempronium : an si Titius acceptauerit , & postea renuntiauerit,Sempronius procurator esse possit?*

1 COnstituo Titium procuratorē, & si nollet† esse procurator, constituo Sempronium : ille acceptauit :& posteà ex causa renuntiauit : an Sempronius possit esse procurator? Istam quæstionē habui de facto Romæ. Certè Dy.& Bal.in l.tutoribus.ff.de testa.tut. concludunt singulariter quòd non,per tex.& glo.ibi.

ADDITIO.

Hanc quæstionem examinant doct.in l.post aditam.C.de impube.&c.& in l.quidam testamēto.ff.eo.tit.& in l.cum sub hac, ff.de condi.& demon. Nico.Pign.

CCXLIIII.

1 *Vasallus non defendens dominum in pugna priuatur feudo.*

2 *Vasalli si duo fratres sint eiusdem domini, & vnus tantùm dominum in pugna defendat,alter verò non , an virtus fratris defendentis conseruet alterum fratrem indemnem?*

1 SI vasallus non defendit dominum†in pugna, priuatur feudo.Sed pone quòd duorum fratrum vnus non defendit:alter verò tantum defendit,quantum si etiam existeret ibi alter frater,propter nimiam eius virtutē:an frater

2 †non defendens debeat priuari? Dic quòd virtus incredibilis fratris conseruat fratrem indemnem. Bal. singulariter in cap.j. in princip.colum.iiij. nume.12.quibus mod. feu.amit.allegat l.si is qui duos.ff.de liber.leg. Scio quòd non est verum.

ADDITIONES.

Videtur quòd dictum Bal.non bene recitetur.nam in libro meo dicit,quòd per negligentiam vnius ex duobus vasallis nō priuatur,qui fuit diligens:sequitur Felin.in c.cùm super. col.ij. ante finem.de offic.delega. vbi vide si faciant ea, quæ paulo ante ibidem dicit.ad istud dictum faciunt quæ dicit Aretin. consi.xxix.

Hoc comprobat Matth.de Afflict. in dicto c.j.col.penul in fi. & in titu.de alien.feud.§.& si clientulus.nume.20. vbi infinita cumulat quæ ratione agnationis & consanguinitatis permittuntur.Hippol.de Marsil.& ipse comprobat in rubri.ff.de fideius.sub nu.288.Nico.Boër.deci.ccc.cixce. Nic.Pig.

Id pluribus prosequitur & comprobat Hippol.de Marsil.in l.de minore.§.tormenta.nu.11.ff.de quæst. Gab.Sar.

* Adde quòd hoc dictum Baldi in d.c.j.refert pro sing. & sequitur Ias.in l.j.in j.notab.C.de transact. vbi dicit, quòd est

fortis decisio & in l. si emancipati. C. de collar. vbi multa simi lia ad hoc aggregauit, quæ ante eum collegit Feli. post Barba. in c. j. de præscript. & in rubric. de offic. delega. & bene facit quod in simili decidit Ange. in §. j. ad fin. in authen. vt lic. matri & auiæ. scilicet quòd si lata est sentẽtia super ciuilitate vnius Mediolanensis, qui habet multos fratres ex eodem patre, talis sententia probat quòd omnes sint ciues Mediolanẽ. Contrarium tamen verum putarem, quia ex quo semel iste fugiendo deliquit, venit puniendus. quod potest confirmari ex his quæ in similibus terminis de hæredibus emphyteutæ, quorum vnus soluit, alter non, latè refert Ias. in l. ij. quęst. viij. C. de iure emphyteu. & in legib. allegatis per Bal. nullus deliquerat. Et propterea Mar. Laudens. in d. c. j. sub dubio tamẽ, tenuit contrarium, nisi feudum esset indiuiduum, vt ducatus & marchionatus, cuius opinioni videtur adhærere Feli. in d. c. j. col. v. de præscript. vbi omnia similia sua limitat non procedere in materia indiuidua. & ad hoc bene faciunt aliqua similia quæ tradit Ias. in l. hac consultissima §. ex imperfecto. C. de testa. Secundò dictum Bal. posset saluari procedere in casu in quo vnius fratris tantum seruitium sufficeret. iuxta l. sororem. cum simil. C. de his quib. vt indig. aliàs secus. l. si plures. C. de conditio. insert.

CCXLV.

1 *Religiosus non potest esse executor testamenti sine consensu sui superioris. Et quid si fuerit creatus, & exercuerit absque consensu sui superioris, an gesta per eum valeant?*

2 *Miles procurator esse non potest, tamen nemine opponente si exerceat, valent gesta per eum.*

1 Religiosus non potest esse executor testamenti † sine cõsensu sui superioris. cap. religiosus. de testa. lib. vj. & in cle. vnica. eo. titu. Sed quid si fuit creatus, & executus est absque consensu superioris, an gesta per eum valeãt? Posset dici quòd non, per l. non dubium. C. de legi. In cõtra-
2 rium facit, quia † licet miles non possit esse procurator, tamen si nemine opponente exercuerit, valent gesta per eum. Sed hæc nihil faciunt: quia miles habet velle & nolle, sed religiosus non habet velle neque nolle. c. non dicatis. xij. q. j. & d. capi. religiosus. Sed ego inuenio Fede. de Senis consil. cclxxxiiij. vbi seipsum correxit in eo, quod in alio consil. temerat: & ibi determinat hoc dubium, & dicit, quòd valent, licet non consentiat superior, dummodo non cõtradicat. mirabile dictum est. serua memoriæ: quia faciet tibi honorem. Do. Ant. de constit. non recordor in quo cap. facit magnum festum de hoc.

ADDITIONES.

Ad hoc vide Barto. in l. à filio. ff. de alimen. & ciba. leg. & ibi Alexan. in apostil.

Idem Roma. consi. ccxxv. quoad primum. in iiij. dubio. & in cõsilio ccccix. quo ad primum. ij. dubio. Ias. in l. patre furioso. colum iij. ff. de his qui sunt sui, &c. Hipp. in l. si quis ne quæstio. col. xvij. ff. de quæstio. & in practi. crimi. §. sequitur. col. ij. Feli in c. decernimus col. j. & ibi Deci. col. vij. de iudi. vbi comprobans per plura similia. Nic. Pig.

CCXLVI.

1 *Procuratores duo si insolidum constituantur, cum clausula, quòd occupantis conditio melior non sit, sed quod vnus incœpit, alius finire possit: si vnus litem sit contestatus, an alius testes producere possit?*

2 *Limitatio ad c. si duo. de procur. in vj.*

1 Constituuntur duo procuratores insolidum † cũ clausula, quòd occupantis non sit melior conditio, sed quod vnus incœpit alius finire possit: vt in cap. si duo. de procura. lib. vj. & in l. si pluribus. ff. eo. titu. & l. si cum procuratorio. §. fi. Pone quod vnus contestatus est litem, alter vult testes producere. an possit? Dic quòd aduersario cõtradicente, vel absente, illa clausula nullum habet effectum. singulare dictum est Ioan. Andr. qui refert ita disputasse Mar. Sil. in c. in nomine domini. de testi. in nouella. inter Legistas soli Bal. notum in l. si quando. q. viij. C. de testi. quod not. perpetuo tu caput grossum. Et istud est dictũ satis rationabile, per l. ne in plures. ff. de exerci. actio. Sed
2 † illud est verum ex parte rei: secus si ex parte actoris: in principio enim ibi dicitur nõ licet distrahere, secus ergo ex postfacto. & ideo nota, & limita dictum c. si duo.

ADDITIO.

Adde Abb. in d. c. in nomine. col. fi. versi. vltimò ponit hic Io. Andreæ. Feli. in vj. q. col. x. Deci. in fi. Nic. Pig.

CCXLVII.

1 *Vsusfructus si Titio legetur vsque ad decem annos Sempronij, mortuo Sempronio ante decimum annum, an extinguatur?*

Lego Titio vsumfructum vsque ad decem † annos Sempronij: moritur Sempronius ante decimum annum, an extinguatur vsusfructus? In hoc plus quàm quinquies consului. Et videtur extinctus: quia extincta persona terminante extinguitur vsusfructus terminatus. Vel, relinquo vsumfructum filio donec alter filius furiosus erit in furore, an mortuo eo extinguatur vsusfructus? Dic quòd non, sed durat primo casu vsque ad illam ætatem: secundo vsque ad mortem vsufructuarij: casus est singularis in l. ambiguitatem. C. de vsufruc.

ADDITIO.

Et ibi Bal & Castren. dicunt non reperiri alibi. doct. in l. si cui legetur. §. hoc autem. ff. de leg. j. vbi amplè examinant, an tẽpus certæ ætatis in legato appositum faciat illud cõditionale, vel in diem. Nico. Pign.

CCXLVIII.

1 *Soror, si ex statuti dispositione, ex testamento fratris existentibus filijs fratris, nisi tertiam partem habere possit, vtrum, si ei relinquatur bonorum dimidia, sub conditione, si dederit mille hæredibus suis, & mille sint vltra tertiam partem, possit medietatem relictam habere?*

2 *Intellectus l. sed si hoc. §. cuidam. ff. de condi. & demon.*

Filius naturalis extantibus legitimis non potest nisi ter-
1 tiam partem habere. Vel pone ex forma statuti, † quòd soror ex testamento fratris existentibus filijs fratris non possit habere nisi tertiam partem. Modò pone quòd relinquatur sibi medietas sub conditione, si dederit mille hæredibus suis, & mille sint vltra tertiam partem, an possit medietatem relictam habere? Dic quòd sic: quia recipiendo illud infra, tantundem de suo soluit. Casus est singularis in l. sed si hoc. §. cuidam. ff. de condi. & demon. Et
2 illum † tex. intellige secundum l. Plautius. §. item scinditur. eodem titu.

ADDITIONES.

Adde quòd plura similia per illum text. ponunt Alex. & Ias. in l. non amplius. ff. de leg. j. Bar. Alex. & Rip. in l. vbi purè. §. fi. ad Trebel. Soci. in l. fructus. col. ij. & ibi Ias. col. fi. ff. solu. mat. Ias. l. cum quædam puells. col. ij. versic. tertio cum. ff. de iuris. om. iudi. latè per Andr. Tiraquel. in tracta. de retractu consanguini. §. xv. glo. j. nume. 5. post eos quos allegat. Et adde suprà singu. ceiij. Nico. Pig.

Adde Do. Stepha. Bertran. in l. hac edictali. nu. 33. C. de secũ. nup. vbi per hoc singulare Romani dicit, quòd si vxor donet secũdo marito vltra mensuram illius legis sub conditione, si dederit filio primi matrimonij, vel alteri centum, vel tantũ de suo, quod illo deducto non excedat mensuram, quòd tũc non habebit locum dispositio d. l. hac edictali. per dicta per Roman. hic, & per l. sed & si hoc. §. j. cum ibi notat. ff. de conditio. & demonstratio. Gab. Sar.

CCXLIX.

1 *Testator si vni leget fundum, item eidem æstimationem vsusfructus omnium bonorum suorum, an legatarius habere debeat æstimationem vsusfructus dicti fundi?*

1 Lego Titio fundum: item † eidem æstimationem vsusfructus omnium bonorum meorum: debeb ne Titius habere æstimationem vsusfructus dicti fundi specialiter sibi legati? Legista induceret materiam. l. Mæuius. §. duorum. ff. de lega. ij. duarum causarum lucratiuarum. Nihilominus contrarium est verum: quia debet habere æstimationem vsusfructus etiam fundi. casus est singularis in l. si alij. §. rerum. ff. de vsufruct.

ADDITIO.

Ad istud faciunt quæ dicit idem met Ludo. consilio suo cccvij. incipien. pro habenda plena decitione. in secunda columna. Nicol. Pigno.

CCL.

1 *Protestationem esse mihi factam an per meum iuramentum probetur?*

TV repetis rem commodatam: ego dico mihi protestatum per legitimam personam, an † hoc probe-
1 tur per iuramentum? Dic quòd sic: casus est singularis in l. si quis. ad fi. C. depositi. & ibi Bar.

ADDITIO.

Adde eundẽ Roma. & ibi docto. in l. non solùm §. morte. ff. de dam. infect. & in cap. cùm M. de consti. Ias. in l. si fideiussor. §. fina. qui satisda. cogan. Et casus in quibus iuramentũ faciat probationem, colligit Hippol de Marsil. in rub. C. de probatio. colum. xxij. & sequen. Nic. Pign.

CCLI.

1 *Mulier secundò nubens infra annum luctus, punitur: & quid si nubat de consensu mariti, vel filiorum primi matrimonij, an euitet pœnas?*

2 *Mulier secundò nubens facit iniuriam animæ primi mariti.*

1 TV scis, quòd si mulier † nubat secundo viro infra annum luctus, punitur pœnis de quibus in l. j. C. de secun. nup. de iure ciuili. Post annum verò pœnis de quibus in l. fœminæ. & l. generaliter. C. eod. titul. Sed pone quòd mulier nubat secundo de consensu mariti in testamento dantis licentiam, an tales pœnæ habeant locum? Bal. ponit in l. filium quem habentem. C. fami. erciscun. & in l. j. C. de secun. nupt. Et quicquid ipse dicat, do vobis veram conclusionem quòd aut maritus permittit, quòd nubat infra annum, & tunc non euitat pœnas iuris. & moueor ratione, quia nubere infra annum est contra bonos mores de iure ciuili. casus est singularis in d. l. j. ibi, ne in his, in quibus correctionem morum. sed in hoc testator non potest disponere, vt l. turpia. & l. si quis inquilinos. ff. de leg. j. Aut de permissione viri nubit post annũ, & tali casu non incidit in pœnas. Bal. allegat. § disponat. in auth. de nup. qui nil facit. ego do gl. singularem in verbo, siue viæ. in §. vnum itaque. in auth. eo. Et quòd sit vera, probatur, ratio
2 quare mulier, si post annum nubat, punitur, est, † quia facit iniuriam animæ primi mariti per secundas nuptias. in authen. de nup. §. quæ verò. versi. nos igitur. sed marito permittenti nulla fit iniuria: vt l. j. §. vsque adeo. ff. de iniur. & in regula scienti. de regu. iur. lib. vj. ergo cessat pœna. Sed quid si nubit de cõsensu filiorum primi matrimonij? Angel. in l. mater. C. ad Tertul. dicit matrem euitare pœnam. alleg. gloss. singularem in authen. de non eligen. secun. nuben. §. j. in versicu. copulantur. & per hoc consuluit Florentiæ. Moueor etiam ratione: quia per secundum matrimonium facit iniuriam filiis primi matrimonij. §. prospeximus itaque. in authen. de non elig. secundò nuben. & in authen. de nup. §. soluto. sed hoc cessat filiis cõsentientibus, ergo cessat pœna.

ADDITIONES.

Et idem Roma. consi. ccxix. ex themate. col. j. Cremen. sing. lxxv. si maritus. Cæpol. caute. ccxxxviij. si mater. Socin. in tract. fallen. regul. cclxxij. Ias. in d. l. filium quem. col. v Nicol. Euer. in loco à lege ad testatorem. Ioan. Coras. lib. iij. miscella. c. j. latè Dec. in rub. C. de secun. nup. & consi. ccvj. & Nic. Boër. decisi. clxxxv. quo ad secundam. post multos quos allegant & discrepant solum in primo casu. & Ioan. Duran. de arte testan. ti. de lega caut. xviij. mulier. Nic. Pig.

Latissimè hoc tradit Io. de Garronibus in rub. C. de secun. nup. in ij. parte. de remediis pro euitando pœnas secundò nubentium. col. vij. nu. 5. & in l. j. nu. 63. versi. addo quòd idem. & nume 6;. C. eo. titu. Gab Saray.

* Adde quòd pœna d. l. fœminæ. C. de secun. nup. est, quia si moriatur vnus filius ex primo matrimonio mater succederet pariter cum filiis, & fratribus defuncti vtrinque coniunctis, in plena proprietate pro virili portione, vt in authen. de hæred. quæ ab intesta. defer. § j. & in authẽ. in successione. C. de suis & legit. & in authen. defuncto. C. ad Tertul. & hoc procedit si non transiuisset ad secunda vota: sed si transiuit antequam succederet filio, vel etiam postea, efficitur de proprietaria in effectu vsufructuaria, & ea mortua omne id in quo successit, acquiritur filiis primi matrimonii: nec de eo potest testari, vel aliter disponere: vt est casus in d. l. fœminæ & in auth. de non eligen. secun. nuben. §. j. cum simi. & non solùm id procedit in matre, verum etiam in patre transeunte ad secunda vota, vt teneatur reseruare filiis primi matrimonij id in quo successit filio. vt not. glos. in rubri. prædicta de non eligen. secun. nub. & not. Azo in summa. C. de secun. nup & Bar. in d. l fœminę. Item nota quòd quando alter coniugum vult transire ad secunda vota, & euitare pœnam d. l. fœminæ. cautela est, vt petat licentiam ab altero, qua concessa si transit ad secunda vota post annum à morte coniugis, non incidit in aliquam pœnam: secus si intra annum: vt singulariter not. Bald. in d. l. j. C. de secun. nup. Ista omnia clarè procedunt de iure ciuili: sed de iure canonico secus. secundum Bald. in rubri. de constitu. in vlti. quæst. & latè tradit Feli. in c. quæ in ecclesiarum. & in ea. ecclesia sanctæ Mariæ. eo. titu. versicu. quarta declaratio. Tamen in contrarium fortiter vrgere videtur aliud singul. dictũ Baldi in l omnem. C. ad Tertul. vbi decidit, quòd licet non valeat statutum laicorum, puniens contrahentem matrimoniũ cum filiafamiliàs sine consensu patris, vt tradit Ioan. And. in c. statutum de hæretic. lib. vj. & firmat Alexan. consi. lix. viso instrumento & titulo quæstionis. lib. j. tamen quia tale statutum concernit bonos mores omnium, & maximè prudẽtum, tenet. quod Bald. dictum pro singul. commendat & sequitur Andr. Sicul. in tracta. de præstan. Cardinal. in ij. quæstio. j. partis. cum his quæ latè tradunt Alexand. & Barbat. in addit. ad Bal. in d. l. omnem. & latè consuluit Alexan. consi xcvij. principalis dubitatio. lib. j. tu de his latius vide per Catellia. Cott. in memoralib. verb. nuptiarum causa.

CCLII.

1 *Fideiussoris datio pro dote restituenda, an faciat cessare beneficiũ authen. res quæ. C. communia de legat.*

2 *Dotis conditio per mulierem fieri nequit deterior.*

EGo habui casum mirabilem in materia authenti. res quæ. C. communia de lega. dedit enim maritus fideiussorem pro dote restituenda, secũdum formam statuti Florentinorũ: mortuo viro in casu restitutionis dotis, dubita-
1 tur, an † datio fideiussoris faciat cessare beneficium illius authen. Facio rationes: primò, patrimonium fideiussoris & principalis efficitur vnum. vt l. si plures. §. preterea. ff. de fideiusso. ergo si superest de patrimonio fideiussoris, non habet locum beneficium illius authen. Secundò, inuecta & illata sunt tacitè obligata pro pensione. §. item seruiana. Instit. de actio. sed hoc facit cessare datio fideiussoris. l. penulti. ff. qui. mo. pig. vel hypo. sol. ergo & hoc casu. nõ enim alia de causa potest dicta authẽ. habere locũ, quòd fiat solutio de bonis restitutioni subiectis, nisi quando vxor non habet aliud remedium, sed hæc ratio cessat hoc casu, ergo &c. Tertiò mouebar per casum singularem in l. j §. illud sciendum. ff. de separatio. datio enim fideiussoris facit cessare beneficium diuisionis, ergo & idem hoc casu. Penultimò facit l. fin. C. de pact. conuen. in ratione sui. Postremò allegabam l. & habet. §. cum quis ff. de precar. quia prouisio hominis facit cessare prouisionem legis. Sed gloss. singu. in dicta l. fina. dicit, quòd prouisio mu-
2 lieris non facit cessare prouisionẽ legis. facto † enim mulieris non poterit fieri deterior conditio in dote mulieris. l. Attilicinus. ff. de pact. dota. cum similib. & pro certo illa gl. verissima fecit me non consulere.

ADDITIONES.

Et quòd isto casu habeat locum hæc auth. tenet Ias. in auth. res quæ. col. xj. versi. xv. extende. Paul. de Castr. in consi. xiij. quia per suprascriptum. ad fin. & plenius consil. cxxx. circa ea quæ superius. vbi pro hoc adducit sex principales rationes.

Et opin. Rom. hic tanquam magis fauorabilem mulieribus disputat, & tenet Io. Lup. in repe. rub. de dona. inter vir. & vxor. §. xiiij. & super tex. §. xj. Nicol. Pig.

CCLIII.

1 *Sententia si cassetur, vel nulla pronuntietur ad eius petitionem, cuius nil interest, an prosit illis quorum intersit?*

1 AN si sententia cassetur, vel pronũtietur, † aut nulla declaretur ad petitionem eius, cuius nil interest, prosit illis, quorum interest? Dic quod sic, secundum Innoc. singulariter in c. in nostra. de procur. allegat l. posthumus. §. si quis ex his. ff. de inoffi. testa.

ADDITIO.

Et idem Roma.consi.cccxlvij.quoad.in fi.Et circa intellect.d.§.si quis ex his, vide ibi Bar.& alios.Corse.singu.ccclv.versic.sententia.xv tu habes.eundem Roma.Alex.Ial. & alios in l.si Titius.ff.de verborum obliga.latè Alexan.in l.sæpe.nu.30.ff.de re iudi. Nico.Pig.

CCLIIII.

1 *Procurator primus per constitutionem secūdi reuocatur. Et quid si duo instrumenta procuratoria eodem die confecta producantur ita quòd non appareat, vtrum prius fuerit factum, quodnam præferendum?*

1 TV habes, quòd per constitutionem secundi† procuratoris primus reuocatur, vt in cap.non iniustè.de procura.l.si quis cum procurator.ff.de procura. Quid si producātur duo instrumenta procuratoria eodē die confecta, ita quòd non appareat quoduam prius factum fuerit, quod præferatur? Et videtur quòd vterque procurator admittatur, cum hoc sit domino vtile, vt l.j.ff.de procura.melius enim & cautius tractabunt causam, cùm melius quatuor oculi, quàm duo videant, vt in cap.prudentiam.de offic.deleg. Secundò videtur quòd idoneior admittatur, vel.in reficiendo.ff.de dam. infect l.si plures.ff.de accusa. In contrarium videtur, quòd propter incertitudinem mutuo confundantur. argu.l.duo sunt Titij.ff.de testamen.tute.& l.quoties.ff.de vsufruct. Hæc quæstio fuit Romæ inter dominos meos, & quidam aduocati allegabant, quod dicitur de duobus testamentis, per Bart.in l.j.§.ne autem.ff.de bono.posses.secundum tabul.& l.fi.C.de ædi.edi.& gl.in c.duobus.de rescri.lib.vj. Sed demum ego comperi quæstionem in propriis terminis. per Ioan.And.in addi.Specu.titu.de procura.§.ratio.col.penult.verbo, de hoc. dicentis, quòd isti mutuo se confundunt, secundum gl.singularem in c.si quis iusto.de elect.lib.vj.& ita fuit Romæ decisum.

ADDITIONES.

Adde Dominicum in cap.si duo.in prin.in ij.col.de procurat. in vj.& Oldra.consi.j.in iij.col.facit quod notat Bart.in l.j.circa medium.ff.de procura.allegando l.duo sunt Titij.ff.de testa.tute. Sed istud limitatur duobus modis per Sande. in cap.imputari.in princi.de fide instru. vt procedat nisi in vno instrumento daretur minor potestas, quàm in alio, secundum Bal.in l.falsus.in xiij.col.versi.scias etiā.C.de fur. per l.Sempronius.de leg.ij. Secundò procedit, nisi in aliquo illorū instrumentorum esset clausula, Non per hoc reuocando aliquem alium suum procuratorem, secundum Ioan.And. in d.versi.item quòd licet plures.

Adde quòd istud fuit originale dictum Oldra.consil.j.colum.ij.versic. attenta. quem sequuntur idem Ioan.And. & docto. in dicto c.si quis iusto. Alexan.in l.si quis ante.& ibi Socin. in ij.notab.ff.de acquiren.posses.Hippol. in rubri.C.de probatio.col.lxiij.latè Nic.Boër.deci.parlamen.cccxj.do.Petrus. post eos, quos alleg. Nic.Pig.

CCLV.

1 *Limitatio ad l.fi.ff.de hæred.insti.*

2 *Testamentum secundum à testatore falsò rumore ducto confectū, comperta rumorum falsitate est inualidum quo ad institutionem, & etiā quo ad legata, si ea adeò magna sint, quòd quasi totam substantiam exhauriant.*

1 ITem limita l.fi.ff.de hære.insti.dum† dicit, quòd si testator facit secundum testamentum falso rumore ductus,
2 comperta rumoris falsitate secundum testamentum† est inualidum quo ad institutionem hæredum: legata antē firma remanent: vt illud sit verum, nisi legata adeo magna essent, quòd exhaurirent quasi totam substantiā defuncti: tunc enim vitiatur secundum testamētum etiam quo ad legata.hoc dicit Barto.solum in vno loco singulariter, scilicet in l.demonstratio.§. quod autem iuris.ff.de condi.& demon.

ADDITIO.

Adde circa intellectum illius l.fi.doct.in d.l.fi.Bartho Soci.post alios in d.§.quod autem.Rip. in l.si vnquam.q.xvij.C.de reuoc.dona. Nico.Pign.

CCLVI.

1 *Hospitalitatum præteritorum annorum æstimatio an peti possit ab eo, cui promissum fuit, quòd omni anno bis certo loco cū hospitabitur, si per plures annos illuc non venit?*

VEni. Promitto ego Senensis te Florentinum omni an-
1 no bis hospitari. Accidit quòd † pluribus annis Senas non venis, & propterea petis æstimationem hospitalitatum annorū præcedentium, quæritur an possis? Quilibet diceret quòd sic, per titu.ff.de alimen. & ciba. leg.l.is cui annua. vbi de hoc videtur text. Sed contrarium est verum secundum Ioan.Andr.in additio.Specu.in titu.de censi.§.final. in additio. maiori. vbi refert ita disputasse Richar. Malumb. & Mart. Silim.suos magistros in legib.quod nota. Et per dicta ibi per Ioan.And. feci fundamentum in vno meo consilio his diebus procedendo de similibus ad similia.

ADDITIO.

Quod consi.est nu.417.in proposito.col.j. Nico.Pig.

CCLVII.

AN sit locus compēsationi.lege plenius ‡.sing.cccccli. quod hic duplabatur.

CCLVIII.

1 *Vxor si virum semper frigidum fuisse alleget, ipse verò dicat frigiditatem post matrimonium prouenisse, cui incūbat onus probādi ipsam frigiditatem?*

1 ITem quæro: quæstio vertitur inter virum † & vxorem: quia mulier dicit eum esse frigidum, ipse dicit frigiditatem prouenisse post matrimonium, & carnalem copulam: ipsa dicit quòd non, quia semper fuit frigidus: cui istorum incumbat onus probādi frigiditatem? Dic quòd mulieri. gloss.est singularis in c.quod autem.xxxiij.q.j.

ADDITIO.

Et in dubio præsumitur frigiditatem præcessisse matrimonium. Hostien.in summa.§ quæ potentia. versicu. quid si dubitetur. & decisio.Capel.Tholosan.ccclxxx.iij.dubio. & ibi Stepha.Aufrer. Nico.Pig.

CCLIX.

1 *Statuto Senensi disponente quòd de damno dato stetur iuramento damnum passi, an si Florentinus Senis conueniatur ratione delicti, possit iuramentum deferri ad fundandam intentionem actoris Senensis?*

ALiud dico, concessum est priuilegium à Papa vel Imperatore, quòd quis iniuriam sibi factam possit per
1 suum iuramentum probare. Vel pone, statutum est † hic Senis, quòd de damno dato stetur iuramento damnum passi: an si Florentinus hic conueniatur ratione delicti, possit dictum iuramentum deferri ad fundandam intentionem actoris Senensis? Dic quòd non: secundum Ioan.And.referentem se ita disputasse in cap.Romana.§.contrahentes.de foro competen.lib.vj.in nouella.& hoc dictum solùm Bald. notum fuit inter Legistas in l.præscriptione.C.si contra ius vel vtil.publ. Facit quod not. Barto.in l.solent.ff.de alimen.& cibar.lega.& per Bald. in l.j.C.de rebus credit.

ADDITIONES.

Adde Bal.in l.j.in ij.col.C.de leg.& ibi hoc tenet Cy.idem Bart.in l.quamuis.ff.de dam.infect.& in l.eum qui.C.de procura.& vide ibi omnino Alex.& Gemi.in §.contrahentes. hic alle.col.ij.versi.& ex isto.

Hoc communiter sequuntur docto. in dicto § contrahentes.& Francis.Rip.in l.damnum.colum.penulti.ff.de damno infecto. Nico.Pign.

Idem tradit Barthol. Chassen. in commentar. consuetudi. Burgund.in j.rubri.in §.*messiers & sergens*.in ver.*en mesusage*.nume.11.Et Ioan. Baptista Plautus in repeti.l. si quando.C.vnde vi.in §.vigesimoseptimo. nu.3.versi.xxix. limita. nu.4.& nume.18.ver.xlij. Gab.Sar.

CCLX.

1 *Vulneratus mortaliter, si ab alio realiter interficiatur, primus vulnerator de morte non tenetur.*

QVidam fuit vulneratus mortaliter per ciuem ma-
1 gnum, & diuitē: & scis† quòd est pœna mortis.stabat

bat

bat autē ille, qui fuerat vulneratus, prostratus in via publica: familiaris illius ciuis iuit, & occidit eum realiter: liberauimus ciuem illum, per l. item Mela. §. Celsus ait. ff. ad leg. Aquil. & semel vidi Ange. ibi & dicit, aliâs eundem casum fuisse Florentiæ. & ex hoc lucratus sum vnam cappam de serico.

ADDITIONES.

Adde Cremen. sing. suo lvj. Feli. in cap. de cætero, de homi. Ias. in l. si ab hostibus. post Alexand. ff. sol. matri. Cæpol. in caute. v. versi. quidam. Hipp. de Marsil. in l. j. limita. av ff. de sicar. & in l. nihil. nu. 18. eo. tit. & in §. opportunè. col. ij. Ioan. Lupum in repeti. rubri. de dona. inter vir. & vxo. § lxx. colum. penul. latè per Lud. Carer. in tracta. de homicid. in § j. in iiij. q. post multos quos allegāt. In quibus locis habebis verum intellectum d. §. Celsus. & aliarum legum, quæ videntur contrariari d. §. Celsus. Limita istud singul. quo ad irregularitatem incurrendam. Nicol. Pign.

Quamuis doctores faciant tex. in dicto §. Celsus. singularem, dic tamen esse alium similem in l. huic scripturæ. §. si seruus. & ibi doctores. ff. ad l. Aquil. quem ad hoc allegat Francisc. Crem. sing. lvj. & voluit gl. in cap. significasti. ij. io ver. quòd si discerni. de homicid. vbi tamen distinguit inter ius ciuile, & canonicum. dic tamen contrarium, quia est tex. contrà ineuitabilis io l. ita vulneratus. in prin. ff ad l. Aqui. & ibi no. expressè gl. in ver. teneri. vnde Bal. in d. l. ita vulneratus. expressè notat illum text. cōtra cautelam cuiusdam aduocati iniquissimi quidam mortiferè vulnerauerat aliquem, & erat captus, consuluit aduocatus consanguineis, vt illum vulneratū totaliter occiderent, ad hoc vt ipse percussor solùm teneretur de vulnere. dicit ibi Bald. quòd istud consilium non prodest, quando est certum, quòd primum vulnus esset mortale: secus si esset dubium. & ita etiam tenet Didac. Segura in repeti. l. si ex legati causa. nu. 146. ff. de verb. oblig propterea (ait) aduocati dignum illius præmium erat laqueus. Io. de Ana. in d. c. significasti. ij. col. iiij. ver. tunc eo casu. super quo tamen vide Floria. in d. §. Celsus. & Andr. Tiraquel. in tracta. de pœn. temperan. aut remitten. caut. lij. & Gomes Aria. in l. lxxx. Tauri. Campegi. in tracta. de dote. q. iij. optimè Ferdinand. Loazes in tracta. super noua paganorum conuersione. col. lxxvij. nume. 31. Gab. Saray.

CCLXI.

1 *Iudex an vti suspectus possit à parte recusari, si aduersarius ad eius aurem loquatur?*

1 NVnquid, si aduersarius meus loquatur † ad aurem iudicis, possit vti suspectus recusari? Dic quòd potest ille iudex ex suspectus recusari, secundū Spe. singulariter in tit. de posi. §. vij. versi. quid si ponens. allegat duos text. qui parum faciunt. c. cùm ex iniuncto. de hæreti. xj. q. iij. c. nolite. ij.

ADDITIONES.

Adde quòd istud tenet Do. Ant. & alii doct. in c. accedens. vt lite non contest. Philip. in tit. de app. c. postremo. col. pe. vbi eleganter ponit quadraginta causas, quibus potest recusari iudex, inter quas ponit istam, & limitat nisi iudex reuelet illud quod dixit sibi pars.

Sequitur Io. Arno. problem. vij Lanfr. in c. quoniam contra. ver. recusationes. in h. Rober. Maran. in Spe. aureo in materia appellatio. versi. recusatio. Nic. Pig.

Sed quid si iudex reuelet parti, quod sibi ab altera secretò fuit in aure collocutū, an tunc vt suspectus recusari possit? vide Celsum Hug. in apostil. ad Lanfr. de Oria. in c. quoniam contra. in ver. recusationes. in iiij. apost incip. adde an, & per quos casus. de probat. vbi tenet quòd non possit recusari. post eos, quos ibi allegat. Sed quid si commissa sit iudici causa cognoscenda cum clausula, sine strepitu, an illa clausula operetur, quòd litigator possit loqui iudici in aure, vbi aliàs non posset iudex eum audire, nisi palam loquentem? vide Lanfran. de Oria. in clemen. sæpè. in ver. sine strepitu. de verborum signi. Gabr. Saray.

CCLXII.

1 *Depositarius tenetur de dolo. & lata culpa: commodatarius etiam de leuissima: & quo casu hoc fallat.*

1 DEpositarius tenetur de dolo & lata culpa; † commodatarius etiam de leuissima. l. contractus. ff. de regu. iur. Intellige, nisi deponerem rem custodiēdam arbitrio tuo: tunc enim depositarius nō tenetur de lata culpa, nec commodatarius de leuissima, si pariter illam custodiam in suis adhibuit. Bar. singulariter in l. j. col. ij. vers. itē opp. ff. de sol. hoc tenet per illum tex. & ibi glo.

ADDITIO.

Quem sequitur Castren. Imo. Alex. ibi in additio. Bal. in l. j. §. op posi. C. de his quæ pœn. no. Alex. consi. xlvij. circa primum. numero 7. lib. j. Deci. in d. l. contractus. nu. 35. & ibi Cagnol. nu. 38. Nicol. Pign.

CCLXIII.

1 *Tabellio compellitur conficere instrumenta, si rogetur: & quid si mandato superioris nolit conficere, qua pœna puniatur?*

1 TAbellio compellitur conficere instrumenta † si rogetur. Quid si mandato superioris nolit notarius conficere, qua pœna puniatur? Dic, quòd priuatur officio tabellionatus, secundum Bal. in l. prouidēdum. C. de postul. per illum tex. bene probantem.

ADDITIONES.

Et l. placuit. in fi. C. de colla. fun. patri. libr. xj. Idem Roma. in l. j. in princip. colum. iiij. ff. de arbitr. Alexand. in l. j. C. de tabul. lib. x. Soci. in regula cccccxxxv. fallen. lij. Io. Arnon. problema. viij. Matthæ. de Afflic. in §. potestas. col. iiij quæ sint regal. Et vltra priuationem est periurus, vt per Host. in sum. de fide instru. §. quibus. ver. sed hi. Deci. in l. inuitus. ff. de reg. iur. & in c. quoniam contra. col. iij. de probat. vbi limit. secus, quando multitudo agendorū ipsum impediret. Secundò limita, si rogaretur super contractu illicito: quia tunc puniretur, vt infrà singu. cclxxxv. pone. Tertiò limita, vt infrà singu. ccclxiij. tu habes. Quartò limita, quando prælatus, aduocatus, vel clericus factus fuisset. c. j. de simo. c. sicut. ne cleri. vel mona. vt per Soci. vbi suprà. Nic. Pig.

Faciunt quæ notat Didac. Couarru. in practicis quæstio. c. vj. nu. 4. ad fi. vbi id extendit ad aduocatum, qui iussus à superiore gratis pauperi patrocinari, id facere recusat. Gab. Sar.

CCLXIIII.

1 *Doctores salariati si à statuto prohibentur ne vadant ad allegandum, seu aduocandum, si contrafaciant qua pœna puniri debeant?*

1 PRohibet statutum, ne doctores † salariati vadant ad allegandum, seu aduocandum: quid si aduocent, vel allegent qua pœna puniuntur? Dic quòd debent deponi à matricula aduocatorum, & priuantur salario illius anni, secundum Bal. singulariter in l. placet. per illū tex. in l. fi. C. de epis. & cler.

ADDITIONES.

Quem sequitur Feli. in c. ex literis. col. iij. vbi plura similia ponit, & ibi Deci. ioj. notab. de consti. Et si statutum prohibeat aduocare, num prohibeat allegare in scriptis? Iason io l. j. ff. de ver. ob. Et quid si sint salariati? Albe. de Rota. in j. parte statu. q. clxij. Nico. Pign.

* Adde quòd si statutū prohibet doctores salariatos aduocare, quòd per hoc non prohibentur allegare in scriptis, vt per Alber. de Rosat. allegatum per coapostillatorem, ex quo nota tu scholaris, quòd licet sit statutum vniuersitatis quòd doctores legentes non possint aduocare contra scholares, non prohibebuntur allegationes in scriptis facere. item est aliud remedium, vt dēt consilii, sed in camera: quod possunt, cùm aduocare sit pandere desiderium alienum in iudicio. l. j. §. j. ff. de postul. & ibi hoc not. Bar. & doctor. in l. j. §. aduocatos. ff. de var. & extraor. cogni. Vide Cæpol. cautel. clvj. & clxxxvj.

CCLXV.

1 *Hæres lucratur fructus perceptos iudicio testatoris, nec veniunt in restitutione, nisi patrimonium testatoris pro magna parte casu fortuito perierit.*

1 TV scis, quòd fructus perceptos iudicio † testatoris hæres lucratur, nec veniunt in restitutione. l. in fideicōmissariam. ff. ad Trebel. Quod limita, vbi patrimonium

testatoris periret pro magna parte casu fortuito: tunc enim quatenus diminuitur, eatenus tenetur reficere. casus est singularis in d.l. scribit Celsus. ff. ad Trebel. quod est notabile.

ADDITIO.

Adde quòd illum text. dixit sing. Bar. ibi, & Ange. prout eum refert Alexan. in d.l. in fideicommissariam. col. iij. ver. item pro amplatione. & ibi Fran. Rip. in aiij. limita. j. regulæ. Socin. in regula clxxij. fallent. j. Limita illam l. non procedere in liberis primi gradus, secundum Barto. & Alex. vbi suprà. Et eundem Alexand. in l. postulante. §. j. eo. titul. Contrarium tamen tenent cæteri, & est verior in puncto iuris, vt per Rip. post Rapha. vbi suprà, in vij. fallent. ad l. iubemus. C. ad Trebellia. nu. 34. Nic. Pign.

CCLXVI.

Iudex nunquid possit denegare copiam allegationum iuris alteri parti?

1 *Ludouicus Roma. fuit doctoratus Bononia.*

FVit interrogatus dominus meus Io. de Imo. (tunc eram
1 scholaris Bononiæ) nunquid † iudex possit denegare copiam allegationum iuris alteri parti? Et obmutuit: &
2 dum † postea redij ad me doctorandum Bononiam, me de hoc interrogauit: quia fuit sibi dictũ me reperisse theoricam Inno. quòd iudex non compellitur dare parti aduersæ copiam eorum, quæ sibi dantur ad instructionem iudicis. in c. per tuas. de testib. aureum dictum est, & digito ligandum, quod sibi placuit, dum dixi.

ADDITIONES.

Adde quòd doctor. etiam Moderni sequuntur Innoc. in d.c. per tuas. videlicet, quòd copia interrogatoriorum non est danda parti, vt euitetur occasio malignandi. Adde glos. idem tenentem in c. ij. versi interrogatoria. de testib. li. vj. & sentit gl. in c. imprimis. in ver. præsentte iij. q. j. quam not. Bal. in l. data opera. col. xix. C. qui accusa. Idem tenet Spec. in tit. de teste. § iam de interroga. in prin. & Ang. allegando Inn. vbi suprà l. quicquid. ff. de iudi. & Bal. in l. ij. C. vt lite pen. Et nota quòd licet Innoc. non loquatur in allegationibus prout loquitur Roma. hic, tamen ponderat Rom. illud quod dicit Inn. quòd interrogatoria dantur ad instructionem iudicis, ideo non est opus dare copiam parti. Et idem vult esse in allegationibus quæ etiam dantur ad instructionem iudicis. Dicit tamen Inno. vbi suprà, quòd non peccaret iudex, si daret dictam copiam. Sed hoc reprobat Card. ibidem dicens signanter quòd imò peccaret, & quòd propter hoc posset appellari, quia consuetudo causarum repugnat, nisi alia pars consentiret: sed consentiens esset parum cautus secundum Imo. in d. ca. per tuas. vbi dicit Bal. quòd nomina testium bene debent edi. allegat glos. in l. j. § editiones. ff. de eden. Adde tamen quòd Ias. in l. is apud quẽ. col. iij. versic. vltra scribentes. C. de eden. tenet oppositum, videlicet, quòd imò iudex tenetur dare copiam allegationum parti petenti. Et dicit quòd reperit contrarium tenere practicum Pap. in for. pe. cop. instru. circa princi. vbi formaliter tenet, quòd quemadmodum de omnibus actis debet fieri copia parti, ita de allegationibus iuris & consiliis, ne iudex circumueniatur ex falsis allegationibus. l. j. C. si ex fal. alleg. & l. si quis obrepserit. ff. de falsis. & confirmat per duo bona fundamenta quæ videre potes. Deinde respondet Inno. in d. cap. per tuas quòd loquitur in his, quæ dantur ad instructionem examinatoris, & sic in interrogatoriis, in quibus verũ dicit: non autem loquitur de allegationibus iuris.

Idem Roma. in l. j. §. edenda. ff. de eden. Alex. in l. iubemus. C. de iudic. Deci. in c. j. col. xxvj. de probatio. & in l. ij. C. de edend. vbi cæteri Moder. communiter sequuntur, dummodo pro iudicis alleuiatione fiat, eique data sint: secus si iudex velit ea redigi in acta, vel in actis producta sint. Nic. Pig.

Adde Alex. in authen. iubemus. C. de iudic. Matth. de Afflictis in lib. j. constit. Neap. rub. xxvij. nu. 29. in finalibus verbis. Hoc tamen intelligitur, quando pars non præsentat illas in modum actorum in processu, sed dat illas iudici in manu propria, & ita debet intelligi dictum Ias. reprobatum à Matthæo de Afflict. vbi suprà, qui contrarium tenet in l. is apud quem. nu 6. C. de eden. & l. j. §. edenda. nu. 6. ff. eo. tit. quod prius reprobauerat teneri in d. l. is apud quem. nu. 20. & ibi Purpura. nu. 94. refert & sequitur Petrus Duchas in reg. v. inci. acta omnia iudicialia. in vj. fallẽ. Hoc per plura tradit Paris de Puteo, in tract. de syndicatu versi. allegationes. nu. 7. & nunquid eorum, quæ iudici dantur pro sui animi informatione copia parti danda sit, scribit Gui. Papa, decisi. Gratianop. ccxlj. & seq. Gabr. Saray.

CCLXVII.

1 *Arma portare est prohibitum, & an si rusticus ea ferat, puniatur eadem pœna, qua cæteri?*

PRohibitum est arma portare. l. j. ff. ad leg. Iuliam de vi
1 pub. & in auth. de armis. in prin. Sed † quid de rustico, an si portet arma puniatur eâ pœna, qua alii? Dic quòd est pœna perditionis armorum, vel solutionis xx. librarũ. casus est singularis in c. j. §. si quis rusticus. de pace tenen. in vsib. feud.

ADDITIONES.

Expone vel, id est, &, vt per gl. & Afflic. in d. §. si quis rusticus. Et adde Ias. in §. ex maleficiis. col. xiij. Instit. de actio. Hippol. de Marsil. in practi. crimi. in §. & pro complemento. colum. j. dicens istud seruari de consuetudine. Aug. Ari. in tracta. de malefi. in verbo dictus Andræas. Et de materia armorum ponit Socin. in regula xxx & dicam infrà sing. cccclxviij. insultus. Nicol. Pign.

Adde quod plenè tradit Petrus Duchas in reg. lv. incip. arma portare regulariter. vbi ponit regulares ampliationes, & limitationes. Gabr. Saray.

* Armorum offendibiliũ appellatione veniunt gladii, qui ad cultellos aptandos, vel ad mensam parantur. gl. est sing. in authẽ. de armis. in glo. antepen. quæ non est alibi secundum Ange in pulchra quæst. in l. si pignore. §. furem. ff. de furt. & pro singulari commendat Alex. in l. vlt. ff. ad leg. Iul. de vi publ. & latè scribit Felin. in c. ita quorundam. de Iudæis. Et est memoria dignum ad statuta prohibentia portationem armorum: quia propriè secundum Ange. non veniunt nisi ea quæ principaliter inuenta sunt ad vsum offendẽdi. & pro illa gl. videtur esse tex. in c. lator. in verb. cultellus. de homicid. Et nota quòd licet regulariter armorum vsus prohibitus sit omnibus tam laicis quàm clericis, vt in rubr. & in nigro. C. vt armor. vsus insciõ prin. lib. xj. tamen potest potestas propter partialitates & factiones, vel bellum imminens permittere armorũ vsum, contra dispositionem etiã iuris municipalis, quod iurauerat obseruare. ita singu. Bal. in rub. C. qui admit. quod pro singu. refert & sequitur Soc. regu. xxx. & latè commendat And. Sicul. in repe. d. rub. & in tract. de præstant. Car. in v. q. ij. par. & inter alia refert singu. dictũ Nicol. de Neap. in l. vlti. C. de proxi. sacro scrinior. dicentis, quòd euntes rus ad videndum possessiones, possunt portare arma. & idem dicunt Docto. in eo qui portat arma ligata. per tex. sing. in c. j. §. mercator. de pac. tenend. in vsib. feud.

CCLXVIII.

1 *Occidens semetipsum an debeat carere sepultura?*
2 *Sepultura carere in quibus casibus quis debeat, remissiuè.*

1 FVi interrogatus, an occidens semetipsum † debeat carere sepultura? Dic quòd sic, xxiij q. v. c. placuit. Alios
2 casus eorum, † qui debent carere sepultura, vide per gl. & doct. in c. ex parte. ij. de sepul.

ADDITIO.

Vbi allegant d. c. placuit. & in c. j. & ij. de torneam. Ioann. Arnon. problema. iiij. Ias. in l. j. colum. j. C. de seruis fugi. & in l. ij. colum. ij. C. qui testa. fac. pot. Pala. Ruui. in repe. rubri. de dona. inter virum. §. lxx. columna ij. intelligens quando ecclesiæ de hoc constet: aliàs secus. c. à nobis. de senten. excom. c. fi. de sepul. Nicol. Pign.

CCLXIX.

1 *Vsura an sit permissa de hoste ad hostem?*

1 AN extra casus dotis sit vsura permissa? † Dic quòd sic, de hoste ad hostem. casus est singularis xiiij. q. iiij. ca. ab illo. quod not.

ADDITIO.

Adde quòd commu. opi. est in contrarium, quòd imò sit prohibita. vt per Io. de Ana. & ibi latè Augu. Bero. nu. 114. in c. j. de vsu. post eos quos allegãt. Et adde etiã Host. in sum. eo. ti. §. an aliquo. viij. fall. doct. in d. c. ab illo. Io. de Arno. problema. v. Soc. in tract.

in tracta.fallen.reg.iij.casu xxix.Et adde alium casum infrà sing.cccxlj.pone,quòd scholaris. Nic.Pig.

CCLXX.

2 *Prælatus si non soluat canonem pro re, quam ecclesia habet in emphyteusim, an ecclesia præiudicetur?*

TV habes,quòd omittendo potest prælatus præiudicare ecclesiæ:licet non faciendo, vt l.iubemus nullam. C.de sacrosan.eccl.per Canonistas in c.delictum.de reg. in.lib.vj.in c.cùm dilectus.de ordi.cogni.& in c.j.de dolo & contu.Sed quid si prælatus non soluit canonem pro
3 re,quam ecclesia habet in emphyteusim:†an præiudicetur ecclesiæ,per c.potuit.de loca.& l.iij.C.de iure emphy. Dic de hoc esse casum singularem,in c.j.§.fin.de capitul. Corra.in vsib.feud.distinguentem.per quem ita cõsului: priuatur enim in vita: post mortem autem eius reuertitur ad successorem.

ADDITIO.

Adde quòd in ingratitudine prælati per illum tex.consuluit,cuius consi.est nu.284 triplici.de quo per Rip.in l si.q.lij.C.de reuo.dona.Sed in emphy.ista fuit opinio Io.Andr.in c.constitutus.de relig.domi.vt per Abb.in c.j.nu.18.de dol.& cõtu. pro qua est l.ij.C.de fund.patri.lib.xj Sed idem Abb.in d.c. constitutus.vbi plures citat,tenet contrarium.& est commu. opi.vt per Bal.& ibi Ias col.pe.l placet.C. de sacrosan.eccles. Ias.in l.ij.col.xiij.q.x.C.de iu.emphy.Et de illo tex.vide Bal. & alios ibi.doct in c.j.de dolo & contu.in c.verum. de foro compe. Nic.Pig.

CCLXXI.

Prælatus an in dubio præsumatur quæsiuisse de bonis ecclesiæ?

TV habes gl.in auth.licentiam.C.de epis.& cleri.an
prælatus†præsumatur quæsiuisse de bonis ecclesiæ, per Cano.in c.j.& iij.de pœni.& remis.per Inno.in c.cum in officiis.de testa.Quid in dubio propter duplicẽ præsumptionem contrariam?tex.est singularis, per quẽ sæpe consului,quòd tunc diuiduntur res secundum ratam patrimonii ecclesiæ,& hæredum prælati.xij.q.iiij.c.sacerdotes.secundum lect.gl.in fin.

ADDITIONES.

Adde quòd consi.Ro.est nu.150 super eo.in j.membro.& consi. cccxlvj.col.fi.Abb.in c.cùm esses.col.xj.de testa.& in c.vt vnus.in fi.de pecu.cleric.Cæpol.consi.ciuil.lj. in causa.colum. penul. Nic.Pig.

Idem tradit Barba.in tracta.de præstan.Card.j.parte.q.iij.nume. 47.& plenè per Didac.Couar.in cap.j.nume.10.extra de testamen. Gab.Saray.

CCLXXII.

Restitutio in integrum ita competit ecclesiæ, sicut minori. Quæ infra quatuor annos à tempore læsionis, & mortis prælati, cuius facto læsa est ecclesia, peti debet.

ITa ecclesiæ competit†restitutio in integrum,sicut minori.cle.j.de in integ.resti.quæ tamen debet peti infra quatuor annos à tẽpore læsionis & mortis prælati, cuius facto læsa est ecclesia.& hoc vltimum addo singulare ad dictam cle.j.& ita consului in causa hospitalis Senarum, secundum Iono.in c.cùm ea literis.de in integ.resti.allegat tex.opti.avj.q.iij.c.si sacerdotes.& istud sequitur glo. fi.in c.j.de in integ.resti.lib.vj.nota ista,quia quotidiana, & de his sæpe interrogaberis.

ADDITIONES.

Adde quòd contra istud dictum Lud.tenent Archid. Ioã. And. & communiter alii in c.j.de resti.in integ.lib.vj quia tempus vitæ Prælati alienantis,vel aliter lædentis ecclesiam nõ subducitur de quadriennio restitutionis petendæ.Sed bene subducitur de tempore præscriptionis,quia hoc exprimit d ca.si sacerdotes.dicitur tamen ibi quòd ecclesia in hoc videtur esse deterioris conditionis,quàm minor,vel filiusfamil.quia non prius contra ipsum præscribitur,quàm sui potest,tis esse incipiat.ita dicit glos.in d.c.si sacerdotes.per l.quicunque.C.de bo.quæ lib.Sed respondetur quòd in præscriptione verum est vt suprà dixi. Pro hoc tamen videtur facere consi. Ioann. Cald.in titu.de præscr.quod est consi.iij.vbi dicit,quòd cùm Prælatus concedit exemptionem non subducitur tẽpus quo vixit,licet secus sit cùm malè alienat.

Adde quòd consi.Roma.est nume.47.cum præsupponatur.in fi. & hanc opinionem tenuit Imo.Do.in d.c.j.lib.vj.Car.in clemen.j.q.xxvj.eo.tit.Abb.in c.j.ij.notab.& ibi August.Bero. col j.eo.titu.in antiquis.vbi dicit quòd pro hac consuleret & iudicaret.Idem Bero.in c.de quarta.col.iij de præscri.intelligendo quãdo Prælatus iniustè,& malè alienasset,aliàs secus. Et vide Bar.in l.qui fundum §.tit utor.ff pro empto qui forte voluit allegare Inno.hic alleg.Et hæc opinio videtur mihi magis æqua:quicquid dicat coapostil.meus.

Quando ecclesia dicit se in contractu læsam,ad tempus contractus inspiciatur,scribit Guid.Pap.deci.Gratianop.clvij.vbi ponit communem opinionem doctorum, & decisio.clx.vbi tradit an alienatio rei ecclesiasticæ solenniter facta,ex qua tamen ecclesia sit læsa,sit efficax.Et deci.clxx.vbi scribit quando ecclesia dicatur enormiter læs.? Gab.Sar.

CCLXXIII.

Compromissum fieri potest, cum clausula quòd arbiter ferre sententiam possit partibus præsentibus. vel etiam absentibus. Et an hoc casu sententia arbitri sit nulla, si non citet partes ad sententiam?

1 COmpromissum est in arbitrum cum clausola,†quòd possit ferre sententiam & præsentibus partibus & ipsis absentibus(quod est validum, vel.diem proferre.§. si quis ex litigatoribus.ff.de arbit.)an iste arbiter si non citet partes,sententia sit nulla?Dic quòd partes citare debet:aliàs nulla est sententia,secundum Specul.singulariter in titul.de arbitr.§.excipitur.in fin.versicol.sed pone quòd sit actum.quod noc.quia non est alibi.& ita ego pronunciaui.

ADDITIONES.

Ad istud facit,quia cùm citatio sit de iure naturali,non potest omitti.cle.pastoralis.de re iud.optimè facit,quia statutum dicens quòd iudex possit procedere,prout voluerit etiam de facto,non tollit citationem ad sententiam audiendam, vel alias citationes,& sic ordinem iudiciarium datum à iure natura. ita voluit Bar.in extrauaganti ad reprimendum,in verbo citatio.& consuluit pulchrè idem Ludo.consil. ccxcviij.incip. hæc sententia.

Sequitur Alex.in § si quis ex litigatoribus.l.diem proferre.ff.de arbi.& in l.si quis arbitratu.in iuj.limita.ff de ver.obl.Feli.in c.cùm olim.col.viij.de re iudic.Ias.in §.in bonæfidei. nu. 17. Insti.de act.Blanc.in tracta.de compro.int.coniu.q.ix.nu.4. Hippo.singu.dcxxxiij.materia.Nic.Boër.decisi. cclxxxiij.de prorogatione Limita si dictum sit partibus absentibus,& nõ citatis,vt per Alexand.Socin.& Ias in prima limi in dicta l.si quis arbitratu.Hippo.singu.clxxiij.liunt.& Nicol.Boër.vbi suprà,nu.38. Nic.Pig.

* Adde quòd arbiter cui data est potestas prorogandi cõpromissum etiam absentibus partibus & ignorantibus,non potest tamen efficaciter dici prorogasse,nisi saltem postquam prorogatio facta est,partibus notificetur.ita singul.Bald.in l.eos. §.apostolos versi.quæro nunquid iudex.C.de appel.vbi dicit se ita consuluisse.quod est notandum secundum Felin.in c.j. col.pen.ver.tertiò no.de consti.& in c.Rodulphus.de rescr.& idem de sententia,quæ fertur parte non citata, est nulla, vt per Ro.hic Sed hoc vltimum limitatur procedere,quando tempus ad ferendum sententiam, vel laudum appositum est per legem vel statutum:secus si per iudicem vel partes:vt eleganter decidit Bald.in authen.& qui appel.C.de temp.appel. Quod dictum pro notabili commendat Lansia .de Oria. in c.quoniam contra falsam.ver.si.sed pone factum est compromissum.de proba.Tamẽ arbitratori potest dari facultas procedendi etiam parte absente.text.est in l.diem proferre.§.si quis litigatorum.ff.de arbi.Vide Catellia.Cott.in memorabil.verb.arbiter cui data est.

CCLXXIIII.

s *Notarius an debeat ad petitionem testatoris lacerare primum testamentum, si testator secundum confecerit, & iam primum reuocauerit?*

s TEstator facit primum testamentũ, & postea†reuocat,& facit secũdũ:an notarius ad petitionẽ testa-

toris debeat primum testamentum lacerare? Dic q; potest, neque debet facere illud, si non vult Fui Romæ interrogatus & postea reperi Bart. etiam fuisse interrogatum. mirabile dictum Barto. in l.ij.§.si plura.ff.quemadmod. testa.ape.

ADDITIONES.

Aduerte quia Bar.dicit, quòd notarius ad petitionem testatoris non potest, neque debet restamentum dilacerare, ita quòd omnino nõ reperiatur. Sed si testator vult, cancellet: licet enim sic reuocetur, adhuc tamen notarius tenetur facere copiã, vt dicit tex. in d.§.si plura. ad quod benefacit l.quidam tabularum.ff de fur. Et de lacerante, siue subtrahente instrumẽtum, & eorum pœna, vide per doct. Bal. & alios in l.sine possessionẽ.C de probatio Io.andr. in c.accepimus. de fide instr. & ibi plenius per Feli.col.iiij.

Et ibi sequitur Bal. & Alex. idem Alex.consil.lxxiiij.viso.colũ j. lib.i. Lanfran. de Oria. in c.quoniam contra. versi. instru nu. 37. Deci. in c.j.col.xxiij de probatio. Bar.tamen in auth.cassa. in fi.& ibi Deci.nu.12.C de sacrosan ecc.tenent contrarium, de quo pulchrè distinguit Cagnol. in l.si librarius.nu.56.ff.de reg.iur. Nic.Pig.

CCLXXV.

1 *Proxeneta contractus vsurary an teneatur ad restitutionem vsurarum?*

FVi interrogatus hoc mane de istis proxenetis: nũquid 1 †proxeneta contractus vsurarii teneatur ad restitutionem vsurarum? Dic quòd sic, secundum gl. singularem in l.si sciente.ff.ad leg.Pomp.de parri. Bart.ibi non facit mentionem: sed in l.j.§.incidit.ff.ad Turpil. sequitur eam Bal. in c.j.§.si mulier. in penul.col.de controuer. inuesti. dicit illam esse falsam, & assignat optimam rationẽ. Sed nesciont quid dicuot, sicut Muscipula super prunis. & ita tu facies cùm reuerteris ad domum. Vide ergo gl. Inn. & Io.and. in c.Michael, de vsu. gl. & Archi. latius xlv. distin. c.sicut nõ suo. sed Lapus de Castellione plenius omnibus in alleg.xciij. discutit hoc.

ADDITIONES.

Dic imò sciuit eam Alexand. in addi. ad Barto. in dicta l.si maritus §.fina.

Adde aliam gl. in l.ordine.§.final. verbo, minister.ff. ad municip. Alex. latè in l.si quis iniquum §.si procurator.col.nj.ff.quod quisque iur. Hip.de Marsi. in d.l.si sciente.& in singu clxxxj. mandans.& in l j.§ præterea.nume.5.ff.de sicar. Ioan. Arnon. proble.ij. Phili. Fran. in c.j. in prin. de testi. libr.vj. Et adde aliam pœnam infrà singulari dccxxx. proxeneta. Et qua pœna puniatur notarius scribens instrumentum vsurarium, vide j. singul.ccclxxxv. Nic.Pig.

CCLXXVI.

1 *Adulter & adultera non possunt eodem libello accusari, nisi accusentur ad infligendam pœnam temporalem. secus si ad thori separationem agatur.*

1 TV scis, quòd adulter & adultera non possunt †eodẽ libello accusari. l.reos. C.de adul. l. si maritus.§.fi. l.vim passam. & l.nihil.ff.eo.tit. Quod est verum, nisi accusentur ad infligendam pœnam tẽporalem, sed ad thori separationem bene potest fieri accusario eodem libello, secundum gl. singularem.ij.q.v.c.statuit.& illam nesciũt Legistæ, nec Canonistæ ad hoc.

ADDITIO.

Sequitur Alex. in d.l.maritus. Ioan. Arno. proble.iij. Lud. Carer. in tracta. de homi.§.vj.numer.258. Et adde duas alias limitatio. ad d.l.reos. per Aret. in tracta. malefi. versi & And. in prin. Nico.Pign.

CCLXXVII.

1 *Clericus non potest esse procurator generalis laici: secus in vna causa tantum.*

2 *Legitimatio an possit per procuratorem contrahi?*

1 VOs scitis, quòd heri vos, qui conferebatis mecũ in ecclesia, fecistis me recordari de dicto singulari Inn. in c.j. in fi. de obli. ad rati. scis enim quòd l.placet.com si.C. 1 de epis.& cleri. vult, †quòd clericus non potest esse procurator laici. Inn. singulariter limitat ibi, nisi in vna causa tantùm: secus si generaliter, & ita loquantur illa iura. Sed pro dicto Inno. do tibi casum in capi. per venerabilẽ. qui a fil. sint legi. decidit etiam ille tex. †an legitimatio possit per procuratorem contrahi?

ADDITIONES.

Adde q; istud dictum Innoc. sequitur Fed. consi.cclxx. inci. quod clericus. vbi alle. d.c.per venerabilẽ. vbi etiam sequũtur But. Abb. Mod.& Sãde. in c.cùm I.& A. vbi plura dicit vlt.col.de re iudi. Idem Inn. in c.sed nec. ne cleri. vel monac. vbi idẽ vult exponendo, scilicet, generaliter. facit cap. cùm essent. de simo. ibi, si quoddam negotium eiusdem. quem tex. pro Inn. no. ibi Abb. Ana.& Maria. idem Do. Abb. in c. in nostra. de procu. j. col. dicens hoc esse notandum propter authoritatem Inno.& idem in c.cùm essent. vbi etiam Feli. de simo. Archi. in c.peruenit. lxxxvj. dist. Imo. in ca. accedens. de præben. Abb. in d.c in nostra. de procu. Fed. consi. clxiij.

Adde Cæpol. in consi. ciui. xxj. an clericus. viij. fallen. Deci. in ca. constitutus. de appel.& in capit. decernimus. col.vij. in prin.& ibi Rip. col.xiiij. de iudi. decisio. Tholo. cxxxj. Ang. Aret. in §. præterea. col.iij. insti. de exce. Et an finita illa causa possit clericus aliam assumere, ponunt Deci.& Rip. vbi suprà post Feli. in d.c.cùm I.& A.

CCLXXVIII.

1 *Monachus non potest esse procurator, nisi consentiente Abbate, & in vtilitatem monastery.*

2 *Monachus sicut potest esse procurator sui monastery, ita etiã pro amico ipsius monastery etiam laico.*

1 MOnachus non potest esse procurator, † nisi consentiente Abbate, & in vtilitatẽ monasterii: & hæc duo debent concurrere. tex. est xvj.q.j.c.monachi.& in c.reli- 2 giosus. de proc. Sed dico quòd †etiam pro amico sui monasterii, etiam laico, potest esse monachus procurator, secundum Inno. singulariter in cap.cùm I.& A. de re iudic. quod nota.

ADDITIONES.

Adde quòd omnes docentes sequuntur Inno. in c.cùm I.& A. hic allega.& ibidem etiam Feli.col.vj.versi. casus in quibus. Domini de Rota de proc.ij. in antiquis.& But. in c peruenit. in j. not. qui fil. sint legi.& idem Mod.& But. in c.cùm M.xvj.col. ibi, Item supplet. de consti.& in c.ex rescripto. col.ij. de iureiur. Imo. in cle.& si principalis. in xij.col.de resc. But. in ca.j. in vlti.col.de synd. referens quasi totum Inn. in d.c.cùm I.& A. vbi vide alias concor. doct. ibi.

Adde Cæpol. consi. ciui. xxj. an clericus. ix. fallen. Deci. in c.constitutus. de appel.& in c.decernimus. col.vij. versi. & idem in monacho. de iud.& in c.insuper. in prin. de testi. post eos quos allegat. Nic.Pig.

Monachus an possit esse procurator, arbiter, iudex, vel defensor, aut aduocatus, maximè si sit claustralis, latè scribit Gui.Pap. decisi. Grationop. cccccclxiij an monachus. Gab.Saray.

CCLXXIX.

1 *Si quis fecit se cassari de vno collegio, vt aliud intret, an donec illud ingrediatur, gaudeat priuilegys illius, à quo se cassari fecit. stante lege, quòd quis non possit esse de duobus collegys?*

1 NOn potest vnus esse de duobus collegiis †seu artibus. Pone quòd ego sum descriptus in matricula scholarium, volo effici mercator, & feci me cancellari de matricula scholarium: an possim gaudere priuilegiis scholarium? Tu diceres quòd non, per l.eos. C.de offic. ma. mili. per gl. l.antepe. C.de testa. mili.& l.matriculam. C. de agen. in reb. lib. xij. Sed do casum singularem in l.j.§.fin.ff. de boo. pos. ex testa. mili. quòd quantumcunque sit cassus à matricula scholarium, donec describatur in illa mercatorum, gaudet priuilegio scholarium. casus est singularis in d.§.fi. licet in illis iuribus dicatur, quòd non scriptus non gaudet.

ADDITIO.

Quod sequitur Alexand. ad Barto. in dicta l.matriculam. & in l. fina.ff.de colleg. illic. idem Alexan. in d.l.antepen. C.de testa. mili. Nic.Pig.

CCLXXX.

1 *Instantia causæ emergentis, non finitur triennio, sed est perpetua.*

Et de

Et de iure canonico nunquam perit.

1 NVnquid instantia causæ emergentis finiatur† triennio, secundum formam l. properandum. C. de iudic. Dic quòd non: sed est perpetua, & ita cõsului in hoc, sicut de iure canonico nunquam perit, vt in c. pe. de iud. dictũ est singulare Guli. de Cun. per illum tex. in l. properandũ. in priu. C. de iudi. quem refert do. Bal. in l. post edictum. §. j. ff. de iudi. & istud cõfirmaui pluribus rationibus cùm consului, quas non refero.

ADDITIO.

Et sequitur Alex. & ibi Ias. in vj. notab. in d. l. properandũ. Augu. Bero. in c. venerabilis. in iiij. nota. de iudic. Rober. Maran. in Spe. Aure. in v. parte princ. in princ. & in xv. limita. vbi ponit sex amplia. & xxj. limi. ad regulam d. l. properandum. Et perẽpta instãtia quid possit facere iudex, vide infrà singu. dcccxcv. post lapsum. In dominio tamen Venetorum lapsa instantia impetrãtur rescripta insufflantia liti spiritum, vt latè dico in tract. meo statu. consilii sapientis. Nic. Pign.

CCLXXXI.

1 *Collegium non potest constituere procuratorem sine consensu prioris collegij: & an possit ipsummet priorẽ, eius authoritate procuratorem constituere?*

1 COllegium non potest constituere procuratorẽ † sine consensu prioris collegii. Sed an possit ipsummet priorem, seu superiorẽ, eius authoritate constituere? consului, & iui ad Bar. in l. bonorum. C. qui admit. vbi quærit quando quis possit in re sua authorari. Sed Bal. in l. filiusfa. §. veterani. ff. de procur. tenet quòd sic: allegat Archi. in c. præsentium. de testi. lib. vj. Sed ego dico quòd est casus in d. c. præsentium. Adde hoc ad l. j. ff. de autho. tut. & ad l. j. §. fuit quæsitum. ff. ad Trebel. & ad cle. si vna. de reb. ecclesi. non alien. Et ita postquam habui contra me sententiam reperi Bal.

ADDITIO.

Et facit tex. in l. j. § si autem collegium. vbi idem Ro. Alex. Soci. & Rip. hoc sequuntur. ff. ad Treb. Felin. in c. edocerı. col. v. in verbo, solus prælatus. de rescri. Nic. Pig.

CCLXXXII.

1 *Appellatio ab interlocutoria non potest iustificari, nisi solum ex allegatis & probatis coram iudice à quo.*
2 *Limitationes quatuor ad clemen. appellanti. de appellatio.*
3 *Doctor, & miles torqueri non possunt.*

CLementina appellanti. de appel. dicit, quòd appella-
1 tio† ab interlocutoria non potest iustificari, nisi solũ
ex allegatis, & probatis coram iudice à quo. Sed limita
2 †secundum leges quadrupliciter. Primò, quando illa no
uiter alleganda superuenerunt de nouo ad notitiam ap-
pellantis, secundum Dy. & Bal. in l. iniuius. C. de proc. tũc
enim ex nouis probationibus iustificari potest, secũdum
eos: puta quia comperi testem excommunicatum, qui te
stis esse non potest. c. decreuimus. de sen. excom. lib. vj. Se-
cundò limita, nisi talis sit interlocutoria, cuius grauamẽ
non possit reparari per appellationem à diffinitiua: illa
enim potest ex nouiter probandis iustificari. exemplum
3 pone: quia† volebat iudex me torquere: Ego autẽ me do-
ctorem vel militem allegabam, vt l. milites. C. de quæstio.
Tertiò limita, nisi id quod nouiter deduco coram iudice
appellationis habeat ortum à facto mei aduersarii, pu-
ta, quia ipse fuerit confessus coram iudice à quo testẽ con
tra me productum esse infamem. Quartò limita, vbi iu-
dex repulerit volentem allegare coram eo aliquid de no-
uo. & has tres limitationes tradit Bal. singulariter per ra
tiones & leges, in l. per hanc. col. fi. C. de tempo. app. & hæ
limitationes sunt secundum Legistas.

ADDITIONES.

An hæ limitationes sint veræ, vel non, indiscussum relinquens, & tanquam parti negatiuæ magis adhærens me remitto ad Bar. in l. eius qui. ff. de appella. & adde Alex. ibi in prima addit. vbi satis plenè loquitur. Item adde Zabar. post alios in d. cle. appellanti. in j. col.

Aliam limitationem ponit idẽ Ro. infrà singula. ccccliij. attende. quas sequitur Alex. in l. iij. col. fi. ff. de appel. recip. Et Rober. Maran. in Spe. Aur. ver. appellatio. nu. 153. vbi ponit sex limitati. ad d. clemen. Nic. Pig.

Adde Petrum Dueñam in reg. 47. incip. appellatio ab interlocutoria. in ij. fallentia. Gab. Saray.

CCLXXXIII.

1 *Remissio in contractibus locum non habet: fallit tripliciter.*

1 REgula est quòd in contractibus non habet † locũ remissio, vt traditur per legistas in l. hæres absens. §. si quis tutelam ff. de iudi. & hodie est decisum in c. Romana. in §. contrahentes. de fo. cõpe. lib. vj. Fallit primò, nisi contrahens renuntiet priuilegio fori. glos. est singularis & communis, in l. j. ff. si quis in ius voc. non ier. Secundò fallit, vbi iurauerunt cõtrahentes se litigaturos in loco contractus. casus est singularis in auth. de exhib. reis. §. si verò & quidam iurent. vnde sumitur auth. ei qui iurat. quæ idem dicit. C. de bon. auth. iud. pos. Tertiò fallit (hoc est pulchrum) ratione contumaciæ nimiæ. casus est singularis secundum Bal. ibi, in l. consentaneum. C. quomod. & quan. iud. quod nota.

ADDITIONES.

Adde quòd istas duas primas limitationes ponit etiam & approbat Pau. de Cast. in d. §. si quis tutelam. & ibidem etiam tres alias additio. tertiam verò non videtur tenere per ea, quæ tradit in gl. j. magna, circa prin. Eam tamen approbat sequendo Bal. Alex. in apost. in l. consentaneum. hic alleg. versi. septimò nota. sequitur etiam ipsemet Roma. in l. si vero. in §. de viro. in xlvij. fallen. ff. solu. matri. licet idem teneat contrarium in l. j. ff. si quis in ius voc. non ier. Et quatuor limitationes ad §. contrahentes. ponit Ias. in l. si conuenerit. col. x. ff. de iurisdic. omni. iudi. Adde tamen quòd limitatio illa, quæ traditur per glo. sing. in l. j. ff. si quis in ius voc. non ier. licet quàm plurimi approbent, vt Bar. in d. l. j. & Panor. in c. fina. de foro compet. & in l. j. in xij. col. de iudi. & eam dicit etiam esse singul. Bald. in l. cum Archimedoram. C. vt in pos. leg. Ange. tamen in d. l. j. dicit quòd licet sit singularis, tamen non est vera per d. § contrahentes & dicit fuisse glo. in d. l. hæres absens cũ etiam reprobat Fulgo. in d. l. j. & Ioan. de Imo. in d. c. fi. de foro compe. vbi dicit quòd licet illa gl. sit singularis, & eam sequatur Bar. tamen secundum eum communiter seruatur cõtrarium per d. §. contrahentes. quem text. dicit Ias. in d. l. j. non obstare, quia non loquitur quando fuit renuntiatum priuilegio fori, vt in terminis illius gloss. quam tamẽ impugnat quatuor medus, & duobus eam defendit, & tandem conclusionem gloss. approbare videtur.

Adde Abb. in cap. fina. colum. xiiij & ibi Feli. ix. de foro competen. doctores in l. si conuenerit. ff. de iurisdi. omnium iudic. & in d. §. contrahentes. Soci. in tracta. fallen. reg. cccxxxvj. Deci. & Franci. Rip. in capitul. j. de iudic. vbi ponunt xj. limita. Nicol. Pignol.

An remissio in contractibus locum habeat? tradit Guido Papæ decisio. Grationop. cciij. nu. 3 Adde tamen, quòd in causis ciuilibus non videtur habere locum remissio, vt per Bartol. & doct. in l. hæres absens. §. si quis. vertic. circa hanc. ff. de iudic. Quod videtur probari per text. in c. Romana. §. contrahentes. & ibi gl. in ver. inuitos. de fo. compe. in vj. Imò nec in criminalibus ciuiliter intentatis fit remissio, vt sentit Abb. in d. c. fi. in vij. col. in versi. vltimò dicit gloss. Fallit tamen in certis casibus, de quibus ibi per eum. Et latius scribit Didac. Couar. in practicis quæst. c. x. nu. 5. ver. quintò hinc colligitur. & nu. 6. versi x. Gab. Sar.

CCLXXXIIII.

1 *Conditio mixta quando adijcitur libertati, tunc seruus libertatem consequitur, si per eum non stat: Quod & in causa pia procedit.*

1 TV habes, † quòd quando conditio mixta adiicitur libertati, tunc seruus libertatem consequitur, si per eũ non stat. de hoc sunt mille text. in tit. de manu. testamen. Secus si dixit, volo quòd nisi verè conditionem adimpleat, non consequatur libertatem. casus est singularis in l. fina. in fin. iuncta gloss. fin. in finalibus verbis. ff. de manu. testamen. Angel. allegat in disputatione sua, Renouata guerra. Et illud extende ad piã causam, & habebis vtilitatem, quod nota.

ADDITIO.

Sequitur Nicol. Euerar in loco legali, à libertate ad piam causam, in xx. casu. Nic. Pig.

CCLXXXV.

1 *Signatura, seu sigillum factum in re vendita, an inducat dominij translationem? Et quid in vino?*

TV scis, quòd traditionibus dominia acquirũtur. Sed nunquid per signaturam seu scissuram, vt in trabe, 1 inducatur traditio, seu† per sigillum: & sic dominiũ translatio? Dic quòd sic. Casus est singularis in l. quod si neque. versicu. fina. ff. de periculo & commo. rei vend. quod nota. Hoc tamen fallit in vino, & similibus. l. j. §. si dolium. ff. eodem titulo.

ADDITIONES.

Ad istud vide per Ias. & Lancel. post alios in l. traditionibus. C. de pactis.

Et vera ratio est in dicto ver. si. quia ex signatione alia præsumptio, quàm animus tradendi, sumi non potest. Sed in vino, & similibus alia præsumptio sumi potest, quàm animus tradẽdi: ne in vegete aliquid immutatur. d. §. si dolium. Bal. in rubric. C. eo. titu. col. j. Ias. in l. quoties nume. 18. C. de rei vendi. Alciat. in d. l. traditionibus nu. 14. Nicol. Boër. decis. cv. an possessio. numer. 10. Moder. Aneo. in tract. de mercat. ij par. nu. 90. declarando, vt per eum post Bal. vbi suprà. & Sali. in l. fi. C. eo. tit. Nic. Pig.

Adde in materia sigilli, quòd sigilli appositio operatur vim consensus, & approbationis. Barto. in l. in fraudem. §. j. ff. de testa. mili. & Bal. in tit. de pace Constantiæ. c. j. col. iij. in princ. Ideo si quis ex certa scientia faciat aut fieri faciat sigilli appositionem, ratificare censetur, & sibi præiudicat. glos. & Bald. in l. ij. C. de rebus alien. non alienan. & ibi Cyn. Ioan. Fab. Institu. de testamen. in §. possunt. cum aliis allegatis per Stepha. Aufrer. decisio. capel. Tholos. xxiij. Et de materia sigilli vide Guido. Papę decis. Grationop. ccccclxxxj. Et eundem decisio. cclxxij. vtrum dominium. vbi tractant, an ex recognitione dominiũ, vel quasi transferatur. Gab. Saray.

CCLXXXVI.

1 *Emptor an possit agere ad interesse contra venditorẽ, qui consultò rem hodie vendidit sciens eam cras minus valituram?*

NVnquid, si sum magnus mercator, & sciam in consilio de ordine dato, quòd cras minus valebit frumentum: & ego vendidi non notificando emptoribus de ordinatione prædicta, possint emptores contra me agere ad 1 interesse? † Dic quòd sic, secundum Guliel. in l. Flauius. & in l. contra legem. ff. de legib. placet Bart. in l. quæro. ff. de actio. empti. & Bal. in l. ij. C. de peri. & commo. rei venditæ. pro hoc dicto allego tex. in l. si vina quæ. versi. planè. ff. de peric. & commo. rei vend.

ADDITIONES.

Adde Bar. in l. contra legem. hic alleg. Ang. & Pau. de Cast. in l. j. § fi. ff. de action. empt.

Et sequitur Felin. in capit. ij. columna iiij versicul. & pro hac. de constitutionibus. Hippolyt. de Marsil. in l. statuliber. numero 16 ff. de quæstionibus. & in rubrica ff. de fideiussor nu. 88. latè Moder. Aneo. in tractatu de mercat. titu. de spons. versicu. item quæro. Vincentius decisio. Neapolit. cccxcix. fuit circa medium. Nic. Pig.

CCLXXXVII.

1 *Mora vltima nocet, nisi primò morosus in prima mora dolũ commiserit.*

EGo dixi, quòd vltima mora nocet. l. illud. ff. de peri-1 cul. & commodo rei vend. Quod † est verum, nisi morosus primò commiserit dolum in mora prima. casus est notabilis in l. si per emptorem. in fine, iuncta gloss. final. ff. de actio. empti. facit l. si opera creditoris. ff. de doli exceptione. & l. si debitoris offerre. & l. si decem. ff. de solutio. & cum isto granello salis intellige, quòd vltima mora nocet.

ADDITIO.

Et sequitur Castren. ibi post Spe. tit. de arbitr. §. vlti. versic. pone igitur. & in l. si reus paratus. col. ij. ff. de procur. & in l. prætor ait. §. si quis paratus. ff. de oper. no. nun. Socin. in regula cclxx. fallen. j. Alexan. in l. si seruum. §. sequitur. col. j. ff. de ver. obli. & facit l. iij. §. si quis hæredi. ff. de statulib. & quod tradit Castren. in l. de pupillo. §. si is cui. ff. de noui operis nunciatio. Nicolaus Pignol.

CCLXXXVIII.

1 *Procurator ad negotia statim potest reuocari: Et quid si aliquis propter subitam procuratoris reuocationem fuerit damnificatus, an contra reuocantem ad interesse agere possit? Et quid si notificatio interuenerit?*

1 PRocurator ad negotia statim potest reuocari. † Sed pone, quòd aliquis propter subitam reuocationem procuratoris fuit damnificatus: an potest agere ad interesse contra reuocantem? Dic quòd sic, actione de dolo. casus est singularis in l. quidam debitor. iuncta glossa fin. ff. de dolo. & ita illum casum notat ibi Bar. Et vt intelligas istud dictum, debet adesse notificatio, per l. si mãdassem. ff. mandati. & l. mandatum. C. eodem. l. j. de satisda. gl. in clemen. j. de renunt. & de procu. cap. mandato. dic vt ibi, & non examino nunc.

ADDITIO.

Vide cumulata per Felin. in c. ex parte Decani. col pen. versi. postremò scias. de rescript. Et adde (vt dicit hic Roma.) quòd non valet reuocatio procuratoris iudicialis, vel extraiudicialis si non fuit intimata procuratori: quod latè ornauit ipse Felin. in dicto cap. ex parte. colum. iiij. & vij seq vbi ponit x. fallen. Nic. Pig.

CCLXXXIX.

1 *Assessoria in officio si quod malefactum. vel neglectum reperiatur, id ex imperitia assessoris esse præsumitur, & non in potestate, nisi contrarium probetur.*

1 EStmalefactum in officio assessoriæ, præsumitur † ex imperitia assessoris, vt l. quoniam iudices. in gloss. C. de appella. Sed in quo præsumatur culpa neglecti & malefacti? Dic quòd in iudice, & non in Potestate, nisi contrarium probetur, secundum Cyn. singulariter in l. diem functo. ff. de offi. assess.

ADDITIONES.

De ista materia vide per Ias. & Lancel. post Alexã. & alios in d. l. diem functo. & plenius in l. hoc edicto. ff. quod quisque iuris.

Intellige hoc singulariter, quando est lata sententia priuationis contra Potestatem: & apparet ex actis id contigisse propter causam concernentem debitum officii iudicis, quod consistebat in rectè cõsulendo: quia culpa & dolus non præsumitur. l. quoties § qui dolo. ff. de proba. l. merito. ff. pro socio. c. estote misericordes de reg. iur. vt per Alex. Deci. & Aquen. in d. l. diem functo. Alex. in l. ij. ff. quod quisque iuris. vbi Aquen. in fi. attestantur hoc communiter teneri. Nico. Pig.

Iuxta hoc quæritur, an officialis, vel potestas teneatur stare consilio iudicis sui, vel assessoris? Et videtur quòd non: quia consilium non est obligatorium, vt ff mandati l. ij. in fi. Contrarium videtur verius. C. de legibus. l. humanum. Item alia ratione, quia assessores dantur officialibus, vt eis consiliũ dent, ideo dicuntur consiliarii. C. de assesso. l. consiliarios. Guido de Suz. dicebat, quòd omnino officialis debet stare consilio assessoris. Inde est, quòd si malè facit iudicium, vel malè ferat sententiã de cõsilio assessoris, plus punitur assessor quàm officialis, vt ff. quod quisque iuris. l. hoc edicto & ff. de administra. tuto. l. si me & Titium. § j. & ij. & l. quidam decedens. eo. tit. Alii distinguunt, quòd aut iste assessor à principe fuit datus, aut ab alio. Si à principe, omnino officialis debet stare eius consilio. de officio præfecti prætorio. l. j. extrà de officio delegati. cap. cùm in iure peritus. ff. de appel. l. si expressim. C. de pœna iudic. qui malè iudic. auth. nouo iure. Aut ab alio, & tunc procedit opinio dicentium, quòd eius consilio standum non sit. Gab. Sar.

CCXC.

1 *Statutum non valet. disponens quòd ecclesia eligat prælatum de voluntate laici: Et quid de consuetudine, an valeat?*

1 C. cùm in terra. de elect. dicit, † ꝙ non valet statutum, ꝙ ecclesia habeat eligere prælatum de volũtate laici, nec valeret cõsuetudo. In ciuitate Salamãtina est cõsuetudo,

tudo, quòd mortuo prælato debeat fieri notificatio populo ciuitatis antequam collegium procedat ad electionem: An talia consuetudo valeat? Dic quòd consuetudo valet, secundum Inno. singulariter in c. quod sicut. in verbo nominatio. de elect. quod nota.

ADDITIO.

Et Abb. ibi. col. iij. post alios multum commendat. & in c. j. nu. 9. & ibi Deci. nu. 19. & in d. c. cùm terra. col. fi. & in c. cùm inter vniuersas. col. j. eo. titu. de elect. idem Abb. in c. consuetudines. in fin. de consuetud. & pulchrè comprobat Ioan. Lup. in proœmi. repetitio. de donatio. inter virum & vxor. col. vj. versi. hinc est. Nic. Pig.

CCXCI.

1 *Nullitatis exceptio non potest opponi post tres sententias conformes, nisi prius executioni mandentur. Fallit in nouem casibus, vt hic, & in additionibus.*

1 CLe. vt calumniis. de re iudi. vult quòd post tres † sententias conformes non potest opponi exceptio nullitatis, nisi prius mandentur executioni. Sed limita dupliciter secundum Legistas. primò, nisi opponatur euidés nullitas: tunc enim retractatur executio, secundum Bal. singulariter in l. j. in j. col. C. ne lice. tertiò prouoca. sed fuit Oldra. consil. cvj. quòd literæ executo. Sed credo non esse verum. Papa enim vult notare aliquid specialitatis latis tribus sententiis: sed si dictum Bal. & Old. esset verum, sequeretur quòd nulla esset specialitas: quod patet per not. in l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iudi. & est casus in l. fi. ff. de ordi. cogni. Secundò limita, nisi esset executio irretractabilis, tunc enim semper potest opponi. ita singulariter determinat Bal. in l. si feriatis. ff. de fer. in lect. antiq. Sed secundum Canonistas limita tertiò, quãdo latæ sunt tres sententiæ ita conformes, quòd omnes sunt adiudicatoriæ, seu omnes absolutoriæ: sed si duæ sunt condemnatoriæ, & tertia solùm desertoria appellationis, tunc non habet locum cle. secundum dominos meos singulariter in decis. xxj. in antiquis. Quartò limita, si latæ sunt tres sententiæ pro me interpellatæ. Ioan. And. in addi. Spec. in titu. de app. §. quoties. in prima additione, vbi determinat illam cle. habere locum etiam si interpellatæ sint. & sequuntur domini mei in decisionibus deci. ccccxxiij. nota quidã. in antiquis. Item & quintò dubitatur, an si per appellationem interpositam per officialẽ castri sit deuoluta causa ad Potestatem ciuitatis post tertiam interlocutoriam: & sic an habeat locum dicta clemen? Dicas secũdum do. meos decis. ccccxvj. nota, causa fuit. in antiq. qui decidunt idem, quòd non habeat locum in tribus sententiis interlocutoriis, quibus idem Potestas pronuntiauit causam deuolutam. Sextò an habeat locum dicta clemẽ. quo ad tertium? materia est l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudi. & c. veniens. ij. de testib. Dic quòd non, secundum dominos meos deci. clxiiij. nota quod. & ccccxl. nota vtrum. in antiquis. Septimò an habeat locũ dicta clemen. si nondum expedito vno articulo, à quo fuit interlocutoriè appellatum latæ sunt tres sententiæ conformes. domini mei ponunt decis. cccxxij. dixerunt. in nouis.

ADDITIONES.

Primò nisi opponatur. Adde quòd licet Roma. hic in hac limitatione non firmet pedes: tamen approbat ipsemet in l. si vero. in §. de viro. in xxij. fallen. ff. solu. matri. referens se ita consuluisse. idem tenet Ioan. And. in additio. ad Spec. in titu. de sen. §. vt autem. in additio. incipi. adde hæc ad ea, &c. idem tenuit Bal. in l. vnica. col. ij. C. ne liceat in vna eadémque causa tertiò prouoca. & in multis aliis locis, de quibus ibi per Alex. in additio. magna, incip. executioni. sequitur Ange. consi. lxiiij. in fi. Card. in clemen j. §. si de sequestra. possess. & fruct. Petr. de Anchara. in consi. suo ccvj. Ad secundam verò limitationem de qua hic, & ad sextam in ordine vide Zaba. in cle. vt calumniis. hic alleg. in ij. col. versi. oppo. in eo quòd gl. & versic. quartò quæro. In cæteris verò limitationibus hic positis contentus ero authoritate dominorum de Rota & Ludo. nostri recitantis, & alter non dubitantis.

Distingue, aut excipiens offert probare aliter, quàm per acta, & procedat opiniu Roma. hic post Inno. & Cardina. in dicta clemen. Aut asserit constare ex actis, & procedat opin. Bal. & Oldra. secundum Alexan. post eos quos allegat consil. lxxvij. in causa. col. penul. lib. ij. consi. lxxvij. visis. nu. 16. consi. cvj. viso. col. fina. lib. iij. & in l. de pupillo. §. qui opus. colum. penulti. ff. de dam. infect. & in dicto §. condemnatum. nume. 6. & ibi pulchrè Francis. Ripa. colum. iij. declarat & sublimitat. Socin. regu. cxxj. fallen. ij. Lanfran. in cap. quoniam contra. versi. appel. nume. 72. in fin. Alciat. lib. j. ff. de verborum significatio. col. xxiij. in fin. Et faciunt quæ tradit idem Roma. consi. xlij. visis. Rip. l. j. §. si quis ita. col. fin. ff. de verborum obligatio. Secundò limita. Idem Bald. post Petr. & Cyn. in l. ab executione. colum. j. in fin. C. quorum appellatio. non recip. & in l. eum qui duas. C. de adulte. Pau. de Eleaza. & alij in d. clemen. Alexan. consi. xvij. requisitus. col. ij. lib. j. & in dicto §. cõdemnatum. colum. iij. & ibi Ias. iiij. Ange. Aret. in §. appellantur. nume. 12. Institu. de except. Ias. in l. iij. §. si seruus quem. ff. de acqui. pos. Hippol. de Marsi. in pract. §. opportunè. colum. vj. & singula. dclxxxvj. in fin. post infinitos quos allegant. Quartò limita, & decisio xxix. versi. quidam. de Bisig. Quintò limita, & decisio. cccccxvj. nota quòd tres. in antiq. Sextò limita, & decisio. xxix. versi. vtrum. de Bisig. Card. post Ioan. de Ligna. quos refert & sequitur Feli. in dicto cap. veniens. colum. vj. nume. 17. & est magis commu. secundum Alexan. consi. lxxxiij. viso. colum. fin. consi. lxxxiiij. in causa. col. iij. in princip. lib. iij. qui & comprobat in dicto §. si super rebus. colum. antepenulti. & penulti. & ibi Ias. Adde etiam, quòd in causis summariis non habet locum d. clemen. l. iudicati. C. si ex fal. instru. Item quando nullitas proueniret ex defectu iurisdictionis. iuxta glo. fina. & singu. in clemen. j. de sequest. posses. doct. in dicto §. condemnatum. Alex. in dicto §. opus. cum accumulatis per Moder. Arimi. in tracta. de nullit. titu. quis possit dicere. num. 37. Quod restringit ipse Modern. quando saltem summariè de exceptione constare cœpisset, in titu. quot & intra quot tempus. nu. 5. vbi ponit pract. Roma. Curiæ in concedendis rescriptis super tali nullitate, ac etiam cautelam.

Tres sententiæ conformes omnino debent executioni mandari, non obstante nullitatis exceptione. clemen. j. de re iud. Quod intelligunt primò, nisi nullitas euidens est ex actis, vt per Corne. consi. cciij. volu. ij. Ias. consi. xliij. col. j. volu. iij. Hierony. Gratũ cõsi. lxxij. & cõsi. lxxx. & consi. lxxxv. col. j. Et latè per Didac. Couarru. in practicis quæstio. cap. xxv. nume. 2. versi. primum igitur. Secundò intelligitur, quando agitur contra condemnatum, non quoad tertium, qui ratione proprij præiudicij aduersus ipsam sententiam vltimam, nullitatem allegat, vel se opponit executioni ad eam impediendam, vt tenet Ioan. And. in dicta clemen. j. in gloss. in ver. contra se. quẽ sequitur Cardina. quæst. iiij. Bonifac. colum. vij. & alij ibidem. Feli. in cap. veniens. ij. nume. 11. de testib. Alexan. & Ias. col. fin. in l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudi. Idem Felin. in cap. cùm super. nu. 18. ff. de re iudi. Domini de Rota decis. ccccxlj. in antiquis. Et Decius in cap. sua. nu. 10. de appella. Quorum opinio communis est, vt fatetur eam secutus Feli. in ca. qualiter. j. nu. 31. de accusationibus. Et latè per Sebastianum Vantium in tractatu nullitatũ, in titulo, quis possit dicere de nullitat. Quamuis contrariã sententiam veriorem esse censeant Gulielmus & Barba. in dicta clem. j. vbi Zenzel. & Imol. hãc opinionem sequuntur, vbi tertius certior fuit de omnibus tribus sententiis: primam verò vbi nullam cognitionẽ, nec scientiam habuit duarum sententiarum, quæ ante tertiam latæ fuerunt: quorum tamen opinionem indistinctè reprobat Didacus Couarru. in practicis quæstionibus. c. xv. nu. 9. Et communem opinionem sine vlla distinctione esse tenendam existimat. quem legito. Ibi, Secundò limita. adde latè per Stephanum Aufrer. decisio. Capel. Tholos. cccxxx. Gab. Saray.

CCXCII.

1 *Emptor, cui res vendita adhuc non est tradita, an possit impedire, ne tertius in possessionem mittatur per venditorem?*

1 AN emptor, † cui res vendita adhuc non est tradita, possit comparere, & impedire ne tertius in possessionem mittatur per venditorem? De hoc fuit quidam magister interrogatus: dictum est vnicum Iaco. Butri. in l. manifestissimi. C. de fur. relatum per Bal. in c. j. col. j. quid sit inuestitu. quòd non per l. is cui. ff. de furt. & l. fina. §. fin. ff. de donatio. quod nota.

ADDITIONES.

Et ita tenuit idem Bald. in d. l. manifestissimi. col. j. Ias. in l. quo-

ries.colum.j.C.de rei vendicat. Thom.Ferrat.cautela xlviij.si quis.in princi. Nico.Pig.

Adde quòd si quis vendit rem vni,& posteà ipsam vendat alteri,& prius sibi tradat,secundus emptor vigore ipsius traditionis præfertur primo emptori:& sic non habet locum regula,qui prior est tempore,potior est in iure. vt de primo est tex.in l.quoties.C.de hæredit.vel actio.vendit. & in l.siue autem.§ si duobus.ff.de publicia.& text. & ibi per omnes in l. quoties.C.de rei vendic.& ista regula est adeo vera,quòd primus emptor pro suo interesse non posset se opponere,vel impedire quominus secundus emptor in possessionem mitteretur.vt voluit Iacob.Butrig.in l.manifestissimi.C.de fur. & vlterius est adeo vera,quòd si aliquis venderet rem alicui,& ei cum iuramento promitteret alteri non vẽdere, tamen si posteà eam venderet,& traderet,secundus emptor non obstante iuramento præferretur primo.vt in terminis decidit Ioan. de Imol.in repeti.c.cum contingat.versicu. quantum autem ad ipsam rem.de iureiuran.iuramentum enim non habet vim impediendi translationem dominij.vt pulchrè tradit Bal. consil. ccccxcvij.incip.inter tres marchiones.lib.iiij.licet talis vẽdens incidat in pœnam falsi per talem venditionem. vt est text. in l.qui duobus.cum ibi not.ff.de fals. Et hinc insurrexit communis practica tabellionum,quòd quando conficiunt instrumenta alicuius venditionis,vtuntur duplici remedio, ad hoc, vt primus emptor indifferenter præferatur secundo. Primum remedium est, quòd in instrumento apponunt constitutum, videlicet quòd dictus vendens constituit se nomine ipsius emptoris possidere: quia constitutum habet istam vim,quòd primus emptor præferatur secundo: prout fuit originalis decisio Guido.de Suza.in l.fin.C.de sacrosanct.eccle. & in l.quoties. C.de rei vendica.quem refert & sequitur Ioan. Andr. in additio.Specu.in titu.de empt.& vendi.§ sciendum. versicu. & not.tenet Bald.in rubri.C.de contrahen.emp. quæstio.xvj. Alexan.consi.xiiij.circa primum dubium quo quæritur nũquid dicta donatio.in fin.volu.j.& consi.xxv. viso testamento condito per Angelucium.volu.iij.& ratio istius decisionis est,quia dato quòd cõstitutum sit actus fictus,tamẽ per ipsum transfertur dominium & possessio,perinde ac si verè res esset tradita.vt est text.in l.certè.§.j.versicu. propriè possidere videor.ff.de precar.per quem text.ita tenent Barto. & Modern. in l.ab emptione.ff.de pact.& Barto.in l.interdũ. & in l.quod meo. vbi plenè per Alexan.ff.de acquiren.possess.Secundum remedium est,quia in instrumento apponunt hypothecam,videlicet quòd pro obseruatione prædictorum dictus vendens obligat ipsi emptori omnia bona sua, & præsertim illam rem, quia si posteà alij venderet & traderet ,primus emptor præferretur omnibus alijs,quia hypotheca habet tantam vim, quæ impedit translationẽ dominij: vt est casus secundũ vnã literam Pisanã in l.si creditor. vbi Bar.ff.de distr.pig.vt no.Bar. & alij in l.ea lege.C.de condi.ob cau.Bart. & moder.in l.si ita quis.§.ea lege.ff.de ver.obli.& Bart.vbi hoc in terminis dicit in l.qui absenti.§ j.in fi.ff.de acquiren.posses. Si autem de prima venditione non fuit confectum instrumentum, vt de necessitate non requiritur,cautela est,vt primus emptor probet quòd ipse secundus emptor sciebat venditionem prius factã: & sic præfereris ipsi secundo propter fraudem suam,vt dixit Bal.in rubri.C.de reuoc.his quæ in fraudem credi. cum alijs per Ferratium alleg.cautel.sua xlviij in fin.

CCXCIII.

1 *Insigniorum vsus,quæ competunt ratione superioris dignitatis, an possit præscribi per habentem dignitatem minorem. & hoc possit præscriptione vel consuetudine induci?*

2 *Consuetudine longissima possunt ea acquiri per Baronem, vel Comitem,quæ princeps sibi reseruauit,vt ius vectigalis.*

1 NVtquid vsus insigniorum, † quæ competunt ratione superioris dignitatis,posit præscribi per habentem dignitatem minorem:vel posit hoc præscriptione,vel cõsuetudine induci? vtputà , qui à scholaris portat aurum, quod non,nisi habentibus dignitatem conceditur . vt est tex.notab.in c.clerici.ad fi.de vita & honesta. cleric. Dic quòd hoc tractat Host.in c.cùm cõtingat.de æta. & qualita.vbi determinat, dubitatiuè tamen, quòd sic. Sed nil allegat.Ioan.And.mouet hanc quæstionem in cap.Abbates.de priuileg lib.vj.in nouel.& ibi concludit, quòd non posit inferior vti insigniis maioris. allegat c.peruenit ij. & c.ij.xliij.di. Ego dico,quòd si est cõsuetudo,cuius initij hominum memoria non est,tunc est verior opi.Host. moueor per c.super quibusdam.§.præterea.(vbi tex.singularis)de verbo.significa.& ea † quæ princeps sibi reseruauit

2 possunt acquiri illa longissima consuetudine per Baronem, vel Comitem, vt ius vectigalis.C.noua vectiga. per totum. Si verò præscriptio,seu cõsuetudo non est ita longa,sed scitur eius initium:& tunc est vera opinio Io.And. per iura sua.

ADDITIONES.

Ad hæc vide Cy.Sali.& Roma. in l.vectigalia.C.noua vectiga. Mar.de Lau.in tracta.princip.§.lxxxviij.incipi. consuetudo. plenius per Feli.in c.cum nobis.de præscrip.Alexan. cõsil.vj. j.volu.Panor.consi.clxj.incip.in causa quam.& consi.ccxxv. incip.super primo dubio.ad finem.Oldra. consil.clxxij.quia omnes.ij.col.versi.ad tertium.Card.consi.lxxxix. capitulum. in princip.Ange.consi.ccxiij incip.in accusationibus.colum. iij.loquentem de Duce Mediolani. Ludo. mei consil.lix.colum.vlti.in quibus locis loquuntur de præscriptione incorporalium,& sic in proposito,sæpius allegant dictũ cap. super quibusdam.

Adde Balb.in tracta.præscript.in ij.par.v.par.princi.versi.quartò dubitatur. Nic.Pig.

Istud refert & sequitur Do. Andr. Tiraquel.in tracta.de nobilitate.ca.xiiij.nume 2.ibi vide multa per eum tradita. Franc. Ripa lib.ij.responso.cap.xxvj.& nouissimè Didac.Couar. libro primo variarum resolut. cap.xvj.nume.10. in fin. & in capit. cùm in officiis.nume.9.versicu.nam & hæc consuetudo. extrà de testamen. Gab.Sar.

CCXCIIII.

1 *Forensi si per statutum prohibeatur aliquid relinqui,an si ei relictus sit fundus, vt illum vendat, & pretium habeat , statuto locus sit?*

1 PRohibetur forensi in ciuitate ista † aliquam rem immobilem relinqui per statutum,aut per viam contractus,vel vltimæ voluntatis: Relictus est fundus forensi, vt vendat,& pretium habeat:An hoc casu habeat locum statutum?Bal.mouet,nescio vbi,nec recordor. Sed gloss. est singularis in c.j.§.confirmatos.in verbo, domum.de religi domi. in vj.quòd valet legatum:sicque tale statutum non habet locum. Et est ratio,quia si non durat alienatum,ergo non videtur alienatum,vt in cap.j. quid iur. sit, si vas.post alien.feud.id recup.& l.si verò pro parte.§.versum.ff.de in rem verso.

ADDITIO.

Adde quòd Bald. ponit in l.cùm quæstio.in fi.C.de lega. Et sequuntur Francis.in dicto §.cõfirmatos.Corset.notab.clxxvj. verb.Mendicantes.latè per Alexan.& Iason. qui alios citant, in l.apud Iulianum.§.constat.ff.de lega.j. Ioan. dilect.de arte test.caute.xl.si statutum.de lega.Et Dec.consi.ccccclix. in casu.Curt. Iun. consil.cv.col.ij.Et idem per illam gloss. dicunt in legato fratribus mendicantibus facto, Docto. vbi suprà. Feli.post alios in ca.in presentia.nume.51. & ibi Deci. nu.69. de probationi.Hippo.singu.cxxxij.Et adde alium casum infrà singu.cccxxxiiij. Nico. Pig.

CCXCV.

1 *Viduæ vxori si à marito vestis relinquatur, an intelligatur , donec in viduitate permãserit,& sic annuatim,an semel tãtum?*

1 LEgauit † viduę maritus vestem, & sic grauauit hæredẽ suum maritus,vt vxorem vestiat viduam,(quod intelligitur,donec in viduitate permãserit : verba enim intelliguntur secundum personam eius , cui relinquitur.l. plenum.§.equitij.ff.de vsu & habita.) an posit hæres dare vnum vestimentum pro tota vita ipsius viduæ?Et videtur quòd sic : quia verba dubia in vltima voluntate sunt interpretanda secundum voluntatem hæredis.l.qui concubinam.§.j.ff.de lega.iij.cum similibus.& l.apud Iulianum.§.Seio.ff.de leg.j. Præterea affirmatiua verba vnico actu verificantur.l.boues.§.hoc sermone.ff.de verborum significatio.Contrarium tamen determinat Bal. in l.j.colum.ij.C.de fideicom. vbi dixit dictum legatum esse annuum.vide ibi rationes suas.

ADDITIONES.

Ad istud facit quod in simili dicitur , quòd si pater donat filio

fructus

fructus aduentitiorum, quod intelligitur singulis annis, secũdum Bal. in authen. excipitur. C. de bon. quæ libe. facit quod not. Bar. in l. cùm quidam. ff. de annu. leg.

Et sequitur Feli. in c ij. col. iij. ver. fallit secundò. de treuga & pace. & multum commendat Alex. in l. diuortio. §. quod in annos (quem legit cum §. ob donationes.) col. penulti. & ibi Ias. nu. 20 ff. soluto matrimo. idem Ias. in l. si duobus. §. si is qui. col. ij. ff. de iureiuran. Alciat. in d §. hoc sermone. & ibi latè And. Tiraq. in ij. limit. Nicol. Pig.

* Refert & sequitur Catellia. Cott. in memoral. verb. legatum quod vxor.

CCXCVI.

1 *Legatum annuum an censeatur, si legem Titio sextam partem redditunm, quos habeo in monte Senensi?*

2 *Relictum omne præstandum ex mente testatoris ex redditu certa rei, dicitur annuum.*

1 LEgaui Titio sextam partem redditunm, † quos habeo
in monte Senensi: est ne legatum annuum? Dic quòd
2 sic, secundum regulam, † Omne enim relictum præstandum ex mente testatoris ex reddit u certæ rei dicitur annuum. casus est vnicus in l. defuncta. §. fi. ff. de vsufructu.

ADDITIO.

Et idem tenet Francisc. Cremen. singular. lxxvj. habebam. Castren. Alexan. Ias. post alios in l. si Stichum. §. stipulatio. ff. de verborum obligatio. Nico. Pig.

CCXCVII.

1 *Legatum annuum an sit, si legem Titio decem per quadriennium in festo sua capella, an verò sit quadriennale?*

1 LEgo Titio decem per quadriennium † in festo suæ capellæ, an sit relictum annuum, an verò erit quadriennale: vt in fine cuiuslibet quadriennij teneatur soluere annua? Dic quòd singulis quadrienniis præstandum est legatum. casus est singularis in l. cùm erat. ff. de annu. legat.

CCXCVIII.

1 *Legatum si Titio fiat de vno modio frumenti quolibet anno, & si illud hæres non soluerit, eidem Titio relinquãtur mille: an si primo anno hæres non soluat, teneatur ad omnia mille, an verò pro rata vnius modij primi anni?*

1 LEgo Titio † quolibet anno vnum modium frumenti: & si illud hæres non soluerit, relinquo eidem Titio mille: accidit, quòd primo anno hæres non soluit: an teneatur ad omnia mille soluenda, an pro rata vnius modij primi anni? Casus est singu. & peregrinus, quòd tenetur statim non soluto modio primi anni ad omnia mille, in l. j. §. fi. ff. de penu leg. & nota bene.

ADDITIO.

Adde Docto. in l. ita stipulatus. la grande. ff. de verborum obligatio. Nic. Pig.

CCXCIX.

1 *Nepos conceptus post mortem aui, ex propria persona, nec de iure prætorio, nec ciuili ad succedendum in hæreditate aui admittitur: secus est in iure patronatus libertorum, & ecclesia.*

1 COnceptus post mortem aui † ex propria persona, nec de iure prætorio, nec ciuili potest admitti ad succedendum in hæreditate aui. l. Titius. ff. de suis & legiti. l. j. §. si quis proximiorem. ff. vnde cog. Institu. de hære. quæ ab intesta. §. cum autem. & l. si quis filium. C. de inofficio. testamen. tradunt Docto. in l. qui se patris. C. vnde lib. Hoc tamen fallit in iure patronatus libertorum, & cõsequenter ecclesię. casus est singularis in l. Paulus respõdit. §. Paulus. j. ff. de bon. lib. quod nota.

ADDITIONES.

Sequitur Bar. in l. si quis filio. in fi. prin. ff. de iniusto rup. Et est ratio, quia regula d. l. Titius. cum similibus, habet locum solùm in successionibus hæreditariis: secus quo ad alia, vt concludit Barto. per d. §. Paulus. in l. item prætor. ff. de suis & legi. & in l. quod dicitur. q. vij & ibi Alexan. Ias. & communiter alij, ff. de verborum obligatio. Ias. in l. ij. col. lxv. C. de iure emphy Et adde quòd argumentum de iure patronatus libertorum ad ecclesiasticum procedit, quando ratio diuersitatis dari non potest, vt videtur velle Ro. hic, & tradit Augu. Bero. in rub. de iure patro. char. penul. Nic. Pig.

Idem tradit Cur. Iun. in d l. qui se patris. col. xvij. nu. 5. versi. istud tamen. C. vnde liberi. & Deci. in rubri. C. de successo. edicto. col. j. nu. 2. in prin. Gab. Saray.

CCC.

1 *Limitatio ad l. j. §. vsque adeò. ff. de tut & rat. distrah.*

2 *Tutor datus à iudice si male administret, potest prius conueniri iudex, qui eum dedit, quàm contutor testamentarius.*

SCis, quòd vbi sunt plures tutores, vnus tenetur ex mala
administratione alterius, si ille alter non sit soluendò.
Itẽ scis, quòd si magistratus dat plures tutores pupillo,
qui similiter malè administrant, in subsidium conuenitur
magistratus. Hoc præsupposito, dicit l. j. §. vsque adeò.
ff. de tutel. & ratio. distrahen. quòd antequàm perueniatur
ad magistratum ex mala administratione vnius, de-
1 bet conueniri tutor prius, & vltimò magistratus. Sed † il-
lum textum limita, nisi sint plures tutores diuersimodè da
2 ti, quia alter testamentarius, alter datiuus: nam † si datiuus malè administrat, potest prius conueniri iudex, qui eum dedit quàm cõtutor. casus est singularis in l. Lucius. §. cum testamento. ff. de administratio. tuto. & Barto. ibi facit magnum festum.

ADDITIO.

Adde quòd Barto. eandem opinionem tenuit in l. j. versicul. illud ergo. & ibi sequuntur alij communiter omnes. C. de transact. Est etiam alius casus similis in l. j. §. nunc tractemus. versicu vsque adeo. & ibi gl. C. de transact. vbi quando non diuisa tutela à testatore, vel à iudice, quidam ex tutoribus gessit, quidam non: nam si gerens non sit soluendo, agitur primò cõtra magistratum, qui eum dedit, quàm contra contutorem.

CCCI.

1 *Excusatus si ad soluendum id, quod tenetur, non accedat, quia scit guerram: ita etiam excusatur, si scit treugam.*

2 *Treuga an magis accedat paci, quam guerra?*

1 SIcut non accedens ad soluendum † id quod tenetur, excusatur, si scit guerram: ita etiam excusatur, si scit treugam. casus est singularis secundum Bal. in tit. de pace Cõstan. in §. vasalli qui. in vsib. feu. Addas ad c. nouit. de iudi. & de treuga & pace. & ad quæstio. Ioan. Andr. in rubr.
2 de treuga & pace. vbi querit, † an treuga magis accedat paci, quàm guerræ? sed casus est pro illa quæstione in dicto §. vasalli.

ADDITIONES.

Ad hoc vide Feli. in cap. nouit. colum. ij. versi. vbi verba. de iudic. Pau. de Cast. in l. conuentionum ff. de pact. vbi dicit stante statuto, quòd qui habet pacem cum offenso, remittatur sibi offensa, non habet locum vbi quis habet treugam: quia debet habere pacem, & non gaudebit beneficio dicti statuti. Adde Calderi. consilio xxxvij in titu. de testamen. incip. testator mandauit.

Et not. idem Bal. per illum text. in cap. significauit. & ibi Ioan. de Ana. & Feli. de Iudæ. Ias. in l. cùm proponas. ij. C. de pact. Nicol. Boër. qui alios refert, decisio. xl. quæritur an princ. & decis. clxxij. an licitum. nume. 23. quod quomodo procedat, tradit Feli. vbi suprà. Nico. Pig.

CCCII.

1 *Mora in solutione dotis quando, & à quo tempore committi dicatur?*

1 QVando dicitur committi mora † in dotis solutione, seclusa tamen interpellatione? Dic, quòd lapso biennio à die cõtracti matrimonij, si non soluit post biẽnium est in mora, & incurrit consequenter omnes pœnas morosi. Intellige tamen post traductionem ad domum, & onera matrimonij supportata, casus est singularis in l. fi. §. præterea. C. de iure dot.

ADDITIONES.

Adde Barto. Alexan. Ias. & alios in l. de diuisione. ff. soluto matrimonio. Alexand. in l. quod te. colum. iiij. ff. si certum petatur. & in consilio cxlvij. perspectis. colum. penulti. libro v. Socin. regul. cclxix. fallen. iiij. Ange. Areti. in §. fuerat, & ibi Ias. nume. 20. Institut. de actio. vbi ponunt nonnullas limitationes. Nicol. Pign.

Adde Bauerium in repetitio. l. si ex legati causa. colum. xvj. in fi.

versicu.iiij principaliter.ff.de verborum obligatio.& ibi Didac. Segura nume.87.versic.iij.fallit.& per Chassæn. in consuetudi.Burgund.rubri.iiij §.xxiij.nume.1.fol.199. colum.ij. Gabriel Saray.

CCCIII.

1 *Accusatione pendente si reus moriatur, an hæres possit petere, quòd iudex declaret defunctum non commisisse delictum, de quo accusabatur?*

PEndente accusatione de furto, vel homicidio cótra Titium, decedit Titius relicto hærede: (scis quòd finita est accusatio, vt l.ex iudiciorum.ff.de accus. & per totum
1 titulum, si reus vel accusa.mor.fue.) hæres † instat vt iudex declaret defunctum nó cómisisse furtú, seu homicidium, vt defunctus euitet infamiam, an cogatur iudex ad hoc declarandú? Dic quòd sic: ná quo ad effectus declarationis nó extinguitur: casus est singularis in l.filio.§.Seia. ff.de adi.leg.Bal.in l.vnica.col.ij.C.ne ex deli.defun.

ADDITIO.

Et idem dicit August.Arimi.in tracta.malefic.in gl.qui dominus iudex.nu.47 Hiero.Gigas in tract.crimi.læsæ maiest. lib.j.titu.qual in cri.læsæ maiesta.proced.q.xxviij.in fine.vbi in illo crimine adducit l.fin.ibi, nam nisi hoc crimen, &c.ff.ad legem Iuliam maiest. Nico.Pig.

CCCIIII.

1 *Confessio vera prætextu erroris reuocari potest: & quid de confessione ficta?*

TV habes materiam l.non fatetur.ff.de confes.l.error.
1 C.de iur. & facti ignoran.quòd prætextu † erroris potest confessio reuocari. Sed quid de confessione ficta propter contrariam positionem alterius partis, vt io c.si post præstitum.de confes.lib.vj. an reuocari possit? Solus Ioá. And.in titu.de posi.§.nono.in additione, quæ incipit, Vidi dubitari.quem refert do. Anto.in c.fi.de confes.determinat quòd sic: allegat tex.iuncta glo.in l.quoniam.ff.de his qui not.infa.vbi hoc optimè probatur. Adde ad Bar. in l.absentem.ff.de pœn.& in prædictis locis.

ADDITIO.

Hoc sequuntur communiter doct.Bal.in d.l.error.in fi. & ibi Ias. col.vj.in fi.idem Bal.in l.ij.§.quòd si actor.in duobus locis, & ibi Alex.ad Bar.C.de iura.calum.& in l.ita demum.ij.col.ver. restat vnum.C.de procur.latè Aret.consi.cxlvj.visa consultatione.primo dubio.Hippo.in l.j.§ fi.col.fin.ff.de quæst. & in §.postquam.nu.47.in pract.Alex.Ias.& alij in l.ij.C.qui testa.fa.pos.limitando vt per eos: de quo latè per And.Tiraq.de retract.consang.§.iij.gl.j.admittetur. Nic.Pig.

CCCV.

1 *Confessio vera facta in vno iudicio an præiudicet in alio: & quid de confessione ficta?*

1 SI confessus sum in vno iodicio, præiudicat † in alio, vt l.pen.C.de arbi.cum simi. Sed est verum in confessione vera: secus in ficta secundum Bar.in l.ij.§.diuus.ff.de iure fisci.vbi est casus singularis de hoc.

ADDITIO.

Idem Barto.in l.eius qui.in fi.princi.ff.eod.titu.Bald.in l.ij. & ibi Alexan.in vij.conclusio.nume.16.& Alciat.colum.final. post Deci.& alios.C.de eden.Ange.Aret.in tracta.maleficio. versi. qui dominus iudex videns.versicu. quæritur tamen. sub nume.34.idem Alcia.in tertia regula præsumpt.xxij.versicu. sextd facit. Quod intellige in iudicio ordinario: secus in nullo, vt per Angel. Areti.vbi suprà, numero 32.Deci.in cap. at si clerici.colum.iij.limita.vj.& ibi Augustin.Bero. nume.43.de iudic. Nicol.Pig.

CCCVI.

1 *Confessio ficta non transit in hæredem confitentis, nisi iudex declaret illum contumacem, & nisi illa confessio resultet ex morte.*

1 COnfessio † ficta non transit in hæredem confitentis, nisi iudex declaret illum cótumacem, vt l.eius qui delatorem.ff.de iure fis. Quod est verum, nisi illa confessio resultet ex morte.& hoc determinat Bal.singulariter in l. ij.C.qui testa.face.pos.

ADDITIO.

Et sequitur Alexan.ad Bart.in dicta l.eius qui.& in dicta l.ij.colum.j.post Fulgo.& in l.manifestæ.in fi.ff.de iureiuran. Feli. in cap.causam quæ.col.iij.de restib. August. Bero. qui sex limita.ad d.l.eius qui.ponit in cap.at si clerici. col.xl.in ij.fallen.de iudi. Nico.Pig.

CCCVII.

1 *Excommunicatus si in excommunicatione stet per annum, potest omnibus beneficijs priuari, si fuerit excommunicatus pro causa criminali, secus si pro ciuili.*

1 DE hoc heri fui interrogatus. Excommunicatus † per annum stans in excómunicatione potest omnibus beneficiis priuari.xj.q.iij.c.rursus,& ca.quicunque. quos declarat gl.in c.cum contumacia.de hæret.lib.vj. Innoc. in c.cum bonæ.de æta.& quali.ordi.Anto.in c.j.de iudi. Quod intellige, si sit excommunicatus pro causa criminali: secus si pro ciuili, tunc enim non potest beneficiis priuari, etiam si mille annis steterit in excommunicatione.gl. est singularis, in c.contingit. de dolo & contu. de qua ibi do.Anto.facit festum maximum.

ADDITIONES.

Adde quòd Panormi.in dicto cap.contingit.tenet gloss. dicit tamen quòd licet cap.rursus.& cap.quicunque.cum simili. non habeant locum in causa ciuili, tamen si contumax steterit in excommunicatione per annum, poterit ob nimiam cótumaciam fieri missio, & adiudicari fructus illatim percipiendi, argu.l.Fulcinius.ff.quib.ex cau.in posses.ea.

Sequitur Franc.in dicto c.cum contumacia.in fi.Ioan. de Arno. in solilu. vlti. Abb.in d.c.j.col.iij.vbi Rip.nu.77.& Augu. Bero,lxxxvij.de iudi.& ibi per alios.Stepha.Aufrer. decal. Tholos.cclxv. Nic.Pig.

Diffusè materiam huius singularis tractat Ioan.de Arno.in soliloquio vltimo: & est ratio, quia contrahitur hæresis si quis steterit per annum in excommunicatione, aut per biennium. vt not.in c.fi.de pœnis.& in c.vt inquisitionis. in fi. de hæreticis in vj. Abb.in c.ab excommunicato.in fi.de rescrip.& per Barto.in l.credentes.C.de hæreticis.& in l.si quæramus.ff.de testa.& ibi Alexan.& Abb.in c.grauem.de pœnis. post Hostié. ibi.& latius tradit Ludo.Carrer.in tract.de hæreticis nu.21. & Guid.Pap.decisio.cccexxix.nu.3.versic.sed qualiter in foro, latè hoc in pulchra quæstione discutit Palatios Ruuios in repeti.c.per vestras.in § xviij.col.viij.ver.idem forsan dicendum est. nume.24.extra, de donatio. inter virum & vxorem. Alia & notabilis pœna imponitur per capitula Regni vtriusque Siciliæ manentibus vltra annum in excommunicatione in rubrica, de morantibus in excommunicatione.& in rubrica, quòd excommunicati durantes in excommunicatione vltra annum denuntientur Curiæ per prælatos.&c. Et in rubrica de exceptione excommunicationis criminaliter accusati. Gabriel Saray.

CCCVIII.

1 *Iudex iurans seruare statuta ciuitatis, si posteà iudicet contra statutum continens idem quod ius commune, an sit periurus?*

2 *Statutum cótinens idé quod ius commune, an sit ius commune, vel municipale?*

1 IVdex iurat seruare statuta ciuitatis, † an iudicans contra statutum continens idé quod ius commune, sit per-
2 iurus? Certè hoc recidit in hoc, an † statutum continens idé quod ius commune, sit ius commune, vel municipale? Bal.in l.iij.nu.8.C.de consti.pecu.dicit esse singularem casum.ff.ad municip.l.magistratus.quòd sic; nescio extédere. habeo de facto hunc casum.

ADDITIONES.

Et tenuit idem Bal.in tracta.de constitu nume.10, & comprobat Feli.in c.j.col.penul.versi.tertiò limita.de rescrip.& ibi Aret. prout eum refert Soci.in l.jan v.& vj.casu.ff.ad legem Falci. De quo vide ibi per Bart.Alex.& Soci. Et cautelam, vt iudex non incurrat periurium, ponit Thom.Ferrat.caut.iij.

* Adde quòd iudex aut alius qui iurat seruare statuta ciuitatis, ad hoc vt faciens contra statutum non incurrat periuriú, cautela est, vt illud iuramétum præstet: quia dato quòd postea non obseruet dicta statuta, non propterea erit periurus: vt pulchrè & in specie dixit Lanfranc.de Orian.in repetitio, capitul.

pitul. quoniam contra. circa finem principij, de probationibus. dicens, quòd vbi rector ciuitatis ingreditur officium suũ die feriata, & iurat seruare statuta, vt moris est, quòd tale iuramentum non valet: & ille tanquam si non iurauerit, potest contrauenire: motus per c. j. de ferus. quo cauetur, quòd omnia iuramenta præstita in die feriata in honorem Dei, regulariter non tenent.

CCCIX.

1 *Pater si filium emancipet, reseruando sibi vsumfructum omnium bonorum per filium quærendorum, cum consensu filij, an in aduentitijs postea quæsitis per filium, vsumfructum integrum habeat?*

PAter emancipat filium, reseruans sibi vsumfructum omnium bonorum quærendorum per filium, quẽ nul-
1 lo modo dimittere intendit, & filius coosentit, † quæritur an pater in aduentitiis pòst quæsitis per filium, habeat vsumfructum integrum? Tu diceres, quòd non habeat dubium, quòd sic. Et facit l. si viua. C. de bon. mater. Sed reperio Ioan. And. in additi. Specu. referendo de verbo ad verbum Oldr. verba consil. ccxiiij. factum tale est. & eum non allegat, & determinat quòd est nulla illa reseruatio, in tit. de natis ex lib. ven. §. j. in additione vltima. Sed ego fortè consulam contrarium.

ADDITIONES.

Adde quòd dictum Oldra. & Ioan. Andr. multum commendat & sequitur Ias. in l. fi. col. pe. C. de pac. & in authen. ingressi. ad fi. C. de sacrosan. eccl. Petrasancta sing. lxxvj. emancipatio. Et ad de q in casibus, in quibus cogitur pater filiũ emãcipare, iuxta gl. in §. fi. Institu. quibus mod. ius pat. pote. sol. in illis casibus pater non potest habere aliquem vsumfructum in bonis filij. Singularis est decisio Rapha. Fulg. in consi. allegato per Cæpol. caut. cxv. multi. quem sequitur Ias. in d. auth. ingressi. in fin. Nico. Pig.

* Adde inquãtum coapostillator dixit, quòd in casibus in quibus pater cogitur emancipare filium, quòd illis casibus non habebit pater vsumfructum in bonis filij: illud intellige verum, quando propter sæuitiem, vel iniuriam aut defectum patris cogitur ipsum emancipare: quia dictus vsusfructus seruatur patri propter remunerationem, per l. cùm oportet. C. de bonis quæ liber. quæ remuneratio hoc casu non debetur. l. diuus. ff. si à paren. fue. manumiss. Adde infrà sing. ccccxlvij.

CCCX.

1 *Venditor in dubio præsumitur habuisse fidem de pretio, quia ex venditione dominium non transit in emptorem, nisi saltem habita fide de pretio.*
2 *Dictio, statim, an verificetur post decem dies?*

LEx, qood vendidit. ff. de contrahen. empt. dicit, quòd ex venditione dominium non transit in emptorem,
1 nisi saltem habita fide de pretio: Et † in dubio præsumitur venditor habuisse fidem de pretio, nisi putaret emptorẽ statim soluturũ. ita dicit ibi gl. Sed pone q putet post decem dies habere pretium, an tunc censeatur habuisse fidẽ
2 de pretio? Dic † quòd tunc dictio statim, non verificatur post decem dies, & sic non habet locum illa gl. tu habes de hoc glossam singularem in l. in ciuile. C. de rei vend.

ADDITIO.

Adde Alex. consi. xcij. perspectis. libro j. consi. lxxxvj. ponderatis. col. ij. consi. clxxiij. viso. in ii. lib. vj. Ange. Aret. in §. venditæ. Instit. de rerum diuisio. & plures cumulat And. Tiraq de retract. conuen. in fi. nu. 77. Nic. Pig.

CCCXI.

1 *Vendens rem statim recessurus, vtputà, in nundinis, nunquam censetur habere fidem de pretio.*

1 VBi quis † vendit statim recessurus, putà, in nundinis, nunquam censetur habere fidem de pretio. verbũ singu. Bar. in l. si non donationis. C. de contrahen. emp. allegat. l. si quasi. ff. de pig. act. & eam allegat in l. si cùm dotẽ. §. fi. ff. solu. matr. licet ad aliud propositum.

ADDITIONES.

Ad hoc vide Alex. & alios in l. si cùm dotem. ff. solu. matr. & in l. à diuo Pio. post Bar. in §. sed si emptor. ff. de re iudi. & Bal. in l. in ciuile. C. de rei vendi.

Quod sequitur Alexand. in additio. Bart. in dicta l. si quasi. & in l. j. in sexto notab. ff. si certum peta. Ange. Aret. in §. venditæ. Institu. de rerum diuisio. & adde dicta in singulari præcedenti. Nico Pig.

* Nundinæ fauore publico introductæ sunt. l. ij. ff. de nundin. & ideo vendens in nundinis non cẽsetur fidem habere de pretio: quia non est verisimile quòd velit quis habere fidem de pretio vni ignoto, qui fortè statim est recessurus. argument. l. si legationis. ff. de iudic. Curt. in tract. de sequest vers. sexto quæro. Similiter si detur securitas venientibus ad nundinas, non tamen bannitis venire licebit, nisi de eis expresse dictum sit. Barto. in l. j. ff. ad legem Iul. maiest. sequitur Nell. in tract. bannit. in iij. parte ij. tempor. quæst. i. etiam si iniustè essent banniti, secundum Bal. in l. j. C. de nundin.

CCCXII.

1 *Donatio inter virũ & vxorem regulariter est prohibita: Et quid si lata sit sententia absolutoria pro vxore, cui vir, cum possit, non opponit: an solutis repetitio impediatur?*
2 *Limitatio ad l. Iulianus. & l. iudex. ff. de condict. indeb.*

1 TV scis, † quòd donatio inter virum & vxorem regulariter est prohibita, vt per totum titulum de donatio. inter virum & vxorem. Quid autem si lata est sententia pro vxore, viro oon opponente, cùm posset eam exceptione repellere? Certum est, quòd sententia valet; sed an impediat repetitionem soluti? Tu diceres quòd sic, per l. Iulianus. & l. iudex. ff. de cõdic. inde. Sed tamen contra-
2 rium est verũ. Iura † enim illa limitãtur non procedere in ea sententia lata pro eo, cui alter ex litigatoribus donare prohibetur. casus est singularis in l. si sponsus. §. si vxor. ij. ff. de dona. inter vir. & vxo. & illum casum docuit me Bal. in l. cùm allegas. col. ij. vers. sed quæritur. C. de vsur. quem perpetuò tene menti.

ADDITIONES.

Adde quòd istud dictum refert & simpliciter sequitur Ias. in l. iudex. de condict. indeb.

Adde Cæpol. cautel. cxij. donatio. in fi. Alexan. consi. lxxxij. viso processu. col. ij. lib. iij. Ioan. Arno. in soliloquio. lxxiij. Palatios Ruuios in repe. rub. de dona. inter vi. & vxo. §. xlvj. And. Tiraquel. qui alios citat in tractatu de retract. conuen. §. j. gl. ij. nu. 34. Nico. Pign.

* Adde quòd licet donatio inter virum & vxorem regulariter non valeat: vt C. & ff. de dona. inter virum & vxo. etiam si interueniat traditio. l. iij. § sciendum. ff. eod. quod intelligitur quando donans efficitur pauperior, & alter locupletior. d. l. iij. in princi. & l. si sponsus. § concessa. ff. eo. tamen fallit si coniuges faciant sibi mutuam donationem, hoc est, sibi inuicem reciprocam: videlicet si contingat alterum mori, alter superstes habeat bona sua: quia tunc propter dubium euentum valet donatio. l. si pater puellæ. C. de inoffi. testa. & ibi hoc singulariter not. Cyn. quem ibi Docto. sequuntur. & pro hoc vide glos. in l. licet inter priuatos. C. de pact. & probatur in l. quod autem. §. si vir & vxor. ff. de donat. inter virum & vxo. & hoc tenet Roma. singu. dcccxx. prohibiti inter se donare. quod tamen intellige, & limita quando donatio vnius sequitur donationem alterius incontinenti: secus si ex interuallo. quia tunc talis donatio reciproca est nulla. vt est text. in l. quæ iam nuptæ. ff. de donatio. inter virum & vxo. secundum Roma. d. singula. dcccxx. vbi subdit per illum text. quòd si ego donassem vxori meæ mille, & posteà hæc ad decennium donasset mihi fundum, vtraque donatio est inualida. Itẽ valet donatio inter virum & vxorem si iuramento fuerit validata: ex quo tale iuramentum potest seruari sine interitu & dispendio salutis æternæ. c. si verò. & c. cùm contingat. de iureiurand. & illud tenet Barto. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. & in l. Seius. & Auger. ff. ad legem Falcid. & fuit originaliter opin. Gul. de Cun. in l. sed & si possesson. §. item si iurauero. ff. de iureiurand. Sed tamen contrarium tenuit idem Bart. in l. j. ff. de donatio. inter virum & vxo. motus ea ratione, quia est contra bonos mores. vt ibi. in dicta l. si quis pro eo. post princ. & in l. cùm quis decedens. §. Titia. de lega. iij. Est & aliud remedium, vt si habeat facta donatione, ille cui donatum est, allegeret etiam aliam causam quæ sufficiat ad donationem validandam, & donans non opponat aliquam exceptionem in contrarium, & pronuntietur donationem valere, & donatarius absoluatur, quia si donans vellet posteà venire contrà, submoueri posset exceptione rei iudicatæ. vt est casus cum glo. valde notab. in l. si spon-

sus.§.si vxor vel maritus.ff de donatio.inter virum & vxo.facit l.iiij.§ item quæri potest.ff.de re iud. Sed si pronuntiaretur per iudicem donationem inter virum & vxorem sine alia iusta causa valere, sententia esset ipso iure nulla.l.iiij.§.sciendum.ff.eo.titu.& not.glo.singu.in dicto §.si vxor vel maritus. Tu de his omnibus latius vide per Catellia.Cot. in memoral. in verb.donationes inter virum. & Cæpol.cautel. cxij.donatio inter virum.

CCCXIII.

1 *Termino dato ad omnia generaliter probāda, an exceptio illa probari possit, ad quam probandam specialiter antea data fuerat particularis dilatio?*

1 ROmæ inter Dominos meos fuit satis dubitatū,✝nunquid in termino generaliter ad omnia probanda indulto, possit exceptio quædam probari, ad quam specialiter per prius probandam data fuerat particularia dilatio? Videtur quòd sic propter æquitaté iudicij, vt l.si quia in intentione.ff.de iudic.l.inter stipulantem.§.j.ff.de verbo.obligatio. In cōtrarium tamen decidit singulariter Bal. in l.peremptorias.col.ij.versi.quæro,iudex statuit.C.senten.rescin.non pos.post Spe.in titu.de dilat.§.videndum.versi.& attende.alleg.generalia.l.doli clausula. & l.stipulationes commodissimè.ff.de verb.oblig.facit l.cohæredi.§.qui patrem.ff.de vulga.& pupil.& l.Stichus nutricis.& l.alimenta.§.j.ff.de alimen.leg.& hæc quinque iura solitus est Bal.ad vnum propositum allegare.

ADDITIO.

Adde eundem Roma.in l.fi.ff.de fer.Doctores in rubri.extrà de dila.vbi Barb.contrarium tenet. Nic.Pig.

CCCXIIII.

1 *Termino generali ad probandum incumbentia, dato, nunquid valeat generalis productio actorum existentium in vno sacco?*

1 HAesitatum fuit multum per Dominos meos:✝an dato termino generali ad probandum incūbentia, valeat generalis productio actorum existentium in vno sacco: prout Romę euenit in vno peritissimo procuratore? Et videtur quòd non: quia est vaga & generalis, & ideo ambigua & incerta: arg.l.aut qui aliter.§ j.ff.quod vi aut clām. sicut etiam excipiens generaliter non admittitur, vt l.Titiæ textores.ff.de lega.j. In contrarium facit quod not. Bald.in l.si finita.§.Iulianus.ff.de dam.infect.& in l.accipiendis.ff.de autho.tuto.vbi tenet, quòd valet, si dico, cōpareo in omnibus causis meis generaliter. Demum fuit allegatum, quod notat singu.Ioan.And.in addi. Spec. in titu.de instru.edi.§.videndum.col.j.versic. item non exhibeas.& Do.Anto.in c.imputari.de fide instru. vbi determinat singulariter, quòd aut talia productio fit simpliciter, & valet: aut fit cum protestatione, quod non intendo producere, nisi ea, quæ faciunt ad victoriam meæ causæ, & tunc talis productio est nulla. Quod fallit, nisi breuitas dilationis, putà, quia vna hora daretur ad multa iura, seu instrumenta producenda, seu qualitas personarum, putà, quia rusticus, mulier, vel pauper non valens aduocatū conducere, suadeant oppositū. Et ita ego pronūtiaui contra illum procuratorem peritum, cum dicta protestatione saccum iurium producentem. Et hoc addas ad no. per Bar. in l.cùm seruus. ff.de condi.& demon.

ADDITIONES.

Vide Feli.in c.imputari.in fi.hic alleg. Et quia hìc dicitur, aut fit cum protestatione, &c.ad huius veritatem vide Paul.de Cast. in l.j.C.vt quæ desunt aduoc.Bald.in l.vnica.C.de confes.& in ca.cùm dilectus.col.vlti.de consue.Imol.omnino, qui ponit communem opinionem in c.perpetuus. de fide instru. per Rotam decisio.cclxxxij.incip. Licet quis.

Adde Practic. Papien.in libello product.instru. in fi. Ias. in dicta l. Titiæ textores. col.ij. versicu.tertio.adde Alexan. in dicta l. si finita.§. Iulianus. in additio. Barto.col.iij.& in lect. post Roma.numero 27 ff.de damno infect. Et de illo dicto Bartol. in dicta l.cùm seruus.vide cumulata per Andræam Tiraquel. in tracta.de retract.conuent.§.iiij.in glossa vj.numero 19.& sequen. Nicol.Pignol.

Adde multa similia, quæ nouissimè congerit Ronchegallus, in l. iiij.nu.19.circa med.ff.de duob.reis. Gab.Sar.

CCCXV.

1 *Vxor propter adulterium perdit dotem, & bona paraphernalia, quæ marito applicantur.*

1 PRopter adulterium vxor✝perdit dotem, quæ applicatur marito. Sed an perdat bona paraphernalia? vnam gl.habes mirabilem quòd sic in c.plerunque.de dona.inter virum & vxo.quam nota.

ADDITIONES.

Cardi.consi.cxj.col.ij.& Sande.in c.pastoralis.col.iij.circa med. versi.mulier impudica.& ibi ad materiam c.plerunque. hic alleg.& l.ex consensu.C.de diuor.quærit an istud habeat locum in vidua, & in adulterata per vim.

Adde quòd illam gl.sequuntur communiter doct. Ias. in l.fideicommissum.C. de fideicom.doct.in rub.C.de eden. & in rubri.de iudi.extrà. Aret.in tracta.malefi.in verb. *che hai adulterato*.nu.17. Gerar. Petrasan.singu.xlviij.scias. Hippo.singul. ccxxiiij.paria. Lud.Carer.in tractat.de homi.§.vj.nu.253. Et Nico.Boër.decis.cccxxxviij. quo ad secundam. qui ponit vj. vel vij.limit.quòd propter adulterium non perdit dotē, nec paraphernalia. Nic.Pig.

Eleganter hanc materiam prosequitur Ioan. Franc. Ripa in rubri.extrà de iudi.col.ij.versi.circa secundum. nu.12.& Deci. in c.pastoralis.col.ij.nu.7.de iudic.& Hippol.de Marsi.in l.j. §.item diuus.in ij.notab.nu.4.ff.ad leg.Cornel.de sicar. & in l.patre, vel marito.in prin.nu.10.ff.de quæstio.vbi ponit limitationem ad gl.in d.c.plerunque.& per Ioan.de Garronibus in authen.eisdem pœnis.nu.19.C.de secun.nup.& do. Barth. Chassæn.in commenta.consue.Burgun.in iiij.rub. in §. *le mari, & la femme*.in ver. *& sera tenue*.nu.17. Gab.Sar.

* Adde Ias.in l.ij in princi.soluto matri.& in rubri.C.de iudic. Alexan.post alios in l.rei iudicatæ.solu. matri. vbi etiam ponit an hæredes mariti possint allegare adulterium vxoris, vt dote priuetur: & an maritus possit hoc idem opponere hæredibus vxoris.& tradit Felin.in cap.pastoralis.versicu. mulier impudica.de iudic.vbi etiam habes quid in vidua, quæ mortuo viro stuprum commisit. Verùm hæc omnia ampliantur singulariter secundum Bald.in cap.tuæ.circa finem, vt procedant etiam si vxor tua fuisset ab aliquo luxuriosè osculata, vel eidem manus mamillis admotæ fuissent per aliquem ipsa consentiente: quia hæc & similia præparatoria sunt ad adulterium: & hanc ampliationem pro singul.commendat Deci. in rubri.extrà de iudic.in prima lectu.& in rubri.C.de eden. in prima conclusione.vbi declarat quomodo debeat intelligi, ne mulieres tantum terreantur. Sed an propter adulterium vxor, vel adulter perdant legatum factum à marito. Bald.notab.in dicto c.tuæ.ad fin.tenet quòd sic: & quòd applicatur fisco.vbi pariter dicit fisco applicari legatum factum illi mulieri, quam quis polluit per adulterium: declarando vt ibi per eum, per l.Claudius.ff.de his quibus vt indi. De vidua autem quòd propter stuprum mortuo viro cōmissum priuetur dote, consuluit Castren.consi.cxxj.reuocatur in dubium.in fin. in antiq.aliàs consi.cxlvij.lib.ij.sed contrarium tenet Alexan. in l.iurorem.C.de his quibus vt indig.sequitur Ias.in l.fideicommissum.C.de fideicommiss.& ista opinio est æquior secundum Dec.in dicto c.pastoralis.& eam sequitur Rip in l. ij.soluto matrimo. Vide Hippoly.Marsi.singu. ccccxvj.plures profecto.& Gerard.de Petrasanct.singl.xlviij.& ibi addi.

CCCXVI.

1 *Procurator pro me agens si sit reuocatus, & hoc sciat iudex vel pars, cum eo gesta sunt nulla, nisi illa reuocatio ad eorum notitiam post conclusionem in causa peruenerit, quia tunc valebit sententia.*

1 TV scis, quòd si procurator pro me agens est✝reuocatus, quę reuocatio peruenit ad notitiam iudicis, vel partis, gesta cum eo sunt nulla. vt l.j.C.de satisda.& in c.mandato.de procur.vbi de materia per gloss.& Docto. Quod est verum, nisi hæc reuocatio peruenerit ad notitiam eorundem post conclusionem in causa: quia tunc valebit sententia cum eodem procuratore. casus est singularis in cap.auditis.de procuratore.& miror quòd non ponatur in illis locis.

ADDITIO.

Et idem Roma.consi.ccclxvij.circa primum.in quarto dubio.

Et est

Et est ratio: quia conclusio in causa producit eundem effectum, quem producit sententia: vt & aliàs per Roma. consil. cccxlvj. in hac nu. 8. Feli. in c. cum dilectus. col. j de fide instr. & per Hipp. in practi. crimi. §. sequens. col. ij. Et adde x. fallen. ad regu. d. l. j. C. de satisd. per Felin. in c. ex parte decani. de rescrip. Nic. Pig.

CCCXVII.

1 *Nuntius Papæ falsò aliquem eius mandato citans, tenetur pœna falsi criminaliter, & ciuiliter ad interesse partis.*

1 HOdie fui interrogatus, nuntius, seu cursor † domini Papæ, citat aliquem eius mandato, & falsò, qua pœna teneatur? Dic quòd tenetur pœna falsi criminaliter, & ciuiliter ad interesse partis. casus est singularis in l. qui nomine. ff. de fal.

ADDITIO.

Et ibi Bar. Alex. in additio. Bal. & doct. in l. fi. C. de exhi. reis. Ias. in §. quadrupli. in iiij. notab. Instit. de actio. Alcia. in ij regu. præsum. xiiij. præsum. Fran. Rip. in c. j. nu. 87. de iudi. vbi post supradictos docto. disputat de reali citatione, an valeat sine mandato iudicis. Nic. Pig.

CCCXVIII.

1 *Litium redemptor, & perpetuus litigator non potest esse testis, nec accusator.*

1 NVnquid redemptor litium, & continuus † litigator possit esse testis? Dic quòd non. Nec etiam possit esse accusator. casum habes vnicum. iij. q. v. c. susceptos.

ADDITIONES.

Habes similem tex. in c. nullus. ea. cau. & q. & illum tex. Ant. Cor. in no. suis not. ccclxiij. in verbo testis. incip. an redemptor litium fatetur se didicisse ab Andr. Barb. doctore suo in capi. testimonium. de testib. col. xviij.

Adde etiam capit. similiter. ea. causa, & quæstio. quem allegat & sequitur idem Ro. singu. dccxxviij. Et adde Ioan. Arno. proble. ix. Io. Crot. in tracta. de testi in iiij. parte nu. 182. Rip. in l. ij. col. ix. ff. sol. mat. Et est ratio: quia omnia mala sciūt, & omnia mala faciunt. glo. in l. ab Anastasio. verbo morantur. C. mandati. Nic. Pig.

CCCXIX.

1 *Inimicitia etiam si nouiter sit reconciliata, tamen repellit quem à testimonio.*

1 INno. in cap. cùm I. & A. de re iudica. dicit, † quòd si sit inimicitia nouiter sublata, & facta amicitia, repellit quem à testimonio. Bal in l. præscriptione. col. antepen. nu. 36. eum refert. C. si contra ius vel vti. publi. Sed tu habes casum vnicum in cap. accusatores. j. iij. q. v. licet illud dictū reputetur singulare, tamen ego erubuissem, si quis mihi allegasset.

ADDITIONES.

Sequitur Abb. in capit. cùm oporteat. nume. 6 de accusa. & ibi Feli. col. vj. idem Feli. in c. eam te. vers. infidelitas ij. limita de rescrip. Hiero. Cu. in tract. malefi. in verbo, & ad querelam. versic. vigesimo repellitur. ad fin. Alex. in consil. xcix. in causa. colum. j. lib. j. Deci. in cap. j. in j. lectu. col. iij. & ibi Ripa. nu. 17. de iudic. Hippo. de Marsi. qui alios citat, in l. j §. præterea nu. 4. ff. de quæstio. & in singulari clxxviij. inimicus. & faciunt quæ dicit in singulari sequenti. Phili. in cap. 1. postremo. ver. xxxv. de appel. Alcia. regu. ij. præsump. xj. Soci. iunior. consi. lxxvij. licet. numero 42 libro j. Hierony. Gigas in suo tracta. de crimi. læsæ maiest. libro ij. rub. quo & per quos, & ea. quæstio. ij. nu. 25. Nic. Pig.

Inimicitiæ suspitio non tollitur per reconciliationem de nouo factam, nam tunc statim quis non dicitur esse idoneus iudex aut testis qui modo erat inimicus: quamobrem est expectandum, vt amicitia longo tempore sit confirmata, & sint obliuioni tradita omnia inimicitiarum vestigia d. c. accusatores, hic à Roma. alleg. glo. in c. per tuas. j. ver. inimicitias. vbi Ana. col. iij. & Feli. colum. fi. de simo. Innocen. in ca. cùm oporteat. colum. fi. & ibi Abb. col. ij. Ana. colum. i. j Felin. nu. 4 de accusat. in l. inimicitiis. colum. ij. C. de iudic. Bolog. consi. xvij. Aymon Grauet. consi ix. col. ij. volu. j. & alii allegati per do. Andr. Tiraquel. in tract. cessante causa. ij. parte, limita. xvj. nu. 7. Ex quibus patet hanc esse communem opinionem. Cuitamen obstare videtur tex. in l. athletæ. §. dat remissionem. ff. de excusa. tut. vbi inimicus nuper reconciliatus non excusatur à tutela. Sed illi tex. potest responderi, illum procedere in tutore in testamento dato: tunc enim non excusatur etiam propter inimicitias capitales: quia qui tutorem Titium filiis suis dat, quamuis Titius fuerit sibi inimicus, visus est omnem inimicitiam à se abiicere: eáque vera reconciliatio præsumitur, cùm ei filios proprios, & bona commendarit. Vnde quo ad ipsum testatorem reconciliatio amicitiæ integra est, & ab omni suspicione libera. Ideo non est, cur tutor excusationem iustè prætendere possit ob capitales inimicitias. Et ita etiam intelligi debet textus in §. inimicitiæ. Institut. de excusa. tut. Quòd si post scriptum testamentum capitalis inimicitia orta sit, aut prior est testamentu, sed ea causa is tutor testamēto datus esse videatur, vt eo onere, & negotiis vexetur: aliud esse dicendum concludit Did. Couar. in practicis. q. c. xviij. nu. 3. ver. tertio. in fi. Gab. Sar.

CCCXX.

1 *Testator si alteri nepotū legat mille, & alteri alia mille, vt æqualis eum eo sit, primóque postea legatum adimat in codicillis, an & secundo legatum ademptum esse censeatur?*

1 HAbeo consulere in casu pulcherrimo: Testator † legauit mille nepoti suo, alteri verò nepoti, vt æqualis sit eum altero nepote, legauit alia mille, posteà testator ademit primum legatum in codicillis, an censeatur etiam ademptum esse secundo nepoti? Reperi casum hoc mane, quòd sic: & gauisus sum. casus est singularis in l. alteri. ff. de adimen. leg.

ADDITIO.

Facit, quia in dubio pater præsumitur voluisse æqualitatem inter eos seruare, cùm eos æqualiter amare credatur, vt dicit Bar. in l. cùm pater. § pater pluribus. ff. de lega. ij. cum aliis de æqualitate seruanda inter fratres allegatis per Arc. cōsi. j. col. iij. Socin. l. j. nu. 8. ff. de reb. dub. Soci. Iun. consi. clx. col. v. li. j. & Deci. consi. lix. licet. col. ij. Nic. Pig.

CCCXXI.

1 *Exceptiones competentes principali proficiunt fideiussori, & sponte se offerenti non præcedentibus precibus debitoris.*

1 TV scis, quòd † exceptiones competentes principali proficiunt fideiussori, vt l. ex persona. ff. de fideius. & manda. An hoc habeat locum in spontaneo fideiussore, non præcedentibus precibus debitoris? Dic quòd sic: casus est singularis, in quo Iurisperiti dubitauerunt. l. si mulier contra senatusconsultum Velleianum. §. final. ff. ad Velleianum.

ADDITIO.

Sequitur Bal. in l. j. versi. quæro si succurritur. C. eo. titul. latè per Hippo. de Marsi. in rub. ff. de fideiussor. q. xxvj. in princ. vbi etiam latè ponit quæ exceptiones competant fideiussori, & quæ non, & in q. xxxvij. Nic. Pig.

CCCXXII.

1 *Filiusfamilias in iudicio interesse non potest sine consensu patris: fallit tamen in casibus, in quibus minor potest sine tutoris authoritate esse in iudicio.*

1 TV scis. §. necessitate. l. non solùm. C. de bon. quæ liber. † quòd filiusfamiliās non potest in iudicio interesse sine consensu patris. Sed do regulam nnt. quòd in omnibus casibus, in quibus minor habet habilem personam essendi in iudicio sine authoritate tutoris, in eisdem casibus potest filiusfamilias in iudicio interesse sine cōsensu patris. & istud est aureum & singulare dictum Specu. in tit. de actore. col. xvj. nume. 45. versi. sed nunquid in casibus. de quo habes glossam singularem in c. fi. in ver. regulariter. de iudi. lib. vj.

ADDITIONES.

Glo. fi. hic alleg istud mihi non dicit, & videtur tenendū oppositum per tex. in §. pupillus. Insti. de inutili stipu. & in l vlti. § j. ff. de ver. obli. quia alia est tutoris vel curatoris authoritas, & alia patris voluntas. Sed respondetur secūdum Io. And. in addit. ad Specul. in loco hic allegato, quòd l §. pupillus. loquitur extra casus permissos. Ad §. respondetur quòd si excluditur

authoritas, quæ plus arctat, fortius ergo voluntas.

Adde Ang. Aret. in §. actiones autem. col. 1. pe. & fi. Instit. de actio. Soc. reg. elj. fal. x j. Ias. auth. quod locū. nj. not. C. de colla. Gui. Pap. q. liij. Matth. de Affli. deci. clxxv. Are. consi. lxij. vij. dub. cooii. clx. viij. dub. & Alex. consi. cvj lib j. & doct. in d. §. necessitate. & d. c. h. N. c. Pig.

Istud singulare refert, & sequitur Deci. in l. j. col vj. versicu. & ad hoc facit. nu. 66. C. qui admit. & Hippol. de Marsil. in practica crimi. in §. sequens. in fin. nume. 53. Et Celsus Hugo in apostil. ad Lanfranc. de Oria. in c. quoniam contra. in ver. confessiones. in apostilla incipiente, Adde pro illa limitatione, circa medium, vbi plura penit. de probatio. Gab. Sar.

CCCXXIII.

1 *Sacrum de sacro auferens punitur vt sacrilegus, non vt fur de iure ciuili: secus de iure canonico, quo in furtum, & in sacrilegium incidit: & vna, vel alia pœna puniri potest, quod ius canonicum sequimur.*

Tv habes l. si nondum. C. de fur. l. aut facta. ff. de pœ. 2 l. diuus. ff. ad l. Iul. pecu. † quod auferens sacrum de sacro punitur vt sacrilegus, non vt fur. Quod est verum de iure ciuili: de iure autem canonico incidit in furtum, & sacrilegium, & potest vna pœna, vel alia pœna puniri: & tene menti, quia in hoc sequimur ius canonicum, & non inuenies alibi. dictum est sing. Arch. de conse. distinc. j. c. corpora. alleg. tex. opt. xxiij. q. iiij. c. quid ergo. quod nota perpetuo.

ADDITIO.

Quæ autem sit pœna sacrilegi, ponit Bar. in l. sacrilegi. ff. ad leg. Iul. pecul. & quot sint species sacrilegij: & quòd statutum loquens de furto comprehendat sacrilegium, pulchrè per Bald. in d. l. si nondum. Et cognitio sacrilegij spectat tam iudici seculari, quàm ecclesiastico, & habet locum præuentio. Abb. & alii in capit. quàm sit. de foro competen. Cardina. in cle. j. de pœ. latè per Pau. Grilan. in tracta. de pœ. omnifa. coi. in ptin. Nico. Pign.

CCCXXIIII.

1 *Syndicus generalis si à republica constituatur ad exigendum omnes debitores, Et postea alius constituatur ad certa tantum debita, & debitores illi speciales ob negligentiam secundi effecti sint non soluendo, an primus generalis teneatur reipublicæ?*

1 Fiscus, † seu respublica Senensis constituit generalem syndicum ad exigendum omnes debitores: & secūdò fuit alter constitutus specialiter ad certa debita: qui secundus fuit negligēs, & debitores illi speciales effecti sunt non soluendo, an primus generalis teneatur reipublicæ? Die quòd primò conuenitur specialis: & si ille non est soluendo, tenetur primus: vnde non habet locum regula, generi per speciem derogatur, vt in c. studuisti. de offic. leg. de rescrip. c. pastoralis. §. quoniam. cum simili. casus est specialis in l. quoniam Aurelio. C. de con. fisc. deb. libr. x. Bal. inuenit in l. ij. col. ij. ver. de vno quæro. C. quando fis. vel priua. & ab eo ipsum habui.

ADDITIO.

Et sequitur Alex. post Ioan. de Plat. in d. l. quoniam.

CCCXXV.

1 *Hospitale vtrum in dubio præsumatur constructum authoritate episcopi, néc ne?*

Tv Senensis habes hospitale de Monagesi, do tibi vnum dictum pro eo. Scis, quòd hospitale potest cōstrui sine, & cum authoritate episcopi, vt in capit. ad hæc. de relig. domib. & in cap. quia contingit. eo. ti. in auth. vt nul. fa. orat. do. circa princ. & in auth. vt in priua. domi. sa. iussio. non fi. cum multis similibus. Si autem cum au-
2 thoritate episcopi fiat, habet maiora priuilegia. Sed † qd in dubio? Dicunt aduocati quòd non præsumitur cum authoritate episcopi constructum: quia solennitas extrinseca non præsumitur, vt l. quæcunque. ff. de publi. & l.
2 sciendum. ff. de verbor. obliga. Dic, † quòd eo ipso, quòd in prædictis locis missa celebratur, præsumitur authoritate episcopi factum: & est singulare dictum Archid. Legistis incognitum, de consecrat. dist. j. c. a. nemo. j. adde in prædictis locis.

ADDITIO.

Idem tradit Roma. cōsi. ccccl xxvij. in casu proposito. col. ij. Capo. cau. cexj. hospitale. Abb. in c. parentibus. de priuil. in c. fo. pitæ. & c. fi. de censi. latè tradit Feli. post eos, quos allegat in c. de quarta. col. iiij. versi. tertia declaratio. de præscrip. vbi & alia signa ponit. Nic. Pig.

CCCXXVI.

1 *Hæresis libri si penes aliquem reperiantur, ille potest de hæresi condemnari.*

1 EO ipso † quòd libri hæresis reperiuntur penes aliquē, potest ille de hæresi condemnari, secundum Archid. singulariter xxiiij. q. ij. c. sanè profertur. Et hoc per §. & si fortè. qui sequitur. vbi de hoc videtur casus.

ADDITIONES.

Adde Doct. in c. si quis episcopus. de hæret. Hippo. de Marsi. in l. qui falsam. col. xij. nu. 106. & in §. diligenter. nu. 92. in practi. crimi. & in consi. lij. col. xviij. nu. 34. vers. si. restat modò. Ludo. Carer. qui alios citat in tract. de hæret. nu. 125. Limita, nisi reperiantur penes aliquem confutandi eos gratia: quia tunc magis commendandi sunt, quàm puniendi, secundum Ioann. de Arno. problema. x. & est text. (licet ipse non alleget) in c. legimus. ij. distin. nu. 1. Limita secundò, nisi eos combusserit, vt per Carer. post Archi. vbi suprà. Limita tertiò, nisi quis legeret eos ne ignoraret. d. c. legimus. per quod dicit Felin d. c. si quis episcopus. in fi. grauissimas cōiecturas, cum ista de inuentis libris, debere concurrere. Et adde l. quicunque. in fin. l. Manichæos. l. Mathematicos. C. de hæretic. vbi tales comburendi sunt. Nic. Pign.

Idem refert, & sequitur Barthol. Chassæ. in commentar. Consuetud. Burgund. in j. rub. in prin. nu. 53. in titulo, *des Iustices.* Gabriel Sarayna.

CCCXXVII.

1 *Mulier quibus casibus ex fideiussione obligetur, nec Velleiano senatusconsulto iuuetur?*

1 Tv scis, † quòd mulier non potest obligari fideiubēdo, vt in tit. ad Velleia. Non reperio aliquem fideiussorem, nisi mulierem, volo cōseruare eam indemnem, an hoc faciat ei perdere beneficium Velleiani? Dic, quòd aut conseruatur indemnis eo, quia datur illa quantitas, pro qua fideiubet, seu species, & tali casu mulier est legitima fideiussor, & non iuuatur Velleiano. casus est in l. si pro aliquo. & l. si mulieri. ff. ad Velleian. Aliquando conseruatur indemnis eo, quia sibi datur pignus, & tunc potest opponere exceptionem Velleiani. text. est singu. in l. quidam voluit. ff. eo. ti. quod nota: quia ita consului. Adde ad l. antiquæ. C. ad Velleian. & vide ad declarationem Bal. in l. j. C. eo. tit.

ADDITIONES.

Et ibi Salic. Alex. in d. l. si mulier. & d. l. voluit. & in l. j. C. de conuenien. fisci debit. lib. x. Ang. Are. in §. item si. col. xvij. versic. septimus casus Insti. de exce. Hippo. de Marsi. in rub. ff. de fideiussor. q. xliij. Nic. Pig.

* Adde quòd mulieres iuuantur beneficio Velleiani. ff. & C. ad Velleian. cum tamen possunt renunciare. l. generaliter. C. cod. l. vlt. §. vlt. ff. cod. & iuramento interueniente obligantur. c ex rescripto. & ibi glo. de iureiurand. dummodo fuerit certiorata de huiusmodi beneficio: aliàs non videtur ei renunciasse. vt l. mirum. ff. de inoffic. testa glo. not. in authent, quomodo. oport. episcop. §. igitur. in verb. interroget. & no. glo. in d. l. si. §. si mulier. ff. ad Velleia. Io. And. in c. ij. de pact. lib. vj. Alex. in l. si mulier. ff. ad Velleia. vide Cæpol. cautel. cxcvj. notarius scripsit. Sali. in l. j. in fi. ff. ad Velleia. Felin. in c. si diligenti. versi. iiij. fallit. de foro compe. tamen eodem modo non videtur renunciatum beneficio l. antiquæ. §. ne autem. C. ad Velleia. secundum Bal. in l. iij. ad fi. C. de decur. lib. x. in hæc verba, mulieres Velleiano renūtiāt, & iurantes si in instrumento sint duo testes, vel plures, qui nō se subscripserint, mulier ipso iure non obligatur, per d. §. nec autē. sicut etiā nō obligatur, qñ intercedit, vel fideiubet pro marito, per auth. si qua mulier. C. ad Velleia. quibus constitutionibus non intelligitur renuntiatū, neque etiā expressè renunciari potest, secundū eum. & hoc dictum Bald. pro singulari citat Ias. in l. sciendum. vbi tamen tenet

tenet contrarium.ff.de ver.ob.& si est verum,est maxima declaratio ad d.iura.quibus adde Alex.in d.l.generaliter.in sua paraphrasi,post Spe.in tit.de oblig.& solu.§.ante omnia.versicul.sed pone. vbi multum singulariter declarat istam materiam.

CCCXXVIII.

1 *Contractus,qui fit consensu,ad hoc vt per nuntium factus valeat requiritur,quòd contrahentis voluntas alteri pateat per nuntium ad hoc specialem. Et nunquid sit opus per eundem nuntium,alterius voluntatem,cui mittitur, per ipsum mittentem sciri?*

GLossa ordi.in l.consensu.ff.de act.& ob.& in l.j.in fi.ff.
de contrah.emp.ab omnibus approbata,dicit,quod ad
1 hoc vt contractus,✝qui fit consensu, valeat, cùm fit per
nuntium,est necesse,quod voluntas contrahentis pateat alteri per nuntium ad hoc vt specialem:si enim aliùde eius voluntas alteri pateret,non valet contractus.Sed nûquid eodem modo fit necesse per eundem nuntium sciri voluntatem alterius,cui mittitur,per ipsum mittentem?Dic quod non:sed potest sciri per alium nuntium.singulare dictum Arch.xxx.q.v.nec illud.habui à Bal.in rubr.C.de confes. col.ij.quod nota pro declaratione illarum glossarum.

ADDITIO.

Idem Ro.consi.ccxcv.donatio.col.ij.versi.iiij.vbi dicit se notare casum no.pro illo dicto Archi.in clemen.j.de procu.Feli.qui alios citat consi.xxxix.nu.3.Idem Archi.(loquens de matrimonio,quod consensu contrahitur)in c.fi.& ibi Io.and.Domi.& Phili.Fran.de procur.lib.vj.& Soci.Iun.qui alios citat consi.xxix.circa.in princip.lib.ij.Felin.vbi suprà,colum.iiij. Nicol.Pign.

CCCXXIX.

1 *Creditor computat fructus rei pignorata in debitum, nisi ille creditor in re sibi pignorata directum dominium habeat,& debitor vtile tantum,vt est feudatarius,vel emphyteuta.*

1 CReditor computat fructus✝in debitum ex re pignorata.l.j.& ij.C.de pigno.actione.Hoc fallit nisi dominus rei vtiliter hanc rem,in qua habet vtile dominiû,pignoret creditori,& domino eiusdem rei in directo dominio:tunc enim fructus in sortem non computátur. quod est mirabile.& pone exemplum in feudatario & emphyteuta.casus est singularis in c.j.de feu.& in c.conquestus. de vsur.quod nota.

ADDITIONES

Adde cap.j.in fi.& ibi glo singul & do.August.Bero.post alios, col.vij.iij.limit.& in dicta gl.de vsur.& Ioã Arno problema. xj.Socin.in tracta.fallen.regula iij.casu v & Negusan.in tracta.de pignor.in v.memb.v.par.princip.limit.iiij & adde aliam limit.ad regulam infrà singu.cccccxlij.regula est. Nicolaus Pign.

Ibi,Et pone exemplum in feudatario & emphyteuta,&c.vide de hoc latè per Io Fran.Balbum in tract.suo præscri.in secunda parte principali,in prin.nu.5.& seq. Gab.Saray.

CCCXXX.

1 *Testis,qui accepit pecuniam vt dicat,vel non dicat testimonium, à testimonio ferendo repellitur,& pœna legis Cornelia de falsis punitur. Fallit,quando per illum producitur,in cuius præiudicium fuit data testi pecunia.*

2 *Testi si detur pecunia,nô vt testificetur,sed generaliter vt ferat auxilium parti in illa causa, admittitur, & eius testimonium valet.*

TVscis textû in l.iij.§.lege Iulia.ff.de testib. qui dicit,
1 ✝quod à testimonio ferendo prohibetur,qui accepit pe-
cuniam vt diceret, vel non diceret testimonium.& in l.j.
ff.ad l.Corn.de fals.talis punitur pœna legis Corneliæ de
falsis.Quod est verum,nisi producatur per illum, in cu-
ius præiudicium data fuit testi pecunia:tûc enim admit-
titur,& valet.casus est singularis,& mirabilis,in c.j.si de
inuest.fuer.controuet.inter domi.& vas.in vsibus feudo-
2 rum.Bal.exclamat illû text.Item intellige verum,✝quòd
accipiens pecuniam ne ferat testimonium, non est idoneus testis,si datur sibi specialiter, ne testificetur : secus si generaliter,vt ferat auxilium parti in illa causa:tûc enim admittitur,& valet testimonium eius & ita limitat d.§. lege Iulia.Spe.mirabiliter referens dominum suum Hostien.in tit.de testi.§.j.versi.quid si dederit pecuniam.teneme nti.

ADDITIO.

Adde c.fi.& ibi Bal.& alii,vbi Feli.col.ij.de testib.cogen.Felin. in c.licet,causam.ix.notab.de probat.& in ca.j.vbi Deci.alios citat,de testib.Iaf.l.j.nu.21.ff.de fer.Io.Arno.dialog 50.Hippol.de Marsil.in l.j.nu.10.& in §.sed & si quis.nu.4.ff.de fal. & in singulari cxij in orc.Math de Afflict. in d.c.j.notab.xj. do.August.Bero.q.fami.lviij.fuit quæstioni .qui pulchrè declarat.Ibi,Item intellige verum.sequitur Hippol.in d.l.j.nume.11 ff.de fal.Sed Spec.non inuenio & est corruptus Roma. hic.Credo quòd voluit allegare Arch in c.qui rectè.xj.q iij. quod licet dare testi pecuniam publicè,vt verum dicat,& ferat auxilium parti.quem sequitur Bal in c.fi de appell.Ange. in tract.malefi.versi.falsario.nu.20 Deci.consi.clxxxix.statutus.col.vij.& Iaf.in l.j.ff.de condi.ob turp.cau. Nic.Pig.

CCCXXXI.

1 *Iudici pecuniam dans,vt pro eo iudicet,perdit causam: Et orans iudicem in camera,vt pro se iudicet,punitur centum aureis in causa criminali.*

2 SI do iudici pecuniam,vt pro me indicet,✝perdo causam.Sed quid si in camera magnis precibus oro iudicem,vt pro me iudicet,& mihi iudex sit fauorabilis·qua pœna punior?Dic quòd punior centum aureis in causa criminali.tex.est singularis in l.j.in fi.iuncta gl.in verbo ingrediatur.ff.ad l.Iul.de ambitu.

ADDITIONES.

Et Bonifa.de Vitalli.in d.tit.nu.13.Et tentans corrumpere iudicê punitur pœna falsi.l.j § sed & si quis.ff.de fals. Nic Pig.

Adde Hippo de Marsi.in l.j in prin.nu.11.ff.ad l.Corn.de falsis. Gabr.Saray.

CCCXXXII.

1 *Iudex,qui accipit pecuniam.vt committat baratariam, an pœnã euitet,si antequam committat,eum pœniteat?*

1 IVdex capiens pecunias vt cômitteret baratariam,✝an euitet pœnam,si pœniteat antequam committat baratariam?ista quæstio fuit Florentiæ secundum Bal.in vno qui re integra pœnituerat.dic quòd non.tex est singularis in l.& generaliter.§.j.ff.de calum.& ibi Bal.dicit ita determinatum.

ADDITIO.

Et idem Bal.in l.j.§ bestias.ff de postu.vbi refert quæstionem illam Florentiæ.& in l.ij.§.fi.ff.de códi.ob turp.cau.& hoc pro valde notab.refert Iaf in §.quadrupli.col.pen.nu 8 >.Instit.de actio.Hip.de Marsil.singul.cccxxvij.pœnitentia.pulchrè per Nic.Boër.decis.cliij.iudex pactus.vbi latè declarat,& limitat post Bologni.in d.§.j.per eum allega. Nic.Pig.

CCCXXXIII.

1 *Pecunia,quæ ab aliquo accipitur pro delicto committendo,parti applicatur.*

1 ACcipiens pecuniam , vt committat delictum , ✝cui quæratur illa pecunia?Gloss.variat:quia aliquando fisco.vt l.Lucius.ff.de iure fis.& l.Claudius.ff.de his qui.vt indig.aliquando parti.Sed quæ est verior? Dic quòd secunda,scilicet quod applicetur parti regulariter:text.est in l.& generaliter.§.illud.& l.si quis ab alio.§.si vt filio.ff. de calumn.

ADDITIO.

Sequuntur doct.in l.j.& seq.ff.de condi.ob turp caus.Abb.in ca pi.in omni.colum ij.de vita & honesta.cleric.Nic.Boër.in dicta decisio.cliij.nume.23.Et adde Moder.in rub.extra de audi. Nico.Pign.

CCCXXXIIII.

1 *Statutum prohibens alienare rem immobilem in forensem,non habet locum in re immobili parua.*

HOdie quidẽ procurator interrogauit me : Si statutû
1 ✝prohibeat alienare rẽ immobilẽ in forensem:an habeat locû in domicilio,vel in domuncula,& parua casa? Tu dices quòd leue vulnus nô est vulnus,& febricula non est febris : & ideo dicas quod non.text.est, quem nescio

alibi, in l. senatus. §. Marcellus. ff. de lega. j. secundum expositionem verbi, dictam, ibi positi, factam per Petrum Iac. & Bar. ibi.

ADDITIONES.

Et Alex. post Imo. in d. §. Marcellus. Ias. in l. sciendum. nu. 10. ff. qui satisd. cogan. Hippol. de Marsil. in l. furem. col. iij. ff. de sicar. & in practi. crimi. § & quia. in princip. & in sing. cclxxvj. parum Confirma hoc singul. vt suprà singul. xvij. xcvij. & cxix. Nicol. Pign.

* Domuncula venit appellatione domus, & propterea statuto disponente quòd incendens domum comburatur, comprehendet eum qui incendit paruam domum. ita Bal. singu. in l. j. §. de exercitoribus. per illum text. ff. naut. caupo. stabul. & pro singu. commendat Ias. in c. j in prin. versi. contra tamen prædicta. tit. qui feud. dare poss. Idem tamen Bal. in l. pen. versicu. quæro pro quibus. C. de ædili. actio. decidit, quòd stante statuto, quòd pro vulnere facto in platea quis maiori pœna puniatur, quòd non comprehenditur paruum vulnus. sequitur Roma. in l. j. §. excusentur. ff. ad Syllania. & Alexã. consil. cuij. statutum loquens. ad fin. lib. j. vbi consuluit, quòd statutũ puniens falsificantem monetam, nõ comprehendit illum qui facit Bagatinos: quia est moneta vilissima.

CCCXXXV.

1 *Dominium rei, quam possideo, si apud alium sit, & res pereat, dãnum pertinet ad dominum, si ille de iure cõmuni dominus sit, secus si iure speciali, tunc enim res possidentis periculo perit.*

1 TV scis, quòd regula est, quòd si rei, quam possideo, †dominium est apud alium, & res pereat, damnum pertinet ad dominum, vt l. quæ fortuitis. & l. pignus. cum simi. C. de pign. actio. Quod est verum, si alter sit dominus de iure cõmuni: secus si de iure speciali, tunc enim perit res periculo possidentis. gl. est sing. in l. non omnis. §. si pupillus. in verb. facto eius. ff. si cer. peta. Et intellige illam glo. nam pupillus non potest, si est debitor, soluere sine tutoris authoritate, si tamen soluat, remanet dominium pecuniæ non consumptæ penes pupillum de iure speciali: & ideo perit periculo creditoris.

ADDITIO.

Adde quòd dictam gl. sequitur & dicit sing. Lud. met ibidem, & asserit se obtinuisse Florentiæ non erant tex menses cõtra omnes doctores & aduocatos illius ciuitatis. sequitur etiã Pau. de Cast. & Ias. in d. §. si pupillus.

CCCXXXVI.

1 *Possessor malafidei potest deducere ante restitutionem rei, & fructuum, omnes expensas factas in cultura fundi, & pro eius custodia.*

1 MAlæ fidei possessor potest† deducere ante restitutionem rei, & fructuum, omnes expensas factas in cul-
* tura* fundi. l. si à domino. §. fi. ff. de peti. hæred. & l. fundus qui. in fi. j. respon. ff. fami. ercis. Sed an deducit impensam factam pro custodia fundi? Bart. in l. cùm quæreretur. §. prædiis. ff. de lega. iij. determinat per illũ text. quòd non. Bal. verò in l. j. col. j. C. de fruct. & lit. expen. tenet contrarium. allegat Spe. in tit. de cõtu. & non facit mentionem de Bar. Dic ergo quòd Bar. errauit vehementissimè: quia dixit contra casum singularem d. l. si à domino. §. fina. & mirabile dictũ est, quòd tantus homo dixerit contra casum expressum. Et l. si ita. §. fi. ff. de fun. instruct. vbi expositum pro custodia fundi dicitur fieri ad cõseruationem eius & fructuum.

ADDITIONES.

Et sequuntur Castr. Alex. & Ias. & alii in l. diuortio § impendia, ff sol. ma. & in l. sumptus. quam aliqui legunt cum l. domos. ff. de leg. j. And. Tira. qui plures refert, de retra. consang. §. xv. gl. fructus. nu. 22. Salua Bar. ex mẽte doc. in d. §. prædiis. quòd loquatur de impẽsa tẽporali: secus de perpetua, & ita loquitur d. l. si ita. in fi. & hãc dist. cõprobat Aug. Bero. j. c. j. n. 96 de vsu. N. P.

* Omnes expẽsas factas in cultura. Sed quid si emi boues pro agricultura, quos casu amisi, an eorũ pretiũ deducã? Bal. sing. in d. l. j. circa fi. C. de fruc. & lit. expẽs. decidit quòd non, quia iste sumptus nõ est factus in ipsa re. arg. l. dãni. C. locat. quod pronota. cõmẽdat Frã. Cremẽs. sing. cxxxiiij. tu scis quòd fructus. & dicit esse quotidianũ pro rusticis. Hoc tñ nõ videtur verum: & hęc decisio est iniqua: nec est ratio diuersitatis ab aliis expẽsis. & in cõtrariũ põdera tex. in d. l. si à nõ domino. §. fi. hic alleg. vbi ad literã dicit Iurecõsult. quòd fructus intelligitur deductis expẽsis, quæ quærẽdorũ, colligẽdorũ, cõseruãdorũq; cã fiunt.

CCCXXXVII.

1 *Possessor malafidei tenetur ad fructus perceptos, & quos percipere potuit ex fundo, melioratione à se facta seclusa.*

1 MAlæfidei possessor tenetur ad fructus perceptos, † & quos percipere potuit. l. fructus. & l. ex diuerso. ff. de rei vẽdi. C. e. ti. l. domũ. §. j. c. grauis. de resti. spo. Quod est verũ, nisi loquamur de fructibus, quos potuisset percipere ex fundo propter melioratiõe à se factã. casus est singularis in l. cæterũ. §. improbe. ff. de rei ven. quod nota perpetuo. & ita pronunciaui anno præterito. ideo nota.

ADDITIONES.

Adde Bal. & Ang. in d. l. cæterũ. Bal. in l. si traditio. col. fi. q. x. C. de act. emp. Bar. in l. ratio. §. j. ff. e. ti. & Sali. alle. per Tiraq. vbi suprà, nu. 29. Et hoc extendit idem esse in creditore ex titulo pignoris, August. Bero. in d. c. j. nu. 14. de vsur. Nic. Pig.

Vtrum possessor qui damnatus est vero domino rem restituere cum fructibus teneatur præstare fructus, quos ex meliorationibus ab eo factis perceperit, latissimè in terminis quæstionẽ examinat Didac. Couar. lib. j. variar. resolutio c. viij. nu. 1. ver. proximæ quæstioni accedit. Gab. Saray.

CCCXXXVIII.

1 *Instrumenti traditione censetur res, de qua in instrumẽto fit mentio tradita: Et an retraditio inducatur per incisionem dicti instrumenti factam?*

1 PEr traditionem instrumenti censetur† res tradita, de qua in instrumento mentio fit. l. j. C. de donar. Modo ego incido instrumẽtum mihi traditum, an propter hoc inducatur retraditio in primum tradentem? Dic quòd sic. gl. est singularis in l. ab emptione. ff. de pact. in gloss. magna, quam didici à Bal. in vsib. feu. in proœ. col. vj.

ADDITIONES.

Adde quòd Ang. in d. l. ab emptione. dicit, quòd gl. de qua ibi est singulariter notanda, & non est alibi in iure. & Ias. ibidem dicit esse casum quotidianum.

Et idem Bal. in l. si non fortem. §. adeo. ff. de condi. inde. Alex. in l. iij. in prin. col. iij. vbi latè examinat d. l. j. ff. de acq. pos. N. P.

Sicut tradendo instrumẽta, res in instrumẽtis contentæ videntur traditę. d. l. j. ita quis instrumẽta retinẽdo, videtur res in instrumentis contentas retinere. istud expreisè no. gl. in constitutionibus Regni Neapol. Consti. cũ concessiones. in verb. nostræ Cameræ. ad fi. in tit. de priui. à Curia Capuana tẽpore iurbe. indul & an instrumentorũ assignatio inducat assignationem rei, tradit idem Ro. J. sing. dclxxvij. assignatio fundi. G. S.

CCCXXXIX.

1 *Malefactor amplectens sacerdotem portantem corpus Christi per ciuitatem an licitè possit capi?*

DIcamus ad solatium duo pulchra. Tu scis totũ tit. C. de his qui ad ecc. confug. & extra de immu. ecc. quòd quis existens in ecclesia nõ potest à Sbirris capi. Sed quid
1 †si videns corpus Christi per ciuitatem ire, amplexus est sacerdotem illud portantem, an licitè potest capi? Hanc quæstionem habeo de facto in Vrbino. vide xiij. q. ij. cap. quæsitum. vbi gl. determinat singulariter, quòd iustè fuit captus. Arch. autem tenet ibi contrarium per pulchras rationes. Et istud ego consulendo sequar nunc.

ADDITIONES.

Adde quòd dictum Archi. sequitur Host. in summa de immu. eccle. col. vij. scilicet tenendo, quòd non potest capi doc. in c. sanè. de cele. mis. communiter transeunt cum opi. Hosti. Anto. Corse. in sing. lxviij. verbo, Cardinalis. per ea quæ allegat. Et singu. ccvij. in verbo, priuilegium immunitatis.

Et Ro. hic per plura motiua sequitur Abb. in c. sanè. vbi Host. dicit eam defendendam vsque ad effusionem sanguinis. & ibi communiter doc. de celeb. missa. Alexã. in rub. ff de no. oper. nun. col. iij. Et consulendo comprobat Fel. consi. uj. habent. j. dubio. Quæ videtur multum rationabilis & honesta: quia si hoc ecclesiæ concessum est porpter Christum: à fortiori concedi debet sacerdoti portãti Christum. authentic. multomagis. C. de sac. san. ecc. & hanc sequitur Lud. Gomes qui plures citat, in §. pœnales. col. pe. insti. de actio. Nic. Pig.

Et Catellia. Cot. in memorab. in ver. rationis idẽtitas. in fi. & Archi. in c. quæsitum. xiij. q. ij. Albe. in c. j. de hæreti. lib. vj. q. xiij. nu. 18. Montaluus in l. xv. titu. xx. lib. iij foro ll. in gloss. j Ferdinan. Gomes, in l. ij. Tauri nu. 78. Et Didac. segura in repeti. l. quem-

l.quemadmodum.nu.70.ff.de acquir.poss.& Ioan.Lupus in rub.de donatio.§.xxxviij.nu.5.qui fatentur secus esse dicendum,vbi captus in carceribus ad eucharistiam, quæ ad eum adducitur,fugerit.De hac tamen decisione,& communi opinione dubitat Didac.Couarr.lib.ij.variar.resolutio.c.xx.nu. 6.fatetur enim maiorem honorem exhibendum fore eucharistiæ,quàm ipsis templis,quibus ob ipsam eucharistiã plura priuilegia conceduntur,tamen cùm immunitas hæc canonibus statuta sit,& nullibi eucharistiæ hoc ius extra ipsas ecclesias datum fuisse legamus,dubitare se dicit de prædicta doctorum opinione,cui videtur etiam aduersari gl.in d.c.quæsitum. Gab.Sar.

CCCXL.

1 *Vsurarius non potest repetere vsuras,quas alteri soluit,nisi vsuras, quas alij extorsit,prius restituat.*

2 *Intellectus c.quia frustra.de vsur.*

1 C.Quia frustra.de vsur.dicit,quòd vsurarius † vsuras, quas alteri soluit,nõ potest repetere,nisi vsuras,quas aliis extorsit,prius restituat.Sed an illud c.loquens in iudice delegato,habeat locum quando eadem causa vertitur coram iudice ordinario?Solus Lapus de Castil.in allegatione lv.(& super eo puncto consuluerunt valentiores homines Italiæ)determinat quòd non: & satis bene colorat,& arguit.Sed non dicit verum:Et quòd idem sit
2 in ordinario,allego casum†singularem in c.Michaël, de vsur.eo.ti.& est mirum quomodo tantus Canonista dixerit contra illud cap.

ADDITIO.

Et idem Ro.in l.viro atque vxore.ff.sol.ma.& consi.clxxxv.omnia.licet in consi.ccxxxviij.pro habenda.col.pe.versi.secundo & ista.teneat opin Lapi.Et Lap.sequitur Alex.in d.l.viro. dicens Roma.malè intelligere d.c.Michaël.Et an illi tex.extendantur ad Iudæos vsurarios,vide Hippo.de Marsil.singul. dcix.aduertas. Nic.Pig.

CCCXLI.

1 *Vsurarius an ille dicatur,qui pecuniam accepit sub vsuris, & illam dedit alij eius socio,cum hoc quòd ipse vsuras solueret?*

1 POne quòd Scholaris accepit centum † ad vsuras, quibus habitis,statim quòd domũ rediit, à patre habuit denarios:dedit illa centum consocio,cũ hoc,quòd consocius solueret vsuras:An ille scholaris dicatur vsurarius? Vide Io.Cald.in cap.fi.de vsur.Archi.plenius.xiiij.quæst. iiij.c.vsura.qui determinat per plures rationes quòd nõ: imò hanc conuentionem esse validam,referens disputantem Bartho.Brixien.

ADDITIO.

Sequitur Ias.qui alios citat in l.cunctos populos.col.ij.in j.lectu. C.de sacrosanct.ecc.Lud,Gomes in § actionum.nu.18 Insti. de actio.August.Bero.in rub.de vsur.nu.71.Io.Lup.in capit. per vestras.char.ccxlvj.colum.j.de donatio.inter virum &c. Alexan.qui in simili casu consuluit,in consil.ccxxj.super titulo.col.ij.lib.ij.Et adde alium casum supra singular. cclxix. Nico.Pign.

CCCXLII.

1 *Sponsalia contracta per hac verba: Promitto quòd accipiam te in vxorem, & de cætero ita te tenebo,an sint de futuro, vel de præsenti?*

TV scis,quòd sponsalia per verba de futuro dissoluuntur per sponsalia de præsenti:sed non econtra. Modo cùm venisset quidã Corradus de Alemania protu
1 lit hæc verba:Promitto ꝗ † accipiam te in vxorem, & de cætero ita te tenebo,an hæc sponsalia sint de futuro, vel de præsenti?Hęc quæstio fuit Romæ inter dom.meos.Hosti.singulariter determinat quod sint de futuro, inspecto initio verborum:ita tenet ipse in c.ex parte.de spõ.refert & sequitur Archi.xxvij.q.vlti.c.fi.

ADDITIO.

Quia verba præcedentia denotantia sponsalia de futuro restringunt sequentia,id est casu quo te accipiam,vt per Ab.& alios in d.c.ex parte.& eundem Hosti.in summa.de matri.§.qualiter.col.fi.versi.quid si ita dicat.Alex.consi.clij.viso.col.ij.ver. ad quod facit.lib.v.& consi.sequen.nu.3.Deci.in cap.iuramt. col.j.de proba. Nic.Pig.

CCCXLIII.

1 *Possessor malæfidei si habet iustum titulum,non tenetur de fructibus percipiendis:& quid si à principio titulum non habeat,sed ex post facto superuenerit,an tũc iustus titulus excuset à percipiendis?*

1 TV scis,quòd malæfidei possessor,si habet iustum†titulum, non tenetur de fructibus percipiendis.l.si fundum.C.de rei vendicatio.& l.si & partus. cum ibi plene no.ff.quod me.cau.Sed quid si non habeat titulum à principio,sed ex post facto superuenit:an tunc iustus titulus excuset à percipiendis?Reperio tactum per Cy.in l.apud antiquos.in §.fin.C.de fur.& determinat ibi quòd sic, & est mirum quod ipse hoc vltra alios considerauerit. Sed credo ꝗ non sit verum propter duo.Primò,titulus procuratus in publiciana non tollit quominus contra eum agi posit publiciana.l.siue autem.§.fi.cum ibi no.per Bar.ff. de publi.eadem ratione in malæfidei possessorẽ , vt titulus procuratus eum non excuset à percipiendis.Secunda ratio,quia titulus procuratus non excusat eum, quominus teneatur petitione hæreditatis.Cy.in l.cogi.in q.fi.C. de peti.hære.& ita teneo.& addas d.l.si fundum.miror ꝗ moderni eum non reprehendant.

ADDITIO.

Et hoc idem dicit idem Ro.cõsi.ccccxxiiij.in proposito.Sed Cy. sequitur Bar.& confirmat Bal ibi.Tu distingue vt dictũ Ro. procedat,quando ille titulus pẽdente lite fuisset procuratus, & ita loquitur Bart.in d.§.fi.vel ante litẽ,sed haberet titulum lucratiuum:Secus si ante litem, & onerosum haberet titulũ, & tunc loquuntur Cy.& alii. Nic.Pig.

CCCXLIIII.

1 *Hæreditatis petitio non datur contra titulo possidentem, nisi titulus superueniens ortum habeat ab eo, in quem antea possessor alienauerat.*

1 REgulariter cõtra titulo possidentem non datur†hæreditatis petitio.l.regulariter.ff.de peti. hære. Fallit, nisi titulus superueniens ortum habeat ab eo,in quẽ antea possessor alienauerat. casus est singularis in l.si rem & pretium.ff.de peti.hære.quem nota perpetuo.

ADDITIO.

Sequitur idem Ro.consi.ccccxxiiij.in proposito.circa prin.Soc. in regu.ccxcvj.fallen.iiij Bart.& alii in d.l.si rem & pretium. Et per illum tex,sentit gl.ibi aliam singu.limi.ad d l.regulariter.quam sequitur Bal.in l.fi.x.oppo.& ibi Castren.& Salice. multum commendat C.de edic.diui Adria.tol.Quam gl reprehendit Bar.ibi,& Ias.in §.actionum.nu.219.Insti.de actio. & postea nu.221.in fi.eam saluat. Nic.Pig.

CCCXLV.

1 *Testimonium de auditu proprio,seu alieno non probat.Et an faciat indicium,seu præsumptionem,qua transferatur onus probandi in aduersarium?*

1 TEstimonium de auditu proprio,seu alieno † non probat,vt plenè no.in l.si arbiter.ff.de proba.& l. testium.de test.& in c.licet ex quadam.de testi.& l.ij.§.itẽ Labeo.ff.de aqua plu.arcen.cum simi.Sed an faciat indicium,seu præsumptionẽ,qua transferatur onus probandi in aduersariũ, vt l.diuus.& l.siue possidetis.C. de proba.Dic singulariter quòd sic, & est mirabile,secundum Arch.xxij.q.v.c.hoc videtur.

ADDITIONES.

Et idẽ Ro.consi.ccccxxiiij.in proposito.circa fi.Fel.in c.tã testibus.in fi.de testi.Mod.Hip.in trac.Io.Crot.de testi.in j.q.fallen.iij.Alex.consi.lxxvij.in causa.col.ij.li.j.Ias.in repe.l.admonẽdi.col.liiij.ff.de iureiu.Dec.cõsi.cclxxij.viso.col.ij.Hip.de Marsi.in prac.cri.§.examinãda.n.29.& sing.cccclvij.tu scis. Et cuius sit effectus illa qualisqualis pręsumptio,vltra Ro.hic & Ias.vbi s̃.vide Hipp.sing.ccclxxj.testis.Et quando testis de auditu probet,vide j.singula.dccliij.omni. Nic Pig.

Ibi.Dic singulariter quòd sic &c.Contrarium tenuit Alciat.in l. prima.in versicul.Celsus ait.ff.si certum petatur. ibidem tamen Curtius Iunior Romanum defendit nume.57.in fin.Sed eum Alciato tenet Catol.Molinæus in additio.ad Ale.consi. lxxvij.In causa accusationis.col.ij.versi.quartũ iudiciũ.nu.4.

lib.j.in addi.inci.aliqualem. Gab.Saray.

CCCXLVI.

1 *Damnorum appellatione an veniant expensæ?*

2 *Damna remittens, non videtur remittere expensas in contractibus: secus in iudicijs. Et quid in vltimis voluntatibus?*

1 NVnquid appellatione damnorum veniant† expens ?
De hoc fui hodie interrogatus: gl. in c.ij. de offi. ordi.
lib.vj. & l.iij. ff. de dam. infec. dicit, quòd damnum est di-
minutio patrimonii: sed expensæ diminuūt patrimoniū:
ergo, &c. Sed in contrarium est casus singularis in c. in no
stra. de iniur. & dam. da. vbi remittendo damna non vi-
detur remittere expensas. singularis text. est quem nota.
Sed quid respondes ad d.l.iij. Bald. in repetitio. l.j. C. vnde
vi. non allegat aliud, nisi d.c. in nostra. & Archidia. quòd
2 †aut loquimur in contractibus, aut in iudiciis. Primo ca
su non venit expensa. d.c. in nostra. cùm strictè in cōtra-
ctibus fiat interpretatio. l. quicquid astringēdæ. ff. de ver-
bo. oblig. Secundo casu secus, cùm fiat larga interpreta-
tio. l. si quis intentione. ff. de iud. & Inn. in c. cùm dilectus.
de ord. cogni. & ita loquitur d.l.iij. Sed quid in vltimis vo
luntatibus? non determinat; nec ego.

ADDITIONES.

Pro distinctione de qua hic, vide etiā Panor. in d.c. in nostra. hic alleg. circa prin. versi. secundò no. & vide Bal. post gl. in l.j §. fi. ff. si quis ius dicen. non obtempe.

Dic quòd imò in iudiciis etiam non veniunt expēsæ. c. fi. vbi no. Abb. de rescri. & de hoc vide doct. in d. c.ij. Frā. Rip. in d.l.iij. ff. de dam. infec. col. iij. Ias. in l. vnica. §. fi. col. iij. vbi & alij ponunt alias q. ff. si quis ius dicen. non obtemp. & Nic. Boër. decisi. lij. latum fuit. Nic. Pig.

Adde Hipp. de Marsi. in l. patre vel marito. col. fi. in fi. nu 86. ff. de quæsti. & Lanfran. de Oria. in c. quoniam contra. in versi. expensæ. nu. 18. & ibi Celsus in additio. incip. vide plenè per Ange. de probatio. Gab. Saray.

CCCXLVII.

1 *Agere volens pluribus actionibus, si diuersos iudices, puta, vnū in qualibet actione impetrauerit, talis impetratio est nulla: & quid si reus patiatur se ita conueniri, an valeat processus?*

DIcit Papa in cap. nonnulli. de rescrip. quòd si agere
1 †volens pluribus actionibus impetrauerit diuersos
iudices, vnū in qualibet actione, talis impetratio est nul-
la. Pone quòd reus patiatur se conueniri, an valeat pro-
cessus? Videtur quòd sic, per no. per Inno. in c. cum M. de
consti. Contrarium est verum, nam parte etiam non op-
ponente non valet processus. gl. singularis in c. dispēdia.
in verbo, valeat. de rescri.

ADDITIONES.

Adde gl. in c.ij. in verb. quorum. eo. tit. quas gl. sequitur But. in c. super literis. xxiij. col. versi. sed aduerte. de rescri. & Domi. super dictis gl. & Imo. in l. si quæramus. col. iij. ver. tertiò fallit. ff. de testa. Idem Bal. in l.j pe. col. C. de ordi. iudi. & Panor. in c. pastoralis. in vj. col. versi. modo prædicta. de exce. & originaliter fuit dictum Inno. in c.ij. de dilat. & ibi per alios, maximè Imo. in ij. col. dicentem esse valde vtilem pronunciationem expressam super competentia.

Adde remissiones per Feli. in c. suborta. col. v. limi. iiij. de re iudi. & Deci. in c. si duobus. col. iiij. de appel. Nic. Pig.

CCCXLVIII.

1 *Statutum fraternitatis, quòd quis fraternitatem intrare nō possit, nisi primò soluat libras decem, an valeat?*

2 *Statutum inhonestum si reperiatur à potestate in aliqua societate, Potestas statim potest ipsam societatem cassare.*

NVnc habeo consulere nouum casum: Quædam fra-
ternitas laicorum est in ciuitate Aretina, (vt Batu-
1 torum) in qua est statutū, †quòd si quis vellet intrare fra-
ternitatem hanc, nō posset, nisi primò soluat libras x. An
valeat hoc statutum? Ego multum quæsiui: finaliter inue
ni Arch. lxxij. di. c. si quis despicit. vbi dicit se consuluisse,
quòd aut statutū sit per verba affirmatiua, aut negatiua:
primo casu est validum, secundo non: scilicet nullus ad-
mittatur, vel quilibet admittatur, allegat tex. in c. ad apo
stolicam. de simo. qui tex. bene probat. Sed credo consu-
lere contrarium, nō dico tibi vbi hoc dicit Bal. quin pri-
mò consulam. Et hoc est vtile ad dictum Bart. alibi, si po-
2 testas† reperit in vna societate statutum inhonestum, po
test statim eo ipso cassare societatem, in l. sub prætextu. ff.
de extraor. crimi. refert & sequitur Bal. in c.j. §. conuenti-
culas. de pace tenen. in vsib. feudo.

ADDITIONES.

Adde Alb. de Rosa. super statu. j. part. q. lxvj. Francis. Rip. in tracta. pest. parte vlti. in prin. col. pe. Et tale statutum obseruatur hic Venetiis, & in ciuitate mea Veronæ. Ibi. & hoc. sequitur Alex. in d. l. sub prætextu, idem Bal. in l. collegium. C. de hære. insti. Nic. Pig.

Idem tradit Catellia. Cott. in memora. in ver. collegia sodalitia. col. ij. Gab. Saray.

CCCXLIX.

1 *Statutum episcopi, quòd quilibet excommunicatus, antequā absoluatur, decem solidos soluere debeat pro quolibet mense, an valeat?*

STatutum episcopi dicit, q̄ quilibet excommunicatus
1 †antequam absoluatur, debet soluere decem solidos
pro quolibet mense: an valeat? Dicebam quòd non: per c.
ad nostram. & c. nemo. de simo. Sed in contrarium deter-
minat Hosti. & Io. andr. in c. ad aures. eo. tit.

ADDITIONES.

Et ratio istius est secundum Hosti. in loco hic alle. quia non exigitur pro absolutione, sed propter contumaciam, nam quandoque pœna exigitur de iure canonico. c. longinquitatis. xij. q. ij. & c. dilectus. de pœn. & ita transeunt omnes. Subdit tamen Hosti. honestum esse, quòd prius absoluatur, postea exigatur pœna: quod secundum Card. est de æquitate, sed nō necessarium: quia in contumaciam ipsius hoc petitur, non pro absolutione. Et adde Ioā. de Ana. in c. ad aures de simo. quod tale statutum est rationabile, vt excōmunicatus citius ad pœnitentiam inducatur. Et ibi dicit Sand. facere in simi. in capit. quod quidam. de pœ. & remis. Et addit Rotam decis. xxxvij. an isti qui. vbi approbant prædicta.

Et sequitur But. Card. Abb Io. de Ana. Fely. ibi. & idem Feli. in c. irrefragabili. col. iij. de offi. ordi. Nic. Pig.

CCCL.

1 *Notarius an possit instrumentum conficere de ea donatione, quam Sempronius fecit, cui postea notarius successit?*

VEni: notarius potest rogari vt conficiat instrumentū
contra se, sed pro se non. de hoc habes mille tex. ff. de
1 fal. modo† pone, notarius est rogatus de vna donatione
facta per Semproniū, cui postea notarius succesit · quæ-
ritur, an notarius posit de dicta donatione instrumen-
tum conficere? Videtur quòd non: quia pro se non potest,
vt dixi. In contrarium est verū · casus est singularis secun-
dum Dy. in l. de eo. §. illud constat. ff. de fals. & ibi Bart.

ADDITIONES.

Et Alex. in addi. Io. and. & alii in c. cùm quid. de regul. iur. lib. vj. August. Arim. in trac. malefi. ver. falsario. col. xij. nu. 34. Deci. consi. xlij. ij dubio. Nic. Pig.

Multa ad hoc conferentia vide per Guid. Pap. decisio. Grationopo. cccxviij. Gab. Sar.

CCCLI.

1 *Sacerdos tabellio esse non potest, si tamen instrumenta conficit, valent.*

2 *Sacerdos si tanquam notarius scribat legatum suæ ecclesiæ, an talis scriptura faciat probationem?*

1 TV scis, q̄ sacerdos† non potest esse tabellio: si tamē
conficit instrumēta, valent. c. sicut. an cler. vel mo
na. Bar. in l. vniuersos. C. de Decurio. li. x. Pone, sacerdos
2 †adscribit legatum suæ ecclesiæ, vt notarius: an talis ad-
scriptio faciat probationē? Tu diceres q̄ sic: cùm posit
esse testis. c. cùm nuncius. de testib. Sed in cōtrariū posset
argui ex eo, q̄ dicimus, q̄ pater non potest conficere pro
filio instrumētum, cùm sentiat lucrum vsusfructus. vt est
gl. singularis in l. impuberem. §. j. ff. de fal ergo eadem ra
tione idem in sacerdote. Sed tn̄ contrarium est verum, &
sic valet adscriptio, nec punitur. c. cùm inter vos. de re iu
di. vbi hoc determinat Io. and. per illum tex.

Additiones.

ADDITIONES.

Adde Mathesi.qui idem tenet in no.lxxxvij.& Ias. referentem in l.j.§.huius studij.col.iij.in versi.uj.limit.ff.de iusti.& iur. Alexan.in l.vniuersos.in addi.C.de Decu.lib.x.

Et ibi But.Host.& Feli.col.uj.versi.subdit hic.Bal.in marga.ver. prælatus secundo.Alex.in l.impuberem.§.ij.ff.de fal. Hippol. de Marsil.sing.clxxiiij. ille qui. Et si sacerdos adscripserit patri suo,an valeat,consuluit Bar.in consil.lxj.filiusfamil. lib.j. Et remedia vt pater filio, & econtra, possit adscribere,tradit Io.Dilect.de arte testan.tit.de leg.cautel.j. Nic.Pig.

CCCLII.

1 *Tabellio an quandocunque velit, tabellionatus officio renuntiare possit?*

2 *Renuntiare officio sibi concesso nemo potest, nisi in manibus superioris concedentis.*

1 AN tabellio,quandocunque vult,possit renũtiare † of-
2 ficio tabellionatus?Dic quòd non.& est ratio, † quia nemo potest renuntiare officio sibi concesso, nisi in manibus superioris concedentis.l.legatus.ff.de offi.præsid.c. admonet.de renun.& c.quod in dubiis.eo.titu. Bal. inducit ad hoc in l.falsus.col.antepe.C.de fur.

ADDITIO.

Et idem Roma.consi.cccclxiiij.an dictum.ij.dub.Matth. de Afflict.in c.j.§.potestas.col.iiij ver.sed vltra.nu.56.quæ sint regalia. Et econtrario princeps officio quo quis fungitur sine causa priuare non potest,nec debet. Roma. pulchrè consilio cccclxvij.& clara.& consi.cccexcij.in casu.Et de illo tex. vide Soci.ff.quis & à quo appel.char.pen. Nic.Pig.

CCCLIII.

1 *Laicus potest esse rector hospitalis, & coram quo iudice conueniri possit?*

1 LAicus potest esse rector † hospitalis.clemẽ.quia contingit.de relig.dom.Sed an possit corã iudice laico iste rector conueniri?Dic quòd si est rector hospitalis fundati aothoritate episcopi,tunc non potest cnnueniri,nisi in foro ecclesiæ,etiam si habeat vxorem:quia quæ religiosis adherent,religiosa sunt.l.quæ religiosis.ff.de religio.& sump.fune.secundum Host.in sum.in tit.de regu.§.j.ver. quid de rusticis.Do.Ant.refert in c.ij.de fo.compe.

ADDITIONES.

An & quando familia gaudet priuilegio domini, vide per Bald. latè in l.j.C.de episco.& cler.& vide Feli.bene disting. in cap. nullus iudicum.col.j de foro compe.bene facit consil. Oldr. xj.incip.thema tale est.& Panor.& Imol.in d.c.nullus.tenent quòd vxores gaudent priuilegio clericorum, referentes ad vxores clericorum Græcorum ,quia in dispositione stricta concessa marito censentur concessa vxori.gl.iij. in c.admonere.xxiij.q.ij.& in c.omnino.xxxj.dist.vbi maritus stipulando alimenta pro se,stipulatur etiam pro vxore. est bonus tex. in l.cæterum.§.mulier.ff.de vsu & habi. vbi vsu relicto gaudet vxor.Limitatur tamen istud vltimum. vide Moder. in d.cap. nullus.vide Fede.de Sen.coosi.cvj.

Contrarium, quòd laicus non possit esse rector, quando habet vxorem & filios,tenet Stephan.& Imol. in dicta clemen.ij. & ibi distinguit Cardi.& Francis.Rip.in capitu.ij. nume.66 de iudic.Et an tales sint de foro ecclesiæ,tradunt docto.in dicto cap.ij.de foro competen & Anton.de Butr. consilio xl.nulla dubitatio. & refert Felin.in cap.de quarta.colum.iij.de præscriptio. Nico.Pig.

CCCLIIII.

1 *Notarius est seruus publicus, & ideo inuitus rogatur, nisi vnà cũ officio notariatus habeat officium annexum, & illud per quinquennium exercuerit, tunc enim non potest inuitus rogari.*

1 TV habes quòd notarius est seruos public⁹: † & ideo inuitus compellitur esse rogatus. Hoc est verum, nisi vnà cum officio notariatus habeat officium aonexum,& illud per quinquennium exercuerit:tunc enim nõ potest inuitus rogari. de hoc est casus vnicus & singularis,& ibi hoc notat Ang.in l.j.C.de tabu.lib.x.

ADDITIONES.

Et ibi Alex. in additio.Soci.in regul. cccexxxv. fallen.iij. Quod intelligo de quinquennio continuo & absoluto, vt dicit tex. Item de voluntate notarij,non necessario. Item quando officium esset penitus diuersum,iuxta l.ij.eo.tit. iuncta.l.vniuersos.cum si.de decu.& c.sicut.ne cleri.vel mona. vt dixi suprà sing.cclxiij.tabellio. Nic.Pig.

Quòd notarius dicatur seruus publicus, & eius officium sit vile,tradit in pulchra quæstione Guid.Pap.decisio. Grationo. xc.Similiter etiam.Sed in contrarium,quòd non sit seruus publicus,sed potius reipubli.& quòd eius munus est dignissimum,& non nisi probis viris concedendum, diffusè tractat Didac.Couarru.in practi.quæstio.cap.xix.nu.5. vbi respondet ad ea quæ in contratium alleganior. vbi etiam tradit an infamis possit notarius creari, & quid de spurio, vel clerico? Gabriel Saray.

CCCLV.

1 *Notarius qui aliquo defectu laborat, propter quem rogari non potest, si se rogari à partibus ignorantibus patiatur, an eis teneatur ad interesse?*

2 *Intellectus ad l.fi.C.de magist.conue.*

1 SI sit aliquis notarius habens defectum, † propter quem oon potest rogari à partibus,nunquid si patiatur se rogari à partibus & non reuelet partibus defectum, (quia infamis) teneatur ad interesse?Tu diceres quòd non tenetur detegere dedecus suum, vt est in Euangelio. sed parti imputandum,quæ non perscrutaoit,vt l.qui cum alio.ff. de regu.iur.cum simi.l.inciuile.C.de fur.Sed contrarium est verum.casus est singularis in l.generali.C.de tabular.
2 lib.x Et adde † hoc ad l.fi.C.de magi.cõue.ibi enim erat notarius,& poterat conficere,sed quia non obseruar solennitates,tenetur partibus ad interesse.

ADDITIONES.

Adde gl.& Bar.in d.l.generali.C.de tabu.lib.x.& ibi dicit Bald. esse notandũ.faciunt quæ dicit Ana.in c.quam perniciosum. col.vlti. de vsur.& Abb.in cap.sciscitatus.de rescript.& quæ adducit Sande.ibi in verbo,non se excusat. & Mar. de Senis in repetitio.c.qualiter & quando.ij.quæstio. v. articu.xvij. ad fin.de accusa.

Hoc generaliter in electo tradit Abb.in c.sciscitatus. vbi Felin. plenè col.iiij.limita.vj.de rescrip.& concor.refert Dec.in c.j. col.xxiij.de probat. Nic.Pig.

CCCLVI.

1 *Exceptio declinatoria superueniens post litem contestatam, potest post litem contestatam opponi, nisi superueniat post conclusum in causa. Idem etiam est in arbitro.*

1 TV scis,quòd exceptio declinatoria superueniẽs † post litem contestatam,potest post litem contestatam opponi.l.eleganter.§.si quis post.ff.de condictio.indeb.& l. iij.C.de consor.eiusdem litis.& cap.insinuante.de offi.de leg. Quod est verum, oisi superueniat post cooclusum in causa.& idem io arbitro. vt l.non distinguemus.§.cum quidam.ff.de arbitr.& hoc est dictum singulare Io. And. in c.cùm dilectus.de ordi.cogni.per cap.auditis.de proco.Ratio est,quia in notoriis non potest iodex vt suspectus recusari.casus est in c.proposuit. & c.consuluit.j.de appel. sed post conclusiooem causæ acta faciunt notorium,vt est gl.in c.significauerunt.de testi.in verbo,liquere.& oot. Innoc.in c.ex insinuatione.de appel. Sed possemus tenere coottarium si non esset authoritas Io. And.& respondere in contrarium adductis.

ADDITIONES.

Adde quòd dictum Ioan.And refert & seqoitur But. & Abb.in cap.pastoralis.de except.& ibi Feli. col.vij.in princip. ratio, quia vbi opus est causæ cognitione,tunc obstat conclusio in causa.d.cap.auditis.cap.cùm dilectus.de ordi.cogni.Ad hoc vide Feli.in cap.insinuante.col.iij.versicu.fallit quintò.de offic.& po.iudi deleg.

Adde Abb.qui hoc dictum multum commendat in dicto capit. cùm dilectus.col.vj.ver.sed circa.Feli. in dicto cap.insinuante.col.penul.& in c.pastoralis.nu.8.& 17.de excep. vbi refert plures limita.ad hoc singu.

Vide notata per Lanfr.de Orta.in repe.clem.sæpè. nu.34.versic. sed mirum videtur.& ibi Celsus in addi.incip.add. text.in l. eleganter.de verb.signi. Gab.Saray.

CCCLVII.

1 *Clericus si are alieno sit granatus, & etiam ecclesia teneatur quotannis certum cēsum soluere, an ecclesia possit primò deducere?*

1 CLericus habet multa debita, inter alia tenetur† eccle-
siæ quolibet anno in certo censu, est non soluēdo, an
ecclesia possit primò deducere? Videtur primò quòd nō:
quia inter personalia non habet locum prælatio.l.priui-
legia.ff.de priuileg.cre.quæstio est vnius Glossatoris an-
tiqui distinguentis, an clericus contrahat ecclesia scien-
te & patiente: & tunc non habet prælationem ecclesia: si
sciente & contradicente vel ignorante secus, & hoc singu
lariter refert Io. And. in c.eam re.de æta.& quali.

ADDITIO.

Et ibi vide Abb.& alios. Nico.Pig.

CCCLVIII.

1 *Statutum quòd pro exequijs fiendis, non possit nisi tantum expendi a laicis factum, an valeat?*

REuerendus dominus Cardinalis sancti Marcelli scri-
1 psit mihi, super hoc volens consuli.†Statutum est Ro-
mæ, quòd pro exequiis fiendis non possit nisi tantum ex-
pendi: quæritur, an valeat, cùm sit factum à laicis? In sero
reperi text.rotundum quòd non. licet enim non sit factū
super spiritualibus, tamen est factum super connexis eis-
dem, arg.l.quod si nolit.in fi.ff.de ædili.edic.in c.cùm lai
cis.de reb.eccle.non alie. Et ita not.pro mortuariis. & ita
consulam plura adducendo.

ADDITIONES.

Ad hoc vide Sande.in c.ecclesia sanctæ Mariæ.col.xxxviij. de cō
sti.vbi limitat nisi statutum limitet impensam funeris cōcer-
nētem pompam inutilem clericis:puta circa vestes lugubres
& similia: Sed istud procedat in concernentibus clerum, vt in
cera, & similibus.

Et hanc distinct.tenet Abb.in dicto cap.cùm laicis.& in consilio
xxvj.quidam.& consi.lxiij.lib.j.Deci in dicto cap.ecclesia.co
lum.xviij.versicu.xj.non valet. Contrarium tamen (ecclesia-
sticis dolentibus) obseruare videmus in plerisque locis. Et
certè attenta mente facientium sunt magis solatia viuorum,
quàm mortuorum. Et statutum concernit bonum publicū:
& dictū cap.cùm laicis.loquitur de mortuariis, quæ fiunt in
ecclesiis. Et videmus plerosque religiosissimos & nobilissi-
mos iubentes se humari cum duobus cereis, totidemque pres-
byteris. Nicol.Pign.

CCCLIX.

1 *Procuratorem suum si quis in supplicatione principi oblata, aliquē constituisse narret, per talia verba enūtiatiua probatur, quòd talis si procurator constitutus.*

1 SEcondò, † in supplicatione, quam offero principi, nar-
ro me talem meum constituisse procuratorem, an hæc
verba enunciatiua probant illum procuratorem? Dice-
res quòd non: quia verba enuntiatiua inter alios non
probant.l.ex hac scriptura.ff.de donatio. Sed in contra-
rium est verum, casus est singularis, in l.ne satisdatio.ff.
rem ratam habe.quem habui à Bald.in quodam suo con
silio, & nunquam alibi vidi.

ADDITIO.

Adde eundem Ludo. consi.lxiij.solum est videre, non tamē pro-
bat in fauorem constituentis, vt per Spec.in loco per eum al-
legato. Adde etiam Feli.in cap.cùm in iur.col.penul. versicu.
sunt duo casus.de offic.delega.vbi ampliat etiam si esset ma-
teria requirens speciale mandatum: quia probat contra do-
minum ex verbis enuntiatiuis, ita do. Anto.in cap.nonnulli.
§.sunt & alij.penul.col.versi.aduerte.de rescrip.dicens gene-
raliter, quòd instrumentum enuntians quem procuratorem,
probat eum procuratorem contra eum, qui dedit causam in-
strumēto, de quo dicto exclamat ibi domi. Abb. Adde etiam
Ias.vbi aliqua allegat in l.iur.isgentium.§.quod ferè, in ij.no
tab.ff.de pact.consi.cccxix.præsens.circa finem. Alexan. con-
silio cxcj.perspecto.lib.vj.Cæpol.consi.ciui.lxvj.col.xiij.Ias.
in l.ex his.colum.fina.C.de testamen.milita. Feli. in cap.non-
nulli.§.fina.col.v.de rescript.Claud.Aquen. post alios in au-
then.si quis in aliquo.col.fina. C de eden.Nico.Boër. decisi.
cclxxxj.venditio.in princi.intelligentes secus quo ad preiudi-
cium tertij. Nicol.Pign.

CCCLX.

1 *Vsurarius an quis probetur per testes deponētes, quòd sciūt ipsum vsurarium, quia eis mutuauit ad vsuras?*

2 *Testis, qui habet similem causam illi, quam habet contra illum, contra quem producitur, est suspectus.*

2 VOlo probare quem vsurarium: produco † multos te-
stes, qui dicunt, scio ipsum vsurarium quia mihi mo-
tuauit ad vsuras: an probent? Federi. de Sen. consi.lxiiij.
incip.pridie cum procurator.determinat quòd non: alle
gat duas rationes. Primam, quia isti testes sentiunt com-
modum ex hac depositione, quia verosimiliter vsuras re-
petere possunt, quæ commoditas facit eos suspectos. Se-
2 cundam, quia ille, † qui habet similem causam cum illo
pro quo producitur, est suspectus.c.personas.de testi.& c.
causam.de iudi.Ioan.Calde.in titu.de teste consi. penul.
tenet opin.contrariam, nil allegat, nisi l.j.ff.de testi. & est
prohibitorium, &c.Bal.in l.dictantibus.C.de testa sequi
tur opin.Fede.licet eum non alleget, & ita ego consulam
propter rationes Fede. tene menti.

ADDITIONES.

Adde quod opi.Fede.videtur sequi Feli in c.veniens.col.vj.ver.
gl.in verbo confessio.de testi. Lau.de Rod.in tract.de vsur.q.
cxvij. Limita tamen hoc secundum Bal.in d.l.dictantibus, nisi
ille, qui accepit mutuo ad vsuram, protestetur, quòd non in-
tendit ex hoc testimonio aliquod ius quærere.

Ex hoc sequitur Alexand. in dicta l.dictantibus.& in consi.lxxij.
inspecto, col.iij.consi.cviij.in causa & lite.col.ij.lib.j. Feli.in
dicto cap.personas.in fi.Soci.in regu.cccxxij.fallent.j.Ioan.
Arno.in solilo.xxxvj. Tho. Ferra.caute.xl.limitantes: vt hic
per coapost.meum. Nico.Pig.

* Adde quòd testimonium testis deponentis in causa, ex qua re
sultaret sibi commodum, non tenet: quia quis in causa pro-
pria non potest esse testis.l.nullus.ff. de testib.l. omnibus.C.
eo.c.testes.§.nullus iiij.q.iij.c.biduum.§. palam.ij.q.vj. tamē
si in depositione testis protestetur, quòd non intendit ex hoc
testimonio aliquod ius quærere: vigore istius protestationis
testificatio valebit: secundum Ioan.de Ana.in c.cùm in dioe-
cesi.versi.& sic potest colligi cautela.de vsur.sequitur Angel.
consi.cclxxv.incip.thema super quo consilium petitur. colū.
vlti.versicu.& maximè hoc casu si verum est &c. Felin. in ca.
personas.in fin.de testib.

CCCLXI.

1 *Statutum per Regem non recognoscentem superiorem, quòd vnus testis sufficiat ad probandum, non valet.*

2 *Testimonio Episcopi, vel Marchionis solius quòd causa decidi possit, an per communitatem superiorem non recognoscentem statui possit?*

TV scis, quòd dispositio est iuris diuini, quòd in ore
duorum vel trium testium stat omne verbum.c. no
uit.de iudic.c.cum esses.c.relatum.de testi. cum simil. Ex
1 hoc infertur, quòd † aliquis Rex non recognoscens su-
periorem non possit statuere, vt vnus testis sufficiat: quia
non potest contra ius diuinum aliquid statui.gloss. est in
l.fi.ff.de constitu.& l.fina.C.si contra ius vel vtil. publi.&
est casus.xxv.q.j.c.sunt quidam.vbi est tex.optimus. Hoc
2 præsupposito quæro, nunquid † communitas non reco-
gnoscens superiorem possit statuere, vt testimonio solius
Episcopi, vel Marchionis quælibet causa decidi potest?
Videtur quòd non, per supradicta. Sed contrarium est ve
rum.casus est singularis.xj.q.j.c.quicunque. versi. omnes.
ibi, testimonium, &c.secūdum intellectum Inno.in c.nu-
per.de testib.dictum est singulare, quod not.

ADDITIONES.

Adde Innocen.Abb.Feli.& alios in cap.nuper.de testib. Abb. &
Feli.in cap.cùm à nobis.eodem titu.Ias. in l.admonendi.col.
lxxj.nume.193.ff de iureiuran. Et quòd ille text.sit correctus,
& sublatus, ponit gloss.in dicto cap.quicunque. Specu.in ti-
tu.de testib.§ restat.xxij.fallen.Innocen.& alij suprascripti.
& do.Augu.Bero.in cap.sicut. nume.53.de probatio. Et adde
infrà singu.dccxv.an papa. Nic.Pig.

Adde Lanfr.de Oria.in c.quoniam contra.in ver.testium deposi
tiones.nu 71.versi.vlti.dubitatur.& ibi latè Celsus Hugo, in
additio.

additio. incip adde Do. Alexan. de Imol. consi. cclxxx. in prima parte, de probatio. Gab. Saray.

CCCLXII.

1 *Procurator constitutus ad exactionem debitorum fiscalium, non potest à priuato procurator constitui ad exigendum debita sua.*

1 AN procurator constitutus ad exactionem† debitorũ fiscalium, possit constitui à priuato ad exigẽdum debita sua? Dic quòd non: casus est singularis, in authent. de colla. §. hoc quoque. quod nota.

ADDITIO.

Idem in procuratore constituto ab vniuersitate. casus nota. in l. ij. ff. quod cuiusque vniuer. no. vt per ipsum Roma. cõsi cccc. & ccccxxxvj. Deci. consi. lxj. & pro tenui. nu. 3. Nic. Pig.

CCCLXIII.

1 *Statutum, quòd credatur testibus deponentibus de credulitate, non valet.*

1 VAlet-ne statutum, quòd credatur testibus† deponentibus de credulitate. (de qoo in l. j. ff. de ven. inspi. & l. quid tamen. ff. de arbi. Spe. in titu. de teste. §. j in ver. quid de credulitate. Do. Anto. plenè in capi. quoties. de testib. vbi dicunt quòd non valet dictum testis per verbum credo.) Dic qoòd non valet statutum: secundum Hostien. & Do. Anto. in c. j. de appella.

ADDITIONES.

Adde Bald. in l. si non speciali. in fi. C. de testa. Alexan. consil. iij. colum. iij. lib. 2j. latè docto. in dicto cap. j. & in cap. sicut. vbi Deci. col. vij. in princip. de probatio. Ioan. Crot. in tracta. de testi. nume. 316. Nico. Pig.

Hoc etiam sequitur Ias. in rubri. ff. de iureioran. col. vij. versicul. Ternò amplia. nu. 3. Idem si statutum disponeret, quòd crederetur testibus malam rationem dicti sui reddentibus, vt per Bal. in l. si non speciali. ad fi. C. de testa. Alexan. io consil. iij. in causa & lite vertente. col. penult. no. 6. versi. Et iuxta supra prædicta. volu. ij faciunt notata per eundem Roma. infra singu. dccxv. an Papa. & quæ dixi in annotationibus ad Mathesil. sing. lj. nota quòd consuetudo. Gab. Sar.

CCCLXIIII.

1 *Vsuras repetens, si probet reum consuetum fœnerari ad decem pro centenario. & quòd ipse habuit mutuo ab eo, & soluit, an præsumatur etiam vsuras soluisse, vt propter hoc cõdemnari possit?*

1 VOlo repetere vsuras, & probo ipsum consoetum† fœnerari ad decem pro centenario, & me habuisse mutuum ab eo, & soluisse, an præsumatur me etiam vsuras soluisse, vt propter hoc condemnetur? Cyn. & Bald. in l. j. C. de proba. per illum tex. tenent hoc non sufficere. sequitur Ioan. Cal. in consiliis suis in titu. de testi. vbi disputauit Io. And. in c. ex literis. de iureioran. videtur contrariũ tenere, & hoc vidi de consoetudine obseruari. sed prima opinio videtur verior, oescio quid consulam.

ADDITIO.

Et consil. Roma. (si istud est) est nu. 419. in primis. vbi sequitur Cyn. & Bald. & eos sequitur Alexan. in additio. Bartol. in l. ij. ff. de furt. & alij quos refert Philip. Franc. in cap. quanquam. §. cæterum. colum. penulti. & fina. de vsur. lib. vj. vbi latè hoc tractant doct. Nic. Pig.

CCCLXV.

1 *Testibus tabellionibus magis creditur, quàm alijs personis.*

1 DVo testes deponunt vnum, & duo alij testes† notarij cõtrarium, quibus magis credi debet? Videtur quòd dignioribus. cap. in nostra. de testi. no. in l. ob carmen. §. si testes. ff. de testi. Sed gl. in l. cùm quid. ff. si cer. peta. dicit quòd senioribus magis creditur. Hoc non iouenies ibi. Dic quòd magis tabellionibus creditur. gl. est singularis in authen. de hære. & fal. §. si verò absunt. in verbo, tabulariis. Et hoc habui à Bal. in authen. sed cùm testator. C. ad legem Falci. quod nota.

ADDITIONES.

Adde Anto. Sicul. in notab. cclv. in litera T. in versi. testis. v.

Adde gloss. in verbo, officij, iuncta gloss. pro dignitatis. & ibi Ange. not. in § sancimus. in authen. de testi. Feli. in cap. in nostra. colum. penul. de testi. Thom. Gram. decisio. lx. nume. 10. post Iacob. de sancto Geor. per eum alleg. Limitare illam gloss. singularem oon procedere in causa criminali, quando tabelliones deponerent pro accusatore, & non tabelliones pro reo, quia tunc non tabelliones præferontur tabellionibus: sicut in simili dicit Bal. in l. data opera. C. qui accu. non pos. gl. sing. in c. clerici. lxxxj. distinct. Nico. Pig.

CCCLXVI.

1 *Doctor & miles, quibus vestibus vti debeant, an doctoralibus, vel militaribus?*

1 TV habes Senis multos doctores & milites simul: idcirco semel fui interrogatus quibus vestibus† vti debeãt vel doctoralib. vel militaribus? Io primis musitaui: posteà reperi gloss. singularem, quæ dicit, quòd talis cùm exercet actus doctorales, doctoralibus: cùm militares, militaribus vti debet: semota tamen consuetudine. xxiij. distinctio. cap. ecclesiastica. quam approbat & sequitur Ioan. Andr. io cap. vt qnisque. de vita & honesta. cleri. Bene est verum qoòd gloss. non loqnitur in propriis terminis: sed in clerico diacono, vel subdiacono. Et ita respondi me interrogaotibus. Stude, stude, studium enim facit memoriam. & non dormias.

ADDITIO.

Adde tamen quòd non habẽt necesse vti illis vestibus, etiam vbi est princeps, sed possunt si volunt. Bar. sing. per illum tex. iuncta gl. in l. j. C. de bono. vehicu. lib. xj. Nic. Pig.

CCCLXVII.

1 *Vicerector an debeat gaudere priuilegijs & præeminentijs Rectoris.*

2 *Consuetudo modo alba est, modo nigra.*

1 BArt. in l. filius ff. de leg. quærit, an vicerector† debeat gaudere priuilegiis rectoris, & an debeat habere rectoris præeminentias? De hoc fui Romæ ioterrogatus, & posteà quærens reperi casum singularem, quòd sic. Tu diceres quòd ita est consuetum: sed qui diceret tibi vbi est

2 tex. Magarone oonne gauderes, quia† consnetudo modo alba, modo nigra: vt dicit Host. in prioci. summæ suæ. Et ideo allega casum vnicum in c. præcipimus. quod est c. fi. xciij. dist. qood nota: quia ista practicabilia sunt.

ADDITIONES.

Adde Abb. in c. cùm olim. in primo notab. de offi. delega. vbi Feli. sequitur Cardi. io clemen. j. in vj. oppo. de offic. iudic. Barba. in cap. sanè. j. col. j. de offic. delega. & melius Alexan. in rubri. ff. de offic. eius. in antepenulti. colum. Angel. Aret. in rubri. Institu. de exceptio. in vj. colum. versic. secundò ex dicto gloss. Aduerte tamen, quòd tex. allegatus per Roma. venit illatiuè, nam dicit quòd minor, qui substituitur maiori, sedebit in loco maioris, &c.

Et sequitur Abb. & Deci. in c. sane. ij. de offi. ordi. Abb & Felin. in c. mandata. in prin. de præsump. Feli. in rubri. de maiori. & obed. Alexan. & Moder. in rubri. & Ias. in l. j. nu. 71. ff de offi. eius, &c. Lud. Gomes qui alios citat, in § fuerat. Instr. de act. Ange. Aret in §. cum autem. col. ij. Instit. quib. mod. ius patr. pote. sol. Nico. Boër. in addi. tract. de auth. mag. consi. nu. 66. Ias. in l. sed si hac. in fi. ff. de in ius vocã. Intellige quando illud priuilegium, vel præeminentia debetur ratione alicuius qualitatis, quæ æqualiter residet in vicerectore, sicut in rectore: secus si æqualiter non residet, vt pulchrè distinguit Alciat. in rubri. de offi. ord. col. viij. Nic. Pig.

CCCLXVIII.

1 *Pactum de retrouendendo appositum in contractu emptionis & venditionis, an faciat præsumi contractum in fraudem vsurarum?*

1 QVæro an pactum de retrouendendo appositum† in contractu emptionis & venditionis, faciat præsumi contractum in fraudem vsurarum? Canonistæ de hoc habent materiam in cap. ad nostram. de emptio. & vendi. & in cap. illo vos. de pigno. & cap. conquestus. de vsur. in gl. Archi. xiiij. q. iiij. c. plerique. Hosti. in summa sua in titul. de vsur. §. an aliquo. *del versiculo non mi ricordo.* Bald. in l. fina. C. de condi. inser. & in rubri. C. de vsur. & in ca. j. de feu. da. in vic. legis cõmis. ego si deberem legere, ponerem in l. ij. C. de pact. inter empt & vendi. Pro decisione

dicit quòd vbicunque contractum factum cum pacto de retrouendendo præcesserit cōtractus mutui, semper præsumitur vsurarius: & ideo debet nullus declarari, & fructus venditori restitui. dictum est singulare Odofre. relatum per Bal. in l. emptione. vbi etiam Pau. de Cast. & Cy. C. plus valere quod agitur. & ita cōsului. non possum alia dicere, quia longum est, vide consilium meum.

ADDITIONES.

Adde quod est consi. cccc.xxiij. pro pleniori. col. ij. versi. vltra dubitatur. & sequuntur plures allegati per Cæpol. in tract. de simul. contra præsump. j. col. j. Deci. consil. clxvij. in causa. col. ij. versi. nec obstat quod nonnulli. vbi limitat in datione in solutum. Et facit quod scribunt Bar. Bal. Castren. & alij in l. pacta nouissima. C. de pact. Nic Pig.

* Adde quòd Bal. post Odofre. in d. l. emptione. singula. dicit, quòd si constat quòd causa originalis fuit mutuum & non emptio, pactum de retrouendendo iudicatur fœneratitium: secus si non constaret, dato quòd cum vsurario factum esset tale pactum. & idem Bal. consil. ccclix. lib. v. eleganter distinguit, quando pactum de retrouendendo faciat contractū fœneratitium. & vlterius consuluit etiam Soci. consi. iij & consi. xcvj. lib. ij. post Alexan. consi. cix. viso. col. fin. lib. iiij. & consi. xxviij. in causa & lite. lib. v. quòd modicitas pretij etiam cū hoc pacto non reddat contractum suspectum secundum magis communē opin. & latè tractat Lauren. de Rodul in trac. de vsur. quæst. lx. & Cæpol. in d. tract. de contract. simul. vide Dec. consi. clxvij. Roma. consi. ccciiij. Ias. consi. cl. lib. iiij. Catel. Cot. in memoral. in verb. pactum de retrouendendo.

CCCLXIX.

1 *Citatio partis in examinatione testium, requiritur. Fallit in septē casibus.*

FVit vnus ex vobis qui me hodie rogauit, vt colligerem casus fallentiæ, in quibus non requiratur citatio par-
1 tis in examinatione testium. Regulā † enim habes quòd sic. vt l. si quando. C. de testi. & extra, eo. titu. c. in nomine domini. Primò fallit, vbi venit mulier examinanda vt testis: quia tunc iuramentum debet sibi præstari in domo eius, & valet sine citatione partis. istud est singulare dictū Bar. post Guliel. in l. ad egregias. ff. de iureiurā. pulchrum dictum est: sed non est verum: quia si vadit notarius, multo fortius & pars. casus est rotundus & vnicus cōtra eum in l. ij. §. si autem dignitas. C. de iuramen. calum. Secundò fallit, vbi testes recipiūtur in causa inquisitionis. vnicum est & singulare dictum Hostien. & Ioan. And. in cap. qualiter & quando. ij. de accusa. approbat ibi Do. Anto. Sed non est verum: fundamentum enim eorum est tex. in dicto ca. qualiter. in §. debet. vbi dicitur, quòd iudex debet dare nomina testium parti. Et ex hoc inferunt, quòd non debet citari, quia si deberet esse præsens, non oporteret sibi nomina exhiberi. Sed nō sequitur, nam pone ꝙ esset testis ignotus, puta, in criminalibus vbi debet procedi ad similitudinem causarum ciuilium: vt l. absentē. ff. de pœn. sed in ciuilibus requiritur, per iura allegata. ergo, &c. imò multo magis, cum cautius sit agendum. arg. ca. vbi maius est periculum. de elect. in vj. cum simi. Tertiò fallit, vbi agitur de examinatione testium ad perpetuam rei memoriam contra illum, cuius timeo tyrannidem, siue potentiam. verbum est singulare Host. & Ioan. And. in ca. quoniā frequenter. vt lite non contest. Quartò fallit, vbi testes recipiuntur per cognitorem ad cognoscendum an quis sit idoneus ad dignitatem seu beneficium, secundum Innocen. no. in cap. fi. ad fin. de transla. præla. & sentit etiam ipse in cap. dudum. de præsump. & c. bonæ. de postula. præla. Quintò fallit, vbi sit recipiendus testis in causis hæresis, contra inquisitum de hæresi: puta contra potentem dominum. casus est notabilis in c. fi. de hære. lib. vj. Sextò fallit, vbi iudex recipit ex officio super notorio, seu fama publica ad eius informationem ansa ma vel notorium præcedat, secundum Innocen. in c. bonæ. de elect. & in cap. cum in tua. de spon. refert Bald. in l. qui testamento. §. per contrarium. de testamen. Vltimò fallit, vbi vltima die termini recipiuntur in cōtumaciam citati. & hanc fallentiam collige ex his quæ dixi post Barto. in l. qui ante Calendas. ff. de verbo. obligat. Nota istos vij. casus fallentiæ: quia quotidie veniunt de facto, *& si ne trouate altro cauatene gli occhi.*

ADDITIONES.

Adde Sand. in c. in nomine. col. ij. ver. collige. de testi. vbi ponit limitationes ad istam regulam. Et vide ibidem per Aret. post ea, quæ allegant.

Adde vltra socium meum Cors. not. ccclxxj. in verb. testis. xviij. Soci. in tracta. fallen. regul. ccccvj. Deci. in dicto c. in nomine. Hippol. de Marsi. in l. de vnoquoque. col. xij. cum sequen. ff. de re iudica. & singu. xxiiij. clarum. Ioan. Crot. in tracta. de testi. nume. 25. & seq. Augu. Bern. in c. quoniam contra. in gl. citationes. nu. 99. & seq. de probatio. dicentes, post ea quæ dicunt, Roma. hic luere pœnas. Nicol. Pig.

Casus, in quibus non requiritur citatio in examinatione testium prosequitur Hippoly. de Marsil. in consilio viij. versicul. non obstat. nume. 38. Et Petrus Dueñas in regu. xcij. incip. citare debet, qui prætendit interesse. in fi. Et an testes probent contra suspectum de hæresi parte non citata, latissimè tradit Ludo. Carrer. in tract. de hæret. nu. 121. Gab. Sar.

CCCLXX.

1 *Consuetudo an valeat, quòd testes recipiantur publicatis attestationibus.*

1 AN valeat consuetudo, quòd testes † recipiantur publicatis attestationibus? Videtur quòd non: quia consuetudo, quæ dat occasionem delinquendi, non valet. ca. penul. & fi. de consuet. sed hic datur occasio delinquendi propter subornationem, ergo &c. In contrarium est verum: secundum Ioan. And. in addi. Spe. in titu. de except. in §. dicto. col. iiij. refert Io. Andr. in c. series. de testib. non recordor de verbo. ibi vide per Io. And.

ADDITIONES.

Adde Panormi. in dicto cap. series. licet dicat quòd Ioan. Andr. in loco hic recitato non vult, sed quòd loquitur in alia quæstione, nūquid in eo liceat publicatis attestationibus nouam exceptionem proponere, & probare, & sic non loquitur de eisdem capitulis, vel directè contrariis: tamen putat verum. quia si partes possunt hoc communi consensu. ca. fraternitatis. de testi. multo fortius poterit induci ex consuetudine, quæ est fortior, licet sit contra ius commune. & in d. c. series. notatur. & est gl. mag. in fi. in c. per tuas. eod. titu. de testib. Et quòd valeat ista consuetudo tenet etiam Spe. in titu. de teste. § satis vtiliter. in ij col. versi. quid ergo si peto.

Adde Feli. in c. fraternitatis. col. vj. de testib. Nic. Pig.

CCCLXXI.

1 *Procurator post litem contestatam reuocari non potest. Et quid si superueniat amicitia, vel consanguinitas cum aduersario, vel nuper exorta sit inimicitia cum domino constituente?*

1 TV scis, quòd procurator non potest † reuocari post litem contestatam. c. j. de procurato. lib. vj. & l. post litem. ff. eo. Fallit in aliquibus casibus. Primò propter superuenientem amicitiam cum aduersario, vel consanguinitatem, vel propter inimicitiam nuper exortam cum domino constituente. Modo dominus petit his causis reuocari: an in hac quæstione requiratur solennitas iudiciorum? Dic quòd non: de hoc habes glo. singularem in l. in causæ. §. hæc autem cognitio. in verbo, Prætoris. ff. de procur. quam gl. semper not.

CCCLXXII.

1 *Citatio qua quis citatur ad voluntatem iudicis audiendam, an valeat, si iudex diffinitiuam sententiam proferat?*

1 CItatur quis ad audiendum voluntatem † iudicis, iudex fert diffinitiuam sentētiam, an valeat? Dic quòd non: sed oportet quòd citetur ad audiendam sententiam diffinitiuam. verbum singulare Domi. de Rota deci. cccxlij. retento. in nouis. quod approbat & refert do. Anto. in cap. sæpe. de appellatio. Et ideo quia citatio generalis est nulla, secundum gloss. iuncto text. in cap. fin. in verbo indeterminatè. de rescrip. facit l. aut qui aliter. §. si quis denuntiauerit. ff. quod vi aut clam. sed hęc est huiusmodi, ergo &c. intellige rationes.

ADDITIONES.

Adde gloss. singu. in clemen. sæpe. in verbo, ad id. de verbo. signi. Mathesi.

Mathesi.notab.viij.eundem Roma.in consi.ccclxix.circa primum.col.ij.Bar.in tracta.ad reprimen. in verbo, super dicto crimine.Alexan.in consi.cv.nume.5.lib.v.Feli. in cap.consuluit.nume.16.de offic.delega.latè per Moder. Arimi. in tract. nullita.in rubri.ex defectu citationis.nume.56.cui adde Augu.Bero.in cap.quoniam contra.in glos.citationes.nume 88. Hippoly.de Marsil.in rubri.C.de probatio.nume.368.in repe ti.l.de vnoquoque.nume.142.ff.de re iudica.post eos,quos allegant. Nico Pign.

Idem tenet & sequitur do.Amadeus de Castello in tract. de syndica.in gloss.Item in eo,quòd plures innocentes condemnauerunt.nu.154.versi.Item tenetur si tulit sententiam. & in gl. qui domini syndici monuerunt partes ad audiendum sententiam.in prin.nu.232.Et plenè dixi in annotationibus meis ad Matth.Mathesi.sing.viij. Gab.Sar.

CCCLXXIII.

1 *Fundus sterilis in emphyteusim datus, si emphyteutæ labore factus sit fertilis, an in æternum emphyteusis duret, licet actum sit, quòd vsque ad tertiam generationem tantum duraret?*

1 FVndus sterilis datus in emphyteusim, factus † est fertilis emphyteutæ industria,& labore: an durabit in æternum hæc emphyteusis, licet sit actum, quòd duraret vsque ad tertiam generationem tantum? Dic quòd sic, secundum Barto.singulariter in l.quicunque.C.de omni agro deser.lib.xj.sufficit tibi authoritas sua. Sed non dicit verum,& illa lex nil facit.

ADDITIO.

Adde quòd imò illa lex probat,& dato quòd non probaret, est tex.optimus pro dicta Bar.in c.ad aures.de reb.eccle.non alienan.& latè per Hippo.qui doct.qui pro & contra tenent, enumerat,sing.cccccl.statui.& Bar.sequitur Rip.in tract.pest. in vlti.par.prin.nu.355.post eos quos allegat.& in l.j.col.iij ff. de priui.credi.& à doct.communiter approbatur, vt per Augu.Bero.in c.in præsentia.nume.379.de proba.& in cap.dilecti.nu 49.de arbi. Nic.Pig.

CCCLXXIIII.

1 *Priuilegium mihi concessum motu proprio principis in causa agitanda, non extenditur ad aduersarium, si illud concernat decisoria iudicij, secus si ordinatoria.*

1 REgula l.iij.ff.quod quisque iur.relata per glo. in ca.ij. de mutu.peti.vult,quòd priuilegium † mihi concessum in causa agitanda proprio motu principis, non extendatur ad aduersarium. Quod est verú, si priuilegium concernat decisoria iudicij, secus si ordinatoria vt libellus & cætera, vt in authen.offeratur.C.de litis contest.dictum est Barto.magnæ authoritatis, per illum text.in l.fi. C.de fruct.& lit.expen.

ADDITIONES.

Vide etiam Bal.in c.ij §.in quibusdam.de consuetu rec. feu. vbi etiam dicit idem esse, si priuilegiatus nollet vti. & vide etiam Dy.in reg.in iudiciis.de reg.iur.in vj.& in reg.ob gratiá. eo. titu.per doct.in c.ij.de mu.peti.

Et ille est commu.intel.ad d.l.ii.vt per Feli.in dicto cap.ij.in prima limi.Alex.& ibi Ias.& Deci.in d.l.iij.in princi.vbi Claud. Aquen.& per Philip.Franc.in cap.in iudiciis.de reg.iur.lib. vj.Et licet doct.vbi suprà multipliciter respondeant, verus tamen intellectus est, vt ibi declarat Castren. & Deci. in l.non est nouum.C.de eden. Nic.Pig.

CCCLXXV.

1 *Appellans per errorem à sententia pro se lata, an videatur ei renuntiare, adeo quòd rescindi debeat.*

1 SEntentia lata est pro te, tu errás appellas † & peris per appellationis iudicem eam rescindi: an noceat tibi hic error, vt iudex debeat sequi tuum errorem? Videtur quòd sic tribus rationibus. Primò, error iuris non prodest in damno vitando. Secundò, quia iudex debet præsumere quòd tu non erres in iure.l.ij.C.de iur. & fact. ignor. sed potius quòd renunties: quod potes. cap. inter monasterium.de re iudica & l.duobus.ff.de excep.rei iudic. Tertiò, sententia debet esse conformis libello.l.vt fundus.ff. commu.diui. Nihilominus cótrarium est verum, de hoc est casus singularis, in l.Seiæ amicæ.ff.de auro & argen. lega.secundum Bal.in l.præses.C.de senten.& in l.j.col.penul.C.quando prouo.non est neces.quod not.

ADDITIONES.

Et idem Bal.in c.ex parte.ij.in c.cùm dilecta.de rescrip. & in c.ij. de proba.& in c.super eo.de appel.Anton.Corse.sing.xxj.versic.appellatio.vj. Nico.Pig.

Et ideo victor, qui obtinuit pro se sententiam, quæ sit nulla, vel quam dicat iniquam, non poterit petere eam mandari executioni vt per plura eleganter tenet Lanfran.de Oria.in c.quoniam contra.in prin.nu.40.versi.in gloss.fina.in fin.extra, de probatio. Gab.Saray.

CCCLXXVI.

1 *Tabellio si dicatur fuisse rogatus de instrumento,& ideo ab eo illius copia petatur, ille verò dicat non recordari, sed probetur per testes quòd fuit rogatus, an possit de falso accusari? Et si dictum instrumentum in suis protocollis non reperiatur, an possit ex dictis illorum testium instrumentum conficere?*

1 TAbellio dicitur fuisse rogatus † de quodam instrumento,& ideo petitur ab eo copia illius: tabellio dicit non recordari; probatur, quòd fuit rogatus. oriútur duo dubia. Primum, an possit accusari de falso, ex eo, quod dicit se non recordari. Secundum, quid, si non reperitur hoc instrumentum in suis protocollis, an possit ex dictis illorum testium conficere instrumentum, sicut potest ex suo originali conficere. Circa primum habes singularem decisionem Ioan.And.referentem fuisse disputatum per Lambertum de Rampo.in titu.de instru. edit. §.instrumentum.circa princi.in addi.in verbo, in fine. & fuisse decisum, quòd aut hoc fuit à longissimo tempore, & non potest de falso accusari Ratio, quia dolus in falso requiritur, vt l.nec exemplum.C.eo.titu. sed dolus regulariter non præsumitur.l.quoties.§.qui dolum.ff de probatio.Item propter longum tempus præsumitur obliuio. vt l.peregrè.ff.de acquiren.posses.hoc dictum refert & sequitur Bal.in l.vbi exigitur.§.fi. aliás, l.quædam.ff.de eden. Aut fuit facta quæstio de recenti,& túc potest de falso puniri.præsumitur enim dolosè dixisse se non recordari,& voluisse celare. sed ita punitur de falso qui celat, sicut qui falsificat.l.falsus.in fine.& l.qui testamentum ff. de fal.& habetur in ca.j.de crimi.fal.& ibi not. ergo,&c.

a Sed quis debet [a] probare fuisse rogatum? vide Bal. in rubri.C.de fide instrumen. Quo ad secundum dic quod terminatur in tribus locis. Barto.in l.de tabulis.ff. de tabu. exhibend.& l.si quis.§.prætor ait.ff.de eden. Bald. in l.fina.C.de edend.& determinant quòd sic, vide bonam glo. in l.edicto.C.de ædil.edict.Et vide eos quia debes habere, non refero.

ADDITIONES.

a Sed quis debet. Adde eundem Bal.in l.fina. in vlti.col.eodem titu.C.de fide instrumen.& Ioan.Andr.in additio. ad Specul. in tit.de instru.edit.§.ostenso.& in §.instrumentum. in prin. in versic.autem hic posito ibi: quo ad secundum, adde Ias. in illo §.prætor ait.col.ij circa fi.

Adde quod doct.communiter sequuntur j.q.vt per Bal. Alexan. Ias.Soci.& alios, in l.qui accusare.C.de eden. Bal.l.eum qui. C.de fal.Gand.in rubri.de fal.col.vij.Feli.in cap.accepimus. nu.16.de fide instru.Deci.in c.j.col.xxvij.de proba.plenè per Nic. Boër. decisi.ccxcij.sed vidi.nu.5. limitantes alio modo, vt per eos.Circa ij.q.doct.transeunt cum Bart.in d.l.de tabulis.quòd notarius non possit, nisi probet amissionem, vt per doct.in locis hic alleg. Nic.Pig.

CCCLXXVII.

1 *Tertius quilibet pro interesse suo potest in causa inter alios vertente comparere:& an possit petere sibi soli fieri publicationem testium?*

1 QVilibet tertius pro interesse † suo potest in causa inter alios vertente comparere, vt in c.veniens. de testi.gl.in l.suspecta.C.de inoffi.test.auth. nec si hæres.C.de litig.& c.cùm super.de re iudi.Sed an possit petere sibi soli fieri publicationem testium? Dic quod non. casus est singularis secundum vnum intellectum & communem, in c. constitutus.de testib.& adde in d.l.suspecta.

ADDITIO.

Totam materiam tertij pro suo interesse comparentis latè examinatam ponit Sebastia. Vantius in tracta. de nullita. proces. in rubri. quis possit dicere de nullitate. nu. 5. & plenè per Didac. Couar. in practicis quæstio. cap. xiij. & xiiij. & per Lanfranc. de Oria in c. quoniam contra. in versi. interlocutoriæ. nu. 56. de probatio. Gab. Sar.

CCCLXXVIII.

1 *Consuetudo an valeat, quòd probato delicto per testes idoneos delinquens liberetur, si velit iurare se non deliquisse, vel si velit probare negatiuam per testes leuis famæ?*

1 VAlet-ne consuetudo, vt probata affirmatiua † delicti per testes idoneos liberetur delinquens, si vellet iurare se non deliquisse: vel si vellet probare per testes leuis famæ negatiuam se non deliquisse, prout est in Ybernia, & in Saxonia? Dic quòd est nulla, & non præscriptibilis. casus est singularis in cap. ad nostram. de probat. *& cum questo vattene à casa.*

ADDITIO.

Et ibi doct. maximè Deci. in tertio notab. Et idem Deci post Felin. Abb. & alios, in cap. sicut. in secunda conclu. Abb. eo. titu. Et non valet etiam consuetudo, quòd postquam actor plenè probauit, teneatur iurare. casus singula. in dicto cap. sicut Roma. in l. admonendi. vbi Ias. colum. xxxiiij. numero 81. ff. de iureiuran. Nico. Pig.

CCCLXXIX.

1 *Scriptor positus ad scribendum introitus communis, si deficiat in scribendo aliquem particularem introitum, pœna manus punitur: & quid si scribat diminutè?*

1 POsitus ad scribendum introitus communis, † si deficit in scribendo aliquem particularem introitum, punitur pœna manus. in authen. de manda. princi. §. coges. & est singulare secundum Bal. in l. vbi exigitur. §. dolo. ff. de eden. Sed pone quòd scribat, sed diminutiuè, & ita non totaliter omittit: quia pœna punitur tunc? Dic quòd pœna dupli eius, quod tacuit. casum do. singularem in l. excellentia. C. de ero. mili. an. lib. xij.

ADDITIO.

Adde Cæpol. in authen. sed nouo. nu. 15. C. de ser. fugi. vbi etiam ponit quòd si scriptor scribat, sed diminutè, & ita non totaliter omittit, quòd puniatur pœna dupli eius quod tacuit. allega. casum singu. in l. excellentia tua. C. de erog. milit. anno. libro xij. & Iaco. de Ardizo, in sua summa feudo. in ti. vbi ponunt casus, in quibus pœna manus venit imponenda. Et adde Fran. Rip. in tract. pestis in vlti. par. in §. ij. de modo vbertatis conseruan. col. j. Nico. Pig.

CCCLXXX.

1 *Vinum nouum debet incipi potari in primo die Nouembris, & omitti potatio antiqui.*

2 *Baldus dicebatur omnia scire.*

1 SCires tu mihi probare per legē, quòd vinum † nouum debet incipi potari in primo die mēsis Nouembris, & omitti potatio antiqui? Dic quòd est tex. in l. iubemus. C. de erog. mili. an. lib. xij. & ibi alleg. Bart. contra tutorem.

2 Et ita fuit interrogatus Bal. à Duce Mediolanēsi, (qui † dicebatur omnia scire,) an sciret quo tēpore incipiendum sit vinum nouum potare, ipse bene reperit, quia studebat. sed tu qui non vis studere, nunquam reperies.

ADDITIONES.

Et illum text. allegat idem Roma. in tutore post Bartol. consilio ccccxxv. quo ad primum. Ludo. Gomes in epilo. casuum negligentiæ, posito in regulis cancel. de trien. posse. lix. casu. Et Franc. Rip. in tracta. pest. parte vlti § ij. nu. 143. limitans nisi qualitas familiæ pupilli exigeret vinum vetus. Nic. Pig.

Ad dicta l. iubemus. istud probet, vide Deci. in l. cum quid. in vltima lect. col. j. in ij. not. ff. si cer. pet. Gab. Sar.

CCCLXXXI.

1 *Instrumentum in iudicio productum, lacerans ira, quomodo puniatur?*

1 DVm contra aliquem producerem instrumentum † in indicio, ille lacerat ira motus instrumentum meum, qua pœna punitur? Ego non dico vtrum probetur contra eum per iuramentum, vt l. si de possessione. C. de probat. Dic, quòd punitur extraordinaria pœna criminaliter secundum Ioan. And. singulariter de fide instrumen. c. accepimus. & non est alibi secundum Bal. in l. j. C. de fid. instrumen. quod perpetuo not.

ADDITIONES.

Quod credatur iuramento damnum passi contra lacerantem, vide Bald. in dicta l. si de possessione. & in l. qui accusare. C. de eden. & Specu. in titu. de teste. §. satis vtiliter. in fin. & Moder. in dicto cap. accepimus. ibi. hoc non reperitur, &c. vide text. cum gloss. in l. Paulus in versicu. surripuerit. ff. de fal. & Salic. in l. eum. C. de fal. & in l. j. §. qui in rationibus. ff. de fal. & Sali. in l. cū qui. C. de fal. & Bald. in capi. peruenit. j. de probatio. vbi dicitur, quòd si hoc fit, vt veritas nulli appareat, imminet pœna falsi, aliàs autem extraordinaria, per l. ij. §. si quis dolo. ff. de tabu. exhib. & conueniri potest Aquilia. l. in lege Aquilia si deletum. ff. ad leg. Aquil. l. qui tabulas. in fine. ff. de fur.

Adde Alexan. in l. respiciendum. §. delinquunt. ff. de pœn. & Feli. in d. ca. accepimus. col. iiij. ponentem. de verbo ad verbum ea, quæ dicit hic coapost. meus. & Iasius in ca. Siculi. col. v. ver. quarta conclusio. de re iudi. & in c. cùm causam. nu. 16. de testi. Hippol. de Marsi. in rub. C. de probat. nu. 135. Nicol. Boër. decisi. ccxcij. sed vidi, post eos quos allegant. Nic. Pig.

CCCLXXXII.

1 *Vendita si duobus sit res aliqua, ille est potior, cui illa est tradita: & in dubio cui præsumatur prius tradita.*

1 L. Quoties. cum simi. C. de rei vend. † dicit, quòd si duobus res vēditur, potior est ille, cui res traditur. Sed pone quòd ambo probēt sibi traditam: sed nemo cui prius fuerit tradita. cui præsumetur prius tradita? Iaco. de Are. singulariter concludit ibi, quòd præsumitur prius tradita, cui prius vendita fuit, prioritas ergo nihil inducit præsumpta prioritate traditionis. refert Bald. in l. & si quidē. ff. de publ. Quod est verum, si prior emptor prius pretium numerauit: aliter, si secundus prius probat pretium numerasse, præsumitur tunc prius sibi tradita. ita dicit ibi ibi singulariter Bald. in capi. j. §. si facta si de feu. defunct. fue. controuer. inter do. & agna. & ita dicit se consuluisse in ciuitate Anconæ.

ADDITIONES.

Quòd sequitur Alexand. in l. siue autem. §. si. ff. de public in rem. act. & in l. j. C. de edict. diui Adria. Ias. qui plures citat, in dicta l. quoties. nume. 37 Hippol. de Marsil. in l. qui duobus. colum. ij. ff. de f. l. Nico. Pig.

Adde C[illegible] in memorab in ver. creditor prior. in fine. & Bald. in l. post sententiam. col. ij. C. de senten. & interloc. om. iudic. Bald. & Ange. in l. siue autem. §. si duobus. ff. de public. Alexan. consi. xcij. nume. 12. & consi. cx. nu. 6. volu. v. & consi. lxxj. nume. 4. volu. vij. quod verum est, vbi vterque probat pretium numerasse, alioquin is potiora iura obtinebit, & præsumetur ei rem prius traditam fuisse, qui probat pretij numerationem, secundum Bal. in c. si facta. col. j. si de feudo fue. cōtrouer. inter domi. & agna. & Didac. Couar. lib. ij. variarum resolutio. c. xix. nu. 6. ver. vj. Gab. Sar.

* Creditor prior regulariter præfertur posteriori. l. qui balneū. l. potior. ff. qui potior. in pigno. & reg. qui prior. de regul. iur. lib. vj. & ibi Dy. fallit tamē hæc regula multis modis. de quibus per Doctor. in locis communibus, & per Cæpol. cautel. cxxiiij. vulgaris est regula. Sed inter alia limita non procedere si creditor secundus haberet instrumentum de actuali numeratione, & primus solum instrumentum confessionatum: quia tunc secūdus debet præferri. tex. not. in l. diuersis. iuncta gloss. in verb. data. C. qui potior. in pignor. per quem tex. Bal. & Ange. ibi mouent contrahentes, vt sint cauti in stipulando instrumenta de actuali numeratione & propterea Bal. in l. ij. notab. dicit, quòd ex confessione de recepto inducitur fraudis præsumptio. secus in actuali numeratione per l. j. in fin. & l. seq. ff. quæ in fraud. credit. Vide Cot. in verb. creditor prior. & Pau. del bene sing. xx.

CCCLXXXIII.

1 *Quicquid plantatur, seritur, vel ædificatur, omne solo cedit, radices si tamen egit: & hoc est de iure naturali: vt Imperator, vel ciuitas hoc tollere non possit.*

Tu hai

T*V bai audito la Institutu* in titu. de iure naturali gen. & cioi. & habuisti quid sit ius naturale. Et scis quòd
1 regula † est, quicquid plantatur, seritur, vel ædificatur, omne solo cedit, radices si tamen egit. & hoc in mille locis Inst. de rer. diui. §. cùm in suo. & §. qua ratione. & §. seq. & de acqui. rer. domi. & de rei ven. Sed an hoc sit de iure naturali? Dic quòd sic, vnde sequitur, quòd si Imperator vellet illud tollere, non posset, nec ciuitas, vt in §. sed naturalia. Institu. de iure natura. sed de hoc casus est vnicus in l. qui domum. ff. ad legem Aquiliam. decipies barbatos cum illo.

ADDITIO.

Et quando procedat illa regula, tradit idem Roma. & Alexan. in l. j. §. nunc tractemus. ff. de no. ope. nun. Soci. in reg. fallen. cxj. Nico. Pign.

CCCLXXXIIII.

1 *Consuetudo an excuset notarium à pœna falsi.*

FVi interrogatus, sunt hic tres conseruatores monetæ: dum vnus debitorum cõmunis solueret, notarius narrat quòd soluit in præsentia omniũ trium, cùm non fuerit, nisi vnus præsens secundum consuetudinem: an † hæc
1 consuetudo excusat notarium à pœna falsi? Hosti. in cap. quanto. de his quæ fiunt à præla. quem refert Bal. in c. j. de feu. cog. in vsibus feud. dicentem, quòd aut notarius asserit illos præsentes, quibus ex eorũ præsentia infertur magnum præiudicium: & tunc hæc consuetudo quantocunque tempore obseruata & inueterata non excusat à pœna falsi. Pone exemplum secundum materiam l. quæ dotis. ff. sol. ma. Aut nullum possunt habere præiudicium, vt in casu nostro, & tunc excusatur notarius secũdum eum. & ita intellige Bal. in rub. C. de fide instru. col. iiij. versicu. quæro ergo quid de eo.

ADDITIONES.

Dic quòd licet Bald. in dicta rubr. istud expressè non dicat, potest tamen aliqualiter colligi ex verbis suis iuncta authoritate Roma. hic. sicut in sinuli dicitur, nam si episcopus committat alicui sigillum, ille ex consuetudine sigillat in persona episcopi absentis & ignorantis, vt ibidem per Bal. & per eundem in l. ij. de rebus alie. non alie. vbi etiam dicit quòd non requiritur alia subscriptio.

Et hoc sequitur Are. in tract. malefi. ver. falsario. & ibi Aug. Ale. consi. lxx. videretur. col. ij. lib. j. & consi. xxxix. visis. in prin. li. iij. Ias. in l. j. in princ. col. j. ff. quod quisque iur. Nicol. Euerar. in loco visitato, seu à consuetis. Deci. cõsi. clxxv. in causa. col. viij. Hipp. de Marsi. in l. j. nu. 100. ff. de sicar & in §. quoniam. nu. 98. in practi. Petrasan. sing. lxxxiij. tenc. & adde suprà sing. xix. an consuetudo. Nic. Pig.

Cõsuetudo excusat à pœna falsi, vt etiam voluit Bal. in l. j. col. vj. ver. modo iuxta prædicta quæro. ibi, Item est, sic se habet generalis consuetudo, quæ excusat. & col. seq. versi. modo sequitur alia quæstio. ibi, tamen ego non puto. C. de confes. in rub. C. de fide instr. col. v. ver. quæro ergo quid de eo, quod quotidie fit. & ante eum Inno. Hosti. & Ioan. Andr. Ant. Imol. & alii in c. ij. in fi. de fide instru. & Hosti. in c. quanto. de his quæ fiunt à prælatis. & Alex. consil. cvij. pro inuestigatione. colũ. vlt. ver. ad id quod no. li. ij. & cõs. lxv. attẽta dispositione statuti. col. ij. ver. licet Bal. alibi. li. iij. Et cõs. xlj. visis & optimè discussis. col. ij. versi. sed quod Demetrius. lib. iiij. Ias. in l. de quibus. col. iij. versi. confirmo per id. ff. de legib. & in l. singularia. col. penul. ff. si cer. peta. vbi dicit se ea ratione defendisse notarium quendam Placentinum, qui sequendo cõsuetudinem notariorum Placentiæ instrumento apposuerat verbum numerauit, quamuis non fuisset præsens pecunia. & idem Ias. in l. ait prætor. j. §. iurari. colum. penul. ver. secundus modus est. ff. de iureiur. & Deci. consi. clxx. viso themate, & his quæ. col. iij. versi. & in simili casu. Oldra. consil. lvj. Matthæ. de Afflict. in constitu. Neap. Regni incip. aduocatos. colum. penult. versico. an autem consuetudo. & Rochus de Curt. in repet. capit. vlt. colum. v. de consuetudi. & tradit Andr. Tiraquel. in tracta. de pœnis temperandis, aut remittendis causa. xliij. numero 11. versicu. succurrit & illud. Et vltra prædictos adde multa de consuetudine ad propositum tradita per Guid. Papæ decisio. Grationop. cclxij. & ibi in additio. & vide quæ dixi suprà singul. xix. & in singul. cl. Franc. Cremens. Gab. Sar.

CCCLXXXV.

1 *Notarius scribens falsum instrumentum immunitatis, ignis pœna punitur.*
2 *Notarius scribens simulatum instrumentum perdit manum.*
3 *Notarius scribens instrumentum vsurarium est periurus. nec amplius potest instrumenta conficere, & infamis pronuntiatur.*

1 POne, quòd notarius scribit † falsum instrumentũ immunitatis: qua pœna debet puniri? Dic ignis: casus est singularis in l. j. C. de immu. nemini conceden. libr. x. De
2 scribente † simulatum instrumentum habes quòd perdit manum, vt in c. imperialem. §. scriba. de prohi. feu. alien.
3 per Feder. Sed † quid de notario scribente vsurarium instrumentum, qua pœna debet puniri? Dic quòd est periurus, & non potest amplius conficere instrumenta, & potest pronunciari infamis, dictum est Hostien. in summa, in titu. de vsu. §. an aliquo. circa fin. versicul. quid de notario. Archi. refert illud & facit textum. xlvj. distinct. c. sicut. quod nota.

ADDITIONES.

Vide etiam Moder. in d. c. sicut. referentes Archi. & vide Lau. de Rod. in tract. suo vsurarum. q. lviij.

Sequitur plenè Alex. in d. l. j & in l. si quis iniquum. §. si procuraror. col. uj. ff. quod quisque iur. Feli. in c. si aduersus. de hæret. Corse. sing. cxxj. incip. qui falsum. Hippo. de Mars. in l. fi. ff. de parrici. & in sing. clxxxj. & ccccclxiij. & in aliis locis. Ni. Pig.

An notarius conficiens instrumentum contractus à iure reprobati, puniatur, tradit Guid. Pap. decisi. Gratianop. cxviij. nu. 2. & deci. ccccxxxiij. vbi ponit de notario faciente instrumentum falsum qua pœna puniatur. Et quid de eo qui dictũ instrumentum falsum dictat? Gab. Sar.

CCCLXXXVI.

1 *Aurum, vel argentum an desinat esse meũ, si me inscio, vel ignorante ex eo factus sit calix?*

1 DE auro vel argẽto meo † factus est calix me inscio, vel ignorante, nunquid desinat esse meum? Tu ibis ad c. ex antiquis. liiij. dist. Sed dic quòd definit esse meum atgentum: loquor enim in re inanimata. c. autem ex antiquis. loquitur in re animata, possum tamen æstimationẽ petere: casus est singularis in c. pe. xiiij. q. vj. quod incipit, comperimus.

CCCLXXXVII.

1 *Venditio facta cum pacto, quòd venditor non teneatur de euictione: re euicta tenetur ad pretium. si generale fuerit pactum à quocunque euincatur, secus si speciale, quia tunc nec pretium restituitur.*

1 SI vendo rem cum pacto, † quòd nolo teneri de euictione, teneor ad pretium re euicta. l. emptorem. §. ibidẽ. ff. de act. emp. Quod est verũ, quando in genere est factum pactum à quocunque euincetur: secus si specificatur, puta à Semptonio, tunc enim etiam pretium non restituo. casus est singularis in l. qui libertatis. in prin. ff. de euict.

ADDITIONES.

Ad istud vide notabile consilium Alexand. consi. clxxxviij. inci. si vendo.

Et ibi Bar. & Bal. idem Bal. in l. non dubitatur. C. eo ti & in l. j. q. ij. C. de peric. & cõmo. rei ven. Soc. in trac. fal. reg. ccccxxxvij. fall. j. Castren. in d. §. ibidem. Ang. Are. in §. actionum. col. xij. versi. & quod dixi. Insti. de actio. Hipp. singulari dclvj. venditor. And. Tiraq. qui plures citat, de retractu consangui. §. xij. gl. j. nu. 14. porro. Matthæ. de Afflict. in tit. de inuest. de re alie. factio prin. col. fi. & in § rursus. in tit. quib. mo. feu. amit. vbi illum rex. extendunt. Nic. Pig.

Adde latè per Stepha. Aufrer. decisi. Capel. Tholos. ccclx. & plura in materia euictionis per eundem decisi. ccccvij. & per Didac. Couar. lib. iij. variar. resolutio. c. xvij. in prin. nu. 2. Et plenius omnibus per Carol. Molin. in prima parte commenta. in consuetu. Parisien. in gl. viij. §. j. nu. 40. versicu. secus si patronus simpliciter. Gab. Sar.

CCCXLXXVIII.

1 *Testium, & eorum dictorum reprobatio est permissa, quæ tamen vltra tertiam non admittitur.*
2 *Reprobatio testium in iudicio summario non admittitur, quando illud postea venit examinandum in iudicio ordinario.*

1 REprobatio personarum testium† & eorum dictorum est permissa.c.præsentium.de testi.& C.eo.ti.l.si quis testibus.licet non admittatur vltra tertiam productio-
2 nem.c.licet dilectus.de testib.Tamen fallit hoc†in iudicio summario,in quo non admittitur reprobatio:quando illud postea venit examinádum in iudicio ordinatio. dictum est Abbatis antiqui,quem refert ibi Hosti.& Ioã. And.& do.Ant.in c.veniens.ij.de testi.Et est ratio,quia si hoc admitteretur,non esset summariè procedere,sed magis ordinariè:& sic esset differre.exemplum pone in filio petente alimenta,& probante se filium,per l.si iudex.ff. de his qui sunt sui vel alie.iuris.iuncta.l.si quis à liberis.ff. de lib.agno.quæ filiatio postea venit probáda in iudicio ordinario.Item pone exemplum in tertio comparente ad impediendum executionem,vt l.à diuo Pio.§.si super rebus.ff.de re iudi.

ADDITIONES.

Et sequitur ibi Abb.col.v.in prin.& ibi Feli.in vj.col.Quod intellige secus,quando in iudicio quantumcunque summario non expectaretur alia sentẽtia in principali causa,vt per Aret. consi.lxj.in causa illorum.in fi.Hippol.de Mar.in rub.C.de proba.in fi.& in l.de vnoquoque.nu.135.ff.de re iud.Et est de mente Roma.hic,& distinguit idem Aret.in dicto capitu.veniens.col.ix.vt refert Matant,in pract de repulsa testium.in fine. Nic.Pig.

Idem tradit Lanfranc.de Oria,in c.quoniam contra.in versi.testium depositiones.nu.83 extrà de probatio.& Didac.Couar, in practicis quæstionibus,ca.xvij,versi.septimò est in eadem quæstione. Gab.Sar.

CCCLXXXIX.

1 *Redditus relictus quolibet anno,intelligitur tũc debere solui,quando hæres fructus colligit.Et quod si vnà cum redditu legata sint etiam viginti, an illa viginti statim adita hæreditate peti possint?*

1 REdditus relictus† quolibet anno,intelligitur tunc debere solui,quando hæres fructus recolligit.l.Firmio. §.pater.& l.nec semel.§.si in habitatione.ff.quando dies lega.ced.Modò lego Titio sextam partem fructuum talis fundi,& viginti:an viginti possunt immediatè peti adita hæreditate,an saltem post aliquod tempus,per l.quod dicimus.ff.de solu.l.j.§.bellissimè.& §.sub conditione.ff. vt lega.nomi.caueat.Dic quòd non,ratione connexionis,secundum Bar.per illum tex.in l.si legatarius.§.j.ff.de lega.iij.qui notabiliter hoc probat.

ADDITIO.

Adde quòd illam doctrinam Bar.dicit singul.idem Roma.consilio ccxxxj.præmissorum.Feli,in c.ij.col.xvj.in v.fallen. vbi Rip.nu.46.de rescrip.Idem Rip.in c.j.col,xxxij.de iudic.Ias, in l.j.col.iiij.ff.de iustit & iure.& in l,qui hoc anno.col.fin.ff. de verbo.oblig.post Ro.Nic.Euerar.in loco à natura copulæ secundo modo.Soc.Iun.consi.clx,circa præsentem.col.iij, lib.ij. Nic.Pig.

CCCXC.

1 *Medico in ciuitate existenti si dietim decem promittantur.vt ad ægrotum in comitatum veniat,an decẽ debeantur diebus, quibus est in itinere?*

1 MEdico†existẽti in ciuitate promitto decem dietim, vt veniat ad ęgrum in comitatum,an decẽ debeantur diebus,quibus est in itinere?Dic quòd sic:text.est, quẽ no.Bar.in l.quid nisi.vers.sed qui dies.ff.de ope.lib.& ibi Bar.facit magnum festum.

ADDITIO,

Et ibi Alex.Bal.in l.liberti.col.iiij.C.eo.tit.idem Alex.in l.de diuisione.col.ij.ff.sol.ma.Fran.Rip.in tract.pest.vlt,par.titu. de medi.& salar.col.xj.vbi alios citat,& in l.quo minus.col.v.ff. de flumi.Et idem in aduocato,vt per Bal.in l.j.C.de suffrag. & Feli.in c.j.in fi.de lib.obla.Ias.in l,diem functo.nu,42.ff, de offi,affessor. Nic.Pig.

CCCXCI.

1 *Inuecta & illata per secundum conductorem,an sint tacitè obligata primo locatori?*

INuecta,& illata per inquilinum & colonum sunt pro pensione tacitè obligata.l.certi iuris.C.loca.cũ simili. licet diuersimodè in colono & inquilino.Et inquilinus & colonus possunt alii locare.Sed an inuecta & illata per
1 secundum conductorem sint†tacitè obligata primo locatori?Dic quòd non,casus est singularia in l.si in lege.§. si colonus.ff.loca.quem nota perpetuò.

ADDITIO.

In contrarium est veritas,& est textus in l.solutum.§.solutam.ff. de pign.act.& sequitur Soci.in regula cxcij.fallen.vj.Ludo. Gomes in §.item seruiana,nu.15.& 32.Institu.de actio.Negusa.latè in tractatu de pigno.iiij.memb.j.par.princip.xij. casu. ij.amplia.& ad d.§.si colonus.vide infrà singul.cccxcvj.vnus. Nico.Pig.

CCCXCII.

1 *Procurator debet habere speciale mandatum ad petendum relaxationem carcerati.*

ADpetẽdum quem relaxari à carceribus quilibet admittuntur,vt de lib.ho.exhib.in multis locis.Sed nũ-
1 quid posit generalis†procurator illud petere?Dieeres ꝙ sic:quia sufficit generale mandatum ad agendum. Dic quòd requiritur speciale mandatum.l.Pomponius.ff.de procu.Bart.allegat,ad hoc in consilio suo lxxxiiij.incip. In causa Statii.lib.j.Adde ad c.qui ad agendum.de procura.lib.vj.

ADDITIONES.

Adde quod idem Ro.cõsi.ccxlj.spectabiles.circa fi.dicit illud dictum Bar,esse falsissimum.& contra Bar.tenet Alexan.consi. cxxxiiij.circa executionem.lib.vj.de quo vide latè Io.Bap.de sancto Seuerino in tracta.de debito.fugi.xiij.q.prin.& Fel.in c.j.col.v.ver.prima itaque de iudi. Nic.Pig.

Adde in materia,quòd carceratum,maximè compeditum relaxans sine mandato superioris,vel iudicis,incidit in crimen legis Iuliæ maiestatis,vt tenet Guido Pap.decisio.Grationop. cccxxxvij.nu.5.ver.an relaxans à carcere. Gab.Sar.

CCCXCIII.

1 *Statutum si prohibeat habentem vnum officium aliud acceptare, quam pœnam si acceptet,patiatur?*

1 SI statutum prohibet habentem† vnum officium acceptare aliud,an patiatur aliquam pœnam, si acceptat? Dic quòd caret acceptato,& priuatur beneficiis & salario primi.textus est singularis in l.quisquis.C.de cohorta. lib,xij.& ibi Bar.no.

ADDITIONES.

Et Feli.post Are in c.ex literis.col.iiij.limi.j vbi Deci.reclamat, de probatio.Limita,nisi dispensetur contra statutum: vt per Bar.in l.fi,C.de execu,& exact.declarando vt per Deci.vbi §. col,pe. Nic.Pig.

Econtrà autem,quomodo puniatur is,qui nolit acceptare officium,ad quod fuit electus,tradit idem Roman,suprà singul. clxxxviij, Gab.Sar,

CCCXCIIII.

1 *Minor non debet occupare locum maioris, & contrafaciens qua pœna puniatur?*

1 NOn debet†minor maioris locũ occupare: vt fit per aliquos in collegio nostro Senensi.Sed qua pœna puniuntur illi tales?Dic,quod debent poni in loco villori, & priuari loco assumpto:casus est singularis in c.præcipimus.xciij.dist.quod nota.

ADDITIO,

Et sequitur Petrasancta sing.xxxiij.& est doctrina Christi,Matt. Euãg.xxiij.Lucæ xij.Cùm inuitatus fueris,&c.Et tales sacrilegi censentur,casus notabilis in l.j.C.vt dignitat.ordo ser. libro xij.Sed tex.in l.ij.ibi,in locum,ex quo indecenter emerserat,reuertatur.C.de offic,mag.offi,dicit,ꝙ ponatur in pristino loco.Et ita tenet Felin,in rubric.de maior,& obedien. colum.iij.dicens dictum capitul.præcipimus.seruari in casu suo:& ita sentit Nic.Boẽr,in j.addit,tracta.de auth,mag.consi. Nicol.Pig,

CCCXCV.

1 *Potestas debet etiam vltra tempus sui officij exercere iurisdictionem*

nem, quousque successor in officio veniat: & an pro hoc reliquo tempore debeat habere consuetum salarium?

LEx, meminisse. ff. de of. procon. & l. eũ qui. ff. de iurisdi. om. iud. Canonistæ in gl. in c. & si Christus. de iureiur.
1 dicunt, quòd potestas† debet etiam vltra tempus sui officii exercere iurisdictionem, quousque veniat successor in officio. Sed quæro, an pro reliquo tempore, quo sedet vltra tempus ipsius officii, debeat habere salarium consuetum secundum statutum officii? Dic quòd sic. casus est singularis in auth. de admi. § illud.

ADDITIO.

Idem Roman. in l. diem functo. & ibi per alios. ff. de offic. asses. Nicol. Pigh.

CCCXCVI.

1 *Intellectus l. si in lege. § si colonus. ff. locati. & l. solutum. § solutum. ff. de pigno. actione.*

1 VNus vestrûm dixit mihi, quòd† volebat me declarare l. si in lege. §. si colonus. ff. loc. & l. solutum. §. solutam. ff. de pig. act. contrariantes inter se. Sed Bart. soluit, aliud in tacita, aliud in expressa, sed diuinat. Tu dic, aut loquimur in colono, & sic in prædio rustico, & tunc loquitur §. si colonus. Si autem in inquilino, tunc loquitur cõtrarium, moueor per l. certi iuris. C. loc. vbi facilius inducitur hypotheca in inquilino, quàm in colono. vide ad hoc l. si gratuitam. ff. qui. mo. pig. tacitè contrah.

ADDITIO.

Dicas quòd vera est resolutio illa Bart. in d. §. si colonus. quã sequuntur communiter doct. vt per Negu. in tracta. de pig. iiij. memb. ij. par. prin. xij. casu. ij. amplia. Ias. in l. item quia. col. j. ff. de pact. & Lud. Gomes, qui post alios latè tractat, in §. item Seruiana. nume. 25. & rursus nume. 32. vbi ponit alias duas solutiones, Institu. de actio. Et adde suprà singulari cccxcj. inuecta. Nic. Pign.

CCCXCVII.

1 *Persona egregia, vt sunt milites, clerici, & similes, ad iudicium venire non compelluntur: & an hoc procedat in causa criminali?*

2 *Iudex licet in ciuili possit committere alteri examinationem testium, tamen hoc in criminali non potest.*

1 PErsonæ egregiæ, † vt milites, clerici, & similes, nõ compelluntur venire ad iudicium, vt in c. si qui testium. de testi. l. ad egregias. ff. de iureiur. Sed an habeat locum in
2 causa criminali? Scis, quòd† licet in causa ciuili possit iudex alteri committere examinationem testium, tamen hoc non potest in causa criminali, vt in authẽ. apud eloquentissimum. C. de proba. l. iij. §. diuus. ff. de test. iij. q. vj. c. testes. nota. in c. cùm causam. de testibus. & c. constitutus. de fideiusso. & Io. Andr. in c. Romana. §. cõtrahentes. de fo. compe. lib. vj. & c. mulieres. de iudi. eo. libro. Dic quod non. glossa est singularis in c. j. de test. cog.

ADDITIO.

Adde iij. q. viij. c. testes. & Gemi. qui ita limitat in c. præsentium. de testi. li. vj. ratio est, quam assignat Ro. hic: nã certè æquius est egregiam personam potius venire ad iudicem, quàm econtrà. secus ergo esset, quando ratione importantiæ venire non possent, vt inquit Ias. in d. l. ad egregias. col. ij. circa fi. ad hanc limita. vide Panor. in c. si qui testium. de testib. & ibi per Feli. col. antepe. & Ias. vbi suprà.

CCCXCVIII.

1 *Testificari certæ personæ inuitæ non compelluntur: & quid si veritas aliter haberi non possit?*

1 TV habes in l. iiij. ff. de testib. † quòd certæ personæ inuitæ non compelluntur ad deponendum. Sed illam intellige, quãdo potest per alios probari: aliàs secus. Ratio est, quia non est angustãda facultas probationum. l. quoniam. C. de hæretic. verbum est singulare Hostiens. & Ioan. And. in dicto cap. j. de testibus cogend. quod nota perpetuò.

ADDITIONES.

Adde Spe. idem tenentem in ti. de teste. §. de testium compulsione. in prin. do. Ant. in c. cùm à nobis. in vlt. col. de testi. & gl. in ver. occultetur. in c. quicquã. xiiij. q. ij. & do. Anto. post Host. in c. cùm nuntius. in vlt. col. de testi. do. Ant. & do. Abb. in c. dilectorum. de testib. cog. & Imo. in c. iij. e. ti. & Arch. in c. statuendum. ij. q. vj. Istud tamen sublimitatur, nisi aliqui eximerentur à testimonio, non quia essent priuilegiati, sed aliter inhabiles, quia etiam in auxilium veritatis aliter non admittetentur, quando materia est talis, quæ de sui natura aliter sciri posset, vt per glo. fi. in l. inuiti. j. ff. de testi. quam sic intelligunt neoterici in d. c. j. de testi. cogend.

Adde ibi Abb. & Feli. nu. 8. qui alios citat, & in c. dilectorum. eo. titu. Lanfranc. in c. quoniam contra. versic. testium. nu. 42. ad fin. de probat. vbi ponit cui incumbat onus probandi, quòd veritas aliter haberi non potest, de quo etiam per Decilio. Tholosa. iij. & ccclíiij. & ibi Aufrer. latè Soc. in reg. cclix. fallen. iiij. Et an hoc singulare procedat in causa criminali ponunt doctor. in d. c. dilectorum. & Soc. in tracta. fallen. regula ccccxvij. Nic. Pig.

Hoc dictum Roma. refert & sequitur Hippo. de Marsi. in practica crimi. in §. diligenter. nu. 125. & in l. infans. nu. 46. ff. ad leg. Cor. de sica. & in l. diuus Pius. nu. 13. ff. de quæst. & in l. de minore. §. tormenta. nu. 19. ff. eo ti. & in l. si fortè mulier. nu. 8. C. ad leg. Cor. de sicar. & Carol. Molin. in additio. ad Alexand. consil. xviij. Viso processu. col. iij. nu. 5. lib. j. in additio. incip. l. iij. vbi alia ad hoc allegat. Et Pet. Dueñas in reg. cclxxxiiij. incip. frater contra fratrem. in prima limitatione. Gabriel Sarayna.

CCCXCIX.

1 *Confessio extraiudicialis sine causæ expressione non probat: secus in iudiciali, quia probat: & quid si fiat coram arbitro?*

1 QVamuis† confessio extraiudicialis sine causæ expressione non probet, vt l. cùm de indebito. §. fi. ff. de probat. & l. generaliter. C. de non nu. pec. c. si cautio. de fide instru. Item quod confessio iudicialis inducat probationem etiam quòd sit sine causa: quia calor iudicii supplet defectum. tex. est in l. voluit. in prin. & §. fi. ff. de interro. act. & no. in l. j. C. de confes. & Canonistæ in c. fi. eo. tit. Tamen quid diceres si confessio fieret coram arbitro, an sine causa valebit? Tu diceres quòd sic: quia sunt redacta arbitria ad instar iudiciorum. l. j. ff. de arbit. Sed ratio est in iudice propter iurisdictionem suam, quæ non est in arbitro: qui habet tantum notionem. Tamen idem est in arbitro: gl. est penul. ad fi. & singularis in l. j. ff. de interrog. act. allegat l. pe. ad fi. C. de arbi. sed parum facit, non tamen inuenio illam gl. reprobatam.

ADDITIONES.

Adde quòd illam gloss. sequitur ibi Bal. & Lud Bolog. vt est ibi eius additio. Bar post alios in l. j. in fi. C de confess. Abb. post Imo. in cap. præsentata. colum. iij. de testi. vbi Feli. col. penul. refert doct. pro vtraque parte. Quæ opi. mihi verior videtur, quando arbiter iuris ordine seruato ad instar iudicis processit, & cõfessionem recepit: cùm arbitria sint redacta ad instar iudiciorum. dicta l. j. & ibi Barto. ff. de arbi. Vide tamen Alex. consi. xiij. ex his. colum. ij. lib. j. quod est duplicatum consilio xix. lib. iiij. Feli. vbi suprà. Decii. Neapol. clxviij. in causa. nume. 50. Nic. Pig.

An confessio extraiudicialis sine causa facta inducat obligationem, tam in debitore, quàm in creditor., tradit Guid. Papæ, decisio. Gratianop. clxxvj. in decisione. Et quid si causa sit indiscreta? ponit Bald. in l. cùm de indebito. § sin autẽ. ff. de probatio. & ibi Alex. in apostil. ad Bar. & per Lanfran. de Oria. c. quoniam contra. in ver. confessiones. nu. 29. versi. aduertendũ est. extrà de probatio. Gab. Sar.

CCCC.

1 *Contumax si sit reus in respondendo, actor in possessionem rei petitæ à iudice mittitur, præmissa inquisitione summaria: Secus in gratia, vel dignitate beneficiali. Et quid in dignitate seculari?*

1 QVando reus est contumax in respondendo, † iudex mittit actorem in possessionẽ rei petitæ præmissa inquisitione summaria. Hoc fallit, vbi agitur ad obtinendum beneficium, seu gratiam inde concessam, seu dignitatẽ: casus est in c. j. de eo qui mit. in pos. cau. rei ser. li. vj.

Quod intelligit ibi gl.& doc.quando agitur de possessione, non de titulo:& dicitur ibi singulariter q potest procedi propter contumaciã rei lite non contestata in causa beneficiali. Sed quid, cùm petitur officiũ, seu dignitas secularis, an sit idem quod in dignitate ecclesiastica? Dic q sic, secundum Spe. singulariter in tit. de secundo decre. §. videndum. versi. quid si electus. nu. 12. Vide ibi rationes suas, & illud dictum refert & sequitur Io. Andr. in c. contingit. de do. & contu. quod nota tu Legista.

ADDITIO.

Adde eundem Ro. in l. si vero. §. de viro. fallen. xl. versi. xix. ff. sol. ma. Abb. post alios in d. c. contingit. v. col. quem vide dum singulariter declarat d. c. j. vt habeat locũ in beneficio obtinendo, secus in obtento retinendo. Et intellige quòd istis casibus non fiet missio, sed procedetur contra contumacem ad diffinitiuam, vt per Spe. in loco hic alleg.

CCCCI.

1 *Interpellatione extraiudiciali non pracedente, reus an possit condemnari in expensis prima citationis, & libelli oblationis?*

2 *Intellectus l. quidam Hiberus. ff. de serui. vrba. pradio.*

ALio sero Dominus Emanuel dixit mihi, quòd reperit super litera moderna in decretalibus vnum dictum: Scis enim quòd de honestate est, quòd antequam aliquẽ
1 coueniam, interpellem †ipsum extraiudicialiter. casus est in l. quidam Hiberus. ff. de ser. vrba. prædio. Et dicunt Moderni, quòd si hæc interpellatio non præcedit, non potest reus condẽnari in expensis primæ citationis, & libelli oblationis:& nil allegant, & hac occasione volo tibi declarare hoc. Dic ergo, quòd aut reus citatus non monitus extraiudicialiter comparet, & cõfitetur petita: & tali casu confessus non potest condemnari in expẽsis primæ citationis, neque libelli. ratio est, quia imputandum est creditori, quare eum nõ monuit: præsumere enim debuit reum confessurum debitum extraiudicialiter: igitur qui fuit in culpa, meritò perdit expensas. Aut reus negat; & tunc condemnatus per sentẽtiam debet in omnibus expensis cõdemnari, & citationis & libelli:& ratio est, quia iudex præsumere debet, illũ reũ negaturũ debitum extraiudicialiter, sicut negauit iudicialiter, per rationẽ naturalem. singulare verbum Guli. de Cun. in l. edita. C. de
2 eden. & ita †intellige d. l. quidam Hiberus. quod tene menti: quia milies de facto habebis.

ADDITIONES.

Adde Abb. in c. ij. de accu. col. ij. & Feli in c. nouit. col. pen. in fi. ver. fallit primò, de iud. But. in c. j. col. iiij. de libel. obla. Anan. in c. licet Heli, col. iiij. ad prin. de simo. & de materia l. quidam Hiberus, vide Bal. in locis allegatis vbi suprà per Ana.

Adde Castren. in l. si reus paratus, ff. de procur. & in l. destitisse. ff. de iud. Fel. & Dec. multipliciter limitantes in c. nouit. col. fin. de iudi. & in c. quoniam contra. gloss. dilationes, de probatio. Abb. & Feli. in c. ij. de accusa. Deci. & Cagnol. in l. qui in alterius. ff. de regu. iur.

Vide Ias. in l. certi condictio. in prin. col. ij. nu. 4. ff. si cert. peta. & Bauerium in repeti. l. si ex legati causa. col. xxvj. in princ. ff. de ver. ob. & plenè per Hippol. de Marsil. in l. patre vel marito, in prin. nu. 38. ff. de quæstio. Gab. Sar.

CCCCII.

1 *Interpellatio extraiudicialis reo debitori facta à quo debeat probari, an ab actore affirmante, vel à reo negante?*

2 *Clericus loquens cum puella hodie non prasumitur ei velle benedicere.*

QVis debet probare hanc monitionem extraiudicia-
1 lem: †actor affirmans, vel reus negans? Tu diceres q actor: per l. actor quod asseuerat. C. de proba. & c. bonæ. j. de elect. & malè diceres. Sed dic quòd incũbit onus pro-
2 bandi reo neganti, †& sic præsumptio est pro actore. casus est singularis in l. in fideicommissi. in prin. ibi, tametsi non facile, &c. ff. de vsur. dicit enim ibi text. illud communiter accidit. sed locus à cõmuniter accidentibus transfert onus probandi in negantem. gl. ord. in l. neque natales. C. de probat. sicut dicimus quòd clericus loquẽs cum puella non præsumitur eam benedicere velle hodie. in capi. absit. xj. q. iij. & illud adde ad l. sciendum. ff. de verborum obliga. & quod ibi dixi. & quære hoc in capit. finem litibus. de dolo & contuma. & l. properandum. C. de indi. & non inuenies.

ADDITIONES.

Ad hoc vide Feli. in c. nouit. in vltimis verbis, de iudi. vbi sequendo Roma. hic dicit quòd onus probandi incumbit neganti se monitum. dicit tamen cogita, quia ista est mera negatiua, ergo improbabilis. c. quoniam. de proba. Sed aduerte, q ipse tenuit oppositum, & fortè melius per vnum bonum argumentum in d. c. quoniam. col. ix.

Adde quos nunc proximè citaui. & Cagnol. in l. vinum. nu. 22. ff. si cer. pe. limitantem non procedere in materia quanti plurimi: quinimò alleganti diem interpellationis factæ incumbit onus probandi. Et quando argumentum à communiter accidẽtibus valeat, vel ne, latè ponunt Alex. & Ias. in l. non hoc. C. vnde cognati. Hippol. singu. j. & Nicol. Euerar. in suis locis legalibus. Nic. Pig.

Eandem l. in fideicommissi. ff. de vsur. singularem dixit Hipp. de Marsil. in l. j §. ad quæstionem, nu. 18. & in §. si quis dicatur. nu. 18. ff. de quæstio. & in l. patre vel marito, num. 40. vbi latè prosequitur. ff. eo. tit. Gab. Sar.

CCCCIII.

1 *Cautela ad euacuandum, & irritandum sententiam, qua ferri posset contra tutum in integrum restitutione.*

VOlo tibi dare cautelam (scis quòd minor & ecclesia
1 habẽt in integrum restitutionem) †ad euacuãdum sententiam, quæ ferri posset contra tutum in integrũ restit. Facias q præcedat tractatus transactionis lite pendente:& quòd aduersarius aliquid tibi remittat de eo, in quo fortè potuisset condemnari minor. Deinde noli stare dictæ concordiæ: quia si contingat ipsum condemnari in plus, quàm fuit tractatum, habebitur transactio pro perfecta, & sententia irritabitur. casus est singularis, & Bar. ibi gloriatur in l. si ex causa. §. nunc videndum. versi. ergo & si. ff. de mino. & dicit pluries practicasse. & est casus singularissimus.

ADDITIONES.

Adde Franc. Cre. no. xxix. in c. obtinui. Bal. & Alb. in §. nunc videndum. hic alle. & Bal. in repe. l. ij. col. ij. C. de rescind. vendi. Barth. Cæpo. in cautela vj. quando aliquis litigat.

Et Bal. in c. fi. & ibi Feli. circa fi. de probatio. Nico. Boër. decisio. lxxij. minor. col. ij. Nic. Pig.

* Quando aliquis litigat, vel litigare vult cum minore, & petere ab ipso, consilium est, quòd aduocatus minoris, vel eius tutor aut curator quærat tractatum concordiæ vel transactionis, & curet quòd actor velit concordiam, vel transactionem facere, & aliquid tibi remittere de eo, in quo fortè potuisset condemnari dictus minor. Exemplum, si minor potuisset condemnari in centum, verisimiliter offerat ex parte minoris minus, de quo actor verisimiliter sit contentus, & deducat actorem ad minorem summam, inquantum potest, & postea dicat aduocatus minoris, nolo stare dictæ transactioni, quia nimiũ petis: si aliquid debes habere, conuenias pupillũ, vel minorem: vnde si minor habebit pro se sententiam, bene erit: si autem habebit eam contra se, tunc poterit pro minore peti restitutio in integrum vsque ad illam summam, in qua actor fuerat contentus per illam transactionem: nam in hoc fuit læsus minor, quia non stetit dictæ transactioni, cùm intererat sua vt ei staret, ne condemnetur in plus. vnde si fuerit in plus cõdemnatus, poterit petere restitutionem in integrum, per d. l. si ex causa, §. nunc videndum.

CCCCIIII.

1 *Limitatio singularis ad clemen. appellanti. de appel.*

1 ATtende, quòd clemen. appellanti. dicit, †quòd appellatio ab interlocutoria non potest iustificari nisi ex antiquis actis, non ex nouis. Dicit Bart. hoc verum, quando sententia interlocutoria fertur in præsentem, secus in absentem: tunc enim potest iustificari ex nouis actis coram iudice appellationis. & hoc scribas cordi. Bart. in l. ait prætor. §. quid tamen. ff. de mino. ratio huius est: quia iudex debet pro absente probationes inducere, vt authẽ.

qui

qui semel.C.quomo.& quan.iudex.vnde si non fecit iudex, potest absens illud supplere in causa appellationis, ne negligentia iudicis sibi noceat. Sed non valet: quia pro persona iudicis præsumitur, vt in c.in præsentia.de renũ. c.sicut.de re iudi.c.bonæ.de elect.l.Hærennius.§.Caia.ff. de euict. oportet ergo probare iudicem sciuisse, aliâs non esset negligens, vt in c.quia diuersitatem.de conces. præben. quia d.authen.qui semel.non imponit necessitatem iudici: sed potest, si vult.l.non quicquid.ff de iudiciis.Bal. in l.ij.C.de rescind.vend.in repetitione allegat illud dictum, & sequitur: reprobat tamen rationem Bart. non autem per rationes meas, & allegat Spe.in tit.de offi.iudic. §.exprimit.versic.cùm autem.sed nil facit, in c.in nostra. de testib.& in c.in præsentia.de in integ.resti.aliâs de renun. Sed id dictum non video quomodo possit procedere, cùm si præsens non potest, qui obedit, non debet posse absens & inobediẽs. Vnde teneo quòd siue in absentem, siue in præsentem feratur, potest iustificari ex nouis actis. non enim debet esse melioris conditionis absens, quàm præsens.c.eum qui.de præben.lib.vj.

ADDITIO.

Et Bar.in d.l.ait prætor.sequitur Alex.in l.iij.col.fi.ff.de app.recip. Rober.Maran.in Specul.aure.versi.appellatio nu 157. Et quatuor alias limitationes ad d.clem.ponit idem Rom.suprà sing.cclxxxij.clemen. Nic.Pig.

CCCCV.

1 *Disiunctiua posita inter heredes, vel legatarios, resoluitur in coniunctam, nisi ea simul in oratione posita fuerint.*

a TV habes l.cùm quidam.C.de verb.signi.†quòd disiunctiua posita inter hæredes, vel legatarios, resoluitur in coniunctiuam, de quo in l.sæpe.ff.de ver.signific. Quod est verum, nisi in eadem oratione fuerint simul positæ cõiunctiua & disiunctiua: tunc enim stat in sua propria significatione: vt lego Titio, & Sempronio, vel alteri eorum. Et erit effectus, quòd transit res ad collegatarium non per ius accrescendi, sed per ius non decrescendi. casus est singularis in l.si fundum sub conditione.§.his verbis.ff.de lega.j.& ibi Bal.quod tene menti.

ADDITIONES.

Adde Ias.qui alios citat, in d.l.cùm quidam.col.iij.in vij.fal. Nicol.Euerar. in loco à natura copulæ, in v.modo.Franc.Rip. in l.re coniuncti.nu 51.ff.de leg.iij. Nic.Pig.

Adde quæ elegãter scribit Didac.Couar.in c.Raynutius.§.vij. nu.2.versic.hinc potest intelligi.extrà de testa.post Alex.in l. hæredes mei.§.vlti.col.j.ff.ad Treb. Gab.Sar.

CCCCVI.

1 *Interesse aduersus dolosum probatur per iuramentum, si dolus in faciendo consistat: secus si in omittendo, nam tunc est testibus probandum.*

2 INteresse aduersus dolosum†probatur per iuramentũ. l.semper.§.in hoc interdicto.ff.quod vi aut clam.& l.si quando.C.vnde vi.de materia in l.vnica.C.de sent.quæ pro eo.& in c.si.quod me.cau.& gl.in c.dilecti.de fo.compe. Quod limita verum, si dolus consistat in faciendo: secus quando dolus resultat ex non faciendo, vel omittendo: quoniam tunc testibus est probandus. casus est singu. in l.argentarius.§.cùm autem.ff.de eden.quod not.

ADDITIONES.

Ad istam limitationem vide Ias.in d.§.cùm autẽ.& Alex.in l.qui accusare.ad fi.C.de eden.

Contrarium tenent communiter doct.in d.§.cùm autem.& in l. qui accusare.C.de edend.& latè Cagnol.in d.l.vnica.sub nu. 126.C.de sen.quæ pro eo quod inter. Bart.in l.si prius.q.ij.& ibi Ias.col.xv.ff.de no.ope nun.intelligentes d.§.cùm autem. procedere in eo, qui solùm tenebatur officio iudicis nobili. Sed Roma.hic sequitur Alex.consi.ccxiiij.quando dolus.lib. vij.& in d.l.qui accusare. Nic.Pig.

Contra dolosum iuratur in litẽ, siue agatur de solo dolo, aut delicto in faciendo, siue iure actionis, siue ex solo iudicis nobili officio, aut mercenario nulli actioni seruienti possit conueniri. Bal.Ang.Pau.Castr.Alex.& Ias.in d.l.argẽtarius.§ cùm autem.ff.de edend. Siue agatur solùm de dolo in negligendo, vel delicto in omittendo, vbi dolosus in omittẽdo tenebatur originaliter iure actionis: & hæc est cõmunis opinio, vt post alios tradit Carol.Molinæ.in additio.ad consi.Alex.in cõsil. ccxiiij.vol.vij.per tex.in l.qui restituere.ff.de rei vendi.& in l. tutor qui repertorium.ff.de admi.tutor.& in l.alio iure.C.de in lit.iuran.& in l.non ignorabit.C.ad exhiben.Cur.in l.admonendi.nu.215.versi.in ea.gloss.ibi, sed præmissa procedunt contra dolosum in omittendo, seu in negligendo, qui tenebatur originaliter iure actionis, quia cõtra eum posset iurari in litem probando interesse per solum iuramentum: & est communis opinio, vt dicunt Doctores superius allegati. Sed contra dolosum in omittendo, qui non tenetur originaliter iure actionis, & sic non præcessit obligatio, sed solùm tenetur officio iudicis nobili, vel mercenario nulli actioni seruienti, putà, contra argentarium, vel alium, qui non vult edere, & tenetur: qui tamen ex officio iudicis solùm, & non iure actionis potest conueniri, nõ potest iurari in litem, nec interesse probari per iuramentum in aliquo casu, etiam si iudici non pareatur, & agatur de contemptu iudicis in non parẽdo illi, sed debet testibus probari, & hæc est magis communis opinio, secundum Ias.in l.si prius.nume.48.versi.circa secundam.post Bar.ibi in ij.q.vbi Ioan.de Imo.Alex.& Moder.ff.de no.ope. nun.Deci.in l.in actionibus.nu.27.ff.de in litem iurando.& Ias.in d.§.cùm autem.Curt.in d.l.admonendi.nu.215.Riminald.& alii in l.qui accusare.C.de edendo.& Didac.Segura in repetitione l.si ex legati causa.nu.124.& ibi in additio ff. de verborum obligat. Et hoc modo intelligitur quod tradit hic Ludouic.Roma.& in dicta l.admonendi.& Alexand. in d.l.qui accusare.in fin.& Doctores in dicto §.cùm autem.Ias. in l.si quando.col.fina.versic.limitat etiam.C.vnde vi & Socin.in fallen.regu.exc.incip.interesse.ibi, secũdò fallit Et sic Doctores dicentes non posse iurari in litem contra dolosum in omittendo, debent sic intelligi, ex quo allegant dictum §. cùm autem.cùm ad edendum non competat nisi officium iudicis, vt no.in l.j ff.de edendo. Quæ omnia sunt notanda pro limitatione l.qui restituere.ff.de rei vendicatio. Vbi tamen esset dolus mixtus in faciendo, & in non faciendo, putà, in eo, qui administrat bona, seu in eis se intromittit absque inuentario, vel libro rationum, & absque obseruatione solennitatum seruandarum, poterit iurari in litem contra eum, etiam ratione doli in omittendo, & etiam quòd iure actionis nõ teneretur, sed officio iudicis, secundum Bald.in d.l.argentarius. §.cùm autem.versi.sic etenim.colum.fin.ibi, item ibi est dolus mixtus.ff.de edend.quem ad hoc refert, & sequitur Ioannes Baptista Plautus in repeti.d.l.si quando.in xxiij.ampliatione fo.284.C.vnde vi.& ita intelligenda sunt quæ perfunctoriè scribit Andr.Tiraquel.in tract.de pœnis temperãdis, aut remittendis.in xliij.causa nu 28.& 29.versic. His quoque conuenit. Gab.Sar.

CCCCVII.

1 *Frater an teneatur conferre, vel sibi imputare dotem, quam eius filia viuente patre, dedit.*

1 POne casum quotidianum. Vnus†fratrum viuente patre de patrimonio maritat filiam suam: Mortuo patre alter fratrum petit à fratre vt illam dotem conferat, vel communicando, vel sibi imputando in partem: an teneatur? Videtur quòd sic per l.certum.C.famil. erciscun. Bald.in l.fina.colum.penulti.versic.sed pone quòd vnus. C.de do.promis.dicit esse casum singularem in l.pater filiæ.secundum vnam lecturam.ff.de euict.quòd non teneatur imputare in partem suam. Sed ego dico quòd vos habetis casum clariorem in l.dedit dotẽ.ff.de collatio.bo. in gloss.fina.

ADDITIO.

Hoc idem voluit Bald.in authentic.res quæ.colum.ij.versi.quæro an teneat.C.commun.de lega.& in authentic.ex testamento.versicul.xvij.C.de colla.Idem Roma.in l.prima.ff.soluto matrimo.Francisc.Aret.consi.xvij.consideratis.colum.final. intelligens nisi ad patrem reuersa esset. Et consuluit Decius post eos quos allegat indubitatum dicens, consi.lxvj de duobus.colum.fina. Contrarium quòd teneatur imputare, quando auus dotauit, tenuerunt Cyn.in l.scimus.quæstio.v.C.de inofficio.testamen.Ange.Alex.col penul.Alcia.& Moder.in l.in quartam ff.ad legem Falcid Deci.consilio lxxxj.in vj. dubio. Nisi contemplatione aui dotata fuisset, dic vt per eos. Nicolaus Pigno.

CCCCVIII.

1 *Sententia absolutoria ab obseruatione iudicij, requirit peremptoriam partis citationem, nisi agens cauisset se prosecuturum, & finiturum litem infra certum tempus.*

2 *Sententia sine citatione partis quo casu valeat?*

1 SEntentia absolntoria ab obseruatione iudicũ† requirit citationem partis,& peremptoriam,casus est in l.
properandum.§.& si quidem.C.de iudi.Inn.in c. consu-
2 luit.de of.dele.allegat illum tex.Quod verum est,nisi† a-
gens caueret se prosecnturum & finiturũ litem infra certum tempus:tunc enim si expectatus per decem dies, computandos à lapsu termini,quem ipsemet sibi præfixit,non comparet,potest ab instantia absolni absque citatione. casus est singularis in auth.quæ fieri.C.de dilat.Barto.allegat in authen.qui semel.iij.versi.vlterius venio.C.quomo.& quand.iudex.placet do. Ant.in c.causam.de dolo & contumac.& sic valet sententia sine citatione partis. quod not.

ADDITIONES.

Adde quod dictum Bar.placet etiam Panor.in c.causam.hic alle. in pen.col.circa medium.sequitur simpliciter Alex.in apo.in d.auth.qui semel.

Adde Alex.in d.l.properandum § & si quidem in iiij.not.& ibi Ias.in vij.Hipp.de Marsi.in l.de vno quoque.ff.de re iudic.in x.amplia.post eos quos allegat. Nic Pig.

CCCCIX.

1 *Intellectus authen.qui semel.C.quomodo & quando iudex: & an solennitas illius authenti.habeat locum de iure canonico?*

AVthen.qni semel.C.qoomo.& quan.ind.loquitur qñ
1 †actor se absentat,& reus petit,vt causa expediatur. Actor citatur tribns citationibus, & postea expectatur per annnm,& postea diffinitiuè absoluitur.Sed qo ro,an hæc solennitas authenti.qui semel.habeat locum de iure canonico?Dico quòd non:imò iudex postea potest diffinitiuè absoluere,non expectando per tantum tẽpus. singulare verbum Do.An.in d.c.caosam. qui fundat se per illum tex.qui optimè probat.mirabile verbum si est verum.Sed non puto quòd sit verum : imò illud debet suppleri per legem Iustiniani,vt in capit.adiutorium.x.distinct.& c.j.& ij.de noui operis nunti.Sed modo transeamus cum eo.

ADDITIO.

Huc dictum Host.satis placet Panor.ibi in v.col.argu.illius tex. hic allega.Item quia dilationes breuiantur ex consuetudine fori,vt no.Bar.in dicta authen.qui semel,tetigit idem Panor. in c.j.de dila.& istæ dilationes oon seruantur in foro ecclesiastico,vt ibi per eum.

CCCCX.

1 *Prælatus,tutor vel curator,si bona ecclesiæ,pupilli,vel adulti dilapidauerit,& ob id contra eos ad pœnam procedatur,an contra eos procedi possit lite non contestata ad testium receptionem,& ad diffinitiuam sententiam?*

2 *Intellectus l.ne diu.C.de pœn.*

3 *Intellectus c.veritatis.de dolo & contu.*

TV scis duas regulas.Prima est,quòd lite non contestata non potest procedi ad diffinitiuam sentẽtiam, vel restiom receptionem.l.prolatam.C.de sen.& Canonistæ in rubro & nigro,vt lite non contest.Secunda regula est, quòd absens in causa criminali, in qua venit pœna imponenda supra relegarionem non porest condemnari.l. absentem.ff.de pœn.& l.absentem.C.de accusa. Canonistæ habent gl.plenam in c.veritatis.de do.& contu.Mo-
1 do† proceditur contra prælatum, vel tutorem, seu curatorem ad puniendum eum tanquam dilapidatorem bonorum ecclesiæ,pupilli,vel adolti : an cootra eos possit procedi lite non contestata ad testium receptionem, & ad diffinitiuam sententiam?Dic quòd de hoc sunt duæ gl.vna iij.q.ij.c.quia ea.alia iij.q.ix.in somma. quæ concludunt singulariter quòd sic,allegant l.ne diu.C.de pœ.
2 quæ nil facit.loquitur† enim in nuntio poblico, qui differt à prædictis personis.Sed de hoc videtur casus in d.ca.
3 veritatis.vbi† procedebatur cõtra prælatum dilapidantem. Sed posset responderi quòd ibi erant plura delicta. Sed melior tex.est in l.ij.C.vbi de cri.agi oportet.in authentic.ibi posita.

ADDITIONES.

Adde Bar.in authen.si omnes.C.si vt se ab hære.absti. & Panor. in c.tuæ.vt lite oon contest.sed plenius in c.veritatis.in iiij.& v.col.hic alleg.per Bar.etiam in l.quidam consulebant. de re iudi.& in l.iij.C.de accusa.

Adde Soc.in tracta.fallen.regu.ccxlij.& sequen.doct.in c.venerabili.de offi.deleg. Nic.Pig.

CCCCXI.

1 *Actor immissus in possessionem rei petita ex primo decreto an possit infra annum reum compellere ad recuperandum possessionem,vel ad prosequendum litem?*

SI reus connentus est contumax,constiro summariè de petitis,actor agẽs ad rem debet mitti in possessionem illius rei ex primo decreto.Et si infra annum reus comparet,recuperat possessionem soluris expensis : si verò non comparet infra annum,immissus efficitur possessor, licet ante annum sit detentator,vt asinus qui fert bastum, authen.& qui iurat.C.de bo.author.iudic pos.& in ca.quo-
1 niam frequenter.vt lite non contesta.Modò pone,† quòd actor immissus infra annum vult reum cõpellere ad recuperandum possessionem,& ad vlteriorem litis prosecutionem : an posset?Non inuenies in §.Iulianus.l.si finita. ff.de dam.infec.neque in l.ij.& ibi credo,ꝙ dicat Bal.ff.si ex noxa.cau.agat. Videtor ꝙ nõ,per ca.indultum.de regulis iuris,libr.vj.cùm reus possit vsque ad annum comparere.Secundò,pœnis legalibos debemus contenti esse. l.stipulatio.ff.de verbo.obliga.sed iste damnatur in expensis,ergo &c.Sed contrariom tenent Archi.& Io.And. in rub.de eo qui mit.in pos.cau.rei seruandæ.lib vj. allegat duas leges optimè probantes.l.si legati.ff. vt in poss. lega.l.j.§.quid ergo.ff.de ven. inspic. vbi casus. licet do. An.in cap.ij.de dol & contu.satis dubitet quam velit tenere,quia casus est ibi.Tu vade domum cum istis passetis,& nota istud.

ADDITIONES.

Adde quòd Ioan.de Ligna.in cap.ij.hic allega tenet opinionem Archi & Ioan.Andr.quia potest renuntiare missioni actor, sicut quisque potest renuntiare iuri suo,de regul iur.ad apostolicam.l.si quis in conscribendo.C.de pact.& maximè hoc potest petere ratione expensarum,vel alterius interesse.Idem videtur sentire Archid.in ca.ij.de dolo & contu.Istud tamen dictum non videtur placere do.Anto.in co.c.ij. quia sufficit quòd reus patiatur pœnam iuris.Sed vide Domin. plenè loquentem in rub.hic alleg.& distinguentem secundum Pau. de Leaz. Vide etiam Panor.in c quoniam.vt lite non contest. & quod no.Bar.in l.consentaneum.C.quomo. & quan iud. in versi.sed quæro.vbi sentit in simili supr.Ioã.de Lig.per l.j.§. quid ergo.ff.de ven.inspic.

Et illud dictum Archid.ita communiter intelligitur:vt per Pau. de Leaz.do.Nicul.Philip.Fran.in d.rub.Alex in d §.Iulianus.col.xx.nu.75.Deci.multipliciter comprobans in.c.inter cæteras.colum penulti.de rescript.& in consil.xij. & pro tenui.col.ij. Nic.Pig.

CCCCXII.

1 *Inimicus an possit accusare,quando crimen est notorium?*

2 *Iudex aliàs suspectus in notorijs non potest vt suspectus recusari.*

1 REgulariter† inimicus non potest accusare. capit.recusatur.& capitu.cùm P.de accusationibus.& gloss. magna in fin.in l.qui accusare.ff. eodem titulo. Sed an hoc sit verum,si crimen sit nototium?Diceres quod non: quia in notoriis non requiritur ordo iuris.cap.ad no-
2 stram.de iureiurand.† Item index in crimine notorio non potest vt suspectus recusari,vt in capit.proposuit.de appellationibus.ergo eodem modo ibi.Sed contrarium dico.casus est singularis tertia quæstione quinta capitul. episcoporum nulli.& hoc addas ad dictam l.qui accusare.quod nota.

Addi-

ADDITIO.

Adde etiam cap.fina.§.veniamus,ibi,& si manifesta.eadem causa & quæstione.Et sequitur idem Roma. consilio cccxxiuj.in proposita. Alexan.consi.cxxvij.visa inquisitione. in fi.lib.iiij. Hiero.Chuca.in tracta.Ange.malefi.verbo,& ad querelam, versicu.xx.repellitur.Ioan.Arno.problema.xij.& pulchrè domi.Augu.Ber.in cap.j.nu.49.de accusa.& Hierony.Gigas,in tracta.crimi.læsæ maiest.lib.ij.rub.qui accu.pos.q.vj.nu.4.& ibi in fi.limitat in hæresi stricto modo sumpta. Nic.Pig.

CCCCXIII.

1 *Missus in possessionem rei ex primo decreto,debet à reo recuperante possessionem habere expensas tum in lite factas, quàm etiam in ipsa re,etiam si non sint vtiles.*

2 *Dispositio l.prætor ait.§.quod ait prætor.ff.de bon.autho.iud.possi. an habeat locum de iure canonico?*

TV habes text.in l.prætor ait.§.quod ait prætor.ff.de
1 bonis autho.iudi.poss.quòd† immissus in possessionem rei ex primo decreto,debet habere expensas factas à reo recuperante possessionem in lite,& omnes expensas factas in re,etiam si non sunt vtiles.casus est singularis in dicto §.quod ait. licet secus sit regulariter: quia oportet quòd sint vtiles, aliàs non sufficit.l. sed an vltro.ff.de ne-
2 got.gest.Sed † an ille §.habeat locum de iure canonico? Dico quòd non.dictum est singulare Hostien.quod commendat Io.Andr.in nouella,in cap.cùm venissent. de eo qui mit.in pos.per illum tex.in fi.

ADDITIO.

Et hoc tenet Alex.in d §.quod ait prætor. Sed contrarium tenet Abb.in dicto ca.cùm venissent.colum.pen. in fi. per pulchrã rationem. Nico.Pig.

CCCCXIIII.

1 *Reus,contra quem facta est missio in possessionem ex primo decreto,infra annum potest possessionem recuperare: & an possit dictum tempus anni prorogari?*

2 *Intellectus c.cùm venissent.de eo qui mit.in poss.*

1 ILle,† contra quem facta est missio ex primo decreto, habet annum,infra quem potest recuperare possessionem,vt in c.quoniam frequenter.§.in aliis. vt lite non cõtesta.& anthen.& qui.C.de bon.autho.iudic.poss. Sed an possit prorogari dictus annus?Tu ires ad l.i,.ff.de re iudi. & cap.cùm sit Romana.de appel.& c.pia. de except. libro
2 vj.Dyn.in regula,indultum.de reg.iur.lib.vj.† dicit quòd sic:textus est singularis in dicto c.cum venissent.de eo qui mit.in posses.licet Hosti.& Ioan.Andr. ibi in nouella, dicant iudicem alterare terminum statutum de terræ consuetudine:sed diuinare est.nota ergo,quia singulare est.

ADDITIO.

Et idem Roma.in d.l.ij.prout eum refert Alex in l.si finita.§ Iulianus.col.xviij.ff.de dam.infect.Deci.in d.c.cùm sit Romana.col.iiij.de appel.tamen circa illum text. verior mihi videtur opinio Host.& Io.And. Nico.Pig.

CCCCXV.

1 *Actor iussus immitti in possessionem rei petitæ ex primo decreto ratione contumaciæ rei conuenti,si impediatur,habetur pro possidente, & an hoc etiam sit verum quo ad inchoandum præscriptionem?*

LEx,quamuis.ff.de bon.autho.iudi.possi. & c.contin-
1 git.de dolo & contu.dicunt,† quòd iussus immitti in possessionem rei petitæ ratione contumaciæ,si impediatur,habetur pro posside̅nte. Sed an hoc sit verum quo ad inchoandum præscriptionem?Legistæ hoc nesciunt: Dic quòd ista ficta possessio non prodest ad inchoandũ præscriptionem. glossa est singularis in c.sine possessione. de reg.iur.lib.vj.in glo.fi.nota.

ADDITIONES.

Pro veritate huius dicti adde Sande.in c.illud.col. penul. de præscrip.Nam licet hoc dictum videatur verum intelligendo de præscriptione,in qua non sufficit citatio,vt etiam sentit Bart. in l.fi.circa medium. ibi, si verò agebatur.ff. ex quibus causis maio.& Bal.in l.consentaneum.viij.col.versi.dictum Bar. est nouum.C.quomodo & quando iudex.tamen gl.in regula, sine possessione.hîc alleg.per Rom.nõ dicit hoc, scilicet, quòd interrumpatur præscriptio per illam possessionẽ, quam quis fingitur habere,quando fuit impeditus immitti ex primo decreto, sed quod non iuuat ad inchoandam præscriptionem, & ita intelligit Ludo.hîc.

Idem dicunt Feli.in c.illud.col.fi.de præscrip.Francis.Rip.in tracta.pest par.ij.priuileg.xix.contractus.Bald.in tract. præscri. iij.q.iij.par prin.Facit quod de ficta possessione à statuto inducta tradit Alex & Ias.in l.si sorori.C.de iure delib. & And. Tiraq.in suo tract.ciuil.posses.

Hæc Romani opinio apud me dubia est,per notata per glo.in c. contingit.de dolo & contuma.quam ibi communiter Docto. sequuntur:quæ tenet,possessionem,cuius text. ille meminit, sufficere ad præscriptionẽ si possessor bonã fidẽ habeat : nec desint ea quæ ad præscriptionẽ alioqui necessaria sunt. Quod probatur ex eo,quia possessio acquisita ministerio tantum legis ciuilis,vel canonicæ,vel consuetudinis absque actu corporeo, vera tamen possessio est, nec quo ad effectus differt à vera possessione naturali,& ciuili,vt probat tex. in dicto cap. contingit.cum aliis adductis per Didac. Couar. in lib.iij. variar.resolut.c.v. Quo fit, vt nisi aliud humana lege statutum fuerit,dicendum sit,fictam possessionem,id est, actu ficto acquisitam ministerio legis tantùm,ad vsucapionem,& præscriptionem sufficere,modò adsint alia adminicula, quæ iure ad perfectam præscriptionem requiruntur. Vnde dubia videtur Roma. opinio, veriórque contraria sententia apparet ex his,imò à iure ciuili constituta sunt circa possessionem, quæ ad præscriptionem requiritur. Ex quibus apparet non semper propriam,& veram possessionem requiri,cuius rei testimonium exhibet l.j.§.Scæuola.ff.si quis test.lib.esse iuss.fuer. qua responsum est,hæreditatem iacentem non posidere. Et tamen hæreditas iacens quo ad effectum præscriptionis censetur possessionem à defuncto cœptam cõtinuari,& obtinere.l.cœptam. & l.nunquam §.vacuum. & l.iusto.§.nondum aditæ.ff.de vsucap.nec ista possessio in hæredem transit,secũdum Barto.& alios in l.cùm hæredes.in princi.ff de acquirẽ. posses.Hæc verò possessio,quæ à iure constituitur apud hæreditatem iacentem,hunc præter alios effectum habet,tametsi impropria sit satis,nec ficta dici valeat, cùm sit impossibilis possessionis continuatio per hæreditatem iacentem,quæ animo & corpore caret,quod explicat Zasius lib.ij.sing.respon. cap.xxvij.Vnde mirum non erit,quandoque fictam,& in propriam possessionem ad præscriptionem sufficere,atque ita hęres accipiens hæreditatem & possessionem rerum eiusdẽ præscriptionem continuatione quadam possessionis perficit, & perficere potest,modò possessio illa per alium medio tempore capta non fuerit,sicut ab omnibus adnotatũ est : Et in terminis tradit eleganter do. Dida.Couar.in relectione reg. possessor malæfidei.§.j.nu.5.de reg.iur.in vj. Gab.Sar.

CCCCXVI.

1 *Maritus,qui est in possessione copulæ carnalis, pendente lite cum vxore super matrimonio,an prohiberi possit,ne eam carnaliter cognoscat?*

1 LIte pendente † possessor non est turbandus in possessione.c.j.vt lite penden.& in titu.nil innouari appella. penden.Pone casum in matrimonio , quod de iure non valebat,& tamen maritus habebat copulæ carnalis possessionem , nunquid pendente lite prohiberi possint, ne adinuicem rem agant,postquàm lis est cõtestata, vel post publicationẽ testium?Dum quærerem in locis extraneis non inueni: posteà reperi quòd hoc casu prohiberi no possunt post conclusionem in causa,seu post factas probationes.casus est singularis secundum Anto. in ca.laudabilẽ. vt lite pendente.

ADDITIO.

Quando autem dicatur lis pendere? Dic primò per oblationem libelli.l.j.C.vt lite pendente. Secundò per appellationem , in titulo,nil nouari appel.pendente. Tertiò per relationem, vel consultationem factã superiori per iudicem.l.ex eo.C.de appella. Quartò per iudicis recusationem,c.secundò requiris.& c.cùm speciali.de appella.l.cùm apertissimi.C.de iudi. Quintò per restitutionem in integrum.C.in integrum restitu. postul.nil noua.fieri.Sextò per impetrationem iudicis.c.suggestum.de appel.c.causam.ij.de testibus.Cardi. in clementi.ij.vt lite pendente.in iij.opposit.Septimò per commissionem cau-

ſæ.ibi,Quartò oppono per do. Cardi.& latè tradit Zabarel. in clementi.cum lite.vt lite pendente.vbi dicit ſex requiri ad hoc,vt prætendi poſsit litem pendere:Primò, quòd citatio emanauerit.Secūdò,quòd à competenti iudice. Tertiò, quòd ad citatum peruenerit,vel per eum ſteterit.d.clemē. cum lite. Quartò,quòd plenè per eam potuerit inſtrui ad quid citatus eſt,d.cle.cum lite.per Zenzel. Quintò, quòd citatio ſit apta, vt ibidem per gloſſam.Sextò,quòd nuntius ſufficienter intimauerit eam,vt ibi per gloſſam.Et plenè ſcribit Guido Papæ decisio. Gratonopol.cccclxxxviij. lis non dicitur pendente. Gabriel Saray.

CCCCXVII.

1 *Imperio vacante,iuriſdictio terrarum Imperij Papa competit:& an eadem competat legato ſedis Apoſtolicæ?*

1 VAcante imperio,✝iuriſdictio terrarum imperii competit Papæ.c.licet ex ſuſcepto.de foro competen. Sed quid in legato ſedis Apoſtolicæ,an ille poſsit idem? Videtur quòd ſic:quia legati ſunt de gremio Papæ.cap.ſub militibus.ij.q.vj.& eius vice funguntur. Sed in contrarium eſt verum,dictum eſt Specu.in titu.de leg.§.nunc oſtēdendum.verſi.xix.Ratio,quia nemo debet ponere manū authoritate generalis cōmiſsionis in his,quæ ſpeciali prærogatiua Papæ competunt.c.quod translationē.de offi. delega.ſed hoc eſt Papæ conceſſum ſpecialiter in ſignum præeminentiæ ſingularis.ergo &c.

ADDITIONES.

Adde quòd Cardi.in ca.licet ex ſuſcepto.negat commune dictū omnium quod vacante Imperio Papa ſuccedat. eſt enim hoc turbare iuriſdictionem Imperialem contra ca.nouit. cum ſimi.Ideo expectandus eſt ſucceſſor.fallit in caſu dicti cap. licet ex ſuſcepto.vbi oppreſsi iniuſtitia,deficiente vltimo capite ſeculari appellant ad Papam:quia cùm appellatio debeat fieri ad ſuperiorem,non eſt tunc alius ſuperior.& ibi vide etiam Feli.Moder.fatentur non eſſe iure expreſſum illud cōmune dictum,quod tamen tenent allegando Bartol. in l.j.§. denique.ff de aqua pluuia arcenda.vbi dixit Imol. quòd iſta ſucceſsio Papæ non facit quod præſcribi poſsit contra imperium vacans.pro quo allegant iſti Innocen. in cap. olim.j. de reſtitu.ſpol. & fuit ponderatio Cardi. in cap.cùm contingat.de foro competen.vſurpata à Panor.in cap.cùm deputati.de iudi.Sed quid in Legato? Adde, ꝙ Legatus nō ſuccedat imperio vacanti,eſt glo.in clemen.paſtoralis.in verbo ſuccedimus.de re iudica.Sed quicquid eſt deciſum à Ioanne xxvj. in extrauagan.Si fratrum & coëpiſcoporum more, vbi inter alia grauiter puniuntur omnes qui prætenderent ſe vicarios imperij vacanos cui Papa ſuccedit:prout de iure liquidum eſt iampridem inconcuſsè ſeruatum:tamen diſputatiuè teneretur oppoſitum.& de hoc dixit Felin. in cap.j.de præſcript. in ver.ad illud Innocen.

Adde,quòd ſuccedat Papa vacante imperio eſt etiam clemē.paſtoralis.§.fina.ibi,nos tam ex ſuperioritate,&c. Sequitur Ioan.Fab.in notab.quæſt.in § j inſtitu.de adop.Bartol.in l.naturaliter.colum.fina.ff.de vſucap.Bal in l.fi. col.fina. lectu.j. C.de quadrien.præſcrip.in l.cùm notiſsimi §.imò. colum.ij. C.de præſcrip.in margarita in ver. Imperium. Iaſ. in l.imperium.col.x.& ibi per alios.ff.de iuriſ.om.iudi.Intellige in his rebus,quæ miniſtrationem & expeditionem ipſius Imperatoris ſpectabant,vt loquuntur dicta iura: ſecus vbi alius iudex poterat explicare,& ad eum ſpectabat. Et ſingulare eſt quod electoribus imperij non competat. Nico.Pig.

CCCCXVIII.

1 *Papali ſede vacante,an Imperator ſuccedat in iuriſdictione in tēporalibus & ſpiritualibus?*

1 QVid econtra, an vacante ſede papali ſuccedat✝Imperator in temporalibus & ſpiritualibus?Dic quòd non.caſus eſt ſingularis in c.qualiter.de iudi.

CCCCXIX.

1 *Clerici an & quibus caſibus poſſint conueniri coram iudice ſeculari?2.3.*

1 SEd an poteſt Papa facere legem,quòd ✝ clerici poſsint conueniri coram iudice ſeculari?Dic quòd non: quia antequam eſſet Petrus,clerici non erant ſubiecti ſeculari,per illud Dei,nolite tangere,&c.glo.eſt ſingularis.xcvj. diſtinctio. cap.ſi Imperator. ergo non poteſt per Papam tolli,vt l.fina.C.ſi contra ius.& hoc tenuit Franciſ. de Zabarel.in repetitio.c.perpendimus. de ſenten. excommu. coram Papa per illam gloſſ.

ADDITIONES.

Adde quod ſequitur idem Ludo.in l.ſi verò.§.de viro.in vij.fallen.ff.ſolu.matri.Abb.in repeti.ca.eccleſia ſanctæ Mariæ. in princi.de conſtitu vbi vide per Sande.col.iij.in princi.& per eundem quamplures quotas referentem in c.ſi quis.in princ. de maio.& obedien.

* Vide pract. Papien.in forma libell.in act.confeſſ.pro ſeruitut.§.plenam.in prin.

Sequuntur Innocen.Abb.Feli & alij in cap.ij.de maio.& obed. Alexan.conſi.viij.videtur.lib.j.& conſi.cxlix.in cauſa.lib.vj. Dec.qui extendit ad clericos in minoribus conſtitutos, & ad voluntariam iuriſdictionem,conſi.cl.dubitatur.colum.ij & conſi.ccxlj.ſcripſi.vbi in pulchro caſu conſuluit. Tho. Grā. deciſ.xxix.magnificus.col.penul.& deciſ.lxj.venerabilis.colum.iij.& in conſil.j.nu.29.poſito poſt deciſio. Quandoque tamen ex aliquibus rationabilibus cauſis poſſunt cognoſci à ſecularibus iudicibus,vt remiſsiuè ponunt Moderni Arimin.in ſuo tract.de nullit.titu.ex defect.iuriſdict. ordi.nume. 101.& alibi. Nico.Pig.

Clericos ante omnem humanam legem iure diuino fuiſſe,& eſſe exemptos à iuriſdictione ſeculari,notat gloſ.in d.c.ſi Imperator.& in cap.quanquam.de cenſib. in vj. quam ſequuti ſunt Cardi.in repeo.c.perpendimus.vij.oppo.de ſentē.excommu. Domini de Rota deciſ.dcccxl.in antiquis.Abb.in c.ſi clerici.nu.23.de iudic.Aufrer.in clem.j.de offi.ordi.verſi.ad quæſtionem.Roch.Cur.in cap.vlt.de conſuet.& Didac. Couar. in practicis quæſtionib.c.xxxj.in prin.nu.1.verſi.& ſanè. vbi latè hanc quæſtionem diſputat ad partes,videlicet,vtrum clerici lege diuina ſint exempti à iuriſdictione & poteſtate ſeculari vnà cum eorum rebus,an verò lege humana.in qua plures diſtinguit caſus.Sed in hoc an clerici poſsint coram iudice ſeculari conueniri? Fac duas principales regulas, & concluſiones ex mente doctorum. Prima regula eſt, quòd clerici non poſſunt coram ſeculari de crimine conueniri:nec valeret conſuetudo contraria, ſiue agatur ciuiliter, ſiue criminaliter.Nec poſſunt perſonaliter, aut pecuniariter condem-
2 nari à ſeculari Iſta regula ✝ fallit primò, niſi Papa conceſsiſſet de clericis certi loci poteſtatem.Secundò fallit in clerico falſum deponente,quia executione reali punietur,perſonalis tamen reſeruatur epiſcopo: & eodem modo in expenſis in cauſis ciuilibus litigans. Et idem de vtente falſo inſtrumento.Idem quando nollent in ciuilibus deponere,quia poſſunt à ſeculari per arreſtationem equi,vel aliam leuem coërcitionem cogi. Tertiò deficiente poteſtate eccleſiaſtica,quia tunc ſecularis poterit punire,maximè facientes ſchiſma in eccleſia Dei,ſi eccleſia non poſſet illos corrigere. Quartò fallit in actualiter degradato,quia effectus eſt de foro ſeculari, de quo per Lucam de Penna in l.ij C.de priuileg.ſcholar. Quintò fallit in clerico verbaliter depoſito,& incorrigibili,excōmunicato,& contumace,anathematizato, qui à ſeculari cōprimitur abſque degradatione actuali. Sextò in ioculatore etiam in ſacris conſtituto,qui monitus ſecūdò vel tertiò non deſiſtit,nam ipſo iure eſt priuatus ſuo priuilegio. Septimò in coniugato non deferēte veſtes & tonſuram clericalem. Octauò in clerico in minoribus conſtituto , qui duas vxores habuit,aut viduam,vel corruptam : ſecus de monacho vel conſtituto in ſacris,quia priuilegium clericale non amittit. Nonò fallit in macellatoribus,vel tabernariis:quia ſi tertiò moniti non deſtiterint,vel tale officium reaſſumpſerint vel perſonaliter exercendo, puniuntur à laico, maximè coniugati, non coniugati ſi incedant ſine habitu & tonſura. Decimò ex delegatione ſedis Apoſtolicæ ad hoc. Vndecimò quādo poſt capturam à laico aſſumpſit habitum clericalem : ſecus ſi ante iudicium inchoatum. quod intellige vt cognoſcat de cauſa, & non de perſona:ex quo clericatus illum omnino eximit à laici poteſtate.quod extendas etiam ad proceſſum. Duodecimò in Francia eſt præſcriptum in fractione ſaluægaurdiæ, & etiam in portatione armorum offenſibilium. Decimotertiò quando clerici offenderent officiales Regios quos modos,vide per Bar.in l.vnica.ff.ſi quis ius dicen. non obtempe. puta, in omni genere contumaciæ impedientes partes iudicis,& eius officiū,vt non veniendi,non patiendi,non reſpondendi.

dendi. Item propter calumniam. Item propter offensam in personā officialium. Decimoquartò vbi clerici vellent vsurpare iurisdictionem Regiam, quia tūc multantur à laico. Decimoquintò ratione alicuius artis vel officij, quo casu, si in eo deliquit, eius superior licet laicus, cognoscit. Decimosextò fallit in clerico officiali laicorum ratione eius administrationis. Decimoseptimò in clerico assassino, qui criminaliter punitur à laico. Decimooctauò in clerico, qui post assumptum clericatum immiscuit se enormibus & sæuis, & diu in illis perseuerauit habitu & tonsura dimissis. Idem de buffonibus, seu histrionibus, & galiofardis, qui per annum illam artē exercuerunt. Decimononò, in clerico, qui relicto ordine clericali & habitu in apostasia, tanquam laicus conuersatur. Vigesimò in clerico in minoribus constituto, qui effectus miles exercet arma. Vigesimoprimò fallit in clerico arma militaria deferēte, qui si tertiò monitus nō destiterit, omne priuilegiū
3 perdit. Secūda regula † ciuilis est, clericos in causa ciuili etiā volētes de iure non possunt coram seculari iudice cōueniri, contraria consuetudine non obstante. Fallit primò, in causa ciuili feudali, vt quando inter duos vasallos tractatur quis ipsorum sit potior in feudo, quo casu laicus dominus est iudex, quod non procedit quando ageretur criminaliter, vel ciuiliter de delicto. Secundò fallit in episcopo vel clerico habente iurisdictionem tēporalem iure feudi. Nam dato quod vasalli sint clerici, tamen ad superiorem temporalem appellabitur, quod non procedit si episcopus habet hæc ex collatione, cum reseruatione alicuius seruitij à domino tēporali, vel ab eo iurisdictionem recognoscit. Tertiò fallit in causa recōuentionis, quod non procedit quando in fraudem hoc fuisset actum, vt ibi reconueniretur. Idem si laicus procurasset conueniri. Idem si conueniret pro re famosa, vel iniuria laicum. Idem si causa tāgeret rem spiritualem, vel illi annexam. Idem si reconueniretur de crimine. Idem si veniret restringēda persona clerici, in quibus casibus laicus non habet iurisdictionē. Quartò fallit in actione reali, vel hypothecaria, pro qua secūdum multos conuenitur coram laico, tamen in cōtrarium est communis opi. Quintò fallit, quando clericus laudatur in actorem, quia tenetur de euictione: nam tenetur coram seculari causam agere, & defendere. Sextò fallit, quando clericus efficeretur hæres laici, cum quo causa erat inchoata, quia tenetur prosequi causam coram iudice defuncti: & est opinio æquior, licet multi contrà. Septimò in emancipatione, quæ debet fieri coram laico. Octauò in insinuatione donationis, quæ similiter debet fieri coram laico. Nonò fallit in insinuatione testamenti, quādo per statutum debet fieri. Decimò fallit, si clericus, & tertius vellet impedire executionem sententiæ laici, qui coram eo, &c. Vndecimò vbi vellet contradicere publicationi testamenti, in quo est hæres institutus laicus: si habet interesse, tenetur contradicere corā laico. Duodecimò fallit in confectione inuentarij per laicū citatis creditoribus, si clericus sit creditor, vel legatarius, tenetur corā iudice inuentarij comparere. Decimotertiò in clerico successore prędonis. Decimoquartò in clerico depositario ex ordinatione iudicis secularis. & idē in sequestris. Decimoquintò ratione adiuncti & causæ cōnexitatis, vt si vnus sit clericus cū tribus fratribus laicis conuentis trahitur coram seculari. Decimosextò fallit ratione reconuentionis. Decimoseptimò ratione absurditatis euitandæ: quia vnus iudicaret aliter quàm alter. Decimooctauò ratione administrationis, putà, datis pluribus tutoribus, quorum vnus erat clericus. Decimononò ratione vniuersitatis, quia data maiori parte conuentorum laicorum, conueniuntur etiam clerici corā laico. Vigesimò ratione reclamationis à laudo super cōpromisso facto per clericum & laicum, quo casu clericus reclamans debet adire iudicem laici. Vigesimoprimò secundū aliquos in hypothecaria respectu bonorum propriorum ipsius clerici, quod an sit verum, non firmo. Vigesimosecundò ex delegatione per episcopum facta laico cognitionis causarum ciuilium, & pecuniariarum. Vigesimotertiò in appellatione à bāno facto per laicum super bonis clerici. Vigesimoquartò, si dubitatur an sit clericus, vel communi opinione reputatur laicus, citatus à laico non comparens potest puniri & condemnari in expensis. Quod extende etiam ad clericum certum, quando ex facie citationis appareret causa, propter quam cōcluderetur citantem habere iurisdictionem in eum. Vigesimoquintò in possessorio, si allegat se turbari ab alio clerico vel laico, & intentat interdictum retinendæ: ad quod etiam sunt cap. regni, ad regale fastigium, Finis præcepti charitas, & alia procedit, tam si contra clericum, quàm si contra laicum, &c. Et idem si intentauit cap. redintegranda. etiam si circa recuperationē, cùm talia possessoria habeant plurimum facti. Vigesimosextò in proprietatibus omnium beneficiorum, quorum collatio spectat ad Regem. Vigesimoseptimò pro reparatione ecclesiæ secundum aliquos. Vigesimooctauò pro censibus & tributis: pro quibus non ipsi, sed eorum res videntur conueniri. Vigesimononò in prouisione tutelæ. Trigesimò in curatore clerici minoris litigantis coram laico. Trigesimoprimò in clerico negotiatore, quia de eius negotiis tenetur ad gabellam, & alia, vt laicus. Trigesimosecundò in clerico patiente se cōdemnari, & executionem à laico committi, quia licet posteà alleget priuilegium, cōdemnatur tamen ad expensas. Et non declinans forum laici venit puniēdus arbitrio iudicis, tanquam transgressor, &c. Quod extenditur ad concubinas eorum, de quibus etiam iudex laicus cognoscere non potest, nisi in notoriis. Item extenditur ad vxores clericorum incedentium in habitu & tonsura. Item ad familiam clericorum. Item ad eremitas. Item ad rectores hospitaliorum de licētia episcopi ædificatorum promittentium castitatē. Item ad fratres tertij Ordinis. Et hic attende opportunè, quòd in concernentibus litis ordinationem, vt dationem libelli, instantiam, & similibus, in præmissis casibus seruabitur ius laicorum in decisoriis, si ratione contractus, & tunc secundum locū contractus: si ratione delicti, locus delicti: si agitur de re, ius loci, in quo res stat: si verò esset statutum respiciens personam, non ligaret clericum, de quo vide plenè per Andr. de Iser. in constitut. regni, si quis in posterum. per Ange. in authē. vt cleri. apud prop. epis. Philippum in c. ij. de arbi. in vj. & omnino Felin. in ca. ecclesia sanctæ Mariæ. extrà de consti. in vij. conclusione, colum. xvij. Abb. ibidem. & in cap. licet. & in c. quod clericis. extrà de foro competen. & in c. cùm sit generale. vbi Moder. eo. tit. Pau. de Cast. in l. priuilegia. & in authen. cassa. C. de episco. & cler. Anto. in c. j. de his qui feu. dare poss. col. ij. Alex. consil. v. in v. volu. & consi. clxxxvj. ij. volu. vbi inuenies ea: quæ, quia notabilia, hîc inserui per conclusiones veras. Et hos casus aliàs cumulauit dominus Cæsar Perrinus super ritu Regni Neapolitani, in rub. de clericis volentibus declinare forum, &c. quos vti notatu dignos, hîc addere libuit pro præsentis singularis declaratione. Quibus adde, quòd vbicunque, seu in quacunque causa iudex secularis aduersus clericum procedere potest, instantia causæ est à die litis contestatæ, & solùm bimestri tempore durat: textus est notab. in §. si tamen. in versi. non transcendenti. in authen. vt cler. apud prop. episc. Quæ omnia nota. Gab. Sar.

CCCCXX.

8 *Testator viuens si rem legatam in aliam transmutat, an legatum extinguatur, an verò duret in re mutata? Distinguit, & ponit tres limitationes.*

1 QVæsitum fuit à me: an, si † viuens testator transmutat rem legatam in aliam, legatō extinguatur: an duret in re motata? Distingue, quòd aut motatur res, per cuius æstimationem liberatur hęres, vt in casu l. apud Iulia. §. si Titius. & l. legatum. & l. si sic legatum. §. si mihi quod purè. & l. non quocunque. §. qui Caium. de lega. j. & l. vt hęredibus. §. fi. de lega. ij. & l. ex legato nominis. C. de leg. & tunc legatum non extinguitur. de hoc casus not. in l. fideicommissa. §. si rem. versi. cùm tamen quidam. de lega. iij. Aut legatur res, à cuius præstatione non liberatur, nisi corpus rei legatæ præstet: & tunc legatū extinguitur. probatur in l. Seia. ff. de auro & argen. lega. & l. Iana. & l. legatis. §. j. & l. item legato. §. penul. iuncta gloss. ff. de lega. iij. l. cætera. §. fina. & l. seruum filij. §. si pocula. ff. de leg. j. Probatur ratione: quia per alienationem volontariam perimitur legatum, neque reuiuiscit, si res legata redimatur, vt est casus notabilis in l. cùm seruus. ff. de adimen. lega. l. quoties. §. seruus cum libertate. ff. de hære. institu. nisi fauore causæ piæ. l. verum. ff. de maoo. testa. ergo multo magis ipsius legati trāsmutatio eiusdem peremptionem induceit. Item probatur alia ratione: quia si legatū rei propter eius rei destructionem in totum dicitur perimi, & non reuiuiscere secuta refectione, vt est casus in l. quod in rerum. §. fi. & in l. si ita legatum. §. fin. ff. de lega. j. & l. quid

tamen.§.si nauis.ff.quibus mod.vsusfru.amit. ergo multo magis ipsum legatum perimetur ex permutatione rei
a legatæ.Fallit primò,[a] vbi ei rei,in qua res legata est trásmutata,sit appositum nomen rei legatæ: tunc enim durat.casus est singularis in l.filiæ.§.Titia.ff.de condi.& demonst.vt si lego braccum vocatum,Passasacqua, deinde
b alij idem nomen impono.Secundò fallit,[b] vbi transmutatio sit facta augmentatiuè.casus est in l.seruum filij.§.si areæ.ff.de leg.ij.& l.si chorus.§.area.ff.de lega.iij.secun
c dum vnum intellectum.Tertiò fallit,[c] vbi testator viuens legatum ædium legatarum ad constructionem loci religiosi,quem sibi hæredem esse voluit,transmutauerit alias ædes,tunc fauore piæ causæ,vt institutio non deficiat,durat legatum in transmutatis ædibus,vt est casus in l.placet.cum l.seq.ff.de libe.& posthu. Et per illum textum ita consuluit Bart.consil.xxvj.testator in testamento disposuit,&c.lib.j.quod nota.

ADDITIONES.

a Fallit primò.gloss.Barto.Alexan.Ias.& alij in l.placet. in fin. ff.de libe.& posthu.Franc. Rip. in l. Stichum. nu.20.ff.de lega.j pulchrè Soci.Iun.consi.nunc alleg.col.fina. in princi. & Abb.post Calder.in cap.quoniam Abbas.& ibi latè Deci. & Augu.Ber.de offic.delega.vbi ponit plures intelligentias.

b Secundò fallit.Et quomodo intelligatur,vide Doct. in l.si ex toto.ff.de leg.j.

c Tertiò fallit. Sequitur Alexan.in l.fideicommissa §.si rem ff. de lega.iij.Bald.Angel.Alexan.in additio.& in lectura,& ibi communiter alij in dicta l.placet.Ias.in l iij.colum.fina.versi. possunt prædicta.C.de lega.pulchrè per do..Soc.Iunio.consi. clxij.inspectis.col.uj.lib.ij.Et de intellectu l.placet.tradũt Doctores in d.c.quoniam Abbas. Nic.Pig.

CCCCXXI.

1 *Clericus an esse possit ille,qui ex necessitate ægritudinis factus est Christianus?*

1 AN factus Christianus † ex necessitate ægritudinis possit esse clericus?Dic quòd nõ,nisi in duobus casibus. Primò,si deficiant clerici in ciuitate:vel vbi sanctitas vitæ eius suadeat contrarium, putà per lapsum biennij. Et ita respondi heri cuidam curiali,qui nouiter venit. casus est notabilis lvij.dist.c.si quis in ægritudine.

ADDITIO.

Adde Deci.& posterior.in c.eam te.vlti.not.de rescrip. N.P.

CCCCXXII.

1 *Statuti verba debent intelligi secundum communem consuetudinem loquendi in patria,vbi est statutum: Nisi in volumine statutorum dicatur,quòd verba nostrorum statutorum debeant intelligi nullo extrinseco addito vel diminuto.*

1 COmmunis doctrina est,quòd † verba statuti debent intelligi secundum communem consuetudinem loquendi in patria,vbi est statutum:vt l.cùm de lanionis.§. asinam.ff.de fun.instru.Quod est verum,nisi in volumine statutorum dicatur,quòd verba nostrorum statutorum debent intelligi nullo extrinseco addito, vel diminuto: tunc enim intelliguntur secundum iuris interpretationẽ. Ratio est:quia vsus communis loquendi est quid extrinsecum. dictum est singulare Iaco.Butriga.in l.j.ff. de fide instrumen.refert do.Anto.& dicit non esse alibi in prooemio Decret.in iij.char.& per hoc obtinui Florentiæ magnam quæstionem.

ADDITIONES.

Adhoc adde quod scribit Ias.& Alex.col.vj.post Pau. de Castr. in l.j.ff.si certum peta.& vide plenas remissiones per Felin. in c.ex parte.versi.verbum præcisè.de rescrip.Pau. consi.cxcvj. incipi. super hoc puncto. col.v.ibi, sed his non obstantibus. Francis.de Are.cõs.cix.coëgistis me.in princ.& plenius consi. cxlv.licet statuta.& pulchrè Zabar.consi.lxxiiij. Titius nunc sunt.& est bonus tex.ab omnibus ferè allegatus in extrauag. in col.uj.Exiit qui seminat.ad fi.ibi glo.non fiant nisi forsan, &c. Adde etiam Bartho.Soci.in elegãti repetitione l.j.xxvuj. char.versi.nouò limita.de vulga.& pupil.Adde etiam Sande. vbi in specie ponit istam limitationem post eos, quos allegat in cap.per tuas.col.uj.de probatio.& in prooemio Decret. in glos.j.col.iiij.nu.14.Et tale statutum viget in patria mea Genuensi.Et multas remissiones per Feli.in c.qualiter & quando.j.col.xv.de accu.consuluit etiam Ancha.consi.cccxiij.viso puncto.in vj.col.

Et sequuntur Alex.Ias.& Moder.in rub.ff.de noui operis nunt. Idem Alex.consi.ccxj.ponderatis. post princip.lib.vj. Nicol. Euerar.in loco legali ab opinione vulgi. Quibus dissentit Alciat.lib.ij.de verbo.significa.col.ix. & x. in magnis impressis. Nicolaus Pignol.

Adde ea quæ tradit Marcus Mantua in suo tractatu de soluendis argumentis,in iiij.arg.in fi. Gab.Sar.

CCCCXXIII.

1 *Confessio administratoris non inducit obligationem,sed probationem aduersus dominum,cuius negotia gerit. Et quid in non administratore?*

1 COnfessio administratoris † non inducit obligationem,sed probationem aduersus dominum,cuius gerit negotia.l.fina.ff.de instito. & l.Publia.§.fina.ff.depositi. (vt faciunt isti garzones bancorum,) sed an inducat obligationem contra confitentem non administratorem?Diceres quòd non.d.l.Publia.§.fi.ff.depos.Dic secus:quia inducit obligationem constituti, licet aliàs confessio solùm probet regulariter vt d.l.Publia.§.fina.(nota ad limitandum dictã l.& hic casus non est alibi,& singularis) l.quidam.ff.de constitu.pecu. nota bene. & Bal. allegat in authen.si quando.C.eo.titu. & dicit singulare, ideo nota perpetuò.

ADDITIO.

Idem dicunt Castren. Alexan.& alij in dicta l.quidam.Bar.& Doctores in dicta l.fin.Hippoly.de Marsil.in rubri. de probatio. colum.xlvij. Nico.Pig.

CCCCXXIIII.

1 *Clausula rescripti,videlicet, supplentes defectum omnem , si quis in eo interuenerit,de nostra plenitudine potestatis, quid operetur?*

2 *Motus proprius principis non inducit dispẽsationem defectus personæ supplicantis.*

1 AN verba † rescripti dicentis, supplentes defectum omnem,si quis in eo interuenerit de nostræ plenitudine potestatis(de qua clausula habetur in c.inter dilectos. de fide instru.& cap.pastoralis.de rescript.) aliquid operentur?Dic quòd confirmãt defectus omnes præter illos, qui concernunt personam supplicantis.singulare verbũ Specu.in titu.de legato.§.nunc ostendendum.versi.xviij. Archid.refert & sequitur lvj.distinct.ca.Cenomanensem.&
2 ratio est: † quia etiam motus proprius principis non inducit dispensationem defectus personæ supplicantis.de hoc est glo.singularis in clemen.si romanus pontifex. de præben.quod not.perpetuo.

ADDITIONES.

Vide Cardi.Alex.in d.c.Cenomanensem.hic alleg.post Gemi.& alios,& per Vitalem de Gamban.in tracta. clausularum. in verbo,clausula,supplentes.

Sequitur Feli.in c.ex parte.col.xviij.de rescrip.Card.in clemen. pastoralis.§.penul.iij.notab.de re iudi.Dec qui alios citat, in c.de confirmatio. col.penult. & ibi August.Bero. nume.27. de confirmatio.vtili vel inutil.Idem Dec.consi.cccccxvj.colum.iij.consi.cccccxlj.col.penul.& fi Fran.Rip. in c.si quando.nu.34.de rescrip. Nico.Pig.

Hoc latè prosequitur Ioan.Staphileus in tracta.de gratiis expectatiuis.in rubri.de vi & effectu clausularum.§.ij.incip.subsequenter,statim post principium literarum in prin.& nu.4 & Petrus Dueñas in reg.cxxxj.incip.confirmata ea quæ sunt iuri contraria.iij.fallen.in fi. Gab.Sar.

CCCCXXV.

1 *Iudex secularis potest declarare quem periurum.*

2 *Periurus pœna extraordinaria punitur,& fustigatur,& infamis efficitur.*

EGo coram magnis dominis huius ciuitatis dixi,quòd dominus prætor erat iudex competens in declarando
1 † capitaneum ciuitatis periurum:licet aliqui ignorantes & bestioli de hoc dubitent:sed non debent dubitare.Primò,quia lex punit periurum :ergo iudex secularis potest
2 declarare periurum, vt l.j.ff.ad Turpil. Itẽ † propter per-

iurium

iurium punitur quis pœna extraordinaria. vt l. de periurio. ff. de crimi. stellio. Item fustigatur vt infamis. l. si duo patroni. in fin. ff. de iureiuran. Item efficitur infamis. vt l. si quis maior. C. de transa&. & vide gloss. in l. Lucius. ff. de infamibus.

ADDITIONES.

Adde quod istud singulare sequitur Sande. in ca. cùm sit. colum. vj. versicu. limita quartò. de foro competen. quia iudex secularis potest punire, & per consequens declarare: quia declaratio est facti, secus si esset dubium per c. venerabilem. de elect.

Idem Feli. in cap. j. colum. v. versicu. potest etiam. & in cap. ij. colum. x. versicu. quartò limita. de sponsa. Et quæ sint pœnæ & effectus periurij, vide Bald. in l. ij. C. de rebus credit. Felin. in testimonium. de testib. & in cap. querelam. de iureiuran. Guido. Pap. quæst. clxxviij. de periurio. Stephan. Aufret. Decisio. Tholosa. xvij. Rip. latè in cap. ij. in princip. de rescriptis. & dicam infrà singula. ccccxcviij. & singul. cccccxvj. Et adde infrà singula. sequen. Nic. Pig.

Adde Guid. Pap. in consi. xxix. ille incarceratus. nu. 3. & consilio lxxxix. in primo dubio. Gab. Saray.

CCCCXXVI.

1 *Iudex secularis cognoscere potest de periurio, & punire pœna iuris ciuilis, quando clarum est quòd peierauit. secus si dubium sit, an iuramentum valeat, quia tunc id ad iudicem secularem non spectat.*

2 *Iuramentum non est fori mutatiuum, sed cumulatiuum.*

CAnonistæ in c. testimonium. de testib. (incipe authoritates) Ioan. Andr. in c. cùm C. laicus. de foro competen. lib. vj. in nouella. & in ca. licet mulieres. de iureiur. eo. lib. do. Anto. plenè in c. cùm sit. de foro compet. quòd
1 iudex† secularis potest punire periurum pœna iuris ciui-
2 lis. Et ideo Bal. dicit alibi, quòd† iuramentum non est fori mutatiuum sed accumulatiuum, vnde vterque iudex secularis & ecclesiasticus potest cognoscere. Et hoc intellige quando est clarum quod peierauit: sed si esset dubium de iuramento an valeat, tunc non spectat ad iudicem secularem. vt in cap. venerabilem. de electio. & in cap. quanto. de iureiuran.

ADDITIO.

Adde quod est ratio istorum duorum singularium, quia crimen periurij est crimen commune, vt per eundem Roma. in consi. cccccxij. quo ad primum. in tertio dubio. & per Felin. in capi. cum sit. colum. v. in ij. limitat. de foro competen. & in ca. ij. colum. x. versic. secundò limita. de sponsa. Guid. Pap. quæst. clxxviij. & per Cagnol. in l. si quis maior. numero 122. C. de transac. post eos quos allegāt Et adde alium casum infrà singu. ccccxcviij. vbi iudex secularis potest cogere partem ad relaxandum. Nico. Pig.

CCCCXXVII.

Tutor, vel curator an possit constituere procuratorem ad interponendum decretum iudicis in alienatione rei minoris?

1 POtest-ne tutor, vel curator cōstituere† procuratorem ad interponēdum decretum iudicis in alienatione rei minoris? Casus est singularis quòd non. in l. minorum. secundum secundam lectu. gl. communiter approbatam. C. de prædi. mino.

ADDITIO.

Quam sequitur Ias. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. colum. iij. in fin. ff. de offi. procon. idem Rom. & Ias. in l. ij. vbi Deci. tenet j. lectu. ff. de offi. eius. Nic. Pign.

CCCCXXVIII.

1 *Consuetudo disponens quòd aduocati non iurent de calumnia an valeat?*

2 *Aduocati magis nouerunt calumniari, quàm partes simplices.*

TV habes in l. rem non nouam. §. patroni. C. de iud. quòd aduocati in initio litis debent iurare de calumnia. dicit glo. ibi, lege cauetur, sed de consuetudine
1 non habetur & ita notant ibi doct. quòd valet† consuetudo disponens quòd aduocati non iurent de calumnia. Sed est-ne verum? Tu diceres quòd sic: quia est communis opinio, ergo valet. sed non sequitur, imò contrarium est verum secundum Hostien. & Ioan. And. in cap. Romana. §. nec etiam. de foro compet. lib. vj. vide ibi rationes. iuramentum calumniæ præstandum à parte parti nō potest tolli consuetudine. casus est in c. cæterum. de iura. ca-
2 lum. ergo multo magis† in aduocato & procuratore, qui magis nouerunt calumniari, quàm simplices partes, vt est gl. in l. ab Anastasio. C. mand. vbi dicitur quòd aduocati omnia mala nouerunt: & not. hoc: & studeas.

ADDITIONES.

Adde quòd idem tenet Gemi. in dicto §. nec etiam. per rationem de qua hic, & per aliam, scilicet, quia si talis consuetudo valeret, laxaret, & pareret pericula animarum. de constitu. ca. penulti. & vlt. de præbend. cap. extirpandæ. & idem tenet ibi Io. Monach. ad gl. in d. l. ab Anastasio. vide in authē. constitutio quæ ab ascriptitio & libera natos. in prin.

Idem Io. And post Spe. in titu. de aduoc. §. j. versic. item quòd est procurator. Sed vide Ias. in l. rem non nouam. col. j. C. de iudi. Tho Ferra. cau. xij si quis. & alios cumulat Matth. de Afflict. in §. in quibusdam. de consuc. recti feud. Nic. Pig.

* Adde quòd statutum vel cōsuetudo disponens quòd non sit necesse præstari iuramentum de calumnia, non valet: vt dicit Mathesil notab. lxv. nota quòd statutum, per ca. constitutus. de fideiussorib. Et nota quòd iuramentū calumniæ non præstitum in contestatione litis, debet præstari postea, quandocunque placuerit iudici. c. j. de iuramen. calum. lib. vj. & clarè Bald. in l. ij. §. sed quia veremur. C. de iuramen. calum. & nolens iurare habetur pro confesso. l. si non fuerit. ff. de iureiur. Hæc tamen singulariter limitātur, nisi nolens iurare iam perfectè probasset. ita singula. Bald. in c. ij. versic. item in isto. de probat. & hanc limitationem pro singul. commendat Ias. in l. admonendi. versi. condescendo nunc. ff. de iureiurand. & in l. iusiurandum & ad pecunias. § qui iusiurandum. eodem titu. & bene facit, quia vbicunque quis habet intentionem suam fundatam, puta publicatis testibus vel instrumētis productis, licet aduersarius faciat positiones, non tenetur respondere. secundum gloss. & omnes in l. ij. §. quod obseruari. C. de iuramen. calum. Secundò limita, quando pars nollet iurare, nisi tale iuramentum à iudice sibi præstaretur: quia per hoc non vitiatur processus. ita Bal. in repetitio. l. ij. versicu sed quid si iudex. ff de iureiuran. de cuius tamen veritate dubitat Curt. in dicta l. ij. in princi. C. de iuramen. calum. Item nota quòd si quis mouet tibi litem, & vis facere quòd processus qui in causa formabitur, sit nullus, consilium est, quòd quando respondes libello actoris, & negas narrata prout narrātur, & petita prout petuntur, &c. quòd tunc in responsione tua in aliqua parte, quæ non soleat multum ponderari, petas partem aduersam iurare de calumnia, & postea circa dictum iuramentum amplius non insistas, quia si aduersarius non aduerteret ad dictam petitionem iuramenti, & sic non iuraret de calumnia, totus processus erit nullus: quia iuramentum calumniæ bene potest tamē remitti. c. j. de iuramen. calum. lib. vj. sed si est petitum & non fuerit præstitum, totus processus est nullus. ita tenent Iacob. Butrig. Pau. de Cast. & Francis. de Aret. in dicto §. sed quia veremur. Barto. & Alexan. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de no. oper. nun. Imol. in l. qui bona. §. si alienu. & ibi etiam Alexan. versicu. & circa istud iuramentum calumniæ. ff. de damno infect. Mathesil. notab. lxiiij. nota aliam cautelam. Ias. in dicto §. qui iusiurandum. Practic. Papien. in forma libelli in actio. reali. in verb. per sacramentum calumniæ. Item aliud est consilium ad irritandum processum, scilicet vt quando citaris ad videndum iurare testes, non compareas, quia si eueniret quòd testes vocati ad testificandum comparent coram notario neutra parte præsente, & notarius defert eis iuramētum de veritate dicenda, neutra parte præsente, vel præsente, non tamen constat in actis, tunc omnis testificatio facta per tales testes iuratos, neutra parte præsente, non valet nec tenet. gloss. est vnica in iure in l. si quando. in verb. introducit. C. de testib. per quam Raph. Fulgo. in l. j. C. quomodo & quando iudex. dicit se irritasse mille processus, & mille dicta testium.

CCCCXXIX.

1 *Interpellatio vnica sufficit ad constituendum quem in mora, & an hoc habeat locum, quando inferior vult constituere in mora superiorem?*

EGo dixi in l. si ex legati causa. ff. de verborum obliga.
1 quòd sufficit† vnica interpellatio ad constituendum

quem in mora. Innocen. in cap. cum nobis olim. de elect. gl. in clemen. j. in ver. requisiuit. de hæretic. & cap. cupientes, in verbo proposita. de elect. lib. vj. in l. Titia. §. vsuras. ff. de lega. ij. Sed an habeat locũ cùm inferior superiorem in mora constituere vult? Do. Anto. in cap. cum causa. de offic. deleg. concludit singulariter quòd requiritur trina citatio. & dicit esse casum in cap. fi. de supplen. negli. prælà. & aliàs sum hoc secutus in l. de pupillo. §. si quis ipsi. ff. de noui oper. nuntia. Tamen heri euenit mihi de facto, & dixi contrarium: quòd vna tantum sufficit, & notaui casum in clemen. quamuis de appel. vbi dicitur, quòd sufficit vno contextu multiplex interpellatio ad petẽdum Apostolos, & per illam constituitur iudex in mora: tamen illa ita facta non multiplex, sed vna censetur, quemadmodum geminata vnico contextu appellatio vna est. capit. Lotharius. xxij. quæstio. ij. gloss. in cap. cum ab eo. de appellatio. libro vj & l. si conuenerit. j. ff. de pignor. actio. & hæc est veritas.

ADDITIONES.

Adde rationem, quia illa vnica interpellatio illo modo facta habetur pro trina. gl. in d. l. si conuenerit. ff. de pig. actio. Adde cap. primum. de supplen. negli. præla. respondetur quòd loquitur in casu speciali. & sequitur Card. in cap. cum exusa. de offic. delega. & ibi Felin. in vltimis verbis, & plenius in c. ex literis. de constitu.

Adde quòd consi. Roma. est nume. 427. in proposito casu. col. j. quem sequitur Alexan. consi. lxxxj. stantibus. col. j. libro iiij. Felin. in cap. ex literis. col. v. de constitu. Deci. in cap. ex parte ij. col. ij. de appel. & hæc est veritas, nisi contrariũ expressè reperiatur. Nico. Pig.

Cum Roma. est communis doct. opinio vt tradit Baueri. in dicta l. si ex legati causa. in prima parte col. ij. in princ. ff. de verbo. obliga. Et an quis ante interpellationem in mora constituatur, ponit Guid. Pap. decisio. Grationop. cccccxcvij. iuxta prætactam quæstionem. Et plenè tradit Pet. Duesias in regu. clxxxj. incipien. debitor constituitur in mora. Et adde quòd si monitio fuerit facta in synodo, habet vim peremptorij. gl. est in cap. si Episcopus. xviij. distinct. quæ dicit, quòd monitio facta in synodo habet vim trinæ monitionis, & illam glo. sequitur Panor. in cap. ex literis. de constitutio. & Feli. in capi. cum sit Romana de appellatio. & Franc. Rip. in ca. j. de iudi. Henricus de Bottis, in tractatu synodali, qui cæteros Canonistas refert, ea ratione, quia regulariter in actibus extraiudicialibus sufficit vnica monitio, nec requiritur trina. & ita cõmuniter in synodis obseruatur secundum Ioan. Andr. in cap. proposuit. de cleri. excommu. ministr. Et sic quando aliquid mandatur, vel prohibetur fieri in synodo per episcopum, vel eius vicarium sub aliqua pœna, tale mandatum habetur loco trinæ monitionis. sic etiam obligati ad residentiam faciẽdam si fuerint moniti in synodo possunt priuari absque alia monitione, ac si ter fuissent moniti. Vnde monitio generaliter facta in synodo contra executores testamentorum, qui negligunt infra annum exequi voluntates decedẽtium, habet vim trinæ monitionis, ideò deuoluit ad Episcopum executionem absque alia monitione. Et est notandum, quòd quando in dispositione, vel constitutione apponuntur ista verba, Monemus, Præcipimus, vel alia æquipollentia, talia verba important præceptum, & habentur loco trinæ monitionis, vt in terminis decidit Federi. de Senis consi. cix. incip. quæstio. Et plenè, ac eleganter tradit Bermondus Choueronius in eius commentariis in titulum de publicis concubinariis, in concordatis. in ver. teneatur. §. scilicet ex necessitate. nu. 6. versi. addite prædictis. char. clxxxv. Gab. Saray.

CCCCXXX.

1 *Confiscatis bonis alicuius vniuersaliter, an transeant in fiscum bona, in quibus alius ius habet ad rem?*

NVnquid confiscatis bonis alicuius vniuersaliter, trãs-
1 eant † in fiscum bona, in quibus alius ius habet ad rem? puta, si vendidi domum & non tradidi? Dic quòd sic: casus est singularis in l. si fundus quem mihi locaueras. versicu. nam & si vendideris. ff. loca. & non transit cum onere. quod est mirabilius, licet regulariter fiscus cẽseatur loco hæredis, licet tertius contra vendentem agat ad pretium.

ADDITIONES.

Idem tenet Ioan. de Arno. in soliloq. lxxxviij. in casu. Bald & ibi Ias. nu. 36. in l. diuortio. ff. soluto matri. Matthæ. de Afflict. in titu. de fratri. de no. bene. inue. in prin. xviij. priuileg. fis. Et in publicatione bonorum quæ bona conditionalia veniant, suprà singul. clxx. & an vestimenta, annulli, infrà singula. cccccxlviij. & bona mobilia & immobilia extra territorium existẽtia cui communitati applicentur, infrà singula. cccccxxviij. Nicolaus Pigno.

Et consequenter an confiscatis bonis feudum confiscatum intelligatur, vide Aufre. decisio. Capel. Thol. cccxcv. Gab. Sar.

CCCCXXXI.

1 *Grauatus restituere hæreditatem cum voluerit, si is non declarata voluntate decesserit, censetur post mortem de restituendo grauatus.*

INstituo Titium hæredem, & grauo eum de restituendo cùm voluerit: non declarata voluntate decessit Titius: an fideicommissarius possit petere hæreditatem? Et videtur quòd non: quia voluntas morte finitur. l. iiij. ff. loca. ff. de lega. j. l. si ita legatum. §. illi si volet. de rescript. c. si gratiosè. lib. vj. & videbis in l. centesimis. §. fi. ff. de verb.
1 obli. Sed contrarium est verum: censetur † enim post mortem de restituẽdo grauatus. casus est vnicus in l. vxorem. §. Scæuola. ff. de leg. iij. quod est mirabile.

ADDITIONES.

Amplia illum tex. si dictum fuerit, cùm voluerit extraneus. Bart. in l. j. vbi Alex. nu. 12. ff. de leg. ij. Secundò amplia, si hæres declarasset se nolle. Ange. quem sequitur Alexan. in d. nu. 12. in fi. & ibi Alcia in tex. sed cum ita. Tertiò amplia, vt procedat in legato l. xj. §. hoc autem legatum. ff. de lega. iij. cum declaratione inter honoratum & grauatum per Alex. & Alcia. vbi suprà Et adde doct. in d. §. fi. Roma. consi. cccclij. circa.

Adde Bar. in sing. lxj. incip. pater si stipulatus sit. Gab. Sar.

CCCCXXXII.

1 *Legatum si his verbis fiat, Titio cum ecclesia mea iuris patronatus lego fundum, an fundus videatur pro dimidia legatus ipsi Titio, & pro alia dimidia ecclesiæ: an verò legato Titij cedat & fundus & ius patronatus?*

ACcidit mihi Romæ, Tu scis, quòd secundum communem opin. & veram (de qua in cap. illud. de iure pat.) ius patronatus potest legari: modo legatum est factum,
1 Titio † cum ecclesia mea iuris patronatus lego fundum. quæritur an fundus videatur pro dimidia legatus ipsi Titio, & alia medietas ecclesiæ: vel an cedat legato Titij & fundus, & ius patronatus? Prima pars videtur verior. scis enim quòd summa est ratio quę pro religione facit. l. sunt personæ. ff. de relig. & sump. fune. & debet fieri interpretatio quæ facit pro causa pia seu ecclesiastica. Item quia in legato venit illud quod est minus. l. apud Iulia. §. Sæio. ff. de leg. j. sed minus est quòd veniat solus fundus, ergo, &c. facit c. ex parte. de censi. Sed dic cõtrarium. casus est vnicus in l. si is qui. §. si quis ita. ff. de reb. dub. vbi venit in legato non solum fundus, sed etiam ius patronatus.

ADDITIO.

Sequitur Roch. Curt. in tract. iurispatron. in verbo, ipse vel is. q. iij. in fi. Et vide Soci. in d. §. si quis ita. Nic. Pig.

CCCCXXXIII.

1 *Frater nomine suo rem emens, si eam suo, & fratris nomine in libro communis describi patiatur, an ex hoc dominium pro parte in alterum fratrem translatum censeatur, præsertim si alter frater pro rata sua collectas soluit?*

EMo rem nomine meo, eãdémque patior in libro communis describi nomine meo & fratris mei. Itẽ & pro eadem, me patiente, frater meus soluit collectas pro rata
1 sua: an ex hoc † sit translatum dominiũ pro parte in fratrem meum, licet non sit tradita, vt l. traditionibus. C. de pact. Dic quòd sic. (est enim speciale in societate. l. iij. ff. pro soc. quia loquitur in vniuersalibus.) casus est singularis in l. rura. secundum Bar. ibi. C. de omni agro deser. li. xj. Sed do consimilem in l. censualis. C. de dona. l. solennibus. C. de rei vẽ. cum si. & hoc adde ad gl. in l. si aget. ff. de rei vend. & l. ij. ff. de public. quod nota.

ADDITIONES.

Et idem Ro.consi.ccxcj.cùm isti fratres.nu.7.Castren. in l.scriniarios.C.de testa.mili.Ias.in l.decem.col.viij.ff.de ver.oblig. Alcia.in tract.præsump.reg.iij.præsump.xvij.Deci.consi.xxj. viso.col.pen.versi.secundo.qui alios citat.Intellige vt probet dominium quo ad ipsos consentientes descriptioni æstimi,vt per Alex.consi.cxlvij.in fi.lib.v.consi.lvij.col.penulti.consil. clxxxij.col.ij.lib.vij.Deci.consi.cxlvj.& pro tenui.colum.vj. Nico.Pigno.

* Adde in materia quòd si aliquis diuisit hæreditatem paternam cum fratribus tanquam eorum frater, postea vt posset matrimonium contrahere cum certa puella,iurauit se non esse filium illius, cuius putabatur, & cuius hæreditatem diuiserat, per hoc tamen non poterunt aliquid repetere per condictionem indebiti,vel condictionem sine causa : secundum Ioann. Andr.in addit. Specul.in tit.de oblig.& solut.§.finali, in addit.quæ incip.ordine quo supra & ratio est,quia conuentio inter alios acta aliis prodesse nec nocere potest.C.res inter alios act.per tot.Sicut in simili dicunt doctu.in l.si actionem.per illum textum.C.de pactis.quòd si sunt duo fratres,vel plures,& vnus eorum maritat sororem, & illa ei facit pactum de nō petendo hæreditatem paternam, quòd istud pactum non proderit aliis fratribus, quin aduersus eos possit suror pro eorum rata experiri. & secundum Paulum de Castr.in l.planè §.si duobus.ff.de leg.j.istud est perpetuò notandum,& menti tenendum:quia quotidianum. & idem tenet Ioan.Andr.in addit quæ incip.quidem de præcedenti.ad finem.in dicto titu.de obligatio.& solutio.& vide plenè per Moder.in l.si vnus.§.ante omnia.ff.de pact. & decis. Capell. Tholos.ccclxxv.

CCCCXXXIIII.

1 *Legata tertia parte fructuum certi fundi,an hæres possit dare tertiam partem æstimationis fructuum,inuito legatario?*

LEgo Titio tertiam partem fructuum fundi mei : nunquid† hæres possit dare tertiam partem æstimationū
1 fructuum eo inuito?Dic quòd sic:casus est not.in l.fundum Trebatiani.ff.de vsufr.lega.facit l.liberto.in princ. ff.de annu.lega.l.nihil.ff.de leg.j.

ADDITIO.

Quod intellige quando legatum est factum ob aliam causam, quàm alimentorum: secus si alimentorum causa factum sit, quia tunc ille fundus est tacitè pro alimentis hypothecatus secundum eundem Roma.consi.ccclxxxviij.in casu.colum j. Et adde infrà sing.seq.in fi.Et crederem illos tex.non procedere quando legatarius aliquod interesse posset prætendere, puta,quòd illa tertia pars fructuum esset melior, quàm æstimatio. Et adde Ias.in l.secunda.§.mutui.vij.fallent.ff. si cert. petatur. Nico.Pign.

CCCCXXXV.

1 *Legatum prophanum an extinguatur,seu reuocatum censeatur,si testator viuens alienet rem,ex qua voluit legato à se facto satisfieri:& quid in legato pio?*

1 QVæritur,an testator viuens† alienando rem, ex qua voluit legatum à se factum satisfieri,videatur legatum extinxisse,seu reuocasse? Dic quòd aut illa res posita est in diuersa oratione ab ipso legato,& tunc alienando non extinguitur legatum. Ratio,quia ponendo testator in diuersa oratione censetur posuisse vt legatum facilius soluatur,non vt præcisè ex illa resoluatur,casus est in l.quidam testamento.in princi.ff.de leg.primo.l.Panlo Callimacho §.finali.ff.de legat.tertio.bene facit quod notat Bartol.in l.inter stipulantem.§.sacram. ff. de verborum obligatio.& Cyn.in l.si quis argentum.C.de donatio. Aut illa res adiicitur in eadem oratione,& tunc si non apparet quod rem aliquam subrogauerit loco illius rei alienatæ, extinguitur legatum.Ratio:quia censetur testator ponendo rem in eadem oratione, posuisse vt illud legatum necessariò soluatur ex illa re.l.Lucius.ij.§. cinibus.ff.de leg.ij.l. si sic legatum.§ si mihi quod Titius. & l.seruus.§. quicunque.ff.de lega.j.Aut posuit in eadem oratione,& constat quòd subrogauit aliam loco alienatæ, & tunc legatum non est extinctum, sed manet integrum subrogatum legato.casus est vnicus in l.pater inter filios.ff.de adimen.legat.Et hæc procedunt in legatis non piis.Sed quid in eis?Dic, quòd posito quòd testator in eadem oratione posuerit legatum & rem, ex qua voluerit legatum satisfieri, tamen nunquam legatum extinguitur per alienationem rei illius. Ratio, quia non censetur posuisse vt præcisè ex illa legatum soluatur: sed vt sit pro legato obligata.gloss.est in l.Caius.ff.de annu.lega.alia in l.Lucius.ff.de adimend.legat.alia in l.finali,ff.de contrahenda emptione.nota istas tres glos.ordinarias & singulares : & habui de facto Romæ pro ecclesia sancti Pauli de Vrbe,quæ fuit commissa,domi.Ioanni de Millis,& domi.Ioan.de Roma valentissimis, & mihi. Tene menti.

ADDITIO.

An & quomodo per alienationem rei legatæ reuocetur legatum, tradunt Bartol.in l.rem legatam.ff.de adimen.lega.& docto. in l.tertia.C.de legat.Socin.in tracta.fallen.regu.ccxviij.Socio.Iun.consilio clxij.libro secundo. Sed quid in eis. Quòd illæ glossæ sint veræ in alimentis consuluit Bartol. consilio ccxj.& est de mente Bartol.& aliorum in l.cùm hi.§.si vni.ff. de transac.secundum eundem Roma.qui hoc ponit pro constanti consi.ccclxxxviij.in casu.col.j.Feli.in c.ad audientiam. ij.col.vj.in fi.de rescrip.Ioan.Durant.de arte testā.caute.xvij. tit.de hære.insti.Nicol Euerar.in loco legali ab alimentis ad piam causam.vbi sequitur Roman.hic,cum pluribus similibus. Nicol.Pign.

CCCCXXXVI.

1 *Criminis læsæ maiestatis quis etiam post mortem potest accusari,& puniri,& eius memoria dānari. Et ius accusandi quanto tempore post mortem rei duret: & quid in hæretico?*

1 DE crimine læsæ maiestatis potest quis accusari† etiam post mortem delinquentis & puniri : quia damnatur eius memoria.l.final.C.ad legem Iuliam maiest.& Institu.de hæredita.quæ ab intestato.§.per contrarium. Sed intra quantum tempus post mortem durat illud ius accusandi? Tu habes in lege secunda. C. de aposta quòd ius accusandi hæreticum mortuum durat quinquennio. Sed quid in crimine læsæ maiestatis? Dic idem : glossa singularis in l. Manichæos.C. de hæreticis. vide glossam xxiiij.q.ij.in summa. Et iunge ad dictam glossam.

ADDITIONES.

Adde Panormita.in capi.cùm à nobis.in penult.colum.de præscrip.vbi Felin.colum.quinta & sexta in princip.quod dicit notandum.Quid verò in crimine hæresis,vide per Felin.post Abb.vbi suprà.

Adde casus, quos remissiuè allegaui, quando contra mortuum procedatur, infrà singular.dcclxxxv. & dccxlij. Et adde illam gloss.singul.sequuntur Bartol.& Alexand.in l.final.ff. ad legem Iuliam maiest. Aretin.in tracta.malefi.verbo, *che hai tradito*.columna iiij. & Cæpol. consil. crimi. xvij. visa commissione.numero 7.vbi plenè ponit de hoc singula. Abb. & Felin.in cap. cùm à nobis.de præscrip. Hier.Gigas in suo solenni tracta.crimi.læsæ maiest.huma.libru j.rubri.qualiter in crimine læsæ maiestatis procedatur, quæstione vigesimatertia.vbi respondent ad gloss.in capitulo secundo.de præscrip. libro sextu .& capitu.accusatus.de hæreti.eo.lib.& Lud. Carer.in tract.de homic.§.vj.nu.373 & in tract.de hæreti.numero 142. Nico.Pig.

Intellige quando contra principem,vel rempubli. Romanorum committitur. In aliis verò capitibus non damnatur memoria.l finali.ff.ad legem Iuliam maiesta. & per gloss. Institu.de publi.iudic.in § item lex Iulia.& Abba.in capitu cùm à nobis.de præscriptio.& plenè per Capitium decisi.cl.& per Ange.in consilio ccxxij.& Bald in consilio lx.volumine secundo.Deci.in consilio xj.Barba.in consilio lxx.volumine quarto.& Alexand.post Bartol.in l finali.ff. ad legem Corneliam de sicar.& Alberic.de Rosa.in l.prima. C. de apostat. & per Hippolytum de Marsiliis,in l.qui falsam.§.accusatio.columna prima.ff.de fals. Et infra quantum tempus possit quis post mortem damnari,tradit remissiuè Balbus in tractat.de præscriptio.in prima quæstione primæ partis quintæ partis prin. numero 21.Sed quòd regulariter crimina morte extinguantur,cum huius limitationibus tradit Petrus Duenas in regul.

clxxiij.incip crimina morte extinguantur.vbi & hoc singul. allegat. Gab.Saray.

CCCCXXXVII.

1 *Legato generali non comprehenduntur vasalia, & ea, quæ causa mercādi testator habebat, si alia supersunt, in quibus legatum subsistere possit, aliàs secus.*

1 IN legato generali non comprehenduntur ea,† quæ testator habebat causa mercandi.l.generali.§.vxori. cũ simil.ff.de vsufru.leg.Quod est verum, vbi sunt aliqua in quibus legatum subsistere possit:aliàs comprehendit etiã vasalia:text.est singularis secundum verum intellectum gloss.in l.pediculis.§.item cùm quæreretur.ff.de auro & argen.lega.

ADDITIO.

Adde l.fundus quem locatus.in fin.ff.de fun.instru.& hoc sequitur Barto.in d.§.item cùm quæreretur.Bal.in rubr.quæst.iij. Castr.& Ias.in l.j.C.de verborum signi.idem Ias.in l.qui Romæ.§.duo fratres.colum.xxiij.in princi.& in §.Callimachus. col.iiij.ff.de verborum obliga.& in l.si stipulatus fuerim.§.fi. colum.ij.eo.titu.Lud.Gomes in §.item seruiana.nu.19.Instit. de actio.Ioan.Durant.caute.xix.tit.de lega.idem Rom. consilio xxxvj.visis.in fi.vbi allegat plures leges.& facit suprà singu.clviij. Nic.Pig.

CCCCXXXVIII.

1 *Statutum an à ciuitate fieri possit, per quod denegetur clericis illud, quod semel eis per longissimum tempus acquisitum fuit.*

POne, quòd populus huius ciuitatis propter deuotionem consueuit à longo tempore, cuius contrarium memoria hominum non existit, relicta pro malè ablatis, vel pauperibus, conuertere in vtilitatem alicuius ecclesiæ, (vt videmus Romæ nunc in ecclesia sancti Pauli, licet illud sit ex constitutione Papæ,) an† ciuitas possit facere statutum, quòd talia relicta conuertantur in vtilitatem ecclesiæ alterius? Videtur quòd sic: quia eius est tollere cuius est condere.l.digna vox.C.de legi.ergo &c. & si dicis quòd laici non possunt statuere super ecclesiis. c.quæ in ecclesiarum.& capitu.ecclesia sanctæ Mariæ.de consti.Dic quòd non statuit super re ecclesiastica, sed super rebus subditorum, ne relicta per eos &c.vt l.omnes populi.ff.de iustitia & iure. Sed contrarium est verum. & de hoc duplex est casus in capitul. ad apostolicam. de simonia.Item in capitulo vestra. de locato. & illum textum alleg.Ioannes Andræas & Bartol.in l.priuilegia. vbi hoc tenet.C.de sacrosanctis ecclesi. per textum in dicto cap.ad apostolicam.& Io.Andr.in additio.Specu.in titul.de instru.edi.§.nunc verò aliqua.in fin. tenet illud idem per d.c.vestra.

ADDITIONES.

Adde quòd cum Bar.transit Gemi.in cap.j.in vij.colum.de constit.lib.vj.Roma.met.in auth.similiter.in ij.char.versic.nonò &c.C.ad legem Falcid.Moder.in c.fi.de rebus eccles.non alie.licet contra Barto.teneant Cyn.Imol & Alexand.in l.non amplius.in princip.ff.de leg.j.& Rapha.& Paul.de Castr.in l. priuilegia.hic alleg.& Salice.in authen.cassa.in v.quæstio.C. de sacrosan.eccle.Sed contra eum & sequaces, & sic pro opi. Barto.tenet Sand.in d.capi.ad apostolicam.de simo.vbi facit quamplura elegantia fundamenta pro Bar.vide etiam Felin. in d.c.ecclesia sanctæ Mariæ.col.xxxvij. versicul.duodecimò quarto de constitutio.

Adde quòd communis opinio est contra Bartol.& Roman.hic, vt per Deci.in dicto capit.ecclesia sanctæ Mariæ.colum.xxj. vbi refert docto.pro vtraque parte, & distinguit vt per eum, & contra Barto.tenet Alexand.consi.ccix.statutis.colum.antepenulti.libro ij.Socin.consilio ccxlj.circa primam.columna iij.& sequen. libro ij. Alciat.in tractatu præsumpt.regul. iij.præsumpt.xxxiij.circa finem.Et vide aliam distinctionem per Iaso.in l.non amplius.in princip.columna fin.ff.de leg.j. Nicol.Pigno.

CCCCXXXIX.

1 *Bona ingredientis religionem incapacem, cui applicentur, an Ecclesiæ Romanæ, an verò succedentibus ab intestato?*

2 *Bona ingredientis religionem incapacem ad pias causas erogantur, si ingredienti ea fuerint relicta sub conditione, si decesserit sine liberis restituenda.*

HEri consului: Tu scis quòd ordo mendicantium incapax est acquisitionis bonorum in particulari, vel communi.clementi.exiui.de verbor.significa.quærebatur, (& est magna dubitatio) cur† applicantur bona ingredientis religionem non capacem acquisitionis bonorum? Plures in hac q.fuerunt opiniones, vt per Inno.& Ioan.Andr.in capitu.in præsentia.de proba.Spec. in tit. de stat.mo.§.j.versicu.iij.Barto.in tracta.minoricarum. in vlti.quæstio.quarti libr.Bald.in authentic. ingressi.C. de sacrosanct.eccle.Feder.de Sen.consi.xxvj.Prima enim opinio est, quòd applicentur ecclesiæ Romanæ, sed non insisto: quia (vt no.per Ioan.Andr.in capitu.fina.de pact. in nouella) Papa in extrauaganti ad conditorem, renunciauit huic acquisitioni. Secunda est opinio, quòd sunt * ab intestato succedentium, * & hæc communis, per authentic.bona.C.de bon.proscrip.Sed do† tibi limitationem, vt sit verum, nisi hæc bona fuerint relicta ipsi ingredienti sub conditione, si decesserit sine liberis restituenda: tunc enim debent erogari ad pias causas.casus est singularis in authentic.de sanct.episcop.§.sed hoc præsenti.versicu.hoc autem. Tu milies vidisti, sed ad hoc non notasti. & hoc didici ab Ange.in disputatione quæ incipit, nobilis quidam genere.quod dictũ est aureum. tene menti.

ADDITIONES.

Adde quòd consi.ipsius Roman.est numero 296 circa declarationem.vbi hanc limitationem tenet.& Augusti.Bero.in dicto capitu.in præsentia.numero 491.Et ille versi.hoc autem. loquitur voluntariè, non necessariè, vt hic per Rom.Et quòd monasterium incapax non excludat substitutum est commu. opi.vt latè Alex.consi.xiij.j.dub.lib.iij.Deci.consil.cclix. visis.col.fi. Nic.Pig.

* Ab intestato succedentium. Adde quòd bona ingredientiũ ordinem fratrum minorum mendicantium, non facta dispositione de bonis suis, transeunt & deuoluuntur ad venientes ab intestato: nec propriè dicuntur bona vacantia, postquam sunt professi, sed dicuntur hæreditas iacens, eo genere vacationis quo per mortem naturalem venientibus ab intestato defertur: vt est text. expressus in cap.exiit qui seminat.§. ad hæc quia.cum §.sequen. de verborum significatio. libro vj.clem.exiui.§.cæterum.versicul.nos autem.& §.quia igitur.eodem titu.in quo.§ cæterum, dicitur, quòd volenti ingredi dicatur, quòd vendat omnia bona sua: quòd si non fuerit factum, transeunt bona ad venientes ab intestato. facit l. cùm prætor.ff.de iudic.& est de mente Barto in l.cùm pater. §.hæreditatem.ff.de leg.ij.Henric.Boich in capi.in præsentia. in ij.distinct.de probat.& expressè tenet Francisc.Zabarel.in d.§.cæterum. Nec obstat quod dicit Specu.in tit.de stat.monach versi.iij.quia de alio mendicante loquitur, secundum Bald.ibid.in addit.benefaciunt quæ notat idem Bal.in consi. iij.incip.casus asseritur.lib.iij. Vide Guid.Pap.decis. Gratianop.cccxxvij.& Catell. Cott. in memoral. in verb. conditio adiecta.in fin.

CCCCXL.

1 *Frater emens rem suo, & fratris nomine, de cuius pecunia soluisse censeatur?*

EMeram rem tam nomine meo, quàm fratris mei, vel 1 alterius: soluo† pretium: de cuius pecunia intelligor soluisse? si nomine meo tantùm emerem, non est dubium quòd intelligor emisse de propria.l.si defunctus.C.arbit. tu.& de materia in l.fi.de pig.l.si ventri.§.fin.ff.de priuil. credi.Dic quòd etiam isto casu intelligor emere de propria pecunia.casus est singularis de quo Bart.ibi gaudet in l.ij.C.pro soc.& istud addas ad Barto.in l.si patruus.C. communia vtriusque iudi.& l.Titium.§.altero.ff.de administ.tuto.

ADDITIONES.

Et idem Ro.in consi.iij.viso.versi.item hoc.consil.ccxcj.cum isti fratres.col.ij.Abb.consi.xlvj.tria mihi.in fi.lib.j.Alex.consil. lxxviij.discussis.lib.ij.Dec.consi.xxj.viso.col.pe.ver.& in dubio.consi.ccclxviij.de duobus.col.ij.& consi.ccccxlij.in causa.in fi.vbi plures allegat.Et Nico. Boër. deci.ccxiij.Rex.in prin.Augusti.Bero.q.famil.xlvj.filius.ver.iij. Nico.Pig.

Vide quæ nota. Bartol. fingul. clxiij. incip. licet nomen vxoris. Gab. Saray.

CCCCXLI.

1 *Fortuiti casus promissio & obligatio valet, nisi casus culpa eius, cui promittitur, adueniat, tunc enim promittens non tenetur.*

TV scis, quòd quis potest se ad casum fortuitum obligare, 1 † licet regulariter de iure ad illud non teneatur. Quod intellige talem de omni casu fortuito promittentem teneri, nisi talis casus adueniat culpa eius, cui promittatur. de hoc habes duos casus notabiles: primum in l. cùm proponas. C. de nauti. fœnore. alium in l. qui officij. §. fina. ff. de contrahen. empt. & hoc obuenit mihi de facto Florentiæ, & ita consului per dictas duas leges, & habui quatuor ducatos pro vnaquaque. ita vẽdo leges, scias tu eodem modo vendere. nota.

ADDITIONES.

Quod consil. (si istud est,) est nu. 183. in casu. versicu. iiij. Ias. in l. j. colum. ij. versicu. confirmatur. C. de institu. & substitu. Deci. in cap. ex parte. secundo colum. fin. xxxij. fallen. de ofnc. delega. Francisc. Rip. in tracta. pest. prima part. ij. part. princip. nume. 81. & 87. Hippol. singula. xcvj. renuntians. & consulunt Alexan. consi. lxxxiiij. ponderatis. lib. vj. Aret. consi. cxj. consideratis. in fin. Nico. Pig.

Vide Deci. in l. si soror. circa finem. nume. 6. C. de collatio. Bertachi. in tracta. de gabell. colum. xxvj. Petr. de Anchara. consil. ccccxiij. Ioan. de Anan. consilio lxxiiij. colum. iij. Decius capi. cùm inter. notab. ij. de except. Aymon Crauet. consil. xcv. nu. 8. volu. j. Gab. Sat.

CCCCXLII.

1 *Periculi verbum, casum fortuitum non comprehendit. Fallit quando aliter operari nequit.*

TV habes casum in l. opus quod auersione. ff. loca. & ibi gloss. volentem, quòd appellatione periculi non 1 venit casus fortuitus. Istud tamen limita, † vbi verbum periculi non posit aliter operari, nisi comprehendat casum fortuitum. casus est vnicus in l. item quæritur. §. si gẽma. ff. locati. & ad materiam. l. final. ff. eodem titulo. tu iuisses ad capi. si Papa. de priuileg. libr. vj. & ad l. si quando. ff. de leg. j. quòd verba debent aliquid operari.

ADDITIO.

Adde text. in l. & Aristoni. ff. manda. & gloss. Barto. & alios in l. sed & si quis. § quæsitum. ff. si quis cau. Canonist. in capi. primo. extra commod. Rip. in tracta. pest. j. part. ij. part. princip. nume. 80. Et quid sit auersione locare. Alciat. li. vij. parerg. capi. xxviij. Nico. Pign.

CCCCXLIII.

1 *Accusatus de crimine pendente accusatione ad honores non admittitur, si propter solam accusationem, accusatus apud bonos & graues viros est infamis.*

1 ACcusatus de crimine, † pendente accusatione non * admittitur ad honores. * vt l. reus delatus. ff. de muneri. & hono. & in l. j. C. de reis postulatis. lib. x. & in l. reum criminis. cum materia sua. C. de procura. Cano. in capit. omnipotens. de accusa. lxxxj. dist. c. tantis. & vide materiam in c. accedẽs. de accu. & c. accusatũ. de simo. Quod est verum, quando propter solam accusationem ipse accusatus est infamis apud bonos & graues viros: aliàs secus. dictum est singulare Hostien. & Ioan. Andr. in c. meminimus. per tex. in cap. omnipotens. de accusa. & ita cõsului heri apud montem Alcinum.

ADDITIONES.

* Ad honores. Item nec testificari potest. l. testimonium. ff. de testib. & cautela est, si vis impedire testem ne contra te testificetur, quòd facias ipsum accusari de crimine publico. secundum Cæpol. cautel. iiij. in prin.

Adde quòd istam limitationem sequuntur alij doct. in dicto capitul. meminimus. & sequitur Felin. in dicto capitu. omnipotens.

Et Alexand. in additio. ad Bartol. in dicta l. prima. C. de reis postu. libro decimo. & sentit idem Roma. consil. ccxcvij. in casu. in fi. Nicol. Pigno.

CCCCXLIIII.

1 *Vasallus an domino inuito feudum alienare possit, si ille cui alienatio fit, omne onus ferre velit.*

2 *Intellectus cap. j. de duobus fratribus de no. benefic. inuesti. in vsibus feud.*

1 IN iure sunt regulæ, quòd vasallus non potest † domino inuito feudum alienare, vt in cap. quæ in ecclesiarũ. de consti. & in vsib. feu. per totũ. Quod est verum, nisi ille cui fit alienatio, velit supportare omne grauamẽ: dictum est singulare Bar. in l. murileguli. C. de murileg. lib. xj. per illum tex. quod est mirabile. & pro eo facit l. ij. in princi. ff. sol. matr. Sed hoc dictum non est verum & contra casum in c. j. de duobus fratrib. de no. benefi. inuesti. in vsib. feu. vbi non potest seruire per substitutum, neque alium sub-
2 rogare. Et si dicis † non apparet ibi quòd voluerit supportare onera: respondeo. quòd subrogatus debet esse æquè idoneus, vt l. agentes. C. de agen. in re. libro xj. & facit l. si quis ex corpore. C. de murileg. eo. lib. ergo debet intelligi quòd æquè promisit sicut principalis, aliàs non haberet dubium.

ADDITIONES.

Adde quòd Bart. sequitur ibi Angel. & Ant. Corset. notab. cxxij. in verb. feudum. & plura similia refert Hipp. de Marsil. in rubri. ff. de fideius. q. xxx. Sed vide Soc. in regul. ccccxxxiij. fallen. j. Feli. plenè in dicto capitu. quæ in ecclesiarum. col. xxix. Cæpol. caute. xxij. & quos allegaui infrà singulari ccccxviij. Nicol. Pigno.

* Vasallus vendens feudum sine consensu domini, sub conditione, si & inquantum de iure potest, & aliter non, & postea tradens, non cadit à iure suo, secundum Bal. post Iaco. de Ardizo. in c. j. §. hoc quoque. versic. sed pone quòd vendidit. in tit. de succes. feud. & pro singul. approbat & sequitur Ias. in l. vlt. q. xxv. extra glo. C. de iure emphyt. & de veritate latè disputat Feli. in c. quæ in ecclesiarum. versi. quinta declaratio. de constitut. Item si vendit & alienat saluo iure domini, & in instrumento illud dicatur, non cadit à iure suo. Bal. in c. j § donate. in titul. qual. olim feud. pot. alien. & in l. fi. C. de iure emphy. Itẽ si vasallus vel emphyteuta alienat irrequisito domino cũ pacto legis commissoriæ vel adiectionis in diem, eueniente conditione non cadit à iure suo, secundum Bal. singulariter post Guliel. de Cuneo in l. ab emptione. col. penult. versi. extra quæro. ff. de pact. & pro singulari commendat Iaso. in d. l. vlti. q. xxj. extra gl. C. de iur. emphyteu. Quid autem si alienet irrequisito domino, sed in instrumento dicatur, vendo & trado, reseruato consensu domini, & non aliter; an isto casu cadat à iure suo? Bal. in l. vnic. col. vlti. q. xvj. C. de his quæ pœn. nom. decidit quòd sic. quia talis protestatio est contraria facto, quæ protestantem non releuat. c. solicitudinem. extrà de appel. c. cùm M. ferrariensis. extrà de constit. l. cùm in plures. §. locator horrei. ff. locat. & plenè probatur in l. non solùm §. morte. ff. de no. ope. nun. Requiritur enim consensus domini in alienatione feudi: vt recognoscatur in superiorem, & ne sibi præiudicetur. c. j. de alienat. feud. facit text. in l. debitor. ff. qui. mo. pign. vel hypothec. soluit. Item si alienatio vel venditio fiat sub hac conditione, vendo vel alieno tibi, si & inquantum de iure possum, & non aliter, hoc casu vasallus siue emphyteuta ita alienans non cadit à feudo, secundum Iacob. de Ardiz. in sua summa, tit. quib. mod. feud. amitt. sub rubric. si vendat sub conditione. facit. ff. de acquir. posses. l. si me in vacuam. post princip. & l. qui absenti. §. j. & ff. de vi & vi armat. l. cùm fundus. quod est verum secundum Bald. in cap. j §. hos quoque. in pen. col. in titu. de succes. feud. quando captio domini posset interuenire per corporalem traditionem, vt puta castri: quia vix dominus posset recuperare, quia dolus esset in traditione, qui debet purgari per amissionem feudi. l. & eleganter. ff. de dol. & ita tenet Iacob. Aluar. in c. j. in princi. versi. quæro quid si vasallus vendat. in tit. de prohib. feud. alienat. per Federic. in vsib. feud. Item si dicatur in instrumento venditionis, quòd vasallus vendit, siue alienat sub conditione, si non reuocauerit dominus, aliàs res sit inempta: quia tunc non priuatur vasallus secundum Bar. in l. si quis locuples. ff. de manumiss. testa. Item consilium est, vt vasallus vendat fructus, seu eorum perceptionem per se & suos hæredes: quia hoc ca-

su non videtur quòd cadat à iure suo:quia simpliciter vendit seu concedit perceptionem fructuum,quæ est quid facti, non autem ius suum:vt probatur in l.necessariò.§.finali.coniuncta gloss.in verb.tuum fit.ff.de pericul.& commod.rei vendit.per id quod not.Bartol.in l.cotem ferro.§.qui maximos.ff.de publica & in l.Aquilius Regulus.ad finem.ff.de donat. An autem emphyteuta posit aliquem facere vsufructuarium sine consensu domini:Bald.tenet quòd sic,in l.prima.§.primo.per illum textum.ff.quibus modis vsusfruct.amittat.& pro singulari refert & sequitur Ias.in l.vlti.in quarta & octaua quæstio.C.de iur.emphyteu.& ante eum Alexand.vbi refert sibi ex facto accidisse in l.tertia.§.ex contrario.colum.xxj.versicul.quærit Barto.& columna xxiiij.versicul.facit.ff.de acquirend.possessio.& consilio cxx.super eo quod quæritur.in finalib.verb.libr.primo.Contrarium tamen tenet Roman.singul.dcxxvj.tu scis quòd emphyteuta motus per text.in l.finali.C.de rebus alien.non alienand.vbi prohibita alienatione simpliciter, intelligitur prohibitus omnis actus per quem quæritur ius alteri in illa re.& idem quod Roma.nullo addito refert & sequitur Francisc.Cremens.singul.lxxxvj.emphyteuta non potest.Tu vide Iason.in dicta l.tertia.§.ex contrario.columna decimatertia.versic.nota diligenter ex verbis Bartol.

CCCCXLV.

1 *Emptio nominis debitoris non soluendo à consueto fœnerari præsumitur in fraudem vsurarum facta.*

1 QVæro nunquid contractus emptionis à debitore† factus à consueto fœnerari de actione debitoris non existentis soluendo, præsumatur in fraudem vsurarum, vt scilicet, ipse fœnerator sibi mutuet pecuniam? Dic quòd sic.casus est singularis & ibi Bartol.in l.cùm vir.ff.de iure dot.

ADDITIONES.

Sequitur Bal.in l.cùm allegas.col.iij.ver.modo quæro.C.de vsu.& illum notab.dicit Cæpol.in tracta.de simul.contra.iij.casu præsumptio.xxvi. Nic.Pig.

Vsurarii cùm sint pessimũ genus hominũ,de facili præsumitur cõtra ipsos,maximè cùm debitores egent,& creditores abundãt,tũc enim debitor de facili facit quicquid vult creditor.de præsum.c.illud.C.de re'cin.ven.l.ratas.C.de vsur.l.cũ allegas.cum simi.Ideo si in instrumento apponatur pactũ de retrouendendo,contractus præsumitur in fraudem vsurarũ.c.illo vos.in fi.& ibi hoc no.gl.mag.in c.conquestus.extrà de vsuris,ante fi.alle.c.ad nostram.de emptio.& venditio.& d.c.illo vos.

CCCCXLVI.

1 *Statutum,quòd extantibus masculis fœmina non succedant,an habeat locum in successione Cardinalis?*

2 *Clerici an veniant appellatione districtualium, vel prouincialium.*

3 *Secularis princeps in quibusdam casibus habet potestatẽ clerum restringendi,& iudicandi.*

HAbeo casum in facto. Cardinalis Nouariensis nuper mortuus Romæ est relictis pluribus filiis & filiabus, qui propter scientiam suam peruenit ad cardinalatum.
1 Est consti.in ciuitate Nouariensi:† quòd extantibus masculis fœminæ non succedant,an habeat locum in successione huius Cardinalis? Tu diceres quòd non,vt in capit.ecclesia sanctæ Mariæ.& c.quæ in ecclesiarum.de consti.& c.bene quidem.xcvj.dist.cum si.sed nil faciũt,quia statutum loquitur prohibendo personam laicam succedere.multũ dubito in hoc casu.Sed dicam tibi aliqua pulchra.Appellatione populi non venit clerus,vt in cap.j.de præb.& c.si sententia.de sen.excom.li.vj.Sed an appel-
2 latione† districtualium veniant clerici,puta si Regi & districtualibus suis concessum sit priuilegium? Tu diceres quòd non,quia clerici non sunt districtuales Regis,sed Papæ,& sic non veniunt appellatione populi,quod est maius:ergo nec appellatione districtualiũ,quod est minus.Dic contrarium,quia veniunt,quamuis domino temporali priuilegium concedatur.dictum est singulare Ioann.And.in c.fi.de of.deleg.lib.vj.in nouella per illum tex.ra-
3 tio est,† quia in quibusdam casibus habet potestatẽ secularis clerũ restringendi.xxiij.q.v.c.principes.& ibi gl.
enumerat,quam vide,& no.Quid si est concessum Regi,& prouincialibus suis,an veniũt clerici? Dic quòd sic,casus est in c.dilecti.de fo.compe.

ADDITIONES.

Adde quòd idẽ tenuit Matthe.no.cx.& Anch.in repe.c.j.in xxij.char.ver.opi.Bal.de consti.Sed tu dic quòd communis conclusio est in oppositum,quòd etiã clerici gaudeant beneficio dicti statuti cõtra fœminas.ita tenet Sand.in d.c.ecclesia sanctæ Mariæ.col.xxx.q.vij.adducit Lapum alle.c.& latius alle.seq.Card.in repe.c.perpendimus.col.xxuj.ver.sed quæro.de sen.exc.Panor.in c.quod clericis.col.xiij.ver hæc vera.& in repe.xxuj.col.ver.secundus casus & in c.constitutus.col.ix.de resti.in inte.per tex.ibi.& in c.cum dilecti.de fo.compet.& in c.si in adiutorium.x.dist.per quæ iura idem tenet Bal.in l.cunctos populos.in lect.xj.col.versi.sed hic vlterius quæritur.C.de sum.tri quibus non visis aliter terminata fuit quæstio ista per Ro.& Matheli.Ad tex.in d.c.ecclesia sanctæ Mariæ.respõde vt per Abb.in d.c.quod clericis.pro qua responsione vide Gemi.in c.fi.in prin.in ij.col.de of.dele.in vj.& ad hanc q.faciunt quæ dicit Sande.vbi suprà col.xxviij.ver.octauò quæro.ibi opi.tamen Bat.& in c.Rodulphus.in verbo,districtus.de rescr.& in c.licet.col.j.de proba.ibi.Dictum est singulare.Adde Bal.in l.j.§ huius studii.ff.de iu.& iu.per illum text.vbi alle.istud dictum.& ibi vide Ias.col.j.ver.ij.vbi allegat Rom.hic & Bal.in rub.quæ sint regalia.Pe.de Anch.& Car.in c.dilecti de fo.compe.sed Imo.ibi,& Gemi.in d.c.fi.de of.dele.in vj.de hoc dubitant.sequitur tamen idem Gemi.in cap.si sententia.in prin.de sen.exc.in vj.ad quod vide Feli.in c.ecclesia sanctæ Mariæ.in iij.q.de consti.& adde quod pro dicto Ioan.And.consuluit Pau.de Cast.cõsi.ccxcvj.ad primum.& Ane.consi.cl.optimis.& Oldr.consi.xxxij.quæstio est.

Hanc q.disputant latè doc.in d.c.ecclesia sanctæ Mariæ.& in ca.quod clericis.vbi Barb.col.xxxiij.& xxxv.de for.cõpe.Albe.Bru.in tract.exclu.fœmi.viij.arti.q.ij. Nic.Pig.

De hoc plenè scribit Andr.Tiraq.in trac.de iure primigeniorũ.q.xliij.nume.5.versi.Idcũque fuerunt.& nu.9.versi.pro quibus.& Catellia.Cot.in memo.in verb.clerici ligantur.column.penulti.& in quibus casibus iudex laicus habeat iurisdictionem in clericos,tradit Guid.Pap.decisi.Gratianop.cxxxviij.nume.4. Gabr.Saray.

CCCCXLVII.

1 *Constitutio laici inferioris Imperatore,etiam in fauorem ecclesiæ non valet,si præceptiua,seu inhibitiua sit,secus si sit simpliciter permissiua.*

C.Ecclesia sanctæ Mariæ.de constit.vult quòd constitutio
1 † laici inferioris Imperatore,etiam in fauorẽ ecclesiæ,non valet.Quod est verum,vbi constitutio est præceptiua seu inhibitiua:sed vbi est simpliciter permissiua,tunc valet,& comprehendit clerum in fauorem eius.De hoc est casus,qui non est alibi,de in inte.resti.c.constitutus.benefacit c.cùm venissent.de eo qui mit.in pos.& ca.ecclesia.vt lite pen.habui à Lap.alle.c.in quæstione.& cj.in ciuitate.col.v.ver.quod autem.constitutio enim imperialis in fauorem cleri valet,quãdo Papa approbauit.x.dist.c.si in adiutorium.

ADDITIONES.

Vide plenè per Felin.Deci & alios,in d.c.ecclesia sanctæ Mariæ.col.xij.versi.extra gl.de consti.

Sequitur Bald.in l.j.colum.vij.versicu.sed hic vlterius.C.de sum.matrinit.Alex.consi.ccxj.ponderatis.colum penul.& consil.seq.colum.j.lib.ij.Deci.qui plures citat consi.cxu j.& pro te-nus.colum.ij.versi.sed tamen his.& in d.c.ecclesia.colum.xx.versicu.secunda conclusio.vbi ostendit etiam id procedere,si constitutio specialiter loqueretur de clericis ex multorum sententia quos ibi citat,& in consi.cclxxxiij.viso puncto.circa fin. Nic.Pig.

CCCCXLVIII.

1 *Iudex ecclesiasticus si possit pœnam pecuniariam imponere, cui ea pœna applicari debebit?*

SEd posito casu quòd iudex ecclesiasticus posit pœnam pecuniariam imponere.de quo in cap.ij.de pœ.& c.ij.de delic.pue.& per Ioan.Andr.in cap.pro humani.
1 de homic.lib.vj.in nouella.cui hæc† pœna applicabitur?

Dices,

Dices, quòd iudici in fructibus. clem. præsenti. de censi. & clem. ne Romani. de electio. Dic, quòd medietas ecclesiæ, & medietas sua erit. casus est singularis in c. ij. de pœ. nota bene illum tex.

ADDITIONES.

Adde Archi. in c. si vos. prope fin. xxiij. q. v. & Lud. in l. stipulatio ista. §. alteri. in fi. de verbo. oblig. facit glos. fi. de iure patro. c. quia clerici. & c. si canonici. § si autem. de offi. ordi. in vj. vbi dicitur, quòd pœna apposita contemplatione tertii applicatur sibi. & no. idem Lud. in sing. dcxcix. inci. regula est. est autem potius emendatio damni in casu prædicto, quàm pœna. Hinc est, quòd vbi pœna duplicatur respectu damni, nõ debetur læso nisi simplum, residuum verò pauperibus. de immu. eccle. c. quia plerique.

Adde Abb. in d. c. ij. in fi. & in d. c. ij. de pœn. latè per Feli. in c. irrefragabili. §. cæterum. de offi. ord. vbi examinat totam hanc materiam, cui applicentur pœnæ de iure canonico. Et cui applicentur pœnæ à testatore in testamento appositæ, vide infrà singulari dcxcix. Nic. Pig.

CCCCXLIX.

1 *Iuramentum excludit facultatem purgandi moram in foro iudiciali: & quid in foro pœnitentiali?*

1 IVramentum excludit facultatem purgandi † moram. commune dictum est Legistarũ per l. si quis maior. C. de transac. sed istud est verum in foro iudiciali. Sed an sit idem in pœnitentiali? Dic quòd non. gl. est singularis xxxij. q. j. c. apud misericordem. per illum tex.

ADDITIONES.

Adde aliam gl. in c. beatus. xxij. q. ij. Sequitur idem Roma. consil. cccxxvij. in proposito. & doctu. in d. l. si quis maior. vbi Cagnol. nu. 152. & in l. si insulam. vbi Rip. nu. 93. ff. de verb. obli. & in l. fi. q. xxxij. C. de reuoc. dona. docto. in l. iiij. §. Cato. vbi Alcia. nu. 126. Dec. in consi. cxxxviij. & cccclij. nu. 15. in quibus locis tractant, an istud sing. procedat in foro pœnitentiali, an in foro contentioso etiam de iure canonico. Et tradunt intellect. c. suam. de pœ. & illam gl. dicit singu. etiam Lanfran. in c. quoniam contra. verbo, testium produ. nu. 136. vbi Cels. inuehit contra quendam aduocatum. extrà de proba. N P.

Mora non obstante iuramento purgari potest de æquitate canonica: sed in foro ciuili secus. ita sing. Bal. in l. qui crimen. q. xj. C. qui accu. non pos. quod pro singu. commendat Iai. in d. l. si quis maior. no. xiij. C. de transact. Deci. consil. cxxxviij. & consi. clj. Alex. l. si insulam. in xij. fallen. ff. de verb. obliga. vbi hoc singul. limitat procedere in foro pœnitentiali. quod est memoria dignum ad multa, & præsertim pro limitatione d. l. si quis maior. Adde Hippo. Marsi. sing. cccclxiij. nu. 2. & Petr. Rauen. sing. cccv.

CCCCL.

1 *Testis qui celeriter & repentinè respondet, antequam totus articulus ei legatur, an falsum dicere præsumatur, & an alij testes ei præferantur?*

1 AN ille, qui celeriter & repentinè respondet, † antequã totus articulus ei legatur, præsumatur falsum dicere? Dic quòd sic. casus est singularis, & ibi gl. v. q. v. c. fin. §. labium. & ideo alii testes ei præferuntur.

ADDITIONES.

Adde quòd idem est etiam si multum consistat in mora, quia videbitur dubius. & de ista gl. tanquam sing. facit mentionẽ Panor. in proœ. grego. col. 4. Anto. Card. & Panor. in c. cùm causam. de testi. & ibi Feli. col. x. Vide etiam ad hoc Fel. vbi adducit aliqua similia in proœ. decre. in gloss. primi libri. circa princ. & plenius in c. ecclesia sanctæ Mariæ. col. xij. circa medium. versic. vlti. no. de constit. Et cum istis potest addi quod notat Bal. in l. vnica. C. de emen. Iusti. Codic. vbi dicit quòd fides testium dicitur vacillare propter nimiam obscuritatem. vnde Bar. in l. ea. ff. de contrahẽ. emp. testem obscurum æquiparat tacenti verum.

Adde Alexand. & ibi Hippoly. de Marsil. nume. 9. in l. j. ff. de fals. Io. de Arno. problem. xvij. Dicas idem in teste offerente se ad testificandum, vt per Bartol. in l. post legatum. § his vero. ff. de his quibus vt indig. & per Hippolyt. de Marsilis, singul. cxl. Nicolaus Pigno.

CCCCLI.

1 *Matrimonium an probetur per instrumentum dotis, & quomodo?*

2 *Intellectus c. illud. de præsump.*

1 NVnquid per instrumentum dotis probetur † matrimonium? & in hoc habeo cõsulere. Quomodo probetur matrimonium habes in l. donationes in concubinam. in prin. de dona. & in l. in liberæ. ff. de ritu nupt. gl. nota. xxx. q. v. c. aliter. & ibi melior gl. quæ sit in iure. Et quòd
2 non probetur, † videtur casus in c. illud. de præsum. & ibi firmat hoc Inno. sed parum facit: quia loquitur in donatione propter nuptias, quæ fieri potest etiam nuptiis non contractis: & sic nõ probat hoc esse, &c. secus in dote, quæ non potest esse sine matrimonio. l. iij. ff. de iure dot. Et si tu dicis quòd dos etiam dari potest pro futuro matrimonio. Respon. quia communiter dos fit existente matrimonio. l. pe. ff. de donat. inter vir. & vxor. Item pro ista parte negatiua videtur casus in l. neque sine nuptiis. C. de nupt. facit l. iubemus. C. de repu. ibi, non enim dotibus, sed affectu matrimonia contrahuntur. Bald. ponit hanc quæstionem in authentic. si quis in aliquo. C. de eden. in l. ab executione. C. quorum appella. non reci. & in rubri. C. de priuile. do. Veritas est, quòd aut quærimus an probetur quò ad dotis restitutionem: & dicas quòd sic. casus est singularis in §. illud. in authẽ. vt fra. filii. An quò ad iudicandum super matrimonio, scilicet, an fuerit, vel non fuerit matrimonium contractum: & tunc plenè nõ probat: sed semiplenè, vel præsumptiuè. casus est in d. c. illud. in fin. & in ista materia vide duas glos. no. vna est in l. in concubinatu. ff. de concubin. alia est in l. pe. in ver. confessus. C. de fideiusso. quas nota.

ADDITIONES.

Et quòd per instrumentum dotis non probetur matrimonium Host. Io. And. Bald. Imo. But. & Abb. in d. c. illud. solet tamen hoc disputari. & si teneatur contraria opinio solet modificari duobus modis. Primũ quantũ ad ipsas partes inter quas conficitur instrumentum. per l. optimam. C. de contrahẽ. & commit. stipu. secus quo ad tertium, & sic fortè in præiudiciũ alterius matrimonii, secũdum Bal. in l. ij. ad fi. C. de execu. rei iud. & in authen. si quis in aliquo. C. de eden. Secundò modificari solet dummodo instrumentũ dotis dicat de matrimonio contracto vel cõtrahendo: secus si nihil diceret de matrimonio, secũdum Bal. in rub. C. de priui. dot. vlti. col. & in l. ab executione. col. v. C. quorum appel. non reci. sed nihilominus prima opinio videtur verior secundum Mod. vbi suprà.

Et per hoc habetur limi. ad l. optimam. C. de contrah. & commit. stip. vt per Ant. de But. & alios in d. c. illud. Matthe. notab. 79. Feli. in c. per tuas. col. iij. & ibi Deci. iiij. de probat. Ias. Deci. & poster. in dicta authentic. si quis in aliquo. Deci. consil. cxix. cccx. cccxlviij. in fi. Nic. Pig.

An per instrumentum dotis probetur matrimonium, latè tradit Alex. in additio. ad Bar. in l. ex hac scriptura. col. ij. in additio. incip. propter, quæ est additio magna circa medium. ff. de dona. Et aliqua similia ponit Dec. in l. nõ videtur rem. & ibi dixi in addi. ff. de reg. iu. Et in proposito multa dixi in annotatio. meis ad singu 79. Matth. Mathesil. Gabr. Sar.

CCCCLII.

1 *Procurator. si de condemnatione agatur, condemnari debet, non dominus. Et an sit idem in absolutione.*

1 TEx. in l. j. C. de sen. dicit, quòd cùm sumus † in condemnatione debet procurator condẽnari, non dominus. Sed quid in sententia absolutoria, an sit idem? gl. est singularis de iure ciuili in l. si remunerandi. §. Maurus. ff. mand. & Bal. in d. l. j. col. ij. dicit non esse alibi. Sed pro glo. est casus singularis in c. inter dilectos. in fi. de fide instru. miror de Bal.

ADDITIO.

Et ibi gloss. penultima. & Felin. post alios columna penultima. docto. in capitu. querelam. de electio. gloss. & ibi Abb. in cap. suscitata. de restitu. in integ. Et adde suprà singul. xx. quod l. j. Nicolaos Pigno.

CCCCLIII.

1 *Doctor, seu stipendiarius tempore peregrinationis salarium habere debet, si de licentia domini itineretur.*

1 DOctor seu stipendiarius tépore peregrinationis† debet habere salarinm, si de licentia domini itineretur. Bal. in l. si ea conditione. C. de condi. inser. dicit esse glos. singulatem in l. desertorem. §. si ad diem. ff. de re mili. sed miror de eo, quia casns est singularis in l. hac lege. C. de proxi. sa. scri. lib. xij. quod nota.

ADDITIONES.

Et idem Bal. in authenti. habita. col. vj. versi. sed quid de doctore. C. ne fi. pro pa. Bar. & Alex. in d. l. hac lege Ias. in l. dic functo, nu. 41. & ibi Cagnol. nu. 189. ff. de offi. asses. Deci. consi. lxx & pro tenui. col iij. versi. nam certum est. Et idem dicas si sine licentia tempore vacationis itineretur, vt tradit idem Cagno, vbi suprà, nu. 190. Nic. Pig.

Et quid in officiali salariato? vide Amadeum de Castell. in trac. syndicat. in gl. in eo, quòd dictus potestas & officiales non fecerunt continuam residentiam. in fi. nu. 107. Et plura de doctore congerit Ronchegallus in l. v. nu. 30. ff. de duobus reis. Gab Saray.

CCCCLIIII.

1 *Testator si executori sui testamenti det potestatem distribuendi eleemosynam cuicunque voluerit, an is possit duos, vel tres eligere?*

TEstator dicit, Relinquo Sempronium executorem meum, cum potestate distribuendi eleemosynam
1 cuicunqne voluerit ad pias causas: an iste executor† possit eligere duos vel tres? Videtur quòd non, propter verbum, cuicunque, singularis numeri. Sed tamen fuit terminatum contrarium de facto: quia est authoritas Bar. imò casus no. in l. vnum ex familia. §. si duos. iuncto prin. ff. de lega. ij. bene facit l. cùm quidam. ij. eo. tit.

ADDITIO.

Sequitur Feli. plura similia adducens in cap. omnes leges. colum. ij. j. distinctio. Et præsupponunt doct. nunc proximè allegandi. Nic. Pig.

CCCCLV.

1 *Testator si executori sui testamenti det potestatem eligendi per verbum pluralis numeri, an vnum tantum possit eligere?*

1 SEd quid econtra, si† testator loquitur per verbum pluralis numeri, an possit vnum eligere? Dic quòd est dubium. & Bart. fuit sibi contrarius in l. j. ff. de op. le. vbi tenet quòd debet eligere tres hoc casu per illum tex. Sed in cōtrarium facit l. vnum ex familia. §. sed si fundum. ff. de leg. ij. & ibi videtur casus pro hac parte. Itē videtur casus in d. l. cùm quidam. ff. de leg. ij. nota bene istum passum.

ADDITIO.

Hanc secundam opi. sequitur Raph. Comen. & Imo. in d. § sed si fundum. Alex. latè examinans in l. qui quartam. § j. vbi Clau. Aquen. dicit commu. ff. de lega. j. Idem Aquen. in l. Gallus. §. quid si is. ff. de lib. & posthu. Cagnol. ad vtranque partem disputans post alios in l. singularia. v. notab. ff. si cer. pet. & hanc sentit Deci. dum se remittit ad Alex. in d. §. j. in c. prudentiam, §. j. col. ij. de offi. delega. Nic. Pig.

CCCCLVI.

1 *Statuto disponente, quòd tertia pars bonorum occidentis applicetur hæredibus occisi, an si monachus occidatur, monasterium debeat illam tertiam partem habere: an filij legitimi & naturales dicti monachi, quos ante ingressum procreauerat?*

1 STatutum vrbis veteris vult, quòd tertia† pars bonorū occidentis applicetur hæredibus occisi: quidam modo occidit vnum monachum, an monasteriū debeat habere illam tertiam partem bonorū, an filii legitimi & naturales dicti monachi, quos procreauerat ante ingressum? Vidi multa cōsilia doctorum de hoc, sed nihil boni allegabant. Sed Federicus de Senis consi. clxxiiij. inci. ego putarem, quod consilium est Ioannis de Paglar. de Senis, respondit monasterio cuidam, ꝙ tertia pars debet esse filiorum per tria iura. Primò, quia appellatione hæredum in dubio venit filius. l. ex facto. § si. ff. ad Treb. & in c. j. §. profecto. de lege Cor. in vsib. feu. & eo. ti. de alien. feu. §. si cliētulus. Prætetea vbi verba legis sunt dubia & æquiuoca, in dubio sunt naturaliter intelligēda, non ciuiliter. vt l. si. C. de his qui ve. æta. l. si ita quis. §. si. ff. de leg. ij. l. fideicommissum. ff. de condi. & demon. sed monasterium de iure ciuili succedit. c. in præsentia. de prob. & §. sed & hoc præsenti. in authen. de san. episc. & authen. ingressi. C. de sacrosan. eccl. Filius autē succedit naturaliter. l. cùm ratio. ff. de bo. dam. ergo, &c. Sed idem Feder. consi. xxxiiij. inci. quidam. concludit contrarium ea ratione: quia appellatione hæredis etiā extraneus cōprehenditur. vt l. in cōuētionibus. l. sciēdū. & l. hæredis appellatione. ff. de ver. sig. sed monasterium est hæres monachi. vt d. auth. ingressi. & auth. si qua mulier. C. e. ti. ergo, &c. monachus autem quicquid acquirit, acquirit monasterio. xviij. q. j. c. j. & d. authen. ingressi. Ad iura Io. respōdet quòd loquuntur in casibus specialibus, & bene. & hanc opi. fui consulendo secutus per plures rationes, quas pro nunc non refero.

ADDITIONES.

Istud quod hic dicitur vide plenè examinatum per Felin. post Abb. in c. in præsentia. col. xiij. in prin. ver. & per istam gloss. de proba.

Adde quod prima opinio est communis, quam tenent Butri. Feli. Aret. Barb. & Pari in c. in præsentia. de proba & alii quos referendo sequitur Nico. Boër. decisio. parla. cxxj. sed dubium fuit. licet Alciat. in l. iij. §. Cato. colum. fin. ff. de verbo. oblig. dicat secundam commu. quæ placet August. Bero. in dicto capi. in præsentia. numero 473. licet distinguat. dic vt per eos. & consi. Roma. non est impressum: quia eum non inueni inter sua consi. Nic. Pig.

Ibi, quia appellatione hæredis etiam extraneus comprehenditur, &c. Adde Ias. qui multus ad hoc allegat in l. cū filiofamilias. col. xviij. versic. Ego dico nu. 89. ff de leuat. j. Quod maximè procedit in materia indifferenti vt per Guid. Pap. decii. Grationop. ccxxx. Petrus Saluatoris. Gab. Sar.

CCCCLVII.

1 *Præscriptio contra ecclesiam xl. annis finitur. Et an idem sit in re clerici?*

1 TV scis generale istud dictum, quòd clericus† in rebus propriis gaudet eo priuilegio, quo ecclesia. capit. fin. de vita & honestate clericorum. gloss. in capit. ex literis. de pigno. xvj. q. j. si mulier. & in clemen. præsenti. de censi. & in c. quanquam. eo. tit. lib. vj. Canonistæ ponunt in c. si diligenti. & c. fin. de præscrip. Mōdò pone: tu scis, quòd contra ecclesiam oon præscribitur nisi annis xl. vt in c. de quarta. de præscrip. & in auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. an erit idem in re clerici? Videtur quòd sic per dictam regulam. Sed contrarium est verum: quia fallit in præscriptionibus, nam à die præscriptionis cœptæ xxx. annis contra eos præscribitur. glo. est singula. xvj. q. iiij. c. possessiones.

ADDITIONES.

Adde quod in simili dixit Spec. in tit de restit. in integr. §. qualiter. versi. sed nūquid. & gl. ij. in clem. j. de resti. in integ. quod in bonis patrimonialibus non competit clerico restit. in integrum eo modo, quo competit in bonis ecclesiæ. similiter dixit gloss. in capit. si tributum. in verbo: potestatem. xj q. j. quòd prædia clerici cessantis à solutione tributi vendi possunt, licet secus in prædiis ecclesiæ. & dicit do. Card. in ij. col. ver. ex his infero. de dolo & contu. quòd non per omnia censentur eodem iure bona ecclesiarum & clericorum. & quòd gl. in d. c. ex literis. hic alleg. per Ro procedit quo ad alia priuilegia, vt quo ad immunitates. & idem dicit do. Card. in cap. fi. hic etiam alleg. per Rom, similiter dixit gl. in c. nouum genus. de dec. & glos. in cap. si quis laicus. xvj. q. j. quòd licet de bonis ecclesiarū clerici non soluant decimas. d. c. nouū. tamen secus de patrimonialibus. quasdam illationes ad hoc vide per Feli. in ca. ecclesia sanctæ Mariæ col. v. in prin. versi. & hinc est. de constit.

Et gl. in versi. ipsarum, vbi Archid. & alij, in d. c. quanquam. Abb. in cap. ecclesia. numero. 7. de consti. Abb. & Feli. in c. ij. in fi. de præscrip. Idem Abb. in c. j. col. ij. de consuet. Et plenius in cap. si diligenti. q. fi. de præscr. Ias. in dicta auth. quas actiones. in fin.

in fi.latè Balb.in tract.præscri.v.q.j.part.v.par.prin.& Io.Arno.problema.xviij. Nic.Pig.

An autem præscriptio contra ecclesiam currere incipiat à tempore prælati malè alienantis, an verò à tempore eius successoris, tradit Guido Papæ decisio.Grationop.cl.& decisi.clij. vbi tractat an de tempore præscriptionis subducatur tempus, quo ecclesia data fuit in commendam.& decisio.clxj. vbi tradit quantum tempus requiratur ad præscribendum contra ecclesiam, & Anton.Corset.in singul.ccxix.in verb. præscriptio secundo.& per eundem Guid. Papæ decisio. xxxvj. Gabr.Saray.

CCCCLVIII.

1 *Monachus, vel religiosus potest ad strictiorem regulam transire petita licentia, licet non obtenta.*

2 *Monachus, vel religiosus non potest transire ad regulam laxiorem sine Papæ licentia. & quid si velit trāsire ad regulam parem, cuius licentia requiratur.*

DOmini mei presbyteri consuluerunt me de hoc: mo-
1 nachus† vel alius frater religiosus potest transire ad
strictiorem regulam petita licentia, licet non obtenta, vt
in cap.licet.& c.non est.de regula,& est casus in l.qui sub
2 prætextu.C.de sacrosan.eccl.& ibi gl. Si† verò velit transire ad regulam laxiorem non potest sine Papæ licentia. Modo ipsi quærunt, quid si velit transire ad regulā parem, cuius licentia tunc requiratur? superiores enim possunt esse plures, vt generalis, abbas, vel minister, &c. Verè ego multum dubitaui, & quæsiui illos commentantes in d.c. licet.& non inueni.demum reperi auxilio Dei Inno.in c. fi.de renunt. Archi.xix.q.iij.statuimus.Io.And.in c.si religiosus.de elect.lib.vj.& in c.ij.de testa.eo.lib.in nouella. Pau. de Leaza.in cle.fi.de electio.Lapum allegatione lxij.& cxxx.& ibi doct.variant. Mihi videtur, quòd requiratur licentia Abbatis, nec sufficiat habere à priore conuentuali, per d.l.qui sub prætextu.vbi reputo casum singularem. Secundò moueor per dictum c.statuimus.quia pater totius ordinis est Abbas. Sed facit me multum dubitare c.fi.de pac.lib.vj.vbi dicitur, quòd valent conuentiones inter priorem conuentualem cum aliis ecclesiis, absque alia superioris generalis licentia: ergo eadem ratione debet valere impetratio licentiæ ab eodem priore. Sed primam partem puto veriorem, cùm vult transire ad parem debet habere licentiam totius conuentus.gl.ordinaria in c.cū singla officia, in verbo, canonice.de præben.lib.vj.

ADDITIONES.

In fin.ad hoc vide Gemi.in c.si religiosus.hic allega.circa princi. versic.quæro an quilibet.& Zaba.in clementi cum concessa. de electio.bene etiam distinguit do.Cal.in consi.iij.de regularibus.

Adde eundem Roma.consi.cccxlj.circa primum.Et doc.in c.hic alleg. Nic.Pig.

Vide Inno.in c.fi.de renun.in vj.qui dicit, quòd quando religiosus vult transire ad parem regulam requiritur dispensatio & authoritas episcopi. Quod & Ioan.Monac.placet in d.c.cum singula.de præb.in vj.& Archi in c.si religiosus.in fin.de electio.in vj.& adde quæ notat Ioan.And.in c.non est.de regula.super.j.gl. Gab.Sar.

CCCCLIX.

1 *Forum quis sortitur ratione delicti, vbi delinquit, in foro temporali: Et an sit idem in pœnitentiali?*

RAtione delicti quis sortitur forum vbi delinquit,
1 †quod est verum in foro temporali. Sed an sit idem in pœnitentiali, vt alter alterius parochiæ posit iniungere pœnitentiam? Dic quod non.glo.est singularis xvj.q.j.c.j. quam nota.& adde eam ad c.licet.de fo. cōpe.& l.j.cum auth.C.vbi de crimi.agi opor.

ADDITIONES.

Sequitur Abb.in capitul primo.in vlti.notab. de rapto. Abb. & alii in capit.cùm contingat. de foro competen. Cardi.in clement.ij.§.rursus.in j.opposi de re iudic Alciat.qui alios citat, in c.perniciosam.in gloss.in verbo iudicare.de officio ordina. Nico Pign.

In foro pœnitentiali ratione delicti quem forum non sortiri manifesti iuris est, vt est gloss.in ca.placuit.xvj.quæstio.j.Pet.de Anc.in repe.in c.postulasti.nu.15.de foro competen.iij.oppo. Abbas & Anan.col.iij.in c.j.de raptor.& idem Abb.in c.vlti. nu.7.& in c.cùm contingat.nu.29.& in ca.si quis contra.nu. 50 de foro compe. Idem Abbas in c.quod autem.de pœni.& remissio.& in c.cùm ab ecclesiarum prælatis.col.iij.de offic. ordi. Roch.de Curt.in c.vlti.de consue.qui fatetur hanc opinionem esse communem. Idem asserunt Abbas & Ana.in d. c.j.de raptor.oportet enim proprium sacerdotem oues sibi commissas diligenter & interius cognoscere, vt medelam ægris adhibere valeat: quarum cura ab eius regimine pēdet: ac deinde in animæ iudicio tantum agitur de satisfactione eius iniuriæ, quæ Deo fit.& ideò de ea tractauit ille iudex, qui constituitur est in illo diuino interiori iudicio. Ex quibus probatur hæc cōmunis sententia: quicquid in contrariū tentauerit Palud.in iiij.sen.dist.xvij.q.iij.col.pe.post Host.in summa tit. de pœni.§.cui confitendū.vers.v.ratione delicti. Et ideò hinc infertur, teneri quempiam proprio sacerdoti confiteri crimē illud, quod intra parochiam alterius perpetrauerit. ita tenet Alcia.in c.j.de officio ordina.nume.70.sequitur gloss.in d.c. placuit. pro quo facit quòd non dicitur propriè alteri subditus, qui intra illius territorium deliquit, cùm propriè subditus dicatur, & sit ratione domicilii & habitationis.vt est glos. in clem.j.de foro compe.in verb.subditos, quam ibi doctores sequuntur. & Franchus in c.cùm nullus.col.ij.de tempor.ordi.in vj.Barba.in c.nonnulli.in prin.col.fi.de rescri.Feli.in c. j.col.fi.de sponsa.Abb.in c.j.col.fi.& Feli.in c.fina.nu.23. de foro compe.gl.Abb.& Felin.in c.nuper.de senten. excom & tradit Didi.Couarru.in practicis quæstio.c.xj.nu. 4.ver.primum. Gab Saray.

CCCCLX.

1 *Papa imponit pœnitentiam transmutando votum.*

2 *Episcopus nunquid possit eam immutare, vel alterare ex causa?*

1 PApa imponit pœnitentiam transmutando † votum,
2 sed nunquid episcopus posit illam† pœnitentiam im
mutare & alterare? Hoc fuit de facto Romæ in persona Cardinalis de Vrsinis, qui est summus pœnitentiarius. dicebatur, quòd non quia minor non potest legem superioris tollere.l.minor magistratus. ff.de arbit. Sed in contrarium est gl.singularis xxvj.q.vij.cap.tempora pœnitudinis.de quo verbo habes tex.in l.si quis libellos. C. de appella.mouetur ex tex l. si hominem. ff. manda. qui optimè probat.tene menti: quia lucratus sum duo bireta de illa glossa.

ADDITIONES.

Et idem Roma.consi.ccccxxviij.in terminis.in fi.Ias.in l.omnes populi.colum.iij versi.confirmo.ff.de iustit.& iur.& in l.j.in j.notab.C.de prec.imper.offer. Feli.in c.accusasti. in fin. de accusa. Hippol.in l.j.§.si nu.58.ff.de quæstio.& in l.j.§.sed & si quis.colum.j.ff.de fals.& in sing.clxxxij.iudex. Intelligentes hoc ex causa solummodo procedere, vt etiam per Deci. in cap.at si clerici.§.de adulteriis.col.iij.de iudi.& facit infrà sing.cccxcj.& relationes Hippo.singulari ccxxxj.iusta causa. Nico.Pign.

Idem tradit Barbat.in consil.xxxvj volumi.ij.& Anton.Butri.in capitu.vt mensura.colum.uj.versicul.& per ista concludo.de emptio.& venditio.sed idem videtur voluisse glos.in c.accedens.50.distinct.per illum tex.& glo.in c.latorem.in glos.vltima xxxiij.quæstio.ij.& hoc voluit Cardin.post Laud.in clemen.abusionibus.§ ad hæc.in xij.q.de pœniten & remission. Quod procedit etiam si dispensatio prohibeatur, vt per Abbatem, post Hostien.in capitu.vltimo in vltimo notabili, de maledi.& sequitur Decius in c.at si clerici.§.de adulteriis.colum.vj.versi.prædicta conclusio.de iudici. vbi tamen limitat procedere quando superior non posset consuli, vt notat Roma.in l.si verò §.de viro.in xlvj.fallen.ff. soluto matrimo. Et tradit Andr.Tiraq in tract.de pœnis remit in præfati.numero 26.vbi etiam nu.28.dicit ex eo dicto Abb.& Hosti. posse limitari quod scribitur pœnitentiam publicam, quæ ex dispositione iuris fieri debet, non posse commutari in priuatam, vt not.Anr.in cap j de pœniten.& remis. vt procedat nisi ex causa id fiat. Gab.Sar.

CCCCLXI.

1 *Delegatus non potest cognoscere, nisi in loco insigni.vbi est copia peritorum. Et quid si vna pars dicit locum insignē, & idoneum,*

altera verò negat, an ad hoc discutiendum arbitri eligi debeant?

SI allegatur causa suspitionis, debent arbitri eligi ad cognoscendum de illa suspitione. c. cum speciali. & c. secundò requiris. de appel. l. apertissimi. C. de iud. cum si.
1 Scis† etiam quòd delegatus non potest cognoscere, nisi in loco insigni, vbi est copia peritorum. casus est in c. statutum. de rescri. lib. vj. Modò pone, quòd delegatus eligit certum locum, quem vna pars dicit insignem & idoneũ, altera non: an in hoc discutiendo debẽt arbitri eligi? Dic quòd sic: secundum gl. in d. c. statutum. singularis, notabilis, & mirabilis, quę est gl. Io. And. in ver. copia. Sed cõsulam contrarium per regulam Io. And. quòd nunquam arbitri debent eligi nisi in casibus, in quibus hoc à iure exprimitur. in c. pia. de exce. li. vj. in nouella. j. q. v. c. quia suspecti. per Arch. sed in casu nostro non est tex. dicẽs arbitrum eligendum. ergo, &c. & illa regula fundatur in duobus. Primò, quia nemo inuitus compellitur compromittere. l. iij. ff. de arbi. Secundò, quia continentia eiusdẽ non recipit diuisionem, vt l. nulli. C. de iud. adeo quòd iudex in principali, est iudex in incidenti. vt l. quoties. C. eo. tit. & gl. in c. ex tenore. de rescri.

ADDITIONES.

Pro opi. Ioan. And. in d. c. pia, vide ibi Gemini. col. ij. ibi secunda opinio. & Archid. iij. q. v. quia suspecti. ibi, tu dicas. & ibidem Gemi, col. ij. Abb. in c. verum. col. v. de so. compe. Sed in contrarium adducit multa similia exempla Sand. in c. pastoralis. col. ij. de rescri. nolun tamen firmare conclusionem, quam dicit se nõdum reperisse firmatam. & demum dicit quòd volẽs subtilizare materiam, haberet se reducere ad regulam extensionum cum fallẽtiis. regula est quòd casus correctoriũ & exorbitantes non extenduntur. l. si vero. §. de viro. ff. sol. matri. vbi plenè per scribentes fallentias ponit etiam xij. Gemini. in cap. j. colum. iiij. de tempo. ordi. in vj. per Feli. in capit. translato. de constitu.

Dic quòd arbitri possunt eligi in casu omnino simili expresso, in quo eadem ratio videatur. cap. translato. de constitu. Secus si casus nõ reperitur similis expresso, specialiter in aliquo dubio, & tunc non eliguntur, quia ita factum in iure reperitur: quia hoc solùm habet locum in casibus expressis. Hãc distinctionem facit Deci. in capitu. pastoralis. columna ij. de rescri. & in capitul. cum speciali. colum j. de appellatio. & adde Nicol. Euerar. in loco ab exceptio. ad regulam. iij. limitatio. Nicol. Pigno.

CCCCLXII.

1 *Iudex motu proprio, parte non petente, an possit ex officio minori concedere in integrum restitutionem.*
2 *Intellectus c. cùm venissent. de instit.*

1 QVòd iudex motu proprio, parte non petente, †possit concedere ex officio minori in integrum restitutionem, probatur: quia aduocatum & procuratorẽ dare ex officio potest minori. vt l. nec quicquam. §. aduocatos. ff. de offi. proconsul. Itẽ quilibet, etiam fœmina, potest comparere pro pupillo, & opponere: vt est casus singularis secundum intellectum Bar. in l. ij. C. de negot. gest. sed hoc, quod dico, non habes in l. iiij. §. hoc autem. ff. de dam. infect. & in c. j. de postu. prę la. Istud est dictum singulare Io. And. in c. cùm venissent. circa fi. de insti. in nota. mouetur per illum tex. dum dicit, per nosipsos. & minor & ecclesia æquiparantur. c. j. de in inte. restit. in l. respublica. C. ex quibus causis maior. licet de hoc Legistæ (secundũ eum) dubitent. Sed non inuenio Legistam hoc ponentem, sed
2 fortè non est verum: †quia ille tex. loquitur in Papa, secus in alio iudice inferiori, per regulam d. l. iiij. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect.

ADDITIONES.

Adde Imo, ibi post alios in v. col. versi. quartus intellectus. Adde no. Fel. in c. j. col. ij. in prin. de re iud. Et ad hoc faciunt multa exẽpla quæ vtrobiq; adducit. Ad ista vide si faciũt quæ dicit Fel. in c. ad petitionem. de of. dele. col. ij. ver. & quantũ: oisit,

Et hæc opi. Roma. est cõmunis, prout tenet Bar. in j. q. in d. §. hoc autem iudicium & ibi posteriores. Et est tex. clarus in l. nam & postea §. si minor, in verbo, debebit replicari. ff. de iureiuran. Item restitutio in integrum non conceditur nisi causa cognita. l. in causæ. §. causa cognita. ff. de mino. sed ex eo quòd quis sit minor, non sequitur quòd sit læsus d. §. si minor. ergo, &c. Ad §. aduocatos respon quòd talis actus non præiudicat tertio, nec super eo speratur diffinitiua, vt per Barto. in d. q. j. Ad tex. in d. c. cùm venissent. vltra solutio. Roma. respõ. quòd Papa interposuit officium suum non postulatum ad vtilitatẽ publicam, quæ in ecclesiis & sacris sacerdotibus consistit. l. j. §. publicum ius. ff. de iusti. & iur. & ita procedant quæ no. doctu. in d. c. & quæ tradit do. Augu. Bero. in c. j. nu. 3. de restit. in integ. & in q. famil. xl. vtrum. Nic. Pig.

Ibi, ille tex. loquitur in Papa &c. Adde quod illud, quod dicitur de Papa, extenditur etiam ad Imperatorem, & principem. potest enim princeps in integrum restituere etiam non petẽtem: ita in terminis tenuit Cur. Senior allegãdo hoc singulare Romani in consi. lxv. col. v. quem in notabili quæstione refert & sequitur Do Nic. Bellonus in consi. ij. col. vj. ver. cum itaque. nu. 10. Gabr. Saray.

CCCCLXIII.

1 *Iudex habens priuilegium, quòd possit omnia facere, quæ ipse princeps, etiam de plenitudine potestatis, an possit tollere ius alterius sine causa, dato quòd princeps possit?*
2 *Priuilegium potest Imperator reuocare, nisi pro eo pecuniam acceperit, quia tunc venale priuilegium facit, & Imperator ex eo contractu ligatur.*

1 AN Dux Mediolani, habens priuilegium †ab Imperatore, quòd possit omnia, quæ ipse princeps etiam de plenitudine potestatis facere, possit tollere ius alterius sine causa, dato quòd princeps ipse posset? Dum quęrerem, inueni vnum dictum no. Bal. qui in l. qui se patris. col. vij. versi. hoc scias. C. vnde liberi. dicit, quòd licet Imperator
2 †posset priuilegium reuocare, vt est casus in ca. veniens. de præscripc. tamen hoc est verum, nisi pro illo priuilegio pecuniam capiat Imperator, tunc enim videtur venale facere priuilegium: & sic ex illo contractu Imperator ligatur, vt in c. j. de natu. feu. in vsib. feu. & in c. j. de proba. notat Cy. in l. digna vox. C. de legi. cum si. Sed contra hoc dictum habes casum in terminis in l. Titius puerum. ff. de obseq. à liber. patro. præst. vbi seruus potest reuocari in seruitutem propter ingratitudinem, licet pecuniam acceperit patronus, ibi. Etenim ille, etiam si nõ gratuitum, beneficium tamen præstitit. nota tex. aureum.

ADDITIONES.

Adde eundem Ro consi. cccclxiij quod indultum. col. ij. versi. j. secundo idem Alex. consi. ccxvj. nec arguendi. ij. vol. Ias. in l. j. col. v. C. de iure emphy. latè per Mod. in c. nouit. de iudi. & in c. quæ in ecclesiarum. de consti. & in d. c. j. de proba. Ioã Lup. in rubric. de donatio. inter virum. §. 50. colũ. ij. Decisio. Neapol. ccclxj. monasterium. Tho. Gramma. decisio. lxv. columna vj. Nico. Pignol.

Idem latè tradit Palatios Ruuios in repetitio. rub. extrà de dona. inter virum & vxorem. in § vij. col. ij. nu. 3. versi. ex hoc dixit satis notab. Gab. Saray.

CCCCLXIIII.

1 *Appellatur à delegato ad delegantem.*
2 *Episcopus si canonico causam deleget, an ab eo ad Vicarium Episcopi appelletur?*

TV habes titulum Legistarũ, quis & à quo appel. Ca-
1 nonist. de offi. dele. quòd †à delegato appellatur ad delegantem. Modo Episcopus Senensis delegat canonico causam: nunquid ad eius Vicarium possit ab eo appellari? Archid. in capit. ij. de consue. libr. vj. determinat quòd sic: mouetur, quia Episcopi & Vicarii idem est tribunal. d. c. ij. & capi. Romana. de appella. lib. vj. Sed dubito: quia videtur mihi casus contra cuiusnam appellare & recusare æquiparantur. cap. super eo. de app. sed habeo casum, quòd si delegatus allegatur suspectus, illa causa debet agitari coram Episcopo. c. si contra vnum. j. responso. de off. dele. lib. vj. Non obstat ratio, quia fallit, quãdo Episcopus
2 †delegat causam: nam tunc delegatus est maior Vicario in illa causa. probo: quia Legatus sedis Apostolicę habet ordinariam iurisdictionem. c. ij. de of. leg. lib. vj. & tamẽ delegatus sedis Apostolicæ est maior eo. c. studuisti. de of. lega.

lega.& ideo ad Papam appellatur,& non ad Legatum vt ibi:ita dicas in casu nostro eadem ratione.

ADDITIO.

Adde quòd opi.Ludo.tenet etiam Pau.de Leazar. in c.dilecti.iij. col.ij.de appel.& in c.si quis contra.de foro compe. Limitatur nisi Episcopus esset absens,vt per Abb.vbi suprà.Sed verior est opi.quòd siue sit absens,siue præsens Episcopus, sit in arbitrio appellantis appellare ad Vicarium, vel Episcopum: vt est decisio Rot. cccl.licet. in nou.per Franc. & Deci.in d. c.dilecti.& Feli.in d.c.si quis contra.col.ij.

CCCCLXV.

1 *Debitori condemnato,quem constat statim posse soluere, an terminus humanitatis.& miserationis causa indultus,sit dandus?*
2 *Debitor condemnatus si dicat se soluere paratum,an perdat beneficium dilationis ad soluendum miserationis causa indulta?*

TV habes de termino humanitatis gratia condem-
nato dando in l.promissor Stichi.§.j.ff.de constit.
pecu.ff.de verborum obligat.l.eum qui calendis.§.quo-
1 ties.in gl.Sed†nunquid,si cõstat debitorem posse statim
soluere,sit sibi illa dilatio dãda? Cy.in l.j.§.exactio.C.de
rei vxo.actio.tenet quòd non.allegat,certum est quòd cõ
demnato actione personali lex dat menses quatuor ad
soluendum.l.ij.& iij.C.de vsur.rei iudi.& in ca.quærenti.
de offic.delega.Sed hic terminus potest per iudicem tolli,
si constat condemnatum soluendo esse, vt l.ij.& l.debi-
toribus.ff.de re iudi.& c.ad consultationem.eo.titu. er-
go &c.nota quia singulare.Sed credo non esse verũ, quia
iura per eum allegata nolunt, quòd posit iudex tollere,
sed diminuere sic ex causa.Et quòd non posit tollere, pa
tet,quia terminus datus à lege non potest tolli per iudi-
cem,vt in regula,indultum,cum ibi not. per Dy.ergo. Et
de hoc puto esse casum in dicto §.exactio.si bene ponde-
res contra Cyn.& per dictum §.exactio.reprobat Cy.&
vltramon.Barto.in l.diuortio.§.interdum.col.j.versicul.
sed quæro quæ est ratio.ff.soluto matrimo.dum loquitur
de iuribus,quorum est facilis restitutio, quòd debent re-
stitui post annum.Sed si confiteatur, & dicat soluere se-
2 paratum,†an perdat beneficium dictæ dilationis misera
tionis causa indultæ? Dic quòd non. casus est singularis
in l.si debitori.ff.de iudi. nota, quia quilibet diceret con
trarium.

ADDITIONES.

Ad hoc vide Alex.in l.debitoribus.col.penul.versi.capio glos. in verbo reddere.ff.de re iud.vbi dicit quòd illi,qui nolunt reddere cùm possint, si sint contumaces in soluendo, debẽt statim ad soluendum compelli,cum aliquo tamen temperamento arbitrio iudicantis,quia quis cum sacco paratus accedere non debet.iuxta l.quod dicimus.ff.de solu. De materia habetur per scribentes in locis hic alleg.per Canoni.in c.consultationi.de re iudi.& in c.quærenti.de offi.deleg.

Adde quòd opi.Cy.sequitur ibi Iac.de Are.& Alberic.de Rosa. Feli.in d.c.quo ad consultationem.col.v.Aret.& Franc.Rip. in l.ita stipulatus.ff.de verb.obli.Et hæc videtur verior:quia nulla humanitas dictat, quòd debitor habens pecuniam in promptu gaudeat hoc beneficio ex humanitate cõcesso,imò potius est in dolo,cùm habeat facultatem soluendi,si non soluat argu.l.j §.est autem.& ibi Castren not.ff.depo. Nec obstat §.exactio.quia grauãtur hæredes alere vxorem intra annum vt ibi per gl.& doct.ergo in alio debent releuari, vt interim soluere non teneantur.arg.l.eum qui. cum simi.ff.de iureiuran Et vide Castren. distinguentem in l.diuortio.§.non solum.ff.solu.matri.Et quando iudex posit minuere, vel tollere tempus à lege concessum,plenissimè tradunt doct.in l.ij. ff.de re iudica.Feli.post alios in cap.cùm sit Romana. de appellatio.ibi,sed an si.adde d.l debitoribus.in versicu fatebuntur.& ibi gloss.j.& Alexand. nume.7.& adde suprà singula. cxcij.& cxciij. Nicol.Pig.

CCCCLXVI.

1 *Pacem an is facere possit,qui habet mandatum generale, an verò requiratur speciale?*

1 NVnquid ad faciendum pacẽ sufficiat generale†mandatum? Hic casus est de facto. dic quòd non, sed requiritur speciale,secundum Specu.in titu.de treu.& pace.versi.hoc quoque nota.& in titu.de procura.§.ratione igitur sui. col.v.in xxij.casu. Et adde ad l.Pomponius. ff.de procur.& c.qui ad agendum.eo.titu.in vj.nota,quia singulare,& habeo de facto consulere.

ADDITIO.

Et hoc sequitur Ange.Areti.Institu.de his per quos ager.&c. in xvij.casu.Barto.Alexan.& alij in l.conuentionum.ff.de pact. Alexan.consi.lxxviij.visa.colum.iiij.præterea dictus ser. lib. quinto.quod est duplicatum lib.vj.consilio xxvj. Nellus in tracta.bannito. in tertia parte.ij.temp.Deci.in l.eius qui.§. placebat.ff.si certum petatur. vbi post alios ponit aliud singu. Nico.Pign.

CCCCLXVII.

1 *Occidens testatorem,tanquam indignus hæreditate priuatur, & fisco applicatur.Et quid in occidente filium eius, cui succedere potest?*
2 *Intellectus l.codicillis.§.matre.ff.de leg.ij.*
3 *Intellectus l.ij.§.si fratris.ff.si quis aliquem testa.prohib.*

1 OCcidens testatorem priuatur hæreditate † tanquam
indignus,& applicatur fisco.l.cùm ratio,in fine.ff.de
bon.damna.Sed nunc est quæstio de facto, quid in occi-
dente filium testatoris,seu eius,cui quis succedere potest?
Barto.in dicta l.cùm ratio.dicit quòd priuatur, sed hære
ditas non pertinet ad fiscum,sed parti in eodem gradu ap
plicatur.allegat l.ij.§ si fratris.ff.si quis aliquẽ testa. pro-
hi.Sed in l.codicillis.§.matre.ff.de lega.ij.mouet & non
2 determinat.Dicit tamen † quòd in §.matre. videtur ca-
sus,quòd non priuatur hæreditate occidens filium testa-
toris.Sed potest responderi,quòd ibi plures erant fratres,
ita quòd alius frater non occidens succedat, vt ibi patet,
3 &†ille §.si fratris.nil facit pro opin.Barto.si bene aduer-
tas:quia de portione fratris occidentis non loquitur.Bal.
verò in l.hæreditas.C.de his quib.vt indig.allegat casum
singularem de hac quæstione optimè probantem, quòd
priuatur,& fisco hæreditas applicatur.l.his consequẽter.
§.j.ff.famil.ercis.& ita consului.

ADDITIONES.

Dic quòd Barto. in dicta l.cùm ratio. istud non dicit, neque loquitur de occidente filium testatoris:bene loquitur de portione fratris,vel illius,qui debebat succedere cum occidente, & tenet quòd non applicabitur fisco.Sed eum reprobat Bal. in l.hæreditas.hic alleg.in fin. per d.l.his consequenter. Bene est verum quòd Barto.in l.codicillis.§.matre.ponit quæst. de qua hic per Roma.& Bald. eam determinat in d.l.hæreditas. prope fin. per d.l.his consequenter.& ibidem Bald. ponit de eo,qui interfecit fratrem testatoris.& remittit se ad c.j.de eo qui interfecit fratrem domini sui. Quid autem si frater occidit fratrem,an sequentes in gradu succedant? Bald. in l.cum quam.C.de fideicommiss.hoc tangit. Adde etiam quòd si statuto cauetur,quòd si filius occidat patrem nõ succedat,quòd tunc nihilominus succedit nepos ex filio,nisi esset nepos culpabilis,puta consentientis. ponit Alexan. in dicta l.cùm ratio.§ præterea.hic alleg.& not.Bald.per illum tex.in l.si quis incesti.in fin.C.de incest.nupt.& vide Bartol.in l.ex parte.de adimen.legat.

Intellige quòd occidens,& eius filij veniunt ad successionem occisi:sed eis vt ab indignis à fisco aufertur. Ias.l.sororem.C.de his quibus vt indig.plenè per Nico.Boër.Decisio.Parla.Burdega.xxv.frater occidit fratrem.post eos quos allegat.Et Cagnol.in l.fin.nu.123.C.de pact. Et idem in feudo quòd frater occidens fratrem,vel filium fratris priuetur feudo. c.j § item si frater.vbi Bal.Matth.de Afflict. & alij.quibus mod. feud. amit. Nico.Pign.

CCCCLXVIII.

1 *Emptor succumbens per sententiam arbitri, non habet regressum de euictione contra venditorem,nisi emptor in venditorem cõ promiserit.*

1 EMptor succumbens per sententiam arbitri,†non habet regressum de euictione contra venditorem.l.si dictum.§.si compromisero.ff.de euictio. Quod est verum, nisi emptor compromiserit in venditorem:quia tunc habet de euictione regressum.Hoc est singulare verbũ Specu.titu.de arbi.§.potest.circa fin.versicul. sed pone. nota bene,quia non est alibi.

ADDITIO.

Et hoc sequitur Bald.& Ange.in dicto §.si compromisero. Cremen.sin.xxxj.tu scis.Alexand.in l.ii domus.§.de euictione. in prin.ff.de leg.j. Et facit quia damnu quod quis culpa sua, &c.vt per Hippo.sing.eccl.damnum.& idem in protogatione,vt suprà sing.xij.nunquid. Nic.Pig.

CCCCLXIX.

1 *Testis infamis infamia facti non admittitur. quando agitur de probanda ingratitudine feudatarij,donatarij,vel filij exhæredati.*

Dubitatio est magna, an testis infamis infamia facti
1 ✝ admittatur ad testificandum,quãdo infamia non poterat aboleri, nisi à solo Deo, quem semel horrendis, &c.de quo in l.Cassius.ff.de senator.& l.cunctos populos.C.de summa trinita.& fide catho.& extrà de testa. capi.testimonium.Sed hæc dubitatio cessat,quando agitur de probanda ingratitudine feudatarij, vel donatarij, vel filij exhæredati:tunc enim non admittitur infamis infamia facti.casus est singularis in c.j.ver.summæ,atque integræ opi.quot testes sunt necessarij.in vsib.feud.

ADDITIO.

Et hoc tenet ibi Socin.in regula cccexvj.fallen.iij.Ias.in dicta l. cunctos populos.in vtraque lectura & in l.admonendi.col. xciij.nume.287.ff.de iureiuran.Ioan.Crot.in tracta.de testi.in quarta parte princip.q.xij.nume.159.qui comprobat,vt per eum.Franc,Rip.in l.fi.q.lvij.in fi.C.de reuocan.dona.qui ponit an ad probandam ingratitudinem deferatur iuramẽtum in supplementum. Nico.Pig.

CCCCLXX.

5 *Actio publiciana cui competat,& à quo denominetur. Et quando contra dominum intentari possit.*

Tu bene scis quæ sit actio publiciana: quia est actio
1 competens ✝ ei,qui aliàs fuit possessor,licet ille non sit dominus,à Publio inuentore dicta, in qua non requiritur quòd vendens habuerit fidem de pretio.l.de pretio. ff.de public. Quod est verum,nisi quis vellet intentare publicianam contra dominum rei: gl. est singularis in l.si à Titio.ff.de rei vend.tunc enim non potest nisi habita fuerit fides de pretio,vt ibi.quod not.perpetuo.

ADDITIO.

Adde Ioan.Crisp.in tracta.termini actionum.nu.1.in fin. Doctores in §.sed istæ.Insti.de actio. Nico.Pig.

CCCCLXXI.

1 *Transactio an cadat super quæstione tutelæ?*
2 *Intellectus l.in eos.ff.de tutel.*

1 An ✝ super quæstione tutelæ cadat trãsactio? Dic quòd non,quod est mirabile.& istud singulariter tenet Barto.in l.prætor.in fi.ff.de tuto.& cura.dat.ab his.allegat l. in eos.ff.de tute. quæ nil facit secundum te. Sed inducas
2 sic ✝ transactio non fit,nisi aliquo dato, vel retẽto.l.trãsactio.C.de transactio.sed in tutela non licet aliquid dare.d.l.in eos.ergo,&c.

ADDITIONES.

Ad istud faciunt notata per eundem in l.si quis in conscribendo. C de pact.& not.idem in l.fi.C.vbi & apud quem. per Spec. titu.de arbi.§.restat.ver.quid si pater.

Sequitur idem Roman.consi.cexcix.in proposita consultatione. col.ij.ver.premisis tamen.do.Mar.Blan.in tract.de cõprom. int.coniun.q.iiij.nu.7.& 11. Nic.Pig.

CCCCLXXII.

1 *Causa status compromitti non potest,Et an arbiter possit de ea incidenter cognoscere?*
2 *Intellectus l.quoties.C.de iudic.*

1 Causa status ✝ non potest compromitti. casus est in l. non distinguemus.§.de liberali.ff.de arbit.& in cap. causa restitutionis.de in integ.restitu. & ibi habetis. Sed an de ea possit arbiter incidenter cognoscere? Videtur quod
2 sic,vt l.quoties.C.de iudic.Sed non facit: ✝ quia loquitur in iudice,nos verò in arbitro,qui nõ potest excedere formam cõpromissi.l.non distinguemus.§. de officio.ff.de arbi.Sed nihilominus dicas idem in arbitro.casus est singularis secundum vnam lecturam vltimæ gloss. in l.cùm proponas.C.de reb.cred.quod est notandum.

ADDITIONES.

Adde Sande.idem tenentem in c.cùm oporteat.col.penul.versic. quo dictu.de accusa.

Sequitur idem Roma.consi.ccxcix.in proposita.circa prin. Ange.Alexan.in dicta l.quoties.& ibi Ias.in prin. C.de iud. doct. in l.penul.C.de pact.do.Mar.Blan.in tracta.de compro.inter coniunctos.q.iiij.nu.21.Aug.Bero.in c.quoniam contra. nu. 29.de probatio.De causa autem status potest transigi,& arbitratori demandari.l.fi.& ibi Alciat.de transact. Nic.Pig.

CCCCLXXIII.

1 *Procurator,si contra dominum sententia feratur, appellare tenetur:dubium tamen est an prosequi teneatur appellationem? Et quid in defensore?*

1 Procurator, ✝ si sententia feratur contra dominum, tenetur appellare:licet sit dubium an teneatur prosequi. l.inuitus.C.de procurat.& cap.non iniustè.eod.titu. Sed pulchrum dubium est,quid in defensore,an teneatur appellare? Quilibet diceret,quòd non: quia negotiorum gestorum voluntas gerentis finem facit:satis enim est, si quæ vult,gerat,& in paucis laboribus consulatur. textus est in l.tutori.C.de nego.gest.& l.tutores qui post.§.j.versi.non idem.ff.de admi.tut.Sed contrarium est verum.casus est singularis in l.liberto.§.litem.ff.de neg.gest.

ADDITIO.

Adde do.Aug.Bero.q.fami.cxxxij.vtrum.nu.8. Alex. in d. l. inuitus.nu.12.vbi tractat an teneatur prosequi appellationem. Et an cauens de iudicato soluendo possit constituere procuratorem ante litis contestationem? Decis. Tholosa. ccccxiij. Nic.Pig.

CCCCLXXIIII.

1 *Testator si mandet sub pœna hæredis ecclesiam construi in eius domibus,an si episcopus,sine cuius speciali concessione id fieri non potest,concesserit, quòd alibi possit construi, hæres in pœnam incidat?*

1 Testator ✝ mandauit sub pœna per hæredem ecclesiam construi in domibus ipsius,(scis quòd id non potest sine speciali concessione episcopi fieri, vt in authen. vt in priua. domi.&c.) Episcopus concessit quòd alibi posset construere,& nõ in illis testatoris,an incidat hæres in pœnam per testatorem adiectam, si non fiat in loco præcepto? Dic quòd non:quoniam dispositio hæc est alterabilis.casus est singularis in l.in testamento quidam. la grande.ff.de condi.& demonst.& habui à Bal. in l.j.q.ix.C.de his quæ pœnæ nomi.& ita consului pridie.

ADDITIONES.

Adde quòd est consilium ccccix.quoad primum. vlti. dubio. Et adde l.multa testamento.cum ibi not ff eodem tit. Soci. post alios in d.l.in testamento.iij.notab.Ias.in l.vnica.col.iij.in iij. limitat.C.de his quæ pœnæ nomi.Et illum text.dicit singularem ad hoc idem Bal in c.vnico.col.fina.qual.do. prop. feud. priu.quòd in pœnis liquida debet esse probatio. Et sequitur Alexan.in consi.xxxiij.in princi.lib.ij. Deci. in l.factum.§.in pœnalibus.ff.de regu.iur.& consi.ccccliij.in princ. & consilio cccccxxxj.Soci.Ias.vbi suprà inferentes ad alia,vt per eos.Intellige tamen, quòd non ædificando incidit in pœnam legalem.§.si quis ædificationem.in auth.de ecclesiast. tit. per Bal. & Roma.in dicto consi. Nico Pig.

* Adde quòd pœnam petens debet clarè & plenè probare d.l. in testamento.de conditio.& demonst.& ideo in pœnis nunquam defertur iuramentum in defectum probationis, quod alià s,in causis dubiis defertur.ita singu. Bald. in l.j.in iij.opp. C.de his quæ pœn.nomi.sequitur Alexan. consil.xxxiiij. vito themate.lib,j.cõsi.xxxiij.lib.ij.& pro singulari reassumit Ias. in repeti.l.admonendi.versi.septimò infertur.ff.de iureiuran. & est notandum ad regul. in pœnis.de regul. iur. lib.vj. cum suis concordant. Et propterea singul.dicit idem Bald in l.vlti.§.vlti.in j.opposi.C. commu. de legat. quòd stante statuto Mediolani, quòd nullus forensis possit emere in territorio Mediola.cùm sit contra ius commune, vt l.j.in fin.ff.de contrahend. empt.& statutum non statuat, quòd in pœnam contrafaciens perdat pretium:ergo nec nos extendere debemus,

per

per tex. expressum in l.j.C.non licer.habit.Metroc.lib.xj.imò res empta poterit retineri, donec reddatur pretium. per l.si non sortem.§.si centum.in fin.ff.de condictio.indeb. sequitur Cremen.singu.xcvj.statuto cauetur.& facit gloss.singul. in c.fi.de iure patro.quam ibi ad hoc not.Abb. quòd pœna priuationis à iure eligendi vel præsentandi non debet imponi, nisi à iure exprimatur. Tu vide latius per Catell.Cot. in memora. verb.pœnam petens.

CCCCLXXV.

1 *Emphyteuta si fecit pactum cum domino, vt possit alienare cuicũque voluerit, an poterit alienare irrequisito domino?*

2 *Creditor non potest alienare pignus, nisi prius requisito consensu domini: & quid si factum sit pactum in contrarium?*

3 *Intellectus l.si quando.C.de inoffi.testa.*

1 EMphyteuta † non potest alienare sine licentia domi-
ni.l.fi.C.de iure emphyteu.c.potuit.loca.Sed pone ꝙ
est adiectum pactum inter dominum & emphyteutam,
quòd posit emphyteuta vẽdere rem emphyteuticam: an
intelligatur posse vendere sine eius consensu? Specu.in ri-
tu.de loca.§.nunc aliqua.versic.xciiij.tenet, quod teneatur requirere hoc casu dominũ: intelligitur enim hæc fa-
cultas concessa secundum veterem dispositionem legis.l.si
quando.C.de inofficio.testa.Sed hoc dictum non est ve-
2 rum: † nam creditor potest vendere rem pignoratitiam, li-
cet fuerit pactum in contrarium, si tamen præcedat tri-
na monitio.l.si conuenerit.ff.de pignor.actio. quod non
procedit, si nullum pactum adsit: quia creditor potest ven
dere præcedente vna monitione.casus est in l.fi.C.de iu-
re do. impet. Pone modò quòd sit factum pactum, quòd
creditor posit vendere: an requiratur monitio? Secũdum
Specu.sic: sed est falsum. casus est in dicta l.si conuenerit.
j.respon.Item allego gloss.notab. in l.creditor.ij.in ver-
bo, testato.C. de distract. pign. Item habens seruitutem
non potest illam cedere in alium, nisi simul cum fundo.l.
via constitui.§.si fundus.ff.de ser.rusti.præd. Modo pone
quòd dominus fundi seruientis dedit sibi licentiam, quòd
posit in alium transferre: tunc enim potest absque fun-
do cedere vigore pacti.casus est singularis in l.cùm essent.
§.j.de serui.rusti.prædi. Non obstat dicta l.si quãdo. quia
3 † ibi priuilegium poterat operari aliud, quia habilitat
quem ad testandum: meritò non operatur contra ius cõ
mune: secus in casu nostro, vbi nil operatur. Et miror de
Io.And.in addi.quòd non reprober Spe.

ADDITIONES.

Vide Ias.plenè loquentem in repetit.l.ij.col.cxiiij.C.de iure emphyteu.& Alexan.consi.clxxij.incip.viso themate.libro ij.& de hoc vide etiam plenè per Bartholo. Cæpol. in cautel.xxij. incip.consilium.Et vide etiam infrà singul.cccccxviij. tu habes.& quæ ibi addidi.

Et opinionem Roma.tenet Bal.in l.fina.col.j.& ibi Ias.qui alios citat, col.ij.C.de iure emphy.Alexan.consi.clxxiij.viso.libro ij.quod est duplicatum nume.91.lib. uj.& est communis opinio, quam latè disputat, & tenet August. Bero. post Imol. in cap.potuit colum.iij.de loca.& conduct.Soci.in regula cxv. fallen.ij. Nico.Pigno.

Vide Cæpol.in c.quæ in ecclesiarum.col.iij.in fi.nu.t8. extrà de constitutio.Et Guid. Papæ decis.Grationopol.cccxxm.in principio. Gabriel Sarayna.

CCCCLXXVI.

1 *Florentinus si cum Florentino Senis cum iuramento contrahat, an à iuramento absolutionem petere possit ab episcopo Senensi altera parte absente?*

2 *Citatio requiritur in petitione absolutionis à iuramento.*

1 FLorentinus † contrahit Senis cum iuramento cũ Flo-
rentino, vult petere absolutionem à iuramẽto ab Epi
scopo Senẽsi, altera parte absente, an posit? Istud est pul-
chrum dubium, & habeo in facto. videtur quòd non: quia
2 stante veritate, quòd requiritur † partis citatio in petitio
ne absolutionis à iuramento, forensis non potest conue-
niri in loco contractus, nisi ibi inueniatur.c.Romana.§.
contrahentes.de foro competẽ.lib.vj.& l.hæres absens.§.
qui tutelam.ff.de iud. Item illud est verum, vbi agitur ad
executionem contractus: sed in casu nostro agitur de dis-
solutione, vnde non videtur quòd posit ibi cõueniri. nec
citari: casus videtur in l.ij.C.vbi & apud quem. ad dissolu-
tionem enim contractus actor sequitur forum rei. Sed ta
men contrarium est verum, casus est vnicus in l.in con-
tractibus.§.in omni.C.de non nume.pecu. not.in l.ij.C.
de eo quod certo lo.& ita determinat Lapus alleg. x.do.
Anto.alleg.in c.postulasti.de foro compe.& dicit de hoc
esse ibi textum, sed non multum facit.

ADDITIONES.

Adde Feli.in c.licet ratione.col.xiij.de foro compe. & in cap.j. in iiij.q.de iureiur. Adde etiam in terminis Cal.de offic.ordi. consi.j.& de iureiuran.consi.vj.& per eundem Felin.in d.c.j. col.vj.versic.decimò quarto.

An in absolutione à iuramento requiratur partis citatio. latè tradit Iason in l.nec quicquam §.vbi decretum ff.de offic. proconsul Hippo.in l.de vnoquoque.nu.202.cum seq.ff.de re iudi.Deci.c.qua fronte.ad finem.de appella.Alexan. consil.ccxxij.visa.lib.ij.Guid.Pap.quæst.cxl. & ccxxv Decisio. Tholos.lxij.Decisione Neapoli.cccxx.in causa. vbi post plures alios tenent quòd non, quando petitur solùm ad finem agendi. Nico.Pign.

Adde Curt.Iunior.in rub.C.de eden.col.ii.nu.t6.vbi hanc opin. Romani tenet, & respondet l.ij.C.vbi & apud quem.hic allegat. Gab.Saray.

CCCCLXXVII.

1 *Variatio domini in reuocatione procuratoris ei nocet, & procurator licet reuocatus eum obligat.*

VAriant continuè domini in reuocatione procurato-
1 rum, & hæc variatio † nocet domino, vt eum obliget
procurator, licet reuocatus.tex.singularis in l.sed & si pu-
pillus.§.item si cum.versi.sed si alias.iuncta gl.ff.de instit.
actio.nota bene, & adde ad l.j.C.de satisda.

ADDITIO.

Facit l.iij.in fine.ff.de diuor.l.vir mulieri.ff.de donatio.inter vir. l.plerunque.ff.de ritu nup.l.si quis ita.ff.de condi. & demor. Et per illum tex.dicit Castren.post Guli. quòd si iudex facit aliquem locumtenentem quoties eum abesse contigerit, & eueniat casus, quòd iudex vna die sit absens, altera præsens, quòd valent gesta per locũtenentem eo die, quo fuit præsens: quod notandum dicunt Deci & Moder. in c.quoniam Abb. de ufri.deleg. Et Nicol.Boër.qui attestatur ita iudicatum decisione cxlii.an tex.nu.15. Nic.Pig.

CCCCLXXVIII.

1 *Gabella à contrahentibus forensibus an soluenda sit secundum statuta loci, vbi contrahunt, necne?*

2 *Statuta non ligant forenses extra territorium iurisdicentis.*

1 PEr Italiam communiter sunt statuta, quòd de † quoli-
bet contractu debeat solui gabella. pone, quòd duo fo
renses Senis contrahunt, an debent soluere gabellam se-
cundum statuta vbi contrahunt? Regula est quòd non:
2 quia statuta † non possunt forenses ligare extra territo-
rium iurisdicentis.c.vt animarum.de constitu.lib.vj. & c.
cùm à nobis.de senten.excommu.& l.fi.ff.de iurisdi. omn.
iudi. Sed contrarium est verum secundum Bal.in l.j.iiij.&
v.q.C.de contrahen.emp.allegat rationem: gabella venit
in consequentiam contractus, ergo sicut ratione cõtra-
ctus potest conueniri in loco, vbi contraxit, ad id quod in
contractu deuenit.l.hæres absens.ff.de iudi.ita cõsequen
ter ad gabellam.gl.est singularis in authen.vt om.obe. iu
di.prouin.§ hoc cõsiderantes.in ver.hypotheca. & illam
didici à Bal.in l.ij.C.manda.ad fi.quod nota.

ADDITIONES.

Adde not.in l.cunctos populos.C.de summ.trini. & fide catholica.vbi gloss.est singula.dicit quod Bal.allegat in authen. vt omnes obed.iudi.prouinc.§.hoc considerantes.ad hoc, scilicet quòd etiam quoad hypothecariam debitor sortitur forum in loco contractus per gl.ibi super verbo hypotheca. Ad istud etiam faciunt quæ dicit idem Bald.in l.magis puto §.illud.ff.de re.eo.& Bal.in l.multum.C.si quis alte.vel sibi.

Adde quod idem Bald.per illum tex.sequitur hoc in l.magis puto.§.illud ff.de rebus eorum. & in l.j.C.vbi conue. qui certo loco. Alexan.consi.lj.viso.in princi.lib.iij.& consil. cxliij. viso.lib.vj.Abb.in cap.fina.vbi Felin.col.viij.de foro compe-

niunt.§.cùm prædiximus.ff.de peti.hæred. sed nihilominus verum est, quòd ius eligendi transit cum eadem qualitate. ita disputauit Ioan. Andr.& decidit in regula, contra eum. de regu. iur. in Mercur. Sed hodie pro eo est casus in clemen. quia regulares. de supplen. negligen. prælá. quem textum credo verum, & eum Ioan. Andr. cùm fecit Mercuriales, non vidit, licet illum notet in primo loco in glossa sua. Et ad hoc optimè facit quod singulariter determinat idem Ioan. Andr. in c. publicato. de elect. vbi vult,
2 † quòd si facta est electio per scrutinium, vt est de iure. ca. quia propter.& c. vnico. de scrut.& maior pars consenserit in eligendo; quòd si posteà debentes eligere neglexerunt, superior, ad quem transiuit ius eligendi, debet illum, in quem maior pars consenserit, eligere. quod est singulariter menti tenendum.

ADDITIONES.

Adde tex. cum gloss. in verbo, subrogantes, in capit. dilecto. de præbend. vbi quando vnus alteri subrogatur, vt sit idem in iudicandi ministerio, censetur adstrictus per omnia eisdem modificationibus, quibus primus.& est text. in l. si iudex cui. ff. de iudic. quem me docuit Feli. in cap. cùm accessissent. col. vij. in princ. de constit. vbi sequitur Ludo. hîc.

Et sequitur hoc Ias. in l. si eum §. qui iniuriarum. col. iiij. nu. 23 ff. si quis cau. Feli qui alia similia adducit, in c. cùm accessissent. col. vij. vers. bene facit quæstio. de consti. Nic. Euerar. in loco legali à subrogatione Et latè Lud. Gomes, qui melius, quàm quiuis alius tractauit regulam subrogationis, in §. fuerat. Instit. de act. Nic. Pig.

Adde quòd ex hac regula, subrogatum &c. decidit singular. Bal. in l. si puellam. in vltimis verbis. C. si mancip. ita fue. alie. ne manumit. quòd si testator dedit formam distributioni legatorum piorum, scilicet vt fiat cum consilio Titij, & executor decesserit, vel fuit negligens intra annum, & ideo eius loco successit episcopus, tenebitur tamen episcopus Titij consilium adhibere: aliàs nó valeret distributio. quod putat Bal. memoria dignum.& commendat Felin. in cap. cùm accessissent. de constitu.& in c. cùm dilecta. in vij. ampliat. de rescri. & Ias. in dicto §. qui iniuriarum. hic alle. Ad idem adde quod eleganter consuluit Bald. consil. cccxvij. ad euidentiam præmittendum est, quòd si mutuas. lib. iij. quòd si mutuo tibi centum, & stipulor promissionem occasione depositi, quòd licet depositarius non possit vti retentione. l. penulti. C. deposi. tamen propter originem mutui, licita obi erit retentio. sequitur & confirmat Socin. consi. cxliij. diu profectò anceps. lib. j.& probatur in l. tutor. ff. de fideiusso. vbi non titulus actionis sed causa debiti inspicienda est. l. Lucius. ij. ff deposi. l. qui id quod. ff. de donatio. Adde Rebuf. in tracta. nominat. quæst. viij. nume. 11.

CCCCLXXXV.

1 *Ingratitudinis præambula vitium an per ingressum religionis purgetur?*

GLos. in l. Deo nobis. §. hoc etiam. in verbo, quasi ingratum. C. de episcop.& cleri. disputat, an per ingressum
2 religionis, vel monasterij † purgetur vitium ingratitudinis præambulæ? Sed glos.& doct. intricant omnia, & miror quòd non allegant casum xix. q. vlti. c. non liceat. vbi casus singularis quòd sic. nota.

ADDITIONES.

Adde quòd gloss. in authen. de monach. in princi. in verbo, maculam. tenet illud. c. non procedere de iure ciuili. Et sequitur Iason in authen. non licet. col. ij. C. de libe. præte. Communiter tamen distinguunt doctores in dicto §. hoc etiam. quòd aut ingratitudo tangit solùm personam ingratam, & procedat illud cap. secus si tangit personam, famam, vel bona patris. Quam distinctionem comprobat & sequitur Fran. Rip. in l. fina. quæst. lxvij. C. de reuoc. donat. Vide tamen pulchrè Abb. in consi. xxvij. dubium. ij. volumi. tenentem tolli ingratitudinem vndecunque prouenientem. Hippoly. in rubric. ff. de fideiussor. quæstio. xij. numero 116.& in singula. ccccxiiij. ingratitudo. in fine. Cardin. in clemen. cos. xij. quæstio. de regul. Et nunquid si monachus egrediatur monasterium, retineat hoc priuilegium? vide domi. Augu. Bero. in rubr. de constitu. nu. 179. Nic. Pig.

Adde Campeg. in tracta. dotis, in prima parte q. xlvij. Feli. in ca. Rodulphus. nume. 6. de rescript. Chassen. in consuetud. Burgun. in rubri. *des Iustices*. §. v. nume. 103. Guliel. in ca. Raynutius. in ver. in eodem testamento relinquens. ij. nume. 37. Aret. in l. iij. §. filius. colum. penulti. ff de libe.& posthu. Curt. Iun. in authen. non licet. col. ij. C. de libe. præte. Alciat. lib. iiij. cap. xxiij. Parergon iuris. Didac Couar. in dicto cap. Raynutius. in princi. nume. 20 de testamen. Emanuel. Cost. in l. Gallus §. & quid si tantum. in tertia parte. nume 195. versi. quinimò quæro. ff. de libe.& posthu. Ex quorum dictis videtur concludendum monachismo non deleri ingratitudinem, secundum iuris communis rationes. d. l. Deo nobis. §. j. Sed posteà nouella constitutione sancitum, quæ citatur à Gratiano xix. quæst. iij. d. ca. non liceat. vt omnis ingratitudo ea ratione deleatur, possitque monasterium nomine filij exhæredati querelam inofficiosi testamenti iustè proferre, & nomine emancipati cũ causa præteriti emolumentum bonorum possessionis contra tabulas persequi, & retinere, cùm scripto hæredi non proficiat, quòd causa exhæredationis, vel petitioni inserta, legitima erat, & vera. Denique hoc, quod monachismi fauore singulari Iustinianus sanciuit, ad clericatum, in quo minor ratio est, induci non debet, quanquam Hippoly. de Marsi. in rubri. de fideiusso. nume. 116. in cap. xix. quæst. iij. simpliciter in clericis intelligat. Gab. Sar.

CCCCLXXXVI.

1 *Exemptus à iurisdictione, an intelligatur etiam exemptus à iure reuerentiali?*

1 EPiscopus eximit † vnam ecclesiam generaliter à sua iurisdictione: vel dominos terram, vel castrum, an intelligatur exemptum à iure reuerentiali? Archiepiscop. de Rauenna consuluit Oldra. vt refert, & est casus de hoc (nescio si magister tuus dixit tibi) in §. libertus. vbi glo. plena singularis quòd non, in l. fina. C. de bonis libe. in verbo, reuerentia.

ADDITIONES.

Et Bal. ibi Ang.& alij per illum tex. in l. alia §. eleganter. ff solu. matri.& in l. sed si hac § patronum. ij. ff. de in ius voc. Abb. in c. cùm inter. col. iij.& ibi Feli ij. de re iudi. Abb. post alios in c. cùm venerabilis de censi.& septem alia iura retinet Episcopus per talem exemptionem: ex quorum quinque de consensu capituli potest expressè eximere: vt per Abb in d. c. cùm venerabilis.& Nicol. Boët decisi. cxxxiiij. iuxta. Limita hoc singulare tribus modis, vt per Abb.& Feli. in d. c. cùm inter.& Iaso. in d. §. patronum. Nicol. Pig.

Hoc declarat Balb in tract. præscrip. in xij. q. primæ par. v. partis prin. nu. 6. ver. circa prædicta. Gab. Sar.

CCCCLXXXVII.

1 *Officialis prohibetur contrahere matrimonium in prouincia sibi commissa: Et an possit retinere concubinam in ciuitate, quam regit?*

IVs ciuile prohibet officialem matrimonium in prouincia sibi commissa contrahere. l. j. C. si rect. prouin. cum
1 similibus. Sed an possit † retinere concubinam ex ea ciuitate, quam regit? Videtur quòd non: quia eadem est ratio prohibitionis, vt l. item legato. §. parui. ff. de lega. iij. & l. Masurius. ff. de verb. sig Sed tamen cõtrarium est verum. casus est in l. fi. ff. de concu. quem nota.

ADDITIONES.

Et ex hoc habes, quod in materia exorbitanti appellatiòne vxoris non continetur concubina, etiam quòd sit eadem ratio. Nicol. Pigoo.

Istud latè prosequitur Paris de Puteo in tracta. de syndic. in verbo, adulterium officialis. per totum, & maximè numero 8. & 11. Gabr. Sar.

CCCCLXXXVIII.

1 *Inquisitio non est formãda ratione infamiæ habentis ortum à personis maleuolis, super delicto, sed tantùm super fama inquirenda.*

1 RAtione infamiæ † habentis ortum à personis maleuolis non est formanda inquisitio. cap. qualiter & quando. ij de accusationibus. de purgatio. canoni. ca. cùm in iuuentute. Barto. in l. ij. § si publico. ff. de adulter. Angel. in l. si vacantia. C. de bon. vacan. lib. x. Bal. in l. congruit. ff. de offi. presi. Quod intellige cum grano salis, quod non

eſt formanda ſuper delicto, ſed ſuper fama inquirẽda ſic. dictum eſt Ioan. And. in cap. cùm in iuuentute. de præſump. quod eſt ſingulare.

ADDITIONES.

Adde quòd Ioan. And. ſequitur Panor. in dicto c. cùm in iuuentute. in vltimis verbis. Dicit etiam, quòd ſolennis inquiſitio fieri debet ſuper veritate, quando infamia à maleuolis orta eſt apud bonos & graues, tanta quæ generet ſcãdalum, vt no. gloſ. in c. cùm dilecti. de purga. cano. in verſicu. apud bonos. quam ſic intelligit Panor. vbi ſuprà, & ſic concordat cũ glo. in c. qualiter & quãdo. ij. de accu. vbi plenius dixit, & ibidem vide Sand. poſt alios Moder.

Et idem Abb. & Feli. in c. licet in beato. col. fi. de accuſa. Auguſt. Bero. poſt alios in dicto c. qualiter & quando. ij. vj. notabi. & in gloſ. à maleuolis. uj. fallen. nu. 82. Et in pluribus caſibus poteſt inquirere iudex non præcedente infamia: vt per Areti. in lib. malefic. in princi. char. iij Marſi. in pract. cri. §. conſtante. Abb. & alios in c. j. & ibi Alciat. in gl. j. de offi. ord. Marant. latè in Specu. Aur. par. vj. verſi. inquiſitio. Nic. Pig.

Hoc idem refert & ſequitur Marc. Ant. Blanch. in ſua pract. crimi. in prin. nu. 18. Gab. Sar.

CCCCLXXXIX.

1 *Conſtitutio ſi fiat ab inferiore à principe, tertio præſente, & tacente, an is conſentire intelligatur?*

INferior à principe non poteſt ſtatuere in præiudicium alterius non citati, neque conſentientis. c. fin. de maio. & obedi. c. fina. de his quæ fiunt à præla. & c. cùm omnes.
1 de conſtitu. Modò † pone, quòd facta eſt conſtitutio tertio præſente & tacente, an intelligatur conſentire? Regula communis, quam ponit Barto. in l. quæ dotis. ff. ſoluto matrimo. cum ſimilib. habet, quòd in his, quæ ſunt præiudicialia tacenti, habetur pro contradicente. ita videtur hîc dicendum. Dic contrarium, & hoc non vidit Bartol. verbum eſt ſingula. Innocen. in cap. veſtra. de loca. quem refert Archidiaco. & ſequitur illud. de conſecratio. diſtinctio. iij. cap. pronuntiamus. & Federi. de Senis conſil. xvij. & Io. And. in cap. fina. de appellatio. lib. vj. in nouella. nil alleg. & in puncto iuris non credo verum propter regulam prædictam. tene menti.

ADDITIONES.

Adde quòd Ioan. And. in d. c. veſtra. dicit, quòd Inn. ibi ex verbis ſuis ſentit taciturnitatem habendam pro conſenſu. quod tamen non videtur procedere in re oneroſa, vt no. Inno. in cap. in Geneſi. de electio. & ſic ſentit Ioan. Andre. quòd in caſu illius cap. taciturnitas inferiorum non debet haberi pro conſenſu. Sed ſaluando Innocen. dicit ibidem Panormita. quòd ex quo iſti vocãtur, vt conſentiant, vel cõtradicant, & tacent, habentur pro conſentientibus, iuxta not. dictum Innocen. in cap. j. de his quæ fiunt à maio. parte cap. & facit l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interruga. act. & cap. ſi poſt præſtitum. de conſeſ. lib. vj. Et vide Innocen. in c. fi. de offic. lega. vbi dicit idem quod in epiſcopo hîc. Plus dicit do. Anton. & Imol. in dicto ca. veſtra. quòd quando ſubeſſet iuſta cauſa poteſt epiſcopus cum conſenſu capituli ſui tantum ſtatuere in præiudicium prælatorum inferiorum, vel eccleſiarum ſubditarum, etiam illis conſentientibus, per illud quod habetur in cap. final. de his quæ fiunt à maiori parte capi. & per not. per Innocen. & Ioan. Andr. in cap. in noſtra. de iniur. & in cap. quæ in eccleſiarum. de conſtitut.

Adde Abb. poſt gl. in c. j. de his quæ fiunt à maio. parte capitu. Et pulchrè per Gemi. xviij. diſt. in ſumma. & alios, quos allegat Auguſt. Bero. in d. c. cùm omnes. vltimo notab. & ibi latè per Feli. col. vj. de conſtit. Nico. Pig.

CCCCXC.

1 *Collegium nouiter ingreſſus, an teneatur antiqua debita ſoluere, vel contribuere?*

1 QVi † nouiter ingreditur collegium, an teneatur ſoluere debita antiqua? Dic quòd non tenetur contribuere: caſus eſt ſingularis in l. prouidendum. C. de decur. libro decimo. & illam allegat Dyn. in l. incola. in princi. ff. ad municipa.

ADDITIO.

Et ibi Barto. idem Bartol. Alexan. & docto. in dicta l. prouidendum. & in l. j. §. ſi cohæredem. ff. ad legem Falcid. Anto. Corſet. notab. xlvj. in verb. collecta. ij. Nic. Pig.

CCCCXCI.

1 *Virtuoſus ignobilis an poſſit ab Epiſcopo diſpenſari, & admitti in canonicum illius eccleſiæ, à qua ignobiles repelluntur?*
2 *Epiſcopus in quibus caſibus diſpenſare poſſit, remiſſiuè.*

HEri fui interrogatus in eccleſia Senenſi. Pone quòd eſt conſuetudo, quòd nemo admittatur in canonicum
1 eiuſdem eccleſiæ, niſi ſit nobilis: nunquid Epiſcopus † diſpenſando poſſit vnum ignobilem & virtuoſum admit-
2 tere? Et regula in quibus † caſibus poſſit Epiſcopus diſpẽſare, habetur per Inno. in ca. dilectus. de tempo. ordi. Dic quòd non. verbum eſt ſingulare Inno. in c. fi. de cleri. non reſi. & iſtud non poſuit in d. c. dilectus.

ADDITIONES.

Adde quod verum eſt, quòd nobilis virtuoſus præfertur virtuoſo ignobili ſecundum doct. in cap. venerabilis. de præbend. & Bal. in l. nemini. in fin. C. de aduoc. diuer. iudi. ſed nobilis non virtuoſus non præfertur ignobili excellenti virtutibus ſecundum omnes, maximè Panormi. in d. c. venerabilis. vbi per illum text. dicit non valere ſtatuta, quæ volunt canonicos debere eſſe nobiles, quia nocent virtuoſis ignobilibus, quicquid dicat Ludo. hic. Imo dicit idem Ludo. infrà ſingul. dcl. quòd nobilitas ſcientiæ præfertur nobilitati generis, allegando Cy. in l. quiſquis. C. de poſtu. Et dicit Hiero. ad Celantiam, vera eſt nobilitas clarum eſſe virtutibus: & Caſſiodorus in epiſtolis. Hæc eſt indubitata nobilitas, quæ moribus probatur ornata. Et Iuue. Nobilitas ſola eſt atque vnica virtus. Et Ariſto. iiij. Politicorum. Ingenuitas eſt virtus, atque diuitiæ antiquæ. Et Seneca ad Lucilium. animus nobilem facit, cui ex quacunque cauſa licet fortunã ſurgere. Et in libro de moribus. Nobilitas eſt generoſus animus. Et Claudianus. Exaltat virtus nobilitate parens. Et Cice. contra Salluſtium. Ego maioribus meis virtute mea præluxi, vt ſi prius noti non fuerant, à me nomen accipiant. Plura ad hoc poſſent adduci quæ breuitatis cauſa ſupprimuntur. multa diximus ſaltem remiſſiuè in additionibus ad Alphabeticum dictionarium Alberic. de Roſate in verb. nobilitas. tamen vbi fit mentio de nobilibus in ſtatutis, intelligitur de illis, quos communis vſus loquendi appellat nobiles, vt per Bartolum in l. j. C. de digni. ta. libro xij.

Qui Innocen. hoc generaliter dicit in quolibet ſtatuto eccleſiæ, in quo agatur de intereſſe canonicorum. Hoc ſimpliciter refert & ſequitur Feli. in cap. ſuper eo. ij. col. iij. de teſtib. Deci. in cap. at ſi clerici. §. de adulteriis. colum. v. ad finem. de iudic. Sed tu dic quòd hæc conſuetudo non valet. cap. penul. & ibi not. gloſſ. Panor. & alij, de præben. Deci. in cap. cùm adeo. colum. ij. de reſcrip. Roch. Curt. in cap. fina. fo. 20. verſicu. ſextò infertur. de conſuetudi. Nico. Pign.

Adde do. And. Tiraq. in tracta. de nobilita. c. xx. nume. 19. verſic. quanquam. Gab. Sar.

CCCCXCII.

1 *Epiſcopus non diſpenſat contra conſtitutionem concilij. item nec legatus. 3. Et quid iuſta ſubſiſtente cauſa? 2. 5. 6 item ſi de mãdato papæ expreſſo diſpenſet. 4.*
7 *Epiſcopus diſpenſat contra conſtitutionem concilij, quando eſt pœnitentialis. item diſpenſat contra ſtatuta ſynodalia. 8.*

1 SEd an poſſit epiſcopus diſpenſare aduerſus † conſtitutionem concilij? regula eſt quòd non, ſecundum Arch.
2 de elect. lib. vj. c. licet canon. fallit † ex iuſta cauſa: tunc enim poteſt, verbum eſt Ioan. de Ligna. in cap. at ſi clerici. de iudic. referunt & ſequuntur do. de Rot. deci. cclx. in religioſo. in titu. de iurepatrona. in nouis. argu. l. ſi hominem. ff. mandat. quæ bene facit. Et in hac materia habui his diebus conſulere in ciuitate Lucana ſuper validitate conſtitu. cuiuſdam Epiſcopi illius ciuitatis.

ADDITIONES.

Ad hæc vide Abb. in cap. cùm dilecti. col. ij. in verſi. nota tamen. de elect. Feli. in ca. j. in vij. fallen. de conſti. vbi dixit hoc procedere vbi ſuperior conſuli non poſſet: ſecus ſi poſſet per l. diui fratres. de pœn. & l. diuus Pius Claudio. ff. de fal. Vide etiã Feli. in c. at ſi clerici. §. de adulteriis col. ij. de iudic. in vltimis verbis. Roma. cõſil. cccxxv. quo ad primum. iij. dubio. Et hoc

dictum

dictum refert idem Roman. consil. cccexxviij. in terminis. circa fi. Ias. post Bald. in l. omnes populi. nume. 11. ff. de iust. & iure. & in l. j. in j. notab. C. de preci. impe. offer. Hippo. singul. clxxxij. iudex. & in l. j. § fi. nu. 28. ff. de quæst. Deci. qui plures citat, in d. §. de adulterijs. col. vj. intelligés, vt hic per socium meum, & facit suprà singul. cccclx. Nicol. Pogn.

3 Episcopus vel legatus† non possunt dispensare contra concilium. Hanc regulam probat gloss. in cap. dilectus. j. de præbend. in verbo, cùm se facultas. gloss. & ibi Doct. in capi. cùm dilectus. in verbo, in ætate. de electio. & in clemen. j. in verbo, eligatur. de electione. & cap. dilectus. de tempo. ord. & ibi Inno. in cap. j. & in cap. j. de filiis presbyter. Ioan. de Ana. in cap. cùm in diœcesi. de vsuris. Archidi. in cap. sicut. xv. distinctio. & in summa lvj. distinctio. & in cap. virgines. xxvij. quæstio. j. latè Ioan. And. in cap. j. super gloss. in verbo, concessum. de supplen. negligen. prælat. Specu. in tit. de dispensationib. in §. nunc de Episcoporum. nume. 27. Ludouic. Roman. in consil. cccxxv. numero 7. Anto. & doct. Canonistæ in cap. at si clerici. in §. de adulterijs. & ibi Feli. numero 5. de iudi. & Deci. numero 37. Henricus Bothæus in tract. de synodo Episcopi. artic. j. conclusio. iij. numero 6.

4 Limita† primò nisi de mandato Papæ expresso & speciali: quia tunc valeret eius dispésatio vel cóstitutio, etiam si esset contra concilium. Pro quo facit quod notabiliter tradit Antonius de Butr. in cap. penul. de filiis presbyterorum. lib. vj. vbi dicit quòd illud quod Legatus de latere ex speciali commissione Papæ facit, non tam factum Legati quàm Papæ dicitur: secus si ex generali. Pro qua opinione est gloss. in cap. literis. in glos. ij. in fine, de rescriptis. facit tex. in cap. si Apostolicæ. de præbend. libr. vj. quod ita tenent doct. in cap. quod translationem. de offic. legati.

5 Limita secundò non habere† locum quandocunque adesset magna causa, scilicet necessitatis vel vtilitatis. ita tenet Abb. in d. §. de adulterijs. nu. 9. Lambertinus in tract. iuris patro in prima parte. ij. libri. in xix. artic. vij. q. principalis nu. 2. fo. 222. col. iij. idé Abb. in c. cùm dilectus. de elec. allegat ad hoc decisio. Rot. cclv. sed est cclxij. in nouis, secundum impressionem antiquam: & secundum nouam decisio. v. in tit. de iure patro. allegat etiam text. in cap. tali. & in cap. exigunt. j. q. vij. & in c. exposuisti. de præb. idem tenet idem Abb. in cap. dilectus. & in cap. fi. de filiis presbyt. & ibi cæteri doct. qui dicunt quòd licet aliàs Episcopus non dispenset quòd filius sacerdotis succedat in ecclesia paterna, illud est verum, nisi vbi subesset necessitas vel vtilitas ecclesiæ. Eandem limitationem posuit Bal. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. vbi dicit quòd Episcopus ex magna causa potest dispensare contra canones. quam etiam limitationem ponit Nic. Milis in repertorio suo, in verbo, dispensare potest Episcopus. vbi allegat supradictam decisioné, ad quam se remittit ad cognoscendú quæ sint magnæ causæ. Eandem limitationem ponit Specul. in titu. de dispensationib. in §. nunc de episcoporum. nu. 30. in fin. Catellianus Cotta in Memoral. in verb. Episcopus. Feli. in c. j. in vij. fallé. de constit. Ias. in l. nemo potest. nu. 8 in prima lect. ff. de lega. j. tex. in l. si hominem. ff. manda. Quam limitationem intelligo veram, vbi de facili superior consuli non possit, aliàs secus, per l. diui fratres. ff. de pœnis. & per l. Diuus Pius Claudio. ff. de falsis. facit quod notat Innocen. in c. venerabilem. de elect. Bal. in l. non dubium. C. de legib. pro qua opinione est tex. in c. j. de clerico ægrotante. lib. vj. vbi ratione distantiæ locorum conceditur episcopo indigenti coadiutore sibi assumere vnú vel duos de consensu & consilio sui capituli, vel maioris partis, absque hoc quòd veniat ad sedem apostolicam: ad quam aliàs venire tenetur: vt ibi dicit tex. ad idem est etiam text. in cap. j. ne sede vacante. lib. vj. vbi si episcopus esset in remotis, non expectatur eius consilium, quod aliàs requiritur & expectatur. Et hanc limitationem cum supradicto intellectu sentit Areti. in dicto §. de adulterijs. nu. 20. allegat ad hoc text. in cap. nihil. de electio. quod notant doctores in cap. licet ex susc. pro. de foro compe. Catellianus Cotta hoc tenet in Memoralibus iuris, in verbo, episcopus. j.

Contra quam limitationem facit quod notant Ioan. Andr. & Petrus de Ancha. in cap. primo. de ætate & qualitate, libro vj. & ibi Dominic. de sancto Geminiano, qui impugnantes Archidiac. ibi, & in cap. licet canon. de election. lib. vj. volunt quòd

6 episcopus† etiam ex magna, necessaria, & vtili causa, & etiam cum causæ cognitione non dispensat cum patiente defectum ætatis in dignitatibus curati propter Concilium generale. c. cùm in cunctis. in §. inferiora. de electio. cum qua opinione transit Philip. Franc. in dicto cap. j. de ætate & qualitate. Et licet pro opinione Archidiaco. multa possent adduci, quæ ipse ponit in dicto cap. licet canon. & cum eo sit Hostiensis in capi. cùm dilectus. de electio. tamen contra Archidiaconum est communis opinio secundum Domin. de sancto Gemin. in dicto cap. licet canon. nume. 7. in finalibus verbis. Eandem opinionem contra Archidiaconum tenet Ioan. Monachus in capi. cupientes. nume. 124. de election. libro vj. & hanc opinionem tenent communiter doctores in dicto cap cùm dilectus. de electio. quæ opinio apertè destruit hanc limitationem. In quo est notandum, quòd in casu Ioan. Andr. & aliorum doctorum contra Archidia. non conceditur dispensatio, etiam ex magna, necessaria, & vtili causa: quia Concilium generale prohibet episcopis, & punit contrà facientes, vt patet in dicto c. cùm in cunctis. in §. clerici. de elect. & in l. xxvj. ritu. v. par. j. & ideo hæc opinio non conuenit huic limitationi, quæ est quando Concilium vel permittit dispensare, vel quando loquitur impersonaliter, nec vetando, nec permittendo dispensationem, nec imponendo aliquam pœnam: quia vbi imponit pœnam, restringitur dicta limitatio.

7 Tertiò limita, nisi canon† Concilij esse canon pœnitentialis: quia cùm pœnitentiæ sint arbitrariæ, vt in cap. Deus qui. & in cap. quæsitum. de pœniten. & remissio. capi. mensuram. & ibi gloss. de pœniten. distinct. j. & in cap. tempora. xxvj. q. vij. glo. in cap. sunt plures. de pœniten. distinc. iij. poterit episcopus in tali canone dispensare, vt in cap. pœnitet. de pœniten. distinc. j. glos. & doctores in dicto § de adulterijs. ex quo notabiliter gloss. in dicto cap. tempora plenitudinis. in gloss. j. & in dicto cap. latorem. in gloss. fina. xxxiij. quæstio. ij. dicunt, quòd episcopus ex causa potest diminuere pœnitentiam, quam indixit Papa. Quam opinionem sequitur Roman. vbi dicit ita contigisse de facto in persona Cardinalis de Vrsinis, qui erat summus pœnitentiarius, in singu. cccclx. Hippolyt. in singula. clxxxij. Ias. in l. omnes populi. in prima lectura. nume. fin. & in ij. lectura nume. 13. ff. de iustitia & iure. quod tamen intelligo verum, nisi casus de quo esset reseruatus Papæ: per notata in ca. quod translationem. de offi. dele. & in d. §. de adulterijs. & qui sint isti casus pœnitentiales reseruati Papæ, habetur in cap. ij. de pœniten. & remis. lib. vj. & per Hostien. in summa, in tit. de pœniten. & remis. in § ij.

Quartò limita non habere locum in casu posito per Feli. in c. j. nu. 5. de sponsa. vbi adducit quàm plures rationes pro sua opinione, quæ omnes videntur ridiculæ, & sic ipse non firmat pedem, cùm illa limitatio non videatur vera: & in contrarium allegat glos. in clemen. j. in verbo, eligatur. de electio.

Restringe tamen has limitationes, nisi canon Concilij pœnam indiceret, quæ non possit imponi nisi per Papam. Exéplum in depositione episcopi: vt in cap. quamuis. & in cap. multum. & in cap. dudum. iij. q. vj. nam sicut solus Papa potest deponere, ita videtur conueniens quòd solus Papa possit dispensare. ita tenet Hostien. & ibi Anto. de Butr. vbi hoc declarat, in vltima col. in cap. ij. de bigamis. Aret. in dicto §. de adulter. nume. 14. Quod videtur verum, quando quis non potest imponere pœnam ex defectu potestatis: secus si ex priuilegio personæ: quia tunc videtur quòd possit dispensare ob cessantem rationem. ita Anto de Bu. vbi suprà: quia tali casu, qui non potest condemnare, potest absoluere: vt est tex. & ibi Bart. & Bal. in l. si. C. vbi senator. vel clarissi. ne illud, quod inductú est in fauorem, retorqueatur in odium: ita tenet Decius in dicto §. de adulterijs. nu. 39.

Restringe secundò, nisi essemus in casibus tantùm Papæ reseruatis. iuxta notata in c. quod translationem. de offi. deleg. & in c. sicut vnire. de exces. præla. ita tenet Spe. in tit. de dispésa. in §. nisi breuiter. quia in his se non intromittit alius inferior, nisi ex speciali commissione Papæ, vt in d. c. quod translationem.

8 Episcopus† potest dispensare contra statuta synodalia. Hanc regulam ponit Innocen. in cap. cùm ad monasterium. nume. 4. de statu monach. & ibi Cardina. in v. quæstio. Lapus & Ioan. Andr. quem sequuntur Gemi. & Philip. Franc. in ca. licet canon. de electio. libro vj. idem Philip. Franc. in cap. vt animarum. in §. statutum. de elect. libro vj. Ioan. Andr. & Cardi. Zabarella in cap. dilectus. de tempo. ordi. idem Cardi. in repetitione cap. perpendimus. de senten. excommuni. Ioan. Andr. in regula, cui licet. & in regula, qui tacet. de regu. iuris. lib. vj.

Collectarius in c. cùm omnes. nu. 3. de consti. Anto. de Butr. in c. quæ in ecclesiarum. & ibi Ioan. de Imol. nu. 25. de constitu. Panor. in c. at si clerici. in §. de adulte. nu. 10. de iudi. & ita dicit communiter teneri ibi Feli. nume. 6 Philip. Deci. ibi nume. 98. Ias. in l. j. §. fuit quæsitum. nu. 9. ff. ad Treb. Nicol. Millæus in repertorio, in verbo, dispensare. versic. dispensare potest contra propriam. Et hanc opinionem dicit esse communem Anto. de Rosellis, in tractatu de concilio: in dubitatione, an in simplici beneficio, quod habet ecclesiam parochialem annexam, episcopus possit in eo dispẽsare, nume. 20. Mouentur supradicti doctores: quia dispensatio facilius permittitur, quàm constitutio tollatur. nam legatus non potest contra canones statuere, tamen dispensare potest. ita notanter concludit Anto. de Butr. per gloss. fina. ibi clement. ij. de rescript. quem refert & sequitur ibi Ioan. de Imol. prout refert Philip. Deci. in dicto § de adulteriis. nume. 100. sed episcopus potest tollere statutum suum, secundum supradictos doctores, ergo à fortiori dispensare poterit. Hanc opinionem dicit communem Petrus Rauennas in Compendio iuris Canonici, in titu. de iudi. col. xvij. versi. sed solet dubitari. eandẽ opinionem dicit etiam communem Philip. Franc. in regula, cui licet. nume. 4. de regul. iuris, lib. vj. Lancelotus Galiaula in repeti. l. Centurio. col. xxxj. versicu. breuiter responde. ff. de vulga. Licet contrariam opinionem teneat Archidia. in cap. licet canon. de electio. lib. vj. nume. 2. & 3. Innocen. sibi contrarius in cap. dilectus filius. nume. 5. de tempo. ordi. Cardin. Zabarella sibi etiam contrarius in consil. cxxx. nume. 4. Mouentur prædicti doctores per rubricam. ff. quod quisque iuris, & per cap. cùm omnes. de constitu.

Hanc regulam ponit Bernar. de Luco in regula cclij. vbi limitat eam duobus modis. Eandem regulam limitat dupliciter Philip. Deci. in dicto §. de adulteriis. nume. 103. & aliis duobus modis Roma. in consi. cccxxv. nume. 10. Eandem item regulam cum sex ampliat. & duabus limit. vbi notab. eam examinat, ponit Henr. Bothæus in tract. de synodo episcopi, art. iiij. nume. 1. cum sequentibus.

Episcopus in quibus casibus dispensare possit? Vltra Inno. in c. dilectus filius, de tempo. ord. vide cxiij. casus, quos ponit Aluarus Pelargus in lib. j. de planctu ecclesiæ, art. 50. & ibi in fine in versi. prohibetur, ponit casus, in quibus Episcopus dispensare non potest. Et cxxxvj. casus, in quibus Episcopus potest dispensare, ponit Bertachinus in tract. de episcopo, in ij. parte iiij. libri, nu. 107. Et clxiij. casus, in quibus Episcopus dispensare potest, ponit notabiliter Spe. in titu. de dispensatione, in §. nunc de Episcoporum, à nume. 1. vsque ad nu. 22. & ibi etiã vsque ad finem casus, à nu. 25. in quibus Episcopus dispensare non potest. Et hæc omnia plenè tradit Petr. Duenas in regul. cclxvj. cclxvij. & cclxviij. Gab. Sar.

CCCCXCIII.

1 *Optionis legatum factum de rebus omnino conformibus, & inter se non differentibus, an valeat?*

1 LEgat testator † optionẽ ex tribus rebus omnino cõformibus, & in nihilo differentibus: an tale legatum optionis valeat? Dic quòd non: & est notabilis limitatio ad totum titu. de opt. leg. casus est mirabilis & singularis l. cùm aurum. §. sed si argenti. versi. vnde est quæsitum. iuncta gl. in ver. optio. ff. de auro & arg. leg. & ibi Bart. notat. Et per hoc decidi quæstionem vnius canonicatus ecclesiæ Barchinon. vbi est statutum, quòd antiquior canonicus potest optare præbendam vacaturam: de quo habetur in c. si. de consue. lib. vj. Modò decesserunt duo canonici habentes præbendas omnino cõformes: vnus optauit vnã: alius, qui habebat potius ius optandi, volebat eandem optare: decidi quòd non poterat per illum text. & lucratus sum plus quàm lx. ducatos, & dixi quòd non habebat locum dispositio statuti in hoc casu.

ADDITIONES.

Quid si est statutum, quòd habens maiorem præbendam, possit optare minorem, an valeat? Domini de Rota deci. ccxxvij. valet. in no. & doctores in c. cùm in tua. de cõsuet. lib. vj. Et adde hoc singulare ad Staphi. in tract. de liter. grat. & iusti. vbi ponit nonnullas fallen. ad dictum statutum. Nico. Pig.

Falsa est hæc decisio Romani: & Do. Petrus Rebuf. in suo tracta. nominationum quæstio. xv. nume. 36. dicit se hoc passim non approbare. Nec obstat dictus versi. vnde est quæsitum. quia loquitur continuatiuè & relatiuè ad versicul. præcedentem, vbi agitur de legato quantitatis, de quo intelligitur d. versicu. vnde est quæsitum. & sic non est mirum si ibi legatum optionis non valeat, cùm in quantitatibus eiusdem generis & qualitatis, nedum nullus cadat delectus, nec vlla affectio. l. nummis. ff. de in litem iurando. sed omnimodam functionem inter se recipiunt. l. 2. §. j. ff. si cer. petat. plures autem species, licet contingat, quòd sint omnino conformes, & sic non sit propriè dabilis delectus, est tamen dabilis affectio, nec functionem recipiunt adinuicem: Et sic inter eas potest propriè locum habere electio, & valeret legatum, statutum, consuetudo, & quæuis dispositio optionis. & ita etiam sentit Ioan. Ciri. in tracta. primogeni. lib. 2. q. iiij. super. § ix. col. penul. quem refert & sequitur Carol. Molin. in prima parte cõmentar. in consuetud. Parisien. §. x. nu. 15. versi. aduerte etiam quòd electio. Gab. Sar.

CCCCXCIIII.

1 *Milites, doctores, & decuriones torqueri non possunt: nec valet cõsuetudo in contrarium.*

1 MIlites, doctores, & decuriones non possunt † torqueri. l. diuo. & l. milites. C. de quæstio. Sed an valeat consuetudo in contrarium? Dic quòd non. casus est singularis in l. omnes iudices. C. de decurio. libro decimo. & ibi Bartol. notat.

ADDITIONES.

Pondera vt per Bar. in l. milites. hic alleg. quòd habet locũ in militibus nostri temporis. & hoc expressè firmat Sali. post Cy. in l. j. C. de iur. & facti ign. Alex. in l. Centurio. in ix. col. ff. de vulga. & pup. Ias. in l. de quibus. col. xxiij. versic. nota tamen. ff. de legib. Et quòd idem sit in doctore, tenet Bart. in l. j. C. de aduoca. diuer. iud. Cy. in d. l. milites. & in l. iij. C. ad le. Iul. maie. & non valeret cõsuetudo cõtrarium disponens, imò esset ipso iure nulla. l. omnes iudices. vbi Bar. notat hic alleg.

Et sequitur Ang. in tract. malefi. verbo, fama publica. nu. 102. & ibi Aug. Arimi. & Cæp. consi. crimi. xxxix. Lucius. Hipp. in l. edictum. ff. de quæstio. & in pract. crimi. §. expedita. & singul. cccclvj. plura. Io. Arno. epit. lxvj. Lud. Caret. qui plures alios citat, in l. obseruare curabis. sub nu. 179. C. quorum appel. non reci. limitãtes in casibus exceptuatis hoc non procedere. Ego tamen, etiam in non exceptuatis, contrariam cõsuetudinem, tam in ciuitate mea Veronæ, quàm Patauij tempore studij mei obseruari vidi. Nico. Pig.

Multa de hoc tradit Thomas Gramma. in suo primo voto. col. ij. nu. 4. Et in voto xxv. nu. 4. Paris de Puteo in tract. de syndi. in char. cxviij. versic. an doct. & faciunt quæ notat Matt. Mathesil. in notab. suo. lix. incip. nota quòd legũ doctores. & ibi latè dixi in annotationibus meis: & ibi dictis adde eundẽ Roma. suprà sing. cclxxij. nu. 3. & latè per eundem Parid. in d. tracta. in versi. an stetur dicto tertij. nu. 6. & 37. versi. tamen dictũ Imol. & in ver. mandauit Rex. nu. 5. ver. tamen an hoc habeat locum. & plenissimè scribit Pet. Duenas in reg. exc. inci. Decutiones, in quarta ampliatione. Gab. Sar.

CCCCXCV.

1 *Statutũ, seu lex puniens vnum delictum, & præsupponens aliud non includit illum, in quo non verificatur delictum præsuppositum.*

2 *Statuto, vel constitutione stante, quòd non exequens defuncti dispositionem infra annum, quòd omnibus beneficijs priuetur, excommunicetur, & statim testatoris bona restituat, si ille, qui nunquam bona penes ipsum habuit, non fuit executus, ea pœna teneri non debet.*

1 STatutum, seu lex puniens vnum delictum, † & præsupponens aliud, non includit illum in quo non verificatur delictum præsuppositum. gl. est vnica in l. mancipia. in versi. aduocandum. C. de ser. fugi. & iste modus allegãdi fuit primò inductus per Bar. in illa lege. exẽplũ pone, si statutum dicit, quòd turbans aliquem in possessione, puniatur pœna centum, & restituat possessionẽ: punit enim turbantem, & præsupponit aliud delictum, scilicet, possessionem ablatam. si ergo quis non abstulit possessionem, non punitur pœna statuti. gloss. est singularis ibi. & propter hoc lucratus sum sex florenos, & quædam alia. In ciuitate enim Romæ erat constitutio, quòd quicunque non

executus

executus fuerit dispositionem defuncti infra annum, priuetur omnibus beneficiis suis, & excommunicetur, & sta
2 tim restituat bona testatoris, quidam † relictus executor in testamento, nunquam habuit bona in posse, sed illa erant penes hæredem, non fuit executus infra annum. & cum fuisset excommunicatus, & priuatus beneficiis, determinaui, quòd malè fuerat excommunicatus & priuatus, per illam glo. cùm præsuppositum statuti, si habuerit bona in posse suo, non verificabatur in eo.

ADDITIONES.

Adde quod idem tenuit Ias. in l. j. 10 ij. col. versi. iij. adde. ff. de iustitia & iure. & addit glo. in cle. in plerisque. & ibi Pet. de Ancha. de electio.

Adde Feli. latè in c. nonnulli. in prin. col. xxxj. versi. amplia istam. de rescri. Deci. in c. vt debitus. col. iiij. de app. & in consil. cexxxiij. viso. col. pe. Hipp. qui plures citat in sing. cccxxxix. cui non conueniunt. Soci. in l. j. §. si quis. cccc. ff ad Treb. Rip. in c. ij. nu. 39. de rescri. & Alcia. in c. cùm non ab homine. ij. not. de iudici. Nic. Pig.

Sequitur Decius in l. j. col. iiij. nu. 15. C. de eden. vbi & alia ad hoc allegat. & Curtius Iunior in l. j in prin. nu. 2. ff. si cer. pe. & Alexan. in rub. ff. sol. ma. col. v. versi. confirmo. nu. 22. & Carellu. Cot. in memoral. in ver. statutum, quòd frater excludat sororem. Et in terminis tradit Catald. de Boncompagn. in tracta. de syndica. q. ccx. adde quòd statutum puniens. Eam tamen glossam allegat, & singularem dicit post eos quos ibi recenset Do. Carol. Moli. in secunda parte commenta. in consuetud. Parisien. §. lviij. nu. 42. Gab. Sar.

CCCCXCVI.

1 *Accusatus de crimine capitali carceratus, an debeat à carceribus relaxari solùm post sententiam absolutoriam, an ante, postquàm ex probationibus illum non deliquisse constet?*

1 ACcusatus de crimine capitali, & positus † in carceribus, an debeat pristinæ libertati relaxari solùm post sententiam absolutoriam, an ante, scilicet, postquà constat per probationes ipsum non deliquisse? Scis quòd lite penden. nil innouari debet, &c. & lis dicitur post contest. l. properandum. C. de iud. ergo videtur non relaxandum. Sed tamen contrarium est verum. casus est vnicus in l. nullus. ibi, dum dicit, in tantum detineri, donec repererit cognitio celebrata discerni. C. de exhib. re. vbi casus singularis, & ibi hoc notat Bal. & illum text. notat Iac. Butr. & Bal. in l. sed & si. ff. de in ius voc. & ita consului post Bal. Et valet hoc dictum pro criminoso siue accusato: nam si nõ relaxaretur ante sententiam, non posset posteà, si pars aduersa appellaret: quia tunc nil nouari, &c. vt per Barto. in l. ab executore. ff. de appell. Bal. in l. ij. C. de episc. audien. quod nota.

ADDITIONES.

Adde l. qui pœnæ. ver. diuus quoque. ff. de manumis. & alia, quæ adducit Ias in l. naturaliter. §. nihil commune. col. xxij. nume. 109. ff. de acqui. pos. Alex. consi. clxxx in causa. nu. 9. libro ij. Ang. in tractatu malefic. in verbo, præsente. nu. 17. Hippol. de Marsil. in practica criminali, in §. attingam. nu. 16 & in rubra ff. de fideius. q. xxxj. numer 219. & in singulari cclxxxj. licet. quibus in locis alios citat, & dicit se pluries practicasse, & obtinuisse. Nic. Pig.

Adde Hipp. de Marsi. in pract. cri. in §. quoniam. nu. 50 Et quando de carcerato pro crimine capitali nihil constat, relaxatur sententia non expectata, vt latè per Parid. de Put. in tract. syndic. in versic. si iudex maleficiorum in criminali. nu. 12 & per Barth. Chassæn. in commentar. consue. Burgund. in j. rubr. in versi. *s'il n'a grace*. nu. 170. Et per Catald. de Boncompagn. in tractatu de syndica. q. ccxx. Et Henricus de Bouerio in singu. in verbo, processus. in ij. notabili. Et adde quòd tenentur iudices in syndicatu, si non relaxant captum, eo ipso quòd apparet ex publicatione processus de eius innocentia. Nec debent expectare quòd absoluatur: ita inquit Amod. in tract. syndic. ix. char. in j. col. versicu. item tenetur si non relaxet. Et allegat Bal. singulariter in d. l. sed si is. Et quòd postquàm iudici constat de eius innocentia, debeat eum dimittere etiam ante sententiam, tenet Bald. in l. si quis post. ff. de testa. & in d. l. nullus. & ibi Ia. But. quem refert & sequitur Marinus in commento super capitulis Regni Neapolit. in rubr. de inquisitio. cap. ab illo inchoandum in verb. & si publicatis attestationibus, &c. Et quid si carceratus appellet à detẽtione, an debeat vlterius detineri? tradit Guido Papæ decis. Gratio. ccxxxv. & ccxxxvj. ccxxxvij. & decis. ccccxxxvj. nu. 39. versi. xxxj. quæro. vbi tradit, si carceratus appellet, an debeat remitti iudici ad quem. Gabriel Sar.

CCCCXCVII.

1 *Legatarius an transmittat ad hæredem legatum cum adiectione pœnæ?*

1 LEgo Titio fundum, & si illũ hæres non soluerit, † condemno eum nomine pœnæ de soluendo mille ipsi legatario: an mortuo legatario transmittat in hæredem legatum fundi cum adiectione pœnæ? Tu diceres quod sic: quia pœna est quid accessorium ad legatũ, sed legatum transit, ergo & pœna. Tamen contrarium est verum: duo sunt casus notabiles in l. si penum. & l. cùm sine. ff. quando dies lega. ced. & in hoc tantùm fallit regula, accessorium sequitur, &c.

ADDITIO.

De illis legibus vide doctores in l. ita stipulatus. la grande. ff. de verbo. signi. Nicol Pig.

CCCCXCVIII.

1 *Iuramentum vbi est licitum ex parte iurantis, & illicitum ex parte recipientis, potest recipiens compelli ad absoluendum iurantem à iuramento: & an super hac compulsione secularis sit iudex competens?*

1 VBi † iuramentum est licitum ex parte iurantis, & illicitum ex parte recipientis, potest ipse recipiens compelli ad absoluendum iurantem à iuramento, vt in c. j. de iureiur. Sed an super hac compulsione sit iudex competens secularis? Quæstio est de facto in hac ciuitate, & plura consilia vidi super hoc, allegantia quòd non: quia iuramentum est quid spirituale, &c. Et tu si esses doctor, ita dixisses. Sed hæc est maxima ignorantia: quia cõtrarium est verum, secundum Fede. consil. cclxxij. in nomine Domini, amen. factum tale est. statuto. in fi. Et ratio æqua videtur. quia iudex secularis est cõpetens iudex ad cogendum partem ad obseruationem iuramenti, vt in ca. licet mulieres. de iureiur. & c. cùm c. laicus. de for. cõpe. lib. vj. ergo eadem ratione posset compellere ad absoluendum. & est optima ratio. & ita determinaui.

ADDITIONES.

Adde quòd Feli. in c. cùm sit. col. vj. ver. limita tertiò. de fo. cõpe. refert istud singulare: dicit tamen quòd obseruatio & relaxatio non procedunt à pari: nã in persona non requiritur causæ cognitio in videndo valeat an non: quia vbi requireretur, secularis esset incompetens, sed in cogendo inuitũ ad relaxandum exigitur necessaria cognitio: & ista, cùm sit iuris, nõ competit seculari, secundum omnes. Adde eundem Feli. in c. j. col. vij. versi. posset tamen. de iureiurando.

Adde eundem Fel. in c. ij col. x. ver. tertiò limita. de sponsa Limita in casu singularis sequentis, quando licitè iurans incidit in periurium: quia tunc illa coactio iudicis nihil operaretur, ex quo illud periurium non potest per partem remitti, secũdum Bal. notab. in auth. quod eis. C. de nup. per Feli. in d. ca. ij. col. xiij. ver. modò limitatur. de spons. Et vide suprà sing. ccccxxv. & ccccxxvj. vbi iudex secularis declarat, & punit periurum. Nicolaus Pign.

Adde Stepha. Aufrer. decisio. Tholos. lxij. vbi multa pulchra ponit in materia. Fede. de Senis consil. cclxxij. Matth. de Afflict. dec. cclxuj. Guid. Papæ consi. ccix. in fin. & plenè per Didac. Couarr. libro primo variarum resolutionum, c. iiij. nu. 5. versi. verùm vt res ista. Gab. Sar.

CCCCXCIX.

1 *Iuramentum illicitè recipiens cogi potest illud iuranti remittere antequam iurans in periurium incidat, secus postquam deuenit.*

2 *Contra iuramentum propria authoritate licet venire, quando periculum est in mora.*

1 TV scis, quòd c. j. de iureiu. dicit, quòd † recipiens iuramentum illicitè potest compelli remittere iuranti. Federic. de Senis dicit hoc verum, antequàm iurans

incidat in periurium: quoniã postquàm incidit, non potest relaxationem petere. consi. ccc. factum tale est, debitor promisit. in fi. & est singulare verbum suum. alleg. no. Ioan. And. in c. debitores. de iureiur. vbi dicit hoc sentire Io. Andr. sed certè de hoc nihil dicit. Allegat & secundò, quia frustrà auxilium legis inuocat, &c. vt in c. quia frustrà. de vsur. & l. auxilium. ff. de minor. Tu diceres, q᷑ non habet dubium: cùm periurus nõ posSit agere, vt l. si quis
1 maior. C. de transact. sed tu non intelligis † illam l. quia
verum est quòd priuatur actione illius contractus, super quo delinquit, non alia. hoc colligitur ex theorica Inno. in c. dilecto. de præben. vbi dicit, periuro denegantur spiritualia, sed temporalia conceduntur: & ita determinat in c. intelleximus. de iud. Item habet dubium, quia debitor habet duo facere, scilicet, soluere, & tali die soluere. l. Celsus. ff. de arbit. c. cùm dilecti. de dol. & contu. vnde videbatur quo ad solutionẽ non factam in termino ipsum esse periurum, tamen posse peti. Vnde inquantum tenetur soluere, non potest contrauenire, nisi absolutione petita, licet vi & metu iurauerit. c. si verò. de iureiu. c. ad audientiam. quod met. cau. quod est verũ, nisi periculum sit in mora, & non potest celeriter haberi copia superioris, secundum Inn. in c. venerabilem. ad finem, de elect. allegat xj. q. iij. c. antecessor. Bal. allegat & gaudet in l. non dubium. C. de legib.

ADDITIONES.

Adde quòd idem tenuit Anto. Butri. post glo. & alios in c. dilecti filii. de excep. vbi vide per Sand. in prin. Bal. in repeti. l. ij. col. xvj. ff. de iureiur. Epi. sp. consil. lvj. inci. hic vertitur dubium. in ij. char. limita hoc vt per Bal vbi suprà, nisi periurus vellet agere in materia, in qua iurauerat nõ agere, quia propter periurium repelletur. l. si quis maior. hic allega. quam sic intelligunt prædicti, & Alex. consi. ccclxxxj. secundum vnicum numerum inci. ponderatis hu. col. ij. & vide Alexandrum met in d. l. si quis maior. vbi sequitur communem opi. licet prædicta non alleget. & vide ibidem Ias. Ad istud vide etiam Feli. in c. intelleximus. col. v. circa princ. versi. verũm periurus. de iudic. post do. Ant. in c. j. col. xij. in prin. de iureiur.

Adde quòd consi. Fed. sequuntur communiter doctores, vt per Alex. in consi. xvij. ponderatis. col. j. lib. iij. & in consi. ccxxj. visa facti. col. iij. lib. ij. per eundem Ro. consi. cccxxvj in præsenti. col. j. Deci. consi. clj. col. vj. Hippo. de Marsi. in l. de vnoquoque. nu. 169. ff. de re iudi. Et circa intellectum l. si quis maior. C. de transact. adde quod est commu. vt per Ias. in xij. notab. & alios in d. l. si quis maior. Fel. in c. cùm dilecti. colum j. vbi Deci. in iij. notab. de exce. Rip. in c. ij. in princ. de rescript. Limita illud consilium Fede. vt per Felin. in d. ca. j. col. ix. vbi ponit tres casus. Et videmus quandoque per summum Pontificem concedi absolutionẽ à iuraméto, & à periurio, si quod supplicans incurrisset. de quo tamen videndus est Matthæ. de Afflict. in decisi. Regni ccxx. in causa. & Rot. decisio. ccxcvij. licet. in no. Et adde quòd dictum Inno. sequuntur ibi doctores & Abb. in c. quanto. col. iiij. de iureiurando. Bald. in l. non dubium. col. antepe. Feli. latè in c. ij. col. pe. de spons. Deci. in rub. C. qui admit. col. iij & in authenti. si quis in aliquo. col. ij. C. de eden. & in c. ad hæc. ij. in prin. & in c. qua fronte. in fi. de appel. & in c. cùm dilecta. in fi. de confir. vtili vel inuti. Et hoc ponit etiam Hippo. singulari cccccxxj. & pluta alia similia refert Romanusmet in l. si verò. §. de viro. j. fallen. ff. sol. matr. & Hippo. in l. qui cædem. colum j. & ij. ff. de sicar. Rip. in l. j. ff. de dam. infec. Nic. Pig.

CCCCC.

1 *Episcopo non seruanti canones, quæ sint pœna irroganda?*
2 *Vasallus an possit recedere à domino non seruante leges Imperatoris?*

CVrialis de Florentia veniens heri interrogauit me,
1 † nunquid si episcopus non seruet canones, id est, con
stitutiones concilii: quia illæ primæ dicuntur canones, id
est, regulæ, priuatus propter hoc posSit impunè ei non pa
rere? Scis pœnam, quæ sit non seruanti leges seu constitu-
tiones, quam ponit glo. in c. generali. de elect. libr. vj. Sed
2 † an vasallus posSit recedere à domino non seruanti le-
ges Imperatoris? Dic quòd sic. glossa est singularis ij. q.
vij. c. sacerdotes. alle. §. sed si legatus. iiij. distin. & ca. nulli
fas. xix. dist. & optimè faciunt. Habebam super hoc multa alia tibi dicere, sed non est tempus.

ADDITIONES.

Glos. in d. c. sacerdotes sanè intellige, vt per Abb. in cap. cùm non liceat. in j. col. & c. sciscitatus. ij. col. de rescri. & in c. ego N. de iureiur. dummodo non seruet ex contemptu. imò si ista glos. intelligeretur de non [illegible] uante ex simplicitate, vel malitia, esset falsa, secundum Gem. in d. c. sacerdotes. & no. Card. in cle. j. in x. q. de æta. & [illegible] modos autem cognoscendi contemptum ponit Dom. in c. cum illus. lv. dist. quem retulit opportunè Feli. in c. cùm quidam in v. declaratione. de iureiur. & aliquid adducit in c. canonum statuta. col. vj. de consti. & in cap. ego N. col. ii. in fi. de iureiur.

Adde Feli. in c. si quando. in prin. de rescr. & latè in c. cùm non liceat. nu. 7 de præscri. August. Bero. in c. cùm venissent. nu. ii. Et an talis Episcopus sit periurus, latè per doctores in c. ego N. de iureiur. Nic. Pig.

Dictum Ro. refert & sequitur do. Berm. Choue. in commentariis in titulum de publicis concubinar. in concordatis, super verbo, statuimus. §. hoc enim verbum. nu. 17. char. cxl. G S.

CCCCCI.

1 *Legato de omnibus libris, & Infortiato à doctore facto, si quatuor volumina Infortiati inter eos libros reperiantur, an omnia in legato veniant?*

PErusii viget de facto quæstio, in qua habeo consulere:
quidam doctor de Perusio, dominus Barth. de Luchia,
1 legauit in testamento hoc modo: Lego domino tali † o-
mnes libros meos, & Infortiatum: accidit, quòd inter eos
libros sunt quatuor volumina Infortiati: an omnia Infortiata veniant in legato? Si respicis generalitatem, venirent. & si dicis, generi per speciem, &c. dico illud verum in diuersa oratione: secus si in eadem oratione ponatur: arg. l. nam ad ea. ff. de condi. & demon. Dic tamẽ contrarium, nam etiam si in eadem oratione sit species & genus, nõ venit alia species similis expreSsis, vt l. hæres meus. §. duæ statuæ. ff. de legat. iij. l. j. §. item si duæ. ff. de auro & arg. leg. & vide Bartol. in l. quæsitum. §. si quis fundum. ff. de fun. instru.

ADDITIO.

Et dicta Bar. in d. § si quis fundum. reassumit Abb. in ca. sedes. in prin. col. pe. & fi. de rescrip. Doctores in regula, generi. lib. vj. Deci. in regul. in toto iure. ff. de reg. iur. Nic. Pig.

CCCCCII.

1 *Rogatus restituere hæreditatem ei, à quo illam accepit, sine temporis præfinitione, quo tempore de restituendo grauatus censeatur?*

1 ROgatur quis restituere hæreditatem ei, † à quo illam
accepit, sine præfinitione temporis, quæritur de quo tempore intelligatur? Dic quòd de tempore mortis. casus est singularis secundum Dyn. in l. epistolam. §. mulier. ff. ad Trebel. Sed habes similem in l. filios. iuncta glos. ff. de vsufruct. lega.

ADDITIO.

Et est ratio: quia aliàs fideicommiSsum esset inutile, si illud quod à te recipio, statim tibi reddere deberem, vt per Bar. & alios in l. cum filiofami. ff. de leg. j. Et adde alium casum suprà singul. cccccxxxj. instituo.

CCCCCIII.

1 *Testamentum secundum si fiat, in quo confirmetur legatum rerum in primo testamento factum, an in eo legato veniant res, quas testator habebat tempore primi testamenti, an verò illa tantum, quas tempore secundi testamenti habuit?*
2 *Limitatio l. si ita. ff. de auro & argento lega.*

TEx. in l. si ita. ff. de auro & argento leg. dicit, q᷑ lega
1 tum † generale non comprehendit nisi ea, quæ tem
pore testamenti testator habuit, non futura. Sed pone quod facio testamentum secundum, in quo confirmatur legatum librorum factum in primo testaméto. quæritur vtrum in legato librorum veniant libri, quos testator habebat tempore primi testamenti, an verò illi tantum, quos habet tempore secundi testaméti? Quilibet diceret

quod

quòd veniant libri existentes tēpore secundi testamenti, cùm videatur de nouo repetere & disponere. Item debet hoc aliquid operari. propterea legatum capit vires ex secundo. ergo, &c. Contrarium est verum, licet isti Perusini doctores dicant contrarium & malè, intricando omnia cum dictant leges. casus est singularis in l. Aurelius. §. testamento. ff. de lib. leg. legatū enim factum in primo, &c.
2 Item limita † dictam l. si ita. nisi res postea quæsitæ sint accessoriæ ad res primò legatas: tūc enim veniunt. casus est singularis in l. creditor. §. Caio. ff. de libe. leg. facit bene l. nomen debitoris. §. filio. ff. de leg. iii.

ADDITIONES.

Adde quòd istas limitationes refert & simpliciter sequitur Alex. allegando Ro. Iuc in apostil. ad Bar. in d. l. si ita. Et limitat tertio loco vbi versaretur fauor restitutionis & testamenti per l. placet. ff. de lib. & posth. & ibi Bar. postea verò inducit l. si ita. ad practicam, de qua ibidem per eum. Aliam limitationē ponit Lud. met. infrà singul. cccccxix. quod tempus. per tex. in l. cum certum. eo. tit.

Sequitur Alex. in d. l. si ita. vbi etiam limitat in casu l. placet. ff. de lib. & posth. de quo suprà sing. cccccxx. in fi. Tertiò limita non procedere ex mente testatoris dicta l. si ita. ibi, si aliud cōprehensum non esset. & Soci. Iun. consi. xcviij. dubia. lib. j. Quartò limita, quando legatum est vniuersale: secus si generalē. doctrina est Bar. in d. l. si ita col. ij. vel collectiuè legando armentum equorum. Ioann. Durant de arte testā. cautel. x. de legat. Quintò limita, in legato facto cōiunctæ personę, vt per Bar. ibidem, versi. hæc vera. & in l. si cognatis. col. ij. & clarius Soci. in l. j. nota. v. ff. de reb. dub. Sed tu dic contrarium, vt pulchrè per Cagnol. in l. fi. nu. 229. & sequen. C. de pactis. Sextò limita, quando testator vtendo verbo generali vteretur verbis futuri temporis, id est, quæ mea erunt. l. nuper. l. nomen. §. filio. ff. de lega. iij. Ioan. Dilect. vbi suprà. vel fuerint. Barto. in d. l. si ita. ij. viij. & ix. oppos. Et adde Augu. Bero. q. famil. xxx. illud etiam. Nic. Pign.

CCCCCIIII.

1 *Votum precedēs an dissoluatur per ingressum religionis subsequentem de voluntate superioris, puta, Abbatis?*
2 *Votum an dissoluatur per contractum matrimonij accedente consensu alterius coniugum?*
3 *Filiusfamilias de iure ciuili non obligatur ex voto, nisi de voluntate patris, & quid sit de iure canonico?*

1 CApias tria pulchra in materia de voto. Primò, † nunquid votū ante ingressum religionis dissoluatur per ingressum de voluntate superioris, scilicet Abbatis? Scis, quòd vota obligant quem Deo, vt dicitur, Vouete & reddite. c. & si Christus. & c. debitores. de iureiuran. sed superior non debet posse tollere obligationem Deo quæsitā. Tamen contrarium est verum. gloss. singularis xx. q. iiij. c.
2 monacho. Sed † an dissoluatur votum per contractū matrimonii accedente consensu alterius coniugum? Dic, q̄ sic. gl. sing. xxxiij. q. v. c. voluit. Tertiò tu scis l. si quis rem.
3 §. voto. ff. de pollicitat. quæ videtur velle, † quod filiusfamiliās non obligatur ex voto, nisi de volūtate patris. Sed an sit verum de iure canonico? Dic quòd non. glo. est singularis xxxij. q. ij. mulier. Et sunt tres rationes: nam filiusfamiliās delinquens etiam sine voluntate patris diabolo obligatur. cap. j. de delic. puer. ergo & Deo. Item vouendo filius ducitur spiritu Dei, & illa non sunt sub regula. xix. q. ij. duæ sunt. c. licet. de regula. Tertio, quia votū est quid spirituale: & in spiritualibus patria potestas non curatur. c. fi. de iudi. lib. vj. gl. in l. ait prætor. ff. de minor. & in ca. ex parte. de resti. spo.

ADDITIONES.

Adde glossam in c. monasterium. xx. q. iiij. & d. Ant. in c. scripturæ. in j. col. de voto. & in c. peruenit. de iureiu. vbi plenius per Feli. col. j. in fi. & principio sequen. Idem tenet beatus Tho. secunda secundæ. q. lxxxviij. art. vlti. Tho. & Richar. in iiij. dist. xxxviij. q. viij. arti. ij. limitatur, vt eleganter per Feli. vbi suprà. Ad ista vide etiam Ant. Sicul. licet prædicta non alleget in notabil. b. cclxxxviij. in verbo, votum.

Ibi, Tertiò tu scis, &c. hoc refert & sequitur Deci. in l. j. in vlt. lectu. col. iij. nu. 27. C. qui admit. Gab. Sar.

CCCCCV.

1 *Episcopus nunquid possit dare in obsidē vnum ex clericis sibi subiectis, & Abbas monachum?*
2 *Intellectus c. ex rescripto. de iureiur.*

1 NVnquid † Episcopus possit dare in obsidem vnum ex clericis sibi subiectis: & sic Abbas vnū ex monachis? Domini curiales communiter dicunt, quòd sic: & dicunt casum in c. ex rescripto. de iureiur. Sed contrarium est ve-
2 rum. gl. est singularis in c. vt pridem. xxiij. q. viij. † Nec obstat c. ex rescripto. quia ibi Abbas dedit de consensu Papæ: & est verum, sicut Deus est Deus. Adde ad l. obsides. ff. de testa.

ADDITIONES.

Adde omnino Anto. Sicu. in sing. cxcv. in verbo, obses.

Adde Soci. in tract. fallen. regula cclxvij Abb. Feli. & alios in d. c. ex rescripto. Rip. in l. obligatione. col. iiij. ff. de pigno. & hypothec. & Hierony. Giga. in suo solenni tract. crimi. læsæ maiest. lib. j. tit. qua. & à quib. cri. læsæ &c. q. xix. Nic. Pig.

CCCCCVI.

1 *Episcopus an possit de consensu Abbatis habere vnum eius monachum in cubicularium, volente monacho?*

1 AN Episcopus possit de consensu Abbatis habere † vnum monachum suum in cubicularium volente monacho? Diceres quòd non: quia monachus debet stare in cella. glo. tamen est singularis in contrarium in cap. cum pastor. xx. q. vij.

ADDITIONES.

Adde quòd istam gl. ita intelligit Gemi. post Lapum in c. si religiosus in fi. prin. de elect. Bal. in rub. de maior. & obe. Hoc tamen intellige, nisi monachus eligeretur in Papam, quia sine licentia Abbatis posset acceptare, secundum Car post Ancha. clemen. fi. in ij. q. de elect. per c. licet. de elect. & ibi etiam Card. sequitur gl. in c. cùm pastor. ij. quæst. vij. quam voluit allegare Roma. hic.

Adde Feli qui alios refert in cap. cùm I. & A. in fine, de re iudic. Nicol. Pign.

CCCCCVII.

1 *Iuranti si non accepturum, si in Episcopum eligatur, si posteà eligatur, an à secundo electo obijci possit de huiusce modi iuramento?*

1 QVid si vnus iurat, quòd etiam si † millies eligatur in Episcopum, vel Abbatem non acceptabit, si postea eligatur, inscio Papa de iuramento, & posteà secundus eligitur, qui obiicit primo, quòd non potest esse, quia iurauit: quid iuris? Duæ sunt gl. vna est in ca. archidiaconum. aliās Florentinorum. lxxvv. dist. alia in ca. Innocens. xxij. q. iiij quæ disputant istum passum. Finaliter decidunt, quòd iuramentum hoc non est seruandum, cùm sit contra publicam vtilitatem, vt l. ius gentium. ff. de pact. ad hoc vt dignior eligatur. Sed contrarium est verum: quia casus est in l. fi. ff. ad munici. cum modificatione, de qua ibi.

ADDITIONES.

Vide Cardi. post alios in d. ca. Archidiaconum. vbi plenè examinat. habetur etiam per doct. c. cum inter. de renun. & in c. debitores. de iureiu. in Spe. de leg. §. nunc ostendendum. versic. item Papæ. in fin.

Adde quòd opinio glossarum est magis communis, quam tenuit Bal. in l. si ad excludendum. versi. v. C. de rebus credit. Abb. in c. si verò. col. iij. versi. quinto. & ibi Feli. col. ij. de iureiurand. Ias. in §. item si quis postulante. nu. 70. & ibi per Lud. Gomes. post eos quos allegat in fi. distinguentem vt per eum. Instit. de actio. Nic. Pig.

CCCCCVIII.

1 *Procurator non habens speciale mandatum, an possit procuratorem ad appellandum substituere?*

1 DVbitatur nūquid procurator possit substituere † procuratorem ad appellandum, si non habet speciale mandatum? Facit dubium, quia licet post litem contestatam procuratorem constituere. l. post litem. ff. de procu. l. pluribus. C. eo. c. j. eo. ti. lib. vj. nam istud intelligitur in eadem instantia. Sed tamen dic contrarium, scilicet, q̄ possit substituere ad appellandum. casus est in l. ab executore. §. si procurator. ff. de appel.

ADDITIO.

Et ibi Bar, Alex.& alii. Bal. in additio. Spe.eo.tit.versic. substitutus. Nicolaus Pigno.

CCCCCIX.

1 *Mora non purgata ante litem contestatam, nunquid possit in causa appellationis purgari?*

NVnquid mora non purgata ante litem contestatam
1 †possit purgari in causa appellationis? Bald.dicit quod
sic. Sed contra eu est casus, in d.l.ab executore.§.si procu
rator.ff.de appell.licet ego in lectura mea cesprauerim.
Et adde no.per Bar.in l.ij.ff.iudi.sol.etiam ille tex.est sin-
gularis, quem not.

ADDITIO.

Dic quòd contraria opi.est verior: quam tenet idem Ro. Alex.& Ias & Rip. in l.si insulam.in ij.nota.vbi saluant hoc sing.ff.de verbo.oblig. Nic.Pig.

CCCCCX.

1 *Infamia an priuet quem ipso iure, an sententia requiratur.*

1 FVit à me quæsitum: an infamia priuet quem † ipso iure, an requiratur sententia? Dic quòd ipso iure. Primò per tex.in l.infamia.C.de decurio.libro x.in verbo, adiicit, quod est præsentis temporis, & per consequens ipso iure.glo.in l.in criminali.C.de iurisdict.omni.iudic.& l. iubemus.§.sanè.C.de sacrosanct.eccle.glo.in ca.in pœnis.de regu.iur.lib.vj.Secundò est casus in l.ij.§.miles.ff. de his qui not.infa.

ADDITIONES.

Quod intellige de dignitatibus & honoribus non beneficialibus, secus in beneficialibus. Abb.in ca.querelam.col.ij. & ibi latè per Feli.itidem col.ij.de iureiuran. Et licet glo.in d.§.miles.extendat ad militem cœlestis militiæ: tamen æquiparatio non procedit, ex quo non est eadem ratio, vt per Nicol. Euerar.in loco legali xxij.Sed maior est conuentio inter prælatū & ecclesiam, quàm inter militem & militiam.c.inter corporalia.de transla.prælato.ergo,&c.& vide etiam docto.in c.ij. de rescri. Nic.Pig.

Hoc tamen videtur posse limitari, vt procedat tantum in ea infamia, quæ prouenit ex maleficio, non autem ex cōtractu: quia ea minor est secundum Bald.in l.in re mandata.C.manda. & Innocent.in capitul.qualiter & quando. de accusa.quam limitationem etiam senserunt apostillatores Dyn. in reg.infamibus.de regu.iur.in vj.super verb.adde quod voluit allegare. Gab.Sar.

CCCCCXI.

1 *Militia an sit dignitas, vel officium?*

1 AN militia sit dignitas, vel officiū non curo: Ego † teneo quòd non sit dignitas.l.fi.C. de iurisdictione omnium iudic.

ADDITIONES.

Et rub.ac l.fin ibi, non militia, sed dignitas.C.qui milit.non pos. lib.xij.& l.pe.vbi Ias.in iuij.notab.ac alii no.C.de pact.Alex. in l.diem functo.col.v.& ibi cæteri Moder.ff.de offic.assess. Alciat.in tracta.de duel.capitu.xxx.& xliij. Et latè per Andr. Tiraquel.in tract.nobili,c.viij.Limita vt per Ias.& alios vbi suprà. Nic.Pig.

Vtrum militia sit dignitas, tradit Feli.in c.quanto.de magist.con clusio est quòd non: fallit in militibus vrbis Romæ, qui propriè equites dicuntur, non ab equitatu, sed ab æquitate, quia eorum officium erat æquitatem & ius tueri, præcipuè orphanorum, viduarum,& similiū personarū, vt in l.j.C.de equestr. dignita.lib.xij.& ibi Bar.in repetitio Fallit secundò in magistro, qui vulgariter appellatur cōductor armorum, vt in l.per Armeniam.C.de offic.magist.militum. Fallit tertiò si militia adiungitur alii dignitati, puta si doctor efficiatur miles, nam tunc militia est dignitas.ita sing.limitat Alb.de Rosa.in l.milites.C.locat.& sequitur Marti. Laudch.in tract.de principibus, in rubric.de mulue, conclusio.xiij. Fallit & quatiò si militia esset adiuncta nobilitati puta, si vnus nobilis creatur miles,& tunc militia est dignitas secundum Albe.in d.l.milites. Adde tamen in materia latè per Andræ. Tiraquel.in tract. de nobilita.c.viij.nume.5.ver.& sunt sanè multi. Sed quid si ab ignobili militia fiat, vel exerceatur iussu principis? vide eundem Roma.infra singul.dcccxiiij.ex cuius dictis huius quæstionis decisio habetur. Gab.Sar.

CCCCCXII.

1 *Iurans non reuelare secreta consilij, an possit reuelare sine metu periurij, secreta consilij illiciti?*

1 IVrans qui est de consilio ciuitatis seu principis† non reuelare secreta consilii: an possit reuelare sine metu periurii secreta consilii illiciti? Dic quòd sic: glos.est singularis in c.ego N. de iureiur.in verb.nulli pandā. Facit quod dicimus, quòd iurans seruare statuta intelligitur de licitis.de iureiur.c.j.lib.vj.l.nemo.§.si iussu.ff.de regu.iur.in gl.facit gl.xiij.dist.c.nerui.

ADDITIONES.

Adde quòd dictam gl.sequitur ibi Panor.quicquid dixerit Hosti. Et intellige quòd consilium illicitum, vel alteri nociuum possit reuelari ei, cui potest prodesse non obesse: vt puta sacerdoti, qui admoneat illum, vel oret pro illo.arg.c.hic videtur.alleg.in illa gl.& dicit esse notandum,& pro hoc videndū tex.iuncta glo.sing.in verbo, contagione, in c.nerui.alleg.per Roma.hic.Istud etiam sequitur Feli.in d.c.ego N.colum.penulti.in fin.

Et facit c.non est obligatorium.c.in malis.de reg.iur.li.vj.Et tale iuramētum temerarium est,& inducit peccatum mortale, vt in simili per Feli.in c.intimauit.col.j.& iij de testi. Et idem si producatur in testem tenetur reuelare.Ias in l.ii.nu.20.ff.qui satisda.cogan. Hippo.sing.cccexxiij.accipe. Et ad mandatum superioris tenetur reuelare, vt per Cagnol.in l.si quis maior. nu.171.referentem se consuluisse contra nonnullos Theologos.C.de transact. Nic.Pig.

Hoc diffusè prosequitur Paris de Put.in tract.syndica.in rub.de excessib.consiliar.col.j.nu.5. Et faciunt notata per Didac. Seguram in repe.l.si ex legati causa.nu 16.ff.de ver.obli.Ferdin. Loazes in tracta.super noua paganor.conuersio.col.xxj.nu. 4. Facit glo.sing.in c.iij.in versi.nulli.& ibi Abb.& Felin.nu. 9.de iureiur. Inno.in c.ad nostram.eo.tit.& in capi.venerabilem.de electio. Gab Sar.

CCCCCXIII.

1 *Exemptus à iurisdictione ordinarij an intelligatur similiter exemptus à iurisdictione legati ipsius eximentis?*

1 AN exemptus à iurisdictione cuiuslibet ordinarii† intelligatur exemptus à iurisdictione legati ipsius eximentis? Videtur quòd sic propter generalitatem priuilegii. Sed contrarium est verum.verbum singulare Io.and. in c.j.de verbo.signifi.lib.vj.per illum tex.quem dicit non esse alibi, in nouel.

ADDITIO.

Intellige secus in legato, qui non sit de latere, vt per eundem Ro. consi.cccexcviij.in casu.nu 5.post Spe in titu.de legato.§.superest.ver.sed nunquid legatus.glo Abb.& alii in c.j.& capi. quod translationem.de offi.lega.& in c.si Abbatem.de elect. lib.vj. Nico.Pign.

CCCCCXIIII.

1 *Contractus calore iracundiæ celebratus, an valeat?*
2 *Votum calore iracundiæ factum an obliget?*
3 *Iuramentum ab irato præstitum, an teneat?*
4 *Confessio facta ab irato, an valeat?*
5 *Delinquens an excusetur à delicto propter iram?*

VOlo commentare l.quicquid calore.ff.de reg.iur.quæ
dicit quòd id quod calore iracundiæ factum est, pro
infecto habetur. Primò quæro de contractu. Secundò de
voto. Tertiò de iuramento. Quartò de confessione. Cir-
1 ca primum dic, quòd contractus† calore iracūdiæ factus
non valet.l.iij.ff.de diuor.l.licitatio.in prin.ff.de publi-
can. (Et est licitatio subhastatio, vel oblatio ad subhasta
tionem.) facit, quia contrariorum eadē est disciplina, sed
dicta ioco non obligant, vt l.ij.in fi.ff.de act.& obli.ergo
nec dicta calore iracundiæ. Fallit, nisi fiat contractus ad
pias causas: tūc enim valet.casus est singularis xvij.q.iiij.
c.sunt qui opes.& hoc adde ad Bar.in d.l.quicquid. alle-
gat tamen tex.ij.q.iij.c.si quis iratus.qui nil facit. Secūdò
2 de voto† calore iracundiæ facto, an obliget? gl.est singula
ris in c.dudum.de conuer.coniu.quæ etiā determinat quod
non, per illum tex.pro quo facit ratio. Deus enim ad obli
gandum aliquem sibi solum cor, nō verba, respicit.xiiij.
q.v.c.si quod inuenisti, Refero secundò doctrinam Ioan.
Andr.

And.allegantis beatum Thomã secunda secundæ,de vo
to.c.literaturam.vbi dicit,vt quis obligetur ex voto tria
requiruntur.Primum deliberatio. Secũdum propositum
voluntatis.Tertium promissum subsequens: sed in pro-
posito in voto cum iracũdia non est deliberatio,&c. Ter
tiò facit tex.qui dicit,militem volũtarium non coactum
eligit sibi Christus.c.non est.xv.q.j. Tertiò principaliter
3 quæritur† de iuramento præstito ab irato,an obliget?Le
gistæ non habent nisi vnum tex.de hoc in l.ij.ff.ad le.Iul.
maiesta.vbi tex.vult,quòd non:quia ita iurans non inci-
dit in crimen læsæ maiestatis,scilicet, Dei, secundum v-
num intellectum.Canonistæ in cap.sicut.j.de iureiur.vbi
4 videtur casus.Quartò quid† in confessione facta ab ira-
to,an valeat?Dic quòd non.glo.est singularis in c.ex lite-
5 ris.de diuor.Vltimò† quid in delicto, an quis excusetur
propter iram? & certè si excusaretur rarò delinquentes
punirentur.dic ergo quòd punitur quis.l.si non conuitii.
C.de iniur.sed credo quòd mitius puniatur,quàm si deli-
beratè delinquat,vt l.j.C.si quis impera.male.vbi exper-
sonis dicta pensantur.Secundò tex.in l.famosi.ff.ad leg.
Iul.maie.quæ dicit quòd lubricum linguæ non est tra-
hendum ad punitionem.*percioche e come l'Anguilla*.quan-
do exit de mare,& intelligitur ad punitioné,scilicet, ma-
6 gnam. Tertiò parcendum est iracundiæ calore commo-
tis:quia eo tempore omne quod faciunt, putant esse iu-
stum.xj.q.iij.c.illa propositorum.Quartò est text.dicens,
commotio enim iræ vitium excludit calumniæ & doli.ij.
q.iij.l ij.tex.xv.q.j.c.inebriauerunt.vbi optimus text. Et
ex his habes expeditã d.l.quicquid calore.Vltimò addo
tex.xiij.q.ij.c.si quis irascitur.

ADDITIONES.

Adde quòd ista dicta refert & sequitur Felin.in c.Matthæus.de
simo.& ibidem dicit,quid de professione.
Adde Ias.in l.si filiam.C.de inof.test.Deci.& Cagno.in d.l.quic-
quid calore.ponentes v.limi.Nicol.Boër.decisi.clxviij.ad fi.
Ludo.Carer.in tract.de homic.§.vj.nu.171.post eos quos al-
legant. Nico.Pign.
Ibi,quartò quid in confessione facta ab irato &c. Adde latè Lan
fran.de Oria.in c.quoniã contra.in ver.confessiones.in prin.
& ibi Celsus Hugo in apostil.incip.Adde Felin.in c.cum te.
de re iudi.vbi plenè tradit.extra de probatio.& per Petrum
Duẽñas in reg.cxix.incip.confessio extraiudicialis.in tertia
limitatione.& in regu.ccxcij.incip.factum,vel dictum calore
iracundiæ.vbi plenè in materia legitur,& infinita cumulat.
Ibi,Vltimò quid in delicto,&c.Adde text.in l.si adulteriũ cũ
incestu.§.imperatores.ff.de adulte.& in l.j §.item diuus.ff.ad
l.Cornel.de sicar.vbi,si quis iracundia,vel iusto dolore com-
motus,aliquem occidat,mitius punitur, & relegatur :vt per
Hipp.de Marsi.in d.l.j.in xij.limita.& in singul.dcxxvj.& in
practica crimi.in §.quoniam in versi.item etiam scias.Paul.
de Cast in consi.cxcij.Are.in consi.clxv.col.fi.Thom. Gram
ma.voto xxiij.Ioan.de Arno.soliloquio xxij.& seq.& Hipp.
de Marsi.in d.§ item diuus.& in consil.cxix.& consi.vltimo.
Feli.in c.dilecti.in ij declara.de exceptio.vbi dixerunt,quòd
licet homicida occidi debeat.l.iij.C.de episco.audien.tamen
in potestate iudicis est homicidam deportare, quem impulit
iracundia etiam orta aliter quàm ex facto offensi.proquo al-
legant tex.in l.lex Iulia.in fin.ff.ad l.Iul.repetun.De quo per
Bald.in l.si non conuitii.C.de iniuriis.per Ias.in l.si filiam.C.
de inoffi.testa.Luc.de Penna in l.omnes omninò.C.de Decu
rio.li.x.Decius plenè in d.l.quicquid calore.hic allegat. Tho-
mas Gramma.consil.xxix.xxxix.& lxiij.& per Hip.de Marsi.
consi.lxxx.Facit ratio,nam homo ira commotus non est in
plenitudine intellectus,vt dixit Bal.in cap.j.§.j.in fin.de pace
iuramen.firmã.& per Catellia.Cot.in memoral.in verb.de-
fensio licita.Quid autem sit in contractibus,& aliis exemplis
hic à Rom.positis,latissimè tradit And.Tiraq.in tract.de pœ
nis temperandis aut remittendis.in prima causa.per totum, &
maximè nu.24. Gab.Sar.

CCCCCXV.

1 *Compromissum si à partibus in Titium fiat, qua promittunt, & iu-
rant eius mandato stare,an intelligantur in eum vti in arbi-
trum,an vti in arbitratorem compromisisse?*

1 PArtes compromittentes in Titium promittunt & iu-
rant stare mandato suo,& non† apparet,an compro-
miserint in arbitrum vel arbitratorem:quomodo intel-
ligetur?Et quòd vt in arbitratorem videtur casus in l.so-
cietatem.ij.ff.pro socio.l.si in lege.in prin.ff.loca.l.liber
tus.ff.de oper.liberto.& l.j.ff.de lega.ij. Sed non faciunt:
quia loquuntur quoties compromittitur in alterum ex
partibus.Tamen dic,quòd intelligitur etiam isto casu in
arbitratorem.text.est singularis secundum intellectum
Hosti.vt refert ibi Ioan.And.in nouella,in cap.veniens.
de iureiuran.

ADDITIO.

Vbi per Abb.& alios.Alex.in l.j.§.& post operis.col.j.ff.de no.
oper.nun.vbi limitat quando illa compromissio non potuis-
set fieri in Titium tanquam in arbitratorem.arg.l.quoties in
stipulat.ff.de verbo.oblig.& c.Abbate.de verbo.significa.&
quid in cõmittentibus se in manibus regis, quomodo dican-
tur compromittere.Bald.in vsib.feud.tit.de inuesti.in mari.
fact.col.fi. Nic.Pign.

CCCCCXVI.

1 *Periurus ex non obseruatione iuramenti liciti,beneficio, & digni-
tate priuatur.*
2 *Iurans secundò totum contrarium eius, quod primò illicitè iura-
uit,omni dignitate priuatur.*

1 PEriurus ex non obseruatione iuramenti liciti† priua-
tur beneficio & dignitate.de iureiu.c.querelam.secus
si iuramẽtum fuit illicitũ.casus est in c.grauis.& c.signifi
2 cauit.de censi.Istud secundum limita, † vbi secundò iu-
rauerit totum contrarium eius quod primò illicitè iu-
rauit,tunc enim priuatur omni dignitate.casus est de iu-
reiur.c.tua.j.vbi est casus singularis.& nota.

ADDITIO.

Adde ibi docto.Rip.in capitul.ij.in j.notab.in iiij.amplia.& ij.li-
mita.de rescript.Ludouic.Gomes in §.item si quis postulan-
te.columna xiiij.Institut de actio.vbi latè tractant de pœnis
periurii vltra eos quos citaui suprà singul.cccccxxv.Ias. in l.si
duobus.§.item Pomponius.ij.notab.ff de iureiurand quo in
loco tractant docto.primò,an vlteriori iuramento standum
sit.Intellige istud singu.vt possit priuari beneficiis,non au-
tem deponi ab ordinibus,iuxta not.in ca.cùm non ab homi-
ne.de iudic.secundum Abbatem,Felin.ibi.& Rip.vbi suprà.
Nicolaus Pigno.

CCCCCXVII.

1 *Iurans metu id facere,ad quod tenetur,an possit petere absolutio-
nem a iuramento?*

1 IVrat quis metu compulsus id facere ad† quod tenetur:
nunquid possit petere absolutionem à iuramento? Pri
ma fronte videtur dicendum quòd non. superior enim
non potest absoluere nisi ex iusta causa. igitur, &c. Non
obstat quòd metus sit iusta causa:quia casus est singula-
ris in l.fina.§.fina.ff.quod metus caus.vbi compulsus sol-
uere id ad quod tenetur,non reuocat solutionem : ita e-
tiam in proposito.Contrarium est verum:istud est singu-
lare dictum Ioan.Andr.in nouella in capit.ad nostram.
iij.de iureiurand.Quod probatur primò : quia ipsi debi-
tori coacto iurare infertur ex hac coactione iniuria,vt in
capit.legebatur.de maio.& obedien.ergo ista illatio in-
iuriæ est iusta causa. Secundò, quia debet superior au-
ferre occasionem peierandi: vt l.ij.C.de indic.vidui.l.j.si
aduersus ven.l.iij.ff.de iureiuran.sed metu compulsus ad
iurandum inducitur ad peierandum : ergo, &c. & istud
tene menti.

ADDITIONES.

Adde quòd idem tenuit Panor.in c.ad nostram.*l'ultimo* hic alleg.
& dicit esse notandum.
Sequuntur communiter doct in dicto capit.ad nostram.iij & in
cap.cum contingat.& per Feli.in c.si vero.eo.titu.de iureiur.
Nicolaus Pigno.
Multos casus,in quibus super iuramẽto dispensatur ponit Guido
Papæ decisio.Gratianop.ccxxiiij.item fuit dubitatũ.Et an in
tali dispensatione requiratur causæ cognitio,tradit idẽ Guid.
deci.ccxxv.& in materia multa scribit decis.cxl. Gab.Sar.

CCCCCXVIII.

1 *Vasallus alienans feudũ saluo iure,vel honore domini,an priuetur?*

1 TV habes, quòd si vasallus alienat feudum † sine consensu domini, feudo priuatur, ita & emphyteuta emphyteusi. l. fina. vbi Bald. C. de iure emphy. quid si alienet feudum saluo iure domini? Vide ibi Bald. & in c. j. §. hoc quoque. col. iiij. ver. sed hic quæro. de succes. feud. Sed quid si dicat, saluo honore domini, an tunc feudo priuetur? Videtur quòd non, per suprà dicta. Contrarium tamen est verum: ita singulariter determinat Hosti. & refert ibi Io. Andr. in c. eam te. de iureiur. & ratio est, quia protestatio contraria facto non releuat protestantem, vt in c. sollicitudinem. de appella. & in c. cùm M. Ferratiensis. de consti. l. cùm plures. §. locator horrei. ff. loca. & plenè in l. non solum. §. morte. ff. de operis noui nuntia. requiritur enim consensus domini in alienatione feudi: primò, vt recognoscatur in superiorem. Item ne sibi præiudicetur. cap. j. de alie. feud. facit text. not. in l. debitor. §. j. ff. quib. mod. pign. vel hyp. sol.

ADDITIONES.

Adde quod sequuntur But. Imo. & Cardi. ibidem: & dicunt idem de verbo saluo iure, quia malè ius seruat qui totum eneruat. Solent tamen saluari istæ clausulæ per verba superaddita, sed quia longior est materia, vide plenè Sand. in cap. quæ in ecclesiarum. colum. xxix. de constitu. plenè etiam per Cæpol. in caute. xxij. incip. consilium. vide etiam per Iaso. in d. §. morte, nu 27. ad hoc vide suprà sing. cccclxxv. incip. emphyteuta. & quæ ibi dixi.

Et vltra coapost. meum, adde Ias. in l. fi. col. pe. C. de iure emphyt. Soci. in regul. ccccxxxuij. fallen. ij. Matthæ. de Afflict. in c. imperialem. in princ. q. xxxviij. de prohib. alie. feud. per Federic. Franc. Rip. in d. cap. cùm M. nu. 80. Deci. consi. clx. in causa. ij. dub. August. Bero. post alios in c. potuit colum. vj. de loca. & cond. Andr. Tiraq. in tract. de consti. xxvj. limit. nu. 6. & adde suprà sing. cccc xliiij. Nic. Pig.

Vltra alios hic allegatos, adde Catellia. Cot. in memoral. in versi. vasallus vendens. Gab. Sar.

CCCCCXIX.

1 *Legatis florenis, qui tempore testamenti minus valēt, quàm tempore solutionis, quodnam tempus inspiciatur?*

1 QVod tempus inspiciatur in solutione monetæ, aut † tempus promissionis, aut tempus solutionis, habes per Bar. in l. Paulus. ff. de solu. & l. cum quid. & l. quod te. & l. vinum. ff. si cer. pe. per Bal. in l. illud. C. de sacrosan. eccle. & in l. ij. C. commu. de leg. per Canonistas in capit. quanto. de iureiu. & in c. cùm olim. de censi. & in clem. si beneficiorū. de decimis. Modo quæro, legantur mihi decem floreni, qui tempore testamēti valent minus, quàm tempore solutionis: quodnam tempus inspiciatur? Videtur quòd in dubio inspiciatur tempus testamenti. l. si ita. ff. de auro & argen. leg. & l. medico. eo. ti. l. fi. §. indiuisam. ff. de leg. ij. præterea nummis legatis minores debentur. ff. de leg. iij. l. nummis. ergo, &c. In contrariom tamen est casus singularis, quòd tempus solutionis attenditur. in l. cùm certum. ibi, pretium præsentis temporis. ff. de auro & argen. leg. nisi hæres fuerit in mora, vt dicta l. vinum. ff. si certum petatur.

ADDITIONES.

Adde quod Oldr. consi. xxxj. tenet quòd de illa moneta debent solui legata, quæ erat tempore conditi testamenti, & non tempore mortis. Adde etiam quod idem in consil. xiij. dicit, quòd cosideratur æstimatio monetæ, quæ erat tempore latæ sententiæ, vel laudi, non quæ erat tempore solutionis.

Adde eundem Ro. in consi. cxxiij. circa primum. col. ij. vbi reprobat consi. Old. xxxj. thema tale est, vti immemoris d. l. cū certum. Contrarium, quòd tempus testamenti inspiciatur, tenuit Oldr. vbi suprà. Abb. qui alios citat in d. c. quanto. col. pen. & in d. c. cum olim. Alb. idem Ro. in l. cum quid. vbi Ias. col. fin. ff. si cer. pe. allegantes text. no. in l. vxorem. §. testamento. ff. de legat. j. Cagnol. post Brun. per eum allega. in l. finali. numero 236. C. de pact. Do. Soci. Iun. cosi. cxlij. in præsenti. ij. volumi. Nicolaus Pigno.

Vide Guid. Pap. decisio Grationo. 493. si fiat monetæ mutatio, vbi multa ad hoc facientia scribit. Vtrum autem appellatione monetæ contineatur moneta aurea, tradit idem Guid. decisio. cccc xcij. vtrum appellatione. Gabr. Sar.

CCCCCXX.

1 *Donatio propter vitium ingratitudinis reuocatur, nisi sit remuneratoria.*

1 * DOnatio reuocatur propter vitium † ingratitudinis. * C. de reuo. dona. l. fi. & Insti. eo. titu. §. aliæ. & extrà de donatio. c. propter eius. Fallit, nisi sit donatio remuneratoria. tex. est singularis in n̄cta gl. in l. si pater. §. j. vna cum gl. in ver. irreuocabilis. ff. de dona. quod perpetuò menti fixum habeas.

ADDITIONES.

Sequitur idem Roma. in consi. xxvj pro decisione. col. fi. versi. j. & consi. ccxcviij. circa in fi. & cōsi. ccccxxxvj. quod indultum. col. iij. Ias. in l. ex hoc iure. colum. x. ff. de iustitia & iure. & in l. si non sortem. §. libertus. columna iiij. ff. de condict. indebit. Deci. in consi. xx. in causa. Ripa in l. si vnquam. quæstio. xiiij. C. de reuo. dona. Ioan. Lupus in repetitio. rub. de donatio. inter virum & vxorem. §. 50. Thom. Gram. deci. lxv. colum. vj. Nicol. Boër decisio. xxvij. mater. & ccxxviij. testamentum. circa fi. Lud. Gomes in §. item seruiana. nume. 44. Institutio. de actio. vbi ponunt iij. vel iiij. limita. post eos, quos allegant. Nicolaus Pignol.

Quòd donatio remuneratoria prætextu ingratitudinis non reuocetur, tradit etiam Hippo. de Marsi. in singu. cclxij. & cccxxxiij. pactū. Et ratio videtur, quia quilibet ad antidora obligatur. argu. text. in l. si verò non remunerandi. §. idem Papinianus. ff. manda. & quod nota. in l. si non sortem. § libertus. ff. de condict. indebiti. & in l. sed si lege. §. consuluit. ff. de petitio. hæredi. & in l. si testamento. §. j. ff de fideiussor. Quæ ad antidora obligatio hunc effectum producit. Duos alios effectus dictæ obligationis ad antidora ponit Didac. Segura in repetitio. l. ab exhæredati. col. antepe. ff de leg. j. Alium Ias. in l. principalibus. col. iij. ver. vj. limit. ff. si cer. pe. vbi probat validam esse donationem remuneratoriam factam officiali publico durante officio. arg. text. in l. Aquilius. ff. de don. Decem & octo effectus idem Iaso. cumulat in d. l. si non sortem. §. libertus. col. iiij. ff. de condict. indebi. Vnum Rodericus Suares in titu. *de las ganantias*. lib. iij. fnri fo. 17. vers. ij. conclusio. Triginta quatuor & plures effectus describit nuncupatim Andr. Tiraquel. in repetitio. l. si vnquam. in versi. donatione largitus. nume. 11. cum pluribus seq. C. de reuocand. donatio. Et in tracta. de vtroque retractu. §. xxv. in glos. ij. nume. 3. Chassæn. in consuetud. Burgund. rubri. iiij §. vij. nume. 7. fol. 157. plura singularia congerit Ioan Lupus in repet. rubr. §. j. colum. j. Et Ioan. Neuzan. in Sylua nuptiali lib. ij. nu. 28. & in addit. Benedicti de Vadis ad Felin. in c. nouit. de iudi. in ver. limit. iij. nume. 12. Panthaleoo de Crema. in repe. l. ij. colum. 29. ver. xx. dicta regula. C. de rescind. vendi. Deci. consi. xx. & ccxxiij. nu. 7. Ias. in l. ex hoc iure. numer. 55. ff de iustit. & iur. & in l. Nesennius. nume. 67. ff. de re iud. & in authenti. vnde si parens. C. de inoffic. testa. nu. 24. & in l. petens. nu. 17. C. de pact. & in l. Iulianus. §. qui fundū. nu. 14. ff. de ver. ob. & Gomes in §. itē seruiana. nu. 44. insti. de acti. Deci. in l. donari. nu. 2. ff. de reg. iu. Nic. Boër. decisio. 27. Ioan. Bernard. in tracta. fallentia. regul. cxlj. & cxlij. Alciat. in tracta. de præsumptio. regul. j. præsumptio. xvj. Gomet. in l. xv. Tauri. nu. 95. Ioan. Lupus in l. xvij. Tauri. Et Didacus del Castillo in procemio earundem decis. in gloss. super verb. *gracia de Dios*. Et io l. xxix. in gloss. super ver. *las otras donaciones*, vbi plura in praxi necessaria & quotidiana inuenies. Gab. Sar.

* Vitium ingratitudinis. Sed an poterit reuocari per hæredē ex causa antè commissa tempore donatoris, sicut per ipsum potuisset? Videretur quòd non, per tex. in l. vlt. ad fi. C. de reuoc. do. & consuluit Cor. consi. xv. lib. j. Sed ille tex. declaratur singulariter quando donator decessit, sciens donatarium fuisse ingratum: secus si ignorauit: quia tunc poterit hæres reuocare. ita sing. Io. and. in c. fi. de don. per illum tex. in ver. tacui. & pro singu. approbat, & dicit de iure veriorem Alex. in l. rei iudicatæ. col. ij. versi. & pro Romano. ff. sol. ma. Secundò declaratur etiam, quando donator sciuit, sed repentina morte præuētus, non potuit reuocare, per aliud singu. dictum Io. and. in addit. ad Spec. in titu. de feu. §. vlt. in addit. reuoluitur hæc quæstio. Tertiò declaratur, quando hæres vellet reuocare propter pacta non seruata: quia bene potest, ita singu. Bal. & Salic. in d. l. vlti. & approbat And. Sicul. in d. c. fin. de dona. Cott. in verb. donatio perfecta.

CCCCCCXXI.

1 *Calice ecclesiæ legato, an argẽteus, aureus, vel plumbeus debeatur?*
2 *Calix ecclesiæ ex dispositione iuris communis, ex argento, vel auro tantùm fieri potest.*

QVæro, quid si lego ecclesiæ vnum calicem, an debea
1 tur † argenteus, vel aureus? Videtur quòd argẽteus:
quia minoris æstimationis. l. apud Iulianum. §. Seio. & l.
legaro generaliter. ff. de leg. j. l. si ita relictum. ff. de lega. ij.
& non plũbeus: quia dispositio testatoris intelligitur con-
formis cum dispositione iuris communis: sed dispositio
2 iuris communis vult, quòd † calix non possit fieri nisi de
argẽto vel auro. casus est in ca. & calix & patenæ. de con-
secra. dist. j. dicas ad propositum quòd fauore piæ causæ
fallit dict. §. Seio. text. est singularis in l. Titia. §. fin. ff. de
auro & argento lega. nota bene.

ADDITIONES.

Et hoc commun. approbatur, vt per Barto. in dicto §. fina. Bald. & alios in l. si nondum C. de furt. Bal. in initio decret. Abb. & & Barb. in c. indicante. de testa. Soci. in regula cccx. xlj. priuilegio piæ causæ. Ias. in l. si ita sit adscriptum. col. fi. ff. de lega. j. Gozad. consi. lx. prima facie. nu. 15. Deci. in l. semper in obscuris. ff. de reg. iur. Et ille tex. secundum antiquam literam optimè probat, vt declarat Cagnol. in d. l. semper in obscuris. vbi pulchrè excussit etiam intellect. cap. ex parte. de censi. & Ludo. Gomes in §. ex maleficiis. colum. fina Institut. de action. Nicol. Pignol.

Adde notata per Cagnol. in l. in testamentis plenius. col. j. versi. & mouentur præfati scribentes. ff. de reg. iur. Gab. Sar.

CCCCCCXXII.

1 *Ciuitas non habens superiorem an possit facere constitutionem, quòd nullus ciuis extra ciuitatem habitare, vel mercari possit?*

POtest-ne Dominus, vel ciuitas non habẽs superiorem
2 facere † constitutionem, quod nullus ciuis possit ha-
bitare extra ciuitatem, vel mercari? Dic quòd sic. casus
est singularis in l. fina. ff. de decre. ab ordi. facien. pro hoc
l. quod promulgatis. C. de offi. præfect. vrb. l. mercatores.
C. de commer. & merca. & ibi etiam est casus. & ita con-
sului, & pro hoc etiam induxi quod notat Bart. in l. rele-
gatorum. §. interdicere. ff. de interdict. & relega.

ADDITIO.

Adde quod est consi. lix. ad discutiendum. in primo dub. vbi consuluit super edicto facto per vicarium Fani. Et per illud notab. & singul. dicit quòd potestas statuẽtium inter suos subditos territorio non arctetur, quando est expressum in statuto. Idem Roma. consi. xxxix. in proposita. in prin. Alex. consi. xlj. lib. v. Pau. de Cast. in l. fina. col. ij. & ibi Hippol. de Marsi. nu. 142. & Cagnol. qui infinitos citat sub nume. 16. ff. de iurisdictio. omnium iudi. Nic. Pig.

CCCCCCXXIII.

1 *Dispensatio facta per inferiorem à principe, an possit per eundem absque causa reuocari?*

AN dispensatio facta per inferiorem à principe possit
1 † per eundem absque causa reuocari? de hoc nouiter
fui consultus. De hoc Ioan. Andr. ponit in additio. Spe-
cul. in rubri. de sequestra. pos. & Old. in cons. cciij. factum
tale est. iij. dub. Dic quòd non. gl. est singularis in ca. eum
ex eo. ver. septen nium. de elect. lib. vj. allegat c. ex tua. de
filijs presby. & c. decet. de regul. iur. lib. vj.

ADDITIONES.

Adde quod facit. § porro. in dicto cap. cùm ex eo. Et istam partem tenet Oldra. consi. ccj. & dicit quòd istud maximè procederet, quando vellet reuocare re non integra, puta, quia forte scholasticus iam libros parauerat & incoepit studere, vt ff. de condict. ob causam. l. si pecuniam. secundum eum facit quod not. in cap. in causis. de electio. in vj. idem tenet Gemin. in dicto cap. cùm ex eo. colum. iij.

Sequuntur Domi. & Phil. Franc. qui alios citant in dicto c. cũ ex eo. & Deci. in c. at si clerici. §. de adulteriis. col. vij. versi. & ad hoc facit. de iudic. Et adde docto. in cap. penul. & fin. de cleri. non resid. Nico. Pign.

CCCCCCXXIIII.

1 *Ius accrescendi an habeat locum in pœnis. Et quid in salarijs?*

1 AN ius accrescẽdi habeat locum in pœnis? † Dic quòd
sic, casus est singularis in l. arbiter intra certum. ff. de
arbit. quod not. Item an habeat locum in salariis? dic i-
dem. l. iij. C. de leg. li. x.

ADDITIO.

Adde eundem Roma. in l. j. & ibi Ias. in fi. post alios. C. quã. non peten. par. Ias. in l. re coniuncti. nu. 219. & ibi latè per Moder. ff. de legat. iij. Nico. Pigno.

CCCCCCXXV.

2 *Iudex nunquid ex officio possit per inquisitionem procedere super iure, vel rebus ecclesiæ?*

1 INno. dubitat, nunquid iudex ex officio † possit per in-
quisitionẽ procedere super iure, vel rebus ecclesiæ? Scis
quod regulariter non potest ex officio inquirere. l. rescri-
pto. §. si quis accusatorem. ff. de muner. & hono. Quod
fallit in multis casibus positis in glo. in c. vno. vt eccle-
siastica beneficia. per Bart. in l. ij. §. si publico. ff. de adult.
per Bald. in l. iubemus. ff. de proba. & Ang. in repe. l. si va-
cantia. C. de bo. vac. & ponit hoc Inno. in c. ad nostram.
penulti. de iureiuran. & determinat quòd non: nisi sit Pa-
pa qui hoc potest ex plenitudine potestatis. allegat c. cum
olim. de testib. Idem Innocen. in cap. quoniam frequen-
ter. §. sunt & alij. vt lit. non contesta. dicit, quòd ratione
excessus commissi in rebus, seu iure ecclesiæ potest iudex
ex inquisitione procedere. ecce ibi contrarium. Sed quæ
opinio est verior? Dic quòd hoc vltimum est verius, scili-
cet, quòd possit procedi. quod probo per tres rationes
breues: & ita habeo consulere. Primò ratione publica vti
litatis vt l. congruit. ff. de offic. præsid. sed vtilitas publica
consistit in sacris. l. j. §. ius publicum. ff. de iustitia & iure:
ergo, &c. Secundò, quia in iuribus principis temporalis,
puta Papæ, vel Imperatoris, potest: vt est casus in d. l. si va-
cantia. ergo multo fortius in iure principis æterni: bona
enim ecclesiæ bona Dei dicuntur: vt probatur in ca. cum
ex eo. de elect. li. vj. plenè per Inn. in c. cùm super. de causa
possess. & proprieta. Tertiò, quia pro vtilitate miserabilis
personæ potest. l. nec quicquam. §. aduocatos. ff. de offic.
procons. Bart. in §. hoc autem iudicium. l. iiij. ff. de dam.
infec. ergo fortius pro vtilitate Dei.

ADDITIONES.

Adde Panor. in d. c. ad nostram. vbi dictum Innoc. dicit oportere intelligere, quando iudex vult procedere super iuribus ecclesiæ occupatis, vel malè detentis, ita quòd euitatur excessus. Et vide circa hoc quod notat idem Innoc. in ca. episcop. de reb. eccl. non alie. Sed Panor. plus placet, vt indistinctè possit iudex procedere ex officio super iuribus ecclesiæ per rationes, de quibus ibi per eum, quas recensere non curo.

Et hæc opinio videtur verior, pro qua quartò facit ad correctionem peccatorum, & vbi periculum animarũ imminet etiam ad priuatam vtilitatem tantum iudex ex mero officio potest specialiter absque denuntia, & absque fama inquirere. d. c. ad nostram. ij. & ibi Abb. & alij, de iureiuran. Sed dilapidare bona ecclesiæ est peccatum mortale, & ex hoc anima periclitatur. c. non liceat. cum simi. xij. q. ij. ergo, &c. Et adde Socin. in regu. xx. fallen. ij. Fran. Aret. in c. qualiter & quando. ij. & ibi Augu. Bero. col. iiij. de accusa. Nico. Pig.

CCCCCCXXVI.

1 *Filij sacerdotis, sunt serui illius ecclesiæ, cuius pater est sacerdos seu clericus.*

1 DIc quòd filij sacerdotis sunt serui illius † ecclesiæ, cu-
ius pater suus est sacerdos, seu clericus. casus est sin-
gularis xv. q. fi. c. cùm multę. adde ad materiam seruorũ.

ADDITIO.

Adde Specu. in titu. de statu monacho. versicu. lix. & ibi Bal. Card. in clemen. j. quæst. ix. de deci. Ioan. Arno. dialog. lxij. Consuetudo tamen aliter obseruat. glo. in dicto cap. cùm multæ. Abb. in cap. j. in fi. de treug. & pac. Ioan. Fab. in §. seruitus. Institu. de iure persona. Nico. Pign.

CCCCCCXXVII.

1 *Filius procreatus à coniugibus post votum continentiæ, & ingressum religionis, an sit legitimus vel spurius? & an dicatur seruus illius ordinis, quem eius pater ingressus fuerat?*

MAritus & vxor si volunt ad vitam monasticam trans-
ire,possunt,si vouent continentiam,& vnus alteri cō
sentit,non tamen desinunt esse coniuges quo ad substan-
tiam matrimonij,licet secus sit quo ad thorum.c.j.& ca.
coniugatus. & ca.ad apostolicam. de conuer.coniuga.l.
Deo nobis.C.de episcop.& cleri.& §.si verò constante. in
1 authen.de sanct.episco.modo post votum † continentiæ
maritus & vxor habuerunt simul rem, & procreârunt fi-
lium,quæritur an sit legitimus?Dic quòd non,imò est spu
rius.gloss.est singularis in c.ministri.lxxxj.distin. & illam
refert Innocen.in cap.dudum. de conuer. coniuga. Imò
illa glo.vult etiam,quòd sit seruus illius ordinis, quē eius
pater ingressus fuerat.quod est notandum. & ita consul-
tus nunc de facto respondebo.

ADDITIONES.

Adde Host.in summa de filiis presbyter.§.quis possit.versi. quid si sacerdos.sed Rayn.contra.lxxxj.distinct.in summa. versic. sed pone. Nico.Pign.

Sequitur Goffre.in sum.de fil.presbyt.in §.item quid si. Archi. in dicto c.ministri.Abb.in cap.literas.col.j. de fil.presbyt. & in c.charissimus.circa fi.de conuer.coniuga.vbi dicit fortius, quòd vnuente vxore continentiam marito intrante religionem,vel ad sacros ordines promoto,si coniungantur de nouo, soboles non est legitima.

CCCCCXXVIII.

1 *Vbicunque per pactum nudum promittitur illud idem, quod est debitum de iure,oritur actio.*

2 *Vxor si sibi pro alimentis à viro debitis per pactum nudum prospiciat,oritur vtilis actio in factum.*

TV audiuisti à magistro tuo l.legē.C.de pac.Sed quæ
ro de duobus.Tu habes gl.singularē,& ibi Bar.l.le-
1 gitima.ff.eo.ti.quòd vbicūque per† pactū nudū promitti
tur illud idē,quod est debitū de iure,semper ex illo pacto
oritur actio.Sed pro illa gloss.ego dico esse casum singu-
larem à nemine notatum in mundo,in l.inter socerum.
§.conuenit.ff.de pact.dota.& oritur actio propriè nomi
nata,actio vtilis in factum,vt ibi.Scis quòd mulieri eunti
cum viro,vir tenetur ad alimēta: vt l.si quis pro vxore.ff.
2 de dona.inter virum & vxo.tamen si † sibi per pactum nu
dum prospicit, pro alimentis oritur actio vtilis in factū,
vt d.§.conuenit.quod est notandum.

ADDITIONES.

Adde Bartol.in l.non impossibile.per illum text.ff.de pactis. & Ias.post Paul.de Castr.in l.legitima.hic alleg.in vlti.col. ver. circa primum.vbi dicit se addere text.ad istud in l.qui negotia.ad fi.prin.iuncta l.idēmque.§.si procur.ff.mandati.

Adde Bald.in cap.si cautio.colum.fina.de fide instrumen. Ias.in l.iurisgentium.§.sed cùm nulla.xiij.fallen.ff.de pact.Socin.in regula ix.fallent.v.Io.Fabr.& Ias.in §.in personam. vbi pulchrè Ludo.Gomes nume.46.Institu.de actio.vbi ponit duos intellectus. Nicol.Pign.

CCCCCXXIX.

1 *Dispositio l.si quis argentum.§.si autem hoc.C.de donatio.nūquid habeat locum in donatione causa mortis,& in milite?*

SEcundò quæro,tu scis quòd est magna quæstio, nun-
quid l.si quis argentum.§.si autem.C.de donatio.ha-
1 beat † locum in donatione causa mortis. & habes duas
gloss.quòd sic.vnam in l.cùm pater.§.Mæuio.ff. de leg.ij.
aliam in l.ij.in gloss. magna prope finem.C.de iure dot.
In milite autem est indubitatum quòd sic.casus est singu
laris in l.Marcellus.ff.de donatio.causa mortis.(non lo-
quor de prouisione facta inter duos commilitones, vt lo-
quitur l.licet.C.de pactis.)& ideò valet cum duobus te-
stibus,licet aliàs quinque requirantur,vt l.fina.C.de do-
natio.causa mortis.

ADDITIO.

Adde quòd idem Roma.dicit eam singu.consi.clxxvj.istæ sunt. colum.penulti.Et quòd §.si autem hoc.habeat locum in donatio.causa mortis.est communis conclusio,vt per Alex.in l.ij.col.ij.ff.de lega.j.& ibi Ias.Alex.consi.cxiij. perspectis.col.j.Ias.§.in personam.Instit.de actio.Quod intellige non procedere in pacto nudo præsumpto,vt consuluit Deci.consilio cexlv.in causa.col.fina.quem reprobat & bene Cagnol.post alios Moder.in rubri.C.de pact.& in rubric.ff.de verborum obligatio. Nicol.Pign.

CCCCCXXX.

1 *Actio an oriatur ex pacto nudo inter patrem & filium naturalem,vel legitimum.*

VLtimò quæro (& hoc volo scire à magistro tuo) an ex
1 pacto † nudo inter patrem & filium naturalem, vel
legitimum indistinctè oriatur actio: & hoc scias à magi-
stro tuo.

ADDITIO.

Vide per doctor.in l.frater à fratre.ff.de condi.indeb.Nic.Pig. 1

CCCCCXXXI.

1 *Pactum nudum vsurarium non vestitur cohærentia contractus stricti iuris,nisi ille contractus stricti iuris sit similis contractui bonæ fidei.*

1 TV habes,quòd pactum nudum vsurarium † non ve
stitur cohærentia contractus stricti iuris.l.quam-
uis.C.de vsur. Quod intellige verum, nisi ille contractus
stricti iuris sit similis contractui bonæ fidei: gloss.est sin-
gularis in l.Titius.in verbo,deberi.ff.de præscrip.verb.

ADDITIO.

Et ibi vide Ias.qui dicit,quòd hæc est truffa:quia tota conuentio fuit simul posita,scilicet,do pecuniam vt negotieris. & sic facias,& etiam des. Nic.Pig.

CCCCCXXXII.

1 *Episcopus an possit pœna pecuniaria punire aromatarium laicum immiscentem fabas tritas in cera,vel similes fraudes committentem.*

FVi interrogatus ab vno Episcopo Romæ, an Episco-
1 pus possit † etiam pecuniaria pœna punire aromata-
rium laicum immiscentem fabas tritas in cera,vel simi-
les fraudes committentem? Dic quòd sic:dictum est sin-
gulare Abbatis antiqui,quem refert Io.And.in nouella.
in c.j.de emp.& vend.per illum tex.quod not.

ADDITIONES.

Adde quòd Panor.in cap.j.hic alleg.dicit istud dictum esse verissimum solùm ratione illius cap.sed quia de quolibet crimine notorio,& maximè vbi deprehenditur negligentia iudicis secularis,iudex ecclesiasticus habet iurisdictionem in laico.capitu.nouit.de iudic.iunctis etiam his, quæ ibi dicuntur per eundem.

Dic quòd est text.in l.j.C.de episcopa.audien. & in l.fina.§.item Episcopi.ff.de mune.& hono.(qui enim essent tunc Episcopi,tradit ibi Budæ.& Alcia.lib.vij.parerg.c.xxij.)sequitur Felin.in cap.irrefragabili.versicu.cæterum.de offic.ordina. Rober.Maran.in Specu.aure.iiij. par.xj.distinct. versicu.xx.potest.Ripa in tracta.de pest.parte vlti.in princip. numer.149. Potest tamen misceri corruptum cum incorrupto.casus singu.l.j.vbi Bar.& alij C.de condit.in pub.horre.lib.x.Corset. not.commixtio.Rip l.ij.in fi.princ.ff.si cer.peta.& vbi suprà in §.sequen.nu.146.col.xj.vbi declarat.qui tamen tex.loquitur in fisco. Nicol.Pig.

Multa ad hoc tradit Paris de Puteo in tract.de syndica.in verb. iudicis suprema potestas.nu.24. Gab.Sar.

CCCCCXXXIII.

1 *Vasallus non potest de feudo etiam pro anima disponere de iure ciuili:secus de iure canonico.*

TV scis,quòd vasallus nō potest de feudo etiam pro
1 † anima disponere,seu legare.c.j.§.donare.quali-
ter feud.ali.li.& in c.imperialem.de prohib.alie.per Fe-
dericum, in vsib.feu.Sed an hoc procedat etiam de iure
canonico?(hoc non dixi in repetitione mea,authen.simi
liter.C.ad legem Falci.quia tunc nesciebam.) Dic quòd
non:ita singulariter determinat Host.disputando in titu.
de immu.eccle.§.inquantum.versic.sed nec illa. quod est
perpetuò menti tenendum.

ADDITIONES.

Vide Sand.qui allegat multos tenentes contrarium in cap. inter dilectos.col.vj.versi.in glos.in verbo,conferebat. de fide instrumen.

strumen.& opi.Hosti.tenet etiam Spe.in tit.de feu.§.j.versic. xviij.& Bot.in d.c.si.aute h.& sequitur idem Roma. consilio cxcix.præsens statuti in fi.& idem consuluit Calde.in titu.de feu.consi.x.incip.an feudatarius.

Adde latè Fel.in c.ecclesia sanctæ Mariæ.col.xxv.de consti.vbi loquitur contra d.§.donare,quinimò dicit Matth.de Afflict. in titu.in agnatus,&c. nume.24. post Andr.de Iser. quòd filius non potest grauari à patre in fructibus feudi ex pacto & prouisione ad dandum vnam candelam pro anima pro malè ablatis incertis.de quo per eundem in titu.de successio.feud. nume.123. Nico.Pig.

Quòd feudum non possit à vasallo de iure ciuili etiam pro anima relinqui, ideo est, quia magnum præiudicium fieret domino,quia ecclesia nunquam moritur,nec amplius esset spes quòd reuerteretur ad dominum. Et hanc opinionem secutus est Bald.in l.j.C.de sacrosanct.eccle.Ludo.Gozadi. in consi. viij.nu.21.& in consi.iiij. nume.8.Alexan.consil.xxx.nume.5. volum.j.Bartholo.Soci.consi.xix.nume.10.volum.j.Maria. Socin.Iunior in consi.lxxvj.nume.46.volu.j.& Abb.in c.quæ in ecclesiarum.nume.18.de constitu.& latissimè hanc opinionem examinat Francis.Cur.Iunior in tracta.feudo. in quarta parte quæst.penulti.nu.125.Et Pet.Dueñas in regul.ccccxxvij. incipien feudum pro anima. Gab.Sar.

CCCCCXXXIIII.

1 *Iustus titulus excusat possessorem à fructibus,qui percipi potuerũt, & percepti non sunt sallis in re minoris.*

Tu habes text.in l.si fundum,C.de rei vendic.quòd iu-
2 stus titulus excusat ✝ possessorem à fructibus,qui percipi potuerunt,& non sunt percepti.glos.ibi.& in l.sed & partus.ff.quod metus causa.ponit aliquas fallentias.sed deficit in vna fallentia singulari,in re minoris:quia tunc possessor etiam cum titulo non excusatur à percipiendis. glos.est singularis in l.patri.§.si pecuniam.versic. item ex diuerso.ff.de mino.& probatur in eodem §.versic. vt tamen.& illam gl.tene menti:quia ignoratur.

ADDITIO.

Et idem Roma. consil.ccccliij.in re præsenti.tertio dubio. Cremen.singu.cccxxv.tu scis.Ias.in l.apud Iulianum § fructus.iij. notab.ff.de lega.j.August.Bero.in cap.grauis.nume.34.ad finem.de resti.spol. Nic.Pig.

CCCCCXXXV.

1 *Legatum factum à creditore filio sui debitoris hu verbu, Plus tibi reliquissem,si pater tuus,quod mihi debebat,soluisset. inducit liberationem paterni debiti,si hæres patris esset.*

1 Legatum factum per testatorem filio ✝ debitoris sui, hoc adiecto,Plus tibi reliquissem,si pater tuus, quod mihi debebat,soluisset, inducit liberationem filij ipsius debitoris,si hæres esset patris.casus est singularis in l.fin. §.j.ff.de doli excep.quod est mirabile.

ADDITIO.

Adde quòd illum tex.commendat Capnol.in l.qui cum alio §. non solet ff.de reg.iur.Et quando verba enuntiatiua per modum causæ prolata inducant dispositionem,tradũt Ias.& Decia.in l.ex his.fallen.ix.C.de testa.mili. Nic.Pig.

CCCCCXXXVI.

1 *Seruitutem itineris si tibi donem & concedã,& vni ex filiis tuis, quem elegeris,an possis eligere illum filium, qui vltimo superuixerit?*

1 Concedo tibi seruitutem eundi de fundo tuo✝ad fundum meum,& vni ex filiis tuis quemcunque elegeris: quæro an iste donatarius posuit dicere, eligo illum filium meum,qui vltimo superuixerit?Videtur quòd sic.quia verba generalia,&c. Sed in contrarium est verum : mirabile dictum tibi videtur:ita determinat singulariter Ioan. Andræ.per multas rationes in addition.Specul. in rubri. de donatio.nec est alibi.

ADDITIO.

Sequitur Lud.Gomes in §.æquè.col.iiij.Insti.de actio.Et est mirum quòd Hippo.de Marsi.non posuerit in rub.C.de proba. dum cumulauit materiam incertitudinis. Nic.Pig.

CCCCCXXXVII.

1 *Vxores duas,vel duos maritos eodem tempore accipiens, de iure ci-uili pœna capitis punitur.*

2 *Vxori duos maritos capienti de iure canonico incidi debent capilli, & panni anteriores & posteriores.*

1 Tu scis,quæ pœna sit de iure ciuili capienti duas✝vxores,vel duos viros:quod est capitis.l.eũ qui duas.

2 C.de adulte.Sed de iure ✝ canonico debent vxori incidi capilli,& panni anteriores,& posteriores.tex.est singularis in c.de benedicto.xxxij.q.j. secundum expositionem veram ibi approbatam.

ADDITIO.

Quam sequitur Abb.in c.cùm haberet.col.ij.de eo qui duxit in matr.quam pol.per adulte.Et dic quòd pœna de iure ciuili est stupri,ad est publicationis dimidiæ partis bonorum, vel pœna coërcitionis corporis cum relegatione si est vilis.§.item lex Iulia.Instit.de publi.iudic.ita tenet Ang.Are.de malefi. gl.che has adulterato.nu.65.dicens vehementer errare punientes capitaliter,&ibi Au'ust.reprehendit Ro.hic.& cõsuluit Alexan.consi.clxv.visis lib.vij.& hanc sequitur Lud.Carer. in tract.homic.§.vj.nu 313.Thom.Gram.consi.xvij. vbi dicit fuisse votatum Neapol.secundum opi.Ro.hic in vno,qui matrimonium cum quinque honestis mulieribus contraxerat. Nic.Pign.

CCCCCXXXVIII.

1 *Alimentis simpliciter legatis,ea statui debent legatario pro qualitate eius personæ,& defuncti,& quãtitate patrimonij,nisi vnà cum alimentis,dos sit legata,tunc enim alimenta commensurantur secundum quantitatem dotis.*

1 Dicit tex.quòd legatis alimentis simpliciter,✝debent statui legatario pro qualitate eius personæ, defuncti, & quantitate patrimonij.in l.cùm alimenta.ff.de alimẽ. & ciba.lega. Quod est verum,nisi vnà cum alimentis legata sit dos;quia tunc alimenta debent commensurari secundum quantitatem dotis casus est singularis in l.cum vnus.§.alimentis.ff.eodem titu.secundum veram lecturam gloss.ibi approbatam.

ADDITIO.

Et eam sequitur ibi Bartol.Ioan.Campeg.in tract.dot.par.ij.q. lxiij.Et ita intelligendus est Bart.in l.si cùm dotem.§.sin autem in sæuissimo.ff.soluto matrimo.nisi aliqua culpa viri intercessisset. Nico.Pig.

CCCCCXXXIX.

1 *Executoribus testamẽti discordantibus si vnus est consanguineus, alter extraneus,præfertur consilium consanguinei.*

1 Executores ✝ testamenti,si discordant in modo distribuẽdi bona testatoris, Episcopus ciuitatis si potest, debet eos concordare:si autem non posset,quorum sententia præferri debet?Dic quòd si sunt aliqui consanguinei testatoris,illi præferendi sunt:secundum Bal.singulariter in l.Imperator.ff.de pac.per illum tex.

ADDITIO.

Et sequitur Ioan.Lupus in repetitio.cap.per vestras.§.xliij.versicu.quòd autem.de donatio. inter virum & vxorem. Andr. Tiraquel.vbi mulle similia ponit,de retra.consangu.in proœ. nume.44. Nico.Pig.

CCCCCXL.

1 *Verba enuntiatiua fauore dotis inducunt plenam probationem:secus si inter tertios proferantur, quia tunc semiplenam saltem inducunt probationem.*

1 Verba enuntiatiua fauore dotis inducunt ✝ plenam probationem,& hoc est speciale vt dixi tibi in lectura l.j.ff.soluto matrimo. licet aliàs secus, vt notatur l.ex hac scriptura.ff.de donatio.& in cap.si Papa.de priuileg. lib.vj.& in clemen.vnica.de probatio.cum simili.de hoc est tex.singularis iuncta gloss.in l.j.C.de dot.promiss.licet nemo notet.Et ideo dicit Barto.mirabiliter,quod illud est verum,etiam si proferãtur illa verba inter tertios: tunc enim saltem semiplenam inducunt probationem. ita singulariter dicit Barto.in consilio suo cxxiij.incipi. factum sic se habet, Titius & Seius venerunt ad diuisionem.alleg.gloss.in l.capite quinto.ff.de adulter.sed illa loquitur de iudicio.

ADDITIONES.

Idem dicit Alexan. in dicta l. j. colum. x. & ibi docto ff. solu. matrimo. Bald. Nou. in tracta. de dote. par vj. priui lxxviij. Ias. in l. ex his. colum. j. & ibi disputat Deci. col. ij. C. de testamen. milita. & in repetitio. l. admonendi. nume. 156. ff. de iureiurā. Deci. consi. xxxv. circa princip. & consi. cxxiij. visis. col. fina. Hippol. singul. cccclxij. vulgata. Nico. Pign.

Adde Bart. in l. j. in versi. veterius. ff. de relatio. Dominos de Rota decisio. cclxxxvij. Pau. de Cast. consi. iij. & lxxxiij. Alexan. consi. xlj. volumi. iiij. & consi. cxxij. & consi. xxxv. volumi. ij. Barto. consi. xxiij. & plenè per Lanfran. de Oria. in cap. quoniam contra. in princip. nume. 42. extra de probatio. & plenius dixi in annotationibus meis ad Matthæ. Mathesil. singu. xxxiij. & xxxiiij. Gab. Saray.

CCCCCXLI.

1 *Confessio huiusmodi, confiteor à te recepisse mutuo centum & plus, vel minus, prout in libro rationum tuarum continetur, an de receptione centum plenam faciat probationem?*

1 Confiteor à te recepisse mutuo centum, & plus† vel minus prout continetur in libro rationum tuarum, an talis confessio faciat probationem de receptione centū? Quilibet diceret quòd non quia cōfessio vt probet, debet esse certa. l. certum. ff. de cōfes. sed hæc est incerta propter illam adiectionem, & plus vel minus. ergo &c. Sed in contrarium est verū, neque illa regula habet vitiare. text. est singularis secundum Barto. ibi. l. Publia. §. final. ff. depo si. de quo etiam Bal. gaudet in rubri. C. eo. titu. quęstio. vj. quod perpetuo nota.

ADDITIO.

Et Alexan. in l. in actione. ff. de furt. & in consil. viij. videtur fortasse. in fine. lib. iiij. Ias. qui alia similia adducit, in l. & si post tres. col. iiij. ff. si quis caut. Et de illo qui confitetur prout in tali libro continetur, quòd limitata sit confessio, notab. tradit idem Roma. post Bal. consi. cccxij. hæc cōfessio. Ias. & alij in l. edita. in gl. & plus. C. de eden. Nico. Pig.

CCCCCXLII.

1 *Creditor pignoris fructum cum suo debito compensare debet, nisi creditor ratione pecuniæ numeratæ subiuerit labores notabiles.*

1 Regula est quòd creditor debet compensare† fructus pignorum cum debito suo. l. j. & ij. C. de pigno. actio. Quod est verum, nisi creditor ratione pecuniæ numeratæ subierit labores notabiles: tunc enim lucratur fructus contemplatione laborum. mirabile est & singulare dictum Hostien. in sum. in titu. de vsur. §. in aliquo. versicu. xij. refert & sequitur Ioan. And. in cap. conquestus. de vsur. allegant cap. ad nostram. de rebus eccle. non alienā. quæ bene probat.

ADDITIONES.

Adde quòd Panor. refert & simpliciter sequitur istud dictum in c. conquestus, hic alleg. in ver. in fi. gl. quæ ponit sex casus, in quibus aliquid licitè recipitur vltra sortem: & inter alios dicit istum, de quo hic, esse notandum.

Adde Soci. in tracta. fallen. regula iij. casu xij. Abb. post Hostien. in c. conquestus. in fi. versicu. vodecimus. de vsu. do. Augu. Bero. in cap. j. col. vij. in prima limita. eodem titu. de vsur. Negusan. in tracta. pigno. in v. membro. v. par. princip. iij limi. Nico. Boër. deci. xlix. quo ad secūdum. nume. 24. & adde alium casum suprà singu. cccxxix. Nico. Pig.

Adde Didac. Couar. lib. j. variar. resolutio. cap. iij. nume. 2. versicul. erit igitur expeditum. vbi alios allegat, & materiam tractat. Gab. Sar.

CCCCCXLIII.

1 *Bannito non potest dari licentia reuertendi ad ciuitatē, nisi à princi pe, vel ciuitate non recognoscente superiorem.*

2 *Bannitus plures capiens bannitos, eósque ad illam ciuitatem conducens, à qua ipse, & illi erant exbanniti, potest à solo iudice rebanniri.*

Nullus, nisi princeps, vel ciuitas non recognoscens superiorem, potest concedere† licentiam reuertendi ad ciuitatem banito. l. relegati. in fine. ff. de pœnis. & ibi Barto. & in l. is qui reus. ff. de publi. iudi. Quod est verum, 2 †nisi sit bannitus aliquis, qui plures cepit bannitos eiusdem ciuitatis, eósque duxerit ad ciuitatem, vnde ipse & alij erant exbanniti, tunc enim solus iudex potest eum rebannire. text. est singularis in l. non omnes. §. fina. ff. de re milita. vbi est casus.

ADDITIO.

Adde plenè Aret. de malefic. ver. quòd fama publi. nume. 77. vbi refert docto. pro vtraque parte & distinct. Roma. Ioan. Arno. in cpit. xxvij. Nell. de bāndit. Gemmia. in tracta. banni. tertia parte. ij. tempo. quæst. vj. & quæst. viiij. & lxv. Et adde eundem Roma. consi. cccx. in casu. & Hippo. de Marsi. in l. j. §. pe oul. in prin. ff. de quæstio. Nico. Pig.

CCCCCXLIIII.

1 *Emptor lucratur fructus perceptos ex re empta pendente conditione: qua deficiente, venditoris sunt, nisi in casu deficientis conditionis emptor pretium perdat, venditorísque lucro cedat.*

1 Fructus percepti per emptorem ex re empta pendente † conditione, sunt venditoris deficiente conditione. l. necessario. §. quod si pendente. ff. de pericu. & commo. rei vendit. Quod limita verum, nisi in casum deficientis conditionis ipse emptor perdat pretium datum, & cedat lucro venditoris: tunc enim recompensationem pretij perditi debet emptor fructus lucrari: & ita obtinuit. text. est singularis in l. iiij. §. sed quod ait. ff. de leg. commiss. & lucratus sum florenos quinquaginta.

ADDITIO.

Quem text. ad hoc ampliat Ludoui. Bologni. in nouis interpret. Nico. Pigno.

CCCCCXLV.

1 *Vxor an constante matrimonio lucretur fructus fundi sibi per maritum propter nuptias donati?*

Constante matrimonio lucratur fructus maritus rei dotalis. Item in omnibus debet esse æqualitas in dote & donatione propter nuptias. authen. æqualitas. C. de pactis conuen. Modo quæro, an† vxor constante matrimonio lucretur fructus fundi sibi per maritum donati propter nuptias? Videtur quòd sic, per prædicta: sicut dicimus in viro. Sed dic contrarium, & in hoc non est æqualitas: frustra enim mulier non lucratur. glos. est singularis Institu. de donatio. §. est & aliud. in verbo, exequentur. quam perpetuo signa. Et est ratio: quia ideo maritus lucratur fructus, quia sustinet onera matrimonij. l. pro oneribus. C. de iure dot. sed si vxor ecōtra lucraretur fructus, fieret hinc inde compensatio, & tamen maritus non lucraretur propter onera matrimonij, quæ sustinet, quod est inconueniens. & ideo bene nota.

ADDITIONES.

Adde aliam gloss. in §. fina. in versic. percipiat. in authen. de non eligen. secun. nuben. & Ias. in l. si fundus. in fine. ff. soluto matrimo. Nico. Pign.

Adde quòd similis gloss. est etiam in authen. dos data. in gloss. j. C. de dona. ante nuptias. & ibi eam notat Bald. in prima lectura. Sed de gloss. in dicto §. est & aliud. facit magnum fellum Barbat. in cap. peruenit. in princip. extrà de empt. & vendi. & Bald. in authen. siue à me. in prin. C. ad Velleia. & laosimè & eleganter hoc prosequitur, & discunt doctor Palatios Rubios in repeti. rubri. extra. de donat. inter virum & vxo. in §. xvij. in princi. versicu. sed quicquid sit, modo possessio. quem omnino videas. Gabr. Sar.

CCCCCXLVI.

1 *Testator si vnum ex hæredibus grauauerit, vt si sine liberis decederet, hæreditatem suam restitueret Sempronio, an adueniente conditione cohæres totam hæreditatem sibi obuenitam pro parte cohæredum restituere debeat, an verò partem suā tantùm?*

2 *Intellectus l. Lucius in princ. ff. de lega. j.*

1 Instituit testator plures hæredes quemlibet pro parte: & vnum eorum grauauit, vt si decederet sine liberis, testituat hæreditatem suam Sempronio: an veniente† conditione debet ille cohæres totam hæreditatem sibi obuenientem pro parte cohæredum restituere, an partem suā tantùm? Dic quòd partem suā solùm tenetur restituere. iste est

a est ✝ casus singularis secundum Bald. ibi in l. Lucius. in prin. ff. de lega. j. vbi exponitur hæreditatem tuam, id est, partem tuam hæreditatis.

ADDITIO.

Adde doct. in l. Marcellus §. quidam liberis. ff. ad Trebel. & in l. cùm virum. C. de fideicom. Nico. Pig.

CCCCCXLVII.

1 *Filiusfamiliàs bonorum aduentitiorum vsumfructum patri quærit: & quid si filius sit emancipatus?*

SCis quòd filiusfamiliàs quærit patri totum vsumfructũ
1 ✝ bonorum aduentitiorum: sed quid si filius sit emancipatus, an aliquid ex vsufructu patri quęrãtur? Dic quòd sic: quia quęritur patri pro virili, scilicet, medietas, si vnus est filius. casus est singularis C. de bo. mater. l. si viua matre. quem perpetuo nota.

ADDITIO.

Qui loquitur etiam in aliis descendentibus sui iuris, & in hoc est magis singu. vt per Barto. Bal. Corn. & alios ibidem. Et adde suprà singula. ccccx. pater. Nicol Pig.

CCCCCXLVIII.

1 *Bona damnati ad mortem si ex aliqua constitutione publicari debeant, an eius indumenta, corrigia, & annulus publicari debeant, vel cuius esse debeant?*

1 BOna ad mortem damnati debent publicari ✝ ex forma constitutionis alicuius patriæ. quæro, an publicabuntur indumenta, corrigia, annullus, vel cuius esse debeant? Dic quòd ista debent esse officialis iudicantis, qui pecuniam redigendam ex dictis rebus conuertet in necessitatem sui officij. tex. est singularis in l. diuus. ff. de bonis dam. dum loquitur de panniculo. quod no.

ADDITIONES.

Adde circa illam legem Guli. Budę. in suis annota. ad Pandectas, Alciat. lib. j. prætermis. in verbo, nummos. & lib. Parerg. j. ca. xl. Et adde ibi Bartol. Alexan. August. Arimi. in tracta. Areti. malefi. in verbo, & eius bona publicamus. nume. 8. Matth. de Afflict. in cap. j. §. si quis hominem. in x. notab. de pace tenenda, &c. Nic. Pig.

Vide Parid. de Put. in trac. syndica. in verb. Maniuoltus. nume. 5. versi. & isti debent. vbi dicit, quòd vestes, zona, & annulli dãnatorum vsque ad quinque aureos valẽtes, debent esse ipsius carnificis, per d. l. diuus, hic alleg. Opinionem tamen de qua hic per Roma. tenuit Catald. de Boncompagn. in tract. de syndicatu, in quæst. ccv. incipien. adde, quòd vestibus & pannis damnato. Gab. Sar.

CCCCCXLIX.

1 *Restitutio legalis de re principali facta, an ad eius accessoriũ extendatur: & quid de restitutione hominis?*

1 REstitutio legalis facta de re ✝ principali non extenditur ad accessorium eiusdem principalis. vt in authẽ. idem est de Nestorianis. C. de hære. Sed quid in restitutione hominis, an trahatur ad accessoria? Dic quòd non: casus est singularis in l. fi. §. fi. ff. de condictio. indebi. Bal. allegat pro singulari ad aliud in l. fi. circa medium. C. quando prouoca. non est neces.

ADDITIO.

Circa illam authen. adde docto. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. & in l. in condemnatione. §. j. & l. ea sola. ff. de regu. iur. Adde quòd d. § fin. facit singu. Castren Alexan. & Ias. ibi. vbi Ias. refert plures quæst. Abb. consi. xxxv. arbitror. lib. ij. Ias. in l. ij. §. interdum. in princi. ff. de vulga. & pupil. Et per illum §. fina. audiui viua voce à Hiero. y. Cagnol. se vidisse consultum, & obtentum quòd statutum loquẽs de lucro dotis non habeat locum in bonis paraphernalibus, ex quo statutum est contra ius commune: quam quæst. reperio eum posuisse in l. cùm principalis. ff. de regu. iur. licet non alleget d. §. fina. Nico. Pignol.

CCCCCL.

1 *Fideiussor pro scholari conducente domum intercedens, an censeatur intercedere non solum pensionis respectu, sed etiam supellectilium?*

1 AN fideiussor intercedens ✝ pro te scholari conducente domum, intelligatur intercedere non solùm pensionis respectu, sed etiam massaritiorum seu supellectilium fractorum seu consumptorum? Dic quòd sic: tex. est singularis in l. amissi. §. fideiussores. secundum secundam expositionem gl. super ver. dotis. ff. de fideiusso.

ADDITIO.

Et idem Roma. in l. fideiussor. §. fi. ff. qui satisd. cogan. prout eum refert Hippoly. de Marsi. in rubric. ff. de fideiusso. quæst. viij. circa fin. Cæpol. cautel. cxxvj. alle qui. Et fideiussor pro pensione domus tenebitur pro deterioratione domus. arg. d. §. fideiussores: vt per Hippol. vbi suprà. Nico. Pig.

CCCCCLI.

1 *Compensatio an obijci possit sacerdoti decimas petenti? quòd non. & idem in fisco.*

x AN sacerdoti petenti decimas ✝ possit obiici compensatio? Legistæ ignorant: glos. est singularis quòd non. xvj. q. j. c. decimæ. quam glo. not. Et est ratio, quia fisco petenti tributa non potest obiici compensatio. l. iij. C. de compen. l. aufertur. §. compensationem. ff. de iure fis. ergo multò magis nec in decimis, quæ Deo debentur, cap. tua nobis. de deci.

ADDITIONES.

Et hoc tenent docto. in dicto c. tua nobis. vt refert ibi Abb. colum. ij. versic. item conueniunt. Ias. in § in bonæ fidei. nume. 13. Institu. de actio. Pet. Rebuff. qui alios citat, in tracta. de deci. vltima parte in xvj. pœna, qua afficiuntur non soluentes decimas. Nicol. Pig.

Decima ergo omnibus modis est soluenda, ex cuius solutione quatuor bona proueniunt, de quibus per Guid. Pap. decisio. Grationopo. cclxvj. Et quæ mala proueniant ex subtractione decimarum, docet Goffre. in summa de deci. § in summa. Et aliqua per eundem Guid. Decisio. cclxxxiij. & cclxxxiiij. Gabr. Saray.

CCCCCLII.

1 *Legato grano quod quis habet in ciuitate, an veniat granum, quod est in portu?*

LEgo Titio omne granum meum, quod est in ciuitate:
s an veniat granũ ✝ quod est in portu? Aduerte Siculi & Catellane qui habetis ciuitatem prope mare. Tu ires ad l. v. ff. de procur. & l. ij. & l. vt Alphenus. ff. de verborum signifi. Sed habes casum singularẽ in l. si quis ita. ff. de auro & argen. leg. quod not.

ADDITIO.

Adde quòd bannitus à ciuitate, vel insula potest occidi in portu stante statuto, quòd possit occidi, quia omnes portus sunt vt insulæ. Bar. in l. Cæsar. ff. de publi. Cæpol. in tract. de serui. rusti. prædio. in rubric. de portu. vbi ponit alias quæstio. Et ille text. est etiam notab. quòd si lego granũ, quod est Romæ seu Bononiæ debentur omnia, vt per Bar. ibi. Fel. in c. inter cætera. de rescrip. Ias. l. cùm quidam C. de verb. sig. & adde Augu. Bero. in c. licet causam. nu. 10. de proba. Nic. Pig.

CCCCCLIII.

1 *Habens duo quietationis instrumenta, an in dubio præsumatur bis illa centum soluisse?*

DEbitor debebat centum, soluendo fecit sibi fieri duo
x ✝ instrumenta quietatoria, postea verò conuenit creditorem, & dicit se bis soluisse, quare vult repetere vnum vltimo solutum: quæritur an propter hanc duplicem quietationem præsumatur quis bis soluisse? Dic quòd sic in dubio. casus est singularis in l. ne casu. C. de discus. libr. x. Bal. allegat in l. seruo. §. si à primo. ff. de lega. j.

ADDITIO.

Et in l. Sempronius. & ibi Imol. ff. de lega. ij. idem Bald. Angel. & Alexan. in dicta l. ne casu. Alex. & Ias. in l. planè. §. j. ff. de leg. j. & in l. Lentucum. ff. de verb. obli. idem Alex. consi. iuj. circa primum. lib. j. Sed quid si probaret vnam summam solutam per instrumentum, alteram per testes? dic quòd non. Decisio. Neapo. cxcviij. quidam. Quid si essent eiusdem datæ? supradicti Docto. dicunt quòd non. Idem dico ex mente docto. quando primum partem, vltimum totum comprehenderet. & sic habes tres limitationes. Nic. Pig.

CCCCCLIIII.

1 *Iudicium agitatum cum nulliter substituto à primo procuratore, an in præiudicium domini valeat, & quando?*

1 NVnquid iudicium agitatum per nulliter † substitutũ à procuratore primo, quia fortè non habebat potestatem substituendi, (scis enim quòd solum post litem cõtestatam potest fieri substitutio. l. post litem. & l. nulla. cũ simi. ff. de procura. & cap. j. de procura. lib. vj.) valeat in præiudicium domini? Vel pone, quòd dominus expressè illud sibi inhibuit, cùm eum constituit, an præiudicetur domino si substituit? Distingue secũdum mirabilem decisionem Guli. de Cun. cuius dictum refert Do. Angel. in extraneo loco, quod si litigans cum substituto, scit illum, qui eum substituit, non posse substituere, non est dubium quòd sententia est nulla, & sibi imputatur, si sciuit. Sin autem ignorat, & tunc, aut potestas substituendi est adempta procuratori in instrumento procurationis, & tunc iudicium est nullum, & domino non fit præiudicium. & est ratio. quia litigans cum eo debuit petere exhiberi mandatum. argu. l. inciuile. C. de fur. cum simi. quòd si non facit, est quid sibi imputetur, cùm totum mandatum legere debuerit. argu. l. inciuile. ff. de legi. Aut fuit facta ademptio in alio instrumento, quàm in procuratorio, seu in alio ab eo separato, & tunc valet iudicium: quod est mirabile. & est ratio, quia eo ipso quod substitutus comparet, satis est si video mandatum procuratorium. ita determinat Gul. & sequitur Ange. in l. j. §. magistrum. ff. de exerci. quod nota perpetuò, & tene menti.

ADDITIO.

Vide Bal. in rubr. C. de exerci. col. ij. versi. sed contra hoc oppo. & Pau. de Cast. in d. §. magistrum. in vlti. verb.

CCCCCLV.

1 *Palea venit appellatione fructuum: idem est in fœno.*

1 PAlea venit appellatione † fructuum. tex. est in l. si vsufructuarius messem. in versicu. stipula quæ in messe iacet. ff. quibus modis vsusfruct. amit. quam allegat Specu. in titu. de deci. §. j. ver. fi. Et idem in fœno. tex. est in l. pratum. ff. de verborum significatio. discas ergo scholaris Senensis, qui aliud nescis petere.

ADDITIONES.

De palea videtur probari subtiliter inducendo in l. fi. §. fi. in fi. C. de seruu. & aqua.

Et intellige quòd palea & fœnum cæsum sint fructus industriales, vt per Ange. Aret. in §. is verò ad quem. Institu. de rerum diuisio. August. Bero. in cap. grauis. post alios. de restitu. spoliato. Nico. Pig.

CCCCCLVI.

1 *Monachus, qui vult Abbatem conuenire, an ab eo veniam petere debeat?*

1 QVid in monacho an requiratur quòd † petat veniã, si vult conuenire Abbatem? Dic quòd sic, secundũ Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de inquisitio. §. fina. quæ incipit, text. dicit necessario. nescio si magister tuus hoc dixerit in titu. de in ius voc.

ADDITIO.

Dic quòd hoc prius tenuit Specu. in titu. de acto. § j. col. xvj. nume. 48. per ca. vnic. de syndi. & c. monachi. xvj. q. j. & clemen. religiosus. de procurat. Adde Bald. in margari. monachus. ix. Fel. plenè in c. cùm dilecta. col. xviij. ver. monachus. doct. in §. pœnales. Insti. de actio. & in titu. de in ius voc. Nico. Boër. decis. cclxxj. monachus. Nico. Pign.

CCCCCLVII.

1 *Promittens, quòd minor habebit ratum & gratum certum actum sub pœna, an in pœnam incidat si minor petat se aduersus illum actum restitui?*

1 PRomittit quis, quòd minor habebit gratum † & ratum certum actum sub pœna mille: quid si minor petat se restitui aduersus illum actum, an pro hoc promittens incidat in pœnam? Quilibet diceret quòd sic. cùm videatur velle rescindere actum per in integrum restitutio. Sed cõtrarium est verum. casus est singularis in l. cùm minor. ff. rem ratam haber.

ADDITIO.

Et ibi Barto. post Dyn. inducit ad alias quæstio. Faciunt quæ tradit Ial. in l. si pacto quo pœnam. in fine. C. de pac. & plura adducit Thom. Gram. decisio. cij. quo vero. col. j. & promittens de rato pro aliquo cum pœna & iuramento, pœnam non incurrit illo ratificare nolente, si quantum in se fuerit, fecerit, vt per Aret. & alios in l. ita stipulatus. *la grande.* ff. de ver. obli. Deci. consi. cccxiij. cccxxiij. & cccej. Nic. Pig.

CCCCCLVIII.

1 *Dispositio l. ij. C. de rescinden. vendit. an habeat locum in pignore secundo, loco primi surrogato, vel in cautione loco pignoris præstita?*

EGo legi tibi anno præterito l. si cùm aliter. ff. de verbo. obli. vbi casus posui, in quibus locum habet l. ij. C. de
1 rescin. vend. Sed an locum † habeat in pignore secundo, subrogato loco primi, seu in alia cautione subrogata loco pignoris? Dic quòd non. casus est singularis in l. si rem. §. satisfactum. ver. fi. ff. de pignor. actio. licet possit agere ad repetendum debitum suum, vt l. creditor qui non. ff. si cer. pet. cum simi. ibi in gl allegatis.

ADDITIO.

Et sequitur Negusa. qui alios citat in tract. de pigno. in j. memb. v. par. prin. q. xiiij. Nic. Pig.

CCCCCLIX.

1 *Debitor meus in centum, si debitorem itidem in centum habeat, an à me ad suum debitorem liberandum cogi possit, si ego ipsum liberare à dictis centum velim?*

2 *Compellitur quis facere id, quod alij prodest, & sibi non nocet.*

1 DEbitor meus, qui tenetur mihi ad cẽtum, habet † suũ debitorem obligatum ad centum: quæritur, an creditor, scilicet ego, possim compellere debitorem meum ad liberandum suum debitorem de centum, si velim ipsum meum debitorem de meis centum liberare? Tu diceres
2 quod sic: quia † quis compellitur facere quod alteri prodest, & sibi non nocet, vt l. ij. ff. sol. mat. De hoc fui ab vno milite Senensi interrogatus. Sed dic contrarium: casus est singularis in l. in rem. §. fi. ff. de compen. quod not.

ADDITIO.

Adde quòd sunt plures casus, in quibus non procedit regula d. l. ij. de quibus per doct. ibi. & in l. ij. §. mutui datio. ff. si cer. peta. & in l plus cautionis. ff. de reg. iur. Nic. Pig.

CCCCCLX.

1 *Creditor an in castro sibi in pignus dato, iurisdictionem exercere possit?*

1 QVæritur à me, an creditor in castro sibi † in pignus dato possit iurisdictionem exercere? Bal. mouet in c. j. de feu. da. in vicem legis commis. & Canonistæ in cap. cum Bertoldus. de re iudicata. non recordor quid determinent. tex. est notabilis quòd sic. l. eleganter. §. fi. ff. de pigno. actio. quod nota.

ADDITIONES.

Ad hoc vide per Abb. in d. c. cùm Bertoldus. hic alleg. in pen. col. post alios. vbi tractatur an ius patronatus transeat in contractum pignoris. & videtur dicere quòd communiter doct. tenent quòd non, per rationes: quia ius patronatus est fructus inæstimabilis, & ideo non potest computari in sortem creditori. quæ ratio videtur facere contra istud dictum Ludo. vide etiam ibi per Fel. col. pen. ver. vlti. habes.

Et est ratio, quia creditor possidet naturaliter & ciuiliter, & est bonæ fidei possessor rei pignoratę. docto in l. j §. per seruum. ff. de acquiren. posses. sed commodum possessionis in vsu rei possessæ collectione, & apprehensione fructuum. Barto. in l. j. in princip. & l. iij. §. ex contrario. ff. eodem titu. Adde Negusan. in tracta. pigno. j. membro. iij. part. nume. 32. Anto. Capit. decis. clxxxv. in causa. Intellige ad vtilitatem domini. l. j. & ij. C. de distra. pigno. Nico. Pig.

Contrarium tenet Carol. Molin. in j. parte commenta. in consuetud. Paris. §. vj. nu. 5. ver. Et iisdem rationibus. Gab. Sar.

CCCCCLXI.

1 *Conducens nauim ad suam familiam aliquò vehẽdam, an soluere teneatur naulum etiam pro his, qui in naui mortui sunt?*

Conduxi

1 COnduxi mulionem ad portandũ hædos, † vel boues: vel vnam galeam ad portandum familiam meam: quid si moriantur aliqui in naui, an pro illis debeat habere dominus nauis naulum seu pensionem? Dic quòd aut fit conuentio de illis portandis, aut de illis in naui ponendis: aut dubitatur de verbis. primo casu pro mortuis non debet solui naulum seu pensio. secundo casu secus. tertio casu etiã debetur naulum. tex. est singularis in l. si vehenda. in prin. ff. ad leg. Rhod. de iact.

ADDITIO.

Et hos tres casus prius notauit Signo. de Homod. consil. cxcv. in quæstio. nu. 7. quos latius deducit pulchrè do. Bene. Strac. in tract. de mercat. tit. de nauib. par. iij. nu. 16. & seq. Nic. Pig.

CCCCCLXII.

1 *Emphyteuta an prosit pensionis solutio à tertio facta, quo minus iure suo priuetur?*

SI emphyteuta priuati non soluit canonem infra triennium, cadit à iure suo. l. ij. C. de iure emphy. in emphyteuta ecclesiæ, infra biennium. c. potuit. de loca. & in au-
1 then. qui rem. C. de sacrosan. eccl. Modo † pone emphyteutam fuisse positũ in possessione fundi emphyteutici priuati à tertio, qui soluit canonẽ: an hæc solutio tertii proficiat emphyteutæ non soluenti, vt non possit suo iure priuari? si solutio tertii esset facta nomine emphyteutæ non est dubium quòd prodesset: sed si simpliciter, vel nomine proprio, (quemadmodum est nunc de facto) est dubium. Et Bal. post Gul. ponit in l. arboribus. §. quid tamen. ff. de vsufruct. & in l. lex vectigali. in aliquibus lecturis. ff. de pigno. & in l. solennibus. C. de rei vend. Sed quicquid dicãt, habeo casum singularem quòd prodest, in l. forma. §. si cũ ego. ff. de censi. vbi est casus singularis de hoc, quem tenemenri. arg. de censuario ad emphyteutam.

ADDITIONES.

Adde Bal. in l. fi. in fi. C. de reuo. dona. & Bar. in l. ij. de exe. rei iudi. & in l. ij. vbi per Ias. col. xx. C. de iure emphy. & in l. lex vectigali. ff. de pign. vbi dicit, quòd creditor potest soluere pensionem pro re emphyteutica quam habet in pignus.

Et idem per illũ tex. tenet Spe. in titu. de emph. lxxxij. q. & supradicti doct. & idem Roma. consi. ciij. viso proposito. in prin. & consil. ccccxcj. in casu. in fi. Alex. consi. lxxj. videretur. col. fi. lib. j. Nic. Boër. decisi. cclxxix. sed quid Et adde quòd dominus non cogitur solutionem à tertio accipere. Bald. in l. acceptam. col. fi. q. xxv. C. de vsu. Ias. qui hoc dicit sing. in d. l. ij. col. xx. q. xxvj. C. de iure emphy. Etiã quòd oblatio & consignatio facta sibi fuisset. Ias. ibidem q. xxvij. Quod tamen limita, vt per Hipp. sing. cclxviij. licet. Nic. Pig.

CCCCCLXIII.

1 *Legatum vsusfructus rei, cum hoc, quòd post mortem suam hæredi testatoris rem teneatur restituere, comprehẽdit proprietatem, nisi in iure errauerit.*

TV habes text. in l. species. ff. de auro & argen. lega. l. fi. ff. de vsufr. earum rerum quæ vsu consu. quòd te-
1 stator legans † vsumfructum rei, cum hoc quòd post mortem suam teneatur restituere hæredi testatoris rem, tunc censetur legare etiam rei proprietatem. Quod est verum, nisi testator errauerit in iure, quia putauerit, quòd morte vsufructuarii non reuertatur ad hæredem vsusfructus: tunc enim tantum vsumfructum legare censetur. casus est singularis in l. qui fructus prædiorum. ff. de vsufructu legat.

ADDITIO.

Dicas quòd in d. l. specier. & d. l. fina. erat legata proprietas: & per adiectionem vsus, & vsusfructus videbatur testator recessisse à prima voluntate: cuius contrarium Iurisconsul. decidit. & ponitur ratio in d. l. fi. licet Alex. in l. j. nu. 20 & ibi Socin. Ias. Rip. ff. de lega. j. allu. inentur circa d. l. fina. Sed in d. l. qui fructus. non proprietas, sed fructus prædiorum legati fuerant vxori, &c. Nic. Pig.

CCCCCLXIIII.

1 *Statuto dictante, quòd is, ad quem omnia alicuius bona peruenerint, teneatur ad eius debita, an si omnia bona ad eum particulariter peruenerint, teneatur soluere debita sua?*

1 DE hoc hodie fui interrogatus, dicit cõstitutio † huius ciuitatis, quòd quicunque ad quem peruenerint omnia bona alterius, siue ex vltima voluntate, (& hoc est clarum,) siue ex contractu, teneatur ad omnia debita soluẽda, ad quæ ille tenebatur. Quid si omnia peruenerint sigillatim, siue particulariter, modò vnũ, modò aliud? Dic quòd dicuntur simul peruenire. casus in l. si peculium. lapicola, & ibi Bar. ff. de pecu. leg.

ADDITIO.

Et in pulchra quæstione adducit Ias. pro singulari in l. j. nu. 3. C. de rep. hær. Sed contrarium tenet idem Bart. in l. nomen. §. filio. & ibi Alex. ff. de leg. iij idem Ias. in §. item si quis in fraudem. nu. 38. Insti. de actio. & ibi Gomes col. x. saluando Bar. vt per eum. & Alc. in l. post contractum. in prima fraudis præsump. ff. de dona. intelligendo Roma. hic, vt per eum. Ex quibus intelligentiis simul iunctis habes veram doctri. Bar. in d. l. si peculium. Nic. Pig.

CCCCCLXV.

1 *Ecclesia an bonis cedere possit? Et quid in clericis?*

1 QVæro, † an ecclesia possit cedere bonis? Videtur dicẽdum quòd non. quia principalis causa, quare fuit introducta cessio est, ne debitor in carceribus detineatur. l. j. C. qui bo. ced. pos. sed ecclesia non potest carcerari: ergo, &c. In contrarium tamen est casus in authen. vt deter. sit num. cle. §. si quis autem adiecerit. ibi, rerum omnino creditoribus cederet. & illum §. ad aliud allegat quædã glossa Institutionum. Et ideo frustrà dubitant Canonistæ in c. Odoardus. de solu. an clerici possint cedere bonis: cùm hoc sit in ecclesia, vt dixi: ergo fortius in clericia.

ADDITIONES.

Et idem Ang. Areti. post Nico. de Neapoli, in §. cum eo quoque. col. pe. & ibi Ias. col. ij. versi. extra gl. Insti. de actio Steph. Aufrer. decis. Tho. cxxxvj. inferentes idem dicendum in vniuersitate scholarium, & fabrorum. Nic. Pig.

Et quid de debitoribus fisci, an possint cedere bonis, eleganter scribit Steph. Aufrer. decis. Tholo. xxviij. Gab. Sar.

CCCCCLXVI.

1 *Accusatio de crimine grauiori, pro quo durior venit imponenda pœna, institutum contra condemnatum pro alio crimine, executionem corporalem differt.*

1 SVscipe vnam cautelam pro condemnatis, † vt eorum executio corporalis differatur, scilicet, quod accusentur de crimine grauiori, ex quo veniat durior pœna inferenda. casus est singularis in l. j. §. fi. ff. nil noua. appella. pend. tenet Bar. per illum tex. in l. ij. §. qui exhibendi. in fi. ff. de cust. reor.

ADDITIONES.

Et idem Feli. in c. quærenti. col. iij. de offi. deleg. Hippol. de Marsi. in § opportunè. col. ij. in practica crimi. Ludo. Carer. in tract. homicid. §. vij. numero 88. Angel. Are. de malefic. versicul. & ibi caput. numero 31. Et adde aliam infrà singulari dccxxv. Nicolaus Pignn.

* Adde quòd etiam propter maximam & perfectam peritiam vnius artis, vel respectu roboris, differri potest executio alicuius qui ducitur ad mortem. l. ad bestias. ff. de pœn. & debet iudex consulere hoc casu principem vel superiorem. d. l. ad bestias. & pro hoc vide quod not. Nicol. de Neapol. in l. hos accusare. §. pen. ff. de accusat. quod verum intellige quando talis condemnatus esset persona in magna dignitate, vt est casus in l. pen. ff. ad leg. Cornel. de sica. Item verum intellige, nisi condemnatus esset latro manifestus, vel seductor: quia tũc poterit executio mortis fieri, & postea princeps consuli. arg. l. si quis filio exhæredato § iij & §. si autẽ. ff. de iniust. rup. testa. Item nota quòd ad differendam mortem alicuius condemnati cautela est, quòd aliquis compareat & dicat dictum condemnatum teneri sibi reddere rationes alicuius negotiationis, vel alterius debiti: quia hoc casu debet differri executio donec dictas rationes reddiderit. casus ad literam in l. j C. de bon. proscript. & ibi hoc not. Ang. qui dicit quòd hoc de consuetudine nõ seruatur, licet de iure ita sit. & pro hoc facit text. in l. seruo legato. §. pe ff. de leg. j. & Pet. Rauen. sing. dlii. accipe.

Item alia est cautela, vt differatur executio alicuius condemnati ad mortem, vt scilicet appelletur à sententia diffinitiua contra eum lata: quia tunc per appellationem ligatæ sunt manus iudicis, & condemnatus poterit eximi de manibus familiæ, & quidem impunè, secundum Ang. in l. addictos. C. de appel. & Imo. in c. si quando. verb. resistere. de offi. dele. & idem tenet Ang. Are. in §. pœnales. ver. adde quòd eximens captũ. Instit. de actio. quod intellige verum, nisi talis condemnatus esset latro manifestus, vel seductor. d. §. hi autem. Item debet differri executio capitalis, quando scilicet princeps vel superior mandat quem puniri grauiori pœna quàm sit consuetudo: tũc enim debet differri per xxx. dies. vt est casus in l. si vindicari. C. de pœn. & ibi Angel. dicit quòd non est parendum principis rescripto in ferendo sententiam, nec in executione pœnarum, cùm rescriptum duriorem pœnam contineat. vide de his omnibus latius per Cæpol. cautel. ij. in prin.

CCCCCLXVII.

1 *Accusationem ab alio ad publicam vtilitatem institutam, an illo posteà contumaciter ab ea desistente, iudex tertium ad illam prosequendam compellere possit? Et quid si accusator ex necessaria causa destiterit?*

1 INstituens accusationem † ad vtilitatem publicam, qui destitit posteà contumaciter ab eadem, an iudex possit tunc tertium compellere ad ipsam prosequẽdã? Dic quod non: sed est accusatus tũc absoluendus. l. ij. §. senatus. & l. senatus. §. senatus. ff. de iu. fis. secus si nõ cõtumaciter, sed quia sit mortuus, vel ob aliam necessariam causam destitisset. casus est singularis secundum vnum intellectum gl. & ibi Bart. no. in l. monente. C. de dilationib. libr. x. tunc enim tertius cogi potest, licet secus videatur per regulã, vt nemo inuitus agere, &c. Quod intellige verum, nisi accusator illam accusationem ad publicam vtilitatem instituisset nomine alterius: putà, tutor nomine pupilli, & procurator nomine domini: tunc enim quandocunque moriatur accusans, non poterit iudex tertium compellere ad ipsius accusationis prosecutionem. textus est singularis in l. diuus. ff. ad Turpillianum. & hæc est notanda limitatio ad dictam l. monente. & hoc addas ad Bat. in l. libellorum. §. fi. ff. de accusat. & l. penul. ff. de public. iudi. vbi ipse ponit an accusatio per alium instituta prosequi possit. quod nota.

ADDITIO.

Et sequitur Alex. in d. l. monente. August. Arim. in tracta. malefic. ver. & ad querelam. nu. 68 & Deci. in c. quia Gu. col. pe. versi. quintus. de iudi. Nic. Pig.

CCCCCLXVIII.

1 *Insultus factus cum armis, licet nõ extractis, punitur, ac si extracta forent, & cum armis factus dicitur.*

1 INsultus † factus cum armis, licet non extractis, punitur, ac si extracta forent, & factus insultus cum armis dicitur. l. iij. §. armis deiectum. versi. qui armati. ff. de vi & vi arma.

ADDITIONES.

Adde Bar. in d. §. armis. Alb. in secunda parte statutor. q. xxxviij. & Maria. Soc. dicentem ita se obtinuisse in facto in c. qualiter & quando. ij. ar. lx. de accu. Faciunt quæ dicit Anchar. consil. ccxij. Vide plenius per Feli. in c. sicut dignum. col. ij. versicul. sextò limita. de homicid.

Et sequitur Ang. Are. dicens se de facto Nursiæ habuisse, in §. ex maleficiis. col. v. ver. item dixi in libello. & ibi Ias. nu. 70. Inst. de actio. Et idẽ Are. in tract. malefi. in verbo, dictus Andræas armatus. in prin. Hippol. de Marsil. in §. & pro complemento. col. pen. in sua practi. crimi. Arno. epi. lxxvj. Alex. cõsi. xcviij. quoniam. lib. iij. Deci. & Cagnol. in l. quo tutela. §. vi factum. ff. de regu. iur. In quibus locis ampliant procedere, etiam si ea deposuerit. Et de pœna portantis arma, dixi suprà singulari cclxvij. Nic. Pig.

Adde Hipp. de Mars. in practi. cri. in §. constante. nu. 57. & in l. si in rixa. nu. 40. ff. ad l. Cor. de sica. & Tho. Gramma. in consil. crimi. xliij. col. j. nu. 3. Gab. Sar.

CCCCCLXIX.

1 *Barbam, vel capillos alicui expilans, qua pœna puniatur?*

1 EXpilans † alicui capillos, vel barbam, vel crines, (non tamen sanguis exiit) tenetur pœna decem librarum parti, & viginti librarum fisco. textus est solus in capitul. primo. §. si quis aliquem. de pace tenen. in vsibus feudor. quod nota.

ADDITIONES.

Adde quòd Affli. ibi dicit illum tex. non esse alibi. & adde Aug. Arimi. in tract. malefi. in verbo, sanguis exiuit. Ioan de Arno. dialog. lxj. & Tho. Gramma. in voto xv. & pulchrè in decisi. xvij. in causa Vinciguerræ. vbi ponit an ille text. debeat intelligi de libris auri, an ducatis. Nic. Pig.

Vide Ludo. Carer. in practic. cri. in prin. nu. 104. ver. & de pœna expilantis barbam. Gab. Sar.

CCCCCLXX.

1 *Sententia non potest pro reo per iudicem ferri, neque fieri citatio, nisi petatur. Fallit in causa fiscali, vel republica.*

1 NOn potest † pro reo ferri sentẽtia per iudicem, neque fieri citatio, nisi petatur. l. ad perẽptoriũ. & l. & post edictum. ff. de iudi. l. properandum. §. & si quidem. C. eodem titul. Hoc tamen fallit in causa fiscali, vel reipublicæ: quia in ea ex officio iudex potest ferre sententiam nemine postulante. text. est notabilis in l. ij. §. senatus. ff. de iure fisci.

ADDITIONES.

Et ibi sequitur Bat. Alex. post alios in l. iiij § hoc autem iudiciũ. nu. 25. ff. de dam. infec. & in l. properandum §. & si quidem. in prin. & ibi Ias. nu. 8 C. de iudi. Et adde quòd iudex tenetur officium suum impartiri in causis fiscalibus. l. si vacantia. & ibi Bar. C. de bon. vac. lib. x. l. si quis intra. C. de bo. proscri. & adde ad Bal. in l. j. C. de hære. vel act. vendi. vbi ponit priuilegia fisci. Nic. Pig.

Latè prosequitur Sebast. Vantius in tract. de nulli. proces. in rub. de nulli. ex defectu proces. nu. 98. Gab. Sar.

CCCCCLXXI.

1 *Sententia iudicis condemnantis aliquem accusatum de pluribus iniurijs, in vna certa quantitate, non distinguens, tantum pro prima iniuria, & tantum pro secunda, an valeat?*

2 AN valeat sententia iudicis condemnantis † aliquẽ accusatum de pluribus iniuriis in certa quantitate in vno libello, non distinguens tantum pro prima iniuria, & tantum pro secunda? Cy. in l. si non conuitii. C. de iniu. dicit hanc quæstionem habuisse de facto: Dic quòd sententia valet, vt colligitur ex l. j. §. si tamen. ff. quæ sent. sine appel. rescind. & illam ad hoc ponderat Bart. in l. prætor edixit. §. si tamen. ff. de iniur. quod nota.

ADDITIO.

De hac materia tractant doctores in l. j. C. de erro. cal. & in l. si is ad quem. ff. de acqui. hær. Nic. Pig.

CCCCCLXXII.

1 *Dispositio l. si fortè. ff. de offi. præsid. an habeat locum in beneficijs seu priuilegijs?*

1 QVòd † lex, si fortè. ff. de offi. præsid. volens existentem in officio iurisdictionem non perdere, donec sciuerit suum successoré aduenisse, locum habet in priuilegiis. glossa est singularis in l. tribunus. in prin. ff. de testa. milit. & illa est mirabilis. quod nota.

ADDITIO.

De illo tex. vide suprà sing. lviij. fuit. Nic. Pig.

CCCCCLXXIII.

1 *Offerens maius pretium pro re, quæ subhastatur ad hoc, vt carius ematur, tenetur pœna criminis stellionatus.*

1 OFferens maius pretium pro re, quæ in subhastatione † vẽditur, ad hoc vt carius ematur, tenetur pœna criminis stellionatus. casus est singularis secundum intellectum Bar. ibi in l. iij. §. si quis imposturam. ff. de crimi. stelliona. quod not.

ADDITIO.

Et hoc sequitur Ang. Are. in §. si. in fi. Insti. de dona. Alex. in addi. ad Bar. in l. si tempora. C. de fide instr. lib. x. Franc. Rip. in tracta. pest. in vlti. parte. in prin. nu. 204. Hipp. sing. cccxlj. licet.

Faciunt

Faciunt quæ ponit Cic.offi.lib.iij.de Pythio illo argentario, qui Caium Caninium equitẽ Romanũ ad hortorum emptionem mira astutia inescauit, adhibitis scilicet ex composito cymbis piscibus onustis. Et alia quę allegat do. Andr. Tiraq. de retract.consangui.§.i.nu.49. Propriè tamen impostores dicuntur deceptores, vt per do. Alcia.in l.aliud est fraus.ff.de verb.sig.& vernacula lingua *Mariolo, e giuntatori*, vt scribunt Moder. Anco.in tracta.de Merca.tit.de decocto.par.vlti.nu.20.& vide Hipp.sing.cccxviij.fui. Nic.Pig.

CCCCCLXXIIII.

1 *Bannitus repertus in territorio, de quo est exbannitus, qua pœna plectatur de iure communi?*

SCis, quòd relegati, seu exules, si excedãt terminos confinationis suæ, puniuntur pœna de qua in l. relegati.
1 & l.capitalium.§.in exulibus.ff.de pœn. Sed quid in exbannito reperto in territorio, de quo est exbãnitus? Dic quòd de iure communi est pœna deportationis, in cuius locum hodie succedit decapitatio. iste est text.singularis in l.mathematicos.C.de epis.audi.

ADDITIO.

Sequitur Alex.in d.l.relegati. Et de pœna fractionis confiniũ tradit Bal.in l.si Posidonium.C.de infa.Bart.in l.aut damnum.§.quisquis.& ibi Alex.ff.de pœn. Nic.Pig.

CCCCCLXXV.

1 *Creditor, qui mercatori plurium negotiorum mutuo pecuniam dedit, in ea negotiatione, pro qua mutuauit, cæteris præfertur.*

1 SI mercator plurium negotiorũ mutuo pecuniam† habeat à diuersis : ille creditor præfertur in ea negotiatione, pro qua mutuauit. text. est singularis secundum Io. Plagarensem in l.procuratoris.§.si plures.ff.de tribu.

ADDITIO.

Et ratio redditur in tex.& per consequens ille §.loquens in seruo habet locum in libero.& communiter sequuntur doct.ibi, & Are.Insti.quod cum eo.§ introduxit. cuius cõtrarium tenuit Rapha.Cu.consi.clxxij. Titius. Circa quod vide latè Moder. Anco.in tractatu de merca.titu.de decocto.parte vlti.nu.20.& sequen. Nic.Pig.

CCCCCLXXVI.

1 *Testes deponentes die lunæ factum fuisse homicidium, quo die tantum mandatum interuenit, an pœna falsi teneantur, si posterò die actuale homicidium fuerit secutum, an verò reducantur ad concordiam?*

SI testes aliqui de homicidio deponunt die lunę factum,
1 † quo die interuenit tantum mandatum, non tenentur pœna falsi, licet postea alio die secutum fuerit homicidium: cùm in atrocioribus voluntas habeatur pro facto, vt l.si quis non dicam rapere, cum sua materia.C.de epis. & cle. Et si alii deponũt alio die factum homicidium, reducuntur ad cõcordiam, scilicet manualiter : verbaliter autem die lunæ: tex.est singularis de pœ. di.j.c.periculoso.& hoc adde ad l.ij.§.fi.ff.si cer.pe.

ADDITIO.

Et idẽ Rom.adducens alia similia, consi.cccj.in proposita.col.ij. ver.tertiò probatur. quod est duplicatum in nu.390. August. Arim.in tractatu maleficio.in verbo, falsario, nu.28.Io.Cro. in tract.testi.nu.337.Stepha.Aufre.decisio.Tholosa.xj.Et adde quòd quibuscunque modis leges discordantes concordantur, eisdem modis possunt testes concordari, vt per Feli.in c. cùm tu.col.v.vers.quintò noto.de testi.& ibi dicit, quòd sufficit testes esse concordes in dicto, licet discordent in causa dicti. Nic.Pig.

CCCCCLXXVII.

1 *Iudex ad corporalem condemnationem procedere non potest ad tumultum populi, etiam si ille aliter sedari non possit : secus in executione.*

LIcet iudex ad condemnationem corporalem proce-
1 dere non possit† ad tumultum populi, etiam si ille aliter sedari non possit, vt l.decurionũ.C.de pœn.& l.si priuatis.C.qui & à qui. Tamen ad tumultum populi potest executionem accelerare, etiam pendente dilatione, si aliter tumultus sedari non potest. hic est tex.in l.qui cædẽ. in fi.ff.de sicar.& bene facit l.si quis filio exhæredato.§.hi autem.ff.de iniu.test.& l.constitutiones.ff.de appel.

ADDITIONES.

Idem dicunt Hippo.in d.l.qui cædem.in fin.& in practi.§.examinanda.nu.30.Cæpol.caute.ij.sub nu.11.Feli.in c.ij.col.ij.vers. viij.de præscri.Ias.in l.j.in prin.col.vlti.ff.de of.assess. Carer. qui alios citat, in tracta.homi.§ vlti.nu.80.vbi plura inferunt in materia. Nic.Pig.

Propter scandalum minuitur, aut omnino remittitur pœna delinquenti, puta cùm interuenit clamor, aut tumultus popularis. d.l.qui cædem.ff.de sicar. Et ita dicit per illum tex.gl.in cap.si ergo.in verb.clamoribus.viij.q.j.& est etiam text.in ca.vnusquisque.& ibi glo.xxij.q.iiij. Et in hanc sententiam dicit gl.in c.si quis ordinatus.in gl.vlti.xcij.distin.quòd aliàs excommunicandus excommunicari non debet, si scandalum timeatur. gl.nota.in c.lator.in ver.reddere.ij.q.vij. quòd propter scandalum receditur à pœna l.si quis in tantam.C.vnde vi.& Inn. in c.j.de cler.coniuga.quòd propter scandalũ toleratur clericus priuandus. Et diuus Thomas secunda secundæ.q.viij.artic.j.in fi.quòd princeps non punitur vbi timetur de scandalo.allegat glo.super illud Matthæi xiij.sinite crescere vrticas, ne fortè eradicetis & triticum. vbi ex hoc dicit, quòd princeps propter scandalum non punitur, nisi fortè peccatum illius maius esset, quàm scandalum. Et aliàs propter scandalum interdum punitur non aliàs puniendus, vt dicit Bal.in l.j.ff de offi.eius cui mãda.est iuris. Sed certè id non est verum, vt hic etiam sentit Rom.quia vt dicunt Dy.& Bar.in d.l.qui cædem. nunquam occiditur, qui non delinquit propter tumultũ popularem, per tex.in l.decurionum.C.de pœn.vbi gl.ex hoc infert, Pilatum malè Christum condemnasse. Bene autem pœna acceleratur vt est text.in d.l.qui cædem.secundum eos.quẽ tex.ita etiam hic intelligit Rom. Sed aliàs propter scandalum multa fiunt contra ius commune, de quibus latè per eundem Roma.in repeti.l.si verò.§.de viro.in vij.fallen.ff.solu.matri. & Barba.consi.xj.col.viij.ver.& ad hoc accedat.vol.j.& consi.xx.col.xiij.versi.& sic oritetur.vol.ij.& per Deci.consil.clj. Maximi ponderis.col.iij.& tradit And.Tiraq.in tract de pœ. temp.aut remit.in causa xlvj.per totũ.& vltra eum adde quod scribit Par.de Put.in trac.de synd.in verb.latro.per totum, & maximè nu.6.& 10 verb.an si statutum relinquit pœnas.in fi. & in verb.pœnas.col.j.vbi etiam ponit, quòd si condemnetur ad mortẽ aliquis homo magni roboris, vel insignis artificii, qui esset vtilis reipublicæ, quòd iudex debet principem consulere,& non mandare sentẽtiam executioni, per l.ad bestias. ff.de pœnis.& dicit ibi Dynus, quòd in tali casu quilibet de populo posset impedire executionem sententiæ capitalis, quẽ refert,& sequitur Tho.Giam.consi.lxiij.in causa Ioannis del Comparatore.col.ij.nu.7 in consilus criminalibus.& Angel. Areti.in tractatu maleficiorum, in ver.qui iudex statuit terminum.versi.si autem aliquis.& Ang.consi.xiiij.& Lud. Care.in practica criminali.in prin.nu.89 & 90.& in §.circa.iiij. nu 80.& per Cataldin.de Boncompag.in tractatu de syndic. q.ccxij. Gab.Sar.

CCCCCLXXVIII.

1 *Publicationis bonorum sententia, an trahatur ad bona extra territorium publicantis existentia, & cui ea applicari debeant, an communitati, vbi est lata sententia, an vbi condemnatus habet originem, an verò vbi bona sunt?*

LIcet magna sit quæstio doctorum, an sententia publi-
1 cationis bonorum† trahatur ad bona extra territorium publicantis existentia : tamen communis conclusio est, quod sic, vt per Legistas in l.cunctos populos.C.de summa Trinit. Canonistas in c.cum secundum.de hære. libro vj.& in c.postulasti.de foro compe. Sed tunc succedit quæstio, an illa bona debeant applicari communitati, vbi lata est sententia, an vbi habet originem condemnatus, an verò vbi bona sunt? Tu dic cõclusiuè, quòd bona immobilia debent applicari fisco, in cuius territorio bona sita sunt. casus est singularis in l.quicunque.§. vniuersi.C.de hære.& Manich. Bona autẽ mobilia, etiam quæ sunt alibi, debent applicari communitati iudicis condemnantis. casus est singularis in c.j §.si iudex.de pace tenen.in vsib.feud. licet Bald.contradicat,& malè, per tex.in d.c.j.§.si quis hominem.

ADDITIONES.

Idem quod Ro. hic videtur tenere Card. Alex. in c. j. §. si iudex. hic allega. & verè ille text. loquitur tantùm de mobilibus applicandis communitati condemnantis de immobilibus verò nihil dicit.

Adde Bar. in d. l. cunctos populos. q. vlti. Bald. in l. mercatores. C. de commerc. & mercat. Cæpolam consil. crimi. xvij. visa. nu. 37. Io. de Arno. epito. lxxv. Alex. consi. xvj. viso. col. fi. & cōsil. xxxj. viso titulo. col. ij. versi. pro quo primo. lib. j. Aret. in tracta. maleficior. in verbo, & eius bona publicamus. nu. 5. & ibi August. Arim. col. iij. Hippo. de Marsi. in repe. l. fi. nu. 186. ff. de iurisd. om. iudi. & Hier. Gigas in suo celebri tracta. crimi. læsæ maiest. lib. ij. rub. de pœn. commit. crim. læsæ maiestat. quæst. ij. Matthæ. de Afflict. in dicto §. si quis hominem. x. notab. & in cap. j. in fi. quæ sit pri. cau. benef. amittendi. Et quæ bona veniant in confiscatione, suprà singulari clxx. ccccxxx. cccccxlviij. Nic. Pig.

Vide latè Guido. Papæ decisio. Grationopo. cccxlj. & Gulielm. de Ludo, sing. xciiij. vbi tradit quæ bona intelligantur confiscata. Gabriel Saray.

CCCCCLXXIX.

1 *Hæres indignus hæreditate priuatur, & applicatur fisco ciuitatis originariæ testatoris.*

1 HAeres † indignus priuatur hæreditate, & applicatur fisco, vt de his quib. vt indig. per totum. Sed pone, quòd testator, cuius hæreditas debet auferri, est Senensis, hæres verò sit Florentinus, bona verò sint Genuæ, cui applicabuntur? Dic quòd ciuitati originariæ testatoris. textus est singularis in authen. vt cùm de appel. cogn. §. si vnum de prædictis. vnde sumitur authen. si captiui. C. de episco. & cleric. & hoc perpetuò no.

CCCCCLXXX.

1 *Doctor, vel electus de dominis debet leuius puniri, & liber mitius, quàm seruus: & quid in statulibero?*

1 SCis, † quòd doctor, vel electus de dominis, aut similis debet mitius puniri. l. moris. §. sed & enim sciendum est. ff. de pœ. & liber mitius, quàm seruus. l. in seruorum. ff. eo. ti. Sed quid in statulibero, an puniatur vt seruus, vel vt liber? Dic quod vt liber propter spem libertatis, vt d. l. moris. §. fi. & l. statuliber. ff. de quæst. & l. j. ff. de pœ. & ibi Bar. & per illum tex. in §. fi. deciditur no. quæstio, quòd electus solum, punitur ac si esset officium consecutus. & ita dixi, cum hæc quæstio fuit de facto Romæ.

ADDITIO.

Adde l. fi. & ibi doctores. ff. si ex nox. cau. aga. & in dictis legibus. Nicolaus Pigno.

CCCCCLXXXI.

1 *Tabellioni, cui tempore rogationis fuit satisfactum de mercede confectionis instrumenti, an iterum solui debeat, quando pars copiam instrumenti velit?*

AN tabellioni, qui tempore rogationis fuit solutus de
1 mercede confectionis instrumenti, † debeat iterum solui, quando pars velit copiã instrumenti? Dic quòd sic. glos. est no. in l. fi. §. exemplaria. C. de prin. agen. in re. lib. xij. quod tene menti: quia quotidianum est.

ADDITIO.

Quod sequitur Alex. in d. l. fi. & idem Alex. post Bart & alios in l. argentarius. in prin. ff. de eden. Deci. in c. j. col. xxiij. ver. prædicta. vbi limi. de proba. & in consi. dcxxiiij. viso. Cagno. in l. si librarius. nu. 51. ff. de reg. iu. Et quando de quantitate salarii est discordia inter notarium & partem, à iudice taxari debet. Bal. in d. l. argentarius. post Spe. Nic. Pig.

CCCCCLXXXII.

1 *Dotalis lucri remissio à marito vxori facta, vt eam seorsum ab ipso viuentem recipiat, pacémque cum ea ineat, an valeat?*

POne casum quotidianum: communiter per Italiã sunt
1 statuta, † quod vxore prædecedente maritus lucretur dotem, vel eius partem. Sed pone, quòd vxor propter discordiam cum marito habitam recedit de domo mariti, & vadit ad domum consanguinei, marito desiderante pacem, ipse requirit vxorem suam: vxor petit sibi remitti lucrum dotis sibi ex statuto peruenturũ: quæritur, an valeat talis remissio propter scandalum euitãdum? Quilibet diceret quòd sic, propter pacem futuram. dic tamen contrarium: quia venalis concordia inter coniuges est prohibita, licet aliàs sit permissa, & ita nec promissio cuiuslibet alterius rei. casus est singu. secundum vnam lect. gl. & veram in l. si liberis. ff. de pact. do. quod nota.

ADDITIO.

Sequitur Io. Lup. in rub. de donat. inter vir. §. xxxiiij. vbi extendit ad vxorem committentem adulterium: vt scilicet si se reconciliauerint cum pacto, quòd lucrum bonorum pertineat ad maritum, vt talis concordia tanquam venalis non valeat. Nicolaus Pign.

CCCCCLXXXIII.

1 *Præscriptio rei principalis ad accessorium trahitur, quod tempore cœptæ præscriptionis in principali inerat, secus si ex post facto inesse cœperit.*

1 TV habes regulam, quòd præscriptio † facta de re principali trahitur ad rei accessorium. casus est in l. cos. C. de vint. & l. si aliena. §. j. ff. de vsuc. Quod est verum, si accessorium ab initio inchoatæ præscriptionis inerat principali: secus si ex post facto cœpit inesse, quoniã tunc est opus quo ad illud noua præscriptione. casus est singularis, & nõ alibi, quem nota quia de eo habebis honorem, in l. qui fundum. §. j. ff. de vsuca. pro empto. bene facit l. rerum mixtura. in fin. ff. de vsuca. & hoc induxi ad quæstionem. Hora pulsat, non plus.

ADDITIONES.

Sequitur idem Ro. in d. §. j. prout eum allegat Fel. qui hoc sequitur in c. auditis. col. x. ver. quarta declaratio. de præscrip. & in c. cùm ex iniuncto. col. fi. de hæret. vbi allegat c. cùm contingat. de deci. Et vbi est diuersa ratio, non procedet reg. accessoriorum, &c. vt per d. § j. volun Corne. consi. ccxl. in præsenti. col. fi. versi. nec obstat, quòd argumentũ. lib. iij. & tradit Hippo. singulari xvij. accessoriorum. Nic. Pig.

Hanc Romani limitationem refert, & sequitur Io. Franc. Balb. in tract. de præscri. in ij. parte prin. nu. 14. versi. prædictam limitationem. Gab. Sar

CCCCCLXXXIIII.

1 *Cautio mutiana an habeat locum in contractibus? & quid in donatione causa mortis?*

1 DVbitatur an † cautio mutiana habeat locum in contractibus, de quo in l. j. C. de pact. & l. siue apud acta. C. de transac. vbi gl. & doc. dicunt, quòd non. Sed quid in donatione causa mortis, an in ea habeat locum cautio mutiana? nouum est & pulchrũ quæsitum. Tu dic quòd sic: quia isto casu magis accedit vltimæ voluntati, quàm contractui, in quo communiter locum non habet. casus est singularis in auth. de nup. §. quæ verò. versi. præfatæ autem. Bald. allegat in auth. cui relictum. C. de indic. vid. & ibi facit festum.

ADDITIONES.

Adde quòd idem tenuit Ias. in l. dedi. col. iiij. ver. item adde. de cõdi. caus. dat. vbi dicit istud probari ratione, quia donatio causa mortis postquam est facta, & sic in esse deducta, æquiparatur vltimæ voluntati. gl. & Bar. in l. ij. in prin. ff. de do. præle. Bart. & doc. in l. ij. ff. de leg. j.

Et idem Ias. in d. l. siue apud acta. nu. 9. C. de transact. Soci. in l. mutianæ. col. iiij. ff. de condi. & demon. Fran. Rip. in l. ita stipulatus. nu. 45. ff. de verb. oblig. Nic. Pig.

Adde Stepha. Aufrer. decisio. Tholos. cccxxvj. Gab. Sar.

CCCCCLXXXV.

1 *Ademptio generalis prælegatorum ab hærede, an intelligatur adimere legata conditionalia hæredi facta?*

1 QVæro, † nunquid generalis ademptio prælegatorum ab hærede, intelligatur adimere legata conditionalia hæredi facta? textum habes singularem in l. Paulo Callimacho. §. Pomponius. ff. de leg. iij.

CCCCCLXXXVI.

1 *Vsusfructus, vel habitationis legato generali, an per legatum speciale rei derogetur?*

1 AN legato † generali vsusfructus, vel habitationis derogetur per legatum speciale rei? Dic quòd non: casus est singularis secũdum Bar. ibi in l. Sempronio. in prin. ff. de vsufr.

vsufr.leg.secundum intellectum glo.bene facit l.si alii.in prin.eo.titu.

ADDITIONES.

Nec obstat regula,generi per speciẽ,&c.quia illa procedit, quando legatur genus & species eodem iure, vel eodem respectu: secus si in genere de vno iure,putà de vsufructu, & de alio in specie,putà de proprietate,quod dicitur etiam diuersis respectibus,secundum Bar.in d.l.Sempronio.& in distinctione in d.l.si alii.& l.fi.eo.titu. Alex.consi.lvj.perlectis iij.lib. Cæpol. de serui.c.vj. Et hæc est communis secundum Deci. consilio ccccccx.testator.col.ij.& in l.in toto.vbi dominus meus plura cumulat.ff.de reg.iu. Vide tamen Soci.Iun. consi.cix paucis vtar.dubio fi.vbi in terminis quando legatur vsusfructus vniuersalis, & rer particularis, vult quòd generi derogetur per speciem,sequendo Bal.in l.quoties.C.fami.erc. & Angel. Are.in §.j Instit.de vsufr. Nic. Pig.

Idem tenet Ias.in l.re coniuncti.nu.70.ff.de leg.iij & ibi Io.Cro. in q.iij.Bar.in l.quæsitum.§.si quir fundum.col.ii.ff.de fun. instr. Alex.consi.lvj.vol iij.Pau.de cast.consi.cccxiij volu.ij. col.ij. Et hæc est communis opi.doct.vt tradit Didac.Couar. lib.ij.var.resol.c.ij.nu.7.versi.sexta conclusio.vbi plures alios idem tenentes adducit. Gab.Sar.

CCCCCLXXXVII.

1 *Vsusfructus constitutus morte vsufructuarij finitur:& quid in spe vsusfructus constituendi?*

1 VSusfructus† constitutus finitur morte.c.fin.de pig.& in §.finitur.Insti.de vsufr.Sed quid in spe vsusfructus constituendi: an finiatur morte? pridie fui interrogatus. Videtur dicendum quòd sic:quia idem ius est in eo quod est in spe, sicut in eo quod est in re.§.ex conditionali.Instit.de ver.obli.& hæc est vera conclusio:sed de hoc habes duos casus notabiles in l.Sempronius Attalus.ff.de vsufru.leg.alium in l.qui vsumfructum.vers.hoc ita se habere.ff.de vsufructu.

ADDITIO.

Sequitur Cæpola in tract.de serui.vrb.præd.c.iiij.ad fi.Ioã.Lup. in rub.de dona.inter vir §.lxij.col.vij. Nic.Pig.

CCCCCLXXXVIII.

1 *Gabellæ solutio per venditorem ne,an per emptorem fieri, de contractu emptionis debeat?*

1 PEr Italiam communiter sunt statuta,quòd† de cõtractus emptionis debeat solui gabella:sed nõ dicitur per quem:quæro ad quem spectet?Bal.tangit & non determinat in rubri.C.de reb.cre.Sed est casus quòd per emptorem solutio fieri debet.vt l.debet autem.in fin.ff.de ædit. edic.quod not.

ADDITIO.

Adde quòd hæc est communis opi.quam latè disputant Bald.& posteriores in rub.ff.si cer.pe.decisi. Tholosa.ccccl.j. Vide tamen Cæpol in d.l.debet.in ij.notab.tenentem pulchrè quòd debeat solui ab vtraque parte.Et ita ego arguendo Hierony. Cagno.aliàs defensaui ponderando dictionem,forte,in text. postuam iuxta gl.& doct.in l.in substitutione.ff.de vulg.& pupil.qui mihi respon. Latinos illo modo loquendi vsos, & ego non videram Cæpo.qui nondum erat impressus. Adde quis locus attendatur in solutione gabellæ,supra sing.cccclxxviij. & de gabellis extat tract.quem video allegari. N.P.

CCCCCLXXXIX.

1 *Hæres,si ad petitionem vnius ex creditoribus hæreditarijs,hæreditatem ære alieno grauatam adierit,cæteris creditoribus ad primi creditoris instantiam,eidem hæredi, aliquid ex debito remittentibus,an cogere possit ipsum primum creditorem,sibi pariter aliquid ex debito remittere?*

1 HAereditas est mihi delata crediris multis implicita: ego subsisto adire,ne illa sit mihi dãnosa, postea † ad petitionem vnius creditoris,ad cuius instãtiam alii creditores mihi,vt adirem,aliquid remiserunt ex debito,adeo hæreditatem illam, quæro an ille creditor, licet expresse non remiserit, cogatur quicquam remittere? Dic quòd sic arbitrio boni viri.gl.est singularis in l.cũ in eos. de pactis,allegat l.si fundum qui ex parte.cum seq.ff.manda. Amplius de istis singularibus non dabo tibi,quia impediunt mihi lectionem ordinariam.

ADDITIO.

Quos tex.dicit singu.Alex.ad Bar.in d.l.si fundum.& in l.frater à fratre.& ibi Ias.xiiij not.ff.de condi.indeb. N.P.

CCCCCXC.

1 *Citationis omissio sententiam vitiat,fallit in sententia excommunicationis. Et quid in sententia absolutoria ab excommunicatione?*

1 TV habes regulam quòd omissio citationis vitiat †sententiam.l.j.§.item cùm ex edicto.ff.quæ sent. sine app.Fallit in sententia excommunicationis,vt in ca. sacro.de sen.exc Modo quæro,quid in sententia absolutionis excommunicationis:an requiratur citatio?gl.ponit xj.q.iij.c.excommunicatos.Inno.in c.prudentiam.§. sexta.de of.deleg.Spe.in tit.de contumacia.§.fi.versic.sed pone excommunicatus.sequuntur domini mei in duabus decisionibus.Do tibi veram conclusionem Ioã.Andræ.in c.qua fronte.de app.vbi determinat,& dicis,quòd valet sicut in sententia excommunicationis,& non redditur propter hoc nulla,licet sit iniqua ex ordinis defectu. & hoc per plures rationes:maximè eo,quia ea solennitas quæ requiritur ad aliquem actum faciendum,eadem requiritur in eo dissoluendo.l.si ad resoluenda.C.de prædi. mi.& l.ab emptione.ff.de pact.sed in prolatione non requiritur,ergo nec in eius absolutione.

ADDITIONES.

Ibi,Do tibi veram decisionem. Adde Inno.in c.ab excommunicato.in verbo,obtentis.de rescri.Spe.in tit.de contu.§.fi.ver. sed pone excommunicatus.do.Ant.in c.qua fronte.hic alleg. & Imo.in fi.& Panor.in v.col.qui dicit,quòd quando absolutio fit ab excommunicatione, seu eius superiore concurrente iurisdictione in personam excommunicati,valeret absolutio absque citatione partis,vbi aliàs requireretur.nam sicut valeret excommunicatio sine citatione & admonitione partis. c.sacro.de sen.excom.& per gl.xj.q.iij.c.j.& in summa.ita valebit absolutio:cùm potestas ligandi & soluendi procedat à pari,vt de pœni.dist.j.verbum.& iuribus hic per Roma.allegatis:& quia absolutio est actus magis fauorabilis l.Arrianus.ff de act.& oblig.& pro his est tex.no.in c.venerabilibus. §.vbi autem.de sen.excom.in vj.vbi vide Gemi.per quẽ text. traditur vna regula generalis,quòd dummodo absolutio fiat à iudice suo,tunc quantumcunque iniusta valet, & non est nulla.& sic est cõclusio,quòd nullo casu absolutio redditur nulla ex defectu citationis.

Idem Roma.consi.ccclviij.circa propositũ.Bal.in l.si pacto quo pœnam.col.j.C.de pact.Abb.Deci.& alii in d.c.qua fronte.& in c.cùm sit Romana.de appel.& in c.j.extra gl.de iud. Hipp. de Marsi.in l.de vnoquoque.fallen.xliij.ff.de re iudi.August. Bero.in c.quoniam contra.in glo.citationes.nu.96.de proba. Intellige hoc,quando quis fuit excommunicatus simpliciter pro contumacia:secus si agatur de interesse partis, quia tunc requiritur citatio partis,vt per Rom.in d.consi.ccclviij. Abb. & Deci.in d.c.qua fronte de appel. Nic.Pig.

CCCCCXCI.

1 *Maritus an postquàm ingressus est monasterium de consensu vxoris,possit facere vxori confessionem de dote iam recepta:& an illa confessio probet?*

1 MAritus† est ingressus monasterium de vxoris consensu,cuius,quia est antiqua,non est habenda sinistra suspicio,qui maritus volens recognoscere bonam fidem, facit vxori post ingressum monasterii confessionem de dote iam recepta:quæritur,an illa confessio probet? Dic quod non, secundum Specul.singulariter in titu. de statu monac.§.j.q.lvj.adde hoc ad authen.si qua mulier.C.de sacrosanct.eccle.

ADDITIO.

Idem dicunt Pau.de Cast.col.iij.& ibi Ias.in iiij.nota.in auth.ingressi.C.de sacrosan.eccl. Nic Pig.

CCCCCXCII.

1 *Iudex eadem die post sententiam latam potest supplere circa accessoria:& an idem arbiter possit?*

1 DIcit l.Paulus.j.ff.de re iudi †quòd iudex potest eadẽ die post sententiam latam supplere circa accessoria,

& habetur in c.cùm appellationibus friuolis.de app.lib. vj.Quæro quid in arbitro·an hoc possit? magna quæstio fuit Romæ coram me inter dominos meos variantes in hoc:demum comperi gl.sing.secundum quam iudicaui, licet multæ rationes essent in contrarium in l.quia arbiter,& si errauerit.ff.de arb.nota bene.

ADDITIO.

Quam gl.sequitur Alexan.post eos quos allegat in d.l.Paulus.in prin.& eam sing.dicit Ange.Aret.§.omnium.col.ij versicul. tertiò sicut iudex.Institu.de actio. vbi ponit viij. æquiparationes,& xvj differentias inter iudicem & arbitrum. Nicolaus Pigno.

CCCCCXCIII.

1 *Testator si condemnet hæredem ad mutuandum Titio centum, an Titius teneatur idoneam præstare fideiussionem de illo mutuo reddendo,an verò nuda cautio sufficiat?*

1 COndemnat testator hæredem suum,vt mutuet†Titio centum:an Titius teneatur pro hoc præstare idoneã fideiussionem de illo mutuo reddendo? Dic quòd non: sufficit enim nuda cautio.tex.est singularis in l.fideicommissa.§.si hæres.ff.de leg.iij.

ADDITIO.

Adde quòd est duplicatum,vt infrà singul.dccxcix.testator. Nicolaus Pigno.

CCCCCXCIIII.

1 *Filius naturalis sciens eius patrem suam impetrare legitimitatem, an pro consentiente habeatur?*

TV scis,quòd ego dixi,quod cogitabam in vno,& illud est:Scis enim quòd filius naturalis non est in potestate patris.vt Insti.de nup.in fi.cum simil.quod est verum,nisi sit legitimatus:Modo dicit text.no.in §.generaliter.in auth.quib.mo.natur.effic.sui.quòd in legitimatione requiritur filii consensus.& est ratio:quia non potest liber homo nolens alterius subiici potestati.Pone q
1 filius†scit patrem impetrare suam legitimitatem, & non contradicit,an habeatur pro consentiente? fuit magna quæstio in facto,& omnes recurrebant ad materiã l.quæ dotis.ff.sol.ma.& communiter tenebant quod non:quia in præiudicialibus taciturnitas non habetur pro consensu.l.iij.§.inuitus.ff.de procu.Sed contrarium est verũ.gl. est singularis in l.in adoptionibus.in verbo,non contradicendo.ff.de adopt.& illam nemo notat, nisi ego.illam nunquam sciui nisi heri.

ADDITIONES.

Facit regula c.nonne.de præsum.vbi Feli.col.v.infert ex illa regula ad istam gl.pro qua facit:nam licet certo respectu legitimatio sit damnosa filio, quia perdit libertatem, & non est amplius sui iuris,tamen attenta vtilitate quæ resultat ex recuperatione iuris natalium,præsumitur potius cõsentire quàm dissentire,secundum Ro.met qui hoc latè tangit in l.quæ dotis.in xxij.col.ff.sol.ma.

Et illam gl.sequutus est Ias.in l.quæ dotis.nu.70.& in l.ij §.voluntatem.in princ.ff.sol.ma Io.Coras.in d.l.in adoptionibus. Deci.consi.lv.& pro tenui.col.iiij.versi.tertiò respon.& cõsi. ccclxvij.viso puncto.col.ij.ver.& quando.Nic. Boër decisio. clx.sed circa.in fi.Et adde quòd sufficit ratificatio legitimati etiam post mortem patris,vt tradit Deci.post alios in d.consi. lv.& pro tenui. Nic.Pig.

Idem latè tenet Bartbolo.Chassæn.in commen.consuetudi.Burgund.in rubrica viij.*le bastard du bastard*.in versi.ab intesta. nu.19.versicu.contrarium.Ludo.de Sardis,in tractat.de legitima.capitu.de requisitis in legitima.versicul.tertiò quæritur. nu.3.& Ange.Perus.in consi.lxxj & Præpos.licet dubitet in c. per venerabilem.§.quod autem.nu.17.qui filii sint legi. Ang. tamen in disputatione,Nobilis quidam genere. in vna duntaxat specie sufficere putauit, quòd filius non contradiceret, cùm videlicet,matrem occultasset. sic intellexit text.in §.sit igitur licentia.in authen.quib.mod.natu.effic leg.cum glo.in verb & nec fraudare.Quod & Iacob.de Bellouisu & Bart.in d §.approbasse feruntur,vti Soci.scribit in l.Gallus.§.forsitan.nu.5.ff.de lib.& posth. At verò Anto.de Rosel.in tract.de legitima.lib.j.c.de forma causali.nu.fi.secure docet non sufficere,quòd filius nõ contradicat,sed regulariter exigi,quòd ratum habeat. Are.etiam col.iiij.ad fi.in d.§ forsitan.constanter asseuerat in omnibus legitimationis speciebus consensum filii non ex eo colligi,quòd non contradixerit. In hoc igitur confuso articulo potest dici,ratihabitionem filii,quam Iustinianus exigit in §.generaliter.in auth.quib.mod.nat.effi.sui. non ex eo induci,quòd sciuerit legitimationẽ impetrari, aut impetratam esse,& non contradixit:Sed magis ex eo,quòd ratam habuit aut re,aut verbis aliquid gerendo, quod citra ius & nomen legitimi gerere non potuit:arg.l.pro hærede.§. Papinianus.ff.de acqui.hære.l.Paulus.ff.rem rat.hab.Et sufficiet ratum habere,etiam post mortem patris, secundum Ange.in dicta disputatione,Nobilis.in primo dubio,colum.iij.Ant. de Rosel.in tract.legit.lib.j.c.de causa formali.nu.fi.Ang. Areti. in §.fi.nu.9.Insti.de nup.Præposi.in c.tanta est vis.nu.26.qui filii sint legit.Simplex autem scientia filii sine contradictione non inducet ratihabitionem. Nec obstat tex[illegible] quem omnes allegant in l.in adoptionibus.ff.de adopt.[illegible] iurisconsulti & Accur.sententia non eò pertinet, vt scientia fi[illegible] sine eius contradictione sufficiat,sed potius vt præse[illegible], qui non contradixit,consensum eius ostendat in legi[illegible]atione.facit tex.in §.sed si pater.Insti.quib.mod.ius pat.potesta.sol. Et ita videtur glo.intellexisse Roma.in l.quæ dotis.nu.39.ff.sol. ma.& Præposi.in d.c.per venerabilem.§.quod autem. nu.51. qui filii sint legit.Diuersa autem sunt,eum qui sciat,non contradicere,& eum qui præsens sit, non contradicere, secũdum ea quæ Bar.docet in l.quo enim.§ j.in princi.nu.1.ff.rem rat. hab.Et resoluit Alex.in l.sæpe.nu.87.versi.nec obstat.ff.de re iudi. Feli.in c.nonne.nu.13.de præsum.& ita per prædicta tenet Emanuel Costa in repeti.l Gallus.§.& quid si tantum. in tertia parte,nu.117.ff.de lib.& posth.vbi hoc latius prosequitur. Gali.Saray.

CCCCCXCV.

1 *Primum & secundum decretum quid sint? & quomodo diffiniantur?*

2 *Secundum decretum non potest interponi nisi contra latitantem, nisi periculum sit in mora.*

IN hoc consului pridie:*Sas,o dei sappere*,quid est secundũ
1 decretum,†quod est secunda iudicis aggrauatio puni-
2 tiua contumaciæ:& ita primum potest diffiniri:†& istud secundum decretum non potest interponi nisi contra latitantem.& est latitatio debitoris absconsio fraudulenta in damnũ creditoris.l.Fulcinius.§.si quis possedit.ff.qui. ex cau.in pos.ea.cum simil.Quod est verum,nisi periculum sit in mora:tunc enim interponitur secundum decretum contra debitorem etiam non latitantem. Tu Legista bene habes hoc in tutore,& in tribus aliis casibus, vt in d.l.Fulcinius.§.adeo.l.eum qui.§.fi.in glo.ff.de priuil. cred.sed quod etiam in hoc sit,nullus dixit,nisi Io.Andr. in c.consultationibus.de offi.deleg.in nouella.Bal.dicit etiam in vno loco,& non alibi,in c.j.de mili.vas.qui contu.est.in vsibus feud.

ADDITIONES.

Adde Sand.qui aliqua dicit in proposito in c.consultationibus. hic alle.col.iij Et adde quòd dictum Io.And.de quo hic, fuit Inno.in c.dilecto.de ver.signi.qui etiam allegat Io.And. hic, & Imo.in l.contra pupillum.ff.de feud.vbi idem dicit, quòd indistinctè potest dari secundum decretum contra non latitantem,quoties est magis vtile reo,quòd mittatur in possessionem secundi decreti. Et Ro.consi.est nu.ccccliij.incip.in re præsenti.ij dub.

Adde quòd consi Ro.sequitur latè Alexan.in l.si finita § Iulianus.col.vij.ff.de dam.infe.Hippo.in l.qui cædem.ff de sicar. col.ij.vbi plura in materia moræ poni. & facit supra singul. cccccxcix. Nic.Pig.

CCCCCXCVI.

1 *Differentia quænam sit inter inducere, delere, & superinducere, remissiuè.*

1 QVæ†differentia sit inter inducere,delere,& superinducere:vide gl.in l.si quis libertatem.ff.de peti.hær. & l.inductum.C.de solutio.

Additio.

ADDITIO.

Et doct. in l.j.& ij.ff.de his quæ in testa.delen. & in l.si vnus.C.de testa. Nicol.Pign.

CCCCCXCVII.

1 *Absentes pro republica multa habent priuilegia, nisi data opera & affectatè causa reipublicæ absint: quod præsumitur, si ille, qui causa reipublicæ abest, est in officio pauci valoris.*

1 TV habes, quòd † absentes causa reipubli. (vt Ambasiatores) multa habent priuilegia. tamen illi, qui data opera & affectatè causa reipubli. absunt, non gaudent illis priuilegiis, vt l.& qui data.ff.ex quib.causis maio.l.penulti.C.quomodo & quando iudex.& l.vniuersi.C.de legat.libro x.secundum vnam lecturam. Sed ad huius declarationē scias, quòd omnis ille, qui abest causa reipubli.si est in officio pauci valoris, præsumitur affectatè, & data opera abesse. textus est singularis in l.spadonem. §.fina.ff.de excusatio.tutorum.& illam nemo ad hoc notat: & ideo tene menti.

ADDITIO.

Et sequitur Alexan. qui alios citat, in dicta l.penul. & in dicta l.vniuersi. Feli.in c.fina.de testi. Hippoly.de Marsi.in l.j.§.cùm quis.col.ij.& iij.ff.de quæstio. Nico.Pig.

CCCCCXCVIII.

1 *Legatarius habet tacitam hypothecam in bonis testatoris: & an specialis hypotheca à testatore ipsi legatario data deroget generali à lege introductæ?*

2 *Legatarius an de iure Digestorum habebat bona testatoris tacitè obligata?*

1 LEgatarius † habet tacitam hypothecam in bonis testatoris.l.j.C.commu.de lega.Instit.de leg. §.nostra. cum simi. Sed an hypotheca specialis data per testatorem legatario deroget generali à lege introductæ? quid diceres, quòd sic per l.fina.C.de pact.conuen. per ea quæ dixi in l.si cùm dotem.in princip.ff.solu.matrimo. Sed tu dic contrarium.text.est singularis in l.fundus.ff.de annu. lega. Et si dicis, ille text. non probat: cùm de iure Digesto-
2 rum † legatarius non habebat bona obligata tacitè: dic quòd non est verum, & est casus in contrarium in l.creditoribus.ff.de separa.& hoc nota.

ADDITIONES.

Et hoc tenet Bal.in l.j.col.iij.versicu. quæro si testatur pro legato.C.commu.de leg.& approbat Rip. in l.j.in fi.ff.de legat.j. Negus.in tracta de pig.iiij.memb.ij.par.princi.xv.casu.ij.ampli.a.Ibi,& si dicis.contrarium est verum, vt l.j.C.commu. de leg.vbi Imperator dicit se hypothecam de nouo inducere. & ita tenent communiter doctores in l.j.ff.de lega.j. & respon. ad d.l.creditoribus. quòd loquitur in pignore prætorio, iuxta l.non est mirum ff.de pig.actio. Nico.Pig.

An testatore constituente fundum aliquem in pignus pro soluendo certo legato, pro hoc sit recessum à generali hypotheca omnium bonorum testatoris, ex l.j.C.commu.de lega. Et quibusdam placet hac speciali pignoris constitutione non cessare hypothecam legis. Bal.in l.j.C.commu.de leg. col.iij. versi. quæro quid si testator Et Gul.Benedi. in cap.Raynutius. de testamen.nu.152.facit, nā si locator domus specialem sibi hypothecam acquisierit ex contractu, non censetur renuntiare legali hypothecæ, quæ à iure constituitur in rebus inuectis & illatis. Fab. Ange.& Ias.in §.item Seruiana.nume.67.Instit.de act. Bal.in l.certi iuris.C.loca. penul.q.quibus communis aliorum consensus accedit, vt tradit Neguſ. in tracta.de pign. iiij.memb.in ij par.nume.91.qui tamen falsò ad hanc sententiam allegat Dy.in dicto §.item Seruiana.Cy & Sali.in dicta l.certi.qui potius contrariam in hoc sententiam asserunt. Sed videndum est, an tex.in dicta l.fundus quem. Bal.Rom.& aliorum opinionem rectè probet. Eius hæc sunt verba: *Fundus, quem paterfamiliàs libertis legatorum nomine, quæ in annos singulos reliquit, pignori esse voluit, ex causa fideicommissi rei seruandæ gratia petetur. Paulus notat hoc admittendum, Et in alijs rebus hæreditarijs, vt & in eas legatarius mittatur.* Hactenus Iurisconsul. qui loquitur in vltima parte text.de missione causa rei seruandæ, quæ legatariis datur ex titu.vt in possessio. legatorum, vt ibi annotauit gloss. Non de iure pignoris, aut hypothecæ à testatore constitutæ. Præterea legalis hypotheca pro legatis à Iustiniano fuit inducta.l.j.C.commu.de lega. nec de iure Pandectarum erat constituta: igitur non potest d.l.fundus hanc opi.rectè probare. Cui obiectioni tacitè respondet Roma. ex Pandectarum iure fuisse etiam inductam tacitam hypothecam pro legatis.l.creditoribus.vbi Barto.ff.de separ. Sed illa decisio loquitur de hypotheca iure prætorio competenti ex titu.vt in posses.legatorum.tex.& ibi glos.in l.si postquàm.C.vt in poss.leg.glo.in l.is cui.§.postquàm.ff.vt in possess.leg. Pau.de Castr. in dicta l.j.C.commu.de lega. Tametsi Cy.ibi iiij.opposi.scripserit idem quod Barto. in dicta l.creditoribus. Potest sanè nihilominus ex Iurisconsulto in dicta l.fundus.colligi opinio Bal.& Roma.quando quidem cōstat per specialem hypothecam testantis non tolli illam missionē, quæ iure fieri potest in possessionem aliorum bonorum. Est tamen dubium, an legans vel promittens centū aureos, aliamve quantitatem super fundo Semproniano, videatur pignus illius fundi constituere pro solutione legati. Qua in re Barto.in dicta l.fundus.respondit, pignus censeri constitutū. Ias. in l.ij.nume.45.C.de iure emphy.Cur.Iun.in l.vltima.§.fina. ff.de contrahen.emp.Ioan.Fab.in dicto §.item Seruiana.col. penul.Insti.de act. Quod probatur ex verbis ipsius cōtrahentis aut legantis, quæ hypothecam apertissimè demonstrant. Secus tamen erit, si promittens aut legans diuersa oratione vtatur in hunc modum: Lego aut promitto centum ex fundo Semproniano: non enim videtur pignus ex hoc constitutum, licet ad solutionem illius quātitatis fuerit designatus ille fundus: gloss.& Barto.in l.Caius.ff.de annuis lega.per illum tex. Idem Barto in l.Lucius.ff.de alimen. lega. vbi est speciale in alimentorum legato, vt eius fauore pignus censeatur constitutum. Idem Ias.in dicta l.ij.nume.45. Faber in dicto §.item Seruiana.colum fina.& Didac. Couar. in cap.Raynutius.§. x.nume.8.extrà de testamen à quibus in hoc dissentit Curt. Iun.in dicto §.vltimo. Gab.Sar.

CCCCCXCIX.

1 *Confessio dotis receptæ à marito facta constante matrimonio tacitam donationem inducit: & an illa præsumpta donatio reuocata censeatur, ex reuocatione dictæ confessionis à marito facta.*

SCis quòd donatio inter virum & vxorem facta reuocari potest vsque ad vltimum mortis articulum: vt l. cùm hic status.§.ait oratio.ff.de donatio. inter virum &
1 vxorem. † Modò vir confessus est recepisse dotem à muliere constante matrimonio, ex qua confessione resultat tacita donatio inter eos, vt scis. Quid si postea dicit confessionem illam fuisse falsam, an videatur per hoc reuocasse illam tacitam donationem ex ea resultantem? Quilibet diceret quod sic. sed contrarium est verum. & ita singulariter tenet Ioan.Andr.in additio.Specu.in rubr. de donatio.inter virum & vxorem.referens ibi hoc fuisse disputatum per quēdam antiquum doctorem. præsumitur enim potius voluisse quod illa habeat vxor tanquam donata, quàm vt debita.& pro hoc est text. notabilis in d.l.cùm hic status.§.pœnitentia.ad finem.

ADDITIO.

Pro huius quæstionis decisione adde infinitos, quos allegat do. Palatios Ruuios in repe.rubr.extrà de dona.inter vir.& vxo. in §.xxxiij.per totum.vbi plenè.& in §.lxix. col.iiij.versic. ex quo infertur.nu.ii. Gab.Sar.

CCCCCC.

1 *Vxor incidens sibi capillos causa deuotionis viro inuito, an sit ipso iure excommunicata?*

ESt nunc Florentiæ vna formosissima iouencula, quæ habet formosissimum virum, quæque audita prædicatione (& est domini Palleæ ourus) incidit sibi comam, seu
1 capillos causa deuotionis: quæritur, † an per hoc sit excōmunicata ipso iure, si fecit viro inuito? Dic quòd sic. text. est singularis xxx.dist.c.quæcunque.

ADDITIO.

Quem etiam dixit singularem Brixi.in Dictiona.versi.mulier.& de eo facit mentionem Abb.in c.si quis ex clericis. de vita & honesta.clerico. Nicol.Pig.

CCCCCCI.

1 *Vestē æstiua & hyemali annuatim legata, quo tempore ea peti possint?*

ALiud non scimus,& tu verè scis, quòd relictum annuum respectu certæ necessitatis debetur eo tempore, quo inest necessitas. l. nec semel. §. si inhibita. C. quan-
1 do dies lega. ced. Pone quòd † testator annuatim legat
vestem æstiuam & hyemalem: quæritur quando possit peti? Dic quòd æstiua in mense Aprilis, & hyemalis in mense Septembris. C. de milit. vest. l. j. libro xij. vbi est casus singularis.

ADDITIO.

Et ibi Bar.& alij, Anto. Corse. sing. cccxcij. verb. vestis. Nic. Pig.

CCCCCCII.

1 *Subdiaconus à Papa dispensatus ad instantiam alicuius mulieris, quòd vxorem ducere possit, an eandem in vxorem ducere compellatur?*

AN subdiaconus, cui Papa dispensauit contemplatione vnius nobilissimæ dominæ, quòd possit vxorē ca-
1 pere, compellatur † eandem ducere? Aliqui allegant verba Bald. in l. ij. C. de ædil. actio. sed non faciunt. sed casus est in terminis quòd sic in l. matrimonij. ff. de ritu nupt. bene facit l. quod & Atteius ff. eodem titu. & l. matrimonij. ff. qui & à quibus. licet Petr. de Ancha. in consiliis suis dixerit contrà, & malè.

ADDITIO.

Adde quòd consi. Pet. de Anchar. sunt fortè illa quæ alleg. Deci. consi. cxij. in præsenti. col. penul. & fin. Nico. Pig.

CCCCCCIII.

2 *Priuilegium mihi concessum, quòd pro bonis meis ad collectarum solutionem non teneat, an extendatur ad prædium meum ab alio bona fide possessum, licet ad me postea reuertatur?*

1 AN priuilegium mihi concessum, quòd † non teneat
ad solutionem collectarum de meis bonis, extendatur ad prædium meum ab alio possessum bona fide, licet ad me postea reuertatur? Tu ires ad illud, an exēptio extendatur ad bona futura: de quo dixi in l. damni. §. si is qui. ff. de damno infect. sed non facit, quia hic non sumus in bonis futuris. Dic ergo quòd non extenditur ad prædium ab alio possessum, licet ad me reuersum. gloss. est singularis in c. ij. in verbo, possidebam. de deci. lib. vj. referens ita tenere Host. in c. dudum. de priuileg.

ADDITIONES.

Adde quòd idem tenet Innocen. & communiter docto. in capit. dudum. vbi tenent quòd sola iusta possessio sufficiat ad impediendum vires priuilegij tenet etiā Gemi. in c. ij. hic alleg.

Adde Cagnol. in l. qui actionem habet. col. fi. nu. 11. versi. & similiter priuilegium. ff. de regu. iur. & in materia, qui à solutione collectarum immunes sint, & qui ad eas teneantur, latissimè tradunt Guido Papæ decis. Grationop. cclxxvj vsque ad decis. ccccij. & Moderni Cumenses in eorum tractatu de muneribus, & honoribus. Gab. Sar.

CCCCCCIIII.

1 *Pubes vsque ad quot annos masculus, fœminaque dicatur si de alimentis tractatur?*

1 IN materia alimentorum pubes intelligitur † in mascu
lo vsque ad xviij. in fœmina vsque ad xiiij. annos. l. Mela. ff. de alimen. & ciba. lega.

ADDITIO.

Et singu. dicit Barto. ibi & Franc. Cremen. singu. lxxviij. relicta. Deci. in l. fina C. de Carbo. edict. Quæ ætas dicitur plena pubertas. §. minorem. Institu. de adoptio. & adde suprà singula. cxxij. vlti. Nico. Pig.

CCCCCCV.

1 *Dispositio l. j. C. si dos constan. matrimo. an habeat locum in dote promissa, non data?*

TV habuisti in l. quamuis. ff. solu. matrimo. quòd constante matrimonio ex causis maritus dotē vxori reddere potest. extra illas causas non. l. j. C. si dos cōstan. ma-
1 trimo. Sed an † illa lex habeat locū in dote promissa non
data, sed danda per vxorem marito, & an possit vxori ex causa quacūque remitti? Tu diceres quòd non: quia promittere & soluere idem sunt, vt l. fina. ad legem Falc. quia remittere est donare: sed constante matrimonio non valet donatio inter coniuges. Præterea vxor & maritus sunt correlatiua: & correlatiuorum eadem est disciplina. l. fi. ff. de accep. sed vxor non potest. l. vt autem. ff. de pact. dota. ergo idem est in marito. Sed cōtrarium est veritas. gl. est singularis secundum Cy. & Bal. ibi in l. si constante. in verbo, firma. C. de dona. ante nup.

ADDITIO.

Quam dicunt singul. ibi doct. Alex. & alij in l. ij. in prin. & in d. l. quamuis. ff. soluto matrimonio. Nicol. Boer. decisio. xxij. an bona. nume. 22. Nico. Pig.

CCCCCCVI.

1 *Alienationis verbum in rescriptis largissimè accipitur, etiā si res tantum sit ablata.*

TV scis, quòd quid esse alienatū capitur dupliciter: strictè videlicet, & largè. strictè, cùm dominium est translatum. l. j. C. de fundo do. & l. alienatum. ff. de verborum significatio. largo modo dicimus, si possessionē tantùm in alium transtulerim. l. non solum. in princi. ff. de alie. iudi. mu. causa fac. l. fi. C. de reb. ali. non alie. & in authen. de non alienandis. §. nos igitur. Canonistæ in c. nul-
1 li. de rebus eccle. non alien. in text. & in glo. Modò † quæro quid in rescriptis principum quomodo accipiatur verbum alienatum? hoc non habes per legistas, sed est verbū Inno. in c. Episcopi. de reb. eccle. dicentis verbum alienare in rescriptis accipi largissimè, etiam si solùm mihi res ablata sit, dicitur alienata.

ADDITIONES.

Adde cùm dixit Innoc. in loco hic alleg. quòd rescripta debent latissimè interpretari. l. solemus. ff. de iudic. & c. cùm ecclesia. de causa posses. & proprieta. & Panor. ibi dicit esse perpetuò nor. istud dictum, quia videtur extraneum quòd rescripta ad lites sint latissimè interpretanda, cùm præiudicent iurisdictioni ordinariæ, & videtur contra c. sedes. de rescript. & cap. ad hoc. eodem titu. & iura per Innocen. allegata non loquuntur de rescriptis: sed dicunt solùm q̄ in iudicio seu in libello est fienda largissima interpretatio: quia omnia veniunt in iudicium. Sed vt saluetur Innoc. potest dici secundum eum, quòd vbi agitur de vi comprehensiua rescripti procedet dictum suum, quia rescriptum est modici præiudicij, cùm concedatur tantùm exercitium actionis competentis coram delegato. & hoc nisi committatur aliqua fraus: & hoc casu loquitur d. c. sedes. sed si agitur de vi extensiua, tunc secus. nam debet strictissimè interpretari, vt in c. fi. & c. Rodulphus. de rescri.

Et idem Innoc. in cap cùm olim Abb. in verbo mentio. de offic. deleg. idem Rom. consi. cccxliij ex proposito. iij. dubio. Abb. in c. j. col. ij. de resti. in integ. latè per Feli. qui alios citat in rubri. de rescrip. col. iij. ver. cæterum. qui respōdet aliquibus in contrarium adductis. Deci. & Cagnol. in l. non alienat. ff. de reg. iur. Augu. Bero. in dicto cap. Episcopi. in fi. qui distinguit vt per eum. Nico. Pig.

CCCCCCVII.

1 *Vicarius generalis Episcopi beneficia conferre non potest: & an possit præsentatum per fundatorem ecclesiæ, rectorem instituere?*

TV scis, quòd fundatores ecclesiarum habent à iure canonico priuilegium præsentandi rectorem in illa ecclesia: & Episcopus cogitur confirmare illum præsentatum per fundatores ecclesiæ, si tamen est idoneus. Mo-
1 dò hodie fui interrogatus, † Vicarius generalis non potest
conferre beneficia. c. in generali. de offic. vica. lib. vj. Sed an possit illum præsentatum per fundatorem rectorē instituere? Quidam doctor consuluit quòd non. sed malè. casus est singularis in cap. ex frequentibus. de institu. vbi est casus rotundus.

ADDITIO.

Et idem tenet ibi gloss. & Abb. post alios nume. 7. & glos. penult. & ibi Archi. Domi. & alij, in d. c. fi. & tenet idem Roma. cōsi. cccclxv. in re præsenti. Bellame. decisio. xciiij. licet. Deci. cōsi. cxxj. in causa. col. j. & est commu. ve plenè per Roch. Curt. de iure patro. ver. competens alicui. q. xxxj. Nic. Boër. qui alios citat, decis. xxx. quæritur. col. ij. Nico. Pig.

CCCCCCVIII.

CCCCCCVIII.

1 *Secundum decretũ an sit sententia interlocutoria, vel diffinitiua?*
2 *Secundum decretum potest à iudice reuocari, quandocunque ei constiterit illud esse iniustum.*

1 SEcundum decretum † an sit sententia interlocutoria vel diffinitiua, effectus est magnus, vt in c.cum cessante.de appel.& l.quod iussit.ff.de re iudi. Bar.ponit in l.ij. ff.de appel.Bal.in l.ij.C.de episco.audien. Dy. in l.si finita.§.si fortè.ff.de dam.infect.& variè loquuntur. Ego dico quòd est interlocutoria.gloss.est singularis in l.præsenti.§.cùm autem.in versi.admodum.C.de his qui ad eccl. confug.Probo rationibus:sententia diffinitiua non potest dari contra minorem.l.cùm & minores.C.si aduer.rem iudica.l.acta.in fi.& l.contra pupillum.ff de re iudi. sed secundum decretum patitur minor.l.si minor.ff. de bon.autho.iudi.poss.ergo non est diffinitiua, ergo interlocutoria.Item sententia diffinitiua non fertur lite non contestata.l.fi.§.illud.C.de temp.appella.& l.prolatam. cum simi.C.de senten.& interlo.sed secundum decretum fertur lite non contestata.l.cùm proponas.C.de bon.autho.iud.pos.Et ex hoc resultat verificatio dicti singularis
2 Inno.in c.dilecto.de verbo.signi. vbi vult, † quòd quandocunque iudici constaret secundum decretum alias interpositum esse iniustum potest illud reuocare. quod etiã tenet Barto.in l.non videtur.j.ff.de iudic. licet Innocen. non alleget, quanquam Canonistæ reprobent, & malè, dictum præfatum Innocen.

ADDITIONES.

Et quòd secundum decretum sit sententia interlocutoria, habens tamen vim diffinitiuæ, not.Bartol. in dicto §.si fortè.& expresśius Bald.in l.ij.ff.si ex noxa.cau.aga.& alij, quos allegat Feli.in c.qualiter & quando.j.col.v.de accusa. Ad istud, quòd secundum decretum sit sententia interlocutoria, & quòd sit reuocabile per iudicem, vide etiam Feli. in ca.consultationibus.col.iij.de offi.delega.

Et idem Roma.consil.ccccliiij.in re præsenti.nume.20. Abb. in cap.j.colum.iij.de eo qui mit.in posses.& in consil.clxx omnibus.lib.j.Alexan.& Ias.& alij, in d.l.quod iussit.ille col.vj. hic col.viij. Nico.Pig.

DCIX.

1 *Iudices duo si similem iurisdictionem habeant, & inter eos sit locus præuentioni, an si sit in quæstione, quæ vtriusque iurisdictionem concernat, & verba ad eorum alterum dirigantur, trahantur etiam, & locum habeant in altero non nominato iudice?*

TV Senensis habes hic duos iudices, Potestatẽ & Capitaneum habentes similem iurisdictionem, & in-
1 ter quos est locus præuentioni. Modò pone, † quòd sit Senis vna quæstio, quæ in his, quæ concernunt iurisdictionẽ vtriusque, dirigit verba sua tantùm ad vnum dictorum iudicum: an illa habeat locum in alio iudice non nominato ibi? Tu ires ad generalia: quia statuta sunt stricti iuris, meritò ad aliam personam non extenduntur. Sed malè diceres. & ideo dic, quòd habet locum in alio iudice, de quo in eo mentio non fit. text. est singu.& ibi not. Bartol. summè in l.ij.§.si iure.ff.ad Senatuscon. Tertul. vbi est casus, & ita consulam nunc de facto.

ADDITIO.

Sequitur Alex.consi.cvj.viso themate.col.iij.lib.iij. & consuluit Franc.Aret.consi.cvij.clarissime.in fi. Nic.Pig.

DCX.

1 *Christianus circuncidens filium suum, qua pœna teneatur?*
2 *Castrans aliquem, pœna legis Corneliæ de sicarijs tenetur.*

1 QVa pœna puniatur † Christianus circuncidens filiũ suum: vt faciunt Iudæi, quibus permittitur per re-
2 scriptum diui Pij? Dic † quod tenetur pœna castrãtis aliquem, scilicet, pœna legis Corneliæ de sicariis.tex.est singularis in l.circuncidere.ff.ad leg.Cornel.de sicar.

DCXI.

1 *Obligatio omnium bonorũ pro restitutione pecuniæ mihi à te mutuatæ, an trahatur ad pecuniam mihi per alium mutuatam? Et an ad eandem à te mutuo acceptam?*

ACcipio à te pecuniam mutuo, & pro ea reddẽda obligo tibi omnia bona mea: certum est quòd in generali obligatione bonorum veniunt etiam futura.l.final.C.
1 quæ res pign. Sed an veniat † in obligatione generali illa pecunia mihi mutuata per alium? Dic quòd sic.l.idemque.in fi.ff.qui pot.in pig.hab. Sed an veniat illa, quã mutuo à te ipso, qui accipis obligationem pignoris? Alb.Galeo. in margar.tit.de pig.versi.sed pone accipio. & Rich. Malumb.in l. obligatione.ff.de pigno.dicunt, & est breuis ipsorum determinatio, quòd pecunia mutuo accepta non venit in obligatione generali facta mutuanti.tex.est singularis à contrario sensu in l.cùm tabernam.§.fi. ver. ab alio.ff.de pign.

ADDITIO.

Et quæ sit ratio, ponit pulchrè Bald.post Richar.Malumb. in dicto § fina.Neguś.in tracta.pignu.ij. memb.ij.part. nume.12. & 13.Modern.Anco.qui alios citant in tracta. de mercat.titu. manda.fol.vlti. Nico.Pig.

DCXII.

1 *Pecuniam redactam ex venditione rei meæ à te facta, possum in subsidium repetere. Et quid econtrà, si ex pecuniã mea rem emas, an in subsidium possim ad illam agere, licet mihi obligata non sit?*

1 TV habes, † quòd pecuniam redactam ex venditione rei meæ per te facta, ego in subsidium possum repetere.l.mater.C.de rei vendi.l.si eum seruum.ff.si certum peta.& l.fi.ff.de nego.gest. Sed quid econtrà, vt quia ex pecunia mea emis rem, an in subsidium possim ad illã rem agere, licet non sit mihi obligata, vt l.si ex ea.C.de rei vẽdi.& C.de pig.l.quamuis.iij. Gloss.in l.Proculus.ff.de iure do.quam allegat Cyn. in d.l.mater.in q.vj. Sed pro ea est casus in l. vxor marito.ff.de dona.inter virum & vxor. & tenet quòd sic, quam nota.

ADDITIO.

Et quòd ille tex.loquatur in subsidium, tenet Bald.ibi, & glo. j.in fin.in l.si filij tui.C.eodem titu.Barto.in l.si vt proponis.in fin.& ibi Bal.v.q.& Castren.in fi.post Angel.C.de rei vendi. idem Bar.& Bal.in l.ex pecunia.C.de iur.dot.August. Bero. in ca.cùm tu.nume.46.de vsur.Alexand.consi.xxxviij. lib.ij. Matth.de Afflict.in tit.de fratri de no.benefi.inuest.§.si duo. col.iij. Quicquid dicat Ioan. Lup.in rubri.de dona. inter virum & vxorem.§.lx.colum.vj.versicu.sed in casu. Et intellige illum text.specialiter in re empta ex pecunia donata, vel dotali, vt per Bald.in d.quæst.v & in dicta l.mater. nume.15. Francisc.Rip.in l.senatus.colum.v.fallen vj.ff.in quibus cau. pign.&c. Quicquid dicat glo.in dicta l.si vt proponis.& Roma.hic post Ange.in dicta l.si filij tui.in fine. Adde quòd illa lex procedit in re empta per vxorem ex pecunia sibi à marito donata, vt per Rip.vbi suprà, & respon. libro iij.cap.iiij. colum.fina. Nicol.Pig.

DCXIII.

1 *Hæres an possit petere illud, quod debebat sibi dari à legatario, si semel illud oblatum repudiauit?*

EST magna quæstio in l.fi.C.de condi.inser.per gl.& do-
1 cto.ibi, an † heres possit petere illud, quod debebat sibi dari a legatario, si semel illud oblatum repudiauit? & in hoc volo te docere vnum textum, quem didici in libro domini Baldi, quem, dum essem scholaris, inueni. Clarum est, quòd tunc conditio habetur pro impleta, vt l.in testamento.& l.iure ciuili.ff.de condi.& demon.Bar.in d. l.fi.ponit suam distinctionem, quam totus mundus approbat, quòd conditione habita pro impleta ex hæredis repudiatione si dispositio trahit secum executionem quo ad ius, & quo ad factum: & tunc dicit ipse, quòd semel repudiatum non potest per hæredem repeti. casus est secundum eum in d.l.fi. Aut est facta executio quo ad ius, non quo ad factũ, & tunc potest repetere. nil allegat: sed ita dicit seputare. Ego autem dico, quod indistinctè nõ potest repetere, & sic est contra secundum membrum eius. text. est singu.l.si hæres cui.ff.ad legem Falc.& ibi erat vna manus magna cum nota dicente, nota hic casum cõtra Barto.& est mirabile, quòd Bal.sequitur Bar.in d.l.fi.& ideo non confidas nimium in doctoribus.

ADDITIONES.

Hanc quæstionem disputat plenè, & more suo eleganter Ias. in l. si hæres. hic alleg. & refert plures docto. hincinde. & tandem dicit, quòd communiter tenetur intellectus Petri in l. cui fundus. in fi. de condi. & demonstra. secundum quem gloss. in dicta l. si hæres. concludit, quòd hæres poterit se tueri exceptione, si vult sibi dari causa conditionis implendæ illud, quod prius accipere recusauit. & respondet ad text. in dicta l. si hæres. Alexan. verò dicit, quòd putat esse tutius tenere, quòd si antequàm facta sit talis restitutio fideicommissi, hæres velit reuocare propositum, & consequi id quod erat sibi datũ causa conditionis implendæ, id possit: & possunt allegata in contrarium resolui. ad quod vide etiã no. per Bal. in l. j. in fi. C. de insti. & substi. post Cy. & quod ibi dixit Alex.

Hoc examinant doctores in d. l. fi. & in d. l. si hæres. Nic. Pig.

DCXIIII.

1 *Legatis omnibus rebus, quas testator emit, an ea veniant, quæ ad testatorem peruenerunt ex alio titulo?*

VErbum emptionis & venditionis omnem cõtractum, per quem inducitur rei alienatio, comprehendit. l. statuliberi. §. Quintus. ff. de statulibe. c. j. de controuer. inter do. & empt. in vsib. feud. & habetur plenè in l. ij. C. de vsu-
1 ca. pro empt. Sed quid † in legato omnium rerum, quas testator emit, an veniant illa, quæ ad testatorem peruenerũt ex alio titulo? Dic quòd non. tex. est notabilis & singularis in l. item legato. §. item interest. ff. de leg. iij.

ADDITIONES.

Istud dictum refert & sequitur Sande. in ca. prælatorum. colum. vj. in princi. de accusa. De ista materia vide etiam gloss. j. in l. fina. C. de pact. inter empt. & vendi. in verbo, titulo. in ca. j. de vsu. in vj. & omnino Ange. in l. cùm lis. §. penul ff. de transact. Bal. in c. fi. de controuer. inter do. & empt. feu. Cy. in l. fina in vlti. oppo. C. in quibus cau. in integ. restitu. non est necessaria. Pau. de Cast. consi. xxvj.

Adde latè Alexand. & Moder. in l. filiusfamiliãs §. diui. in viij. q. Barto. ff. de lega. j. Augu. Bero. in c. j. nume. 39. in fine. de precariis. Nico. Pign.

DCXV.

1 *Pretium sicut in personalibus & in realibus succedit loco rei, an idem sit in hypothecaria?*

1 TV habes, an in personalibus pretiũ succedat † loco rei. l. venditor ex hæreditate. ff. de hære. vel act. ven. In realibus habes l. si rem & pretium. ff. de rei vendi. & l. in re. C. eo. cum simi. Sed quid in hypothecaria, an pretium succedat loco rei? Dic quòd non, nisi in subsidium. tex. est singularis in l. j. ff. de distract. pign. cum gloss. fina. & Bart. facit textum ibi, & in l. qui à debitore. in princip. ff. de his quæ in frau. credi. quod not.

ADDITIONES.

Sequuntur Ange. in dicta l. si rem & pretium. Alexan. consi. cviij. viso, col. fina. lib. v. Ias. in §. item Seruiana. nume. 39. & ibi Gomes. nume. 14. Institu. de actio. idem Ias. in l. si eum seruum. colum. fina. ff. si certum peta. latè Negusa. in tract. pigno. j. membro. v. part. princi. q. xvj. intelligentes hoc procedere in actione particulari: secus vniuersali, quia tunc semper succedit loco pretij. item non haberet locum in habente causam onerosam: quia non succedit loco pretij, nisi aliquid ex pretio superesset. Nico. Pign.

Quod etiam in particularibus pretium succedat loco rei, tenuit nouissimè Maria. Socin. Iunior in repeti. l. iij. §. Cato. in vuj. notab. in fi. ff. de verb. obli. de quo etiam per Alex. in l. si eum. in fi. ff. si cer. pet. Gab. Sar.

DCXVI.

1 *Legitima, quomodo à patre possit filijs auferri?*
2 *Intellectus l. fi. ff. si quid in fraud. patro.*

QVidam Cardinalis nunc mortuus Nouariensis, qui valens fuit, parum antequam recederem de Roma, quæsiuit à me, an doctrina Dyn. & Barto. per quam proui-
1 detur, † vt filiis legitima auferatur, in l. hæreditarium. ff. de bon. autho. iudi. poss. volens, quòd pater post mortem suam ex titulo oneroso promittat omnia bona tertio, & sic filius remanebit sine legitima, quia fortè pretiũ consumpsit pater in vita, & hoc per d. l. hæreditarium. legitima enim debetur deducto ære alieno. l. Papinianus. §. quarta. cum simi. ff. de inofficio. testamen. sed detrahendo æs alienum post mortem patris nil remanet in bonis patris, ergo &c. Sed an sit vera dicta doctrina Bart. & Dy. Dic quòd non, per casum l. fina. ff. si quid in fraudem patroni. vbi quocunque modo sint per patrem alienata in fraudem, etiam titulo oneroso, reuocatur quicquid alienatum est in fraudem legitimæ. Et per alienationem omnium bonorũ præsumitur fraus. l. omnes. §. Lucius. ff. de
2 his quæ in frau. credi. Sed si tu dicis, † quòd dicta l. final. non loquitur in filio naturali: respondeo, quòd illud multò magis debet esse in eo, cui est magis hæreditas debita. Et quòd hoc sit verum, ita illam l. intelligit Bart. in l. non vsque adeò ff. si quis à paren. fuerit manumiss. Hostien. in cap. Raynutius. de testamen. licet Bald. variauerit: quia vnum dixit in l. ij. C si quid in fraudem patron. aliud in l. prima. C. de his quæ in fraudem creditorũ. & in l. prima. de inofficio. donatio. Quicquid sit, veritas est, quòd illa l. fina. habet locum, multò magis in filio naturali per dictam rationem.

ADDITIONES.

An promissio ista facta per patrem valeat in fraudem filij? vide per gl. Bar. & alios scribentes in l. fi. C. de pact. aliquas remissiones in materia dat Alex. in d. l. hæreditarium in apostil.

Adde Ias. in l. si arrogator. colum. ix. ff. de adopt. Cæpol. caut. xxj. pater. doct. in dicto ca. Raynaldus. & in §. item si quis in fraudem. Insti. de actio. & dicit Ioan. Dilect. de arte testan. titu. de libe. insti. caute. xvij. hoc remedium ita ambiguum, vt decisione principis indigeat: quia multi contra Barto. & Roma. hic tenent. Nico. Pig.

Adde quæ latè scribit Bartholo. Chassæn. in commenta. consuetud. Burgund. in rubri. vij. §. *on ne peut exhereder.* in ver. *sinon pour aucunes des causes.* nume. 24. versi. prima est. & versi. secũdò dicit. Et notãdum est quòd cùm filius possit reuocare rem alienatam in fraudem suæ legitimæ per patrem, vt tenet etiam Bar. in l. non vsque adeo. ff. si quis à paren. fuer. manumis. Ias. in §. item si quis in fraudem. colum. j. nume. 2. Instit. de actio. Ioan. Lupus in repeti. rubri. de donatio. §. xvij. nume. 14. Andræ. Tiraquel. in tracta. de vtroque retractu. fo. 149 nu. 29. §. j. in gloss. xvj. si pater amisit omnia bona sua in ludo azardi, filij possint reuocare vsque ad eorum legitimam. Et vsque ad illam partem bonorum, puta tertiam, quæ veniebat applicanda vni filiorum patre volente eum meliorare, per id quod notab. dicit Bald. in rubric. C. de condictio. ob turpem causam. Et in authen. ex testamento. col. penul. C. de collatio. per Ioan. de Imol. in l. si quis cùm sciret. ff. de vsucap. pro emptor. Vnũ tamen est insuper notandum, quòd licet pater titulo oneroso, & bona fide possit alienare bona omnia, & sic diminuere legitimam filij sui, & in totum tollere, puta titulo emptionis, & non per titulum lucratiuum, scilicet donationis, vt in authen. vnde si parens. C. de inofficio. testamen. tamen non sufficeret patrem alienantem confiteri in instrumento se pretiũ accepisse, nisi aliter verè appareat de actuali numeratione. ita tenet Io. de Platea. in §. si quis ad fi. Institu. de inutilib. stipul. motus per nota. in authen. sed iam necesse. C. de donatio. ante nuptias. per Barto. in l. per diuersas. C. manda. Pro quo facit, quia confessio patris facta in testamento, in quo confitetur se debitorem alicuius, non habet præiudicare filio quo ad diminuẽdam eius legitimam: quia sic aperiretur via malitiis ad fraudandum filios in legitima, secundum Bart. in l. cùm quis decedens. §. codicillis in discursu. ff. de lega. iij. Et hanc regulam expressè firmat Ioan. Andr. in additio. ad Specu. in tit. de confes. §. nunc videndum. versic. sed nunquid patris. & Abb. in cap. quamuis. de re iudica. Alexan. in consi. cxliij. viso & cõsiderato themate præmisso, & omnibus in eo contentis. volu. v. & consi. xlv. habita super his, de quibus dubitari contingit. in vltima colum. volu. j. etiam si talis confessio fuisset per patrem iurata, vt per doct. in locis præallega. Et per Didac. Seguram in repeti. l. iij. §. fi. nu. 129. & seq. ff. de libe. & posthu. & Gul. Bened. in repet. c. Raynutius. in verb. absque liberis. nu. 28. de testamen. & per eundem Didac. Seguram in repe. l. cohæredi. §. cùm filiæ. nu. 129. ff. de vulg. & pup. Gab. Sar.

DCXVII.

1 *Thesauri inueniendi causa alienum fundum inuito domino ingredi non licet: Et quid in vena lapidis, vel ferri inuenienda?*

Regula

REgula est, quòd rem alienam non possum inuito do-
mino ingredi, vt l.per agrú.C.de serui.& aqua.l.iniu-
tiarum.in fi.cum simi.ff.de iniuriis.& l.diuus.ff.de seruit.
1 rusti.præd.Et est alia, † quòd ad quærendum thesaurum
non possum alienum fundum introire nolente domino,
vt per l j.§.in alienis,C.de thesaur.li.xj.Modò pone,quòd
dicitur venã lapidis,vel ferri esse in fundo alieno:an pos-
sum ingredi inuito domino ad eam acquirendam? Qui-
dam dicunt quòd non,per prędicta.Sed dic contrarium:
duæ sont glossæ notabiles C.de metal.l.quosdam. & l.iij.
lib.xj.& illas adde ad prædicta iura.

ADDITIO.

Sequitur Pau.de Cast.dicens se consaluisse in l.diuortio.§.si vir.
ff.solu.matr.Cæpola referens consilium Pau.de Castr. in tra
ctatu de seruitu.rusticorum prædior. cap xxij.de montibus.
Matth. de Afflict. in titulo, quæ sint regalia.§. argentariæ.
Hippoly.cõgerens plura vtilitatis publicæ causa introducta
in §.aggredior.col.xj.in pract crimi. Nic.Pig.

DCXVIII.

*Dispositio l.bene à Zenone.C.de quadrien prescrip.an habeat lo-
cum in ecclesia?*

1 LEx, † bene à Zenone.C.de quadrien. præscript. vult,
quòd priuatus habens rem ab Imperatore,licet alie-
nam,aliquo titulo,non possit molestari ab illo,qui eius-
dem rei dominium prætenderet,sed debet ad principem
recurrere.Modò in ciuitate Mediolani ipse dux (qui vti-
tur iure principis) donauit ecclesiæ quasdam res:an pos-
sit inquietari ecclesia,& an sit tuta per d.l.bene à Zeno-
ne? Multa consilia super hoc emanarunt,quasi per omnes
Doctores Italiæ,qui nil in terminis allegarunt, nec mi-
rum,quia & ego ignorabam de hoc esse gloss. singul.xij.
q.ij.quicunque militum.allegantem tex. probantem ca.
placuit.xvj.q.iij.quæ determinat mirabiliter l.bene à Ze
none,non habere locum in ecclesia.

ADDITIONES.

Adde Feli.qui in specie ponit istam limitationem,vt non habeat
locum in ecclesia donataria principis: quia rem alienam nõ
præscribit quadriennio.in c.quæ in ecclesiarum. colum.xiij.
versi.sed vlterius.de constitu.& dicit quod est etiam gl.in ca.
placuit.j.hic alleg.& in §.quas actiones. in verbo quadriẽnij.
xvj.quæstio.iij.

Adde Soci.in regu.cccxlij.fallen.vj.Ias.in authen.quas actiones.
colum.j.in fi.C.de sacrosan.eccle.& est communis opinio vt
per doct.in dicto c quæ in ecclesiarum.vbi August.Bero.nu-
me.157.& vide ipsum post doct.in c.qui res.de reb.eccle. non
alie.vbi tenet contra Roma.& doct.& ponit nouum intelle-
ctum ad d.c.placuit.& commun.sequitur Alex. in consi.l.lij.
in causa.col.iij.versi.iiij.respon.lib.vij.Soc.Iun.consi.lsix.co
lum.penul.versi.secundò tollitur.lib.j.Matth.de Afflic. Deci
sio.Neapo.cclxj.munaster.ad fi.Et adde aliam limitatio.ad
d.l.bene à Zenone.infrà singu.dccxluij.anno.& ibi plures a-
lios allegabo. Nico.Pign.

DCXIX.

1 *Coniuncta persona potest agere pro coniuncta, & an id in spiritua-
libus locum habeat?*

2 *Procurator in causis spiritualibus admittitur cum cautione rati,
cum de eius mandato dubitatur.*

TV audisti l.exigendi.C.de procurat. vbi *il tuo maestro*
1 dedit tibi regulam,quod coniuncta † persona potest
agere pro coniuncta.vt ibi.& in l.sed & hæ.ff.de procura.
& cap.sunt nonnulli.de rescript.sed an habeat locum in
spiritualibus? Specu.in titu.de coniuncta persona.versic.
item quòd est causa spiritualis.determinat quòd nõ.Sed
nil boni allegar.domini mei de Rota decisio.cxlij.in cau
sa.in nouis.idem determinant & allegant c.fina.de iudi.
lib.vj.quod aliquantulum facit:tn enim scia quòd filius-
famil.non habet legitimam personam standi in iudicio.
vt l.fina.§.necessitate.cum simi.C.de bon.quæ libe. fallit
in spiritualibus.d.c.fina.vbi videtur casus,sed non pro-
bat:nam loquitur quòd pater non potest interuenire vt
legitimus administrator in beneficialibus,secundum for
mam l.j.C.de bon. maternis.non vt coniuncta persona.
Sed ego probo dupliciter. Primò, per regulam quòd in
causis in quibus speciale mandatum requiritur, coniun-
cta persona non potest agere pro coniuncta, vt est casus
in l.patri.cum duabus legibus præcedenti.ff.de mino.sed
ad causas spirituales requiritur speciale mandatum.glo.
ordi.in capit.qui ad agendum.de procurato. lib.vj.ergo
coniuncta persona in eis non potest interuenire. Secun-
dò,vt coniuncta persona possit agere,est necessaria cau-
tio rati petente parte,vt dicta l.exigendi.ibi,alia obser-
uatione.& l.iij.§. sed & si forté.ff.iudic.solu. quæ cautio
continet obligationẽ ad interesse.vt in tit.rem rat.hab.
per totum.sed hæc cautio continens interesse non potest
præstari in spiritualibus: probatur, quia non recipiunt
æstimationem spiritualia.j.q.ij.c.quam pio.ergo,&c.Sed
a hæc ratio non est bona:quia in causis † spiritualibus ad-
mittitur procurator cùm dubitatur de mandato cum
cautione rati gloss.est singul.in ca.coram.de offic.deleg.
& probatur in cap.per tuas.de arbitr.& in l.procurator
ad exhibendum.§.si quis à procuratore.ff.rem rat.habe.
& æstimabitur: quia si non habetur ratum,procurator
promittet quid certum, vt centum nomine pœnæ. Dico
ergo concludendo, quòd contra decisionem Spec.& do-
minorum meorum est glo.singularis in ca.cum pridem.
in verbo,sed dicebat.de pact. Vnde, aut quærimus an pa-
ter possit admitti pro filio, & dic quòd sic.casus est in ca.
accedens.de procurator. vbi pater constituit procurato-
rem ad agendum pro filio in causa matrimoniali. Aut in
alia persona, & dic secus,per rationem prædictam: quia
speciale requiritur mandatum, vt dicta glos.in dicto cap.
qui ad agendum.& hoc nota perpetuo.

ADDITIONES.

Adde quòd Panor.in cap.coram.quem etiam ibi refert Feli.de
offi.& pote.iudic.deleg.dicit,quòd in causa spirituali coniun
ctus non admittitur.& ratio, quia in illis requiritur speciale
mandatum.Idem tenet Abb.in c. cùm pridem.de pact.hic al-
leg.contra glo.ibi.idem Lap.alleg.vij.in ij.colum.Cardin. in
clemen.j.in vj.q.de procura.& in clement. non potest.in iiij.
q.eodem titu.Barto.& Alexand. in l.si stipulatus fuerim illud
aut illud.de verbo.obli.in fi.& Panor.in cap.nonnulli.de re-
scrip.Sed dicas,quòd de rigore iuris contrarium est verum,
vt plenè dicunt doct.in d.c.coram.de offi.& pote.iudic.dele-
ga.vide per eos.

Adde Innocen.& alios vbi Cardin.in quinto notab. in dicto ca.
accedens.Ias.in d.l.exigendi.col.iij.fallen.v.pulchrè per Au-
gust.Bero. in quæstio.famil.cxxxij.vtrum.Et idem quod tra-
dit Rot.in d.decisio.cxlij tradit etiam decisio.cccxx.si com
mittatur.in prin.in nouis.& Bellamc.decisio.dclxxxij.in cau
sis. Nicol Pign.

Vide Cæpol.in c.cùm M.Ferrariensis.col.iiij.nu.34.extra de cõ
stitutio.Et Petrum Ducńas in reg.coniunctus admittitur. in
iiij.limitatio.Et Hieron.Cagnol.in l.nemo alieno nomine.ff.
de regulis iuris. Gab.Sar.

DCXX.

1 *Transactio an fieri possit in causa matrimoniali? Et nunquid iu-
ramentum deferri possit?*

2 *Confessioni coniugum in matrimoniali causa an stetur?*

TV audiuisti l.fin.C.de transact.& l.ait prætor.de in-
1 reiuran.vbi ponuntur duæ quæstiones. Prima, † an
in causa matrimoniali possit fieri transactio: de qua est
casus in cap.fi.de transact.in qua est conclusio, quod aut
per illam inducitur validitas matrimonij, & valet, alias
secus.Secunda est,an in causa matrimoniali possit defer
ri iuramentum. Sed quæro,an in causa matrimoniali ste
2 tur confessioni † coniugum? tex.est.in cap.super eo.de eo
qui dux.consan.vxo.suæ. quòd aut confessio inducit va-
liditatem matrimonij,& valere confessio:sin autem eius re
solutionem,& tunc fidem non facit,vt ibi.& per hoc fun-
datur opinio seu decisio præcedentis quæstionis,licet le-
gistæ non allegẽt. Sed hoc limita dupliciter. Primò,quòd
confessio coniugis inducit plenam probationem vbi a-
gitur ad thori separationem:non autem matrimonij.tex.
est singularis in c.ex literis.de diuor.vbi non agitur quo
ad vinculum matrimonij,sed ad thori tantum separatio-
nem.Secundo limita, vbi confessio coniugũ contra ma-
trimonium facta sit per illum qui stat pro matrimonio,
& qui agit ad matrimonij confirmationem : tunc enim

probat contra matrimonium. gloss. est singularis in cap. attestationes. in gloss. ij. de despon. impub. non enim præsumitur tunc quòd quis velit sibimet contradicere. pro quo facit cap. siduo. xxxv. quæst. vj. & nota bene istũ passum, & adiunge ad dicta iura.

ADDITIONES.

Adde eundem Roma. consi. ccclxvij. circa primum. col. j. consil. ccccevj. in re col. ij. Abb. in d. c. ex literis. & in d. c. attestationes. in c. duo pueri. de clandest. despon. in c. consanguinei. vbi Feli in prin. alios refert, de re iudi. Deci. consi. cxxxiij. & cõsi. clxnj. col. ij Et an deferatur iuramentũ: doct. in l. iij. §. quacũque. ff. de iureiuran. Alex. consi cxliij. lib. ij. decisio. Tholosa. clxxj. & ibi Stepha. Aufre. Io. Coras. lib. iij. miscella. c. iiij. Et confessio facta sacerdoti probat in causa matrimoniali. glos. penul. in cap. tua nos. de spon. quam singu. dicit idem Roma. in l. si non speciali. C. de testamen. Iason in l. j. §. huius. ff. de iustitia & iure. Nico. Pig.

Facit cap. ij. de clandesti. desponsa. & cap. fraternitatis. de frigid. & malefic. Deci. in cap. causam matrimonij. nu. 4. de offi. deleg. & Spec. in titu. de confessis. § sequitur. nu. 3. c. cum causa. de raptor & ibi gl. in verb. mulieris. Abb. in c. consanguinei. nu. 6. & ibi Feli. in prin. de re iudi & Bal. in l. j. nu. 35. C. de confes. & in l. j. C. de collus. detegen. refert & sequitur Alex. consi xxiiij. nu. 20. volu. ij & consi. j. nu. 23. volu. iij. sequendo gl. in l. penul. in verb. confessus. C. de fideiusso. per quam concludunt omnes, quòd si duo in flagrãti crimine stupri deprehẽdãtur, & ambo matrimonium fateantur, euitant poenam stupri, quia illis in matrimonio dependente à mera eorum voluntate, quando causa rationis non repugnat, creditur. arg. eorum quæ notat Bar. in l. si fortè. ff. de castren. pecul. Gab. Sar.

DCXXI.

1 *Iudicium de iure ciuili inter patrem & filium in potestate constitutum esse non potest, nisi in certis casibus: & quid de iure canonico sit?*

1 DE iure ciuili inter patrem & filium in potestate† non potest esse iudicium, nisi in aliquibus casibus. l. lis nulla. ff. de indic. Sed quid de iure canonico? dic quòd de eo iure ex quacunque causa iudicium inter eos consistit. de hoc est triplex gloss. xxiij. q. iiij. cap. si ecclesia. & alia. ij. q. j. c. quæritur. alia in c. fi. de iudic. in vj. in gl. penul. licet soleat vna singulariter allegari. Sed an illæ probentur aliquo tex. dic quòd non per cap. non est nobis. de spon. vbi vult, quòd in causa matrimoniali potest inter patrem & filium consistere iudicium, nam ille tex. non facit regulã.

ADDITIO.

Et illas gl. communi. doct. ibi sequuntur, & Bar. in tracta. differ. inter ius ciuile & cano. nume. 7. Soci. in regula ccxiiij. fallen. vj. Ludo. Gomes vbi tradit rationem in §. poenales. sub nu. 7. Institu. de actio. Et adde aliam fallen. per Hippol. sing. dcxiij. clarum. Nico. Pigno.

DCXXII.

1 *Testis vnius dictum, censetur dictum nullius Fallit quando deponit de aliquo impedimento matrimonij.*

2 *Fama sola non inducit probationem, sed indiciũ. fallit quo ad probationem impedimenti matrimonij.*

1 DIctum vnius † dictum nullius. c. licet. de testi. l. iurisiurandi. C. eo. Sed cape duas fallentias. prima est, si testis deponit de aliquo impedimento matrimonij, puta quòd vxor sit consanguinea, vel Iudæa, prohibet matrimonium contrahendum, licet sit vnus testis tantùm. casus est notabilis in c. super eo. ij. secundo responso, de te-
2 sti. & in cap. præterea. ij. de spon. Sed quid in † fama, quæ non habet inducere probationem, vt scis, si est sola, sed indicium, vt l. iij. §. eiosdem quoque principis. de testib. & in c. pe. eodem tit. cum similibus. Dic quòd in hoc casu facit plenam probationem ad impediendum matrimonium. casus est singularis in cap. super eo. de consanguinita. & affinita.

ADDITIONES.

Sequitur Abb. in dicto cap. super eo. vlti. notab. & in dicto c. præterea. Ioan. Arno. problema. lxxvj. Spec. in titu. de teste. §. restat. versicu. xiij. Ias. in l. admonendi. col. lxxj. nume. 197. ff. de iureiurand. vbi ponit casus, in quibus vni testi statur. de quo etiam per Feli. in c. veniens. j. col. penul. de testi. Socin. in tracta. fallen. regula cccxxiij. per Ioan. Crot. in tracta. de testi. vj. part. nume. 28. Hippoly. in l. j. §. idem Cornelio. in fine. & l. si quis ne quæstio. ff. de quæstio. Et plures remiss. ponit Ludo. Carer. in l. obseruare. nume. 162. C. quorum appellaõn. non reci. Sed quid in fama, sequitur ibi Abb. post alios in vlti. notab. Felin. in cap. veniens. de testib. Deci. in c. j. col. iij. (vbi ponit vj. casus in quibus fama plenè probat) de proba. latè per Hippo. in l. de minore. §. plurimum. ff. de quæstio. Nic. Pig.

Vnde cùm soli testimonio vnius danda sit in hoc fides, is qui scit solus inter volentes matrimonium contrahere, subesse impedimentum aliquod, licet id probare non possit, tenetur illud iudici denuntiare, etiam si illud impedimentum ex crimine occulto contrahere volentis oriatur, si is admonitus nolit à contractu abstinere. agitur enim de peccato euitando vt notat Marti. Rauar. in cap. sacerdotes. de poeniten. distinctio. vj. nume. 27. licet Ioan. Maior. in quarto sententiarum distinctio. xxj. contrarium teneat, quem reprobat Didac. Couart. in epito. iiij. decretal. c. vj. secundæ partis nume. 21. Multos alios effectus famæ ponit Guid. Pap. decisi. Grationop. cccj. fama operatur. & ibi in apostil. Gab. Saray.

DCXXIII.

1 *Apuliæ, & Siciliæ regnum iure pleni dominij ad apostolicam sedẽ pertinet.*

2 *Papa si regnum in Regem transferat, an intelligatur etiã transtulisse feudum, quod antea alij Baroni dederat?*

1 TV scis, quòd regnum Apuliæ & Siciliæ iure † pleni dominij ad apostolicam sedem noscitur pertinere. c. ad apostolicæ. de re iudica. libro vj. & in clemen. pa-
2 storalis. eodem titu. Sed pone, † quòd Papa facit nunc in regno vnum Baronem dando sibi feudum, & iuratur Papæ fidelitas, an si transfert Papa regnum vniuersaliter in vnum regem, intelligatur alienasse dictum feudum, seu Baronem? Quilibet diceret quòd non, quia in generali alienatione non veniunt vasalli. cap. generali. si de feud. fue. controuer. inter do. & agna. Nihilominus cõtrarium est verum, & in hoc fallit illa regula: quia est verum, nisi vasalli illi sint acquisiti domino ex translatione dicti regni in eum, prout sumus in casu regni Neapolis: text. est singularis secundum Bald. in titu. de pace Constan. x. col. §. in ciuitate illa.

ADDITIONES.

Quando in generali alienatione veniat feudum, tradunt doct. in dicto cap. generali. & in cap. j. vbi Mathæ. de Afflict. colum. ij. & iij. de capit. qui cur. vendi. Alexan. consilio xvj. viso dicto themate. colum. fina. lib. ij. Gozad. consilio xxvj. in causa. nume. 51. Nico. Pigno.

Vide quæ tradit Petrus Dueñas in reg. ccxxxviij. incip. emens à fisco, in secunda limitatione. Gab. Sar.

DCXXIIII.

1 *Procurator ad exigendum pensiones apothecarũ domini constitutus, an etiã ad ipsas apothecas locãdas constitutus censeatur?*

COnstituo Titium procuratorem meum ad exigendas
1 † pensiones apothecarum mearum, an per hoc intelligatur ipsum constitutum ad apothecas illas locandas? Videtur quòd sic: quia habens mandatum ad consequẽs, videtur etiam habere ad necessarium eius antecedens. l. ad rem mobilem. & l. ad rem legatam. ff. de procurat. sed locatio est antecedens pensionis. ergo, &c. Cõtrarium tamen est verum. text. est singularis in l. j. §. quæ propositio. ff. de exerci. & quæ sit ratio remitto ad examinatorem.

ADDITIO.

Adde suprà sing. xxiij. quod habens. & ibi de illo. §. locutus sum, cui adde Moder. Anconi. in tract. de mercat. otu. mandati. nu. 27. & sequen. Nicol. Pign.

DCXXV.

1 *Confessus & conuictus de iure ciuili appellare non potest: & quid iuris sit de iure canonico?*

1 DE iure ciuili est regula, quòd confessus † & conuictus non potest appellare. l. obseruare. C. quorum appella. non recip. & ij. q. vj. §. sunt quorum. & habetur in l. qui sententiam. C. de poen. & in l. creditor. §. iussus. ff. de appel. & in l. ij. C. de erro. aduo. Canonistæ sunt in alia opinione dicentes, quòd confessus solùm non potest appellare, licet non

non conuictus, vt in c. cum speciali. §. porrò. de appell. & in c. Romana. eo. ti. lib. vj. Quod limita, si est confessus & conuictus ante sententiam: secus si post sententiam fuerit confessus. gl. est vnica & singularis in l. non tantum. ff. de appel. & illam singularem facit Bal. in l. addictos. C. de episc. audi. sed est casus in d. l. nō tantùm. Sunt etiam aliæ sex limitationes ad d. regulam, quas omitto.

ADDITIONES.

Adde Bar. Alex. & alios in d. l. non tātum. & in d. l. obseruare. vbi Ludo. Cater. in nu. limita. plures citat, in sua practic. crimi. in princip. nume. 35. Philip. Fran. in d. § porro. colum. iij. versic. ex prædictis. de appella. Et dum dicit Roma. de iure canonico. adde do. Aug. Bero. in c. at si clerici. in prin. nume. 29. de iudi. Nic. Pigno.

Vtrum confessus & conuictus simul, & etiam diuisim possit appellare? latissimè examinat Didac. Couar. in practicis quæstio. c. xxiij. nu. 5. vers. quamobrem duo, vel tria. vbi etiam tractat an confessus & conuictus torqueri possit. Sed limitationem Roma. refert & sequitur Petr. Duenas in reg. clvj. incip. conuictus legitimis probationibus. item incip. & in iiij. limita. Gabriel Saray.

DCXXVI.

1 *Emphyteuta non potest absente, vel inuito domino rem alteri concedere: & an possit sine domini consensu illam rem in vsumfructum dare?*

2 *Intellectus l. j. § item in fundo. ff. quib. mo. vsusfru. amit.*

3 *Baldi authoritas est maxima.*

1 TVscis quòd emphyteuta nō potest absente, † vel inuito domino rem alteri concedere. c. potuit. de loca. & condu. & l. fi. C. de iure emphy. Sed an fine consensu domini possit rem illam in vsumfructum dare? Bal. dicit, quod de hoc est tex. singularis quod sic, in l. j. §. itē in fundo. ff. quib. mo. vsusfru. amit. ibi dum dicit, vectigali. Sed

2 ille † tex. parum facit: quia non dicit aliquid de consensu

3 domini, sed † authoritas sua est maxima. Ego tamen crederem contrarium. hoc probo per legem generalem. lex enim prohibens alienationem videtur prohibere etiam vsusfructus constitutionem. l. fi. C. de reb. alien. non alie. tene menti.

ADDITIONES.

Et opi. Bal. sequitur Alex. in consi. cxx. super eo. in fi. lib. j. & in l. iij. §. ex contrario. col. xiij. & pe. ff. de acquir. pos. Ias. in l. n. col. xxxiij. C. de iure emphy. & plures alii quos refert And. Tira. de retract. consang. §. j. gl. vij. nume. 38. Ro. verò hic sequitur Fran. Cremen. singu. lxxxvj. emphyteuta. & alii vt per Tiraq. vbi suprà. nu. 41. cui adde pulchrè do. Augu. Bero. in quæst. famil. xcv. an feudatarius, qui ad d. §. item in fundo. v. modis legalibus & veris respon. Nic. Pig.

Circa hoc valde disputat Ias. in l. iij. §. ex contrario. col. xviij. nu. 65. versicu. iste est punctus. ff. de acqui. pos. & Castella. Cot. in memoral. in verb. emphyteuta non potest. vbi dicit Ias. referre pro singu. & sequi dictum Bal. in d. l. fin. C. de iur. emphy. in iiij. & viij. q. & latius dixi in singul. lxxxvj. Francisc. Cremensis. Gabr. Saray.

DCXXVII.

1 *Spurius, vel naturalis filius, non potest per patrem adoptari.*

1 AN naturalis vel spurius possit † per patrem adoptari? Dic quòd non. duos de hoc habes casus in l. legem. C. de natu. li. & in auth. quib. mod. naturales effi. legi. §. & non vos laruit. Et est ratio, quia cùm quid vna via prohibetur, non debet alia concedi: vt in regula iur. sed prohibitum est spurium patri succedere omni via, ergo & per viam adoptionis, per quam patri succeditur.

ADDITIO.

Christo. Porc. Insti. de adop. in fi. Alex. in l. item. ff. de his qui sunt sui vel ali. iur. Gabri. Paleo. in solenni suo tract. de spu. c. xlij. Nicol. Pign.

DCXXVIII.

1 *Vestibus vxori legatis, an ornamenta vestium aurea, vel argentea veniant, & cedant vestium legato?*

1 LEgo mulieri, seu vxori meæ vestes, quas † sibi feci: an ornamenta vestium aurea vel argentea veniant, vel cedant legato vestium? Vnus consuluit his diebus quòd non: eo quia accessoria pretiosiora suo principali, nō cedunt principali. l. ij. vbi gl. secundum eum. ff. de pecu. leg. sed ornamenta aurea sunt pretiosiora vestibus, ergo &c. Sed ego consului contrarium, & illa gl. est falsa: quia accessorium etiam pretiosius accedit principali suo. l. & si non sint. §. petueniamus. ff. de auro & argen. lega. vbi est casus. notatur in l. cum aurū. versi. fi. & ibi Bar. ff. de auro & argen. lega. & de his duabus ll. habui tres florenos.

ADDITIONES.

Vide Bal. in l. cum te. C. de dona. ante nupt. faciunt no. per Bal. in l. j. in prin. & no. Bal. in l. in legatis. C. de leg. & Imo. in l. iij. de legatis j. Et vide plenius per Corset. sing. clxxiij. in verbo, legatum. inci. lego vxori meæ.

Adde quòd Philip. Fran. in cap. accessorium. de reg. iu. lib. vj. tenuit illam gl. quam ante Roma. reprobauit Bart. in d. l. ij. ff. de pecu. lega. vt refert idem Roma. consi. cccxxx. circa primum. col. ij. Deci in c. quanto. in ij. notab. de iudi. & in c. præterea. col. pen. de offi. deleg. Hipp. in rub. ff. de fideiuss. q. 50. & in singu. xvij. accessorium. Cagnol. in l. cùm principalis. ff. de regu. iuris. Limita in casu statuti prohibentis mulieres portare ornamenta aurea vel argentea, vt per Corset. d. sing. cliiij. verb. legatum. de quo per Cremen. sing. lxiij. Nic. Pig.

Adde quæ plenè notat Stepha. Aufr. decisio. Tholosa. cccl xxxvij. Gabriel Saray.

DCXXIX.

1 *Procurator ad vendendum constitutus si vendat, & ab emptore arram accipiat, an si is posteà aufugerit, dominus teneatur pro arra suo procuratori soluta?*

1 COnstituo procuratorem meum ad vendendum † librum meum, quem vendidit posteà, & arram suscepit: postmodù emptor soluto integro pretio procuratori petit arram à procuratore, qui aufugit, an dominus teneatur pro arra suo procuratori soluta? Quilibet diceret quòd non: quia constitutus est ad vendendum, non ad suscipiendum arram. sed cape singularem distinctionem Vlpiani: aut mandatum simpliciter præcessit ad vendendum rem, & tunc dominus tenetur in subsidiū: Aut dixit quòd vendat procurator pro præsenti pecunia rem, & tunc dominus non tenetur ad arræ restitutionem. tex. est singularis in l. quicunque. §. non tamen. versi. item si insti tor. ff. de insti. tene menti.

ADDITIO.

Et de illo tex. inferūt ibi doct. ad alia, & in l. à diuo pio. §. si super rebus. ff. de re iudi. & Pet. de Mon. in tract. de emptio. & vendi. chart. antepenult.

DCXXX.

1 *Tertius an pro iure & interesse suo ad defensionē causæ per alium motæ, post litem contestatam possit opponere ex persona rei conuenti declinatoriam fori, licet ipse conuentus non possit?*

1 LVenditor. ff. de iud. cum si. dicit, quòd defensor conuenti non potest opponere exceptionem declinatoriam fori ex persona sua. Sed quid † si velit opponere tertius pro interesse suo ad defensionem causæ per alium motæ: an post litem contesta. possit opponere ex persona conuenti declinatoriam fori? Dic quòd sic, licet ipse cōuentus non possit: Inn. singulariter in c. capitulum sanctæ Crucis. in gl. pen. de rescri. & ita pronunciaui in magna causa. Hoc adde ad dictam l. venditor.

ADDITIONES.

Vide Moder. in d. c. capitulum sanctæ Crucis. hic alleg. & Ludo. Rom. consi. cccxlvij. inci. quo ad articulum primum.

Adde quòd Castren. & alii in d. l. venditor. commu. sequuntur Inno. cuius dictum est æquum: ne emptoris negligētia & malitia noceat venditori. Nic. Pig.

DCXXXI.

1 *Testator, si super tali fundo decem leget, verbum super, pignoris obligationem operatur.*

1 CVm dico, præsta mihi cētum super re ista, vel testator dicit, lego tibi decem super tali fundo: quid illud † verbum, super, habet operari? Dic quòd pignoris obligationem. tex. est singularis in l. codicillis. §. instituto. ff. de leg.

ij.Bar.no.in l.fundus.ff.de annu.leg.licet alibi Bal.de hoc verbo multa dicat,sed non curo.

ADDITIONES.

Et idem Rom.consi.ccclxxxviij.in casu.in prin.& cõsi.ccccviij. præsens.in prin.Alex.& Ias.in l.rescriptum.§ si pacto.in fi.ff. de pact.Ludo.Gomes in §.item Seruiana.nu.34.Institu.de actio.Ripa,in rub.ff.de pigno.col.ij.Francisc.Cremen.singul. xlvj.mutuaui. Nic Pig.

Multa de dictione super,& insuper,scribit Do.Bermondus Choueronius in commentariis in titulum de publicis concubinariis.super versicu.insuper.in §.hanc distinctionem moder. char.cxxxiij. Gab.Sar.

DCXXXII.

1 *Excommunicato Potestate,vel Episcopo,an eius iudex,vel Vicarius impediatur de causis cognoscere?*

1 EST excõmnicatus Potestas vel Capitaneus huius ciuitatis,an† eorum iudices impediantur cognoscere de causis?idẽ quæro in Episcopo,& eius Vicario. Excommunicatus enim nõ potest iurisdictionem exercere.c.ad probandum.de re iudi.Dic quòd sic,prout per doct.in c.licet vndique.de offi.ordi.casus est singularis in c.j.de offic.ordina.lib.vj.

ADDITIO.

Et idem tenet Io.Arno problema.lxxviij.Deci.in cap.intelleximus.in prin.de iudi. Nic.Pig.

DCXXXIII.

1 *Fideiussor clerici an possit declinare iurisdictionem iudicis laici,& coram ecclesiastico sit conueniendus,vbi & clericus?*

2 *Exceptio competens principali,an prosit fideiussori?remissiuè.*

1 NVnquid fideiussor clerici sit conueniendus† vbi & clericus:& sic posit declinare iurisdictionem iudicis laici?Hæc quæstio fuit originaliter Spe.in tit.de compe.iudi.§.j.col.xj.nu.26.versi.sed pone clericus.Bal.refert in rub.C.de priui.do.sed miror quare ipsi de hoc faciant quæstionem:nam exceptio declinatoria fori competens principali non competit eius fideiussori seu cessionario. casus est in l.si reus.ff.iudi.solu.& l.sed si restituatur.§.j.ff. de iudi.& ita heri cõsolui.Item regula est,quòd exceptio, quæ est in persona principalis non competit fideiussori.l. exceptiones quæ personæ.ff.de exceptio.& l.priuilegia.& l.in omnibus.ff.de reg.iu.sed hæc exceptio inest personæ clerici:ergo nõ prodest fideiussori. Adde ad l.persona,de fideius.l.idemque.§.generaliter.ff.mãda.l. exceptio tam

2 mandatori.C.de non nu.pecu.vbi doct.tractant,†an exceptio competens principali prosit fideiussori.

ADDITIO.

Et Spec.sequitur ibi Bald.& Ioan.de Arno.problema lxxix.Cagnol.in l.venditor.numer.10.ff.de iudic.Hippoly.latè in rubric.ff.de fideiussor.q.xlij. Et quando exceptio competens principali,prosit fideiussori,tradit idem Hippoly.vbi suprà q.xxxvj. Nico.Pign.

DCXXXIIII.

1 *Prælatus priuatus ecclesia prælatura,an etiam eo prædio priuatus censeatur,quod sua diligentia ex sterili fertilem reddidit,an illum in vita retinere possit?*

1 AN Prælatus priuatus ex delicto prælatura† ecclesiæ, videatur etiam priuatus eo prædio siue fundo,quem sui diligentia ex sterili fertilem reddiderat, an illum in vita sua retinere posit?Quilibet diceret quod sic.sed tamen contrarium est verum:verbum est singulare Innoc. in capit.fina.de pecu.cle.secundum primam opinionem communiorem & veram,quam nunquam memini alibi me legisse.

ADDITIONES.

Adde quòd idem tenet Panormi.in dicto capitul.fina.arg.ca ad aures.de rebus eccles.non alie.vide Rotam in nouis decisio. xcvij.& cclij.

Alexand.in l quicunque.in additio.C.de omni agr.deser.libr.xj. Quod introductum fuit fauore agriculturæ, vt per Francisc.Rip.qui plura alia priuilegia ponit, in tractat.pest.part. vltim.de remed.præser.in fin.& facit suprà singul.ccclxxij. Nicolaus Pign.

DCXXXV.

1 *Obligatio, seu pactum de seruiendo perpetuò hospitali an valeat?*

AN si quis obligauerit se perpetuò seruiturum vni hospitali,donec viuit(vt vidi fieri per aliquos in hospi-

1 tali sanctæ Mariæ Nouellæ de Florentia,) talis † obligatio valeat?Videtur quòd sic:quia præstando interesse liberatur,vt dixi anno præterito,in l.stipulationes non diuiduntur.ff.de verborum obligatio. in eo qui perpetuò locat operas suas.Sed contrarium videtur hoc casu:quia respub.& ecclesia seu pia causa æquiparantur regulariter.l.fina.C.de sacrosanct.eccle.sed promittens quis factum reipu.non liberatur præstando interesse.l.fideicommissa.§.fin.ff.de legat.iij.ergo,&c.dic tamen tale pactum esse validum fauore ecclesiæ.& ita determinat Innocen. singulariter in cap.inter dilectos.de dona.& hoc adde ad d.l.stipulationes.

ADDITIONES.

Hoc videtur secundum doct.in cap.inter dilectos.hic alleg.prima fronte contra l.cùm antiquitas.C.de vsufru.& l.Titia.§. Titio.ff.de condit.& demonstrat.vbi concluditur quòd non potest quis perpetuò suas operas locare,cùm sit species cuiusdam seruitutis.hoc tamen non obstante tenetur cõtrarium, & sic cum opin.Innocen.recitata per Roman.hic,fauore spiritualitatis.nam seruire Deo non est seruitus, sed maxima libertas.

Adde distinctionem,quæ mihi magis placet,Franc.Rip in l.obligatione.col.iiij.ff.de pigno.& hypo. Nic.Pig.

DCXXXVI.

1 *Obligans omnia bona sua, an intelligatur etiam obligare aliena ab eo bona fide possessa?*

1 OBligo tibi omnia bona mea.an intelligar † obligare non solùm mea,sed etiam aliena à me bona fide possessa?Bald.in l.certi iuris.colum. fina.C.loca.dicit quòd sic: alleg.l.si ab eo ff.de pigno.sed illa parum facit.limitat tamen illa lex.l.rem alienam. ff.de pigno.actio.quæ dicit quod non possumus pignorare rem alienam. quod intellige mala fide.melior text.est pro Bal.in l.bonorum. §.in bonis.ff.de verborum signifi.quæ in hoc non reperitur fallere.

ADDITIONES.

Ad hæc vide Bar.& Ias.in l.item quia ff.de pact.& Bart.in l.quæ dotis.ad fi.ff.sol.ma.& ibidem per alios.

Et hoc per d.l.si ab eo.in speciali hypoth.tenet idem Bal.in l.mater.col.j.C de rei vendi.Bart.in d.l.si ab eo.& in l.rem alienã. col.j.ff.de pigno.actio.Rip.in l.j.col.iiij.ff de pigno.Negusa. in tract.de pigno.ii .memb.ij.part.nn 6.& 7.Et per d.§.in bonis.in generali hypotheca tenet Alc.ibi.& August.Bero.q.fa. acv.in ii. Nic.Pig.

DCXXXVII.

1 *Interusurium medij temporis potest ab eo peti,qui est consuetus negotiari Fallit in piscatore,venatore,& aucupatore.*

1 TV habuisti in l.si constante.§.quoties.ff.sol.mat.de interusurio medii temporis,quod† potest ab eo peti,qui est consuetus negotiari,vt l.ij.§.final.ff.de eo quod cer.loc.Hoc fallit primò in piscatore,venatore,& aucupatore:respectu enim harum artium hi non possunt petere interesse lucri cessantis.casus est in l.quemadmodũ. versi.itémque Labeo.ff.ad l. Aqui.adde ad d.§.quoties.& hoc applica mihi,non tibi.

ADDITIONES.

Et est ratio:quia incertum est an caperentur pisces, vel aues seu volucres Et illum singu.dicit Ias.in l.j.lectu.j.col.xj.C.de sacrosanct.eccle.Et quomodo & qualiter interesse lucri cessantis per solitum negotiari posit peti,& eius practicã tractauit plenè Cagnol.in lege vnica.vltimo nota.C.de eo quod inter. Nicolaus Pigno.

Habetur ratio lucri cessantis non simpliciter,sed tantùm post moram dèbitoris,vt declarat Felin.in capitul.cùm venerabilis.colum.ij.de exceptio.quem refert,& sequitur Cor.Iunior in l.ij.

in l.ij.§.primo.colum.vj.versi.vlti.in terminis.ff.si cert.peta. Gabriel Saray.

DCXXXVIII.

1 *Legans alteri ea,quæ sui vsus causa parata sunt, non censetur ea legare,quæ sunt parata gratia vsus communis legantis cum altero. Fallit in vxore,cui lana,linum,aut sericum,legatur.*

1 LEgans alteri ea quæ sui vsus causa parata † sunt, non censetur legare ea,quæ sunt parata gratia vsus communis legantis cum altero.l.legat.ff.de leg.ij.l. Quintus. de au.& argen.lega.l.hoc legatum.de lega.iij.Hoc fallit notabiliter in vxore,cui legatur lana,linum,sericum,túc etiam veniunt ea quæ parata sunt gratia communis vsus.tex.est singularis in l.cum quæreretur.§.lana.de lega. iij.quod nota perpetuo.

ADDITIO.

Adde pro declaratione illorum iurium Alexand.& posteriores .in l.ij.in princip.ff.de verborum obligatio.Pau.de Cast.in l. serui electione.§.Labeo.vbi Ias.colum.j.in fin.& alij.ff.de lega.j. Nico.Pign.

DCXXXIX.

1 *Filius minor iussu patris contrahens,si lædatur, beneficium restitutionis in integrum non amittit.fallit in contractu mutui.*

1 REgula est,quòd quamuis filius minor † côtrahat cum iussu patris,non tamen propter hoc perdit filius,si lædatur,beneficium restitutionis in integrum.l.cum mandato.ff.de minor.fallit in côtractu mutui:tunc enim interueniente iussu patris priuatur minor in integrum restitutione.casus est singularis in l.iij.§.sed vtrum.vers.excepta.ff.de mino.Sed vellem scire rationem specialitatis: cum in eo contractu filiusfa.est magis priuilegiatus, vt patet in toto tit.ad Macedonia.præterea, non est satis quòd iussus patris facit perdere beneficium Macedoniani, vt l. tametsi.ff.ad Macedo.cum si.quæ ergo est ratio?& de hoc fuit interrogatus quidam scholaris in priuato examine, & nesciuit ipse,neque alter doctor, *per la gatta de Dio* Sed gl.in d.versi.excepta.ponit tres rationes.

ADDITIO.

Idem Roma.post Bal.in l.singularia.& ibi Alex.col.v.Ias.x.& alij.ff.si cer.pe. Nic.Pign.

DCXL.

1 *Spado ex accidenti an matrimonium contrahere possit?*
2 *Intellectus l.si seruus §.si spadoni.ff.de iure dotium.*
3 *Spado vno tantum testiculo carens generare potest.*

BOnoniæ dum eram,fuit quæstio veniens de Francia in persona cuiusdam Reginæ, quæ agebatur coram
1 Episcopo Carnoteñ.an spado † (de quo in l.spadonum.ff. de verb.signifi.) ex accidenti possit matrimonium contrahere,vel si contrahat, nulliter côtrahat.De iure ciuili est expeditum:quia casus est in l.si serui.§. si spadoni. ff. de iure dot.vbi dicitur quòd sic per legittas. per l.si quis posthumos. in princ.ff.de libe.& posthu.De iure canonico gl.mouet xxxij.q.vij.c.hi qui.ponens multas opiniones:non sunt quatuor dies, quibus inueni Io. Andr.hoc plenè tractantem in c.quod sedem.de frigi.& malefici.& determinat quòd non,& matrimonium contractum potest petere nullum declarari,ea ratione,quia matrimonium contrahitur duplici ratione seu causa,aut propter sobolem procreandã,aut propter euitãdam fornicationem,vt dixi in rubr.ff.solut.matri.sed hæc duplex causa cessat in spadone ex accidenti ergo &c.ad l. si serui. §. si
2 spadoni. respondet, quod † est correcta de iure canonico.vel debet intelligi in spadone qui caret vno tantum
3 testiculo,quo casu † potest tamen generare, vt l. Pomponius.§.spadonem.ff.de ædil.edic.rationem quære a philosphis.ita determinat singulariter Ioan.Aud.

ADDITIONES.

Adde Panor post alios istud sequentem,& hoc modo distinguentem,videlicet inter carentem altero testiculo, & carentem vtroque,in c.quod sedem.hic alle.vbi dicit sic posse intelligi l. si serui.in §.spadonem.ff.de iure dot.

Adde Soci.in l.j.nu.27.ff.solu.ma.& in l.quæsitum.ff.de liber.& posthu.Idem dicas de his qui puberes execti sunt, & hepate sunt feruentiore,vasaque genitalia capaciora possident:nam tales coëunt,licet non generent, vt dicit Alciat.in d.l.spadonum.Et in his matrimonium tenet,vt in simili dicit gl.fi.in d. c.hi qui.de eo qui habet virgam erectam,& sperma nõ emittit.Et adde quòd ille qui habet testiculos,sed totus colesetus amputatus est,succedit enim fratribus in feudo paterno,vt dicit Bal.se consuluisse in causa Marchionum de Malaspina in ti.Epis.vel Abb in fi. Nic.Pig.

DCXLI.

1 *Excussio principalis hodie requiritur antequam fideiussor conueniatur. Et quid in fisco?*

1 SCis,quòd hodie requiritur † excussio principalis antequam fideiussor conueniatur.auth.præsente. C. de fideius.Sed quid in fisco debente, & præstante fideiussorẽ, an fideiussor habeat beneficiũ excussionis non factæ?hoc fuit de facto hic in repub.Senensi, & diuersi diuersa consuluerunt,& cõmuniter dicebant,quòd non,per no.per Bar. in l.fi.ff.si cer.pet.vbi dat doctrinam,quòd fideiussor potest conueniri principali non excusso,vbi debitorem principalem conuenire est difficile.arg.gl.in l.iij.in prin. ff.qui satisd.cog.sed ita est in fisco,vt facilè conueniri non possit.ergo &c.Ego verò contrarium,& ita fuit obtentum per multas rationes,quas omitto. sed glo.est singularis pro opinione mea in l.sententia.C.de fideiuss.quã nemo allegat ad dictum Bart.in d.l.fi.quod etiam sequitur ibi Fulg.licet illam gl.non alleg.

ADDITIONES.

Vide Ias.in d.l.fina.col.vij.Et dicit,considera si posset dici quòd Bar.ibi loquatur de principe iniusto & tyranno:secus ergo si princeps esset iustus.& ita loquatur glo.allegata per Roman. luc.postea distinguit an principalis sit facilis ad conueniendum,&c.vt per Roma.hic.

Adde quòd consi.Roma est nu.93.visis quæ superius. Et contra Roma.in illo casu consuluit Abb.consi.xxix.in quæst. col.ij. lib.ij & Ro.latè sequuntur Alex.Deci.& alij in d.l.fi.Franc. Cremen.singula.xliiij.an fideiussor. Nic.Pig.

DCXLII.

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ an possit opponi, si in confessione dictum fuerit,quòd confitebatur habuisse & recepisse,& habere centum mutuo?*

SCis,quòd confessioni mutui de recepto potest obiici exceptio non numeratæ pecuniæ intra biẽnium de iure ciuili:de iure autem canonico perpetuo. Modò dubi-
1 tatur,dicit † confessio,confiteor me habuisse & recepisse, & habere centum à Titio mutuo:an tunc propter verbũ, habere,possit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ? ista quæstio est nunc in facto,& habeo consulere,& tres noctes fantasticaui in inueniendo vnam gl.Dic quòd sic: glo.est singularis secundum Ang.ibi in l.si ex pluribus.in verbo,habere.ff.de solu.cum dicit,inculcatio verborum est &c.id est,idem importantium.& si non esset gl.est ratio.quia habere quis id dicitur,ad quod quis habet actionem.l.rem in bonis.ff.de acqui.rer.do.l.habere.ff.de verbo.signi.l.qui actionem.ff.de reg.iu.cum si.sed confitens habere quod non habet,potest ad illud agere,vt est casus in l.si voluntate.C.de do.promis.ergo,&c.Sed quid si addat apud te,& apud me habere?Dic idẽ: quia dicor apud me habere id ad quod consequendum habeo actionem. tex.est in l.id apud.ff.de ver.signi.Sed quid si dicat penes me habere ? Dic quòd tunc secus est: quia non potest opponi exceptio non numeratæ pecuniæ:id enim diceris penes te habere,quod iam percepisti, non id ad quod agere potes.tex.est singularis in l.penes.ff.de ver.sig.& ita consulam.ego nescio quid tu faceres.

ADDITIONES.

Idem dicit Fran.Cremens.singu.xlv.pone. Bald.in l.si ex cautione.col.iij.C.de non numer.pecu.Alexã in d.l.si ex pluribus. vbi post Barto.limitat in acceptilatione.Ibi,sed quid si dicat. Adde quòd aliquãdo d.l.penes.intelligitur secundum casuũ occurrentiam,vt per Bar.in l.Titia §.Caius.ff.de leg.ij.& Alciat.in d.l.penes.Gomes in §.sic itaque.col.iiij.in fi.Institu. de actio. Nic.Pig.

Ibi. Dic, quòd sic, &c. vide Curt. Iunior. in rub. ff. si cer. pet. in fin. vbi illam gl. multum commendat. Ibi, Sed quid si dicat, penes me, &c. Pro opinione Romani facit text. optimus in l. quidã. ff. de constit. pecu. Contrarium tamen videtur voluisse Bald. quem Iason refert in l. ij. §. creditum. vbi Iason col. fi. nu. 22. ff. si cer. pe. vbi secundum Bal. dicit, quòd si procurator confessus sit se habuisse, & penes se habere, quod tamen adhuc non præiudicat domino, quia exceptio non numeratæ pecuniæ opponi possit. Et in specie Romanum in hoc dicto reprehendit Purpura. in l. ij. nu. 6. in fi. ff. si cer. pe. & Emanuel Costa in repetitio. d. l. si ex cautione. in octaua fallentia chart. cvj. C. de non nume. pecu. dicunt enim temerè Romanum hoc scriptũ reliquisse, nam si ad verborum proprietatem respexit, supernacua erat consideratio aduerbii penes, cùm verbũ, recepisse, positum in confessione ex proprietate ostenderet datam fuisse confitenti pecuniam per actum verum, vt expressim tradit Bar. in l. singularia. nu. 23. ff. si cer. pet. Sed & si debitor diceret veram, & realem numerationem pecuniæ sibi factam fuisse, constare debuit, admittendus tamen est ad huius exceptionis beneficium aduersus Angel. Are. in §. idem iuris. nu. 19. Instit. de excep. deceptum authoritate Baldi & Sali. quos non rectè intellexit in l. fi. C. de non numerata pecunia. Receptissimum enim est, verba quælibet debitoris tempore confessionis dicta, non esse illi impedimento, quominus hac exceptione intra legitimum tempus vtatur, vt per Bar. in d. l. si ex cautione. lectu. prima. nu. 2. & lectu. ij. nu. 9. versicu. ex quo nota. de qua per Ioan. de Imol. in l. si ex pluribus. ff. de solutio. Alex. in l. ij. § fi. nu. 7. ff. si cer. pe. Feli. in c. si cautio. nume. 51. de fide instru. Ias. in § fuerat. nu. 79. Institu. de actio. Deci. in l. ij nu. 13. C. de edendo. De intellectu autem l. si volũtate. C. de dotis promissione. & an induci possit ad causam mutui, latissimè tradit Emanuel Costa in d. repe. l. si ex cautione. fol. 262. nu. 1. versicu. vtilior succedit quæstio. vide tamen multa adducta pro dicto Romani per Celsum Hug. in apost. ad Lanfran. de Oria. in capitul. quoniam contra. in versic. confessiones. numero 29. in additio. incip. adde an confitens se habere. extra de probatio. Gab. Saray.

DCXLIII.

1 *Mandati probatio nunquid inducatur per productionem instrumentorum ad causam facientium*

2 *Mandati expiratio inducitur ex redditione instrumentorum ad causam facientium domino facta.*

3 *Procuratoris constitutio inducitur per traditionem instrumentorum ad causam facientium à domino ei factam.*

4 *Sigilli personæ principalis ostensio, absque probatione eiusdem traditionis, per personam non domesticam, neque cum domino cohabitantem facta, probat præsumptiuè ostendentem esse domini procuratorem, adeò quòd cum cautione rati admittitur.*

5 *Ostensio instrumenti debiti cancellati per debitorem non domesticum, neque cũ creditore cohabitantẽ, facta, præsumptam liberationis probationem inducit.*

6 *Intellectus l. si chirographum ff. de probatio. remissiuè.*

7 *Doctorum virtus est scire leges inducere.*

1 NVnquid, per productionem instrumentorũ † facientium ad causam, inducatur probatio mãdati? glos. ponit in l. fi. C. de pact. conuen. Bar. in l. vulgo. ff. de admi. tut. Bal. in l. j. C. de procu. glos. Inno. & alii doct. Canonistæ in cap. coram dilecto. de offi. delega. Veritas est, quod aut producens instrumẽta illa probat sibi per dominum esse tradita, & tali casu inducitur plena probatio mandati. Quod probo dupliciter. Primò per tex. & est ibi casus in d. l. fi. superiùs allegata. Secundò, contrariorum eadem est dispositio: sed redditio instrumentorum ad can-
2 sam † facientium facta domino inducit expirationẽ mandati in reddente. casus est nota. secundum Angel. ibi in l. negotiorum. §. fin. & l. tutor. ff. de appel. & in l. ita autem.
3 §. fi. ff. de administrat. tut. ergo à contrario, traditio † instrumẽtorũ inducit procuratoris, constitutionẽ. Aut dictorũ instrumentorũ fit productio, non autẽ traditionis eorundem probatio, per personã non domesticam domino, nec sibi cohabitantem: & tunc mandatum non plenè, sed præsomptiuè probatur, ita quòd admittitur cum cautione rati. quod probo tripliciter. Primò, pro hoc est casus in dicto ca. coram. Secundò probo per simile, quia
4 ostensio † sigilli personæ principalis absque probatione traditionis eiusdem facta per personã non domesticam,
neque cohabitantem cum domino sigilli, probat ipsum ostendentem esse procuratorem non plenè, sed præsumptiuè, adeò quòd admittitur cum cautione rati. quod singulariter notat Ioan. Andr. & Host. in c. ij. de sol. per illum text. in nouella. ergo multo magis illud probaret ipsorum instrumentorum productio ad causam facientium. & hoc dictum in materia sigilli. quæ in mille locis tractatur, in iure non inuenies. Est bene verum quòd Bal. in dicta l. j. colum. penul. versi. item quæro. C. de procura. tangit, & dicit, quod Ioann. Andr. tenet quod illa sigilli ostensio non probat. & errat etiam vt vides, & non dicit, nisi Ioan. Andr. illud dicit. Tertiò probo alio simili eius
5 quod † dicimus, quòd ostensio instrumenti debiti cancellati facta per debitorem non domesticum, neque cohabitantem cum creditore inducit præsumptam probationem quòd ipse debitor fuit liberatus. casus est in l. si chi-
6 rographum. † ff. de probatio. de cuius l. intellectu plenè per Iacob. de Are. & Cy. in l. si de possessione. C. eo. tit. per Bar. in l. fullo. §. qui tabulas. ff. de furt. l. Labeo. ff. de pact. ergo idem in ostensione instrumentorum ad causam facientium facta per procuratorem. Aut producitur instrumentum absque probatione traditionis per personã domesticam, & cohabitantem cum domino, & tunc non probatur mandatum nec plenè nec præsumptiuè, & non admittitur etiam cum cautione rati. pro hoc allego tex. ad hoc singularem in ratione sui in l. vnica. §. ille autem. C. de lati. liber. tollend. & illam scias inducere: quia illa
7 † est virtus docto. scire inducere leges, vt dicebat Bald. & etiam domi. meus in l. non solum. §. qui primipilum. ff. de excusatio. tut.

ADDITIONES.

Adde, quòd istud singulare sequuntur Bal. Imo. & Feli. in ca. coram. de offi. & po. iudic. deleg. ratio est, vt illa traditio aliquid operetur. per l. fi. C de pact. conuen. & ibi tex. expressus in versicu. nulla ratihabitione ab eo exigenda. & inquantum Ludo. hic, in fi. dicit de domestico & cohabitãte cum domino, quòd si ostendat instrumenta absque probatione traditionis non præsumitur mandatum. Adde Ludo. mei plenius loquentem consi. ccc. xlvj. primus propositæ consultationis. vbi cõsuluit in terminis. vide plenius per scribentes in d. c. coram. de offi. & pote. iudi. dele.

Adde Castren. in l. Mæuia. & ibi Alex. ff. solu. matr. Bar. in l. quod vulgo. ff de adminisro. Alex. in l j col. ij. & iij. C. de procurat. Hippoly. in l. si quis ne quæsti . nume. 142. ff. de quæstio. Nic. Boer. decisio. Parlamen. cliij. aliud. in fi. And. Alciat. in tractã. præsump. regul. j. præsumptio. xxxiij & Ioan. Nicol apud eum. Ni. P. no.

Idem tradit Hippoly. de Marsil in l. qui falsam. col. xvj. nu. 3. ff. de falsis. & Guid. Pap. decisio Gratianop. xiij. in fin. & decisio. clxxvj. vbi multa pulchra ponit de sigillo. & Hieron. Cagnol. in l. velle non creditur. nu. 19. versi. tertiò præsumitur mandatum. ff. de reg. iur. Gab. Saray.

DCXLIIII.

1 *Mandatum habens ad causam integram iam sopitam, habet etiam mandatum ad illam resuscitandam per in integrum restitutionem.*

1 HAbens mandatum ad causam integram iam † sopitam, habet mandatum ad illam resuscitandam per in integrum restitutionem. casus est in l. qui proprio. §. item quæritur. ff. de procura. secundum intellectum Pet. & Cyn. in l. inuitus. C. de procurato. & ita pridie respondi apud balnea.

ADDITIO.

De quo intellectu tradunt il i Joct. & Paul. de Castr. in d. §. item quæritur. in fi. & Bologni. in suis interpr. Nic. Pig.

DCXLV.

1 *Procurator ad agendum constitutus, non intelligitur constitutus ad executionem sententiæ petendam, nisi procurator sumptus in lite factos ab ipso principali creditore consequi non possit.*

1 PRocurator constitutus ad agẽdum, † non intelligitur constitutus ad executionem sentẽtiæ petendam. l. hoc iure. ff. de sol. l. si procurator meus. ff. de procu. ff. de pact. l. nam & nomine. cũ seq. Quod est verum, nisi procurator sumptus

sumptus in lite factos non posit ab ipso principali creditore consequi. casus est singul. in l. actoris. ff. de procuratoribus.

ADDITIO.

Et ibi Bar. Bal. & Pau. de Cast. Idem Castrē. in d. l. si procurator. in fi. Ange. Are. in §. præterea. col. xix. 10 prin. Institu. de actio. vbi limitat d. l. hoc iure. duobus alus modis post Barto. in d. l. hoc iure. Nic. Pig.

DCXLVI.

1 *Debitor, qui tenetur in diem, vel sub conditione, potest ex causa compelli ad cauendum, nisi eum pœnitere possit.*

1 L In omnibus. de iudi. vult, quòd vbi quis † tenetur in diem vel sub conditione, potest ex causa cōpelli ad cauendum. Quod fallit, nisi debitorem in diem, vel sub conditione pœnitere possit. casus est singularis in l. Seia. in princip. de donatio. causa mortis. & illum tex. nouiter pondero ad hoc.

ADDITIO.

De illa l. in omnibus. adde decisi. Neapol. cvij. procur Alex. latè post alios in l. ij. in princi. nu. 14. & ibi Fran. Rip. nu. 36. refert hoc singula. ff. sol. mu. Nic. Pig.

DCXLVII.

1 *Debitor alteri olim suo debitori & moroso non potest opponere illius temporis, quo in mora fuit, compensationem.*

1 D Ebitor alteri olim suo debitori & moroso † non potest opponere illius temporis, quo in mora fuit, compensationē. casus est singularis in l. Attilicinus. ff. de pac. dot. quod est notandum.

DCXLVIII.

1 *Solutio in diem, an possit ante diem fieri inter personas, inter quas prohibita est donatio?*

2 *Interusurium medij temporis an inducat donationem?*

1 A N solutio † in diem possit ante diem fieri inter personas, inter quas prohibita est donatio: vt aduocatus concubinæ, clericus, & miles? Videtur quòd sic: quia dies est apposita gratia debitoris, ergo licet ei renuntiare. l. cū tempus. ff. de reg. iu. cum si. In contrarium facit, quia videtur donare interusurium medii temporis, & sic donatio est, quæ est inter eos prohibita. Primum tamen est ve-

2 rius, & sic † interusurium medii temporis non inducit donationem. casus est singularis in l. sed si vir. §. quod vir vxori. ff. de dona. inter vir. & vxo.

DCXLIX.

1 *Legata domo, cum his, quæ ibi sunt, legata non intelliguntur, quæ ibi sunt mercis causa, vel ad tempus. fallit si filio legatum fiat.*

1 R Egula est, quod si testator legat † domum cū his quæ ibi sunt, non intelligitur legare, quæ ibi sunt mercis causa, vel ad tempus. l. ex facto. ij. versi. rerum autem italicarum. cum si. ff. de hære. insti. Fallit, vbi pater hoc legatum faciat filio: quia tunc existente amplo patrimonio testatoris, adeo quòd non contingat alios hæredes minus grauari, si merces includantur, in legato filio facto continentur. tex. est singularis in l. quæsitum. §. sed & ipse Papinianus. ff. de fun. instru. ratio est ardor charitatis paternæ, quæ inducit filiorum dilectionem. facit ff. de libe. leg. l. Aurelius. §. Titius.

ADDITIO.

Et quando venalia cedant legato, tradit Bar. in l. generali. § vxori. ff. de vsufruct. lega. Alex. & alii in l. si constante. ff. sol. matr. Ioan. Dilect. de arte testan. tit. de lega. cautel. xix. tritico deci. Neapol. cvj. quidam. Augu. Bero. q. fami. xxix. an sub illis. vbi allegat Roma. hic. & facit suprà sing. cxj. vltimo. & Soci. Iun. consi. xcvij. dubia. libr. j. Et illum §. dixit sing. idem Roma. ad aliud, consi. xcij. nu. 4. de quo per Moder. Anco. in tracta. de merca. in prin nu. 27. & ad aliud indiicit Dec. consi. lix. quarto fundamen. Soci. Iun. consi. clx. v. col. lib. iij. Nic. Pig.

DCL.

1 *Nobilitas præsumptionē donationis inducit: & plura de nobilitate*

1 N Obilitas inducit præsumptionē † donationis. & Cy. dicit, quòd nobilis propter scientiam præfertur in processionibus: & quòd nobilis scientia præfertur nobilitati generis, quia primum est à natura, reliquum ab accidenti. vt per Cy. in l. quisquis. C. de postu. & c. j. de dona. dicit tex. nobilibus hoc insitum est à natura, vt debere se æstiment, quod sponte tribuunt: & nisi in beneficiis spōte creuerint, nihil se præstitisse putent. Et ideò nobilitas cognoscitur ex largitionibus: & ideò l. filius. ff. de don. dicit, quòd filius constitutus in dignitate poterit donare. & ita eam alle. Innoc. in c. grandi. de sup. neg. præla. lib. vj. & donatum diutius durat gratum habetūr. dicit pulchrè tex. in cle. vnica. de reli. & vene. san.

ADDITIONES.

Ad hoc vide quæ diximus suprà singu. cccc xcj. incip. heri fui interrogatus.

Adde latè Io. Lup. in rub. de dona. inter vir. & vxo. §. ix. & quis dicatur nobilis, pulchrè tractauit Cæpul. in tract. de impe. milit. & est magnus tract. de nobil. d. And. Tiraq. & adde infrà sing. dccxxxj. cis hoc iure. Nic. Pig.

Idem tradit And. Tira. in tract. de nobilitate. c. xxxvij. nu. 35. vers. & bene facit optimus. Gab. Saray.

DCLI.

1 *Impensa facta ad tui vtilitatem, si illa principaliter facta sit mei expendentis contemplatione, non potest à me repeti.*

1 I Mpensa facta ad tui vtilitatem, si illa † principaliter facta sit mei expendentis contemplatione, non potest à me repeti. text. est singularis in l. creditor. §. j. ff. manda. quod est notandum.

ADDITIO.

Quem tex. dicit sing. Bal. in l. j. circa fi. C. de neg. gest. & dicit idē Bal. in d. §. j. quòd si quis promisit pro pace consequenda occasione matrimonii, non potest à muliere repeti re. argu. d. §. j. & faciunt no. per doct. in l. si mandatum. C. de nego. gest. Facit etiam l. si quis nec causam, cum cumulatis ibi per Ias. fi. & cet. pe. & Io. Lup. in c. per vestras. §. xxvij. nu. 18. fo. 163. de dona. inter vir. Nic. Pig.

DCLII.

1 *Donatum consanguineo, in dubio censetur donatum respectu consanguinitatis, non respectu remunerationis.*

1 D Onatum cōsanguineo, in dubio censetur † donatum respectu consanguinitatis: non autem respectu remunerationis. text. est singularis in l. tutor. §. quæ à tutoribus. ff. de excusa. tuto.

ADDITIONES.

Sequitur idem Ro. consi. cevij. si volumus & consil. ccxxxv. quòd ad primum. col. j. Io. Lup. qui alios citat, in rub. extrà de dona. §. xlv. col. pe. & de eius intellectu pulchrè tradunt Alex. Ias. & Deci. in l. si donatione. C. de colla: io. In Coral. lib. ij. misce. c. iiij. Amplia vt procedat etiam si ille consanguineus fuerit rector alicuius ecclesiæ, vel amicus. c. requisisti de testa. Bart. & doct. vbi Soci. plura notanda ponit, in l. ciuibus, ff. de reb. dubi. Andr. Alcia. regula j. præsum. xxvij. Limita quādo consanguinei essent milites. l. hæreditatem ab agnato ff. de castr. pecu. l. cūm allegas. C. eo. tit. lib. xij. Limita secundò, quando merita præcessissent. l. si verò non remunerandi. §. si verò. ff. manda. gl. Bar. & alii in d. l. si donatione. Limita tertiò, quādo consanguineus assiduè & frequenter conuersaretur cum donante. d. l. cūm allegas & d. l. hæreditatem. in prin. vt per And. Alcia. in d. regula, præsump. xxx. Nic. Pig.

Vide quæ latè scribit Didac. Couar. in c. Ioannes. nu. 3. versi. colligitur deinde. extrà de testa. Gab. Sar.

DCLIII.

1 *Expendens in causa mota super re communi defendenda tantum, quantum fuisset erogaturus in defendēdo solummodo partem suam, non potest à consociis repetere expēsas pro eorum parte.*

1 E Xpendens in causa mota super re cōmuni † defendenda, tantum, quantum fuisset erogaturus in defendēdo solummodo partem suam, non potest à consociis repetere expensas pro eorum parte. tex. est singularis in l. ex parte. in prin. ff. fami. ercis.

ADDITIO.

Adde tex. notab. in l. iiij. C. de ædific. priua. & in l. si cum duobus. §. idē resp. Lucius. ff. pro soc. per quos tex. dicunt doctor. quod

si socius infra quatuor menses non contribuat socio suo partem expensarum alicuius refectionis,quòd res communis efficitur in totum reficientis vt per Francisc. Crem.in. singul. xcviij.Cæpol.caute.lxxxv.Ias.l.quominus.q.xvij.ff.de flum. Nicolaus Pigno.

DCLIIII.

1 *Actiones duæ cùm contrahenti prodita sunt, quarum vna tendit ad contractum reformandum.altera ad eundem rescindendū. intentata illa quæ tendit ad contractum reformandum, potest iudex ex officio parte non petente ferre sententiam super alia actione non intentata.*

1 QVoties contrahenti proditæ sint duæ actiones,†quarum vna tendit ad contractum reformandum, altera ad eundem rescindendum,intentata illa quæ tēdit ad contractum reformandum,potest iudex ex officio parte non petente ferre sententiam super alia actione non intentata.text.est singularis in l.bonem.§.aliquando.ff.de ædil.edic.exemplum pone in l.ij.C.de rescin.vendi.adde ad l.vt fundus.ff.commu.dini.

ADDITIO.

Et quæ sit ratio,ponit ibi gl.& Ias.l.vinum.col.antepe. fallen. vj. & ibi Soci.in fi.ff.si cer.pe.idem Soci.regu.ccclvij.fallent.xij. Feli.in c.licet Heli.fallen.xxviij.de simo.in quibus locis ponunt plures fal.ad d.l.vt fundus. Nic.Pig.

DCLV.

1 *Coquum esse,an sit ars,& sic an coquus veniat appellatione artificis?*

2 *Coquus Imperatoris habet dignitatem.*

1 NVnquid esse coquum sit ars,& sic coquus† comprehendatur appellatione artificis? dico ꝙ sic.l.si quis venditor.§.j.ff.de ædil.edic.licet fodere herbam,vel lapides non sit ars,secundum gl.in l.lex quę tutores.C.de ad-
2 mi.tuto.Etiam†& coquus Imperatoris habet dignitatē, vt no.Bald.in rub.de feu.guar.Et est additio quæ non est in originali inserta.

ADDITIONES.

Istud singulare refert & sequitur Feli.in rub.de offi.& po.iudic. delega.col.ij.versi.tribus modis.& adde quod dicit Io.Andr. in c.j.de sagi.vbi dicit,quòd coquus delicatorum ciborū dicitur habere officium & artem.allegat tex.in c.natales.de con se.distin.v.& quòd veniat in statutis facientibus mentionem de artificibus,tenet Francisc.Cre.no.suo.99.incipien. statuto cauetur.

Adde pulchrè Cæpol.in d.§.j.vbi distinguit sequendo gl.in l.legatis.§.si ex officio.ff.de lega.iij.quem sequitur Nic.Boër.decisio.Parla.ccxxij.secretarii.nu.10.& Deci.in rub.ff.de offic. eius cui manda est iurisdi.nu.7.De coquo principis sequuntur Cæpol & Boër.vbi suprà qui alios citat,& pulchrè Fran. Rip.respon.lib.ij.c.xxvj.col.ij.Et adde infrà sing.dcccxiij.in habes. Nic.Pig.

Pulchrè hoc tradit Do.Andræ.Tiraq.in tract.de nobilita.capi. xxx.nu.10.ver.sed & coquus principis. Gab.Sar.

DCLVI.

1 *Amicus an possit sine mandato agere pro amico,sicut coniunctus pro coniuncto?*

2 *Canonicus in causa concanonici sine mandato agere non potest.*

3 *Beneficiatus ecclesiæ non potest pro ecclesia sine mandato agere, fallit in quibusdam casibus,de quibus ibi remissiuè.*

CY.in l.exigendi.C.de procura.(cuius opin. sequitur Bar.in l.non solùm.§.qui alieno.eo tit & aliqui in l. sed & hæ.)posuit pro opin.quòd sicut coniunctus pro con-
1 iuncto agit sine mandato,ita amicus†pro amico:vt idē operetur coniunctio sanguinis ꝙ amicitiæ:& scis quis sit amicus.l.latæ culpæ.ff.de ver.sig.Tullius de amicitia plenè.Et pro eis potest allegari l.nemo.§.qui frater nō est.ff. de hær.insti.vbi rectè sub appellatione fratris instituitur qui fraterna dilectione diligitur:ergo idē in proposito in actu agēdi:secundū tex.in l.verū.ff.pro soc.vbi societas, & per cōsequens bona amicitia ius fraternitatis obtinet, sed frater agit pro fratre,ergo & amicus.Sed tū his non obstantibus puto contrariam partem veriorē tribus rationibus.dicit Papa in c.cùm R.canonicus.de of.delega: quòd canonicus potest recusari in causa concanonici vt suspectus propter summam dilectionē & amicitiæ coniuctionem quę præsumitur inter eos adesse:& tamen gl.
2 est singularis quòd†canonicus in causa cōcanonici non potest agere sine mandato,in capi.cùm M.Ferrariensis. de constitu. Secundò moueor: inter beneficiatum ecclesiæ & ipsam ecclesiam censetur adesse magnum ius dilectionis & amicitiæ:& tamen ego habeo quòd bene-
3 ficiatus non†potest agere sine mandato pro ecclesia.text. est in cap.coram dilecto.de offic.de leg.secundum verum intellectum gl.licet fallat in casibus notatis in cap.cùm olim.de testi.& in cap.si quis presbyterorum.de reb. eccle.non alie.Tertiò per l.tutori.C.de negot.gestis. in illis verbis,satis est sicui vel in paucis amici laboribus cōsulatur, ille enim erat amicus nego.gest.& tamen in fin. tex.dicit,quòd si non agit,sibi non imputatur, cùm non possit sine mandato.ecce ergo casum apertum. alia dicerem,sed dimitto.

ADDITIONES.

Adde ꝙ Lud.tenet idē quod hic in l.si verò.§.de viro.ff.sol. mat. Sed si vis videre istum articulum plenè examinatū in vtráque partē,vide Alex.in l.non solùm.§.qui alieno.ff.de procur. in apost.magna ad Bar.ibi licet in neutram partem se firmauit. de materia vide etiam per Feli.in c.cùm M hic allc.col.vij.

Et opi.Cy.latè disputat,& tenet Ias.in dicta l.exigendi.colū.ij.& penult.referēdo doct.pro vtraque parte.Et cā tenet Ang.Are. insti.de excep.§.præterea.ij.col.penult.institu.de excep. quæ potest comprobari per alia similia per Ias.tradita in l. Tria. col.v.ff.de verb obliga.& per Andr.Alciat.in dicta l. largę.§. amicos.& in tract præsumpt.regul.j.præsumpt.xxviij. vbi apostill.cumulārūt infinita:& dicit Abb.in c.fi.de postu.quòd fortè hęc opinio seruaretur in practica,propter tot authoritates. Nicol.Pigno.

DCLVII.

1 *Doctor debet scire inducere leges,quia virtus earum illa est.*

1 SCias inducere†leges,quia virtus earū illa est. casus est singularis,& ibi Bal.not.in l.non solum.§.qui primipilum.ff.de excu.tuto.& ita dicebat dominus meus referens Bal.scite enim leges,&c. vt l. scire. ff. de legi. insuda studio si vis scire.

ADDITIONES.

Hoc etiam dicit idem Rom.suprà singul dcxliij.in fin. & idem Bal.in l.athletas.§.an pętor.ff.de his qui no.infa.& in repe.l. petē.col.x.C.de pact.& plura cumulat Nic.Euerar.in procemi.suorum locorū legalium,& in loco,à lege cessante. N.P.

Adde Bal.in l.petens.col.viij.in fin.C.de pact.& Carol.Molin.in prima parte commenta.in consue.Parisi.in gl.iij.§.ij.nu.34. in fi. Gab.Sar.

DCLVIII.

1 *Collegium seu ciuitas,si in procuratoris constitutione discordent, quis interim possit sine mandato agere?*

2 *Potestas ciuitatis potest pro ciuitate sine mandato agere, quando pro ea procurator non est constitutus.*

1 POne,quòd collegium aliquod,vel ciuitas,velint†constituere procuratorem,sed non concordant, quis in subsidium agere potest sine mandato? De hoc sunt duæ gl.vna est singularis,quòd Decuriones ciuitatis censentur habere generale mandatum,aliàs speciale ad agendum,in l procuratores.C.de Decurio.lib. x. Alia dicit,
2 †quod Potestas agere poterit.glos.est singularis in l. nulli.in verbo,ex lege.ff.quod cuiusque vniuer.no. quas gl. nota.

ADDITIO.

Adde vltra gl.in d.l.nulli.tex.in l.iij §.planè.& ibi Barto.ff.quod vi aut clam.quem multum commendat ad hoc Ange.Aret.in §.præterea.ij.col.xxiij .ver.ad vnum tamen aduertas.instit.de excep.& gl.in d l.nulli.sequuntur commun.doct.ibi.& Alex. in l.fi.ff.de colleg.illic. Nic.Pig.

DCLIX.

1 *Conuersi laici alicuius ordinis secularis,vel regularis, an habeant vocem in capitulo?*

2 *Conuersus quis dicatur?*

FVit à me quæsitum per fratres sancti Francisci,an lai-
1 çi † conuersi alicuius ordinis secularis, vel regularis, habeant

habeant vocem in capitulo in ordine seu religione? Et di-
2 citur Conuersus, † qui profitetur se seruaturum regulam ordinis: & profitetur tria, paupertatem, castitatem, & obedientiam. c. cùm ad monasterium. de statu mona. & iste etiam potest stare laicus sine ordinibus sacris. Dic, quòd aut quæritur, an Conuersus ecclesiæ secularis (vt Ecclesiæ sancti Petri) habeat vocem in capitulo: & tûc dicẽdum est quòd Inno. est sibi cõtrarius. nam in c. ij. de insti. tenet laicos Conuersos Ecclesiæ secularis non habere vocem in capitulo, nedum si tractẽtur spiritualia, sed etiam temporalia, vt locare domos Ecclesiæ. Sed in ca. cùm M. Ferratiensis. de consti. ipse tenet cõtrarium, cùm scilicet, in capitulo tractẽtur temporalia. Sed quod est verius? Dic quòd primum, scilicet, quòd non habeat vocem in capitulo. probo per cap. nouit. de his quæ fi. à præla. sine cõsensu capituli. vbi Papa mandat nullum recipi ad actum capitularẽ nisi Canonicos. Sed in Cõuerso laico non cadit canonicatus, vt in d. c. ij. ergo, &c. Aut quęritur, an vocem habeant in capitulo Ecclesiæ regularis (vt sancti Dominici, vel sancti Francisci,) & tunc, aut loqueris in electione Prælati, & dicendum quòd non. est casus singularis in c. ex eo. de elect. lib. vj. in fin. Fallit, (& hoc nota,) nisi hoc acquisiuerint ex antiquissima consuetudine. ista est singularis doctrina Inno. in d. c. ij. de instit. Et si dicis, laici non possunt consuetudinem quærere eligendi Prelatum in Ecclesia, vt in c. Massana & c. sacrosancta. de elect. Respondeo, quòd illud est verũ in puris laicis sed Cõuersi non sunt puri laici, sed ecclesiastici: quia seruant regulam ordinis. Aut quæritur quando capitulum tractat temporalia: & hinc pendent leges & prophetę, & adhuc sub iudice lis est. Spe. in tit. de syndi. §. j. ver. quid de Conuersis. reliquit sub dubio. & etiam Io. And. in nouella. in c. j. de procur. Federi. de Senis in consi. cvij. tenet quòd non. nil allegat, quod mihi placeat, de quo miror. Sed mihi videtur de hoc casus notabilis iuncta superscriptione Papæ in c. & si Christus. de iureiuran. ibi in verbo, Vos, & Conuersi vestri. vbi patet quòd Conuersi non sunt de capitulo: quia frustrà diceret, & Conuersi vestri. ergo vocem non habent. tangunt Canoni. in c. cùm olim. de arbi. Tene menti hûc passum. Sed quid de Canonicis seu Doctoribus supernumerariis, quæstio est longa. dimitto nunc.

ADDITIONES,

De ista materia vide per Abb. in dicto c. cùm olim. in penul. col. de arbit. & in d. c. & si Christus. in ij. col. de iureiur. per Inno. & alios in c. ij. de insti. per Archi. in c. Abbatem. xviij. q. ij. per Gemi. in c. mulier. xxiij. distinct. Imol. in c. cùm M. de constit. & ibi Feli. col. x. in prin. vbi aliqua adducit, & idem per illam gl. colligit Panor. in c. ij. prope fi. de consue. & adde doct. in d. c. ex eo. in fi. vbi pro hoc allegat quod not. Host. in c. ea quæ. de sta. regu. qui dixit, quòd de consuetudine, priuilegio, vel pacto in fundatione apposito clericus secularis potest vocẽ habere in capitulo regulari; Secus ex postfacto. & illam gl. in c. cùm ex eo. notat Imol. in cle. vt hi qui. col. vj. de æta. & quali. ad limitationem illius tex. Abb. in c. j. in fi. de procura. vbi vide, & in d. c. cùm olim. Adde etiam quòd istud singu. refert & sequitur Feli. in c. non dubium. col. ij. circa fin. de sen. excom. Et de istis Conuersis maximè an habeant vocem in capitulo, vide Abb. in d. c. j. in vlti. col. de procurat.

Qui dicantur propriè Conuersi, & quæ sint genera, tradit Dec. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. iij. notab. de consti. Moder. in ca. in præsentia. de proba. & an habeant vocem in capitulo, doct. latè tradunt in d. c. cùm ex eo. Rip. in c. ij. nume. 51. de iudicio. August. Bero. in c. illa præpositorum. in princip. de accusa. Et quid in simplici capellano? infrà singular. cccccclxxij. an simplex. Nicol. Pignol.

.DCLX.

1 *Capite nudo an esse ille dicatur, qui habet funem, seu filum in capite ligatum?*

2 *Legista sine capitulo parum valet, sed Canonista sine lege nihil valet.*

1 HAbens funem seu filum ligatum in capite, † an dicatur esse cùm capite nudo? Gl. est singu. xxj. dist. c. cleros. in versic. nudum. quòd non. Quod faceret ad statuta loquentia de pœnitentia aliqua capite nudo, petas à tuo
2 magistro hæc: *Io ti dico, † che Legista senza capitulo vale poco, ma lo Canonista senza lege vale niente.*

ADDITIO.

Idem tenet Ioan. And. in c. felicis. in §. cum autem fuerint. nu. 6 de pœn. in vj. per c. sapiens. & c. seq. de pœni. dist. ij. & deci. Capel. Tholos. ccxxvij. circa medium. & quòd perfectus Iuriscõsultus debeat callere vtrumque ius, ciuile, & canonicum, cum ea sint connexa, neque vnum tantum sit addiscendum, plenè tradit Rebuf. in tract. nominationum. q. v. nume. 14. ver. adde quòd ius Canonicum. Gib. Sar.

DCLXI.

1 *Procuratoris gesta nil valent, si is nesciat se procuratorem constitutum: nisi in procuratorio sit clausula rati apposita per tempus præsens.*

1 NEscio si magister tuus in l. licet. C. de procur. vbi solitum est poni, posuerit, quòd gesta † per procuratorẽ sunt inualida, si procurator nesciat se procuratorem cõstitutum: ita cõmuniter dicimus. de quo per Canonistas & Archi. in c. is qui. de procur. lib. vj. & in c. super eo. de appel. Legistæ per Bar. in l. si pupilli. §. itèm si procurator. ff. de neg. gest. & per Bal. in d. l. licet. & alibi. Quod tamen limita (& illud faciet tibi honorem) verũ, nisi in instrumẽto procuratorio sit clausula apposita rati per tempus pręsens: quia tunc valent gesta per procuratorem etiã ignorantem se constitutum. decisio singularis dominorũ meorum cccclxxxv. Quidam qui non erat procurator. in antiquis. Et ita consules notariis quòd forment clausulas rati in fine instrumenti. mouentur per tex. in l. Pomponius. j. ff. de nego. gest. vbi dicitur, quòd ratihabitio potest fieri per dominum inuito & ignorante illo, qui eius gessit negotia. & est ratio, regula, qui potest nobis inuitis. &c. de regu. iur. iuncta l. si ego. ff. de nego. gest. Item est alia ratio: quia actus dependens à mera voluntate agentis potest fieri in absentia partis, vt l. non idcirco. de codic. l. cùm pater. §. donatinnis. & l. pater ad sororem. ff. de leg. ij. Idem in aditione hæreditatis: vt l. gerit. & l. pro hærede. ff de acqui. hære. iuncta l. auia. C. de iure deliber. & l. Nesennius. ff. de nego. gest addas ad Bar.

ADDITIO.

Adde Specu. in titu de procur §. j. versi. quid si procuraturẽ. vbi vult quòd ante receptionem procuratorij non habeat potestatem exercendi officium, per c. super eo. ij de appella. & l. obseruare ff. de offic. procons. vide gloss. super verbo, receptis. in cle. j. de procur. Gemi. in c. is qui. hic alleg. Aret. in consil. lxviij. Bar. consi. lxiij.

Et hæc est communis opi. quòd gesta per procuratorem nescientem se procuratorem constitutum sint inualida, vt per Alex. in d. l. licet. col. j. Licet contrariam in puncto iuris vt verorẽ teneat Curt. Iun. consi. lxiij. præsupponitur. & alij quos refert Nicol. Boër. decis. cclxxiiij. an valeat. asserens hãc de stylo seruari. de quo etiam per Moder. Arimi. in tracta. nullita. titu. de inhabil. mand. nume. 115. & sequen. istam fallen. tenent omnes, vt refert Curt. Iun. qui alios citat in dict. consi. lxiij. colum. penul. Aret. consi. 10c. longitudo. col. ij. Hippol. sing. dcxxxvij. officium. Nicol. Pig.

DCLXII.

1 *Præscribens communitas vsum nemoris alterius castri, an ei præferatur, si ille vsus ambobus non sufficiat?*

1 PRæscribit communitas castri vsum nemoris alterius communitatis, seu † alterius castri: pone modo quòd commoditas nemoris non sufficit ambobus castris: quia eorum præferetur? Dic quòd præfertur ille, aduersus quem est præscriptũ: ista est conclusio singularis Io. And. in c. dilecti. de arbi. in nouella. per c. suggestum. de dec. & c. quid per nouale. de verb. sig. quod not.

ADDITIONES.

Adde quòd istud dictum ponit etiã prin. not. & simpliciter dicit esse notandum Panor. in c. dilecti filij. hic alleg. circa fi. ij. col.

Dicas esse clarum tex. in l. præses. C. de ser. & aqua. & bonus text. in l. venditor. §. si constat. & ibi Pau. de Cast. ff. commu. præd. Facit c. ij §. vbi autem. de deci. lib. vj. & c. præsenti. de offi. ordi. eod. lib. Nicol. Pien.

Adde quæ scribit Andr. de Isern. in constitutionibus Regni Neapolita. constitu. cum per partes Apuliæ. col. j. versicu. verum si

Titius.& ibi Barthol.de Capua col.j versi.vlterius quęro.vbi etiam notat do.Diomedes Maricunda, in titulo de animalibus in pascuis assignandis. Gabr.Saray.

DCLXIII.

1 *Capellanus simplex in ecclesia cathedrali,an habeat vocẽ in capitulo?*

2 *Intellectus c.fi.de statu monach.*

AN simplex capellanus in ecclesia cathedrali habeat
1 †vocem in capitulo?Dic quòd non:tex.est quem reputo singularem in c.fi.§.præcipimus. de statu monach.
2 qui licet † loquatur in secularibus habentibus capellas in ecclesia regulari,tamen extenditur ad seculares clericos habentes capellas in cathedrali ecclesia,vt per Innocen.in c.ij.de institu.

ADDITIO.

Quod intellige,nisi haberent ex consuetudine præscripta ecclesiæ,vt in simili dicit idem Roma.de conuersis suprà singula. cccccclix. Nico.Pig.

DCLXIIII.

1 *Ecclesiæ fructus possunt locari,& vendi laicis,si in eos cadunt. Et quid in oblationibus altaris?*

1 FRuctus ecclesiæ possunt locari,† & vendi.c.fi.ne præla. vi.suas.& istud dicimus tantum de proportionatis laico,vt ibi in c.vestra.de loca.Sed quid in oblationibus altaris?Dic secus:gl.est singularis j.q.iij.c altare. in gl. parua,dum exponit altare,id est,altaris oblationes.Licet Archi.post Hug.x.q.j.c.sanctorum. dicat cõsuetudinem seruare contrarium:& miratur quomodo Papa tolerat.

ADDITIONES.

Ad istud not.Abb.in c.decernimus.& ibi Feli.col.antepe. versic. verum autem.vbi tamen simpliciter loquuntur.

Dic quòd perceptio oblationum vendi potest,ita vt emptor nomine ecclesiæ vel prælati possit eas colligere: secus in iure spirituali oblationum vel decimarum.d.c.altare.& ibi gl. ita intelligitur vt per Deci.post Abb.& Aret.in cap.ij.col.xj.& ibi Fran.Rip.nu.55.de iudi.idem Deci. consi.cxlviij. reuerende. in iij.dub. Nico.Pig.

DCLXV.

1 *Vxor sequitur forum viri:secus in concubina laici.*

2 *Concubina clerici sequitur forum clerici, quia de eius familia dicitur.*

1 LIcet vxor sequatur†forum mariti sui.l.cùm quędam puella.ff.de iurisdi.om.iudi.& l.exigere.ff.de iud. Tamen concubina forum sui concubinarij non sequitur.l. de iure.in fi.ff.ad municip.Ratio:quia castitas aliquid vltra mereri debet, quàm luxuria. Sed quid in concubi-
2 na†clerici an habeat in ea locum d.l.de iure? Dic quòd non:sed sequitur forum clerici.de hoc habes duas gl. decreti valde notabiles.vnã xxxij.dist.c.a.eos,qui. aliam xj. q.j.c.clericum.quæ tenet contra.Sed verior est prima : & est ratio,quia non potest negari quòd concubina clerici non sit de familia clerici,sed familia clerici sequitur forum clerici.lxxxix.distinct.c. indicatum. legistæ in l.j.& ij.C.de episco.& cleri.

ADDITIONES.

Idem Roma.in d.l.cùm quædam puella.in j.gl.& ibi Ias. col. fin. noua ratione,& alij quos allegat Feli.in c.cùm sit.col.vij. de foro compe.vbi oppositum firmat,& latius in c.ecclesia sanctæ Mariæ.q.xvj.de consti.quem sequitur Deci.& Aquen. in d.l.cùm quædam puella.quia concubina clerici domicilium originis non mutat,imò potest etiam puniri per laicum:ne ex turpitudine & delicto præmium consequatur:forum autem ecclesiæ ei acquiritur contra se,vt puniri possit, & in eo loco ratione habitationis conuenitur. Quæ opinio est verior & tenenda per prædicta. Nico.Pig.

Videtur inconueniens,quòd concubina clerici sortiatur forum ecclesiasticum ex ea illicita concubinali coniunctione. arg. ff.de act.emp.l.Senatus.& l. Veterani.C.de veter.lib.x. Sed potest responderi quòd hæc cõcubina habet priuilegiũ ex persona capituli,seu ecclesiæ,non ex persona sua. ar.ff.ad le. Fal. l.si.§.verum.ff.de contrahen.emp.l.non potuit.§.hæres.ff.de acqui.hære.l.cùm hæc.ff.de liber.lega.l.si is qui duos. De hoc tamen articulo vide latissimè,& eleganter notata per do.Barthol.de Capua super constitutionibus Regni Neapolitani,in constitutio.maiestati nostræ.in prin.in tit.de adulteriis coërcendis.vbi tradit an concubina clerici sortiatur forum ecclesiasticum,siue ciuiliter,siue criminaliter agatur. Gab.Sar.

DCLXVI.

1 *Iudex delegatus,si non habet potestatem imponendi pœnas iuris, an possit ex causa augere vel minuere?quòd non.*

TV habuisti l.& si senerior. & l.si Possidonium.C. de infamib.quòd iudex ex causa potest augere & minuere pœnas.Et anno præterito dixi tibi(suprà singular. lxxviij.veni quia, tu habes) vnum,scilicet,quia pœna punitur iudex,qui sine causa mutat pœnas iuris.Modo iusta causa mutationis pœnæ iuris, est qualitas iurisdictionis iudicis delegati,qui ex sua iurisdictione non habet potestatem imponendi pœnas iuris.casus est singularis in ca.
1 in archiepiscopatu.de rap.vbi†fuit causa commissa Episcopo Siciliæ,qui non potest punire pœna sanguinis,vt in c.sententiam sanguinis.ne cleri.vel monach.& licuit Episcopo mutare pœnas iuris.tex.est ibi not.& sic potest poni exemplum in iudicibus secularibus.

ADDITIONES.

Et quòd si iurisdictio iudicis reddat incompetentem ad pœnam iuris possit eam mutare,vt in c.in archiepiscopatu.hic alle. tenet Sand.allegans Roma.hic in c.qualiter & quando.ij.§.ad corrigendos.col.vj.ver.sed aduerte.de accu.vide eum.

Adde Lud.Carer.in tract.homicid.in vlt par.circa fi.nu.123. qui reassumit dicta Feli.in d.§.ad corrigendos.Adde quæ dicantur iustæ causæ recedendi,& alterandi pœnam consuetã,eundem Roma.consi.cccccxxix. considero. Alex.consi.v. in casu. in fi.lib.j.& consi.clvij.col.fi.lib.v.Areti.consil.cxxxj.ad fin. Cæpol.caut.ij.Feli.in d.§. ad corrigendos.col.v.Deci.in c.de causis.col.penul.& fi.de offi.dele.& in rub.C.qui admit.col. ij.latissimè per Ludo.Carer.vbi suprà in iij. & iiij. part. vlti. par.post eos,quos alleg. Nico.Pig.

Adde do.Anto.post Ioan.Andr.in c.quoniam frequenter.§.fin. col.ij.vt lite non contesta.Abb.in cap.at si clerici.col.ij. vers. commensurandam.de iudic.Hippoly.de Marsil.in pract.crimi.in §.diligenter.& in singula.ccxliiij.& cccxcvij. Et Guido Papæ decis.Grationopo.ccvj.vbi tradit,an si iudex iurauerit seruare leges,possit ex causa illas pœnas augere, vel minuere non obstante iuramento:& ibi etiam ponit, quæ dicantur iustæ causæ tam diminutionis,quàm augmenti. & aliquid per Roma.suprà sing.lxxviij.& ibi dixi. Gab.Sar.

DCLXVII.

1 *Diuinatores & sortilegi qua pœna de iure ciuili puniantur:& qua de iure canonico?*

1 TV scis,† quòd isti diuinatores & sortilegi,de iure ciuili puniuntur pœna,de qua in titu.C. de malefi. & mathe.Do.Cardi.de Vrsinis quæsiuit isto mane cur Romæ fustigentur.& an possit eo modo vnum eorum fustigando,ipsum liberare?Dixi quòd ista pœna est iuris canonici: de iure itaque canonico puniuntur, dummodo non sint hæretici,pœna fustigationis, si est vilis persona: si autem sit nobilis,debet damnari pœna perpetui carceris.textus est singularis xxvj.quæstio.v.cap.contra idolorum.& non est alibi.

ADDITIO.

Adde qua pœna puniatur clericus sortilegus, per Abb.Deci. & alios in cap.at si clerici.de iudic.Ioan. Bernar. Diaz in practi. canon.in verbo,sortilegi.Et quid in laicis?vide Panor. in c.j. & ij.de sortileg.vbi melius loquitur,quàm faciat Roma.hic. Et adde Paul.Gril.in tractatu de sortileg. quæstio.xj.qui latissimè insistit.Et an iudex ecclesiasticus possit imponere pœnam perpetui carceris laico,infrà sing.dccxj. Nic.Pig.

DCLXVIII.

1 *Legati translatio an cum eadem qualitate,conditione, & onere facta censeatur,qua primò legatum factum fuerat?*

1 QVæstio talis est: Nunquid legatum,† cuius est facta translatio,censeatur translatum cum eadẽ qualitate,conditione,& onere,quo primo factum fuerat? Do. Io.de Eugubio doctor Florentinus me consuluit in hoc, licet

licet implicitè (cui non debuissem respondere, vt in c. de muliere. de sponsa. licet secundum Imperatorem est contrarium, vt l. precibus. C. de impube. & aliis substit.) Dixi quòd aut translatio legati fit de vna persona in aliam, & tūc censetur facta cum onere eiusdem qualitatis. tex. est notabilis in l. legatum sub conditione. ff. de adimen. lega. l. legatum. ff. de condi. & demon. & l. Caio. ff. de adimen. leg. Aut fit de vna persona in eadem, & tunc aut illi legato est iniunctum onus expressè, & non intelligitur repetitum. casus est notabilis in l. si tibi certam. ff. de adimend. lega. Aut fit translatio in eādem personā cum onere tacitè iniuncto, & tūc onus intelligitur in translatione repetitum. duos habes notabiles casus in l. cùm tacitū. in prin. ff. de iure fis. Tu dic primum membrum verū, nisi cōditio personæ primæ contradicat, vt probatur eisdem iuribus.

ADDITIO.

Sed quid si non fuisset in alium translatum, sed simpliciter ademptum? Dic quòd tunc remanet apud hæredem cum eodē onere. l. si adimendo. & ibi Bar. ff. de adimen. leg. Nisi hæres occasione illius legati esset grauatus ad aliquid dandum cohæredi gratia coæquationis: quia adempto illo legato videtur etiā ademptum onus. casus est notabilis in l. Pamphilo. § fin. ff. de lega. iij. & l. alteri ff. de adimen. lega. Ias. l. licet imperator. col. pen. vj. ampliat. ff de leg. j. Nicol. Pig.

DCLXIX.

1 *Officialis, vel prælati in electione sufficit adesse maiorem partem: & quid in eiusdem reformatione?*

1 AD eligendum † vnum officialem, seu prælatum sufficit maior pars, vt in c. quia propter. & cap. auditis. de elect. & l. quod maior. ff. ad municip. Sed quid in reformatione eiusdē, an sufficiat maior pars? Dic quòd non: text. habes vnicum, quòd nullo reluctante fieri debet, in auth. de defen. ciui. § fi. ibi dum dicit, reluctāte nemine fit, &c. & ita ego notaui illum tex.

ADDITIONES.

Adde ea quæ apposui suprà sing. xcvj. & quæ dicit Feli in c. cùm omnes secunda reg. versi. quartò fallit. de consti. & in c. significauerunt. col. iij. post prin. ver. not. tex. de testi.

Idem Roma. pulchrè consi. ccclij. quæritur. iij. dubio. Soci. in regu. cxliij. fallen. ij. Ias. qui plures citat, in l. iurisgētium. § fi. in v. limit. ff de pact. Franc. Rip. in tracta. pest. vlt. par. de modo vbert. conser. nu. 21. Deci & alij in c. cùm omnes. de constitu. Nicol. Boēr. decis. cxlix. an rex. nu. 5. Nico. Pig.

Adde Ang. in l. & suum. in fi. ff. de pact. Io. And. in c. cùm olim. de testi. & ibi Barba. Quod intellige procedere de iure communi: secus si aliter disponeretur per statuta, vt inquit Corset. in sing. ccclxxxiiij. in verb. vniuersitas. j. in j. limitatione. Et hæc omnia adde his, quę dixi suprà ad sing. Rom. xcvj. heri fui interrogatus. Gab. Saray.

DCLXX.

1 *Industria viri si sit electa, is alium substituere non potest, nisi filium substituat. Fallit, vt ibi.*

2 *Baldus filium Papiæ ad legendum substituebat.*

1 ILle, † cuius industria est electa, non potest alium substituere. ca. fi. de offi. deleg. & in c. is cui. eo. tit. lib. vi. l. vnica. § ne autem. C. de cadu. tollen. Hoc fallit, nisi velit sub-
2 stituere filium, † vt faciebat Baldus Papiæ: & est mirabile, quia est regula, quod non potest seruire per substitutū, vt est tex. notab. in l. nullus qui nexu. C. de decur. lib. x. tex. est singularis in l. sciendum. §. legati. ff. de legationibus. nota bene, licet sint duo alij tex. in illo tit. Fallit secundò, nisi ille electus sit absens ex causa sibi vtili & necessaria, quoniam tunc potest etiam deseruire per substitutum: vt si ego vadam ad balnea. l. si absenti. ff. de legationib. & l. de pollicitationibus. ff. de pollicit. quod nota bene.

ADDITIONES.

Adde quando quis possit seruire per substitutum, Bar. in l. continuus. §. si ab eo. & ibi per alios. ff. de verb. obli. Pan. in c. fin. de offi. deleg. Spe. in tit. de sala. §. si. iuxta fi. vbi facit mentionem de doctore, rectore, scriptore, & generaliter de quocunque operario. Et quòd vt valeat substitutio, debeat fieri per hominem æquæ conditionis & virtutis, vt doctor substituat doctorem, vide Ant. Sic. in notab. ccexxij. incip. substitutus per tex. & Bar. in l. j. C. de præpo. agen. in reb. lib. xij.

Ibi § legan. Idem dicit Roma. in l. j. ff. de in ius voc. Alex. in l. j. ad fi. C. de præpo. agen. lib. xij. faciunt quæ pulchrè tradit Deci. consi. cclxij col. ij & iij. Sed ego credo illum text. non esse ita extendendum, nisi ex causa, de quo vide Barto. & Areti. in l. nemo est, qui nesciat. ff. de duob. reis. Ioan de Plat in l. nullus qui. col. iij. C. de decur. lib. x. Abb. & Feli. in c. j. col. ij. de sum. trini. & fide cath. Ias. in l. j. col. ij. & ibi Deci. ff de offi. eius cui. &c. De secunda limitatione adde suprà sing. lxxv. Nic. Pi.

Ibi, Fallit, nisi velit substituere filium, &c. Vide Curt. Iun. ad hoc multa congerentem in l. fi. col. j nume. 3. C. de impube. & aliis substi. Et aliquid per Roma. suprà sing. lxv. incip. an exercēs. Et per Ronchegal. in l. v. in fin. nu 38. ff. de duob. reis. Et Petr. Dueñas in reg. clxxviij. incip. debitum vel onus. in secunda limitatione. Gab. Saray.

DCLXXI.

1 *Iudex, Papa, aut Imperator sine citatione sententiam ferre non potest, nisi contra rebelles, eorum castra & terras retinentes.*

1 TV scis, † quòd nedum iudex, sed etiam Papa, vel Imperator, non potest ferre sententiam sine citatione, vt in cap. j. de causa possessio. & proprieta. & cle. pastoralis. de re iudi. quia citatio est de iure diuino: quia Dominus citauit Adam, vt per Barto. in extrauagan. ad reprimendum. & in l. fina. C. de leg. Hoc fallit nisi ferant cōtra illos, qui existentes rebelles ecclesiæ, vel Imperio, retinerent eorum terras & castra. quia tunc possunt ferre etiam absque citatione. dictum est singulare Ioan. Andr. in cap. cum olim. de re iudicata. in nouella. argumen. illius tex. & Bald. facit festum in proœmio Feudorum, in verbo, aliqua.

ADDITIONES.

Ad istud singulare vide solenniter Panor. in c. cùm olim. de re iudica. & in cap j. colum. ij de causa possess. & proprieta. per tex. in clemen. pastoralis. ad fin. de re iudica. & in l. fina. C. de legibus. & ibi gloss. ij. & Bald. plenius vide per Sande. in dicto c. cùm olim. colum. ij. & xiij. de offic. & potesta. iudi. de leg. Ita consuluit solenniter Aret. consi. clxv. incip. sicut Ioan. dicta. col. xij. versi. circa finem. est glo. ampla quæ arguit ad partes, & concludit quòd citatio sit de iure naturali. & quòd Papa habet necesse citare. gloss. est Ioan. Monachi in extrauag. Bonifacij octaui, rem non nouam. in gl. fina. Adde Q(u)adra. consil. xliij. j. colum. Ludouic. met consi. ccclxix. colum. ij. Cardina. consi. lxxxv. venerabilis vir. Alexan. in l. de vnoquoque. ff. de re iudica. per magistrum meum post Bartol. & Guliel. in l. de quibus ff. de legibus, cum concordan. de quibus per Doctores in locis superiùs allegatis. Facit singulare infrà dccxxxv. & sequen. & quæ ibi addita sunt. Aliquas limitationes vltra illam, de qua hic per Ludo. ponit eleganter & copiosè Feli. vbi suprà, col. xj. & xij. Ad limitationem verò, quam dat Roma. hic, adde eundem Ludo in repeti. l. j. C. de hære. instit. & Maria. de Sen. in rubri. de dilat. fo. 38. Aliqua similia addit Feli. vbi suprà, col. xlij. in fi. versi. vltimò nota, aliquid etiam remissiuè dicit in cap. qualiter & quando. ij. §. debet. col. ij. circa prin. ver. vtrum autem. de accusa.

Idem sequitur Ias. in l. j. colum. ij. ff. de constitut. principum. & in l. nec quicquam. §. vbi decretum. in quarta fallen. ff. de offic. proconsul. & legat. Hippolyt. de Marsil. in l. de vnoquoque. ij. ampliat. & fallen. xlix. ff. de re iudica. August. Bero. in cap. quoniam contra. in verbo, citationes. numero 95. de probatio. Excellentissimus dominus meus do. Hierony. Gigas in tractatu suo crimin. læsæ maiesta. libro primo. in rubr. qualiter in crimine læsæ maiesta. procedatur. in fine. Et quia socius meus fecerat longam additionem de substantia citationis, idcirco vide latè per Felinum in dicto cap. cùm olim. Iaso. Hippoly. in suis amplia. & nouissimè per nouissimos Arinum. in tractatu nullita. in rubric. ex defectu citationis. Intellige prout loquitur hic Roman. quando quis occuparet eorum ciuitates & castra: secus si simpliciter quis Imperij vel ecclesiæ esset rebellis, vt in extrauagan. ad reprimendum. Nicolaus Pignol.

Idem refert & sequitur latè dominus Sebastian. Vantius in tractatu nullitat. process. in rubric. an quælibet sententia possit dici nulla. nume. 14. & in rubric. de nullitate ex defectu citationis. nume. 9. Gab. Sar.

DCLXXII.

1 *Conditio adiecta institutioni vni facta, intelligitur repetita in legato eidem facto, vbi relictum conditionale praecedit purum, secus si purum praecedat.*

1 SCis, quòd † conditio adiecta institutioni factæ vni, intelligitur repetita in legato facto eidem, vt dixi suprà singulari ccxxxvij. dico tibi. per textum in l. fi. §. fi. ff. de doli excep. l. cùm seruus. in fi. ff. de cód. insti. & l. auia. ff. de cõditio. & demon. de materia in l. in repetendis. ff. de leg. iij. & l. talis scriptura. & l. licet Imperator. cum si. ff. de lega. j. Quod est verum, vbi relictum conditionale præcedit purum: secus si purum præcedat: tunc enim códitio non intelligitur repetita in legato puro. de hoc habes textũ, qui non est alibi, in l. filium. & ibi gl. ordi. ff. quando dies leg. ced. Bar. in d. l. auia. facit festum. Et est ratio, quia maioris virtutis est præcedens clausula ad sequentia, quàm sequens ad præcedentia, vt l. quisquis. ff. de leg. iij.

ADDITIONES.

Ad hoc vide per doctores in locis hîc alleg. & maximè per Mod. post Abb. & alios in c. secundò requiris. de appel. per Corset. sing. xxxvij incip. clausula in fine posita. Bar. consi. v. inci. Andriolus. Ludo. met cõsi cx. & cxxix. Pau. de Ca. cõsi. cccxliij.

Adde quæ allegaui suprà singu. ccxxxvij. dico tibi. Et adde Paul. de Cast. & Imol. in d. l. auia. Nicol. Pig.

DCLXXIII.

1 *Rebellium, seu proditorum arma an deleri debeant de ciuitate?*

1 AN arma † rebellium seu proditorum abradi seu deleri debeant, seu possint de ciuitate? Dic quòd sic. text. est, qui non est alibi in l. eorum qui. ff. de pœn. quem nota.

ADDITIONES.

Sequitur Ias. in §. pœnales. nu. 14. & ibi Lud. Gomes in j. notabi. Insti. de actio. conciuis meus Cæpol. in trac. vrb. præd. c. lxxj. de picturis, nu. 10. Ias. post doct. in l. si quis id quod. ff. de iuris. om. iud. Matth. de Afflict. in c. vnico. §. & bona committentium. in x. speciali. quæ sint regal. Et nouissimè per Hieron. Gig. in suo aureo tract. crimi. læsæ maiest. in iij. lib. in rubri. de prodit. q. viij. & in rub. de rebel. q. xxiij. post eos quos allegat, vbi ponit exemplum Marini Faletri Ducis dominij Venetorum. Limita in armis depictis ad infamiam rebellium, vt illæ non possint deleri, vt per Ias. & alios, vbi suprà. Nic. Pig.

Adde eundem Roma. suprà singul. cccclxxx. incip. eorum arma, & quæ ibi dixi. Gab. Saray.

DCLXXIIII.

1 *Adulterij quatuor sunt pœnæ: Et pro omnibus potest iudex ecclesiasticus adiri.*

2 *Intellectus c. ij. de adulte.*

3 *Adulterium cum virgine de iure canonico committi potest: secus de iure ciuili.*

NOs sumus in materia adulterij in l. Lucius. ff. so. matrimo. Volo tibi reprobare vnam opi. Io. And. quam cæci vicarij tenent vt Euangelium in c. fi. de foro compe. lib. vj. in nouel. vbi tenet, quod iudex ecclesiasticus nõ potest inter laicos cognoscere, nisi eo solo casu, quo agitur ad separationem thori. Sed ipse errauit, licet fuerit valentissimus doctor mundi, nam de iure hodierno pro adul-
1 terio sunt statutæ quatuor pœnæ. Prima † separatio thori: & ad istam imponendam potest adiri iudex ecclesiasticus, & hoc est clarissimum. casus est in c. tuæ. de procurat. cum mille simil. Secunda est pœna detrusionis in monasterium, vt ibi lachrymis lauet peccatum, quod pudor est fateri: & ideo Petrus fleuit amarè, & ita habetur in auth. sed hodie. & in corpore, vnde sumitur. C. de adulter. & pro ista potest etiam iudex ecclesiasticus adiri. casus est expressus in c. gaudemus. de conuer. coniug. licet Ioan. And. dicat contrarium. Tertia pœna est, quod scindũtur panni & capilli antè & retro in derisionẽ: & pro ista pœna potest etiam iudex ecclesiasticus adiri vel cõueniri. c. de benedict. xxxij. q. j. Quarta pœna est excõmunicatio: & pro ista potest etiam iudex ecclesiasticus adiri, vt in c. intelleximus. de adul. & in c. ij. eo. tit. vbi dicitur, quòd deflorans virginem cogitur eam dotare, & in vxorem accipere, & de hoc fui sæpius interrogatus in ciuitate Floren-
2 tina. qui tex. licet † loquatur in virgine, cum qua videatur
non posse adulterium committi, tamen de iure canonico
3 † potest cum virgine adulterium committi. tex. est singu.
in ca. nemo. xxxij. quæstio. iiij. vbi casus de hoc. not. quia
faciet tibi honorem.

ADDITIONES.

Adde Sande. in c. cùm sit. col. vij. post med. versi. respectu adulterij. de foro cõpe. & istam materiam tangit Pan. in ca. tuæ. col. penul. de procur. & c. j. col. ij. de offi. ord. & Archid. in c. Rex. xxiij. q. v. & in c. postulasti. ij. q. vij. per Abb. in d. cap. gaudemus. de conuer. coniu. & ibi dicit, quòd ecclesia punire potest hoc crimen etiam vltra separationem thori, contra Io. And. in c. fi. de foro compe. in vj. & Ang. in auth. sed hodie. C. de adul. hic alleg. & adde c. consuluit. de app. vbi Episcopus procedit contra detinentem alienam vxorem. cum simi.

Adde quòd Roma. hic cõtra Io. And. communiter approbatur, vt per Feli. in c. cùm sit. col. vj. de foro compe. & in ca. consuluit. vbi Deci. in prin. de appellatio. Andræ. Alciat. in c. j. nota. v. de offi. ordi. vbi disputando tenet opi. Io. Andr. Et de pœnis adulterij tradit Io. Faber, Insti. de publi. iud. Areti. in tracta. malefi. in verbo, *che hai adulterato*. nu. 44. & sequen. Nic. Boër. post eos quos alleg. decisio. ccxcvij. vxor vnius. qui refert plures consuetudines mundi. Nic. Pig.

Videtur posse distingui, quòd aut de adulterio agitur ciuiliter ad thori separationem, & tunc est cognitio iudicis ecclesiastici, vt ibi per Ioan. Andr. Aut agitur ad pœnæ impositionem: & tunc eius cognitio spectat ad iudicem secularem, vt notat Inno. in c. tuæ. de procura. nam hoc casu non potest iudex ecclesiasticus cognoscere, vel iudicare, quia talis iudex non potest aliquem morti tradere, vt in d. c. dicitur. Quæ distinctio habet locum in masculo, cui ob adulterium pœna mortis imponitur per l. quamuis. C. de adul. In adultera autem locum non habet, nam cùm per ius authenticorum sit mutata pœna, scilicet, vt verberibus subdita in monasterium detrudatur, vt in authen. vt nulli iudi. in §. si qua. indistinctè erit cognitor iudex ecclesiasticus, eo quòd talis iudex iustè potest talem pœnam inferre. Facit satis clarè pro dicta distinctione quod notatur per Host. in d. c. tuæ. & in summa, in tit. de adulte. & per And. de Isern. in titu quæ sint regalia. in verb. contrahentium incestas nuptias. Sed an idem dicendum sit de adultera puniẽda quod de adultero dictum est per And. de Iser. in loco præallegato: ita Lucas de Pen. interrogatus iudici Blasio de Murcone respondit. Nonnulli vel ignorantia pleni, vel fauentes adulteris dicunt tale crimen ad ecclesiasticum iudicem, tanquam merè canonicum, pertinere. Quibus bene respondetur per dicta Inno. & And. de Iser. in locis suprà allegatis. pro qua sententia multi canones, & doctores apertè loquuntur, & est expressum xxiij. q. v. c. Rex debet. & patet eadem causa. q. iiij. c. si quos. vbi etiam patet, quòd contra adulterantes geritur bellum iustum. Ad idem xxxiij. q. ij. c. interfectores. & hoc sentit Archidiac. in suo Rotario in dicto c. Rex debet. facit text. xxxij. q. iiij. c. nemo. ij. q. v. c. relegẽtes. & hęc est sentẽtia veritatis: licet cõtrarium notetur xxxij. q. j. c. publico iudicio. Et Archi. in d. c. Rex debet. facit xxxij. q. vij. c. quid in omnibus. & eadem causa, quæstio. iiij. cap. nemo tibi blandiatur. Et notatur per Hostien. in summa de pœn. in §. & de quibus. sub §. illud autem. versicu. octauum. His tamen, & aliis, quæ omitto, pensatis cum iustitiæ ratione, apertissimè liquet de ignorantia contrariam opinionem tenentium, & de summa iustitia legum Codicis, pœnam capitis statuentium, & de parua, vt sic loquar, aut voluptuosa iustitia legum nouarum Iustiniani, qui mulieribus adulterantibus ingressum monasterij deputauit, cùm pœna sit imponenda pro qualitate peccati. Et licet masculus in his grauius, quàm fœmina peccare noscatur, propter ampliora dona virtutis: ex quo voluit in muliere mitigari pœnam vltimi supplicij, non tamen debuit ipsa mitigatio sic descendere, vt mulierem adulteram ingressu monasterij decoraret, cùm criminosum non debeat dignitas comitari, sed pœna, vt C. de decurionib. l. pœna. libro x. Longè melius ergo in hoc statuit constitutio Regni Neapolitani, iubens vt adultera viro tradatur, qui vsque ad nasi truncationem sæuiat in eãdem. & si vir taliter in vxorem sæuire noluerit, est publicè flagellandus: & nihilominus tali pœna adulterij est punienda vxor. Et sic intelligenda est constitutio, Legum asperitate. in rubr. de adul. & lenoc. quam per constitut. maiestati nostrę. in rubri. de adulr. coërcend. quæ sequitur illam, non esse cor-

rectam

rectam dicendum est:& hoc legi diuinæ congruit,quæ mulierem adulteram lapidari iubebat.xxxiij.q.v.c.hæc imago. satis itaque arguendum videtur,vt mulier adultera,quæ per legem diuinam lapidari iubetur,monasterio ad corrumpédum sanctas moniales deputetur:sæpe nãque malorum consortia, &c.xxviij.q.j.c.sæpe.Et notatur in auth.de monach.in §.cogitandum.in fi. Nec enim incorruptus manere potest,qui corruptis sociatur.xxiij.q.iiij.c.quisquis.Sic qui cõmunicat superbo,induet superbiam.Ecclesiast.xiij.Et facit C.de malefic.& math.l.iij. Hæc Luc.de Pen. quem refert & sequitur d.Iudex Blasius à Mutcone in d.consti.Regni Neapol.maiestati nostræ.col.uj.ver.quærit hic Iudex.in rub.de adul.coërc.quẽ vide.De hoc tamen si vis videre ad saturitatem,legere potes cõmentarios d.Berm.Chouer.in tit.de pub.concub.in cõcordatis.in rubr.de adulterio.incip.superest vt ad species fornicationis.in prin.& per totũ char.xxviij.& maximè nu.23. char.xxxv.qui in hoc omniũ opiniones accumulat,& melius omnibus loquitur. Adde Catel.Cot.in memoral.in verb. adulterium.col.j.ver.animaduertendum.Et quid si virgo immatura stupretur, qua pœna stuprans puniatur, tradit Guido Papæ deci.Grat.cccclv.vidi.vbi etiam ponit,an attentans tali casu debeat puniri?Et quid si Petrus & Berta reperti sint in actu carnali,qui non erãt coniugati,& iudex procedat cõtra ipsos de stupro,& ipsi volentes euitare cõdemnationem de stupro iurent,ante dictum coitum clàm contraxisse matrimonium: nunquid propter hoc iuramentum,euitabunt condẽnationem? Vide gl.in l.pe.ff.de fideiuſ.& ibi doct. & maximè Bald. qui tenent,quòd sic. Et per Bald in l.j.C.de confes.Quod tamen Bal.in d.l.pe.videtur restringere præcedentibus aliis indicus.Idem in l.quoniam.C de ser.fugi.& concivis meus do. Barth.Cæpo.in caut.xliiij.& cõsi.etiam.lxvij.inci.super querela.Alexan.consi.ccxxiiij.& consi.ccxxxvij.volu.j.Et tradit Lanfranc.de Oria.in c.quoniam contra.in ver. confessiones. nu.18.& versi.quæro, Petrus,& Berta.& ibi Celsus Hugo in apostil.de probatio. Gab.Saray.

DCLXXV.

1 *Sententia sine citatione regulariter non valet. nisi superior vellet cassare statuta à secularibus facta contra ecclesias, & ius diuinum.*

SEculares faciunt statuta contra Ius diuinum,& malè.
1 Dic ergo,† quòd licet regulariter non valeat sine citatione sententia lata cõtra quemcunque, vt l.de vnoquoque.cum simi.ff.de re iudi.Tamen fallit,quando superior vellet pronuntiare & cassare statuta facta contra ecclesias,& ius diuinum:notat singulariter Archi.in c.quæ Lotharius.ij.q.j.refert Bar.in l.presbyteri.col.ij. C.de episc. & cleri.quod dicit perpetuò notandum.

ADDITIO.

Adde quòd est ratio:quia constat defensionem non cõpetere secularibus secundum Feli.in c.ecclesia sanctæ Mariæ. col.xliiij.nu.108.de consti.qui allegat eundem Roma.in l.si finita. § Iulianus.ff.de dam.infect.doctores in cap.fina.de immunit. eccle.lib.vj.Hippol.de Marsi.in rub.de proba.in materia notorij.nu.212.& faciunt quæ dixi suprà sing.ccxxxj. Nic.Pig.

DCLXXVI.

1 *Ciuis si ex statuti dispositione ille efficiatur, qui per decem annos steterit in ciuitate,an requiratur cõtinua mansio,vel sufficiat, quòd pro maiori parte illius temporis steterit?*

1 COmmuniter sunt statuta,quòd † qui steterit in ciuitate per tot annos,efficiatur ciuis. Quid si non steterit continuè,sed maiori parte illius temporis in ciuitate,an tunc efficiatur ciuis,& habeat locum statutũ? Textus est singularis in l.cùm de Lanionis. §.Sabinus.ff. de fundo instruct.& Bartol.ibi ponderat ad hoc, quòd ciuis efficiatur.Et ad declarationem vide in l.maiore.ff.de verborum significatio.

ADDITIONES.

Ad istud facit bonus tex.in cap.significatum.de præbendis.in vj. ver.quotidie.& versi.quanto frequentius salua honestate. & ibi notant Doctores.Facit dictum Ang.in l.j.in prin.ff.de flumin.vbi dicit per illũ text.quòd ille dicitur semper habitasse in ciuitate,qui communiter,dato quòd aliquo casu occurrente,habitauerit etiam per annum extra ciuitatem. Faciunt scripta per Sande.in procemio,Rex pacificus.col.ij.Facit sir copiosè scripta per Ludouicum met in consi.cclxiij incip.viso puncto.& in l.j.ff.solu.matri.bonus tex. in l.j.§ quotidiana.ff.de aqua quoti.cum simi.

Faciunt quæ tradit Soci.in l.si quis legauerit.col.j.versic. tertio. ff.de condi.& demon. Nicol. Boër.decisio.cclx. quo ad hoc. in fi. Et adde Barb.inter consilia Alex.consi.fi.lib.iiij. Alex. in eodem casu,consi.xxxiiij.visis.lib.v. Nic.Pig.

DCLXXVII.

1 *Instrumentorũ assignatio quo casu ex rei assignatione inducatur?*

ASsignatio fundi,seu domus, an inducat assignationem instrumẽti eius?Dic quòd aut assignatio sit per viam rei,& tali casu non includitur assignatio instrumẽti.casus est in l.fundi.ff.de actio. empti. & idem per viam contractus,& idem per viam vltimæ voluntatis: vt l.si.ff. de supellect.lega.l.ij.§.dotes & l.cum fundus.ff.de fundo
1 instru.Fallit,nisi† assignetur per viam locationis:de hoc est casus in l.sed & addes.§.illud.ff.de loc. Aut assignatur res titulo vsusfructus,non proprietatis,& tũc includitur assignatio instrumẽtorum : casum habes in l.sed & quid. §.proprietatis.l.item si fundi.§.seminarios. & §.instrumẽti.ff.de vsufruct.& hæc est veritas,licet gloss. variet in l.penul.ff.de verb.sig.quod nota.

ADDITIO.

Adde quæ notaui suprà singulari cccxxxviij. per traditionem. Gabr.Sar.

DCLXXVIII.

1 *Romanus hic ponit plura dicta notanda de maledicentia contra quendam scholarem.qui ei maledicebat propter Capones. qui pro festis scholarium de consuetudine soluuntur a doctoribus.*

1 QVid aliud detractores faciunt,nisi quòd † puluerem sufflant,& in oculos eorum terram excitant?vt vnde magis peiora loquuntur , inde magis nil veritatis videant.xj.q.iij. inter verba.Item nec curãdum est quid os iniquum loquatur,dumtamen non recedamus à tramite veritatis,de illius authoritate confisi,qui,cùm à discipulis diceretur:Domine,scis quia audito hoc verbo scãdalizati sunt Iudei,Respõdit,sinite illos abire,quia ceci sunt, & duces cæcorum. Turpe enim est à turpibus laudari. ca. magnæ.de voto.Item senti,quicquid velis:sola me in oculis domini consciẽtia non accuset.xj.q.iij.Item,illi,quos propria conscientia iustificat , aliorum maledicta non timeant. vnde ait Propheta:Fac bonum,& non timeas Reges.xj.q.iij.in cunctis.Et hoc dico ad informandam vitam tuam,ne mala loquaris de me propter Capones.Itẽ, non omnis,qui osculatur,est amicus:nec omnis, qui verberat,est inimicus:vnde ait Propheta, meliora sunt verbera amici, quàm voluptaria oscula inimici, melior est cum seueritate castigatio,quàm cum leuitate peccati remissio.noueris aliquando furem auertẽdis pecoribus pabulum spargere:& pastorem aliquando flagello ad gregẽ pecora errãtia reuocare:dicit tex. in c.nõ omnis.v.q. v.Item alibi,non semper osculatur pater filium , sed aliquando castigat.tunc ergo in illum,qui diligitur, veram diligentiam pietas ostendit,cùm loco debitisque temporibus castigatur,vt dicit textus in c.non osculatur semper.ead.cau.& quæstione.

ADDITIO.

Romanus hîc defecerat in datione caponum Scholaribus propter festa Bacchanalia,vt quotãnis euenit in aliquo auaro, vt & nos experti sumus temporibus studij nostri. Nic.Pig.

DCLXXIX.

1 *Iudæus ad officia publica admitti prohibetur : & quid de Iudæo, qui nouiter factus est Christianus?*

1 NVnc veniamus ad lucrum panis:Scis,† quòd Iudæus prohibetur admitti ad officia publica,vnde nõ potest esse nec doctor,nec tabellio.l.fi.C.de Iudæis.l generaliter.§.item qui Iudaicam.ff.de decurion.& c.cùm sit. & c.cùm speciali.de Iudæis.liiij.distin.ca.nulla. Sed quid de eo,qui est factus de Iudæo Christianus an admittatur? Diceres,quòd sic:quia cessante causa cessat effectus. Dic tamen contrarium. text. est singularis secundum verum

intellectum glossæ, in c. cõstituit. xvlij. q. iiij. licet sint Neophiti, id est, nouiter facti Christiani, qui prohibentur ab officiis ecclesiasticis: ergo & à temporalibus. sed non sequitur: quia alia est ratio in vno, quàm in alio.

ADDITIONES.

Adde quòd idem not. Archi. in c. constituit. hîc alleg. & Ioan. de Ana. in c. cùm sit. de Iudæ. & ibi Fel. col. ij. vbi intelligit, vt per gl. ibi, in nouiter conuersis.

Et eundem intellectum posuit idem Feli. in cap. eam te. in verbo, infidelitas. de rescrip. & ibi Deci. Rip. & alij in vlt. notab. examinant Ias. in rub. ff. de iustit. & iure. col. j. vbi Claud. Aquen. in fine ibi multa ad quæ Iudæi non admittũtur ponit. & Hip pol. singu. cvij. & cclxxiij. Nicol. Pig.

Istud prosequitur, & latè discutit do. Marquar. de Susannis, Vtinensis in tract. de Iudæ. in ij. par. c. v. nu. 7. vers. an autem per baptismum. qui etiam in secunda parte, cap. vij. tractat, an Iudæus possit esse Doctor, vel Tabellio, & habere alias dignitates, de quibus ibi per eum. Gab. Sar.

DCLXXX.

1 *Collegium rixando, vel quouis alio modo conturbans, si de eodem collegio sit, qua pœna puniatur?*

QVando vniuersitas scholarium congregatur, & est aliquis bestiolus, qui ridendo & rixando contur-
1 bat totam vniuersitaté, qua pœna † puniatur? Dic quòd excommunicatione tridua, & deiectione de collegio. tex. est singularis, & non alibi. v. q. iiij. in loco benedictionis.

ADDITIO.

Et si turbans fuerit in sacris, afficiens eum non incurrit excommunicationem, etiam si animo irato hoc fecerit. cap. veniens. & ibi Abb. & Feli. de sen. excom. gl. ver. perturbare, in c. dilectis. de appella. Nic. Pig.

DCLXXXI.

1 *Legatis nummis, alio non expresso, primò consuetudo patriæ, secundò consuetudo loquentis, tertiò persona quæ reliquit, inspicitur. Et an id habeat locum in contractibus?*

AN l. si seruus plurium. §. fina. ff. de lega. j. & l. nummis. ff. de lega. iij. habeat locum in contractibus, cum di-
1 cit, quòd legatis † nummis, non aliter declarando, quod primo inspicitur consuetudo patriæ, secundò consuetudo loquentis, tertiò persona quæ reliquit? Dic quòd sic. glo. est vnica & singularis in l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. Licet posset in contrarium argui. & illam nota & adde ad l. veteribus. ff. de pact. & ad dicta iura.

ADDITIO.

Quam glo. ibi Bar. summè ad multa notat, & ibi latius per Deci. & do. meum Cagnol. nu. 9. Nicol. Pign.

DCLXXXII.

1 *Excommunicatus an sit infamis?*

1 AN excommunicatus † sit infamis? Bal. allegat glos singularem ibi quòd sic. in c. j. §. nisi iusta. col. ij. quo tempore miles. in vsib. feu. & facit magnum festum. Sed miror de tanto viro: quia debuisset allegare text. vnicum de hoc quòd sic. vj. q. j. c. infames.

ADDITIO.

Adde aliam gloss. quæ est vlti. in fi. in c. j § vlti. per quos fiat inuestitu. & vtrobique ponunt docto. & Dec. in c. intelleximus. in princi. de iudic. Quod quomodo intelligatur, adde infra singu. dcxc. in princi. Nico. Pig.

DCLXXXIII.

1 *Manumitti non potest is etiam domino volente, qui ex suo delicto in seruitutem incidit.*

2 *Intellectus l. ij. C. de libe. & eorum libe.*

1 NVllus qui ex suo delicto incidit in seruitutem, † potest à domino etiam volente manumitti: vt sunt portantes arma infidelibus, qui efficiuntur serui capiẽtium. Diceres quòd est casus in l. ij. C. de liber. & eor. liber. Sed non facit, sed regula est singularis tradita per Ioan. And. in c. ita quorundam. de Iudæ. allegat tex. singularem in l. ij. C. quibus ad lib. procla. non licet. Et præalleg. l. ij. loqui-
2 tur † quando reincidit in seruitutem, non quando incidit, vt in casu nostro. quod singulariter nota.

ADDITIONES.

Adde quòd regulam Io. And. hîc recitatam refert & simpliciter sequitur ibi Panor. in vltim. verb.

Et sequitur Abb. in d. c. ita quorundam. in fi. Nic. Pig.

Hoc singulare Romani refert & sequitur Deci. in l. seruitutem. nume. 2. ff. de regulis iur. Pro quo faciunt ea quæ scribit Pet. Gerardus singula. 1. col. j. nume. 4 versic. sed nunquid talis filius. & ibi dixi. Gab. Sar.

DCLXXXIIII.

1 *Error iuris iudicis prorogationem impedit, nisi iudex regulariter in litigantibus iurisdictionẽ habeat, licet tũc casualiter non.*

TV habes l. si per errorem. ff. de iurisdictio. omnium iudicum. & l. ij. ff. de iudic. vbi dicitur, quòd error
1 † iuris impedit prorogationem iudicis. Sed illud non est verum cùm tractatur de prorogatione illius iudicis, qui regulariter habet iurisdictionem in litigantibus, licet casualiter non: quia tunc error iuris non impedit prorogationem. Verbum est singulare Innocen. in capitu. ad petitionem. de accusatio. si subtiliter intelligatur, vt est exemplum in Potestate, qui in casibus mercantiæ habet iurisdictionem in Senensibus, licet mercatoribus. Est alia limitatio in cap. prudentiam. de offic. lega. quam omitto. Not. perpetuò.

ADDITIONES.

Adde Feli. vbi simpliciter refert & sequitur in c. P. & G. de offi. deleg. in vltimis verbis. & in c. ad petitione. col. vj. circa prin. ver. secundò not.

Sequitur Abb. & alij in d. c. ad petitioné. col. iij. latè per Ias. post alios in d. l. si per errorem. col. iij. in v. limit. & Soci. in tracta. fallen. regu. ccxij. Nico. Pig.

DCLXXXV.

1 *Doctorum ecclesiæ dicta, & authoritas, quanam in causis decidendis præferatur.*

DIcas, quæ authoritas Doctorum ecclesiæ præferatur
1 † in causis decidendis? Dic quòd aut dicta Doctorum Ecclesiæ fundantur in authoritate noui vel veteris testamenti, & tunc statur dictis eorundem, licet Concilium, Papa, vel Imperator contrarium diceret. Si autem fundatur super dictis Sanctorum, & tunc staretur Papæ potius: quia Papæ & non Sanctis fuit data potestas legis cõdendæ. gl. est singularis in c. de libellis. xx. dist. alleg. text. qui optimè probat. xxxvj. q. vlti. c. fi. vbi authoritas solius Hieronymi præfertur toti Concilio.

ADDITIONES.

Ad hoc vide plenè & eleganter Felin. in cap. ne innitaris. de constitu. Et hanc gloss. sequitur Panor. in capi. qualiter & quando. ij. in princip. de accus. Et ratio huius dicti est, quia ex quo est contra nouum vel vetus testamentum, constat de eius errore. xxv. q. j sunt quidam. In ista materia est bona gloss. in c. de libellis. xx. distinctio. Adde etiam Ioan. de Imol. pulchrè loquentem in commẽto c. cùm contingat. in iiij. col. in vij. notab. de iureiuran.

Hanc glo. dicunt singularem Alex. Ias. & alij post eos, quos allegant in l. j. ff. si cer. pet. doctores in c. j. & c. ne innitaris. de constitutio. Ias. in §. quædam. nu. 67. Instit. de actio. Sed vide aliã gloss. in d. c. fi. Nic. Pigu.

Adde Andr. Tiraquel. in tract. de iure primigenio. quæst. lx. nume. 5. ver. facit etiam. Gab Sar.

DCLXXXVI.

1 *Procuratoris falsi gesta in iudicio possunt à domino ratificari. Quod tripliciter fallit.*

TV audiuisti l. si tutor. C. in quibus causis in integr. restitutio non est necess. & l. licet. C. de procur. vbi
1 † tangitur, an gesta in iudicio per falsum procuratorem possint ratificari per dominum. Et communis conclusio vera est, quòd sic: quia casus est in l. licet. ff. de iudi. & in l. in causæ. ff. de procura. Sed attende, quia do tibi tres singulares limitationes. & habeas menti sicut vnam margaritam. Et tu, qui habes amasiam nomine Margaritam, teneas hæc menti amore sui. Quid vis? facio te ridere. Primò est verum, vbi iudex pronũtiasset procuratorem non habere mandatum: quia tunc non potest ratificare. Bal.

singulariter

singulariter in authen.ei qui.C.de tempo.appel.& est ratio quia ratihabitio domini post sententiam non potest retro trahi in præiudicium iuris iam quæsiti parti aduersæ ex sententia iudicis.l.talis scriptura.ff.de leg.j.sed nil facit,sed tu allega l.fi.in fi.ff.rem ra.hab.Secundò,vbi in ciuitate foret statutũ,quòd procurator non habens mãdatum non admittatur ad agendum.& ista est singularis authoritas Bald.in l.si vxorem.C. de condi.infer.allegat tex.bene probantẽ in l.si verò non remunerandi.§.si post creditam.ff.manda. Tertiò, nisi procurator illegitimus, de cuius mandato dubitabatur,admissus fuerit cũ cautione rati,iuncta protestatione hac per partẽ aduersam, Nisi apparuerit te carere mandato:tunc enim gesta per eum non possunt haberi rata per dominum inuita parte.textus est singularis secundum verum intellectum in l. inter quos.§.alieno.ff.de dam.infe.& ibi Bar.in fi.

ADDITIONES.

Ad istud vide Felin.in c.causam col.vlti.per totam de iudic.vbi approbat tres limitationes,de quibus hic per Roman.ad l.si tutor.& l.licet.& vltra istas addit nouem alias multum elegantes.

Adde Cæpol.cau.xv.licet.Ias.in d.l.licet.vbi ponit xiij.limi.Felin.in d.ca.causam.j.de iudic.qui ponit xij limita.& in capit.j. col.fina.de re iudi.Ioan.Arno.soli xcix.& problema.lxxxiij. doctor.in c.ratihabitionem.de regu.iur.lib.vj & in l.semper qui non prohibet.ff.eod titul.Stepha. Aufrer. deci. Tholota. cclxxj. Nicolaus Pigno.

An gesta per falsum procuratorem possint ratificari post renunciationem,& conclusionem in causa, latè tradit Guido Papæ decisio.Grationopo.cccxx.vbi etiam ponit an possint ratificari post sententiam.& deci.cccxlij vbi tractat,an testes producti à falso procuratore,parte alia præsente valeant.& per Steph.Aufre.deci.Capel.Tholo.cij. Gab.Sar.

DCLXXXVII.

1 *Iudæus conuertens se ad fidẽ Saracenorum an veniat aliqua pœna puniendus?*

2 *Iudæi seuerius in die iudicij punientur,quàm Sodomitæ.*

3 *Iudæi non habent aliquod dominium: Infideles autem sic, vt est Soldanus.*

4 *Christiani facientes se Iudæos an puniantur,& qua pœna?*

5 *Iudæorum fides toleratur per Papam & Imperatorem: Item & fides Infidelium.*

6 *Iudæi,qui crucifixerunt Christum etiam omnino passurum, quare puniantur?*

CRas Christus ascendit ad cælos: Modo quæro, an ve-
1 niet† Iudæus puniendus aliqua pœna se conuertens ad fidem Saracenorum? De hoc fui alias interrogatus à magistro Andræa de Constantinopoli valentissimo homine coram Cardinali Rothomagensi,& multaui, quia nesciui respondere. Demum inuestigans reperi solum Oldrad.de Laude consi.lj.Iudæus transiuit.sed non dicit mihi quod placeat. Sed probo,quod non veniat puniendus aliqua pœna pareitur illi, qui ex duabus viis malis eligit viam minus malam. xiv.dist.c.nerui testiculorum l.ita vulneratus.ad fi.ff.ad l.Aquil.ibi,plerunque enim,&c.Sed minus malum est amplecti vitam infidelium, quam Iudæorum fidem prosequi:ergo sibi parcẽdum.minor probatur per verbum Christi,† qui dixit Iudæis:Peius erit vobis in die illa iudicii, quàm Sodomitis.ergo sequitur quod magis deliquerunt. Secundò per dictum Prophetæ, qui dixit Iudæis:Iustificastis Sodomam,scilicet Infideles exponuntur per comparationem. Tertio per authoritatẽ Gratiani ita terminantis singulariter,in e.nonne.j q.j.Quartò ratione quantò pœna maior est,tantò delictum apud Deum noscitur fore grauius.e.non afferamus.xxiiij.q.j. sed maiorem oculariter videmus pœnam illatam Iudæis esse,quàm Saracenis:ergo in eis delictũ perpetrauerunt.
2
3 Vltimò,tu vides† quod non habent aliquam dominationem,& Infideles sic,vt est ille Soldanus:quare Deus amat eos magis,quia sunt solùm trãsgressores legis naturalis: Iudæi autem non tantùm legis naturalis, sed etiam legis scriptæ,& habuerunt maximos prædicatores,imò ipsum Christum:nónne quotidie erant in tẽplo.&c.Et ad istam partem concludit Oldr.licet per alias rationes, quæ non
4 placent. Qua† autem pœna puniantur Christiani facientes se Iudæos,habes in l.Iudæi.C.de Iudæ.& in tit.de Apostata.& ne sanctum bapt.reiter Sed tamen quod dico,non
5 habes:quod probo,quia† fides Iudæorum toleratur * per
* Papam & Imperatorẽ.c.Iudæus.extra de Iudæ.& l.nonnullos.C.eo.ti.Item toleratur fides Infidelium,vt l.Christianis.C.de paga.sacri.& temp.quid enim ad nos de his quæ foris sunt?ij.q.j.multi. Quid ergo refert,quid ex æqui pollentibus fiat:ergo non debent puniri.& ita postea respondi in scriptis. Et si dicis,quare puniuntur Iudæi,cùm
6 Christus omnino passurus erat? Respondeo† vt in c.relegantes.xxiii q.v.quia non fecerunt ad finem boni,sed causa vindictæ,ideo puniuntur.

ADDITIONES.

Adde tex.cum gl.j.q.j.nónne.& Feli.in rub.de Iud.& Sarac.

* Tolerantur Iudæi fœnus exercentes tolerari possunt permissu principis,secundum Bal.consi.ccccxlix.ius naturale.libr.iij. Alex.consi.j.& ij.lib ij & valet statutum principis quòd Iudæi venientes ad fœnerandum tractentur vt ciues. Bald. auth. & omnino.versi.sed pone.C.ne vxor pro mari.Iudæi autem delinquentes puniuntur per iudices seculares.Are.cõsi.clviij. copio à col.iij.

DCLXXXVIII.

1 *Transigi super iure sanguinis de iure ciuili permittitur, & quid de iure canonico sit?*

2 *Pœna sanguinis pro aliquo crimine de iure canonico non irrogatur.*

3 *Crimen omne de iure canonico est publicum.*

TV audiuisti l.transigere.C.de transact.nescio tamẽ
1 si intellexisti,† an ipsa lex permittens transigi super iure sanguinis,habeat locum de iure canonico? De hoc sunt duæ gl.& Arch.dicit quòd non:quia de iure canonico in nullo crimine licita est,seu permissa transactio sanguinis.glo.est singularis in c.j.de col.deteg.& ij.q.iij.§.in omnibus,sequitur illas Archid.v.q.ij.c.si primates. Et est duplex ratio:prima,quia de iure ciuili solùm est permissa transactio in criminibus,ex quibus imponitur pœna san
2 guinis:sed de iure canonico† pro nullo crimine irrogatur pœna sanguinis.c.sententiam sanguinis.ne cleri. vel monac.& xxiij.q.vii .c.his a quibus.& est ratio,quia omnis Christi actio nostra est instructio:qui dixit,nunquam volo mortem peccatoris,sed vt conuertatur,& viuat,&c. dicit Gratianus ij.q.iiij.hi qui episcopos.Et ideo tex.in c. reos sanguinis.xxiij.q v.dicit notabiliter reos sanguinis defendat Ecclesia,ne effusione sanguinis particeps sit. Et per illum text.me defendi ab vno legato Bononiensi pro vno Scholari carcerato,qui postea me allegante fuit liberatus.Secunda ratio est, quia super his criminibus non permittitur transigi,ex quibus publicis criminibus pœ-
3 na sanguinis nõ irrogatur: Sed de iure† canonico omne crimen est publicum,& pro nullo crimine etiam publico est pœna sanguinis,vt dixi.primum probatur vj.q.j.infames.in gl quam allegat Bal.in rub.C.qui accusa.nõ poss. addas ad d.l.transigere.

ADDITIONES.

Adde eundem Roma.Alexand.Iaso.& cæteros in dicta l.transigere. Nic.Pig.

Adde Bart.singu.cxxxviij.& quæ ibi habentur in additio. Gabriel Saray.

DCLXXXIX.

1 *Excommunicatus ex causa famosa vel ex contumacia commissa in delicto infamiam irrogante est infamis: aliás secus, & quæ sit ratio?*

IN principio huius quinterni dixi tibi (suprà singul.de-
1 lxxxij.) q† omnis excommunicatus est infamis. Nunc declaro istud verum,si excommunicetur ex causa famosa,vel ex contumacia commissa in delicto infamiam irrogante:aliàs autem secus.Verbum est singulare Inno.in e.testimonium.de restibus.sequitur Archi.iiij.q.j.in glo. summæ.Et ratio est,quia cùm excommunicatio siue iusta,siue iniusta valeat,& timenda sit.xj.q.iij.c.sententia Pastoralis.cum si absurdum est, q propter iniustã causam quis infametur: & ideo oportet apparere de causa: quia

nulla est maior pœna excōmunicatione, vt l.hi qui sanctam.C.de Apostat.c.corripiantur.xxiij.q.iiij.Licet dicant Canonistæ illud tantum de iure canonico, ignorantes dictam l.hi qui sanctam.vbi est notabilis textus.

ADDITIONES.

Ad hoc vide Hosti.Anto.& Panor.in viij.col.in c.testimonium.hic alleg.

Sequuntur doctores in d.c.testimonij.Bal.in l.quid ergo.§.pœna grauior col.fi.ver.vltimò quæro.de his qui no.infa.Deci.in c.intelleximus.col.j.de iud.And.Tira.qui plura in materia ponit,& ostendit eam ex Græcorum & aliorum ritibus ortū habuisse in tract.de retract.consan.§.j.gl.x.sub nu.271. N.P.

DCXC.

1 *Heres hæredis testatoris est hæres. Et quid de successore vniuersali hæredis mortui alio titulo,quàm hæreditario?*

2 *Maritus mandans volenti ei donare causa mortis, quòd donet vxori suæ,intelligitur illud vxori donare:vnde donatio est nulla.Secus est,si mandet ei legare volenti,vt vxori leget, & qua sit ratio?*

1 Hæres hæredis*testatoris est hæres.l.fi.C.de hær.insti.& l.si quis filium.ff.de acq.hær.cum fi.Nunquid vniuersalis successor hæredis mortui alio titulo,quàm hæreditario sit hæres testatoris?Quilibet diceret q non, cùm sit hæres hæredis,ergo non principalis defuncti. Contrarium tamen est verum:casus est vnicus in l.j.ff.de castren.peculio.Illum solus ego noto.Ex quo sequuntur mille mirabiles effectus.Dicit lex,idéque.ff.de don.intervi.& vxo.

2 q si volenti*donare mihi causa mortis, mādo q det vxori,intelligor ego maritus donare illud idē vxori : & donatio est nulla,per illum tex.secus est in legato.l. sed si vir.§.quod legaturus.eo.tit.vbi si volenti mihi legare,mādo q leget vxori meæ,tale mandatū nō inducit donationē inter me & vxorem meā.Sed quæ ratio differentiæ est, cùm regulariter æquiparentur?Fuit pridiè mc quæsitum ab vno barbato Doctore,cùm esset quæstio in facto.Dic,q ratio est,quia in donatione causa mortis absque traditione quæritur dominiū,vt l.ij.ff.de publi.quod secus est in legato,quod cedit tantùm à tempore mortis,vt l.à Titio.cum si.ff.de fur.reuocabiliter tamen.Meritò ergo cū in primo casu sit dominium quæsitū viro,facto mandato resultat donatio:secus in legato,quia sibi nō acquiritur, nisi morte legantis secuta.quod nota.

ADDITIONES.

In prin.adde quod comprobat magister meus in l.paterfamilias.versi.adde etiam,vbi vide antè & post de materia istius singularis.ff.de vulg.& pup.& in l.cùm in libris.col.ij.ver.secundò extende.C.de hære.insti.

Sequitur Ias.in d.l.fi.& d.l.si quis filium.§.fi.Deci.& Cagnol.in l.qui per successionem.ff.de reg.iu. Andr. Alcia.l.hæredis appellatione.ff.de ver.signi.

Ibi,Ex quo,&c.Sed hæc ratio mihi non videtur vera, imò cōtra dictam l.vbi sicut in legatis dominiū transit ipso iure à morte testatoris absque alia traditione.d.l.à Titio.idem in donatione causa mortis,in qua non requiritur alia traditio, d.l.ij.cum concordan.adductis per Alex.in l.ij.& ibi Iaso.col.pen.ff.de leg.j.Vnde dic,quòd vera ratio est illa,quam ponit glossa ab omnibus communiter approbata, in d.l.idémque.j.solution.Et aduerte,quia dicta l.idémque,videtur loqui,quando donatio causa mortis erat facta marito, & maritus voluit quòd res donata non traderetur sibi,sed vxori. Textus autem in d.§.quod legaturus.videtur disponere,quando aliqui sōdum legauit marito,sed legare volebat, & maritus voluit q legaretur vxori.Inter quæ est magna differentia,vt sentit glo.in d.l.idémque.in fi.Quæ opinio videtur tutior Sal.ibidem, quando sumus in casu dubio:vt refert Ioā.Lup.in rub. extrà de do.inter vir.§.lvij.col.fi. Nic Pig.

DCXCI.

1 *Mulier regulariter non potest procurare, nec arbitrari, nisi sit in dignitate constituta,& nisi in causis,in quibus de salute animarū tractetur,vt in repetitione vsurarū,& in causa decimarū.*

1 Tu audiuisti tit.de procu.& scis,quòd*mulier regulariter non potest procurare, nec arbitrari, nisi sit in dignitate.Dico,q omnia hæc procedunt,nisi fit causa, in qua de salute animarum tractaretur:vt in repetitione vsurarum,& in causa decimarum,quæ sunt tributa egentium animarum,quia tunc possunt procuratrices existere,& etiam arbitrices esse.istud est verbum singulare Archi.etiam Canonistis incognitum.v.q.iij.c.scriptū.mouetur per regulam,quia vbicunque de salute animarum

* tractatur,de iuris apicibus * nunquam debet disputari. argu.xix.q.ij.c.duæ sunt.Sed hoc,tu non potes esse procurator,vel arbiter,sunt de iuris apicibus.vt l.si fideiussor.§.quædam.cum glo.ff.manda.& hanc regulam perpetuò nota,quæ valebit tibi ad multa.

ADDITIONES.

Et hoc sequitur Ias.in l.alienam.col.ij.C.de procu.Deci.in l.fœminæ,quinta prohib.ff.de reg.iur.& in c.cùm dilecta.col.pe.de confir.vti.vel inuti lo.Lup.in c.per vestras.§.xxxiiij.nu.6.de dona.inter vir.& vxo. Nic.Pig.

Adde plenè Per.Duenas in reg.cccxj.incip.fœmina non potest esse procuratrix.in quarta limitatio. Gab.Sar.

* Iuris apicibus.Adde quòd apices iuris in foro cōscientiæ non excusant,secundum Bal.in l.j.versi.& sitti quæris.C.de confes.forum autem conscientiæ secundum eū,est forū boni & æqui coniunctū,& vocari debet tribunal veritatis,non sichorus.& pro hoc facit text.in l.ij.ibi,sed ex conscientia.C.de fideicom.per quem text.not.ibi Bald. quòd conscientiæ non conuenit de apicibus iuris disputare.

DCXCII.

1 *Sepeliri an quis possit à Prælato in alterius sepulchro eo inuito?*

1 Quæstio est in facto:nunquid Prælatus ex insta*causa posit in sepulchrum vnius aliquem immittere illo inuito?Dic quòd sic,secundum canones:licet secus secundum leges.vt l.ij.& l.si plures.ff.de religiosis & sumptib.funer.quia secūdum canones est quædam eleemosyna, quā inuito domino potest Episcopus facere. Verbum singulare est Arch.xiij.q.ij.c.percipiendum. quod no.

ADDITIONES.

Adde Abb.in c.j.& in c.pe.col.ij.versi.dicit tamen.de sepult. Deci.in c.quanto.col.fi.de iudi. Nic Pig.

Hic adde in materia,quæ diffusè scripsi in meis annotatio. ad Matt.Mathes.sing.lxxvj.Nota quòd omnes. Gab.Sar.

DCXCIII.

1 *Filius infamis efficitur,& priuatur honoribus & officijs ex eadem ratione patris propter crimen læsæ maiestatis. Et an priuetur beneficio ecclesiastico?*

2 *Crimen læsæ maiestatis temporalis committens,beneficio ecclesiastico non priuatur,secus in ecclesiastica.*

a Scis,quòd ex condemnationem[a] patris propter crimē

1 læsæ*maiestatis,(vt si læderet principem,vel assistētes sibi.l.si quis cum militibus.C.ad l.Iul.maiest. canonizata vj.q.j.c.si quis cum militibus,) filius efficitur infamis, & priuatur honoribus & officiis : vt d.l.si quis. Sed an filius priuetur beneficio ecclesiastico propter patris condemnationem in crimine læsæ maiestatis?Videtur prima fronte quòd sic:quia infamia remouet quem non solum

b à dignitate quærenda, sed etiam[b] à quæsita.l.infamia.C. de Decurio.lib.x.cum ergo filius sit infamis,vt dixi,ergo, &c.Non obstat si dicas,quòd iudex secularis nō potest de beneficio ecclesiastico cognoscere:quia respondeo,quòd in consequētiam videtur posse: vt l.j.ff.de autho.tut.cum simi.quia non iudex,sed crimen ipsum priuat.Contrariū tamen tenet gl.singu.in c.satis peruersum.lvj.dist.quæ il-

2 lud probat optimè.vide eam.Et hoc*verum est in crimine læsæ maiestatis temporalis,vt Imperatoris:secus est in ecclesiastica,vt contra ecclesiam, vt in capitul. fœlicis. §. quòd si quis.de pœn.libr.vj.& hæc sunt notanda, & menti tenenda.

ADDITIONES.

a Condemnatione. Adde Are.in tractat malefi.in verbo, & eius bona publicamus.nu.27.& August.in addi.in verbo, & bas tradite la tua patria.nu.15 in fi.Matthæ.de Afflict.in §.& bona contaminentium.nu.118.quæ sint regal.& nobilissimè per excellentissimum do.Hiero.Gig.in suo aureo tractat crimi.læsæ maiest.lib.iij.in rubric.de pœn.quas filij incur.q.ix.post eos,

eos,quos allegat.

b Sed etiam. Adde eundem do. Hier. vbi suprà. q.xj. post doct. in d. §. quòd si quis. Nic. Pig.

DCXCIIII.

1 *Testibus aduersus me producendis si contra eorum personas me aliquid obiecturum protestor, licet posteà pro me deponant, non facilè est credendum. Fallit si sint nobiles, & plures.*

1 TEstibus† aduersus me producendis, si aduersus eorum personas me aliquid obiecturum protestor, licet posteà pro me deponant, non facilè est credendum: vt est casus in c. præsentium. de testi. in fi. & ita gl. fi. in prin. dicit ibi esse verum, si sunt ignobiles: secus si sint nobiles, qui mei protestantis potentiam non timeant. Quod intellige, si sunt plores: secus si vnus nobilis, quoniam tunc facit semiplenam probationem, adeò vt in defectum probationis iuramentum deferri posset, secundum formam l. admonendi. ff. de iureiuran. & l. in bonæ fidei. C. eo. titul. ita singulariter determinat Archid. xxxvij. distin. si quid veri. quod nota.

ADDITIONES.

Aduerte, quia illa gl. istud mihi non dicit. Sed vide Felin. ibi col. fi. vbi ponit quinque fallentias ad regulam, quam facit, quod non creditur de facili, id est, nullo modo testibus in fauorem eius, qui contra eorum personas protestatus est.

Adde Soci. in regul. ccciij. fallen. lx. Ias. in l. admonendi. col. xcix. in xxxix. casu. ff. de iureiur. Et quando teste, quem reprobare protestatus sum, possim vti, ponunt d. glos. fi. Inno. Bald Feli. & alii in d. c. præsentium. Nic. Boër. decis. cclv. sed quid si is. Nicolaus Pigno.

Adde Lanfranc. de Oria. in c. quoniam contra. in versi. testiũ depositiones. nu. 46. in fi. de proba. Gab. Sar.

DCXCV.

1 *Positionum veritatem se nescire iurans, & ideo nolens eis respondere, an per iudicem compelli possit, quòd respondeat per verbum, Credit, vel, Non credit?*

SI quis à iudice monitus positionibus non respondeat, pro confesso habetur. ca. si post. de confes. libr. vj. l. ij. §. 1 quod obseruari. C. de ior. cal. Modò pone, † quod quis dicat, & iuret se nescire veritatem positionis, & ideo nolit respondere, an per iudicem compelli possit vt respondeat per verbum, Credit, vel, Non credit, cùm talis responsio æquè præiudicet, sicut si per verbum assertiuum facta foret? Dic quòd sic. ita singulariter concludit Archi. xc. distin. c. ponderat.

ADDITIONES.

Quòd confessio per verbum, Credo, ita præiudicat sicut de veritate, est gl. & ibi doct. tradunt in c. j. de confes. lib. vj. Philip. Cor. consi. clxxxvj. col. j. lib. iij. Et intellige, quando interrogatur de facto proprio & recenti: secus si de facto alieno, vel antiquo: quia tunc valet responsio per verbũ, Ignoro: & tunc datur tempus ad deliberandum, vt in seq. sing. & decis. Tholos. xxj. Nic. Pig.

Vide quæ in materia latè scripsi in meis annotationibus ad singu. xxxvij. Matthæ. Mathesil. & ibi dictis adde, quæ notat Celsus Hugo, in additio. ad Lanfran. de Oria. in c. quoniam contra. in verb. responsiones. in vltima additione. extrà, de probatio. Gab. Sar.

DCXCVI.

1 *Respondere debenti terminus dari debet ad deliberatè respondendum, si per verbum assertiuũ respondere velit: secus si per verbum, Credo, vel, Non credo.*

PArti respondere debenti debet dari terminus ad deli-
1 beratè† respondendum: vt l. qui interrogatus. ff. de interrog. actio. l. iusiurandum & ad pecunias. ff. de iureiur. Quod est verum, si velit respondere per verbum assertiuum: secus si per verbũ Credo, vel, Non credo, tunc enim statim cogi potest respondere. gl. est singularis in c. quosdam. de præsump. quam Canonistæ communiter sequuntur, licet ego sequi dubitarem.

ADDITIONES.

Adde quòd Bald. ibi illam intelligit super facto notorio vel proprio recenti non intricato: si enim esset factum alienum antiquum, vel intricatum datur spatium, quia posset credere vnũ nunc, & deliberatione habita crederet cõtrarium. allegat l. ij. §. fin. ff. quis or. in bo. pos. serue. iurant tamen, quòd non petit dilationem animo differendi litem secundum ipsum. allegat l. iusiurandum & ad pecunias. ff. de iureiur. & l. qui interrogatus. ff. de interrog. actio. de ista materia latius ponunt doct. in c. cum causa. de iura. calum.

Quam gl. intellige vt per Bart. in l. ij. §. quod obseruari. nu. 23. C. de iura. cal. & per Feli. in d. c. quosdam. per doct. in c. j. de confes. lib. vj. & Decisi. Tholo. xxj. vbi alios citant. Nic. Pig.

Inquantum hic dicitur statim, tu limita nisi factum esset multum antiquum, vel recens, sed implicitum & valde intricatũ, quod dependeat ex calculo: quia tunc non cogitur respondere statim, & incontinenti, sed debet ei dari terminus ad deliberandum, vt possit respõdere. ita no. limitat Bar. in l. ij. §. quod obseruari. in iij. col. ver. sed pro eius declaratione quæro, &c. C. de iura. cal. dicens quòd sic not. Cyn. in d. §. quod obseruari. Iac. Butrig. in l. emptor. § Lucius. ff. de pact. Bal. in c. dudum. ij. in x. col. versi. sed nunquid super facto. de electio. Vtrum autem hoc habeat locum in procuratore, qui interrogatur, vt respondeat positionibus, & ipse dicit se non instructum, an debeat habere dilationem ad Dominum cõsulendum? Cy. hoc ponit in auth. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi oport. Inno. in c. cùm dilectus. de procur. dicit, quòd si solus procurator interrogatur, vel etiam citatur Dominus generaliter, non expresso super quo, & mittit procuratorem, & tunc tribuitur ei dilatio, quia non potuit diuinare. Sed si fuit citatus Dominus ad certum quid, & ipse misit procuratorem, & tunc non datur: quia debuit destinare eum instructum, & si non destinat, reputatur cõtumax. quod est no. & ita practicatur. ita formaliter inquit Ang. in l. non solum. in princip. in secunda col. versi. hic autem incidenter, &c. ff. de procura. Et quòd de iure communi datur parti terminus ad deliberandum si dicit se dubitare, & petit terminum ad deliberandum, tenet etiã Bald. in rub. in ij. col. ff. de iureiur. allegat l. iusiurandum & ad pecunias §. fi. eo. tit. Postea subdit, sed in teste non occurrit modò lex, quæ hoc dicat, tamen idem credo, quia eadẽ est ratio æquitatis. ita Bal. Tene menti hoc dictũ de teste, quia pauci sciunt. Et adde Luc. de Penna in l. in sacris. la grande. in xij. col. C. de pr[illegible] sacror. scrin. lib. xij. vbi inquit, quòd si principalis de aliqu[illegible] interrogatur, & discretos iudex rationabiliter inuenerit ipsum dubitare, poterit admittere ipsius responsionem, (du[illegible]) vel dilationem tribuere competentem, in qua melius instruatur. Et adde, quòd quando principalis respondit positionibus, non potest vti consilio aduocati. Quod limita non procedere, quando esset iste principalis nimium indiscretus, & grossus: nam tunc de iudicis licentia potest per alium respondere, & sequi consilium aduocati. ita not. limitat Luc. in loco proximè allegato per tex. notabilem in c. pastoralis. de iudic. Adde hic vnum pulchrum dictum Hosti. in ca. dilecti. vbi argu. c. pastoralis. suprà alleg. inquit, quòd propter simplicitatem partis principalis, si timetur ne in responsionibus ad positiones capiatur, quia est homo grossus, debet permitti aduocatum respondere pro eo. Quod dictum sequitur, & summè commẽdat Panor. in d. cap. pastoralis. circa finem, subdens esse bene notandum. & ibi etiam sequitur Feli. in pe. col. versi. amplia primò, &c. & summè extollit Imola in d. ca. dilecti. & sequitur etiam Barth. Bolog. in repetitione authent. habita. in xiiij. char. in iij colũ. C. ne filius pro pat. subdens tamen istud esse intelligẽdum, dummodo aduocatus veritati innitatur in responsione. Plus subdit Inno. in d. c. pastoralis. quòd non est malum, si indiscreta persona etiam compellatur per alium, & sic per aduocatum factum exponere, & respondere positionibus. Quod dictum refert & sequitur Franc. ibi in fin. de quo tamen dicto dubitat Feli. ibi in penult. col. versic. dubito tamen, &c. vbi latè per eum. Amplia illud, quod suprà dictum fuit in persona indiscreta, vt habeat locum etiam & extendatur ad omnes personas miserabiles. Ita not. inquit Feli. in loco præallegato, ver. amplia secundò, &c. Alleg. Bald. in l. magis puto. §. in primis. ff. de reb. eo. tene menti. Et dum suprà posui limitationem in persona nimis indiscreta, adde Spec. idem dicentem in titu. de posit. §. iij. ante fin. Et adde etiam pulchrum textum in constitut. aduocatos. ibi, ipsas de facto, &c. in constitut. regni Neapolitani, & ibi omnino vide Matt. in iiij. not. ponentem plura pulchra dicta: & posteà ponit limitationem hic positam, quando principalis est indiscretus & simplex: & vnam aliam limitationem, nã aduocatus potest facere clien-

tulum suum respōdere libello per procuratorem instructum cum speciali mandato ad sic respondendum: nam tunc iudex non potest dicere, quòd vult quòd respondeat principalis & allegat multos ad hoc, & subdit, quòd si iudex vult omnino quòd principalis respondeat positionibus, quia melius scit veritatem, tunc aduocati consulunt, quòd ipse ore proprio petat terminum ad respondendum positionibus, & tunc iudex debet dare terminum. & tunc aduocatus consulit quomodo respondebit clientulus, & allegat multa, vide eum omnino, & tene menti prædicta. Quis autem dicatur principalis, habes tex. no. in l. principaliter. ij. C. de lib. cau. illum teat. allegat Bal. io rub. in vlti. col. de controu. inuest. versicul. quis autem dicatur, &c. Et inquantum suprà dixi, quòd regulariter principalis respondere debet sine consilio aduocati: tu adde, & dic, quòd imò aduocatus est arcendus à conspectu respondentis, ne ipsum in respondendo instruat, saltem nutu. ita no. inquit Spe. in ti. de posi. §. iij. ante fi. refert, & sequitur Luc. io loco præalle. in seq. col. tene menti, quia est not. verbum, & dixit gl. no. in c. j. in glossa magna, de confes. in vj. quòd ad positiones debet respondere pars, non autem aduocatus. imò solent cauti iudices tunc respondentes aduocatos expellere. ita illa gl. Adde And. de Yser. in suo repertorio super constitutionibus regni Neapolitani in ver. aduocatus. in iij. versicu. & ex ista gl. potes notare, &c. vbi primò allegauerat gl. in constitu. præsenti. sub rubr. de cacep. ma. non oppo. posteà inquit formaliter, & ex ista gl. potes notare, quòd quando quis citatur, vt testificetur vt principalis, & legalior, antequàm examinetur, potest petere, vt detur sibi copia iurium aduersarii, super quibus debet interrogari, vt consulat aduocatum. de quo cogita. ita dicit Andr. & dictum Hosti. in d. c. dilectu. suprà relatum, refert & sequitur ibi Imola & alii, & Alex. post Bart. in l. si postulauerit. §. quæstioni. ff. de adult. Sed pro pleniori præmissorum doctrina quæro de vna quæstione: Titius bannitus citatur, vt veniat tanquam principalis ad respondendum super positionibus, mittit procuratorem ad deponendum, an habeatur pro confesso? vel admittatur responsio procuratoris? Hanc quæstionem ponit Matth. de Afflict. in consti. partes in iudicio. in j. notab. in iiij. q. & determinat quòd non debet haberi pro confesso, sed procedetur contra eum tanquā contra contumacem. vide eum omnino. Adde tamen hic vnum valde singulare & notabile verbum, quòd emptor conuentus non tenetur respondere positionibus aduersarii super dominio rei emptæ. Bar. notab. in l. at qui natura. §. cùm me absente. versic & propter hoc. ff. de nego. gest. refert, & sequitur Matth. in loco præalleg. in ij. notab. Adde tamen quòd quando principales personæ debent per se respondere positionibus, propter distantiam loci fit remissio ad partes, vbi sunt principales personæ litigantes: non autem compelluntur personaliter comparere, ad respondendum positionibus coram iudice. iste est tex. in c. præsentiū. & ita ibi formaliter notat illum textum Gemin. in xj. no. de test. in vj. Notanda est etiam pulchra doctrina Bal. in l. cùm falsus. ff de acqui. hær. vbi inquit, quòd non debet dari terminus accusato de delicto in facto proprio, ad deliberatè respondendum, an sit sic, vel non: quia in facto proprio debet esse certus: secus si ex facto alieno conuenitur, vt quia villa conuenitur de robaria commissa in suo districtu: quia cùm conueniatur ex delicto alieno, verisimiliter potest ignorare: ideo debet habere terminum. quam doctrinam refert, & summè commendat Ange. Are. in tracta. malefi. in versic. comparent dicti inquisiti, & confitentur totum, &c. in iij. col. versic. & bene aduertas tu iudex, &c. Vnde notat Bal. in d. l. cùm falsus. quòd in facto suo quis errare non potest. Subdit etiam, quòd illa lex inducitur, quòd quotiescūque quis interrogatur de facto suo, debet respondere simpliciter, non sub conditione, vel protestatione. quod dicit tenendum menti. Et inquantum dicitur, quòd debet responderi positionibus, & articulis per principales personas, etiam in criminalibus causis, limita, vt non procedat in muliere coniugata accusata, quæ potest respondere capitulis per procuratorem sufficienter instructum, nec potest cogi per iudicem, vt respondeat personaliter. ita no, inquit Matth. in consti. generalia iura. in vj. not. per text. ibi. Et aduerte, quia dictus procurator debet habere speciale mandatum, quia hoc importat illud verbum, sufficienter instructum: ita inquit Matthæ. ibi, quem vide. Vtrum autem parti sit danda copia positionum, & terminus ad consultè respondendum, ponit, & latè examinat Mat. referens opiniones in constitu. partes in iudicio. in j. not. versi. sed pone quòd iudex, &c. vbi semper videas melius quàm alibi, & ibi etiam quid in Regno. & iste tex. in d. constitu. vult quòd principalis possit respōdere positionibus per se, vel per alium cum consilio aduocati. Et an is, qui respondit positionibus cum iuramento, possit de periurio accusari? Hanc quæstionem ponit, & examinat pro & contrà Bald. in repeti. l. ij. in pen. col. ver. sed nunquid de eo, &c. ff. de iureiur. tandem concludit quòd non. quod dicit esse verius, per plura iura & fundamenta, vide eum omnino. Vtrum peccet reus interrogatus à iudice super crimine, mentiendo, cùm si confiteatur, mortem incurrat? dicit Archi. quòd sic, & hoc si iusta est interrogatio: si autem est iniusta, fugiat quantum potest, ne respondeat, appellando, vel aliàs, quòd si hoc non potest, non mentiatur, vt hoc ipse latiùs no. secundum beatum Thom. xxij. q. ij in cap. ipsarum. refert, & sequitur Luc. in l. nec ipsi. in ij. col. ver. an peccet, &c. C. de incol. lib. x. Vtrum autem reus principalis varius torqueatur? vide latè Parid. in tract. syndic. in ver. tortura. in vj. col. circa fin. Adde quòd respondens inquisitioni cum iuramento contra veritatem, non punitur de periurio: ita not. inquit Alexand. in apost. ad Bartol. in l. prima. in fine. ff. de bon. eo. qui mort. sibi consci. subdens ita fuisse consultum per quosdam peritos doctores. tene menti. Gabriel Sarayna.

DCXCVII.

1 *An si procurator faciat actum tanquam nuntius, valeat?*
2 *Nuntius aut epistola in quibus requirantur ad validitatem actus.*
3 *Nuntius nudum organum domini censetur.*
4 *Nuntij & procuratoris differentia. 5.*
5 *Nuntius ex quibus dignoscatur: ex quibus item procurator.*

1 SI procurator facit actum tanquam nuntius, non valet actus. textus est singularis secundum intellectum glossæ penul. & verum in l. multum. C. si quis alteri vel sibi. in gloss. super verbo, comparasti. facit quod dixi anno elapso in l. prima. ff. de verborum oblig. quem casum nota perpetuò.

ADDITIONES.

Adde quòd illum dicunt singularem ibi omnes, vt per Castren. post Bar. & alios in d. l. multum. ad fi. Bar. in l. qui autem. §. fi. ff. de constit. pecu & vtrobique per Alex. in addit. & ideo in procuratoris ponit, Procuratorem, actorem, factorē, & nuntium specialem, vt possit facere tanquam nuntius. Nicolaus Pigno.

Pro pleniori huius singularis intelligentia, & pro dilucidiori declaratione materiæ nuntii & procuratoris, de quo hic agitur,
a dic quòd in obligationibus†, quæ consensu perficiuntur, de quibus Insti. de obli. quæ ex consensu, vt sunt emptio & venditio, &c. ad perfectionem contractus & validitatem eo casu, quo inter absentes contrahitur, necessarius est nuntius vel epistola, vt probat ibi textus. ad idem est tex. in l. consensu. ff. de actio. & obli. Ex quo infertur, quòd si non mediante nuntio, vel epistola ego vendidi tibi absenti fundum, & tu hoc sciens ratum habuisti, & dixisti te emere, nil censebitur actū. quod probatur per prædicta. ad idem est gl. no. in d. l. consensu. & in l. j. ff. de contrah. empt. quæ communiter tenetur per doct. licet in matrimonio contrarium dicant Hostien. & Ioā. And. in cap. ex literis. ij. de sponsa. & in cap. dilectus. eo. tit. Sed eorum opinio reprobatur per prædicta, cùm ista specialitas non probetur iure aliquo. & hoc etiam est de mente Spe. titu. de sponsa. in prin. Idem dicimus fore in donatione: si enim dicam, dono talem rem tali, qui absens est, non acquiritur sibi per talem donationem, nisi nuntius vel epistola interueniat: pro quo est gl. no. in l. illud. C. de sacrosanct. eccle. facit l. absenti. ff. de donatio. in prin. & ibi tenet Bar. Idem tenet Bal. in l. ambigi. C. eo. & ibi est gl. quæ tamen subiungit, quòd quando per rei traditionem realem fit donatio, perficitur etiā inter absentes, quando res illa acceptatur. & sic potest intelligi
3 ille tex. Et propter prædicta dicimus, quòd si nuntius † deputatus ad contractum sit per dominum reuocatus, etiam si reuocatio ad ipsius notitiam non peruenerit, non valet tamen quod cum eo agitur: quia ipse ex se nihil agit, nec cum eo aliquid agitur, sed interuenit vt nudum organum domini: & ideo cessante domini voluntate nil cum eo disponi potest, vt ff. de manumis. vindi. l. si pater. & hanc opinionem tenet Ioan.

And.

And.in nouel.in c.fi.de procur.lib.vj & reprobat gl.l.j.ff.de
contrahen.emp.quæ contrarium tenet.Idem tenet Cyn.in l.
mandatum.C.mand.Ex prædictis etiam infertur,quòd nun-
tius priuati non potest esse generalis,ita quòd in vim illius ge
neralis mandati,ipse descendat ad aliqua specialia.tunc enim
non esset tanquam organum,sed ipse per se aliquid ageret vl-
tra id,quod dominus dixit. & hoc videtur velle textus ff.de
procu.l.ij.Et hæc verba,quæ quondie ponuntur in instrumé-
tis,scilicet,talis fecit suum procuratorem,actorem,factoré,
& nuntium specialem,prout de nuntio loquuntur,non ha-
bent effectũ,nisi in his,quæ specialiter inseruntur:vt ex præ-
dictis patet. Dicimus etiam,quòd si ille,qui est tantùm pro-
curator,fecit actum vt nuntius,non valet quod agit:vt in d.l.
multum interest.C.si quis alte.vel sibi.& Roma.hic.Et ex his
videtur velle Petr.vt refert ibi Cy quòd illud,quod quis fa-
cit ve nuntius,non possit validari ratihabitione,si mandatum
non præcessit:non enim fuit pica vel organum,mãdato non
præcedente,ita tenet Barto.in l.qui autem.§.constituere.ff de
consti.pecu.tenet etiam gloss.quam sequuntur Petr.& Cyn.&
Bal.in d.l.multum interest.C.si quis alt.vel sibi. Ex prædictis
4 colliguntur † aliquæ differentiæ inter nuntium & procurato
rem:& inter cæteras est illa,quòd in actu gerendo procurator
concipit verba in personam suam nominando dominum,nó
sic autem in nuntio,qui concipit verba in personam domini,
& est vt pica & organum:loquitur enim per se,sed non à se.
Et propter prædicta dicimus,quòd & si in redhibitoria scien
tia procuratoris ementis rem vitiosam,noceat domino:vt in
l.cùm mancipium.ff.de ædilit.edicto.secus tamen est in scien
tia nuntii ementis,vt dicit ibi glossa. Notandum vlterius se-
5 cundum Bald.in d.l.multum. quòd ex tribus † cognoscitur
nuntius:primò ex forma mandati,si mandatum est ei vt nun
tio.secundò ex conceptione verborum,si concipit verba in
personã domini.tertiò ex modo acquisitionis,si acquirit do-
mino directam actionem directa via.Ex tribus etiam cogno
scitur procurator,scilicet ex forma mandati,si habet manda-
tum tanquam procurator:& ex conceptione verborũ,si con
cipit verba in propria persona,& ad vtilitatem domini:& ex
modo acquisitionis,si acquirit vtilem actionem domino via
obliqua,& non directam actioné immediaté,vt in l.cùm per
eos.eo.tit.Sed pone,quòd constitutio fit per verba commu-
nia,vtpote,mando tibi,quòd geras negotia mea,vel contra-
has pro me.Respondet Bald vbi suprà,quòd potest contra-
here,prout sibi placuerit,tanquam nuntius,vel tanquam pro-
curator,in his,quæ vtroque modo geri possunt. Sed si non
posset actus geri,nisi vno modo,solummodo videbitur secũ-
dum illum modum gerere actũ,vt est videre in stipulatione,
quæ non potest fieri per nuntium,vt ff.de ver.obli.l.j.in prin.
& in fideiussione,vt est gl.no.ff.manda.l.si in hæredem.intel-
ligor enim mandasse,vt contrahas,secundũ quod natura ne-
gotii requirit.iuxta no.per Inno.c.cùm causam.de iura.calũ.
Et idem dicerem vbi in mandato ponerentur illa verba,quæ
consueuerunt apponi.Facio te procuratorem,& nũtium meũ
&c.Prædicta tamen ego limitarem dupliciter.Primò,vbi cer
ta forma data fuisset,aliàs auté in generaliter commissis,nul-
la speciali forma data non posset vt nuntius interuenire,per
ea quæ paulò ante dixi post Bar.Nec obst.si dicas,quòd per li
teras credentiæ,quæ sunt generales,constituitur nuntius,ille
tamen non habet specificam formam,nam dicendum quod
imò habet.attento,quòd verba sunt commissa nuntio,& spe
cialiter expressa ea,quæ facturus est. prout literæ credentiæ
indicant.Secundò limitarem,si verba expressa in gestione a-
ctus non repugnarent:si enim conciperet verba in personam
suam,non possemus dicere,quòd gerebat actum vt nuntius,
nec econtra.pro quo est tex.apertus in d.l.multum interest.&
diffusius prosequitur Do Bondi.Villadig.in tractatu de lega
to.in j.q.iij.partis principalis col.j.in fi.versicu.circa nuntios.
nu.13.quibus adde,quòd ille qui mittit nuntium,vult obliga-
ri per seipsum,& non per alium,& ideo potest reuocare man
datum clàm:Sed ille qui procuratorem mittit,vult obligari
per alium non per se,& ideo non valet reuocatio,nisi in no-
titiam deducatur.de quo per Ioan.Andr.in cap.fina.de pro-
cura.in vj in Nouella.& Bal.in ut.de pace Constan.in versi.
hoc ad nos.& ita in terminis tradit Domin. Petrus Rauen-
nas in suo Alphabe.in verb.procurator.columna nona.versi.
& nota.Quæ nota,quia pulchra est materia & quotidiana.
Gabriel Sarayna.

DCXCVIII.

1 *Maior ordine,& dignitate,licet postea in collegio receptus,an de-
beat antea receptis præferri?*

1 MAior ordine& dignitate,licet postea in collegio † fue
rit receptus debet præferri antea receptis:quia maio
ritas ordinis potius attenditur,quàm prioritas tempo-
ris.tex.est no.in c.statuimus,de maior.& obed.tene méti.

ADDITIO.

Adde Feli.in rub.eo.tit.doct.in c.clerici.vbi Deci.de iudi.idem
Deci.post alios in l.cùm quid.ff.si cer.peta.Nicol.Boër.in ad-
dit.ad tractat.de autho.magni consili sine suarum decisio-
num,vbi latè tradunt de præcedentia & prærogatiua tam se-
dendi quàm ambulandi in communibus hominum actibus,
& ponunt nonnullas limitat ad hoc singulare,de quo etiam
per eundem Deci.consi.clxj.pro domino. Thom. Gram. de-
cis.lxiij. Nico.Pig.

DCXCIX.

1 *Lucro si quis alterius contemplatione ex dispositione legis priue-
tur,ad illi in dubio quæritur,cuius contemplatione priuatur. Se
cus si ex dispositione hominis.*

1 REgula est,quòd cum quis alterius cõtemplatione † ali
quo lucro priuatur,lucrum illi in dubio quæritur,
cuius contéplatione priuatur.l.si legatarius.C.de lega.l.
cùm emancipati.§.si duo.ff.de coll.bo.in l.post legatum.
§.amittere.ff.de his quibus vt indig.l.si defunctus.C.de
suis & legi.Canoni.allegant duas gl. vnam in cap.si dili-
genti.in verbo,perdant.ij.de foro competen. & in cap.
quia clerici.in gl.fi.de iurepatro.& de hac regula Bar.
facit magnum festum in l.ij.§.videndũ.ff.ad Tertul.li-
cet hæc iura nó alleget.Hoc tamen intellige verum,cum
quis priuatur lucro alterius contemplatione ex disposi-
tione legis:secus si ex dispositione hominis,seu testato-
ris:tunc enim quæritur substituto,vel cohæredi ipsius pri-
uati,non auté illi,cuius contéplatione priuatus est.text.
est cũ gl.cuius primus inuentor Iaco.de Are.& singularis
in l.vxorem.§.hæres.ff.de leg.iij.& Bart.ibi facit festum.
& Bald.in authen.cui relictum.colum.ij.versi.extrà quæ
ritur.C.de indi.vidui.vbi de illa gl.exultant ambo.

ADDITIONES.

Ad hæc vide quæ addidi suprà singu.cccc xlviij.incip.sed posito.
& vide Sand.in c.de his.in gl.fi.ibi,col.ij.in fi.de accu.vbi col
ligit istam regulam,pro qua dicit esse bonum text.& ibi gl.in
l.post legatum.§.amittere.ff.de his quibus vt indig.vide etiã
bonum tex.in c.si canonici.§.si autem.de offi.ord.in vj.& in
c.quibusdam.de pœnis.

Idem Rom.in cõsi.xxxij.visa.col.iij. Bal.in l.vnica.nu.43.& ibi
Ias.col.j.C.de his quæ pœn.nomi.Ias.l.seruo legato.§.si testa
tor.ff.de leg.j.& in l.j.col.pen.C.de his quib.vt indig.Alex.in
cõsi.cxxxviij.opportunè.col.fi.lib.j.Soc.in rub.ff.de his quæ
pœn.nomi.Deci.in ij.lectu.& ibi alii Moder.in rub.extrà de
iudi.Ias.& ibi pulchrè per Ludo.Gomes in §.j.in gl.in verbo
actio.Insti.de actio.post eos quos allegant.Are.in §.fi.col.fi.
Insti.de leg.& Ias.in xiiij.notab.& ibi per alios in l.si quis ma
ior.C.de transact.& cui applicentur pœnæ de iure canonico,
vide suprà singu.cccc xlviij. Nic.Pig.

Adde latè scripta per Ioan.Nicol. Arelat. in l.generaliter.nume.
44.C.de secun.nup.& per Carol.Molin.in prima parte com
menta.in consuetudi.Pari sien.§ j.nume.27.versicu.est enim
maxima Deci.in l.illam.colum.ij.C.de collatio.Alex. consil.
ccxvij.perspectis verbis.colum.ij numer.9 versi.fortificatur.
lib.vj. Gab.Saray.

DCC.

1 *Vicarius generalis Episcopi in remotissimis partibus existentis
an possit in ecclesiis conferendis consilium præstare,si illa sine
Episcopi consilio ex inueterata consuetudine conferri nequeat?*

EX longæua & inueterata consuetudine Episcopus ha
bet hoc ius,quòd sine consilio suo nulla ecclesia vacãs
1 in sua diœcesi potest alteri conferri.Modò pone † quod
Episcopus absit,& sit in remotissimis partibus,ad quem
impossibile est haberi recursum. Vel pone in domino
temporali,an eo casu Vicarius,seu vicegerens possit con
silium præstare in ecclesiis cõferendis,seu locis aliis?Pri-

ma ftonte videtur dicendum quòd non quia est volunta ria iurisdictio, in qua non succedit Vicarius generalis. casus est in c.cum in generali.de offi.vica.lib. vj. Tamen Archid.dicit in Curia Romana se obtinuisse contrariū. lxiij.dist.in cap.Reatina ecclesia.alle. tex.in capit.ex frequentibus.de inst.Sed videamus an sit verum. Canonista diceret quòd sic,vt Euangelium(vt dicit Ioan.Andræ.in proœmi.vj.dum submittit opera sua Archidiā.) Sed salua reuerentia tanti patris non dicit verum: quia contra casum c.j.in fin.ne sede vacan.libr.vj. vbi dicitur, quòd in casu nostro valet collatio, etiam si nullius consilium seu consensus accessisset. Secundò probo per dictum Federi.de Sen.consi.cclxiij.licet canonici.vbi firmat,quòd consensus Episcopi requisitus ad validitatem statuti facti per capitulum,non potest præstari per generalem Episcopi Vicariū,& est ratio quam suprà dixi:quia est voluntariæ iurisdictionis.d.c.cùm in generali.

ADDITIONES.

Adde quòd Archi.in d.c.Reatina.hic alleg.sequitur Bal.in c.venerabilis.de consuc.Sand.in c.subditis.col.ix.in prin.de præscrip.Licet Roma.hic ipsum reprobet rationibus quibus opportunè respondet idē Sand.in c.ex parte.col.vj.versi.an autem absente.de cōstitutio.Ad prædicta vide etiam Sand.vbi facit mentionem de Ludo.hic,& aliqua adducit in c.cùm omnes.col.uij.versi.& non sufficit dictum Archi.sequitur etiā Anto.in c.quod sicut.in iij.col.de elect.& magister meus Ias. in l.in proœmeli.§.si ego superficiarius.ff.de oper.noui nun.pro quo dicit esse optimum tex.in ea.cùm nullus.in ver. episcopo autem in remotis agente.de tempor.ordi. quicquid dicat Ro.hic.

Adde quòd Fede.loquētem in statuto sequuntur doct.in c.cùm omnes.& c.cùm accessissent de constit.quia illud est de forma,quæ seruari debet. Alex.& Ias.in l.j.ff.de lib.& posthu.& vide pulchrè per Feli.in c.pen.col.uj.de constit. & Matth.de Afflict.post Andræ.de Iser.in c.Imperialem. quæst.xviij.de prohib.feu.alie per Fede. Nic.Pig.

DCCI.

1 *Inducia deliberatoriæ an à iudice sint in concedenda in causa criminali sicut in ciuili?*

1 QVæro,nunquid induciæ deliberatoriæ sint † concedendæ per iudicem in causa criminali,sicut in ciuili,vt in authen.offeratur.C.de litis contesta?Fui per iudicem Potestatis heri interrogatus, dicentem quòd sic: quia in criminalibus proceditur ad similitudinem causarum ciuilium,vt l.absentem.ff.de pœ.sed ita est in ciuilibus,vt dicta authenti.offeratur.ergo,&c.Secundò,quia vbi maius est periculum,ibi cautius est agendū.c.vbi maius.de elect.lib.vj.cum si.sed omnis causa criminalis est maior qualibet pecuniaria.l.in seruorum.ff.de pœn. ergo,&c.& quilibet sic diceret per dictas rationes. Sed tamen in cōtrarium est gl.singularis,communiter ignorata iij.q.ij.c.de induciis.vbi gl.aurea.& adde ad d.auth.offeratur. Ratio redditur ibi per gl.vide eam: quia non possum tibi omnia discutere.

ADDITIO.

Hanc glo.sequitur Hippo.de Marsil.in practi.crimi §.expedita. nu.64 & in singu.cccxlviij.libellus in fin.sing.cccxxxvij.in causis.in fi.Contrarium tenuit Hostien.in sum.§ j.versic.aliæ deliberatoriæ.& est communis opin.vt per docto.in capit.ij. de dilat Alexan.qui alios citat,in l.prima.notab.ij.ff.de eden. Nicolaus Pigno.

DCCII.

1 *Priuilegia alterius infringens,seu violans qua pœna puniatur?*

1 VIolans,seu infringens priuilegia † alterius, qua pœna debeat puniri,vt sunt gabellarii qui faciunt scholares soluere cōtra eorū priuilegia?Dic quòd debet priuari omnibus propriis priuilegiis,si quæ habet.casus est nota bilis in c.dilecti filii.de priuileg.

DCCIII.

1 *Creditor priuati debitum sibi congruo tempore oblatum accipere renuens,illud petendi ius non amittit. & an id habeat locum in creditore reipublicæ?*

1 TV scis quòd creditor priuati recusans accipere debitū † sibi oblatum congruo tempore,non propter hoc perdit ius petēdi illud.casus est in l.sed si postea.ff.de arbi.l.si peremptorio.in fi.de actio.emp.l.si decē.& l.si debitor offerre.de solu.& ibi plenè.Sed an habeat locum in creditore Reipublicæ Senensis,vel Florentiæ,vt recusando debitum congruo tempore oblatum per rempublicam(quod ratò aut nunquam visum fuit) perdat debitum?Dic,quòd speciale est in Repu.quòd creditor debiti petitionem amittat hoc casu.duo sunt casus l.nulli.& l. fortissimi.C.de ero.mili.anno.lib.xij.

ADDITIO.

Et idem Roma.& Are.in l.quod te.ff. i cer.peta.prout eos refert Alex.in d.l.nulli.Neguſa.in tract.de pign.iij memb.v.par.nu. 40.Et idem in ſtipendiariis tradunt Alex.in l.semel mora.in prin.ff.sol.ma.& in l.si seruum.§.sequitur.& ibi Ias.nu.7.ff.de verbo.obligatio.Soci.in regul.cclxx.fallen.vlt.Ludo.Gomes qui alios citat,in §.ex maleficiis.numero 48.Institu.de actio. Nicolaus Pigno.

DCCIIII.

1 *Officiales dantes licentiam recedendi stipendiariis Reipublicæ, vt armigeris,vel doctoribus,qua pœna puniantur?*

1 DAntes licentiam stipendiariis Reipubli. † vt armigeris,vel doctoribus,cùm non possint,quia eorum officium ad hoc non extenditur,(scilicet,vt vadant Florentiam,vel ad balnea)qua pœna puniuntur?Dic quòd salarium illius temporis quo licentiam dederunt,ipsi officiales de proprio soluere tenentur.casus est singularis in l.iubemus per hanc.§.non danda. versic.sciat verò tribunus. C.de ero.mili.anno.lib.xij.

ADDITIO.

Et ibi sequitur Alex.in additio. Nic.Pig.

DCCV.

1 *Custodi allegantis se non potuisse custodire res alienas vt proprias, incumbit probatio.*

2 *Tutor si in tali periculo sit,quòd simul & semel bona sua,& pupilli custodire non possit,debet præferre custodiā patrimonij pupilli,nisi res tutoris pretiosior sit,vel par rei pupilli.*

1 ATtende ad tex.l.tutor secundum dignitatem.§.j.ff.de admini.tuto.vbi probatur,quòd alleganti se † nō potuisse custodire res alienas,vt proprias,incumbit probatio:quia præsumptio est in contrarium, vt ibi.Secundò

2 probatur ad idem,quod vbi † tutor est in tali periculo,quod non potest simul & semel custodire bona sua,& bona pupilli:debet præferre custodiam patrimonii pupilli custodiæ bonorum suorum. Quod primò limita, nisi res tutoris sit pretiosior,& res pupilli vilis:tunc enim tutori parcitur si suam præfert. Secundo limita,vbi pretiositas rerū pupilli & tutoris sit par:tunc enim locus est gratificationi.gl.est sing.in l.si vt certo.ver.proinde.in verbo, saluas. ff.commo Et est ratio:quia tutor in re pupillari,seu commodatarius excusatur,si eam adhibet diligentiam in re aliena,quam quilibet diligens faceret.in tutore probatur in l.in tutoribus.ff.de admi.tuto.in commodatatio, in l.in rebus.ff.commoda.sed quilibet diligens illud faceret,ergo,&c.& hoc nota perpetuo.

ADDITIONES.

Sequitur Bar.in d.l.tutor.in §.j.& facit l.præses.cum si.C.de seru.& aqua. Nic.Pig.

Vide Barth.ol.Chassan.in commentariis consue.Burgund.in vj. rubri.in §.entre gens nobles.in ver.maintenir en bon & suffisant estat.in fine. Gab.Sar.

DCCVI.

1 *Residui verbum quid probet,sim instrumento dictum sit, Confiteor pro residuo me recepisse à debitore centum, facta ratione, & calculo.*

VErba illa,quæ solent poni in instrumentis:Confiteor, facta ratione & calculo pro residuo me recepisse à de

1 bitore meo cētum:quid probatur per verbum, † Pro residuo?Dic quòd probatur,quòd recipit centum,& etiam totum aliud,in quo idem primo tenebatur.Glo.est ibi ladis secundum Ange.in l.si ex pluribus.super verbo,reliquum.ff.de solutio.

ADDITIO.

Et ibi Rayu.Imo.& Felin.in ca.si cautio.col.antepenulo.de fide instru.

instru. Pau.de Cast. Alex. Corne.in l.ij.& ibi Iaſ.qui alios refert & limitat,C.de hære.inſti. Alex.cōſi.xxxvj.cōſiderātis.lib. inj.Idem de verbo Reliquos,ſuprà ſing.xxxv.lego.Nic.Pig.

DCCVII.

1 *Arbiter facit litem ſuam malè iudicando quemadmodum & index,& an iudicare negligendo litem ſuam facere dicatur? Et quid de arbitratore?*

TV habuiſti l.ſi quis in conſcribendo.C.de pact. vbi dicitur,quòd arbiter facit†litem ſuam malè iudicando vt iudex:ſed an negligendo iudicare faceret litem ſuam?Tu diceres quòd eſt caſus ibi,in verbo, neglexerit, & malè:quia intelligitur q̃ nolit admittere exceptionē: ſed non dicitur,ſi permittit labi tēpus cōpromiſsi. In iudice tu bene habes quòd ſic.&idem dic in arbitro. text. eſt ſing.in l.j.§.ſciendum. ver. diuus. iuncto præced.ff.de magiſtr.conue. Addas ad Bar.in l.fi.ff.de var. & extraordi.cogni.& ad alios in l.fi.C.de contrahen.emp. vbi quæritur de arbitratore, vbi eſt caſus in l.ij.ff.de proxenet.q̃ ſic.& vide gl.Inſti.de obliga.quæ ex quaſi delict.in princi. & in authen.decernimus.C.de arbitr.quæ communiter non intelligitur.

ADDITIO.

Quem tex.dicit ibi Bal.non eſſe alibi.& Deci.in d.l.penul.vj.notab.vbi alij pon int. Alex.in additio.l.prouidendum.C.de decurio.lib.x.& Ludo. Gomes in xxxvj.caſu reg'ie cancellariæ,quos collegit in regu.cancella.de trierna.poſſ. Nic.Pig.

DCCVIII.

1 *Epiſcopus,ſeu presbyter contra dominum temporalem coniurans, qua ple.ſtatur pœna?*

DIcam tibi dubia de quib⁹ in itinere interrogauit me pridie reuerendiſſ. presbyter Cardinalis de Vrſinis.

1 Primum,qua pœna puniatur Epiſcopus,†ſeu presbyter faciens coniurationem contra dominum temporalem? & in primis non recordabar.Dic,quòd ſunt degradandi, & ſic priuandi beneficiis & officiis.text.eſt ſingularis xxij. q.v.c.ſi quis laicus.Licet Atchi.dicat quòd ille tex. eſt Paleæ,non Gratiani.ſed eum not.benc.

ADDITIO.

Et idem Roma.in conſi.ccclxv.quæritur.& illum tex.dixit not. Abb.in ſi.prin.in c.at ſi clerici.de iudi.latè per Io.Bern. Diaz in pract.cri.canon.in verbo,læſæ maieſtatis rei poſt eos quos alleg.Et nouiſsimè per excellen.do.Hier.Gig.in tract.ſuo crimi.læſæ maieſt.lib.j.ſub.qual.& quibus crim.læſæ maieſt. cōmit.q.lxiij. Nicol.Pign.

DCCIX.

1 *Excommunicationem minorem incurrit loquens ſeu participans cum excommunicato,& quid de aſſociante excōmunicatum mortuum vt eius funus curet?*

2 *Excommunicatio maior qua ſit,& quæ minor?*

3 *Participatio cum excommunicato quare prohibetur.*

4 *Mortui corpus an poſſit tradi medicis?*

1 SEcundum,loquens† cum excommunicato, ſeu participans incurrit minorem excommunicationem. xj.q. iij.c.cum excommunicato.& cap.qui communicauerit.

2 (quæ enim ſit † minor ſeu maior excommunicatio, not. in c.ſi celebrat.de cleri.excom. & in c.conſtitutionem. & in ca.ſtatuimus. de ſenten.excom.lib.vj.) an illud verum ſit,ſi communicat cum excōmunicato mortuo in iuuando cum vt ad funus ducatur,curando ſibi funus,vel ſociādo?Videtur primò quòd non,ſecundum Hoſti. qui tenet hanc opin.nam participans cum excommunicato incurrit minorem,quando cum eo aliquid deducit in vſu,vt dictis iuribus Decreti:ſed cum mortuo non poſſumus aliquid in vſum deducere, cùm ſit cadauer. igitur &c. Se-

3 cunda ratio,quare prohibetur† participatio cum excōmunicato eſt, vt excōmunicatus rubore confuſus citiùs veniat ad pœnitentiam,& ad abſolutionem.c.pia.de excep.lib.vj.Sed hæc ratio ceſſat in excommunicato mortuo.igitur,&c.& ita credebat dominus Cardinalis, cùm eſſet coram eo de facto.Sed cōtrarium eſt veritas. iſta eſt ſententia gloſſ.ſingularis in c.ad hæc.de priuile.& eſt ratio duplex.primò tex.dicentis,quibus prohibemur communicare viuis,prohibemur & mortuis.c.ſacris.de ſepul. & xx.q.ij.c.ij.Legiſta adhoc alleg.ff.de cad.puni.l.ij.& ibi

4 Bar.inducit,an † corpus mortui poſsit tradi medicis:& reliquit indeciſum.alias tibi decidam,quia eſt caſus in Decretis non recordor modo.Secunda ratio eſt:quia effectus excommunicationis quò ad eccleſiam militātem durat etiam poſt mortem.c.à nobis.de ſen.excom. *lo grāde* & d.c.ſacris.puta quò ad ſepulturā.ergo &c.& ita domino meo reſpondi.neſcio quid tu dixiſſes.

ADDITIONES.

Adde quòd idem tenent Panor. & Io.de Lig.ibi.& Cald.in repe. in c.cum excōmunicato.xj.q.iij.in princi.& tria vel quatuor ſimilia,ſcilicet an diſpoſitū in homine viuo habeat locum in mortuo,ponūtur notabiliter in addi.ad Panor.in d.c.ad hæc. Et iſta faciunt ad rationē quare canones prohibent cōmunicari excōmunicatis etiā mortuis,id eſt,vt melius inducantur ad abſolutionem & pœnitentiam dum viuunt,& ſic generaliter vt delicta coërceantur,& impunita non euadant.

Illam gloſſ.ſequitur Fran.Rip.in tract.peſt.par.vlti.in princi.nume.107. Nico.Pig.

Vide Hippol.de Marſi.in l.fi.nu.43.ff.de quæſtio. Gab.Sar.

DCCX.

1 *Excommunicatus eſt quia iniecit manus violentas in clericū, punitur,& à ſolo Papa regulariter abſolui poteſt:niſi in eum leuiter manus iniecerit,tunc enim ab Epiſcopo abſolui poteſt.*

INcidens in excōmunicationem,vt quia iniecerit ma-

1 nus † violentas in clericum,iuxta c.ſi quis ſuadente.xvij.q.iiij.punitur alia pœna:quòd non poteſt, niſi regulariter à Papa abſolui,& non ab epiſcopo.Licet fallit in caſibus vt in c.ea noſcitur.de ſen. excom. cum ſimil. Quod etiam fallit,vbi quis incidetit in excommunicationē leni iniectione:tunc enim poteſt ab Epiſcopo abſolui. caſus eſt ſingularis ſecundum communem intellectum in c. peruenit.de ſenten.excom.

ADDITIONES.

Et ibi Abb.& Feli.& in c.cùm illorum.eo.tit Hoſt.in ſum.eod. tit.§.j.verſi.ſunt etiam caſus vj.ponit verſus. Et per illud c.dicit Lap.alleg.lxxvj factum ſuper quo.quòd epiſcopus poteſt abſoluere excommunicatum qui dedit maxillatam vni Canonico:quia hæc non dicitur enormis læſio.Et adde Cardi.Zabar.conſil.xlij.reuerendiſsime pater.Et intellige quòd poteſt Epiſcopus abſoluere excommunicatum qui iniecit manus in clericum etiam extra ſuam diœceſim, vt per deciſio. Tholoſa.ccxxxj. Nicol.Pig.

Adde Nicol.de Milis,in repertor.in verb.excommunicatus propter iniectionem manuum.Et an incurrat excommunicationem,qui includit clericum inuitum in aliquo loco, quamuis corpus clerici non tetigerit:dic quòd ſic,vt per Alex. in l. quod ſi quis.§ quod prætor ff.ne quis eum qui. Gab.Sar.

DCCXI.

1 *Carcer de iure ciuili non poteſt aſſignari ad pœnam,ſed ad cuſtodiam,ſecus de iure canonico ſecus.*

2 *Iudex eccleſiaſticus ſi de crimine eccleſiaſtico contra laicum cognoſcat,an poſſit laicum pœna perpetui carceris ſecundum ius canonicum punire?*

3 *Intellectus c quamuis de pœn lib.vj.*

1 TV ſcis,quòd de iure Ciuili carcer non † poteſt aſſignari ad pœnam,ſed ad cuſtodiam.l.aut damnū. §.ſolent.ff.de pœnis.l.incredibile.C.eodem titu.Licet de iure Canonico ſecus,in cap. quamuis. de pœn. libro vj.

2 Modò quæro,†nunquid,cùm iudex eccleſiaſticus de crimine eccleſiaſtico cognoſcit contra laicum, poſsit laicum punire,vel afficere pœna perpetui carceris ſecūdum ius Canonicum?Quilibet diceret quòd ſic:ex eo quia ratione criminis laicus eſt effectus de foro eccleſiæ:vt eſt notum in cap.ſi duobus.de appellation. cum ſimilib. Nihi-

3 lominus veritas eſt in contrarium. Et† dictū cap.quamuis.habet locum,cùm punitur perſona eccleſiaſtica,non laica.dictum eſt ſingulare verbum Old. conſi.lxxxviij. incip quæritur.& ſequitur Io. And. per eaſdem rationes in addi.Spe.in rub.de offi.ord Eorum fundamentum eſt in c.ſi epiſcopus.de offi.ordi.lib.vj.vbi caſus rectè intuenti, quod nota,licet Io.And.& Oldr.non allegent.

ADDITIONES.

Adde Pet.de Ancha.in regu.ea quæ.xlviij.col.de regu.iur. in vj. Pet.de Anch.& Imol.in c.cùm episcopus.de offic.ordi.in vj. per illum tex.in ver. personas ecclesiasticas,vbi tamen.Gem. videtur tenere oppositum:ad quod cõfirmandum Feli. adducit quinque vel sex tex.in c.cùm sit.col.ix.in medio.versicu. & adde.de foro cõpe.vbi etiam allegat Ana.hanc secũdam opi. tenentem in duobus,vel tribus locis,vt ibi per eum.

Adde August. Arimi.in tract.malefi.in verbo,quòd fama publica.nu 88.Ludo.Carer.in tract.homic.in vlti.par. nu 33.Frãc. & doct.in d.c.cum episcopus. Nico.Pig.

Vide latè d.Palat.Ruui.in repeti.c.per vestras.in ij.not. col.xiiij. versi.ex prædictis infertur.nu.18.fo.183.extrà de dona. inter virum & vxo.Cui adde Bartho.Cæpo.consil.cri.lxxuj.Et an episcopus damnans ad perpetuos carceres possit in sententia reseruare ius minuendi pœnam arbitrio suo:tradit Feli. in c. qualiter & quando.in §.ad corrigendos.de accusat. Et an iudex secularis possit damnare laicum ad perpetuum carcerẽ: & an dãnando valeat sententia? vide Bat.in l.ij ff.de publi.iudi.& ibi Alex.quòd non possit.Sed Bal.in l.reos.C de accusa. dixit valere sententiam,sed posse reuocari:cuius contrarium dixit idem Bal.in consi.ccclxxx.volu.iij.& plenè tradit Lud. Caret.in sua practica crimi.in §.circa.iiij.nu.33. & seq.& Didac.Couar.in practicis quæstio.ca.x.nu.2.versic.contrarium planè verum. Gabr.Saray.

DCCXII.

1 *Ioculatores,& mimi,qui fera animalia ducunt,qua pœna puniantur,si illa aliquem hominem occiderint?*

2 *Tituli extraordinarij sunt legendi.*

3 *Ventris ingluuies ad luxuriam prouocat, & facile omne opus bonum destruit.Vnde comedendum est,vt viuamus, non viuendum vt comedamus.*

4 *Bartolus,ad pondus cibum sumebat, vt intellectum æquè semper bene dispositum,& nunquam alteratum haberet.*

1 QVæro à te,isti ioculatores † & mimi ducentes com-
muniter animalia fera ligata , vt Vrsos & Leones,
qua pœna puniuntur, si illud animal aliquem occiderit?
Tu diceres quòd pœna mortis:quia qui occasionẽ mortis dat,occidisse videtur. Dic tamen quòd pœna est ducẽ
totum solidorum.text.est singularis in l.quo vulgo.ff.de
ædil.edi.cum duabus legib.præcedẽtibus. & hoc est propter tacitum consensum ciuium , qui illos permittunt
2 esse in ciuitate.Studeas istos † tit.extraordinarios,& non
3 consumas tempus in scortis. Ventris † namque ingluuies
ad luxuriam prouocat, & facile omne opus bonum destruit.dicit text. Hieronymi, & notum est hæc mẽbra sibi
ipsis vicina fore.vnde fit,vt vicinitas confœderationẽ atgnat vitiorum.xliiij.dist.§.j.& c.cõuiuia.Non enim plus,
quàm necesse est,debemus corpori deseruire:sed eius infirmitatem reficere,vt ipsum habeamus ad vsum exercendæ virtutis.dicit tex.in d.c.conuiuia. Vnde Seneca, nõ vi
4 uo vt comedam,sed comedo vt viuã.Et ideo Bar. † comedebat ad pondus,vt haberet intellectũ pariter dispositũ,
& nunquam alteratũ.& ideo comede tẽperatè secundum
quod dicit tex.de consec.dist.j.c.non mediocriter.

ADDITIO.

Adde alium tex.sing.in l.fi.ff.de extraordi.crimi.vbi circunferentes serpentes,si cui ob eorum metum damnum datum fuerit, extra ordinem puniuntur. Et adde Cæpol.in d l.quo vulgo. & per Francis.Rip in tracta.pestis.in ii par.in princi. nu.90. Et de vita Bar.latè Ias.l.quidam cùm filium.ff.de verborum obligatio. Nicol.Pigno.

DCCXIII.

1 *Emptor infra quantum tempus suam displicentiam declarare debeat,si sibi res vendita fuerit cum hoc,quòd si sibi displicuerit, sit inempta?*

VEndo tibi rem cum hoc, quòd si tibi displicuerit, res
1 sit inempta:quæro infra † quantum tempus debet emptor suam displicentiam declarare,vt rehabeat pretium,
& restituat rem? Diceres quod est quæstio ,de qua in l.si
quis arbitratu.ff.de verb.obli. Sed malè:quia statutus est
terminus in casu nostro lx.dierum.te[x]t est singularis in l.
quod [si] nolit.§.si quis ita.ff.de ædil.edict.

ADDITIONES.

Qui tex.sing.ab omnibus reputatur,vt per Io.de Monte in tract. termi. actio.qui imprimitur cum Ias.de actio.nu.15 Et per illum tex.vide quæ tradunt doct.in c.per tuas.de donat. & Domi. August Bero.q.famil.v.Et est duplicatum infrà singular. dcclxxvj.cuio à te quæro. Nicol Pigno.

Hanc quæstionem in termino latè examinat Didac.Couar.lib.j. variarum resolutio.c.ix.per totum. Gab.Saray.

DCCXIIII.

1 *Statutum imponens pœnam pecuniariam paruam , vel magnam pro adulterio,vel homicidio,pro quibus est pœna mortis de iure commun an valeat?*

2 *Oris facti pœna iure xij.Tabul erat pecuniaria.*

3 *Porcellum rustico auferens,oculum illi dextrum aufert.*

IVdex Potestatis cõsuluit me, nunquid valeat statutum
1 imponens † pœnã pecuniariam pro adulterio , vel homicidio,pro quibus est pœna mortis de iure cõmuni? Archi.ponit in c.duo ista nomina.xxiij.q.iiij.& in c.fi.ne cleri.vel mona.lib.vj.Host.& Io.And.in c.fi.de cõsue. & decidunt ipsi,quòd statutum non valet,ea ratione,quia vt
constitutio sit valida,debet esse æqua,iusta,& vniuersalis.
c.erit autem lex.iiij.distin.sed ista constitutio est iniqua,
vt probabitur,ergo est inualida.Quòd [s]it iniqua,probatur:quia quælibet dispositio,per quam datur facilis occasio delinquendi , vt iniqua reprob[at]ur.l.conuenire.ff.de
pact.dota.l.si vnus.§.illud.ff.de pa[ct].ca.quemadmodum.
& ca.& si Christus.versi.quæ[d]am enim.de iureiuran. Sed
per istam datur facilis occasio deli[n]quendi:quia nil magis appetimus, quàm saturare voluntatem nostram:cum
possumus:igitur cùm sciat pro homicidio eum non moriturum,de facili posset delinquere.& ad hoc xij.quæstio.
iij.c.pauper.vbi dicitur pauper,cum non habet quod offerat,nedum audiri contemnitur,sed contra veritatẽ opprimitur.facile enim auro venditur iustitia, neque suam
culpam quis pertimescit,cùm speret posse redimi. & si tu
esses in Curia ita diceres.Bal.verò solus apud Legistas in
c.j.§.iniuria.de pace iura. firman. in vsib.feud. dicit sine
aliqua allegatione hoc statutum verum & validum, cùm
non imponit pœnam pecuniariam paruam,& sic non cõtemptibilem:aliàs secus.Ego autem probo per tex.§.pœ-
2 na.Instit.de iniur. vbi dicitur, † quòd valida erat lex xij.
Tabularum olim,quæ propter delictum oris facti imponebat pœnam pecuniariam,& hoc propter magnam veterum paupertatem. Ita in proposito verior videtur opi
3 nio Bal. Item gloss.dicens quòd qui † ru[st]ico aufert porcellum ,aufert sibi oculum dextrum. vt l.illicitas.§.ne tenuis.ff.de offic.præsid.Item rustici non audent optare pecunias,vt in comitatu Florentino.vt l.domini prædiorũ.
C.de agricol.& censi.lib.xj.Ergo verior est opinio Bald.
quando pœna pecuniaria est non contemptibilis. Addas
ad Barto.in l.j.ff.vi bonorum rapt. vbi præsupponit non
aduertens, dictum statutum validum,non habens notitiam prædictorum.

ADDITIONES.

Adde quòd est communis opinio,quòd tale statutum valeat, vt late per Feli.post eos quos allegat,in rub.de homici.Areti. in trac.malefic.in verbo,& ex interuallo.nu.7.& ibi Augu. Arimi & in verb.& caput.nu.30.Hippo.de Marsi. in l.j.nu.17.ff. de sicar. Limita primò,nisi pœna pecuniaria fuerit contẽptibilis,vt quia parua pecuniaria,vt per Bal.vbi suprà. Alex.qui dicit se consuluisse,in l.j.iij.col.vbi Deci.ff.quod quisque iur. Limita secundò in delicto qualificato,vt parricidio,assasinio & simil.vt latè per Marsi. sing.dclxv.nisi.Limita etiam vt per Feli.in dicta rub.de homi.Et idem dicas in consuetudine Curiæ,vt scilicet possint imponere pœnam pecuniariam, maximè ex causa,vt per Matth.de Afflict decisi. Regni. cclxxxvij. illustrissimus.& Lud.Carer.in trac.homi.par.vlti.nu.12. qui plurimos refert ad intelligentiam istius statuti.

Omnino circa hanc quæstionem vide Decium in l j colum.ij. in vj.notabi.in fin.nume.11.ff.quod quisque iuris.& Alberic. de Rosa.in l.in seruorum.§.in personis.ff.de pœnis.& idem Alberic.in l.quidam.colum.ij.versicu quidam etiam.numer.6. ff.eodem titu.qui in omni casu tenent hoc statutum non valere. Gabr.Saray.

DCCXV.

DCCXV.

1 *Testis vnius dicto quòd credatur cõtra partem, an Papa, vel Imperator facere possit?*

1 AN Papa vel Imperator posit facere, q † dicto vnius credatur contra partem? Dic quòd non. casus est singularis in c. indicas Hermanum. iij. q. ix.

ADDITIONES.

* Adde suprà singul. ccclxj.

Adde Feli. in c. constitutus. in versi. limita quadrupliciter. & ver. secundò limita. de rescrip. in c. cùm olim. col. x. in fi. de re iud. in c. sicut. circa prin. versi. & hoc est adeo verum. de sen. excõ. Adde etiam si faciunt quæ dicit Anto. Sicul. in nota. ccxxiiij. incip. princeps non potest ferre sententiam.

Adde & intelligere gulariter: secus ex iusta causa, & in certis caussis, vt per Inno. & Abb. in c. nuper. de testi. Ias. in l. admonẽdi. col. lxxj. nu. 191. ff. de iureiuran. Deci. in c. j. in prin. de fide instru. Feli. & Deci. in c. veniens. j. circa fi. de testi. idem Abb. in c. sicut. vbi Deci. col. vj. de probatio. vbi loquuntur etiam de consuetudine. Et vide ibi Angu. Bero. nu. 46. qui tenet etiam ex iusta causa hoc fieri non posse. Alcia. in l. j. §. fi. nu. 22. ff. de verb. obli. vbi doct. disputant nunquid partes posint facere quòd credatur vni testi. Nico. Pig.

Istud latè tradit Io. Baptista Plotus in repeti. l. si quando. C. vnde vi. in §. ad laudem nu. 8. versi. & quod plus est. & nu. 10. & aliquid dixi suprà sing. ccclxiij. & an per statutum fieri posit q stetur dicto vnius testis, tradit Alex. consi. clxxxviij. visu processu. nu. 3. versi. potest enim. vol. vij. Deci. in c. veniens. j. col. fi. extrà de testib. Ias. in rubr. de iureiur. col. ij. & in l. iusiurandum quod ex conuentione. in prin. ff. de iureiurã l. j. §. fi. ff. de verb. obli. Rod. de Cur. in repe. rub. de cõstit. col. xvij. Crotus in repeti. l. nemo potest. col. xxv. ff. de leg. j. Hippol. de Marsil. consi. xxxiij. nu. 15. Feli. in c. constitutus. de rescrip. c. cùm causam. col. ij. de probatio. & Alex. consi. iij. col. iij. volu. ij. & hoc singulare Roma. allegat & sequitur Albanus consil. xij. nu. 9. & an statutum quòd credatur vni testi valeat, elegãter tradit And. de Isernia in procemio constitutio. Regni Siciliæ. col. ix. lin. lxxvij. Gabr. Saray.

DCCXVI.

1 *Exemplo vel transsumpto, absque solennitate, quòd fides detur, an Papa, vel Imperator facere possit?*

1 AN Papa vel Imperator posit facere quòd † transsumpto vel exemplo absque solennitate detur fides? Dic quòd non. Casus est singu. in c. j. de fide instru.

ADDITIONES.

Adde Feli. in c. cùm olim. col. x. in fi. de re iudic. ad quod faciunt allegata ibi plenè per eum. & quæ suprà addita sunt singular. cccccclxxj. incip. tu scis quòd nedum iudex.

Quod intelligitur secundum Feli. Deci. & alios ibi de potestate ordinaria: secus absoluta. vel etiã ordinaria & ex causa: cùm valeat consuetudo vel statutum, quod priuatæ scripturæ authoritatem tribuit. c. cùm dilectus. eo. tit. Alex. l. j. §. fin. & ibi cæteri Mod. ff. de ver. obl. doc. in c. ij. de proba. Nic. Pig.

Idem latè tradit Didac. Conar. in practi. q. c. xxj. nu. 2. qui ad hoc eleganter inducit d. c. j. de fide instru. Gabr. Sar.

DCCXVII.

1 *Testes rogati an requirantur ad solennitatem contrahendi matrimonij?*

1 AN ad solennitatem matrimonij requirantur † testes rogati? Dic quòd sic. Legistæ enim possunt probare huius resolutionem hoc modo, Contractus, resolutio, & celebratio debent procedere eodem iure. l. si ad resoluenda. C. de prædiis minor. Sed ad resoluendum matrimonium requiruntur testes rogati: ergo ad contrahendum, vt l. nullum. ff. de diuort. Sed de hoc habes gloss. singularem in verbo, inuitatis. in cap. nostrates. xxx. quæstio. v. Sed Bartholomæus Brixi. dicit in quadam sua quæstione, quòd ipse non credit gloss. veram. Sed mihi placet, per illum textum.

ADDITIO.

Adde quòd idem tenuit Spec. in titu. de teste. § j. col. penul. versi. tertius. & alij quos refert Deci. in c. j. col. iiij. versi. viij. de fide instrumen. Contrarium tenet Franc. de Aret. consi. auj. viso. col. iij. & alij quos refert idem Deci. vbi suprà, quo in loco non decidit, quia de facto pendebat. Sed in consi. clxiij. in causa. col. iiij. ver. sextò. dicit primam partem non esse veram. & idem dicit & sequitur Maria. Soci. Iun. consil. xxix. circa. col. ij. lib. ij. & hanc communem dicit Soci. in tract. fallen. regula, cccc xx. in fi. Et Cæpol. consil. ciui. j. nu. 10. dicens etiam aliàs sæpè consuluisse. & in tertio consilio seq. Nic. Pig.

DCCXVIII.

1 *Officiales stratarum communis, an possint præcipere, quòd vnius domus destruatur, vt ciuitas fiat pulchrior?*

1 QVæro, an officiales stratarum † communis posint facere quòd propria authoritate destruatur domus vnius priuati ad hoc vt ciuitas fiat pulchrior? Dic quòd sic: per textum singularem in l. ædificia. C. de operib. public.

ADDITIONES.

Adde quòd facit notabile dictum Bal. in l. si traditiu. in princ. C. de actio. emp. vbi dicit, quòd fauore publicæ vtilitatis potest quis compelli ad factum, per no. in l. stipulatio. ff. de ope. noui nun. de fauore publicæ vtilitatis plenè tractatur per scribentes in l. j. ff. solu. matri. & per Feli. in c. nonnulli. in versi. ad cui tandos. de rescrip.

Et hoc sequitur Feli. in c. nonnulli. col. xxij. de rescrip. Hippo. in practi. crimi §. aggredior. col. xj. vbi cumulant plura fauore publico introducta. Fran. Rip. in rub. ff. de dam. infect. col. ij. Et adde infrà sing. dcclxxxiiij. pauper. Quod intelligẽdũ modo du pretium ei soluatur, vt per gl. in l. Barbarius. & ibi Ias. col. vij. ff. de offi. præto. & Feli. & Deci. in c. quæ in ecclesiarum. de constitu. Nico. Pig.

Idem scribit Paris de Put. in tracta. de syndi. in ver. iudicis suprema potestas. nu. 16. Gab. Saray.

DCCXIX.

1 *Mandatum an inducatur, si dominus familiari dicat, nunquam reuertaris domum, nisi sentiam nouum de iniuria tibi facta.*

2 *Et quid si dixit, malum est, quòd hoc malum transeat impunitũ.*

TV scis quòd Bart. in l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauit. versi. pater. ff. de acqui. hæred. determi

1 nat, quòd si dominus dicit familiari. Nunquam † reuertaris domum, nisi sentiam nouum de iniuria tibi facta, dicitur quòd videtur sibi mandare, per illum tex. Sed ego vobis allego c. ex literis. extrà de exces. præla. vbi dicitur,

2 quòd per ista verba, Malum † est quòd hoc malũ trãseat impunitum, censetur sibi mandasse quod faciat vindictam. & nota illum tex. ad dictum Bar.

ADDITIONES.

Adde magistrum meum plenè loquentem in l. j. col. vj. C. de ser. fug. Pau. de Cast. cõsi. ccxl. incip. videtur per prædicta. & istã decisionem Barto. ampliat Mathesi. not. clxxxvij. & magister meus vbi suprà limitat. vj. notab. modis. de quo etiam per Anto. Sicu. in notab. ccix. incip. famulus cuiusdam nobilis.

Adde Alex. & Ias. in d. § sed quid si mandauit. Aret. in tract. malefi. verbo, Sempronium mandatorem. xxj. q. Alex. consi. lxix. ij. volu. & consi. liij. cvj. cxxvij. iiij. vol. Lud. Carer. in tract. homi. §. quinto. nu. 36. & seq. vbi ponit viij. fallen. Deci. in consi. ccxxxiiij. in fi. consi. dcxxij. plenè per Hipp. consi. cxxxij. Augu. Bero. q. famil. x. Nicol. Pign.

Adde Bal. in l. non ideo minus. C. de accus. Pet. de Anchar. consi. cxvij. aliàs cclxvj. Abb. in c. sententiam. col. pen. versi. nec obstat si dicatur. ne cleri. vel monac & Io. de Ana. consi. lix. visa inquisitione. & nouissimè hanc doctrinã non satis tutam reputat And. Tiraq. in tract. de pœnis temperandis aut remittẽdis, in xxvij. causa, nu. 8. & 9. Et latè scripsi in annotationibus meis ad Matth. Mathesi. in singul. clxxxvij. col. ij. versi. Et per hoc inducebat. Gab. Saray.

DCCXX.

1 *Vasallus volens feudũ alienare, debet habere cõsensum domini: Et an dominus sciens & tacens, cõsensum præstare videatur?*

1 DE solennitate requiritur, quòd vasallus volens † alienare feudum, debet habere cõsensum domini. Quæro, si dominus scit & tacet, an videatur præstare consensum? Gloss. est singu. quòd non. in c. j. in verb. permissione. de prohi. feud. alie. per Lotha. quam sequitur Bald. ibi. & adde ad notata in l. quæ dotis. ff. solu. matri.

ADDITIONES.

Pro gl. hic alleg. facit regula, c. nonne. de præsumpt. vbi Feli. col. iiij. in prin. infert ad id quod dicit gl. ista ad quã vide omnino consilium Pet. de Anch. lxij. incip. mora iudicis.

Et hoc sequitur Matth. de Afflic. per And. de Iser. in d. c. j. reprobando gl. dum obscurè sentit contrarium. Et alij quos allegat Tiraq. in tract. de retra. consan. §. j. gl. ix. nu. 149. Contrarium, nisi dominus errauerit, tenet d. gl. & ita citatur, & intelligitur per conciuem meũ Iac. Ardizo. in summa tit. qui. mod. feu. amit sub rub. si domi. consen. alie. Ias. in l. quæ dotis. xiiij. casu. ff. solut. matri. & in l. si fundum. col. vj. ff. de lega. j. Curt. Iun. in tract. feu. in xvj. casu. iiij. par prin. & alij quos alleg. Tiraquel. vbi suprà, nu. 115. Nicol. Pig.

DCCXXI.

1 *Donatio quingentorum aureorũ vni facta est insinuanda, & quid si duobus fiat dictam summam excedens, an dicatur vna, vel plures?*

1 POne, facta est donatio duobus, quæ excedebat† summam quingentorum aureorum, quæ si facta esset vni deberet insinuari. Quæro, an sit vna donatio, vel plures, & qualiter debeat considerari, an in concreto, an in abstracto? Ad hoc vide tex. in l. sancimus. §. sin autẽ. C. de donat. vbi est tex. de hoc. Io. And. dicit quòd debet considerari donatio in concreto, & non in personas donatariorum. hoc ipse ponit in additio. Specu. in titu. de donat. col. iij. in verbo, quod dicitur.

ADDITIONES.

Ad hoc vide Fran. Cre. qui subtraxit istud dictũ nota. suo cxxxij. incip. facta est donatio, &c.

Quem sequitur idem Roma. in consil. xxvj. pro decis. ij. dub. & melius in consi. cccv. quo ad septimũ. in prin. Alex in l. si plures. ff. de pact. & in l. certe debemus. in princ. & ibi etiam Ias. ff. de verb. obli. Practi. Papien. in libello pro donato. verbo solẽniter. nu. 4. Intellige quando vno contextu facta sit. Nic. Pig.

DCCXXII.

1 *Iuris ignorantia qui excusantur, si actum clam faciant, non excusantur.*

REgula est, quòd quæcunque personæ sunt, quæ excusan
1 tur† à iuris ignorantia, si faciunt actũ clam, non excusantur. gloss. est in l. j. C. de interdict. matri. & l. qui contra. C. incest. nupt. quæ ponunt hanc conclusionem, per l. fi. ff. de ritu nuptia.

ADDITIONES.

Adde Bal. in l. j. C. de interdic. ma. hic alleg. Feli. in c. quoniã. col. penul. versi. quinta conclusio. de consti. pro quo allegat tex. in c. cùm inhibino. de clande. despon. vbi actus per ignorãtiam excusabilis non excusatur si occultè fit. Et idem dicit, si tales personæ faciant actum contrarium, per allegata ibidem per eum. Vide etiam Felin. in c. consuluit. col. vij. ver. gl. in ver. lucem. vbi alleg. gl. in d. l. j. de interdicto ma. & Bal. in l. quicũque. penul. col. C. de ser. fugi. & Io. de Ana. in c. cùm ex iniuncto. col. ij. de hære. vbi dicit esse bonum tex.

Et est ratio, quia propter clandestinitatem præsumitur in eis adesse scientia, secundum d. gl. cui adde c. vlti. §. si quis verò. de clande. despon. & c. cùm ex iniuncto & ibi Feli. in prin. de hære. Et sequitur idem Roma. consi. ccccvj. in re præsenti. col. j. versi. his tamen non. Bar. in l. si adulterium. in prin. col. penul. ff. de adul. Castren. in l. inciuilem. post princ. C. de fur. Cæpol. consi. crimi. xxvj. Magnifice. quod repetitur inter consil. Alex. cxxxv. circa primum. lib. j. Andr. Tiraquel. qui plures alios citat, in tract. de retract. conuen. in præfa. nu. 14. Et quãdo clàm fieri dicatur, ponit Feli. in c. consuluit. in fi. & ibi Dec. col. ij. de offi. deleg. Deci. & Hiero. Cagnol. in l. quo tutela. §. vi factum. ff. de reg. iur. latè Tiraquel. qui infinitos citat vbi suprà, nume. 13. Nico. Pign.

Latè id prosequitur insignis doct. D. Io. Baptista de Plotis in sua repe. l. si quando. C. vnde vi. §. primò itaque. nu. 8 & 9. & in §. ad laudem. nu. 27. versi. quartò limitantur præmissa. & nume. 28. versi. sextò limitantur. faciũt notata per Feli. in c. quoniã. nu. 12. col. iij. de simo. Io. Lup. in allegatio. hæresis. §. 2. & in repe. c. per vestras. §. xviij. nu. 25. optimè Pau. de Ca. in l. in tacitis. nu. 3. de leg. ij. & Ias. in §. ex maleficiis. nu. 20. Insti. de actio. & ibi Ludo. Gomes, nu. 21. Paul. Grilland. in tract. de hæreticis. versic. xiiij. quæro. Villadiego contra hæreticam prauit. q. ix. tex. in l. fi. ff. de ritu nupt. & per Didac. Seguram, in repe. l. j. §. si vir. nu. 116. ff. de acqui. posses. Gabr. Sar.

DCCXXIII.

1 *Rescriptum à duobus impetratum, quorum alter est excommunicatus, an in totum valeat, vel tantùm in parte non excommunicati?*

1 NVnquid rescriptum impetratum per duos,† quorum vnus est excommunicatus, alter non, valeat in totũ, siue in parte non excommunicari: quia rescriptũ ab excommunicato impetratum est nullum. c. j. de rescrip. lib. vj. Certè Ioan. And. ponit hoc in nouella, in c. vtile. de regu. iur. & concludit, quòd aut rescriptum est impetratum super re communi diuisibili, & valet respectu non excommunicati. allegat l. si Titio. ff. de lega. ij. Aut est impetratum super re communi indiuisibili & nihil valet: vt l. j. §. Trebatius. & §. item quæritur. ff. de aqua quoti. & æsti. ca. ad probandum. de re iudi.

ADDITIONES.

Et idem Roma. consi. ccccvj. in re præsenti. in v. dubio. Io. And. in d. c. j. de rescrip. in vj. Feli. in c. fin. col. ij. fallen. iiij. de exceptio. & in c. olim. col. fi. de rescrip. Rot. tamen admittit quẽlibet excommunicatum ad impetrãdum rescriptum, vt est decisio, ccclxij. si committatur. & decisio. cccclxxxxiij. dic etiam in nou. Et in Francia exceptio excommunica. non habet locum. Decis. Tholos. clxxxix. Idem Bononiæ, vbi extat statutũ. Bal. in l. placet. C. de sacrosan. eccle. quod dicunt Canonistæ non valere. Deci. in c. ecclesia. col. xx. versi. xij. Nico. Pig.

DCCXXIIII.

1 *Excommunicatus non habet legitimam personam agendi, vel impetrandi rescriptum, nisi ab eo fuerit excommunicatus, qui eum consultò excommunicauit, vt eum inhabilitaret, ne contra eum ageret.*

1 ILlud quod dicitur, excõmunicatus non habet† legitimam personam agẽdi, vel impetrandi rescriptũ. Hoc verum, nisi ille sit excõmunicatus ab illo, qui ideò excommunicauerit, vt inhabilitaret eum, timore ne cõtra eum ageret: quia tunc potest agere & impetrare aduersus eũ, & quemcunque alium. Spe. in titu. de rescrip. præsenta. §. ratione impetrantis. versi. sed pone. col. x. nu. 37.

ADDITIONES.

Adde quòd refert & sequitur Sande. in c. venerabilem. col. ij. ver. fallit secundò. de exceptio.

Et facit l. spadonem. §. fi. ff. de excusa. tuto. cum allega. per Alci. lib. j. de verb. sig. col. xxxiij. ver. propter affectationem. & per doct. quos alleg. suprà sing. cccccxcvij. & adde quæ suprà singu. proxi. posui. Nico. Pig.

Faciunt plenè notata de excommunicato per Steph. Aufr. decis. Capel. Tholos. cxliij. vbi eleganter loquitur. Gab. Sar.

DCCXXV.

1 *Executio condemnationis corporalis differri à iudice debet, si ciuitas congregetur, & reum esse eximium artificem, & ciuitati vtilem asserat.*

POtestas vnius loci subiectus alicui ciuitati, sentẽtiam latam super ipso furto, vel homicidio, vult executioni
1 mandare, scires tu† aliquod remedium per quod differatur executio? Dic quod ciuitas congregetur, & dicat, quod est artifex eximius, qui expediret ciuitati: vnde potestas debet supersedere, donec nuntiet ciuitati. tex. est singularis in l. ad bestias. ff. de pœn.

ADDITIONES.

Et hoc sequitur Cæpol. cautel. ij. quando. numero 1. & in l. si contra. numero 18. C. pro empto. Ias. in l. lex est. colum. ij. ff. de legibus. & l. debitoribus. ff. de re iudicata. Hippoly. in §. expedita. numero 42. & §. opportunè. columna secunda. in practic. Ludouic. Carer. qui alios citat, in tracta. homicid §. vij. nume. 72. & de morte Azonis qui clamabat ad bestias, (quod & ego audiui Bononiæ tempore studij mei) tradit Alciat. libro ij. parerg. c. xxviij. Et adde eundem ponentem alium intellectum parerg. lib. ix. cap. fi.

Idem tenet Cæpol. in l. mercis appellatione. nu. 15. ff. de verb. sig.

& plenè

& plenè per Pet. Dueñas in reg. xlj. incip. appellare ab executore. in octaua limitatione. Gab. Sar.

* Adde quæ dixi suprà singular. cccccIxvj.

DCCXXVI.

1 *Infamis. vel excommunicatus, an quis sit publicè vel occultè, multum interest? Et an id etiam procedat cum de publico officio vel vtilitate tractetur?*

IVra faciunt magnam differentiam inter infamem† publicè & occultè, & inter excommunicatum publicè & occultè. Vnde dic, quòd nunquam, quò ad ea quæ geruntur quò ad vtilitatem priuatam, non autem publico officio, vel vtilitate, debet fieri differentia inter publicum & priuatum. dictum est Inno. de consuetu. c. cùm dilectus. vbi est dictum singulare.

ADDITIONES.

Adde quòd per hoc limitatur l. Barbarios. ff. de offi. præto. vt nō habeat locū in his, quæ gerūtur iure priuato ab inhabili: quia in illis tantum nocet inhabilitas occulta, quantum manifesta, quod appellat singularissimum Sand. in c. Rodulphus. in verbo, & appellari. de rescri. vbi plures quotas reperies, quàm alibi. & sequuntur cōmuniter doct. in c. pia. de except. in vj. & in d. l. Barbarius. vbi magister meus eleganter post alios.

Hanc theoricam extollit Abb. in c. intelleximus. col. fi. de iud. in c. veritatis. in fi. de dolo & contu. & eam aureā dicit idē Feli. post eos quos allegat, in c. ad probandum. col. ij. versi. ij. inquantum. de re iudi. vbi tradit tres intelligentias. Nic. Pig.

DCCXXVII.

1 *Monitiones plures si quò ad iuris pœnam incurrendam à iudice fieri debere ius præcipiat, nūquam in potestate iudicis est illas abbreuiare.*

2 *Iudex an possit minuere terminos, post quos pœna venit imponenda eius arbitrio?*

ATtende, dicit gl. quæ reputatur singularis in clemen. j. ver. tertiò. de vita & honestate clericorū. quòd quotiescunque† ad incurrendum pœnam iuris ius mandat iudici quòd faciat plures monitiones, nunquam in potestate iudicis est illas abbreuiare. Sed alia est gl. de iure ciuili. vt in c. j. in versi. tertiam vocationem. de mili. vas. qui contu. est. Sed† an sit idem, scilicet, quòd iudex non possit minuere monitiones, quando pœna venit imponenda arbitrio iudicis? Dic quòd tunc potest abbreuiare. casus est valde not. de iure ciuili, nam missio in possessionē ex primo decreto est pœna. casus est in l. satisque. ff. de in ius vocan. sed ad faciendum quem contumacem, requiritur trina citatio. & tamen potest hoc moderare: quia potest imponere vnam pro tribus: vt l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. Sed Canonistæ habent tex. in c. constitutus. de sen. excom. lib. vj.

ADDITIONES.

Et per illas gl. dicebat Bal. quòd si statutū vult, quòd elapso termino octo dierum contumax habeatur pro bannito, quòd iudex non poterit illos abbreuiare. quem sequitur idem Rom. consi. lxxvj. in causa. ad fi. in l. ij. & ibi Francis. Rip. post alios. nu. 17. de re iudi. Feli. in c. consuluit. col. v. de offi. delega. & in c. cùm sit Romana. colum. ij. uij. fallen. & ibi Deci. fallen. vij. de appellatio. Nicol. Pig.

Ibi, sed an sit. Adde quòd istud refert & simpliciter sequitur Sande. c. cum causa. col. iiij. post medium. versi. secundò intellige. de senten. & re iudi.

DCCXXVIII.

1 *Agere, & quæstionem mouere per quem actum quis dicatur? & per quem litem incipere exercere?*

1 PEr quem actum dicitur quis agere, & mouere† quæstionem &c. tu scis h c. Sed quæro, per quem actum dicitur quis litem incipere exercere? Dic quòd per actum litis contestationis gloss. est in l. Titius. in ver. exercere. ff. de excusa. tutor.

ADDITIO.

Adde quòd verbū, Agere, verificatur per litis cōtestationē l. amplius non peti. ff. rem ra. hab. doctor. in l. edita. C. de eden. De verbo autem, Peragere, vide Cæpol. caute. xviij. verbum. Et lis dicitur incipere per litis contestationem. c. super quæstionum. vbi gl. versi. litis exordiū. Quod tamen limitat quatuor modis Feli. in d. c. super. Et quando dicatur lis pendere, est gl. in c. vt debitus. vbi doct. de appel. Roma. consil. cccxxx. col. j. decisio. Neapol. ccxx. nu. 13. Nico. Pig.

DCCXXIX.

1 *Doctoratus vel militia insignijs vtens, cùm doctor vel miles non esset si postea ad eos gradus promoueatur, an de nouo, & ipsa insignia donari debeant, an solita portari sufficiant?*

1 QVidam vtitur insigniis doctoratus, vel militiæ. † tamen non erat nec doctor nec miles: demum pòst fuit effectus miles, vel doctor. quæro, an sit necessarium quòd ei donentur de nouo insignia, vel sufficiunt solita portari? Dic, quòd sufficiūt insignia, quæ solitus est portare. casus est. j. q. j. c. quod quidam. in versicu. si fortè. secundum lectu. gloss. penulti. in verb. exhorruit. quam sequitur ibi Archidiaco.

ADDITIO.

Ad istud singulare vide si faciunt scripta per Feli. vbi allegat Roma. hic in proœ. Grego. colum. viij. versicu. hanc conclusionem limitat Aug.

DCCXXX.

1 *Proxeneta illicitorum contractuum priuatur honore personæ, dignitate & officio. & laicus excommunicatur, clericus verò à proprio gradu deponitur.*

1 PRoxeneta illicitorum contractuum priuatur† personæ honore, dignitate & officio. tex. est in ca. non licet Papæ. xij. q. ij. Sed si est laicus, debet pœna excommunicationis infligi, si clericus à proprio gradu deponi. tex. est. j. quæst. ix. si quis Episcopus. in fi. Not. hoc bene, & tene mēti, quia quotidianum.

ADDITIO.

Adde Cæpol. in l. iustissimè § proponitur. in fi. ff. de ædil. edict. Philip. Franc. in c. j. de testib. lib. vj. Ego tamē crederem hoc iudici arbitrariū attēta prauitate cōtractus, & participatione lucri. Et ille tex. loquitur in simonia, qui ad cōtractus illicitos non debet extēdi. Vide tamen suprà sing. cclxxvj. vbi coguntur proxenetæ reddere vsuras, ac si ipsi accepissent. Nic. Pig.

DCCXXXI.

1 *Præsumitur pro nobilitate.*

1 SCis hoc iure cautum, quòd in his quæ concernunt† nobilitatem, est præsumendum pro nobilibus. glo. est singularis in c. illud. xl. distin.

ADDITIONES.

Sequitur Ias. in l. si pecuniam §. fi. in fi. ff. de condi. ob cau. Alciat. regu. j. præsump. xlvij. Petrasan. sing. xxx. Io. Lup. in rub. de dona. inter vir. §. ix. col. iij. And. Tiraq. qui plures citat, in suo tractatu nobili. c. xx. nu. eadem xx. & est bonus tex. in l. pupillus §. & si per interpositam. ff. de autho. tut. Et adde supra sing. dcl. nobilitas. Nicol. Pign.

Adde Catellia. Cot. in memoral. in ver. nobilitas habetur. & Io. Arze, ab Otalora Granatensem, in tract. nobilitatis, & immunitatis. c. vlti. quintæ partis prin. nu. 7. versi. item nobiles sunt. Gabr. Saray.

DCCXXXII.

1 *Electi si duo sint. quorum alter deuius fuit, & postea ad frugē melioris vitæ est reductus: alter verò semper fuit bonus. quis in electione præferri debeat?*

SVnt electi duo Rectores pares voces habentes: certū est quòd Superior isto casu potest gratificare, & eligere magis merentes. Pone casum, quod vnus ex electis Rectorū

1 fuit† deuius & postmodum est reductus ad frugem melioris vitæ: Alter semper fuit bonus: quæro, quis debet præferri? Quid dices, posito quòd sint eodem tempore & studio? Archid. xij. distinct. cap nos consuetudinem dicit per illum tex quòd debet præferri ille, qui semper fuit bonus. allegat c. statuimus. c. quid proderit. & ca. nec emeritis. lxx. distin Sed tene contrarium. glos. singularis in c. fidelior. 50. distin dicit, quòd est præferendus ille, qui de malo effectus est bonus argumen. il. iuste. t. Item ratione, quia ille qui sciuit malum. melius præsumitur scire gubernare: & etiam qui à malo effectus est bonus, firmius præsumitur bonus. Adde hic ad glo. notab. quæ ponit ratio-

nem positam in cap.constitutus de appel.& ad gloss.viij. q.j.c.illud.alleg.vbi gl.disputat,an sufficit eligi bonum, vel sit necesse quòd eligatur bonus.

ADDITIONES.

Tu dic quòd est tex.in contrarium in c.nos consuetudinem. hic alleg.& tex.allegatus per gl.prædictam procedit, quando bonus,& qui fuit malus non concurrunt:nam tunc ille, qui deliquit,non est repellẽdus,si pœnituit,ex eo quòd peccator fuit, sed potius debet promoueri, quia melius cognoscit qualiter debeat aliis misereri.& ita transit Panor. in ca.dudum.ij.col. ix.de elect.& ita loquitur tex.in c.fidelior.In Petro rationabiliter factum putatur,& non trahendum ad consequentias. §.his omnibus.xlj.dist.Fuerat enim primus qui meruerat inter discipulos veritatem de Christo profiteri dum dixit, tu es Christus filius Dei viui,qui in hunc mũdum venisti, ideo tũc sibi dominus respondit. Beatus es Simon Bariona, qui caro & sanguis non reuelauit tibi. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus,& super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.

Adde quòd communis schola Canonist.dicit d.gl.sing. secundũ Feli.consi.ij.habent.vlti.dub. Tamen est contoria in ca.obeuntibus.in gl.fi.ad fi.lxiij.dist.circa quas vide Abb.in c.at si clerici.vbi Deci.distinguit,vterque in fi.de iudi.Ias.in rub.ff. de iust.& iur.Feli.in c.eam te.versi.infidelitas. & ibi Franc. Rip.nu.33.de rescrip.idem Feli.in dicto consil.ij. vbi ponunt plures intelligentias. Nico.Pig.

DCCXXXIII.

1 *Collatio beneficij an probetur, si in testem producatur is, qui beneficium contulit?*

2 *Intellectus c.post cessionem.de probatio.*

1 QV.dam dicit sibi collatum beneficium,† & inducit in testem illum,qui cõtulit beneficium: Quæ-

2 ro,an probet inter istos duos de collatione? Tu† habes c. post cessionem.de probatio.sed ibi loquitur in instrumẽto.Sed quid dicẽdum,si producitur vt testis? Dic,quòd casus est singularis secundum vnam lect.gl.in c.j.§.si duo. de pace tenen.& eius viola.in vsib.feud.Vide gl. singularem aliàs in c.j.de cleri.viol.perc.

ADDITIO.

Adde Io.Crot.in tract.de testi.nu.183.Et quid de inuestitore feudi, tradit Bal.& doct.in d.§.si duo. Nic.Pig.

DCCXXXIIII.

1 *Electionis decretum an pro electo plenam faciat probationem?*

1 NVnquid decretum electionis† faciat plenam probationem pro electo? Inno.in cap.innotuit. de elect. & c.nihil. eo.titu.dicit quòd non facit plenam probationem:& hoc per tex.in d.c.nihil.

ADDITIONES.

Ad hoc vide Panor.in c.innotuit.col.iiij.vbi recitat tres opi. tandem adhæret distinctioni Anto.de Butr. distinguentis, quòd aut decretum est confectum per publicam personã attestantem omnia fuisse gesta in præsentia sua: & tunc non apparet ratio,quare huic decreto non detur fides plena. Aut decretũ fuit confectum manu priuata,& tunc procedit opin.Inno.& Compost.& hæc opi.satis placet Panor. vbi suprà, dummodo in tali scriptura interueniant omnia requisita ad substantiam scripturæ publicæ,vt testium præsentia,& similia.

Et tradunt doct.& Spe.in ti.de elec.§.j.ver.celebrata. Nic.Pi.

DCCXXXV.

1 *Sententia an ferri possit iudice pro tribunali non sedente?*

1 AN possit sententia† ferri iudice non sedente pro tribunali? De hoc habes in l.nec quicquam.§.de plano. ff.de offi.proconsul.& lega.Et dic quòd sic.casus est singularis in l.ij.§.dies.ff.quis or.in bono.poss.ser.& de hoc habes tex.in versi.sententiam.in clem.sæpe.de verb.sig.

ADDITIONES.

Et hoc procedit vbi non agitur in figura iudicij, & de plano: vt per eundem Rom.consi.ccccxcvij.diligenter.col.j. aliàs secus.§.sedebunt.in auth.de iudi.& tradit Lanfran.in ca. quoniam cõtra.versi.interlocutoriæ.nu.21.de proba. Nic.Pig.

De hoc singulari & sequenti vide latè per do.Sebastia. Vantium in tractatu de nullitate process.in rubr. de nullitate ex defectu processus.nu.84. Gab.Sar.

DCCXXXVI.

1 *Sententia an à iudice deambulante ferri possit, si sibi causa summaria sit commissa?*

1 AN possit ferri sententia† deambulando,si est sibi cõmissa causa summaria, vt l.si defensor.§.illud.ff. de interrog.actio.vbi habetur, quòd iudex debet summatim procedere in interrogationibus. Et text.in l.noluit. eo.titu.dicit,quòd potest procedere etiam in non sedendo:& gloss.ibi hoc probat.

ADDITIO.

Dic quòd dicta l.noluit.in fine,debet intelligi, vt iudex in summariis possit sedere vbicunque voluerit,etiam si domi vel in via: Secus quando plena cognitio requiritur,quia tunc debet sedere in loco maiorum suorum.l.penul.ff.de iusti. & iur. Et per hoc redditur dubium hoc sing.& gl.alleg. per Rom. hic, sentit oppositum rectè intelligendo eam.& adde Cæpo.cõsi. ciui.xxxv.celeber.in prin. Nic.Pig.

DCCXXXVII.

1 *Protestatio facta contra alterius protestationẽ, an primam protestationem cessare faciat?*

AN vna protestatio facta cõtra vnum, qui protestatus

1 †fuit cõtra aliũ,faciat primã protestationẽ cessare? Dic,quòd aut,prestatio prima fit ad inducẽdũ cõsensum verum,tacitum,vel præsumptum,& protestatio secũda tollit primam.casus est in l.aut qui aliter.§.si quis cum denũtiasset.ff.quod vi aut clam.& in l.j.§.mariti.ff.de libe. agno.vbi Bar.hoc not.Aliquãdo fit protestatio ad declarationem animi protestantis, vel ad inducẽdam moram protestati,& non tollitur per protestationẽ secũdam. ita notat Cy.in auth.offeratur.in vj.q.C.de lit.contest.

ADDITIO.

Adde doct.in l.non solùm §.morte.ff.de ope.no.nunt. & in c.cũ M.de consti. Nicol.Pign.

DCCXXXVIII.

1 *Adulator an accusator esse possit? & quid in facili litigatore?*

1 AN adulator possit esse† accusator:& quid in facili litigatore? Et tex.in l.qui accusare.de accusa.non ponit illum casum. Casus est singularis quòd sic.iij.q.ij. ca. similiter.in versi.gratiosi.

ADDITIO.

De facili litigatore est suprà sing.cccxviij.nunquid.& Corse. singu.ccclxiiij. Nico.Pig.

DCCXXXIX.

1 *Testes vbi sunt in loco, vbi eis metus inferri potest, iudex eos in loco tuto examinare debet.*

LItigabant in ciuitate ista quidam Comites, & pro habenda veritate erat necesse quod haberẽtur testes loci ipsorum litigantium,& volebant cõmitti examinationem in illo loco: sed pars opponit quod non permittet hoc fieri, sed examinet ipse, vel committat in alio loco: quia dubitat de metu, qui potest eis inferri. Quid faciendum in hoc casu? Dic, quod licet possint allegari iura in

1 argument.tamen de hoc est casus, quòd vbi† testes sunt in loco, vbi potest eis inferri metus, iudex eos examinare debet in loco tuto.ita est casus in c.hortamur.iij.q.ix. & per hoc declaratur text. in l.iij.§.fi.de testi.vbi dicitur, quòd iudex debet cauere ne testes ex vna ciuitate ad aliam vocari possint: quia potest in casu præmisso.

ADDITIO.

Aliàs potest toties quoties appellari c.ex parte. cum ibi adductis per doct.de appel.& in c.accedens.ij.vt lite non contest.

DCCXL.

1 *Legatum tertio, & heredi factum, quò ad heredem non valet, & ideo iure accrescendi ad tertium legatarium spectat. Et an id in legato vsusfructus procedat?*

2 *Intellectus l.planè.§.si duobus ff.de lega.j.*

TEx.in l.planè.§.si duobus.ff.de leg.j.dicit, quòd legatũ rei

1 factum† tertio & hæredi,quò ad hæredem legatũ non valet, & ideo vadit ad legatarium per ius accrescendi. Quæro an sit verum in legato vsusfructus? Dic quòd nõ: quia

2 quia†ille §.non habet locum in legato vsusfructus: quia hæres facit partem.ita est text.singularis in l.si quis Titio & hæredibus.ff.de vsufru.accre Ratio specialitatis ponitur per Bar.in l.huiusmodi.§.si Titio.ff.de lega.j.Si enim testator legat fundum,qui est communis, videtur legare partem suam.l.semi electione.§.cùm fundus.ff.de lega.j. Hoc fallit quãdo res est communis testatoris & hæredis. l.cùm filius.§.dominus.ff.de leg.ij.vbi tex.singularis.

ADDITIO.

De intellectu d.l.si quis Titio & hæredibus.tradit Bald.in l.vnica.§.vbi autẽ.col.j.C.de cad.tol Bar.in l.huiusmodi.§.si Titius.& ibi Alex.& Ias.post alios.idem Ias.in l.re coniuncti.& ibi per alios Moder.ff.de leg.iij.& idem Roma. consi.cccviij. pro habenda.col.fin.Ias.qui alios citat,in l.cùm alienam.col. fi.C.de leg.& in d.§.cùm fundus.vbi Bar.Alex.Socin.Rip.& alij. Nic.Pig.

DCCXLI.

1 *Legatum rei alienæ scienter factum saltem in æstimatione valet, nisi rem alienam quis leget, quam speret eius futuram spe fundata in iure de præsenti.& spes illa deficiat.*

1 LEx dicit,quòd legatum rei alienæ scienter†factũ saltem in æstimatione est validum.l.cùm alienam.C. de leg.eum fi.Hoc verum,nisi quis leget rem alienam quam sperare potest eius futuram ex casu mortis alterius, propter spem fundatam in iure de præsenti:quia tunc nõ debetur legatum etiam quò ad æstimationem spe illa deficiente.tex.est in l.si dominus nudæ proprietatis.ff.de vsufru.& gl.apostillans corrumpit tex.& est falsa.Et adde casum nota.in l.cùm proponebatur.ff.de cast.pecu.& l.seruum filii.in prin.ff.de leg.j.

ADDITIONES.

Et idem Ro.consi.cccviij.pro habenda col.ij.versi.sed stat circa hoc.Alex.in d.l.seruum filii.col fi.Fran.Rip.in l.semi electione.§.ii.col.j.ff.de leg.j. Nic.Pig.

Vide quæ latè tradit Didac.Couar.in c.filius noster.nu.3.versic. quin & si testator.de testa.vbi videtur habuisse in suo tex.singu.Romani.l.cùm filius.§.dominus.ff.de leg.ij.post eos quos ibi allegat. Gab.Sar.

DCCXLII.

1 *Christianus non potest infideli relinquere: Et quid si leget, an puniatur,& qua pœna?*

1 CHristianus nõ potest†relinquere infideli,vt C.de hære.l.j.cum fi.Sed qua pœna punitur si legat?Dic,quòd pœna excõmunicationis:quia excõmunicatur post mortẽ. casus est in c.si quis Episcopus.de hær.& in c.sanè profertur.§.item multi.xxiiij.q.ij.& tex.loquitur in Episcopo:in alio autem Christiano non est nisi vna gl.quæ idem dicit, gl.est singularis in c.Iudæi.ij.de Iudæis.

ADDITIONES.

Adde quòd d.l.j.cum simi ampliatur in testamento militis.l.fin. C.eo.ti.& in patre legante filio.Abb.& Fel.in d.c.si quis Episcopus.vbi plura hic spectantia ponunt. Et casus in quibus procedi potest contra mortuũ,allegaui infrà sing.dcclxxxv. tu scis. Nic.Pig.

Adde quæ latè & doctè scribit Didac.Couar.in c.j.nu.3.versi.secundò ex eo capitulo.extrà de testa. Gab.Sar.

DCCXLIII.

1 *Muros ciuitatis transcendens capite punitur:& quid si valla lignea,vel foueas castri,an eadem puniatur pœna?*

QVæstio est de facto,an l.si quis violauerit.ff. de rerum diuisio & §.item.Insti.eo.ti.qui dicunt,quod intrans

1 ciuitatem†per muros,vel exiens punitur capite,vt fuit in Remo: nunquid sit idem, si castrum habeat loco murorum foueas,vel valla lignea?Dic quòd punitur eadẽ pœna,si castrum habet murum,vel valla lignea. Iste erit casus singularis in l.desertorem.§. necnon & si quis.ff.de re mili.Secus autem si habeat foueas,quia tunc non amputantur sibi crura,vt ibi no.

ADDITIO.

Refert Cæpol.in tracta.vrba.prædio.c.liiij.de scalis.ad fi.Nico. Boër.deci.ccxxxij.transcendens.vbi duobus modis limitat d. l.fi.Et vide alium casum in quo non procedit d.l.fi. per Nellum de sancto Gemi.in tract.de banni.ij.part.ij.tempo.q.xiij. Alex.in l.si quis nec causam.& ibi Ias.nu.20.ff.si cer.pe.Et adde quòd variè scribunt Historici de morte Remi, & ponunt verisimiliorem quàm sit hæc. Nic.Pig.

DCCXLIIII.

1 *Fiscus si rem alienam vendat,an indistinctè contra emptorem regressus haberi nequeat,sed contra fiscum. an verò aliquo casu fallat?*

ANno præterito(suprà singul.dcxviij.) dedi tibi ad l. bene à Zenone.C.de quadrin.præscrip.vnam limitationẽ.Ego do tibi aliam limitationem. nam in illa lege

1 dicitur,quòd si fiscus†donet,vel vẽdat rem alienam,aduersus emptorem non potest haberi regressus, sed bene contra fiscum. Quæro,an sit verũ indistinctè?Et dic quod nõ:quia habet locum,quando putat rem alienã suam: Secus si putat alienam,quia potest haberi regressus contra illum,cum quo fiscus contraxit.gl. est singularis in l. multum interest.C.de commu.re.alie.

ADDITIO.

Sequuntur Bal.post Iac.de Are.& Cy.in d.l.multum.Alex.consi.l.j.in causa col.iij.versi.circa tertium.lib.vij.Ias.in authent. quas actiones.col.ij.in prin.C.de sacrosanct.eccl.Fel. latè in cap.quæ in ecclesiarum col.xij.in j.limitatio de constitu.vbi August.Bero.nu.153.& eundem Bero.post doct.in cap.qui res ecclesiæ.de rebus eccle.non alie.Iaco.de sancto Geor.in tracta.feu.in verbo,princeps.in xl.speciali,fallen.iiij.Tho. Grã. decisio.lxv.excellens.nu.45 Matth.de Afflic.in c.vnico.§.& bona committentium.col.penult.quæ sint regal.& per Balb. in tract.præscrip.q.viij.ij.part.v.par.princip.Soci.Iun. consi. lxix.pro dilucidatione.col.penul.versi.quartò & vltimò.libr. j.Et vide suprà aliam limita.ad dictam l.bene à Zenone.sing. dcxviij. Nic.Pig.

DCCXLV.

1 *Clericus non potest prorogare iurisdictionem alterius iudicis penitus non sui sine consensu sui Episcopi:secus si iudex prorogatus sit aliquando suus.*

TV scis quòd pridie in l.j.§.& post operis. ff. de noni

1 operis nuncia.dixi,quod clericus non†potest prorogare iurisdictionem alterius iudicis sine consensu sui Episcopi.c.significasti.de fo.compe.Sed limita hoc verũ, quando clericus vult prorogare iurisdictionẽ iudicis penitus non sui:quia tali casu non habet locum dispositio dicti capit.Secus autem si iudex prorogatus est omnino suus index.quia tunc non est necessarius consensus iudicis sui,per ea quæ tradit Inn.in c.dilecto.in gl.super verbo,conueniri.j.de offi.Archi.

ADDITIONES.

Sequitur idem Rom.Castr.Alex.post alios in d.§ & post operis. Nam causas subiectorum Prælatorum qui subiecti sunt Episcopo etiam ipsis inuitis potest audire Episcopus:vt dicũt docto.in d.c.dilecto.& in c.cùm ali ecclesiarum.& in c.pastoralis.de offi.ordi. Nic.Pig.

Adde Sebastia. Vantium in suo tracta.de nullita.processus, in rubri.de nullitate ex defectu iurisdictionis ordinariæ. nume.61. & sequen. Et an coram iudice laico clericus reconueniri possit? latè traditur decisio. Capel. Tholosa.nonagesimaquinta. & ibi Stepha.Aufrer.& Felin.in capit.at si clerici.de iudiciis. Gabriel Saray.

DCCXLVI.

1 *Verbosi an possint aduocationis officio priuari?*

1 AN nimis verbosi possunt priuari†aduocationis officio?Dic quòd sic:gl.est singularis in l.ex ea.ff.de postu.& est prima.

ADDITIONES.

Multo enim melius est pauca idoneè effundere,quàm multis inutilibus homines prægrauari.l.ij.col. viij. C.de vet.iu. enuc. Et de simili loquacitate pulchrè Aul Gel.lib.j.cap.xv.Sed hodie,maximè in hac ciuitate Venetiarum, huiuscemodi homines sunt in maximo honore,& valentiores reputantur. Nicolaus Pig.

Verbositas damnatur,& ideo dicitur quòd gaudẽt breuitate mo-

derni, vt in l. Gallus. §. quidam rectè, ff. de libe. & posthu. nam frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora, vt in l. j. ff. quod metus causa. Et propterea dicit Bal. in l. ampliorem. §. in refutatoriis. C. de appella. caueant verbositate moderni. & vnusquisque abstinere debet à superfluis, vt in l. breuiter. ff. de offi. præfect. prætor. & in l. instrumentorum. C. de precib. imper. offer. & in l. pediculis. § I. ibeo. ff. de aur. & argen. lega. & in l. is à quo. §. fi. ff. vt in possessio. legar. facit tex. & ibi Bar. in l. j. in prin. ff. de orig. iur. nam multiloquio subditus ex eo se inquinat, vt in c. sit rector. xliij. dist. Nam & breuitas locutionis gratiam parit, vt in c. diffinimus. xviij. q. ij. Prolixæ etenim præfationes confusionem inducunt, & tædium generāt animis auditorum, vt extrā in procemio Decretal. § tanè. & C. de nouo Codic. compon. §. quibus. neque aliquod suffragium conferunt, vt C. de emenda. Iustini. Codic. & penè nihil immensum, bonum, vt in auth. vt determi. sit nume. in prin. & legitur in sacro eloquio, noli verbosus esse in multitudine presbyterorum. ecclesiast. vij. c. & alibi, in multiloquio non deerit peccatum. Prouer. x. stultus enim verba multiplicat. ecclesiast. x. & adde non ineleganter scripta per Petrū Messiam Hispalensem in Sylua variarum lectionum j. parte cap. v. Bonus tex. in prin. Iusti. quod cum eo. in multis sermonibus inuenietur stultitia secundum Ecclesiasticum, c. v. & Hiero. super Hieremiam lib. ij. quem refert Franc. à Ripa in tracta. de peste ful. 30. col. iiij. nu. 28 versi. secundò intellige. & per Didac. Seguram plenè in repe. l. si ex legati causa. nu. 6. ff. de verbo. oblig. Gab. Sar.

DCCXLVII.

1 *Occidens illum, qui de iure erat occidendus, qua pœna teneatur.*

BAl. Pet. Cy. & Barth. de Capua, in l. addictos. C. de epi. audien. ponunt quæstionem: qua † pœna puniatur ille qui occidit illum qui de iure erat occidendus: & dicunt quòd pœna mortis. casus est in l. finali. C. de malefic. & mathem.

ADDITIONES.

Hoc ponit idem Bal. in d. l. fi. & in l. fideicommissa. §. si quis. ff de leg. iij. Hipp. de Marsi. in l. j. nu. 13. ff. de sica. & in §. aggredior. nu. 41. in pract. crimi. & sing. cl. circa medium. Io Arno. problema. xxiiij. Feli. in c. cum iuramentum. in fi. de homi. Nico. Boer. deci. lxxxiij. per supradicta. Lud. Carer. in tracta. homi. § ij nu. 146. post eos quos alleg. Nic. Pig.

Adde Montaltum in tractatu suo de reprobatione sententiæ Pilati. versi. & hæc sufficiant. & versi. ad hæc omnia. & Lud Carer. in practi. cri. in prin. nu. 104. versi. & de occidente cōdemnatum. & in §. circa. iij. nu. 222. Gab. Sar.

DCCXLVIII.

1 *Alienatio actionum forensi facta an valeat, si statutum immobilia in forenses alienari prohibeat?*

2 *Statutum seu constitutio semper est ita punctanda, vt decidat casum dubium, etiam si dispositio sit pœnalis.*

DIcit statutum, quòd nullus ciuis Florētinus possit alienare immobilia iura: alias alienatio non valeat.
1 Quidam alienauit † actiones in forenses: an valeat alienatio? Aliqui dicebant quòd non valebat, ex quo iura declarabant seipsa: & sic alienatio est nulla, & sic difficultas
2 stat in punctando. Sed scias † quòd vbi constitutio, si vno modo punctetur, decidit casum dubium: alio autē modo non decidit casum dubium: semper est ita punctanda, vt decidat casum dubium, etiam si loquamur in dispositione pœnali. gl. est singularis in c. j. in verb. clericū. de tempo. ordi. lib. vj.

ADDITIONES.

Ista materia solet esse periculosa. & dic quòd gl. hic allegata non consueuit reputari vera, vt per Io. de Imo. Anch. & Gemin. in loco hic alle. per Ant. in c. fi. de consue. per Ias. in §. tripli. Instit. de actio. Et licet per doct. vbi suprà ponatur regula negatiua, quòd in pœnalibus non sit licita extensio cum xv. fallen. erit tamen etiam clarior, si videris Rom. consi. cxxix. & cccxxxvij. & consi. cccxxxvij. & cccclxiiij. Alexan. consi. xxix. vol. iij & consi. clxxxij. vol. ij.

Et idem Rom. cōsil. cccix. circa propositam. in iiij. dubio. Nic. Euerar. in suis locis legalibus, in loco, à ratione legis generali ad extensi. legis, in tertio casu, post Seuerinum per eum alleg.

& an actiones computētur inter mobilia, vel immobilia, tradit idem Ro. in d. consi. Bar. & ibi Andr. Alcia. in l. mouentiū. ff. de ver. sig. Alex. Ias. in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudi. & latissimè per do. Andr. Tiraq. in tract. de retract. consangui. §. j. in gl. vij. Nic. Pig.

DCCXLIX.

1 *Venditio an probetur per instrumentum narrationis venditionis, si pretij certitudo non ponitur?*

a AN per instrumentum narrationis venditionis † probetur venditio, si non ponitur pretii certitudo? Et prima fronte dicendum quòd sic: nam si non determinetur, videtur quòd vendi potest, vt l. fi. cum sim. C. de iur. domi. impet. Tu dic, quòd non probat vēditionem. Ratio, quia probatio dubia non releuat probantem. l. non hoc. C. vnde cog. & hoc notat Cy. in l. j. in fi. C. de contrah. & cōmit. stipu. & illud approbat Bal. in l. j. col. vj. versi. quæro pone. C. de reb. alie. Bar. in l. admonendi. ff. de iureiu. Et probatur, quia probatio testium & instrumētorum à pari procedunt. l. in exercendis. C. de fide instru. sed testes nō plenè probantes conuentionem partium nihil probāt, vt est gl. in l. Lucius. in verbo debeant. ff. de infami. sed hoc est in isto instrumento: ergo non probant.

ADDITIONES.

Ad ista facit, quia substantia venditionis consistit in pretio, vt dicit tex. in l. pacta conuenta. de contrahen. emp. §. pretium. Insti. eo. sed quando omittuntur substantialia, contractus redditur nullus. d. l. pacta. & l. cùm hi. § Prætor. ff. de transac. Sed in contrarium videtur tex. quòd sufficiat conuentio sine pretio: in l. empti fides. C. de act. empt. vbi dicitur quòd absque pretio, vel mercede, vel conuentione cōtractus emptionis & venditionis nullus est.

Et idem Rom. consi. cccv. quò ad septimum. col. j. ad fi. Castren. Alex. & Ias. in l. si duo patroni. §. Marcellus. ff. de iureiu. Alex. consi. xviij. viso processu. col. j. libr. j. Et quod idem procedat in teste, ponit idem Ru. con[illegible]. xxx. viso. versi. quidā & in consi. xcj. visis. col. ij. versi. tertiò. Alex. consi. xxviij. viso. col. ij. & in consi. cxxviij ponderatis. ij. col. liij. consi. xxxix. vertitur. col. ij. lib. v. Hipp. de Marsi. singu. xxxviij. latè per Andr. Tiraq. in tract. de retractu conuen. in fin. q. xviij. Limita secus, quando ageretur de probando titulo contra tertium propter præscriptionem, vt per doct. in d. § Marcellus. & per Balb. in tracta. præscri. ij. par. iij. par. prin. q. ix. in h. Alex. in l. sciendū. col. iij. ff. de ver. ob. Limitare secundo loco, quando probaretur pretium conuentum fuisse solutum, & venditorem in eorū præsentia recepisse & contentum fuisse. Nic Pig.

Vide notata per Carol. Molinæ. in additio. ad Alexā. consi. xviij. viso processu causæ. col. j. lib. j. in additio. inci. non probabit. vbi notabiliter loquitur. Gab. Sar.

DCCL.

1 *Donatio rei cuius donatarius in particulari commercium non habet, an obliget donantem saltem ad æstimationem?*

2 *Donatio rei litigiosæ ignoranti facta, ad æstimationem saltem obligat: secus si scienti fiat.*

QVæstio in ciuitate Florentiæ de facto est, & ego con-
1 sului: nunquid donatio † rei, cuius donatarius in particulari non habet commercium, obliget donantem saltem ad æstimationem, licet non ad ipsam rem? In legato sunt casus infiniti, *e sono piene di preti e canonici* in c. si filius. de testa. Sed si non habet commercium in communi, est clarum, per l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. obl. Aliqui allegant gl. in l. multum interest. ff. de ver. obli. vbi dicitur, quod stipulatio rei, cuius nō est commercium in particulari, non valet, nec quò ad rem, nec quò ad æstimationem: & illam sequuntur communiter omnes. Sed quid respondes ad l. fi. vbi dubitatur in gl. in ver. per legati. C.
2 de litigio. vbi rei † litigiosæ donatio facta ignoranti rem litigiosam obligat saltem ad æstimationem: facta verò scienti non obligat quò ad æstimationem: & rei litigiosæ commercium in particulari non est ratione interdicta alienationis. l. j. §. fi. ff. quæ res pigno. Sed dic, quòd aliquando res prohibetur alienari fauore vtilitatis publicæ principaliter, & tunc nec quò ad rē nec quò ad æstimationē obligat. de hoc est casus singularis in l. vnica. in ver. & quæcunque æstimatione. C. de contract. iud. Aliquado est pro-

est prohibitum commercium in odium ipsius alienantis fauore tertii,& tunc sit valida alienatio facta in ignorantem, secus in scientem, vt d.l.fi.C.de litigio.& isto modo declarata gl.in d.l.multum interest.

ADDITIONES.

Ad hoc vide Are.in l.multum.hic alle.in ij.col. Quot autem modis consideretur, vel cognoscatur, res non esse in commercio communi, vel esse? vide per Bald.not.in l.iij.in vlti.col.C.de iure dot.

Adde quòd consi.Ro.est ou.569.circa propositam.in tertio dubio.Et plenè habetur per doctor.in d.l.multum interest.& in l.apud Iulianum.§ pe.vbi Alex.post alios.ff.de lega.j.& vide aliam distinctionem per Fran.Rip.in l.filiusf.§.diui.nu.105.ff.eo.tit. Nic.Pig

DCCLI.

1 *Obligatio naturalis an contrahatur per alienationē rei, cuius commercium in particulari non habetur?*

AN obligatio naturalis contrahatur, quando alienatur†res, cuius commercium non habemus particulariter? Ego tetigi in l.multū.ff.de ver.ob.& dixi quòd non, per allegata per Bar.in l.j.col.iij.ff.de noua.vbi hoc tenet per §.idem iuris. Insti.de innti.stipul.& l.j.§.si id quod ff.de actio.& obli.& transiui cum hac opi. Sed in l.vnica.C.ne lice.habitato metropol.est casus singularis magis in specie pro illa decisione, quem casum solus ego notaui: cùm ibi post traditionem potest repeti res alienata.no.& adde ad d.l.multum.

ADDITIO

Et hoc latius deducit ipse Rom.consi.cccccix.circa propositam.nu.11.vbi ponit quod non firmetur etiam iuramento. Quod intellige quando alienatio prohibetur fauore publico: secus si fauore priuato, nisi alia concurrant, de quibus per Barto.& alios in l.cùm lex.& l.si quis pro eo.ff.de fideiusso.Cano.in c.cùm contingat.de iureiur.& adde Alex.in §.pen.& Francisc. Rip.& alios Moder.in §.diui.in iij.q.Bartol.in praeced.singu.alleg.& d.l.vnicam dicit sing.Fran. Cremen.singul.xcvj.statuto. Nic.Pig.

DCCLII.

1 *Mutus an possit esse testis?*

1 AN mutus possit†esse testis? Ista est quaestio Spec.tit.de testi.§.nunc transeundum.ver.quid de muto.vbi dicit quod non potest.

ADDITIO.

Quod verum est, nisi nutu, vel per scripturā deponeret, vt ibi per Spe.& Io.And.& est communis opi.secundum Abb.& alios in c.de testibus.extrà de testib.Alex.& alios in l.j.in prin.ff.de ver.obli. Nic.Pig.

DCCLIII.

1 *Testis deponens de auditu, ad hoc vt eius dictum plenè probet, requiritur quòd deponat se ante litem motam audiuisse.*

1 OMni casu,†quo testimonium de auditu inducit plenam probationem, requiritur quòd testis, qui deponit, audiuerit ante litem motam: sed si post, nihil probat etiam semiplenè. Ratio est, quia potest esse, quòd motio litis traxerit famam istam.text.est in c.licet ex quadā.de testi.& no.Archi.xxxv.q.vj.c.consanguineus.

ADDITIO.

Adde quòd regulariter testis de auditu, etiam quòd adiiciatur fama publica, non probat, vt per Alex.consil.xxv.in causa. col.ij.lib.iiij. Nec etiam fauore piae causae, vt per Dec.consi.cliiij.casus proponitur.facit tamen aliqualem praesumptionem, vt suprà singulari ccclv. Et sunt aliqui casus, in quibus testis de auditu admittitur, quos ponit Fran.Rip.in l.j.nu.86.ff.si cert.pe.Io.Crot.de testi.j.q.nu.366. Et adde ad Ro.hic Abb.in d.c.licet ex quadam.col.ij.Deci.consilio lxxxij.viso processu.colum.j.Moder.Hispa.& Rip.post Deci.vbi suprà, ille nu.368.hic nume.88.

DCCLIIII.

1 *Testes examinati post didicita testificata an faciant praesumptionem?*

1 TEstes†examinati post didicita testificata an faciāt praesumptionem? Istud est dictum Inn.in c.cum dilecti.de accu.quòd sic.

ADDITIONES.

Ad hoc vide multa dicta elegantia, quae ponit Lud.in l.si verò.in §.de viro.in vlt.fal.ff.sol.ma.vbi per similia confirmat Inno.hic.& vide Bar.post glo.in l.maritus.ver.vlterius quaero.ff.de quaestio.vbi dicit, quòd testis qui non debet examinari, examinatus facit indicium. Et cum dicto Inn.concordat Petr.de Anch.& Gemi.in c.j.de testi.in vj.per gl.ff.ibi in ver.testimonium.Inn.met in c.cùm I.& A.de re iud.& gl.ij.q.iij.c.ij.Ioā Andr.in c.ij.de cle.pereg.no Bal.in l.diuus.ff.de quaest.Panor.in c.de caetero.de testib.d.Ant.in c.fi.in ix.col.de iureiu.Bald.in l.admonendi.in x.col.ff.eo.n.vbi Francis.Cur.& magister meus Bal.in l.testimonio.in apos.de testi.& in l.cunctos populos.in v.oppo.C.de sum tri.& in l.ij C.de episc.aud.& in l.ij.C.quor appel.& gl.Bart.Bal.Sal.in l.fi.C.de his qui.vt indig.& Flo.in l.iij.§.lege Iulia ff.de testi.& glo.fi.in l.inuiti.ij ff.de testi.& Bar.in l.de minore.in prin.ff.de quaest.& Bal.in l.fi.C.de accu.& Bar.in l.j.§.impuberes.ff.ad Sylla.& Bal.in l.iij C.ad l.Iul.ma.& Inno.in c.veniens.& c.praesentium.de testi. vbi per Moder.& per eosdem in d.c.cum dilecti.vbi dant ad istud dictum lex elegantes limitationes.vide etiam Roman.consilio ccccclxxxj.

Et idem Inno.in c.cùm I.& A.& ibi Feli.col.iij.vers.demum inquantum.de re iud.idem Fel.qui plures citat in d.c.cùm dilecti.col.antepen.versi.secundò noto (& vtrubique ponit plures limitationes ad hoc singu.& vide Hipp.sing.cxcviij.) Bal.in l.j.v.oppo.C.de sacrosan.eccl.& l.ij.C.de episc.audi.Abb.in c.de caetero.col.ij de testi.Io.Cro.in trac.de testi.in vij.par.nu.269. Et quando testes possunt examinari post didicita testificata, vide remiss.suprà, sing.lxxxj. Nic.Pig.

DCCLV.

5 *Actioni communi diuidundo regulariter xxx.annis praescribitur, nisi ea inter dominum & feudatarium pro feudi diuisione detur tunc enim solum quadraginta annorum spatio ea praescribitur.*

5 ACtioni communi diuidundo†communiter praescribitur annis xxx.vt l.j.§.j.vers.nemo.C.de anna exce. Hoc fallit in actione communi diuidundo, quae competit inter dominum & feudatarium. Iste est tex.singularis in c.j.§.item sciendum.de notis feu.secundum expositionem Bal.& Ia.de Bel.vbi non praescribitur nisi spatio xl.an.& sic regula d.l.j.fallit in diuisione feudi.

ADDITIO.

Intellige quando vnus ex cōsortibus totam rem possideret, nam tunc per triginta annos praescriberetur: secus si à principio omnes sunt in possessione: nam etiam si per mille annos starent in communi, nunquam curit praescriptio. Bal.in l.fi.C.fi.regun.cum alle.per Ias.& Gomes in § quaedam.Instit.de actio. Et adde Matthae.de Afflict.& alios in d.§.item sciendum.alio modo exponentes. Nic.Pig.

DCCLVI.

1 *Filia, & vxor cur à patre, vel marito occidi a lege permittuntur?*

1 QVae fuit ratio, quod†lex permittit occisionem filiae per patrem, vel vxoris per maritum? Dic, quod ratio est in l.ij.§.initium.ff.de origine iuris.ibi, vt morte virginis contumeliam stupri arceret.

ADDITIO.

Sed cur patri permittitur, non autem marito, contra Roma.hic? Dic, quod ratio est, quia paterni nominis pietas consiliū saepè capit pro filia.l.patri.cū duabus legibus seq.ff.de adul.vbi plura copulatiuè requirūtur, vt patri permittatur, quae tradit Ange. Are.de male.in gl.*che hai adulterato*. Quod secus est in marito vt in dictis legibus.mitius tamē punitur.l.si adulterium cum incestu §.Imperatores.ff.eo.titu.& consulunt Soci.Iun.consil.xxxiiij.in causa.li.j. Quod tamen procederet in vxore meretrice marito sciēte, vt nūc iterū euenit de facto Pataui, vbi à marito occisa fuit vxor adultera, & adulter patritius Venetus, & ob id à mari & terris Illustr.Domi.bannitus fuit. Nic.Pig.

DCCLVII.

1 *Testi omni exceptione maiori fidem non esse adhibendam, an prae-*

epi, vel domini ciuitatis superiorem non recognoscentes, suo rescripto statuere possint?

1 DOmini huins ciuitatis fungũtur vice principis in hac ciuitate: quæro † an possint suo rescripto facere, quòd vni testi omni exceptione maiori non adhibeatur fides? Ista quæstio fuit de facto in Regno, & fui interrogatus à quodam Ambasciatore de Caraffa, & consului quòd nõ: tunc allegaui rationes, nunc habeo de hoc textum singularem in c. talia. viij. q. iij. & verè verecundor tunc non allegasse: quod potuit consiliũ videri ab aliquo, qui sciebat illud cap.

ADDITIO.

Adde Dec in c. j. ij. nota. de fide instr. Io. Crot. in tract. de testi. nu. 224. & ibi Mod. Hispa. allegant eum distinguere in l. j §. fi. ff. de ver. ob. Aug. Ber. in c. sicut. nu. 54. de proba. Nic. Pig.

DCCLVIII.

1 *Iudex officio durante conueniri non potest: secus in furto.*

1 IVdex † officio durante non potest conueniri: secus est in furto. tex. est singularis in auth. in §. si quis. vt iudi. sine quoquo suffr.

ADDITIO.

Adde quòd istud est etiam generale, vt conueniatur ex delicto in magistratu commisso, vt per gl. in verbo, administrat. in l. iubemus. C. ad leg. Iul. repe. quam dicit singularem idẽ Roman. cõsi. ccccxv quo ad primum. & hoc tenet Ang. in d. §. si quis. Soc. in regula ccxlix. fallen. j. & pulchrè per Ias. in l. ij. in prin. in ij. limita. ff. de in ius voc qui allegat plures alias leges, & ponit octo fallentias. Cui adde aliam singularem per Fran. Are. in consi. cxxix. consultissime. ij. dubio. Nic. Pig.

DCCLIX.

1 *Alienatio rei ecclesiæ, quæ aliàs erat alienabilis, facta per metum, est ipso iure nulla.*

1 ALienatio rei ecclesiæ, quæ aliàs erat alienabilis, facta per metum, est ipso iure nulla. casus est singularis in clem. frequens. versi. Abbates. de excess. prælat.

ADDITIO.

Adde Doctores, maximè Abb. in c. Abbas. col. iiij. in tertio casu, de his quæ vi metúsve cau. fiunt. vbi enumerant casus factos per metum, qui sunt ipso iure nulli. Nic. Pig.

DCCLX.

1 *Procuratoris constitutio per metum facta est ipso iure nulla.*

1 COnstitutio † procuratoris facta per metum est ipso iure nulla. casus est singularis in c. accedens. de procur. Inno. & Host. allegat illum tex. in ca. Abbas. de his quæ vi metúsve can. fiunt. adde ad l. ij. ff. de iudi.

ADDITIONES.

Adde Doctores, vbi Ab. col. pe. in decimo casu, in d. c. Abbas qui dicit illum tex. non probare. quod etiam dixit idem Ro. suprà sing. cxxv. & consuluit Deci. consi. ccxix. viso puncto. in tertio dubio. Nic. Pig.

* Adde quòd est duplicatum suprà singul. cxxv. quæro, an constitutio.

DCCLXI.

1 *Sententia iniusta si res empta sit ablata, actio de euictione emptori non datur: quod in eo, qui à fisco vel Republica emit, fallit.*

1 IN l. si per imprudentiam. ff. de euict. dicitur, † quòd quando ex sententia iniusta est ablata res empta, non parit actionem de euictione emptori. Hoc fallit in emptore à fisco vel à republica: quia isto casu habet regressum contra venditorem de euictione. de hoc est casus singularis secundum lectu. gl. quam omnes sequuntur in l. ij. §. grani æstimationem. ff. de admi. rer. ad ciui. perti.

ADDITIO.

Idem ponit Io. Amo. problem. lxxxvj.

DCCLXII.

1 *Offerenti plus res minoris, vel Republicæ subhastata conceduntur: nec gratificationi locus est: fallit in rebus ecclesiæ, quæ iustum pretium offerenti dantur.*

a TV scis, [a] quòd res ecclesiæ, minoris, & Reipublicæ, subha
1 stantur plerunque & publicantur, & † communiter in subhastatione videtur quòd plus offerenti dantur. tex. in l. si tempora. C. de fide instrumen. & iure hastæ fis. lib. x.

b Bar. dicit, [b] quòd illa verba inducunt obligationem præcisè, ita quòd nõ potest gratificari. Hoc fallit in ecclesia: quia si offeratur plus, compellitur dare offerẽti iustum pretiũ,

c & non illi qui offert plus. ista est gl. [c] not. & singularis in §. hoc ius porrectum. x. q. ij. in verbo, vt plus.

ADDITIONES.

a Tu scis. Adde quòd illam gl. communiter sequuntur docto. & eam dicunt sing. Arch. in d. §. hoc ius porrectum. Abb. in c. j. in prin. de emp. & vendi. in c. per tuas. de dona. in c. in ciuitate. de vsur. Cæpol. in tract. de simu. contract. ij. præsumpt. nu. 21. Ias. in l quoties. col. v. fallẽ. vij. C. de rei vendica. Contrarium tenet Deci. in l. pe. iij. nota. C. de pact. & hanc veriorem & tenendam dicit Cagno. qui alios citat, in l. ij. nu. 10. C. de rescin. vendi. Vide tamen August. Bero. pulchrè distinguentem in c. cùm dilecti. col. ix. de emp. & venditio.

b Et Bar. dicit. Sentit Roma. hic post Bar. licitatorem primum liberari alio plus offerente, & fugiente, vel facto non soluẽdo. de quo per Bar. Castren. & alios in l. licitatio. ff. de publi. latè per Nic. Boẽr. decisi. cclxviij. ecclesia. Mod. Anco. in tracta. de deco. part. v. no. 8. Nic. Pig.

c Gloss. Eam gl. etiam dicit singularem Ioan. Crotus in l. stipulatio hoc modo concepta. col. v. versi. sed istis. ff. de verb. oblig. Gabriel Sarayna.

DCCLXIII.

1 *An citatio collegio vel vniuersitati fienda, sufficiat quòd maiori eius ordinis fiat, an verò, quòd collegio, vel vniuersitate congregata?*

1 ANcitatio fienda collegio † vel vniuersitati sufficiat fieri maiori de vniuersitate vel collegio: an verò requiratur quòd fiat collegio, vel vniuersitate cõgregata? Bal. in c. j. de milite vasal. qui contu. est. colum. iij. ad fin. allegat dicta Archid. in cap. commessationes. xliiij. distin. vbi dicit, quod sufficit fieri maiori. Sed miror quare non allegauit glo. in c. bonæ memoriæ Magontinæ. in ver. singulares. de electio. quæ hoc dicit, & allegat dictum capitulum commessationes.

ADDITIONES.

Adde gl. pleniorem in c. si capitulum. de concess. præben. in vj. in verbo, factam. & per doct. in locis hic alleg. & vide etiam per Ange. consi. ccxvj. iam sunt.

Adde Bar. in extrauagan. ad reprimendum, in verbo, citatum corpus. Bal. in l. etiam. col. fi. C. de executio. rei iudic. Guid. Pap. q. cccxxj. in causis. Bellam. cõclusi. clxxxv. licet. latè per præceptum Cagnol. post gl. ibi, & Soci. per eum allegat. in l. nõ potest dolo. ff. de reg. iur. Maran. in Spec. Aur. in verbo, citatio. nu. 94. Et quomodo citatio capituli fiat, ponit Alex. in consi. ccxix. ponderatis. col. j. lib. vj. Nic. Pig.

Hoc idem scribit Dom. Sebastia. Vanti. in trac. de nullitate process. in rubri. de nullitate ex defectu citationis. num. 144. qui multa remissiuè allegat. Gab. Sar.

DCCLXIIII.

1 *Princeps nunquam præsumitur vti potestate absoluta, nisi exprimat, vel nisi apponat clausulam, Ex certa scientia.*

1 DIxi aliàs, quod nunquã princeps præsumitur † vti potestate absoluta, nisi exprimat: quia semper præsumitur vti potestate ordinaria. vt dicit Inn. in c. innotuit. de elect. Et aliàs dixi hoc verum, nisi apponat clausulam, ex certa scientia: quia quando hoc verbum reperitur, præsumitur vti potestate absoluta. gl. est in c. ad hæc. in ver. elegerint. de rescri. quæ est sing. & non alibi.

ADDITIONES.

Adde quòd istam gl. allegat etiam pro singulari Vitalis de Gambasiis in suo tracta. clausularum, versi. clausula, ex certa scientia. & eam exclamat Panor. in d. c. ad hæc. versicul. vlnmò no. ex qua dicit se generalitater inferre singulare dictum, quòd vbicunque in materia requiritur plenitudo potestatis principis, satis est principem dicere, quòd istud facit ex certa scientia.

Et idem Roman. consil. ccclxix. circa primum. col. vj. & clausula ista æquipollet clausulæ, de plenitudine potestatis, & clausulæ, non obstante: vt per doctores in d. cap. ad hæc. & per Dec. in l. in

in l.in totum.vbi do. Cagnol. infinitos allegat.ff.de regul.iur. idem Deci.in c.j.& c.porrecta.de confir. vti. vel inuti. Hippo. sing.lxxx.princeps. Nic.Pig.

Idem refert & sequitur Seb. Vant.in tract.de nul.proces.in rubr. an quælibet sententia possit dici nulla,in charta pen.nu.20.in fi.Adde quòd princeps debet vti potestate ordinaria,debet enim secundum leges viuere.C.de legi.l.digna vox.Instit.quib. mo.testa.infir §.fi.l.princeps.ff.de legibus.xxv.q.j.in §.fin.e. iustum est.ix.distin.Card.Alexan.in c.si Romanorum.xix.distin.Absolutam non debet exercere,nisi ex causa,aliàs peccat mortaliter,secundum Inno.in ca.ignoramus.de censib. Non autem dicimur posse,quæ à nobis cum peccato fieri possunt. l.filius.ff.de conditio.institu.glo.in verb.impotentia.in ca. sciscitatus.de rescrip.glo.in ver.poterit.in clem.sæpè.de verb. signi.l.filius qui.ff.de hæredibus instiτu.Card.in capit.ad audientiam.in primo notabili, vt eccle.benefic. Abb.in cap.ista. in j.notab.de offi.ord.Pau.de Cast.in l conditiones.in j.nota. ff.de condit.institui.Princeps enim positus est,vt faciat iustitiam,& iudicium,id est iustum iudicium.ij.Regum.x.capi. Et ideo quando terminos iustitiæ egreditur, non dicitur Rex.ij. q.j.scelus.& ibi dicitur plenius.Sic sanè intelligenda est l.j.ff. à quibus appel.non lic.vbi princeps cōmittit causam remota appellatione,quia remouet at nō fine causa:idem in omnibus, in quibus contra ius dispensat,vt cum causa fiat.ff.de senator. l.fi.quæ latius trad in Andr.de Yser.in procemio Consti.Regni vtriusque Siciliæ.col.vj.in fi.vers.contra ea.nu.70. Nota tamen,quòd vbi actus principis non potest subsistere de potestate ordinaria,nec potest referri ad aliquid iuridicè factum, tunc vt valeat quod facit ex certa scientia, præsumitur vti plenitudine potestatis,secundum Paulum de Castro in l.ex imperfecto.C.de testament.& in suo notabil. consilio cclxxx. quod incipit,in facto præsenti non intendo.in antiquis. Gabriel Saray.

DCCLXV.

1 *Pactum de non alienando rem meam,nisi tibi,per protestationem tibi factam,quòd volo vendere,præscribitur infra duos menses, vt tale pactum mihi non officiat.*

1 FActio tibi pactum,quòd si voluero vendere rem meam, non vendam nisi tibi. Ego volens vendere, dico tibi, Amice volo vendere:& si illeta cet per duos menses, possum vendere non obstante pacto. Hic est text. singularis in l. qui Romæ. §. cohæredes. secundum suppletionem Dyn.& Barto.ff.de verb.oblig.qui mouentur arg.l.fin.C. de iu.emphy.

ADDITIO.

Et idem Roma.consi.xxvij.viso themate.in fi.& in consi.clxxxij. in casu.in fi.vbi per illum tex.dat cautelam Et sequuntur communiter doct.in d §.cohæredes.& Ias.in l.fi.viij.not.C.de iure emphy.& cum fingu dicit And.Tiraquel.qui infinitos cumulat,de retract.consangui.§.j glo.ix.nu.112.Et quando.valeat tale pactum,tradunt doct.quos allegaui supra singu.cxv. nota casum. Nic.Pig.

DCCLXVI.

1 *Domini duo si eiusdem castri sint,de cuius regimine inter se dissideant,alternis annis quilibet regnare debet.*

SVnt sub Regina duo domini eiusdem castri,qui nō possunt conuenire simul in regimine castri: quæro, quid agendum: quia sunt iura indiuidua, vt ius aquæductus?

1 Aliqui dicunt,quod Regina debet priuare ambos:& illud est verum in vno actu: sed in casu proposito Regina debet facere,quòd alternis annis regnent.glos.est singularis in c. licet. verbo, conuenit.xvj.q.iij.hoc dicentis ar.l. quoties.ff.de vsufru.

ADDITIONES.

Vide satis plenè per Feli.in c.prudentiam.col.ij.post prin. versi. sed quid erit.de offi.& pote.iud.dele.per Abb.elegăter consi. suo lxxxij.vbi optimè distinguit,aut sunt multa bona & diuisibilia,aut non,vide per eum.

Adde quòd illam glo.multum commendat Abb.in ca.si nu.5.de re iudi.ident Abb.& Feli.col.ij.in c.prudentiam.de offic.deleg.Alex post Ange.in l.ij.§ ex his.nume.13 & ibi Ias. Alcia. & Moder.ff.de verb.oblig.idem Alexan.consi.xviij.visis.col. ij.lib.ij.& in consi.cxxv.attentis.col j.lib.v.Ias.in l.stipulationes non diuiduntur.sub nu.13.ff.de ver.obl.Matth.de Afflict. in c.j.§.præterea.iij.notab.in prin.de prohi.feu.alie.per Fede. Nic.Boer.decisio.v.quid,duo sunt.vbi alios citat.& decisio. cxlix.an rex Franciæ nu.21. Nic.Pig.

DCCLXVII.

1 *Sententia lata ab infame,excommunicato,vel seruo, ratione communis erroris validatur:nisi illi,inter quos lata fuerit, sciant illum communem errorem esse falsum.*

LEx,Barbarius.ff.de offi.Præto.& c.ad probandum.de re iudi.dicunt,quòd sententia lata ab infame,excōmunicato,vel seruo ratione cōmunis erroris validatur. Limita hoc singulariter,nisi illi,inter quos est lata sententia sciant illum cōmunem errorē esse falsum,quia tunc nō validatur ratione cōmunis erroris.ita sing.no.Io.Cal de.in d.c.ad probandum.& do.Ant.refert in c. sciscitatus.ad fin.de rescri.Ratio est,quia ratione comperta cedit opinio veritati.& ratio huius colligitur viij.distinct. c.consuetudo.ex illo text.

ADDITIONES.

Adde quòd dictum Card.sequitur Panor.in c.post cessionē.col. pen.versic.idem si erat occultum.de probatio Imo.in c.dilectis.ij in v.col.de præben.& ibi do.Abb.iiij.col.& Gem.in c.sacerdotes.ij.q.vij.post But.in c.corā.de cohab.cler.& mul. Feli.in c.ad probandum.col.iiij.de re iud. vbi plura alleg.& vide magistrum meum in d.l.Barbarius.

Et idem Cald in c.post cessionē.& ibi Abb.Deci.& alii col.pen. de proba.Soci.in reg.ccxxvij.fallen.fi. Nic.Pig.

DCCLXVIII.

1 *Procurator an ab ecclesia parochiali inferiori sine licentia,vel consensu episcopi de iure ciuili constitui possit:& quid de iure canonico,si causa sit ardua?*

1 AN ecclesiæ inferiores parochiales possint constituere procuratorem sine licentia, vel consensu episcopi?Dic quòd de iure ciuili quælibet ecclesia etiā inferior non potest sine consensu Episcopi constituere procuratorem.l.omnes.§.hoc nihilominus. C.de episc.& cler.De iure canonico Inn.in c.Imperatorum.in fi.de iura.calum. determinat singulariter,quòd ad validitatem cōstitutionis procuratoris ecclesiæ inferioris non requiratur consensus Episcopi,licet contrarium ibi teneat glos.Hoc autē dicit alibi ipse fallere in causis arduis.ita notat ipse in c.requisisti.de testamen. Quod Anton. reputat notabile in c.edoceri.de rescriptis.

ADDITIONES.

Adde Rotam decis vij.in nouis. Pro qua decisione vltra ea, quæ ibi allegantur,est tex.in cap j.§ porro.de statu regu.in vj.ibi, hoc autem,&c. Adde quòd Panor.& alii,licet Hostie.ibi distinxerit,sequuntur istud dictum Innocen.in dicto capitul. Imperatorum.

Vide per doctores in d.c.Imperatorum.Ab.in d.c.requisisti.col. ij.doctores in c.cùm accessissent & in c.cū omnes.de constit. c.causam quæ de iudi.vbi plura in materia ponunt. Et an in arduis consensus Vicarii Episcopi sufficiat?supra sing.dcc.ex longæua. Nic.Pig.

DCCLXIX.

1 *Consilio quando quis obligetur in contractibus vel maleficiis?Et an consulentes deiectionem,vel spoliationem,teneantur interdicto vnde vi?*

1 IN contractibus nullus ex consilio obligatur.vt in regula iuris,nullus ex cōsilio.lib.vj.& in l.ij.§.fin.ff.mād. & in §.tua tantùm gratia.Instit.eo.tit. In maleficiis est secus,quando ille non erat aliàs facturus.ff.de reg. iuris. l.non solùm.§.si mandato.ff.de iniur.l.qui seruo. & l. in furti.§. ope. ff.de furt.l.j. §. persuadere. ff.de seruo corrup.cum simili.in capit.sicut dignum.de homi.& capit. tanta.lxxxvj. distinctio. Sed circa hoc quæro, an consulentes deiectionem, vel spoliationem teneantur interdicto vnde vi?In mandato est clarum.l.j.§.deiecisse.ff.de vi & vi arma. Sed in casu proposito dic,quod non:nisi in subsidium,cùm spoliator non extiterit soluendo. Istud est dictum singulare Inno.in c.querelam.de elect.qui dicit ꝙ non:quia nō reperit hoc lege cautum. Sed contra-

rium fuie determinatum inter dominos meos per d.c.sicut dignum.

ADDITIO

Et hæc opinio contra Inno.est communis, quã tenuit Bal.in l.ij. col.vj.q.vj.C.de ser.& aqua.Fel.in d.c.sicut dignum.& in c.j. col.iiij.limi iij.& ibi Dec.col.vj.limit.v.de of.dele.quia satis spoliare dicitur, qui cõsilio suo aliquem spoliat.Ias.§.omnes. nu.5.Insti.de actio.Deci.in l.consilii.& ibi dominus meus.ff. de reg.iu.Lud.Carer.in tracta.de homi.§.v.nu.159. N.P.

DCCLXX.

1 *Iudiciarij ordinis obseruatio in prima causa de consensu partium non potest remitti, licet ordo possit præposterari: secus in causa appellationis.*

Commnnis conclusio est, q̃ † consensu partium obseruatio ordinis iudiciarij nõ potest remitti, licet possit præposterari, vt notat gl.in c.de causis.de off.dele.& in c.fi.de re iud.lib.vj.& in cle.j.de lib.obla.gl.est in auth.offeratur.& in corpore vnde sumitur.C.de lit.contest.Hoc verũ in prima instantia: secus in causa appellationis, quia non est necesse ordo iudiciarius, vt non detur libellus, & non contestetur lis.ita notat Spec.in tit.de lib.concep.§. vtrum.ver.argumentum contra.qui hoc dicit per text.in l.fi.§.fi.ibi, vel vllum fatale obseruare.C.de tẽ.app. quod dictum ibi dicit Bal.non reperiri alibi.

ADDITIO.

Adde eundem Spe.eo.tit.§ nunc dicendum.vers.ix.eundem Bal. in l.j.in fi.C.ne lic.in vna eademque cau.&c.Feli in c.j.in fi.de of.iud.Dec.post alios in d.c.de causis.col.v.limi.ij.& de intellectu d.§.fi.adde Alex.& Ias.in l.properandum.in princ.C.de iudi Abb.& Deci.post alios in c.ex ratione.de app. Aug.Bero.in c.cùm sit Roma.nu.54.eo.tit.de appel. Nic.Pig.

DCCLXXI.

1 *An exceptiones produci possint die feriata?*

IN §.nuntiatio.l.j.ff.de nou.ope.nunt.habetur, q̃ nuntiatio omnibus diebus fieri potest etiam feriatis, vt ibi
1 per gl'o.& doctores.Sed † quid in exceptionibus, an possine produci die feriata? Dic quòd sic, vt per Spe.singulariter in tit.de dilat.§.j.versi.sed pone.j.in fi.Allegat simile de libello & appellatione.

ADDITIO.

Adde tamen, quòd terminus ad opponẽdas exceptiones dari non potest die feriato: quia talis dicitur actus iudiciarius, qui tali die explicari nõ potest, vt per Bar.in l.miles.§.sexaginta.ff.de adul. Ang. Are.in rub.Insti.de exce.ix.q.prin.qui tamen non allegant Spe.allegatum per Roma.hic. Nic.Pig.

DCCLXXII.

1 *Excommunicatus non potest reconuenire agentem, nisi eum ex alia causa conueniat, quàm ex illa, qua ipse conuenitur.*

1 TExtus in c.cùm inter.de exce. † dicit quòd excommunicatus non potest reconuenire agentem: Istud est verum, nisi excommunicatus reconuenit actorem ex alia causa, quàm ex illa, ex qua ipse conuenitur: quia tunc potest ex eadem causa.ita notat Inno.in c.si verè.in fi.de senten.excom.

ADDITIO.

Quem sequitur Abb.in d.c.cùm inter.col.penul.& ibi Deci.itidem col.penult.allegat l.si duo patroni.§ si quis iurauerit.ff. de iureiur.tenens hoc esse per viam defensionis, non reconuentionis. Nic.Pig.

DCCLXXIII.

1 *Possessio etiam iniusta nemini per iudicem est auferenda sine ipsius possidentis citatione, nisi possidens de facto fuerit in possessionem à iudice parte non citata missus.*

1 POssessio etiam † iniusta nemini per iudicem est auferenda sine ipsius possidentis citatione.c.in literis.de resti.spo.c.licet episcopus.de præben.lib.vj.& l.si deserta. C.si propt.pub.pen.in l.nec imperiale.C.si per vim vel alio modo.& in l.meminerint.C.vnde vi. Limita verum, nisi iniustè possidens de facto fuerit in possessionẽ missus per iudicem aduersario non citato: quia eodẽ modo potest priuari etiam sine citatione.ita notat Inno.in c.querelam.de elect.quem allegat & sequitur Bald.in l.si pacto quo pœnã.C.de pact.facit gl.in l.si minor.ff. de euic. Sed pro hoc dicto est text.in l.j.§.hoc edictum.ff.si mul.vent. nom.quos Inno.ad hoc non allegat.

ADDITIONES.

Idem tenuit Bal.in l.ij.col.x.ver.quartò quæro.C.de serui.Limita secundum Io. And.in additio.Spe.in tit.de sen.pro la.§.species.in additione, quæ incipit, habeo de præcepto.nisi actũ factum parte non citata facturus fuisset iudex, & etiam præsente & contradicente: exemplum ponitur per eum, & per Alex. in l.si pacto.hic alleg.& in l quod iussit.ff.de re iudi.Idem tenuit Ange.& Imo.in l.de vno.eo.ti.per doctor.maximè Alex. & magistrum meum in d.l.si pacto.vbi plenè.& vltra eos addantur allegata per Roma.in et consil.clviij.& consil. ccxx.& consi.cccxx.Maria.Soci.in tract.de citatinne, arti.vij.vers.xx. casus.cum sequen.Alex.in l.j.col.x.ff.de ope.no.nun.& consi. v.in pen.col.in ij.vol.

Et idem Roma.consi lxix.viso.col.fi.versi.tertio.Alex.in l.de vnoquoque.& ibi Marsi.ix.ampliat.ff.de re iudi.& in consil.v. in causa.col.pen.lib.ij.& in l.j.§ Ostiano.nu 24.ff.de no.ope. nun.Idem Hippo.singu.cxcv.nemo.Deci.in c.cùm cessante. in fi.de appel.& consil.cxcj.in causa.col.iiij.Bellame.decisio. dclxiiij. Nic. Pig.

Ibi, Sed pro hoc dicto, &c. Hunc tex.etiam dicit singularẽ ad hoc do.Sebastia.Vantius in tractatu de nullit.proces.in prin.char. v.nu.16.Alex.consi.v.in causa & lite.col.ij.nu.4.vers.item si probatum est.vol.ij.Gemini.consi.liij.Aegid.Bellame.decisi. dclxiiij.Soci.in tractatu citationis, arti.vij.ver.decimo.artic. xx.q.xxiij.in fi.Cald.consi.j.de dilatio. Gab.Sar.

DCCLXXIIII.

1 *Appellatio ab interlocutoria causæ expressionem requirit, secus in appellatione à diffinitiua. Et quid si causa friuola in appellatione à diffinitiua exprimatur, an appellatio ipso iure sit nulla?*

1 IN appellatione † ab interlocutoria est necessaria expressio causæ: secus in appellatione à diffinitiua. Pone q̃ appellans à diffinitiua expressit, sed friuolam, an propter hoc sit nulla appellatio ipso iure? Istud est singulare dictum Io. Andr. in c.cordi §.post hæc.in vltima colũ.de appel.lib.vj.quòd sic. Et mouetur, quia in contractu appositio causæ licet non sit necesse apponi, si tamen apponitur & falsa, vitiat contractum: ergo à simili in appellatione.alle.no.in c.fi.de condi.apposi.

ADDITIONES.

Et comprobat, & sequitur Deci.in c.ad nostrã.in fi.de app. Contrarium sentit Fran.in d.§.post hæc.Alex.in l.j.§.fi.ff.de app. & faciunt plura, quæ tradit Ias.in l.j.in prin.col.pe ff.de eden. & in l.vinum.col.pe.ff.si cer.pe. Nic.Pig.

Adde Catellia.Cot.in memoral.in verb.arbiter, cui data.in fi. Et casus, in quibus ab interlocutoria potest appellari, tradit Guido Papæ decisio.Grationo.lxxv.& dec.ccccxxxvj.nu.31.vers. xxiij.quæro Adde aliam fallentiã, quando appellans cõparet coram iudice à quo, cum protestatione, q̃ sua appellatio sibi salua remaneat, vt plenè docet Guido Papæ decisio. Grationopo.ccclxiij.si quis coram. Quinque alias fallentias ponit Soci.in regula xxv.& Præpo.in d.c.sollicitudinem.nu.18.de appel.vbi quindecim alias fallentias accumulat. Gab.Sar.

DCCLXXV.

1 *Citatio ad audiendam sententiam in notorijs est necessaria: fallit in sententia principis.*

1 COmmunis opinio est, † quòd etiam in notoriis est necessaria citatio ad audiendum sententiam. Fallit in sententia principis: quia lata super notorio non requirit citationem, licet contrarium sit in aliis, vt no.in clemen. pastoralis.de re iudi.& in c.j.de can.pos.& prop.& in l.fi. C.de legi.de hoc est tex.singularis secundum lecturam gl. in c.cùm olim.de re iudi.quam ibi notat do.Ant. & alia est in c.venia.xxxv.q.xix.

ADDITIONES.

Adde quòd istud intelligitur secundum Abb.in d.ca.cùm olim. col.antepe.vt procedat quando in absentia sine alia citatione possit de facto liquidè constare sine alia discussione & indagine

gine fienda, vt dicit singulariter ibi probari iuncta gloss. vide eum, sed latius ibidem per Feli. col. x. vbi etiam dicit procedere, vbi sit notorium inexcusabile. ad hoc vide optimũ text. in c. venerabilem. ibi, absente altera partium. iuncto ver. exerceat autem denuntiatoris officium. de electio. vide etiã Areti. consi. clxv. Oldr. consi. xliiij. j. col. Lud. consi. ccclxix. circa primum. v. dub. ad fin.

Et Ias. in l. nec quicquam. § vbi decretũ. in vij. fallen ff. de offic. Procõ. & leg. latè per Hipp. de Marsi. in l. de vnoquoque. in j. & ij. amplia. & in v. fallẽ post eos, quos alle. ff. de re iud. N. P.

Adde do. Nic. de Milis in suo repertorio, in ver. citatio non requiritur ad sententiam. Gab. Sar.

DCCLXXVI.

1 *Emens equum cũ pacto, quòd si sibi nõ placeat, possit illum vẽditori restituere, infra quantum tempus possit ipsum restituere?*

EMo à te equum cũ pacto, quod si mihi non placuerit, pos-1 sim † tibi restituere. Quæro intra quantum tẽpus possim tibi restituere? Dic quòd spatio lx. dierum. vnde pòst non possum amplius dicere quod mihi non placet. ita est casus in l. quod si nolit. § si quid ita. ff. de ædil. edic.

ADDITIO.

Adde Capol. in d. § si quid ita. & est duplicatum suprà sing. dccxiij. vendo tibi. Nico. Pig.

DCCLXXVII.

1 *Appellans, si coram iudice à quo aliquid faciat, appellationi renũtiare videtur. Fallit tripliciter.*

1 REgula est, quod appellans, si compareat coram † iudice à quo, faciẽs aliquid, videtur renũtiare appellationi. c. cùm venisset. de testi. & c. gratum. de offi. deleg. & in c. solicitudinẽ. de appel. Hæc regula est vera, vbi actus, qui fit coram iudice à quo, sonat in facere: secus si sonat in pati: quia tunc per illum actum non videtur renuntiare appellationi, vt dicit Inno. in c. olim. iij. in fi. de testi. spol. Item fallit, vbi quis cõpareat ad faciendum actum qui tendat ad appellationem fortificãdam: quia tũc non videtur renuntiare. ista est gl. singularis in c. si à iudice. de appel. lib. vj. hoc dicens, arg. in c. interposita. de appel. Itẽ fallit quãdo ille actus, qui sonat in agere, & quæritur fieri per appellantem, refutatur per partem aduersam: quia tunc nunquam dicor appellationi renuntiare. ista est gl. in c. cum venissent. de eo qui mit. in pos. cau. rei seruan.

ADDITIONES.

Vide latius per Abb. & doct. maximè Mod. ponentes alias octo limitationes vltra istas tres in d. c. gratũ: post eos quos allegat.

Adde Ias. in l. quæ dotis. circa fi. ff. solu. mat. Phil. Franc. in d. c. solicitudinem. col. iij. & v. Abb. Feli. & Deci. in d. c. gratum. vbi latè examinant has limit. Nicol. Pign.

Vide quæ dixi suprà sing. clj. appellans. & ibi dictis adde quæ notat d. Palatios Ruuios in repeti. c. per vestras. in iiij. notab. fo. 237. versi. ad idem facit. nu. 43. extrà. de donatio. inter virũ & vxorem. Gabr. Saray.

DCCLXXVIII.

1 *Administratio bonorum si cui fuerit interdicta, & is infra quinquennium alienauerit, an possit alienationes reuocare, & an aliquo remedio repelli possit?*

2 *Limitatio ad l. quod ab initio. ff. de regulis iuris.*

IVdex Bononiensis ad instantiam illorum de Canneru-1 lis interdixit vni administrationem bonorum † suorũ infra quinquen. quod facere põt: Iste qui infra quinquennium alienauit bona, vult annullare alinationẽ, eo quia erat facta interdictio administrationis, & prohibitio alienationis: an possit aliquo remedio repelli? Dic, quòd alienatio rei est nulla propter temporale impedimentum: cessante impedimento infra quinquennium si non fuerit reuocata, non potest vlterius reuocari. de hoc est casus in l. fina. C. si maior factus sine decret. vbi minor alienauit stante impedimento temporali, & sic nulliter: dicit ibi textus, quòd si cessante minori ætate taceat per quinquennium, non potest vlterius reuocari. alius est in 2 l. j. C. de contracti. iudic. Et per hoc † limita l. quod ab initio. ff. de reg. iur. & extrà, eo. titu. quod ab initio.

ADDITIO.

Et idem Rom. per plura alia cõfirmat consi. ccccclx. circa propositam. v. dub. Et circa intelligentiam d. l. fi. plures remissiones ponũt Deci. & Cagnol. in d. l. quod ab initio. Alex. cõsi. cxvij. viso. lib. v. Cur. Iun. consi. 50. præsupponitur. & seq. Nic. Pig.

DCCLXXIX.

1 *Alienare rem prohibitus, si à superiore alienandi licentiam obtinuerit, an alienare possit, absque eo quòd iudici declaret causam quare alienet?*

1 PRohibito alienare sine decreto rem aliquam † superior dedit licentiam alienandi, quæro an possit alienare, sine hoc quòd iudici declaret causam quare alienat? Dic quòd non. gloss. est singularis in l. ij. C. quando decreto opus non est.

ADDITIO.

Quãdo licet alienare res minorum sine decreto, vide Ias. in l. mãdata. & ibi materiam cumulat Cagnol. ff. de offi. eius. Ni. Pi.

DCCLXXX.

1 *Creditor si rem à debitore vna actione petat, iudex non debet condemnare debitorem, nisi creditor eum prius ab omnibus alijs actionibus, quas ad dictam rem haberet, liberet.*

1 SI creditor petit rem à debitore vna actione, iudex † nõ debet condẽnare debitorem, nisi creditor eum prius ab omnibus aliis actionibus, quas ad dictam rem haberet, liberet. vt l. si pupillus. ff. de noua. quam supra singula. lxxxvj. allegaui pro singulari secũdum Ang. Sed nũc adde tres socias & meliores. l. non solùm. ff. de rei vend. l. si mercede. § culpæ. ff. loc. & l. vnde quæritur. ff. commoda.

ADDITIO.

Et per d. l. vnde quæritur. dicit Bald. in l. cùm seruum. circa finẽ. C. de ser. fugiti. quòd quando pluribus teneor debeo seruari indemnis ab eo, cui solue. & facit l. si is à quo. ff. de rei vendi. Nico. Pign.

DCCLXXXI.

1 *Reconuentio in causa, quæ desiderat celeritatem, locum non habet.*

2 *Legibus deficientibus supplet ratio naturalis, quæ loco earum habetur.*

1 REconuẽtio in causa, quæ desiderat celeritatem, † non habet locum, vt singulariter dicit Hosti. quem refert ibi Ioan. And. in c. cum dilecti. de ordi. cog. & Anto. in c. j. de mutuis peti. Et quia † deficiunt leges, supplet ratio naturalis, quæ loco earum habetur, vt est glos. in c. consuetudo. j. distinct. & l. scire oportet. ver. sed si maximè. ff. de excusa. tuto. & Bald. solet allegare tex. in cap. fina. de transactio. & hoc adde ad anthen. & consequenter. C. de sentẽ. & interlo. omnium iudicum.

ADDITIONES.

Dic quòd aut ambæ causæ celeritatem desiderant: & sine dubio procedit reconuẽtio: aut vna celeritatem desiderat, alia non, & tunc valet reconuentio quò ad iudicem prorogãdum, non vt ambæ eadem sententia terminentur, nisi volente parte. l. sed & hæ. § non solùm. vbi Bald. ff. de procurato. & not. Barto. in dicta authen. & consequenter. nume. 13 & per Abb. in dicto cap. j. colum. viij. & Soci. in regul. cccxxxij. Et quòd ratio naturalis supplet legem cessantem, & allegari possit ad decisionem causarum, plura allegat Nicol. Euerar. in proœ. loco. legalium, & in loco, à cess. ante lege. Et Cagnol. in l. qui in alterius. in princip. & in l. in ambiguis. § quones. ff. de regulis iuris. Nicolaus Pignol.

Idem dic procedere in causa appellationis, in qua reconuentio non admittitur, secundum Specula. in titul. de reconuentio. in § nunc dicamus. versicul. sed nunquid coram iudice appellationis. quem refert, & sequitur Guido Papæ decisio. Gratianopol. cccxxxvj. numero 102. versicu. nonagesimotertiò quæro. Gab. Saray.

DCCLXXXII.

1 *Appellari non potest à sententia lata super causa, quæ celeritatem desiderat. Fallit in causa mixti imperij, vt est cautio damni infecti.*

1 AN à † sentẽtia lata super causa, quæ desiderat celeritatem, putà dãni infecti, possit appellari? Spe. in ti. de appel. § in quibus. versi. sed nunquid quando iudex. & in tit. de offic. iudic. § officium. versi. sed an in eisdem. tangens

istum passum in nihilo se firmat. & de hoc videtur text. in l. fi. ff. de appel. reci. quod non possit appellari. Sed dubiũ mihi facit l. iij. C. de peda. iudi. vbi videtur text. clarus, ꝙ possit appellari. Nisi dicas, quòd regulariter à senteñtia lata super causâ, quæ celeritatem desiderat, non appellatur. d. l. fi. Fallit nisi sit causa mixti imperij, vtputa, cautio damni infecti: quia tunc poterit appellari. d. l. placet. quã nemó inducit ad hoc, nisi ego.

ADDITIO.

Et hoc sequitur Alex. in l. j. col. ij ff. de dam. infect. Cõtrarium tenet Bar. post Dy. in l. si finita. §. si fortè. in fi. eo. titu. Hippol. in l. vnica. col. xxv. C. de rap. virgi. Alb. de Rosa. & Castr. in d. l. j. & ibi Franc. Rip. col. ij. vbi pulchrè distinguit. Nic. Pig.

DCCLXXXIII.

1 *Reconuentio coram arbitris iuris vel hominis an locum habeat?*

1 REconuentio † non habet locum coram arbitris iuris, secundum Spe. in tit. de recusatione. §. effectus. versic. sed nũquid coram istis. nu. 22. sed nihil allegat. Vnde dic, quòd sicut coram arbitris hominis non habet locum reconuentio. c. cùm dilectus. de arbi. ita nec in arbitro iuris. Sed quilibet diceret contrà: quia habent se ad instar iudiciorum, & ita crederem, & semper dubitaui, nisi quia hodie reperi.

ADDITIONES.

Adde quòd cõmuniter videtur teneri, quòd reconuentio habeat locum coram arbitris, dummodo non sint electi super vno articulo tantùm, ne talis articulus plus debito prorogetur. ita videntur velle communiter doctores in c. cùm dilectus. hic allegato. & Anto. & alij maximè Maria. Soci. in c. j. col. xuj. in fi. ver. sed maius dubium est. cum col. seq. de mut. petit.

Contrarium tenent communiter Doctores: quia arbitri iuris eliguntur ex necessitate iuris, & habent iurisdictionẽ à lege: vnde quẽadmodum necessitatur actor litigare coram iudice, ita coram arbitro iuris, quicquid dicat Ias. in l. est receptũ. in fin. ff. de iurisd. om. iudi. Et dictum Specu. intellige, vt hic per coapostil. meum. Nico. Pig.

DCCLXXXIIII.

1 *Pauper nobilis habens palatium ruinã minans, quod propter paupertatem reficere non possit, an ad illud vendendum cogatur?*

1 PAuper † nobilis si habet altum palatium ruinosum, & propter paupertatem non potest reficere vel reparare, potest cogi ad eum vendendum: ne ciuitas eius destructione deturpetur. ita notat Spec. in tit. de satisdat. §. est quoque. versicu. circa hoc quæritur. allegat l. lege. circa princip. ff. ad Syllan. l. ij. & fin. C. pro quibus causis serui pro præmio lib. accip.

ADDITIO.

Adde quòd hoc multum commendat Cæpola in tractatu vrba. præd. c. lix. de refectione. circa prin. Alex. & ibi Rip. col. ij. in rub. ff. de dam. infe. Et adde suprà sing. dccxviij. quæro. N. P.

DCCLXXXV.

1 *Accusari post mortem quis multis casibus potest.*

2 *Accusans quem post mortem, an debeat se subscribere ad pœnam talionis, quam reus pateretur, si viueret, an ad pœnam, quam post patitur?*

1 TV scis, quòd in multis casibus † potest quis accusari post mortem, vt not. in §. per contrarium. Instit. de hæred. quæ ab inte. defer. Etiam habes, quòd quilibet debet se inscribere ad pœnam talionis, vt l. qui crimen. C.
2 qui accu. non pos. Quæro, an iste, † qui accusat post mortem alicuius, debeat se inscribere ad pœnã talionis, quã pateretur, si viueret, an ad pœnam, quam patitur post? De hoc habes gl. xxiiij. q. ij. ca. sanè profertur. §. item si vera. quam adde ad dictum §. per contrarium.

ADDITIO.

Adde casus, quando contra mortuum possit procedi, suprà singulari cccexxxvj. & dccxlij. per gl. in l. ex iudiciorum. ff. de accus. Feli. in c. cùm nobis. col. iij. de præscrip. & in c. si quis episcopus. de hæret. Deci. l. ij. C. qui testa. fac. pos. Hippo. de Marsil. in l. qui falsam. §. accusatio. nume. 9. ff. de fal. Et adde quod illam glo. sequitur Cæpol. in consi. crimi. xvij. visa cõmissio. nu. 8. Et Hiero. Gigas in solenni tract. crimi. læsæ maiest. bu-ma. lib. j. rub. qual. in cri. læsæ maiest. proceda. q. xx. Bald. in l. qui crimen. ij. oppo. C. qui accu. non pos. Fel. post eos, quos allegat. in c. super his. col. iij. versi. & in materia. de accu. in quo loco ponit pœnam talionis hodie sublatam, de quo per Are. in tracta. malefic. verbo, & ad querelam. nu. 5. & pulchrè per And. Alcia. parerg. ix. cap. viij. Nic. Pig.

DCCLXXXVI.

1 *Testium dicta in causa sua percunctatus, non admittitur ad probandum vlterius per testes super eisdem articulis, vel contrarijs: Et an hoc procedat in his, quæ scit ab ipsis testibus, qui deposuerunt?*

1 ILle, † qui percunctatus est dicta testiũ in causa sua, non admittitur ad probandum vlterius per testes super eisdem articulis, vel contrariis. auth. qui semel. cum simili. C. de probat. Quæro, an hoc sit verum in his, quæ scio ab ipsis testibusmet qui deposuerũt? Dic quòd non: quia hoc non obstante posset admitti ad probandum per alios testes. dictum est Host. & Io. And. in c. vltra tertiã. quod est pro. de testi. Adde ad c. fraternitatis. eo. titu.

ADDITIO.

Adde Abb. & Feli. in d. c. vltra tertiã. in prin. Soci. in reg. cccciij. fallẽ. xxv. Io. Crot. in tract. de testi. par. vij. nu. 268. ad fi. Adde ibi quòd talis est periurus, & potest puniri. iij. q. iij. §. qui falso. Archi. in c. nullam. in fi. ij. q. v. Abb. & Feli. in c. fraternitatis. in gl. fi. de testib. Item & secũdò tenetur crimine falsi. casus est notab. quem à nemine video allegari, in l. si quis aliquid. ij. §. instrumenta. ff. de pœnis. Et adde alium casum suprà singu. lxxxj. Et an valeat consuetudo, quòd publicatis attestationibus testes recipiantur, suprà sing. ccclxx. Nic. Pig.

DCCLXXXVII.

1 *Procedi in certa causa si ad simplicem querelam statutum iubeat, quid illa verba importent?*

DIcit statutum ciuitatis Lucanæ, quòd in causis viduarum & pupillorum procedatur per simplicem quere-
1 lam: Quæro quid importatur † per hæc verba? Dic quòd important, quòd procedatur sine libello in scriptis porrecto, vt possint in voce petere, & rogare notarium, ꝙ scribat. gl. est singu. in l. si quis iniuriam. ver. libellos. C. de accusa. Bal. alleg. illam in l. j. col. fin. C. vt in pos. lega. & facit de ea magnum festum.

ADDITIO.

Et Ias. qui eam declarat in l. j. col. ij. ff. de eden. Hippoly. singulari ccclxiij. libellus. in fi. Franc. Rip. in c. cùm ecclesia Sutrina. xv. notab. de cau. poss. & propric. Nic. Pig.

DCCLXXXVIII.

1 *Filia ad secunda vota transiens potest patrem compellere, vt eandem dotem, quam primo viro dederat, secundo tradat. Et an idem sit, si monasterium ingredi velit?*

1 AVthen. sed quãuis. C. de rei vxo. act. dicit, ꝙ † mortuo primo viro filia potest cõpellere patrẽ, vt det eandem dotem secũdo, quã dedit primo. Quærit Io. And. an idẽ sit, si vellet ingredi monasteriũ, vt scilicet pater teneatur ad dandam sibi eandem dotem? Et dicit ipse, ꝙ sic. ita notat ipse singulariter in titu. qui fil. sint leg. §. in hoc tit. in additio. quæ incipit, Martinus de Fano. & dicit ipse, ꝙ ratione vitandæ absorditatis posset pater cõpelli, sicut quãdo nubit secundo marito: quæ ratio parum valet.

ADDITIO.

Adde quòd Io. And. sequitur Bal. nouel. in tract. dot. par. j. col. ij. & rursus par. vj. priuileg. xvj. in princ. vbi dicit se consuluisse apud Spoletum. Nic. Pig.

DCCLXXXIX.

1 *Iuramentum debet ad personas egregias domum mitti, & an id procedat iudice nolente?*

COmmuniter dicitur, ꝙ ad personas egregias debet
1 mitti iuramẽtum † ad domum. l. ad egregias. ff. de iureiur. & c. si qui testium. & ibi gl. fi. de testib. Quod intellige iudice volente, & ex gratia: sed non potest compelli. ita no. Io. And. in c. significauit. de offi. ordi. Inno. & do. Ant. refert eum ibi. alleg. c. statutum. §. pen. de rescrip. lib. vj. & alleg. l. ij. §. præses. ff. quis ord. in bo. pos. ser. & l. iubemus. C. de episc. & cleri. in fi. quæ iura nil faciunt.

ADDI-

ADDITIONES.

Tu dic quòd communiter non tenetur ista distinctio Io. And. & do. Anto. quia l. ad egregias. & c. si qui restituni. & doc. vtrobique indistinctè loquuntur, de quo vide etiam per Pet. de Ancha. consi. lxxxij. pro faciliori. col. ij.

Tu dic quòd imò compellitur. d. l. ad egregias. versi. oportet. iuxta glos. in verbo, oportebit. in c. ij. de lit. contest. lib. vj. & per Ias. ibi col. j. ad fi. post Alex. & Panor. & Felin. in d. c. si qui testium. post eos, quos allegant. Et de illa l. ad egregias. adde suprà sing. clxxij. tu audiuisti. & seq. Nico. Pig.

DCCXC.

1 *Renuntians liti non potest vlterius agere, & perdit causam, & an*
is videatur fateri aduersarium ius habere.

1 DIcit l. postquam liti. C. de pact. quòd renuntians † liti non potest vlterins agere, & perdit causam. Modò quæro, an renuntians liti videatur fateri aduersarium habere ius? Dic quòd non. text. est aureus & singularis in l. si te. C. de inge. & manumis. quem no. Bald. ibi.

ADDITIONES.

Adde quòd Bal. in l. sicut. per tex. in l. si te. C. de repu. hæred. dicit, quòd aliud est renuntiare, aliud confiteri. & illam l. si te. cum dicto Bal. ibi reassumpsit Alexan. in l. naturaliter. §. nihil cómune. in xxv. col. & ibidem Areti. col. x. & Magist. meus do. Lanzel. in d. l. postquam liti. col. ij.

Et idem Bal. per illum tex. in l. ij. col. penul. nu 8. C. quibus res iudi. non noc. Quod quomodo procedat, vide doct. in d. l. postquam liti. insuper Deci. ij. not. & alleg. per Feli. in c. olim. in fi. de rescrip. Nicol. Pign.

DCCXCI.

1 *Venditor tenetur non pro re ante venditionem ascriptæ conditioni, conditione impleta, licet emptori promiserit defendere, & manutenere in eadem cõditione, forma, & causa, in qua tũc erat.*

EST vnus qui habet domum, & dicit, Ego promitto tibi dare tantum omni anno ex ea domo, si iueris ad sanctum Iacobũ: Modò conditione pendente vendo, & promitto emptori defendere sibi domum, & manutenere domum in eadem conditione, forma, & causa, qua tũc erat: Modò quæro quid iuris? Text. dicit, quòd res conditioni ascripta dicitur esse in ea causa, in qua erat conditione pendente, conditione purificata. tex. est singularis in l. fin.
1 ff. si ex noxa. cau. aga. & sic venditor † non tenetur pro re ascripta conditioni conditione impleta, vt in casu quæstionis propositæ. Not. & tene menti.

ADDITIO.

Sed illa l. loquitur in stipulationib. iudicialibus ex æquitate Prætoris: secus in stipulationibus cõuentionalibus: vt per Ias. ibidem. Sed pro opinione Rom. faciunt quæ tradit Alexan. post ipsum Rom. in l. stipulationes non diuidũtur. nu. 10. ff. de ver. obl. & in l. non solũ. § morte. nu. 7. ff. de no. ope. nun. Facit etiam quæ tradit Hipp. sing. cccxxxiiij. pendet. Nic. Pig.

DCCXCII.

1 *Clausula in rescripto posita, quòd procedatur sola facti veritate inspecta. quid operetur? Et an tunc ordo iudiciarius requiratur?*
2 *Clausula, quòd procedatur summariè, & iuris solennitate omissa, quid operetur?*

QVid importtant verba rescripti, vel cõmissionis, vbi
1 dicitur, Quòd † procedatur sola facti veritate in-
2 specta? De clausula, Summariè, † singulariter habes per Bar. in extrauaganti ad reprimendum. Et quid operetur verba, omissa iuris solennitate, in l. j. ff. de testa. mili. & ponit ipse Bar. de dona. l. filiusfamilias. Tamen istud, Sola facti veritate inspecta, non repetitur cõmuniter. Bal. tangit parum. Domini mei faciunt duas decisiones. nu. 33. quando. in nouis. & nu. 487. nota quòd. in antiquis. & dicunt, quòd illa verba operantur, quòd iudex possit procedere ad sententiam omisso libello, & litis contestatione, & breuiatis dilationibus statutis à iure. Nam ista verba non sonant aliud, quàm quòd procedatur sine obseruatione iudiciarij ordinis & formæ, vt in c. cùm ecclesia Sutrina. de cau. pos. & proprie. & dictio Sola, est dictio exclusiua, sed nihil aliud potest excludere, nisi formam iudiciarij ordinis: ergo. Alia est ratio: quia ista verba sunt similia illis verbis, Quòd procedatur sine figura iudicij. Sed illa verba, sine figura iudicij, excludũt oblationem libelli. notat Ioan. Monac. de hæreti. lib. vj. c. fin. & est gl. in clemen. sæpe. de verbo. signifi. ergo eandem exclusionem debent inducere illa verba.

ADDITIONES.

Vide Anto. in c. ij. de iuramen. calum. Et de ista clausula vide remissiuè per Sand. in c. olim. col. penul de accusa. latè per Are. in c. dilecti. de iudi. Rot. decis. lxxiij. in ordine in nouis. Bal. in l. nemo. in fi. C. de sen. dicit istud intelligendum de veritate legibus roborata. & de ista clausula, & de alia, Mera facti veritate inspecta. vide Firma. in repertro. in verbo, clausula. ver. veritate inspecta, & sequen. & vide Feli. in ca. j. de constitu. col. xviij in versic. & si dicitur sola facti veritate inspecta. & vide eundem Roma. consi. ccccxix. incip. in casu propositæ quæstio. & Aret. consi. lxxxiiij. super.

Et idem Roma. consi. xx. viso puncto. circa fi. Ias. in l. iustitia, col. j. de iusti. & iur. Feli. in c. olim. col. fi. de accusa. Soci. Iun. cõsil. vj. in præmissa. in fi. lib. j. & in consi cxxxiiij in causa. lib. ij Et circa illam clausulam, vide duo alia singularia per Hippo. singu. cclxxij. in hac. sing. cccexciiij. probationes. & per Dec. post Aret. in c. dilecti. iij. notab. de Iud. & Thom. Grãma. deci. xix. lata. & deci. lxij. in causa nu. 32. & deci. ciij. Illustr. nu. 141. & sequen. & pulchrè per Maran. in Specu. Aur. in ix. dist. iiij. part. princ. vbi refert a v. effectus illius clausulæ. Nico. Pig.

Adde pleuè notata per Celsum Hugo in aposti. ad Lanfranc. de Oria. in clemen. sæpè. in prin. in secunda additione, incip. ad- de Franc. & in additio. sequen. de verb. sig. & per Steph. Aufrer. decisio. Capel. Tholos. ccxxij. Gab. Saray.

DCCXCIII.

1 *Onus rei datæ adiectum, an transeat in dantem, si res ad illum reuerti contingat?*

EGo declarabo vnam quæstionẽ: Do tibi rem meã cum hoc, quod sis obligatus quolibet anno Titio dare ex ea decem staria vini vel grani: Postmodum res reuertitur ad me: an sim obligatus ad dandum illa decem? Istam quæstionem mouet Gul. & Ang. eam refert in l. sed & si. §. prostituta. ff. de in ius voc. vbi ponunt quæstionẽ in re emphyteutica, quæ reuersa fuit ad dominum. Et regula sit quod non. quam probo primò per tex. in l. Titia. ff. de ann. leg. & l. Stichus. §. Titia. de alim. leg. facit l. fi. in fi. de contrah.
1 emp. Fallit primò, † vbi ego dans rem meam ipsi rei meæ adieci conditionem aliquam, per quam velim in re mea euitati: quid iuris, quia tunc si res illa reuertitur ad dantem, reuertitur cum eadem qualitate. de hoc habes casum in §. prostituta. l. sed si hac. suprà allegata in ver. sed si venditor. alius est in l. j. C. si mancip. ita væn. ne prosti. & istam fallentiam tene menti. Secundò fallit vbi rei meæ cui adiecionus, sit adiectum onus cum rei obligatione: quia tunc cẽsetur reuerti cum eadem qualitate: hoc probatur ex generalitate l. si conuenerit. ij. §. si fundus. ff. de pig. act. & l. debitorem. C. de pignor.

ADDITIO.

Adde quòd hæc quæstio dependet ab alia, an per tale pactum sit illi Titio ius irreuocabiliter acquisitum, vel ne: de quo per ipsum Ludo. post Castren. in l. si pecuniam. in prin ff. de condict. ob cau, per Barto & alios in l, qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb, oblig. Nico. Pig.

DCCXCIIII.

1 *Rebellem ciuitatis an quis indicare teneatur: & quid de receptatore & fure?*

1 NVnquid teneatur † quis indicare rebellem ciuitatis per aliquem de ciuitate receptum? Et de receptatore non est dubium: vt in l. j. & ij. ff. de recepta. & l. j. & ij. C. de his qui latr. Et similis quæstio est: an quis teneatur indicare furem? Et de iure Canonico dic quod sic: casus est in c. qui cũ fure. de fur. & ibi gl. Sed de iure ciuili nõ. tex. est in l. qui vas. §. qui furem. ff. de fur. & in l. iiij. §. si tibi ob indicium. ff. de condict. ob tur. cau. doct. in l. ancillæ. C. de fur. & ibi Bal. Sed quid de rebelle? Dic, quòd tenetur quis indicare: & si nõ indicat, punitur pœna relegationis. de hoc est tex. sing. in l. Metrodorum. in fi. ff. de pœn.

ADDITIO.

Adde do. Hiero. Gig. in suo tract. crimi. læsæ maiesta. lib. ij titul.

qui accu.pos.q.fin.vbi limitat in non subdito,& in vxore. Et in iij.lib.de rebel.q.xxiij.ad fi. & de var.quæst.q.ij. circa medium post eos quos allegat. Nicol.Pig.

DCCXCV.

1 *Iudex post lapsum terminum non potest condemnare, nec à petitis absoluere: & an possit absoluere ab obseruatione iudicij?*

1 POst lapsum terminum iudex † non potest condemnare, nec absoluere à petitis.l.properandum.in prin.C.de iudi.quia est perempta instantia. Sed an possit absoluere ab obseruatione iudicij? Dic quòd sic: casus est in l.fin.C. vt infra certum tempus cri.eau.ternii.

ADDITIONES.

Adde quòd sententia lata perempta instantia est ipso iure nulla, vt per Bal.in d.l.properandum.col ij.ver.quæro.dicens communiter approbari. Et ibi sequitur alij doct.& per Abb.post alios,in c.penul.col.pe.versi.de iure de iud.& per Alex.consi. cxxxvj.in causa.lib.ij.& cõsi.lxxxij.viso.in prin.lib.iij. Ias. in § rursus.nu.71.Insti.de actio.ibi,sed an. Adde Bar. & doct. in d.l.properãdum.§.illo procul dubio. Alex.in dicto cõsi.cxxxvj.& cõsi.xxxix.vertitur.in prin.lib.v.Deci.in c.de causis.col. vj.in ij.limi.de offi.deleg.& in cõsi.xxxiij.& pro tenui.in fi. vbi dicunt actorem condemnandum in expensis. & latè Marant.in spec.aure.in v par.princip.in princi. nu.58.& 59. Et de instantia dixi suprà singul.celxxx. Nic.Pig.

De hoc vide latissimè Do.Sebasti. Vantium in tract. de nullitat. processl.in rub.de nullita.ex defectu iurisdict.ordi. nu.120. in ver.isto igitur casu.& nu.127. Tu adde, quòd iudex perempta instantia potest condẽnare in expẽsis, vt not.Cy.in l.properãdum.in fi.C.de iudic.refert & sequitur Pau.de Castr.in l.non idcirco.§.cùm posteà.versi.non ergo.ff.de iud.Et adde, quòd de iure canonico instãtia durat perpetuò, nec habet locũ d. l.properãdum, vt est tex.in c.fi de iudi.& per doctores ibi Et Corneus consi.ccx.inci.visis nonnullis.in fi.vol.iiij. Gab.Sar.

DCCXCVI.

1 *Vsuras vsurario remissas an Episcopus extorquere possit, & dare pauperibus?*

1 COlligitur conclusio glos.& doct.in regula, peccatum. de reg.iur.† quòd vsurario etiam in foro conscientiæ sufficit remissio, ad hoc vt sit tutus. Quæro nunquid possit extorquere Episcopus vsuras remissas, & dare pauperibus? Dic quod sic: text. est singularis in l.alearũ vsus.C.de aleator.vbi Bal.notat.

ADDITIO.

Et idem Ro consi.cccccxx.circa propositum.col.fi.& Sali.in d. l.alearum. Contrarium tenet Franc.post eos, quos allegat. in d.c.peccati.iij.q.& resp.ad d.l.alearum. Et ad hoc singu. adde remissiones per Tiraq.de retrac.cõuen.in fi.nu.151. Nic.Pi.

DCCXCVII.

1 *Statuto dicente, quòd nulla mulier contrahere possit sine consensu duorum consanguineorum, an valeat contractus, si consanguineus scientiam habuerit, licet non consenserit?*

1 STatutum dicit, † quòd nulla mulier possit contrahere sine consensu duorum consanguineorũ, an valeat contractus, si consanguineus habuerit scientiã. licet non cõsenserit? Dic quòd sic. casus est singularis in §.emphyteusis.ij.in authen.de aliena.& emphy.

ADDITIO.

Et hoc tenet Ang.in d.§.emphyteusis. Alex.Soci.Rip. & alij in l. ij.§.voluntatem.in prin.ff.sol.matr. Feli.in c.nónne.col.ij.prima regula, de præsumpt.Io. Arno. in soliloq.xcv. Limita nisi requiratur scientia existentis in aliquo officio, quia tunc requiritur consensus, secundum singulare dictũ Arch.in c.quidam.xviij.q.ij.quem sequuntur communiter doctores in d.§. voluntatem. Limita secundò, quando consanguinei fuissent præsentes,& non intelligentes, vt traditur per Felin. in c.cùm causam.de testib.& ponit Rip.vbi suprà. Nic.Pig.

DCCXCVIII.

1 *Differentia quæ sit inter ius & fas tam de iure Ciuili, quàm Canonico?*

2 *Intellectus l.si locus.ff quemadmod ser.amit.*

3 *Via publica destructa si reparetur, an eius efficiatur, per cuius fundum alia facta fuit, in recompensationem oneris supportati?*

1 QVæro, † quæ differentia sit inter ius & fas? Et in iure Ciuili nihil est, de iure verò Canonico gl.j.dist. c.a. omnes leges.ver.fas.declarat. nã fas dicitur iùs, ad quod lex non dat aliquam actionem, sed officium iudicis: Vt cùm est destructa via possum eam facere per fundum.l.si locus.§.fi.ff.quemadmo.ser.amit. Præterea lex dat iudicis officium, non autem actionem pauperi ad petendum alimenta à diuite, vt ibi not.gl. Et l.si locus.habet locum,

2 quãdo † via destructa potest haberi transitus per fundum alterius, vt notatur in l.per agrũ.C.de serui. & aqua. Mo-

3 dò † si passus fui aliquo tempore seruitutem: postmodum via publica reparetur: an efficiatur via mea in recompensationẽ oneris supportati? Dic quòd sic: casus est in l.Martius.in fi.vbi ad hoc gl.notat illi illum tex.ff.de acqui.rerum domi.quem notat Iaco.de Aren.

ADDITIO.

De hoc latè tradit Feli in d.c.omnes.col.pen.& de illa gl. meminit Cæpol.in tract.r[illegible]st.præd.c.iij nu.38. Nico.Pig.

DCCXCIX.

1 *Cautio idoneáne, an nuda tantùm ab herede peti possit, qui à testatore iussus fuit centum Sempronio mutuare?*

1 TEstator mandat hæredi, quòd mutuet Sempronio centum: Quæro, † an possit petere cautionem idoneam? Dic quòd nõ potest exigere idoneam, sed nudam. l.fideicommissa.§.si hæres.ff.de leg.iij.

ADDITIO.

Et duplicatum, vt suprà sing.cccccxciij condemnat. Nic.Pi.

DCCC.

1 *Pocuratorium an valeat, si in eo dicatur, quòd ego talem meum procuratorem constituo in causa, quam Senis habeo, causa alter non specificata? An verò intelligatur in magis præiudiciali constitutus?*

1 HAbeo duas causas Senis: constituo † procuratorem in causa, quam habeo Senis,& non specifico causam: an valeat tale mandatum, & intelligatur constitutus in magis præiudiciali? Ioã.And.eam refert disputatam per Guli. Naso. & tenuisse quòd sic. Et ita ipse determinat in addit.Spec.in titu.de procura.§. ratione formæ. col.iij. in addit.quæ incipit, secundum P.qui fundat seper l.iiij. ff.de solut.quæ incipit,& magis.

ADDITIO.

Sequuntur Moderni Ariminen in tractatu nullitat.titu.ex defectu mandati.nume.97. Nic.Pig.

DCCCI.

1 *Absens in electione Rectoris, qui procuratorem mittere non potest, an possit etiam volente capitulo vocem suam per literas nuntiare?*

1 ABsens † in electione Rectoris, qui non potest mittere procuratorem, an possit etiam volente capitulo vocem suam per literas nuntiare? Dic quòd non.tex. est singu.in c.si quis iusto.§.fi.ibi, non poterit aliquatenus per literas,&c.de electio.lib.vj.

ADDITIO.

Adde quòd est ratio: quia datum est pro forma, vt viua voce,& non in scriptis consensus & votum exprimatur, sed solennitas formalis concernens fauorem publicum etiam leuis debet seruari: aliàs vitiat actum. Iason post alios in l.j. ff. de liberis & posthumis hæredib. instituend. vel exhæredand. quæ non potest à partibus remitti. l.ius publicum.ff.de pactis. Et addo ibi Philippum Francum: latè per Nicolaum Boërium, decisio.j.numero 41. qui allegat Barbat.in cap.quamuis.in secundo notabil.de officio & potestate iudicis delegati. Bertachi. de Firmo in tractatu de episcop.& plures alios. Intellige tamen, vt absens volente capitulo, etiam iustè non impeditus, possit interesse electioni per alium supra procuratorem, vt per Franc.post alios in dicto cap.si quis iusto. & in cap. qoia propter.§.illud.de electione.in antiquis. & Boër. vbi suprà. Nicol.Pignol.

DCCCII.

1 *Episcopus electus si de statu suo suspicetur, an ob id alius eligi possit?*

An

1 AN† caosa suspicionis status sit legitima causa cassationis electionis episcopi iam electi, vt posit eligi alter? Hoc est quod dicit Innoc. determinando quòd sic in cap. super his. col. ij. de accusa. do. Aoto. refert io c. quod sicut. de electio.

ADDITIONES.

Ad istud vide per docto. in d. c. super his. hîc alleg. & maximè per Moder. col. vij. ver. quarta conclusio.

Et Inno. sequitur Zenzel. in extrauag. execrabilis. in gl. in verbo diuersorum regnorum. Et cōmendat hoc Abb. in c. j. col. fi. & ibi Deci. nu 19. & in c. cùm terra. nu. 2. & in d. c. quod sicut. de electio. & idē Abb in c. ex parte A. col. v. de testib. vbi infert aliud no. quod de facto nūc videmus, vt audio, in persona Reuerēdissimi Cardin. Caraf. nouiter electi ad Archiepiscopatū Neapolis. Feli. in d. c. super his. col. iiij. Io. Lup. in procemio re pe. c. per vestras. col. pen. de dona. inter vir. & vxo. Nic. Pig.

DCCCIII.

1 *Episcopus, quādo ex persona sua ecclesiæ, vel ciuitati magnū scādalum generari videt, an iuri suo renuntiare compelli possit?*

1 AN† Episcopus, qñ ex persona sua videt ecclesiæ vel ciuitati magnū scādalum generari, posit cōpelli renūtiare iuri suo? Dic quòd sic: sed debet ei dari cambium. istud est dictum Inno. in c. nisi cùm pridem. in verbo, malitiam. ver. nos dicimus. de renun.

ADDITIONES.

Adde Imol. in c. ad supplicationē. de renun. & Panor. in disputa. incip. episcopus & quidā rector. Secus est in Papa, qui ad hoc cogi non posset secūdum Imol. post Card. in d. c. nisi cùm pridem. hîc alle in xj. col. & cōfirmat hoc ex mulus, quæ pulchrè deduxit Felin. in c. super eo. dist. vij. vbi posuit quid oneretur scādalum per multa dicta. quibus adde Abb. in c. constitutus. col. iij. de appel. vbi dicit quòd inferior potest se intromittere ad deuoluta ad Papam, quando imminet scandalū. Et adde Panor. in c. magnæ. ad fi. de voto. & in c. super quodam. de sta. reg. & Moder. in c. ex literis. j. de homi. & gl. in c. peruenit. lxv. dist. Cardi. consi. xcviij.

Et idē Roma. cōsi. ccccxxiij. quæstio discutienda. col. pen. Dec. consi. clj maximi. col. ij. vbi ampliat hoc multo magis procedere in Papa. Abb. in c. j. col. fi. & ibi Deci. nu. 18. de electio. Feli. in c. ij. col. ij. verū. x. de præscrip & lanus in c. quæ in ecclesiarum. nu. 43. de consti. Corse. sing ccxxviij. incip. episcopus. Hippolo. singu. dcxxxiij. & singu dclxxxiij. Cōtrarium tenet Ias. in l Barbarius nu. 41. ff. de offi. præsid. Nico. Pig.

Adde gl. in c. episcopus. vij. q. j. & ibi Archi Feder. de permutatio. beneficior. q. xxv. Cardi. in clemen.. j quæst. iiij. de rerum permuta. Et latè per Didac. Couar. in relectin. c. peccatū. in prima parte. nu. 5. col. iij. de reg. iur. in vj. Gab. Sat.

DCCCIIII.

1 *Confirmatio futurorum inducit confirmationem præteritorū, quorum effectus producitur in futurum. & quid in statutis?*

1 COnfirmatio futurorum inducit† confirmationē præteritorum, quorum effectus producitur in futurum. tex. est in l. profectitia. ff. de iure dot. vbi dicit Bal. habuisse magnum honorem, quòd confirmatio statutorum futurorum inducit confirmationem statutorum præteritorum, quorum effectus in futurum se extendit.

ADDITIO.

Facit l. cùm tale. §. falsam. ff. de condi. & demon. secundum Bart. ibi. Et vide doct. in l. verbum erit. & l. verbū oportebit. ff. de verb. sig. Bar. in l. omnes populi. vj. q. princip. q. penulti. & ibi doct. ff. de iusti. & iure. Nico. Pign.

DCCCV.

1 *Fideiussor si ex mandato testatoris soluat, à debitore repetere non potest: Et quomodo id procedat?*

1 TV scis, quòd fideiussor ex mādato testatoris† si soluit, non potest à debitore repetere. casus est singularis & vulgaris in l. tribus. ff. de vsufru. earum rerū. Pet. & Cyn. dicunt, quòd illud debet intelligi secus, vbi quātitas soluta ex fideiussiōe sit multò maior lucro, quod ipse percepit à testatore: quia tunc potest repetere. & hoc sequitur Bal. in l. vnica. §. ne autem. nu. 14. C. de cadu. tollen. & dicunt hoc argu. l. j. de reb. dub. quæ nil facit.

ADDITIONES.

Adde quòd Bal. in §. ne autē. hîc alleg. non videtur dicere eo modo quo dicit Roma. hîc. sed bene limitat d. l. tribus. procedere quando fideiussio affert modicum præiudicium, vel dānum. & dicit esse recurrendum ad coniecturas, secundum Petr. & Cy. ibi. & vide Mag. meum in l. si fideiussor. col. ij. ver. aduerte. ff. de lega. j.

Et sequitur ibi Alex in additio. & in l. si fideiussor. & ibi Ias. ff. de lega. j. Francisc. Rip. in l. eum filiofamiliàs. nume. 14. ff. eodem titu. Nicol. Pignol.

Vbicūque fideiussor fideiussit pro aliquo de mādato testatoris, & sic quando testator grauat hæredem, vt pro aliquo fideiubeat, tunc intelligitur voluisse, quòd si hæres soluat, tanquam fideiussor nō posit repetere ab eo, pro quo fideiussit. tex. est in d. l. tribus. & tenet Bal. in l. si pro ea. C. manda. & in l. j. §. ne autem. C. de cadu. tol. Ang. in l. si quis mandato. ff. de neg. gest. Ludo. Bolog. in repe. rub. ff. si cer. peta. nu. 21. Ias. in l. quod dictum nu. 10. ff de pact. & in l. indebitam. nu. 1. in primo notabili. ff. de condict. indeb & in l. si res obligata. nu. 21. ff. de leg. j. Didac. de Segura in l. si ex legati causa. nu. 75. ff. de ver. obli. & Pet. Ducfiis in reg. cccxxxvij. incip. fideiussor soluens pro reo. in fi. in ix. limitatione. Gab. Saray.

DCCCVI.

1 *Fideiussoris hæres soluens de ipsius fideiussoris mandato, an à debitore solutum repetere possit?*

1 AN hæres fideiussoris soluens mandato† fideiussoris posit repetere à debitore? Dic quòd tex. sing. in l. si fideiussor. ff. de leg. j. secundum Dy. dicit, quòd non.

ADDITIO.

Et ibi Bal. Ang. Alex. Ias. & alij. Io. Dilect de art. testan. titu. de lega. caute. xxx. fideiussionis. Nic. Pig.

DCCCVII.

1 *Iuramētum fidelitatis à monialibus, vel alijs mulieribus per procuratorem præstatur, nisi ille, cui præstatur, contradicat.*

1 HAbuistis in titu. de damno infecto, quòd iuramētum fidelitatis, † præstatur per procuratorem. Hoc limita verum, nisi ille, cui præstatur, contradicat: quia tunc non præstatur per procuratorem. & hoc vendicat sibi locū in mulieribus, & etiam monialibus. casus est singularis in c. j. §. verum. de statu regularium. lib. vj.

ADDITIO.

Quòd iuramentum fidelitatis præstetur per procuratorem, est communis opinio, quam tenet Alexand. consi. x. viso. col. iij. versi. potest enim tale. lib. v. Matth. de Afflict. qui alios citat, dicens se vidisse seruari, in §. sed vtrum. tit. per quos fiat inue. idem Roma in l. iusiurandum quod ex conuentione. ff. de iureiurando. & in l. qui bona. §. qui alieno & ibi Alex. col fi. ff. de dam. infect. & ibi dicunt sing. d. §. verum. de quo per Fran. ibi in ij. notab. Nico. Pig.

DCCCVIII.

1 *Testis potest incontinenti dictum suum corrigere, si id spōte faciat: secus si metu tormentorum, tunc enim etiam ex longissimo interuallo corrigit.*

1 DIcit cap. j. de testib. cogen. & gl. in authen. de testib. §. quia verò. ver. non habebit. quòd † testis potest corrigere dictum suum incontinenti. Limita verum, si testis vult corrigere sponte. secus si timore tormentorum: nam tunc potest corrigere etiam ex longissimo interuallo. iste est tex. singularis secundum Bar. ibi in l. si postulauerit. §. sed & si negauerit. ff. de adulte.

ADDITIO.

Et idem Roman. consilio ccccv. cùm testis. Alexand. post Ange. in dicto § sed & si negauerit. Abb. in cap. per tuas. colum. fin. de probatio. Felin. in cap. cùm in tua. colum. secunda. de testibus. Concius meus Capol in suo consilio crimin. lx. super primo. in fine. Limita primò, secundum intellectum Andreæ Alciati in regula ij. præsumpt. xxix. nume 12. Limita secundò, quando in tormentis interrogaretur de se & alio, vt per Bartol. in l. j. §. quæstioni. per illum textum. ff. de quæstion. quod singulare dicit Areti. consi. lxj. in causa. col. j. versic. præterea.

Limita tertiò, quando primum dictum est verisimilius. secundum Socinum consilio cclxiij. in causa. Limita quartò, vt neutrum dictum valeat, quando esset sibi ipsi contrarius. Et has tres limitationes vltimas ponit latius Decius consi. clxxv. in causa. en l. pen. versic. non obstat octauò. & consi. clxxxix. lætatus. col. vj. vers. non obstat quòd secundum. Nico. Pig.

DCCCIX.

1 *Accusatis criminaliter debent dari xxv. dies ad componendum mœstos penates, nisi in crimine de plano procedi possit.*

1 TExtus in l. ij. de exhiben. reis, dicit, † quòd accusatis criminaliter debent dari xxv. dies ad componendum mœstos penates. Hoc verum, nisi in criminibus, in quibus potest procedi de plano: quia tunc debet comparere statim. ita notat Bart. in extrauaganti ad reprimendum. in ver. per edictum.

DCCCX.

1 *Monitio extraiudicialis an ad sui validitatem diem requirat?*

1 AN † in monitione extraiudiciali requiratur ad sui validitatem dies? Dic quòd non. gloss. est in clemen. j. §. j. in verb. requisierit. de hæreticis. Sed contra illam gl. videtur casus in cap. si episcopus metropolitanus. xviij. distinct. versi. diem constitutus.

ADDITIONES.

Vide si faciunt quæ dicit Feli. in c. sacro. col. ij. circa princ. versi. in gl. j. de senten. excom.

De illa gl. vide ibi doct. & in c. cum causa. vbi Feli. col. fin. de offic. deleg. Nico. Pig.

DCCCXI.

1 *Aquaductus ius pluribus concedi potest: & eius diuisio quomodo inter dominos fieri debeat?*

1 TV scis, quòd ius aquęductus potest concedi † pluribus. Pone quòd est concessum pluribus, qualiter debet diuidi, si eòdem tempore illi, quibus est cōcessum, volunt diuidere? Dic quòd debet fieri diuisio iudicis arbitrio. de hoc est tex. singula. in l. si quis per diuinam. in fin. C. de aquęduc. lib. xj.

ADDITIO.

Idem dicit Ant. Corse. nota. 18. ver. aqua. Et vide Bart. Ias. & Rip. in l. quo minus. in vj. q. ff. de flumi. Ias. in l. stipulat. non diuiduntur. nume. 13. ff. de verb. obligatio. Et adde infrà singulari dcccxviij. Nicol. Pign.

DCCCXII.

1 *Iudæus an rem Christiani, vel ecclesiæ præscribere possit?*

1 AN Iudæus posit præscribere † rem Christiani, vel rem ecclesiæ? Certum est quòd non possunt præscribere rē ecclesiæ: rem verò alterius Christiani sic: quia viuunt rationali iure, vt l. Iudæi. C. de Iudæ. & est gloss. in ca. porro. xvj. q. iij. ar. c. dispar. xviij. q. vlti.

ADDITIO.

Sequitur idem Roma. consil. cccclxxxix. hæc domina. Feli. in c. j. circa fin. de Iudæ. Ias. in rubr. ff. de iusti. & iur. col. ij. & ibi Claud. Aqu. plura de Iudæis cumulat. Et an Iudæus posit pręscribere rem Christiani cū mala fide, vel ecōtra Christianus rem Iudæi, pulchrè do. Augu. Bero. in c. j. nu. 188. & seq. de cōstitutio. Nico Pign.

DCCCXIII.

1 *Pater an possit in collegio dare fabam pro filio?*

1 AN in collegio posit pater pro filio † dare fabam, vel econtra filius pro patre? Dic quòd sic: tex. in l. illud. ff. quod cuiusque vniuersi. no. cum l. sequenti.

ADDITIO.

Quinimò & ipse electus sibi, dummodo non per modum electionis, sed per modū aggregationis maiori parti. l. planè. quę est antecedens, & ibi Bal. Alex. & alij. ff. eo. titu. c. cùm in iure. vbi doct. de elect. Ang. Aret. in § præterea. col. xxiij. versic. & tene menti. Insti. de exceptio. Nic. Pig.

DCCCXIIII.

1 *Procuratoris officium est vile. Fallit quando principe vel superiore mandante fit: quia tunc dicitur dignitas.*

1 TV habes quòd officium procuratoris † est vile. l. si quis procuratorem. C. de decur. lib. x. Sed scias, quòd officium quantumcunque vile dicitur dignitas, quando fit principe mandante, seu superiore: tex. est singularis in l. nemo præfectus. C. de digni. lib. xij. & sic verificatur l. j. C. de manda. princi.

ADDITIONES.

Et hoc sequitur Alex. in d. l. nemo. Ias. in rub. C. de procur. in fi. concius meus Cæpo. in trac. de Imper. mili. delig. xvj. priuilegio dignitatis. Et idē dicunt doct. de coco, vt suprà sing. dclv. Notario, Medico, & aliis officiariis seruitio principis deseruiētibus, vt per Luc. de Pen. in rub. C. de primi. lib. xij. & latè per Nic. Boër. decis. Parla. ccxxij. secretarij. Et de barbitonsore principis pulchrè Ripa respon. lib. ij. c. xxvj. col. ij. Ni. Pig.

Quòd officium procuratoris sit vile, tradit etiam Dy. in ca. infamibus. & ibi per apostil. de reg. iur. in vj. & pulchrè per Guid. Pap. decis. Grationop. lxxxix. inci. Sed quia in hac ciuitate. & ideò dicitur quòd procurator non potest esse de priorib. populi, secundum Bar. in l. vniuersis. & in l. si quis. ij. C. de decur. lib. x. Procuratio enim est res infamis, & quædam seruilis obsecundatio. not. in l. si quis procurationem. C. de decur. lib. x. & ideo licet de nobili genere sit ortus procurator, potest, & debet veluti quilibet plebeius talliari, secūdum eundē Guid. Pap. decis. Grationop. cccxcix. an autem procuratores. Adde quæ pulchrè scribit do. Marquardus de Susannis in tract. de Iudæis, & aliis infidelibus, in secūda parte cap. vij. nu. 12. ver. & idem quod de medico. Gab. Saray.

DCCCXV.

1 *Creditor tenetur in solutum recipere rem meliorem sui debitoris, quando debitor emptorem non inuenit. Fallit in ecclesia, quæ rem etiam non meliorem dare potest.*

1 TV habes authen. hoc nisi. C. de solutio. quòd quādo debitor non † potest soluere, nec reperit ementem, creditor tenetur recipere in solutū rem meliorem sui debitoris. Fallit in ecclesia: quia potest dare aliam etiā non meliorem. authenti. hoc ius porrectum. in fine. C. de sacrosanctis ecclesiis.

ADDITIO.

Et hoc sequuntur ibi Bar. & alij, & in auth. de alien. & emphy. §. si verò. glo. Bar. Alex. Ias. Deci. & Rip. in l. ij. §. mutui datio. in fi. ff. si cer. pe. Stepha. Aufre. decisio. Tholosa. lxviij. Nic. Pig.

DCCCXVI.

1 *Aetas minor non excusat minorem delinquentem, licet pœna minuatur.*

2 *Minor includitur in statuto generaliter loquente. Fallit quādo statutum vel consuetudo punit aliquid, quod de iure cōmuni non est punibile.*

3 *Intellectus c. ij. de delict. puero.*

4 *Statutum, quòd nemo possit extrahere bladum de comitatu, minorem seu pupillum non comprehendit.*

1 TV audisti titu. C. si aduer. delict. vbi dicitur, q † minor ætas non excusat minorem delinquētem, licet pœnā minuat: malos enim mores infirmitas animi, &c. vt l. j. & l. auxiliū. & l. si ex causa. §. nūc vidēdum. ff. de mino. & l. impunitas. C. de pœn. & l. impuberem. ff. de fal. Itē audiuisti l. fin. C. si aduersus vsu. vbi debuit magister tuus
2 examinare, an statutū loquens generaliter † includat minorem? Dic quòd sic. c. cōstitutus. de in integ. rest. l. si sine. §. Lucius. ff. de admi. tuto. Quod tamen limita, nisi statutum vel cōsuetudo puniat aliquid quòd de iure cōmuni non est punibile: tunc enim minor non includitur in statuto vel cōsuetudine. c. ij. de delic. puero. nam homicidiū casu perpetratum sine culpa est impunibile. vt l. j. C. de si-
3 car. Et ideo in dicto cap. ij. dicitur quòd in illa † consuetudine ibi relata minor non includitur, licet generaliter loquatur. Quod nunquam exeat mentem tuam: quia vale-
4 bit ad statutum, † quòd nemo posit extrahere bladū de Comitatu, vt illud statutum minorem seu pupillum non comprehēdat. & illum tex. nemo ad hoc notat, nisi solus ego, & si non credis, videas omnes doctor. Canonistas. & hoc addas ad dicta iura: quia faciet tibi honorem.

ADDITIO.

Quando pœna in delictis minuatur propter ætatem, ponit Castren.

ſtren.& alii in dicto tit. C.ſi aduer.deli. Deci. & Cagnol. in l. ferè in omnibus.ff.de reg.iur. Marſi.in l.infans.ff.de ſica. Lud. Carer.io tract.de homici.§.vj.in prin.De minore extrahente bladum,tenet Bal.in l.ſi ex cauſa.§.fi.ff.de minor.Fran. Cremen.ſing.xxx.Fallit ſecūdò d.§.Lucius.in ſtatuto de maioribus ſentiente: quia tunc minores non ligat.Bal.in l.pen.C.de infam.facit l.ſi quis maior.cum ibi nota.C.de tranſact.Fallit tertiò in ſtatuto odioſo.Bart.in l.en am.ff.de minor.Et idē de ſtatuto exorbitanti.Bal.in l.j.C.quao.imper.int.pupi.&c. Hipp.ſing.ccccl xxxj.communis.& ibi ponit aliam fallen.Fallit quintò,vt per eundem Hipp.ſingu.ccclxij.ſtatutum. Fallit ſextò in præſcriptione,de quo per Bart.in d.l.etiam.& in l. fi.& ibi Bal.C.in quibus cau.in integ.reſti.Feli.capit. placuit. col.ij.de præſcrip.& doct.in c.conſtitutus.de reſtitu.in integ. Nicolaus Pigno.

DCCCXVII.

1 *Via publica destructa refici debet à dominis domorum iuxta viam sitarum: & quid si fuerint non soluendo?*

NOta quòd via publica deſtructa refici debet à domi-
1 nis domorum† iuxta viam ſitarum,& non à Republica.l.ædiles.§.conſtruat.ff.de via publi.Bar.in l.per Bithyniam.C.de immu.nemi.conced.Sed quid ſi tales domini non ſint ſoluendo,an tale onus ſpectet Reipublicæ? Dic quòd nō:ſed incumbit aliis vicinis.gl.eſt fin.& ſing. in l.fi.ff.de via public.

ADDITIONES.

Quam dicit ſing.conciuis meus Cæpol.in tract.ſeruit.ruſti.prædio.c.iij.nu.58.& adde quòd contradictio vnius etiam de alia cōtrata,vt via publica non claudatur,plus operatur quàm conſenſus omnium illius contratæ.gl.eſt ſing.in l.ij.in glo.fi. ff.ne quid in loco public.Quam dicit non eſſe alibi Angel.in l.in prouinciali.ff.de no.ope.nun.& Matth.de Afflic.in §.viæ publicæ.col.iij.in ot.quæ ſint regal. Nic.Pig.

* Adde quòd viam publicam quilibet reficere poteſt,licet faciat in publico.l.j.ff.de via public.& itine. public.refic. & nedum poteſt quis viam publicam reficere,ſed etiam purgare, quod eſt refectionis portio.d.l.j.§.j.Ad viæ autē publicæ refectionem,ſi eſt intra ciuitatem,quilibet tenetur iuxta domū ſuam. l.ædiles.ff.de via publi.& ita tenet Bar.in l.per Bithyniam.C. de immunit.nemi.conced.lib.x.& idem ſi via publica eſt per burgos ciuitatis.vt eſt tex.cum gl.in d.l.ædiles.in verb.ſecundum ciuitates.intantum quòd nullum genus hominum excuſatur ab iſto onere:quia non muneratur inter ſordida munera.l.abſit.C.de priuileg.do.Auguſt.lib.xj.& ibi per Barto.niſi eſſet conceſſa vacatio munerum public.l.hi qui mune.de vacat.muner.& not.gl.& Bart.in d.l.abſit.Et ideo non excuſantur prædia principis,vt ibi.Item nec eccleſiæ, vt ibi, & in authen.de eccle.titul.§.ad hoc ſancimus.quia eſt onus reale : vt dicit Bar.in l.ad inſtructiones.C.de ſacroſanct.eccle.& eſt de mente Anto.de Butrio,in c.non minus.de immu.eccle.& Zabarell.in clem.j.q.xvij.de immuni eccleſ.aliàs vir. & honeſt. cleri.dicens quòd d.l.ad inſtructiones.hoc expreſsè dicit,nec ius aliquod ociuum contradicit.Si autem via publica ſit extra ciuitatem,tunc refectio & iniunctio expenſæ debet fieri pro quantitate patrimonii:per d.l.per Bithyniam.& ibi Bart. quod tamen intellige verum,niſi dominus ciuitatis aut ſuperior reciperet vectigal à tranſeuntibus: quo caſu ſuis ſumptibus debet eam reficere & reparare:per regul.iur.qui ſentit onus.&c.& l.ſecundum naturam.ff de regul.iur.& ita tenet Io.de Plat.in l.vnic.C.de cadu.tollend.& pro hoc facit quod notab.dicit Archid.xxiij.q.iij.c.ſi quis peregrinus.& Bald.in c.j.in tit.de his qui feud.dar.poſſ.& in c.j.§.conuenticula.de pac.iura.firman.& Flor.in l.j.§.ſumma.ff.de his qui deiec.vel effude.Itē ſcholaris & quilibet cōductor domus tenentur ad viæ refectionem.d.l.ædiles.ff.de via public.expenſis tamen locatoris,cui imputant in penſione,per actionem ex eo contractu:ſecundum Petr.& Cyn.in l.in ſumma.C.de pignorib. Bar.in d.l.ædiles.Pau.de Caſt.in l.ex conducto.in prin.ff.locat.Emphyteuta autem & vſufructuarius tenentur reficere expenſis propriis viam ante domum ſuam. l.ij.circa princi.in verſic publicarum functioonum.C.de iur.emphyteut.l.ſi pendentes.§.ſi quid cloaca.ff.de vſufr.not.l.hactenus.eo.ti.l. qui concubinam.§.qui horros.de leg.iij.& quod no.Bar.l.bis verbis.§.idem reſpondit.eo.ti.l.fi.ff.de vſufru.lega.

DCCCXVIII.

1 *Priuilegij præsentatio facta iudici incompetenti facit præsumi illud subreptitium.*

1 PRæſentatio† priuilegii facta iudici incompetēti facie præſumi illud ſubreptitium.caſus eſt ſingularis in l.ſi quis per diuinam.iuncta glo.in verſic.elicitum. C. de aquæduct.lib.xj.

ADDITIO.

Et ibi Alex.in additio.& Io.de Plate.& idem in publicatione teſtamenti ac inſinuatione facta coram incōpetenti.l.teſtamenta.l.conſulta diualia.C.de teſta.& de illa l.vide etiā ſuprà ſingula.dcccxj. Nic.Pig.

DCCCXIX.

1 *Habens ius hauriendi aquam ex puteo vicini,non potest vti de nocte,& si vtatur perdit illud.*

1 HAbeo ſeruitutem aquæ hauriendæ ex puteo† vicini. an poſsim ea vti de nocte? Dic quòd non:quia intel-
* ligitur actum * vt poſsim vti de die, nō de nocte.caſus eſt ſingularis in l.iter.& ibi Bart.ff.commu.prædio.Et ſi non vtor de die,ſed de nocte,perdo eam.l.ſi communem.§.ſi is.ff.quib.mo.ſerui.amit.

ADDITIONES.

Et eſt ratio:quia de nocte non licet ire per ciuitatem, vel domos alienas,vt ibi probatur iuncta glo.ſecundum Pau.de Caſt.& latè per conciuem meum Cæpol.in tract.vrba.prædio.c.xxxviij.de itinere ſeu actu. Nic.Pig.

* Intelligitur actum. Verba non ſunt ita amarè & inciuiliter intelligenda,vt nullo modo liceat de nocte vti dicta ſeruitute.Nā ſi poteſt ſine periculo vti æquè de nocte,ac de die, crederem quòd poſſet haurire aquam de nocte, aut alia ſeruitute vti.arg.l.furem.cum ibi no.ff.de ſicariis.

DCCCXX.

1 *Donatio reciproca inter coniuges facta constante matrimonio valet. Et quid si fiat ex interuallo?*

PRohibiti inter ſe donare, non intelliguntur prohibiti
1 facere donationem† reciprocam.probatur in l.ſi pater puellæ.& ibi no.Cy.cuius authoritatem ſequitur ibi Bal.C.de inof.teſta.Sed miror de eo,cùm de hoc ſit text. expreſſus in loco ordinario,ſcilicet,in l.quòd autem.§.ſi vir & vxor.Quod intelligitur,quando donatio vnius ſequitur donationem alterius incontinenti,ſecus ſi ex interuallo:quia tūc etiam donatio reciproca eſt inualida. tex.eſt ſingu.in l.quæ iam nuptæ.ff.de donat.inter vir. & vxo.Vnde ſi ego donaſſem vxori meę hodie mille,& poſtea hinc ad annū ipſa donaret mihi fundum, vtraque donatio eſſet inualida.d.l.quæ iam nuptæ.nota.

ADDITIONES.

Sequuntur Soci.in tract.fallen.ver.donatio.fallen.j. Cæpol.cau cxij.donatio.in princ.Iaſ.in d.l.ſi pater.ſubdens d.l.quæ iam nuptæ.loqui in donationibus puris,ſecus quando donatio eſt collata poſt mortem (vt in caſu noſtro,) quia tunc ſufficit alteram prius fieri,licet non eodem tempore:qui intellectus eſt veriſsimus,& cum multis mediis comprobat Io.Lup.in rub. extrà de dona.inter vi.§.50.col.vj.& ſeq. Nic.Pig.

* Adde quæ latè dixi ſuprà.ſing.cccxij.

DCCCXXI.

1 *Donatio mulieris facta marito,vt dos filia communi constituatur, valet.*

TV habes quòd donationes, quæ fiunt inter conin-
1 ges† conſtante matrimonio,non valēt regulariter. l.j.ij.& iij.cum ſimi.ff.de dona.inter vir.Fallit hoc quādo mulier donaret marito,vt ex ea conſtituatur dos filiæ cō muni:caſus eſt ſingularis ſecundum Bart.ibi,in l.ſiue vxor.ff.eo.tit.Sed tu vide l.profectitia.§. ſi quis certam.ff. de iure do.Et licet tex.dicat non eſſe donationem, intellige ſtrictè & propriè.

ADDITIO.

Adde bonum tex.in l.cùm vxor virum.ff.eo.ti.de donatio &c.& l.Lucius.ff.quib.mo.pig.vel hypo.ſolu.Et ratio eſt,fauor dotis & matrimonii,ſequitur Fran.Cremen.ſingul.iij.latè Ioan. Lup.in rub.extrà eo.ti.§.xlix.Intellige quando res donata à

mulière non esset dotalis: secus si est dotalis, quia tunc constante matrimonio potest vendicari à viro, & ab vxore eo soluto, nisi iuramentum intercesserit: Dictum est sing. & mirabile Spe. in titu. de emp. & vendi. §. tertio loco. col. iuj. versic. quid ergo si vir. quem sequitur Camp. in tract. dot. iiij. par. q. xxv. & imo. alle. per Io. Lup. vbi suprà. Subdens pulchrè hoc dictum Specul. intelligi quando maritus esset diues, secus si inops, vxor verò locuples, quia tunc cũ onus dotandi spectet ad eam non sit locus repetitioni. Nic. Pig.

DCCCXXII.

1 *Libelli tenor non debet inseri in citatione. Fallit ad inducẽdum effectum, vt lite pendente nihil innouetur.*

1 CONclusi tibi pluries non esse necesse † quòd tenor libelli in citatione inseratur. Hoc intellige verum, nisi ad inducendum effectum, vt lite pendente nihil innouetur: quia tunc tenor libelli debet inseri, vt inducatur talis litis pendentia. casus est singularis in clemen. ij. vt lite penden.

ADDITIO.

Adde doct. in c. præterea de dilat. & in c. j. vbi latè Fel. col. j. & ij. de libel. obla. Et intellectum d. clemẽ. tractauit pulchrè idem Ro. consi. cccxxx. circa primum. col. ij. Fel. in c. super literis. de rescrip. decisi. Neap. ccxx. nu. 13. Nic. Pig.

DCCCXXIII.

1 *An habens vtile dominium non contradicendo alienationi facta per dominum directum de domino directo sibi præiudicet? Distinguitur.*

1 AN habens † vtile dominium, non cõtradicendo alienationi factæ per dominum directũ de dominio directo, sibi præiudicet? Dic quod aut dominus directus nõ fuisset alienaturus, si non consensisset habens vtile, & tali casu habens vtile sciens & non contradicens sibi præiudicat. Aut fuisset alienaturus etiam si non consensisset habens vtile dominium, & tunc sibi non præiudicat. casus singul. in l. apud Celsum. §. quæsitum. cum gloss. sua. ff. de doli except.

ADDITIO.

De hoc vide per Alex. & Ias. in l. quæ dotis. ff. sol. ma. Ias. l. fin. col. pe. C. de iure emphy. latissime per And. Tiraq. de retrac. cen san. §. j. gl. ix. Nic. Pig.

DCCCXXIIII.

1 *Doctori salariato, vt publicè legat, si detur domus à cõmuni, ea non debet dari in loco remoto.*

1 NOta quòd si doctori salariato, vt publicè legat, † detur domus à communi, ea nõ debet dari in loco remoto. casus est singu. secundum Bal. in l. ij. §. sed & C. Scipio Nasica. ff. de orig. iur.

ADDITIO.

Quinimò debet dari in loco celebri, quo facilius consuli possit: vt dicit d. §. domus enim doctoris est totius ciuitatis oraculum, secundum Cic. libr. j. de Orato. & plura tradit Barba. in proœ. cleni. in ij. lectu. nume. 48. & Cagnol. in d. l. ij. num. 475. Nicolaus Pigno.

DCCCXXV.

1 *Mulier deprehensa in adulterio est infamis ipso iure: secus est in viro.*

1 TV habes † quòd mulier deprehensa in adulterio est infamis ipso iure. l. palam. §. quæ in adulterio. ff. de ritu nup. Sed quid in viro? & licet Paduæ dubitetur, tamẽ hoc nesciunt: quia est gl. sing. in l. & si crimen. C. de adult. quòd non est idem in viro, sed requiritur in eo sententia, quam omnes ibi sequuntur.

ADDITIO.

Et Alex. in d. l. palã. Et adde quòd contrahentes incestas nuptias ipso iure sunt infames, & excommunicati, & etiam approbantes & defendentes, siue patrocinium suscipientes. Io. Fab. in §. aduersus. insti. de nup. Nic. Pig.

DCCCXXVI.

1 *Prohibitus sepeliri an si sepeliatur in aliquo loco, locus ille efficiatur sacer?*

1 DE iure Ciuili locus efficitur sacer, cùm aliquis † sepelitur in eo. §. religiosum. Insti. de rer. diuisi. Sed de iure Canonico requiritur authoritas Episcopi. c. ad hæc. de relig. domi. Sed quid in eo qui prohibetur sepeliri in ecclesia, vt vsurarius, an si sepeliatur in aliquo loco, locus efficiatur sacer? Dic quòd non, casus est singularis in l. iiij. §. non fit. ff. ad leg. Iul. pecu.

ADDITIO.

Latè de hoc scripsi in annotationibus meis ad Matthæ. Mathesila. singu. lxxv. nota quòd omnes leges, quæ volunt &c. ibi omnia videre poteris. Gab. Saray.

DCCCXXVII.

1 *Aedificium factum in solo alterius solo cedit. Fallit quando est factum de pecunia ecclesiæ.*

1 TV scis, quòd ædificium † factum in solo alterius cedit solo, vt dixi suprà singulari ccclxxxiij. Sed quid si factum sit in solo alterius, sed de pecunia ecclesiæ, an tunc tale ædificium cedat solo? Dic quòd non: imò tunc solum ædificio cedit, & ecclesiæ. gl. est singularis in c. apostolicos. xj. q. ij. quã sequitur Bald. qui solus inter Legistas sciuit illam gl. in l. non tantum. ff. de rer. diui.

ADDITIO.

Idem Rom. in l. j. §. nunc videamus. ff. de no. ope. nũ. Spe. in tit. de emp. & vendi. § tertio loco. versi. quid si clericus. Soci. in reg. cccx. fallen. x. Contrarium tenet Io. And. in addi. Spe. vbi supra, & in regula, qui prior, in mercu. Idem Roma. in auth. similiter. xj. speciali contractus. C. ad l. Fal. Soci. in reg. cxj. fallen. iiij. Alex. latè in d. §. nunc videamus. Facit text. in §. sacræ. & §. religiosum. Instit. de rer. diui. vbi locus non efficitur sacer, vel religiosus nisi ritè fuerit factum ædificium, vel mortuus illatus in fundum alienum volente domino. Et per hæc Ego Nicolaus Pignolatus Veronensis impono finem istis Annotationibus Die iij. Februarij 1556. Anno secundo doctoratus mei in inclita Ciuitate VENETIARVM.

FINIS.

SINGVLARIA,
SIVE NOTABILIA DICTA
Matthæi Mathesilani Bononiensis:

Additionibus Ioannis Baptistæ Castellionei, Genuensis, ac Annotationibus Gabrielis Sarayne, Veronensis, aliorumque Iureconsultorum nouissimè decorata ac illustrata.

QVVM fluxissent annorum curricula ab orbe creato, sepositis elementis, quæ in vnum Chaos erant immixta, sex millia sexcentum & octo, quarto nonas Iulias, indictiono secunda, Ego Matthæus de Mathesilanis de Bononia, Iuris vtriusque Doctor minimus, Cùm pestifera contagione ciuitas nostra laboraret: rogatus à meo dilectissimo cognato D. Cambio de Zambeccharis victo alti cordis, & prolapiæ excellentis: Necnon instigatus precibus & suatu deliciosi viri, nobilis & egregij, Vatiniique mellifluentis ocellos allicientis ad se D. Petri Gerondæ de Calabria: vrbe discedens ad oras me transtulissem Polytici Castri: à præstantissimis dominabus, & virgunculis gratiosis cognominati, Paradisus Illustrium Dominorum: ibique continuè traherem tempus incassum, sumpsi onus præeligēdi aliqua notabilia dicta, meritò singularia nominãda, ex varijs iuris voluminibus & lecturis. Sunt autem multùm vtilia & decora, quæ (Deum testor) didici pro magna parte à singularissimis legum professoribus post meum assumptum gradum: & dum ad prætoria Præsidis & Episcopi nostri aduocando accessi. His ergo præfatis, assumpto nomine Dei nostri incipio.

ANNOTATIO.

Quum fluxissent, &c. Diem quartum Iulij anni 1409. designat, quo tempore ipse Matthæus Bononiæ florebat, ibique maxima ac dira pestis sæuiebat. Quemadmodum enim Magister Historiarum, Eusebius, Orosius, Beda, Augustinus, Martianus, Marcus & Gerlandus in Chronicis asseuerant, ab initio mundi vsque ad Christi natiuitatē 5199. anni fluxerunt: Quibus si anni Domini 1409. addantur, annos 6608. efficient: & hæc Agiographorum receptior opinio. Quamuis Albumasar & Alphonsus Rex in eorum Eris temporum ab ipsis in annorum numero valde dissentiant. Quoniam si Albumasarem audiamus, inter Adæ creationem, & noctem diei Veneris, in quo fuisse cataclisma nonnullis rationibus affirmat, anni 2227. præteriere. Et ex Alphonsi Regis sententia inter diluuium & Christi incarnationem anni 3102. intercesserunt: Qui omnes simul iuncti ad annos 5328. ascendunt. Vnde inter has duas temporum Eras maxima est differentia, siquidem Albumasaris & Alphonsi Era ab initio mundi vsque ad Domini ortum deducta, sacrorum scriptorum Eras 129. annis superat. Sed prior opinio est tenenda, cùm & concurrat Indictio secunda hîc allegata: quæ Albumasaris & Alphonsi Regis calculatione attenta esset octaua, non secunda anni Domini 1280. Et quòd de anno prædicto sæuiente Bononiæ peste, intermissis legum publicis interpretationibus, ex vrbe Matthæus noster recesserit, séque in Centi oppidum Ferrariensis Ducis imperio subditum, & ab vrbe Bononiæ paruo quidem itineris interuallo distans receperit, quod hîc Polyticum Castrum appellat, in eóque iura sit interpretatus nonnullis auditoribus, qui cum eo illuc secesserant, ad id illum impellentibus, his scriptis nouissimè certior factus sum, quum forte fortuna ad me Lugdunum allatæ fuissent ipsius Do. Matthæi lecturæ manu scriptæ à Domi. Francisco Burdeto de Sabaudia eius scholari eo tempore habitæ super septimo libro Codicis. Quæ in earum principio huiusmodi titulum habebant. *Recollecta eximij I. V. D. Do. Matthei de Mathesilanis de Bononia: quas legendo dedit in Castro Centi anno Domini millesimo quadringentesimonono. Et incepit de mense Augusti, quo tempore vigebat pestis Bononiæ, & ibi non legebatur. Prædictus D. Mattheus legit in prædicto Castro Centi ad postulationem nonnullorum scholarium: scilicet, D. Cambij de Zambeccharijs de Bononia, D. Petri de Gerōda de Calabria, D. Rodulphi de Frisserco & mei Francisci Burdeti, amborum de Sabaudia.* Quas lecturas, cùm huiusce veritatis apertissimum testimonium contineant, neque communiter habeantur, & in his plura Domi. Matthæi singularia hîc descripta ad amussim explicentur, in horum singularium calce, in studiosorum gratiam addendas curaui. Et quòd ipse Matthæus de dicto tempore floruerit, innuere videtur Catellianus Cotta in memoral. vbi de Iurisperitis tractat. Quis verò locus sit tempore pestis pro domicilio eligendus, latè, quod ad Iurisconsultum pertinet, tradit Ioannes Franciscus Ripa in suo tracta. pestis in vltima parte in princip. in quo tractatu omnem pestis materiam cumulauit. Gab. Sarayna Iurisconsultus Veronensis.

I.

1 *Iudex si sit tabellio potest in causis breuioribus acta, & sententiam suam scribere, eique plena datur fides.*

2 *Probatio per vnum testem idoneum vel per famam in causis breuioribus plena probatio esse intelligitur, neque ad iuramētum necessarium deueniri necesse est. & in addit. nu. 18.*

3 *Fama in causis breuioribus vim plenæ probationis habere videtur.*

1 PRimò nota, quòd in causis breuioribus, si iudex † sit tabellio, potest scribere acta, & sententiam suam: & plena fides ei attribuitur, vt per Bartolum in l. iubemus. ij. §. sanè si hæc. C. de sacrosanctis ecclesiis. Et sic debet limitari quod not. Innocent. in capitulo cum à nobis. extrà de testibus. vbi videtur tenere contrarium. Nota
2 quòd † in casibus, siue causis talibus breuioribus probatio per vnum testem idoneum intelligitur plena probatio esse, & sic non est necesse deueniri ad iuramen-
3 tum necessarium. Et similiter fama † videtur habere vim plenæ probationis. l. vbi. C. de iure dotium. Et hæc regula videtur esse de mente Bartol. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstion. & Domin. Anton. de Butr. in cap. veniens. j. extrà de testibus. & capitu. primo. extrà de appellationibus.

ANNOTATIO.

1 *Acta scribi debent de mandato iudicis, & an generalis commissio sufficiat?*

2 *Officio duplici quis fungi non potest, nec eodem tempore duorum sustinere personam. & quomodo intelligatur. 6. & 13.*

3 *Actorum appellatione quæ veniant. 4*

5 *Iudex si sit etiam tabellio, an possit scribere acta & sententiam in contentiosa iurisdictione coram se facta, & an ea fidem faciant?*

7 *Iudex notarius potest scribere & legere sententiam suam, & sibi credetur, si partes citauerit, propriámque relationem scripserit.*

8 *Iudici non creditur deponenti de eo quod fecit, cuiuscunque sit authoritatis.*

9 *Iudex in grauioribus & arduis causis non potest scribere gesta coram se, secus in vilibus, vel breuioribus.*

10 *Ordo iudicialis non obseruatur in causis vilibus, & breuioribus*

11 *Iudex quando possit scribere acta coram se gesta*

12 *Acta scribi debent de mandato iudicis in causis grauioribus: secus in vilioribus.*

14 *Notarij de iure communi dicuntur iudices chartularij. & iurisdictionem voluntariam habent, & contentiosam in causis breuibus, in quibus eorum verbo. & scriptura creditur.*

15 *Notarius an & quando possit facere praeceptum guarentigie.*
16 *Causa viles, vel breuiores quae dicantur.*
17 *Causarum tria sunt genera.*
18 *Probatio per famam, vel per vnum testem in causis breuioribus plena probatio dicitur.*
19 *Fama plenè probat vergentiam mariti ad inopiam.*
20 *Testium optima opinio vbi est causa inductiua plenae probationis, quae aliàs plena non esset, tunc de optima opinione ipsorum testium est articulandum, & probandum.*
21 *Iudex repellit testem etiam si non petatur, si ex actis appareat eũ non esse idoneum, quia ex officio tenetur se informare de conditione testium.*
22 *Testis idoneus dicitur, qui est omni exceptione maior.*

Primò nota.) Verè id singulare dici potest, nam contrarium pri
1 ma facie dicendum videretur. Primò, quia acta † scribi debent de mandato iudicis, vt per Abbatem in capit. quoniam contra. de probationibus. per Baldum in authentic. quae supplicatio. columna j. versicul. & licet. C. de precibus imperato. offerẽ. vbi allegat dictũ cap. quoniam contra. licet generalis commissio sufficere videatur. Et nemo sibi ipsi potest committere, cùm & committentis & commissi separata esse de-
2 beat persona. argumen. cap. fina. de instit. Secundò, quia † vulgata iuris regula est, quòd quis duplici munere fungi non potest, nec eodem tempore duorum sustinere personam. l. final. C. de assesso. ff. de officio assesso. l. penultima. & ff. ad municipal. l. libertus. §. praescriptio. & in authenti. vt iudic. sine quoquo suffragio. §. illud. & in l. hac parte. & ibi gloss. C. de proxim. sacro. scrinio. & in l. penultima. §. illi. C. de agenti. in rebus. & l. eos. C. qui milita. poss. libro duodecimo. At verò pro pleniori intelligẽtia eorum quae hic tradũtur per Matthaeum,
3 praesciendum est quae actorum † appellatione veniant. Bald. in l. interrogatam. C. de liberali causa. dicit, quòd quicquid est factum in praesentia iudicis etiam non in figura iudicij, actorum nomine continetur: & propriè dicuntur scripturae, quae coram iudice fiunt, secundum Baldum in l. illud. in versicu. actorum. C. de sacrosanctis ecclesiis. & sic etiam venient quae fiunt ante litis contestationẽ. Propriùs tamen acta dicuntur post litem contestatam, ante verò praeparatoria iudicij appellantur. & per Guido. Papae decisio. Gratianopol. ccccccxvj. de actis. Signatè verò expressit author, quòd etiã sen-
4 tentiam scribere potest, † quia apud doctores maxima est controuersia, verum actorum appellatione sententia veniat, vt plenè per Felinum & Canoni. in dicto capit. quoniam contra. & ibi Deci. columna quinta. numero 35. de probationib.
5 Quòd † tamen in causis breuioribus iudex si sit tabellio, possit scribere acta, tenuit Bald. in authentic. nisi breuiores. C. de sententiis ex pericul. recitan. vbi infert, quòd isti iudices villarũ in causis breuioribus possunt esse iudices & notarij: quod etiam dixit Bartol. in dicto §. sanè si haec. hic allegat. maximè si hoc eorum consuetudo dictauerit, per textum in l. iubemus. §. eisdem tabellionibus. C. de sacrosanctis ecclesiis. sequitur Lanfranc. de Orian. in dicto capitu. quoniam contra. in versicu. petitiones. numero 19. & ita intelligenda sunt, quae scribit Paris de Puteo in tracta. de syndica. in versicu. Iudex. an si iudex mandet. numero 11. & 15. & idem Paris in dicto tractã. in ver. officium. nemo debet nisi officium. numero 3. vbi
6 dicit, quòd illud † quod dicitur, quòd nemo potest fungi duplici officio, est verum quando officia sunt penitus diuersa, secus si non sint diuersa, sed circa idem tendentia: per legem, comperimus. C. de praepositis sacrorum scriniorum. Et Bald. in dicta l. iubemus. § sanè. C. de sacrosanctis ecclesiis. & ideo infert, quòd si iudex, qui erat tabellio, scripsit omnia acta coram se facta, fidem facit, & ex illis potest pronuntiare, & sententia lata valet, & non impeditur fungi duplici officio, quia ad idem tendit. & ibi multa allegat. De quo tamen videndus est Barbat. in consilio lia. columna septima, volumine primo.
7 & consequenter † talis iudex notarius poterit scribere, & legere sententiam, vt per Baldum in l. cùm sententiam. C. de sententiis & interlocutionibus omnium iudicum. Eodem modo sibi credetur, si ipse partes citauerit, propriámque relationem scripserit: argument. eorum quae scribit Antonius de Butrio in capitulo primo, de iudiciis. & ibi Ioannes de Imola. licet aliàs vni testi non credatur quantumcunque magna dignitate praefulgeat, l. iurisiurandi. C. de testibus. pro quo facit dictum capitu. cùm à nobis, & ibi gloss. in verb. vnius. de
8 testibus. vbi non † creditur iudici deponenti de eo, quod fecit, cuiuscunque sit authoritatis. quem etiam ad hoc ponderat Ias. in l. si quis cum. §. si absens. numero 10. versiculo, ego teneo contrarium. ff. si ex noxali causa agatur. & dubium fit an si iudex faciat aliquam commissionem notario, ipse idem notarius possit eam scribere, & sibi credatur, de quo per Bartolum in l. ea sententia. columna prima. versicu. induco istam legem. numero 3. ff. de testamentaria tutela. & per Areti. consilio xxxvj. columna penultima. Alexand. post Angelum in l. sciendum. ff. de verborum obligationibus. Ias. in l. secunda. in sexta columna. in sexta limitat. ff. si quis in ius vocatus non ierit. Felin. post Hostien. in dicto capitulo, quoniam contra. colum. xxvj. versicul. secundò quaero. & columna xxvij. versicu. quartò quaero. de probationibus. Ioannes Andr. in regu. cùm quid vna via de regulis iuris in mercurialibus. & Bald. in dicta l. iurisiurandi. C. de testibus. & in l. iudices. C. de fide instrumentorum. & in l. final. § primo. C. de iure deliberandi. qui in hoc articulo inter se valde dissentiunt. quorum tamen opiniones concordat Salicet. in l. apud eloquentissimum. C. de fide instrumentorum. & dominus Antonius in dicto capitul. quoniam contra. aliique allegati per Alexandrum in additio. ad Bartol. in dicta l. ex sententia. ff. de testamentaria tutela. in addition. super verbo, aliquo actu. Et licet Baldus in l. seruus communis. j. versicul. quaero, pone quòd aliquis. nu-
9 mero 2. ff. de stipulatione seruorum. dixerit, quòd iudex † qui sit notarius, non possit scribere gesta coram se, quia tractatur de alterius praeiudicio, sed alium adhibere debet, per dictum capitulum, quoniam contra. & dictũ capitu. cùm à nobis. & ibi per Innocentium, nisi esset statutum, vel consuetudo ciuitatis, vel castri in contrarium, quia tunc illi scripturae staretur. argumento l. primae. C. de emancipa. liber. & dicit videri expressum in capitul. cùm dilectus. de fide instrumentorum. tamen id intelligi debet in causis grauioribus & arduis, non in vilibus, vel breuioribus: in quibus de minimo praeiu-
10 dicio agitur, & stricta iudicij † forma, aut ordo non obseruatur, sed summariè, & plerunque sine scriptis proceditur, vt in clementin. saepe. de verborum significatione. nec in eis litis contestatio requiritur, vt per Speculat. in titul. de litis contestatio. §. quando autem facienda sit. numero 4. versicu. quid de breuibus litibus. nec publicatio testium est necessaria nisi petatur, vt tradit idem Matthae. infrà singulari xxxviij. & facit quod in simili tradit Iason in l. ex quacunque. in principio, numero 3. ff. si quis in ius vocat. non ierit. per ea quae scribit Innocent. in capitul. dudum. in gloss. sua in verbo, contestatione. de electio. vnde nimirum si in his secus sit. Hoc etiam in terminis tenuit Guido Papae decisio. Gratia-
11 nop. ccccclxiij. verum iudex. vbi dicit, quòd quaedam † fiunt à iudice non in forma iudiciali, vt quia facit aliquas literas testimoniales, & tunc dicit, quòd ipsemet potest scribere, vt l. diuus ff. de officio praesidis. Si verò sunt alia acta, quae fiunt in forma iudicij, non possunt scribi ab ipso iudice. l. ne in arbitris. C. de arbitris. & capitul. quoniam contra. de probationibus. Nec obstat dicta l. iubemus. §. sanè si haec. quia in his, quae sunt de iurisdictione voluntaria, ipsemet iudex potest scribere dicta l. iubemus. secus autem in his, quae sunt contentiosae iurisdictionis. Et ita dicit seruari in curiis Delphin. Quae tamen intelligit tantum procedere in causis breuioribus: quia possunt agitari sine scriptis, vt ibi per eum, vbi etiam ponit quae dicantur causae breuiores. & M. Anton. Natta consilio clxxxij. volumine primo. quae omnia ante Guidonem posuit, & diffusius cumulauit dominus Alexand. in addition. ad Bartolum. in l. secunda, columna tertia. in additione incipien. per notarium an possint expediri fienda coram iudice. C. de iure fisc. libro decimo. vbi notabiliter loquitur, & secundum praedicta debent fortè intelligi etiam quae notas gloss. in constitut. Regni Neapolit. constitu. litem legitimè contestata. in verb. irremissibiliter. circa medium, ibi, debent enim vniuersa acta iudicij scribi per iudicem tabellionem, &c. in titul. de processu iudicij. licet ibi gloss. videatur hoc generaliter intelligere, nisi litera sit corrupta, & ibi debeat legi per iudicis tabellionem, &c. Et ita in causis grauioribus procedant ea quae suprà in principio in contrarium facere di
12 xi: nã iudicis † & notarij separata debet esse persona, & oportet acta scribi de iudicis commissione. hoc procedit in grauibus causis, vbi de maximo partium praeiudicio agitur, in quibus strictus iuris ordo est seruandus, non in breuioribus, in quibus

quibus agitur de minimo præiudicio.& ita sentit Baeto.in d.
l.seruus communis.j.versi.quæro pone.nu.2.suprà alleg.Nec
similiter obstat,quòd quis duplici officio fungi non potest:
13 nam tunc † id procedit,quando officia sunt prorsus diuersa:
vt suprà dictum fuit ex mente Paridis de Puteo in d.tractatu
de syndicatu,in ver.officium.sed hæc officia non sunt diuersa,
quia circa idem tendunt,ergo &c.& ita in terminis respon
det Bar.si modo Bar.fuit,qui super tribus libris C.scripsit, in
l.comperimus.in fi.C.de proxi.sacro.scri.vbi in terminis infert,
quòd si iudex qui erat tabellio,scripsit omnia acta corã
se facta,quòd ex ipsis pronunciare potest,& sententia lata valet,
nec impeditur hic fungi duplici officio,quia circa idẽ tendunt.
pro quo dicit facere l.his quidem.C.qui mili.non poss.
lib.xij.& extrà de consue.c.ij.& de præb.c.cùm singula.li.vj.
de quo latius per Are.in c.ex literis.colum.iij.de probatio. Et
quemadmodum index si sit tabellio,in dictis causis potest acta
scribere,ita & econtra tabellio idem posse videtur: cùm
14 † vt dicit Inn.in d.c.cùm à nobis.de testib.ipsi notarii dicantur
de iure communi iudices,quamuis iurisdictionẽ contentiosam
non habeant,sed solùm voluntariam:& ij aliquibus in
locis,vt in Thuscia,chartularii iudices vocentur,vt per Nico.
Boër.in §.vj in gl.j.de iurisf.om.iudi.lib.consue. Biturig. Qui
tamen in causis breuibus habent etiam contentiosam iurisdictionem,
& quemadmodum in his verbo suo creditur, ita &
eorum scripturæ,secundum Bar.& Pau.de Castr.in d.l.iubemus.
ij.in §.sanè si hæc.ante fi.& tradit do.Nic.Boër.in aurea
15 decisió.sua cexxij.col pe.nu.15.Et an † ob id,vel ob authoritatem
sibi à statuto concessam talis notarius possit facere præceptum
guarẽtigiæ,tradit Ang.& Imo.in l.at prætor.in prin.
ff.de re iud.post Bar.in l.possessio.§.& si possessio.ver.quæro,
quid si procurator.nu.5.ff.de acqui.pos.& in l.non fatetur.
ff.de confes.& in l.crìot.col.fi.versic & eodem modo.nu.20.
C.de iuris & fact.igno Ro.consi.lxxxvj.& Bald.consi.xxij.in
16 fi.vol.ij.Causæ autem † viles,vel breuiores dicuntur causæ valoris
quinque aureorum,vel vsque ad duos aureos, vt in l.si
oleum.cum l.seq.ff.de dolo.vt tradit Bart in l.diuus.ff.de bu.
dam. Vel quæ sunt decẽ aureorum, vt ff.si cui plus quàm per
leg.Falcid.l.ij.§.quamuis. Vel quinquaginta.arg.C.de defen.
ciui.l.defensores.& l.nonnulli.ff.de accui.Vel à cẽtũ aureis
infrà secundum Bal.in l.ij.in iij col.C.de pedan.iudi.Vel cec.
aureorum vt in auth.de defen.ciui.§ & iudicare.& §.audiẽt.
Vel verius hoc committitur arbitrio iudicis inspecta qualitate
personarum & locorum.arg.l.sed & si susceperit.§ ij.ff.
de iudi.& l.j.& l.Mela.§.si.ff.de alimẽ.& cib.leg.& tradit Spe.
in tit.de iura delatio.in prin.col.j.ver.nota igitur.nu.3.Causa
enim decem librarum inter aliquos esset magna, & inter aliquos
causa centum florenorum esset parua,vt dicit Bar.in l.
admonendi.colum.penul.nu.54.versi.sed est aduertendum.
ff.de iureiur.& Bar.in d.authentic.nisi breuiores.C.de senten.
ex pericu.reci & in dicta l.diuus.& tenet Specul.in tit.de iurisdictione
omnium iudi.§ j.nume.36.versi.& breuiter nota
17 hic.vbi dicit, † quòd tria sunt genera causarum: aliæ infimæ,
vt quæ sunt infra summam cec.solidorum, & pro illis potest
quilibet magistratus adiri,vt in authen.de defensu.ciuita.dicto
§.& iudicare.& d.cto § audient.& ff.de offi.eius cui mandata.
est iurisdict.l.j.Aliæ sunt mediæ,vt quæ prædictam summam
excedunt,& pro illis adiri debet præses prouinciæ, vel
delegatus ab eo,quando ipse est impeditus.l.placet.C. de pedan.
iud Aliæ maximæ,vt quæ ad merum pertinent imperiũ,
& pro illis adiri debent rectores prouinciarum.vt ff.de offic.
præsid.l.illicitas §.qui vniu.rsas.& in dicta l.placet. §. non
ita.non autem delegati ab eis,vel magistratus municipales.l.
ea quæ.ff.ad municip.nisi in casu,cùm cõtingit præsidem abesse,
secundum eundem Specu.in titul.de iudi.delega.§.final.
18 versicu.item quòd est legatus.Et quod in his † causis breuioribus
probatio per vnum testem idoneum,vel per famam,plena
probatio intelligatur ,tenet etiam Roma.in singul.ccj.incip.
item quæro,an vnus testis cum fama.vbi per doctrinam
Bar.in dicto § tormenta.dicit,quòd in his quæ sunt leuis prę-
iudicii fama probat:licet ibi contrarium teneat in probanda
exceptione excommunicationis obiectæ in vim dil.toriæ.Idẽ
etiam tenet Hippolyt.de Marsil.in l.de minore.§.plurimum
quoque.columna x:j.numero 54 versicu.modo tu potes dictis
per eum.ff.de quæstio.Bal.& Imol.in l.final.ff.de hæredi.
insti.Abb.in capit.j.de postul.præla.& tenet Guliel.de Ludo,
in singul.xxvj.incip.textus est, quòd vnus testis.per l.Theopompus.
& ibi gloss.in fi.ff.de dote prælega.& plenè decisiu.
Tholosana ccclxxix.ad fin.in qua tota materia famæ latè habetur.
Et notandum est,quòd licet negotium principale in se
sit magnum,tamen si illud super quo principaliter agitur est
parui præiudicii, causa censetur parui præiudicii.exemplum
in iudicio super restitutione dotis propter vergentiam mariti
ad inopiam,certè licet dos sit magna in se, cognitio tamen,
& his dictis articuli vergendi ad inopiam, est parui præiudicii:
19 & ideo † fama plenè probat vergentiam ad inopiam.ita dixit
Ioann.Baptist.de Sancto Seueri.in repetition.l.admonendi,in
xviij.chart.in iij.columna in versic.nona conclusio.ff.de iureiurand.
per not.per doct.in dicta l.vbi adhuc.C.de iure dotium.
hic allegat.& per Moder.in l.si constante.ff.soluto matrimonio.
& per Canoni.in capitul.si.de iureiurand.& tradit
Hippoly.in dicto §.plurimum quoque.nume.54.& Socin.in
regul.clxxxvij.incip.fama cum vno teste.in iiij.fallen. Et aduertendum
est, quòd cùm dicatur hic in eiusmodi causis vnũ
testem idoneum plenè probare, videtur dicendum,quòd talis
testis idoneitas sit probanda,per doctrinam Ange.in l.vel ne-
20 cate.ff.quemadmu.test.ape.vbi dixit,quòd † vbicunque optima
opinio testium est causa inductiua plenæ probationis,
quæ aliàs plena non esset,tunc de optima opinione ipsorum
testium est articulandum, & probandum. quod etiam dixit
idem Ang.in l.j.§.si quis neget.ff.eo.tit.quem refert & sequitur
Alexan.in consi.lxxij incip.in causa vertente.in iij.colum.
vol.j.& Barthol.Cæpol.in consil.crimi.lviij.eram. in vltima
col.vers. postremo.cum aliis plenissimè adductis per Hippoly.
de Marsil.in l.si quis ne quæstio.colum.vj. numero 176.
versicu.& ad hoc allegatur.ff.de quæstio.& tradit Tho.Gram
21 ma.consil.crimina xxxv.numer.38.Et iudex † repellit testem
etiam si non petatur, si ex actis appareat eum non esse idoneum,
vt per Nicol.Boër.decisio.cccxxj.numero 4.& facit,
quia iudex ex officio tenetur se informare de conditione testium,
vt per Thom.Gramma.decisio.xlv. numero 14.& te-
22 stis † idoneus dicitur,qui est omni exceptione maior. Gabriel
Sarayna.

II.

1 *Probatio per famam,vel per vnum testem videtur habere vim plenæ probationis in iudiciis possessoriis,in quibus de leui præiudicio agi dicitur.Et ideo opus non est ad iuramentum necessarium deuenire.& in addit.nu.8.*

1 NOta quod in iudiciis possessoriis dicitur agi de leui præiudicio.Et ideo † probatio per famam, vel per vnum testem videtur habere vim plenæ probationis:& hæc sensit Bar.in l.j.C.quorum bono.& in l.ij.§.fin.C.vbi in rem actio.& sic non est necesse deuenire ad iuramentum necessarium:licet Bart.videatur sentire contrarium in l.admonendi.ff.de iureiurand.in vlt.chart.& in extrauag.ad reprimendum.in verbo,sommariè.&c.

ADDITIO.

Nota quòd in iudiciis,&c. Ad istud dictum vide etiam Bart.in l.momentaneæ.C.qui legitim.person.& magist.meum Ias.in l.admonendi.hic allega.colum.xxv.& in repetition. eiusdem l.admonendi.colum.lxxxv.versicu.dictum est suprà.& colum.cviij.circa fi.

ANNOTATIO.

1 *Possessorium iudicium quotuplex,& quid vnumquodque.2.& 5.*
3 *Summarium iudicium quodnam appelletur?*
4 *Probatio summaria sufficit in possessorio summario.*
6 *In iudiciis possessoriis an procedatur ordinarie.*
7 *Statutum prohibens appellari in causa possessorii quomodo intelligatur?*
9 *Sententia lata probatione solius famæ debet retractari probata contraria fama.*
10 *Probatio per famam est probatio opinata.*
11 *Fama hincinde probata data paritate terminorum, habetur pro non probata ex vtraque parte.*
12 *Fama quando plene probet,& quando semiplene?*
13 *Fama quomodo probetur?*
14 *Iuramentum in supplementum probationis an debeat deferri reo, vel actori:& an a delatione iuramenti possit appellari?*
15 *Probatio per famam in possessoriis admittitur,quando probatio per veritatem fieri nequit aliàs secus.*
16 *Fama vt probet quæ requirantur?*

17 *Probationes facta in iudicio summario an & quando in plenario, fidem faciant?*

1 Quotuplex † sit iudicium possessorium? dic quòd triplex, in
§. sequens. Insti. de interdict. declarat gloss. in capitul. pasto-
ralis. de cau. pos. & propric. & per Alber. de Rosa. in l. fructus.
nu. 3. ff. de rei vendicatio. Et an addendum sit quartum, vide-
licet iudicium conseruandæ possessionis. l. iij. §. missum. ff. de
Carboniano edicto. & l. j. C. eo. an verò includitur sub inter-
dicto retinendæ, tradunt Ludouic. Roma. & Alexan in dicta
l. j. C. ad Carbonia. & post eos Ripa in fin. rubric. de cau. pos-
sessio. & propri te. in xij. quæstio. nume. 54. Sed quò ad propo-
situm de quo hic per Matth. dic, quòd possessorium duplex
est, summarium, & plenarium, vt dicunt Bald. & Paul. de Ca-
stro, in l. ordinarii. colum. penulti. & fin. C. de rei vendicatio-
ne. & Paulus de Castro in consil. v. in antiquis. Possessorium
4 † summarium illud appellatur, quod principaliter ordinatur
ad finem, ne lite pendente super proprietate, vel possessione
partes veniant ad arma, cùm quælibet pars se possidere præ-
3 tendat. Et dicitur † iudicium summarium, quia natura nego-
tii exigit vt summariè procedatur, cognoscatur, & ordinetur,
& solùm affert præiudicium lite pendente, & donec plenius
fuerit cognitum, vel aliter ordinatum: éstque tanquam præ-
paratorium ad finem alterius iudicii institutum, & aptitudi-
ne momentaneum, ideo non requiritur plena probatio, sed
4 summaria sufficit. Et in isto † possessorio summario modici
temporis, & consequenter censura iuris modici præiudicii.
arg. l. si debitori. de iudic. procedat quod dixit Bar. in d l. j. C.
quorum bon. & in d. l. ij. §. fin. C. vbi in rem actio. quòd suffi-
ciat summaria probatio. & Deci. in l. fina. in iiij. notabil. C. de
edict. diui Adrian. tollend & in consilio lvj. cclij. & dclxiij. &
Curt. Iun. in dicta l. admonendi. colum. antepenulti. & Deci.
in l. Carbonianum. numero 2. C. de Carboniano edicto Spe-
cul. in titul. de testamen. §. ij. Corne. consilio clxxij. in fin. nu-
me. 24. volum. ij. & consilio j. numero 26. volum. iij Gozadi.
consilio xij. colum. ij. numero 11 versicul. quibus tamen non
obstantibus. Alexand. consilio xcj. in causa. colum. j. volumin.
v. Aymon Crauet. consilio clviij. visis. colum. iij. numero 12.
versicu. & multo magis. Calcan. consilio 100. quod veniat. co-
lum. penulti. versicu. nec habet. Socin. consilio clxxvij. in con-
trouersia. columna vj. versiculo, postremo. in fin. & consilio
cclxvij. in causa. colum. ix. versiculo secundò. in fin. nume. 26.
Hyppoly. singul. cccclxxxiij. trita. Gratus consilio xlij. licet.
nume. 6. & 7 volumi. ij. Et plenè per Ioannem Baptistam Plo-
tum in repetitio. l. si quando. in §. præmitto numer. 43. C. vn-
5 de vi. vbi id latissimè prosequitur. Aliud est † possessoriũ ple-
narium, quod ordinatur ad finem & effectum perueniendi ad
sententiam diffinitiuam super petitorio, in quo principaliter
disputatur de iure partium, seu de proprietate, & vim perpe-
tuam obtinet, vt possessor in possessione remaneat, & defen-
datur, donec altera pars egerit, & obtinuerit in petitorio. l. cer-
tus. ff. de acquirenda possessione. & quia hoc perpetuum af-
fert præiudicium donec pro altera parte cognitum, & pro-
nunciatum fuerit super proprietate, dicitur plenarium iudi-
cium, & in eo ordo iudicii requiritur. & ita procedãt quæ scri
bit Bar. in dicta l. admonendi. hic alleg. & ibi Curt. Sen. & in
dicto versicu. summariè. & Deci. in cap. edoceri. col. iij. de re-
scri. & in cap. causam quæ. col. ij. de iudi. & Matthæ. de Affli.
in decisi. Regni. ccclxiij. vbi dicit factum consilium regiæ ma
iestatis fuisse in hac opinione, & quòd non sufficiat semiple-
na probatio, nec vnus testis, vel fama. quam etiam opin. tenet
Alexan. in consi. clxxxvij. ad fin. volu. vij. dicens magis com-
munem opinionem esse hanc, quòd in iudiciis possessoriis nõ
sufficiat semiplena probatio. Sed nescio vnde tunc. college-
rit, quòd illa sit communis opi. cùm Cur. Senior in d. l admo-
nendi. dicat, quòd omnes vsque ad sua tempora contrarium
tenuerint. Idem etiam tenet Ripa in l. ij. ff. quorum bon. circa
fin. Et hæc verè fuit distinctio Barto. si rectè inspiciatur in d.
ver. summariè & in d. l. ij §. fi. in prin. C. vbi in rem actio. Feli.
in ca. veniens. ij. col. iiij de testib. & Lud. Gomes super regula
cancellariæ, de non tollen. iur. quæsit. in v. q. quam etiam po-
stremò tenuit Hier. Cagnol. in l. in pari causa. nu. 7. ff. de reg.
6 iur. Et verum † in iudiciis possessoriis procedatur ordinariè,
ponit Bal. in l. j. in prin. C. de seruis. in ver. in tex. ibi more soli-
to. Et adde Bal. in l. præscriptione. col. xiij. C. si contra ius vel
vtili. pub. qui dixit, quòd licet regulariter requiratur proba-
tio plena, tamen vbi concurrit fauor probantis, & modicum
præiudicium, sufficit iuramentum. l. iij. § duç. ff. ad Carbo. &
Alex. in addnio. ad Barr. in d l. j. C. quorũ bono. Et statutum
7 † prohibens appellari in causa possessorii, quomodo intelli-
gatur, tradit Alex. consil. cvj. Et in quantum dicitur hic, quòd
8 in eiusmodi iudiciis vnus testis, vel fama † plenè probat, adde
Deci. idem tenentẽ in ca. j de appel. & in c. cùm causam. col. ij.
versi. tertiò non videtur. de proba. & consi lvj. in prin. & Bar-
tho. Chassæn. in comment. consue. Burgundiæ, in j. rubric. in
ver. *messiers & sergens.* ibi *sont creuz.* nu. 4. Quod tamen vide-
tur intelligendum, nisi contrarium probetur, per notata per
Pau. de Cast. & Alex. in l. ij. § si absens. ff. si ex noxa. cau. aga. &
per Bal. & Alex. in l j. C. de re iudi. & Bald in l. qui accusare.
prope finem. C. de eden. & in c. j. de inuesti. inter domi. & va
sal. In oria. facit l. j C. si aduer. liber. l. si tutor. in fi. C. de peric.
tu. l. contra negantem. in fi. C. ad l. Aquil. & l. j. & ibi Sali. C. de
reb. cre. Ang. in l. diuus. ff. de testa. mili. & in l. qui vas. in prin.
ff. de furt l. qui bona. §. damni. & ibi Io. de Imol. & Alex. ff. de
dam. infect. Pau. de Cast. in l. fin. ff. de prætoro. stipu. Abb. in ca.
proposuisti. in prin. de probatio Petr. de Anch. in c. canonum
statuta. de consti. & facit quod dixit Alex. in consi. xvj. ij. colũ.
vol. v. quòd statutum priuilegians probationem factam per
famam in fauorem communis, intelligitur, nisi contra illam
famam sit probatio in contrarium: seu facta sit probatio de
9 contraria fama. Imò videtur † dicendum quòd si contrarium
probetur, sententia lata probatione solius famæ, debet retra-
ctari, per tradita per Inno. in cap. tua. de cohabi. cler. & mulier.
Ang. in l. j. C. sen. rescin. non pos. Bal. in l. diuus. ff. de testa. mi-
li. Alex. in l. qui bona. §. quidam. ff. de dam infec. pro qua opi.
facit, quia veritas excludit opinionem. c. veritate. & c. qui con
tenta. viij. dist. & c. quicunque. lxxxj. dist & c. nuper. de biga-
mis. facit tex. in c. per tuas. qui filii sint legi. & ibi do. Ant. sum
10 mè commendat. Probatio autem † per famam, est probatio
opinata, quæ potest habere in se simulationem conflato de ve
11 ritate, & opinio & simulatio cedunt veritati. Fama † autẽ hinc-
inde probata, data paritate terminorũ, habetur pro non pro-
bata ex vtraque parte. Bal. in l. j. in v. q. C. de testa. Alexand. in
consi. cxliij. vol. ij. Bal. in l. sacrosancti. in fi. C. de sacrosan. ec
cle. & in l. ea quidem. C. de proba. & tradit Gozadi. cõsil. viij.
12 nu. 48 Et in materia † famæ quando plenè probet, & quando
semiplenè, latè tradit Soci. in regu. clxxxvij. in verbo, fama cũ
vno teste Deci. consi. cccclxxvij. nu. 2. Fulgo. in consi. clxiij. in
prin. nu. 2. & Deci. in c. veniens. j. de testib. Alex. in consi ccxij.
visis & discussis scripturis. vol. ij. & consi. lxx in causa verten-
te. col. ij. & consi. lxxxiij. viso themate suprascripto. col. ij. vol.
iij. & consi. xx. in causa appellationis. ij. col. & cõsi. xxv. in causa
vertente. & consi. cxvij. viso processu causæ vertentis. vol. iiij.
& plenè per Hipp. de Marsi. post Bar. in l. de minore § plurи-
mum quoque. ff. de quæstio. & Mod post Bar. in d. l. admonen-
13 di. Et quomodo † probetur fama, tradunt Moder. Patavi. ple-
nè in repe. l. fi. ff. de quæst. post Bar. ibi, & Tho. de Piper. in suo
tract. de fama. & habetur per Alb. in l. testiũ. ff. de testi. Et vide
notata per Fulg. cõsi. cxlv. inci. quoniam plurimæ. per totum.
vbi plenè tractat an & quando fama faciat semiplenam pro-
14 bationem. Et an iuramentum † in supplemẽtum probationis
debeat deferri reo, vel actori: & an à delatione iuramenti pos
sit appellari, vel à sententia super mero possessorio: & an cre-
datur iudici asserenti se detulisse iuramentum ex causa: & an
tale iuramentum possit deferri ante, vel post sententiam, & an
valeat sententia lata sub conditione si pars iurauerit infra cer
15 tum tempus? Et adde † q; tunc probatio per famam in posses-
soriis admittitur, quando probatio per veritatẽ fieri nequit,
aliàs secus, vt colligitur ex notatis per Alb. de Rosa. in l. quæ-
cunque. nu. 4. ff. de publicia. & ex his quæ suprà dicta sunt. Itẽ
16 † id procedit, quando fama est legitima, vt quæ ortum habeat
ex legitimis præsumptionibus, & indiciis præcedẽtibus, vt ple
nè per Bar. in l. si cõstante. in j. ij. & iij. q. & ibi Ripa, post alios.
nu 27. ff. sol. ma. Quod in causis breuioribus, & modici præ-
iudicii procedit, vt per doc. in locis suprà allegatis, & apertius
in terminis declarat do. Amadeus de Castello in suo tracta. de
syndic. in ver. in eo, de eo, & super eo, quòd fama publica præ
cedẽte. col. ij. ver. sed posito q; sit probata fama nu. 55 Sed an
17 † & quando probationes factæ in iudicio summario faciant
fidem in plenario, tradit latè Soci. in regul. ccclxxxvij. incip.
probationes factæ in iudicio summario. Gab. Sar.

III.

1 *Iudex si reum ad centum conuentum, in nonagintaquinque condemnet,*

dèinde, cùmque à quinque absoluat, dicátque, Victum victori in expensis condemno. talis expensarum condemnatio, tanquã incerta, est ipso iure nulla, & quòd si dixerit: Victos victoribus, &c.

2 NOta, quòd si actor petiuit centum, & iudex † condemnauit reum in nonagintaquinq;, & absoluit à quinque: & postea dixit, Victum victori, &c. ista condemnatio expensarum, vt incerta, est ipso iure nulla, ex quo vterque est victor & victus: hoc traditur per Bartol. in l. si legatario. §. fi. ff. de fideicom. Secus fortè si dixisset: Victos victoribus &c. quia tũc eatenus, quatenus vnus vicit, alter, qui est victus, est sibi condemnatus in expensis, & ecõtra ipse est condemnatus alteri, quatenus alter vicit ipsum. ar. ff. de rei vendi. l. quæ de tota. de quo tamen dubito.

ADDITIO.

Nota, quòd si actor &c. Adde quod dictum Bar. in l. si legatario, hic alleg. sequitur Imol. in l. iudex posteaquam. in v. col. ff. de re iudi. & Lud. in d. l. j. eo. titu. Bal. in c. j. de plus peti Sali. in l. j. in vlti. q. C. de plus peti. magister meus in l. errore. col. v. ver. quid autem. C. de testa.

ANNOTATIO.

1 *Participium resoluitur in verbum, & relatiuum.*
2 *Clausula, victum victori &c. quomodo intelligatur?*
3 *Absolutio ab expensis quando fieri debeat?*
4 *Expensarum quando mutua inter partes debeat fieri compensatio? Et quomodo id intelligatur?*
5 *Compensatio non fit de liquido ad non liquidum in materia expensarum.*
6 *Actor quando condemnetur in expensis?*
7 *Reo licitum est negare totum propter partem indebitè petitam.*
8 *Expensa facta in causa principali, in qua reus obtinuit, compẽsantur cum expẽsis factis in causa appellationis, in qua succubuit.*

Potest dici q̃ videatur condemnasse pro rata, pro qua quilibet vicit, cùm † participium resoluatur in verbum & relatiuum, vt not. glo. in clemen. j. de præ. & Barto. in l. j ff. de condi. & demon. & sic dum † dicit, victũ victori, intelligitur dixisse illum, qui est victus, ei qui vicit in expensis condemnamus. Et consequenter intelligitur dixisse, quatenus vicit, & quatenus est victus, iuxta not. in l. Stichus qui meus erit. ff. de lega. j. & ideo cùm ex tenore sententiæ appareat pro qua rata vicerit, & pro qua est victus, satis redditur certa sententia, per l. ait prætor. §. j. ff. de re iud. Et ideo quatenus concurrit quãtitas vnius cum quantitate alterius, poterit fieri compensatio, & residuum exigi: & si ex toto esset æqualitas, nihil poterit exigi. facit quod habetur in l. cùm pater §. antepenul. ff. de leg. ij. Vnde † consueuit etiam practicari quòd in casu prædicto, quando vna partium in parte vicit, & in parte est victa, vtraq; absoluitur ab expensis. facit quod habetur in l. generaliter. §. his de præsentibus cum sua glos. & ibi not. per doct. C. de reb. cre. credit. Nec ob. d. l. si legatario. §. fi. & ibi Bart. quia respondetur vt per do. Ioan. de Imol. in d. l. iudex posteaquam. col. j. in fin. ver. sed hic insurgit dubium. quem etiam ibi sequitur do. Alex. in fi. addens idem etiam tenere Bal. in l. terminato. col. fi. C. de fruct. & litis expen. & in auth. generaliter. col. vj. versi. iuxta hoc quæritur. C. de episco. & cleric. & adde Ro. in l. j. ff. de re iudi. Et † quòd quando vnus obtinuit in vno, & alius in alio, vel etiã in vno eodemque capitulo pro parte obtinuit vnus, & pro parte succubuit alter, mutua debeat fieri compẽsatio, ita quòd neuter alteri teneatur, intelligendum est, quando taxatio expensarum facta fuit per iudicem ad instantiam vtriusque partis, in singulis capitulis, in quibus quilibet obtinuit sententiam, & victoriam, & si expensæ sint æquales: secus autem † vbi alter fuisset sollicitus ad faciendum taxare expensas pro parte sua, & alter fuisset negligens, quia nunquam fecerit taxare, nam tunc ille, qui fecit taxare, habebit expensas, alius non, cum de liquido ad non liquidum non possit fieri compensatio. l. fi. C. de compensa. & per Alex. in l. qui Romæ. §. duo fratres. col. xiij. ff. de verb. obl. Item vbi expensæ in vno articulo essent maiores quàm factæ in alio, in quo obtinuit aduersarius, tunc non fiet compensatio, sed condemnabitur aduersarius in eo, in quo expẽsæ alterius partis factæ sunt plures, compensatis reliquis expensis in articulo, in quo obtinuit aduersarius. & ita determinat Bal. in d. l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. & tradit Lanfran. de Oria. in c. quoniam contra. in fi. vbi de expensis tractat, nu. 13. versi. quæro vlterius iu-
6 dex. Sed † Salic. in l. properandum. §. sin autem alterutra. C de iudic. tenet, quòd retentis terminis Bar. in dicta l. si legatario.
7 §. fi. solus actor sit condemnandus in expensis, quia † reo licitum est negare totum propter partem indebitè petitam. arg. l. si is qui ducenta §. vtrum. ff de reb. dub. de quo tamen videndus est Barto. in l. j §. si quis simpliciter. ff. de verborum obliga & in l. si quis cùm totum. ff de excep. rei iudica. in princi. & Bar. & doctor. in l. qui insolidum. ff. de lega. ij. & Sali. pro eius opi. allegat l. j. cum glos. in ver dispendio C. de plus peti. dic vt ibi per Sali. in vlt. q. & istud placet Ang. Aret. insti. de pœn. tem. liti. in §. hæc autem omnia. col. ij. nu 4 versi. quid si vnus vicit. pro quo allegat gl. in l. cùm quædam puella. §. fi. ff. de iurisd. om. iudi. Dictum Bar. in d. l. si legatario. § fi. videtur intelligendum quando cõdemnatio expensarum esset incerta quò ad personas, secus si quò ad expensas. arg. c. cùm dilecti. in fin. de dolo & contu. & in c. auditis. de procur. c. j. de sequest. pos. & fruct. prout notat Alex. in additio. ad Bar. in d. §. fin. Adde
8 † quòd expẽsa facta in causa principali, in qua reus obtinuit, compensatur cum expẽsa facta in causa appellationis, in qua succubuit, vt per Pau. de Cast. in primo suo sing. & Guid. Papæ sing. xc. incip. expẽsa. per gl. in d. l. generaliter. §. in se autẽ. in verb. dispendij. C. de iureiur. Gab. Saray.

IIII.

1 *Creditores & legatarij an agere possint actione personali cõtra institutum in vsufructu hæreditatis, vel omnium bonorum, alio hærede vniuersali, purè, vel sub conditione instituto?*
2 *Actio personalis non datur contra debitorem, vel illum, qui eius personam repræsentat.*
3 *Hæres semel non potest desinere esse hæres.*
4 *Creditores ante S C Trebellianum, poterant solùm agere contra hæredem, non autem contra fideicommissarium vniuersalem, quia debitoris personam non repræsentat.*
5 *Vsufructuarius hæreditatis, vel omnium bonorum qua forma ad onera hæreditatis præstanda teneatur? Et quomodo caueat hæredi, de eo indemne à creditoribus conseruado? & in addi. nu. 1.*
6 *Hæres vniuersalis post mortem vsufructuarij institutus, non nisi post mortem vsufructuarij hæreditatem adire poterit.*
7 *Creditores agere volentes, hæreditati curatorem dari facient, si hæres vniuersalis post mortem vsufructuarij omnium bonorũ fuerit institutus.*
8 *Intellectus l. controuersia. ff. de transact.*

NOta, quòd si testator instituit vxorem hæredẽ in vsufructu omnium bonorum: & post mortem vxoris instituit hæredem Titium, vel aliquem locũ pium, poterũt
1 † creditores & legatarij agere cõtra vxorẽ, & ipsa poterit agere cõtra debitores hæreditatis, & possessores rerũ hæreditariarũ, vt not. Barto. in l. fi. ff. de vsufr. leg. Secus fortè esset, si purè instituisset hæredẽ Titiũ, vel locũ pium: quia tunc in vita vxoris actiones actiuè, & passiuè competunt instituto vniuersali, & cõtra ipsum. l. quoties. C. de hære. insti. & sic de facto pronũtiauit Domi. Roger. de Perusio, cum esset potestas Bononiæ: & in hac forma limitauit dictum Bar. Contra hoc vltimum tamen multum facit l. cõtrouersia. ff. de transact. Item quia non videtur posse assignari bona ratio diuersitatis inter hunc casum, & dictũ
2 Bar. Ego verius puto, quòd indistinctè agere † non possint actione personali creditores & legatarij cõtra institutũ in vsufructu hæreditatis, vel vsufructu omnium bonorũ, alio instituto hærede vniuersali purè, vel sub cõditione, puta, post mortem vsufructuarij, per regulam l. quoties. C. de hære. insti. Item per rationem, quia actio personalis datur solùm cõtra debitorem, vel illum, cuius personam repræsentat. l. j. §. si hæres. ff. ad Treb. sed institutus in vsufructu, vel hæreditate omnium bonorum non repræsenta-
5 ret personam debitoris: nam si repræsentaret, quia † esset hæres semel, non posset desinere postea esse hæres. l. ei qui soluendo. ff. de hæred. insti. Item pro hoc facit ratio, quia
4 videmus, quòd † antequã fuit introductũ Senatusconsultum Trebellianum poterant creditores solum agere contra hæredem, non autem contra fideicõmissarium vniuersalem, quia non repræsentat personã debitoris. l. j. §. si. ff. ad Treb. & Insti. de fideicom. hære. § & in Neronis. Nec obst. id quod no. Bar. in l. fin. ff. de vsufruct. lega. Quia re-

5 spondetur quòd dictum suum sic debet intelligi, quòd † is, cui relictus est vsusfructus totius hęreditatis, vel quotæ hęreditatis, vt dimidiæ, teneatur ad onera præstanda hac forma, videlicet, quia hæres tenetur sibi tradere & consignare omnia bona, velut quotam dimidiam non deducto ære alieno: ipse verò legatarius debet cauere de cõseruando hæredem indemnem à creditoribus. Non autem debet intelligi, quòd creditores possint directa via conuenire ipsum legatarium inuitum. argu. l. si quis seruum. §. fi. cum l. sequen. ff. de lega. ij. & l. iij. C. de pact. & facit pro hoc text. in simili. Instit. de fideicom. hæredi. §. postquam
6 Senatus. Et aduertendom est, quòd eo casu, quo † quis est hæres vniuersalis institutus post mortem vsufructuarij, non poterit ipse adire, nisi post mortem vsufructuarij: vt
7 l. j. ff. de condi. & demon. & ideo oportebit, quòd † creditores volentes agere faciant interim dari curatorem hæreditati, siue bonis, contra quẽ agant. l. si quis ita hæres instituatur. ff de hære. insti. & l. j. ff. de cura. bo. dã. Nec obst.
8 prædictis † l. controuersia. ff. de transact. quia respondetur, quòd ibi ponitur casus specialis, quando duo erant, quorum vnus contendebat se esse hæredem ex testamento, alter ab intestato, & transegerunt, taliter quòd quilibet eorum haberetur vt hęres pro dimidia: nam tũc propter incertitudinem toleratur, quòd creditores possint quemlibet eorum conuenire pro dimidia. Sed in proposito casu non cadit talis dubitatio, nam institutus in vsufructu hæreditatis, vel omnium bonorum aliu hęrede instituto vniuersali, non potest contendere se esse hæredem vniuersalem ex asse, vel ea quota, aut ex testamento vel ab intestato, vt satis patet ex prædictis, ergo, &c.

ADDITIO.

Nota quòd si testator instituit, &c. Ad hoc vide Bal. consi. clia. in v. parte incipi. vsufructuarius an teneatur soluere debita. & Pau. de Castr. in consil. incip. In Christi nomine, in causa quæ vertitur Bononiæ. Alexan. in addi. ad Bar. in l. fi. hic alleg. dat quàm plures remissiones ad istud.

ANNOTATIO.

1 *Vsufructuarius omnium bonorum exigere potest à debitoribus hæreditarijs,*

1 Onus satisfaciẽdi † creditoribus non spectat ad vsufructuarium omnium bonorum, licet Bartol in d. l. si ff. de vsufruct. lega. contrarium dixerit, nam contra Bar. est communis opinio, vt dicit Alexan. in l. si filio. §. si vir in quinquennium. colum. iij. ff. solu. matri. & patet ex his quæ idem Alexan. tradit in l. vsufructu. ff. ad leg. Falci. & sequitur Deci. consi. cccccxxxvj. in causa quæ agitatur. col. v. nu. 13. & in consil. ccccxc. vbi plenè, per totum. Quod doct. in locis prædictis generaliter procedere dicunt, vsque adeo, vt nec ad solutionem legatorũ talis vsufructuarius teneatur, vt plenè notat idem Alex. post Pau. de Cast. in d. l. vsufructu. circa finem. & in consi. xij. col. penul. versi. ad tertium. volu. ij. & Pau. de Cast. in lect. Bononien. & Alex. in l. deducta §. qui post. col. fi. nu. 3. ff. ad Trebel. Pro quo vide quæ latè habentur in apostil. ad Bar. in d. l. fi. & Soci. in l. j. in prin. col. j. ver. colligo tertiò. & ibi Ias. in ij. lectu. col. iij. ff. ad Trebel. Et quòd non teneatur nec ad debita, nec ad legata, diffusiùs consulendo tenuit per multas rationes Gozadi. consi. xciiij. incip. an illustrissima. col. v. versi. aggredior aliud dubium. nu. 22. Vide tamen Ange. Areti. Institu. de vsufru. in §. constituitur. col. fi. ver. quæro si relinquitur. nu. 3. qui videtur tenere quòd vsufructuarius omnium bonorum teneatur ad debita hæreditaria, per d. l. fi. vbi Bart. ff. de vsufr. lega. & per notata per Bal. in l. j. C. de vsufruct. quod etiam videtur sentire Ripa in l. j. in princi. in iiij. notab. ff. ad Trebel. dum respondet Soci. Sed tu dicas quòd eorum dicta possunt intelligi quando vsufructuarius omnium bonorum soluerit tanquam procurator proprietarij. argu. l. j §. fi. cum l. sequen. ff. de oper. noui nuncia. Vel dato quòd possit conueniri à creditoribus, illud est fortè, quia ex quo deducendum est de legato vsusfructus omnium bonorum, vt est tex. in dicta l. vsufructu omnium bonorum ff. ad leg Falci. censeatur ei à testatore iniunctum quòd ipse soluat. & ita in terminis Bar. in d. l. fi. sal uat. Corne. consil. cxcv. incip. circa quod licet. colum. ij. versi. sed quia vniuersalis. volu. iiij. cum Bar. tamen in d. l. fin. tenuit Guid. Pap. decisio. Grationopol. cccccxlv. quidam testator,

2 Ipse tamen † vsufructuarius omnium bonorum habet exercitium omnium actionum hæreditariarum, & exigere potest à debitoribus hæreditarijs: nam videtur habere mandatum ab ipso proprietario circa ea, quæ concernunt res in quibus constitutus est vsusfructus. l. j. §. fin. cum l. sequen. ff. de oper. noui nuntiatione. & hoc voluit Frãc de Albergo. de Are. in l. vxori vsumfructum. ff. de vsu. fruc. lega quod dictum refert & sequitur Soci. in consi. cxxxj. in præsenti consultatione. col. vij. in prin. Pet. de Anch. consi. iij. in prin. nu. 2. & tradit Deci. cõsi. ccccxviij. visa & iterum lecta notula. col. iij. in prin. nu. 7. & & Item plura & alia possunt adduci, quæ colligit Capit. decisione clxxxiiij. in fi. Gab. Sar.

V.

1 *Depositi notorij contractus adeò est fauorabilis, quòd executionẽ meretur, sicut sententia, vel confessio in iudicio facta, vel iuramentum conuentionale, aut iudiciale, vel laudum emologatũ, secus si depositum notorium non sit.*

Nota, quòd contractus depositi est in tantum fauorabilis, quòd † meretur executionem, sicut sentẽtia, vel
1 confessio facta in iudicio, vel iuramentum conuentionale, vel iudiciale. l. post rem. ff. de re iudi. vel laodum emologatum. l. cum antea. C. de arbit & de deposito probatur C. deposi. l. pen. vbi Bar. hoc tenet. Hoc tamen debet intelligi, quando depositum est quodammodo notorium, vt quia de eo apparet publicum instrumentum, vel apparet publica scriptura attestationum testium, qui fuerunt recepti ad perpetuam rei memoriã in aliquo ex casibus iure permissis. facit quod not. in simili C. de edic. diui Adr. tollen. l. fi. & per Bar. in l. creditores. C. de pig. Aliàs autem non haberet executionem, quia requireretur libellus, & litis contestatio, & quod post litem contest. examinatentur testes: vt in c. quoniam frequenter. extrà vt lit. non cõtest. & hanc limitationem dedit d. Roger. de Perusi.

ADDITIO.

Nota, quòd cõtractus &c. Adde quòd dictum quod Matthæ. hic attribuit Rogerio fuit Ang. in l. penul. C. depoli. vbi formaliter dicit, quòd licet instrumentum depositi habeat executionem paratam, per illum tex. in versi. illico. & ibi Bar. tamen si de deposito non constar per publicam scripturam, sed per testes, opus est eos examinare lite contest. pro tanto dixit Bart. in l. fi. vj col. versi. procedo vlterius. C. de edic. diui Adri. tollen. quòd si testamentum non est redactum in scriptis, cessat beneficium illius legis, quia non adest illud notorium quod fit iudici ex inspectione scripturę de quo loquitur illa lex. Et est necesse quòd priuati testes examinentur & publicẽtur, iuxta l. publicari. C. de testa. & cum illa scriptura publicata pro ẽticabitur illa lex. Sande. plura ponit quæ satisfaciũt in proposito, allegando Matthæ. hic, in c. sicut. col. iij de re iudi. Cõcordat cum isto dicto Alex. in l. fi. xij. col. versi. in eadem glo. in fi. C. de fideicom. vide allegata per eum.

ANNOTATIO.

1 *Depositi contractus maximè est priuilegiatus, & quæ sint eius priuilegia? & quid in deposito irregulari, & in confessionato. 2.*

3 *Depositum vbi non reperitur expressè priuilegiatum, in eo seruari debet ius commune.*

4 *Depositum qua exceptione, vel conuentione possit retineri, nec deponenti restitui?*

5 *Bona fides non est seruanda, vbi contradicunt præcepta ciuilia.*

6 *Deposita res restitutio an fieri debeat deponenti, qui postea fuit deportatus, vel fienda sit fisco, quoniam res deposita effecta sit fisci?*

7 *Bannitus si sit deponens, cui ex statuto ius non redditur, & omnia eius bona publicata sint, an depositarius volens agnoscere bonam fidem possit ei sponte soluere, antequam conueniatur à fisco?*

8 *Intellectus l. iij. C. de nouatio.*

9 *Lex aliquem actum priuilegians, requirit, quòd prius de ipso actu constare debeat.*

10 *Statuto dictante, quòd contra instrumentum non possit opponi aliqua exceptio, debebit tamen constare quod sit instrumentum.*

11 *Paria sunt de aliquo adesse instrumentum, vel quòd illud testibus probetur.*

Instru-

12 *Instrumentum donationis si ex forma statuti debet insinuari infra mensem, alioquin donatio irrita sit, an hoc habeat locum in ea donatione, de qua instrumentum non constat, sed tantum testibus probetur?*

13 *Instrumenta publica si ex statuto habeãt executionem paratam, & de debito non fuerit confectum instrumentũ, sed de eo postea fuerit facta probatio testibus, quorũ dicta in scripturam sunt redacta, ea scriptura non secus habebit executionem, ac instrumentum, si quod confectum esset.*

1 Deposit✝ cõtractus maximè est priuilegiatus: tria enim eius priuilegia ponuntur in l. penul. C. deposi. Aliud singulare ponitur in l. si hominem. §. quoties. ff. depositi. Aliud etiam est, quòd non potest ei opponi exceptio non numeratæ pecuniæ. l. in contractibus. §. j. & ibi Bal. C. de non nume. pec. quod ibi limitat Bal. nisi fieret fraus de cõtractu ad contractum. Et an
2 ✝priuilegia depositi amittat depositum irregulare, tradit latè post alios Curt. Iunior in l. ij. in prin. col. iij. versi. sed hic cadit necessaria. nu. 15. ff. si cer. pe. vbi etiam ponit an depositũ confessionatum habeat priuilegia deposin. & in l. j. col. iij. versic. colligunt etiam. nu. 15. C. de eden. de quo vide Bald. in consil. ccxlv. lib. ij. Pau. de Cast. consi. clxij. in antiq. Bald. in consilio cccxxxij. vol. iij Corne. consi. lxj. col. ij. vol. iij. Soci. consilio cxliij. col. fi. vol. j. Pau. de Cast. in consi. viij. viso. & Ias. in l. ij. ad fi. prin. vbi Moder. Taurinen. si certpe. & Cagno. post Deci. in l. contractus. in iij. char. nu. 20. ff. de reg. iu. & dixit Deci.
3 in d. l. j. C. de eden. in iij. notab. vbi addit, ✝quòd vbi depositũ expressè non reperitur priuilegiatum, in eo seruari debet ius commune, quia dispositio generalis etiam includit personas & casus priuilegiatos, vt no. Bal. in l. in fraudem. §. fi. per illum tex. ff. de testa. milit. quod tamen declaratur, vt per eundẽ Deci. consi. v. & in l. j. ff. de regu. iur. & in l. j. C. vnde liber. Et qua
4 ✝exceptione, vel conuentione possit depositum retineri, nec deponenti restitui, tradit Pe. de Anch. consi. cccl x. ex tenore pacti. in prin. & pleniùs Guli. Mayner. in l. quoties nihil. colũ. iij. nu. 6. ff. de reg. iur. nam quando ratio extrinseca suadet fidem non seruari, vt in tribus casibus positis in text. l. bona fides. §. merito. ff. deposi. depositum non erit restituendum deponẽti, puta si bona deponentis sint publicata, confiscata, vel quando dominus rei furatæ concurrit cum fure. Vel quando non tenet depositum ipso iure, quia fur, vel prædo rem illam deposuit apud dominum ipsius rei, quoniam rei suæ depositũ ipso iure non tenet. d. l. bona fides. & l. qui rem. ff. eo. titu. & ideo in dicto casu depositarius præfertur deponenti. Sicut in alio casu, quando deponẽtis bona fuerunt publicata, vt dictum est, & facta fisci in casibus, scilicet, requirentibus publicationem bonorum, & per illos, ad quorum potestaté hoc pertinet iudicare, fuerit declaratum, vt l. deportatorum. C. de pœ. l. commissa. ff. de publica. & l. j §. quibus. cum ibi nota. ff. de legatis iij. Licet enim secundum Sal. & Bal. in d. l. bona fides. de iure sit verum, quòd bona fides seruanda sit, quæ in deposito maximè locum habet, quoniam requirit æquitatem, vt ibi: tamẽ
5 non✝ est seruanda, vbi contradicunt præcepta ciuilia. quando enim ius ciuile detrahit, vel derogat iuri gentium ex causa rationabili, illud est seruãdum: quia ex bona fide procedit: ideo, vt ibi dicit Bal. æquitas merè consideranda non venit secundum ius gentium, sed mixtim debet considerari habito respectu ad præcepta ciuilia, & prætoria, & hoc voluit notab. text. in d. l. bona fides. in versi. & probo hanc esse iustitiam, per quẽ secundum Ricar. Malumb. soluitur quæstio posita in prin. d.
6 l. vtrum restitutio ✝ rei depositæ fieri debeat deponenti, qui fuit postea deportatus, vel fienda sit fisco, quoniam res deposita effecta sit fisci, & sic illi tanquam domino restituendum est depositum, vt ibi habetur in tex. in versic. nam malè meritus ad exemplum & terrorem aliorum egestate debet laborare. cui concordat secundum Alber. de Rosat. ibi l. sed & maritus. ff. solu. matri. l. tutelas. §. fina. ff. de capi. dimi. & l. iij. ff. de
7 bon. damna. cum simil. Sed✝ disponente statuto, quòd bannito ius nõ reddatur, si deponens sit bannitus, & omnia eius bona publicata, an depositarius volens agnoscere bonam fidem possit ei soluere sponte, antequam conueniatur à fisco? Vide-
8 tur quòd sic, per l. iij. C. de nouatio. Sed illa lex✝ hoc non dicit, quia loquitur in cessionario, qui habet iura vtilia, hic in fisco, qui habet iura directa. Item ibi cedenti non denegabatur ius, sed hîc bannito denegatur ius. In contrarium videtur text. in dicta l. bona fides. nam extrinseca, & specialis ratio bonæ fidei debitum iure contractus impedit, quando in maiorem æquitatem dilabitur. Sed potest in hoc distingui, quòd si sciens soluit, non liberatur: si verò probabiliter ignorans, liberatur. argu. l. fin. ff. de transact. ff. de manumiss. l. qui pœnam. nam cùm iura directa transeant in fiscum, constat quòd scienter soluit indebitum. ff. de soluti. l. reo criminis. à contrario sensu. ibi, interim, &c. cum simi. de quo per Bal. in rub. C. deposi. Et inquantum dixit Matth. quòd de deposito debet apparere publicum instrumentum, vel publica scriptura attestationum testium, rectè dixit, nam aliàs non haberet priuilegia
9 de quibus hîc. quia licet ✝ lex soleat aliquem actum priuilegiare, requirit tamen, quòd priùs de ipso actu cõstare debeat, vt probatur in l. diuus Traianus. ff. de testa. mili. per quẽ text.
10 dixit ibi notab. Bar. quòd stante statuto✝ quòd contra instrumentum non possit opponi aliqua exceptio, debebit tamen semper plenè constare quòd sit instrumentũ, & ideo non obstante statuto poterit semper opponi quòd non sit instrumentum. & tradit Cur. Iun. in d. l. j. col. iij. nu. 15. C. de edend. in ratione decidendi illius tex. Et dum dicit, quòd idẽ est si de deposito appareat per publicam scripturam attestationum, ad-
11 de quòd ✝ idem est quòd de aliquo adsit instrumentum, vel quòd illud testibus probetur: per id quod voluit glo. not. in l. vltima. in verb. depositionibus. in fi. C. de edict. diui Adri. tollend. vbi dixit, quòd beneficium eius legis quod datur hæredi ostendenti testamentum non cancellatum, nõ abolitum, nullâque parte vitiatum, vt scilicet, mittatur in possessionem hæreditatis, habet locum in hærede instituto in testamẽto nuncupatiuo, cuius nulla est scriptura facta, sed de quo constat testibus, tanquam eorum attestatio à iudice accepta, & in scriptis redacta habeat vim testamenti in scriptis conditi. Et eam gloss. sequitur Iaco. Butr. Guli. de Cun. Barto. Bal. in ij. quæstio. Ange. qui dicit singul. Sal. Alex. Corne. & Deci. ibi. idem Iaco. Butr. in l. vltima. & ibi Bal. in col. iij. versicul. idem si di. cta. C. de fideicommiss. Alexand. consi. xciij. repetitus. col. vlti. volu. vj. Deci. in c. ij. col. final. versic. xiiij. de proba. ex quibus
12 Alex. in d. consi. xciij. respondit, quòd si ex forma✝ statuti instrumentum donationis debet insinuari intra mensem, alioqui donatio irrita sit, si de donatione non est factũ instrumentum, sed ea testibus probata est, & eorum attestatio publicata, debet donatarius intra mensem ab ea publicatione insinuare donationem, aliàs ea irrita manebit, ac si post instrumentũ de ea donatione factum, ea non fuerit insinuata. Et dicit aliud
13 Ang. in d. l. fi. quod dicit esse singulare, quòd si ex statuto✝ instrumenta publica habeant executionem paratam, & de debito non fuit confectum instrumentum, sed de eo posteà fuit facta probatio testibus, quorum dicta in scripturam sunt redacta, ea scriptura non secus habebit executionem ac instrumentum, si quod confectum fuisset. & sequuntur recentiores ibi, præter Ias. sequitur etiam Alex. in d. consi. xciij. & latè Fel. in c. sicut. col. iij. in prima declaratione, de re iudi. & Hipp. de Marsi. in singu. cccclxxxiij. si vera loqui. & tradit Tiraquel. in tract. de retract. consang. in § ij. in versi. illius ostendere contractum. in glo. j. numero 14. versi. & huic sententiæ concinit. Gabriel Sarayna.

VI.

1 *Obligatus ad dandum monasterio mille in anno, si duo millia in bonis habeat, quorum vsumfructum vxori relinquat, alio hærede vniuersali sibi instituto, an dicta mille statim monasterio solui debeant, an verò quinque tantum pro centenario quotannis habere debeat?*

1 NOta, quòd si obligatus✝ ad dandũ monasterio mille in anno, habens duo millia in bonis, instituat vxorem in vsufructu omnium bonorum, & Titium hæredem vniuersalem, non debent omnia mille de hæreditate statim solui, sed actio competens monasterio est ad rationem quinque pro centenario: nam salua debet remanere proprietas duorum millium: & de fructibus ante omnia soluẽdum est debitum annuum, & de reliquis vxor percipiet vsumfructum: argumen. l. fina. § si autem æs alienum. C. de bonis quæ liber. & hæc audiui à Iacobo de Mariscal.

ANNOTATIO.

Et ibi vide Paul. de Castro optimè loquentem. Et latè apposui suprà singular. iij. nota, quòd si testator. Et adde Dec. consil-

ccccac.vbi plenè examinat. Gab.Sar.

VII.

1 *Iudicium sine actione de consensu partium procedere potest, quando actio semel nata, fuit postea ipso iure extincta.*

1 NOta, de consensu partium† potest procedere iudiciū
sine actione.l.Iulianus.§.quaniā.ff.ad exhib.& no-
tatur per Bar.in l.si Titius.ff.de vet.ob. Hoc tamen debet
intelligi, quando actio fuit semel nata, sed posteà est ex-
tincta ipso iure: Secus si nunquam fuit nata. exemplum in
obligatione conuentionali, vt l.ij.in prin.ff.de dote præ-
leg.& ibi per Bar.

ADDITIO.

Nota, quòd de consensu, &c. Ibi, hoc tamen debet intelligi. Adde quòd istam limitationem tenuerunt Raph.& Ludo.in l.si Titius.hic alleg. Sed Alex. ibi tenuit contrarium: quia videtur contra tex. in l.ij.C.de pact.& in l.cùm putarem.ff.famil.erc. per quem tex. Barto.in d.l.si Titius.hoc videtur velle.& idem Bal.& Imo.in l.si ita stipulatus.circa vltimam col.ff.de verb. oblig. Vide latius per Alex.vbi suprà, qui allegat quamplurimos textus contra istam limitationem, & respondet ad allegata in contrarium.

ANNOTATIO.

1 *Ad agendum sine actione quis non admittitur. fallit nu.4.& 5. Et à iudice potest à iudicio repelli etiam parte non petente.*
2 *Exceptio intentionis & facti impedit litis ingressum.*
3 *Actor debet metiri ius suum ex eo iure, quod habet.*
5 *Idem iudicamus de potentia propinqua ad actum, prout iudicamus de ipso actu.*
6 *Actio vetus vt restauretur, an contra partem agi possit?*
7 *Actio semel extincta an & quando reuiuiscat?*
8 *Actionem mihi competere, an & quādo possim petere à iudice declarari, eius officio implorato?*

1 Regula est, quòd† non admittitur quis ad agēdum sine actio-
ne.l.si pupilli.§.videamus.ff.de neg.gest.in tantum quòd di-
xit Alex.in l.vbi pactum.col.v.C.de transact.quòd quando ex
actis non de actione actoris constat iudici, potest eum repel-
lere ex officio etiam reo non petente, ex quo actionem habe-
re concernit rectitudinem iudicij, vt dixit Feli.in c.ad aures.
2 col.ij.de præscri. Imò† omnis exceptio intentionis & facti im
pedit litis ingressum, ex quo præsupponit agentem iure actio
ne experiri.d.§.videamus.& per Ang.in l.vir bonus.ad med.
ff.iud.sol.& faciunt, quæ notat idem Matth.infrà sing.ix.no-
3 ta regulam, quòd quotiescunque. Ratio est, quia quilibet† a-
ctor debet metiri ius suum ex eo iure, quod habet. Bal.in l.j.in
princi.ff.si vsusfru.pet.& in l.loci corpus.§.competit.ff.si ser.
4 vend. Primò fallit,† quādo quis agit de facto, sed per litis con
testationē speratur nasci actio.d.l.si Titius. Et ratio est, quia
paria sunt actionem ab initio competere, vel statim per litis
5 contestationem nasci:† quia idem iudicamus de potētia pro-
pinqua ad actum, prout iudicamus de ipso actu.l.pe.vbi gl.&
Bal.ff.de test.mil.l.j.§.sed in eo.vbi Bar.no.ff.ad Sylla.& etiā
quia licitè fit de facto illud, quod de iure statim sortietur effe
ctum.tex.est in l.mulier.§.j.ff.de condit.instit. Secundò fallit,
quando quis agit de facto non ad finem, vt consequatur sen-
tentiam, sed ad finem, vt alia actio oriatur, seu acquiratur.l.nu
da.C.de contrah.& commit.stipul. Tertiò fallit, quando agit
reo expressè volente, vt hîc dicit Matth.per textum in dicto
§.quantum.& notat glo.magna circa medium, in l.vbi pactū.
& ibi plenè Alexand.col.fi.nume.11.C.de transactio. Quartò
fallit, quando actio ab initio cōpetebat, sed ex post facto de-
fecit, & actor cum aliena iactura locupletaretur.l.si post acce
ptum.ff.de rei vend.de quo vide Bal. optimè declarantem in
l.j.in ij.q.C.de alien.iudic.mut.cau.fac. Quintò fallit, quando
esset dubium an actio competeret, & pars & iudex nihil oppo
nerent, quia valeret processus & sententia.l.cùm putarem.ff.
familiæ erciscun.cap.Abbate sanè.§.cæterùm.versic.quoniā.
de re iudi.in sexto. Quantum verò ad tertiam fallentiam, de
qua hîc per Matthæum, quòd reo expressè volente potest agi
de facto, quando actio esset aliquando nata, sed posteà fuis-
set extincta, per dictum §.quantum.omnes transeunt cum ea,
quæ probatur in d.§.quantum.triplici ratione ponderando,
vt per Ias.in d.l.si Titius.col.ij.versi.circa tertiam fallentiam.
Contrarium tamen tenuit Alexan.post Areti.in d.l.si Titius.
per multa iura, ad quæ respondet do.Ias.ibidem col.ij.versic.
est verum, quòd istud vltimum. Et quid si actio extincta sit ex
his actionibus, quæ partium consensu restaurari, vel resusci-
tari nō possunt, vt quia sit ex delicto.l.si vnus.§.pactus ne pe-
teret.ff.de pactis. an tunc detur antiqua actio vtilis, iuxta l.si
6 pupilli.§.j.ff.de solu. Vel† si reus consentire nolit, an tunc per
actorem contra reum agi possit per condictionem ob cau-
sam, vel sine causa, vt restauretur, iuxta l.si quis accepto.ff.de
condict.ob causam? vide latè per Alex.in l.si pars diuersa col.
7 j.nu.2.C.de transactio. Et† an & quando actio semel extincta
reuiuiscat, tradit Bar.in l.Mæuius §.duorum.col.iij.in vj.op-
po.ff.de lega.ij.& per Deci.in l.actione.in prin.C.de transact.
8 & Curt.Iun.in l.debitori.in prin.C.de pactis. Et† an & quan-
do actionem mihi competere possim petere à iudice declara-
ri, eius officio implorato, & de eo fieri instrumentum, siue lo-
quamur ex parte rei, siue ex parte actoris, tradit domin.Ale-
xand.in l.si finita.§.eleganter.numero 3.& 13.ff.de dam.infec.
Gabriel Saray.

VIII.

1 *Citatio hominis à citatione legis differt in duobus.5.*
2 *Citatio hominis nunquam arctat citatum ad diffinitiuam sententiam audiendam, nisi specialiter in citatione de ea fiat mentio.*
3 *Citatio ad audiendum iudicis voluntatem etiam cū verbo, Peremptoriè, facta, non valet.*
4 *Citatio iuris peremptoria, cum comminatione, quòd procedetur in causa, sufficit ad omnia acta, vsque ad diffinitiuam sententiam inclusiue.*
5 *Citatio prima, vel secunda iudicis, cum comminatione, quòd si non comparuerit, procedat quantum de iure poterit, non habet vim peremptoriæ citationis, ita quod non sufficit ad missionē in possessionem ex primo decreto: Secus in citatione legis.*
6 *Durius aliquando agitur cum lege, quam cum homine.*
7 *Citatio iuris in certis casibus specialibus ex magna causa, & cum magna deliberatione solum fit.*

1 NOta, quòd est differentia† inter citationem hominis,
2 & citationē iuris, seu legis in duobus. Primo,† quia
citatio hominis nūquam arctat citatum ad diffinitiuam
sententiam audiendam, nisi specialiter in citatione de ea
fiat mentio vt in c.consuluit.extrà de offic.delega.& l.ad
peremptorium.ff.de iudi.& est hodie textus in clem.sæpe.
de verb.sig.circa fi.& ibi no.gl.super verbo, ad id. Et ideo
3 †citatio ad audiendam iudicis voluntatem, etiam cum
verbo, Peremptoriè, non valet quò ad hoc, vt possit ferri
diffinitiua.& hoc tenent Domini de Rota. Sed citatio
4 †iuris peremptoria cum cōminatione, quod si non com
paruerit, procedetur in causa, sufficit ad omnia acta vs-
que ad diffinitiuam sententiam inclusiue, vt probatur in
c.sæpe.de app.& in c.veniēs.extrà de renun.& ibi per do.
Ant.& in c.j.de electio.lib.vj.iuncto eo quod ibi Io.Andr.
in Nouella notat in verbo, procedatur.& in ca.cordi.de
appel.lib.vj.iuncto eo, quod ibi no.Inno.in fi.apparatus.
& no.gl.in clem.causam.de elect.circa fi.in verbo, intra
5 tempus prædictum. Secunda differentia, quia† prima vel
secunda citatio iudicis, cum hac comminatione, quòd si nō
comparuerit, procedet quantū de iure poterit, non habet
vim peremptoriæ citationis, ita quòd non sufficit ad mis
sionem in possessionem ex primo decreto, vt per Bal.in l.
si finita.§.Iulianus.ff.de dam.infe.& Spe.in tit.de citat.§.
viso.versi.sed quæritur. Sed citatio legis, quæ est cum tali
comminatione, habet vim peremptorii, licet in lege non
apponatur hoc verbum, Peremptoriè, vel æquipollens, vt
probatur in d.c.cordi.iuncto eo, quod ibi no.Inn.in fine
apparatus.& in c.j.de elect.lib.vj.& sic est mirabile, quia
6 †durius agitur hoc casu cum lege, quàm cū homine, con
7 tra regul.l.Celsus.ff.de arbi. Hoc ideo est,† quia citatio iu
ris fit solum in certis casibus specialibus ex magna cau-
sa, & cum magna deliberatione.

ADDITIO.

No.quòd est differentia, &c. Ad istud vide Phil.de Per.in c.sæpe contingit.de appel.Gem.in c.j.de electio.lib.vj. Feli.post alios in c.consuluit.circa prin.de offic.& po.iudi.deleg.

ANNOTATIO.

1 *Iudex ordinarius an possit simpliciter citare, dicendo, Venias ad præsen-*

præsentiam nostram.

2 *Sententia non debet continere voluntatem iudicis, sed iudicium secundum dispositionem iuris.*

3 *Citatus ad audiendum voluntatem iudicis quo casu dicatur sufficienter citatus ad sententiam?*

4 *Iudex debet cùm peremptoriè citat, comminari quòd si citatus non comparuerit, procedet in causa quantum de iure poterit, & debebit.*

Adde quòd istud tenent domini de Rot. hic alleg. decisio. cccxlij.
retento eodem themate. in nouis. quos etiam refert Lud. Ro-
ma. in sing. ccclxxij. citatur quis ad audiẽdum. vbi dixi. & idẽ
Rom. consi. ccclxix. circa primum. col. ij. Bar. in l. fi. in fi. C. de
anna. excep. & melius in extrauag. ad reprimen. in versi. super
crimine. Anto. de But. in c. cùm cessante. & c. sæpe. de app. Idẽ
Matth. Mathesil. in l. cessante. col. j. C. quomodo & qoando iu
dex. Geminia. in c. ij. de dolo & contu. lib. vj. & in c. ad petitio
nem. col. uij. de accusa. & ibi Io. de Ana. col. vj. Moder. in d. cle
men. sæpe. in versi. ad id. de verb. sig. Feli. in d. c. consuluit. nu.
16. de offi. deleg. & Alex. consi. cv. nu. 5. lib. v. & Capi. in decisi.
Neap. decisione prima. col. ix. versi. tamen in præsenti. quos al
legat Sebast. Vant. in tract. de nullitatibus. in rubr. ex defectu
citationis. nu. 56. Aug. Bero. post Lanfr. de Oria. in ca. quoniã
contra. in verb. citationes. nu. 88. de probatio. Hipp. de Marsi.
in rub. C. de proba. nu. 393. Contrariũ tamen videtur tenuisse
Inno. in d. c. consuluit. de offi. deleg. Bal. autem in l. consenta-
neum. col. ij. versi. quartò nota. & ibi Sali. C. quõ & quãdo iu-
1 dex. dicit, quòd delegatus † debet citare ad actum causæ, puta
ad respondendum petitioni. Ordinarius verò potest simplici-
ter citare, dicendo, Venias ad præsentiam nostram: cùm sem-
per præsumatur ex causa facere. Sed prima opinio videtur ve
rior per ea quæ latè tradit Barb. in d. c. consuluit. col. ij. vbi al
legat plura pro hac parte. & Hippo. in d. rub. C. de proba. nu.
394. & in repe. l. de vnoquoque. nu. 69. ff. de re iudi. & per Ca-
no. in c. fi. de rescri. & Alex. in l. si finita. §. Iulianus. col. xj. ver-
si. & iuxta prædicta. ff. de dam. infect. & per Rober. Maran. in
suo Spe. aureo. in rub. de citatio. nu. 70. Et ratio prædictorum
2 † est, quia sententia non debet continere voluntatem iudicis,
sed iudicium secundum dispositionem iuris, vt per gl. in c. iu-
dicet. iij. q. vij. & not. Abb. in rub. de re iud. col. ij. Quæ tamen
ratio videtur posse infringi, quia voluntas in iudice, de rego-
lata intelligitur, secundum qualitatem eius, vt not. Imol. post
Host. in c. significauerunt. & ibi Aret. col. vij. versic. istud di-
ctum. de testib. Ideo citatio facta ad audiendum voluntatem
iudicis, intelligitur pro sententia de voluntate regulata prout
3 ad iudicem spectat: Et certè † si postquam in causa cõclusum
sit, quo casu tantum superest, vt feratur sentẽtia, tali casu cita-
tus ad audiendum voluntatem iudicis, satis citatus videtur ad
sententiam. & contrarium iure non probatur: Licet enim in
quibusdam iuribus dicatur de citatione facta ad sententiam,
non tamen negatur, quin valeret citatio ad audiendum volun
tatem iudicis, quia in effectu secũdum subiectam materiam,
& considerata qualitate iudicis, illa verba, quæ dicunt, de vo-
luntate, pro sententia in effectu intelliguntur: & ita etiam tra-
dit Deci. in d. c. consuluit. nume. 8. de offi. delega. Inquantum
verò dicit, quòd citatio iuris peremptoria cum comminatio-
ne, quòd si non comparuerit procedetur in causa, sufficit ad
omnia acta vsque ad diffinitiuam sententiam inclusiuè. idem
tenet Spe. in tit. de citatione. in §. viso de temporum intersti-
tiis. in versi. item licet in die peremptorij. nu. 5. per l. in perem-
ptorio. & in l. & post edictum. ff. de iudi. & in ver. item iudex
debet. nu. 9. & in tit. de sen. §. iuxta. ver. est etiam nulla. & seq.
4 vbi dicit, quòd † iudex debet cùm peremptoriè citat, commi
nari, quòd si citatus non comparuerit, procedet in causa quã-
tum de iure poterit, & debebit: licet hæc comminatio non sit
de substantia citationis. d. l. in peremptorio. & c. tum ex literis.
de in integ. resti. in fi. extrà de dolo & contu. c. cum dilecti. cir
ca prin. de maio. & obe. c. humilis. & mittitur sub præmissa cõ
ditione. l. si apparitor. C. de cohortal. lib. xij. vide latius in di-
ctis locis. Et vide Spe. in d. §. viso. versi. quid si in primo & se-
cundo. nu. 11. vbi idem tenet quod hic Matth. quòd actor nõ
poterit ob hoc mitti in possessionẽ ex primo decreto, vt per
gl. in d. §. Iulianus. vbi Bar. & ibi Alex. col. iij. nu. 14. & sequen.
Et idem Pau. de Cast. in consil. lij. super primo. col. ij. & Abb.
in consi. lxxxiij. casus super quo. lib. ij. & in d. c. consuluit. &
ibi Deci. nume. 8. in fin. & Innocen. in dicto cap. ad petitionẽ.
de accusa. Gabr. Saray.

IX.

1 *Actionem non cõpetere si ex libello appareat, libellus est ineptus, quia ex eo non concluditur ius agendi.*

2 *Libello nullo, litis contestatio, testium receptio, & totus processus est nullus*

3 *Libellum oblatum esse ineptum, vel nullum, paria sunt.*

4 *Conditio, si pendente iudicio purificetur, hoc creditori conditionali agenti non prodest, vt possit sententiam obtinere.*

5 *Creditor conditionalis si in libello asserat, reum esse suum debitorem purè, vel simpliciter, pendente iudicio, conditionis purificatio ei proderit.*

NOta regulam, quòd quotiescũque ex libello apparet
1 ipso † iure actionem non competere, siue nata fue-
rit, & extincta, siue nunquam nata fuerit, neque nasci spe
retur, siue nondum nata fuerit, sed nasci speretur, vt quã-
do obligatio est conditionalis, libellus est ineptus: quia
ex eo non concluditur ius agẽdi. l. ij. C. de formul. Ex hoc
2 † sequitur quòd litis contestatio est nulla, & receptio te-
3 stium, & totus processus: quia paria † sunt ineptum esse li-
bellum oblatum, & nullum esse. argu. l. quoties. ff. qui sa-
4 tisda. cogan. Ex hoc sequitur, † quòd quamuis post litem
contestatam pendente iudicio purificetur conditio, non
proderit hoc actori, vt possit sententiam obtinere: Secus
5 esset, si creditor † cõditionalis asseruisset in libello reum
esse suum debitorem purè, vel simpliciter, quia tunc cùm
libellus habeat formam aptam, proderit actori purifica-
tio huius conditionis pẽdente iudicio, ita quòd pro acto
re sententiabitur. l. si rem. §. fi. ff. de pigno. actio.

ADDITIO.

1 *Libellus est ineptus, quando ex eo non concludatur ius agendi, si actio sit specialiter proposita: secus si generaliter, nulla expressa causa.*

2 *Actio omnis habet vnam causam proximã, & alteram remotam.*

3 *Libellus quando generaliter proponitur ex causa remota, tunc ius superueniens in illo iudicio non clauditur: & quid si in eo causa proxima generaliter exprimatur?*

4 *Ius superueniens pendente iudicio, an & quando veniat in eadem instantia?*

5 *Causæ an semper in libello sint exprimendæ?*

6 *Res nõ potest esse vnius tantum ex plurib. causis, sed ex vna sola.*

7 *Nomen proprium actionis an sit in libello exprimendum?*

8 *Conditionis purificatio pendente iudicio creditori cõditionali proderit.*

1 Quòd † libellus sit ineptus, quando ex eo non concluditur
ius agendi, tradunt doctores in dicta l. ij. C. de formul. & no-
tat gloss. in l. ij. § circa. ff. de doli except. & Bart. in l. j. in prin-
cipio. col. j. versicul. secundò vtrum quis habeat necesse. ff. de
eden. Abb. in consi. lxxxix. colum. ij. volu. j. & in c. examinato.
v. col. de iudic. & Imol. & Roman. in d. l. j. & Roman. in rubri.
C. qui admitti. Licet Barto. variauerit in l. edita. C. de edendo.
& in l. ij. C. de formul. & in l. certi condictio. ff. si certum peta.
& Canonist. in cap. Abbate sanè. de re iudica. in vj. & faciunt
quæ notat Bald. in l. j. C. de alien. iudic. mutan. cau. fac. & in l.
per diuersas. in xiij. quæst. C. manda. & Angel. in l. si quis vi. §.
differentia. col. xvj. ff. de acquir. possess. Et hoc procedit, quan-
do actio est specialiter proposita: secus si generaliter, nulla ex
pressa causa. l. fina. C. de annal. excep. & per Innocen. in dicto
cap. Abbate sanè. & per Bar. latè in l. non potest videri. in fin.
ff. de iudic. & in l. & an eadem. §. actiones. ff. de exceptione
2 rei iudic. Vnde dicas, † quòd quælibet actio habet vnam cau-
sam proximam, & alteram remotam, vt in l. non quemadmo
dum. ff. de iudic. Dominium est causa proxima in actione rea
li. l. in rem in princip. ff. de rei vendicatio. In personali causa
proxima est obligatio. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procurato.
causa remota est contractus. l. consensu & l. actionum gene-
ra. §. actionum quædam. ff. de actio. & obligatio. & Institu. de
3 obliga. quæ ex consen. §. j. Quando † exprimitur causa pro-
xima generaliter, tunc ius superueniens pendente iudicio, in
hoc iudicio clauditur: Sed quando libellus generaliter pro-
ponitur ex causa remota, tunc ius superueniens pendente iu-
dicio non clauditur. Et est ratio, quia causa remota de ne-
cessitate præsupponit locum & tempus: quia si propono em-
ptionem, oportet quòd fuerit facta certo tẽpore, & loco. Sed
quando pono causam proximã, vt dominium, tunc illud non
clauditur tempore contractus, & sic ius superueniens in illo

iudicio clauditur. Sed si expressi causam remotã, & eam pro-
baui, sed non probaui de tẽpore, & sic non a parer an ante li-
tem contestatam, vel pòst fuerit facta, tunc reus absoluetur:
argumen. notatorum. ff. de nego. gest. in l. eum actum. in fine.
& l. non solùm §. sed vt probari. ff. de noui oper. nuntia. & Io-
an. Andr. in cap. Abbas. quod metus causa. & Alex. in apostil.
ad Barto. in dicta l. non potest. & vide latè per Ange. Aret. In-
stitu. de actio. in princi, col. fina. nume. 9, vbi latè tradit, an &
4 † quando ius superueniens pendente iudicio veniat in eadem
5 instantia. Sed an semper † in libello prædictæ causæ sint ex-
primendæ? Dic, si agitur actione personali, debent exprimi
causa proxima & remota, quia per expressionẽ simplicis cau-
sæ proximæ reus non redderetur certus, an cedat, vel conten-
dat, quod fieri debet. l. j. in princ. ff. de eden. Vnde requiritur
expressio causæ remotæ, vt sic dicatur, Peto à te decẽ, ad quæ
es mihi obligatus ex causa mutui, vel depositi. quam opinio-
nem tenet Archi. in d. c. Abbate sanè. de re iudic. in vj. Si verò
agitur in actione reali pro dominio, vel quasi, tunc secundum
omnes sufficit exprimere causam proximam hoc modo, Peto
talem rem, quæ mea est iure dominij, vel quasi: per hoc enim
reus certus efficitur, an cedat, vel contendat, cùm rei non pos
sit esse plurium insolidum. l. si vt certo. §. si duobus vehiculũ.
6 ff. commo. l. Pomponius. §. sed & is. ff. de procura. nec † etiam
vnius tantùm ex pluribus causis, sed ex vna sola. l. iij. §. ex plu
rimis, ff. de acqui. poss. Et quid iuris sit in aliis actionibus rea-
libus, quæ competunt ratione alterius iuris, quàm dominij,
dic vt per Bar. in d. l. & an eandem. §. actiones. ff. de except rei
7 iudi. Et † an nomen proprium exprimi debeat in libello, dicen
dum est, quòd aut causa, quæ exprimitur in libello est apta
producere vnam solam actionem, & tunc sufficit eam expri-
mere, & nomen actionis tacere: aut causa proposita est apta
producere plures actiones, vt patet in colono, qui arbores suc
cidit, vt in l. duobus. §. colonus. ff. de iureiur. & ff. arbo. fur. cæ
sa. l. j. & l. pen. quo casu dantur tres actiones, vt ibi habetur: &
tunc debet exprimi nomen actionis, quam intentare intẽdit,
ne sola expressio nudæ causæ reddat reum incertũ super qua-
litate actionis propositæ. & per Bartol. & doctores in l. edi-
ta. C. de eden. & in l. j. in prin. ff. eo. titu. Ias. in §. omnium. Insti
tu. de actio. Spe. in titu. de libelli concep. per Canon. in tit. de
lib. obla. Et tradit Io. Pet. de Ferrar. in practica sua, in euiden-
8 tialibus, col. fi. versi. verum quia superius. Et † quod dicitur de
creditore conditionali, quòd conditionis purificatio penden
te iudicio ei proderit, & sic quòd ius superueniens ei prodest,
intellige, si ex causa de præterito superuenerit, & ante conclu
sum in causa, secundum Bar. in l. si mater. §. eandem. in fin. ff.
de exceptione rei iudi. Et adde Bal. in l. j. in prin. de exceptione
rei iudica. vbi hoc notabiliter limitat. Item limita, quãdo cau
sa penderet coram ordinario, secus si coram delegato, secun-
dum Bal. in l. præscriptione. in ix. quæst. C. si contra ius vel vti
lit. publ. & vt per Ang. in l. si insulam. ff. de verb. obliga. & ibi
Imol. col. x. & Pau. de Cast. in dicta l. si rem alienam. §. fin. vbi
notabiliter loquitur. Gab. Saray.

X.

1 *Libellus vt aptus sit, sufficit id in eo narrari, quod sit causa agen-
di, nec est necesse, quòd fiat mẽtio replicationis, quæ posset obyci
contra exceptionem, quæ reo competere posset.*
2 *Locator ad pensionem agens quæ in libello narrare debeat?*
3 *Venditor ad pretium agens an teneatur in libello exprimere tan-
tùm contractum venditionis, nec teneatur dicere si rem vendi
tam emptori tradidisset?*
4 *Innominati contractus libellus quid continere debeat?*
5 *Innominati contractus actio non oritur, donec agere volens in totũ
pro parte sua impleuerit.*

1 NOta, quòd in libello † sufficit narrare id, quod sit cau
sa agendi: nec est necesse, quòd fiat mentio replica-
tionis, quæ posset obiici contra exceptionem, quæ posset
2 competere reo. Vnde si locator † petit pensionem à con-
ductore, sufficit narrare locati contractum: quia ex solo
consensu nata est actio locati ad pensionem: nec est ne-
cesse narrare, quòd actor tradiderit conductori rem lo-
catam: & quòd conductor habuit patiẽtiam. & hoc pro-
batur ex notatis per Innocen. in cap. fi. de libel. oblat. fa-
3 cit glos. Instit. de act. in prin. quæ sentit, † quòd venditor
agens ad pretium non teneatur in libello exprimere, nisi
contractum venditionis: non autem tenetur dicere tradi
disse emptori rem venditam. Bal. tamen prima facie vide
tur sentire contrarium in l. ex conducto. in princ. ff. loca.
4 Vbi † verò non esset locatio, sed cõtractus innominatus,
vt quia locassem tibi fundum pro decem corbibus triti-
ci. l. j. §. si quis seruum. ff. deposi. tunc libellus non conclu-
deret, nisi narraret me concessisse, & reum habuisse patiẽ
5 tiam per totum tẽpus. Hoc ideo, † quia ipso iure impedi-
tur natiuitas actionis præscriptis verbis, & in factum, do-
nec volens agere in totum impleuerit pro parte sua. l. ex
placito. C. de rerum permutatio.

ADDITIO.

1 *Locatio non erit, si merces sit constituta in specie, & non in pecu-
nia. Et hoc casu quis contractus dici possit, & qua actione sit
agendum?*
2 *Falsi nominis impositio non vitiat contractum.*
3 *Actione præscriptis verbis quando agendum sit, non ex locato?*
4 *Libellus, quo agitur contra conductorem ad præstationem mer-
cedis.*
5 *Conductor an possit repelli propria authoritate locatoris finito tem
pore locationis?*
6 *Emptor an teneatur stare locationi?*
7 *Locata res an possit auferri conductori non obstante hypotheca sol
uendo interesse?*
8 *Vxor an teneatur stare locationi viri soluto matrimonio: Et quid
de singulari successore, vel fisco?*

1 Si merces sit † constituta in specie, & non in pecunia, non erit
locatio, vt notat Iac. But. in l. si hi qui. C. loca. quia contractus
locationis requirit præstationem in pecunia tantùm. vt d. l. j.
§. si quis seruum. ff. deposi. & not. per gl. in d. l. si hi qui. & de-
clarat gl. in l. qui cõcubinã §. qui hortos. ff. de leg. iij. & in l. j.
ff. loca. & probatur in l. si vir vxori. ff. de dona. inter vi. & vxo.
& ponit Spe. in tit. de loca. in §. postquam. versi. porrò. ij. & in
versic. pone fundum. ij. & per Fabia. de Monte in tractatu de
emptione & vendi. in ij. q. prin. col. penul. nu. 26. versi. vlterius
quæro qualiter. sed erit contractus innominatus, facio vt des:
quo casu erit agendum actione præscriptis verbis. l. naturalis.
ff. de præscriptis verb. Vel erit contractus emphyteuticus, si
vltra tempus modicum facta fuerit locatio, vt per glo. in §. a-
deò. Instit. de loca. & per doctores, & maximè Ias. in l. j. C. de
iure emphy. Et ideo secundum Iac. But. errant notarij in tali-
bus locationibus, quando dicũt, Talis locauit talem fundum
2 pro decem corbibus frumenti. Sed † falsi nominis impositio
non vitiat contractum: quia verba impropriantur, vt res po-
tius valeat, quàm pereat: arg. l. insulam. & ibi not. ff. de præscr.
verb. & in l. si vno. in prin. ff. loc. & in l penul. in fi. ff. de cõtra-
3 hen. emp. & † sic isto casu erit agẽdum actione præscriptis ver
bis, non actione ex locato: & tunc in libello narrabitur loca-
torem concessisse, & habuisse patientiam per totum tempus,
& sic pro parte sua adimpleuisse contractum. d. l. ex placito.
4 C. de rer. permu. hîc alleg. Et † de libello, quo agitur cõtra cõ-
ductorem ad præstationem mercedis, videndus est latius Ioã.
Per. Ferrar. in sua pract. in libello, quo agitur ad ficti præsta-
tionem. & idem quod Bal. in l. ex conducto. in prin. ff. loca. vi
detur sentire Bar. in l. ex empto. in prin. ff. de act. emp. In mate-
ria autẽ locationis vide multa notabilia dicta posita per Gui-
do. Papæ decil. Grationop. cccclxxx. locaui tibi domum. vbi
5 ponit etiam † an conductor possit repelli propria authoritate
6 locatoris, finito tempore locationis. Et an si res † locata ven-
datur pendente locatione, emptor teneatur stare locationi?
7 Et † an res possit auferri conductori, non obstante hypothe
8 ca soluendo interesse? Et † an mulier teneatur stare locatio-
ni viri soluto matrimonio, & quid de singulari successore, vel
fisco? Gabr. Sar.

XI.

1 *Libellus concludit, licet in eo solennitates extrinseca non allegẽtur.*
2 *Solennitates extrinseca in instrumentis non præsumuntur.*
3 *Minorem mihi prædium vendidisse si in libello narrem, cõcludit,
licet curatoris authoritatem, & iudicis decretum interuenisse
in eo non allegauerim.*

1 NOta, quòd † in libello non est necesse allegare solen
2 nitates extrinsecas, vt concludat, † quamuis illę non
præsumantur in instrumentis. l. quæcunque. §. interdum.
3 ff. de publician. Vnde † si in libello quis allegat, quòd mi-
nor sibi vendidit tale prædium, concludit libellus, licet

non

sibi vendidit tale prædiom, concludit libellus, licet non allegauerit, quod interuenit authoritas curatoris, & decretum iudicis. no. Inno. in c. fi. de lib. oblat. Bart. in l. j. in prin. ff. de eden.

ADDITIONES.

Nota quòd in libello, &c. Ad istud dictum vide Felin. in c. fin. de lib. obla. hic alleg. Dic tamen, quòd pro solennitate extrinseca actus gesti in iudicio à parte non præsumitur, nisi probetur. tex. in c. significauerunt. de testib. quem extollit ibi Areti. ad hanc materiam: non sic in actibus gestis à iudice, per l. ab ea parte. in fine. ff. de probatio. quæ est singularis secundum Butr. in c. quod sicut. vj. char. de electio. & est text. in ca. sicut. de re iudic. vbi Sande. col. iij. in princ. approbat etiam dictum Matth. hic.

Vide Cuma. & doctores in l. sciendum. ff. de ver. ob. & quæ dixi in singulari seq. faciunt quæ oo. do. Mantua. consil. xxv. visis processibus. nu. 7. & idem tenet Bar. in d. l. j. in prin. col. iij. nu. 13. ff. de edendo. Gab. Sar.

XII.

1 *Solennitas extrinseca in instrumento interuenisse non præsumitur, si opponatur: secus si non opponatur. quia tunc pro producente instrumentum ferretur sententia, ac si illa extrinseca solennitas interuenisset. & in addit. nu. 1. 3. & 21.*

1 Nota, quòd illa regula vulgaris, † quòd extrinseca solennitas non præsumitur in instrumento, debet intelligi, quando fuit oppositum contra instrumentum: si autem non fuit oppositum, ferretur sententia, perinde ac si interuenisset illa solennitas extrinseca. Vnde si productum fuit instrumentum, in quo prælatus fecit aliquem contractum, nec fuit oppositum, quod defuit consensus capituli, ferretur sententia pro producente instrumentũ. vt in c. ea noscitur. extrà de his quæ fi. à præla. & no. Ioan. Andræ. & Compost. & But. in capit. cum dilectus. extrà de consuetu.

ADDITIO.

No. quod illa, &c. Et quòd solennitas extrinseca semper præsumatur, nisi fuerit allegatus, vel oppositus eius defectus, tenet singulariter Compost. in c. cùm dilectus. de consue. per capit. ea noscitur. allegatũ per Matth hic. & hoc extollunt Lud. & Alex. in l. sciendum. ff. de ver. obli. Imo. post alios in d. ca. cùm dilectus. col. vij. & c. in præsentia. vlti. col. de probatio. But. & Imo. in c. sicut. de re iudi. & ibidem Feli. col. xiiij. versic. fallit secũdò. sentit Rota de of. or. decis. v. in antiquis. sequuntur eũ Imo. in d. c. ea noscitur. col. v. licet ibi dicat hoc esse parui effectus, ex quo non præsumatur quando negatur: sed solum quando non negatur.

ANNOTATIO.

2 *Decretum iudicis in dubio interuenisse præsumi, quomodo intelligatur?*
4 *Solennitatem extrinsecam in actu interuenisse ex diuturnitate tẽporis præsumi.*
5 *Decreti authoritas in contractu monialium interuenisse ex cursu xxx. annorum præsumitur.*
6 *Licentia Papæ in testamento Cardinalis ex diuturnitate temporis interuenisse præsumitur.*
7 *Clericus, qui diu fuit in possessione beneficij, præsumitur quòd ritè fuerit institutus.*
8 *Alienatio emphyteuta præsumitur ex diuturnitate temporis facta de consensu domini.*
9 *Consensus vbi in actu requiritur, debet esse expressus.*
10 *Consensus propter antiquitatem præsumitur.*
11 *Præsumptio quæ insurgit ex diuturnitate temporis, non facit, quominus contrarium probari possit.*
12 *Libellus generalis, incertus, & obscurus non est admittẽdus si pars opposuerit, aliàs secus.*
13 *Actionum concursus qua electione tollantur, quemadmodum admittitur propter contumaciã partis, ita & admittitur ex consensu partium tacito, vel expresso.*
14 *Processus factus cum excommunicato non valet parte opponente.*
15 *Clericus prohibetur fideiubere, & tabellionatus officium exercere parte opponente.*
16 *Miles procurator esse non potest si opponatur.*
17 *Iudex non dicitur sedere super non petitis.*
18 *Lex quando dicit, quid fieri debere etiam sub pœna, intelligitur, si id petatur.*
19 *Iudex non tenetur impartiri officium suum non postulatum.*
20 *Banniti si ex forma statuti audiri non debeant, intelligitur, si petatur, & opponatur à parte.*
22 *Bona fides vbicunque dicitur præsumi, intelligitur, si ea expressè allegetur.*
23 *Dominium nunquam ex possessione præsumitur, nisi à parte ista præsumptio allegetur.*
24 *Ignorantia in dubio præsumitur, si hæc præsumptio allegetur.*
25 *Dominus olim, quando nunc præsumatur etiam dominus?*
26 *Viuere quis vsque ad centum annos præsumitur si hæc præsumptio allegetur.*
27 *Conuictus de mendacio non potest dicere deesse solennitatem: & beneficium præsumptionis tollitur per prauitatem negantis.*
28 *Oppositio, vel exceptio simplex an sufficiat ad tollendum præsumptionem extrinsecæ solennitatis?*
29 *Excipiens plura, an videatur se astringere ad ea omnia probanda?*
30 *Excipiens, de cuius calumnia iudex dubitat, potest compelli sub pœna ad probandum exceptionem, sicuti & actor calumniosè petens.*
31 *Executio instrumenti an impediatur sola oppositione defectus solennitatis extrinsecæ?*
32 *Exceptio requirens altiorem indaginem, & quæ incontinenti probari non potest, non impedit executionem*

1 Quòd † extrinseca solennitas tunc non præsumatur, quando
fuit oppositum, aliàs secus, tenet etiam Ludou. Ro. in l. si quis
mihi bona. in §. iussum. iosi. ff. de acqui. hære. & Spe. in titu. de
proba. in §. iij. versi. tertiò per instrumentum. & Angel. Areti.
Insti. de fideiuss. §. fin. nu. 7 Carol. Moli. in prima parte Commentar.
in consue Parisien. §. v. nu. 58. versic. & hoc iuxta. Et
ita videtur posse intelligi gl. in l. actor. ff. rem ratã haberi. quæ
2 tenet, † quòd in dubio præsumitur decretum iudicis inter-
3 uenisse, & quæ ibi notat Bal. in vlti. col. Vel † quando agitur
de actu modici præiudicij facto à viro bono: nam tunc præsu
mitur extrinseca solennitas interuenisse, vt per Inno. in c. j. de
cleric. peregrinan. Feli. in d. c. sicut. in versi. fallit quartò dicta
regula. nu. 43. de re iudi. Imo. in c. peruenit. de emp. & vendit.
Vel & tertio casu, de quo per Pau. de Castr. in consil. 50. quem
sequitur Alex. consi. j. in iiij. volum. Vel quando ea solennitas
extrinseca communiter, & vt plurimum solet interuenire in
actu: quia pro ea præsumitur, quòd interuenerit, etiam si aliter
non appareat, vt per Io. And. in addi. Spe. in tit. de emptiõ.
& vendi. § j. versi. nunc formam. Oldr. consil. ccxvij. super eo.
Vel vltimò quando diuturnum tempus concurreret, quia tũc
extrinseca solennitas interuenisse præsumitur. Et in specie quòd
4 † consensus capituli & tractatus, & aliæ solennitates requisitę
in alienatione bonorum ecclesiæ propter diuturnitatem temporis
præsumantur interuenisse, est communis opinio, vt per
Feli. in c. Albericus. de testi. quamuis ibi Abb. contrarium tenuerit
in versi. ego arbitror. Pe de Anch. consi. cxxxv. ex con
5 silus excellentium doctorum. vbi in simili consuluit, † quòd
ex cursu xxx. ann. purgatur omne vitium, quod in contractu
monialium interuenit: quia præsumitur authoritas decreti,
& authoritas superioris interuenisse: arg. l. filius. C. de pet. hær.
l. qui in aliena. § sed si non adierit. ff. de acqui. hære. & ita etiã
in terminis consuluit Alex. consi. lxxix. circa primum, de quo
quæritur. in secundo dubio. vol. j. & ibi plenius loquitur, quã
in consi. xlv. volu. vij. Et idem in simili casu consuluit Aretin.
consi. xxxvj. casus talis est. vbi tenet, quòd in testamento Car
6 dinalis, † in quo licentia Papæ requirebatur, ex diuturnitate
præsumitur interuenisse. & ita consuluit Deci. consil. xxxv.
col. pe. Et de vnione, quæ facta præsumitur solenniter propter
antiquitatem, secundum Pe. de Anch. consi. clxj. in quæstione
ecclesiæ. in fi. & Rom. consil cclxxxv. quoad primum.
& de executione sententiæ no. Pet. de Ancha. consi. xxxix. visa
7 petitione. Et clericos † qui diu fuit in possessione beneficij,
pręsumitur, quòd ritè fuerit institutus, vt no. Bal. in l. siue pos
sideris. in iiij. oppo. C. de proba. & tradunt doct. in c. illud. de
8 præsum Et ex diuturnitate † temporis præsumitur, quòd de
consensu domini facta sit alienatio per emphyteutã, vt Alex.
scribit consi. cxj. viso & diligenter considerato col. pen. volu.
iiij. & plenè per Feli. in c. sicut. de re iudi. & latè per Iaso. post

Alex.in d.l.sciēdū.col.vij.nu.16.versi.quartò limita ff de ver.
ob.& per Curne.consi.xciiij & consi.clxxxj.nu 22.volu.ij.&
9 consi.cclxxxiiij.nu.3.volu.iiij.Nec obstat† quòd vbi requiri-
tur consensus expressus non præsumitur,secundum Abb.in
d c,ea noscitur.Quia respondetur,quòd cōsensus vbi requi-
ritur,debet esse expressus,vt no.Arc.in l.ij §.voluntatem.ff.
sol.ma.vbi inquit in j.col.versic.aduerte,quod licet verbum
voluntas,etiam in tacita voluntate verificari posit,tamē con
sensus de sui natura videtur importare cōsensum expressum.
& Bal.idem videtur velle in d.§ voluntatem.& no.in authē.
quod locum.C.de colla.& in c.fi.§.j.de iudi.in vj.vbi Domi.
10 in princ.Et cum propter† antiquitatem consensus præsuma-
tur,vt no.Ang.in l.qui in aliena.in prin.ff.de acqui.hære.cum
simi.ergo videtur quòd etiam expressus cōsensus præsuma-
tur.& hoc expressè dicit Alex.in d.§.voluntatem.in princ.in
versi.hoc tamen limita.& facit,quia cùm propter antiquita-
tem temporis omnia solenniter præsumātur interuenisse,ista
ratio pariter militat in cōsensu expresso,quia præsumitur in-
teruenisse modo,quo requirebatur.& plenè per Deci.consil.
cccccix.visu consi.col.j & Soci in reg.cccclxiij.incip.solenni-
11 tas extrinseca.Adde tamen † quòd præsumptio quæ insurgit
ex diuturnitate temporis non est efficax, quo minus contra-
rium probari posit,vt no.Cy.in l.si certis annis.in x,q.C.de
pact.Bal.in l.ij.in fi.C.de dotis promis.Alex.consi.cxiij.super
primo dubio vol.j.Et quòd id opponi debeat,aliàs solennitas
extrinseca præsumatur,ex tacita partis non opponentis vo-
12 luntate,multis similibus comprobari potest.Nā libellus† ge-
neralis,incertus & obscurus non est admittēdus:quia hoc mo
do agere non diceretur,nec loqui.l.de ętate §.qui tacuit.ff.de
interrog.actio.l.prætor edixit ff.de iureiur.l.cum incertum.
cum si.ff.de leg.j.ad hoc vt reus deliberare posit an velit ce-
dere,vel contendere.l.j.ff.de eden.& in l.j.in fi.C.de anna.ex-
ceptio.Et tamen si libellus generalis,vel obscurus productus
fuerit,nec pars opposuerit,iuri sibi competenti tacitè renun-
tiasse videtur,& libellum admisisse vitio incertitudinis,obscu
ritatis,vel generalitatis peccantem,vt inquit Bar.in l.edita.in
iij.col C.de eden.& ibidem dicebat Bar.in viij.col.quòd si-
13 cut† propter contumaciam partis admittitur concursus a-
ctionum,quarum natura est,vt à principio electione tollan-
tur,ita admittitur ex cōsensu partium tacito,vel expresso.Et
idem dicitur in exceptione generali,quæ excipientem iuuat,
vt declarat Ang.in l.j.ff.de excep.& est arg.in l.fi.C.de fruct.
& litis expens.& de libello incertu apertiùs probatur in l.ij.&
fi.C.de sent.quæ sine cer.quanti.& in l.in rebus.C.de rerum
14 permut.Idem dicitur† in processu,ne cum excommunicato
agitatus valeat,quoniam personam legitimam non habet,vt
in c.cùm inter.de exceptio.& in c.testimonium.de testibus.&
tamen si non opponatur,processus valet, & tenet,& videtur
dictum processum ratificasse & approbasse secundum glo.in
15 c.j.de resert.in vj.Item clericus † prohibitus est fideiubere.c.
j.de fideius.c.te quidem.xj.q.j.& tamē si fideiubeat,& ille,cui
fideiubetur,taceat,nec ipsum repellat,valet fideiussio.c.per-
uenit.c.constitutus.de fideius.Et eodem modo officiū tabel-
lionatus exercet,& instrumenta valent.c.j.ne clerici vel mo-
na & no.Bar.in l.vniuersos.C.de decur.li.x.& tamen lex resi
stit,ne id ipsum exerceat,si opponatur.c.sicut.ne cler.vel mo-
16 nachi Et idem† in milite est,quo ad procuratoris officiū,vt
in l.ita demum.C.de procu.& in l.filiusfa.in §.veterani.ff.eo.
titu.& no.Ias.in l.patre furioso.in iiij.col.ff.de his qui sunt sui
vel alie.iur & Roma.in consil.ccccix.inci.quo ad primum,in
ij.col.& plenè per Ias.in l.cùm quid.in j.lect.col.ij.nu.7.vers.
quintò limita.& in ij.lect.col.iiij nu.19.versi.quinta cōclusio,
ff.si cert.pet.& per Mar.Mantua.consi.cxliij in præsenti casu.
17 col.iij.nu.40.Pro quibus optimè facit:nam† super non peti-
tis iudex non dicitur sedere.l.si ex testamento.ff.de excep.rei
iud.l.j.& ij.C.si à non cōpet.iudi.& l non distinguemus.§.de
officio.& in § si ff.de arbi.& in c.cùm dilectus.de arbi.& in c.
18 P & G.de offi.deleg.Et ideo,† quando lex dicit quid fieri de-
bere etiam sub pœna,intelligitur si id petatur,vt per Abb.in
c.pe.col.pe.de iudi.Alex.in consi.xxiiij.inci.viso.vol.vj.Frāc.
de Rampon.inter consilia Cald.consi.iij.in titu.de pœn.Pau.
de Castro in l.peto.§.fratre.ff.de legat.ij.Et facit,quia iudex
19 † non tenetur impartire officium suum nō postulatum.l.iiij.
§.hoc autem iudicium.& ibi plenè per scribentes.ff.de dam.
infect & per Barto.in l.properandum.C.de iudi.Barb.in cap.
consuluit.in iiij.colum.de offic.delega.& in cap.de causis.eo,
titu.in vj.colum.& in consi.xxxij.inci.viso præsentis consul-
tationis puncto.col.j.volumi.ij & in rub.de fide instrumen.
in xxiij.char.col.j.facit tex.in l.j.§.magistratibus.ff.de magist.
conuc.l.vniuersa.C.de preci.Imper.offe.& c.j.ibi,si fuerit re-
quisitus.de senten.excommu.in vj.& in c.j.ad fi.ibi,sepultc-
rum corpora si petantur.de sepult.in vj.& tex.in c.cùm perso-
næ.§.j.ibi,à locorum ordinariis requisiti.de priuileg.in vj.
& glo.in c.cupientes.§ j.in versicul.contingentibus.de elect.
in vj quæ iura allegando.Feli.in c.si autem.de rescrip.in iiij.
colum.Et optimè facit ad propositum quod dicit Angel.in l.
venditioni.circa prin.C.de vsucap pro empt.vbi dicit,quòd
20 illa lex facit pro bannitis,qui † non debent audiri ex forma
statuti:nam secundum eum hoc intelligitur,dummodo hoc
opponatur à parte.Et dicit hoc voluisse Ioan.Andræ.in capi.
statutum.de rescrip.in vj.Et plenè tradit Hippol.de Marsil.in
l.vnius §.cogniturum.in j.notab.ff.de quæstio.& in practic.
crimi.in §.nunc videndum.nume.2.Et faciunt quæ notat idē
Marthæ.infrà singulari xxxviij.no.quòd in causis summariis.
21 Et inquantum suprà dictum est,† solennitatem extrinsecam
præsumi,nisi opponatur,intelligitur,si id à parte allegetur,a-
liàs id non sufficeret.Pro quo facit quod volunt Angel.post
Bal.in l.super longi.in iij col.ad fi.C.de præscri.lon.temp.vbi
per l.si adulterium cum incestu.in §.idem Pollioni.in versic.
22 si vtique error allegetur.ff de adulte dicunt,† quòd vbicun-
que dicimus præsumi bonam fidem,intelligitur si ea expressè
allegetur.vnde secundum eum,cautus esse debet,qui se fun-
dat super præscriptione,vt semper alleget bonam fidem,dato
to quod sit in casu,vbi præsumitur.Idem tenet Bal.in capit.si
quis per triginta.in iij.colum.si de feu.fue.contro.int.dom.&
agna.& Bal.in c.per tuas.in ij.col.ad fi de actio.Ang.in l.cum
qui.§.fi.ff.de publ.Et dixit Bar.in l.rem alienam.in ij.col.ff.de
23 pign.actio.quòd ex possessione † nunquā præsumitur do-
minium,nisi allegetur ista præsumptio à parte.Et idem tenet
Bal.in l.etiam.ij.col.C.de execu.rei iudi.Sali.in l.certi.C.loc.
Facit quod dixit Bal.in l.quicunque.col.j.C.de ser.fug.quòd
24 licet in dubio† præsumatur ignorantia.l.verius.ff.de probat.
tamen oportet quòd allegetur,per d.§.idem Pollioni.Et ad-
de gloss.in l.certum.in prin.in ver.confessus.& ibi Bar.ff.de
25 confes.quę vult quòd licet † olim dominus,nunc præsumatur
esse dominus.l.siue possidetis.C.de proba.tamen requiritur,
quòd ille,qui fuit olim dominus,alleget se de præsenti domi
num,nec sufficeret allegare simpliciter dominium de præte-
rito.sequitur Bal.in l.edita.col.xij.C.de eden.Alex.in l.si mi-
norem.ad fi.C.de resti.mino.de quo tamen vide Ant.de Butr.
26 & Imo.in c.prætereà.ij.de transact.Et facit,quòd † licet quili-
bet præsumatur viuere vsque ad centum annos.l.fin.C.de sa-
crosanct.eccle.tamen hanc præsumptionem oportet allegare,
per d.§ idem Pollioni.secundum Bal.in c.ex tenore.iiij.co-
lum.de testi.& plenè per Ias.in l.cùm quid.col.vj.nume.26.&
seq.ff.si cert.peta Quæ nota,quia ea ita in materia cumulata
non reperies in locis ordinariis,in quibus de præsumptione
prædictæ solennitatis tractatur.Vnum tamen in materia per-
27 petuò nota,quòd conuictus† de mendacio non potest dicere
deesse solennitatem:& beneficium præsumptionis tollitur
per prauitatem negantis,vt notab.dixit Bal.in l.si.de fideicō.
& in cap.j.§.item si vasallus col.penult de contrauer.inuesti.
28 Sed† an simplex oppositio vel exceptio sufficiat ad tollēdam
præsumptionem extrinsecæ solennitatis? Dic quòd non,per
not.per Bar.in l.asseueratio.C.de non nu.pecu.& per Specu.
in tit.de excep.§.ij.& in tit.de alleg.& dispur.§.ij.versi.penul.
Et faciunt notata per Io.Andr.in c.si fortè.de electio.in vj.in
29 nouel.vbi ponit,an excipiens † plura,videatur se adstringere
ad ea omnia probanda.Et est tex.& ibi doctor.in l.scire § suf
ficit.ff.de excus.tut.& Bar.in l.diuus.ff.de re iud.& ibi docto.
Cardin.in cle.in plerisque.de electio.vbi ponit,an opponens
plura puniatur,si non probet omnia,& per Spe.in tit.de exce.
§.quarto.vbi etiam ponit,quid si vna tantùm exceptio pro-
betur.& per Cardi.in cle.cōstitutionem.in xv.q.de elect.Imò
dicit Io.And.singulariter in c.quòd sicut.in fi.de elect,quòd
30 excipiens,† de cuius calumnia iudex dubitat,potest compelli
sub pœna ad probandum exceptionem,sicut & actor calum-
niosè petens.Quin potius est,quòd si excipiens non probet,
debet condemnari in expensis c.finem litibus.de do.& contu.
& c.sententiam.de pœ.l.non ignorat.& ibi Bar.C.de fru.& li.
31 expen.Et† an opposita dicta exceptione,impediatur executio
instrumenti? Videtur dicendum,quòd non,cùm debeat pro-
bari.

bari, & altiorem requirat indaginem. Et est doctrina magistralis, quam tradit Alex. in consi. xcv. col. ij. versic. hodie tamen. vol. ij. quòd † nulla exceptio requirens altiorem indaginem, quæ ex processu non patet, & quæ incontinenti probari non potest, impedit executionem. Et colligitur ex dictis doctorũ in l. iij § condemnatum. ff. de re iudi. & per Alexan. in consil. lxxxiij. in v. volumi. & per Rober. Mara. in fine sui aurei specul. Gabr. Sar.

32 (margin, beside "vol. ij. quòd † nulla exceptio")

XIII.

1 *Confessio sine causa facta parte præsente extra iudicium ad obligandum non valet quò ad fidem plenæ probationis, semiplenam tamen probationem inducit.*

2 *Confessio sola sine causa facta parte præsente extra iudicium, per se sufficit ad delationem iuramenti necessarij.*

1 NOta, quòd regula vulgaris Legistarum, quod † confessio sine causa facta parte præsente extra iudicium non valet ad obligandũ, debet intelligi, quod non valet ad fidem plenæ probationis, tamen inducit semiplenam, siue facta sit scriptura interueniente, siue non. Et potest poni exemplum quotidianum. Ego dixi tibi, Da mihi illos decem quos debes. Tu dixisti, verum est, sed expecta me per mensem. Si enim probo per vnum testem verum mutuũ, & ad confirmationem deduco illam confessionem sine
2 causa, cùmque probo per duos testes, obtinebo. Item † illa confessio sola per se sufficit ad delationem iuramenti necessarii. l. instrumenta. C. de proba. & hoc fuit de mẽte Martini de Fano, & Spe. in tit. de confes. §. nunc videndũ. versi. sed quæ est ratio. & do. Ant. de But. ponit in c. si cautio. de fid. instru. Pro quibus allego duas glossas, vnam in l. iij. §. eiusdem. ff. de testib. in verbo, speciem. Aliam in l. fi. C. de conue. fisci deb. lib. x. in ver. vanitate.

ADDITIO.

Nota, quòd regula, &c. Et quòd confessio sine causa faciat semiplenam probationem, si aliqua causa allegetur per agentem, tenet Spe. in tit. de confes. §. nunc videndũ. versi. sed nunquid semiplenam. & do. Ant. Imo. Panormit. & Feli. in c. si cautio. hic allegato. Idem tenent & glo. in l. cùm de indebito. §. fin. in verbo, stati. de probatio. & Roma. in l. nuda ratio. de dona. & in l. admonendi. col. xxij. de iureiur. Sed contrarium, & fortè melius, tenet Florian. in l. in bonæ fidei. C. de rebus credi. quia non debet plus operari vox mortua, quàm viua confessio sine causa, quæ non probat, vt in d. c. si cautio. Tamen communis opinio præualeret secundum Feli. ibi. De isto notabili dicto videatur etiam per magistrum meum Ias. in repe. l. admonendi. col. lxx. versi. quid in confessione. de iureiur.

ANNOTATIO.

1 *Confessio extraiudicialis mutui an valeat, si non probetur realis numeratio?*

2 *Confessio extraiudicialis facit in ciuilibus semiplenam probationem.*

3 *Causa debet allegari per eum, qui confessioni innititur.*

4 *Confessio extraiudicialis in criminalibus facit indicium ad torturam, non semiplenam probationem.*

5 *Confessio sine causa in criminalibus non nocet, sicut nec in ciuilibus.*

6 *Confessio extraiudicialis accusatoris, vel instigatoris faciens pro reo, prodest ad absolutionem. Secus si contra reum.*

7 *Vulnerato non creditur contra reum, etiam in articulo mortis existenti.*

8 *Confessio extraiudicialis in criminalibus poterit reuocari, vt non faciat indicium.*

9 *Confessio extraiudicialis licet non sit sufficiens ad condemnãdum, tamen talis confitens poterit puniri extra ordinem arbitrio iudicis, tanquam se glorians de delicto.*

10 *Confessio sine causa facta tam in iudicio, quàm extra iudiciũ, quando obligat confitentem?*

Adde do. Abb. in d. c. si cautio. in iij. col. in versi. secundò glo.
1 quærit. vbi tenet, † quòd talis confessio non noceat, quia agẽs non obtinebit probando solam confessionem, sine numeratione. Et istud tenet Spe. in tit. de teste. §. j. vers. sed pone, egi. & Imo. in d. c. si cautio. Bald. in l. fi. col. pen. C. commu. vtriusque iud. Ang. in l. ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de ver. ob. Pau. de cast. in l. ij. §. fi. ff. si cer. pe. & Fel. in d. c. si cautio nu. 70. Contrarium tamen tenuisse videtur Bar. in l. certi condictio. in §. si nummos. ff. si cer. pe. col. ij. in ver. hic moueo. vbi dicit, quòd agens ex causa mutui debet obtinere, si probat mutuum per confessionem, etiam quòd non probet numerationem. & Bal. in l. ij. §. fi. ff. si cer. pe. & Imo. in l. j. §. si quis ita. ff. de ver. ob. Sa
2 licet. in l. si ex cautione. C. de nõ nu. pec. col. fi. Sed † quòd confessio extraiudicialis faciat in ciuilibus semiplenã probationem, tenet Abb. in c. cùm dilectus. de suc. ab intest. Bal. in l. in bonæ fidei. col. iij. ibi, modò quæro de viua voce. C. de reb. credi. Ant. de But. in c. fi. col. viij. de iureiur. Imo. & Abb. in d. c. si cautio. & Bar. in l. admonẽdi. ff. de iureiu. & latè per Feli. in c. olim. col. iij. nu. 9 ver. tertiò confessio. de rescri. Corne. consi. cclxxxviij nu. 8 vol. iij. Soc. in regu. xciij. in ver. confessio facta sine causa. Pau. de Castr. in l. quibus diebus. §. qui dotalẽ. nu. 2. ff. de condi. & demonst. & est tex. & ibi Alex. in l. cùm de
3 indebito. §. fi. ff. de proba. Et † causa tunc debet saltem allegari per eum, qui confessioni innititur, secundum Alex. consil. iiij. col. pe. & consi. lxxxij. col. fi. vol. j. & per Rober. Maran. in suo Spe. aure. charta 193. versi. quintus actus successiuè emergens in hac secunda parte iudicii. nu. 6. vers. tertiò limita. Ta-
4 men in criminalibus non † facit nisi indicium ad torturam, nõ semiplenam probationem, vt per Sal. in l. fi. col. v. C. de quæst. latè per Tindarum in suo dialogo de testium varietate. Dom. de Ro. decis. clxxx. licet confessio. in nouis. vbi dicũt hoc à Legistis teneri pro Euangelio. Corne. consi. xl. nu. 8. & cõsi. ccxlj. nu. 3. vol. j. & cõsi. ccxxxiij. vol. iij. & cõsi. clxxvj. nu. 7. vol. iij. & Alex cõsi. ccxij. ponderatis his. col. v. nu. 25. vol. ij. & Ale. in l. magistratibus. nu. 6. ff. de iurisd. om. iu. per gl. in l. ictus fustiũ. ff. de infamib. & in l. capite quinto. in gl. magna, vbi Bart. ff. de adul. & Gubel. May. in l. nemo potest mutare. col. xj. nu. 44. & seq. ff. de reg. iu. & Deci. in c. at si clerici. nu. 20. de iudi. Bru. in tract. de indic. & tortu. in iij. q primæ partis. col. iij. versi. aliud est indicium. nu. 15. vbi plenè examinat. Pau. de Cast. in l. non donatos. C. ex quib. cau. infa. irrog. & per Thom Gram. consil. xxxij. in causa mota ad querelam. nu. 9. & per Hipp. de Marsi. in practi. crimi in §. postquam. nu. 21. post Pe. de Ancb. in cõsi. xxiij. visa inquisitione formata. & plenè in l. j. in § præ-
5 tereà. ff. de quæstio. vbi dicit, † quòd cõfessio sine causa in criminalibus nõn nocet, sicut nec nocet in ciuilibus. Et latè tradit Nic. Boër. decis. xc. nu. 5. post eos quod allegat. vbi etiam vnum addit, quòd sicut confessio extraiudicialis rei est suffi-
6 ciens indicium ad torturam, † ita cõfessio extraiudicialis instigantis, seu accusatoris faciens pro reo prodest ad absolutionem. allegat Bal in l. j. col. ij. ff de eo per quẽ fac. erit. Et Ger. Petrasanc. singu. lv. incip. not. bene quòd si vulneratus. & ibi dixi in apostil. & Rom. consi. lxvij. incip. Antonius accusatus. col. ij. ver. vj. & consi. clxxvij. col. ij. Secus si cõfessio accusatoris vulnerati esset contra reũ, quia tunc nõ facit contra ipsum reum indicium, sed solùm præsumptionẽ, quæ minor est indicio, vt dicit gl. in l. mater. C. de calũ. in ver. caun. & ibi doct. cã
7 sequuntur. & Alex. consi. xiij. quia † non creditur tali vulnerato etiam in articulo mortis existenti. l. si quis in graui. §. j. & ibi Albe. de Rosa. & Ro. ff. ad Sylla. & Gerard. Petrasan. in d. sing. lv. Et adde Hipp. in l. de minore. in prin. col. ix. versi. quæro vlterius. nu. 29. de quæstio. & Ange. Are. in tract. malefic. in versi. comparuerunt dicti inquisiti. in prin. nu. 4. vbi etiã dicit, quòd tale indicium procedens ex confessione extraiudiciali purgabitur, vt purgatur vnumquodque indicium. Talis
8 tamen † cõfessio extraiudicialis poterit reuocari, vt non faciat indicium, vt latè prosequitur idem Hipp. in pract. crimi. in §. diligenter. nu. 79. & in §. examinanda. nu. 32. & in singul. cccx. inci. credo te scire. Et vide eundem Hippo. in dicta practi. cri-
9 mi. in §. diligenter. nu. 78. vbi dixit, quòd licet † confessio extraiudicialis non sit sufficiens ad condemnandum, tamen talis confitens poterit puniri extra ordinem arbitrio iudicis, tanquam se glorians de delicto. alleg. text. in c. quàm sit graue. de excess. præla. & Parid. de Put. in tract. syndic. in chart. lxix. col. iij. versi. adde vnum singulare. & per eundem Hippo. in d. l. de
10 minore. in prin. col. x. nu. 32. Et cõfessio † sine causa facta tam in iudicio, quàm extra quando obliget, latè tradit Felin. post Abb. in d. c. si cautio. & plenè per Corne. cõsi. ccc. vol. j. & per Iason. in l. cum falsa. ad finem. C. de iuris & facti ignor. & per Bar. & omnes in l generaliter. C. de non nume. pecu. Cano. in c. fi. de confes. & per Ang. Arc. insti. de literar. obli. in prin. col. ij. nu. 5. Et plenè per Lanfran. de Oria. in c. quoniam cõtra. in

ver.cõfeſsio.de probatio.nu.40.verſi.vidimus ſupra.de probatio.& per Ioannem de Graſſ.in ſuo arbore iudicio. in v. principali.ver.Primus flos.nu.3.& per Pau.de Caſt.in d.l.generaliter.C.de non nume.pecu.& Alex.conſi.iij.& xiij.vol.j.& per Alex.in addi.ad Bar.in l.cùm de indebito.§.ſed hoc.ff.de proba.& in l.Publia.ff.depoſi.& per Capit.deciſi.clxxix.in cauſa ſancii.in fi.nu 7.Matthæ.de Affli.deciſ.ccclxxv.quidam Diomedes.col.ij.nu.3. Gab.Sar.

XIIII.

1 *Iudex ſi ex forma ſtatuti habet pleniſſimam poteſtatem procedendi & terminandi,prout ſibi placuerit, vel voluerit, nulla iuris,vel ſtatuti diſpoſitione ſeruata,non tamen poteſt tollere ius vni parti quæſitum ex iuregentium,vel ciuili,aut etiam ex ſtatuto.Et illa poteſtas ſolum operatur in formatione proceſſus, & in ſolennitate ſententiæ,& in his,quæ principaliter à iudicis officio dependent.*

2 *Dilationes multas dare ad iudicis officium ſpectat.*

1 NOta,quòd vbi iudex†ex forma ſtatuti, vel reſcripti habet pleniſsimam poteſtatem procedendi & terminandi,prout ſibi placuerit.vel voluerit, nulla ſeruata diſpoſitione iuris,vel ſtatuti : tunc non poteſt tollere ius quæſitum vni parti ex iuregẽtium, vel ciuili, vel ex forma alicuius ſtatuti. Vnde ſi reus præſcripſerat, non poteſt tollere ſibi ius ex præſcriptione quæſitum.Item ſi reus eſt tutus exceptione S.C.Velleiani,vel Macedoniani, non poteſt eum iuſtè condemnare. Operatur ergo ſolum illa poteſtas in formatione proceſſus,& ſolennitate ſentẽtiæ, &
2 in his†quæ dependent principaliter ex facto iudicis, vt eſſet dare multas dilationes, & ſimilia,etiam ex officio, parte non inſtante.Et hanc doctrinam ſingulariter ſentit Bartol.in extrauag.ad reprimen.in verbo, videbitur expedire.

ADDITIO.

Nota quòd vbi iudex.&c. Adde quòd iſtud no. refert & ſimpliciter ſequitur Sand.in cap.canonum ſtatuta.colum.xx. circa prin.verſi.ſecundò not.de conſtitu.& in ca.qualiter & quando.ij §.ad corrigendos.colum.ij.in prin.verſic.tertiò not. de accuſ.& vide per eundem in cap.dilecti filu.colum.ij.in princip.de iudic.

ANNOTATIO.

1 *Statutum vel reſcriptum,quod dat pleniſſimam poteſtatem iudici procedendi,& terminandi,prout ipſi placuerit,nulla ſeruata iuris diſpoſitione,omnem iudicij figuram, vel ſolennitatem tollere videtur,& reducere rem ad ius naturale,& gentium.*

2 *Iudicandi facultas ſi iudici committatur per verba importantia arbitrium boni viri,iudex debet ſequi omnes regulas iuris ciuilis.Et quid ſi detur per verba importantia liberam voluntatem?*

3 *Iudici ſi detur liberum arbitrium,per hoc non poteſt facere iniuſtitiam*

4 *Iudex qui in iudicando habet liberum arbitrium an poſſit reijcere exceptionem præſcriptionis,vel aliam præcedentem ex mero rigore iuris ciuilis?*

5 *Præſcripta bona fide poſſunt retineri ſalua conſcientia.*

6 *Teſtatore mandante ſolui debere debita, an intelligatur de præſcriptis?*

7 *Iudex ſecularis non debet ſeruare præſcriptionem mala fide introductam.*

8 *Arbiter,vel arbitrator,cui per formam compromiſſi data ſit facultas procedendi prout ei placuerit, an poſſit mandare ſolui debere debitum præſcriptum?*

9 *Iudicis ex officio pendere dare multas dilationes, de quibus dilationibus intelligatur.*

10 *Dilatio a iudice ex quibus & quot cauſis poſſit dari, & data abbreuiari vel augeri?*

11 *Appellari an poſſit a breui.vel nimis longa dilatione?*

1 Statutum†vel reſcriptum,quod dat pleniſsimam poteſtatem iudici procedendi,& terminandi,prout ipſi placuerit, vel voluerit,nulla ſeruata iuris diſpoſitione,omnem iudicii figurã, vel ſolennitatem tollere videtur,& rem reducere ad ius naturale,& gentium. Vnde cõcludendum eſt in hoc caſu, quod
2 quando†committitur facultas iudicandi,ſi quidem per verba importantia arbitrium boni viri,vt eſt verbum,Placuerit, vt infrà ſingul.proximè ſeq.Matth.tradit,iudex debet ſequi omnes regulas iuris ciuilis.l.j.ff.de arbi.Si verò per verba ſignificantia liberam volũtatem, vt eſt verbum voluerit.l.cùm quidam.ff.de legatis ij.& l.fideicommiſſaria libertas.ij ff.de fideicommiſ.liberta.tunc eſt liber à regulis ciuilibus,debet tamen ſeruare regulas iuris gentium, ſiue naturalis æquitatis, vt eſt caſus in clemen.paſtoralis.de re iudic.nam Imperator eſt ſolutus legibus,& ex vigore ſuæ poteſtatis tollit ſententiam: tamen quia in quibuſdam facit ibi contra naturalem æquita-
3 tem,ideo ſententia caſſatur.Et ideo†quando iudici datur liberum arbitrium,per hoc non poteſt facere iniuſtitiam,quia hoc eſt contra naturalem æquitatem,ſed poteſt omittere ſolennitatem iuris ciuilis,vt eſt gl. in cle.ſæpe.in verb.defenſiones.de verbo.ſignific.& per Bar.in l.filiuſfami.ff. de donatio.
4 Sed an†in dictis caſibus iudex poſsit reiicere exceptiones præſcriptionis,vel aliam procedentem ex mero rigore iuris ciuilis?dicit Bar.in d.ver.videbitur.quòd in his quæ ipſe iudex habet facere,non tenetur ſequi regulas iuris ciuilis : ſed in his, quæ iam facta ſunt,ita quòd ex hoc ius alteri quæſitum ſit,vel oblatum,iudex non debet immutare,ſed tenere, & illud ſequi.pro quo dicit eſſe caſum in l.bona fides.ff.depoſ.aliàs eſſet auferre ius alterius,quod eſt cõtra naturalem æquitatem. Et hanc opi.ſequitur Roma.in rubr.ff.de arbit.in j.q.etiam ſi dictum ſit,quòd debeat iudicare ſecundum æquitatem, per dictum Inno.in c.cura.in fi.ſuper gl.in verſi.præſcriptum. de iure patrona.Ioan.And.in regu.poſſeſſor.de regu.iur.in mer-
5 cur.vt refert Bal.in auth.ad hæc C.de vſur.dicunt†enim præſcripta bona fide poſſe retineri ſalua conſcientia:conſcientia autem eſt ipſa æquitas fundata,ergo. Secũdò per dictum Bal. in l.cùm quis.C.de iur.& fac.ignor.vbi dicit poſt Pet.de Bellapert.quòd ſicut præſcripta poſſunt retineri in foro ſeculari,ita in foro poli,quod ipſam æquitatem conſiderat. Tertiò, quia bona fide præſcripta poſſunt retineri,tanquam præſcriptione ſublatus ſit tam naturalis quàm ciuilis effectus, vt notat Bar.in l.ſi.ff.rem ratam hab.in l.obligationum ferè §.placet.ff.de act.& oblig.& in l.at qui natura.§ cùm me abſente. poſt gl.ibi.ff.de nego.geſt.Et per Canoniſt.in c.nouit.de iudi. & per Bal.in c.j §.ſi quis per triginta.ſi de feudo fuer.controuer.inter domi.& agna.Quartò,quia præſcriptioni inductæ in odium negligentis non poteſt renuntiari per ipſos contrahentes,vt concludit Bar.in l.j.ff.de vſucapio.& in l.nemo poteſt.ff.de lega.j.Si ergo expreſsè non poteſt renũtiari,ergo nec tacitè per illud verbum,æquitas:arg.l.cùm quid.ff.ſi certum peta.Et licet Ang.in l.j.ff.de neg.geſt.& in l.ſequitur.§ ſi viã. ff.de vſucap.& Bal.in l.j.in verſic.item ſi cauſa eſt commiſſa. C.de præſcript.xxx.vel xl.annor.& in l.ſi pro hac.C.manda. dixerint,quòd tunc iudex in prædictis caſibus poterit iudicare,reiecta qualibet exceptione præſcriptiõis,ea ratione, quia præſcriptio dicitur iniquiſsimum iuris ſubſidium, vt in auth. vt eccle.Roma.in §.habeat itaque.Soci.conſi.lxxxvj.incip.in cauſa.verſi.prima,quia quo ad curiam.circa fi.volu.j.Tamen eorum dicta ſunt intelligenda,quando mala fide quid eſt præſcriptum.quod confirmatur argu.eius,quod dixit Bald.in l. id quod pauperibus.C.de epiſcop.& cleric.& in l.quibus diebus.§.dominus.ff.de conditio.& demonſt.& per Bart.in l.le-
6 gatu.ff.de liber.legat.dum quærunt,†an teſtatore mandante ſolui debere debita,intelligatur de præſcriptis?& concludũt, quòd ſi bona fide præſcripta ſunt, non cõprehenduntur:quia bona fide præſcripta ſalua conſcientia retineri poſſunt in foro poli.Et dixit Bal.in cap.Quintauallis.de iureiurand.arbitratorem non poſſe mandare alteri parti quòd ſoluat debitum præſcriptum:quia præſcriptio eſt ſimilis ſolutioni.l.ſi pupillus.ff.de adminiſt.tuto.ſecus ſi præſcribens ſit in mala fide:
7 †quia etiã iudex ſecularis nõ debet ſeruare præſcriptionẽ mala fide introductã,vt notat Bar.in l.omnes populi.ff.de iuſti. & iure.& Bal.in l.ij.C.de ſer.& aqua.& in c.fi.de præſcript.& Ange.in l.j.C.de iudi.in repetit.ſua.& Canon.in c.ſi diligenti.de præſcrip.Et eandem opinionem firmauit idem Roman. conſi.cxlix.concluſionem primam.in penul.dubio & in conſi.ccv.Fulg.conſi.cvij.& Imo.conſil.cxxij.& ſequitur Geor. Nata in dicta clement.ſæpe.§.non ſit tamen.colum.xvij.de verborum ſignificatio.Lanfranc.in tract.de arbi.in vlti.part. xxv.quæſtio.& infirmari poteſt per notata Pau.de Caſtr.in l. fina §.j.in fin.ff.rem ratam hab.inducendo,vt per Feli.in capitu.fina.colum.v.verſi.demum circa prædicta.de præſcript. & per doctores in l.ſi ſic legatum.in princip.vbi Alexan. colum.iij.poſt Imo.& ibi Iaſ.in fi.nu.29.ff.de lega.j.& Ang.Are.

in §.

in §.in bonæ fidei.col.fina.Institut.de actio.& Aretin.in cap.
dilecti filii.col.ij.versi.in contrarium.vbi Fel.col.ij.de iudic.
8 vbi id etiam† extendunt ad arbitrum,vel arbitratorem,cui ta
lis data sit per compromissum authoritas. & tradit Catellia.
Cotta in memoral.in verbo,præscriptionis exceptio. & Feli.
in rub.de præscri.col 50.nu.2.versi.sed aduerte.& ad prædi-
cta faciunt latè deducta per Hippol.de Marsi.in practi.crimi.
in §.diligenter.nu.26.cum sequen. & in l.quæstionis modū.
9 nu.70.ff.de quæst.Et dum hic subdit Matthæus,quòd† ex fa-
cto iudicis pendet dare multas dilationes : cogita,an id proce
dere possit in dilationibus à iure ordinatis : de quo vide Bart.
10 l.ij.ff.de re iudicata.vbi ponit† etiam decem causas,ex quibus
potest dari dilatio,& data abbreuiari,vel augeri.& in authen
tica,qui semel.C.quomodo & quando iudex.& ibi Cyn.& in
l.j.C.de donatio. & per Dynum in c.indultum.de regu.iur.in
vj.& Specu.in titulo de dilation.§.j.Et quid in causis maiori-
bus & grauioribus?tradit Guido Papæ decisi. Grationopol.
11 cccexxix.nu.5.Et† an à breui,vel nimis longa dilatione possit
appellari?tradit idem Guido decis.ccccxxxvj.nu.86.versi.sed
vltra quæro. Gab.Sar.

XV.

1 *Verbum, Placet, denotat arbitrium boni viri: Sed verbum, Libet, liberum arbitrium. & in addi.nu.1 3.& 4.*

1 NOta,† quòd verbum, Placet, denotat arbitriū boni
viri.l fideicommissa.§.quanquàm.ff de legatis iij.
Sed verbum, Libet, vel Libuerit, denotat liberum arbi-
trium.l.fideicommissaria libertas.iij.in princip.ff.de fi-
deicommissa.libert.ponit Barto.in l.alio.colum.iij.ver-
sicu.procedo vlterius.ff.de alimen.& cib.leg.& l.si sic. in
prin.ff.de leg.j.

ADDITIO.

Nota, quòd verbum, Placet, &c. Adde quòd istud verbum im-
portat arbitrium boni viri,tenet Bal.in l.fi.§.j.C.communia
de leg. Abbas in cap.verum.in ij.col.de foro compe.& quòd
verbum,Libet,importet liberam voluntatem,tenet etiam A-
lex.in l.si sic.hic allegata in j.col.est textus in l.fideicommis-
saria libertas.iij.ff.de fideic.liber.per quam legem dicit Bart.
in d.l.si sic.quòd verbum, Placebit,importat arbitrium boni
viri,contra illud,quod suprà dictum est.

ANNOTATIO.

2 *Commissio si alicui fiat ad beneplacitum alicuius, intelligitur facta arbitrio boni viri.*
3 *Debitor si promittat creditori soluere debitum in quocunque loco sibi placuerit,intelligitur,arbitrio boni viri.*
5 *Verba significantia liberum arbitrium quænam sint? Et quæ denotantia arbitrium boni viri?*
6 *Ille,qui potest aliquid facere arbitrio suo,an teneatur de culpa?*
7 *Commissio si fiat in alicuius liberam voluntatem,an ille possit arbitrari quomodo velit,etiam iniustè?*
8 *Iudex in criminalibus virtute liberi arbitrij in procedēdo sibi concessi,non potest præferre iniquum æquo.*
9 *Iudex si ex forma statuti possit liberè inquirere, tamen non poterit inquirere non præcedente fama,vel plus,quàm sint indicia.*
10 *Commissio si facta sit in alicuius liberam voluntatem, an si iniquè arbitretur,reductio ad arbitrium boni viri peti possit?*
11 *Statutum quod dat liberum arbitrium iudici in certis causis, intelligitur de ea libertate,quæ contineat in se æquitatem.*
12 *Arbitrium omne in re aliena commissum, intelligitur commissum cum iustitia,quibuscunque verbis committatur.*
13 *Verba,quæ aliàs importarent liberā voluntatem,si agatur de præiudicio tertij,intelliguntur de arbitrio boni viri.*
14 *Voluntas in compromissis,pro discretione,& arbitrio boni viri accipitur.*
15 *Iudex in his,quæ eius arbitrio sunt commissa,debet seruare æquitatem.*

1 Quòd† verbum, Placet,denotet arbitrium boni viri,textus
est in l. Thais ancilla.§.sorore.& l.Lucius.j.& ibi Bar.ff.de fi-
deicom.libertatibus.& Barto.in l.cùm proponas.C.de fidei-
commiss.libertatibus.& in l.item si vnus.§. idē Pomponius.
ff.de arbitris.& in l.creditor §. Lucius. ff. mandati. & in l.si
quis arbitratu.columna tertia.ff.de verborum obligationib.
& Bald.in l.captatorias.columna j.& ij.C.de testamen.milit.
Quod præsertim procedit,quando additur aduerbium,Bene.
2 Vnde† si fiat commissio ad beneplacitum alicuius, intelligi-
tur facta arbitrio boni viri:ita notat Bald.in l.fin.§.j.in tertio
notabili,per illum textum.C.communia de legat.Abb.in ca.
verum.colum.ij.in vltimo notabili,per illum textum, de fo-
ro compe.Gemi.in cap.episcoporum.in secunda columna,de
priuileg.in sexto.Facit quod notant doctores in l.si conuene-
3 rit.ff.de iurisdictione omnium iudic. vbi dicunt,† quòd si de-
bitor promitteret creditori soluere debitū in quocunque lo-
co sibi placuerit,pactum nil releuabit,quoniā intelligitur ar-
bitrio boni viri. Et tradit Mantua consilio vij.casus ita se ha-
bet.colum.ij.versicu.tertiò & vltimò.numero 15.& do. Abb.
in consilio iiij.in fin.& in consilio cx.in princip.volu.ij.Ver-
4 bum† autem, Libet, quòd liberum arbitrium denotet, adde
textum in l.j.in principio.ff.de milit.testamen.& in l.etiam.in
principio.ff.de bonis liber.facit l.procurator cui libera.ff.de
procura.Idem etiam de verbo, Volo.l.cùm quidam.ff.de leg.
ij.l.vtrum.§.cùm quidam.ff.de reb.dubiis.& Bartol.in l.cen-
tesimis §.si.& ibi Imola.ff.de verborum obligatio. Vel si hæc
duo verba, Libuerit,& Voluerit,simul iungantur,quia etiam
tunc liberam voluntatem important, vt est textus notabilis
in c.ij.de sequestra.posses.& fruct.versi.pro suæ distribuunt
libito voluntatis.& ibi Abb.in tertio notab.& Bald.consilio
cxcv.volumine ij.incipi.laudare vos & commendare.colum-
na v.per l.quia poterat.ff.ad Trebellianum. & l.cùm propo-
5 nas.C.de hæredib.instituen.Et† de verbis significantibus libe
rum arbitriū,vel arbitrium boni viri,latissimè tradunt Imo-
la, Alexander, Iason & cæteri Moderni post Bart.in dicta l.si
sic legatum.ff.de legat.j.Bartol.in dicta l. centesimis.§.finali.
Pau.de Castro in l.si quis.§.iussum.nume.8.& 9.ff.de acquir.
hæredi.Felin.in cap.ne innitaris.& ibi Barbat.de constitut.&
Feli.in c.j.nu.76.& ibi Deci.nu.21.de constit.latissimè Geor.
Nata in repeti.clemen.sæpe. de verb. signifi.Gozadi.consil.
xcj.prima facie.nu.9.& consi.100.circa ea quæ deduxi.nu.11.
& Deci.consi.ccccxciij.viso tenore.nu.18.Alex consi.lxv.col.
ij consi.lxxx.col.ix.& xj.& consi.xlvij.col.vij.& consil.cij.&
cōsi.cxl.vol.j.& in cōsi.xij.col.j.& consi.xiiij.& consi.xlj.col.
6 fi.vol.ij.& in consi.ccv.in ij.col.vol.ij.vbi ponit,vtrū ille† qui
potest facere aliquid arbitrio suo,teneatur de culpa.& consi.
ccxiij.col.ij.& iij.& in consi.j.vol.iiij.& plenissimè per Gui.
Pap.decisio.Grationopo.ccclxxv.In iure.vbi ponit quæ sint
verba quæ importent liberam potestatem, & quæ arbitrium
boni viri.& P.Girad.sing.vj.nu.4.Notandū tamen est,quòd
7 † quando quid est commissum in alicuius liberam voluntatē,
ille potest arbitrari quomodo vult etiam iniustè.l.cùm qui-
dam.ff.de lega.ij.dum tamen dolus malus absit.l.creditor.§.
Lucius ff.manda.& Bar.in d.l.si sic legatum.in prin.& in d.l.
centesimis.§ fi.col.j.in fi.ver.quæro quanta est virtus.nu.8.&
in l.fideicommissa.§.si sic.nu.5.ff.de lega.iij.& in l.filiusfami-
lias.ff.de dona.Ant.de But.& Imo.in c.j.de constit.& Bald in
rub.C.de pœna iudi.qui malè iudi.in ij.q.Istud tamen limita
8 † nō procedere in criminalibus,in quibus iudex virtute liberi
arbitrii in procededo sibi concessi,non poterit præferre ini-
quum æquo,& sic non poterit deuenire ad torturam,nisi præ
cedentibus indiciis,vt per Gād.in tract.malefi.in rub.an po-
testas qui habet arbitrium.quē refert & sequitur Alex.consi.
lxv.vol.j.incip.habita super contentis in superiori themate.
col.ij.Idē tenet Fulgo.consi.cxlix.super inquisitione forma-
ta.Et facit quod notat Bal.in c.j.per illum text. in versi. libe-
9 rum.cum gl.de of.or.vbi tenet quòd si statutum† disponat,
quòd potestas possit liberè inquirere,tamen non poterit in-
quirere non præcedente fama,vel plus,quàm sint indicia. Et
ad idem allegari potest quod scribit idem Bal.in c.licet vndi-
que.post gl.ibi,de of.or.quòd licet Papa, vel Princeps mādet
inquiri in genere,tamen hoc debet intelligi, & limitari,fama
præcedente,& non aliter.Item requiritur citatio,& testes de-
bent esse idonei secundum eum ibi,quæ sunt notanda in pra
ctica,vt tradit idem Iasan d.l.si sic legatum.nu.17.ff.de lega.j.
Et plenè per Hipp.de Marsi.in pract.cri in §.diligēter.nu.24.
& in §.constante.& in l.quæstionis modum.nu.70 ff.de quæ-
stio.& in repe.rub.C.de proba.& Catal.in tract.syndi.in ver.
cxxxix.incip.adde quòd si datur arbitrium potestati. Et ideo
10 stante† hac limitatione,dubito de primo dicto,quòd facta cō
missione in alterius liberam voluntatem,ille etiā iniustè pos-
sit arbitrari,& quòd partes illius determinationi stare tenean
tur,nec posset peti reduci ad arbitriū boni viri,vt tenuit Ab.
in c.j.in uj.nota.de his quę fiūt à maio.par.cap.per ea quæ ne,
Bal.in l.si quis maior.in j.nota.C.de transact.vbi dicit,quòd

11 si statutum † dat liberum arbitriū iudici in certis causis, quia
dictum statutum tendit in præiudicium tertii, debet intelligi
de ea libertate, quæ contineat in se æquitatem, non autem
quòd possit præferre iniquū æquo. & facit quod dixit idem
Bald. in l. j. per illum text. ff. de soluti. quòd omne arbitrium
12 † commissum in re aliena, intelligitur commissum cum iusti-
tia quibuscunque verbis cōmittatur. Præterea adduco, quia
13 verba † quæ aliàs importarent liberam voluntatem, si agatur
de præiudicio tertii, intelliguntur de arbitrio boni viri, ne ter
tio præiudicium inferatur: vt notab. dixit Antu. de Butr. in d.
c. j. col. penul. ver si. non obstat. de consti. Lapp. allega. lxj. visis
literis. col. ij. Abb. in cap. dilecti. de iudi. & colligitur ex dictis
Bar. in d. l. filiusfamilias. ff. de donatio. & in l. j. ff. de milit. testa.
Cùm ergo in cōpromisso tractetur de præiudicio tertii, con
cludendum est, quòd prædicta verba pro arbitrio boni viri
intelligantur. Et istud est quod voluit Bal. in ca. Quintaual-
14 lis. circa fi. de iureiur. quòd in † compromissis voluntas pro di
scretione, & arbitrio boni viri accipitur. & faciunt quæ dixi
suprà in singulari xiiij. quòd licet talis liber sit à regulis ciui-
libus, tamen debet seruare regulas iuris gētium, seu naturalis
æquitatis: per clemen. pastoralis. de re iudi. Et dicit Feli. in ca.
quoniam frequenter. §. porro. in ij. colum. vt lite non con-
15 testa. quòd in his, † quæ sunt commissa arbitrio iudicis iudex
debet seruare æquitatem. Et ideo pro concordia, & decla-
ratione præsentis quæstionis recurrendum esse censeo ad ea
quæ scribit Lanfran. de Oria. in tracta. de arbi. in prin. col. v.
versi. arbitriū duplex est. & præceptor meus Do Marcus An
tonius Blanc. in suo solenni tractatu de compromissis. in x.
quæstio. principali. in princip. quæ gratia breuitatis hic omit
to. Gabr. Saray.

XVI.

1 *Verbum. Iudicio tuo, liberam voluntatém-ne, an arbitrium boni
viri significet?*

1 NOt. quòd verbum † Iudicio tuo, significat liberā vo-
luntatem, & hoc tenet Bar. in l. si sic. in prin. ff. de leg.
j. ad quod alleg. l. Thais. §. Lucius. ij. ff. de fideicom. liber.
Sed Bar. seipsum correxit, & tenuit contrarium quòd signifi
cat arbitrium boni viri, in d. extrauag. ad reprimendum,
in verbo prædicto. Videbitur expedire.

ADDITIONES.

Not. quòd verbum Iudicio, &c. Et quòd ista verba importent ar
bitrium boni viri, & non liberam voluntatem, tenent Alex. &
Imo. in l. si sic. de qua superius per cap. forus. in verbo, iudi-
cio. & in verb. iudex. de verb. significa. & licet ipse non dicat,
idem voluit Bar. sibi contrarius in extrauagan. hic alleg. Bal.
in l. voluntatis. circa secundam col. C. de fideic. probatur in c.
illud. de cleri. excom. & in c. inter corporalia. de translatione
epis. consonat tex. in c. verum. de fo. cōpe. & in l. cùm prætor.
§. j. in gl. in verbo, iudicio. de iudi. sequitur Feli. alia adducens
in c. j. col. xvj. de consti. vbi fortè per iiij. col. de istis & simili-
bus verbis pleniùs loquitur quàm alibi.

Adde tex. in c. irrita. in versi. iudicauerit, xxxv. q. vlti. Et tradit Be
nedict. de Plumbi. in d. §. Lucius. Alex. consi. xxxj. vol. j. Rom.
in rub. ff. de arbi. col. iij. ver. item pone quòd dictum sit, quòd
iudicio suo. Et Lanfran. de Oria. in tract. de arbit. colum. vj. in
prin. versi. dubitatum fuit. Anto. de Butr. & Imo. in c. j. de con-
sti. & vide quæ dixi suprà singulari xiiij. & xv. Gab. Sar.

XVII.

1 *Statutum, vel ius commune si actori ad probandum dilationem
præfigat, eo nihil probante, non propterea de causa liquere di-
citur: & ideo reus diffinitiuè non absoluitur, sed solùm ab instan
tia, vel obseruatione iudicij. Secus si à iudice præfixa fuerit. &
in addit. nu. 1.*

2 *Reus quando debeat absolui diffinitiuè, & quando tantùm ab ob-
seruatione iudicij actore infra terminum legis, vel iudicis non
probante? & in addit. nu. 1.*

3 *Contumax aliquando est melioris conditionis, quàm præsens.*

4 *Sententia lata dolo alicuius litigantis contra contumacem est nul-
la, sed lata contra præsentem valet, licet posset restitutio dari,
vel doli exceptio opponi.*

5 *Iudex potest indistinctè de facto supplere pro absente, etiam per
contumaciam: quod tamen in fauorem præsentis facere non
potest.*

6 *Iudex nunquam potest pronuntiare positiones haberi pro confessis
parte etiam per veram contumaciam absente, quia respon-
dere debet. Secus si sit præsens, & in respondendo contumax.*

7 *Delinquens non debet esse melioris conditionis eo, qui non deliquit.*

1 NOta, quòd quandocunque † est præfixa actori à iu-
re communi, vel statuto dilatio ad probandum, eo
nihil probante, nō propterea dicitur liquere de causa: &
ideo reus non potest absolui diffinitiuè, sed solum ab in-
stantia, seu obseruatione iudicij. l. properādū. §. & si qui-
2 dem pars actoris. C. de iudi. Secus † si terminus fuisset præ
fixus à iudice, qui processit in causa, vel à delegante, qui
mandasset causam terminari infra certum tempus: nam
tunc absolueretur diffinitiuè reus: & hanc regulam ponit
Bart. in l. admonendi. col. ij. in ver. quæro primò. nu. 13. ff.
de iureiuran. Sed hac differentia debet intelligi, quando
reus petit se absolui actore absente: sed si vterque litigan-
tium esset præsens in iudicio, debet reus absolui diffini-
tiuè etiam in primo casu. l. qui accusare. C. de edendo. &
istam limitationem mirabiliter sensit gloss. in l. prope-
randum. §. & si quidem pars actoris. in versicul. termino.
3 C. de iudic. Et ex hoc sequitur, † quòd hoc casu con-
tumax est melioris conditionis, quàm præsens. Simi-
4 le habetur alibi, quia sententia † lata dolo alicuius li-
tigantis contra contumacem est nulla: sed lata contra
præsentē valet, licet posset dari restitutio, vel opponi ex-
ceptio doli. l. si prætor. §. Marcellus. ff. de iudici. iuncta l.
5 diuus. ff. de re iudic. Similiter videmus, quòd † iudex po-
test indistinctè supplere de facto pro absente etiam per
contumaciam. authen. qui semel. C. quo. & quā. iudex. &
in l. ampliorē. in prin. C. de appel. hoc tū non potest in fa
uorē præsentis. no in rubro & nigro Codicis, vt quæ de-
6 sunt aduocat. part. Itē alibi videmus, quòd † iudex nunquam
potest pronūtiare positiones haberi pro cōfessis absente
parte, etiā per veram contumaciā, eo quia debet respon-
dere. Secus esset, si esset præsens, & contumax in non re-
spondendo: vt est textus in c. ij. de confes. lib. vj. Et sic pos-
sunt haberi ex prædictis limitationes ad illam regulam,
7 quòd † delinquens non debet esse melioris cōditionis eo,
qui non deliquit. l. non solùm. j. ff. de noxa. & c. cum qui.
de præbend. lib. vj.

ADDITIO.

Nota, quòd quandocūque, &c. De materia huius notabilis dicti
vide latè per Bar. vbi ponit doctrinam, & ibi plenè per alios,
præsertim per magistrum meum Iaso. col. xiiij. in fi. & seq. in
l. admonendi. ff. de iureiuran. plenè etiam per Alex post alios
in l. properandum. §. & si quidem. C. de iudic hic allegat. per
Barthol. Cæpolam cautela sua xciij. incipien. sæpe contingit.
plenius per magistrum meum Ias. in repe. d. l. admonendi. co-
lum. xxxviij.

ANNOTATIO.

1 *Dilatio peremptoria quando est præfixa actori à lege, vel ab homi
ne ad probandum, eo nil probante, non propterea dicitur lique-
re de causa, sed tantùm non sufficienter actitatum esse.*

2 *Iudex quando debeat absoluere reum ab obseruatione iudicij, non
autem diffinitiuè? Et quando econtra?*

3 *Sanctitas personæ non facit vt sibi credatur in præiudiciū alterius.*

4 *In criminalibus etiam ciuiliter motis probationes luce meridiana
clariores requiruntur. vnde actore nō probante reus diffinitiuè
absoluitur.*

5 *Actore non probante reus quòd absoluitur, qualiter procedat, &
intelligatur?*

6 *Diffinitiuè quem esse absoluendum, vel ab obseruatione iudicij quo
modo intelligatur, & qui & quales effectus inde resultent?*

7 *Actor à principio antequam sit sibi oblatus terminus ad proban-
dum, potest iuramentum deferre reo, qui cogitur iurare.*

8 *Regula l. qui accusare. C. de eden. multipliciter limitatur.*

9 *Iudex an debeat procedere ad diffinitiuam absoluendo reū. quan-
do in termino probatorio superuenisset aliquod impedimētum,
ob quod actor probare non potuisset?*

10 *Probationes etiam sine vlla dilatione facta valent.*

11 *Sententia diffinitiua lata non dato termino ad probandum, valet.*

12 *Iudex potest indistinctè supplere de facto pro absente contumace,
quod nō potest in fauorē præsentis & quibus casibus hoc sit verū?*

13 *Iudex an & quando possit pronuntiare positiones haberi pro con-
fessis parte per contumaciam absente?*

14 *Intellectus c. ij. de confessis. in vj.*

15 *Citatio rei simplex an tunc sufficiat, vt eo nolente respondere ha-
beatur*

beatur pro confesso, quando in citatione esset insertus tenor positionum vel interrogationum?
16 *Contumax in non respondendo positionibus an tunc habeatur pro confesso, quando in citatione addita est cōminatio iudicis, quòd nisi comparuerit, habebitur pro confesso? Et quid si iussus sit à notario de commissione iudicis?*
17 *Contumacem quem esse sufficit actis apparere, licet aliter non pronunciatur illum esse contumacem Fallit quò ad hoc vt pœna transeat ad heredes.*
18 *Iudex quando possit proferre sententiam contra reum contumacem tanquam contra confessum?*
19 *Iudex non potest citando comminari, quòd reum habebit pro confesso, licet ratione contumaciæ possit aliam pœnam imponere.*
20 *Contumax non debet esse melioris conditionis quam obediens.*
21 *Malus bono non debet esse priuilegiatior.*
22 *Malæ fidei possessor interdum est melioris conditionis, quam bonæ fidei.*
23 *Contumax an dicatur delinquere?*
24 *Contumax in ciuili qua pœna puniatur? & qua in criminalibus?*
25 *Contumax si quis fuerit in respondendo positionibus, & ob id habitus sit pro confesso, poterit tamen probare contrarium.*

1 Quādo † est præfixa actori à lege, vel ab homine dilatio per-
emptoria ad probandum, eo nihil probante, non propterea
dicitur liquere de causa, sed tantùm non sufficienter actitatū
esse. est tex. in d. l. properandum. in §. & si quidem pars. ibi, &
si quidem nihil sufficiens actitatum est tradit Spe. in tit. de sen
ten. prolatin. §. nunc videndum ver. illud & Anto. de But. &
Abb. in cap. fi. de iudi. & communiter tradunt docto. in dicto
§ & si quidem pars. & Bar. in l. idem Pomponius §. fi. ff. de ar-
bi. & Bal. in authen. ei qui. C. de temp. appel. & in authen. qui
semel. C. quomodo & quando iudex. qui etiam dicunt, quòd
reus hoc casu non potest diffinitiuè absolui, sed tantùm ab
2 obseruatione iudicij. Quod tamen † est intelligendum quan-
do actor lite contestata, vel habita pro contestata se absenta-
uit, & nil infra terminum produxit. tunc enim cùm non sit fa-
ctus processus, neque de causa iudici ex actis constare possit,
reum diffinitiuè absoluere nequit, sed tantùm ab obseruatio-
ne iudicij. & ita propriè loquitur tex. in d. §. & si quidē pars.
secundum communem doctorum intellectum. Si verò pro-
ducto libello, & exceptionibus rei, replicationibus, & tripli-
cationibus vtriusque partis, infra dictum terminū actor non
probauerit intentionem suam, tunc actore nihil probāte, vel
si reus exceptiones suas probauerit, debet reus diffinitiuè à iu
dice eo præsente & petente, absolui, iuxta d. l. qui accusare. C.
de eden. quia tunc constare potest ex actis iudici de causa, &
ex illa absolutoria oritur exceptio rei iudicatæ. Quod proce
dit etiā si actor sit persona honesta & legalis, & reus esset ma-
læ conditionis & famæ, vt per gloss. in cap. sicut. in fi. de sent.
3 excommu. quæ dicit, quòd sanctitas † personæ non facit, vt
sibi credatur in præiudicium alterius, & quia vbi agitur de
præiudicio tertij, præsumptio bonitatis non attenditur, vt no.
Abb. in cap. cùm in iure. de offic. delega. & quia propter qua-
litatem personæ non receditur à regulis iuris communis, vt
not. Bal. per illum textum. in cap. j. in lit. vt lite pendente. & in
cap. iurauit. col. iij. de probatio. & per Deci. in cap. postremo.
4 de appellatio. Quod etiam † verū est in criminalibus, quāuis
ciuiliter moris, vt per gloss. in capit. cùm sunt. in gloss. fina. de
regulis iuris, in sexto. & Alexand. in consilio lxvj. viso. colum.
j. volumi. j. in illis enim requiruntur probationes luce meri-
diana clariores. l. final. C. de probatio. Ias. & alij in dicta l. ad-
monendi. ff. de iureiuran. & Deci. post docto. in dicta l. qui ac
5 cusare. nume. 13. Item hoc procedit † etiam si cōstet reum nul
lum ius penitus habere, quia solum ius actoris consideratur.
l. fina. C. de rei vendicatio. Vel si reus assumpsisset onus pro-
bandi, & defecisset, quia per hoc non debet reus condemna-
ri, ex quo actor non probauit: vt per gloss. in l. circa. vbi Bar-
to. ff. de probatio. & Salice. in l. ij. C. de probatio. & ita deter-
minant docto. in dicto §. & si quidem pars. & Bald & Philip.
Franc. in dicto capite cùm sunt. de regulis iuris, in sexto. Are
tin. & Modern. in dicta l. qui accusare. Riminal. in l. edita. co-
lum. xvj. C. de eden. Ias. in l. iusiurand. §. fina. ff. de iureiurand.
6 vbi ponit † qualiter intelligatur quod dicitur, diffinitiuè quē
esse absoluendum, vel ab obseruatione iudicij: & qui, ac qua-
les effectus inde resultent: & dominus & præceptor meus Al-
ciat. in tracta. de præsumptio. in xliiij. præsumptio. tertiæ re-
gula. & Domi. Hieron. Cagnol. in l. fauorabiliores. nume. 13.
ff. de regulis iuris, & Cort. Iun. in l. & post edictum. in fin. ff. de
7 iudi. Et addet † quòd actor à principio antequam sit sibi obla
tus terminus ad probandum, potest iuramētum deferre reo,
qui cogitur iurare. argumen. l. manifestæ turpitudinis. ff. de
iureiuran. declarando vt latè dixit Deci. in cap. ij. colum. ij. &
8 iij. de probatio Regula † tamen dictæ l. qui accusare. multipli
citer limitatur, vt ibi per Iacob. Butri. Bald. & Salice. vbi assi
gnant septem fallentias. Sed plures ponit gloss. in cap. j. vt ec-
cle. benefic & Specu. in titu. de probatio. in §. probare. versi-
9 cu. nūc ad propositum. Sed quid † si in termino probatorio
superuenisset aliquod impedimentum, ob quod actor proba
re non potuisset, an tunc iudex debeat procedere ad diffini-
tiuam in absoluendo reum? Dic quòd sic, nisi actor petat sibi
concedi probationem per in integrum restitutionem, si est ta
le impedimentum quod non potuit præuideri, vt not. Specul.
in titu. de dilatio. in §. j. versicu. sed quid certè. pro quo facit
tex. in l. si per prætorem. §. si feriæ. ff. ex quibus cau. maior. &
Cy. in l. ij. circa medium. ff. si quis cautio. & Soci. in regu. ccc-
lxxxv. incip. probatorio termino. in v. limitatione. Et si iudex
alium terminum ad probandum dare denegauerit, vel appel-
let ab ipso grauamine, vel habeat recursum ad superiorē per
viam querelæ, quo casu erunt ligatæ manus iudicis, vt vlte-
rius in causa procedere non possit: vt in authen. vt differ. iu-
dic. in princip. & Bald. not. in l. ij. in xj. quæstione. C. de episco.
10 audien. Vel † etiam statim denegato sibi alio termino suas
probationes faciat, nam probationes etiam sine vlla dilatio-
ne factæ valent, vt per Bartolum in l. fin ff. de feriis. & ibidem
Alberic. de Rosat. Bald Ange. & Modern. & Barto. in extra-
uagan. ad reprimendum. in verbo, sine figura. & docto. in ca-
11 pitu. licet causam. de probatio. Imò fortius † valet sententia
diffinitiua lata non dato termino ad probandum, vt notat
Bal. in l. petendæ. in tertio notabi. per illum textum, C. de tem
poribus in integrum restitution. petendæ. & tradit Ias. in re-
petitio. l. admonendi. colum. xxxiij. numero 79. ff. de iureiu-
12 rand. Inquantū autem dicit hic, quòd iudex † potest indistin
ctè supplere de facto pro absente cōtumace, quod nō potest
in fauorem præsentis: istud est verum, in casibus in quibus po-
test contra absentem peruenire ad diffinitiuam sententiam:
tunc enim iudex potest supplere de facto inducendo proba-
tiones pro absente. dicta authentic. qui semel. & dicta l. am-
pliorem. in princip. & ibi ita not. Barto. & in l. j. C. vt quæ de-
sunt aduoca. part. iudex supple. Si verò contra absentem ad
diffinitiuam peruenire non potest, tunc iudex non potest de
facto supplere. l. age. C. de transact. quam ita intelligit Barto.
in dicta l. j. C. vt quæ desunt adunc. Est verum, quòd in primo
casu, an pro absente per contumaciam iudex supplere possit,
variant doctores: nam Bald. in dicta l. j. C. vt quæ desunt aduo
ca. & in dicta l. ampliorē. vult, quòd illud non procedat quan-
do absens esset contumax, & appareret eum esse absentem ex
minus probabili causa: nam tunc iudex non debet supplere
pro eo, nisi quatenus acta loquantur: per l. properandum. §.
cùm autem eremodicium. C. de iudic. Secus si esset absens ex
probabili causa. & ita intelligit d. l. ampliorem. cum quo tran-
sit Roman. in dicto §. cùm autem. & Paul. de Cast. in dicta l. j.
C. vt quæ desunt aduoca. Bar. verò in dicta l. j. absolutè & in-
distinctè istud tenet, & sic etiam quando absens esset contu-
max. Cuius opinio videtur verior per sua iura quę ibi allegat,
quæ indistinctè loquuntur, & per gl. quæ hoc tenant in c. bo-
næ. j. de postula. prælato. & communiter ibi sequuntur doct.
& gloss. xxx quæstio. vlti, capit. iudicantem. & Innocen. in ca-
pitu. veniens. de accusa. & Alexan. in dicta l. j. nume. 9. & vide
Barto. in l. iiij. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. & in l.
penultima. §. ad crimen. ff. de public. iudi. in iij. colum. Et dum
13 dicit, quòd iudex † nunquam potest pronuntiare positiones
haberi pro confessis parte per contumaciam absente: secus
si esset præsens, & contumax in non respondendo, iuxta d. ca.
ij. de confess. in vj. Dic quòd istud non est ita simpliciter intel
ligendum. Nam ad hoc vt ille tex. habeat locum, tria concur
14 rere debent. † Primò, quòd sit iussus respondere per iudicem
in præsentia, vt tenet gloss. in dicto cap. ij. in ver. iussus. & ibi
Archid. nec sufficit quòd sit citatus per nuntium, vel per epi-
stolam, vt per Dy. in reg. cōtra eum. de reg. iu. in vj. Spe. in tit.
de positio. in §. nunc. versi. licet. vbi hoc limitat, nisi citatus
dixerit nolle respondere, vel venire: quia tunc est verè contu-
max, vt not. gloss. in c. venerabilibus. §. sed vs. de senten. excom
munic. in vj. poterit tunc iudex absque alia citatione declara.

re eum haberi pro confesso. facit gl. magna in fi. in l. j §. fin. ff.
si quis ius dicen. Secundò limitat, nisi iudex in citatione cōmi
natus fuerit, quòd nisi compareat, habebit positiones pro cō-
fessis: quia tunc illo non comparente poterit iudex pronun-
tiare eum haberi pro confesso. & sic intelligit Spec. in contu-
mace, item citato eum comminatione: sed in prima citatione
non posset iudex etiam comminando imponere talem pœnā.
15 Et quando † in citatione esset insertus tenor positionum, vel
interrogationū, an tunc sufficiat simplex citatio, vt eo nolen-
te respondere habeatur pro confesso? vide Iac. But in l. ij. § q
si actor. C. de iura. calum. qui tenet quòd sic, & facit in arg. in
c. mulieres. in fi. de sen. excom. Sed contrarium tenuerūt Pet.
de Anch. & Domi. in d. c. ij. per gl. ibi, quia licet mittatur co-
pia positionum, tamen iudex non interrogat, nec iubet. & in
hoc casu est ratio diuersa, cùm maior sit contumacia non re-
spondentis ad verbum iudicis, quàm quādo per nuntium, vel
epistolam: vt l. ij. C. q̄do & quando iud. & ita videtur sentire
16 Bal. in d. §. quòd si actor. Et quid † si addita fuerit cōminatio
iudicis, quòd nisi comparuerit habeatur pro confesso, an tūc
his simul iunctis cōtumax habeatur pro confesso? Dic quòd
sic secundum do. Anto. de But. & Imol. in c. penul. de iuramē.
calum. Et quid si sit iussus à notario de commissione iudicis,
tradit Domi. in d. c. ij. vbi tenet quòd non. Quod tamē debet
intelligi, nisi notarius hoc faceret in præsentia iudicis, & ex
eius commissione, quo casu haberet locum dispositio d. c. ij.
ex quo iudex est præsens & cōmittens. arg. l. omnium. C. de te
sta. & per Bal. in l. nemo. C. de senten. Secundò requiritur ad
hoc, vt ille tex. in c. ij. de confessis, lib. vj. habeat locum, quòd
contumax non possit suam contumaciam excusare, vt not. in
l. si filius. j. ff. de interrog. act. & per Bald. in l. j. C. de confes. in
17 viij. char. vbi addit † etiam, quòd sufficit, quòd ex actis appa-
reat quem esse contumacem, licet aliter non pronuntietur il-
lum esse contumacem: nam alia declaratoria non requiritur.
& per Host. & alios in c. fi. de iuramē. calum. nisi quò ad hoc,
vt talis pœna transeat contra hæredem, quia nunquam cōfes-
sio defuncti obligat hæredem, nisi præcesserit sentētia decla
ratoria. l. eius qui delatorem. ff. de iure fisci. & per Franc. Cur.
Senior. in l. ij. §. quod obseruari. in materia positionum, & in-
terrogationū, col. ij. nu. 8 in vj. breuiloq. nam iusta causa ab-
sentiæ probata processus reuocatur, vt per Spec. in titu. de no
to. crimi. in §. j. & in notab. q. tradit do. Hiero. Gigas in suo so
lenni tracta. de crimi. læsæ maiesta. lib. j. in rub. qualiter in cri
mi. læsæ maiest. procedatur. q. xviij. Tertiò quòd positiones
ei sint lectæ & datæ intelligi, vt per Bal. in d. l. ij §. quòd si a-
ctor. C. de iuramen. calum. Si tamen antequam positiones ei
legantur, recusaret quis ad iussum iudicis respondere, vel nol
let audire, & recederet, haberet locum d. c. ij. & facit cap. ij. de
dolo & contu. in vj. & Phil. Fran. in d. c. ij. col. iiij. in princi. Et
18 ideo † iudex tunc istis concurrentibus poterit ferre sentētiam
contra eum, tanquam contra confessum, si tamen iudicialiter
liqueat de causa: nam aliàs non posset contra contumacē fer-
ri sententia diffinitiua. Quod procedit tam in ciuilibus, quàm
in criminalibus, vt in l. properandum. §. & si quidem. C. de iu-
di. & l absentem ff. de pœn. & no. in c. veritatis. de dol. & con-
tu. & Pet. de Ancha. in d. c. ij. de confes. in vj. & Bald. in l. j ff si
quis ius dicen. non obtempe. vbi notab. dixit, quòd non pote-
19 rit † iudex citando, comminari, vel interloqui, quòd eum ha-
bebit pro confesso, licet ratione contumaciæ aliam pœnam
imponere possit, vel nisi esset contumax in respondendo posi-
tioni, cuius confessio decideret totam causam, aliàs non pos-
set ad sententiam perueniri non probatis probādis, vt in l. in-
tra vtile. ff. de minor. Et dum in fine tangit regulam l. non so-
lùm. j. ff de noxal. actio. dic quòd ea generaliter procedit, nā
20 contumax † non debet esse conditionis melioris quàm obe-
diens. c. cùm contingit. extrà de dolo & cōtu. & c. j. in fi. de po
stula. prælato Nec debet damnum inferri bono & deuoto, &
lucrum malo, & crudeli. insti. de donatio. § fi. Et delinquēdo
21 † homo non fit locupletior. l. pretia rerum. ff. ad leg. Falcid. &
tradit Albe. de Ros. in d. l. non solùm. facit c. eum qui. de præ-
ben. in vj. vbi dicitur, quòd non decet, vt stultus melioris, quā
peritus conditionis existat, vel quòd inuasor eo, qui iustè in-
greditur, priuilegio gaudeat potiori. xvj. q. j. c. legi epistolam.
l. Seruius. ff. quod vi aut clam. l. regula. §. antepen. ff. de iuris &
fact. ign. Nec ex delicto quis facit conditionem suam melio-
rem. l. iij. § j. ff de dona. inter vir. & vxo. l. si à patre. §. si prædo.
ff de peti. hære. Et sic etiam procedit in contumace. Nec ob-
stat quod hic dicitur per Matthæum de absente per contuma
ciam. Nam pro solutione facit quod not. Albe de Rosa. in l.
22 in pecuniarius. nu. 2. ff. de ser. vide ibi per eum. Et adde † quòd
interdum malæ fidei possessor est melioris cōditionis, quàm
bonæ fidei, vt patet ex not. ff. de rei vēdi. l. item. §. fi. Et dum
23 innuit, quòd contumax † dicatur delinquere, & quòd contu-
macia sit delictum, adde Alex. in l. si mora. nu. 13. ff. solu. matr.
& in l. non hoc. nu. 5. C. vnde legit. & idem Alex. post Barto. &
Pau. de Cas. in l. j. §. hoc iudiciū. ff. si quis in ius voc. & Dec. in
l. in actionibus. nu. 3. ff. de in lit. iuran. & per Corn. consi. xcvij.
nu. 3. & cōsi. cxcviij. nu. 9. vol. iiij. Gul. May. in l. non videtur.
24 §. qui iussu. ff. de reg. iur. Et qua pœna † puniatur contumax
in ciuilibus, tradit Alex. post Imol. in l. contumacia. ff. de re iu
di. post Specul. in titu de contuma. per totum. Et quid in cri-
minalibus latè ponit Hippoly. de Marsi. in practi. crimi. in §.
postquam. vbi plenè eam materiam tractat: & per Ang. Areti.
in tract. malefic. in versi. qui dominus iudex. nu. 28. versi. quæ-
25 ritur tamen an tale. Adde tamen † quòd si quis fuerit contu-
max in respondendo positionibus, & sic habeatur pro cōfes-
so, poterit tamen probare contrarium, vt per Pau. de Cast. in
l. ij. nu. 5. C. qui testa. fac. pos. Gab. Saray.

XVIII.

1 *Sententia lata contra absentem dolo aduersarij præsentis in exprimendo falsum, siue illud per falsos testes probauerit, siue non, est ipso iure nulla. Secus si pars præsens tacuerit aliquam exceptionem dilatoriam, vel peremptoriam aduersario absenti cōpetentem.*

2 *Delictum minus est tacere ius aduersarij verum, quàm falsum exprimere.*

NOta, quòd sententia lata contra absentem dolo ad-
1 uersarij præsentis † in exprimendo falsum, siue illud
probauerit per falsos testes, siue non, est nulla ipso iure,
vt est casus singularis in l. si prætor. §. Marcellus. ff. de iudi
ciis. Secus videtur, si pars præsens tacuit aliquam exce-
ptionem dilatoriam, vel peremptoriam aduersario ab-
senti competentem: quia tunc valebit sententia, siue di-
cas eum fuisse in dolo in sic tacēdo, siue non. Ratio, quia
2 † minus delictum est tacere ius aduersarij verum, quàm
exprimere falsum. iiij. quæstio. iiij. cap. j. Et istam doctri-
nam sensit Barto. C. de satis. l. j. col. ij. versicu. item argui-
tur contra gloss. Innocen. in c. præterea. in fi. extrà de di-
lat. Ioan. And. in c. si duobus. extrà de appel.

ANNOTATIO.

1 *Falsa causa expressa in sententia, ipsam non vitiat, nisi appellatione vel alio remedio rescindatur.*

2 *Causa qua & quando dicatur falsa.*

3 *Sententia quando expressione falsa causa vitietur.*

4 *Intellectus l. si prætor §. Marcellus. ff. de iudiciis.*

5 *Mendacium dictum à parte parti non facit processum nullum, licet pariat exceptionem: secus si sit dictum à parte iudici.*

6 *Dolus præsentis in tacendo verum, non reddit sententiam nullam latam contra absentem.*

7 *Falsum exprimens plus delinquit, quàm tacens verum.*

8 *Testis tacens verum æquiparatur dicenti falsum.*

9 *Vsurarius tenetur edere contra se iura partis aduersæ.*

10 *Veritatem tacere, ad quam propalandam quis non tenetur, non est peccatum.*

11 *Præceptum interlocutorium, seu etiam decretum per falsam causam, seu falsas allegationes obtentum, non transit in rem iudicatam, imò est nullum ipso iure.*

12 *Bannitus per contumaciam, potest, si sit captus, allegare quòd fuit bannitus ex falsis allegationibus.*

1 Falsa † causa expressa in sententia non vitiat ipsam, nisi ap-
pellatione, vel alio remedio rescindatur. ita sentit gloss. final.
in l. si is ad quem. ff. de acquiren. hære. & ibi latè Imol. & idem
Imol. post Angel. in l. qui Romæ. §. duo fratres. col. xiij. vers. si-
cu. & propter prædicta. ff. de verborum obligatio. Soci. con-
silio xviij. prosequendo ordinem. ver. & hoc etiam. circa me-
2 dium. volumine primo. Dicitur autem † falsa causa, quando
remota est à veritate, vt funditus falsum, vel simulatum secū-
dum Baldum in l. prima. columna iij. C. de condictione inde-
biti. Fallit tamen secundum Angel. in dicto §. duo fratres.
3 quando † sententia est lata per falsas allegationes facti falsò
inductas

inductas cõtra absentes, quas iudex secutus fuit per d.l. si prætor. §. Marcellus. ff. de iudi. Secus si contra præsentem esset lata à contrario sensu illius §. Marcellus. quia tunc esset iniqua non nulla, & bene posset peti rescindi per in integrum restitutionem, si per falsas allegationes, vel instrumenta lata fuisset. l. fi. C. si ex fal. instr. & dixit Bal. in c. cùm venerabilis. col. fin. de exceptio. quòd si absens erat solenniter citatus, & tenebatur comparere, necessaria erit restitutio in integrú, quia pro præsenti debet haberi in auth. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi opor. secus si erat talis absens, qui non tenebatur cõpare-
4 re. Et not. pulchrum † intellectũ ad d. §. Marcellus. quem hic
ponit Matthæus, videlicet, quòd ille §. intelligatur, quãdo aliquid falsum est allegatum à parte contra absentem. Secus si nil sit allegatum, sed præsens tacuerit etiam dolo aliquam exceptionem rei absentis. quem etiam refert & approbat Felin. in c. sicut. col. xj. nu. 30. ad fi. versi. fallit quintò. de re iudic. addens rationem esse, quia melius est tacere, quàm minus diligẽter loqui, vt per glos. in cle. constitutionem. in ver. de nouo. in fi. de elect. Et cùm hæc scrip'issem, Lugdunúmque ad me ex supellectili literaria Domi Franc. Burdeti de Sabaudia, olim scholaris ipsius Domi. Matthæi allatæ fuissent eius lecturæ supra vij. Codicis, de quibus in annotationibus procemij horũ singularium feci mentionem, inueni quòd dictus Do. Matth. idem quod in hoc singulari tenuit in l. si vt proponis. C. quomodo & quando iudex. per hæc verba, videlicet, Mendacium
5 dictum † à parte parti non facit processum nullum, licet
pariat exceptionem, vt in l. fi. §. j. & §. fina. ff. de eo per quem factum erit. secundum Bar. pro quo etiam facit l. diuus. in fin. ff. de in integrum restitutione. Secus est si mẽdacium sit dictum à parte iudici, quia tunc sententia lata contra absentem dolo præsentis est nulla: vt est casus singularis, qui non est alibi in l. si prætor. § Marcellus. ff. de iudic. & hoc tenuit Barto. hic. Ex
6 cuius dicto notate, quòd dolus † præsentis in tacẽdo verum,
puta, quòd absens habeat iustam causam non cõparendi propter mendacium sibi dictum ab aduersario, non reddit sententiam nullam latam cõtra absentem. Et pro hoc facit quod notat Barto. in l. quæsitum. ff. de re iudicata. Hoc etiam magis clarè videtur de mente Bar. in l. j. C. de satisdando Idem etiam videtur de mente docto. in cap. si duobus. extrà de appella. & Inno. in cap. præterea. extrà de dilatio. circa finem. & est ra-
7 tio, quia plus † delinquit exprimens falsum, quàm tacens ve-
rum: præsertim, quia communis mos litigantium est tacere id quod facit pro aduersario. iiij. q. iiij. cap. j. & in cap. j. extrà de probatio. Facit l. nimis. C. de testib. Tamen Dom. Ant. de Butrio videtur sentire contrarium in hoc in ca. cùm Bertoldus. extrà de re iudica. & hanc quæstionem vidi de facto. Hactenus Matth. in loco præallegato & nouissimè adde Do. Andr. Tiraquel. in tracta. de pœnis temperandis, aut remittendis, in xliij. causa, nume. 36. versicu. ad hæc respicit. Et quod dicitur
8 † tacentem verum æquiparari dicenti falsum, cap. j. de crimi.
fal. intelligitur in teste tantùm, vt ibi per doct. & per gloss. in cap. ne quis arbitretur. xxij. q. iij & Anto. de But. in ca. j. in primo notab. de probatio. per illum tex. Quamuis in isto dicto Matthæi aliter sentiat Do. Anto. de Butr. in cap. cùm Bertoldus. de re iudica. & Abb. in dicto c. si duobus. de appella & per eundem in dicto c. cùm Bertoldus in xxv. col. versic. tertia lectura. quã dicunt, quòd si pars præsens tacet per dolum de exceptione competente absenti, quòd tenebit processus ad commodum præsentis, secundum Innocen. in cap. fina. de accusat. vbi autem pars præsens tacuisset sine dolo, valeret processus, per tex. in dicto c. si duobus. sed Imol. in dicto c. si duobus. & in dicto c. fi. de accusa. & ibi Ioan. de Ana. tenent oppositum, quia non tenetur quis allegare ius aduersarij. c. j. de probatio. l. nimis graue. C. de testib. Vnde non sine causa Inno. in dicto c. fina. relata opinione contraria substitit, & pro ista parte insurgit Roma. latè in l. si is ad quem. ff. de acquiren. hæred. per dictum §. Marcellus. qui non habet locum, quando pars sciebat ius alterius & tacuit. Item loquitur in allegante falsum, non in omittente, & primus dolus maior est, quàm secundus. allegat notata per glos. in l. si mora. ff. soluto matrimo. & in l.
9 diuus. ff. ad Sylla. Salua † tamen opinionem Inno. in vsurario,
qui tenetur edere contra se iura partis aduersæ, clementi. j. de vsur. & pro hac parte secundum Feli. in dicto cap. si duobus. multum facit d. c. si duobus. qui simpliciter loquitur, & quia difficile esset cognoscere quando dolo taceret, & quãdo non. Et ideo non obstat d. ca. j. de crimi. fal. cum superius allegatis,
10 quia solum in teste habeat locum. Vnde dicebat † Anton. de
But. in dicto c. j. de probatio. in iij. notab. quòd tacere veritatem ad quam propalandam quis non tenetur in foro contentioso non esse peccatum. Et hunc intellectum Matthæi tenet etiam Feli. in c. nonnulli. §. sunt & alij. col. xj. nu. 33. versic. sed posito quòd esset vera opin. de rescript. Adde tamen Do. de Rota decisio. cccxlij. nota quòd licet sententia diffinitiua. in antiquis. qui tenent quòd licet sententia diffinitiua obtenta per falsam causam, seu falsas allegationes transeat in rem iu-
11 dicatam si non appelletur, tamen præceptum † interlocuto-
rium, seu etiam decretum per falsam causam, seu falsas allegationes obtentum non transit in rem iudicatam, imò est nullum ipso iure. allegant ad hoc tex. in l. cum verò. §. subuentũ. in versi. proinde. ff. de fideicommiss. liber. & in l. magis puto. §. si æs alienum. cum similib. ff. de rebus eo. & ita etiam intelligi debent ea quæ idem Domini de Rota scribunt in decis. cccxlvj nota quòd licet sententiæ in antiquis. Vide tamen latissimè de intellectu d. §. Marcellus & suę materiæ per Alex. in d. l. qui Romæ. §. duo fratres. nume. 38 & sequen. & faciunt quæ notat idem Matth. in singul. xvij. proximè præcedenti. Adde tamen in materia Ange. Aret. in tracta. malefi. in versicu. & ibi caput à spatulis. nume. 18. versi. aduertas & ibi August. Arimi.
12 in additio. & in versi. Caium Sempronij. vbi dixit quòd † ban-
nitus propter cõtumaciam potest si est captus, allegare quòd fuit bannitus ex falsis allegationibus. Gab. Saray.

XIX.

1 *Sententia diffinitiua, vel interlocutoria lata expressè contra regulam iuris communis, est nulla, licet sint aliqui casus, in quibus possit saluari, si ij in sententia non fuerint expressi.*

2 *Seruum esse contra dominum torquendum, si simpliciter pronuntietur, sententia erit ipso iure nulla.*

3 *Sententia, qua iudex pronuntiauit filiumfamilias potuisse testari, & ideo eius testamentum valere, non valet, licet possit saluari in peculio castrensi vel quasi.*

4 *Citatio facta, vt quis die feriato compareat, est nulla, nisi exprimatur causa specialis, qua illo tempore procedi possit.*

NOta quòd sententia interlocutoria, vel diffinitiua la-
1 ta † expressè contra regulam iuris communis est nul
la, licet reperiantur aliqui casus excepti, in quibus saluari posset illa sentẽtia, ex quo illi casus speciales non sunt
2 expressi in sentẽtia. Vnde si iudex † interloquatur seruum
torquendum esse contra Titium dominum suum, hęc sententia est nulla, vt est glos. not. in l. ij. in glos. fi. in fin. ff. de
3 appel. reci. Similiter si pronuntiauit † iudex filiumfami-
liàs potuisse testari, & ideo valere testamentum, sententia erit nulla, licet possit saluari in peculio castrensi vel
4 quasi. Similiter videmus in citatione. † nam citatio facta,
vt quis compareat die feriato, est nulla, nisi exprimatur causa specialis, qua illo tempore possit procedi, vt not. Innocen. in cap. præterea. de dila. & Barto. in l. ij. ff. si quis in ius voca. non ierit.

ADDITIO.

Not. quòd sententia, &c. Ibi, vt est gloss. in l. ij. ff. de appel. reci. hic alleg. est glos. fi. in fi. hanc gloss. not. allegat Alexan. in l. ex diuerso. §. fina. colum. iij. versicu. sed in hoc vltimo. ff. solu. matrimo. & in l. iiij. §. si quis condemnatus. vlti col. ff. soluto matrimo. facit quod not. Ludo. Roma. consi. ccclxxxiij. penulti. col. dicens quòd vbi ex aliqua causa licet recedere à iure communi, non sufficit quòd adsit illa causa, nisi exprimatur. Inducit Innoc. in cap. præterea. de dilatio. post princi. concordant alij, quos plenè adducit Feli. in cap. super literis. xvij. col. ver. decima regula. de rescript. Faciunt quæ diximus infrà proximè. & ad hæc vide etiam quæ dicit Feli. in ca. j. col. iij. in prin. versicu. amplia quintò. de re iudica. Ibi, similiter, &c. Adde quòd facit cap. Quintaualhs. de iureiuran. vbi iuramentum de exhæredando censetur illicitum, licet aliquo casu posset esse iustum. faciunt quæ dixit Feli. in c. sicut. col. viij. ver. dum doct. dicunt. de re iudi. & in c. super literis. col. xvij. versi. decima regula. de rescrip. Adde Butr. in cap. per tuas. vij. col. de senten. excommu. vbi not. illum tex. quòd sufficit ostendere sententiam in se euidentem iniquitatem continere, licet causaliter posset saluari. Idem quod Matth. hic tenet Feli. plura allegans in c. j. col. iij. de re iud. facit consi. Old. cccxxvj. inci. q̃ òd articuli. ij. col. vbi vult, q̃ non sufficit q̃ causa subsit dum à

iure communi receditur, nisi exprimatur. allegat Innoc. in dicto c. præterea hic alleg. in c. ij de dila. & Host. in c. quo ad cõsultationem. de re iudic. & Lud. pulchrè consi. cc viij. inci. hæc impetratio. ad fi. facit optimè tex. in c. constitutis. de elect. Limita vt per Feli. in d. c. j. col. pen. versi. xij. limita. de re iud. vbi ostendit, & declarat quòd gerens actum regulariter prohibitum, & certis casibus specialiter permissum, debet exprimere quòd gerit ex aliqua causa ex specialiter permissis. De hac materia dixit etiam Feli. in c. sicut. col. ix. ver. vndecimus casus. de re iud. in c. j. in v. ampliatione. in xij. limit. eo. tit. Faciũt quæ dicta sunt in prin. istius no. & quę dixit Feli. in c. super literis. xvij. col. ver. x. regula. de rescrip. dixit etiam Aret. in l. in illa col. vij. de verb. oblig. vbi pulchrè examinat regulã, quòd inualiditas actus dicitur notoria, quando regulariter est prohibitus, licet certis casibus permittatur, &c. vide per eum.

ANNOTATIO.

1 *Regulam iuris pro se habens dicitur rem certam, & intentionem fundatam habere: ideo alleganti specialitatem, onus probandi incumbit.*

2 *Excipiens contra regulam de tempore, illud probare debet.*

3 *Essentia & forma substantialis rei consideratur secundũ id, quod ipsi rei inest regulariter vt in pluribus.*

4 *Iudicandum est secundum regulam, nisi contrarium probetur.*

5 *Regulam habens transfert onus probandi in aduersarium.*

6 *Iudex cauere debet, ne aliter iudicet, quàm quod legibus aut constitutionibus proditum est.*

7 *Iniuriam facit legibus is, qui vult se meliorem videri, quàm ipsæ leges.*

8 *Leges ab omnibus sciri debent.*

9 *Lex si sit obscura, & iudex contra eam iudicet, excusatur.*

10 *Lex obscura, & varios habens intellectus ad decidendum allegari non potest.*

11 *Iudex potest ex varijs opinionibus alteram præeligere, & secundum illam iudicare.*

12 *Statutum non potest immutare ea, quæ sunt regulæ.*

13 *Seruus contra dominum torqueri non potest, etiam si dominus illum vltrò torturæ exponat.*

14 *Seruus de domino non est in criminalibus interrogandus.*

15 *Seruus communis duorum dominorum, pro vno domino contra alium torquetur.*

16 *Serui in causa adulterij contra dominos torquentur.*

17 *Seruus accusare potest dominum in crimine læsæ maiestatis, hæresis, simoniæ, ac fraudatæ annonæ, & contra eum torqueri.*

18 *Filiusfamilias miles, vel doctor, potest de castrensi peculio, vel quasi, testari.*

19 *Clericus filiusfamilias in minoribus constitutus potest de aduentitijs testari. Item & de bonis quæsitis ratione clericatus, & eius testamentum non subiacet querelæ inofficiosi.*

20 *Filiusfamilias potest testari de aduentitijs sibi quæsitis ex transitu patris ad secunda vota.*

21 *Monachi filius testari potest.*

22 *Banniti filius testari potest de bonis suis sitis in ciuitate, de qua pater est exbannitus.*

23 *Citatio facta vt quis compareat die feriata in honorem dei, est nulla, nec arctat citatum ad comparendum.*

24 *Casus, de quibus die feriata cognosci potest.*

25 *Commissio de citando facta die feriata non valet.*

26 *Commissio de capiendo aliquem delinquentem fieri potest quocunque tempore feriato.*

27 *Iudex vbi vtitur arbitrio in casu sibi concesso si ex actis non apparet causa iustificans arbitrium suum, facit litem suam.*

28 *Iudex vbi auget, vel minuit pœnam à iure taxatam, debet exprimere causam*

29 *Iurisdictio si in aliquo certo casu attribuatur, non procedit libellus coram alio productus, nisi narretur ille casus, in quo iurisdictio est attributa, licet alias libellus generalis concludat.*

1 Regulam iuris † pro se habens, dicitur rem certam & intentionem fundatam habere: ideo allegãti specialitatem, onus probandi incumbit, vt est glo. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. & Bart. in l. quoties. ff. si quis caut. & per Phil. Fran. post gl. in rubr. extrà de reg. iur. Feli. in c. quoniã frequẽter. in prin. in iij. col. vt lite non cõtest. Ias. pulchrè in l. cætera. in iij. no. ff. de leg. j. Deci. in consi. ciij. col. ij. & consi. cccclxxv. nu. 3. Cur. Iu-
2 nior in rub. C. qui admit. col. iij. nu. 7. dum ponit † quòd excipiẽs
cõtra regulã de tẽpore illud probare debet: & dicit eleganter
Aret. in l. j col. fi. de testa. quòd secundum ius nostrum essen-
3 tia † & forma substantialis rei cõsideratur secundum id, quod
ipsi rei inest regulariter, vt in pluribus. pro quo dicit esse casum cum gl. in l. fuit quoque. in §. puto. ff. de hære. insti. ideo reprẽhẽdit gl. in rubr. ff. de vsufruc. quæ dixit, quòd id, quod aliquo casu deest rei, nõ est de essentia rei. Et dixit Bald. quòd
4 secundum † regulam est pronuntiandum, nisi contrarium pro
betur in c. j. in ij. col. de aliena. iudic. mutan. causa fact. allegat notata in l. qui restituere. ff. de rei vend. & idem Bal. in l. si tutor. in fi. C. de seruo commu. manu. Albe. de Rosa. in ij. par. statu. q. clviij. incip. si ex forma statuti. circa fi. bene facit tex. in l. ab ea parte. ff. de proba. & in c. ad decimas. de resti. spolia. in vj. quos ad hoc allegat Dec. in l. j. nume. 8 ff. de regu. iuris. qui ita tenuit, quemadmodum etiam in multis alijs locis idem replicauit, vt in l. ea quæ tardò. nu 3. ff. de reg. iur. & in l. ij. col. iij. in fi. nu. 22 & in l. imperiũ. col. x. nu. 53. & in l. iubere cauere. col. ij. nu. 7. ff. de iuris. om. iud. & in l. certum. in ij. not. in fi. ff si cer. pet. & in l. j. col. ij. in iij. not. C. de eden. & in c. in præsentia. in xij. notab. versi. sed tamen. extrà de proba. & in consi. viij. in prin. Ias. in l. qui se patris. col xvij. nu. 43. ver. nec aliquid obstabit. C. vnde libe. & in l. hoc iure. quã legit cum l. in illa stipulatione. col. penul. in fi. versi. tertiò fundamentum. ff. de verb. obli. & Crot. in l. qui Romæ. §. duo fratres col. xxij.
5 versi. tertiò. ff. de verb. obli. Et regulam † habẽs transfert onus
probandi in aduersarium, vt eleganter scribit Gozad. consil. 50. prima facie. col. ij. nu. 10. post eos quos allegat. & dixit Sebast. Vantius in tract. de nullitatibus processuum. in rubr. ex defectu processus. nu. 118. versic. diximus etiam. quòd impri-
6 mis † illud obseruare debet iudex, ne aliter iudicet, quã quod
legibus aut constitutionibus proditum est, vt inquit tex. Instit. de offi. iud. in prin. Et propterea si iudex expressè cõtra leges in corpore iuris clausas sententiam diceret legibus ipsis aduersando, puta, quòd minor xiiij ann. possit testari, seu quòd sententia diffinitiua in scriptis proferri non deberet, seu filios, ætatem, vel priuilegium, ad munus, vel tutelæ excusationẽ non prodesse, & similia, ipso iure non valeret, quasi cõtra ius constitutionis contrarium disponentis manifestè lata. prout est tex. in l. j. §. item cum. ff. quæ senten. sine appel. rescind. l. si expressim. ff. de appel. l. ij. C. quando prouoca. non est neces. c. j. extrà de sen. & re iudic. Nec excusaret eum sua prætẽsa con-
7 scientia, quia iniuriam † facit legibus is, qui vult se meliorem
videri, quàm ipsæ leges. vt in auth. de iudi. §. oportet. quẽ text. allegat ad hoc propositum Paris de Puteo in tract. de syndic. in versi. iudices putas. col. pen. prout neque idem iudex quasi quòd leges & constitutiones huiusmodi ignorauerit, excusandus esset, cùm legum minister electus ei deputatus extiterit, vt in l. ij. §. post originem. ff. de origin. iuris. & propterea non liceat tali ius, in quo versatur, ignorare. dicta l. ij. § Ser-
8 uius. maximè, quòd leges † & sacræ constitutiones ita publi-
cè constitutæ sunt, vt ab omnibus sciri debeant. l. sacratissimæ. C. de legibus. cum similibus. prout etiam non prodesset, quòd litigatoris consensus esset, quòd talis sententia eo modo proferretur, quia nihilominus esset nulla, vt declarant doctores in l. si conuenerit. vbi Ias. colum. j. versicu. tertiò limita. ff de re iudicata. Quæ sunt intelligenda de iure claro & manifesto, vt puta, quòd esset regula iuris: Aliàs si constitutio
9 † communiter reputetur obscura, ob huiusmodi probabi-
lem excusationem, iudex si contra eam quasi putans ad causam non facere, pronuntiasset, sententia sustineretur, vt est
10 text. in l. cùm prolatis. ff. de re iudicata. Lex nanque † obscu-
ra, & varios habens intellectus ad decidendum allegari non potest, vt voluit Bald. in l. in ambiguo. ff. de rebus dubiis. & sen sit gloss. fina. in princip. in capitu. j. de constitu. in sexto. & idem Bald. in cap. fina. colum. fina. versicu. vlterius nota, per illum textum. extrà eodem titu. quem secutus est Decius con-
11 silio cccccxl. quæritur. in fi. Potest enim † iudex ex varijs opi-
nionibus alteram præeligere, & secundum illam iudicare, vt dicunt Domi. de Rot. decisio. dcclxxiiij. die quòd aliquoties. in antiquis. Et adde quod dixit Ias. in authent. ingressi. C. de
12 sacrosanct. eccle. quòd statutũ † non potest immutare ea quæ
sunt regulæ. Quò verò ad primum exemplum, quòd seruus
13 † non possit torqueri cõtra dominũ, est text. in l. ij. §. diui fra
tres. & §. si quis dicatur. & § si serui quasi. ff. de quæst. Quod procedit etiã si dominus illum vltrò torturæ exponat. l. vnius facinoris. §. seruus nec si. & ibi Hippoly. de Marsil. ff. de quæstio.

ſtio.nam ſalus dominorum non eſt committenda arbitrio ſer
uorum.d.l.vnius facinoris.§. ſi ſeruo qui vltro.ff.de quæſtio.
14 Et ſi de eodem † crimine ſeruus & dominus accuſati fuerint,
ſeruus non eſt de domino interrogandus:& ſi aliquid à ſe di-
xerit,domino nō præiudicat.l.j.§.diuus Antoninus,& §.ſi ſer
uus bona fide.ff de quæſt.& nouiſſimè tradit And. Tiraquel.
in tract.de pœnis temperandis,aut remittendis,in præfatione,
15 nu.63.vbi plura allegat. Fallit quando † iſte ſeruus commu-
nis duorum dominorum:nam pro vno domino cōtra alium
torquetur.l.extraneo.§.de quæſtione.ff.de quæſtio. Secundò
16 fallit,in cauſa adulterij,in qua ſerui † contra dominos torquē
tur.l.extraneo.in prin.& in l.de inceſtu.ff. de quæſt.l.j.C.eo.
tit.l.iij.C.ad le.Iul.de adulte.& in l.vim paſſam.§.fi.ff.de adul
te.& in l.conſenſu.§.virum.C.de repud. Tertiò fallit in caſi
17 bus,in quibus ſeruus † poteſt dominum accuſare, vt in crimi-
næ læſæ maieſtatis,& hæreſis, ſimoniæ,ac fraudatæ annonæ,
vt per Gandi.in tract.maleficio.in rub.qui accuſare poſſunt.
verſi.item repelluntur filij liberti.Bar.in l.hi tamen.§.liberi.
ff.de accuſa.Felin.in c.nulli.de accuſa.vbi ponit quatuor limi
tationes.Deci.in ca.dilecti.de exceptio.in iiij.col. circa medi.
Bal.in rubri.C.qui accuſare non poſſunt.Ang. in tract. male-
ficio.in verſicu.& ad querelam Titij.nu.21.Oldra.conſi.cxlv.
incip.quæritur.Roma.conſi.clij.& notat Odoff.in rubr.C.de
delator.lib.x.nu.9 & plura tradit Domi. Hierony. Gigas in
ſuo tracta.de crimine læſæ maieſtatis.in lib.ij.in rubri.qui ac-
cuſare poſſunt in crimine læſæ maieſtatis.q xj.xij.& xiij Ad
18 ſecundum exemplum dic,quòd filiusfamiliâs † miles, vel do-
ctor,vel ſimilis poteſt de caſtrenſi peculio, vel quaſi,teſtari.l.
qui teſtamento.§.j.ff.de teſta.l.fina.C. qui teſta. facere poſ-
ſunt.& ibi doct.& Bar.in l.filiusfamil.ij.ff.de teſtamen.& in l.
qui in poteſtate,& ibi glo.& doct.ff.eo.titu. & niſi patrem in-
ſtituat datur querela,& per eam teſtamentum rumpitur. Bar.
& doct.in l.ſi à milite.§.fi.verſi.ſed quæro quid in querela.ff.
de teſta.mili.& in authen.in teſtamento.C.ad Tertul. & in au
then.ex cauſa.col.viij.in fi.ver.ſecundo caſu quando quæris.
19 C.de libe.præter.Item † poteſt filiusfamiliâs teſtari etiam de
aduentitiis,ſi ſit clericus etiam in minoribus ordinibus con-
ſtitutus.gl.in c.cùm eſſes.de teſta.Item & de bonis quæſitis ra
tione clericatus tanquam de caſtrenſi,vel quaſi.l.ſacroſanctæ.
& ibi Barto.C.de ſacroſanct.eccle. & eius teſtamentum non
ſubiacet querelæ inofficioſi.l.cum clericis.& ibi Bart.C eo-
dem titu.& Abb.in ca.quia nos.de teſta.vbi dicit quòd teſta-
mentum eius continens præteritionem filij , vel patris, valet
20 etiam ſine conſenſu patris. Præterea † filiusfamiliâs poteſt te
ſtari de aduentitiis ſibi quæſitis ex tranſitu patris ad ſecunda
vota,vt in authen.de nup.§ quoniam.& ibi Ange & in §.ve-
niens.& in l.penulti.C qui teſta.facere poſſunt.& Bal.in l.j.ff.
21 de lega.iij. Poteſt † etiam teſtari filiusfamiliâs monachi, vt di-
cit Bar.in l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui,vel alie.iur. Dy.
in l.liber homo.ff.de acqui.rer.domi.& per gl.in l.ſi ex cauſa.
22 §.penul.ff.de mino.Item filius banniti † poteſt teſtari de bo-
nis ſuis ſitis in ciuitate,de qua pater eſt exbannitus:quia ban-
no finita eſt patria poteſtas, quò ad iura illius ciuitatis tan-
tùm,ſecundum Alexā.plenè in l.ſi cum dotem.in §.ſi patri.ff.
ſol.ma.poſt Sali.in l.j.C.de her.inſti.& poſt Imol in l.Gallus.
in §.ille caſus.ff.de libe.& poſthu.& in l.ex facto.§.ex facto.
ff.ad Trebel.& Pau.de Caſt.in dicta l.j.C.de hære.inſtit. Præ-
ſertim ſtante ſtatuto,quòd filius bannitus ſuccedat in partem
bonorum patris,ſecundum Bald. in authen.inceſtas.C.de in-
ceſt.nup. Vel ſi ſtatuto diſponatur,quòd bāniti ſint extra pro-
tectionem communis,vt per Alex.poſt Bal.in l.iij.C.ſi pendē.
appella.mors interue.Plures etiam alij caſus conſultò omit-
tuntur,cùm eos congerere laborioſum magis ſit,quàm ſubti
23 le. Poſtremò,quod dicitur † quòd citatio facta , vt quis cōpa-
reat die feriata eſt nulla. Dic quòd id vſque adeo eſt verū, vt
ea non arctet citatum ad comparendum.l.j.ff.de fer. gl.in ca.
bonæ.ij.in verſic.prædicta.de elect. Quod eſt verum in feriis
in honorem Dei inductis:in aliis non,ſcilicet, in vtilitatē ho-
minum,nam tunc citatio valet,ſecundum Bar.in l.j.§.nuntia
no.in v.colum.ver.quærit Iaco.de Aren ff.de ope. noui nun-
tiatio.& in c.fi.de fer.& ibi doct. De quo tamen vide latè per
Bal.in marga.in ver.citatio.& per Specu.in titu. de citatio. &
per Lanfran.de Oria,in c.quoniam contra.in verſic. citatio-
nes.de probatio.& pleniè quò ad propoſitū citationis per Are
ti.in l.in illa ſtipulatione.col.vij.ff.de verbo.obliga.vbi ponit
24 duas limitationes.& vide l.eadem oratione.ff.de fer. vbi † po
nuntur caſus,de quibus die feriata cognoſci poteſt. Et dicit
Bal.in l.fi.col.j.ver.tres ergo ſunt actus C.de fer. quòd com-
25 miſsio † de citando non tenet facta die feriata, ſed actus ſum-
tij,ſeu inſinuatio citationis,& relatio , ſcilicet , vt compareat
die non feriata,valet.& ita practicatur. Adde tamen quod com-
26. miſsio † de capiendo delinquentem fieri poteſt quocunque
tempore feriato ſecundum Bal.in l.j.C.de exhi.reis. & in l.ij.
in ij.col. in prin.in verſi.& hoc bene facit ad quæſtio ff.de hæ
re.inſti.& Bar in l.ij.§ j.in j.notab.col.ij.ver. ſed quæro quid
econtra.ff.ſi quis in ius voca.non ier. Alex.plenè in l.j.§.nun-
tiatio.col.x.ff.de oper.noui nuntia.& Felin.in c.meminimus.
circa prin.iij.col.de accuſa. Quamuis igitur in tot tantiſque
caſibus ſaluari ſententia poſsit,tamen dicitur nulla,niſi in ea
aliquis ex dictis caſibus fuerit ſpecialiter expreſſus,vt dixit d.
gl fina.in fi.l.ij.ff.de appella.recip.& Inno.in dicto ca.præter-
ea.de dilatio.& in c.prudentiam.in prin.& ibi alij.de offi. de-
leg Et adde quod notat Bald.in l.quid ergo.§.pœna grauior.
col.viij.verſi.illorum opiniones.ff.de his qui not.infa.vbi di-
27 xit,quòd vbi iudex † vtitur arbitrio in caſu ſibi conceſſo,ſi ex
actis non apparet cauſa iuſtificās arbitrium ſuum,facit litem
ſuam. Et dixit idem Bal.in l. Lucius.in iij.nota.ff.eo.titu.quòd
in diffinitiua per modū cauſæ iudex inſerere debet quòd non
adhibet fidem teſti,quia erat vilis,vel quia vacillauerat. Hinc
etiam dixit Ange.in l.vtique.in fi.ff.de rei vendi.quòd quan-
do fertur ſententia contra intentionem actoris,vel rei funda-
tam,cauſa eſt inferenda,alias ſententia eſt iniuſta.& dixit Sa-
li.in l.properandum.in §.illo proculdubio.C.de iudic. quòd
28 vbi iudex † auget,vel minuit pœnam à iure taxatā,debet ex-
primere cauſam.faciunt quæ notauit Ioan. And.in c.fi.de do-
lo & contu. quòd vbi victus non condemnatur in expenſis,
debet exprimi cauſa,cur non condemnetur.& ſequuntur alij
ibi Facit etiam quod in ſimili notat Paris de Puteo in tract.
ſyndica.in verſi.Iuriſdictio.in fi.vbi dicit,quòd quando iuriſ
29 dictio † attribuitur in certo caſu, non procedit libellus corā
alio productus,niſi narretur ille caſus , in quo iuriſdictio eſt
attributa,licet aliàs libellus generalis concludat.l.fi. C.de an.
nal.excep.alleg.Inno.& Io.And.in c.cùm ſit generale.de foro
compe.& Ang.in conſi.vj.faciūt etiam quæ in materia appel-
lationis à correctione traditur deciſio. Tholoſana ccccxj. &
ibi Stepha.Aufrer. Gabr. Saray.

XX.

1 *Inſtrumenta omnia contractuum poſſunt habere paratam execu-*
tionem,ſicut ſententia:& quando id fieri poſſit?
2 *Iuramentum habet executionem paratam . & in addition. nu-*
mero x.& 4.

NOt.bonam practicam, ad hoc quod omnia inſtrumenta
1 habebunt executionē † paratam, ſicut ſententia, vide
licet,quòd dum fit contractus,debitor deferat iuramen-
tum creditori,qui iuret eum teneri ſibi, puta , in centum;
2 nam ſi creditor ita iurauerit,habebit hoc † iuramentum
executionem paratam.in l.poſt rem.ff.de re iudica. & l.
non erit.§.dato.ff.de iureiur.Et Bar.in l.ij.in fi.ff.de iure-
iur. dicit ſe mirari,quod practica hāc viam non inuenit. Idē
eſſet ſi creditor deferret iuramentum reo,& ipſe iuraret
ſe debitorē eſſe. Sed hæc practica nō eſt ita tuta:quia poſ-
ſet debitor habita pecunia fallere creditorem, & iurare
ſe debitorem non eſſe,& eſſet tutus.l.quod ſi deferente.ff.
de dolo.

ADDITIO.

Nota bonam practicam ad hoc,&c. Ad iſtud not. vide latiſſimè
per mag.meum Iaſon.poſt alios in l.ij.col.ij.& iij.ff.ſi cer.pet.
dum tractat an iuramētum habeat executionem paratam. &
poſt multa hinc inde adducta videtur cōcludere quòd ſic, mo
dificando vt ibi per eum.

ANNOTATIO.

1 *Inſtrumentum publicum continens contractum de iure commu-*
ni non habet executionem paratam, fallit vt ibi.
2 *Inſtrumentum ratione iuramenti voluntarij etiam extraiudicia*
liter praſtiti habet executionem paratam.
3 *Notarius eſt iudex chartularius.*
5 *Executionem paratam habere quid ſit?*
6 *Inſtrumenta iurata habent virtutem clauſulæ guarentigia.*
7 *Executio inſtrumenti iurati fieri poteſt per iudicem ſine cauſa co*
gnitione,& ſine libello,& litis conteſtatione.

8 *Instrumẽta an possint habere paratam executionem ex partium conuentione*

9 *Captus ab hostibus.redemptus potest ex pacto à redẽptore vsque ad satisfactionem debiti in carcere priuato, & publico detineri.*

10 *Debitor de fuga suspectus ex pacto potest in carcerem detrudi.*

1 Licet† instrumentum publicum continens contractum de iu
re communi non babeat executionem paratam.l.minor xxv.
annis cui fideicommissum.ff.de mino. Tamen si in fine instru
mentum post contractum diceretur, Et quia de prædictis posset
dubitari, dictus promissor detulit iusiurãdum stipulatori, qui
2 iurauit centum sibi deberi: quòd tale instrumentum† ratione
iuramẽti voluntarij etiã extraiudicialiter præstiti habeat exe
cutionem paratam, quia sententiæ æquiparatur, tenuit Bar. in
d.l.ij.in fi.& ibi Fulgo.& Fulg. in l.sed si possessori.§.pen.ff.
eo.tit & Pau.de Cast in l.nam & postea.§ si petito.ff.eo.ti. &
in d.l.post rem.ff.de re iud.& Alex.in d.l.ij.Et quãuis Ang. &
Rom.ibi aliter circa hoc senserint, vide plenè per do.Alex. in
d.l.ij.& Ang.in d.l.sed si possessori.§.fi.ff.de iureiur. qui ipsi
contrarius tenuit cum Bar.in d.l.ij.& per Barba. in rub. extrà
de iureiuran. vbi dicit quòd dictum Bart.& sequacium maxi-
mè procedit, si tale iuramentum deferatur corã notario: quia
3 ille† est iudex chartularius ex forma statuti, vt dicit gl.in l.j.ff.
de iudic.& habetur in l.ij.C.vbi & apud quem.quem refert &
sequitur Anto.Corf.in rub.extrà de iureiur. in x.priuilegio.&
Do.Ant.de Canario, in tract.de execu.instr.in prin.col.iij.nu.
8 & ista fuit noua inuẽtio Bar.& nouum eius dictum, vt dicit
Roma.in repetitio.rub.ff.de arbi.in vltima char. & dicit Bal.
in l.j.C.eo.titu. quòd ista fuit sing.opinio Bar.idem tenet etiã
Anto.de Canario in dicto suo tractat. de execu. instrumen.q.
iiij.nu.7.& dicit Ang.Aret.in § item si quis postulante.Instit.
de actio.quòd eam tenent omnes doct.in d.l.ij.ff.de iureiurã.
& eam magis communiter esse approbatam dicit Ias.in d.l.ij.
col.iiij.in prin.nu.20 vide ibi per eum, qui sex modis eam li-
mitat. Et fortius & singularius dicit Bar.in l.si duo patroni.§.
4 si quis iurauerit.ad fi.ff.de iureiuran. quòd adeò† iuramẽtum
habet executionem paratam, quòd non potest opponi exce-
5 ptio pretij non soluti. Et habere † executionem paratam nihil
aliud est, nisi dicere, quòd non requiratur libellus, nec litis cõ
testatio, secundum Bar.in l.intra.ff de re iudic. Vel quòd non
requiratur alia probatio, quia ille, qui defert iuramẽtum, in-
telligitur tacitè confiteri.l.qui iurasse §.fi.ff.de iureiurand.&
Bar.in d.l.nã & postea.§.fi.ff.eo.tit. Et dum scribit Matthæus
idem esse, si creditor deferret iuramẽtum reo, sed videri eam
practicam in eo non esse tutam. Dic, quòd Barto. loquitur in
creditore, non in debitore, & quòd illa additio fuit Matthæi,
non Bar. Sed pro veritate videtur posse distingui, vt si loqua-
mur de debitore, qui primùm detulit iuramẽtum creditori iu
ranti, quòd tunc hoc casu ipsa practica sit tuta, cùm amplius
non subsit suspitio, quòd debitor neget illud, super quo vo-
luntariè creditori iuramentum decisiuum detulit. Si verò in
alio debitore, qui non detulit, aut tempore quo à notario fit
instrumentum, & pecunia numeratur, prout communiter fie
ri solet, & à creditore iuramentum defertur, & tunc cùm ipse
debitor debitum negare iuramento non posset, quod in præ-
sentia testium & notarij ei tũc numeratur, & ipse recipit: idẽ
erit quod in primo casu. Aut tempore quo conficitur à nota-
rio instrumẽtum, pecunia non numeratur, neque aliæ res tra
duntur, sed tantùm fit instrumentum de confesione præcedẽ
tis debiti, & hoc casu etiam videtur idem posse dici quod in
præcedentibus, cùm propter præcedentem rogitum notarij,
quòd conficiat instrumentum de sua vera confessione, tum
etiam quia non videtur verisimile quòd statim & eodem cõ-
textu sit negaturus, quod paulò antea confirmauerat. argu. l.
non ad ea.& ibi gl.in ver si.præsens.ff.de condi.io. & demõst.
Et si aliquis debitor fallax, & versutus reperiri posit, qui in
fine instrumenti delato sibi iuramento ad confirmationẽ con
tentorum in eo, postea negaret, quod antea in eodem instru-
mento affirmauerat, potest creditor tanquam deceptus pete-
re se aduersus illud iuramentum restitui. Vnde videtur dicen
dum quòd dicta practica videatur solùm esse parum tuta, quan-
do inter partes quædam scriptura merè priuata in præsentia
testium conficeretur, & in fide creditor deferret iuramẽtum
debitori, præmissa protestatione, quòd si ipse debitor diceret ve
ritatem, & iuraret an omnia contenta in illa scriptura priuata
essent vera, necne, quia eius iuramento stare volebat in omni-
bus & per omnia. hoc enim casu cùm nulla sit facta confessio
in præsentia notarij, qui iudex dicitur, vt suprà dictum est, &
plenè tetigi suprà singu.j.& sic nullum ex præambula confes
sione extraiudiciali sit acquisitum ius creditori, tunc videtur
dicendum quòd si iuret, debitor sit liberatus, cùm illud iura-
mentum quod defertur sub tali prægnanti forma verborum
dicatur litis, quæ in futurũ oriri posset, decisiuum, & ipse cre-
ditor videatur voluisse per illa verba se referre in totũ ad eius
iuramentũ, & illum in propria causa iudicem facere. d.l. quòd
si deferente. ff.de dulo. hic allegata. Cogita tamen super præ-
missis, quia neminem in locis ordinariis reperio hoc tangen-
6 tem Et adde† quòd talia instrumenta propter iuramentum
videntur habere virtutem clausulæ guarentigiæ, secundum
Bart.in l.j.C.de confess.& Corne.consi. xcix.visis nume. 2.&
consil.celix.viso puncto.col.j.nu.8.vol.iij.& in terminis te-
nuit Roma.in repeti.rub.de arbi.in vltima char. col.j. versi.
item virtutem guarentigiæ.& post eum apertiùs do.M. Anto.
Bauer.in tract.de virtute & viribus iuramenti. in princ. col.
7 ix.versi. trigesimononò, nume 55. Vnde† earum executio fieri
potest per iudicem sine iuris solennitatibus, & sine causæ co-
gnitione, secundum Bartol.in l.cùm vnus.ff.de bonis autho.
iudi.poss.& in l.à diuo.ff.de re iudic. nec requiritur libellus,
aut litis contestatio, secundum Bart.& Bald.in l.si cauiam.C.
de execu.rei iud.& in l.qui pecuniæ.C.de senten.quæ sine cer
ta quãti.profer.& dixi suprà. Et vide Alexand.in l.ait prætor.
§.si iudex.ff.de re iudica.& in l.si cùm dotem. §. eo autem. ff.
8 solu.mat. Et an cõuentione† partium fieri posit quòd instru
menta babeant executionem paratam, vide do.Anto. de Ca-
nar.in dicto suo tracta.de executio. instru.in quæstio.xxij.nu
me.68.vbi distinguit, quòd aut partes conueniunt, quòd ha-
beant executionem realem, & possunt, aut personalem, & nõ
possunt. Fallit in casu l.fi.C.de capti.& postlimi.reuer. vide-
9 licet in capto ab † hostibus, & reuerso redempto, qui ex pa-
cto à redemptore potest vsque ad satisfactionem debiti in car
10 cere priuato, & publico retineri. Fallit † etiã in debitore suspe
cto de fuga, qui ex pacto in causa suspitionis posset capi, & in
omnibus casibus à iure permissis, vt l.ait prætor.§.si debito-
rem.ff.quæ in fraudem credi.& in aliis casibus notatis ibi per
Barto. & per Ioan. Andr.in ca.lator.de pigno.dic vt ibi latius
per eum. Gabr. Saray.

XXI.

1 *Iudex quomodo possit facere, quòd appellatio coram eo à quacunque sententia interposita pro deserta habeatur?*

2 *Appellans non comparens hora à iudice præfixa ad apostolos petitos accipiendos, appellatio pro deserta habetur.*

3 *Iudex si statuat appellanti terminum certum, infra quem iter arripiat à loco vbi est sententiatũ, ad locum vbi moratur iudex ad quem, & hoc appellans non faciat, appellatio deserta dicitur. Idẽ de termino ad se præsentandum coram iudice ad quem. num. 4. Vel ad præsentandum apostolos dilatorios, vel refutatorios. numero 6.*

5 *Appellans potest arripere iter ad iudicem ad quem, & coram eo se præsentare per procuratorem.*

7 *Iudex à quo si appellanti simpliciter statuerit terminum ad prosequendum, intelligitur statutus ad inchoandum prosequi, & tũc non sufficit infra terminum iter arripere, sed oportet, quòd se præsentet iudici ad quem.*

a NOt. practicam,ᵃ qua vti potest iudex à cuius interlo
1 cutoria † vel diffinitiua appellatur, quando vult illa
queare appellantem, & facere, quod appellatio habeatur
pro deserta. Primò quòd apostolos petitos in forma cõ-
muniter vsitata ipse non tradat incontinenti, sed respõ-
deat se esse occupatum, & se traditurum eo die penul-
2 tima termini iuris, tali hora, puta xvj. tunc† si appellans
non compareat dicta hora coram eo pro apostolis, appel
latio est deserta, nec excusatur siue ante, siue post com-
3 paruerit, vt in clemẽ.quamuis.de appel. Secundò†ᵇ quòd
b præfigat appellanti terminum certum, infra quem arri-
piat iter à loco, vbi est sententiatum, ad locum vbi mora
tur iudex ad quem. Si enim ille hoc non facit, appella-
tio est deserta, vt in ca.peruenit.ij.extrà de appella.& in c.
c cùm causam.extrà de re iudica. Tertiòᶜ † quòd non præ-
4 figat alium terminum, infra quẽ appellans debeat se præ-
sentare iudici ad quem, quod si non facit, appellatio est
deserta. vt in cap.personas.extrà de appellatio. Valet ta-
5 men tantum † arreptio itineris vel præsentatio per procu
ratorem,

ratorem, quãtum per principalem. l. j. ff. de procu. Quar-
6 tò, q̃ præfigat † appellanti alium terminum, intra quem
debeat præsentare iudici ad quem apostolos dilatorios,
vel refutatorios. Quod si non facit, appellatio est deserta.
vt est tex. singu. coniuncta gloss. quam omnes tenent in l.
d præses. C. de appel. Si tamen iudex ᵈ† à quo statuisset sim-
7 pliciter appellanti terminum ad prosequendum, puta,
vnum mensem, intelligitur, id est, ad inchoandum prose-
qui: & tunc non sufficit infra terminum arripere iter, sed
oportet quòd se præsentet iudici ad quem, vt in c. cum sit
Romana. extrà de appel. & ibi not. Bar. in d. l. præses. C. de
appella. Alium modum vide in clemen. si ante. de dolo &
contuma. in glo. magna. in prin. & per Innoc. in c. pasto-
ralis. de offi. deleg. &c.

ADDITIO.

a No. practicã &c. Circa varios modos, quibus iudex à quo, po-
test assignare terminum appellanti, colliguntur multa vtilia
ex dictis Abb. & Philip. & aliorum vltra eos in c. personas de
appel. Et in primis no. c. ectum talium terminorum, de qui-
bus etiam per Matthæ. hic, quia eorum lapsus inducit deser-
tionem appellationis. Vnde Cæpol. sua cautel. xlv. colligit ex
istis vij. cautelas illaqueandi appellantem circa terminos. Et
in quantum Matthæ. hic dicit, quòd iudex cautus potest dice-
re petenti apostolos, Sum occupatus, Venias die vltima ter-
mini tali hora. quia si ante vel post compareat, non excusabi-
tur, & remanebit deserta appellatio per tex. cum gl. in clemen.
ij. de appel. Amplia etiam si iste pendente illo termino iterum
appellaret, quia prima appellatione deserta non iuuabitur ex
secunda, vt est solennis decisio Rotæ tit. de appell. xxiij. in an-
tiquioribus, quia non prosequendo in termino, est quæsitum
ius appellato, quod per secundam appellationem nõ tollitur.
c. ab eo. de elect. in vj. Sed omnes istæ cautelæ limitantur, dum
modo iudex à quo detulerit appellationi: secus si non deferat,
sed procedat non obstante appellationis interpositione, quia
tunc non potest terminos præfigere vel assignare. Inn. in c. vlt.
de appel. Rot. eo. tit. decisio. xvj. in antiquis. Spe. de appella §.
videndum. versicu. verum. Cæpo. vbi suprà, Rom. sing. clxvij.
incip. iudex à quo. cum concor. quas ibi dedi. Cautas tamen
quare ista limitatio solet reprobari, dixi in addit. ad prædictũ
singulare. & ratio est, quia si iudex non defert, non etiam est
opus quòd assignet terminum, & sic respondetur ad dictum
Inno. cum sequacibus.

ANNOTATIO.

1 *Iudicis officio incumbit, si ab eo appelletur, præfigere certum termi-
num appellanti ad apostolos recipiendos.*
2 *Tempus petendi apostolos, quot dierum sit?*
3 *Appellans si non petat apostolos an valeat appellatio?*
4 *Tempus petendi apostolos an currat à tempore sententiæ, vel à die
appellationis interpositæ: & an currat de momento ad mo-
mentum?*
5 *Appellans si statuta hora non comparuerit, appellatio pro deserta
habebitur.*
6 *Appellans si in termino compareat, & iudex apostolos tradere re-
cuset, an excusetur?*
7 *Apostolorum forma vsitata quæ sit.*
8 *Tempus, quod datur appellanti ad se præsentandum coram iudice
ad quem, est arbitrarium*
9 *Terminus quando assignatur ad prosequendum appellationẽ, suf-
ficit vltima die inchoare. Et quid si assignatus fuerit ad se præ-
sentandum Apostolico conspectui?*
10 *Appellatio quibus modis deserta fiat?*
11 *Appellatio vtrum sit deserta si dubitetur, debet iudex in dubio
pronuntiare eam non esse desertam.*

1 Ad officium † iudicis à quo appellatur, pertinet terminum
præfigere certum ipsi appellanti ad apostolos recipiendos, vt
in c. ab eo. de appel. in vj. & in l. iudicibus C. eo. tit. & quò ad
hoc durat adhuc eius potestas lata sententia, vt in l. iudex. & l.
2 Paulus. ff. de re iudic. Tempus † verò petendi apostolos, quod
datur parti ad eos accipiendos, & iudici ad eos tradendum,
est dierum triginta, vt in d. l. iudicibus. & in d. c. ab eo. potest
tamen iudex hunc terminum abbreuiare. argu. l. i. & quod ibi
not. ff. de re iudic. & sic seruat generalis consuetudo. Verum
3 si appellans † non petat apostolos, an valeat appellatio, docet
Guid. Papæ decisio. Gratianop. cccexxxvj. nu. 13. vers. quintò
quæro. vbi etiã ponit, quid si dico simpliciter, appello, & iu-
dex det apostolos, an confirmetur, & valeat appellatio? Et an
4 † xxx. dies de quibus suprà, incipiant currere à tempore sen-
tentiæ, vel à die appellationis interpositæ, & an currant de mo
mento ad momentum, tradit idem Guido d. decis. cccexxxvj.
5 nu. 34. versic. vigesimo sextò quæro. & nu. 35. Vnde † si statuta
hora appellans non comparuerit, appellatio pro deserta habe
tur. d. clemen. quamuis. de appellatio. Et tradit Card. in clem.
ij. §. j. eod. titu. vbi dicit verum, nisi comparuerit per procura-
torem specialem, qui non potest prosequi, nisi doceat de im-
6 pedimento, vt ibi, in fine q. Sed quid † si appellans in termino
comparuit, sed iudex apostolos tradere recusauit, an tunc ex-
cusetur? Dic quòd aut iudex non tradidit, quia non potuit, &
vterque excusatur. Aut quia noluit, & tunc ipse appellans ex-
cusatur, & iudex condemnatur, vt in l. quoniam iudices. C. de
appellat. & appellans hoc casu debet statim adire iudicem ad
quem, & appellationem & querelam producere, vt in l. si ap-
pellationem. C. de appel. Vel secundum Iacob. But. in dicta l.
quoniam. debet protestari infra triginta dies, qui dantur ad
7 dandum ipsos apostolos, vt in d. l. iudicibus. Quæ autem † sit
forma vsitata apostolorum, tradit Io. Pet. Ferrar. in practica
in forma apostolorum.

b Secundò. Hoc tempus est arbitrarium. d. c. peruenit. & capi.
cùm sit Romana. de appella.

c Tertiò, &c. Tempus † quod datur appellanti ad se præsentan-
8 dum coram iudice ad quem, est arbitrarium, & sic est bonum
in hoc habere iudicem à quo gratiosum, vt in d. l. præses. C. de
appell. hic allegata. c. personas. cum c. seq. & c. Abbate. de ap-
pel. Solet tamen istud tempus dari & moderari secundum di-
stantiam locorum, & personarum qualitatem ad arbitriũ iu-
dicis. d. l. præses. C. de appel. & d. c. personas. Et si i. fra termi-
num se non præsentauerit, appellatio reputabitur pro deser-
ta. l. ij. §. i. C. de tempo. appel. nisi iusta causa eum excuset. d. l.
præses. & d. c. personas.

d Si tamen iudex. Adde dominos de Rota deci. cccclj. nota si iu-
dex. & decisio cccccxxviij. nunquid infra terminum. & deci-
sio. cccccxxxvij. nota si certus terminus. in antiquis. vbi dicũt
9 quòd quando † terminus assignatur ad prosequendum, suffi-
cit inchoare, vel incipere vltima die: Secus si assignaretur ter-
minus nedum ad prosequendum, sed etiam ad præsentandum
se apostolico conspectui: tunc enim non sufficit itineris arrè-
ptio, nisi sequatur realis præsentatio si potuit habere præsen-
tiam Domini Papæ: alioquin fiat protestatio in valuis palatii,
vt est moris. Et hæc dicunt procedere quando appellatur, &
terminus per hominem extra curiam ad prosequendum assi-
gnatur. Secus si in curia, quia ibi requiritur maior diligentia
in prosequendo, vt nedum vadat, vel iter arripiat versus can-
cellariam, sed etiam ad ipsum cancellarium, vel eius locumte-
nentem accedat, si poterit, alioquin de hoc protestetur, & præ
sentet commissionem signandam, & recipiat super hoc publi-
cum instrumentum, quæ si sibi infra terminum præfixum si-
gnata, vel præsentata non fuerit, non sibi nocebit: quia quod
per me non stat, &c. c. quod per me. de regu. iur. in vj. cum si-
mil. Idem dicunt domini de Rota decisio. xciiij. si iudex in par
tibus. & plenius decisio. clv. si certus terminus. in nouis. & in
vltimis decisionibus decisi. xxx. incip. postquam fuit conclu-
sum. nu. 10. versi. si certus terminus præfigatur. & in d. decisi.
etiam ponitur vtrum dictus terminus possit à iudice proro-
gari. nume. 14. versi. vtrum index. Et tradit Stepha. Aufre. de-
10 cisio. Capel. Tholosa. cccexlv. Et appellatio † quibus modis
deserta fiat, tradit Bal. in additio. Spe. in tit. de appel. & Cardi.
in clemen. constitutionem. §. insuper. j q. de electio. Et adde
11 † quòd si dubitetur an appellatio sit deserta, debet iudex in du
bio pronuntiare non esse desertam, quia per talem pronuntia
tionem non perit ius alicuius secundum Paul. de Castr. & ibi
Alex. in l. j. ff. si quis cautio. Gal. S. e.

XXII.

1 *Confessionis, vel consensus ab aduersario extorquendi modus &
cautela*
2 *Litera, si cui à te mittatur, in qua eum rogas, vt centum quæ tibi
debet, tibi reddat, & is contrarium non protestetur, dicta de-
bito assentire, & illud fateri videtur: Testes tamen super hoc
producendi copiam literæ habere debent, & eam coram eis a-
periri oportet.*

NO. mirabilem modum extorquendi confeſsionem,
1 vel cõſenſum aduerſarii tui, videlicet, quòd tu† mittas ei breuem literam, in qua dicas, quòd eũ rogas, quòd ipſe reddat tibi centum, ad quæ tenetur ex cauſa depoſiti. Vel dicas, quòd tu emiſti ab eo domum ſuam pro cen-
2 tum aureis. Nam† ipſe ſimpliciter accipiendo literam, nõ proteſtando aliquid in oppoſitum, videtur fateri depoſitum, & aſſentire venditioni. l. filiusfamiliàs. ij. ff. ad Macedo. & in clemen. j. de procura. & hanc doctrinam ponit Bar. in l. quo enim. §. j. ff. rem ratam haberi. & in l. cum tabernam. §. idem quæſiit. ff. de pignor. & videtur text. iuncta gloſſ. ff. depoſi. in l. Publia. in fin. vbi Barto. etiam hoc tenet. Et vt ſcias hoc practicare, cautela eſt, quòd teſtes, quibus præſentibus dabitur litera per nuntium, habeant copiam literæ, & quod tantum ſtent, quod coram ipſis litera aperiatur.

ADDITIO.

Nota mirabilem modum, &c. Iſta materia propriè tractatur in l. filiusfamiliàs, hic alleg. per Matth. de qua tamen vide etiã per Bal. in l. cùm quis. C. de iuris & facti igno. col. ix. in verſ. quæro an lex poſitiua. vbi plenè. Et de iſta cautela vide etiam per Alex. conſi. lxxviij. in j. vol. Adde etiam Feli. vbi aliqua adducit, & facit mentionem de Matth. hic in ſi. prædicta tamen nõ allegat in proœ. Decre. col. vj ver. ſecundus caſus. De iſta materia ſeu cautela, vide etiam Barth. Cæpol. caute. ſua xxiiij. vbi iſtud ſingulariter limitat, niſi in talibus literis contineretur calculus rationis de datis & receptis, vt fieri aſſolet, & vltimo loco poneretur in literis, quòd deberet reſtitui certa ſumma, quæ reſtat: quia licet quis retineret literas, non per hoc diceretur confiteri contenta in literis eſſe vera præſenti retentione, ſed potius diceretur literas retinuiſſe, vt videret an calculus rationis eſſet bene factus, per tex. no. in l. cùm ſeruus. ff. de cõditio. & demonſt. quod bene no. In contrarium tamẽ eſt tex. in l. emptor. § Lucius. ff. de pact. intelligendo vt ibi per Bald. & Fulg. ſecundum magiſt meum Iaſ. in repetitio. l. admonendi. col. lxiij. ver. & ex hoc habes. de iureiuran.

ANNOTATIO.

1 *Litera acceptata & lecta obligant legentem, & acceptantem ad contenta in eis, niſi ſtatim expreſſe contradicat.*

2 *Litera quando probet contra ſcribentem.*

3 *Sigillum multum operatur ad faciendum ſcripturam eſſe indubitatam.*

4 *Scripturam ſi quis producat, quæ dicit me obligatum, & ego cõtra illam nihil oppono, an videar approbare?*

5 *Litera receptio, in qua quis dicat recipientem inculpari de homicidio commiſſo, an faciat indicium ad torturam, ſi recipiens ſtatim ſe non excuſet, ſed taceat?*

Adde quòd idem voluit Bald. in l. ſi procurator abſentis. in prin. ff. de procura. Bar. & Bal. in l. Titius Seio. ff. de conſtitu. pecu. & Bal. in rub. C. de fide inſtrumen. in xiiij. col. & in l. ſi literarum. C de ſolutio & in l. fi. C. ad Maced. Bald in l. ſi literas. C. manda. & in l. fin. C. de nouatio. & in capitu. ex parte. in vj. colum. de reſcrip. & in cap. fin. in viij. colum. de iureiurand & in l. ſi defuncti. & in l. ſi procuratorem. ff. de procuratto. & Ioan. de Imo. in l. qui in domini. ff. de teſta. & in l. non ſolùm. in §. morte. vbi late Alex. ff. de oper. noui nuntia. & in d. clemen. j. de procu. in fin & Ludo. Roma. in l. quæ dotis. in vij. col ff. ſolu. matri. & Abb. in c. non iuſtè. in iij. colum. de procur. & docto. in d. l. fi. C. ad Macedo. & Abb. in conſi. xviij. inci. in cauſa & quæſtione. in ij. col. & conſi. vij. in vlti col. in j. dubio, volu. ij & per Hippo. de Marſi. in repetitio. rub. C de probatio. col. 5. nume. 299 & ſeq. & Corne conſil. cccxix. circa primũ conſultationis. col. iiij. nu. 5 ver. ex quibus elicienda eſt concluſio. Gozadi conſi. xxiij. prima facie. nu. 6. verſ. tertiò clarũ
1 eſt. vbi dicit† quòd literæ acceptatæ, & lectæ obligant legentem & acceptantem ad contenta in eis, niſi expreſſe contradicat ſtatim. allegat Alex. conſi. lxxviij. vol. j. & idem dicit in colum. ij. nu. 10. eodem conſi. xxiij. & in conſi. xciiij. an illuſtriſſima Domina Argentina. col. x. nu. 49. verſi. octauò concludo. Et de probatione literæ contra ſcribentem traditur pulchrè per Lanfran. de Oria. in cap. quoniam contra. vbi de inſtrum. n. fide & productione tractat, col. penul. nume. 58 verſ.
2 tertiò circa epiſtolam. extrà de probatio. vbi† ſubdit, quòd oportet quòd dicta litera ſit confecta manu debitoris, vel ſaltem, ſi eſt manu alterius, ſaltẽ ſigillum habeat debitoris: nam idem eſt, per l. ſi qua per calumniam. C. de epiſ. & cle. nam ſi-
3 gillum† multum operatur ad faciendum ſcripturam indubitatam eſſe, ſecundũ Bald qui ita notat in l. in bonæ fidei. C. de reb. credi. ſi autem non habeat ſigillum, & debitor neget ſua manu ſcriptam, tunc peruenitur ad comparationem literarũ, quæ comparatio plenam facit probationem, ſecundum Bar. & doct. in l. admonendi. ff. de iureiur. Et per Cortet. in ſingul. cclxxxj. in verbo, taciturnitas. & præceptorem meum Do. Andr. Alcia. in l. deteſtatio. ff. de ver. ſig. ſed aduertendum eſt, quia hæc non videntur vera, nec procedere, niſi in eo, qui gerit nomine alterius, & ei notificat: vt d. l. filiusfamiliàs. & ita tenet Bald. in l. j. ff. manda. per l. quo enim. ff rem rat. habe. & Dec. in d. c. cùm M. Ferrarien. col. vij. & viij. de conſti. & in c. ij. col. iiij in fi. de fide inſtr. & ita in terminis tenuit Carol. Molin. in addi. ad Alex. conſi. lxxviij. in cauſa & lite. col. j. nu. 1. ver. Corroboratum. vol. j. in additio. inci. literis. Sed de probatione epiſtolarum contra ſcribentes pro illis, quibus ſcribitur, tradit Cuma. conſi. clxxvij. incip. ſuppoſitus ſtatutis. in prin. & nu. 4 Feli. in c. nonne benedicimus col. iiij ver. fallit quartò. de præſumptio & in c. cùm M. Ferrari. col xvj. in verſic. fallit tertiò. de conſti. vbi & Ripa Barb. conſi. vj. vol. j & cõſi. xxxvij. col. iij. vol j. & conſi. xj. col. iiij. & conſi. xv. col. iiij. vol. ij. &
4 aliquid per Matth inſrà ſing. lxxviij. vbi dixi. Et quid† ſi quis producit ſcripturam, quæ dicit me obligatum, & ego contra ipſam nihil oppono, an videar approbare? vide Bal. in l. ii. C. ſi cer. pe. qui refert Iaco. de Aren. tenere quòd ſic Sed Bal. ibi videtur tenere contrarium: & vide Bald. in l. ſi ex cautione. in
5 iiij. quæſtio. C. de non nu. pec. Et quid† in criminalibus, an ſi repertus fuit aliquis interfectus, & neſcitur à quo, attamen vnus cuidam ſcribat epiſtolam, in qua dicat hoc modo, videlicet, Quoniã aliqui dicunt te occidiſſe talem, ideo iudex mandauit vt capiaris pro tali delicto: Tunc ſi ille recepta tali epiſtola, illam legit, & tacet, & nihil dicit ſe excuſando, nec dicendo, quòd miratur de tali re, cùm ipſe ſit innocens à tali delicto, an receptio talis literæ cum taciturnitate faciat contra eũ indicium ad torturam de dicto maleficio commiſſo? vide Hippoly. de Marſil. in practic. crimi. in dicto §. diligenter. colum. xxiiij. numer. 138 adde etiam quæ per d. l. filiusfamiliàs abſentis ff. ad Macedonia. & clemen. j. de procuraro. ſcribat Didac. Couarru. in c. Ioannes. nume. 4. ver. quinimò etiam. extrà de teſta. Gab. Saray.

XXIII.

1 *Statuta, vel leges, quæ permittunt præſcriptiones cum mala fide contra reales, perſonales, vel mixtas actiones, non valent ipſo iure, quæ ſunt contra ius commune, & nutriunt peccatum.*

2 *Poſſidens rem alienam ſcienter peccat.*

3 *Debitor ad meram pœnam obligatus, non peccat, etiã in foro conſcientiæ, ſi eam ſoluere recuſet.*

4 *Pœnam in iudicio, vel extrà, petenti quis ſe ſoluturum offerre non debet.*

NOta, quòd omnes leges, & omnia ſtatuta, quæ permit
1 tunt præſcriptiones† cum mala fide cõtra reales, vel perſonales, vel mixtas actiones, non valent ipſo iure: quia ſunt contra ius commune, & nutriunt peccatum. vt in ca. vigilanti. & c. fi. de præſcri. & in regula, poſſeſſor. de regul.
2 iu. in vj. Peccat enim† qui ſciens ſe teneri ad centũ ex cauſa depoſiti, mutui, vel venditi, recuſat ſoluere, ſicut poſsidens rem alienam ſcienter. Et hanc doctrinã ſentit Bart. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iu. in illa quæſtione, an valeant ſtatuta circa ius diuinum. Idem tenet Ang. in l. ſequitur. §. ſi viã. ff de vſuca. & in l. hæc autem iura. ff. de ſer. vr. præd. & l. fi. ff. quemadmodum ſer. amit. & in l. ait præ-
3 tor. §. item ei. ff. ex qui. cau. ma. Saluari tamen† poteſt vltima opinio in vno caſu, ſcilicet, quando debitor nõ peccaret recuſando ſoluere, vt quia eſſet obligatus ad merã pœnam, puta, ad duplum vel quadruplum actione furti: nam ſecundum ius diuinum, & ſecundum forum cõſcien
4 tiæ, non tenetur† quis ſe offerre ad ſoluendum pœnam, etiam eam petenti in iudicio, vel extra. xij. q ij. c. fraternitas. vbi eſt tex. ſing. iuncta gl. in ver. cum augmento. in fi. & no. doc. in c. dilecti. extra de arbi. & hanc doctrinam poſuit do. Ant. in c. fi. extra de præſcri.

ADDITIO.

Nota quòd omnes &c. Ibi, Saluari tamen. Adde quòd idem tenet Panor.

Panor.in c.quoniam.col.v.post But.& ibi Feli.col.ij.de præ-
scrip.vbi dicit hanc esse communem opi.quam tenet Matth.
hic.Confirmatur ex his quæ latè dixit idem Fel.in c.j.xx.col.
ver.tertius casus.de consti.circa gl.in c.fraternitas.hic allega.
Secus vbi actio non est merè in pœnam,sed quia visum fuit le
gi hoc conuenire Reip.vt in actione de dolo, & simili, quia si
interuenit dolus ex parte alterius,tenetur:vt pulchrè per Ab.
vbi suprà propter gloss.sing.in c.admonere.xxxiij.q.ij ex qua
dicit Abb in c.licet causam.xiij.& xv.col.de proba.quòd vbi
ius agendi fundatur super peccato,nunquam præscribitur &
ex ea intulit Bal.in l.j.xxij.col.C.qui accusare.quòd in pœnis
specialibus non currit præscriptio.no.Spe.in tit.de sen.prola.
§.fina.versi.& quòd secundum canones.Cessante autem do-
lo bene currunt dictæ præscriptiones , vt in redhibitoria,
quanto minoris & simil.vt per Hostiens. quem Abb. vbi su-
prà allegat.

ANNOTATIO.

1 *Præscriptio cum mala fide hodie non procedit,neque statutũ contrarium inducere potest.*
2 *Statutum quòd creditor post decem annos non audiatur, an valeat?*
3 *Debitor in foro conscientiæ non potest se tueri præscriptione statuti.*
4 *Statutum si dicat,quòd instrumentum post decẽ annos præsumatur simulatum,valet.*
5 *Pœna de iure canonico non potest peti.*
6 *Præscriptio quando procedat.*
7 *Statutum quòd vsurarius post certos annos non audiatur, valet.*
8 *Statutum vel consuetudo an inducere possit,quòd malæ fidei possessor præscribat?*
9 *Præscriptio 30.annorum,vel longi temporis an de iure canonico procedat in actionibus personalibus?*
10 *Intellectus nouus ad c.fi.extra,de præscriptio.*
11 *Actiones quæ tempore à lege diffinito præscribuntur, quænam sint?*
12 *Pœna conuentionalis an de iure Canonico peti possit?*

1 Præscriptio ✝ cum mala fide hodie non procedit:nam cùm nu
triat peccatum,ius canonicum est attendendũ.c.fi.de præscri.
c.possessor.de reg.iu.in vj.neque à statuto,vel aliqua lege cõ-
trarium induci potest.Et ideo dixit Bart.in l.omnes populi.ij.
q.iij.q.prin.in x.col.ver.ecce vltra dictũ statutũ.ff.de iustit.&
2 iur.quod statutum, ✝ quòd creditor post decem annos nõ au-
diatur,non valet,vt quod inducit præscriptionem in malæ fi-
dei possessoribus:licet contrarium senserit Ang.in l.j.C.de iu
di.& Bal.in c.j §.porro.col.fi.in versi.extrà quærit glo.quali.
olim feud.poter.alie.de quo per Bar.in l.nemo potest.in pen.
col.in ver.quæro,statutum est.vbi Ange.ff.de lega.j & in d.l.
sequitur.§.si viam.in j.col.in ver.& idem puto.ff.de vsuca.&
in l.si is cui.§.Flauius.in fi.ff.de solutio.& in l.legaui.in versi.
vltimò no.ff.de libe.lega.& in l.cùm notissimi.in prin.in ver.
& sic facit ad quæstionem.C.de præscri.xxx.an.& Bal.in d.l.
omnes populi.& in auth.ad hæc.C.de vsur.ver. item dubita-
tur de debito.& in §.si quis per triginta.in iiij.col.versicu.sed
quæro nunquid.si de feud.fuer.contro.inter domi.& agna.&
in Marga.in ver.Ecclesia col.ij vbi præsupponit valere.Ang.
in l.ij.ff.de vsufr.ear.rer.quæ vsu consu.Io.And.tamen in c.fi.
de exceptio.in vj.in nouel.tenet non valere,& maximè si sta-
tutum fiat à Prioribus ciuitatis,vt per Bartol. Lambertin.in
iiij.col.ff.de decre.ab ord facien.& vide Alex.in l.si pœnæ in
prin.ff.de condi.indebi.quia statutum potest impedire natu-
ralem obligationem,nisi in debitore sciente,secundum Imo.
3 in d.c.fi.de præscriptio qui dicit,quòd debitor ✝ in foro con
scientiæ non potest se tueri præscriptione dicti statuti. Sed si
4 statutum ✝ dicit,quòd instrumentum post decem annos præsu
matur simulatum, valet, secũdum Bar.vbi suprà.Quod verũ
est secundum Ray.ibi,quando de simulatione doceretur ve-
rè,aliàs non:vt ibi in repetitio.& refert Io.de Imol.in d.c.fin.
vbi omnes Cano.reprobant Barto.quia esset via indirecta ad
peccandum,& ad inducendum præscriptionem in malæ fidei
possessoribus,vt ibi But.Imo.Zabarel.& Abb in iij.col.ad fi.
cum seq.in ver.& per hoc dixit.qui plenius loquitur.& Pe.de
Anch.in c.j.de consti.in vj.& Imo.in d.l.sequitur.§.si viam.ff.
de vsucapio.Imò tale statutum non valet in vtroque foro ca-
nonico & ciuili,secũdum Io.Andr.in c.j de exceptio.in vj.&
in c.per tuas.de donatio.Pe.de Anch.in reg.possessor.& in c.
si propter.de rescri.in vj.& Zabarel.in d.c.vigilãti.Nisi quan-
5 do actio ✝ esset pœnalis,quia pœna de iure canonico non po-
test peti,ideo præscribitur secundum Butr.Imo.& Abb.in d.
6 c.fi.Item nisi ✝ actio sit à principio limitata tempore,vt redhi-
bitoria,secundum Bal.in d.authen.ad hæc.col.v.versi.denuo
quæritur.Item nisi quando præscribens non est in culpa, vel
peccato,vt in præscriptione contra seruitutem, vt per Ant.de
But.Imo & Barb.in d.c.fi.Item nec contra vsurarios nam sta
7 tutum ✝ quòd vsurarius post certos annos non audiatur, va-
let,vt in d.c.fi.per Cano.& per Pe.de Anc.in d.reg.possessor.
in repe.in fi & Bal.in sua quæstio.statuto cauetur,quòd fœ-
nerator.in viij & xiij col & Alex.in l.cùm mulier in vj.col.fi.
in fi.in ver.adde quòd etiam Bal.ff.sol.ma.Et adde notata per
Fel.in c.venerabilis.ver.hoc tamẽ ego limitarem.de iudiciis.
& per Abb.consi.lxxvj.in vltimo dubio in vlti.col.& Cuma.
consi.xc.post med.& per Alex.cõsi.xciv.col.ij iiij.vol.& Bar-
ba.consi.xxxj.& lix.vol.iiij.& Pau.de Cast.consi.xcix in no-
8 uis.Sed an ✝ possit à statuto, vel à consuetudine induci quòd
malæ fidei possessor præscribat,scribit Bal.cõsi.xij.vol.j Imo.
consi.xxvj.vbi dicit quòd non.& Pau.de Cast.consi.cclviij.in
nouis.& Alex.consi.clxxxviij.col.pe.ij.vol.& cõsi.lxix.col.fi.
vol.iiij.Et vide Soc.cõsi.lxxxvj col.v.& consi.clxvj col.v.qui
ponit statutũ permittens præscriptionem quomodo intelliga
tur,& si permittit præscriptionem cum scientia rei absente, an
9 valeat.& per eundem Soci.consi.cciij.Et verum de iure ✝ ca-
nonico præscriptio xxx.an.vel longi temporis procedat cum
mala fide in actionibus personalibus?Hosti.in summa in titu-
lo de præscriptio.rer.immobi.§.quæ res.col.j.versic.actiones
verò personales dicit per iura Canonica nõ derogari legibus
antiquis quò ad actiones personales:quia nõ in personalibus,
sed in realibus illa locum habent : quod ibi latè prosequitur.
& Bar.in d.l.sequitur.§.si viam.ff.de vsuc. Quorum opinio-
nem defendit Practi.Papien.in forma responsionis rei cõuen,
in gl.in versi.præscriptionis.vbi asserit quòd ita,& non aliter
practicatur.Et secundum hanc consuluit do.Maria.Soc.cõsi.
cciij.circa primum consulationis articulum per totũ.vbi au-
sus est affirmare,quòd ista opi.Bart.& Hosti.est communis
quam etiã ipse tenuit in repe.rub.de cau.pos.& proprie. Con
suluit etiam pro hac opi.Cor.cõsil.clxxvj.ad euidentiã.col.ij.
& iij.& consi.cxxxviij.videtur,per totum vol.j & consi.ccvj.
circa thema,vol.ij & consi.cclj.in hac consultatione.& consi.
cclxxv.quanquam.col.j.ver.& dato.& col.pe.ver.cessat ergo.
iij.vol.& consi.cclxxvij ad euidentiam.per totum vol.iiij.vbi
10 conatur ✝ dare nouum intellectum ad tex.in d.c.fi.de præscri-
ptio.Sed contraria opi.est communior,vt per Cano.in d.c.fi.
de præscriptio:& ibi Imo.attestatur quòd dicta opi.Bart.est
communiter damnata.& in d §.si viam.vbi in fin.ij.col.dicit,
quòd communis opi.est contra Bar.& quòd contra ipsum de
facto consuluit.Idem tenet Ab.c.quod clericis.col.pe.de for.
compe.& Ioan.Baptista de S.Seuer.in repe.l.omnes populi.in
viij.char.col.j.ver.secundò infert Bar.ff.de iust.& iu.& Cum.
consi.lxxvij.statuto ciuitatis Vincentiæ.col.j.ver.mihi autem.
Alex.consi lxxxij videtur prima facie dicendũ.ij.col.iiij.vol.
Et dictam opi.per plures rationes confutat Pet.de Anch.in c.
sine possessione.colum.viij. de regulis iur.in vj.concludens,
quòd iura ciuilia corrigantur per iura canonica tam in per-
sonalibus,quàm in realibus , vt præscriptio non habeat lo-
cum cum mala fide. Plura adducit Felin. in dicto capitu. fi-
na.& secundum hanc opi.sæpè consuluit Alexan.vt patet in
eius consi.clxxxv.viso titulo quæstionis.ij dubio.col.pe. vol.
ij.& consi.xxxiij viso processu causæ.col.j.iij.volu.& consil.
lxiij.statibus.ij.col.& consi.xcix.videtur prima facie.j.& ij.
col.vol.iij.& cõsi.lj.videretur per decisionem.j.& ij.col.vol.
v.Eandem opi.dicit communem Præposit.in d.§ si quis per
triginta.circa fi.Phi.Fran.in d.c.possessor.col.ij.de reg.iur.in
vj.& Fulgo.consi.cxxiij.S.& P.ciues.col.j dicens,quòd sic se
habet communis opi.Canonistarum.Prædicta tamen cõmu-
nis conclusio quatuor modis limitatur,vt per Fel.in d.c.fin.
col.ij.& iij.de præscri.Et quò ad propositum limitatur vt 1.õ
procedat,vbi actio est specialis,& habet tempus limitatum à
lege,vt actio furti,ad duplum,vel ad quadruplũ:Actio vi bo-
11 norum raptorum,iniuriarum,& similes.Nam ✝ istæ actiones
finiuntur,& præscribuntur per debitorem,etiam scientem la-
pso anno,vel alio tempore à lege ciuili diffinito, quia cessat
ratio peccati,& iniustæ retentionis,cùm pœnæ legales nõ sint
debitæ in foro conscientiæ,vt vult gl.in d.c.fraternitas.xij.q.
ij.quam plenè discutiunt Abb & Felin.in c.j.col.xij.cum seq.

de constitu. & Ias. in §. sed istæ. in vlti. char. Institu de actio. Et
12 quid† in pœna conuentional. ? vide Alex. cõsi. clx. titulus quæstionis. col iij. vol. ij. & consi. xlix. paucis vtar. & consi. 50. viso instrumento transactionis. iuj. vol. & consi. xcvij. viso instrumento. eod. volu. Roma. consil. cxluj. licet variè. Et plenè per Ang. Are. & Ias. in §. omnet. col. antepe. & peu. Insti. de action. Et communiter concluditur, quòd aut pœna conuentionalis est adiecta facto, & potest exigi, & debetur etiam in foro Canonico. Aut verò est apposita dationi quantitatis, & præsumitur adiecta in fraudem vsurarum, vt notatur & legitur in l. cũ allegat. C. de vsu. Et hanc materiam latè tradit Alex. in l. stipulatio ista. §. alteri. col. iij. & iiij. ff. de ver. ob. & plenè per Balb. in tracta. præscriptio. in ij. parte tertiæ partis prin. q. vij. xiij. & xiiij. vbi latè prædicta examinat. & faciunt quæ dixi suprà in sing. xij. & xiij. Gab. Sar.

XXIIII.

1 *Tempus instantia causæ appellationis potest per compromissum, vel aliàs de consensu partium suspendi, sed non prorogari.*

1 NOta, quòd† tempus instãtiæ causæ appellationis benè potest suspendi per compromissum, vel aliàs de consensu partium. vt in auth. si tamen. C. de temp. appell. & in cle. quandiu. de appel. Sed illud tempus iam non potest prorogari, vt in c. abbate. extrà de appell. & no. Cy. & Bar. in auth. ei qui. C. de temporib. app. & clarius Io. Andræ. in addi. Spe. in ti. de ap. in §. nunc breuiter. Et ratio diuersitatis est, quia durante tempore suspensionis non potest procedi in causa appellationis, sed in tempore prorogato sic, si teneret prorogatio.

ADDITIO.

Nota, quòd tempus, &c. Vide cle. quandiu. de appel. vbi disponitur de hac materia ad plenum, & ibi bonus tex. Ad istud nota, quòd fatalia iuris vel statuti possunt suspendi, non prorogari. adde Lud Ro. in l. ij. ff. de re iud. & Bal. in l. Centurio. quasi in fi. de vulg. & pupil. Idem tenet Cy. in auth. ei qui. C. de tẽp. appel. vbi tamen Bal. tenet contrarium, & Bar. in l. fina. per illum tex. eo. tit. & Sand. vbi plura inducit in c. ex ratione. col. ij. in prin. de appel.

ANNOTATIO.

1 *Instantia lapsus maior est in causa appellationis, quàm in causa principali.*
2 *Prorogatio temporis fieri poterit, vbi per eius lapsum omne ius perit.*
3 *Instantia causæ principalis per compromissum suspendi non potest.*
4 *Tempus datum ad appellandum non potest per aliquem cõsensum partium suspendi, minui tamen potest.*
5 *Instantia causa principalis quo remedio poterit prorogari?*
6 *Actorum in reiteratione requiritur consensus iudicis.*
7 *Prorogatione prohibita, an & suspensio prohibita censeatur?*

Eandem opinionem & distinctionem tenuit Alex. in l. properandum. in prin. in iiij. col. versic. concludunt tamen. nu. 13. C. de iudic. per l. nemo. in ver. nec sub prætextu quodã altero. C. de tempo. appel. Et per rationes adductas per Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de appella. in §. nunc breuiter. super verb. illud. cum seq. vbi etiam refert Marti. Syli. & Richard. Malumb. ita tenuisse. Et idem Alex. consi. xxiiij. inspecto processu. circa h. vol. iiij. & consi. cxxxvij. in causa & lite vertente. col. j. vol. ... & plenè Marian. Soci. in c. venerabilis. in xvj. art. princ. de iudic.
1 Et hoc ex eo,† quia maioris est præiudicij lapsus instantiæ in causa appellationis, quàm lapsus instantiæ causæ principalis: quia in causa appellationis per lapsum temporis extinguitur omne ius, cùm maneat firma prima sententia. l. fi. C. de temp. appellat. Secus in instãtia causæ principalis, vt in dicta l. pro-
2 perandum. §. fi. Ex quo† primum infertur, quòd vbi per lapsum temporis perit omne ius, poterit tale tempus prorogari, vt notabiliter dixit Romanus in l. ij. ff. de re iudicata. Secun-
3 dò† infertur, quòd instantia causæ principalis per compromissum suspendi non possit, quia est minoris præiudicij, vt videtur tenere Bart. in d. l. properandum. in princip. & Specu. & Io. And. in titu. de iud. deleg. §. restat. versi. sed nunquid de tempore. & Anton. de Butr. in c. pen. de iudic. Ista tamen conclusio intelligenda est in causa prosequendæ appellatiõis, se-
4 cus† in tempore dato ad appellandum: quia illud non potest per aliquem consensum partium suspẽdi, vt singulariter notat Bald. in dicta authen. ei qui. & in authen. hodie. C. de appella. & Paul. de Leazar. in dicta clem. quandiu. & Ant. Corset. in sing. ix. incip. appellationis interpositio. Nam tempus prosequendæ appellationis statuitur vtrique parti, vt in dicta authenti. ei qui. nimirum si consensus partium in suspendendo operatur: sed tempus decem dierum in appellando statuitur tantùm appellanti. Et istud etiam sequitur Pau. de Castro in d. l. ij. ff. de re iudi. & ibi idem tenet Rom. subdens quòd tale tempus ad appellandum poterit consensu partium minui, per l. fi. §. fi. C. de tempor. appel. Et vide Bar. in d. l. properandum. & in l. Seius & Augerius. ff. ad leg. Falc. & in l. si quis pro eo, in secundo membro. ff. de fideiussorib. vbi dat remedium, quòd
5 † instantia causæ principalis poterit prorogari, videlicet, quòd de nouo renouetur instantia vnico momento, repetendo omnia acta. per notata per gl. in l. quæ omnia. in prin. ff. de procura. per Bald. in l. mutari. ff. eod. titu. vt quia actor dicat reo, Libellum, quem aliàs tibi obtuli, reoffero. Et reus dicat, Et
6 ego respõdeo, prout aliàs respondi. Et sic de singulis. In† hac tamen reiteratione requiritur consensu iudicis, sicut in aliis actibus iudicialibus, iuxta cap. forus. de verbo. signifi. vt dicit Fulg. in dicta l. properandum. Dicit tamen circa hanc practicam Ant. de Butr. in cap. penul. de iudic. quòd in quibus actibus iudicialibus exigitur formalitas, non sufficeret recensere acta, adhoc, vt videantur omnia reiterata: argu. c. clericus. de iureiur. loquitur tamen sub dubio fortè. Sed Alex. in d. l. properandum. sustinendo dictam opi. respondet illi textui, quòd ille in secundo actu non iurauit iterum, sed nolebat primum iuramentum extendere vires ad deducta in secundo actu. Sed in casu nostro fiebat expressa reiteratio actorũ, licet per relationem ad aliud, quæ debet idem operari, ac si de nouo de verbo ad verbum facta fuissent acta: argu. l. vbi autem non apparet § ij. ff. de verb. obli. & in l. certum. ff. si cer. pet. Et ita residet Alex. in d. l. properandum. in prin. Sed quantum ad principalem doctrinam, de qua hic per Matthæ. videtur quòd illa
7 † differentia inter suspensionem, & prorogationem, non habeat vrgentem rationem: quia ratio, quæ principaliter consideratur in prorogatione est, vt finis litibus imponatur, ne lites immortales sint. d. l. properandum. Ista tamen ratio vtique militat in suspensione, quia per suspensionem non imponitur finis litibus. Et ad talem finẽ præcisè habetur respectus. & probatur in l. fi. ff pro suo. Et ista differentia videtur potius verbalis, quàm realis, meritò non debet procedere. l. ij. C. cõmu. de leg. Et parum nobis seruirent iura, quæ prohiberent prorogationem, si posset suspensio fieri: arg. c. cùm quid. de regu. iur. in vj. & per suspensionem ita duraret lis per mille annos, si posset fieri, quàm per prorogationem. Et hæc differentia reprobatur per Areti. in c. venerabilis, col. fi. versi. tu considera. de iudi. & per Feli. in c. ex ratione. col. j. versic. secundò, dum. nume. 3. & ibi Deci. colum. v. in princip. versic. sed tamen. nu. 9. extrà de appellatio. Et adde quæ latè adducit Andræ. Tiraquel. in tracta. de retractu consanguini. in §. primo. in versicu. intra annum. in gloss. x. nu. 31. & 32. ver. præsertim verò in hoc casu. Gab. Sar.

XXV.

1 *Sententia lata contra vnum, vel acta probatoria contra eũ facta, si tertio plenè præiudicare debeant, tunc tantum præiudicant, quando sententia est contra præsentem lata.*
2 *Confessio, transactio, compromissum, processus, & sententia arbitri vnius, alteri non præiudicat.*

1 NOta,† quòd in omnibus casibus, in quibus sententia lata contra vnum, & acta probatoria facta contra eum, plenè præiudicant tertio, istud tantùm est verum,
2 quando est lata contra præsentem. Confessio† tamen in iudicio non præiudicabit tertio, sicut non præiudicaret transactio, compromissum, processus, & sentẽtia arbitri. l. si dictum. §. si compromisero. ff. de euictio. & notat Inn. in c. auditis. de præscri. & in c. cùm super. de re iudi. in pe. col. & Bar. in l. si perlusorio. ff. de appel. Ipse tamẽ videtur tenere contrarium in l. ij. ff. iudi. sol.

ADDITIO.

Nota, quòd in omnibus casibus, &c. Ibi, Confessio tamen. Ampliа siue sit voluntaria, siue contentiosa, vt per Io. Andr. in addit. Specul. quem refert Pan. in c. quamuis. de re iudi. & prius per Bur. subdentem quòd facit qualequale præiudicium. Sed quòd imò plenè præiudicet, firmat Alex. in l. sæpe. in antepe.

col. de

col.de re iudi. Primò, quia cui noceret sententia, nocent acta, vt per Abb. vbi suprà, per c. inter dilectos. de fide instru. cum concord. de quibus per Alex. in l. is apud quem. C. de eden. & per alias rationes, de quibus per Alex. in d. l. sæpe. Ad illud verò, quod dicit hic Matth. de trãsactione & compromisso, &c. adde quòd idem tenet Pan. in c. auditis. hîc alleg. in vij. col. & in dicto capi. quamuis. post Butr. in ij. colum. dicentem idem in pacto, & iuramento. Idem etiam Pau. de Eleaz. in clem. j. de rescript. cum concord. Ista tamen eleganter limitantur tribus not. modis per Sand. in dicto capit. quamuis. col. antepen. post princip.

ANNOTATIO.

1 *Sententia contra vnum lata, vt alteri præiudicet, nouem requiruntur.*

2 *Contradictor legitimus quis dicatur?*

3 *Sententia lata in contumacẽ, qui tamen fuit præsens vsque ad sententiam exclusiuè, an alij noceat?*

4 *Intellectus l. si ideo. ff. de euictionib.*

5 *Sententia non præsumitur lata contra contumacem ob contumaciam, si ex actis appareat de plenissima probatione, vel si ille fuit absens ex probabili & iusta causa.*

6 *Sententia lata contra contumacem tertio non præiudicat. Fallit, quando lex vel statutum considerat tantùm actum sententiæ.*

7 *Probationes in lato iudicio summario nõ probant in plenario. Fallit vt ibi.*

8 *Sententia contra aliquem per iniuriam lata, tertio non nocet.*

9 *Confessio in iudicio facta, quando tertio præiudicet?*

10 *Confessio aduocati præiudicat principali præsenti, & non contradicenti, qui potuit prohibere & contradicere.*

11 *Remedia litis decisiua ab vno facta, an alij præiudicent?*

12 *Transactio facta per venditorem sciente & non contradicente emptore non præiudicabit*

13 *Compromissum authoris non nocet successori scienti, etiam in casibus in quibus præiudicaret sententia*

14 *Vasallus quò ad ius feudi potest cum litigante transigere, & præiudicat domino, vt teneatur obtinentem ex causa transactionis habere in vasallum. Et an idem sit in emphyteuta, & superficiario?*

15 *Compromissum dicitur transactio.*

16 *Vasallus an possit sine consensu domini de feudo compromittere?*

17 *Sententia in delictis contra vnum ex correis lata, an cæteris noceat? Et an absolutoria econtra prosit?*

18 *Confessio correi an præiudicet socio in criminalibus, vel faciat indicium?*

1 Nouem † sunt ea quæ requiruntur, ad hoc, vt sententia contra vnum lata, præiudicet alteri. Primũ, quòd interueniat à prin-
2 cipio legitimus contradictor. Et † ille dicitur legitimus contradictor, ad quem principaliter causa pertinet, alius in consequentiam. l. cum duobus. ff. de excep. rei iud. Secundum requi-
3 situm est, quòd † causa defendatur per ipsum cõtradictorem, & per consequens quòd non sit lata in contumaciam. l. qui repudiantis. §. fi. ff. de inoffi. testa. Sufficit tamen quòd contradictor fuerit præsens in tota causa, licet posteà in actu sententiæ fuerit contumax: per hoc enim sententia non minus operabitur effectum suum, quàm si non fuisset contumax. ita dixit Bar. in l. si superatus. ff. de pignor. vbi allegat in argu. l. si rẽ.
4 §. fi. cum ibi notatis. ff. de euictio. & ita † dixit se intelligere l. si ideo. ff. de euict. Idem tenuit Fulgos. in d. l. si superatus. & do. Abb. in c. pe. de re iudi. Et idem videtur voluisse Bald. in l. ij. in versi. or, modo capio. C. quibus res iudi. non noc. Sed Bar. in d. l. qui repudiantis. in fi. dixit, quòd imò non nocebit alteri dicta sententia lata in contumacem, qui fuerat tamen præsens vsque ad sententiam exclusiuè: sed bene nocebunt acta facta, quousque ille cõtradictor præsens fuit: ex quibus actis posteà poterit contra illum tertium iudicari: quia præiudicat sententia, cui præiudicant & alia acta, vt notat Inno. in c. causam. de testi. Et cum dicta opinione Bar. transit Io. de Imo. in d. ca. penul. extrà de re iudi. Sed prior opinio est tenenda per rationem tex. in d. l. si perlusorio §. fi. ff. de appell. & l. si seruus plurium. §. j. ff. de legat. j. vbi innuitur, quòd vbi propter non defensionem principalis contradictoris iudicatum est contra eum, sententia non nocet alteri. Sed si contradictor defendit in tota causa, licet sit contumax ad audiendum sentẽtiam, illa contumacia non est causa, propter quam veri similiter contra eum pronuntietur: quia ex actis iudicandum est. Quod etiam cõfirmatur ex glossa singulari in l. ij. in verb. absens. C. de contrar. iudi. tutel. & ex multis rationibus adductis per Alex. in l. sæpe. nume. 78. ff. de re iudi. vbi subdit qood dixit Bald. in d. l.
5 ij. C. quibus res iudi. nõ noc. qui ibi scripsit, quòd contra † contumacem non præsumitur sententia lata ob contumaciam, si ex actis apparet de plenissima probatione. Vel si ille fuit absens ex iusta, & probabili causa. facit tex. in l. diui. § j. ibi, & euidentes probationes suggerant. ff. de liber. cau. & ibi Benedic. de Plumbi. & vide quæ dixi infrà singu. xxvj. Illud tamen quod dicitur, sententiam latam contra contumacẽ nunquam
6 nocere tertio, fallit, vbi lex † vel statutum non considerarunt veritatem facti, sed solum actum sententiæ, vt quia statutum sit quòd pater teneatur pro condemnatione lata contra filium, nam tunc si filius propter contumaciam sit condemnatus, sentẽtia afficiet patrem, quia lex tantùm ponderat actum condemnationis. arg. l. palã. §. quæ in adulterio. ff. de ritu nup. & in l. si condemnatus. ff. de noxal. & ita voluit Bar. in sua disputatione incip. Perusinæ ciuitatis. & in l. filius. in princip. ff. de verborum obligatio. & Bal. in l. j. in vj. quæstio. C. ne filius pro patr. & Bal. & Ange. in dict. l. qui repudiantis. §. fi. & Angel. in l. ij. §. fin. ff. si ex noxa. cau. aga. & Ludo. Roma. in l. si filio. ij. ff. solu. matri. & do. Alexan. in d. l. sæpe. nu. 80. ff. de re iudic. & nouissimè per Didac. Couar. in quæstio. practicis. c. 13. in ij. præmisso. col. x. vbi multos allegat. & capi. xiiij. Tertium requisitum est, quòd sententia feratur declaratoriè, id est, affirmatiuè, puta, Pronuntio, vel declaro talem esse ingenuum. Secus si sententia hoc modo feratur, videlicet, Pronuntio talem non videri seruum petitoris, vt est tex. in d. l. diui. ff. de liber. cau. Quartum est, quòd non detegatur collusio. l. j. & per totum. ff. de collusio. detegen. Quintum, quòd causa sit talis naturæ, quòd præiudicare possit aliis, inter quos non fuit iudicatũ. Bal. in d. l. ij. C. quibus res iudi. non noc. Sextum, quòd causa sit ordinaria, & agatur principaliter propter se, & de ea sit plenè cognitum. l. si iudex. cũ ibi not. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. Si tamen causa esset extraordinaria, vel summaria, & appareret in ea fuisse plenè cognitum, & plenè probatum, præiudicaret eodem modo ac si ordinaria fuisset, secundum Iaco. But. in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. qui.
7 ex cau. maior. vbi voluit, quòd licet † probationes factæ in iudicio summario non probent in plenario, & similiter sententia lata in summaria causa non releuet in plenaria, & ordinaria. d. l. si iudex, cum ibi not. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. tamen fallit nisi probatioões in summario iudicio factæ fuissent plenariè, quia tunc prodesse debent. Septimum requisitum est, secundum Ang. in d. l. si perlusorio. quòd illi, quibus sententia nocere debet, sciuerint causam agitari, & ad eã fuerint citati, saltem per generale proclama, si eorum nomina ignorabantur. allegat d. l. sæpè. ff. de re iudica. & no. per Inno. in c. ex insinuatione. & in c. in nostra. de procurator. Hoc tamen reprobat Imo. in d. l. si perlusorio. §. j. vt ibi per eũ, & per Alex. in d. l. sæpè. nu. 81. ver. item vltra prędicta. Octauum re-
8 quisitum † est, quòd ille principalis, contra quem fuit lata sententia non prouocauerit iudicem contra se. Et sic requiritur, quòd per iniuriam principalis non sit lata contra eum sententia, aliàs non noceret alteri, vt probatur in d. l. si seruus plurium. §. j. cum glo. in verb. iniuriam. ff. de leg. j. & ibi not. doct. & in l. exceptione. ff. de fideiusso. Nonum & vltimum requisitum est, quòd culpa principali succumbenti imputari non possit, eo quòd non appellauerit: nam aliàs sententia aliis non nocebit, vt in dicta l. si seruus plurium. in § j. in versi. quid ergo, secundum intellectum gl. in versi. non nocebit. qui est magis cõmuniter approbatus. Sed ad id quod hic dicitur de confessione, quòd si fiat in iudicio tertio non præiudicat, vide latè Bar. in l. facta. §. si hæres. ff. ad Trebel. & plenè per Io. Andr. in additio. Spec. in tit. de cessio. actio. § j. super ver. sed nũquid sola. & in titu. de defensore. §. j. in additio. incip. quæritur an confessio domini. & per Cy. in l. si delegato. C. de nouatio. & in l. fina. C. de procurato. per Iacob. But. Bald. & Angel. in l. si actor. ff. de procurat. & in l. si emptor. ff. de pact. Qui docto-
9 res † licet inter se dissentiant, tamen videtur quòd confessio plenè præiudicet. Primò, quia regula est, de qua suprà dictũ est, quòd cui nocet sententia, nocent & cætera acta, ergo &
10 confessio iudicialis nocebit. Secundò, † quia videmus quòd confessio aduocati præiudicat principali præsenti & nõ contradicenti, qui potuit prohibere, & contradicere. l. j. C. de errore aduoca. c. olim. de censib. capit. cum causam. & ibi plenè

per Cano.de appel. Tertiò, quia habet hoc casu locum ratio
d.l.sæpe.in vers.cùm autem. Et hoc in puncto iuris verius vi-
detur, secundum Alex.ibi,nu.117.& Feli.in c.quamuis de re
11 iudica.nu.16.versi.confessio. Et an † quod dicitur in sententia
habeat locum in aliis remediis litis decisiuis, vt in transactio-
ne, vel in iuramento litis decisiuo, tradit Inno.in c.auditis.in
prin.de præscrip.vbi notabiliter dixit, quòd non: & sic transa-
12 ctio † facta per venditorem scientem, & non contradicentem em-
ptore, sibi emptori non præiudicabit. & ita etiam tenet Do.
Abb.in d.ca.auditis.& idem tenet Pau.de Leaza.in clemen.j.
de rescrip. Et facit quod dixit Inno.in c.dudum.ij.in gl.in ver
13 sic.partibus.de electio.quòd compromissum † authoris non
nocet successori scienti, etiam in casibus in quibus præiudica
ret sententia.allegat c.cũ inter canonicos.de electio. Hæc ta-
men limitantur in casu l.controuersia.ff.de transac.vbi trans-
actio facta in causa querelæ inter hæredem scriptum, & hære-
dem legitimum præiudicat legatariis quò ad hoc, vt teneantur
conuenire victorem pro rata deducta in trãsactione. quia eo-
dem modo præiudicasset sententia.l. Papinianus.§.si ex cau-
sa.ff.de inoffi.testamen.l.cum duobus.C eo.ti.& l.cum filius.
in prin.ff.de lega.ij. Secundò limita prædicta non procedere
in casu c.j.de controuer.inter vasal.& alium de bene.feu.vbi
14 dicitur, quòd quò ad ius † feudi potest vasallus cum litigante
transigere, & præiudicat domino, vt teneatur obtinentem ex
causa transactionis habere in vasallũ, & ibi vide Bal.qui quæ-
rit an idẽ sit in emphyteuta, & superficiario: & decidit, quòd
sic domino sciente. Et idem esset in compromisso in casu po-
15 sito in d.c.j.cùm compromissum † ut transactio, iuribus vul-
garib. Et sic videtur ibi esse decisum id, de quo dubitauit Spe.
in titu.de arbitr.§ potest. versic.sed nunquid vasallus. scilicet
16 quòd vasallus † etiam sine consensu superioris potest de feu-
do compromittere, de quo etiam per Hostien. in summa, de
arbi.in §.de qua re.in versic.sed nunquid vasallus.& per Ca-
noni.in c.cum tempore.de arbi.per Ro.in l.j §.& post operis.
ff.de oper.no.nun. Et quod dicitur de iuramẽto litis decisiuo,
videtur idem dicendum quod suprà dixi in confessione iudi-
ciali, per easdem rationes, cùm sit necessarium iurare, vel re-
17 ferre.l.manifestæ turpitudinis.ff.de iureiur. Vltimò † an sen-
tentia super delicto, quod committitur à pluribus, si est con-
demnatoria contra vnum lata noceat alteri: & sic è contrà an
absolutoria lata in fauorem vnius, prosit alteri? Communiter
tenetur quòd nec absolutoria pro vno prodest alteri, nec con
demnatoria nocet, nisi contra omnes fuerit processum & co-
gnitum, tunc enim præiudicaret, aliàs contrà, quò ad plenum
præiudicium. Induceretur tamen aliqualis contra alios præ-
sumptio. vt no.glo.in c.dilectus.ij.de simon: in verb.dantis.&
in c.ordinatos.lix.distin.& alii effectus in consequentiam a-
liis nocent, vel iuuant, quos tradit Felin. in d c.quamuis.col.
penul.nu.10.de re iudi.& vide Ang.Are.in tracta.malefi.in si.
in versi.præsente Caio, & appellante.nu.33.vbi ponit an pluri
bus condemnatis, si vnus appellet, & absolutoria sequatur, a-
18 liis prosit? Et † an confessio correi præiudicet socio in crimi-
nalibus, vel faciat indicium, plenissimè tradit Hipp.de Marsi.
in practi.crimi.in § diligenter col.x.in fi.nu.59 & seq.post a-
lios, quos ibi allegat. Gab.Sar.

XXVI.

1 *Sententia lata contra vnum, si tertio plenè præiudicet, id procede*
re dicitur, quando contra præsentem profertur, secus si contra
absentem etiam per contumaciam quia tunc quo ad tertij præ
iudicium fingitur esse iniusta.

2 *Sententia diffinitiua principis, vel principaliter contra absentem*
lata, non facit ius commune, & ideo tertio non præiudicat, secus
si contra præsentem feratur.

NOta regulam, quòd in omnibus casibus, in quibus
1 † sententia lata contra vnum plenè præiudicat ter-
tio, illud est verum, quando præiudicat contra præsentẽ:
secus si contra absentem etiam per contumaciam: quia
tunc fingitur esse iniusta quò ad præiudicium tertij tan-
tùm.l.qui repudiantis.in fi.ff.de inoffic.testa.& dicta l.si
per lusorio.& C.de pign.l.præses.cum simil. Et per hoc se-
2 quitur, quòd † sententia diffinitiua principis, vel princi-
paliter lata contra absentem non facit ius commune, &
ideo tertio non præiudicat. Secus si contra præsentem.l.
fina.C.de legiti.& ibi gloss. not. Canonistæ in c.in causis.
extrà de re iudi.

ADDITIONES.

Nota regulam, &c. Et quòd in casibus, in quibus sententia lata con-
tra vnum alteri præiudicat, de quibus per docentes in l.sæpè.
de re iud.& in c.quamuis.extrà eo.tit istud intelligatur, dum-
modo tertius sciat alium agere de causa ad ipsum spectãte, ac
etiam sciat illud ius sibi tertio competere: secus si solùm sciret
alium agere, & ignoraret ius sibi cõpetere, dicit Inn.in c.sub-
orta.quẽ extollit Bu.& Abb.ibi, in iij.col.versi.Inno.dicit.&
Abb.in d.c quamuis.col.vij adducens pro hoc, quia ignorãs
non videtur iuri suo renũciare.l.mater.ff.de inof.test.xxxviij.
dist.can.placuit.cum sim. Facit dictum Bar.in l.ij §.fin.ff.de
iti.actúque pri.cum concor. Limita tamen istud, nisi sit casus,
in quo sententia de sui natura faciat ius quò ad omnes: quia
sententia facit ius non inspecta scientia, patientia, vel igno-
rantia, vt in causa ingenuitatis. Abb.singulariter in d.c.quam
uis.facit l.si superatus.in prin.de pigno.

Adde latè Roma.consi.cccxxix.præsens consultatio.col.pe.Feli.
in c.fraternitatis.col.ij.versi.tertiò fallit.de hæretic.& in c.in
literis.col.x.ver.pro quo optimè facit.de consti.Corne.cõsi.
xlij.videtur.col.ii.vol.j.& plenè per Hipp.de Marsi.in singu
lari iiij.inci.quamuis aliquo casu per totum.& Nic.Boër.de-
cisi.lxxix.breuiter pono regulã.nu.4.& latius dixi suprà sin-
gulari xxv. Gab.Sar.

XXVII.

1 *Pactum nudum ex promissione tacenti facta quando oriatur, &*
actionem producat? Et quando cohærentia stipulationis ve-
stiatur?

1 NOta, quòd † si promitto tibi præsenti & tacenti dare
centũ ex causa donationis, tu videris cõsentire, & ex
tali nudo pacto oritur hodie actio, & datur condictio ex
l.si quis argentũ.C.de dona.per regu.l.qui patitur.l.si nõ
remunerandi.§.qui passus.ff.mãd. Et tamẽ secus est, si in-
terrogaui te sic, Promittis mihi Codicem ex causa dona
tionis? & tu respondisti: Promitto Codicem, & centũ au-
reos: & ego tacui. nam quò ad centum aureos non dici-
tur contractum pactum nudum. & ideo non vestitur co-
hærentia stipulationis.l.j.§.si stipulanti.ff.de ver.obl. Nec
hodie daretur condictio ex illa l.si quis argentum. quo ad
illos centum aureos. Et est ratio, quia tu respõdens vide-
ris te voluisse obligare per stipulationem quò ad cẽtum,
sicut quò ad Codicem, per regulam l.iam hoc iure.ff.de
vulg & pup. Sed in centum non valet stipulatio, quia non
præcessit interrogatio, ergo nõ valet pactum l.j.§.si quis
ita.ff.de ver.ob.l.j.§ eum qui.ff.de consti.pec. Secus fortè
esset, si fuisset duplicatum verbum, Promitto, in respon-
sione, scilicet Promitto tibi Codicem, & promitto centũ
aureos, nam tunc diceretur esse pactum nudum, quò ad
centum aureos. & etiam secundum iura antiqua produ-
xisset actionem, vt vestiatur cohærentia stipulationis.l.pe
tens.C.de pact.& hunc passum à nemine vidi tactum.

ANNOTATIO.

1 *Interrogationi facta de vna specie, si respondeatur de duabus copu*
latiue, adiectio alterius speciei habetur pro superuacua.
2 *Pactum nudum habet varios effectus.*
3 *Impossibilitatis ratione resultat inæqualis determinatio.*

Istud singulare est pulchrum, & notatu dignum, & probatur in l.
j.§.sed & si mihi.in versi.pro superuacuo.ff de ver.obli. Nam
1 quando † interrogationi factæ de vna specie, respondetur de
duabus copulatiuè, adiectio alterius speciei habetur pro su-
peruacua, & sic in illa specie adiecta non inducitur etiã pactũ
nudum. & hoc patet, quia si causaretur pactum nudũ, illa adie
ctio non esset pro superuacua, prout dicit tex. in d.§.sed si mi
2 hi. quia † pactum nudum habet varios effectus, vt notatur in l.
iurisgentium.§.igitur nuda.ff.de pact.& in l.ex hoc iure.ff.de
iusti.& iur. Et hoc quamuis interrogans tacitè dicatur cõsen-
tire in illa adiectione, & sic interuenire videatur consensus v-
triusque scilicet interrogantis tacitè, & respõdentis expressè,
per d.l.qui patitur.& l.si non remunerãdi.§ qui passus.ff.mã.
& cõsequẽter, nec ex tali pacto nudo datur certi cõdictio ad
illa cẽtũ, de quibus hic per Matt. quæ oritur ex pacto nudo de
donãdo.d.l.si quis argẽtũ.C.de don.& ratio est secundũ eum,
quia respõdens in Codice, vt voluit obligari per stipulationẽ
verbis, ita similiter voluit per stipulationẽ obligari ad cẽtũ, ex
quo ambo sunt sub vna ratione, vnde debẽt æqualiter deter-
minari;

minari:quia vna determinatio respiciēs plura determinabilia
debet illa æqualiter determinare.d.l.iam hoc iure.ff.de vulg.
& pup.Sed ad centum non potest per stipulationem obliga-
ri,quia non præcesśit interrogatio:nec per pactū nudum,quia
non consentit,iuxta tex.in l.j.§.eum qui.ff.de constu.pec. Sed
istam regulam Matth.reprobat Barth. Soci.in l.j.§.si quis ita.
in ij.not.ff de verb.obl.& in l.rogasti.§.si tibi.per illū text ff.
si cer.pe.vbi est tex.quòd si mutuo tibi decem,vt reddas mihi
vndecim,in illo vno pluri contrahitur pactum nudum,& ta-
men in illo pluri,sicut non potuit celebrari contractus re, vt
partes volebant, ita etiam non debet valere vt pactū nudum,
secundum argumentum Matth.ergo ibi in illo pluri non po-
tuit valere vt mutuum,vt partes agebant,& tamē valet vt pa
ctum propter consensum vtriusque,vnius expresśè,alterius ta
citè.Et propterea dicit Soci.quòd quando vna dispositio æqua-
liter potest determinari,valet.& allegat notata per Bart. in l.
Seio.§.Caio.ff.de fun.instru. Sed quicquid ipse Socin.dicat,
istud singulare Matth.est verum & pulchrum. Et ad fundamē
tum Socin.de d.§.si tibi.l.rogasti.dic quòd nihil facit:primò,
quia gl.ibi reprobatur per Bar.& omnes alios.Et posito,quòd il
la gl.esset vera,tamē nihil obstat,quia ille casus est separatus,
& multum ab hoc diuersus:quia si mutuo decē,vt reddas vn-
decim , imposśibile est , quòd obligatio contrahatur in plus
quàm sit numeratum,vt tradunt doctores in l.si tibi decē mil
3 lia.ff.de pact.Ratione † ergo imposśibilitatis,resultat inæqua
lis determinatio,vt illud plus,quod est imposśibile vt posit
valere vt mutuum,valeat vt pactum nudum. Sed in hoc casu
non cadit ista imposśibilitas,quia si interrogo te de Codice,
& tu promittis Codicem,& centum,in cētum poterat cōtra-
hi stipulatio,si secuta fuisset cōplacentia,ergo in casu nostro
non est illa imposśibilitas,quæ est in d.§ si tibi.Et ita hoc sin-
gu.defendit latè Iaś.in d.l j.§.sed si mihi.in ij.notab. Et adde
quæ dixi infra in sing.xlvj. Gabr. Sar.

XXVIII.

1 *Actor qui agit possessorio,vel petitorio,si appellauerit,& appella-*
tione pendente reum possessione rei priuauerit,vel eum iniustè
turbauerit,appellationi renuntiasse censetur.

1 NOta,quòd † si actor,qui agit possessorio, vel petito-
rio appellauit à sententia diffinitiua, vel interlocu-
toria lata in fauorem rei : & appellatione pendente spo-
liauit reum possesśione rei,de qua erat quæstio, intelligi-
tur renunriasse appellationi.Idē si iniustè turbauit reum
in possesśione sua,vt in c.an sit.extrà de appel.& c.cum te
neamur.eo.tit.secundum veram lecturam.

ANNOTATIO.

1 *Appellans quando pendente appellatione aliquid innouauit , vi-*
detur renuntiare appellationi.
2 *Appellans quando cogatur appellationem prosequi?*
3 *Possessor pendente lite in possessione tuendus est,etiam si possessio sit*
contra ius commune,& competat ratione priuilegij.
4 *Appellatione pendente propter suspicionem superuenientem per-*
ceptione fructuum quis poterit priuari.
5 *Appellatione pendente debitor capi potest,si timetur de fuga.*
6 *Debitor capi potest propter suspicionem dilatione pendente.*

Idem tenet Ang.in l.ij.C.de tempo.appel.vbi allegat etiam idem
tenere Inno.in c.ex parte.de rescrip.Et idem dicit Bal. in c.ex
parte Adæ. col.vj.in ver.item scias,quòd ille qui non defert.
1 de testa.vbi concludit,quòd quando appellans † pendēte ap-
pellatione innouauit, videtur renuntiare appellationi, & sta-
tim sententia transit in rem iudicatā.allegat tex.in d.c.ex par-
te.vbi gl.de rescri.nam appellans debet tēperare ab omni no-
uitate,dum appellatio pendet,aliàs renūciatum videtur appel
lationi,vt dicit Bal.in d.c.an sit de appel.Et vlterius non pote
2 rit appellationem prosequi ille,qui appellauit,si tamē † appel
latus vellet insistere circa appellationem ab aduersario semel
interpositam,tunc etiam appellans cogitur illam prosequi:vt
notabiliter declarat Abb.in d.c.ex parte.de rescrip. in glos ij.
3 Adde quòd idem est in causa principali. nam tunc † penden-
te lite quis in possesśione tuendus est, etiam si possesśio sit cō
tra ius commune,& competat ratione priuilegij.c.j.vbi Abb.
in iij.not.vt lite penden.Cardi.in cle.ij.in ij.oppo. vt lite pen-
dente.Roma.consi.xxxvij.in fi.de quo not Bal. in c.j.§.sanci-
mus.in prin.quo tempore mil.in vsib.feud.Et prædicta proce
4 dunt,nisi causa suspicionis aliud postularet : nam † pendente
appellatione propter suspicionem superuenientem,saltē per-
ceptione fructuū quis poterit priuari.l.Imperatores.vbi Bart.
ff.de appel.facit tex.in l.de pollicitationibus.& quod ibi Bar.
ff.de pollicita. Abb.in c.fi.in uj.notab.per illum tex. de seque
5 stra.posses.& fruct.Vnde † si timetur de fuga, etiam appella-
tione pendente debitor capi potest,secundum Ang.in l.nemo
carcerem.C.de exact tribut.lib.x.Sic etiam pendente dilatio-
6 ne debitor capi potest propter suspitionem,† secundum Bal.
post Cy.in l.siue pars.C.de dilatio.facit glo.in l.quæsitum.ff.
de pig.Et tradit Deci.in d.c.cùm teneamur.in iiij.notab.& in
d.c.an sit.in j.notab.de appel. Gabr.Saray.

XXIX.

1 *Appellans rectè & ritè ab interlocutoria,est ipso iure exemptus à*
iurisdictione iudicis à quo.
2 *Sententia lata à iudice à quo post appellationem rectè & ritè ab*
eius interlocutoria interpositam,non valet,nec per appellatio-
nis desertionem subsequentem confirmatur:Secus si post deser-
tionem fieret processus à iudice à quo.& in addit.nu.1.& 11.
3 *Contumax verus non potest appellare à sententia contra eum ab-*
sentem lata.
4 *Appellatio ab interlocutoria in scriptis fieri debet, & in ea expri-*
mi specialiter causa grauaminis,aliàs iudex à quo potest ad vl-
teriora procedere,appellante amplius non citato.

NOta, quòd appellans rectè & ritè ab interlocutoria,
1 est ipso † iure exemptus à iurisdictione iudicis à quo:
& ideo ipso iure non valet processus & sententia, quem &
quam iudex à quo post appellationem fecit. vt in cap.per
tuas.de senten.excommunicatio.& ca.licet. eodem titu.
lib.vj.& c.ad audientiam.& c.dilectus.de appella. Intan-
2 tum quòd † non confirmaretur per desertionem appella-
tionis postea factam,vt est text.in dicto c.licet. Secus es-
set,si processus fieret post desertionem per iudicem à quo,
quia tunc valeret,etiam si appellans nunquam fuisset cita
3 tus:imò,quod plus est,ipse † vt verus contumax non pos-
set appellare ab interlocutoria,vel diffinitiua lata cōtra
eum absentem,vt in cap.per tuas. & in cap.sequen. extrà
4 de appel.& not.eodem titu.c.directè.Vbi verò † quis ap-
pellasset ab interlocutoria iniustè,aliàs non ritè, quia nō
appellasset in scriptis,vel non expresśisset causam graua-
minis specialiter,tunc planum est quòd dicitur verus cō-
tumax,ita quòd iudex à quo potest procedere ad vlterio-
ra eo amplius non citato, vt in cap.ij.extrà de dolo & cō
tuma.lib.vj.& in cle.j.eo.titu.

ANNOTATIO.

1 *Iudex à quo si post inhibitionem procedat,eius processus est nul-*
lus,etiam si pars appellans postea appellationi sua renuntiet
expresśè vel tacitè.
2 *Sententia excommunicationis lata post legitimam appellationem*
est nulla.
3 *Appellatio si interponatur post actum,qui reddat processum nul-*
lum, an tunc deserta appellatione remaneat processus inuali-
dus : & quid si actus non reddat processum nullum , sed su-
spensum?
4 *Processus factus post inhibitionem à iudice à quo, an semper sit nul*
lus,etiam si sit pronuntiatum appellationem non legitimam.
5 *Attentata à iudice à quo post inhibitionē an omni casu sint nulla?*
6 *Exceptio defectus proprietatis impedit reuocationem attentato-*
rum.
7 *Processus primi iudicis,non obstante inhibitione quando valeat?*
8 *Attentata post inhibitionem an debeant reuocari , quando notoriè*
constat de non iure appellantis:maximè ex mero officio iudicis.
9 *Processus factus post inhibitionem legitimè factam non validatur,*
licet iudex appellationis pronuntiet malè appellatum.
10 *Attentatorum interdictum est magis priuilegiatum, quàm inter-*
dictum vnde vi.
12 *Appellationem deserens eam non prosequendo infra debitum tem-*
pus,videtur eitacitè renuntiare
13 *Actus renuntiare ille dicitur, qui illum non expedit infra debi-*
tum tempus.
14 *Appellans si post desertionem appellationis expresśè renuntiet ap*
pellationi,citari ad reliquum processus debebit.
15 *Contumax verus quis dicatur,& quis præsumptus?*
16 *Iudex a quo potest mittere sententiam sua executioni citato appel*
lante,nisi appellans doceat quòd prosecutus sit appellationem.

17 *Iudex à quo appellatur, solet assignare terminum appellanti ad fa-*
ciendum fidem de prosecutione appellationis, vt sine pœna &
reprehēsione possit suam sententiam exequi, nisi constet ei de
prosequutione facta.
18 *Appellatio ab interlocutoria in quibus casibus de iure ciuili ad-*
mittatur?

1 Si post† inhibitionem iudex à quo procedat, eius processus
est irritus & nullus, etiam si pars appellans postea appellationi
suæ renuntiet expresè, vel tacitè, per regulam, quod ab initio
non valuit, &c. c. dudū. de electio Sed quòd processus factus
post inhibitionem iudicis ad quem, imò post legitimam ap-
pellationem sit nullus, multi sunt tex. vt cap. Rodulphus. cap.
significauit. de rescrip. cap. inhibita. de iudic. c. dilecti. & cap.
significauerunt. de except. cap. dilecto. c. ex parte. & ca. signi-
ficantibus. de apella. cum infinitis simil. in quibus habetur
clausula irritationis, & probatur optimè in dicto ca. per tuas.
de sententia excommu. & d. cap. soler. eodem ti. lib. vj. in qui-
2 bus† apparet sententiam excommunicationis latam post le-
gitimam appellationem esse nullam. facit etiam tex. in cap. ve
ritatis. in fi. de dolo & contu. c. ad dissoluendum. in fi. de de-
spōsatio. impuber. & in c. in inter cætera. & c. dudum. de pig-
ben. lib. vj. & c. tibi quij. de rescrip. & de concessio. præbend. c.
si soli. & c. si capitulo. & c. exactor. lib. vj. Et hoc apertè tenent
domini de Rota decisione cxxx. incipien. si post. in nouis. & in
decisio. cccc xxvij. incipien. si decanus. in fine, in nouis. & in
decisi. clxxxvij. incipien. sicut fictè. & cxciij. incipien. itē si ab
excommunicatione. & decisione ccclxxix. incip. si committa
tur. circa medium, in nouis Vide tamen Lap. in sua prima al-
3 legatione, col. ij. vbi videtur concludere, † quòd si interponi-
tur appellatio post actum, qui reddat processum nullum, pu-
tà, proposita exceptione suspicionis, & quia non admittitur,
sit appellatum: vel quia fertur excommunicatio post appel-
lationem, & tunc deserta appellatione remanet processus in-
ualidus: Secus si processus sit factus post appellationem inter
positam post actum, qui non reddit processum nullū: sed su-
spēsum, quia tunc deserta appellatione processus remanet va
lidus. Idem tamen Lapus ibidem in tertia columna, videtur
tenere indistinctè, quòd processus omni casu remaneat nullus.
In quo tamē videtur posse distingui, an sit attētatum post in-
hibitionem, & tunc, quia sunt nulla, non reconualescunt post
desertionem, vel renuntiationē appellationis, vel postquàm
esset pronuntiatum appellationem non fuisse legitimam. Et
ita procedat quod tenent Dnmini de Rota in dicta decisione
cxxx. Secus in attentatis nulla facta inhibitione. Sed in cōtra-
rium videtur textus in cap. non solùm. §. illa verò. de appel-
latio. libro vj. vbi videtur clarè probari, quòd si sit facta inhi-
4 bitio, processus† posteà factus sit nullus, etiā si sit pronuntia
tum posteà appellationem non legitimam. Idem ergo si esset
renuntiatum appellationi, vel appellatio esset deserta, quia ea
dem est ratio, & ita procedat quod notant Domini de Rota
in dicta decis. cxxx. & quia paria sunt esse appellatum à diffini
tiua, vel ab interlocutoria inhibitione secuta, cùm vtroque
casu ante omnia fiat reuocatio attentatorū, vt per Lanfranc.
de Oria. in c. quoniam contra. in versi. interlocutoriæ. ou. 77.
5 versi. sed pro discisu enda. de proba. Ideo videtur, † quòd li-
cet appellatio à diffinitiua sit deserta, vel renuntiatum appel-
lationi, vel pronuntiatum malè appellatum, quòd omni casu
attentata sint nulla: quia si hoc est in interlocutoria post inhi
bitionem, ergo idem in diffinitiua, in qua ius commune inhi-
bet, & alia iudicis inhibitio non est necessaria. Et sic videtur
quòd malè dicant Domini de Rota in prima noua decisio-
ne, cùm loquātur in appellatione à diffinitiua. Si verò loqui-
mur in appellatione ab interlocutoria non facta inhibitione,
& tunc est tex. in dicto cap. non solùm. de appella. lib. vj. quòd
attentata post appellationem, an sint nulla, dependet à futuro
euentu, si constiterit causam appellationis esse veram, & tunc
reuocabuntur, aliàs secus: quia tunc reuocantur, quando est
inhibitum, ergo si non est inhibitum, non deberent reuocari,
nisi constet causam appellationis esse veram, vt patet in dicto
cap. non solùm. Videtur tamen indistinctè posse dici, quòd li-
cet causa appellationis non sit vera, quòd attentata post inhi-
bitionem legitimam statim reuocentur per viam attētati, per
dictum c. non solùm. in §. illa verò. quem ita intelligit Ioan.
And. & Domi. ibi. Quod procedere videtur, etiam si appella-
tus velit probare de falsitate causæ appellationis, si in hoc ap
pellans contradicat: secus si permittat: quia tunc si ex proba-
tionibus cōstaret ipsam causam falsam, non fieret reuocatio,
6 cùm exceptio† defectus proprietatis impediat reuocationē
attentatorum, per not. per Lap. in c. ad decimas. de restit. spol.
lib. vj. Et pro hoc faciunt quæ not. Do. de Rota in dicta decis.
7 ccccxij. incip. si appelletur. in no. vbi cōcludunt, quòd si† cau
sa appellationis manifestè friuola committatur, & iudex in-
hibet, tamen tenet processus primi iudicis, non obstante inhi-
bitione. Facit etiam quod tenent iidem Domini de Rota de-
8 cis. xiiij. incip. fuit dubitatum. in nouis. vbi dicitur, quòd † si
constat notoriè de non iure appellantis, non debent ad ipsius
petitionem attentata post inhibitionem reuocari, sed bene
possent tunc reuocari ex puro & mero officio iudicis, & hoc
in pœnam attentantis, & offendentis ius & iudicem. Sed tenē-
do contrarium videtur posse dici, quòd etiam si constet cau-
sam appellationis non esse veram, tamen attentata debere re-
uocari etiam ad petitionem ipsius appellantis. Quod secutus
est Ioan. Andr. in dicto cap. non solùm. in § illa verò. dicens,
quòd licet appareat causam appellationis non esse veram, ta-
men debent reuocari attentata post inhibitionem: & ita se-
quuntur etiam Domini de Rota, per illum tex. in dicto §. illa
9 verò. decis. prædicta ccccxij. in fi. dicēres, quòd licet iudex† ap
pellationis pronuntiet malè appellatum, non tamen valida-
tur processus factus post inhibitionem legitimè factam. Et
10 facit, quia † in plus est priuilegiatum interdictum attentato-
rum, quàm interdictum Vnde vi, vt voluit gloss. not. in cle. ij.
in prin. vt lite penden. & tenent Domini de Rota in dicta de-
cis. xiiij. nu. 3. Meritò non obstat exceptio defectus proprieta
tis notoriæ: & est ratio, quia in hoc offenditur iudex inhibēs,
& lex prohibens, & ipsa pars, quando post inhibitionem pro-
cederet, meritò grauius punitur, qui ius, iudicem, & partem of
fendit, quàm qui solam partem: argu. c. ex tdi. in fi. de appella.
lib. vj. Nec obstat differentia, quam faciunt Domini de Rota
in d. decis. xiiij quia loquuntur ibi in beneficialibus, quando
tractatur de restituēda possessione: secus ergo in aliis. Et dum
11 subdit Matth. quòd † si processus post desertionem appella-
tionis fieret à iudice à quo, quòd tunc processus valeret, licet
nunquā appellans fuisset ad illum citatus: Dic, quòd istud est
verum. & est ratio, quia hoc casu qui appellat, est verus contu
max, vnde amplius non est citandus, vt not. Innocen. in cap.
ex ratione. & ibi Felin. de appellatio. & tenet Barto. in l. eius
qui. colum. ij. nume. 6. ff. de appellatio. recip. Et quia quando
iudici constat verè, vel præsumptiuè, quòd alter ex litigatori-
bus nolit comparere, non est necesse, quòd illum amplius ci-
12 tet, & valet processus sine citatione: & quia ille, † qui deserit
appellationem eam non prosequendo, infra tempus iuris, vel
assignatum à iudice, vt in cap. cùm sit. & in cap. persona. de
13 appellatio. videtur ei tacitè renuntiare. Ille † enim dicitur a-
ctu renuntiare, qui ipsum non expedit infra illud tempus, in-
fra quod ipsum facere tenetur, vt per Dyn. in regu. tam habi-
tionem. libro vj. loquens de illo, qui permisit labi tempus ad
appellandum. & notat Ange. in l. bonorum. per illum text. ff.
rem ratam habe. & in disputatione sua incipien. Nobilis qui-
dam. colum. iiij. & Pau. de Castr. in l. si ego. per illum tex. ff. de
nego. gest. Vnde talis tacitè renuntians, non est de necessitate
citandus ad id, quod restat de processu, licet quodammodo
inuitus renuntiare dicatur, vt per Ioan. Andr. in cap. ij. de do-
lo & contumacia, libro vj. & per gloss. in cap. cùm causam. de
re iudica. vbi idem tenet dom. Nico. in penult. colum. & Phi
lip. Franc. in dicto cap. ij. & sentit gloss. in dicto cap. personas.
de appel. in fin. & ita tenet etiam Abb. in dicto cap. cùm cau-
sam. Secus tamen esset si expresè renuntiasset, nam tunc esset
citandus. dicto c. ij. de dolo & contuma. Et ipse Bart. & alij in
l. qui Romæ. §. Seia. ff. de verbo. obligatio. ponunt cautelam,
14 quòd† post desertionem appellationis appellans expresè re-
nuntiet appellationi: nam tunc citari debebit, per d. c. ij. de do
lo & contu. & per do. Abb. in c. directè. de appel. cum quibus
transit etiam Alex. in dicto §. Seia. col. iij. In prin. nu. 6. & per
Felin. in d. c. cùm causam. nu. 8. Et vide Alex. in d. l. eius qui. ff.
de appella. recip. in additio. ad Barto. in addit. incip. & est no-
tandum, vbi idem quod hîc Matth. tacito tamen authore, po
nit, de verbo ad verbum, & illud tenet, Et adde Bart. in l. intra
15 vtile. ff. de mino. vbi latè loquitur circa prædicta. Quis † tamē
dicatur verus, & quis præsumptus contumax, tradit eleganter
idem Mathesilanus in l. ea quæ statuūtur. colum. ij. C. quomo
do & quādo Iudex. vbi notabiliter loquitur. Vltimò pro cor-
16 rolario adde, † quòd appellatione deserta potest victor adire
iudicem

iudicem à quo, & petere, vt citato appellante mittat sententiam suam executioni: & nisi appellans doceat, quòd prosecutus sit appellationem, potest iudex procedere ad executionē: neque est necesse, quòd iudex ad quem pronunciet appellationē desertam: & hoc modo euitabitur magnus circuitus. ita dixit singulariter Ang. in l. si contra maiorem. per illum tex. quem dicit infinitis vicibus practicasse. C. de appella. quod pro notabili commendat Feli. in c. ex parte. j. in vj. col. ver. declara tamen. de rescrip. & idem Feli. in d. c. ex ratione. col. ij. de appel. & est notabile dictum Bal. in l. ij. in fi. per illum tex. quem dicit meliorem de iure. C. de tempo. appel. & tradit Bar. in l. j. in fine, ff. nil nouari appel. pen. & Deci. consi. xcvij. col. ij. Et ideo
17 † inualuit cōsuetudo, vt iudices, à quibus appellatur, assignēt terminum ad faciēdum fidem de prosecutione appellationis, vt sine poena, & reprehensione possint suas sententias exequi, si non constet eis de prosecutione facta: ita dicit singulariter Fede. de Senis in consi. xxviij. punctus quæstionis talis est. in vltimis verbis. Et talis executio nunquam retractabitur, nisi demum lata sententia in causa appellationis iudicatum sit bene appellatum, & malè iudicatum, secundum Bartho. Cæpo. conterraneum meum in caute. xlv. quinta cautel. Et latè dixi in sing. xxj. incip. nota practicam, quã & tradit post alios Catel. Cotta in memor. in ver. appellatione deserta. & Io. de Arno. commen. lxxv. incip. Tu scis dispositionem constitutionis
18 regni. vbi dicit, quòd ita sæpe practicauit & obtinuit. Qui † autem sint casus, in quibus de iure ciuili admittitur appellatio ab interlocutoria, tradit Guido Papæ decis. Gratian. lxxv. incip. Sed circa hoc. nu. 2. vbi multa pulchra ponit. Gab. Sar.

XXX.

1 *Procuratori ad lites solui non potest, nec per eum potest transigi, aut paciscii, nisi is habeat liberam administrationem illius causæ. & vt addit nu. 1.*

2 *Procurator habens liberam administrationem causæ potest transigere, & solutionem recipere.*

3 *Clausula in instrumento procuratorij posita, videlicet, Concedens in prædictis plenam, & liberam administrationem, an videatur solùm dare procuratori liberam super instantia, & non super causa?*

4 *Procurator constitutus ad causam, quam talis habiturus est cum Petro, cū libera, intelligitur solùm de lite, seu instantia, & quò ad eam tantùm liberam habere dicitur.*

1 Nota, quòd licet † procuratori ad lites nōn possit solui. l. hoc iure. ff. de solu. & sic multominus posset talis procurator transigere, vel paciscei. l. sed si tantùm. ff. de pact.
2 Illud tamen debet limitari, † nisi procurator habeat liberam administrationem illius causæ: quia tunc etiam poterit trāsigere, & multò magis solutionem recipere. vt in ca. qui ad agendum. in fi. de procura. lib. vj. Secus si in in-
3 strumento dicatur, Concedens † in prædictis plenam & liberam administrationem: quia tunc intelligitur habere liberam solùm super instantia, non super causa, nec posset solutionem recipere. vt singulariter ponit Bart. in l. qui Romę. §. Callimachus. ff. de verborum obligatio. Et prædicta debent intelligi, quando procurator habuit liberam administrationē certæ causæ nominatæ expres-
4 sim: Secus si † fuit procurator constitutus ad causam, quã talis habiturus est cum Petro Martini, cum libera: quia intelligitur solùm de lite, seu instātia, & quò ad illam tantùm causam dicitur habere liberam, vt ponit Bartol. in dicto §. Callimachus.

ADDITIO.

Nota, quòd licet procuratori, &c. in fi. Vltra Aret. Alex. in §. Callimachus. hic alleg. vide per Feli. in c. cùm olim. j. de offi. deleg. & in c. causam quæ col. ij. cum seq. de re iudi. Fede. de Sen. consi. lij. quod incip. Titius fecit procuratorem. Ludo. consil. cccxxxiiij. col. iiij. & consi. cccclxj.

ANNOTATIO.

2 *Procurator datus ad locandum non potest solutionem recipere, nec datus ad iudicem impetrandum, potest litem contestari.*

3 *Procurator ad causas non potest exigere expensas iudicij quouis modo.*

4 *Procurator constitutus ad iudicia, vtrum possit petere dilationem ad soluendum?*

Idem tacito authore tenuit & notauit Alex. in additio. ad Bar. in dicta l. hoc iure. in prima additione, vbi omnia de verbo ad verbum transcribit. & in l. sed si tantùm. quam legit cum l. rescriptum. §. fi. nu. 8 ff. de pact. vbi plenè hoc tradit, & per Bar. in l. vero procuratori. ff. de solutio. & in l. si procurator. ff. de
1 condict. indeb. Et an † & quando possit transigere, per Barto. in l. mandato. ff. de procura. & adde Pau. de Cast. cōsi. ccxxvj. incip. quæsitum. circa prin. qui dicit, quòd procurator cum libera non potest transigere de re certa, etiam si habeat manda
2 tum de quietādo. Facit tamen ad prædicta, nam † procurator datus ad locandum, non potest solutionem recipere. l. j. §. sed si proposito. ver. ad locandum. ff. de exercitor. nec datus ad iudicem impetrandum potest litem contestari. c. Nicolan. de appel. Adde Ioan. Monachum in suo tractatu defensorij iuris in rub. contra procuratorem. incip. superius contra actorem. nume. 2. Et per do. Nepotem à Monte Albano in suo tractatu exceptionum in rub. cōtra procuratores & syndicos. in prin. nu. 7. & 10. Et Ioan. de Grassis in suo tractatu substantialium
3 procuratorij. in ver. & exigendum. vbi dicit, quòd † procurator ad causas non posset exigere expensas iudicij quouis modo, per d. l. vero procuratori. ff. de solu. Et in d. tract. in ver. dilationes cuiuscunque generis. vbi dubitat, vtrum procurator
4 † constitutus ad iudicia possit petere dilationes solutionis. dic vt per eum. Et vide Rom. singu. dccc. incip. habeo duas causas Senis. vbi quærit, an si habeam duas causas Senis, & cōstituam procuratorem in causa, quã habeo Senis non specificata causa, an valeat mandatum, & procurator intelligatur constitutus in magis præiudiciali. Gab. Sar.

XXXI.

1 *Processus ad secundum decretum dicitur continuatio processus, per quem ad primum decretum deuentum est.*

2 *Lite contestata si ad primum decretum deuentum fuerit, non poterit ad secundum deueniri nisi infra terminum. eo enim transacto, processus ille expirasset: sed ex nouo processu ad secūdum decretum deueniri fortè posset.*

Nota, quòd processus ad secundum decretum dicitur
1 continuatio † eiusdem processus cum processu, per quem deuentum est ad primum decretum, vt not. Bar. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infect. Quod est notādum propter statuta, quæ disponunt sub certa forma, si occurrat mutare notarium pendente processu inchoato. Et ex
2 hoc † potest aliud inferri, quòd si post litē contestatā deuentum est ad primum decretū, non poterit deueniri ad secundum, nisi infra terminum: nam transacto termino postea expirasset ille processus. l. properandum. in principio. C. de iudiciis. Forte tamen inchoādo nouum processum per nouum libellum posset perueniri ad secundum decretum.

ADDITIO.

Idem tenet in discursu Alexan. in d. §. Iulianus. dic vt ibi per eū post Bar. & alios, & per Guid. Pap. in tract. de primo & secūdo decreto. vbi latius & apertius id prosequitur nu. 26. versi. sequitur videre. Gab. Sarr.

XXXII.

1 *Præceptum iudicis de cauendo, vel de satisdando pro legatis conditionalibus, in diem, vel etiā purè contra hæredem factū, dicitur esse sententia diffinitiua: Secus si incidēter petatur satisdatio de iudicio sisti, vel iudicatum soluendo.*

Nota, quòd si quis principaliter imploret officium iu-
1 dicis, † in quo petat aduersarium sibi compelli cauere, vel satisdare, puta, hæredem pro legatis conditionalibus, vel in diem, vel etiam purè, præceptum iudicis de cauendo, vel satisdando dicetur esse sententia diffinitiua. l. omnibus. ff. de iudiciis. & notat Bart. in l. j. §. fi. ff. de præto. stipu. Secus si incidenter petatur satisdatio de iudicio sisti, vel iudicatum solui, vt ipse notat. & hoc dictum facit ad multa.

ADDITIONES.

Nu. quòd si quis, &c. Istud dictū refert & sequitur Feli. in rub. de re iudi. col. antepe. circa fi. versi. sententia quod quis.
Istud intelligitur quando principaliter ad hoc fuit imploratum officium iudicis, secus si incidenter petita satisdatio. Facit quod notant docto. in cap. fi. de re iudi. in illo articulo, an sententia super possessione sit diffinitiua. Et notat Bald. in rubri. C. de re iudica. Gab. Sar.

XXXIII.

1 *Verba enuntiatiua si in positione sint expressa, respondens simpliciter, videtur tantum confiteri principaliter deducta in positione, non autem enuntiatiuè narrata.*

2 *Positio si dicat, quòd talis carnaliter cognouit Bertam vxorem Titij respondens, se eam carnaliter cognouisse, non videtur confessus illam qualitatem, quòd sit vxor Titij. & in addit. nume. 3. fallit vt ibi.*

3 *Enuntiatiuè in positione narrata confessus dici ea potest, quò ad semiplenam probationem non quò ad plenam*

4 *Verba enuntiatiua in iudicio post litem contestatam prolata plenam probationem inducunt, si ea explicitè ponantur: secus si implicitè cum alijs verbis principaliter propter se prolatis.*

1 NOta, quòd † si in positione sunt expressa aliqua verba enuntiatiua, si quis respondeat simpliciter, Credo, q; videtur solùm confiteri deducta principaliter in positione, non autem enuntiatiuè narrata: Exemplum, si positio dicit sic: Quòd Petrus filius, & hæres Ioannis sui patris fecit talem procuratorem ad lites, respondens, Credo, videtur fateri per eum procuratorem fuisse constitutum: non autem hæc, quòd fuerit filius vel hæres. de hoc ponit singulariter Specu. in titu. de posi. §. vij. versi. xij. Imò plus au
2 diui à d. Rogerio, † quòd si positio sic diceret: Quòd talis carnaliter cognouit Bertam vxorem Titij: & ille respondeat, carnaliter cognouisse dictam Bertam, non videtur confessus illam qualitatem, quòd fuit vxor Titij. Et dicit
3 Bar. sic consuluisse. Forte † tamē posset dici prædicta non habere vim plenæ probationis, sed quò ad vim semiplenæ probationis potest intelligi fuisse confessum enuntiatiuè narrata: arg. l. non nudis. & l. non epistolis. C. de proba. Sed contra prædicta facit quod not. Bart. in l. ex hac
4 scriptura. in fi. ff. de dona. vbi dicit, quòd † verba enūtiatiua, putà, quæ ponuntur, vel capitulantur, prolata in iudicio post litem contestatam inducūt plenam probationem. Sed potest responderi, quòd illud dictum potest intelligi in eo, qui explicitè ponit verba enuntiatiua, putà, clara, vel capitulātia, non autem in eo, qui implicitè exprimit verba enuntiatiua, vt qui respondet per verbum, Credo, positioni alterius, in qua sunt verba enuntiatiua, & alia verba principaliter prolata propter se. Ad materiam vide Bar. in l. si cui. ij. §. j. ff. de leg. j.

ADDITIO.

1 *Verba enuntiatiua inter contrahentes plenè probant: hoc limitatur vt ibi.*

2 *Verba enuntiatiua principaliter propter aliud prolata regulariter non disponunt.*

4 *Verba enuntiatiua, quatenus concernunt substantiam, & validitatem contractus, de quo agitur, plenè probant, nisi aduersarius probet oppositum.*

1 Regula est, † quòd verba enuntiatiua inter contrahentes plenè probant: ea tamen limitatur, quando agitur incidēter de eo, quod enuntiatur, putà, si in instrumento fiat mentio enuntiatiuè matrimonij, probant matrimonium, incidentèr probari requisitum ad dotem cōstituendam. Sed si principaliter dubium sit de ipso matrimonio, & de eo litigetur, tunc illa non sufficiunt, etiam inter ipsos cōtrahentes. ita dixit Ant. de Bur. in c. illud. de præsump. per not. per eundem Ant. in c. fi. col. antepe. de succes. ab intest. & Bal. in l. ad probationē, C. loca. vbi dicit, quòd si dicatur in instrumēto, Quòd ego conduxi fundum tuum à te, & demum tu illum vendicas à me, illud verbum, Tuum, in instrumento locationis enuntiatiuè adiectū, non probat dominium. Et ideo concludit Alex. consi. cxxxiij. volu. v. quòd si in compromisso narro enūtiatiuè societatem contractā inter te & me, deinde principaliter moueatur quæstio inter nos de societate, per illa verba non probatur contracta societas. Et sequitur Alex. consi. cxxvj. incip. viso & examinato. col. ij. vol. j. & consi. cciij. super causa & lite. col. ij. vol. ij. Abb. consi. xxxiij. inci. illa quinque dubia. col. pen. volu. ij. Et plenè per Deci. consi. cccxj. incip. visis diligēter. & Thomam Gramma. in voto. xvj. Conditoris machinæ mundialis. nu. 4. & Lanfr. de Oria. in c. quoniam contra. in ver. instrumentorū productiones. nu. 32. versi. quæro vtrū per illa verba. de pro-
2 ba. Et ratio prædictorum est, nam † verba enuntiatiua principaliter propter aliud prolata regulariter non disponūt, vt per Bar. in d. l. ex hac scriptura. de do. per Bal. & Ang. in l. ex his. C. de testa. mili. & per doct. in l. j. post gl. C. de fal. cau. adiec. lega. & in c. post cessionem. de probatio. & per Gemi. in c. j. vbi notab. decisionem ponit, de procu. in vj. per Cy. Ang. & Sali. in l. verba. C. de testa. per Cano. in c. fi. de succes. ab intesta. Et vide Ias. in d. l. ex his. vbi ad hanc regulam multas cumulauit
3 fallentias. Et ad propositum, si fiat † positio simpliciter de pluribus, quorum aliqua sint principalia & dispositiua, & aliqua sint incidentia & enuntiatiua, seu demonstratiua, respondendo simpliciter, videtur cōfiteri deducta principaliter, non deducta incidenter, enuntiatiuè, & demonstratiuè. & ita tenent Bar. Bal. & Moder. in l. si cui. j. §. j. ff. de leg. j. Ang. Areti. in lib. malefic. in verbo, comparēt inquisiti, & cōfitentur. col. j. vbi limitat istud esse verum, nisi cōfiteretur omnia & singula contenta in inquisitione vera esse, & fuisse: quia tunc censeretur confiteri & principale deductum, & omnes qualitates & demonstrationes. & sequitur Ang. Arimi. ibi. & fuit opinio Specu. in tit. de positio. in § sequitur. versi. xj. & Rom. cōsi. ccclv. in casu præmisso. & consi. cccclx. illa verba. Ias. in l. si quis nec causam. col. iij. ff. si cer. pet. maximè si qualitates essent pertinētes, non autem impertinentes. Ias. in l. si duo patroni § si quis iurauerit. j. col. ij. de iureiur. & præceptor meus Andr. Alciat. tradit in l. j. §. si quis ita. nu. 99. ff. de verb. obli. & Alex. consil. clxvj. in causa & lite. col. j. versic. nec obstat. volu. vj. nu. 4. do. Ant. de But. in c. j. de plus petitio. Licet Bar. in consi. incip. statuto ciuitatis Florentiæ. & Bal. in l. ij. §. quòd si actor. C. de iura. calum. videantur tenuisse contrarium, maximè in confessione resultante ex cōtumacia vigore statuti, vt procedat tam in negotio principali, quàm in omnibus qualitatibus. Et idem domi. Benedict. de Plumbi. in l. fi. ff. de fideicom. libert. Raph. Comen. in d. l. si cui. Ang. consi. ccliiij. incip. quia dictum priuilegium. Bal. in addit. Spe. in d. titu. de positio. in iij. col. Imol. in l. si dubitetur. ff. de fideiuss. & Specu. in d. titu. de positio. in §. vij. ver. item non est ponderandum. Tamen magis communis opin. est præcedens Bar. & sequacium in d. l. si cui. Et ideo voluit eleganter idem Matthæus infrà singu. lxxix. not. quòd
4 quotiescunque. quòd verba † enuntiatiuè prolata quatenus concernunt substantiam & validitatem cōtractus, de quo agitur, plenè probant validitatem actus tantùm inter ipsos, nisi aduersarius probet oppositum. & plenè tradit Curt. in tracta. positionum posito in l. ij. nu. 11. ver. & quia diximus. C. de iuramen. calum. Gabr. Saray.

XXXIIII.

1 *Verba enuntiatiua in procuratorio instrumento propter aliud apposita quo casu plenè probent?*

NOta, quòd siue in instrumento procuratoris dicatur, Nicolaus de Seardis hæres Frācisci fratris sui, vendixit, & asserit, talem fecit procuratorem ad lites: siue simpliciter dicatur, Talis hæres talis, fecit talem procurato-
1 rem ad lites: illa † verba enūtiatiua plenè probant illum esse hæredem talis: vt singulariter ponit Bar. in l. gerit. ff. de acquir. hæred.

ADDITIO.

Nota, quòd siue, &c. Adde Baldum in l. sicut. de petitione hæreditatis, & vide Aretinum, in l. gerit. columna quinta, versicul. item adde inquantum Bartol. tan. it bic. de acquiren. hæred.

ANNOTATIO.

1 *Verba enuntiatiua disponunt, quando enuntiatur aliquid facti incidenter, quod dependet à nudo & mero animo proferentis.*

1 Ratio est, † quia quando enuntiatur aliquid facti incidenter, quod dependet à nudo, & mero animo proferentis, tunc verba enuntiatiua disponunt: vt per Barto. in dicta l. gerit. colum. iiij. versicu. circa secundum, scilicet, qualiter probetur. & in versicu sequen. ff. de acquirenda hæreditate. & Ias. in l. ex his. in octaua limitatio. C. de testamen. militar. & Lanfranc. de Orian. in capitu. quoniam contra. in principio, numer. 42. & ibi Celsus Hugo in additio. & in verb. instrumentorum productiones numero 32. versicu quæro, vtrum per illa verba, quæ quotidie apponuntur. extrà de probationibus. Faciunt quæ notat Roman. singular. ccccxl. & ibi addidi. Gabriel Sarayna.

XXXV.

1 *Heres soluendo simpliciter creditoribus hereditarijs, hereditatem adire videtur. & in addit. nu. 1.*

2 *Debitum alienum quilibet soluere potest.*

Nota,

1 NOta,† quòd hæres soluendo creditoribus hæredita-
riis simpliciter, videtur ex hoc hæreditatem adire:
quod est mirabile: cùm hic actus possit fieri citra ius &
2 nomen hæredis,† cùm quilibet possit soluere debitum
alienum, vt l. soluendo. ff. de negotiis gest. & de hoc est te-
xtus singularis in l. ij. C. de iure deliberan. vide Bartol. ibi
hoc notantem.

ANNOTATIO.

2 *Soluens in dubio præsumitur potius suo, quàm alterius nomine sol-
uere.*
3 *Filius si suscipiat iudicium, & litem contestetur cum creditori-
bus hæreditariis, an censeatur agnouisse hæreditatem patris?*
4 *Hæreditas ex quibus actibus adita videatur? & nu 6.*
5 *Hæreditatis aditionem quatuor probant.*
7 *Hæres etiam faciens actus, qui citra nomen hæredis fieri non pos-
sunt, qua cautela vti possit, vt hæreditatē adiisse non dicatur?*
8 *Aditio hæreditatis an videatur inducta ex actu solutionis facta ab
eo, qui putabat se antea hæredem?*
9 *Mulier, quæ ex forma statuti sine consensu proximorum attinen-
tium non potest obligari, vel adire hæreditatem, si soluat debi-
tum hæreditarium in præsentia ipsorum proximorum igno-
rantium ex ea solutione aditionem induci, an adire videatur?*

Licet Matthæus hîc dicat tex. in d. l. ij. C. de iure delibe. esse sin-
1 gularem ad hoc, quòd per solutionē† debiti hæreditarij, hæ-
reditatis agnitio inducatur, tamē verè non est singularis, cùm
habeat consimilem in l. parentibus. C. de inoffi. testa. nihilomi-
nus ad hoc est notandus. Et ratio huius conclusionis est, quia
2 in dubio quādo† quis soluit, magis præsumitur soluere illud,
quod ipse debet, quàm nomine alterius. l. & magis. ff. de solu.
Et adeo iste hæres in dubio præsumitur soluisse: quia illud e-
rat effectum debitum suum mediāte beneficio aditionis, non
autem pro hæreditate iacente, secundum Ange. Pau. de Cast.
Fulgo. Alex. & Ias. in d. l. ij. & Bal. in l. potuit. in x. q. C. de iure
delib. & facit l. duo fratres. cum ibi notatis. ff. de acqui. hære.
& Corne. consi. lxxxij. quod dicta causa. col. ij. nu. 2. versic. &
hac ratione videmus. & consi. cclxxij. in hac cōsultatione. col.
fi. nu. 6. versi. licet enim potuissent. volu. j. Quod tamen limi-
tatur, nisi soluendo fuerit contrarium protestatus. l. pro hære
de. ff. de acqui. hære. secundum Cyn. Bal. & Cor. in d. l. ij. C. de
iure delib. Et per quos actus aditio inducatur, tradunt docto-
res in l. gerit. & in l. pro hærede. §. Papinianus ff. de acqui. hæ-
re. & per Bald. in d. l. potuit. in x. q. C. de iure delib. & in mate-
ria vide Pau. de Cast. consi. cxx. cum præcedenti. & Imol. cōsi.
viij. Alex. in consi. lxxj. col. ij. & consil. lxxxix. col. j. volu. ij. &
Soci. consi. lxxxix. volu. iij. vbi loquitur in recipiēte debitum
3 hæreditarium. Et† an si filius suscipiat iudicium, & litem con-
testetur cū creditoribus hæreditariis, censeatur agnouisse hæ-
reditatem patris? Bar. tradit in l. necessariis. ff. de acqui. hæred.
& in l. j. C. si vt se ab hære. absti. & latè consuluit Corn. consi.
4 cxlv. ad euidentiam præmittendū est. col. j. nu. 1. vol. j. Et† ecō
trà licet omnia, quæ citra ius & nomen hæredis fieri nequeūt,
gesta ab eo, qui hæreditatem adire poterat, faciant, vt adita vi
deatur hæreditas. d. l. pro hærede. §. Papinianus. ff. de acqui. hę
5 re. & ibi per doctores. Sunt† autem quatuor, quæ aditionem
hæreditatis probant, videlicet, actus acquisitiuus, actus trans-
latiuus, actus possessiuus, & declaratio facta verbo, vt p Bal.
6 consi. ccxxiij. super eo. vol. ij. Vnde† intelligatur hæres hære-
ditatē adire, si vtatur frumēto, vino, aliisque bonis hæredita-
riis: vel si quid ex bonis defuncti eroget, vel si hæreditariis cre
ditoribus debitū soluat, vt hîc, aut à debitoribus solutionem
recipiat, vt per Bar. in d. l. gerit. & Ias. post Bar. in l. frater à fra
tre. nu. 42. ff. de condict. inde. & Petrum Duenas in reg. cclxx-
vij. incip. executio potest fieri. in viij. limitatione. in fi. Tamē
7 † ne hæres ex huiusmodi gestis hæreditatem adire videatur, &
ne ærialieno obligetur, si hæreditas soluendo non sit, reme-
dium est, quòd is ab initio protestetur se nihil gestūrū animo
adeundi hæreditatem. d. l. pro hærede. & ibi Bart. & Ias. l. & si
quis §. plerique. ff. de relig. & sump. fun. l. qui in aliena. §. si. ff.
de acqui hære. & ibi doctores. & Pau. de Castr. & Alex. in l. ita
tamen §. si pater. in fi. ff. ad Trebel. & protestatio debet præce
dere, vt per Lud Rom. consi. ccxlvij. incip. primò dici potest.
in fi. Et ne per actus ex interuallo factos videatur à protesta-
tione recessum, remedium est, quòd verba protestationis con
cipiantur verbis significantibus tempus futurum: vt si ita di-
catur, Gabriel Sarayna protestatus est, quòd si contigerit ipsum
vllo vnquam tempore in futurum facere aliquem actum, quo
posset videri hæreditatem adiuisse, per hoc nunquam inten-
dit adire hæreditatem: vt tenet Bar. & Alex. in d. l. qui in alie-
na § fi. per l. si ita stipulatus. j. ff. de fideiuss. faciunt nor. per do-
cto in l. non solùm. §. morte. ff. de no ope. nunt. cum aliis ac-
cumulatis per Feli. in c. cùm M. Ferrariensis. col. ij de constit.
8 Et† quid si solutio fiat ab eo qui putabat se anteà hæredē, an
9 tunc ex illo actu inducatur aditio? Et† an id, quod dicitur de
soluente debitum hæreditarium, vt dicatur adire, habeat lo-
cum in muliere, quæ ex forma statuti sine præsentia & cōsen-
su proximiorum attinentium non potest obligari, vel adire, si
soluerit in præsentia ipsorum proximiorum ignorantium ex
ea solutione aditionem induci: latè disputat ad vtranque par
tem, & pro affirmatiua concludit Corn. consi. clxv. circa pri-
mum consultationis. col. vij. versic. pro cuius rei probatione.
nu. 44. & seq volu. ij. Gab. Sar.

XXXVI.

1 *Actio de iure ciuili oritur ex duplici pacto nudo super eadem re
ex interuallo apposito & in addit. nu. 1.*
2 *Naturalis obligatio inducitur ex pacto nudo.*
3 *Actio de constituta pecunia inducitur ex secundo pacto nudo ex-
interuallo super eadem re apposito.*
4 *Pactum nudum si iuramento statim, vel ex interuallo fulciatur,
de iure ciuili actionem producit & in addit. nu. 11.*
5 *Actio vel obligatio naturalis de iure ciuili regulariter nō nascitur
ex simplici iuramento de aliquid in futurum præstando.*

1 NOta nouam regulam, quam non ponunt Legistæ:
† Duplici pacto nudo super eadē re ex interuallo fa-
2 cto semper oritur actio de iure ciuili: quod patet,† quia
ex primo pacto nudo inducta est naturalis obligatio. l. j.
ff. de pact. & in l. in his. §. Imperator. ff. de solu. Ex secūdo
3 † vero pacto inducitur actio de constituta pecunia, vt l.
j. §. debitum. iuncta l. qui autem. §. fi. & l. seq. ff. de constit.
pecu. Et hāc regulam sensit Host. extrà de arbi. c. per tuas.
& ibi clarius do. Anto. de But. in c. Quintauallis. de iure-
4 iuran. Similiter dici potest,† quòd si pactum nudum iura
mento sit fultum statim, vel ex interuallo apposito pro-
ducatur actio de iure ciuili. l. si quis maior. C. de transact.
5 Quamuis† ex simplici iuramento de aliquid præstando
in futurum regulariter non nascitur actio, vel obligatio
naturalis secundum ius ciuile, vt l. si quis pro eo. ff. de fi-
deiuss. & ibi per Barto.

ADDITIO.

No. nouam, &c. Adde quòd istam regulam ponit etiam Raph. in
rub. ff. de verb. obli. Alex. in l. legem. C. de pact. vbi vide alios
Moder. Mag meum Ias. in l. iurisgentium. §. sed cùm nulla. co-
lum. v. ver. nonò fallit. de pact. Ludo. Roma. tenet cōtrarium
in dicta rubri. Vide latius per Ias. in l. si quis maior. C. de trā-
sact. & in l. lecta. col x. ver. sextus. ff. si cer. pet.

ANNOTATIO.

2 *Intellectus l. fi. C. ad legem Falcid.*
3 *Naturaliter debitum est, quod per Falcidiam defalcari potest.*
4 *Actio non oritur ex confessione extraiudiciali, nisi sit geminata.*
5 *Geminatio verborum multos effectus operatur, vt ibi.*
6 *Error non præsumitur in actu geminato.*
7 *Relicta in testamento non solenni debentur saltem naturaliter.*
8 *Intellectus l. si pacto, quo pœnam. C. de pactis.*
9 *Intellectus l. si veritas C. de fideicom.*
10 *Constitutum quando pacto contrahatur?*
12 *Iuramenti effectus.*
13 *Compensatio non admittitur contra promissionem iuratam.*
14 *Dispositio generalis non extenditur ad contractum iuratum.*

Communis Doctorum opinio est hæc, quam hîc ponit Mat-
1 thæ. videlicet,† quòd ex pacto nudo geminato de eodē oria-
tur actio, per regulam hic allegatā, quā tradit etiā do. Ant. de
But. in c. cùm contingat. de iureiur. Albe. de Ros. in l. iurisgen-
tium. §. quinimò. in viij col. ff. de pact. Pau. de Castro in l. j. in
prin. ff. de consti. pecu. Ludo. Roma. in l. j. in prin. in pen. char
ta. ff. de verb. obli. Rapha. Comen. & do. Alex. in rub. ff. de ver
2 bo. obli.† quæ confirmatur per tex. in l. fi. C. ad legem Falcid.
indicendo, vt ibi per Bal. & clarius Ang. & intelligēdo quòd
ibi promissio hæredis fuerit facta pacto nudo. nam ibi potest
3 agi, quia adest duplex obligatio: nam† quod potest defal-
cari per Falcidiam, est naturaliter debitum, secundum com-

munem opinionem, vt per Bartol. & alios in l. cùm quis. C. de
iuris & fact. ignoran. & in l. j. ff. de condict. indeb. Canon. in c.
fina. de solution. sed ex duplici naturali obligatione oritur a-
4 ctio, vt ibi tengo, &c. Secundò † facit, nam licet ex confessio-
ne extraiudiciali non oriatur actio, sed solùm probatio l. Pu-
blia §. si. ff. depositi. tamen si sit geminata, oritur actio, quia æ-
quiparatur iudiciali, secundum Bart. in l. cùm scimus. in fi. C.
de agri. & censi. libro xj. & ita in specie tenet Ludoui. Roma.
in l. nuda ratio. in prima col. ff. de donatio. & in l. sed & si pos
sessori. §. fi. ff. de iureiuran. & in cõsi. cccxc. incip. in casu pro-
positæ consultationis in iij. col. & Pau. de Cast. in dicta l. Pu-
blia. § fi. ff. depositi. Alexan. in l. ex hoc. C. de milit. testamen. &
Ias. in d. l. sed & si possessori §. fi. ante finem. & in repetitione
l. cunctos populos. col. v. in princi. C. de summa tri. & fide ca-
thol. & in l. triticum. super glo. in ver. cogitauerit. in iij. conclu
sione. ff. de verborum obliga. vbi refert multos approbantes.
Vltra quos sequitur etiam Feli. in c. olim. col. v. versi. reliqua
de ista. de rescrip. Et ad hoc possunt aliqua de geminatione a-
5 ctus similia adduci: nam † geminatio verborum operatur, vt
licet lex loquatur per verba futuri temporis, intelligatur, me-
diante sententia, vt est glos. in l. in criminali. in glo. magna. C.
de iurisdictione omnium iudi. quam ad hoc notat Matth. in-
frà singulari cxvj. nota, quòd vbi lex. Tamen si geminatè lo-
quatur, putà, cassentur, & in irritum deducantur, intelligitur
ipso iure absque sententia. ita singulariter Bal. per illum text.
in titu. de pace Constan. §. priuilegia omnia. in ver. & in irritũ
deducantur. quod pro singulari commendat Roma. singula-
ri uj. & ibi dixi & do. Ias. in l. non dubium. in x. notab. C. de le
gib. & in l. cùm posteaquàm. C. de pact. in tertio notabil. Dec.
in authen. cassa. C. de sacrosan. eccle. & in consi. cccxxvij. col.
j. & penulti. & Marian. Socin. Iuni. in consilio cxxxiij. col. uj.
libro j. Et sequitur Corne. consil. lxvij. suprà proximè relato,
in ij. col. volu. j. & do. Feli. in cap. j. col. vj. versic. & dixit Bald.
de rescrip. & in ca. Rodulphus. col. xxvj. versi. prædicta etiam.
eodem titu. & in cap. fina. in princ. de offi. delega. & Ias. in l. j.
in prin. in vij. col. in secundo notab. ff. de offi. eius, cui manda.
Facit quod de geminatione clausulæ derogatoriæ concludit
Deci. consi. x. viso puncto. in ij. col. cum aliis, quæ in proposi-
to tradit Corn. consil. xlix. in præsenti consultatione. col. j. &
consi. xviij. ardua quidem, in vlti col. & consi. lxx. hanc consul
tationem. in ij. col. versicu. accedit. in iij. lib. & latè Feli. in ca. si
cautio. col. xj. versi. fallit vltimò. de fide instr. Item facit quod
de geminato consensu considerat Socin. consi. lxxxv. viso præ
misso. col. iij. ver. sed adhuc. volu. j. & quæ scribit Curt. consi.
lix. Dux Philippus. in vj. col. ad fin. Hinc dicebat elegãter Bal.
in suo diuino consilio schismatis, posito sub rubric. C. si quis
aliquem testari prohib. in xj. col. versi. porro, quia vero conso
nat, quòd vbi secunda interuenit consideratio, ibi esse præsu-
mitur plena deliberatio. quod cum multis similibus reassu-
mit Feli. in c. nonnulli. in prin. col. xv in vj. fallen. de rescript.
& in c. fi. in prin. de offic. deleg. & Deci. consil. clxxv. in causa
falsitatis. col. viij. versic. tertiò non obstat. & consil. clxxxv. in
causa istorum colum. fina. in princip. vbi dicit, quòd in actu
6 † geminato error non præsumitur. & consil. clxxxj. satis nota.
col. iij. ver. secundum est. vbi etiam citat dictum Bar. in dicta
l. cùm scimus. C. de agricol. & censi. lib. xj. & Deci. consi. xv. co
lum. ij. in princ. & faciunt quæ notat Ias. in l. j. §. nuntiatio. co-
lum. iiij. ver. stat ergo. ff. de oper. noui nuntia. & Alex. consil.
lxij. assumam in consultatione. in secunda col. ad finem. & se-
quen. & consi. lxv. habita super contentis. circa finem. vol. j &
plenissimè tradit Hipp. de Marsi. in l. j §. quæstioni. ff. de quæ-
stio. & in sing. ccclxxviij. incipien. geminatio actus. Ergo cùm
geminatio actus tot operetur effectus, nimirum si & hunc de
quo hic traditur, operetur, vt latè per Moder. in dicta l. iuris-
gentium §. sed cùm nulla & ibi Ias. in primo notab. in vj. fal-
len. ff. de pact. & per Feli. in c. j. colum. ij. in princip. de pactis.
Sed contra istam regulam opponit Ias. in l. si pacto quo pœ-
nam. C. de pact. de illo text. vbi pœna erat promissa pacto nu-
do, & tamen si denuo promittatur, ita demum agi potest, si sti-
pulatio subiecta sit. ergo si fuisset pactum nudum quãuis ge-
minatum de eodem, non posset agi. Secundò opponit de tex.
in l. si veritas. in versicul. stipulantibus promisisti. C. de fidei-
7 commiss. ita inducendo: nam relicta † in testamento non so-
lenni debentur saltem naturaliter. l. fina. ff. de rebus cor. iun-
cta l. in testamento. ff. de fideicommiss. liberta. ergo attenta di
cta regula, si hæres promitteret nudo pacto, posset agi ex se-
cundo pacto, & tamen text. ibi, requirit stipulationem, ergo
8 &c. Verum tenendo † communem opinionem ad tex. in dicta
l. si pacto, quo pœnam. potest responderi quòd parum facit,
quia ibi non apparet, quòd pactum separatum à stipulatione
præcesserit, nam in qualibet stipulatione inest pactum. l. j. §. fi
na. ff. de pactis. & in dicta l. si pacto. tantùm videtur fuisse v-
num pactum, quod si pactum fuit cum stipulatione, agi potest
ad pœnam, aliàs non: quia pactũ nudum actionem non pro-
ducit. Vel secũdò respondetur, nam etiam dato, quòd primò
per pactũ pœna promissa fuisset, & postea stipulatio separata
à pacto interuenisset, quamuis textus dicat, quòd agatur ad
pœnam ex stipulatu, si stipulatio subiecta sit, non tamen exclu
ditur, quin absque stipulatione agatur, si actio competeret ita
probatur in l. si debitori in fine C. de pactis. & tamen ibi absi-
que stipulatione haberet locum actio præscriptis verbis, vt
9 gloss. ibi, & docto. dicunt. Ad secundum † in dicta l. si veritas.
C. de fideicommis. responderi potest, quòd illa naturalis obli
gatio, non est pactum, de quo doct. loquuntur. in pacto enim
est consensus expressus, & in pacto procedit quod dicitur in
dicta l. j. ff de constitu. pecu. in princi. Et ista ratio cessat in illa
obligatione naturali, quæ inducitur ex æquitate iuris gentium,
& non ex mero consensu. & ita respondet Dec. in dicta l. le-
gem. in quarto notab. nume. 9. C. de pactis. vbi etiam respon-
det cæteris adductis per docto. contra communem opinio-
10 nem, vbi finaliter concludit, quòd aut † pactum primum for-
matum præcedit, & postea incontinenti secundum pactum se
quitur, & constitutum videtur, quia verum est dicere quòd
debitum præcedit, quo constitutum inducitur. d. l. §. debitum.
ff. de constitu. pecu. Secus si secundum pactum à primo distin
gui non possit, & separatum non videtur. Et ideo dicit, quòd
tota vis in hoc videtur consistere, an pactum geminatum pos
11 sit separatim considerari ab ipso cõstituto: Sed quicquid sit,
pactum nudum si fulcitur iuramento statim, vel ex interual-
lo apposito, producit actionem, per dictam l. si quis maior. C.
de transact. & Salice. in dicta l. legem. & Bald. in dicta l. iuris-
gentium. §. j. in vj. colum. ff. de pact & Ludo. Roman in l. j. ff.
de verbo. obligatio. & Alexan. in rubri. ff. de verbo. obligatio.
colum. ij nume. 16. Feli. in dicto cap. j. in ij. colum. versicu. est
etiam alius casus. de pactis. quod procedit etiam de iure ciui-
li secundum Anto. & Abb. nu. 31. in cap. cùm contingat. de iu-
reiuran. Cuma. & Roma. in dicta l. j. in princip. ff. de verb. obli
ga. & Ias. in dicta l. iurisgentium §. sed cum nulla. xj. fallent. ff.
de pact. Galianla, in rubri. ff. de verbo. obliga. fo. 6. colum. iij.
Fortun. in cap. j. de pact. nu. 28. & Felin. ibi colum. ij. & quan-
tùs Barto. in l. si quis pro eo. col. penulti. ff. de fideiusso. tenue
rit hnc tantùm procedere de iure canonico. & Salice. in au-
then. sacramenta puberum. C. si aduer. vendit. vbi Compre-
ssion. xiij. & præceptor meus Alciat in dicto cap. cum contin
gat. nu. 242. idem notent, dicentes Bart. opinionem commu-
nem esse veriorem, tamen esse primam opinionem dicit Di-
dac. Couar. in c. Raynaldus. §. iij. nu. 10. versi. ex quibus cõstat.
12 de testam. per tex. in l. si quis maior. C. de transact. Duos † alios
mirabiles effectus iuramenti tradit idem Matth. infrà: vnũ in
singu. 50. incip. nota magnum periculum. vbi ponit de vendi-
tore, qui liberatur à periculo euictionis, si emptor non soluit
pretium in termino, quando in venditione iuratũ fuit per em
ptorem Et sequitur Ias. in dicta l. si quis maior. in iiij. notabi.
C. de transact. licet aliud sentiant ibi Rimunal. Parpal. & no-
uissimè dominus & præceptor meus Do. Andr. Alciat. tamen
Cur. Seni. in j. col. approbat dictum Matth. qui etiam dicit, quòd
habet pro voto non contrahere sine iuramento. Secundum
ponit infrà in singu. liiij. nota quòd iuramentum. vbi dicit, quòd
13 compensatio † non admittitur contra promissionem iura-
tam, de quo etiam per Alexan. consi. xcj. visis. colum. ij. volu.
ij. Ias. consi. cxxxiij. colum. j. volu. iiij. Socin. in l. Iulianus. col.
penulti. & fi. ff. de conditio. & demonstra. vbi declarat, nisi de-
14 bitũ ex post superuenisset. Et ideo † dispositio generalis non
extenditur ad contractum iuratum, vt per Roma. in sing. vij.
incip. quòd dispositio emanans. Plures alios effectus iuramen
ti cumulat Catellia. Cotta in memoral. in versicul. iuramenti
religio. Gabr. Saray.

XXXVII.

1 *Positionem per hæc verba respondens, Credo si instrumentum appa*
reat, non dicitur sufficienter respondisse: Secus si dicat, Non cre
do, nisi instrumentum appareat. Et quid si statutum requi-
rat.

rat, quòd positioni respondeatur per verbum Credit, vel, Non credit, an tunc sufficienter dicatur responsum? & in addenumero 1

2 *Positiones sunt inducta, vt quis releuetur ab onere probandi.*

NOta quòd si quis respõdeat positioni per hæc verba;
1 Credo si instrumentum†appareat:non videtur suffi-
cienter respondere. Secus si dicat: Non credo, nisi instru-
mentum appareat. Et hoc singulariter ponit Bart. in l. de
ætate. §. nihil. ff. de interrog. actio. Sed hoc dictum debet
dupliciter limitari. Primò, nisi statutum dicat, q̃ debeat
simpliciter responderi per verbum Credit, vel, Nõ credit.
& ponit Bar. in l. j. in prin. ff. de vulga. & pupill. & in l. j. §. si
quis simpliciter. ff. de verb. obli. Secundò debet limitari,
quando illa verba, nisi instrumentum appareat, restrin-
guntur ad acta facta in præteritum etiam in illa causa,
quia aut est verũ quòd appareat ex actis præteritis, & po-
sitio est confessata: aut non apparet, & tunc intelligitur
negata: aliàs non credo, quòd videatur sufficiẽter respon-
sum, quia ponens nõ releuaretur ab onere probãdi, quia
oportet ipsum facere noua acta, producendo instrumen
ta, vel testes, sicut si nullam positionem fecisset: hoc autẽ
2 est contra æquitatem, & contra iura, cùm†positiones sint
inductæ, vt quis releuetur ab onere probandi. no. in l. ij. §.
quod obseruari. C. de iura. cal. & est tex. in clementi. sæpe.
circa medium. de ver. sig. Et sic de facto fuit obtẽtum me
existente aduocato.

ADDITIO.

Not. quòd si quis, &c. Ad hanc materiam vide plenè & eleganter per Bartholo. Soci. tribus modis limitantem in repe. l. j. in iij. col. versi. quinto & vltimo. de vulg. & pup.

ANNOTATIO.

2 *Dictio, simpliciter, quid significet?*
3 *Stare dicto tuo si simpliciter promisi, debes tamen iurare.*
4 *Positioni respondens per hac verba, Nego me habuisse pecuniam, & si appareat, dico me in negotijs suis expendisse, an habeatur pro confesso?*
5 *Reus positioni respondere coactus potest dicere, quòd actor non mutuauit aliquid pro quo sit sibi obligatus.*
6 *Accusatus si ex statuti dispositione debeat accusationi simpliciter respondere, an eius responsio admittatur, si dicat, se ad sui defensionem occidisse, nec tunc dicatur dupliciter respondere?*
7 *Accusatus de homicidio, si respondeat ad sui defensionem occidisse, & illius defensionis probatio deficiat, an debeat capitaliter damnari?*
8 *Confessio qualificata probat contra confitentem, ac si simpliciter confessus esset, quando contra talem qualificationem est iuris præsumptio.*
9 *Præsumptionibus si quis damnetur, non est sibi vera delicti pœna, sed alia mitior imponenda.*
10 *Iudex cui de falsitate testis non liquet, sed de eo suspicatur, debet tunc, cùm ex sola suspicione procedat, sententiam temperare.*
11 *Homicidium quem ad suam defensionem fecisse probant testes domestici, & aliàs suspecti, vt puta frater pro fratre, dominus pro seruo, Abbas pro monacho, Episcopus pro clerico, & similes. Et an hoc procedat siue agatur per accusationem, siue per inquisitionem?*
12 *Testis de credulitate non probat, nisi quem occidisse ad sui defensionem.*
13 *Testis si deponat aliquem ad sui defensionem occidisse, non plenè probat, nisi dicat, ad sui defensionem necessariam.*
14 *Insultu probato, quis pœnam homicidij ab eo facti contra insultantem euadit.*
15 *Testis etiam si deponat se pro certo credere, non probat etiam præsumptiuè, nisi rationem & originem credulitatis suæ alleget.*
16 *Consuetudo volens, quòd testibus de credulitate deponentibus plenè credatur, non valet.*
17 *Testibus duobus affirmantibus, licet magis sit credendum quàm mille negantibus, tamen in criminalibus ad defensionem tantũ creditur duobus testibus super negatiua deponentibus, quantum deponentibus super affirmatiua.*
18 *Instrumentũ aliquod si in positione deducatur, & reus illi respondeat, dico prout in instrumento super hoc cõfecto continetur, an erit sufficienter responsum?*

1 Quòd illa responsio, Non credo,†nisi instrumentum appa-
reat, non sit bona, nec sufficiens, quia non releuat aduersariũ
ab onere probandi, tenuit etiam nouissimè Cur. in tracta. suo
positionum, quem posuit in l. ij. C. de iura. cal. in fi. nume. 53. in
xxvj. breuiloquio. & plenè per Boër. decisio. cccxxxix. nu. 4.
& M. Anto. Nattã, consi. lix. nu. 12. licet videatur contrariũ te-
nuisse Spe. in tit. de instru. editio. § nunc dicamus. ver. quòd si
quis in libello. & Roma. in l. j. §. si quis simpliciter. vbi Soci. &
alij Moder. ff. de ver. ob. de quo tamen vide Bar. in l. j. in prin.
ff. de vulg. & pupil. & ibi latissimè Soci. post alios doct. Bal. in
l. fi. C. de dotis promiss. per illum text. in ver. simplex. & in l. j.
2 C. de ædil. actio. vbi multa posuit† de ista dictione, Simplici-
ter. & in l. iubemus. C. de appel. vbi etiam de hoc est text. opti-
mos. & idem Bal. in l. testamento. C. de suis & legi. & adde tex.
in l. si domus. ff. de lega. j. & in l. j. §. quod verò. ff. de aleator. &
in ca. religiosus. de testa. Et illud dicitur simpliciter fieri, vel
concedi, quod ex verbis nullam habet modificationem, licet
habeat conditionem subintellectam, ex qua modificatur di-
spositio. casus est no. in l. ij. §. si quis à principe. in ver. simplici
ter. ff. ne quid in loco publi. Item illud dicitur simpliciter fie-
ri, cui nihil aliud est additum. glo. est sing. in c. si testes. § in te-
stibus, ij. iiij. q. ij. in ver. simpliciter. & in capi. religiosus. §. sanè
pluribus. de testa. in vj. facit tex. sing. de quo nullus scribentiũ
facit mentionem in l. Mæuius §. duorum. ibi, simpliciter non
quæ Mæuij fuit. ff. de lega. ij. Et adde de ista dictione simplici-
ter, Bald. in c. super literis. de rescript. & in c. cæterum. de iura.
3 cal. vbi si promisi†stare simpliciter dicto tuo, quòd tamẽ de-
bes iurare. Et vide Alex. in d. l. j. § si quis simpliciter. vbi dictã
doctrinam tripliciter limitat. Hinc infertur ad quæst. quam
ponit Ange. Are. in rubri. Insti. de iusti. & iu. & ibi Ferdinand.
Loazes, nu. 19. quòd stante statuto de quo suprà, si quis re-
4 spondendo dixerit,†nego me habuisse pecuniam, & si appa-
reat, dico me in negotiis suis expendisse, talis sic respondens
habebitur pro confesso. ita sing. dixit Bar. in d. l. j. §. si quis sim
pliciter. ff. de ver. obli. & in l. j. in prin. ff. de vulg. & pupil. facit
gl. in cle. sæpe. in ver. simpliciter. de verb. signi. Sed secundum
Ferdinan. vbi suprà, contra istam communem conclusionem
facere videtur, nam cùm in casu prædicto prima responsio sit
simplex, scilicet, nego me habuisse pecuniam, illa deberet suf-
ficere, nec per sequentem responsionem viriari, per regulam l.
j. §. si stipulanti. ff. de ver. obli. Sed secundum eum responderi
potest, quòd ex quo per statutum duplex responsio reproba-
tur, & negari non possit talem respõsionem fuisse duplicem,
nimirum si pro confesso habeatur secundum Alexan. in d. l. j.
ff. de vulg. & pupil. & notandum est, nam tali positioni reus re
spondere non tenetur, scilicet, an pecuniam habuerit, sed so-
lùm respondere tenetur, an sit debitor, ne aliàs decipiatur, vt
egregiè dixit Imo. & Geminia. in c. cupientes. de electio. in vj.
vbi singulariter dicunt, quòd si iudex reum cogat simpliciter
5 respondere,†potest reus dicere, quòd actor non mutuauit a-
liquid, pro quo sit sibi obligatus, & erit tuta responsio, quod
est summè notandum in practica. Secundò infertur ad aliam
6 quæstionem, quòd stante statuto†quòd accusatus debeat ac-
cusationi simpliciter respondere, posse admitti responsionem
eius dicentis se ad sui defensionem occidisse: nec tunc dicatur
dupliciter respondisse: licet aliqui tenuerint oppositum: quos
7 refert Alex. in d. §. si quis simpliciter. in j. col. Tali† casu licet
sic qualificatè respõdens in probatione illius defensionis de-
ficiat, quamuis iuris præsumptio sit contra ipsum: vt latè tra-
dit Bar. in l. Aurelius. §. idem quæsiit. ff. de lib. leg. non debet
capitaliter damnari: quod est mirabile, & cordi perpetuò te-
nendum: quia de pane lucrando. verbum fuit stupendum Pa-
nor. in c. auditis. colum. penulti. extrà de præscripr. refert & se-
quitur Alex. in l. non solùm. § sciendum. ff. de noui oper. nun.
Feli. in capit. afferte mihi gladium. colum. penul. de præsum-
ptio. Ias. qui dixit illud dictum in actu practico magnum sibi
fecisse honorem, in l. vt vim. colum. iij. in fi. ff. de iustit. & iure.
Philip. Decius in l. j. col. iiij. ff. si cer. pet. & in c. cum venerabi-
lis. in xij. col. cum sequenti, extrà de exce. Felin. in d. c. auditis.
vbi dixit hoc dictum esse singulare, & alibi non reperiri: quod
apud practicos aduocatos est in solemni cultu. Idem Feli. in c.
significasti. ij. in penul. col. extrà de homici. Hippo. de Marsil.
in l. repeti. col. viij. in primis verbis. ff de quæst. & in singular.
clxxxv. inci. cõfessio inquisiti. Lancel. Galiaula in l. j. ff de vul
ga. & pup. & ista est communis opi. licet contrarium videatur
sentire Bal. in c. dudum. ij. in fi. extrà de electio & Alex. in l. j §

si quis simpliciter.in j.col.ff.de ver.oblig.concludendo, quòd
nihil refert an respondens fateatur simpliciter se occidisse, an
verò ad sui defensionem, quia vtroque casu perinde est ac si
simpliciter fateretur homicidium, cùm præsumptio iuris sit,
quòd dolo, & sic non ad defensionem occiderit.l.si non con-
uitii.C.de iniuriis.l.j.C ad l.Corn.de sicar.c.j.de præsumptio.
Bar.in l. Aurelius.§.pen.ff.de libera.lega.Bald.& Imo.in l.de-
cem.ff.de ver.oblig.& Bal.in l.codicillum.C.de codicillis.&
Anto.de Butr in c.ex parte Decani.in vltima charta, de rescri.
& per Bal.in l.j.col.v.C.de confess.& videtur probare text.in
8 c.cùm venissent.de institu. vbi confessio † qualificata probat
contra confitentem, ac si simpliciter confessus esset, quando
contra talem qualificationem erat iuris præsumptio. Et vide
Bal.in additin.Spe.in titu.de confessis col.ij.versic.confiteor
me occidisse, & in l.si filius.§.in exceptionibus.ff.de interrog.
actio.& Abb.in c.bonæ.de postula.prælator.& per Feli.in c.
pastoralis.col.vj.de exceptio. Prioris tamen dicti sic commu-
niter approbati ratio esse potest: quia in criminalibus clario-
res probationes requiruntur: quod hîc cessat, quia non fuit
simplex confessio, sed qualificata: nec ex vehementi præsum-
ptione quis debet tam grauiter condemnari.c.literas.extrà de
9 præsum. Et dato † quòd ex præsumptionibus damnari debe-
ret, non est sibi vera delicti poena, sed alia mitior imponenda:
vt egregiè voluit Innoc.in c.quia verisimile.de præsumptio.
quod dictum pro valde notabili referunt & sequuntur docto-
res, in c.afferte mihi gladium.eo.tit Bal.in l.non est verisimi-
le.ff.quod metus causa.& in l.eius.in §.j.in fin.ff.de testamen.
& in l.fi.C.de proba.& in c.j.in fi.quibus modis feudum amit-
tatur, in vsibus feudo.& in rubr.col.penul.extrà de offi.dele.
Abb.in d.c.auditis.col antepe.de præscri.& in c.quanto.vbi
Ant.de præsumptio.& in c.cõstitutus.de testibus.idem Abb.
in c.at si clerici.col.vij.de iudi.& in c.ij.de cohabi.cleri.& mu
lie.Specu.in tit.de præsumptio.§.species.versi.in summa.Pet.
de Anch.in regula, semel malus.in x.col.de reg.iur.lib.vj.Ol-
dra.in consilio cxcij.incip. viso diligenter. Paulus de Castro
in consilio cxcvij. incip.visa inquisitione.conciuis meus Cæ
pola in consi.vj.incip.veritas.in iij.col.& in consi.xxvij.inci.
requisitus.in vlti col.& in consi.xxxiiij.incip.si vnquam.& in
consi.xxxix.incip.Baptista.in ij.col.Feli.in c.qualiter & quan
do.ij.§.ad corrigendos.col.vij.in fi.de accusa.Hippo. de Mar
sil.in l.repeti.col.vj.in fi.ff.de quæstio.Facit optimè glos.in c.
inter solicitudines.de purga.cano.Bene facit quod dixit Bal.
in l.presbyteri.col.penulti.C.de episco.& cleri.quod quando
10 † iudici de falsitate testis non liquet, sed de eo suspicatur, de-
bet tunc cùm ex sola suspicione procedat, sententiam tempe-
rare: quia ad condemnationem sola non est sufficiens. & vo-
luit Domi.in c.habuisse.in primo notabili.xxxiij.dist.& quia
per Philip.Decium in d.c.cùm venerabilis.in xij.col.cum se-
quenti.ista decisio Panor.ab aliquibus impugnationibus de-
fensatur, ad eius dicta me remitto. Et prædicta conclusio, sic
vt suprà firmata, non videtur tunc procedere, si de tali homi-
cidio aliter non constet, quàm per dictam suam confessionẽ,
vt tenet Abb.in d.c.auditis.& ibi Feli.de præscri. Idem Feli.
in c.significasti.ij.col.pen.de homicidio.quod dictum secutus
fuit Alex.in l.non solum.§.sciendum.ff.de oper.no.nuntia.&
tradit Hippo.de Marsi.in practi.cri. in §.postquàm.nu.23.&
24.& in §.secunda quæstio.nu.14.& in d.l.repeti.versic. xlv.
est casus.ff.de quæstio.& in sing.clxxxv.incip.confessio inqui
siti.& per Ang.Are.in tract.malefi.in ver.cõparẽt dicti inqui
siti, & partem negant.in prin.& ibi in additio.& in ver.de an-
no præsenti.versi.quòd si accusator.& Ias.in §. item si quis.
col.iiij.& v.Insti.de actio.& in l.vt vim.ff.de iusti.& iur.debet
enim de corpore mortuo constare saltem per famam, secun-
dum Bal.in additio. Spe.in tit.de sententiis, col.xviij.in fin.&
in l.cùm probatio.ff.de probatio.in recollectis suis.& in au-
then.sed nouo iure.C.de furtis.& in additio.Spe.in tit.de con
fessis.col.ij.vers.Titius cõfitetur.& plenè per Ferdinan.Loaz.
in d.rubr.de iusti.& iur.nu.93.Vnum tamen non omittam: nã
secũdum Decium in d.c.cùm venerabilis.prædicta opinio sic
communiter approbata singularem recipit limitationem seu
declarationem, vt procedat quando accusatus prius explicitè
non confitetur, sed vnico verbo, & in eodem constructu ver-
borum dixit se homicidium ad eius defensionem fecisse: Se-
cus tamen quando prius explicitè homicidium fatetur: dein-
de addit se fecisse ad eius defensionem.argument.c. præterea.
ij.extrà de transactio. Sed cogita, quia ex verbis Iaso. in d.l.vt
vim.colum.iij.ff.de iustitia & iure.colligi potest, vt etiam hoc
11 casu prædicta opinio procedat. Retenta tamen † communi
opinione est aduertendum quòd ad probãdum homicidium
ad eius defensionem fuisse factum, testes suspecti admittũtur:
vt puta frater pro fratre secundum Ang.de Aretio in tracta-
tu maleficiorum.in verbo, & dictus Titius se defendendo.in
iij.charta.versi.primo.vbi etiam dixit, quòd dominus pro ser-
uo, Abbas pro monacho, episcopus pro clerico, dominus pro
vasallo, ciuitas pro ciue ad defensionem probandam admit-
tuntur. Idem tenet conciuis meus Cæpola, in consi.lvj incip.
lex, seruum quoque.Bal.& Salice.in l.parentes.C.de testibus.
Alexan.in consil.v.incip.in casu inquisitionis.colum.penulti.
volu.j.Abbas in c.literas.extrà de præsumptio.Felin. in capit.
cùm oporteat.col.iiij.de accusa.Hippolytus de Marsiliis in l.
vnius.§.cogniturum.col.xj.ff.de quæstio.Ias.in l.vt vim.col.
ij.ff.de iusti.& iur. Quod dicit esse verum Felin.in dicto cap.
literas.columŋ.iiij.circa principium.de præsumptio.quando
iudex per viam inquisitionis procederet: Secus tamen si per
viam accusationis, quia tunc accusatore existente, nedũ fisco,
sed etiam parti fieret præiudiciũ, quod esse non debet. In con
trarium tamen reperio Franciscum de Aretio in l.qui testa-
mento.§ quæcunque.colum.iiij.in princip.ff.de testamentis.
vbi dicit prædictam decisionem procedere etiam accusatore
existente: quod est restringendum vt ibi per eum: & sic firma
remanet conclusio, quòd ad probandam defensionem testes
12 domestici sunt admittendi. Bene facit, nam licet † aliàs testis de
credulitate deponens minimè probet: vt habetur in l.testium.
vbi gloss.& alii.C.de testibus.& in l.ij.§.idem Labeo.ff.de a-
qua plu.arcen.per doct.in c.quoties.extrà de testibus.per Spe
cul.in titu.de testibus §.j.versicu.item quod deposuit de cre-
dulitate.tamen vbi testis deponeret aliquem occidisse, sed ad
sui defensionem, licet per verbũ Credo, plenè probaret: quia
non potest aliter quàm per credulitatem deponere: verbum
fuit singulare Barto.in consi.suo incipien. Raynutius Per. Bal.
in l.solam.in vlt.colum.C.de testi.vbi Salice.in iij.columna,
Alexan.in consi.lxxvj.incip visa inquisitione.colum.vlt.vo-
lumi.j.& in consi.cix.incip.visis, & vt oportet.eod.volu.Iaso.
in rubric.colum.penulti.circa finem.ff.de iureiurand.Hippo-
lytus de Marsiliis in d.l.vnius §.cogniturum.columna xj.cir-
ca finem.ff.de quæstio.& in singulari xix.incipien.tu scis cla-
rum esse. Quod est verum secundum Ias.in loco superius al-
legato, colum.fina.circa finem.versic.pro condimento.quan-
do testis dixerit se firmiter ita credere, quod in cõscientia sua
non dubitet. Secus tamen si simpliciter se ita credere dixerit.
allegat Bal.ita mirabiliter tenentem, in capitu.j.de summa tri-
nita.quod est menti tenendum: quia in practica maximum po
terit facere honorem: licet ipse Ias.multum dubitet. pro quo
bene facit, quod dixit idem Bald.in l.j.colum.ix.in medio.C.
13 de confessis.quòd si testis † deponit aliquem ad sui defensio-
nem occidisse, nõ plenè probat, nisi dicat ad sui defensionem
necessariam.quod dictũ pro notabili refert & sequitur Ro-
manus in singul.xxviij.incipien.accusatus de homicidio.& ibi
dixi.Felin.in ca.significasti.colum.vj.in princip.extrà de ho-
micid. Pro quo facit quod dicit Bar.in l.scientiam.§.qui cùm
aliter.ff.ad legem Aquil. quod in probanda defensione non
sufficit dicere, quòd aliquis contra me insultum fecit: sed ne-
cesse est dicere, quòd aliter euadere minimè poteram, nisi eũ
occidissem, vel vulnerassem, & sic de defensione necessaria ar
ticulare oportet.pro quo facit tex.in c.j.§.si quis hominem.in
verbo, non necessario, sed voluntariè.de pace tenenda, in vsi-
bus feudorum.& in l.si qui aggressorem. ibi, in dubio vitæ
discrimine constitutus.C.ad legem Cornel.de sicariis. Con-
trariam tamen opinionem, imò quòd non requiratur dicere
ad necessariam: sed sufficiat solam defensionem probare, te-
nuit Bartol in quodam suo consi.incip. quidam Maphiolus.
quem refert & sequitur Bald.sibi contrarius in l.solam. colũ.
fina.C.de testibus Ias.in l.vt vim.colum.ij.ff.isto titulo. Non
obstat quod dixit Barto.in dicta l.scientiam.§.qui cum aliter.
quia responderi potest illam doctrinam non esse veram, imò
eo ipso quod probatur aliquem cum cultello, vel ense contra
Titium venisse, qui ab eo fuit occisus, dicitur probatũ quòd
ad sui defensionem fecit: vt singula.inquit Bartol.sibi contra-
rius, in l.sed & si quemcunque.in princip.per illum text. ff.ad
legem Aquiliam.Sequitur Petrus de Anchar.in clement.vni-
ca.de homicidio. Alexand.in dicto consil.cix. columna j. vo-
lumi.j.Felin.in dicto capit.significasti.colum.v.eodem titul.
Ias.in

Iason in dicta l. vt vim. columna secunda. & sic Felin. in dua-
bus columnis contrarius esse censetur, si rectè consideretur.
Et isti opinioni adhæreo tanquam æquiori. Pro quo bene fa-
cit quod dixit Bal. in l. multis. C. de libera. cau. dum dicit suf-
ficere probare aduersarium in ipsum ruere animo occidendi
14 vel iniuriandi. Et ideo † probato insultu quis pœnam homi-
cidii euadit vt inquit Bald. in l. & si certus. §. si vnus. ff. ad Syl-
lania. Quia insultatus semper ad sui defensionem fecisse præ-
sumitur, secundum Baldum in l. ij. C. ad legem Corneliam de
sicariis. & in l. j. § cùm arietes. & ibidem Floria. ff. si quadru-
pes pauperiem fecisse dicatur. tradit latè Cæpol. in consi. xlij.
incipiente, multa & sapienter dicta. cum consilio sequenti. Fa
cit etiam quod notabiliter inquit Bald. in dicta l. vnica, colum.
ix. versi. istud est etiam notabile dignum. C. de confessis. quod
se fecisse ad suam defensionem probatur per coniecturas quæ
iudicis arbitrio committuntur. sequitur Ias. in dicta l. vt vim.
colum. ij. ff. de iusti. & iur. Hippolytus de Marsiliis in dicto §.
cogniturum. colum. xj. in finalibus verbis. & in dicto singu-
lari xix. circa finem. Ex quibus patet illud dictum Bal. in capi.
j. de summa trini. non esse verum, & bene de eius veritate Ia-
sonem dubitasse. Et sic cõcludo, saluo semper iudicio rectius
sentiẽtis, sufficere quòd testis simpliciter dicat se ita credere:
licet alia suprà dicta non expresserit. Aliàs autem regulariter
testis de credulitate non est admittendus vt suprà dictum est.
15 Et quod fortius est, quòd etiam si testis † dixerit se pro certo
credere, non probat etiam præsumptiuè, secundum Bald. in l.
siue possidetis. colum. penulti. C. de probat. nisi rationem cre-
dulitatis & originem alleget. capit. tertio loco. & ca. literis. de
præsumptio. refert & sequitur Alex. in d. consil. lxx. incip. viso
processu. vol. j. & in consi. cix. incip. visis. colum. ij. & in consil.
cxxxiij. incip. viso. col. v. eo. vol. & in consi. lvj. inci. viso pro-
cessu. col. iiij. vol. ij. & in consi. cxxxiiij. inci. in causa & lite. co-
16 lum. ij. eo. vol. Quinimo † dixit singu. Anto. in ca. j. de appella.
quòd non valet consuetudo volens quòd testibus de creduli-
tate deponentibus plenè credatur. Vltimò pro complemento
& corroboratione defensionis accedat aliud singulare. nam
17 licet † magis duobus testibus affirmantibus, quàm mille ne-
gantibus sit credendum: vt per gl. in l. diem proferre. §. si plu
res. ff. de arbitris. cum similibus. tamen in criminalibus ad de-
fensionem tantũ creditur duobus testibus super negatiua de-
ponentibus, quantum deponentibus super affirmatiua. ita e-
gregiè Lud. Roma. in l. nulla stipulatione. co. pe. ff. de ver. obl.
per glo. singu. in cap. clerici. lxxxj. distin. quam dicit se à Bald.
didicisse in l. data opera. C. qui accusare non possunt. de quo
per Panor. in ca. ex literis. col. j. de probatio. & in c. bonæ me-
moriæ. de electio. per Ias. in d. l. vt vim. colum. ij. circa princi-
pium. Sed vltimò respondendo ad materiam huius singula-
18 ris do. Matth. quid † si in positione deducatur aliquod instru-
mentum, & reus respondeat, dico prout in instrumento super
hoc confecto continetur, an erit sufficiens et responsum? Vide
Guid. Pap. qui tenet quòd sic in decisio. Gratianop. cccxxx-
iiij. debet de iure. Et aliquid per Roma. singu. dcxcv. & dcxcvj.
Gabriel Saray.

XXXVIII.

1 *Publicatio attestationum est necessaria in causis summariis, in qui-
bus proceditur sine strepitu, & figura iudicij, si hoc pars, cõtra
quam sunt testes inducti, petierit, aliàs contra.*
2 *Attestationes semper censentur notæ iudici.*

NO. quòd in causis summariis, in quibus proceditur
1 sine strepitu, † & figura iudicii, publicatio attesta-
tionum est necessaria, vt in c. fi. à contrario sensu, de hæ-
reti. lib. vj. & ponit Bart. in extrauagan. ad reprimend. in
verbo, figura iudicii. Sed dictũ Bar. debet intelligi secun-
dum quod is, contra quem sunt producti testes, hoc pe-
tiit. Si autem non petiit, non est necessaria, quia semper
2 † censentur notæ iudici attestationes. no. gl. in d. c. fi. pro-
batur in c. qualiter. ij. §. debet. de accu. & in cap. ij. eodem
titu. lib. vj.

ADDITIO.

Nota quòd in causis, &c. In fi. Dic quòd gloss. in cap. fi. hîc alleg. est in §. & vt. in ver. iudiciis. quam ibi Gem. dicit facere ad dubium, An si iudex proferat sententiam non publicatis di-ctis testium partibus non contradicentibus, quòd valet sen-tentia, dicit esse bene notandum.

ANNOTATIO.

1 *Publicatio testium omissa, an reddat iudicium nullum?*
2 *Publicatio testium, si petente parte à iudice non fiat, poterit ap-
pellari.*
3 *Testes etiam semiplenè non probant eorum publicatione non
facta.*
4 *Testium vtraque parte præsente receptorum publicatio non requi-
ritur, sed tantum receptorum in secreto.*
5 *Publicatio testium non ritè receptorum facta de consensu partium,
nihil operatur.*
6 *Testes non publicati in prima instantia, an faciant fidem in causa
appellationis?*
7 *Testi non iurato an fides sit adhibenda in causis summariis?*
8 *Testi non iurato quod credatur, Papa dispensare non potest.*
9 *Publicatio attestationum in criminalibus an sit necessaria, vt in
ciuilibus: & an facta publicatione possint denuo testes exa-
minari?*

Idem tenet singul. Alexand. in addi. ad Bart. in l. j. §. fi. in ver. quid
si sit aliqua. ff. de prætoriis stipul. & Do. Amadeus de Castello
in suo tract. de syndic. in ver. coram vobis, Quiriaco de An-
cona, nu. 219. versi. aduerte tamen. qui ita formaliter tenet. &
Innoc. & Abb. in cap. cùm. I. & A. de re iudica. Bar. in l. prola-
tam. in j. q. C. de senten. & per Cano. post glo. in d. ca. qualiter.
ij. §. debet. de accusatio. c. ij. eod. tit. in vj. & in clem. sæpe. de re
iudic. Hostien. in summa de re iudic. & Bal. in c. j. si de inuesti-
tu. inter dominum & vasal. lis oria, vbi vult, quòd publicatio
1 † testiũ omissa non reddit iudicium nullũ licet in d. l. prolatã.
videatur tenuisse contrariũ. & per Alex. in additio. in d. l. pro-
latam. & latè per Feli. in d. c. cùm I. & A. & no. in c. licet Hely.
de simo. col. pe. & Corne. consi. cij. in causa. col. fin. nu. 6. vol. j.
& per Guid. Pap. decisio. Gration. cccccLxxxvj. quæritur v-
trũ. vbi latè prosequitur. & deci. sic Capel. Tholosa. cccxcvj.
& ibi Aufrer. At verò, licet nõ facta publicatione processus
2 nõ vitietur, nihilominus si pars petat, & iudex eã facere dene-
get, poterit appellare, vt per Inn. in d. c. cùm I. & A. in vlti. col.
in glo. in verb. publicatis & per Bar. in d. l. prolatam. in j. q. Et
ista est cõmunis opi. doct. vt tradit Rober. Maran. in suo Spe.
aureo. in ix. distin. principali. in dictorũ, nu. 22. vers. sexto ope-
ratur. vbi etiã plura de causis summariis & earũ fauore tradit.
3 Facit quæ dixi suprà in singu. j. Et adde † quòd publicatione
testiũ non facta, testes etiã semiplenè nõ probãt, secundũ Bal.
in l. in bonę fidei. col. iij. ver. item quæritur. C. de reb. cre. per l.
iij. & iiij. ff. de his quæ in frau. cred. & l. gesta. ff. de re iud. Et vi
de Bal. in authen. si quis in aliquo. colũ. iij. versi. sed aduerte.
4 C. de edẽdo. qui dicit, quòd publicatio † testiũ receptorũ vtra-
que parte præsente non requiritur: sed tantùm receptorũ in
secreto, qui licet clam examinentur, palàm tamen publicari
debent, vt ipse inquit in l. nullum. in viij. nota. C. de testib. Et
idem Bal. in d. authen. si quis in aliquo. vnum singulare addit,
5 quòd publicatio † testium non ritè receptorum fact. de con-
sensu partium, nihil operatur. ad quod allegat Inno. in cap.
6 significauit. & in ca. cùm causam. de testib. Sed an † testes non
publicati in prima instantia, faciant fidem in causa appella-
tionis, tradit Alexan. in l. is apud quem. colum. fin. in mei. 25.
C. de eden. Et adde quæ notat Catellia. Cotta in memor. in
7 ver. Testi non iurato in princip. vbi quærit, vtrum † testi non
iurato fides sit adhibẽda in causis summariis: vbi tenet quòd
non, per no. per Bar. in extrauag. ad reprimendum. in ver. & fi-
gura. post medium. Et sequitur Alex. in l. militis in ij. colũ. C.
8 de testa. mil. imò dicit † quòd etiam Papa non possit dispen-
sare quòd credatur testi non iurato, per ea quæ no. Feli. in ca.
constitutus. col. ix. in ij. fallentia, extra de rescript. quæ omnia
de verbo ad verbum postea reassumpsit Io. de Arno. in soli
9 loquio xx. incip. cùm in hoc regno Sed an † in criminalibus
publicatio attestationum sit necessaria, quemadmodum in ci
uilibus: & an facta publicatione possint denuo testes exami-
nari? latè tradit Ange. Areti. in tract. malef. in ver. Qui iudex
dictum processum publicauit. & ibi eleganter per Augusti.
Arimi. in additio. Gab. Saray.

XXXIX.

1 *Appellatur ab interlocutoria, quæ vim diffinitiuæ habet, & quæ
post se aliam sententiam non expectat: Vel quando eius contro-
uersia, de qua quæritur, finem imponit.*
2 *Mixtum attribui debet ei extremo, in quo magis inualescit.*

3 *Sententia, qua iudex ad quem pronuntiat appellationem esse desertam, vel non ritè appellatũ. vel appellari non potuisse, interlocutoria dicitur. & in addit. num. 14.*

4 *Sententia, qua iudex absoluit reum ab obseruatione iudicij propter exceptionem litis finita, est interlocutoria. & in addition. num 17.*

5 *Praeceptum iudicis, quod fit contra confitentem in iudicio, nõ praecedente libello, nec litis contestatione, interlocutoria sententia censetur, non autem diffinitiua.*

6 *Secundum decretum dicitur esse sentẽtia interlocutoria, qua vim diffinitiua habet. & in addit. num. 22*

7 *Appellatur à praecepto iudicis, sicut à sententia diffinitiua.*

8 *Interlocutoria qua post se expectat aliam diffinitiuam, appellationem non admittit.*

9 *Sententia, qua iudex interloquitur, actorem in integrum restitutionem petentem aetatem, & laesionem probasse: vel positiones haberi pro confessis: vel aliquam peremptoriam exceptionem esse plenè probatam: vel legitimè habere obstare, dicitur mera interlocutoria, & ab ea non appellatur.*

10 *Creditor si instrumentum habeat cum constitutione precarij, & pacto, quòd propria authoritate possit res occupare, & apud se iusto pretio retinere, nisi debitor infra certum terminum soluat: & à iudice petat aestimatores eligi, & declarari tales res tanti valere, quanti aestimata fuerint, easque sibi emptas tanti habere licere, interlocutoria erit sententia. sed ab ea tanquam habente vim diffinitiuae appellari poterit.*

1 NOt. quòd ab interlocutoria, quae habet vim † diffini-
tiuae appellatur quãdo duo concurrunt. Primò, quã-
do non expectat aliam sentẽtiam post se, & sic ea lata iu-
dex est functus officio suo. Secundò, quando imponit fi-
nem controuersiae eius, de quo est quaestio. Et appellãdum
est ea forma, qua appellaretur à diffinitiua. & potest iusti-
ficari, & impugnari appellatio ex nouis actis, sicut appel-
2 latio à diffinitiua. Et hoc ideo, quia † mixtum attribui de-
bet ei extremo, in quo plus inualescit, vt l. quaeritur. ff. de
3 statu hominum. Et potest poni exemplũ. Si iudex † ad quẽ
pronũtiauit appellationem fore desertã: vel non esse ritè
appellatum: vel appellari nõ potuisse. & ideo appellationi
deferendum non esse. nam haec sententia est interlocuto-
ria. l. praeses. C. quomodo & quando iudex. Item potest po
4 ni exemplũ, quãdo iudex † absoluit reũ ab obseruatione
iudicij propter exceptionẽ litis finitae, quam opposuit ad
processum ante litis contestationẽ: vt no. Bart. in l. Titia.
ff. de accusa. Item potest poni exemplũ in praecepto, quod
5 † fit contra confitentem in iudicio non praecedente libel-
lo, neque litis contestatione. Nam nõ est propriè diffini-
tiua, sed certa species. not. gloss. v. quaestio. iij. in summa, &
no. gloss. de electio. in capit. dudum. ij. in ver. responsionẽ.
facit quod not. per gl. & doct. in l. fin. §. necesse. C. de bo-
nis quae liberis. Item potest poni exemplũ in secundo de-
6 creto, quod † dicitur esse sententia interlocutoria, vt not.
Bart. in l. si finita. §. & si fortè. ff. de damno infecto. habet
tamen vim diffinitiuae, quia imponit finẽ toti controuer-
siae. Et ista conclusio videtur de mente Abb. & Io. And. in
c. peruenit. j. extrà de appell. & clarius confirmat Bal. idẽ
in l. in minoribus. C. de his quibus vt indig. quem sequitur
do. Petr. de Anch. in l. iij. §. fi. ff. de appell. & dom. Anto. in
dicto c. peruenit. & in cap. si duobus. extrà de appellatio.
vbi refert Domi. de Rota aliàs ita tenuisse. Et pro praedi-
ctis bene facit l. si pecuniam. C. de re iudi. vbi sentit gloss.
7 iuncto text. quòd † à praecepto appellatur, sicut à diffiniti
ua. Secus est autẽ, quando est talis interlocutoria, quae ex-
8 pectat † aliam diffinitiuam post se, puta, quando iudex est
9 interlocutus † actorem petentem restitui in integrũ, pro-
basse aetatẽ, & laesionem, vel positiones haberi pro confes-
sis, vel aliquã exceptionẽ peremptoriã probatã esse plenè,
vel legitimè habere obstare: quia tunc in casibus, in qui-
bus appellari potest, nõ appellabitur, vt à mera interlocu
toria. not. gl. in clem. fi. de appel. Sed cõtra primum mem
brũ facit l. ait praetor. §. permittitur. ff. de mino. vbi Bart.
videtur tenere contrariũ. Sed potest respõderi, quòd Bar.
ibi malè loquitur, & quòd ibi sufficit in genere tale praece
ptũ esse iniuriosum, vel iniustũ. Vel potest dici, quòd ibi
loquitur quãdo debitor fatebatur in appellatione se esse
minoris debitorẽ: & ideo appellatio videbatur frustrato
ria manifestè, & sic respuenda, nisi inferatur ibi causa, sci
licet quòd iudex iniustè praecipit sibi, quòd soluat mino-
10 ri carẽti curatore. Forte ex his infertur † quòd si creditor
habẽs instrumentũ vulgare, in quo poni precariũ est vsi-
tatũ, quòd quãdo est debitor, qui obligauit omnia bona
sua, & cõstituit se precario nomine creditoris possidere,
hoc acto, quòd si non soluat creditori in termino, liceat
creditori authoritate propria occupare & vẽdere, vel ea
apud se iusto precio retinere, si implorauerit officium iu-
dicis, quo petiit aestimatores assumi, & declarari tales res
valere precium, quo aestimatae fuerint: & sibi licere habe-
re illas res emptas pro illo precio: & iudex super hoc pro-
nuntiauerit, supposito quòd ista pronunciatio sit interlo
cutoria, prout sensit Bart. in l. creditores. in vlt. col. C. de
pig. quia tamen habet vim diffinitiuae, appellatur ab ea,
sicut à diffinitiua. Quod est vtique verum.

ADDITIONES.

Nota, quòd ab interlocutoria, &c. Adde quòd licet ab interlocutoria de iure ciuili regulariter non appelletur, tamen de iure Canonico appellatur etiã à minimo grauamine etiã extra iudiciũ ab illato vel cõminato grauamine futuro, vt satis plenè traditur per Phil. in rubric. col. j. & ij. & in c. super eo. ij. in prin. de appell. Ab interlocutoria verò habente vim diffinitiuae, vt nũc in proposito nostro, potest appellari ea forma & solennitate qua appellatur à mera diffinitiua. vt in c. j. de appel. in vj. Bal. in l. pen. in fin. C. quo. appel. Pan. in c. ex ratione. col. xix. ver. secundò limita. de appel. Rot. decisi. lxxxvj.

Ibi, Sed contra primum membrum facit, &c. Adde secundũ Io. And. Panor. & Moder. in c. peruenit. ij. in gl. ij. ver. hodie etiã. quòd hodie valeret appellatio, quãdo appellatur à praecepto habente vim diffinitiuae etiam si non sit expressa aliqua causa in appellatione, quia interlocutoria habens vim diffinitiuae regulatur secundum naturam diffinitiuae, & expressio causae in ea non requiritur. & ita est sing. limitatio ad cle. appellanti. de appel. vbi doct. maximè Phil. & sequuntur Moder. vbi suprà. & Bal. in l. in minoribus. C. de his quib. vt indi. tenet Rot. deci. xiij. quae incipit, item si iudex. & deci. lxxxv. quae incip. itẽ si à sententia. concludentes quòd ab interlocutoria habente vim diffinitiuae possit appellari nulla expressa causa grauaminis, & quòd possit iustificari appellatio ex aliis causis, quàm expressis, sicut appellatio à diffinitiua. & subdit not. Io. Andr. in d. c. peruenit quòd quando praecepta fiunt cũ causae cognitione, & post litem contestatam, quòd habent vim diffinitiuae, aliàs secus: & ita est de mente gl. not. in c. ex parte. de verb. sig. & vide per Spec. in tit. de appell. §. j. ver. in quibus.

ANNOTATIO.

1 *Sententia interlocutoria qua dicatur? & qua diffinitiua? 2.*

3 *Sententia diffinitiua in quibus differat ab interlocutoria?*

4 *Sententia interlocutoria habens vim diffinitiua quomodo cognoscatur?*

5 *Sententia interlocutoria, per quam finitur officium iudicis, dicitur habere vim diffinitiuae*

6 *Interlocutoria cõtinẽs aliquid dari, vel fieri habet vim diffinitiua.*

7 *Interlocutoria habens vim diffinitiua quemadmodũ reperitur, ita etiam reperitur diffinitiua habens vim interlocutoria.*

8 *Appellatur à sententia interlocutoria habente vim diffinitiua ea forma qua appellatur à diffinitiua.*

9 *Appellatio ab interlocutoria non potest iustificari, nisi ex deductis coram iudice à quo Fallit, vt ibi.*

10 *Statutum quod in causa appellationis nihil de nouo producatur, quomodo sit intelligendum.*

11 *Appellatio ab interlocutoria habente vim diffinitiua non requirit causam.*

12 *Interlocutoria super attentatis habet vim diffinitiua.*

13 *Appellatio ab interlocutoria poterit iustificari ex nouis probationibus.*

15 *Sententia appellationi esse deferendum, est interlocutoria.*

16 *Sententia qua pronuntiatur non esse ritè appellatum, an sit interlocutoria vel diffinitiua?*

18 *Sententia absolutoria ab obseruatione iudicij, quando possit esse diffinitiua?*

19 *Praeceptum de soluendo factum debitori, an & quando sit sententia interlocutoria?*

20 *Citatio omnis est sententia interlocutoria.*

21 *Præceptum quod fit per iudicem in confessum, vt soluat, an possit dici sententia diffinitiua?*
23 *Secundum decretum an possit reuocari?*
24 *Iudex si pronunciet positiones haberi pro confessis, erit sententia interlocutoria.*
25 *Pronuntiatio super exceptionibus dicitur interlocutoria.*

1 Interlocutoria† sententia dicitur, quæ negotium principale
non extinguit, sed post se aliam requirit. Vel dicitur omne
verbum iudicis prolatum ante sententiam diffinitiuam, si ta-
men ad causam faciat. glos. Instit. quibus alie. licet vel non. §.
admitti. & in l. cùm clericus. C. de episc. & cleric. & ibi doct.
Bald in l. arbitro. ff. qui satisda. cogan. & Ang. in l. ex stipula-
tione. C. de sentent. & est text. in c. significantibus. de usue.
delegat. & in c. significauerunt. de testibus. vt commissio ci-
tandi, & similes, vt tradit Lud. Rom. in rubri. ff. de re iudic. &
ibi do. Alex. & gloss. in clem. j. de sequestra. poss. Item pro-
nuntiatio super emergenti, vel super peremptoria non super
principali, secundum Card in clemen. appellanti. ij. q. de ap-
pellat. & in clem. fin. eo. tit. & per Felyn. in rubr. de re iudic. &
2 in rubric. de senten. excom. col. j. Sententia† verò diffinitiua
dicitur ea, per quam partes à lite recedunt, & quæ principale
negotium diffinit condemnando, vel absoluendo. d. clem. j. de
sequestra. poss. l. j. ff. de re iudic. Alex. in l. iij. ff. de iurisd. omn.
3 iudic. Et in hoc †differt sententia diffinitiua ab interlocuto-
ria, & in hoc vna ab alia dignoscitur. quia per diffinitiuam dif
finitur negotium principale, scilicet, illud quod principaliter
in iudicio deductum fuit condemnando, vel absoluendo: a-
liâs enim non diceretur sententia, nisi contineret condemna-
tionem, vel absolutionem. l. præses. C. de sententiis & inter-
lec. omn. iudic. & d. l. j. ff. de re iudic. & tenet Spe. in tit. de sen-
ten. § ij ver. diffinitiua Sed interlocutoria non tangit nego-
tium principale, sed diffinit aliquam exceptionem in iudicio
emergentem, & per eam non imponitur finis controuersiæ
principali. & hanc differentiam ita declarat Angel. in consil.
cxiiij. & consi. cxv. & Alex. in d. rubr. ff. de re iud.. Quomodo
4 †autem cognoscatur quando sententia interlocutoria habeat
vim diffinitiuæ, & quando non? Dic, quòd ex multis cogno-
scitur: & primò, nam omnis interlocutoria, quæ non sperat ali
quam sententiam post se, dicitur habere vim diffinitiuæ: quia
videtur facere effectum, quem facit diffinitiua, quia imponit
finem illi instantiæ. ita declarat Fely. in c. cùm cessante. & ibi
etiam Anton. de Butr. & Imol. & Abb. de appellatio. & Bart.
5 in l. quod iussit. ff. de re iudic. Item omnis† interlocutoria, per
quam finitur officium iudicis, dicitur habere vim diffinitiuę,
secundum Bartol. in d. l. quod iussit. Item quando diffinit v-
num articulum substantialem causæ principalis, dicitur ha-
bere vim diffinitiuæ. glo. in clem. fin. in gloss. j. in fi. de appell.
& in clemen. j. de caus. poss. & proprieta. & Bald. in l. j. C. quan
do prouoca. non est necess. & Alex. in l. v. col ij ff. de verbor. o-
blig. & per hoc text. in l. intra vtile. ff. de minoribus, vt quan-
do minor petit restitutionem in integrum, & iudex pronun-
tiat super ætate, scilicet, eum non esse minorem: nam tacitè
excluditur à restitutione petita, & sic deciditur articulus sub-
stantialis causæ. & hoc tenet in specie Alex. in rubr. ff. de re iu-
6 dica. in fin. col. Item omnis† interlocutoria continens aliquid
dari, vel fieri habet vim diffinitiuæ, secundum Bartol. in l. nec
quicquam. §. vbi decretum. in princ. ff. de officio proconsul.
7 Et adde† quòd sicut reperitur interlocutoria habens vim dif-
finitiuæ, ita etiam reperitur diffinitiua habens vim interlocu-
toriæ. exemplum ponit Bartol. in l. cùm & minores col. ij. C. si
aduer. rem iudic. vt quando Iudex pronuntiat malè appella-
8 tum. Igitur à † sententia interlocutoria habente vim diffini-
tiuæ appellandum erit ea forma, qua appellaretur à diffiniti-
ua, & ea potest iustificari & impugnari ex nouis actis, sicut ap
pellatio à diffinitiua, secundum Innocen. in c. quo ad consul-
tationem. de re iud. Alc. in l. eius qui. in apostil. ad Bartol. ff. de
9 appell. recip. Licet enim appellatio † ab interlocutoria non
possit iustificari, nisi ex deductis coram iudice à quo. clemen.
appellanti. de appella. & ibi doct. post gloss. in ver. probandis.
& tenet Bartol. in l. ait prætor. in ij. column. ver. item ex præ-
dictis not. ff. de minorib. & in l. eos. §. si quid autem. C. de ap-
pellationib. & in l. per hanc. C. de temporib. appell & in l. eius
qui. in iij. column. in princip. in ver. quartò quæro. ff de appel-
lat. recip. & per Oldra. consil. cxxx. Tamen hoc fallit, nisi a-
lia de nouo superueniant ad notitiam appellantis, quia tunc
possunt deduci secundum Bald. in l. inuitus. C. de procurat.
in iij. column. in versi. consuluit tamen Do. Dy. vbi refert sin-
gulare consilium Dyni in consil. xx. incipi. si constitutio qua
10 quæritur, vtrum filius. in quo concluditur † statutum vel
consuetudinem quòd in causa appellationis nihil de nouo
producatur, intelligi, nisi aliquid de nouo emergat. Item nisi
sit tale grauamen, quod non possit reparari per appellatio-
nem à diffinitiua. Item nisi id nouiter ortum habeat causam
à facto aduersarij. Item nisi iudex à quo repulerit, volentem
allegare coram ipso, secundum Bald. in d. l. per hanc. col. fin.
versi. vnum scias. C. de tempor. appella. Item nisi interlocu-
toria sit lata contra contumacem, quia tunc possunt nouæ
causæ allegari, & probari, scilicet, quòd ipse non tenebatur
venire ad iudicium. Bartol. in d. l. ait prætor. in princ. in ij co-
lumn. verb. illud videtur verum. ff. de minorib. Item nisi in-
terlocutoria habeat vim diffinitiuæ secundum Dom. de Ro-
ta decisi. xiij. Item est verum, quando directè appellatur ab
interlocutoria: secus si indirectè. vt quia per appellationem à
diffinitiua discutitur grauamen interlocutoriæ, quo casu cau
sa etiam in principali non deducta potest allegari in causa ap
pellationis, secundum Inn. in cap. quo ad consultationem. in
ij. column in gloss. in versic. iudicare. de re iudicata. & Bald.
in l. generaliter. §. sed iuramento. circa med. in ver. item nota
in verbo non audeat. C de reb. credit. & Abb. in c. peruenit. in
ij column. in ver. non bene hic dictum. de appellationib. post
Ioann. Andr. qui dicit quòd appellatio ab interlocutoria ha-
bente vim diffinitiuæ regulatur, sicut appellatio à diffinitiua.
Et ideo dixit Abb. post Ioann. Andr. in c. veniens. de appellat.
11 in nouella, quòd appellatio † ab interlocutoria habente vim
diffinitiuæ non requirit causam, sicut nec appellatio à diffi-
nitiua. Et sequuntur Domin. de Rot. decisio. xvj. Cardin. in
clemen. fin. & in clemen. appellanti quæstio. penultim. de ap-
12 pellat. & per Aufrer. latè decisio. Tholosana xlviij. Item † nec
appellatio ab interlocutoria super attentatis, quia habet vim
diffinitiuę. Cardina. vbi suprà. & Domin. de Rota decisio.
lxxxvj. Vnde dictis casibus potest cognoscere iudex ad quem
etiam super causis non expressis, vt not. in d. l. ait prætor §.
permittitur. vbi per Alexand. ff. de minor. & Bald. in margar.
in versicul. appellatio. & in addi. Spec. de appellat. in versicul.
an quando appellatur. & not. in c. dilecto. de appellationib. &
per Felyn. in d. c. quò ad consultationem. in fin. column. xj.
13 de re iudic. & Aretin. in consil. cvj. Et quod † dictum est quòd
appellatio ab interlocutoria non possit iustificari ex noua
causa: dic, quòd non procedit in nouis probationibus, nam
ex eis poterit iustificari. ita tenet Cyn. in d. l. per hanc. in iij.
quæstio. C. de tempo. appel. & Bald. in additio. Specul. in ti-
tul. de appellation. versic. & si ab interlocutoria. vbi dicit ve-
rum de iure ciuili & per Domin. de Rota d. decisio. xiij. si iu-
dex. in nouis. vide tamen Bartol. post gloss. in d. l. intra vtile.
column. ij. in princip. in versi. habes ergo causam. ff. de mino-
rib & in l. ij. C. de episcop. aud. & ibi Bald. & doct. & in l. ante
sententiæ. & ibi Bartol. qui ponit regulam cum limitationi-
bus. C. quorum appellation. non recipiuntur. & in capit. cùm
super. de appella. & in l. eos §. super his. C. eod. tit. & Specu. in
d. tit. de appellat. in § in quibus. versic. x. & sequen. & in tit. de
syndicô. versi. sed nunquid quilibet & in titu. de arbitris. §. fi.
versic. sed infra quod tempus. & in titul. de offic. omni. iudic.
§. fin. versic. tertiò dicendum est ibi. & in titul. de exceptio. §.
viso. ver. propositis. & versic. sed si sit iudex. & versic. ab his
autem interlocutoriis. & in titul. de sentent. § ij. versi. interlo-
cutoria. & per Ang. consil. cxv. & per Alexand. in d. l. eius qui.
14 ff. de appellatio. recip. Et quò ad primum† exemplum, quan-
do iudex pronuntiat appellationem esse desertam, quòd ea
sententia sit interlocutoria habens vim diffinitiuæ, tenet i-
dem Matth. in l. si præses. colum. iij. versic. quartò quæro an
sententia. C. quomodo & quando iudex. cuius verba hîc trās-
scribere operepretium fore duxi in gratiam studiosorum, &
sunt hæc. *Quæro quartò an sententia qua iudex ad quem,
pronuntiat appellationem esse desertam sit interlocutoria? Respō-
15 de, quòd sic per hanc legem. Item quia sicut † eius contraria, scili-
cet appellationem deferendum esse, seu illam recipiendam esse, est in-
terlocutoria: vt in c. Romana. §. quod si obiiciatur. extrà de appel-
lationib. libro vj. ita & qua pronuntiatur appellationem recipien-
dam non esse, seu desertam esse. pro hoc facit l. j. ī. quorum appell.
non recips. Præterea hæc sententia præsupponit instantiam esse
peremptam per desertionem appellationis, ergo non est diffinitiua.*

sed interlocutoria. argu. authen. ei qui. infrà de temporib. appellatio factæ quod notatur in l. properandum. §. 1 supra de iudicijs. Dicitur tamen habere vim diffinitiua, quia imponit finem toti controuersia, licet non possit agi ex illa, sed solum ex prima sententia confirmata, vel furti in prin. ff. de his qui notan. infamis. & ibi notatur. & hoc sensu Bart hic. & in l. Titia. ff de accusatio. & Bartho. de Sal. hic. & Domini de Rota in conclusione lxxxij. & lxxxiij. Et hæc sunt verba formalia ipsius Matthæi in dicta l. si præses. col. iij. versi. quæro quartò an sententia. Idem tenet etiam Bald. in l. ij. col. penultim. in fin. C. de episcop. aud. & sequitur Corne. consil. xiiij. in hac consultatione. & consil. cclxij. pro euidentia. vol. iiij & do de Rota decis. cccexxvij fuit dubitatum. in nouis. & deci. cxxiiij. nota quòd. in antiq. & Lanfran. de Oria in capit. quoniam contra. in ver. interlocutoriæ. num. 512. ver. quæro vlterius. de probatio. & Guid. Pap. decisi. Gratianop. xj. & decisio. cccexxxvj. num. 16. vers octauò pone. &

16 decisi. Tholosan. ccclxiij. & ibidem Aufrer. Idem si † pronuntiat non esse ritè appellatum, vel appellari nō potuisse, vt per gloss. & Card. in clemen. fi. de appella. & Alexand. plenius in

17 d. l. Titia. ff. de accusatio. in additio. ad Bart. Idem † in sententia qua iudex absoluit reum ab obseruatione iudicij propter exceptionem litis finitæ oppositā ad processum ante litis contestationem, quia non diffinit principale negotium. quod patet, quia de nouo potest iudicium inchoari: vt est gloss. in l. & harum. ff. si seruit. vendicet. & Bal. in l. properandum. §. & siquidem. C. de iudic. & in dicta l. ij. C. de episc. audien. & declarat pulchrè Philipp. in d. capit. cùm cessante. column. fin. de appe.

18 vbi etiam ponit, quando † talis absolutoria possit esse diffinitiua. & est de mente Bart. in d. l. Titia. ff. de accusa. Idem de præcepto de soluendo contra confessum in iudicio facto, non præcedente libello, nec litis contestatione. In quo tamen est

19 distinguendum. Nam si tale † præceptum est factum sine causæ cognitione, & cum clausula iustificata, videlicet, si senseris te grauatum, compareas, &c. non est dubium, quòd est sententia interlocutoria: quia comparente reo resoluitur in vim simplicis citationis, vt no. Bart. in l. j. C. de exec. rei iudic. & plenè per Alexan. in l. de pupillo. §. meminisse. ff. de oper. noui nuntiat. & Ias. in d. l. nec quicquam. §. vbi decretum. col. iij. ff. de

20 offi. proconsul. nam † quælibet citatio est interlocutoria, ex quo omnis vox iudicis (vt suprà dictum est) faciens ad causam, est interlocutoria: vt habetur in l. ex stipulatione. C. de senten. Sed si reus non compareat, & eius contumacia accusetur, præceptum remanet firmum, vt habetur per Matth. de Af

21 flict. deci. clxvij. incip. Gabriel. num. 4. Sed dubium † est de præcepto quod fit per iudicem in confessum vt soluat, quod non requirit clausulam iustitiæ, quia fit causa cognita. Et dubium facit, quia diffinit principale negotium, & nō spectat aliam sententiam post se, vnde deberet dici sentētia diffinitiua. Et propter hoc doctores multum variant super hoc. Communiter tamen omnes inclinant, quòd sit interlocutoria. ita tenet Bald. in additio. Spec. in tit. de senten. circa prin. suæ addit. & in ij. col. ver. sed an valeat præceptum. Fely. in c. quærenti. col. fi. de offic. deleg. & Ang. in § illud in authen. de hæred. & falcid. & Fely in rub. de re iudic. col. iiij. & Lanfran. in c. quoniā contra. in ver. interlocutiones. col. ix. ver. vlterius aducitur. de probatio & Ang. in l. si debitori. ff. de iudi. Et ideo quia est interlocutoria, dicit Lanfran vbi suprà, & Ang. in d. l. si debitori, quòd potest per iudicem reuocari Et idem tenet Matth. de Afflic. in constitutione, Regiæ maiestatis, col. fi. Sed Felyn. in d. c. quærenti, tenet contrarium, scilicet, quòd non possit reuocari. Et istud tangit Felyn. in rub. de re iudic. col. iiij. & v. referendo plures authoritates doctorum variātium super hoc. Sed pro conclusione, & varietate dici potest, quòd aut processus habet aliquam formā, puta, quia datus est libellus, & reus in litis contestatione confessus est: & tunc istud præceptū habetur instar diffinitiuæ sententiæ, adeo quòd potius adhæret diffinitiuæ quàm interlocutoriæ. ita colligitur ex dictis Alex. in consil. 50. colum. penultim. in ij. volu. Et tunc sine dubio reuocari non potest, sicut nec diffinitiua reuocatur. Aut non est datus libellus, sed oretenus fuit reus conuentus, qui in prima responsione confitetur, & iudex præcipit sibi causa cognita, vt soluat, iuxta d. l. si debitori. ff. de iudic. & ista dicitur interlocutoria propter formam non seruatam, tamē habet vim diffinitiuæ, ex quo diffinit principale negotium, secundum Ang. in d. § illud. in auth. de hæred. & fal. Verum quia factum est causa cognita, & quia habet vim diffinitiuæ, dicitur quòd reuocari non potest. ita tenet Phili. in c. cum cessante col. iiij. de app. Si verò esset factum sine causæ cognitione ita ex abrupto, prout est, quando habet clausulam iustificatiuam, & tūc potest reuocari, sicut quælibet interlocutoria, secūdum Phil.

22 ibid. Quid autem † dicendum sit de secundo decreto? & concludendum est, communem esse doct. opinionem illud dici sententiam interlocutoriam, vt per Phil. in d. c. cùm cessante. col. antepe. ver. xv. de appel & gl. in §. si quis autem. in auth. de hære. & fal. pro quo est tex. in l. qualem. in fi. ff. de arbit. & Are. in l. si is ad quem. ff. de acquir. hæred. & istud in terminis tenet Bald. in l. cùm & minores. in ij. oppo. C. si aduers. rem iudic. & gl. in l. præsenti § cum autem. C. de his qui ad ecclesiam confug. habet tamen vim diffinitiuæ, quia imponit finem negotio, licet non determinet principale negotium: quia ad vnum agitur, & ad aliud deuenitur per secundum decretum. vt notat Fel. in c. consultationib. col. ij. & iij. de offi. deleg. & Corn. cons. lxv. col. fi. vol. j & Bar. in l. non videtur. ff. de iud. & in d. l. si finita § si forte. ff. de dam. infect. & Bal. in d. l. si præses. C. quomodo & quando iudex. & in d. l. ij. C. de episcop. audi. Et

23 an † possit reuocari, vide Alexan. tenētem quòd sic, in l. quod iussit. colum. vj ff. de re iudica. At verò si iudex interloquatur actorem petentem restitui in integrum probasse ætatem, & læsionem, erit interlocutoria, & ab ea appellari non poterit, nisi per verbum, Restitutio, fiat, quia tunc erit diffinitiua, vt

24 per Bald. in l. cùm iudex. C. de senten. Idem † si pronuntiet positiones haberi pro confessis: positiones enim quibus non respondetur, non habentur pro confessatis ipso iure, sed per pronuntiationem iudicis: vt tradit Bald. in l. j. vers. quærit Io. Monach. C. de pœna iudicis qui malè iudica. & in l. transigere in vlt. col. ver. demum not C de trāsactionibus. & plenius in l. ij §. quòd si actor. C. de iuram. calum. & in capi. vasallus. si de feud. fuer. controuer. inter domi. & agna. in iij. col. ver. tertiò quæritur. & doct. in c. ij. de confess. in vj. & Lanfran. de Oria. in d. c. quoniam contra. in vltim. col. de probat. in ver. positiones. Vel si pronuntiet aliquam exceptionem peremptoriam esse plenè probatam: vel legitimè habere obstare, nam

25 pronuntiatio † super exceptionibus dicitur interlocutoria, vt per Abb. antiqu. in c. si duobus. de except. Bald. in Marga. in versic. Iudex. ver. lxiij. & in l. fin. C. de senten. ex pericu. recitan. & in terminis tenet gl. ij & Cardi. ibidem in clem. appellanti. de appellationibus, in ij. quæstione. & in clemen. fin. eo. tit. At verò dum dicit in fine, quòd pronuntiatio quam facit iudex res æstimatas valere pretium quo æstimatæ fuerint, & licere creditori vigore precarij & pacti in instrumento comprehensi, habere illas res emptas illo pretio, quòd erit interlocutoria, & ab ea poterit appellari. Dic vt per Bart. in d. l. creditores. in repet. io h. versi. iuxta præmissa. & in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff de offic. procons. & in l. j. §. fin. ff. de varijs & extraordi. cognitio. & ibi Alex. Gabriel Saray.

XL.

1 *Instrumenta si vnà cum libello pro iuribus producantur. facta litis contestatione, non potest ex illis instrumentis ferri sententia pro actore, licet contra ea nihil fuerit oppositum.*

2 *Testes producti & examinati ante litis contestationem non probāt ad fauorem diffinitiua sententia.*

1 NOta, quòd si actor † simul cum libello produxerit instrumenta sua, postea facta litis contestatione nō potest ex illis instrumentis ferri sententia pro actore, licet

2 cōtra ea nil fuerit oppositum, sicut producti testes † & examinati ante litem contestatam regulariter non probant ad sententiam ferendam diffinitiuam: vt in auth. de exhiben. re. §. si verò quidam iurent. col. v. & in c. quoniam frequenter. in princ. extrà vt lit. non contest. Cauti ergo practici sæpe reproducunt in causa instrumenta alias producta. & hanc regulam posuit Fede. de Senis in quodam cōsilio. & hoc sequitur do. Anto. de But. in. c. j. de proba.

ADDITIO.

Not. quòd si actor, &c in fi. Adde quòd cōsiliū Feder. est clx. incip. in Christi, &c. casus talis est, dominus Minus. sequitur do. Ant. vltra locum hic alle. in c. cùm venisset. in iij. col. de resti. in integ. & in c. cùm dilectus. § nos igitur. in vlti. col. de ordi. cog. quia cùm talis productio sit facta in iudicio summario, scilicet ante litem contestatam, non facit fidem in plenario, per capitul. veniens. cum materia de testi. Quod intelligit

Fran.

Franc. de Are. in c. j. hic alleg. quem sequuntur Mod. col. pen.
quando tale instrumentum non fuisset impugnatum, nec assi-
gnatus terminus ad impugnãdum: nam si hæc facta fuissent,
& conuentus accepisset copiam, non oporteret amplius repro
ducere, per id quod not. Bal in l. eos. §. si autem. in pen. col. C.
de appel. vbi dicit, quòd post litem contestatam non est opus
reproducere exceptionas peremptorias, oppositas ante litem
contestatam: quia scriptura semel producta & acceptata sem
per loquitur, maximè quando est producta ad causam pro-
bandi. Sed in casu consil. suprà alleg. intelligitur, quòd fuerit
allegata ad alium finem, scilicet, vt detur occasio deliberan-
di reo.

ANNOTATIO.

1 *Instrumenta tantum eduntur post litem contestatam, nec prius produci possunt.*

2 *Instrumentorum editio non est de præparatorijs iudicij.*

3 *Instrumenta quando, cui, & ad quem finem edantur ante litem contestatam?*

4 *Exhibitio est præparatio in rei vendicatione.*

5 *Instrumentum in libello allegatum ante litem contestatam reo petenti edi debet, & quid si in instrumento edito fiat mentio de alio instrumento, an & illud edi oporteat?*

6 *Instrumenta quando reo non sint edenda ab actore?*

7 *Instrumentum nisi in iudicio producatur, non probat.*

8 *Instrumẽti verbalis allegatio non sufficit, nisi sequatur realis productio.*

9 *Instrumenti copia debet dari aduersario cum termino ad opponẽdum, aliter non dicitur sufficienter facta fides.*

10 *Instrumenti editio quo in loco fieri debeat?*

11 *Instrumenta vel scriptura quando in iudicio producuntur in vim probationis, debet pars citari, aliàs non probarent.*

12 *Instrumenta si producantur ad solam instructionem iudicis, partis citatio non requiritur.*

13 *Scripturas in iudicio præsentare, an sit iudiciarius actus?*

14 *Scriptura vsque ad quod tempus præsentari possint in iudicio?*

15 *Testes post publicationem produci possunt vna cum scriptura.*

16 *Instrumenta & scriptura quibus casibus post conclusionem produci possint in iudicio?*

17 *Instrumenta de nouo reperta post conclusionem in iudicio produci possunt: & esse de nouo reperta probatur per iuramentum.*

18 *Instrumẽtorum productio fieri non potest vltra terminum à lege, vel statuto præfixum.*

19 *Terminus statutus à lege, vel à statuto semper intelligitur peremptorius.*

20 *Instrumenta an produci possint vltra terminum statutum à iudice Et quid si addita fuerit comminatio, quòd illo termino elapso vlterius non audietur?*

21 *Contumacia non inducit terminum peremptorium.*

22 *Instrumentum producere si quis ad mandatum iudicis detrectet, iudex pronuntiare potest, illi nullam fidem in futurum esse adhibendam.*

23 *Iudex sicut potest actori terminum ad agendum statuere, vt eo elapso non audiatur, ita potest audientiam super aliquo instrumento denegare.*

24 *Instrumentorum productio etiam notario causæ fieri potest.*

25 *Instrumentorum productio est scribenda in actis per notarium causæ.*

26 *Instrumentorum duæ sunt species, publicum & priuatũ, & quodnam dicatur publicum? & nu. 28 & quodnam priuatum. nume. 29.*

27 *Publica scriptura dicitur, quæ est sigillata publico sigillo episcopi, vel principis. & nu. 28.*

29 *Instrumentum priuatum quot modis in iure appelletur?*

30 *Instrumentorum in productione qua protestatione producens vti debeat, vt ea aduersario non prosint.*

31 *Instrumenta falsa producens qua protestatione à pœna falsi excusetur?*

32 *Instrumentum si sit pro parte verum, & pro parte falsum, an vitietur in totum.*

1 Instrumenta † tantum eduntur post litem contestatam, nec
prius produci possunt, sicut dicitur de testibus, qui ante litem
contestatam non recipiuntur. c. j. & per totum. vt lit. non con
testa. ergo idem dicendum in instrumentis & ita arguit text.
in c. cùm dilecta. de confirma. vtili, vel inuti. facit tex. in c. per-
uenit. de testib. cogen. & ita gloss. ordi. concludit in l. j. §. edenda. ff. de eden. & ibi Bal. qui ad hoc allegat etiam Spec. in titu.
de instru. edi. §. nunc dicamus Et ideo si productio fiat ante li
tem contestatam, ex tali editione non potest ferri sententia,
nisi iterum lite contestata instrumentum producatur, vt hîc
per Matth. Alex. consi. xxxviij. viso & opportunè discusso. co
lum. ij. nu. 5. versi. nec iuuasset. volu. ij. Deci. consil. xxxv. Ias. &
dominus meus Alciat. in rubri. C. de edendo. Hippol. de Mar-
sil. singula. clxx incip. animaduertant. Et secundum prædicta
mentò dixit Francis. Tigri. & Bald. in rubri. C. de eden. quòd
2 editio † instrumẽtorum, non est de præparatorijs iudicij. Vn-
de editio instrumẽtorum, vel rationum debet fieri post litem
contestatam, quando expedit, & opportunum videbitur, ad
fundandam intentionem, exceptionem, vel replicationem: vt
declarat Abb. in dicto c. j. de probatio. & Bal. in l. ij. colum. ij.
C. vt lite penden. Quæ conclusio optimè procedit in editione
3 instrumenti, quæ fit ad effectum probationis. Secus † si edi pe
tatur instrumentum ad hunc finem, vt quis deliberare possit:
nam talis editio, quæ præparationem respicit à principio de-
bet fieri ante litem contestatam. Et ista limitatio potest exem
plificari in tribus casibus. Primus est in fisco, & similibus pri-
uilegiatis, quibus editur à reo, ad eius intentionem fundan-
dam: nam à principio potest petere sibi edi instrumentum,
vt cognoscat, an ex eo eius intentio possit fundari, vt per Ab-
ba. in dicto cap. j. de probatio. Secundus casus est, quando in-
strumentum petitur ratione dominij, nam à principio potest
4 peti, vt instrumentum exhibeatur, quia † exhibitio est præpa-
ratio in rei vendicatione. l. j. C. ad exhiben. & do. Abb. in di-
cto c. j. Tertius casus est quem Innocen. in dicto cap. j. ponit,
videlicet si quis agit, & in libello mentionem facit de aliquo
instrumento, vt quia agens dicat reum sibi obligatum ex cau
5 sa mutui ad decem ex tali instrumento: nam † reus ante omnia
à principio petere potest, vt tale instrumentum allegatum sibi
edatur, ad hoc vt deliberare possit an cedere velit, vel conten
dere. & sequitur Hostien. Ioan. Andr. Anto. de Butr. & omnes
in dicto cap. j. & Specu. in titu. de instru. edit. in §. nunc dica-
mus. col. iij. versic. quod si quis in libello. Domi. de Rota de-
cisio. xxxiiij. incip. si in libello. in nouis. & Bald. in l. j. §. editio-
nes. colum. iij. versic. venio ad secundum. ff. de eden. & in l. fi-
na. C. de precib. impera. offer. & in l. qui stipendia. in fin. C. de
procura. Ange. in l. j. §. edere. ff. de edend. Et si instrumentum
de quo fit mentio in libello, referat se ad aliud, & illud debet
produci, ad quod relatio habetur, vt not. Bald. in l. inciuile. cir
ca finem. versic. item nota. ff. de legi. & ita ampliando dictum
Innocen. tradit Alexan. consi. iij. incip. in causa & lite. colum.
j. volu. ij. Et hoc procedit quando ille, qui facit mentionem in
libello de instrumento, habet facultatem tale instrumentum
exhibendi. nam imprimis edere cogitur. Secus si non haberet
illud in promptu, quia propter hoc non retardabitur iudiciũ,
sed vlterius erit procedendum, vt not. Innocen. in dicto cap. j.
qui etiam subdit, quod de hoc stabitur iuramento eius, qui a-
git. & idem Specu. dicit in dicto §. nunc dicamus. in versiculo
præallegato. ibi, quod verum est, si illud habet in promptu.
6 Secundò limitatur, † nisi aduersarius, qui conuenitur, veri-
similiter instructus sit de contentis in instrumento, vt quia
apud eum esse præsumatur: nam tunc actor edere non com-
pellitur, quia cessat ratio Innocen. in dicto cap. primo. & Do-
mi. de Rota dicta decisio. xxxiiij. si in libello. Bartol. in l. edi-
ta. C. de edendo. chart. fin. vbi ponit exemplum in legatario
agẽte contra hæredem. & allegat text. in l. secunda. ff. de eden
do. vbi Bartol. Bald. & docto. hoc dicunt per illum textum. &
Bald. in dicta l. prima. §. rationes. columna prima. versicu. ve-
nio ad tertium. in principio. ff. de edendo. & Bartol. in l. post-
quam. §. si dies. ff. vt legato. nomine caueatur. & infert Calde-
rinus & Modern. in dicto capitulo primo. de probationibus.
quòd ille, qui petit sententiam contra se latam, nullam decla-
rari, non debet illam edere: quia apud aduersarium, qui ob-
tinuit, esse præsumitur, vt in debitore postulante, vt instru-
mentum simulatum pronunnetur. & aliquid per Lapum al-
lega. decima incipien. disputata hic plura. columna final. in
quarto dubio. Et hæc limitatio procedit, nisi aduersarius,
qui à seipso instructus esse præsumitur, allegaret, & proba-
ret aliquo casu se instrumentum amisisse, quod erat penes
eum: nam tunc sibi edendum erit. argumento. l. si quis ex ar-
gentariis. §. finali. ff. de edendo. Secundò prædicta habent
locum, quando editio petitur à principio ad deliberan-
dum, vt dictum est. Sed si actor obtinere velit postea in

processu,debet instrumētū realiter producere, vt intētio eius
probetur.l.postquā §.dies.vbi Bar.per illum tex.ff.vt lega.no.
ca.& idē Bart.in d.l.edita.& Bal.in d.l.ij.ff.de eden.& Abb.in
d.c.j.de proba.& Bal.in d.l.ij.rationē adducit,quia nisi instru-
7 mentum† producatur in iudicio,non probat.l.quoties.§ fi.ff.
de proba.Et ad hoc facit not.dictū Bar.in trac.ad reprimēdū.
8 in ver.de plano.col.j.in fi.vbi inquit,ꝙ non † sufficit verbis al
legate instrumētum,sed realis productio est necessaria.Et co
9 pia† debet dari aduersario,cum termino ad opponendum,ali-
ter non dicitur sufficiēter facta fides secundum Bar.ibi, cuius
verba multum extollit Rom.in cōsi.clvj.incip.Honorāde do
mine.col.j.& in cōsi.ccccxix.incip.in casu propositæ.vbi in-
ducit tex.in l.fi.C.de fi.instr.& facit quod not. Bal.in l.nullū.
circa fi.C de testi.& in l.fi.C.qui admit.& plenè tradit Dec.in
10 d.c.j.de pb.nu.64.vbi etiā nu.65.quærit † in quo loco editio
fieri debeat:& an cogatur instrumēta,vel rationes alibi cōfe-
ctas ad locum iudicij traducere, maximè si ille, qui petit eam
editionē fieri,velit ꝙ sumptibus suis,& suo periculo hoc fiat.
In quo dicit,quòd ibi fieri debet editio,vbi est instrumentum
confectum:per tex.in l.prætor.§.fi.ff.de eden.& in l.j.& ij.C.
vbi de ratiocin. In casu tamen,quo petitur ꝙ sun periculo, &
sumptibus in iudicium transferatur,si immineret periculum,
iudex debet mittere personas idoneas ad locū,quæ videāt ori
ginale,& de effectu,& substātia faciant fidē iudici,secundum
Bal.in d.l.prætor.§.fi.per tex.in c.accepimus.de fide instru. &
in l.iudices.C.de fide instru.vbi Pet.Cy.& Bal. & Sali. ponūt
exēplum in testamēto,in quo de magno præiudicio agatur.Et
subdit,quòd si petens editionē velit quòd omnino instrumē-
ta,vel rationes portentur ad locum iudicij suis expēsis, & suo
periculo præstādo cautionem idoneam,quia fortè magis in-
terest eius,ꝙ oculis res subiciatur,nec ita ex relatione fortè ei
cōsultum erit,an debeat audiri,vt reus ad hoc cōpellatur. Ad-
11 de tamen† quòd qñ instrumēta,vel scripturæ in iudicio produ
cūtur in vim probationis,debet pars citari,aliàs non proba-
rent,vt not.Bal in l.si quādo.in fi.C.de testi & Lud.Ro.cōsil.
clxxvj.col.ij.& per Ang.Are.in § appellātur.in fi.Insti.de ex-
cep.Bal.in l.sancimus.col.pe.C.de iud.& in l.si quando. ad fi.
C.de testib.vbi dicit valere quò ad effectū productionis,vt sit
satisfactū termino,de producēdis instrumētis,non qud ad ef-
fectum probationis,quia non fit probatio,nec per eam est sa
tisfactum termino de probādo per instrumenta:nisi produ-
cens perseueret in productione parte præsente,vel citata:secū
dum Bal.in l.iudices C.de fide instru.vbi idē tenet. Quod est
verum etiam si producātur extra territorium secūdum Bal.
in d.l.iudices.in iij.not.C.de fide instru. Item valent in fine ter
mini parte non citata,vt tenet Alex.in addi.Bar.in l.iuē illa.ff.
de cōsti.pec.post Bal.in l.qui ante Calendas.ff.de verb.obl.&
Ang.in l.properādum.§.sin autem.C.de iudi.& latiùs per A-
12 lex.in d.l.qui ante Calendas. Fallit† nisi producerentur ad so-
lam instructionem iudicis,quia tūc non requiritur partis cita
tio,secundum Bal.in l.si qua per calumniā.ver.sed pone.C.de
13 epis.& cle Et an præsentare† scripturas in iudicio sit actus iu
diciarius:Dicas quòd non,vnde in die etiā feriata præsentari
possunt,vt no.Spe.in titu.de dilatio.in §.j.in ver.sed pone iu-
14 dex.circa fi. Et si quæras† vsque ad quod tēpus præsentari pos
sint scripturæ? Dic quòd de iure cōmuni possunt præsentari
non solùm in termino probatorio,sed etiā quādocunq; post,
vsque ad cōclusionem in causa exclusiuè.c.cùm dilectus.de fi
de instru.nā in hoc casu productiōis scripturarū cessat timor
15 subornationu. Hinc dicitur,quòd quādo† testes producūtur
post publicationē,vnà cum scriptura possunt produci, vt no.
Bal.& doc.in l.certi cōdictio.§.quoniā.ff.si cer.pe.& Bal.in l.
ampliorem.C.de app.& Alex.in l.si ita scriptum.ff.de libe. &
16 posth.& Canon.in c series.de testi.Quod tamē† limitatur,nisi
aliqua iusta causa subsit,quia tūc potest iudex stāte iusta cau-
sa etiā post conclusionem in causa admittere scripturas, vt te
net And.de Iser.in cōsti.iurisperitorum.col.j.post Innoc.in c.
pastoralis.de cau.pos.& proprie.& per Rober.Maran. in suo
specu.aureo.in ver.octauus actus.& Alex. cōsi.xj.vol.ij. Item
nisi procedatur in causis beneficialibus secūdum do.de Rot.
decis.v.si post cōclusionem.in nouis.Itē nisi in causis crimina
libus & ciuilib.magnis,secundū Bar.in l.diui fratres.ff.de pœ,
vbi dicit quādocunque etiā post cōclusionē in causa produci
posse instrumēta.quod etiā tenet Bar.in l.vnius.in princ.& in
l.j.§.fi.ff.de quæstio.& in l.ij §.si ex publico.ff.de adul.& Bal.
in l.si accusatiōis.C.de accu.& Alex.in l.admonēdi. col.vij.ff.

17 de iureiur.Item nisi† sint de nouo reperta,de quo per iuramē
tum probetur,quo casu etiā dato termino ad audiendū senten
tiam,& iudex aperuerit partibus, qualē sententiā laturus sit,
potest instrumentū produci secūdum Bart.& Alex.in d.l.ad-
monendi.& per Feli. in d.c.cùm dilectus.in iij.limita. de fide
instru.Oportet tamē antea factā fuisse diligētiam, vt illud re-
periretur,secūdū Alex.in d.l.admonēdi.col.ix. Et cùm admit
titur instrumētum,vel testis de nouo repertus post cōclusio-
nem in causa,ea cōclusio expressè non est reuocāda, sed taci-
tè videtur reuocari,per eorū admissionē,vt per Domi.de Ro
ta in dicta decisio.v.in nouis.Itē fallit vbi agitur de excōmu-
nicatione.c.exceptionē.de except.& c.pia.eo.titu.in vj.& per
Spe.de renunt.in §.j.ver.j.Itē nisi ob defectum iudicis fuisset
omissa productio.c.per tuas.de testib.Itē nisi coram Papa co
gnoscēte de aliqua electione secūdum Spe.vbi suprà,in versi.
& scias.vbi ponit casus,in quibus post cōclusum in causa pos
sunt alia de nouo fieri.& per eundē Spe.in tit de instr. edit.§.
v.in prin.& Sali.in d.l.si ea.C.qui accu.non pos.& Bal.in l.j.ff.
si ex noxa.cau.aga Lanfr.de Oria.in cle.sæpè.de verb.sign. &
in c.quoniā cōtra.in verbo,instrumēta.de probatio.Itē nisi in
notoriis,in quibus iudex ex officio potest facere produci in-
strumēta,vt puta instrumētum iurisdictionis,quādo est quæ-
stio an sit iudex,secūdum Bal.sing.in l.j.C.vt quæ desunt ad-
18 uo. Et hoc est† verū,nisi esset statutus certus terminus per sta-
tutum,vel per legē, quia vltra illum non liceret instrumenta
19 producere,cùm † terminus statutus à lege, vel à statuto sem-
per intelligatur peremptorius,nec vltra terminum à lege, vel
statuto præfixum aliquid proponere liceat.quod fuit singula
20 re dictū Inno.in c.cùm in tua.qui matr.accu.pos. Et quid † si
terminus à lege vel statuto præfixus nō fuerit,sed à iudice ,nū
quid vltra illū terminū possint instrumēta produci?Multæ cir
ca hūc articulum sunt opiniones,sed vera opinio & cōmunis
est,quòd etiā vltra terminū possunt produci re integra, si sua
aduersarij non sit effectū deterius:nā si essent perempti testes
aduersarij post terminū,per quos testes aduersarius reproba-
ret instrumētū,nō posset produci instrumētū post terminū iu
dicu,aliàs sic.pro quo est tex.in l.mācipiorū.ff.de opt.lega. &
hæc fuit sentētia Io.And.in cle.sæpe.de ver.sig.in gl.in ver.nō
obstāte.& eandē opi.tenuit Iac.de Are. & Cy.in l.si ea.C.qui
acc.nō pos.Idē quoq; tenuit Ang.in l.j.§.edēda.ff.de edē.adii-
ciens plus:ꝙ si iudex assignauerit terminū,vel statuerit perē-
ptorium decem dierū ad producendū instrumentū,& si infra
illum terminū non produxerit,non amplius audietur, vel ali
ter terminum peremptorium statuerit,quòd adhuc nihilomi
nus poterit producere,quod est mēti tenendum.Itē prædicta
vera,nisi post terminū præfixum,iudex pronuntiauit eū esse
cōtumacem,& non audiēdum in producēdo, secūdum Ang.
Are.Insti.de exceptio.in §.idē iuris.char.pen.versi.quid si de-
21 bitor elapso biēnio.cùm illa † talis contumacia non inducat
terminū peremptoriū,secūdū Bar.qui ita not.in d.l.mācipio-
rum.ff.de opt.leg.Illud tamē hic est notandū inquātum suprà
dictum fuit,quòd instrumēti productio etiā ante litem con-
testatam fieri potest,& debet, quādo ea fit, vt reus possit de-
liberare an velit cedere , vel contendere : Vel quando de eo
in libello fit mentio,ꝙ si actor, vel reus edere recuset in casi
22 bus,in quibus tenetur,practica est,ꝙ† iudex pronūtiet, quòd
si talis scriptura in futurū apparuerit, ei nulla fides adhibea-
tur pro illo,qui noluit exhibere ad præceptū iudicis. ita dixit
Inno.in c.G.perpetuus.de fide instr.In quo tñ possunt tres ca
sus cōsiderari.Primus est in eo,qui negat aliquod esse instru-
mētū,quod edi postulatur,prout formaliter loquitur Inn. in
appellato,qui noluit sentētiā pro eo latā in causa appellatio
nis producere,negādo talē sententiā latā fuisse. arg.l.nō alie-
num.ff.de interro.act.& hoc dictū Inn. approbatur cōmuni-
ter in d.c.G.perpetuus.vbi Bal.in fi. Antn.de But.Abb. & alij
sequūtur.Lap.in d.allegat.x.Io.Andr.in c.Romana.§.si non.
vbi Domin.de appella.in vj.Petr.de Anchar.in c.j.col.vj. de
appel.in vj.Card.in clemen.cōstitutionem §.insuper.in vij.q.
de elect.& idem Bal.in d.l.non alienum.ff de interro.actio. &
in l.nostram.in fi.col.C.de testa.in versi.est etiā alius modus.
l.hi qui ad ciuilia.col.ij.versi.quærit Inno.C.de appel. & in l.
fi.in fi.C.de eden.& per Bal.in l.ij.col.j.C.vt lit.pend. Secun-
dus casus est in eo,qui confitetur latam fuisse sententiam ,vel
confectū fuisse instrumentū, sed dicit illa apud se non habe-
re:& hoc casu etiā conclusio Inno.procedit.ita Bar.voluit in
23 d.l.ij.C.de eden.col.ij.& ibi Alex.per rationē,quia sicut † iu-
dex

dex actori termioum ad agēdum statuere potest, vt eo elapso
non audiatur. l. Titia. ff. de accu. l. si ea. C. qui accu. non pos. l.
si eo tempore. C. de remis. pig. eadem ratione potest audientiā
super aliquo instrumento denegare. facit text. cum gl. in l. sed
& si per prætorem. §. sed & si decreto. ff. ex quib. cau. maio. Et
in hoc secundo casu videtur loqui Bal. in d. l. hi qui ad cautela,
dum ibi format quæstionem. & in d. l. fi. in fi. C. de eden. & in
d. l. ij. C. vt lit. pend. Facit quod not. tradit idem Lap. alleg. lix.
incip. prælatus ecclesiæ. vbi inquit, quòd si actor non exhibet
instrumētum ad præceptum iudicis, potest iudex iurisdictio-
nem sibi denegare, & reum licentiare: ex mēdacio enim quod
dicit, negando latam fuisse sententiam, vel instrumentū apud
se habere, cōuenit, vt hoc modo puniatur. ar. l. de ætate. §. si cū
esset. ff. de interro. act. l. fi. ff. de rei ven. l. si dubitatur. §. ita de-
mum. ff. de fideius. notat Bar. & alij in l. etiam. §. licet. ff. soluto
mat. vbi Ias. Tertius casus est in eo, qui cùm haberet facultatē
edendi, nec ipse hoc negaret, edere noluit, & iste dicitur cōtu-
max. & decisio Inno. etiam hoc casu habet locum. & ita loqui
tur Bar. in l. si appellationem. C. de app. ibi, si aduersarius non
vult exhibere. & idem Bar. dicit in l. j. §. edenda. ff. de edē. & in
d. l. ij. C. de eden. dum æquiparat, si dixit, se non habere, vel no
luerit exhibere. & generaliter hoc voluit Pet. de Ancha. in c. j.
§. cæterum. ad fi. de vsur. & latè per Dec. in d. c. j. de proba. nu.
66. vbi latè prosequitur: & contra dictos tres casus multa ad-
24 ducit, & super eis reliquit cogitādum. Notādum etiam † vltra
prædicta in materia est, quòd hæc instrumentorū productio
etiam notario causæ fieri potest, secūdum gl. & Bar. in l. eos. §.
super his. C. de appel. & in l. præcipimus. §. in his. C. eo. ti. si no
tarius ad hoc erat deputatus, aliàs cōtra, secūdum Bal. in l. hac
consultissima. §. si quis. C. de testa. & ibi hoc firmat Alex. post
alios. & Bar. in l. si finita. §. Iulianus. in vj. col. ff. de dam. infect.
vbi idem dicit, si iudex sit presens, vel id notario cōmiserit. Et
25 hæc instrumēturū † productio est scribēda in actis per notariū
26 causæ, vt in d. c. quoniā contra. de proba. Et dicas † quòd duæ
sunt species instrumentorum, publicum, & priuatum: & dici-
tur publicum secūdum Inno. omne instrumentum, cui de iu-
re, vel de cōsuetudine plena fides præstatur, quod in pluribus
casibus cōtingit. Primò, si sit scriptum manu notarij, siue in
iudicio, siue extra iudicium. l. gesta. C. de re iud. l. ij. apud quē.
27 C. de eden. Secundò † si sit scriptura publico sigillo sigillata,
vt in c. scriptura. de fide instru. & in c. a. tertio loco. de probat.
Item si sit sigillata sigillo episcopi, vel principis, vt habetur in
28 c. post cessionem de proba. Tertiò † dicitur publicum instru-
mentum quādo iudicis authoritate est publicatum, vt in l. pu
blicati. C. de testa. & ibi not. & in l. fi. C. de re iudi. & in c. P: &
G. de fide instr. Quartò dicitur publica ea scriptura, quæ ha
bet scribentis, & testium subscriptionē, vt in l. scripturas. C.
qui pot. in pig. hab. & in auth. ibi posita, & in c. ij. de fi. instru.
Quintò dicitur publica ea scriptura, quæ extrahitur de ar-
chiuo publico, vt habetur in l. in fraudem. §. quoties. ff. de mi-
litis. & in c. ad audientiā. de præscri. & in l. census. ff. de prob.
29 & in auth. ad hæc. C. de fide instru. Priuatum † autem instru-
mentum appellatur illa scriptura, quā vnusquisque à seipso
describit, quæ in iure appellatur chirographū, vt in l. si chiro-
graphū. ff. de prob. Quādoque appellatur litera, vel epistola,
vt insti. de lit. obl. per tot. facit optimè l. non epistolis. & l. non
nudis. C. de proba. & in l. si ex cautione. C. de non nu. pecu. &
per gl. in c. j. de fide instr. & Spe. in ti. de instru. edi. in §. nūc di
30 cendum restat. ver. quot sunt species. In instrumentorū † autē
productione, producens debet protestari, quod ea producit in il-
lis passibus & capitulis, quæ faciunt ad eius fauorem, & cōtra
aduersarium, nec aliter, nec alio modo. Et quòd illis vult vti
& inquātum sint & appareāt esse iusta, vera, & non aliter. Si
enim hæc protestatio omitteretur, talis productio vtrique pro-
desset, sicut dicitur in teste, qui deponit pro vtraque parte: vt
notatur per gl. in l. j. §. diem. ff. de edeo. Fallit quādo fit prote-
statio, nā actus agentium non operātur vltra eorū intentionē.
l. non omnis. ff. si cer. pet. c. cùm dilectus. in fi. de ord. cog. Si ta
men pars aduersa esset præsens, & produceret hæc eadem iura
pro se, & quatenus eius fauorem cōcernerent, faceret et fidem
pro ea, non obstāte dicta protestatione secundum Iac. But. &
alios in l. unius graue. C. de testi. pro quo facit l. ista stipulatio.
in fi. ff. de ope. liber. & in l. absurdum. ff. de bo. libert. & l. cùm
quæritur. ff. de admi. tut. & plenè per Bart. in l. Aurelius. § idē
quæ. iij. ff. de liber. leg. & per Ias. in l. non solùm. §. morte. col.
xiij. ff. de oper. no. nun. Secunda pars etiam protestationis in
31 productione instrumentorum est optima: nā ea † excusat pro-
ducentem à crimine falsi quo ligātur vtentes falsis instrumen
tis. l. si veteris. & ibi no. C. de fide instru. l. si falsos. C. ad le. Cor-
ne. de sica. & ita determinat Spe. in ti. de instru. edi. in §. vidē-
dum restat. versi. quòd si velis sine pœna. & Cy. in d. l. si falsos.
Sed quia plerique sub tali colorata protestatione inducūtur
facilius ad vsum falsorū instrumentorū, ideo dixit Bar. in l. di
uus Pius. ff. ad le. Corn. de fal. quòd iudex debet præfigere cer
tum terminū producenti ad plenè deliberādum, & responden
dum simpliciter an velit vti ipsis instrumentis, vel non, argu. l.
Titia. ff. de accu. & in d. l. mācipiorum. ff. de opt. leg. & per Mat
thæ. de Affl. deci. clxxxix. incip. facta publicatione. Quo termi
no transacto subiacebit pœnæ legali, si de eorū falsitate fuerit
probatum. quā opinionē secuti sunt aliqui ante tēpora Bart.
quorum opinionem reprobat Spe. in d. §. in ver. quòd si velis.
Nec immeritò, quia beneficiū legis nemini est auferendū, vt
in c. indultū. de reg. iur. in vj. cum simi. ibi no. per Dy. de qua
pœna falsi latè tradit Io. Pet. de Ferra. in practica in forma, cū
agitur ad rescissionem sententiæ latæ per falsa instrumēta. Et
32 si instrumētum † sit pro parte verū, & pro parte falsum, an vi-
tietur in totum? Et si quidem falsitas est in ea parte quæ perti-
net ad officium notarij, vt in anno, mense, & die, & tunc in to-
tū vitiatur: aut est falsitas in aliqua parte quæ pertinet ad ne-
gotij veritatē, & sic ad partem, & tunc etiam vitiatur in totū
secundū distinctionē Inno. in c. fraternitatis. de hæreticis. &
in c. cùm Ioannes. de fide instru. Vnde potest distingui, quòd
aut falsitas reperitur circa ea, quæ non cōcernunt, nec tāgunt
substātiam, vel circunstantias negotij, per hoc non redditur
instrumētum falsum: Aut falsitas reperitur circa ea, quæ sunt
de substātialibus negotij, vel tangunt circūstantias reiū sub-
stantialium, & tunc redditur in totū falsum. arg. ix. dist. c. si ad
sacras. cum ibi not. per glo. quæ in hanc sentētiam inclinat. de
quo etiam notatur in c. ex literis. de fide instru. & per hæc ha-
bes hîc latius compilatam materiam editionis instrumento-
rum, quàm alibi fuerit à doctoribus (excepto Speculatore)
in locis ordinariis congesta. Gab. Sar.

XLII.

1 *Vltima voluntas minus solennis, in qua coniuncta persona, vel multum dilecta relinquitur, valet, & actionem producit, sicut si esset solennis, quod in legatis & fideicommissis procedit. Secus in hæredis institutione.*

1 NOta mirabilem doctrinā, quòd quælibet vltima † vo-
luntas minus solēnis, in qua testator reliquit aliquid
coniunctæ personæ, vel alteri personæ, quam multum di-
ligebat, valet, & producit actionem, sicut si esset solennis.
& de hoc est casus singularis in l. in testamento. ij. ff. de fi-
deicom. lib. secundum lectu. quam tenet gloss. sing. quam
doct. sequuntur in l. eam quam C. de fideicommis. Puto
tamen hanc regulam procedere solùm in legatis & fidei-
commissis: Hæredis tamen institutio facta de tali perso-
na non valebit, vt possit succedi inte testati, vt probatur
in l. hac cōsultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. vbi text.
dicit, quòd est speciale in liberis, ergo in aliis coniunctis
regula est in oppositum. ad idem facit tex. eadem l. §. pen.
Et not. hoc, quia pauci scholares hoc sciunt.

ANNOTATIO.

1 *Legata, vel fideicommissa ex testamento non solenni regulariter non debentur, nec peti possunt. Fallit vt hic.*
2 *Sanguinis coniunctio, vel licita affectio in persona valde dilecta à testatore, habet vim clausulæ codicillaris.*
3 *Sanguinis coniunctio, vel licita affectio habet vim reuocationis clausulæ derogatoriæ in primo testamento contentæ.*
4 *Amicitia tantum operatur, quantum coniunctio sanguinis in consideranda affectione.*
5 *Suorum appellatione comprehenditur etiam amicus singularis.*
6 *Sanguinis coniunctio facit, vt recedatur à regulis iuris cōmunis.*
7 *Perfidia maior est venire contra conuentionem factam cum coniuncto, quam cum extraneo.*
8 *Legatum factum coniunctæ personæ in dubio videtur factum propter coniunctionem sanguinis.*
9 *Legatum si fiat filiæ propter benemerita, in eis ipsa reputatur tanquam extranea, & ideo non astringitur ad illius collationem cum aliis fratribus.*
10 *Testamento patris per filium præteritum contratabulato, legata*

tamen coniuncta persona facta debentur.
11 *Pupillaris substitutio conseruatur in extraneo.*
12 *Prætor non potest facere quem desinere esse hæredem, sicut nec potest facere quem directo hæredem.*
13 *Legata ex testamento inualido, vel inutili non debentur, nisi sint repetita ab intestato, & quibus casibus ab intestato censeantur repetita?*
14 *Legata quibus remedijs effici possint, vt omnibus etiam ex non solenni testamento debeantur?*
15 *Ecclesiæ institutio etiam iuris ciuilis solennitate non seruata, valet.*
16 *Legata in testamento non solenni licet peti non possint, tamen possunt retineri. Hæreditas tamen retineri non posset.*
17 *Hæres non solenniter institutus etiam in foro conscientiæ potest repelli a cohærede solenniter instituto.*
18 *Legatum in testamẽto non solenni si sit solutum, non potest etiam à rustico repeti. Et an tale legatum debeatur ex triennali præstatione de eo facta?*
19 *Legata in testamento non solenni possunt reuocari in codicillis coram quinque testibus tantum.*
20 *Coniuncta persona an solui possit?*
21 *Coniuncta persona an pro coniuncta agere possit?*

1 Ex testamento † inutili, vel non solenni regulariter non debẽtur legata, vel fideicõmissa, nec peti possunt efficaciter. l. eam quam. C. de fideicom. l. si nemo. ff. de testa. tut. quia tantùm naturaliter debentur, vt per Doctor. in l. j. & ibi Alex. nu. 7. ff. de condi. inde. Deci. consi. ccxlviij. & Corne. consi. cxxxvij. nu. 3. vol. ij. Fallit in casu d. l. in testamento. quando legata relinquuntur coniunctæ personæ, vel personæ valde dilectæ, quia illa affectio facit, vt ex testamẽto non solenni quæcũque legata debeantur, vt ibi dicit gl. in ij. solu. quam approbãt omnes Doctores in d. l. eam quã. C. de fideicõ. vbi est gl. quæ idẽ dicit in verb. traditur. quæ dicit, quòd in d. l. in testamento. est speciale propter pietatẽ, & affectionẽ. Vnde ex illo tex. iuncta gl.
2 probatur, quòd coniunctio † sanguinis, vel licita affectio in persona valde dilecta à testatore, habet vim clausulæ codicillaris, & tantũ operatur, ac si in testamẽto esset apposita clausula codicillaris. & ita illam gl. ad hoc notat, & dicit alibi nõ reperiri in iure Bal. in l. si iure. C. de man. test. & Ias. in l. exigẽdi. in iij. not. C. de procu. & Barb. cõsi. iij. clementissimi Dei. in v. col. vol. ij. & idem Barb. in repeti. l. cùm acutissimi. in xj. col. versi. & si verbis datetur. C. de fideicom. & in tract. de præstã. Card. in iij. q. primæ partis, col. j. ad fi. & in xiij. col. ad finẽ. & Alex. in l. cùm alienam. col. ij. circa princ. vbi etiã Ias. C. de lega. & Ias. in d. l. eam quam. in vj. col. versi. primò fallit. C. de fideicom. & Feli. in c. quærea ti. de testib. Et gl. opinionẽ in d. l. in testamẽto, ab omnibus esse approbatam testatur Ias. in l. si mihi & tibi. §. in legatis. nu. 20. ff. de leg. j. & in l. verbis ciuilibus. nu. 16. ff. de vulg. & pupil. & in l. non dubium. C. de testa. Pantal. de Crem. in repe. l. ij. versi. secundò est not. col. lxxj. C. de rescin. vend. præceptor meus Alciat. in tract. de præsump. reg. j. præsumptio. xxviij. And. Tiraq. in repe. l. si vnquam. in ver. libertis, nu. 87. C. de reuo. don. & Did. Segura in repe. l. Imperator. nu. 20. ff. ad Trebel. vbi pulchrè loquitur de ardore amoris liciti, vt operetur vim clausulæ codicillaris. Secundò nota
3 ex illo tex. iuncta gl. † quòd si testator fecisset primum testamentum, in quo apposuisset clausulam derogatoriam volũtatis, & potestatis, quia dixisset, Quòd si contingat eum aliud facere testamẽtum, non vult illud valere, nisi apponãtur in eo certa verba: Si faciat secundum testamẽtum, in quo instituat personam valde dilectã, sicut affectio habet vim clausulæ codicillaris, ita habet vim reuocationis clausulæ derogatoriæ in primo testamẽto contentæ. ita singulariter extendit illam gl. Ludo. Roma. consi. clxxix. incip. amplissime Doctor. in pen. col. & ibi allegat Bald. in d. l. si iure. C. de manu. testa. quod est valde singulare ad l. si quis in principio testamẽti. cũ his, quæ ibi notat Bar. ff. de leg. iij. & in l. sancimus. C. de testa. De quo tamen dubitat, an sit verum, Ias. in d. l. non dubium. in fi. C. de testa. Et dum hic de sanguinis cõiunctione, & amicitia tracta-
4 tur, Dic quòd † in consideranda affectione tantum operatur amicitia, quantum coniunctio sanguinis, vt eleganter concludit Bal. in l. vt vim. in v. & vj. q. ff. de iusti. & iure. & firmat do. Feli. in c. quoniam Abb. col. iij. de offi. deleg. cum his quæ scripsit Alex. in commen. l. sæpe. col. xxix. versic. secundò potest. nu. 83. ff. de re iudi. post do. Abb. in c. petitio. in vlti. col. de iu-
5 reiuran. Bene facit, quia appellatione † suorum cõprehenditur etiam amicus singularis, ita etiã dixit Bal. in l. j. col. xj. ver. quid de singulari amico. C. qui accu. non pos. & tradit Catel. Cotta in memor. in verb. Amor licitus. & in ver. suorum appellatione. Et facit, quia ratio cõmotionis haberi debet. xiij. q. ij. in c. non æstimemus. facit tex. in l. j. ff. de recepta. & in ca. si
6 ante cuncti. de elect. in vj. Et ideo † propter coniunctionem sanguinis receditur à regulis iuris cõmunis, vt tradit Lud. Roma. in l. si verò. §. de viro. in xvij. fallen. ff. sol. mat. & facit tex. in l. cùm allegas. C. de castren. pecul. mili. lib. xij. vbi Lucas de Penna. Et ideo notant Bal. Ange. & Sali. in l. fratres tui. & ibi
7 Deci. in iij. not. C. de transact. quòd maior † est perfidia venire contra conuentionem factam cum coniuncto, quàm cum
8 extraneo. Adde tamen, † quòd legatum factũ coniunctæ personæ, in dubio videtur factum propter coniunctionem sanguinis. l. tutor. § quæ tutoribus. ff. de excusa. tuto. Et in extraneis legata propter benemerita facta videntur. l. nec adiecit. ff.
9 pro socio. At † verò si coniunctæ personæ, putà filiæ, propter eius benemerita fiat legatum, quia tunc, cùm in tali persona coniuncta considerãtur benemerita, in eis ipsa reputatur tanquam extranea, vt in donatione facta filiæ propter benemerita, dicunt doct. in l. si donatione. C. de col. & quia tale legatũ filiæ propter benemerita relictum, videtur relictum vt extraneæ, ideo ipsa filia non adstringetur ad collationẽ illius cum alijs fratribus, sicut nec cogeretur extraneus, vt not. per gl. & doc. in l. si emancipati. C. de collat. & tradit Deci. in l. à patre. C. de transac. vbi id intelligit, quando constat de benemeritis ex voluntate testatoris, scilicet, quòd intuitu benemeritorum
10 reliquit. Et in quantũ † suprà dictũ est, quòd legatum ex minus solenni volũtate coniunctis ab instituto debetur: adde quòd idem est etiã si testamentũ patris cõtratabuletur per filiũ præteritũ. l. j. & ij. ff. de leg. præst. licet secus sit, quando alia causa rũperetur, per d. l. eam quam. C. de fideicõ. l. j. C. de posth. hære. insti. d. l. si nemo. cũ simi. ff. de testa. tut. & tradit Alex. in l. & si cõtra. in prin. nu. 1. ff. de vul. & pup. Et quod dictũ est, quòd dũtaxat cõiunctis personis debẽtur legata relicta ab instituto cõtratabulato testamẽto paterno: tamẽ dic quòd debẽtur relicta à substituto in tabulis pupillaribus etiã personis extraneis vt est tex. in l. ex duobus §. etiã si cõtratabulas. ff. de vulg.
11 & pup. vbi † pupillaris substitutio cõseruatur in extraneo: secus si rescindatur testamentũ patris per querelã, quæ est de inofficiosi, vt declarãt Bar. & doc. in d. §. etiã si cõtratabulas. Et hæc est ratio differẽtiæ, quia testamentũ remanet val dũ, licet
12 per remediũ prætoris rũpatur: † quia prætor nõ potest quẽ facere desinere esse hæredẽ, sicut nec potest facere quẽ directè esse hæredẽ §. quos autẽ. Insti. de bo. pot. & in l. & si fine. §. sed quod Papinianus. ff. de mino. & per Alex. in l. j. C. de cõtratab. Et adde præmissis quod no. Bar. in l. ex testamento. C. de lega.
13 † quòd legata ex testamẽto inualido, vel inutili non debẽtur, nisi sint repetita ab intestato. & ide in l. quæstionẽ. C. de fideicõ. Et legata in testamẽto non solẽni cẽsentur etiã repetita ab intestato in casibus not. per gl. in d. l. eam quã. & ibi Bar. C. de fideicõ. cũ naturaliter tantùm debeãtur, vt suprà dictũ fuit. & tradit Alex. in d. l. j. ff. de cõdi. inde. & Bar. in l. cùm quis. C. de
14 iur. & fac. ign. Adde tamẽ † tria remedia, quibus legata & fideicõmissa omnibus etiã ex non solẽni testamẽto debebũtur. Primũ erit, quòd testator curet hæredẽ futurũ promittere legatarijs, & fideicõmissarijs præsentibus, aut notario absentiũ noĩe stipulãti soluere, quod relinquitur & vires habebit huiusmodi dispositio: quia vltima volũtas fidei hæredis cõmissa, perire non debet. l. fi. C. de fideicõ. §. fi. Insti. de fideicõ. hære. Præterea per promissionẽ hæredis, vltima voluntas transit in contractũ: & in actu quoque testãdi cõtractus fieri potest. l. hæredes. § fi. ff. de testa. & hoc cõprobatur ex dictis per Bart. Alex. & alios in d. l. nemo. ff. de lega. j. & per Ias. in l. ij. col. iiij. C. de secũ. tabu. Secũdum erit, quòd instituatur ecclesia, & ab
15 ea legata & fideicõmissa relinquãtur: Nã iuris ciuilis † solennitate non seruata institutio ecclesiæ vires habet. c. cùm esses. de testa. Bar. in l. j. C. de sacrosan. eccl. Et vt principalis, ita & reliqua dispositio sustinetur. c. accessorium. de reg. iur. in vj. l. cũ principalis. ff. de reg. iur. Et quia ecclesia testamentum, ex quo cõmodum sentit, impugnare non poterit. l. post legatum. ff. de his qui. vt indig. & ita decidit Salic. in auth. cassa. C. de sacrosan. eccl. & Ant. de But. in c. quod clericis. col. antepe. de fo. cõpe. & Alex. cõsi. xlj. viso tenore. col. iij. vol. j. & cõsi. cv. viso, ac diligẽter cõsiderato. col. iij. volu. iiij. Tertium remedium est, quòd testator legatarius & fideicommissarius permittat, quòd

posſint propria authoritate accipere poſſeſsionem rerum re-
lictarum.l. Titia.§.Lucius.ff.de leg.ij.& ex poſſeſsione reten-
tionis commodum conſequentur.l.militis codicillis.§.vetera-
nos.ff.de mil.teſta.& per Doct.in l.poſt diuiſionem.C.de iur.
16 & fac.igno. Nam † licet legata in teſtamento non ſolenni peti
non poſsint,tamē poſſunt retineri,vt eſt gl.& ibi Bar.& Doc.
in l.nemo poteſt.ff.de leg.j.& in d.l.cùm quis.C.de iur.& fac.
igno. & in l.Paulus.ff.de reb.co.& in l.ij.§.teſtamētum. circa
med.ff.quemad.teſta.ape.& hæc eſt opinio. magis communi-
ter approbata,vt dicit Iaſ.in d.l.cùm quis. col.v. & in d.l.ne-
mo.ff.de leg.j.col.xv.& aliquid per Dec.conſi.clxxij.in cauſa
venerabilis.verſi.nec obſtat,quòd talis cōſtrutio.& Iaſ.cōſi.
cxxvij.dubitatur.col.v.volu.ij.Et hanc opinionem vti cōmu-
niter approbatam eſſe ſeruandam dicit Io. Dilect. Durant.in
ſuo tract.de arte teſtand.in titu.ſecundo,in rub. de ordinādis
teſtamentis,in cautela iij.incip.ſi ſolennitas iuris ciuilis. Hære
ditas tamen retineri non poſſet,vt per Alex.conſi.lxx.col.vij.
17 vol.ij.† quia hæres non ſolenniter inſtitutus etiā in foro con-
ſcientiæ poteſt expelli à cohærede ſolēniter inſtituto,ſecundū
Bal.in l.poſt diuiſionem.C.de iur.& fact.igno. Dicunt tamen
Bal.in l.j.C.de teſta.& Imol.in d.l.nemo poteſt.ff.de lega.j.&
Inno.in c. quia plerique.de immu.eccle.quòd hæres ex teſta-
mento non ſolenni poteſt ſalua conſcientia retinere hæredita
tem.& vide Bald.in d.l.cùm quis.C.de iur.& fac.igni. Et dixit
18 Bar.& Bal.in l.ij.C.de fideicom.† quòd legatum in teſtamen-
to non ſolenni ſi ſit ſolutum,non poteſt etiam à ruſtico repe-
ti,quia naturaliter debetur,vt ſuprà dictum eſt. Et an talia le-
gata relicta in teſtamento non ſolenni debeantur ex triennali
præſtatione de eis facta,tradit Bal.in l.ſi certis annis.in iij.co
lum.C.de pact.& in l.j.& ibi doct.C.de fideicom. vbi tenent
quòd ſic in legato alimentorum. Vltimò no.quod dixit Bart.
19 in l.hæredes palam.§.j.ff.de teſta. quòd legata † in teſtamēto
non ſolenni poſſunt reuocari in codicillis coram quinque te-
ſtibus tantum. Idem tenuit Pau. de Caſt. in l.fideicōmiſſum.
20 C.de fideicō. Et in materia coniunctorū,an coniunctæ † per-
ſonæ ſolui poſsit,dic quòd non,vt per Rom.ſing.cccxvij. in-
cip.& illam legem patri.& per Deci. in c.cùm M.Ferrarien̄ſis.
21 de conſti.& Ripa ibi,nu.60. Et an agere † poſsit,tradūt doct.
in l.exigendi.C.de procu.& Alex.in d.l.ſæpè.nu.88.ff.de re iu
di.vbi plenè.& per Spe.in tit.de coniunct. perſo. & de aduoc.
§.j.ver.ſed iuſtè.& de reſcripti præſenta.§.ratione autem im-
petrantis.circa prin.& in l.ſed & hæ.in prin.& ibi Bar.& doct.
ff.de procura.vbi dicit,quòd admittitur regulariter:quod eſt
verum pro volente,non pro inuito,etiam cum cautione de ra
to.l.Pomponius.§.fi.ff.de procur.Bar.in l.maritus.C.de pro-
cur.& Alex.in l.patri.ff.de mino. Niſi etiam proprium inter-
eſſe prætendat,quia agens pro coniuncta perſona,& pro ſuo
intereſſe admittitur,etiam ſi coniuncta perſona,pro qua agit,
nolit.d.l.patri pro filio.cum gl.& ibi Bar.ff.de mino.& Abb.
in c.coram.col.j.in fi.de offi.delega. Item verum,etiā ſi ſit pat
coniunctin ſecundum Bal.& Phil.in c.poſtremo.de appel.Itē
verum etiam pro ignorante quando de mādato dubitatur,vel
ſi conſtet de non mandato cum cautione de rato.d.l.ſed & hę.
in prin.& in l.non ſolùm.§.qui alieno.& ibi gl.ord.& doct.ff.
de procur.& in d.l.exigendi.& doct in l.iij.ff.ſolu.matr. Item
verum, ſi velit, quia coniunctus pro coniuncto inuitus agere
non compellitur,not.in c.ex parte.ſecundum Bal.& docto. de
appel.& vide Alex.in d.l.exigendi.in iij.notab.vbi ponit regu
lam affirmatiuam,& xj.notabiles limitationes,in quibus non
admittitur.& Feli.in c.ſunt & alij.de reſcrip.& per Soc.conſi.
ccxxxv.incip.cùm in præſenti conſultatione.ver.circa ſecun-
dam quæſtionem.& conſil.ccliiij.viſis & conſideratis. volu.ij.
Gabr.Saray.

XLII.

1 *Dominium hæreditatis,quam quis eccleſiæ,vel pio loco reſtituere rogatus eſt,tranſit,nulla hæreditatis facta re vel verbo reſtitutione.*

NOta quòd ſi hæres rogatus eſt hæreditatem reſtituere
1 † eccleſiæ,vel alij pio loco,tranſit dominium in eccle
ſiam,vel in locum alium pium rerum hæreditariarū, nul
la facta reſtitutione hæreditatis re vel verbo. caſus eſt ſin
gularis in l.fi.C.de ſacroſan.eccle.& Barto.in diſpu.quæ
incipit,filium adultum teſtator inſtituit.col.ij.verſi.ſolo-
tio.Et ſic limitari debēt l.facta.& l.reſtituta.ff.ad Treb.
& multa alia iura.

ANNOTATIO.

1 *Fideicommiſſum quibus caſibus tranſeat in fideicōmiſſarium nulla facta reſtitutione?*
2 *Fideicommiſſarius non poteſt propria authoritate bona hæreditaria capere,alias priuatur iure ſuo.*
3 *Fideicommiſſarius quibus remedijs vti poſſit,vt per ſeipſum poſſeſſionem rerum hæreditariarum capere poſſit ſine vlla reſtitutione?*
4 *Licentia capiendi bona propria authoritate quando fideicommiſſario à teſtatore data videatur?*
5 *Verbum,Liberè,quid ſignificet?*
6 *Fideicommiſſarius ſi timet aliquod impedimentum ſibi fieri in adipiſcenda poſſeſſione,poteſt implorare officium iudicis,vt manu militari impedimenta remoueat.*
7 *Hæreditatis reſtitutio qua forma fiat?*

1 Idem tenet † Bar.extendens quod dicitur de eccleſia ad ciuita
tem.in repe.l.j.C.de ſacroſan.eccle.in vj.q.v.q.prin. idem te-
net Bal.in l.penul.col fi.C.ad Trebel. Et idē Bal. in l.id quod
pauperibus.io xvij.q.C.de epiſc.& cler.Pet.de Anch. & Imo.
in c.cùm tibi.de teſti.Imol.in l.Centurio.col.xx.ff.de vulg.&
pup.Alex.in l.j.§.ſed quoties.ff.ad Trebel.Et iſta opinio eſt cō
munis,vt dixit Iaſ.in d.l.fi.col.iij.verſi.quid tenendum.nu.10.
C.de ſacroſanc.eccle.& Corne.conſi.ccj.licet videatur. col.j.
verſi.reſponderetur.volu.j.Cōtrarium tamen tenuit Bal.ſibi
contrarius in d.l.fi.col.iiij.ante finem,in verſi.ſecundò Bar.di
ſputando.C.de ſacroſan.eccle.& ibi idem ſequitur Fulg. col.
fi.& Ludo.Roma.in repe.auth.ben.ſimiliter.C.ad leg.Falcid. in
xxj.ſpeciali piæ cauſæ inter vltimas voluntates. vbi dicit mi-
randum eſſe,quòd tantus pater,quantus fuit Bart. ſic errauc-
rit in intellectu d.l.fi & idem Lud.Rom.in d.l.j.§.ſed & quo-
ties.ff ad Treb.& in hanc partem videtur inclinare Iaſ.in d.l.
fi.col.iij.nu.11.licet dicat,quòd in iudicando eſſet fauendum
religioni. Cæteros caſus,in quibus fideicōmiſſum tranſit,ſine
reſtitutione in fideicommiſſarium,ponunt in l.pen.§.fi.& ibi
Bar.C.ad Trebel.& per glo.in l.j.§.res quæ.& in §.quoties.ff.
ad Trebel.& in d.l.reſtituta.& d.l.facta.ff.ad Trebel. hîc al-
2 leg. Adde tamen,† quòd licet fideicommiſſarius ante reſtitu
tam hæreditatem ius in re non habeat.d.l.facta.& d.l.reſtitu-
ta.& ibi doct.& Pau.de Caſt.cōſi.cxxxj.viſo puncto. col.iiij.
volu.j.nec propria authoritate poſsit bona hæreditaria cape-
re.l.Paulus.ff.ad Trebel.vbi Alex.& conſi.xxxij.viſo proceſ-
ſu.in l.fi.verſi.prætereà dato.volu.iij.cū alijs allegatis per De-
ci.cōſi.cccexxxviij.accuratè.vbi etiam tenet, quòd ſi propria
authoritate fideicōmiſſarius capiat bona, priuatur iure ſuo.
3 arg.l.non eſt dubium.C.de lega. Tamen † vt fideicommiſſa-
rius non indigeat reſtitutione,& vt per ſeipſum poſſeſsionem
rerum hæreditariarū capere poſsit, remedium eſt, quòd ſi in
teſtamento detur licentia apprehendendi res propria autho-
ritate,ſecundùm Ang.& Alex.in d.l.Paulus.per l.Titius.§.Lu
cius.ff.de leg.ij. Quod Iaſ.dicit eſſe ſignandum in repetitione
4 l.nemo.ff.de lega.j. vbi dicit † videri talem licentiam datam
eſſe,ſi teſtator dixerit,bona liberè deueniant : quoniam ver-
bum,Liberè,facit quòd non oporteat licētiam requiri.c.quæ
in eccleſiarum.cum ibi notatis per Bal.de conſtitut.c.de mul-
ta.cum ibi notatis per Abb.de præbend. Quod confirmatur
ex dictis per Barba.in conſi.xl. clementiſsimi. col.xiij. lib.iiij.
& Lauren.Calca.conſi.iij.quòd dictus dominus.col.ij. Cau-
tius tamen eſt , quòd detur expreſſa licentia, vt tollatur quæ-
ſtio voluntatis teſtatoris.nam poſſet quis non abs re dubita-
re,an verbo illo,Liberè,intelligatur data poteſtas ſibi ius di-
cendi,vt per Cuma.conſi.cxiij.Antonius.colum.ij. Verbum
5 † enim,Liberè,non ſimpliciter accipitur,ſed reſtringitur ad
alias leges de materia loquentes. cap.ij.de feud. iunctis nota-
tis per Barto.in l.j.§ permunitur.ff.de aqua quotid.& æſti. &
per Deci.conſil.cxxxj.reuocatur.colum.ij.Magis tamen pla-
cet opinio contraria, quoniam legatarius & fideicommiſſa-
rius non ſolùm quando habent expreſſam licentiam à teſta-
tore,verum etiam ex coniectura voluntatis poſſunt res acci-
pere propria authoritate:vt patet ex allegatis per Deci conſi.
6 cccxviij.viſa. col.j. Et ſi fideicōmiſſarius † timeret aliquod
impedimentum ſibi fieri in adipiſcēda poſſeſsione,poſſet im-
plorare officium iudicis, vt manu militari impedimenta re-
moueat,quod iudex facere debet.ita tenet Bald. in conſil.cc-
xxxiiij.veritas.volu.iij argu.l.fi.ff.de offic.procura.Cæſa. & l.
quibus diebus.ff.de conditio.& demonſtra.& faciunt notata

per Bal.& Alex.in l.si super. C de transac.& tradit Io. Dilect. Duran.in tract.de arte testandi.in tit.de substitutionibus.cau
7 tel.xxxij. Qua autem† forma fiat hæreditatis restitutio, tradit Io. Pet. Ferra.in sua prac.in libello,quo agitur ex substitutione.in versi.ac per fideicommissum.col.fi. ver. deinde quæritur,qua forma. Gab.Saray.

XLIII.

1 *Dominium ex contractu venditionis,vel donationis specialiter in ecclesiam ipso iure transfertur: Possessio tamen non transfertur.*
2 *Dominium rerum hæreditariarum hæres adeundo acquirit,sed nō possessionem,nisi eam de facto apprehendat.*

1 NOta,quòd licet speciale sit in ecclesia,quòd† ex contractu venditionis & donationis transfertur in eam dominium ipso iure.vt l.fina.C.de sacrosan.eccle.posses-
2 sio tamen nō transfertur:Sicut etiam † videmus quòd hæres adeundo hæreditatem acquirit dominium rerum hæreditariarum,sed non possessionem,nisi de facto apprehendat.vt l.cùm hæredes.in prin.ff.de acqui. pos. Et hanc regulam ponunt doct.in c.ij.extrà de consue. per illum tex. vbi à contrario sensu bene probatur.Et facit ad prædicta l.sciendum.& l.fi.ff.ex qui.cau.maio.

ANNOTATIO.

1 *Possessio bonorum ingredientis monasterium sine apprehensione quando monasterio quæratur?*
2 *Possessio & dominium transfertur sine aliqua traditione ex titulo vniuersali quando accedit personæ: alias secus.*

Contrarium tenuit Archi.in c.moderamine.xvj.q.j.& adde Cardi.& Imol.in d.c.ij.de consue.& quod notatur in c.in præsentia.de probatio. & quod legitur, & notatur in l.si adoptauero.ff.de precar. Idem tamē quod hîc per Matth.tenet d. Abb. in c.ij.de consue.& ibi Cano.communiter.& Bar.in d.l fi.C. de sacrosan.eccle.Bal.in Marga.in ver.possessio.ver.viij.& in l.fi.C.de rer.permu.& Inno.in d.c.in præsentia. de probatio.
1 Quod† tamen limitatur non procedere in bonis ingrediētis monasterium. Nam eorum possessio sine apprehensione monasterio quæritur:vt per Bar.in d.l.si adoptauero. & in l.qui vniuersas.§.item quod à mari.ff.de acqui.poss. & per Bal. in auth.nisi rogati.in fi.C.ad Treb.& in auth.ingressi.in iij.oppo.C.de sacrosanc.eccle.vbi Iason,& in l.pen.§.cùm autē. in fi.eo.titu.& Bar.in auth.si qua mulier.col. pen.C.de sacrosan. eccle.& in l.hæreditas.C.de pact.conuen.& aliquid per Alex. in l.iij.in prin.ff.de acqui.pos.adde gl.quæ reputatur singu.in c.si qua mulier.xix.q.vlti. Quod est verum secūdum omnes, quādo quis simpliciter dedicat personam suam monasterio. Idem si dedicaret personam cum bonis.Si verò quis expressè dedicaret se & bona sua monasterio,tūc nec possessio, nec dominium acquireretur ecclesiæ sine traditione.ista fuit singularis limitatio do. Anto.de But.in cōmento c.fi. col.v.de causa poss.& propriet.quam refert Aret.in d.c.in præsentia. in ij. col.de proba. Et sequitur Ias.in d.authē.ingressi. col.x. nu.30. ver. ego teneo.addocēs pro ea optimam rationem, videlicet, nam quòd dominium & possessio bonorum trāsferatur ipso iure in monasterium absque traditione,non est speciale in ec-
2 clesia,imò est generale in omnibus:† quia ex titulo vniuersali,quando accedit personæ, transfertur dominium & possessio sine aliqua traditione.d.l.si adoptauero.l.j. & ij.ff. pro socio.Sed ex solo titulo quantumcunque vniuersali,si non accedit personæ,non transfertur dominium neque possessio sine traditione l.qui tibi hæreditatem vendidit.& ibi Bald. not.C. de his qui à non domi.manu.& l.qui tibi.C.de hære. vel act. vendi.& est gl.approbata in l.j.in ver.vniuersæ.& ibi Bart.ff. de vsucap.pro dote. Vnde quando quis dedicat monasterio se simpliciter,bona venirent in consequētiam personæ,quò fit, vt ex isto titulo vniuersali accedente personæ transferatur dominium,& possessio in ecclesiā sine traditione.d.l.si adoptauero. Sed quando quis dedicat expressè se & bona, tunc bona non veniunt in consequentiam personæ,sed veniunt principaliter propter se,propter copulā, Et, vt voluit Bart.& alij in dicta auth.ingressi. Cùm ergo isto casu bona veniāt de per se, & principaliter, succedit secunda regula, quòd ex titulo quantūcunque vniuersali,quādo non accedit personæ,nunquā transfertur dominium,neque possessio sine traditione.G.S.

XLIIII.

1 *Ecclesiæ gaudent fauoribus concessis minoribus xxv.annis, cùm illis æquiparentur.& in addit.nu.3.& 16.*
2 *Curatoris bona sunt tacitè obligata minori.*
3 *Rectoris ecclesiæ bona sunt tacitè obligata ecclesiæ pro mala administratione.*
4 *Sententia lata contra minores dolo aduersarij est ipso iure nulla.*
5 *Sententia lata contra minores indefensos.siue non habeant curatorem,siue habeant,& recusēt eos defendere,non valet.*
6 *Sententia lata cōtra ecclesiam prælatū habētem,licet eam defendere negligentem,valet:Sed si rectore careat,sententia est nulla.*

1 NOta,quòd ecclesiæ gaudent † fauoribus cōcessis minoribus xxv. annis,cùm illis æquiparentur, vt l.orphanotrophos.C.de epis.& cle.& in c. auditis.extrà de in integ.resti.& de hoc est bona gl.Insti.de act.§.itē mixta. in ver.iudicium.Concordat gl.xvj.q.j.c.similiter. & c.ex
2 literis.extrà de pig.vbi tenent,† quòd sicut bona curatoris sunt tacitè obligata minori,vt l.pro officio.C.de ad-
3 mi.tut.† ita & bona rectoris ecclesiæ sunt tacitè obligata ecclesiæ pro mala administratione. Quod est notandum propter multos fauores,quos habēt minores,& maximè
4 propter illud,quòd lata † sententia contra minores dolo aduersarij est ipso iure nulla,vt C.si ex fal. alleg. per totū. no.Bar.in l.pe.ff.de insti. & iure. & in l.si is ad quem.ff.de acqui.hære. Sed ista regula fallit in vno casu, quoniam vi-
5 demus,quòd† sententia lata contra minores indefensos, siue non habeant curatorem,siue habeant,& recusēt eos defendere,nō valet,vt l.cùm & minores.& ibi no.C.si aduer.rem iud.& l.contra pupillum.& l.acta.& l.fin.ff.de re
6 iud.Sed† sententia lata contra ecclesiam habentem prælatum,indefensam,valet,vt in c.pront.& in c.fin. extrà de dolo & contu.& in c.cùm ex literis.infi.extrà de in integ. restitu.Sed si careat rectore,& sic vacet ecclesia,tunc sententia est nulla,vt in c.fi.extrà ne sede vacan. Et hoc nota, quia à paucis tactum est.

ANNOTATIO.

1 *Sententia lata contra minorem habentem curatorem quando valeat?*
2 *Opinio illa est tenenda,quæ fauet validitati sententiæ.*
4 *Mora re ipsa intelligitur fieri minoribus & ecclesijs.*
5 *Sententia lata contra ecclesiam indefensam à prælato,an & quādo valeat?*
6 *Prælati bona esse obligata ecclesiis pro mala administratione prælati nullus textus probat.*
7 *Bona conductorum vectigalium fisco sunt tacitè obligata.*
8 *Prælati an teneantur de rebus ecclesiæ inuentarium conficere, & rationem reddere?*
9 *Tutor in multis casibus differt à prælato.& nu sequen.*
10 *Tutor non potest cōstituere procuratorem ante litem contestatam.*
11 *Tutor non vtitur bonis pupilli: prælatus verò vtitur bonis ecclesiæ.*
12 *Prælatus potest sustentare suos consanguineos pauperes de bonis ecclesiæ: tutor verò nequaquam.*
13 *Expensa à prælato facta probantur per sacramentum prælati.*
14 *Tutor potest inducere testatorem ad sibi relinquendum id, quod pupillo relinquere volebat.*
15 *Prælatus vtrum possit inducere testatorem ad relinquendum sibi potius quàm ecclesiæ?*
17 *Sententia lata in prima instantia contra minores indefensos non valet: Secus si lata fuerit in causa appellationis.*

Eandem opinionem tenuit idem Mathesil. in eius lectura in l.si præses.colum.j.versicu.an autem.C.quō & quan.iud.per hæc verba, videlicet, *An autem ista gl.habeat locum,quādo tutor, vel curator fuit præsens,& defendit vsque ad litem cōtestatā,sed posteà fuit contumax? Videtur, quòd sic, quia hæc gloss. loquitur indistinctè,& quia æquiparat tutorem esse mortuum, & tutorem nolle defendere. Contrarium tamen tenet glo.in dicta l.cum & mi-*
1 *nores.Sed communiter docto.dicunt, quòd† aut tutor, vel curator astitit toti processui, excepta sententia, & tunc valet sententia. Quandoque noluit adesse in processu causæ, & tunc sententia fit nulla ipso iure, & etiam processus factus contra minorem indefensum,vt hîc,& l.acta.§.fina & l.contra ff.de re iudica. Textus enim loquuntur de minoribus indefensis: sed indefensi non possunt dici illi,quorum tutor,vel curator fuit præsens vsque ad conclusionem in causa,seu vsque ad liquidationem negotij Et hanc opinionem tenet Barto.in dicta l.cùm & minores.& in dicta l.contra.& domi.Bartholo.de Salicet. in hac lege. Quidam tamen dixerunt,*

quòd

quòd licet processus factus contra tutorem, vel curatorem, eo
præsente valeat, sententia tamen lata in eius contumaciam erit
nulla in præiudicium minorum Sed prima opinio est verior, præ-
2 *sertim† quia in dubio debet teneri illa opinio, quòd sententia va-*
leat potius, quàm contrà. l. quoties in stipulationibus. ff. de verb.
oblig. cum simelib. In gl ead. in fi. Dic, cum ista glossa per transeũt
Legista hic Sed aduerte, quia glossa loquitur solùm in ecclesia vi-
duata, & sic vacante prælato, & optimè dicit, & pro ea est casus
in c. fi. extrà ne sede vacan. Quid autem sit in ecclesia habente Re
ctorem, qui non defendit causam ecclesiæ? Videtur prima facie i-
dem, ac si ecclesia esset viduata, sicut suprà dictum est in minori-
3 *bus. Ecclesiæ† autem parificantur minoribus l. orphanotrophos. C.*
de episcop. & cler. & in c. audius de in integ. restitut Et notat. glo.
Instit de actio § sũt mixta. & Inno. in cap. pen. extrà de loca. vbi
4 *volunt, quòd† sicut minoribus intelligitur fieri mora re ipsa, vt in*
l. in minorum suprà in quibus cau in integrum restitu. non est ne-
cess. ita intelligatur fieri ecclesiis. Ad hoc etiam facit glossa xvj. q.
j. cap similiter & in c. ex literis. extrà de pignor. qua volunt, quod
sicut bona tutorum, vel curatorum sunt tacitè obligata minoribus
pro mala administratione. l. pro officio. C. de administrat. tutor. ita
etiam bona prælatorum ecclesiis. Tamen sub dubio fortè crede cõ-
5 *trarium, † quòd valeat sententia lata contra ecclesiam in defensam*
à prælato. si lis fuit contestata cum prælato, vel etiam si prælatus
nunquam affuit causa, in casibus, in quibus non requiritur litis cõ
testatio, per cap. prout. & c fin. extrà de dolo. & c. cum olim. extrà
de test. & c. tam ex literis in fi. extrà de in integr. restit. cum mul-
tis similibus. Et fortè hoc equitas canonica induxit, ne detur mate-
ria prælatis perseuerandi in contumacia, & vexandi aduersarios
laboribus, & sumptibus. Cogitabitis tamen. Hactenus Mayoesi-
6 silanus in dicta l. si præses. Nullus tamẽ textus† expresè pro-
bat hanc conclusionem, quòd bona prælati sint tacitè obliga
ta ecclesiæ pro mala administratione: sed de hoc est bona glos
sa in d. c. ex literis. de pignor. & ibi do. Abb. numero 11. in se-
cundo notab. Sed propter æquiparationem ecclesiæ & mino
7 ris comprobatur. Idem† videmus in fisco, quia bona cõducto
rum vectigalium ei sunt tacitè obligata. l. semper. §. diuus. ff.
de iure immu. ergo & bona prælati, qui quasi contrahit cum
ecclesia, acceptando prælaturam. c. nisi. de renunt. Et ex hoc
infertur, quòd ecclesia poterit agere contra tertium possesso-
rem, sicut agit etiam mulier pro dote: vt per glossam in dicto
8 cap. ex literis. Secundò infertur ex hoc, † quòd ipsi prælati te-
neantur inuentarium conficere, & rationem reddere, de quo
est glossa in cap. qualiter & quando. ij. de accusation. in gloss.
incipiente, sed qualiter. & per Alexand. in addit. ad Bartol. in l.
nulli licere. C. de episcop. & clericis. Quamuis autem in mul-
tis casibus prælatus ecclesiæ, & tutor pupilli in iure æquipa-
9 rentur: Attamen multi† sunt casus, in quibus tutor differt à
prælato, vt est glossa in cap. quia episcopi. v. quæst. iij. Et pri-
10 mò, quia tutor non potest† constituere procuratorem ante li-
tem contestat. im. Secus in prælato, ita notatur in capi. petitio.
de procurat. & notatur in l. j. C. de bonis mater. Secũdò, quia
tutor est temporalis, Institut. quibus modis tute. finit. in prin-
cip. Prælatus verò est perpetuus. cap. si cunstiterit. de accusat.
11 Tertiò, † quia tutor non vtitur bonis pupilli, sed prælatus vti
tur bonis ecclesiæ, glossa in cap. præsenti. de officio ordinat.
in sexto. Quartò, prælatus habet liberam administrationem,
glossa est in cap. is cui. de electio. in sexto. Secus in tutore. Itẽ
12 † prælatus potest sustentare suos consanguineos pauperes de
bonis ecclesiæ, cap. j. de cohabitatione clericor. & mulierum.
Tutor verò non. l. à tutoribus. ff. de administratio. tutor. Item
tutor tenetur reddere rationem tutelæ finita. l. aduersus. C. de
administ. tutor. Sed prælatus tenetur reddere rationem quan-
do est suspectus, vel quando superiori videtur. Et est ratio,
quia prælatus est perpetuus. viij. q. j. c. apostolica. Secus in tu-
tore. Item tutor velle probare expensas, quas dicit se fecisse. l.
13 sumptus. & quæ ibi not. Bald. C. de admi. tut. Sed† in prælato
sufficit sacramentum, ita dicit gloss. elegans in c. qualiter &
14 quando. ij. de accus. Item† tutor potest blando sermone indu-
cere testatorem ad relinquendum sibi illud, quod volebat re-
linquere pupillo. glo. est in l. quicquid. C. arbitr. tut. & est alia
glossa in l. pupillorum. C. de admi. tut. Sed non est sic in præ-
lato gl. est in c. quicunque. xij. q. iij. Licet solennis doctor do.
Pet. de Ancha. aliter videatur sentire in c. ij de pecul. cler. ibi
15 enim tangit istam quæst. verum† prælatus possit inducere te-
statorem ad relinquendum sibi potius, quàm ecclesi . & tenuit
se ad gloss. in d. l. quicquid. & gloss. ibi ponit opin. & Mar.
Sylli. tenet contra gloss. ibi, quem refert ibi Cyn. & Salic. Et
finaliter dicunt, quòd aut tutor induxit blando sermone te-
statorem ad relinquendum sibi, & tunc potest. Aut dolo vel
fraude, & tunc non potest. Et hanc distinctionem retulit Ioã.
And. in addi. Specul. in titul. de iudic. § & generalia. vertic. sed
opponitur. in addit. quæ incip. præallegata l. quicquid. Sed in
veritate gl. in d. c. quicunque. dicit idem in tutore, quod in præ
lato. & hoc videtur æquius. & pulchrè per do. Andr. Barb. in
tracta. de præst. Card. in iij. q. j. partis nu. 28. vers. sed si contra
prædicta. & per Felin. in c. cùm deputati. in ver. quando præ-
16 latus æquiparetur tutori. nu. 10. de iudi. Multa tamen, † in ma-
teria æquiparationis minoris & ecclesiæ. vide per Nicol. E-
uer. in locis legalibus, in xxx. loco, de minoribus ad ecclesiã.
Et per Rom. sing. cxvij. tu habes. & aliquid per Ang. Aret. In-
17 stit. de auth. tut. in prin nu. 3. Inquantum † verò subdit, quòd
sententia lata contra minores indefensos non valet: Dic id
procedere in prima instantia, secus in sententia lata in causa
appellationis, vt per Bart. in l. alienam. C. de procur. Et ibi me
lius per Bald. per l. præses. C. quomo. & quan. iud Et plenè per
Alex. in d. l. contra pupillum. in prin. nu. 6. ff. de re iud. de quo
tamen multa scribit Guido Papæ decis. Gratianop. ccccxciij.
sententia lata. Gab. Saray.

XLV.

5 *Tempus & locus non sunt de substantia in scriptura priuata, secus in publica. & in addit nu. 1.*

5 NOta, † quòd tempus & locos non sunt de substantia
in priuata scriptura, vt in l. cùm tabernam. §. idem
quæsijt. ff. de pig. Sed in publica est de substantia, vt in l. o-
ptimam. C. de contrah. & com. stip. & in c. quoniam con-
tra falsam. de proba. Sed primum debet limitari contra
scribentem, vel eius hæredem. Secus si contra alium, vt
not. Innocen. & domin. Anton. in c. inter dilectos. de fide
instrumen.

ANNOTATIO.

1 *Scriptura priuata vtrum requirat diem & locum? Et quid de publica?*

1 Vtrum scriptura† priuata requirat diem & locum? Dicendũ
est, quod quò ad substantiam obligationis vel contractus non
requiritur dies, neque locus. ita intelligitur d. §. idem quæsijt.
& declarat Cy. in d. l. optimam. Quò etiam ad probationem
debiti non requiritur dies, neque locus, vt in l. Publia. in fi. ff.
depo. Quò autem ad probandum prioritatem, vel posterio-
ritatem temporis requiritur dies, quia aliter apparere non po
test. ista est distinctio not. Ang. in §. si quis. in authen. de instru.
cautel. & fid. vbi etiam subdit casum singularem, in quo dies
& locus est de substantia scripturæ priuatæ. s. in legitimatio-
ne filiorum naturalium, in qua scriptura priuata requiritur
dies & locus. & allegat casum in § quapropter verò. in authen t.
quib. mod. natu. effi. legi. & refert & sequitur Lanfran. de O-
ria. in c. quoniam contra. in ver. instrumentorum productio-
nes. in fine. nu. 84 extrà de probation. & per Alex. in consi. lxx.
vol. j. & consil. clxxix. vol. ij. & consi. xv. & lxxvj. vol. iij. & cõ-
si. cxxxij volu. iiij. Andr. Tiraquel. in tractat. de retract. con-
uentio. § j. in gloss. vij. nume. 50. cum sequent. And. de Isernia
in. c j. de probibit. feud. alienat. per Lothar. colum. v. in vsibus
feud. Et vide Roman. singula. ccxxviij. tu scis quòd instru-
mentum & ibi dixi, vbi ponit, quòd instrumentum non pro-
bat, si in eo desit dies & locus, nisi probetur eos in origi-
nali adesse. Et eundem in consil. clxv. liber registri, & per
Lanfran. in d. loco num. 57. & latè per Dec. post Alexan. in
auth. si quis in aliquo. in vj fal. C. de eden. & in cap. cùm cau-
sam. iiij. fallentia post Felin. de proba. Et Hipp. de Marsil. in
rub. de probatiu. col. xlviij. Gabr. Saray.

XLVI.

1 *Vendere aliud est, aliud promissio de vendendo, ex quo simplici pacto, vt ex pacto nudo, non oritur actio.*
2 *Actio stricti iuris oritur ex stipulatione de vendendo: Sed ex pacto simplici actio bonæ fidei.*
3 *Venditio quando fit per stipulationem prout quando fit instrumentum publicum, actio bonæ fidei empti, & venditi: & stricti iuris ex stipulatione oritur.*

1 NOta, quòd aliud est vendere, aliud est † promittere
vendere: & sic ex simplici pacto de vendendo non o-
2 ritur actio, vt ex pacto nudo. Item † ex stipulatione, de vẽ
dendo oritur solum actio stricti iuris, sed ex simplici pa-
3 cto venditionis oritur actio bonæ fidei. Item † vbi vendi-
tio fit per stipulationem, prout communiter fit hodie,
quando fit instrumentum publicum oriuntur duæ actio-
nes, scilicet, bonæ fidei empti & venditi. Item stricti iuris
ex stipulatione oritur. probatur in l. bonæ fidei. secũdum
Iac. Butr. ff. de eo quod certo loco. & notat do. Fran. de
Rampo. in repet. l. fi. ff. de condi. ob causam.

ADDITIO.

Not. quòd aliud, &c. Ad istud vide gloss. quam not. ibi Abb. & Paul. de Cast. in l. in bonæ fidei. ff. de eo quod cert. loc. vbi vide Magist. meum. col. ij. plenè loquentem. adde etiam Alexan. consi. ccxv. inci. viso themate suprà, & his quæ copiosè scripta sunt in ij. col. Aret. consil. xviij incip. animaduersis. in primo dubio: nam promissio de vendendo non est venditio.

ANNOTATIO.

Hoc idem ponit, & infinita similia ad hoc propositum congerit Andr. Tiraq in trac. de retractu conuentio. in fi. operis nu. 32. vsque ad nu. 58. & Anto. Corset. in no. cclxxxix. incip. statutũ loquens in vendente. & Nic. Boër. decisi. iij. incip. dico quòd hæc quæstio. in prine & decisi. xlviij. incip. & præsuppono. nu. 4 & 5. & latè post omnes d. Carolus Molin. in ij. parte commẽtariorũ in consuetudini. Parisiens. in §. lv. in gl. j. nu. 8. Alex. in l. iurisgentiũ. col. pe. ff. de pactis Imol. in l. ædibus. §. j. col. j. ff. de dona. Galiaula in rub. ff. de ver. obl. in iiij. q. Aret. consi. xxviij. Purpurat. in l. j. nu. 65. ff. de iur. om. iud. qđ est tenendũ, licet Fortunius Garzia in l. legitima. in ij. co. & in d. l. iurisgentiũ. nu. 3. ff. de pactis. teneat contrariũ & tradit Petr. Duenas. in reg. xiv. incip. actio oritur ex pacto nudo. in prima limitatione. & latè Hippol. de Marsi. sing. cccclxix. dixit profectò. & vide quæ dixi supra nota. xxvij. nota quòd si promitto.

XLVII.

1 *Actiones, quæ oriuntur ex maleficio, vel quasi, non videntur nasci ex obligatione naturali, vel gentium, sed tantum ex ciuili, vel prætoria, si illæ actiones ad meram pœnam dentur.*

2 *Iure naturali, diuino, vel gentium quis ad meram pœnam aduersario applicandam non tenetur.*

3 *Actio vbi ex delicto datur ad restitutionem rei iniustè ablatæ, vel ad emendam damni dati per dolum, vel latam culpam illa ex obligatione naturali, tam de iure diuino, quàm gentium oritur.*

1 NOta. quòd actiones, quæ oriuntur † ex maleficio vel
quasi, non videntur nasci ex obligatione naturali,
seu iure gentium, sed solum ex ciuili, vel prætoria: vt est gl.
singularis Insti. de iure natur. gent. & ciuil. §. ius autem. in
versic. penul. Sed illa gl. debet restringi in actionibus, quæ
dantur ad meram pœnam ex parte agentis, vel rei: & hoc
2 ideo, quia † de iure naturali, & diuino, vel gẽtium, non te-
netur quis ad meram pœnam applicandam aduersario.
xij. q. ij. c. fraternitatis. & suprà dictum est notabil. xxiij.
3 Sed † vbi ex delicto datur actio ad restitutionem rei iniu-
stè ablatæ, vel ad emendam damni illati per dolum, vel
latam culpam, tunc illa actio oritur ex obligatione natu
rali, videlicet, tàm de iure diuino, quàm gentium: nam ad
talem restitutionem, vel emendam quis tenetur l. j. ff. de
furtis. Et sic debet intelligi quod not. Bart ibi. & Instit. de
obligat. quæ ex delict. nasc. Et sic debet restringi dictum
Bartol. in l. ex hoc iure. colum. fi. ff. de iustitia & iure.

ADDITIO.

Not. quòd actiones, &c. in fi. Adde quòd idem tenet Bal. in l. post decisionem. C. de fur. & in auth. ad hæc. C. de vsuris. Fab. in d. §. ius autem. Insti. de iure na. Fulg & Bald. in l. ex hoc iure bie alleg. vbi etiam Mag. meus Ias. in vlt. col. & plenius in §. sed istæ. col. xxvij. Instit. de actio. Plenè etiam per Felin. in cap. j. in xxj. colum. & tribus seq. de consti Panor. in prin. decre. in nigro, in ij. col. Ang. consil. xlij. incip. Fratres Seruorum. in fin. vbi dicit, quòd & ecclesia in foro conscientiæ potest pœnam conuentionalem petere quoties concurrit cum interesse: vt ibi. Et de ista materia conscientiæ habetur etiam per Can. in cap. j. de dolo & contuma. & per Bald. in l. iubemus. §. sanè. j. post princ. C. de sacrosanctis ecclesiis.

ANNOTATIO.

1 *Punitio delictorum fuit inuenta de iure gentium. Sed nominationes, & specificationes delictorum, & pœna sunt de iure ciuili inuenta, & limitata.*

2 *Obligatio naturalis an ex delicto oriatur.*

Idem tenet Alexan. tacito tamen authore in apostil. ad Bart. in d.
l. ex hoc iure. colum. fi. circa med. ff. de iustitia & iure. Et ibi se
quitur Dom. Ias. colum. ii. nu. 75. ver. extra gl. quæro. & Bart.
in l. non solùm. §. j. ff. de iniur. & Bal. & Fulgo. in d. l. ex hoc iu
re. Et adde quod dixit Sali. in d. l. ex hoc iure, quòd punitio
1 † delictorum fuit inuenta de iure gentium, sed nominationes,
& specificationes delictorum, & pœnæ sunt de iure ciuili in-
2 uentæ, & limitatæ. Et † an naturalis obligatio possit ex delicto
oriri? tradit quòd sic idem Sali. in loco præalleg. quem refert
& sequitur Ang. Are. in d. §. ius autem gentium. nu. 7. Insti. de
iure natu. gent. & ciuili. Vide tamen Albe. qui contrarium in
hoc tenere videtur in l. frater à fratre. numer. 19. ff. de condi-
ctio. indeb. Gabriel Saray.

XLVIII.

1 *Pœna arbitraria, vbi pro aliquo delicto imponitur, potest imponi pœna vsque ad mortem inclusiuè.*

2 *Iudex, cuius arbitrio pœna venit imponenda, si arbitretur, quòd maior pœna, quam sit solita, imponatur, si de consuetudine appareat, dicitur grauare, & malè facere, nisi faciat ex causa.*

1 NOta, † quòd vbi pro aliquo delicto imponitur pœna
arbitraria potest imponi pœna vsque ad mortem in-
2 clusiuè. gl. est Instit. de iniur. §. in summa. Sed † tamen iudex
arbitratur, quòd imponatur maior pœna, quàm sit soli-
ta imponi, vbi de consuetudine appareat, dicitur graua-
re, & male facere, nisi faciat ex causa. l. hodie. ff. de pœn.
& not. in l. quid ergo. §. pœna grauior ff. de his qui no. in-
fam. & in l. pe. §. ad crimen. ff. de pub. iud.

ANNOTATIO.

1 *Iudicis arbitrium in criminalibus, an & quando possit se extendere vsque ad mortem?*

2 *Iudex secundum qualitatem facti & personarum in criminalibus aliter debet arbitrari.*

3 *Delicti qualitas si non suadeat imponi pœnam mortis, & iudex, cuius arbitrio pœna venit imponenda, eam fuerit arbitratus, poterit appellari, & peti, quòd reducatur ad arbitrium boni viri.*

4 *Appellari licet a pœna legis non possit, tamen à declaratione pœna a iudice facta poterit appellari.*

Placet in hoc distinctio. Io. de Imola in l. ij. in versic. quid autem
si in aliquo casu pœna. ff. de pub. iud. vbi dicit, quòd quandoque
1 que lex vel statutum dicit, quòd † pœna sit in arbitrio iudicis, &
vsque ad pœnam mortis, & tunc dicit clarum esse, quod iudi-
cis arbitrium potest se extendere vsque ad mortem. l. sacrile-
gij. § sunt quædam. vbi casus ff de var. & extraord. cri. facit l.
lex iulia. § hodie. ff. ad legem Iul. repet. Quandoque expressè
dicit, quòd sit in arbitrio iudicis, dũmodo nõ se extendat ad
pœnã mortis: & tunc clarũ est, quòd illã imponere nõ potest,
vt probatur apertè in l. j. ff. de fur. & no. Bart. in l. j. §. effracto-
res & §. fi. ff. effractor. & expila & l. iij §. fi. ff. de crim. stellio.
Quãdoque dicit expressè, quòd sit in arbitrio iudicis simpli-
citer, & tũc videtur, quod tanquã vir bonus debeat arbitrari:
arg. l. vir bonus. & quod ibi not. gl. & Bart. ff. iud. sol. & quod
no. gl. & Bar. in l. si qua pœna. ff. de ver. si. & gl. in c. super his. in
ver. arbitrium. & in ver. astringendo. de accut. & ibi Doct. Et
2 sic patet, † quòd iudex secundum qualitatem facti & persona-
rum aliter debet arbitrari: arg. eius quod habetur in c. sicut
dignum de homic. & in d. § sunt quædam. Ex quibus infer-
3 tur quòd † si qualitas facti non suadet imponi pœnam mor-
tis, & iudex eam fuerit arbitratus, quòd potest appellari, vel
peti, quòd reducatur ad arbitrium boni viri, vt not. gl. in sing.
in d. c. super his. & not. gloss. & Bart. in d. l. si qua pœna. Et fa-
cit quod not. Bart. in l. fi. ff. de app recip. & ibi Ange. Aret. &
in §. in summa. num. 3 Instit. de iniur. & Roma. singul. ccxvj. à
4 pœna legis. qui dicit, † quòd licet à pœna legis non possit ap-
pellari. d. l. si qua pœna. ff. de verb. sign. tamen à declaratione
pœnæ à iudice facta poterit appellari, per gloss. sing. in c. cu-
pientes §. sed si per viginti. in ver. priuatos. de electio. in vj. Et
sequitur Abb. in c. peruenit. de appella. Fel. in c. cùm non ab
homi-

homine.col.fi.de iudic.Hippo.de Marf.in l.j.col. xxiiij. C.de
raptu virg.Ludo.Carrer.in repe.l.ij.C.quorum appel. non re
cip. Et vide latè per Hippol. de Marsil.in l.quæstionis modú.
per totum. ff.de quæstio.& in practica in §.cóstante.num.29.
& seq.& in §.diligenter.nu 24.& seq. Gabr.Saray.

X L I X.

1 *Vsurarij hodie sunt infames ipso iure infamia ciuili. & in addit. num.1.*
2 *Vsura indistinctè sunt prohibita de iure Canonico, & dicens contrarium, vt hæreticus potest puniri.*
3 *Testamentum fratris instituentis vsurarium, potest per querelam inofficiosi à fratre rumpi. & in addit.nu.1.*

1 NOta, quòd † omnes vsurarij sunt infames hodie ipso
iure infamia ciuili.l.improbum. C.ex qui.caus.infa.
& ibi not.per Bar. Hæc enim communis regula est, quod
quicquid per ius ciuile est statutum contra extorquentes
vsuras vsurarum , vel extorquentes vsuras vltra metam
præfixam, de qua in l.eos.C.de vsu.hodie habet locum in
2 quocunque extorquente vsuras:cú † vsuræ indistinctè sint
prohibitæ de iure Diuino,& Canonico:Adeò quòd si quis
diceret contrarium, posset puniri vt hæreticus, vt in clem.
3 j.de vsu.Et † ex hoc sequitur, quòd si frater meus institue-
ret hæredem vsurarium, possum rumpere eius testamen-
tum per querelam inofficiosi testamenti.vt Instit.de inof.
test.§.soror.& C.de inof.test.l.fratres. Et sic de facto con-
suluit,& obtinuit dom.Ant.de Butr.vt ipse refert in cap.
Raynutius.de testa.

ADDITIO.

Nota, quòd omnes,&c. Ad istud vide infrà not.antepe.& Bal.cō
si.cccxl.iu fi.incip.quæritur an frater.in prima parte.

ANNOTATIO.

1 *Vsurarius dicitur infamis, & turpis persona: vnde si hæres à fratre instituatur, datur fratri præterito querela inofficiosi.*
2 *Meretrix coniuncta, potest institui, licet sit turpis persona excluso fratre nec datur querela inofficiosi.*
3 *Vxorem habens, & concubinam dicitur turpis persona, ad hoc vt institui non possit excluso fratre*
4 *Iniuriosa verba prolata à patre, vel à iudice diffinitiuè faciūt quē infamem infamia saltem facti, & faciunt repelli à dignitate testimonio, & ab institutione excluso fratre.*
5 *Matrimonij violatores sunt publicè excommunicati.*
6 *Clausula codicillaris inserta in testamento fratris instituentis turpem personam, an operetur, vt soror videatur grauata de restituendo hæreditatem per fideicommissum illi turpi personæ hæredi institutæ?*
7 *Vsurarius pœnitens, & vsuras restituens, famam recuperat.*
8 *Filius pœnitens ingratitudinis commissæ viuo patre, non potest exhæredari.*
9 *Dispositio.cap.quanquam.de vsu.lib.vj an procedat etiam in eo, qui amplius vsuras non exercet?*
10 *Hæreticus est, & pro hæretico puniri potest, qui pertinaciter diceret, & affirmaret vsuras etiam in vno nummo inter Christianos esse permissas. Secus si lapsu linguæ, vel ioco id diceret: tunc enim tantùm extraordinariè punitur.*
11 *Consuetudines, & statuta permittentia vsuras etiam in vno nummo cassantur: nec Papa in hoc dispensare potest.*
12 *Hæresis ne sit affirmare vsuras esse permissas inter Iudæos, vel inter Iudæos & Christianos?*
13 *Vsuras cū Christianis exercere Iudæis licet ex dispensatione Papæ.*
14 *Hosti ad hostem licet fœnerari.*
15 *Iudæo licet errare in fide & sacramentis ecclesiæ.*
16 *Vsuræ exigi possunt ab inimico fidei, cui nocere possumus.*
17 *Vsuræ in quibus casibus sunt permissæ.*

Idem tenet Ias.in d. l. fratres.num.48.C.de inof.test. & Barba.la-
1 tius in d.c.Raynutius.circa x.char. Et ratio est, quia † vsura-
rius dicitur infamis,& turpis persona , vnde si hæres à fratre
instituatur,datur fratri prætèrito querela inofficiosi:quod est
in omni persona turpi instituta generale.vt per Gul.Bened.la
tè in d.c.Raynutius.in prin.num.28.Ioā.Ber. dicit in trac. fal.
reg.cccxc.anci.querela. Suares in repe. l.quoniā in prioribus.
fol.4.nu.12. C. de inof.test.Did.Seg.in rep.l.cū patronus.nu.
44. ff. de legat. ij. Hippol. de Marsi.in l.diuus Adrianus ff.ad
leg.Cor.de sic.vbi ipse Hippo.limitat d l.fratres. C. de inof.
2 test.non habere locum † instituta meretrice coniuncta , quæ
poterit institui,licet sit turpis persona excluso fratre. Et no-
3 tandum est,quod scribit Deci.consi.ccccccxxx.quòd qui † ha-
bet vxorem,& concubinam , dicatur turpis persona, ad hoc
vt institui non possit excluso fratre:& hoc probatur,quia est
infamis,vt tradit Ioan.Lup. in repetitione cap. per vestras. §.
xviij.numero 25.fol.67.colum. iij. Facit quod notat Paul. de
Castr.in l.quid ergo.§.quantum.ff. de his qui notan.infamia.
4 vbi dicit,quòd verba iniuriosa † prolata à patre vel à iudice,
diffinitiuè faciunt quem infamem infamia saltem facti,& fa-
ciūt repelli à dignitate,vel testimonio, & etiam ab institutio-
ne repellitur,tanquam turpis persona instituta à fratre,sed si
est talis coniugatus,vt suprà prolatum est,ergo,&c. Pro hoc
etiam facit gl.in l.nullam.in ver.infamiam.C.ex qui cau.infa.
irrog.& in l.mulier.in verb personam.C.de spunsal. Et tales
5 violatores † matrimonij sunt publicè excommunicati , vt te-
net Ang.de Cla.in summa,in verb.infamia.q.iij. Et vide quæ
tradit Fran.Crem.sing.xcj.tu scis,quòd fideicommissum.vbi
6 not.† an clausula codicillaris inserta in testamento fratris in-
stituentis turpem personam,operetur , vt soror videatur gra-
uata de restituendo hæreditatem per fideicommissum illi tur
pi personæ hæredi institutæ. Sed redeundo ad propositū Mat
thæi hic de vsurario instituto , dic,quòd hoc non procedit,
7 quando vsurarium † iam pœnituisset prioris vitæ:quia si vsu-
ras restituit,vel saltem solenniter cauit, famam recuperat , vt
dicit Bald.in l.Cassius.col.fi.ante fi.ff.de senator. & sequitur
idem Matth.in singul.cxcvj.nota, quòd vsurarij. & Feli. in c.
j.col.xij. ver.limita octauò.de prob.vbi addit,quòd tamē sem
per remanet suspicio fraudis. Et pro hac limitatione facit
quod dixit Alex.in l.j.in xiiij.col.versic. ex his infero duo no-
8 tabilia.ff.sol.matrim.quòd si † filius commisit ingratitudinē,
per quam potest exhæredari, si pœnitentiam ante testamen-
tum viuo patre agat,non potest exhæredari, quod etiam sum
mè commendat Ias.in auth.non licet.in j.column. C.de liber,
præter & in l.in arenam.ante fi.C.de inoffi.testa.& tradit Ca-
tel.Cotta in memor.in ver.filiusfami. qui à patre. circa med.
9 Hinc etiam dubitatur † an dispositio c.quanquam. de vsur.li.
vj.procedat etiam in eo, qui amplius vsuras non exercet , de
quo per Angel.in quæst. Astēsis miles.in xij.q in xvij.col.qui
concludit quòd sic.& sequitur cum Io. de Ana. vt refert Fe-
li. in d.c.j.col.xij.qui alter tenet secutus sing.dictum Bald. in
ruh.C.de vsur.in ver.secundò quæro,dicit constitutio,& tra
dit Catel.Cotta in memor.in ver. Vsurarij hodie.Et inquan-
10 tum hic dicitur,quòd † vt hæreticus puniri posset , qui asseue-
raret vsuras esse permissas,dic istud procedere, si perti naciter
id diceret,& affirmaret.cap.iij.ca. cùm inter. de vsur. Paul.de
Liaz.in c.mandato.de simo.& in c. quia in omnibus. de vsur.
& hoc est quod dicit text.in clem.j.in ver.sanè. de vsur. Paul.
Grilland.in tract.de vsur.pro quo facit c.hæreticus.& c.inter
schisma.xxiiij.q.iij.& ita tenet do.Card.in d.cle.j. Secus si la-
psu linguæ,vel ioco id diceret:tunc enim non puniretur vt hæ
reticus,sed extraordinariè,vt per Bal.in l.ij.& in auth.ad hæc.
col ij.C.de vsur.Ias.Insti.de actio.in.§.fuerat.col.v. & in re-
pet.l.cunctos populos. C.de sum. trini. & fide cathol. Quod
ampliatur etiam in vno nummo peccatum nō esse , vt inquit
Bald.in d.auth.ad hæc.colum ij.& Ias. in d.§. fuerat. Imò,vt
11 ibi dicit Bald.omnes consuetudines † & statuta quæ permit-
tunt vsuras etiam in vno nummo,cassantur:vt dicit d.cle.j.&
Paul.de Castr.consi.ccclxxviij.& Ang.consi.lxxxviij.& Petr.
de Anchar.in consi.ccccxxxij.& Laur.de Rodulph.in tract.de
vsur.q.clviij.& Papa in hoc dispensare non posset,ex quo est
contra ius diuinum,vetus & nouum testamentum. cap.super
eo.de vsur.Feli.in c.quæ in ecclesiarum.de constit. Limitan-
tur tamen prædicta procedere inter Christianos , tunc enim
hæc affirmare hæresis esset,& ita intelligitur d.cle.j.Secus ta-
12 men † inter Iudæos,aut inter Iudæos,& Christianos,nam hæ
resis non est,& ita intelligit d.clem.j.Ias.in d.l. cunctos popu
13 los.in ij.lectur.nam inter † Iudæos & cum Christianis,licet Iu
dæis exercere vsuras ex Papæ dispésatione,vt plenè prosequi-
tur Ias.in d.l.cunctos populos.in vtraque lectura. & per Car-
din.in d.cle.j.in xv.q.& Alex consil.lvij.volu.primo.& in con-
si.j & consi.cvij.ij.volu Anto.de Prato. Vetest inter consilia
Alexandri.consi.xlix.volu.iij.Archidia.tamen in c.hac ratio-
ne.xxxj.q.j. declarat,quando aliter sine scandalo vitari non
posset,de quo per Ias.in d.l.cunctos.& Io.de Arno. in solilo-
14 qui.xxxij. Limitantur etiam in hoste, nam † hosti ad hostem

licet fœnerari, vt per Io. de Arno. in problem. v. Tempora nisi
Iudæus hoc dixerit, & tenuerit inter Christianos. ita Card. in
15 d. cle. j. §. fi. xix. q. post gl. Aliàs Iudæo † licet errare in fide, & sa
16 cramentis ecclesiæ. Limitatur etiam nisi quis † affirmaret vsu
ras posse exigi ab hoste inimico fidei, & cui nocere possumus,
vt dicit text. in c. ab illo. xiij. q. iiij. iuncta gl. Ioan. de Ana. in c.
j. col. pen. de vsur. Lud. Roma. in l. si verò. §. de viro in xv. fal-
len. ff. solu. matri. Hipp. de Marsil. in l. j. §. præterea. x. col. vers.
17 alius est effectus inimicitiæ. ff. de quæstio. Limitatur † insuper
in aliis casibus, in quibus vsuræ sunt permissæ, vt in c. cõque-
stus. & c. salubriter de vsur. Ias. in d. §. fuerat. & in d. l. cunctos
populos. & per doct. in l. si insulam. §. vsuras. ff. solut. matrim.
Lud. Rom. consi. ccccclxxij. Petr. de Anchar. consil. cxxxviij.
Bald. Nouel. in tracta. de dote, vij. parte ij. priuileg. Campeg.
eod. tracta. de dote, in prima authen. ij. par. Matth. de Afflict.
decisi. cclxxxiiij. & ccxcj. Et casus enumerat Socin. in tract.
fallen. in ver. accipere vltra sortem. & doct. in d. §. vsuras, &
tradit Carer. in tract. de hæreticis in princ. nu. 9. Gabr. Sar.

L.

1 *Iurans se obseruaturum contenta in contractu, & non contraueni-
re, si cõtrauenerit, infamia ciuili infamis efficitur ipso iure, nec
admittitur purgatio moræ: Et pars aduersa est liberata ab
omni contento in contractu.*
2 *Venditor quo casu sit liberatus à periculo euictionis.*
3 *Compromittentes partes in arbitros & arbitratores, & sub pœna
non contrauenire laudo promittentes, si cõtrauenerint, quomo-
do puniantur?*

1 NOt. magnum periculum, quod imminet. quòd † quo-
ticscunque quis iurat in contractu se obseruare con
tenta in contractu, & non venire contra: nam si cõtraue-
niat puta, quia nõ soluit in termino, efficitur infamis in-
famia ciuili ipso iure, nec admittitur purgatio moræ. l. si
quis maior. C. de transact. Et vltra hoc patitur pœnam,
qua cogitur ad obseruandum contractum aduersæ parti,
& tamen aduersa pars, quæ non incurrit periurium libe-
rata est ab omni eo, ad quod tenebatur ex illo contractu.
vt in d. l. si quis maior. vbi est casus singularis. Vnde dico,
quòd si vendidi tibi fundum pro decem, & obligaui me
pro euictione ad duplum, & tu mihi soluisti quinque, & re
siduum infra tres menses promisisti soluere, & iuratu fue-
rit per contrahentes non contrauenire: & tu omisisti sol-
2 uere in termino, cogeris † ad soluendum, & ego ero libe-
ratus à periculo euictionis? Et hoc dictum est multum vti
le propter eos, qui faciunt compromissum in arbitrato-
res, & in amicabiles compositores, & iurant non contra-
uenire: Arbitratores verò laudant, quòd vnus alteri de-
beat infra mensem certum quid facere. Alter verò alteri
3 aliud infra annum: nam primus, qui † contrauenit, coge-
tur nihilominus seruare compromissum alteri. & nihilo-
minus alter erit liberatus ab eo. Secus si idem erat termi-
nus, in quo vna pars aliquid vel facere, vel dare debeat al
teri, vel econuerso: quia tunc nullus eorum incurrit periu
rium, vel pœnam aliquam, nisi vnus perfecte adimpleue-
rit pro parte sua, vt in c. constitutus. de pœn. & ibi not. in
l. cùm pater. §. libertus de legat. ij. & in l. Iulianus. §. offer
ri. ff. de actio. empt. & in l. pendentem. ff. eo. tit.

ADDITIO.

Nota magnum, &c. Ad ista vide per scribentes præsertim Alexã.
& Mag. meum Ias. in l. si quis maior. hic alleg. Alexand. consi-
lio cxxxj. col. j. vol. iiij. & consi. clv. col. iij. vol. ij. & consi. xlix.
in iiij. vol. in v. col. & fuit con. Do. Anto. de Prato Veteri. Et
vide consi. Franc. Cur. xliiij. in ij. col. in prin. vbi allegat istud
notabile dictum Matth.

ANNOTATIO.

1 *Emphyteuta priuati cessans in solutione canonis per triennium, li-
cet cadat à iure suo, tamen si in instrumento adesset iuramen
tum statim quòd non soluit, est periurus, & ideo cadit.*
2 *Creditor si fecit pactum cum debitore, vt pecuniam sibi iam debi-
tam solueret in tribus annis, & debitor iurauit seruare promis
sa. si postea debitor in primo anno non soluat partem promis-
sam, tanquam periurus potest cogi statim vt integram sum-
mam soluat non expectato triennio.*

Contrarium in hoc tenent Riminal. Parpal. & nouissimè præce-
ptor meus Do. And. Alciat. in d. l. si quis maior. Licet ibi Cur.
Senior in j. col. approbet dictum Matth. hic. Pro cõfirmatio-
1 ne tamen huius notabilis adde, quòd † licet emphyteuta pri-
uati cessans in solutione canonis per triennium cadat à iure
suo. l. ij. C. de iure emph. tamen si in instrumento adesset iura-
mentum, statim quòd non soluit, est periurus, & ideo cadit:
ita dixit Bal. in c. querelam. ver. no. quòd propter duas. de iu-
reiur. & ita ex facto consuluit Alex. consil. lxxxv. non puto.
vol. j. quod est repetitum in eodem volu. consilio cxxvj. Et i-
dem sequitur Ant. Corf. in reper. rubr. de iureiur. in xj. priui-
leg. vbi reprobat do. Ias. qui tenuit contrarium in d. l. ij. in ix.
q. col. xiij. C. de iure emph. in primæ addit. Qui tamen posteà
mutauit opinionem in lecturis, quæ nunc circunferuntur, vt
etiam ipse non est inficiatus in d. l. si quis maior. in iiij. notab.
vbi palinodiam recantauit approbans hoc singulare dictum
Bal. Et ibi etiã Frã. de Cur. refert ita vidisse obseruari. Quod
etiam pro singulari citat idem Ias. in l. quod te. col. viij. ver. iu-
xta prædicta. ff. si cer. pe. Quod vltra eos potest cõfirmari per
id, quod in simili tenuit do. Io. Baptista de S. Seuer. in tractat.
2 suo transactio. in xv. quæst. vbi decidit, quòd si creditor † fecit
pactum cum debitore, vt pecuniam sibi iam debitam solue-
ret in tribus annis, & debitor iurauit seruare promissa, si post-
eà contingat, quòd debitor in primo anno non soluat partẽ
promissam in primo anno, tanquam periurus potest statim
cogi, vt integram summam soluat non expectato triennio: &
hoc operatur iuramenti religio, de qua tradit idem Math. su-
prà sing. xxxvj. & ibi dixi, & infrà singul. liiij. Et latissimè per
Catel. Cottam in memor. in vers. iuramenti religio. & in vers.
Emphyteuta priuati. & nouissimè per Io. Bapt. Plotum in re-
pet. l. si quando. C. vnde vi. in § actio, quæ præscriptis verbis.
nu. 1. & 2. & per Guid. Papæ cons. xxxij. col. iiij. & cons. cxxxj.
col. ix. Corn. consi. xxv. lib. ij. Deci cons. cccclij. Alb. Bru. cõs.
xlviij. Vide tamen Carol. Mol. in addit. ad Alexan. in d. consi.
lxxxv. in additio. incip. omnes. qui dicit, quòd in d. l. si quis
maior. est casus specialis per not. per Corn. consi. xcvj. lib. j. &
consi. ccxlvj. lib. ij. Gabr. Sar.

LI.

1 *Consuetudo volens, quòd probatio imperfecta, putà, per famã, vel
per vnum testem, habeat vim plenæ probationis in criminali-
bus, est inhonesta. Sed in quibusdam casibus hic enumera-
tis, valet.*
2 *Consuetudo sicut potest inducere quòd probatio imperfecta habeat
vim plenæ, vel perfectæ probationis, ita potest inducere, quòd
probatio, quæ est perfecta de iure communi, non habeat vim
perfectæ probationis.*

1 NOta, quòd consuetudo volens, quòd probatio im-
perfecta, putà, per famam, vel per vnum testẽ habeat
vim plenæ probationis in omnibus casibus, & præsertim
in criminalibus, vel ciuilibus de crimine, non valet, & est
irrationabilis, & inhonesta. iiij. distinctione. §. erit autem
lex. & in cap. fin. de consuet. facit cap. j. de consuetud. lib.
vj. & notant Doctores in cap. j. de appellat. Sed bene valet
consuetudo in certis casibus specialibus, putà, quando a-
gitur de priuando prælato irregulari: Vel de priuãdo no-
biles, vel priores eorum prælaturis, vt est tex. in c. quia nos.
de appel. secundum lec. quam tenẽt doct. facit c. cum di-
lectus de fi. instr. & quod ibi not. Io. And. in addi. Spec. in
tit. de instr. edit. in §. compendiosè. versic. sed nunquid de
2 consuetudine. vbi dixit, quòd † sicut cõsuetudo posset in-
ducere, quòd probatio imperfecta habeat vim plenæ vel
perfectæ probationis: Ita econtrariò potest inducere,
quòd probatio, quæ est perfecta de iure communi, non
habeat vim perfectæ probationis.

ADDITIO.

Nota, quòd consuetudo, &c. Ad hoc vide si faciunt aliqua ex his
quæ dicit magister meus Ias. in l. de quibus. xxiij. col. de legib.
vbi facit mentionem de dicto Spec. hic alleg. Et de isto dicto,
videlicet, an consuetudo possit facere probationem aliàs in-
ualidam esse validam, vel econtrà: vide eleganter more soli-
to per Felin. in c. ij. in secunda conclusione post Panorm. ibi,
de proba. vbi ponit regulam cum quinque limitationibus, &
vna eleganti illatione, quam etiam ibidem limitat. Faciunt e-
tiam quæ dicit Fed. consi. xvij. incipien. quæstio talis est, con-
suetudo Episcopi.

ANNOTATIO.

1 *Consuetudo, vel statutum, quòd probatio imperfecta de iure com-
muni*

muni ex causa, pro legitima & plena habeatur, valet.

2 *Consuetudo, vel statutum, quòd credatur libris mercatorum valet, & an hoc procedat in magna summa? & ad eorum fauorẽ.*

3 *Probatio omnis si admittatur per statutum contra nobiles, an ea debeat esse talis, quæ de iure valeat?*

4 *Statutum ita debet interpretari, vt aliquid addat iuri communi.*

5 *Statuto dictante, quòd quilibet cuiuscunque conditionis possit testari, non intelligitur de illis, qui carent iudicio, & velle non habẽt, vt sunt monachi, infantes & furiosi.*

6 *Probatio contra nobiles pro legitima reputata ex statuto, an possit elidi, & refelli à nobilibus contrarium probando?*

7 *Fama sola in quibus casibus de iure communi probet?*

8 *Statutum an possit disponere quòd delictum sola fama probetur, & an valeat? Et quomodo sit illud intelligendum, & restringendum?*

9 *Fama saltem duobus testibus probari debet, qui etiam non interrogati rationem dicti reddere debent.*

10 *Testem de fama publica deponentem non sufficit dicere, quòd publicè audiuit, sed quòd à maiori parte audiuit.*

11 *Testis qui super fama deponit, attestari debet de scipso, & non sufficit, quòd impersonaliter loquatur, & dicat, quòd publicè dicatur.*

12 *Famam à personis fide dignis, & ex causis probabilibus originem habuisse est probandum.*

13 *Testes, qui inducuntur ad probandum famam, debent esse optimæ opinionis.*

14 *Statutum, si velit quòd stetur iuramento damnum passi, ille qui iurat, debet esse omni exceptione maior.*

15 *Testes omni exceptione maiores, & optimæ opinionis quando requiruntur, illa qualitas articulari debet & probari.*

16 *Statutum dictans, quòd fama plenè probet, intelligitur nisi de contraria fama in contrarium probetur.*

17 *Fama elidit famam, quando est posterior. Et quid si eodem tempore concurrant?*

18 *Delictum probare ille non dicitur, qui indicium præstat, ex quo reus positus ad torturam confitetur, quia ipse immediatè delictum non probat.*

1 Consuetudinem† vel statutum valere, quòd probatio imper-
fecta de iure communi ex causa pro legitima & plena habea-
tur, communiter tenent Docto. per text. in c. cùm dilecti. is. de
fide instr. vbi do. Abb. in vlt. not. Idem tradit Old. consil. cv.
Bald. in rub. C. de fide instr. col. pe. ver. septimum & vltimum
supplementum. Cald. consil. ij. de consuetu. facit quod notat
Bald in l. quoties. col. ii. C de iudi. cum si. & Pet. de Anch. cõ-
si. xlij. primò de viribus. co. iiij. ver. secundò quia cõsuetudo.
Card. cons. lxxij. singulatim. in fi. tertij dubij, & consil. seq. &
cõsi. lxxiiij duo sunt. circa fi. Bal. in l. cõparationes. col. iij. ver.
ego addo. C. de fi. instr. & in l. quædam. §. numularios. in prin.
ff. de eden. & Cuma. consi. vj. creditor. Alex. cons. cxxiiij. consi
deratis his. col. j. volu. v. & Deci. in c. ij. post Fel. de proba. Et
2 hinc est, † quòd valet statutum vel consuetudo, quòd creda-
tur libris mercatorum, vt per Fede. de Sen. cons. cxix. nulli du
bium. circa fi. Alb. de Ros. post Odof. in l. ij. in fi. C. de consut.
pec. Cuma. in consi. cxxxvj visis instrumentis. in fi. De hoc ta-
mẽ dubitauit Bal. cons. cccxlix. si hoc quæritur. in ij dub. vol.
v. videlicet an statutũ possit disponere, quòd credatur scripturæ
mercatorũ in magna summa, tã pro se, quàm cõtra se? & dicit
hãc q. esse dubiã, & ideo cã nõ decidere. Illã tãẽ videtur de-
cidere in l. j. col. vlt. ante fi. C. de edẽ. vbi dicit per cõsuetudinẽ
& statutũ posse induci, vt adhibeatur plena fides libris merca
torum: & eum sequutus est Alex. consi. liij in casu vertẽte in-
ter Michaëlem. col. j. ver. attamen. vol. j. Sed hoc videtur pos-
se temperari in summa honesta, & causa mercãtili, per ea quæ
tradunt doct. in locis præalleg. & per notab. dictum Bald. in l.
si ita. §. ex hoc edicto. ff. nau. caup stab. quod refert Alex. con-
si. ccvuj. viso summario. col. pe. circa med. volu. ij. & per sing.
dictum Io. And. in addit. Specul. in tit. de instru. edit. in §. nunc
dicendum. in additione magna circa prin. quod pro sing. se-
quitur Aret. consil. xxxiij. consultatio. col. j. & consi. xliiij. in
proposita. col. j. & Ias. in l. iij. in ij. not. C. de transac. & in re-
pe. l. admonendi. col. liuj. & seq. ff. de iureiur. Et ita etiã tenet
Catel. Cotta in memor. in ver. consuetudo indiscreta. aliàs sta
tutum vel consuetudo, quòd credatur omni scripturæ mer-
catoris pro se non valet. ita sing. dixit Bald. in l. j. col. iiij. ver. si
autem consuetudo. C. de cõfess. quod pro sing. refert Feli. in
c. ij. in ij. fal. de prob. & in c. antep. eo. tit. in ij. col. circa med. &
Ias. in d. l. admonẽdi col. liij. ver. tertiò principaliter limita. &
col. liiij. vers. quartò principaliter. & in l. quædam § vlt. in ij.
not. ff. de eden. & pro notab. commendat etiam Alex. cons. iij.
in causa & lite. col. fi. in prin. vol. ij. & Aret. consi. xlv. visis arti
culis. in fi. Et dum hic subdit talem consuetudinem valere in
certis casibus, putà, quando agitur cõtra nobiles, adde quòd
3 † quælibet probatio admittatur per statutũ cõtra nobiles, ta-
men ea debet esse talis, quæ de iure valeat. ita notat Bal. in l. ij.
§. prætor ait. ver. & filius. ff. qui satis. cog. & cõmendat Ias. in
l. quicunque. in prin. in ij no. ff. de ver. ob. vbi tamen videtur
dubitare, quia hoc modo statutũ superfluũ redderetur, quod
absurdũ videri posset, vt etiã dicit Bal. in l. terminato. ante fi.
C. de fruc. & lit. expen. cum si. traditis per Corn. cons. xj stãti-
4 bus dictis statutis. in j. & ij. col. vo. j. Imò † ita debet interpreta-
ri, vt aliquid addat iuri cõmuni. vt per Alex. cõsi xlix. maturè
ponderatis his. in fi. vol. j. Sed pro Bal. dicendũ est, quòd ope-
rabitur hoc: nam vbi à iure cõmuni requirerentur, putà, duo
testes, sufficeret contra magnatẽ vnus, qui à iure non sit pro-
hibitus, vt quia nõ sit inimicus, vel infamis: vel sufficeret con-
tra nobilem quodcunque indiciũ, quod in illo casu de iure cõ
muni non reciperetur, dũmodo illud indiciũ sit legitimè pro-
batum: Et sic statutum multum operabitur: & hoc dictũ Bal.
ita declaratum confirmatur per illud, quod signanter decidit
Sal in l. si seruu. col. iij. ver. exemplũ. C. de nox. vbi dixit, quòd
5 † stante statuto, quòd quilibet cuiuscunque conditionis possit te-
stari, non intelligitur de illis, qui carent iudicio, aut velle non
habent, vt monachi, infantes, & furiosi: operabitur tamẽ illud
verbum, Cuiuscunque, vt non solũ habiles de iure communi, sed
etiã alij poterunt testari, vt per Feli. in c. fides col. antepe. ver.
pro quo vltimo. extra de testam. idem tenet etiam Bal. in l. j. cir
ca fi. per illũ tex. C. de fi. instr. & per And. Sicu. in repe. rub. C.
qui admit. col. xxxviij. iũctis his quæ scribit Deci. cõsi. xxxvij.
6 In causa rigorosæ accusationis. per totũ. Sed an contra † talem
probationẽ possit per nobiles contrariũ probari? videtur di-
cendum, quòd non, ne eludatur dispositio & mens statuentiũ,
propter timorem & potentiam aduersarij. Tamẽ contrarium
decidit sing. Bal. in l. si tutor petitus. ad fi. C. de peric. tut. & in
l. qui accusare. in vlt. col. ver. vlt. nota. C. de eden & in l. fi. col.
iiij. versi. ex hoc deciditur quæstio. ff de fer. & in l. diuus. versi.
quartum est argumentũ ff. de test. mil. Et latè reassumit And.
Sic. in pulchra q. in tract. de præstã. Card. in ij. q. vltimæ partis,
in ij. col. & Fel. in c. cùm contingat. col. ij. in prin. de rescrip. &
Deci. in d. consi. xxxvij post Alex. consi. xvj. eo. iij. in prin. vo.
7 v. At in proposito † quot sint casus de iure cõmuni, in quibus
fama sola probet, plenè tradit Bald. & ibi Dec. post alios in c.
8 j. de appel. Et quòd † statutum possit disponere, quòd delictũ
sola fama probetur, valeat, tenent Doct. in d. c. cùm dilectus.
de fide instru. & Bar. in l. de minore. §. plurimũ quoque. circa
fi. & ibi latissimè Hipp. de Marsil. nu. 41. ff. de quæst. & in l. ad-
monendi. col. vij. ff. de iureiur. Ang. in l. ij. §. dicta autem. circa
fi. ff. quemadm. test. aper. Tale tamen statutum, cùm sit contra
ius cõmune, debet strictè intelligi. ita dixit Pe. de Anch. consi.
cxxxix. prius de causa. co. iiij. Vnde pluribus modis erat restrin
9 gendum. Illud enim primũ intelligendum videtur, † dũmodo
fama probetur saltẽ duobus testibus, & stãte tali statuto vnus
semiplenã probationẽ nõ facit, secundũ Bar. in d. l. admonẽdi.
col. vij. vers. venio ad tertiũ. & idẽ Bald. in l. in bonæ fidei. col.
iij. ver. & ideo si per formã statuti. C. de re. cre. Secũdò in pro-
bãdo famã, præsertim isto casu debẽt testes etiã nõ interroga
ti rationẽ adducere, vt dixit Inno. in c. cùm oporteat. quẽ Io.
And. Ant. de But. & alij ibi sequũtur. de accu. Ang. in l. quid er
go. §. quantũ. ff. de his qui not. infa. & in l. ea quidẽ. co. iij. C. de
accu. & in l. solã. C. de testi. Abb. in c. veniẽs. j. col. ij. de testi. &
in c. cõsuluit. j. de appel. & idẽ Abb. in c. cùm causam. co. iij. de
testi. Alex. consi. lxxij. inspecto. col. vj. vul. & consi. xxxi venit. iij.
10 Et nõ † sufficit testẽ de fama publica deponentẽ dicere, quòd
publicè audiuit, quia ab vno potuit publicè audiuisse, & ideo
debet dicere, quòd à maiori parte audiuit: vt not. Bart. in d. l.
de minore. § plurimũ. col. iij. vers. sed quid si dixit. & in l. iij. §.
eius quoque. ff. de testi. Ang. in l. iij. ff. ad Maced. Et ita cõmu-
niter tenetur, vt dicit Imola in l. hæredes palàm. in princ. ff. de
testa. & sequitur Alex. consi. xx in causa appellationis. col. ij.
vol. iij. & tradit M. Ant. Blanc. in rep. l. fi. ff. de quæst. Et testis,
11 † qui super fama deponit, attestari debet de se ipso, & nõ suffi-
cit quòd impersonaliter loquatur, & dicat, quòd publicè di-

citur, vt no. Bar. in d. § pluximũ. col. v. ver. sed quid si testis dicit. & in l. Labeo. col. iij. versic. & ideo si testis. ff. de sup. le. Et si testis interrogatus à quibus audiuit, dicat se nõ recordari, nõ probat, licet prius dixerit se à maiori parte audiuisse, vt per Bar. in d. §. plurimũ. col. v. ver. quæro si testis interrogetur. & sequitur Ales cõsi. iij. super processu. col. v. vol. iiij. Tertiò, vt statutũ habeat locũ, probari debet quòd talis fama originem habuerit à personis fide dignis, & ex causis probabilibus, quæ populũ ad sic credendũ induxit, ita in tali statuto dicit Bar. in d. § plurimũ. circa fi. quẽ refert & sequitur Bal. in l. proprietatis. C. de probatio. Abb. in d. c. veniẽs. Ang. in d. l. ea quidẽ. col. iij. Petr. de Anch. con. liiij. in quæstione presbyteri. Ang. in d. l. solã. Alex. con. lxviij. in causa vertẽte. li. iij. & in cons. lxxxiij. viso themate, eo. vol. & in con. xxv. in causa. vo. iiij. & in cons. cxvij. viso processu. col. iij. eo. vol. Quartò requiritur, quòd
13 testes† qui tali casu inducũtur ad probandũ famã, sint optimæ opinionis: quia talis probatio est irregularis, vt notab. tradit Ang. in d. l. ij. § diẽ. ff. quemadm test. aperian. Et per hoc infert
14 Ant. de Alex. in l. qui accusare. C. de eden. quòd si statutũ †vellet, quòd sterut iuramẽto damnum passi, quòd talis probatio est cõtra regulas iuris cõmunis, ideo requiritur, quòd ille, qui iurat, sit omni exceptione maior. Facit quod no. Bal. in d. l. qui accusare. & Cy. in d. l. in bonæ fidei. in vij. q. C. de rebus credi. & Bar. in d. l. admonẽdi. col. pen. ff. de iureiur. Et his casibus
15 †quãdo testes bonæ opinionis, & omni exceptione maiores requirũtur, illa qualitas articuli debet probari. vt not. Bar. in l. j. §. si quis neget. col. fi. ff. quemad. testa. aper. dicẽs, quòd cautus debet esse aduocatus, vt faciat probationẽ de fidelitate testiũ. Et Ales. cons. lxxxij. vol. j. col. ij. Bar. cons. xxxj. vo. j. & con. xlv. eo. vol. & in cõs. vj. col. vj. vo. iiij. Contrarium tamen tenuisse Franc. de Rampon. refert Feli. in c. cùm Ioannes. col. xvij. in prin. de fide instr. & idẽ cõsuluit Barb. sibi cõtrarius in consil. xxix. vo. j. ante fi. & vide omnino Curt. consi. lv. super processum inquisitionis. col. iiij. & per Deci. cõsi. xxxvij. in causa rigorosæ accusationis. col. iiij. & latè dixi suprà singul. j. & ij. Et in terminis nostræ quæstio. quando ipsa fama faciat plenã probationẽ, hoc expressè tenuit Ang. in d. §. diẽ. & Petr. de Anch. in dicto con. cclxiij. Quintò, statutũ declaratur, dũ dicit, quòd
16 fama† plenè probet, nã intelligitur nisi de cõtraria fama in cõtrarium probetur, ita in statuto Florẽtino decidit Bal. in d. l. diuus. ver. quæsitũ est argumentum. ff. de milit. testam. & in d. l. qui accusare. vers. vltimò nota. C. de eden & in d. l. si tutor petitus in fi. C. de peric. tutor. & in l. fi. col. v. ver. & ex hoc deciditur quæstio. ff. de fer. & in l. sacrosanctæ. in fi. C. de epis. & cle.
17 Fama† enim elidit famã, quãdo est posterior. & si eodem tẽpore cõcurrunt, illa posterior est, quæ habet originem à melioribus indiciis, vt idem Bal. scribit in l. si mater. in princ. C. ne de statu defunct. & idẽ Bal. in c. fi. col. fi. ver. quæro quid de fama, in titu. qui feu. dare poss. & not. Bart. in l. is qui col. j. versi. sed quæro. ff. de acqui. hæred. Sextò, statutũ procedit, quãdo per famã immediatè delictũ probatur, secus est in aliis adminiculis, quia talia debẽt legitimè probari, vt in simili not. Bar. in l. in quæstionibus. ff. ad l. Iul. maiesta. per tex. in c. per tuas. de simo. Et sequitur Bald in authen. si dicator. in fin. C. de testi. & Ioan. de Anan. in d. c. per tuas. in vltimo no. nã cùm statutum sit cõtra ius commune, satis est quòd aliquid operetur, & ideo intelligi debet quãdo immediatè delictũ probator. argu. l. socium qui in eo. ff. pro soc. & in simili not. Bart. in l. certi cõdictio. § quoniam. ff. si certũ petatur. & in simili casu notabiliter tradit Ang. consi. xxxj. Do. Philipp. col. iij. Aret. in cõnsi. clviij. in quæstione proposita. col. penult. facit quod not. Bal. per illum textum in l. j. C. quibus ex caus. ser. pro præm. libr. accip.
18 quòd non dicitur †probare delictum ille, qui indicium præstat, ex quo reus positus ad torturam confitetur: quia ipse immediatè delictum non probat, & tradit Deci. in d. c. j. col. iij. num. 19. de appel. De vltimo autẽ dicto Matth. hic latè tradit Abb. & ibi cæteri Canon. in d. c. ij. de probat. Gab. Sar.

LII.

1 *Conditio impeditiua religionis, & vitæ contemplatiuæ etiam indirectè, delegato facto filiæ reijcitur.*

1 NOta, †quòd si testator relinquit mulieri, vel filiæ, vel alteri centũ, si nupserit: si verò religionẽ intrauerit, quinquaginta tantum, prout quotidie fit: si ingrediatur religionẽ, ita potest monasterium petere centũ, sicut posset ipsa petere si nupsisset: nã reiicitur illa cõditio, si nupserit, tanquam turpis in casu, in quo illa ingrediatur religionem, quæ est impeditiua vitæ contemplatiuæ saltem indirectè, vt est tex. in auth. de sanctis. episcop. in §. sed hoc præsenti. collat. ix. & hoc firmat Ioan. Andr. in addit. Spec. in iiij. parte super rub. de statu monach. Et miror, quòd monasteria monialium non practicant hoc. & vide do. Ant. in c. in præsentia. de probat.

ADDITIO.

Nota, quòd si testator, &c. In fi. adde do. Ant. Bal. Franc. de Aret. Panor. in d. c. in præsentia. de proba. istud idẽ tenẽtes, & Rom. in l. stipulatio hoc modo cõcepta. col. vij. versi. vltimò ad idẽ. ff. de verb. obl. Bar. in l. ij. ff. de his quæ pœnæ nomi. Panor. in repetitione c. ecclesia S. Mariæ. col. xxij. de constitu. Est verũ, quòd Bal. tenet oppositũ in l. Deo nobis. C. de episc. & cleric. ij. col. & Bal. & Imola in l. Lucius Titius qui fratrẽ. ff. de hær. instituend. & Bal. in authen. nisi rogati. C. ad leg. Falcid. & in d. l. Deo nobis. dicit, quòd ita seruat cõsuetudo. & dicit Paul. de Castro in l. quoties sub cõditione. ff. de condit. & demõstr. & in d. auth. nisi rogati. quòd ita cõsuluit in facto cum pluribus doctoribus, & fundat se in intentione testatoris. Et in hoc etiam aliter sensu Pet. de Anch. in repet. reg nemo potest. in v. q. de reg. iur. in vj. Sed propter hoc nõ est recedendũ à prima opinione, per ea quæ in proposito elegantissimè dixit Feli. in d. c. in præsentia. col. xxv. de probat. & maximè, quia sicut conditio retrahens à contrahendo matrimonio carnali reiicitur, l. Titiæ si non nupserit. ff. de conditio. & demõstrat. ita & quæ à spirituali. cui rationi non bene respondet Bal. in d. l. Deo nobis. Et tenendo primam opinionem declara duobus notabilibus modis, vt per Felin. vbi suprà, col. xvj.

ANNOTATIO.

Richardus Malumb. & Thomas de Formaginis de Bononia disputauerũt hãc quæstionẽ, & tenuerũt idẽ quod Matthæ. hic, quos secutus est etiã Alber. de Rosa. in suo tracta. statutor. in ij parte. q. cliij. incip. adhuc ex eodem themate quæro. & in d. l. Deo nobis. col. ij. versi. sed vlterius quæro. C. de episc. & clori. & Alexãd. consi. xxxxv. incip. super contentis in dicto themate. col. ij. ver. septimò pro hac parte facit. vol. iij. & hæc est cõmunis opin. Doct. à qua in consulendo non est recedendũ, vt per Doctores in d. c. in præsentia. & ibi Feli. & do. Aug. Beto. de probatio. quam etiã tenet Ioan. Campeg. in tracta. dot. in j. parte. q. xxx. & per Nicol. Boër. decisio. iij. dico quòd hæc quæstio. nu. 14. & latissimè tradit Thomas Ferra. in caute. x. in qua ponit nouum consilium, quo vti potest pater, vt valeat filiæ minus relinquere si monasterium ingrediatur, quàm si mundo nupserit. Gabr. Saray.

LIII.

1 *Confessus in iudicio legitimè potest condemnari, licet processus sit ineptus.*

1 NOta vtilẽ regulã quòd † quotiescũque apparet reum esse confessum in iudicio legitimè totũ id, super quo proceditur cõtra eum criminaliter vel ciuiliter, potest cõdẽnari, quamuis totus processus sit ineptus. not Inn. in c. qualiter & quãdo. ij. de accus. in gl. in verb. non negamus. Bart. in l. si cõfessus. ff. de cust. reor. & Ang in l. denunti: asse. ff. de adult. Et est ratio, quia si sola confessio sufficeret, si nullus alius processus præcessisset. l. j. ff. de cõfess. & in c. fi. de coha. cle. & muli. multomagis idẽ debet esse, si præcessisset aliquis actus nullus. per regulã. l. j. in princ. C. de rei vxo. acti. facit qđ in simili no. Bat. in l. j. in prin. ff. de edẽ.

ANNOTATIO.

1 *Inquisitionis in formatione multa requiruntur.*
2 *Processus & inquisitio criminalis si fuerit nulliter formata, iudex an possit imponere pœnam ordinariam delicti.*
3 *Delictum si ex spontanea confessione partis constet, reus etiam ex nullo processu damnari potest.*
4 *Confessio spontanea partis maximum habet robur. & effectum.*
5 *Confessus sponte non potest opponere de ineptitudine libelli, quòd alias posset.*

1 Multa† requiruntur in formãda inquisitione. & processu criminali, quæ tradit Ang. in tract. maleficio. in ver. hæc est quædã inquisitio. & per Ang. in l. si vacãtia. C. de bo. vacã. lib. x. & plene per Hippol. de Marsi. in pract. in §. cõstante. Vnde si proces
2 sus† vel inquisitio fuerit nulliter facta, maximè extra ordinẽ iuris procedẽdo, iudex nõ potest imponere pœnam ordinariã homi-

homicidij, sed eam debet minuere, & tēperare. ita dicit idem Hippo. in d. §. constante. in fi. & in §. quoniam. versi. secūdo. Limita nisi delictū esset manifestū, vt per eundem Hippol. in d. practica. in §. secūda quæstio. Limita secūdò, vt per Matth.
3 hîc, nisi de delicto † constaret per cōfessionem partis, per singu. doctri. Inno. in d. c. qualiter & quando. ij. de accusa. quam omnes doct. sequuntur in d. c. qualiter & quando. Et idem dixit Inno. in c. per inquisitionem. de elect. & Abb. antiq. in c. Pisanis. de resti. spo. & Bal. in l. edita. col. v. versi. sed pone quòd reus. C. de eden. quam doctrinam refert & sequitur And. Barba. in c. veniens. col. iij. de accusa. Et idem Bal. in l. j. circa fi. ff. de iurisd. om. iud. & doct. in c. at si clerici. & ibi Feli. de iudi. & Barb. in c. testimonium. in xiij. char. in vlti. col. versi. nam confessio. de testi. vbi allegat id etiam voluisse Inno. in c. ij. de ordi. cogn. & Bal. in l. ij. C. de re iudi. & Ang. in consi. clxviij. visis actis productis. & consi. ccxvij. in causa accusationis produ ctæ per Philippum & Bal. in additio. ad Spe. in tit. de libelli cōceptio. in vlti. versi. & Ang. Aret. in tract. malefi. in verb. comparent dicti inquisiti, & confitentur totum. in versi. quarto an cōfessus. & in verbo, fama publica. col. v. ver. aduertas. & Ange. in d. l. si vacantia. C. de bo. vacan. lib. x. & Pet. de Ancha. in clemen. j. de homi. & est text. & ibi no. in c. j. de accusa. in vj. & consuluit Cæpol. consi. lxj. incip. senco. & Pet. de Ancha. cōsi. xxiij. & Roma. consi. cxlix. & consi. clxvij. & habetur per Ange. in l. denunciasse. nu. 5. ff. de adul. & in l. si quis. nu. 2. C. de custo. reo. & ibi Sali. in fi. & Sali. in l. ij. col. fi. C. de custod. reo. & Bal. in l. j. col. ix. ver. quæro. C. de cōfes. & Capic. decis. clxxxix. & Thom. Gramma. in consi. crimina. consil. iij. nu 27. Guid. Pap decisio. Grationop. cxx. incip. D. Anto. in prin. & decisio. ccxvj. Iudex de voluntate. & in singu. lxxiij. §. confessio facta quando processus. & sing. cxxiiij. incip. valet sententia. vbi ponit id in ciuilibus procedere, secus in criminalibus, quia confessus non potest condēnari super processu nullo. & in d. decisio. ccxvj. nu. 3. & Corset. in sing. xxxviij. incip. confessio facta super crimine. Quod tamen videtur intelligēdum, quando confessio est emanata principaliter super crimine, aliàs secus vt tenet Bal. in l. j. C. de confes. sequitur Lanfr. de Oria. in c. quoniam contra. in verb. confessiones. nu. 22. in fi. ver. tamē si hoc casu. extrà de probatio. & Bertran. consil. ccxj. vol. j. Et idem dictum Inno. etiam magnificat Aug. in l. j. ff. de confess. & alij quos refert Hippol. de Marsi. in l. j. §. diuus Antoninus. nu. 12. & seq. ff. de quæstio. Et idem Hippol. consi. xlvj. nu. 17.
4 & consi. xlviij. nu. 2. Et id procedit † maximè si confessio sit spontanea, nam ea habet maximum robur & effectū, nam derogat regulis iuris communis, vt per Bal. in l. j. §. cum vrbem. aliàs in §. initio. ante fi. ff. de offi. præfec. vrb. & in l. ij. ad fi. C.
6 de re iudi. vbi dixit, quod spontè confessus † non potest opponere de ineptitudine libelli, quod aliàs posset, per gl. sing. cū sua materia Insti. de oblig. in prin. & per Hippol. de Marsi. in d. practi. in §. constante. nu. 31. & consi. lj. incip. licet nedū plenè. Et latè tradit idē Hippol. in d. pract. in §. postquam. nu. 31.
[& tradit Io. de Arno. in cōmenta. vj. incip. pone ad materiam constitutionis regni. & commentario cxx. incip. dixi suprà, & Ludo. Carer. in prac. sua, in §. circa. iij. nu. 387. ver. si. trigesimo primo. Limita tamen prædicta, vt per Feli. in d. c. at si clerici. de indi. & in d. c. qualiter & quando. & per Hippo. de Marsil. in d. §. diuus Antoninus. præalleg. Gab. Saray.

LIIII.

1 *Iuramentum est seruandum in sua specifica forma.*
2 *Iuramentum cogit quem præcisè ad factum, nec interesse offerens liberatur à periurio. Idem etiam operatur fauor vltimæ voluntatis & in addit. nu. 2.*

1 NOta, quòd iuramentum † est seruādum in sui forma specifica. In tantum, quòd si ego promitto, vel iuro tibi dare, vel soluere infra annum centum, non possum compensare cum alio debito te inuito. & probatur in c. ad nostram. j. de iureiurand. vbi doct. hoc tenent, Licet Bar. contrarium senserit, & non bene in l. amplius. in fin. ff. rem ra. hab. Ex hoc sequitur, quod si promitto, vel iuro aliquid tibi facere, puta, locare domum, vel colere fun-
2 dum, possum † propter iuramentum cogi præcisè ad factum, nec euado periurium offerendo tibi interesse. arg. d. c. ad nostram. facit c. venerabilem. in fi. de elect. Et sic limitari debet regula l. stipulationes non diuiduntur. in §. Celsus. ff. de ver. obl. & hoc tenet Do. Anto. de But. in c. ex rescripto. extrà de iureiur. pro quo bene facit tex. in cap. quanto. extrà de iureiur. Et hoc confirmo ratione: nam si fauor vltimæ voluntatis hoc operatur, quòd quis præcisè compellitur ad factum, vt l. fideicommissa §. si ff. de lega. iij. multo magis fauor religionis, seu iuramenti.

ADDITIO.

Not. quòd iuramentū, &c. Adde quòd istam opinionē, quòd iuramentum in forma specifica receptum sit præcisè seruandū, tenent multi doc. contra Bar. quos refert plenè Magist. meus Ias. in l. cū qui. §. si iurauero. col. ij. ff. de iureiur. & idem tenet Aret. dicēs, quòd cōtra Bar. est communior opi. in cōsi. 100. incip. longitudo. & Alex. in cōsi. ccxxx. inci. visis actis mihi trāsmissis. in iij. col. vbi dicit quòd opinio Bar. dānatur: & quòd communiter doc. tenēt cōtra eum. licet fuerit sibi contrarius retinendo opinio. Bar. in consi. cliiij. incip. viso themate antescripto. in vlti. col. quam opi. tenet Io. Fab. & quāplures alij, quos ibi refert Magist. meus Ias. in xvij. col. in §. bonæ fidei. Insti. de act. vbi dicit contra istam opi. Bart. Io. Fab. & sequacium esse tatum aptum & clarum in c. ad nostram. de iureiur. & ibi Canon. omnes tenent contra Bart. Deci. & Panor. in c. cùm dilectus. in xj. col. de ordi. cogn. Cōtra quam etiam faceret, quòd iuramentum compellit præcisè ad factum, ita quòd non euaditur periurium soluendo interesse, vt est gl. sing. in l. si pecuniam. in prin. in glo. paruula, in verbo, & necesse habeas. ff. de condict. ob cau. de qua latè dixit idem Magist. meus in §. item, si quis postulante. Insti. de actio.

ANNOTATIO.

1 *Confessio non admittitur contra promissionem iuratam, nisi debitum postea superuenisset.*

1 Quòd compensatio † non admittatur contra promissionem iuratam, tenet Alex. consi. xcj. visis. col. ij. vol. ij. Ias. cōsi. cxxxiij. col. j. vol. iiij. Soci. post Io. de Imol. in l. Iulianus col. pen. & fi. nu. 14. ff. de condi. & demon. vbi declarat nisi debitū postea superuenisset. & per Catel. Cot. in memor. in versi. iuramenti religio. col. ij. in fi. versi & tertium no. & Alex. cōsi. xij. vol. ij. & Feli. in c. veniens. in iij. no. de testib. & Hippo. de Marsi. singu. ccvij. cōpensatio. & aliquid per Barbat. consi. iij. col. ix. in iij. dub. vol. ij. Ang. in l. si debitor. ff. qui pot. in pig. hab. & vide do. Abb. in d. c. ad nostram. j. qui distinguēdo saluat in aliquo
2 casu opinionē Bar. & dum dicit, quòd iuramentū † facit quem teneri præcisè ad factum, idem tradunt Alex. Ias. & Mod. in d. l. stipulationes nō diuidūtur. hîc allegata. Et in terminis tradit Guid. Papæ decisio. Gratianop. dcxxvj. in obligationibus facti. Et adde in materia iuramēti, quæ dixi suprà sing. xxxvj. & 50. & dicam infrà sing. lvj. Gab. Saray.

LV.

1 *Confessio torti quando præsumatur illicitè extorta, nec reo præiudicet?*

1 NOta quòd † quotiescūque iudex posuit aliquem ad torturam illicitè, puta nullis præcedentibus indiciis, est præsumptio violenta, quòd omnis confessio etiam postea facta dudum post tortura, sit illicitè extorta, & ideo reo nō præiudicat: vt est tex. in l. j. ff. de quæstio. secūdum vnā lectu. quam tenet Bar. Quod intelligo, quādo fuit cōfessus antequam fuerat repositus in pristinam libertatem. & est ratio, quia est præsumptio, quòd sicut iudex ipsum illicitè torsit, ita illicitè eum fecerit ratificare metu tormētorū futurorū, vel præteritorū. argu. l. si cui. §. eisdem. ff. de accus. quod not. Vbi verò reus fuisset repositus in pristinā libertatem, & postea rediret ad iudicem, & coram eo fateretur delictū, sine dubio esset puniēdus. l. j. C. de confes. Et facit l. penul. ff. de condi. ob turpem causam.

ANNOTATIO.

1 *Confessio facta per reum in tortura legitimis indicijs non præcedētibus est nulla etiam si sit ratificata ad banchum iuris.*
2 *Iudices de facili non debent prorumpere ad torturam.*
3 *Reus perseuerans in sua confessione in tormentis facta, antequā reponatur in pristina libertate, sibi non præiudicat.*
4 *Ratificatio facta à reo ad banchum maleficiorum quando ei non præiudicet?*
5 *Confessio rei constituti in fortijs iudicis, dicitur facta metu tormentorum.*
6 *Tormētorum probabilis suspitio idem operatur, quod illorū illatio.*
7 *Torqueri quis non potest in crimine læsæ maiestatis, nisi præcedant*

indicia.

8 *Iudex licet habeat liberũ arbitrium in criminalibus, tamen si non praecedentibus indicijs reum torqueat, tenetur in syndicatu.*

9 *Iudex si non praecedentibus indicijs ponat reum ad torturam, ex hoc oritur praesumptio violentia in iudice.*

10 *Princeps non potest mandare liberum hominem torqueri non praecedentibus indicijs.*

11 *Princeps non debet vti potestate absoluta, nisi cum causa.*

12 *Rex antequam puniat, debet inquirere, exemplo Dei.*

13 *Confessio facta indicijs non praecedentibus, & ratificatio inde secuta, & omne quod inde postea sequitur, nullum est.*

14 *Indicia quae praecedere torturam requiruntur, debent esse vrgentia, & non leuia, aliàs confessio quae sequeretur, non valeret.*

15 *Fama per quam quis torquetur, si sit adeò nuda, quòd nulla pro se habeat argumenta, & per talem famã quis torqueatur, & perseueret in confessione, talis confessio non valet.*

16 *Indicijs nullis praecedentibus quibus in casibus reus torqueri possit? Et an confessio inde secuta valeat?*

17 *Testes nullis praecedentibus indicijs torqueri possunt ad eruendam confessionem contra alium.*

18 *Custodes pecuniarum, vel aliarum rerum furto subtractarum torqueri possunt, vt indicent fures, sine alijs indicijs, & cõfessio eorum valida erit.*

19 *Confessio extorta per torturam indicijs non praecedentibus nullius est efficacia, nec eis ex post facto superuenientibus validatur.*

20 *Confessio facta in tortura non praecedentibus indicijs licet non valeat, tamen validatur, si reperiatur ex post, quòd ipse reus aliàs ante torturam extra iudicium confessus fuerit illud delictum commisisse.*

21 *Confessio illegitime extorta an validetur iuramento rei torti?*

22 *Indicijs nullis praecedentibus quibus in casibus ad torturam perueniri possit?*

23 *Confessio si sit illegitimè extorta à reo nullis praecedentibus indicijs, licet postea ea per oculorum inspectionem sit verificata, tamen reus ex illa ad mortem condemnari non potest*

24 *Confessio facta à torto illegitimè, qui ad superiorem fuit remissus, & ab eo interrogatus, an confessio facta coram priore iudice esset vera, & qui respondit eam veram esse, vtrum reo praeiudicet, vt vigore talis confessionis possit condemnari?*

25 *Confessio sponte ratificata extra torturam, licet primò fuerit extorta per torturam, nocet & tenet, maximè si sit iurata*

26 *Tortus si quis fuerit non praecedentibus indicijs, & confessus fuerit, si postea perseueret in publico, valida est confessio.*

27 *Confessio territi nullis praecedentibus indicijs etiam cõfitentis apud chordam valet & tenet.*

1 Communis omnium scribentium opinio est, vt cõfessio† facta per reum in tortura legitimis indicijs non praecedẽtibus,
sit nulla, etiam si sit ratificata ad banchum iuris, ita voluit gl.
in l.penul.ff.de quaest.quam ibi sequitur Bar. & communiter
alij.& Ang.in l.j.C.de confes.& Gand.in tract.suo maleficio
rum sub rubri.de quaestio.& tormen.col.vj.versi. item pone,
quòd quidam.Iaco.de Belui.in pract.crimi.in tit.de quaestio.
col.xiij.Pet.de Anch.in cle.j.de homici.Sali.in l.ij.col.ii.C.de
custo.reo.per id quod voluit Inno.in c.j.quod met.cau.& voluit Bar.in suo tract.de quaestio.quod incip.plenius tractaturi,col.xij.versi.quid si aliquis est tortus legitimis indicijs non
praecedentibus.Ang.in l.ij.C.quorum appel.non recip.Ang.
Imol.& Pau.de Castr.in l.qui in aliena §.Celsus.ff.de acquir.
haere.Inno.in c.cum causam quae.de offi.dele.& voluit Pet.de Ancha.consi.xxiiij.visa inquisitione formata contra Philippinũ.
& Alex.consi.v.in causa inquisitionis.col.j.volu.j.& in consi,
clxxix.incip.in causa Angelorum.col.pen.& cõsil.cclxxv.incip.viso themate.circa fi.ij.volu.& in consil.j.col.ij.volu.vij.
Et hanc partem firmat Ang.Aret.in tract.malefi.in ver.fama
publica.in iij.char.versi.aduerta tamen.nu.36 & Bal.in addi.Spe.in tit.de confes.col.j.Lud.Rom.cõsi.clxvij.Antonius
accusatus.de adul.col.ij.& glo.in d.l.penul.ff.de quaestio, refert & sequitur Io.de Ana,consi.xvij.col.j.versi.tertiò praemitto.Et per Hippo.de Marsi.latè in consi.xv.nu.3.& consi.xviij.
nu 19.& consi.xlvj.nu.12.& in practi.cri.in § secunda quaestio.& in §.expedita.nu.16.& Deci.in c.at si clerici.nu.8.ff.de
iudi.& Tho.Gram.consi.xxxvij.viso processu.nu.7.& seq.in
prin.& in repe.l.fi.C.de probatio.& in d.l.penult.& per Feli.in c.qualiter & quando,ij.§ licet.in versi.xj.limita.de accusatio.& in c.ad nostram.in prin,col.j.versic.item in quantum,
de probatio.Ioan.de Imol.in c.fi.de confes.& Floria.in rubr.
ff.de proba.& in l.emptorem.ff.eo.titu.vbi exclamat gl.in d.
l.penul per quam dicit se aliàs defendisse vnũ à morte & Ludo.Carrer.in practi.crimi.in prin.nu.172 & 173.& seq.& Catal.in tract.de syndic.in versi.clxv.incip.adde quod diximus.
2 vbi exclamat contra iudices † vt de facili non prorũpant ad
torturam:nam dicit quòd vbi habita sunt tormenta non praecedentibus legitimis indicijs, si reus confiteatur,& in confessione perseueret,non est standum suae cõfessioni.allegat Bar.
in d.l.penul.ff.de quaestio.Alex.consil.v.in casu inquisitionis,
col.j.nu.1.& ibi Carol.Molin.in additio.volu.j.Et illud quod
3 dicit † de perseuerãtia,intelligit ipse esse verum, si perseuerat
in tali sua confessione antequã sit repositus in pristina libertate:quia tunc est praesumptio,quòd sicut illicitè torsit,ita illicitè faciat eum ratificare metu tormentorum futurorum.argu.d.l.si cui.§.iisdem.ff.de accusatio.hic alleg.per Matth.Et
ideo secundum eum dicit Ang.in d.§.Celsus.quòd cautus debet esse aduocatus inquisiti, qui confessus fuit ad banchum
se maleficium commisisse,vt faciat probari,quòd reus primò
fuit indebitè tortus nullis praecedentibus indicijs sufficientibus ad torturam: quia quousque detentus fuit, idem metus
4 tormentorum durare praesumitur.Ideò † talis perseuerantia,
seu ratificatio non nocet ipsi reo.Et idem dixit Ange.in d.tracta.maleficiorum.in versicu.fama publica.in d.versi.& aduertas.nume.36.vbi latiùs super hoc loquitur August.Arimi.in
additio.vbi refert se aliàs ex hoc admisisse quendam, qui vocabatur Aug.Arimi.vt ipse vocabatur.Idem tenuit Paris de
Puteo,in tract.de syndi.in verb.an stetur dicto torti.num.39.
versi.datur regula.& idem Paris in char.lxix.col.iij.versicul.
quidam fuit tortus.vbi dicit quòd idem operatur potentia in
habitu,quod potentia in actu.quod dicit probari in l.Labeo.
ff.de statulibe.& in c.non solùm.de appel.in vj.Et Hippol.de
Marsi.in d.l.penul nu.14 versi.& ego attestor Deum,qui dicit per hoc euasisse duos homines à poena mortis Bononiae,
quorum alter vocabatur Petrus de Verona,qui inculpabatur furto subtraxisse quaedam vasa argentea Reuerendissimi
Cardinalis Mantuani,aliàs Bononiae Legati,vide latius per
5 eum.Ex quo dicit,† quòd confessio rei constituti in fortiis
iudicis,dicitur facta metu tormentorum,cùm iudex semper
habeat potestatem & potentiam in habitu torquendi ipsum
reum.Pro quo facit quod voluit Dy.per illum tex.in l.nouissimè.versi.quid si compulsum.ff quod fal.tuto.author.vbi di
6 cit,quòd idem † operatur probabilis suspitio tormentorum,
quod ipsorum illatio,quòd etiam voluit Bald.in l.interpositas.C.de transact.& in c.j §.item sacramenta.de pace iura.firman.& in consi.cccclxxxviij.Ioannes.in princ.col.v.volu.iij.
& plenè per And.de Isern.in constitutionibus Regni Neapoli.consti.si dãna clandestina.in verb.personaris leuium.col.ij.
ver.vbi verò sine indicijs.in tit.de homicidijs & dãnis clãdestinis.vbi notabiliter loquitur.Et haec regula ampliatur procedere,nõ solùm in minorib.criminibus,sed etiã in maiori-
7 bus,& exceptis,vt puta in crimine † laesae maiest.Pat. in quo nõ
potest quis torqueri nisi praecedant indicia.tex.est notabi.&
ibi gl.Cyn.Bal.& Salice.in l.si quis ali.[illegible]:C.ad l.Iul.maiesta.quod etiam voluit Ange.Aret.in d.tract.malefi.in ver.
che hai tradita la tua patria, in primis versi.& Franc.Bru.in
tracta.suo de indi.& tortu.in quaest.v ij.part. nume 49.Licet contrarium videatur innuere Bal.in l.quicunque.in princip.colum.fin.C.de ser.fugi.de quo per Hippoly.de Marsi.in
repet.d.l.final.C.de probatio.in lxxvj.char.& in l.j.in princip.ver.modo redeundo ad propositum.& in l.de minore.in
princ.& in dicta l.penultima.ff.de quaestio.& per eundem in
singul.cxvij.incip.ad torturam.& in consil.xiiij.nume.20.&
consi.xviij.nume.7.& consi.xlvj.nume.14.& plenè per domi.
Hierony.Gigan.in suo solenni tracta.de crim.laesae maiesta.
8 lib.ij quaest.xxvj.Ampliatur etiam † licet iudex haberet liberum arbitrium in criminalibus,nam tunc si non praecedentibus indicijs reum torqueat,tenetur in syndicatu.ita dixit Part.
de Leaza.in cap.grauis.de depo.& Alexand.in l.filiusfamilias.in v.apostil.ff.de donatio.& Gand.in d.tracta.maleficiorum.in rubri.de quaestio.& tormen.in vltima colum.versicu.
praeterea ego quaero,& versicu.ibi sequen.& Paris de Puteo.
in d.tractat.de syndicat.in chart.100.col.iiij.versicu.& adde
9 quòd ipse iudex.vbi plura allegat.Et ideo † si non praecedentibus indicijs iudex ponat reum ad torturam,ex hoc oritur praesumptio violentiae in iudice,secundum do.Alexan.in
apostil.ad Bart.in d.l.penult.ff.de quaestio.& Paris de Put.in

loco

loco prææalleg. col. iij. ver. datur regula. & Thomam Grā. cōsi.
xxxvij. nu. 7. facit notabile verbum And. de Iser. in cōsti. pro-
sequentes. in ver. est exæquata conditio. in tit. de pugnis subla-
10 tis. vbi dixit, † quòd princeps non potest mādare liberum ho-
minem torqueri non præcedentibus indiciis: nam iura natu-
ralia ipse tollere non potest. C. si contra ius vel vtili. publi. l. j.
11 in gl. vnde peccaret, si ita mandaret, potestate † enim absoluta
non debet vti, nisi cum causa. & tunc cor. Regis nō est in ma-
nu Dei: quia factus est Rex vt faciat iustitiam rectam. xxv. q. j.
12 seseruatis. vnde Rex antequàm † puniat, debet inquirere exē-
plo Dei, qui dixit, descendam, &c. extrà, de accusationibus. c.
qualiter. Ad pœnam peruenitur per tormenta, quæ eliciunt
confessionem, & ab inuito extorquetur. Et quòd dicitur in
pœna prohibita, dici debet in eo, per quod peruenitur ad id.
13 Vnde prædictis † non obseruatis non solùm ipsa confessio, &
ratificatio est nulla, sed etiam quicquid postea sequitur, secun
dum Pari. in loco prææallega. chart. cij. col. iij. ver. an confessio
torti. vbi ad hoc allegat l. non dubium. C. de legib. & l. j. C. de
fide instru. lib. x. & l. diuus. ff. de in integ. resti. & l. nominatio-
14 nes. vbi Bart. C. de appel. Et indicia † præcedere requiruntur,
debent esse vrgentia, non leuia, aliàs confessio quæ sequere-
tur, non valeret. arg. eius quod voluit Bal. in consil. cclxxv. in-
15 cip. ad euidentiam. col. j. volu. j. vbi inquit † quòd si fama, per
quam quis torquetur est adeò nuda, quòd nulla habet argu-
menta pro se, & per talem famam quis torqueretur & perseue
raret in confessione, talis confessio non valeret. ad quod alle-
gat l. maritus. ff. de quæstio. & l. non tantum. ff. de appel. & no.
per Dy. in l. ij. §. j. ff. de excusa. tuto. Et tradit idem Hippol. de
16 Marsi. in d. l. penul. nu. 30. Limita tamen prædicta, quādo † in-
quisitus nollet respondere inquisitioni: quia tunc iussus re-
spōdere, & factis ei debitis monitionibus, si est præsens, etiam
nullis præcedentibus indiciis torquebitur, non ad eruendam
confessionem, sed ad eruendam responsionem affirmatiuam,
vel negatiuam, secundum Bal. in l. accusationem. C. qui accus.
non pos. col. fi. quem sequitur Bru. in tract. de indic. & tortus.
in v. q. ij. partis, nume. 4. quorum doctrina approbata fuit in
sacro regio consilio Neapol. vt refert Capic. in decis. cxlv. in-
cip. in causa cuiusdam accusati. Quo casu si sequatur confes-
sio, licet extorta videatur sine indiciis, tamen efficax erit, & va
lida. Quæ conclusio videtur intelligenda, quando inquisitus,
vel accusatus, interrogatus super facto substantiali, videlicet,
an commiserit tale delictum, vel homicidium, non vult respō
dere, vel non dat respōsum affirmatiuum, vel negatiuū. Non
autem, quando non respondet aliis interrogatoriis sibi factis
circa qualitates & circunstantias. Item procedunt prædicta,
nisi fortè habeat aliquam legitimam causam non responden-
di. Et ratio prædictæ conclusionis est, quòd videtur contem-
nere iudicem, & efficitur contumax, ita, vt ratione illius con-
temptus, & contumaciæ possit cogi, vt certum respondeat. vt
dicit Bar. in l. de ætate. §. qui tacuit. & §. seq. ff. de interrog. a-
17 ctio. Limita etiam † vt non procedant, quādo quis torquetur
ad eruendam confessionem contra alium, vt testes, quia eo ca
su etiam non præcedentibus indiciis torquetur, secundum
Amod. de Castello in tracta. de syndi. in gl. in eo quod potest
officialis. & sequitur Brun. in d. tracta. de indic. & tortu. in v.
q. ij. part. nu. 18. & Hippoly. de Marsil. in l. j. §. si seruus bona
fide. ff. de quæstio. & Salice. in l. ex consensu. C. de repud. Li-
18 mitantur etiam prædicta † vt non procedant in custodibus pe
cuniarum, vel aliarum rerum furto subtractarū, quia vt indi
cent fures, sine aliis indiciis torqueri possunt, & confessio eo-
rum valida erit. secundum Bar. per illum tex. in l. j. & iiij. nos.
ff. de offic. præfect. vigil. & in l. j. in fin. ff. fur. aduer. naut. cau-
po. stabu. & Ioan. de Imol. in consi. ij. in casu proposito. & no.
Cæpol. in consilio xviij. incip. statutum Vincentiæ. & Angel.
Aret. in tracta. malefic. in versic. vestem cælestem. colum. iiij.
versicu. & etiam tu iudex aduertas. quod dictum sequitur De-
ci. consilio cccclxxiij. Et hoc est verum, si verisimiliter potue-
runt habere notitiam, vt per Angel. & Bernar. de Landri. vbi
19 suprà. Et hoc vsque adeò † est verum, quòd confessio extorta
per torturam non præcedentibus indiciis est nullius effica-
ciæ, & momenti, vt dicta confessio non conualidetur super-
uenientibus ex post facto indiciis, vt est gloss. singular. & ibi
not. Barto. in l. maritus. ff. de quæstio. Et sequitur Bald. in l. fi-
na. col. j. versi. in gloss. fallit. C. de accusa. & Ludo. Roma. con
silio clxvij. Antonius accusatus. & Brun. in tracta. de indic. &
tortu. in v. quæst. ij. par. nume. 47. & Ange. Areti. in d. tract. in
ver. fama publica. in versic. quintò quæro, iudex torsit. & ibi
August. Arimi. qui allegat hoc tenuisse Bald. in l. ea quidem.
C. de accusa. & Alexan. consil. clxxix. in causa anglorum. co-
lum. fina. volu. ij. Et ista est communis opinio, vt dicit Hippo
ly. de Marsil. in dicta l. penulti. nume. 58. versicul. ego dico. ff.
de quæstio. vbi hunc articulum diffusè examinauit ad partes.
nume. 31. ver. visis. & per Feli. in cap. cum dilectus. de accusa-
tio. Et addit Hippol. in dicta l. penulti. nume. 59. versicu. vlte-
20 rius teneas semper menti, quòd licet † confessio facta in tor-
tura non præcedentibus indiciis non valeat, tamen validatur,
si reperiatur ex post, quòd ipse aliàs ante torturam extra iu-
dicium confessus fuerit illud delictum commisisse. & ita di-
cit colligi ex gloss. nu. t. in l. capite quinto. ff. de adulter. quam
ad hoc pro notab. alleg. Alexan. in l. apostil. ad Barto. in l. cum
scimus, in vltima apost. post princip. C. de agrico. & censi. li-
21 bro xj. quod est notabile in materia. Et an talis † confessio il
legitimè extorta validetur iuramento rei torti, latè exami-
nat idem Hippol. in loco superius alleg. nume. 60. versi. quæ-
22 ro vlterius. Casus † autem in quibus nullis præcedētibus in-
diciis an torturam perueniri potest, ponit gloss. in cap. quæ-
stionem. xij. quæstio. ij. & Bald. in l. quicunque. C. de seruis fu-
23 giti. Item prædicta † adeò vera sunt, quòd confessio extorta
per torturam non præcedentibus indiciis est inualida, vt si a-
liquis tortus velo leuato, & ex abrupto, & nullis præcedenti-
bus indiciis confiteatur se occidisse hominem, & illi intulisse
tria vulnera, & eum sepeliuisse in horto suo, & ea confessione
audita licet iudex mittat militem ad dictum hortum, & ibi il-
le inueniat cadauer sepultū cum tribus vulneribus, sicut ipse
tortus dixerat, tamen iudex illico non potest eum condemna
re ad mortem ex dicta confessione, licet etiam sit verificata
per oculorum inspectionem, ob id, quia extorta fuit nullis
præcedentibus indiciis. Quinimò iudex debet ipsum absolue
re ab obseruatione iudicij: & tunc demum inchoare nouam
inquisitionem & processum, & sic tandem ipsum punire, vt
late prosequitur Hippoly. de Marsi. in practic. crimi. in §. se-
24 cunda quæstio. per totum. Et quid † si tortus ab aliquo pote-
state non seruatis seruandis, sed velo leuato, & indiciis non
præcedentibus, confessus sit, ac postea ab illo remissus ad a-
lium iudicem superiorem, examinanti illi nunquid vera esset
illa confessio, quam in tortura fecisset coram priore præside,
responderit veram esse, an vigore talis confessionis possit cō
demnari? Dubium facit, quia primo loco fuit tortus indebi-
tè, vnde quicquid postea sequitur, videtur fieri metu tortu-
ræ. Hanc quæstionem latè examinat Hippol. de Marsi. in pra-
cti. crim. in § occurrit. per totum. & post multa distinguit sic.
Aut iste reus erat homo rudis & idiota, & tunc videtur quòd
secunda confessio facta coram illo iudice superiore, ipsi non
noceat, nec etiam prima, per glos. in d. l. penulti. ff. de quæstio.
quia ipse reus videtur hoc dixisse vigore torturæ præcedētis
& timore ne iterum torqueatur. Aut erat homo sagax, & pra
cticus, qui verisimiliter poterat scire, quòd potestas eum non
torqueret, nisi haberet sufficientia indicia: & tunc talis con-
fessio secundo loco facta, ei noceret, quia non videtur illam
fecisse metu torturæ. Vel si per secundum iudicem fuisset reo
dictum, quòd non deberet timere de aliqua tortura, sed quòd
deberet dicere veritatem, & isto casu ipsi noceret talis secun-
da confessio. Et ad prædicta faciunt dicta per Tho. Gramma.
25 in consi. xl. nu. 14. vbi tenet, quòd confessio † spontè ratifica
ta extra torturam, licet primo loco fuisset extorta per tortu-
ram legitimis indiciis præcedentibus, nocet, & tenet, maximè
si sit iurata. & facit not. doct. Bald. in l. j. C. de confess. in v. co
26 lum. in iij. oppo. vbi ait, quòd si tortus † fuit quis non præce-
dentibus indiciis, & confessus fuerit, si postea perseueret ex-
pressè in publico, valida est confessio. & dicit notari in gloss.
in d. l. j. & l. diuus. ff. de quæstio. & aliquid per Lanfr. de Oria.
in cap. quoniam contra. in verb. confessiones. circa princip. in
prima quæstio. nume. 15. & ibi Celsus Hugo, in additio. incip.
adde idem Dn. Bartholo. Soci. extrà de probatio. Sed contra
Bald. tenuit Roma. d. consil. clxvij. Antonius accusatus. Vide
tamen Par. de Puteo in d. tractat. syndica. in verbo, tortura.
versi. an ex sola confessione. vbi videtur velle sustinere Bald.
Et vide Pau. Grillan. in tracta. de quæstio. & tormen. versicul.
27 quartò nunc videndum. Notandum † tamen est, quòd licet
confessio torti non præcedentibus indiciis sit inualida, ta-
men confessio tertij, & etiam confitentis apud quosdam, va-
let & tenet: quoniam licet non præcedentibus indiciis mini-

mè quis torqueatur, terreri tamen potest, & duci ad chordam & valet confessio, secundum Bald. in l. ij. C. quorum appella. non recip. & tradit Petr. Follerius in practi. crimi. in versi. rei indurati torqueantur. & in versi. & si confitebuntur. num. 35. & sequen. Gabr. Sar.

LVI.

1 *Iuramentum facit actum valere eo modo, quo melius valere potest & in addit. nu. 1.*

1 NOta hanc regulam † quòd iuramentū habet hanc mirabilem virtutem, quod facit actum valere, prout valere potest melius. l. cùm pater. §. filius matrē. de lega. ij. & non est alibi. & ibi Bart. hoc tenet, in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss.

ADDITIO.

Nota regulam, &c. Istam regulam declara, & intellige vt plenè per doct. maximè Ro. Alexan. & Franc de Aret. post Bar. in d. l. si quis. hic alleg. per Pet. de Ancha. in repeti. ca. cùm contingat. char. xxxviij. de iureiuran. & ibi per Moder. per Alexand. consi. uj. in iiij. colum in j. volumi. & consil. liij. per totum in tertio volumi.

ANNOTATIO.

2 *Iuramentum supplet defectum expressionis specialis, & sic facit valere actum generalibus verbis factum.*

3 *Iuramentum ligat etiam mulierem non certioratam de beneficio sibi competenti.*

1 Iuramētum † facit valere actum eo modo quo valere potest.
adde Bart. in l. si quis in princip. testamenti. ad fi. ff. de leg. iij.
& in l. omnes populi. in iij. quæstio. princip. in ver. an iuramē-
tum. ff. de iustitia & iure. Ang. in l. hi qui accessionis. ff. de fi-
deiussor. & Bart. in l. si quis maior. C. de transactio. & Bald. &
Salice. in l. sancimus. C. de testa. Bal. in l. si iure. C. de testamē.
manu. & Bal. in l. j. C. commud. vbi dicit, quòd iuramentum
2 † supplet defectum expressionis specialis, & sic facit valere
actum generalibus verbis factum: per d. l. cùm pater. §. filius
matrem. ff. de leg. ij. & per Alex. in consi. xxxj. col. ij. volu. ij. &
in l. j §. si quis ita. nu. 12. post Bar. ibi. ff. de verb. obli. & Franc.
Are. in consi. xx. col. iij. & consil. xxviij. col. iiij. & Ias. in d. l. si
quis maior. in x. notabil. C. de transactio. & in l. si conuenerit.
in ij. & iij col. ff. de iurisd. om. iud. vbi tradit dictam regulam.
Et declarat Aret. in l. qui superstitis. colum v. ver. vtrum au-
tem per iuramentum. num. 4. ff. de acquirend. hæredit. & per
Felin. in cap. cum super. in princip culum. iij. in versi. not. etiā.
de offic. deleg. post Domin. Anton. in cap. si diligenti. colum.
v. ver. fallit etiam quando. de foro cōpet. Et in pulchra quæ-
stione citat Alexand. consilio xlij. super premisso themate.
colum. v. versi. & idem not. volumi. j. vbi concludit iuramen-
3 tum † ligare etiam mulierem non certioratam de beneficio si-
bi competenti. & ita secundum eum debet declarari, quod e-
leganter Bald. tenuit in l. ij. in v. colum. in iiij. quæstio. C. de
rescinden. vendit. vbi Bal. exigebat, quòd mulier, minor, &
rusticus essent certiorati de beneficio illius legis, non proce-
dere si in contractu iurassent. de cuius tamen veritate latiùs
differit Alexand. in dicto consilio xlij. colum. vij. versic. non
obstat quartum argumētum. Et tradit Carellia. Cotta in me
moral. in vers. Emphyteuta priuari. in fin & Præposit. in capi.
ex literis. ij. num. 14. de sponsal. Guliel. Benedict. in capi. Ray-
nutius. versi. testamentum iij. nu. 20. & 33. & 37. de testa. Calca.
consil. xxv. nume. 2. & nume. 33. Deci. consil. cccciiij. viso ele-
ganti consilio. colum. ij. nu. 9. & in dicto capi. cum super. col.
iiij. nu. 11. Hippoly. singu. lxxj. iuramentum. & singu. cccccuij.
virtus iuramenti. & in l. quæstionis. col. viij. cum sequen. ff. de
quæstio. & Ias. in §. item si quis postulante. col. ij. nu. 14. Insti-
tu. de actio. & in l. eam quam. nu. 17. C. de fideicom. & in l. ver-
bis ciuilibus. nu. 14. ff. de vulga. & pupil. & in l & qui. nu. 31. ff.
de acquir. hæred. & in l. si causa cognita. nu. 10. C. de transact.
& in l j §. si quis ita. colum. viij. nume. 24. ff. de verbo. obliga.
& ibi præceptor meus Domi. Andr. Alciat. nume. 44. & in ca
pit. cum contingat. nu. 164. vbi ponit septem declarationes ad
istam regulam. Cagno. in repetitio. l. si quis maior. nu. 144. C.
de transact. & latè Tiraquel. in repetitio. l. si vnquam. in prin-
cip. nume. 127. C. de reuocan. donatio. & Didac. Segura in re-
petitio. l filius dum in ciuitate est. nume. 20. ff. de verbo. obli-
gatio. & Franc. Cremen. sing. xlij. & ibi posui. per Didac. Co-
uar. in c. Rayn. §. iij. nume. 10. versic. idem planè. extrà de test,
vbi dicit hanc opin. esse intelligendam, dummodo actus ille habeat eam solennitatem, quæ est necessaria ad effectū illum quem ex iuramento deducere volumus. Et adde quæ dixi suprà singu. xxxvj. & 50. & liuj. Gab. Saray.

LVII.

1 *Instrumenta possunt produci post conclusum in causā, dummodo producens alleget ipsa de nouo ad suam notitiam peruenisse, & hoc iuret. & in addit. nu. 1.*

NOta mirabilem doctrinam, si vera esset, quòd post cō
clusum in causa, potest quis producere instrumenta,
1 † dummodo alleget ipsa de nouo ad suam notitiam per-
uenisset, & hoc probet suo iuramento: vt ponit Bart. in l.
admonendi. ff de iureiuran. Cōtra tamen hoc facit, nam
hoc nō potest fieri, nisi petatur restitutio in integrū. & ita
tenet do. Ant. in c. pastoralis. extrà de excep. pro eo bene
facit c. auditis. extrà de in integ. resti. Sed cōtra hoc forti
ter facit, pone enim ad eius notitiam nō deuenisse, quòd
talia instrumenta essent penes eum, & probet per testes se
de nouo inuenisse. Sed ad eius notitiam peruenisse, qua-
liter probabitur, quia de cōscientia sua tractabitur? Cer
tè tunc credo, quòd staretur iuramento suo vt in c. signifi
casti. extrà de homicid.

ANNOTATIO.

2 *Restitutionem in integrum quando pinguius subuenitur, quàm per remedium ordinarium appellationis, vnum non tollit aliud.*

3 *Iudex si sciat esse cōclusum in causa, & admittat probationes, quæ non poterant post conclusionem admitti, videtur ipsam conclusionem in causa reuocare.*

4 *Iudex in dubio an præsumatur habuisse scientiam conclusionis in causa?*

5 *Instrumenta, & probationes in criminalibus produci possunt quādocunque: quia in eis non attenditur conclusio in causa.*

6 *Instrumenta fuisse de nouo reperta an iuramento probetur. Et an id iuramentum possit à procuratore generali præstari pro domino?*

7 *Instrumenta an post aperturam attestationum, vel post conclusionem in causa. vel etiam post terminum ad probandum datum, possint produci?*

Doctrina Barto. in dicta l. admonendi. ff. de iureiurand. commu-
1 niter tenetur per doctō. quando quis † nullam culpam, aut ne
gligentiam commisit circa perquisitionem instrumentorum
nunc nouiter repertorum post cōclusionem in causa: vt quia
ea probabiliter ignorauit, non quia possint produci post cō-
clusionem in causa, sed mediante restitutione in integrum, vt
per Matth. hic, Quod etiam facere potest post sententiam, ex
clausula generali, si qua mihi iusta causa, vt not. Cyn. in l. j. C.
de condictio. indebi. & Ioan. And. post Specu. in tit. de execu.
sententiæ. §. fin. ver. illud. & Bartol. in l. j. C. de senten. aduer.
fisc. latis. facit l. si mater. in princ & quod ibi not. Bartol. ff de
excep. rei iudic. & plenè not. Ioan. de Imol. in l. Imperatores.
ff. de re iudica. cum concordantibus ibi datis per Alexandrū.
Et hoc verum videtur, licet essemus in casu, in quo si feratur
2 sententia, ab ea posset appellari: quia quando † pinguius sub-
uenitur per restitutionem in integrum, quàm per remedium
ordinarium appellationis, vnum non tollit aliud: vt notatur
in l. final. C. si aduersus rem iudica. Et quia vtilius est intacta
iura seruare, quàm post causam vulneratam remedium quæ-
rere. l. fina. C. in quibus causis in integrum restitutio. non est
necessar. ergo vtilius est prouidere quòd non feratur senten-
tia contra se, quàm appellare aduersus eam latam. Et ex his
videtur quòd non sit vera illa opinio, quàm ponit Innocent.
in capitu. cùm venissent. de testibus. & Paul de Castr. in l. ora
tione. ff. de feriis. dum volunt, quòd ex iusta causa admitta-
tur ad producendum post conclusionem in causa absque re-
stitutione in integrum. nec iura per eos allegata videntur
probare. & contra eorum opinionem videtur tenere Anto-
nius de Butrio, in capitul. intimauit. de testibus. Vbi autem
non fecisset diligentiam suam, non posset producere post cō-
clusionem in causa, sicut nec post sententiam. l. sub specie. C.
de re iudica. iunctis notatis per Bartol. in dicta l. si mater. §.
eandem, in fine. ff. de exceptio. rei iudic. Nec placet dum Pau.
de Castr. in dicta l. admonendi. dicit, quòd si iudex admitte-
ret probationes post conclusionem in causa, non valerent, ni-
3 si prius reuocaret conclusionem in causa nam imò † videtur,

quod

quod si iudex sciat esse conclusum in causa,& admittat pro-
bationes,quæ non poterant admitti post conclusionẽ in cau
sa,videtur reuocare conclusionem,& pro reuocata habetur
concurrẽtibus his,quæ necessaria sunt in reuocatione inter-
locutoriæ:vt concludunt do.de Rot.decis.v.incip. Itẽ si post
conclusionem,in nouis.arg.l.illud.ff.de acqui.hære.xxxij.di-
stin.c.hospitalium.& sequitur Anto.de But.& Io.de Imol. in
c.auditis.in fi.de procur.& Abb.in c.quoniam cõtra.col.xiij.
de proba.& Bal.in l.peremptorias.C.sen.rescind.non pos.in
ij.col.in ver.quæro si iudex.& Card.in cle.testi.in ij.col.de te
4 stibus.& do.de Rot.in d.decis.v.tangunt,an iudex † in dubio
præsumatur habuisse scientiam conclusionis in causa. quod
etiam tangit Bar.in l.quod iussis.in fi.ff.de re iud.& plene tra
dit Alex.in d.l.admonendi.nu.19.ff.de iureiur. Et hæc proce-
5 dunt in ciuilibus,sed in criminalib. secus:quia possunt † pro-
duci instrumenta,& probationes quandocunque, quia in eis
non attenditur conclusio in causa.vt per Bar.in l.diui fratres.
ff.de pœn.& in l.j.§ fi.& in l.vnius.§.cognitum.in ver.quo-
cunque tempore.ff.de quæstin.& per Bald.in l.accusatoris. in
vlti.col.C.de accu.& latissimè tradidit Hipp.de Marsi. in l.j.
§.si quis vltro.nu.6.versi.item nota etiã aliud. ff. de quæst. Et
6 an instrumenta † fuisse de nouo reperta iuramẽto probetur,
latè dixi in apostil.ad Rom.sing.clxxxix.& ibi dictis adde Di
dac.Couuarru.in practicis quæstio,c.ij.nu 8.versi tertiò.vbi
etiam tractat,an id iuramentum possit à procuratore gene-
7 rali præstari pro domino,& an instrumenta † post aperturam
attestationum,vel post conclusum in causa,vel etiam post ter
minum ad probandum datũ,possint produci,latè tradit And.
de Iser.in consti.lite legitimè.in ver.irremissibiliter.ver.& ha
bet locum.in rub.de processu iudicij. Gab.Sar.

LVIII.

1 *Minor xxv annis recipiens mutuum sine curatore præsumitur consumpsisse,nisi aduersarius probet contrarium.*

1 NOta vnum casum † quotidianum;quod est speciale in mutuo, quòd minor xxv. annis qui recipit mutuum carens curatore, si petat restitutionem in integrum, non habet necesse probare læsionem: quia præsumitur consumpsisse,nisi aduersarius probet contrariũ,vt l.j.C.si aduer.creditor.

ANNOTATIO.

1 *Minor xxv annis vt in integrum restitutio concedatur. quot requirantur.*

2 *Minor in mutuo ledi præsumitur,nisi contrarium probetur.Et an hoc procedat in omnibus rebus mutuabilibus.*

3 *Minor obligatur in quantum factus est locupletior. Et quomodo probetur in eius vtilitatem quid esse versum?*

4 *Minor industriosus,& diligens præsumitur pecuniam mutuo acceptam in proprias vtilitates conuertisse.*

5 *Minor xxv.annis si in iudicio delictum confiteatur, de quo aliter non erat probatum,debet contra talem confessionem in integrũ restitui,nulla facta erroris probatione.*

6 *Mutuũ factum minori xxv annis ludenti,si illud perdiderit, non potest repeti.*

1 Ad hoc † vt minori concedatur in integrum restitutio,duo re
quiruntur,quòd sit minor,& quòd sit læsus.l.minoribus.ij.&
l.fi.C.de in integ.resti.minor.& l.nam & postea.§.si minor.&
ibi Alex.ff.de iureiur.Item quòd sit læsus dolo aduersarij,vel
sui facilitate.l.verum.§.sciendum.cum §.seq.ff.de mino. Fal
2 lit in mutuo † in quo est speciale,vt si persona,q. e propter læ
sionem restitui potest in integrum,acceperit mutuo,præsuma
tur lædi,nisi probetur esse versum in vtilitatem accipiẽtis.d.l.
j.& ij.C.si aduer.cred.& per doct.in l.ciuitas.ff.si cer.pe. Alex.
in l.singularia.nu.16.ff.eo.tit.& ibi dicit Bal.se putare hoc ha
bere locum in omnibus rebus mutuabilibus.& per Guid.Pa-
3 pæ in tract.de præsump.nu.77.Tunc enim si probetur † in ac-
cipientis vtilitatem fuisse versum,obligatur in quantũ factus
esset locupletior.l.j.§.j.in fi.ff.de autho.tuto.& in §.At econ-
trario Insti.qui.alie.lic.& in l.fi.C.de vsucap.pro empto. Fa-
ciunt quæ not.Bar.in l.si cum dotem.§.j.nu.3.ff.solu.matri.&
per Deci.in l.si eum.col.j.ver.gl.in prin.nu.4 ff si cer.pet. vbi
extendit id ad ecclesiã.& in d.l.ciuitas.col.j.versic.primus est.
nu.3 ff.eo.tit.per authen.hoc ius porrectum in fi.C.de sacro-
san.eccle.& Bal.in l iubemus §.sanè.in prin.C.de sacrosan.ec
cle.l.si prædium.C.de præd.minor.Abb.in c.si quis presbyter,
in fi.de reb.eccle.non aliẽ. Alex.consi.iiij.viso processu.col.j.
in fi.vol.iij.Barb.in consi.xl.col.x.volu.j.& tradit idẽ Deci.in
l.iure naturæ.nu.3.ff.de reg.iur.Et quõ probetur esse conuer-
sum in vtilitatem alicuius,tradit Bal.in d l.j.C.si aduer.credi.
& Pet.de Anch.in consi.vlti.Adde tamẽ quòd licet in mutuo
minor præsumatur læsus,nisi contrarium probetur per cre-
4 ditorem,nihilominus talis præsumptio tollitur,si minor † erat
industriosus,& diligens:quia præsumitur pecuniã in proprias
vtilitates conuertisse.arg.l.fi.C.de pignor.& tradit Bart.in l.j.
col.j.ver.ex hac lectura.nu 2.& 3.C.qui & aduersus quos. Et
5 notandum † est pro defendendo minore in causa criminali,
quòd si minor xxv.annis cõfiteatur in iudicio delictũ, de quo
aliter non erat probatum,debet restitui in integrũ aduersus
talem confessionem absque alia probatione erroris: quia ex
hoc solo apparet eum esse læsum.ita sing.tenet Ange.in l.cer-
tum.in §.in pupillo.ff.de confes.vbi ad hoc allegat text.cũ gl.
ij.in c.ij.de in integ.restitu.in vj.& dicit quòd ita intelligit l.si
ex causa.§.nunc videndũ.de mino.quod est diligentissimè no
tandum,vt per Alex.in d.l.nam & postea.in §.si minor. col.fi.
nu.21.ff.de iureiur.& consi.cxvj.inci.in causa appellationis.
col.j.vol.iij.& latè per Hipp.de Marsil.in l.de minore. in prin.
nu.33.ff.de quæstio.& Lanfr.de Oria.in c.quoniam contra. in
ver.confessiones.de probatio.& per Bart.in l.minor xxv an-
nis omissam.in prin.ff.de min. Vltimò pro corrolario prædi-
ctis adde id quod posuit Paris de Puteo in tracta.de ludo.nu.
6 16.vbi dicit quòd mutuum † factum minori xxv.annis luden-
ti,si illud perdiderit,non potest repeti.per l.quod si minor.§.
pen.ff.de mino.in tex.& in gl.magn.& in l.quid ergo.ff.de do
natio.inter virum & vxo.l.si vero non remunerandi.§.si ado-
lescens.ff.manda.& ff.quar.rerum actio nõ detur.l.ij.& ff.pro
emptor.l.si quis. Gab.Saray.

LIX.

1 *Doctores legum,& medicinæ non possunt pro debito ex contractu vel quasi personaliter capi,nec eorum filij,& vxores: & quid in criminalibus?in addit.nu.1.& 2.*

2 *Lex noua simpliciter loquens non tollit priuilegia clausa in corpore iuris etiam si adsit clausula derogatoria.*

1 NOta quod legum doctores, † & medicinæ nõ pos
sunt personaliter capi pro debito ex contractu,
vel quasi:quia gaudent priuilegio, vt est tex.singu
laris in l.medicos.C.de professo.& medic.lib.x.& hoc e-
tiam priuilegio gaudent eorum filij,& vxores. Et statuta
simpliciter loquentia de capiendis debitoribus,debent li
mitari per d.l.medicos.& per l.ij.C.de noxali.facit quod
not.Bar.in extrauag.ad reprimendum.super verbo, non
obstante.& vide ibi plenissimè,& quod not.in authenti.
qua in prouincia.C. vbi de crimi.agi opor.vbi not.quòd
2 lex noua † simpliciter loquens non tollit priuilegia clausa
in corpore iuris:imò,quòd plus est,etiã si sit clausula dero
gatoria,quæ diceret,non obstante etiam aliquo priuile-
gio.quod not.

ADDITIO.

Not.quòd legum,&c.Ad istud dictum vide Magistr. meũ Ias. in l.generaliter.in vltimis verbis.ff.de in ius vocan.

ANNOTATIO.

3 *Doctor actu legens dicitur esse in dignitate,& vocatur persona illustris,& gaudet omnibus priuilegijs militibus cõcessis, & non potest torqueri.*

4 *Doctorum laus.*

5 *Doctores actu legentes tantum,an verò vt cæteri non possint torqueri?*

6 *Doctores & aduocati debent esse immunes à solutione collectarũ: & quid de eorum filijs sit? & an id etiam de procuratoribus vel licentiatis in legibus intelligatur?*

7 *Militem quem esse quomodo probetur,ad hoc vt militum priuilegijs gaudeat?*

8 *Doctor si committat crimen,quod in alijs suspendio punitur,ipse suspendi non potest.*

9 *Doctor pro crimine non potest decapitari, nisi prius degradetur, prout fieri solet in sacerdotibus.*

Adde eundem Matth.in l.consentaneum.col.iiij.in ver. prædicta
omnia fallunt.C.quomodo & quando iudex.Bar.in tracta.de
carceribus,col.j.versic.secundò quæ o.nume.5.& Alexan. in
1 l.si quis.ff.de fur.vbi etiam † dicit idẽ esse in filijs & vxoribus

doctorum.& in l.miles.in prin.nu.2.ver.tamē dico ff.de re iu
di. Et tradit Milus in suo repertor.in verb.carcerati. in ij.ver.
& Hipp.de Marsi.in pract.in §.attingam.nu.68. Et an id ꝓce
2 dat in criminalibus? dic ꝙ non: quia † doctor potest capi, &
etiam torqueri, si non de iure, saltem de cōsuetudine. ita dixit
Anto & Alex.in l.j.C.de quæstio.post Odofr.in trac.de quę-
stio. Idem tenet & sequitur Pau.de Leaz.in c.grauis.de depo.
Ang. Aret.in tract.malefic.in ver.fama publica. col.xxj. ver.
sexto quæro.nu.102.& Franc. Brun.in suo tract.de indi.& tor
tu.in vij.char.in ver.quid autem de doctoribus.vbi subdit ali
quos Modernos ita tenere.dicentes nunquam vidisse talem
consuetudinem obseruari.& licet Rom.sing.cccccxciiij.incip.
milites doctores,vbi dixi,tenuerit dictam cōsuetudinem non
valere,per l.omnes iudices.C.de decur.lib.x.& l.milites.C.de
quæstio.& sequuntur doct.Alex.in l.Centurio.col.j.ff.de vul
ga.& pupil. Iasan l.de quibus.col.xxiij.versi.nota tamen.ff.de
legib.& Bar.in l.j.C.de aduo.diuer.iudi. Paris de Puteo in tra
cta.de syndi.in char. xviij.ver.an doctor & Cæpol.cōsi.crimi.
cxxxix. Lucius.Hipp.de Marsil.in l.edictum.nu.4.ff.de quæ-
stio.& in practi.cri.in §.expedita.nu.29.ver.item doctores.&
sing.ccccclvj.plura.Ioan.de Arno.epith.lxvj.Lud Carer.qui
infinitos allegat in repeti.l.obseruate.nu.179.C.quorū appel.
non recip.limitantes in casibus exceptuatis hoc non procede
re,vt puta in crimine falsi,vt per Thomam Gramma.in voto
xxv.nu.5 Vel in crimine læsæ maiestatis,vt plenè per Do. Hie
rony.Gigan.in suo solenni tracta.de crimine læsæ maiesta. in
ij.lib.in rubri.quomodo & per quos.q.xxvij. Tamen id intel
3 ligendum est in doctoribus † actu legentibus:cùm tūc dican-
tur esse in dignitate.vt not.in prima constit.Cod.§.j.& in l.ij.
C.de Iudæis. Abb.in c.quanto.de magi.Et dicitur persona il-
lustris,secundum Bal.in procemio,fforum.& Alex. in d.l.Cē
turio.col.iij.& est bonus tex.C.de Iustin.Cod.cōfir.§.ad istud
verbum.Et tales gaudent omnibus priuilegiis militibus con-
cessis,vt dixit Bar.in d.l.medicos.& Iac.Rebuf.in l.Grāmati-
cos.C.de profess.& med lib x.vbi multa bona allegat, & in-
ter alia dicit formaliter,quòd doctores habent priuilegiū, ne
quæstioni subiiciantur:nam milites qui non habent dignita-
tem,eo priuilegio gaudent.per d.l.milites.C.de quæstio.mul-
to magis doctores actu legentes,cùm,vt suprà dictum est,ha-
4 beant dignitatem.dicuntur † enim quasi radij solis,vt in c.mul
ti.de pœn.dist.ij.Et velut luminaria splēdere dicūtur, vt pro-
bat tex in c.j.de relinqui.& vene.sanct.& cap.super. extra de
mag.vbi dicitur,quòd doctores veluti splendor fulgēt firma-
menti.& dicit gl.not.in c.cùm ex eo.de elect.in vj.quòd aduo
cati non minus prouident humano generi, quàm si armis pa-
triam defenderent.& doctorum scientia mūdus illuminatur,
vt dicit Sali.& ibi Moder.& maximè Bologninus in auth.ha-
bita.C ne filius pro patr.Et ideo tales doctores actu legentes
torqueri non possunt,& contraria cōsuetudo non valeret, vt
vltra prædictos tenuit Lud. Bolog.in additio.ad Guid. de Su-
za.in tract.de tormen.col.iij.in prin.& plenè per Thomā Grā
ma.in voto j.& Lud.Roma.in l.si verò § de viro.ff.solu.mat.
Secus in doctoribus actu non legentibus,quoniā non sunt in
dignitate vt not.Bal.in j.Consti.Codicis & Abb.in d.c.quan
to.Et non reperitur doctor,qui dicat talem actu non legentē
non posse torqueri,vt dixit idem Anto.de Alex.in d.l.j.C.de
quæstio. vbi allegat etiam Bar.in d.l.medicos. dicentem,ꝙ ad
hoc,vt doctor cōsequatur illa priuilegia, de quib⁹ ibi,requiri
tur,quòd sit actu legens,Et secundum hanc distinctionem po
test intelligi id quod dixit Cy.in l.iij.C.ad legem Iul. maiest.
vbi tenuit,quòd nec miles,nec doctor poterit torqueri etiam
existentibus legitimis indiciis,prout etiam plenè refert & se-
5 quitur Ias.in d l.de quibus.ff.de legib. † vide tamen Guid. Pa
pæ,in decisio.Grationop.lxxxviij.incipien.sed quæro an Do-
mini doctores.vbi tenet quòd priuilegia d.l.medicos. compe
tunt doctoribus tam actu legentibus,quàm aliis non legenti-
bus.idque latè prosequitur, & multa in materia ponit. & ibi
in additio. Et idem Guid. decisi.ccclxxxviij. vbi hoc dictum
Barto.comprobat quatuor motiuis,nu.5. versic.Quintò pro
6 hoc facit. vbi infert † non solùm doctores actu legentes, sed
etiam alios aduocationis munere fungentes immunes esse de-
bere à solutione collectarum.quod etiam ad eorum filios ex-
tendit decisio.sequenti.Quod tamen limitat procedere in do
ctoribus aduocantibus,non procurantibus:quia procuratio-
nis officium vile reputatur.l.quia si procurationem.C.de de-
curio.lib.x.& apertius decisio.ccccix.an autē. & quid si vnus
sit de licentiatis in legibus idem tradit decisio.cccxc. sed quid
7 de licentiatis. Quomodo autem † probetur quem esse mili-
tem,ad hoc vt gaudeat priuilegio,de quo hic fit mentio, tra-
dit latè Aufr.e.decisio.Tholo.cxlj. Adde tamen quòd licet do
8 ctor † committat crimen, quod in aliis suspendio puniretur,
ipse suspendi non potest,vt tradit idem Bologni. in dicta au-
then.habita in v.chart.& l.ij.ver.vlterius aliud habet priuile-
gium.C.ne filius pro patre.& pulchrè per Alex.in l.milites.ff.
de re iudic.& Andr.de Isern.in c.j.in titu.quæ sint regalia. Et
9 adde quòd si accideret † aliquis casus , quòd doctor veniret
decapitandus,non potest decapitari de iure,nisi prius degra-
detur,prout fieri solet in sacerdotibus ita dixit Mart. Laudē.
in procemio fforum.in ij.lectu.allegat tex.notab.cum gl.in l.
omnes.C.de episc.& cleri.in §.præterea nullus.ibi,post amis-
sionem.pro quo etiam facit tex.in cap.degradatio.de pœni.in
vj.& sequitur & magnifacit Lanfran.in tracta.de præced.mi-
lita.& doct.in iiij.char.& sequen.& Alex post Bart.in l.j.in ij.
col.C.de dignita.lib.xij Et tradunt Moderni, super capitulis
Regni Neapolitani.in titu.de furtis.cap. incip. Carolus, &c.
Ad hoc quòd nostrorum. super verbo , suspendio condem-
netur. Gabr.Saray.

LX.

1 *Clerici in sacris minoribus constituti non possunt capi etiam per iu*
dicem ecclesiasticum pro debito ex contractu vel quasi. Secus si
ex delicto, vel ex contractu occasione depositi.

1 NOta † quòd clerici in sacris minoribus cōstituti non
possunt capi etiam per iudicem ecclesiasticum pro
debito ex contractu vel quasi, vt not. Ioan. And. in cap. si
clericos sen.excom.lib. vj.ad quod illum tex.allegat in c.
lator.de pig.& regulam c.nuper.& ca.vt famæ.de senten.
excom. Secus si sit debitor ex delicto, vel ex contractu oc-
casione depositi:vt quia contrectauit depositum vt in c.j.
extra de deposi.& ibi do. An.

ANNOTATIO.

1 *Clericus an possit pro debito ciuili, vel criminali carcerari? Et an*
possit torqueri si aliàs sit infamis, vel suspectus?
2 *Clerici non possunt torqueri nisi sint infames.*
3 *Tortura in clerico debet esse moderata.*
4 *Clericus regulariter non potest per laicum torqueri.*
5 *Clericorum appellatione qui veniant?*

Idem tradit ipsemet Matth.in l.consentaneum.col.ij. ver. prædi-
cta omnia fallunt.C.quomodo & quando iudex. Sed an cleri
1 cus possit † pro debito carcerari? quidam tenent quòd sic,
ita Bal.do Anto.& Abb.in c.dilectis.& Ant Cardin. Alex.in ij.
notab.de appel.vbi ipse Cardi.arguit pro contraria parte,&
non soluit. Contrarium tamen,quòd imò non possint clerici
capi pro debito ciuili tenuit Io.And.in d.c.si clericos.de sent.
excom.in vj.ad quod allegat illum tex.in d.c.lator.de pigno.
Idem etiam firmat Nico.Mil.in repertorio suo. in ver. cleri-
cus in vj. ver. vbi plura allegat.& docto.in d.c.dilectus. extra
de appel.post gl.ibi.& Inno.in c.famæ. in gl. in ver. prælato-
rum.de sen.excō. Et per Phili.Perus.in d.c.dilectis. & ibi De-
ci.in j.not.& per Io.And.in c.nullus de pign.& per Calder.in
cle.j.de offi.ord.& aliquid per Palat.Ruui.in repet.rubri. ex-
tra.de dona.inter vir.& vxo.in §.xxxia.in princ.nu.3. Hæc ta-
men conclusio intelligitur vt hic per Matth.in debito ciuili,
secus autem in debito descendente ex delicto, vel quasi, quia
pro tali debito clericus poterit carcerari, secundum doct. in
locis præallegatis.& tradit Hipp.de Marsi.in pract.cri.in §.at
tingam.in fi.nu.70.Et non solum poterit capi, sed etiam tor-
queri,si aliàs sit infamis vel suspectus vt voluit Abb.in ca.cū
in contemplatione.col.ij.ver.cōmunis cōclusio de reg.iu.vbi
dixit,quòd Abb.antiq.in c.j.de deposi.dixit notabile verbū,
2 videlicet,quòd non reperitur clericos † esse torquendos nisi
sint infames,& hoc dictū cōmuniter approbari testatur Car-
dinalis in d.c.j.col.j.in v.not.de deposi. Et eum sequitur Hip-
po.de Marsi.in l.edictum.col.ij.versi.Item etiam clerici.ff.de
quæstio.& in sing.lv.inci. Aduertas,vbi dicit id practicasse in
ciuitate Cumatū,& obtinuisse,quòd quidam pauper presby-
ter non torqueretur,quia non erat diffamatus. Et hāc doctri-
nam etiam sequitur Feli.in c.veniens.ij.de testib.& in c.vni-
uersitatis.de sen.excom.& in c.cum oporteat.col.pe. de accu.
& Card.in d.c.cum in contēplatione.col.iij.circa med. de reg.
iur.& Nic.Boēr.in decis.cccxvj.nu.6. Quāuis cōtrarium te-
nuerit

nuerit Card. Zabar. in d. c. cùm in contemplatione. col. iiij. in
fi. & col. iiij. in prin. de reg. iur. vbi dixit clericos in sacris non
constitutos militibus æquiparari, & sicut milites torqueri re-
gulariter non possunt ita erit in clerico. Et dixit Abb. in d. c.
j. de deposit. dubitare de dicta doctrina Abbatis Antiqui, &
Domi. & præceptor meus dom. Andr. Alciat. in c. pernitio-
3 sam. num. 43. 44. & 45. de offic. ordi Tortura † tamen in cleri
co debet esse moderata, ne potius in pœnam transeat, quàm
in indagationem veritatis, vt dixit Abb. in d. c. vniuersitatis. de
senten. excommu. Præpos. in c. illi qui. colum. ij. nu. 7. v. q v. &
Card. in d. cùm in contemplatione. col. iiij. de reg. iur. Scien-
4 dum † tamen est clericum regulariter non posse per laicum
torqueri, vt est gl. in c. illi ibi per clericos. v. q. v. ad idē gl. in c.
presbyteri. ead. caus. & quæstio. & glo. in c. in summa. xlv. dist.
& glo. xxiij. q. v. in ver. episcopis. Abb. in d. c. vt famæ. de sen-
ten. excom. & eleganter tradit do. Hierony. Gigas in suo so-
lenni tract. de crimi. læsæ maiest. lib. ij. in rub. quomodo & per
quos. q. xxviij. & ante eum plenissimè Io. Bernar. Diaz, in sua
pract. cri. Cano. in ver. Tortura. c. cxvij. incip. præmissis prius,
5 quæ debeant torturam præcedere. Qui autem veniant † appel
latione clericorum? Dic quòd presbyteri, Diaconi, Lectores,
& Cantores, vt hotatur in authent. presbyteros. C. de epis.
& cleric. & extra, de verb. signific. c. si ecclesia. Gab. Saray.

LXI.

1 *Clerici regulariter non gaudent priuilegio concesso militibus arma ta militia, nisi quatenus hoc sit expressè à iure dispositum.*

2 *Clerici non gaudent priuilegio, quòd exigantur deducto ne egeant.*

3 *Priuilegium vbi alicui contra ius datur, non extenditur ad consequentias.*

1 NOta, quòd clerici † non gaudent regulariter priuile-
gio cōcesso militibus armatæ militiæ, nisi quatenus
hoc sit expressè à iure dispositum, & ideo non gaudent pri
uilegio l. j. C. de iur. & fac. ignoran. & Bar. ibi hoc tenet. Si
2 militer † non gaudent priuilegio quòd exigi possint qua-
tenus facere possint deducto ne egeāt. in c. Odoardus, de
soluti. & ibi not. Licet gl. & Bar. videantur sentire contra-
rium in l. miles. in princip. ff. de re iudic. Quinimo vide-
tur dicere plus Ricardus Malumb. quod æquiparātur mi-
lites armatæ & cœlestis militiæ, vnde secūdum eum idem
in priuilegio d. l. j. C. de iur. & fact. ignor. qui dicit cōtra-
3 rium eius, quod hîc dicitur, nam † vbicunque, secundum
ipsum ibi, datur aliquod priuilegium militi, vel alicui cō
tra ius commune, non extenditur ad consequentias, sed
hoc est huiusmodi, ergo, &c. Non obstante lege fori, quia
illa părificat quantum ad dominium, non quo ad alia
priuilegia; quicquid ibi dicat Bart. Et an priuilegio quod
quis non possis conueniri vltra quàm facere valeas pos-
sit renunciari? Dic quòd si conceditur personæ non renū-
tiatur. l. alia. §. eleganter. ff. solu. matr. Secus si aliter. l. ve-
rum. §. fi. ff. pro socio. & l. sciendum. & l. si conuenerit. ff.
de re iudi.

ADDITIO.

Nota, quòd clerici, &c. Ibi similiter. Adde quòd gloss. in l. miles.
hic alle. approbat Anch. in repe. c. si propter. col. vj. de rescri.
in vj. per text. in c. Odoardus. de solu. vbi Abb. in iij. col. indu
cit illum text. & not. ibi Imol. post Ancha. dicens hoc esse dili
genter menti tenendum. eo. Bar. Ang. & Imol. in d. l. miles. &
dicit Abb. in consi. xciiij. incip. in quæstione hæredum. secun-
do vol. j. col. quod sicut res empta ex pecunia militis pertinet
ad ipsum militem, licet ab alio empta sit. l. si vt proponis. C.
de rei vendi. ita res empta per alium de pecunia clerici, & alle
gat gl. & doct. in d. l. miles. Idem tenet San. faciens mentionē
de Matthæ. hic. in c. cùm ex officij. col. ij. circa princ. vbi plu-
ra alleg. de præscr. & Alex. in d. l. miles. considerans quòd pri-
uilegium de quo ibi, est datum ob publicam vtilitatem ne mi
lites distrahantur à militia, ideo potest fieri extensio ad cleri-
cos ne distrahantur à diuinis per allegata ibi per eum. Doctri-
nam igitur Matthæi hic spernes dicentis æquiparationem cle
rici & militis fieri nisi in casibus à iure expressis secundò do-
ctor. vbi supra. Sed sequi debemus doctrinam Pan. in cap. j. de
cler. egrot. vbi dicit istam æquiparationem esse bonam, nisi
quando datur instātia specialiter. verbi gratia, respectu igno-
rantiæ iuris, & respectu testandi in quibus differunt. facit l.
qui cum vno. ff. de re mili. iuncto c. præcepta. cum gl. l v. distin.
vbi do. not. istam instantiam, quòd carens testiculo non po-
test esse miles, secus tamen in clerico. Adde etiam quòd istam
opi. Matt. sequitur etiam Mag. meus in l. quamuis. col. iij. cir-
ca me. C. de iuris & facti ignorantia. Licet contrarium tenue-
rit ibi Fulg.

ANNOTATIO.

1 *Priuilegia omnia concessa militibus armatæ militiæ, competunt etiam militibus cœlestis militiæ.*

2 *Miles armatæ militiæ non cogitur cedere bonis, sed habet priuilegium ne conueniatur vltra quàm facere possit, deducto ne egeat, ita nec miles Dei.*

3 *Miles & sacerdos regulariter de iure torqueri non possunt.*

4 *Stipendia militum & clericorum non possunt capi pro executione sententiæ.*

5 *Miles non potest legare concubinæ, ita nec clericus; & an ij possint inter viuos concubinis donare?*

6 *Militi armatæ militiæ licet iuris ignorantia non imputetur, militi tamen Dei in hoc non parcitur.*

7 *Priuilegio, ne quis teneatur nisi inquantum facere possit, an renunciari possit.*

1 Omnia † priuilegia à iure concessa militibus armatæ militiæ,
quorū multa tradit Bar. in l. neque. ff. de testa. mili. & Bal. in l.
milites. C. e. tit. & Alex. in l. Centurio. col. iij. ff. de vulg. & pup.
2 competunt etiam militibus cœlestis militiæ. Hinc † est quòd
sicut miles armatæ militiæ non cogitur cedere bonis, nec pos
set carcerari pro debito, sed habet priuilegium ne conuenia-
tur, vltra quàm facere possit deducto ne egeat. l. miles. & ibi
Bart. & Ang. ff. de re iudic. ita nec miles Dei vt vult gl. ordina-
ria in d. l. miles. & est tex. secundum vnam lecturam in d. c. O-
doardus. de solutio. hic alleg. de quo vide latius ibi per Pet. de
3 Anch. Io. de Imol. Abb. & alios. Item sicut † miles armatæ mi-
litiæ de iure non potest torqueri, vel suspēdi. l. desertorem. §.
j. cum gl. not. ff. de re milita. & l. milites. C. de quæstio. & dictū
fuit supra in fin. lix. & lx. ita nec sacerdos, vt per Cyn. & doct.
in l. nullus. C. ad l. Iuliā maiesta. & per cano. in c. j. de deposit.
4 Item sicut † stipendia militum non sunt capienda pro execu-
tione sententiæ, ita nec etiam stipendia clericorum. de hoc est
text. iuncta gl. in l. stipendia. C. de exec. rei iudic. & facit text.
iuncta gl. in l. Nepos Proculo. in fi. ff. de verb. signi. & per Ca-
no. in c. peruenit. de pignor. & latè per Abb. in repe. c. cùm es-
ses. in iiij. q. princ. de testam. & per Bart. & doct. in l. si finita. §.
5 si de vectigalibus. in ij. col. ff. de dam. infect. Item sicut † nō va
let legatum relictum concubinæ per militem, l. miles ita. §.
mulier. ff. de mili. testa. ita etiam non valet legatum, relictum
per clericum, vel sacerdotem concubinæ suæ, vt dixit Bart. &
post eum cæteri doct. in d. §. mulier. Et idem Bartol. in l. mu-
lierem. ff. de his quibus vt indig. Et facit in argumentum l.
Claudius. ff. eo. tit. Item sicut non valet donatio inter viuos fa
cta concubinæ per militem seculi, l. ij. C. de donatio. inter vir.
& vxor. ita nec donatio facta concubinæ per clericum: ita di-
sputando tenuit Ricard. Malumbræ & sequitur Bart. in l. affe-
ctionis. ff. de dona. & not. Cyn. in d. l. ij. C. de donatio. inter vi-
rum & vxor. & Io. And. in c. de his. de sepul. & Alex. in d. l. Cen
turio. in ij. col. & Imol. post Abb. in c. j. de cler. egrot. & Alex.
in d. l. miles. in prin. nu. 3. ff. de re iudi. per glo. ibi quam tamen
gl. Paul. de Castr. ibidem dicit, quòd non seruaretur in practi
ca, & quòd aduocati videātur tenere contra eam. Et plenè per
insignem doctorem Do. Bermondum Choueronium in eius
commentarius titulum de publicis concubinariis, in concor-
datis in verb. contra prædictos. §. scilicet, publicos concubi-
narios, nu. 21. versic. vltimo loco videndum est. chart. cclij.
Quod autem dictum est, quòd priuilegia tributa militibus
seculi extenduntur ad milites Dei, debet limitari, vt procedat
in casibus, in quibus subest eadem ratio, & vbi cōtrarium nō
6 reperitur dispositum in iure, aliâs secus. Licet ergo † militi ar-
matæ militiæ non imputetur ignorantia iuris, d. l. j. C. de iuris
& fact. igoo. hic. allega. militi tamen Dei, in hoc non parce-
tur. ita limitat Abb. in dict. c. j. de cler. egro. & doct. in d. l. j. &
7 Alex. in d. l. miles. in prin. ff. de re iudica. Et an priuilegio † ne
quis teneatur nisi inquantum facere possit, renuntiari possit?
Vide Specul. in tit. de renunc. & conclu. in §. j. in versic. Item
quòd beneficium, quòd quis condemnetur. Et Ioan. Andr. in
d. c. Odoardus. de solutio. Imol. & Ang. in l. Nesennius. §. fi. ff.
de re iudi. & Imo. & Alex. in l. ex diuerso. §. fi. ff. solu. matri. &

Ant.de Butr.consi.xlij.& latè tradunt doct.in l.suot qoi putant.ff.de re iudicat.& in d.l.alia.§ eleganter.& ibi Alex.col.fi.nu.10.ff.sol.ma.& idem Alex.in l.non tantum.col.iij.nu.12.ff.de re iudica. Gab.Saray.

LXII.

1 *Infamia iuris irrogatur in reum actione famosa accusatum, si sententia contra eum, licet absentem & indefensum, legitimè tamen citatum, feratur, quæ tollitur, si in integrum restitutionem obtineat.*

NOt.quòd si reus post litem contestatã in actione fur-
1 ti, vel alia† famosa se absentauit, & feratur sententia
contra eum absentem, vel indefensum, legitimè tamen
citatum, irrogatur sibi infamia iuris, sicut si sententia la-
ta esset contra eum præsentem, vt l.non solùm.§.fin.ff.de
procu.& l.j.§.de qua.ff.de postu. vbi probat tex.iuncta gl.
quòd licet talis sit effectus infamis, si tamen petat, & obti-
neat restitutionem in integrum propter absentiæ causam
iustam, tollitur in consequentiam infamia irrogata.Bar.
tamen videtur tenere contrarium in l.ictus fustium.ff.de
his qui notan.infami.

ANNOTATIO.

1 *Bannitus restitutus per principem, an dicatur etiam restitutus ad famam?*
2 *Infamus non potest ad famam reintegrari de ordinata iustitia.*
3 *Absens damnatus an efficiatur infamis?*
4 *Infamis vt quis sit, requiritur confessio ipsius in iudicio, vel sententia iudicis, nec sufficit probatio criminis.*
5 *Infames infamia iuris qui dicantur, & qui infamia facti?*
6 *Infamia quatuor producit effectus.*
7 *Infamis ne sit ille, qui habitus est pro confesso?*
8 *Infamem restituere solus princeps an possit? & an talis restitutio possit per procuratorem peti?*
9 *Dispensari an possit super infamia?*
10 *Infamia in actione famosa quibus cautelis per inquisitum euitari possit?*
11 *Restitutus si quis sit ad gratiam post proditionem, si postea ab aliquo vocetur proditor, an contra talem is possit agere actione iniuriarum?*
12 *Episcopus licet non possit quem directè ad famam restituere, tamē in crimine adulterij indirectè potest, restituendo clericū damnatum de adulterio contra sententiam suam.*
13 *Infamis non efficitur cōdemnatus ad restitutionem rei furto subtractæ.*
14 *Condictio furtiua non infamat.*

Istud latissimè tradit Alex.consi.cxij.omissis argumentis, & con
1 sil.cxiiij.repetitus vt dicam.vol.ij.vbi etiam ponit† an banni-
tus restitutus per principem dicatur etiam restitutus ad fa-
mam? Et adde Bal.in cap.veritatis.col.ij.de dolo & contuma.
2 vbi dixit, quòd infamis† non potest ad famam reintegrari de
ordinata iustitia, & Ange.& Imol.in l.infamem.ff.de public.
iudic.post Bar.ibi.& Alex.in apostil.& Bald.in l.j.in vlti.col.
C.de hære.insti. Pau.de Cast.consi.excviij.& Barba.consil.iij.
3 col.ij.vol.ij. Et an† damnatus absens efficiatur infamis tradit
Spe.in tit.de sen.in § j.ver.quid de istu.& facit quod habetur
in l.fi.de requiren.reis.& Bal.in l.j.C.de seruis reipub.manu.
& Bal.in l.eoam.C.de fur.& in l.certa.C.quando prouo.non
est necess.& in l.j.C.de cal.& per Hippol.de Marsil.in pract.
crimi.in §.postquàm.in fi.nu.67.& in §.aggredior.nu.95.96.
& 97.& nu.111.vbi ponit post Petr.de Anchar.consil.clxxxix.
4 incip.tribus de causis, quòd ad hoc† vt quis sit infamis, requi-
ritur confessio ipsius in iudicio, vel sententia iudicis, nec suf-
ficit probatio criminis & hãc partē firmat pluribus similibus,
quam tenet etiã Tho.Gra.cōsi.xxxiiij.nu.6.& in voto.iij.nu.
5 36.& voto.xxx.n.25.Et qui† dicātur infames infamia iuris, &
infamia facti tradit latè Ias.in l.cunctos populos.in ij.lec.nu.
44.& 45.C.de sum.tri.& fid.catho.Odofre.in l.cōtinet.nu.4.
ff.quod me.cau.Plotia.in l.quæsitum.nu.2.ff.de testib.& Bal.
6 in lib.statutorū.in ver.Infamia.vbi dicit quòd infamia† qua-
tuor producit effectus.Et idem Bal.in l.frater.C.de inof.testa.
7 io prin.Et an habitus† pro confesso sit infamis, tradit Bal.in
l.si tutor.C.de interd.matri.vbi dicit quòd non.& in l.etiam.
C.de fur.& in l.cùm mulier.col.xx.ver.ad secundū dubium.
ff.sol.ma.& Cor.consi.lv.vol.iiij & in consi.xlij.vol.j.& Bal.
in additio.Spe.in tit.de sentē.ver.an condemnati.Ang.Are.in
lib.maleficiorū.in ver.Qui iudex videns.& Nell.in trac.ban-
nito io iij.parte primi temporis.in xl.q.& Bal.in l.quoniam.
8 ff.de infamib.Et quòd solus† princeps possit infamem resti-
tuere tradit Bar.in d.l.infamem.col.fi.nu.13.ff.de pub.iudi.&
ibi Alex.in apost.vbi dixit ita fuisse consultum Veronæ per
singulares viros.vbi etiam subdit an talis restitutio possit per
9 procuratorē peti.Et an† super infamia possit dispensari, vide
ibidem plene per ipsum Alex.saluantem ipsum Bar.à contra-
10 rietate.Et ibi etiam ponit cautelas, quibus† possit infamia in
actione famosa euitari per inquisitum.de quibus latius tradit
Barth.Cæpol.conciuis meus in tracta.cautelarum caut.xij.in-
cipi.Regulariter ille, quas postea reassumpsit M.Ant Blan.in
sua pract.crimi.in fi.caut.iij.incip.condēnatus actione famo-
11 sa.Et si quis† fuerit ad gratiam restitutus post proditionem, si
postea ab aliquo vocetur proditor, an cōtra talem possit age-
re iniuriarum? latè tradit Do.Hierony.Gigas in suo solemni
tract.de crimine læsæ maiesta.lib.ij.in tit.de proditoribus.q.
vij.& vide eundem in dicto tract.lib.ij.in tit.de pœnis cōmit.
cri.læsæ maiesta.q.xxij.vbi multa de huiusmodi restitutione
12 doctissimè scribit.Et no.quòd licet† Episcopus non possit di
recto restituere aliquem ad famam, vt concludit Do.Abb.in
c.cùm T.de re iud.col.iiij.in casu tamen adulterij, cùm liceat
sibi dispēsare vt in c.at si clerici.in § de adul.de iudi.restituendo
do clericum damnatum de adulterio contra sentētiam suam,
restitutio famæ venit per quandam consequentiam: & sic po-
test indirectè, quòd principaliter non potest, & hoc pro singu.
notat Io.Bernard.Diaz.in pract.cri.capo.In ver.adulterij.c.
13 lxxix.nu.4.Et in proposito† notandum est, quòd si aliquis re-
periretur condemnatus ad restitutionem rei furto subtractæ,
quòd per hoc non fieret infamis, quia posset intelligi, quòd
14 fuit actum condictione furtiua, quæ† non infamat, & non a-
ctione furti.& hoc tenet Io.de Ana.in c.qualiter, & quando.
ij.de accu.& illod refert Feli.in §.ad corrigendos.in iij.col.de
accu.quod etiam ad clericum extendit Ioan.Bernar.Diaz.in
pract.cri.in ver.Fures.c.lxxxiiij.nu.14.quę omnia sunt in ma
teria notabilia. Gab.Sar.

LXIII.

1 *Reus respondens libello, semper debet apponere illa verba, Non animo litem contestandi. Et quare?*
2 *Iudex procedit ad primum & secundum decretum contra reum, si libello actoris purè respondere, & super eo litem contestari recuset.*

1 NO.cautelam, quòd reus† in respondendo libello sem
per apponat illa verba: Non animo litem contestan
di. Nam per responsionem talem nunquam inducitur li-
tis contestatio, ex quo ipse non consensit, vt no.glo.in l.j.
C.de lit.contestat.quam doct.communiter tenent.Iudex
2 †tamen debet ei mandare quòd purè litem contestetur,
& si ille recuset, non poterit ille pronuntiare litem haberi
pro contestata.sed ratione contumaciæ procedet ad pri-
mum & secundum decretum, vt no.per gl.& Bar.in l.con
sentaneum.C.quo.& quã.iudi.vbi dicit Bar.quòd illa gl.
facit verecundiam multis doctoribus tuentibus.

ADDITIO.

Not.cautelam,&c.In fi.Adde Spe.in tit.de lit.contest.§.j.versi.illud etiam not.cum aliis pluribus ver.sequen.Bal.in l.vnica.in iij.col.C.de lati.liber.tol.per Alb.& doct.in l.j.C.de lit.cōte.in terminis faciunt no.per Fely.in c.cùm M.col.xxij.de cōsti.& per doct.maximè Magistrum meum in l.non solùm.§.morte.ff.de no.ope.nun.

ANNOTATIO.

1 *Litis contestatio impeditur ex appositione clausulæ Non animo litem contestandi extra, nisi iudex prius iusserit litem contestari. & an si post hanc protestationem ex interuallo respondeat simpliciter, inducatur litis contestatio?*
2 *Responsio simplex negatiua inducit litis contestationem, & quid de affirmatiua responsione?*
3 *Reus si in respondendo libello actoris sit contumax, & nolit litem contestari, iudex ratione contumaciæ procedet ad primum & secundum decretum.*
4 *Litis contestatio an & quando non requiratur, in causa appellationis?*
5 *Litis cōtestatio an semper in causis sit necessaria? Et in quibus non sit necessaria.*

6 *Litis contestatio non requiritur in causa, in qua ex forma statuti procedi potest sine scriptura.*

7 *Litis contestatio an sit necessaria in criminalibus, & quibus verbis fiat, & quos effectus pariat.*

1 Communis conclusio † est quod talis protestatio releuet, &
quòd per eam litis cōtestatio impediatur, vt per eundē Matth.
in auth. qui semel. col. ij. versi. Quid autem sit si reus. C. quo.
& quan. iud. & per Spe. in ti. de litis contesta. §. ij. versi. illud. &
ver. ex his. & ibi Bal. in addi. ver. protestatio & in auth. offera
tur C. eo. tit. Bar. in l. & primo in prin. ff. ad Vellea. Alex. in l.
iurisgentium. §. quod ferè. ff. de pact. vbi multa allegat, & in
consi. cvij. vol. iiij. & Ang. in auth. de trien. & semis. in §. illud.
in fi. Hippo. de Marsi. in l. vnius facinoris. §. custodiæ. nu. 34.
ver. faciat. ff. de quæstio. nisi iudex prius iusserit litem conte-
stari secundum Bal. in l. scimus. §. illo. C. de lat. liber. tollend.
nam tunc cùm simus in casu necessario, protestatio nihil rele
uat. l. alimenta. C de neg. gest. & ita tenet Fran. Are. in l. qui in
aliena. §. fi. col. pe. ff. de acqui. hære & Alex. consi. xlij. col. ij. in
fi. in iij. vol. & Abb. in c. j. col. vij & ibi etiam Feli. in ij. col. de
lit. contest. Bar. & Bal. in l. j. C. de lit. contesta. & tradit nouissi-
mè Rober. Mar. in suo specu. aureo. in vij. par. in x. membro.
in fin. ver. vltimo moneo. nu. 10. char. 132. Si autem post hanc
protestationem ex interuallo simpliciter responderet, indu-
ceretur lit. contesta vt in c. cùm M. Ferrarien. & ibi Fel. Deci.
2 & alii de constitu. Si verò † nec in principio nec post intercef-
sit protestatio, tunc clarum est, quòd responsio simplex nega-
tiua inducit litis contestationem, vt in iuribus prædictis, & d.
de Rot. decisi. cccclxxij. nota quòd si pars. in antiq. An autem
ex affirmatiua responsione litis contestatio fiat. gl. distinguit
in d. l. 4. C. de litis contestatio. an confiteatur reus animo litem
contestandi, & fit litis contestatio, aut animo declinandi iudi-
cium, & tunc secus, quod in dubio præsumitur iuxta ea quæ
habentur in l. si reus paratus. ff. de procu. & tradit Ioannes Pe-
trus Ferra. in practica. in forma responsionis rei conuenti. in
vertic. non tamen animo contestandi litem. Et Corne. consi.
ccix. nu. 5. vol. ij & consi. cccxxvij. nume. 4. vol. j. Aliàs si reus
3 † in respondendo sit contumax & nolit litem cōtestari, iudex
ratione contumaciæ procederet ad primum & secundum de-
cretum, vt per Roma. in sing. ccccxj. si reus conuentus est con-
4 tumax. & singu. ccccxv. l. quàuis. Adde † tamen quòd litis con-
testatio non requiritur in causa appellationis. c. per tuas. & ibi
doct. de appel. Quod est verum, si appellatur post litem con-
testatam, quia litis contestatio facta in causa principali suffi-
cit in causa appellationis, quod etiam tenet Bald. in rubr. C. de
vsur. & fruct. lega. & in auth. hodie. C. de iura. cal. Card. in cle
men ij. ij. q. vt lite penden. & Spe in tit. de litis contesta. §. pen.
col. ij. vbi dicit verum parte contumace, per ca. interposita. in
fi. de appel. & l. fi. §. illud. C. de temp. appel. & Bal. in d. cap. per
tuas. de appel. & Bar. in l. j. C. ne liciter. prouoc. & in d. §. illud.
& ibi Ang. & in l. Iulianus. §. fi. ff ad Trebel. Bal. in auth. qua in
prouincia. C. vbi de crimi. agi opor. & in l. ita demum. C. de
procu. & tenet Barto. in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter.
viij. col. ff ex quib. cau. maior. per l. j. C. si in vna ead. cau. Se-
cus verò si in causa principali lis non fuit contestata, nā tunc
oportet in causa appellationis contestari, vt tradunt Domi. de
Rota decisi. ccvij. inci nota. quod seruat hæc decisi. cxliij. no
ta quòd absente. & decis. cccclxx. nota quòd in causa in antiq.
& decis. viij. fuit dubitatum in nouis. vbi plenè. & decisi. cccc-
lxvij. auditor. in nouis. & per Do. de Rota decis. dclxviij. quan
do aliqua. in antiquis. Et Matth. infra sing. lxvj. & ibi dixi. &
5 Do. de Rot. in d. decis. viij. nu. 2. vbi ponunt an † semper in cau
sis sit necessaria litis contestatio, & in quibus nō sit necessaria
litis cōtest. ponit Spe. in tit. de lit. conte. § pe. ver. in quibus. &
in tit. de teste. §. nunc tractemus. & in titu. de libelli concep. §.
nunc dicendum. & in tit. de iurisd. om. iu. § fi. ver. vj. & in tit. de
cita. §. iij. & per Bar. & doc. in l. iij. §. hoc autem. vij. q. ff. de dā.
6 infect. & in cle. dispendiosam. de iud. Et inter alia lis † conte-
statio non requiritur in causa in qua ex forma statuti procedi
potest sine scriptura secundū Ange. in auth. vt iudi. sine quo-
quo suffra. §. necessitatem. Et an in criminalibus litis contesta
7 tio sit necessaria, † & quib. verbis fiat, & quos effectus pariat,
latè post alios tradit Pet. Follerius in sua practi. cri. in versic.
fiat contestatio litis super eis. & vide sing. seq. Gab. Sar.

LXIIII.

1 *Iuramentum calumniæ à reo petitum, ab actore præstari debet, aliàs processus est nullus.*

1 NOta aliam cautelā, quòd reus † in aliqua parte sua-
rum exceptionum in loco, qui non solet multū pon
derari, sed transcurri petat præstari iuramentum de ca-
lumnia, quoniam ex quo apparet hoc petitum fuisse, non
potest expressè vel tacitè remitti, & si contra fiat, proces-
sus est nullus. l. ij. §. sed quia. C. de iura. cal. & eo. tit. c. j. lib.
vj. Secus esset si nullo modo esset petitum. Et econtrario
actor sit cautus propter euitandum hoc periculum, quod
est, ne illa verba addantur in actis, quod facilè posset fieri
etiam à notario, actore non perpendente, motu proprio,
vnde præstet iuramentum de calumnia.

ADDITIO.

Nota aliam cautelam, &c. Adde Ias. in l. iusiurandum & ad pecu-
nias. §. ij. circa prin. ff. de iureiur. vbi dicit quòd cauti aduocati
quando respondent libello, & negant narrata prout narran-
tur, postea petunt in fine iurari de calumnia, nec vlterius insi-
stunt, vt si postea omittatur, reddatur totus processus nullus,
secundū Ia. Bu. in §. sed quia veremur. l. fe. alleg. Imo. & Alex.
in l. qui bona. §. si alieno. ff. de dam. infect. & vide omnino Ias.
vbi suprà, quia limitat istud duobus modis, & quædam alia
pulchra dicit.

ANNOTATIO.

1 *Iuratur de calumnia tam per actorem quàm per reum facta litis contestatione.*

2 *Iuramentum calumniæ non potest expressè per partes remitti, & si omittitur processus est ipso iure nullus. Et an tacitè remitti possit?*

3 *Iuramentum calumniæ potest exigi per iudicem in quacunque parte iudicij etiam post conclusum in causa.*

4 *Iuramentum calumniæ an præstetur in causa criminali.*

5 *Iuratum de calumnia licet fuerit in causa principali, tamen & in causa appellationis erit iurandum.*

6 *Iuramentum calumniæ multa comprehendit, & quæ?*

7 *Iuramentum calumniæ quid operetur?*

8 *Calumniam committens etiam in causa ciuili potest criminaliter accusari finita causa.*

9 *Iurari ne debeat de calumnia in qualibet exceptione, quæ emergit ante litem contestatam, & an procurator ad iurandum de calumnia admittatur?*

10 *Iuramentum calumniæ hodie posset tolli, ad euitanda periuria.*

11 *Iuramentum calumniæ infra quod tempus debeat præstari post requisitionem de eo factam?*

12 *Consuetudo disponens, quòd iuramentum calumniæ non præstetur, an valeat?*

13 *Consuetudo si dictet, quòd aduocati non iurent de calumnia, an valeat?*

14 *Iurare de calumnia an ille cogatur, qui prius iurauerat nunquam iurare?*

15 *Procurator fisci an teneatur ad iuramentum de calumnia?*

1 Facta litis contestatione † iuratur de calumnia tam per acto-
rem, quàm per reum. c. cùm causam. in fin. de iura. cal. c. dudū.
ij. de electio. & no. Spe. in ti. de iura. cal. §. j. in prin. Quod iura
2 mentū † est adeo substantiale iudicii, quod non potest per par
tes expressè remitti, & si omitteretur processus esset ipso iure
nullus. l. ij. §. sed quia veremur. & ibi Bar. Bal. & alii C. de iura.
cal. Corn. cōs. lxxvj. repetito. in prin. nu. 3. vol. ij. Tacitè autē
omitti potest, & valet processus, vt quia iuramentum nō fuit
petitum ab altera parte, & sic non fuit iuratum in toto proces
su, quo casu censetur tacitè omissum, quod fieri potest, vt est
tex. in c. j. de iura. cal. in vj. & valet sententia, vt per do. de Ro.
decisio. dclxiij. nota quòd si in aliqua. in antiq. Et hoc iuramē-
3 tum † potest exigi per iudicem in quacūque parte iudicii, etiā
post conclusum in causa secundum Bal. in l. j. circa fi. vers. sed
nunquid. C. de iura. cal. per tex. in d. c. j. e. tit. in vj. Et ibi etiam
4 ponit an dictum † iuramentum præstetur in causa criminali, &
5 licet † in causa principali iuratum fuerit de calumnia, tamē &
in causa appellationis erit iurandum. c. ij. in prin. de iura. cal.
6 in vj. Hoc autem iuramentum † multa comprehendit, & pri-
mò quòd actor credit se iustè petere. Itē quòd respondebit ve
ritatē super omnibus de quibus interrogabitur. Tertiò quòd
non vtetur falsa probatione. Quartò quòd non corrūpet iu-
dicem, nec tabellionem. Quintò quòd calūniosam dilationē
non petet, & no. Spe. in d. ti. de iura. cal. § nūc dicamus. in prin.
& aliquid per Bar. & doct. in auth. principales. C. e. ti. Opera-
7 tur autem † hoc iuramentū, vt quis excusetur à tacita, & præ-

sumpta calũnia, non autem ab euidenti, & expressa secundum
Bar. in l. si quis §. stellionatus. ff. ad Turp. & Bal. in l. si tibi. C.
de libe. cau. & Alex. in l. ait prætor. in prin. ff. de iureiur. Hinc
8 est quòd † commitens calũniam etiam in causa ciuili, potest
criminaliter accusari finita causa, vt no. glo. in l. & in priuatis.
ff. ad Turpil. & Bal. in d. l. si tibi. & tradit Rober. Mará. in suo
Spe. aureo. to ij. parte. ij. par. princip. incip. primus actus. char.
9 cxxxij. vbi etiam ponit an in qualibet † exceptione quæ emer-
git ante litem contestatam iurari debeat de calumnia, & an
procurator ad iurandum de calumnia admittatur. Et ibi sub-
dit post Bal. in l. si post. C. de euictio. quòd istud iuramentum
10 † calumniæ hodie non æstimatur vnũ obolum, quia facti su-
mus contẽptores Dei, & religionis eius. Vnde putat, quòd me
lius esset illud hodie tolli à iudicio causa euitandi tot periu-
ria. Cautelam autem, de qua hic per Matthæum tenet Imo. in
l. de pupillo. §. qui opus. cu l. pe. ff. de oper. no. nun. Sed Franc.
Cur. illam reprobat in l. admonendi. in prin. nu. a. ff. de iureiur.
per ratiões de quibus ibi, quas breuitatis causa omitto. Et in-
11 fra † quod tempus debeat iuramentum calũniæ præstari post
talem requisitionẽ de eo factam, tradit latè Cor. cõsi. cccxvj.
videtur prima facie. in fi. nu. 10. ver. extra punctum. Et an con
12 suetudo † disponens, quòd iuramentum calumniæ non præste
13 tur, valeat, vide infra in sing. seq. Et quid † si ipsa consuetudo
disponat, quòd aduocati non iurent de calumnia, an similiter
valeat, tradit Ias. in l. rem non nouam. col j. C. de iudi. Thomas
Ferra. in caute. xij. si quis, cum aliis alle. per Matth. de Affli. in
§. in quibusdam. de consue. recti feudi. & per Lud. Ro. in sing.
cccccxxviij. Tu habes, sed hic quæro de pulchra & notabili
14 quæstione. Aliquis iurauit † nunquàm iurare, an tunc cogetur
iurare de calumnia? Dic quòd sic, ita notabiliter inquit Spec.
in tit. de iura. cal. in §. si. post prin. refert & sequitur Feli. in c.
constitutus. de fideiuss. & in c. cæterùm. de iura. calum. Vltimò
15 † quæro an ad hoc iuramentũ teneatur etiam procurator fi-
sci? Dic quòd sic, ita notab. tenet Lucas de Penna. in l. iustas in
vlti. col. C. de iure fisci. lib. x. & plenius in l. j. in iiij. col. ver. ter
tiò quæritur an procurator fisci. C. de conduct. & procu. lib.
xj. subdens quòd licet hæc opi. sit de iure verior, & æquior, cõ
trarium tamen de consuetudine obseruatur. Vide ibi eũ, qui
etiam ponit, quid sit in Barone. Et quòd est mos iudiciorũ in
Regno Siciliæ, quòd in causis fiscalibus procurator fisci agẽs,
vel conueniens non iurat de calumnia, sicut nec Rex, vt dixit
Andræ de Iser. in c. j. §. si feudum, in titu. de controuersi. inue-
stit. Gab. Saray.

LXV.

1 *Statutum, vel consuetudo disponens, quòd nõ sit necesse præstari iu-
ramentum de calũnia non valet, & processus est nullus. Quod
procedit etiam in causis summarijs.*

1 NOta quòd † statutum, vel consuetudo disponẽs, quòd
non sit necesse præstari iuramentũ de calumnia, non
valet, vt in ca. constitutus. extrà de fideiuss. & in c. certum.
de iura. cal. Vnde non obstante tali consuetudine vel sta-
tuto processus est nullus ipso iure, si hoc iuramentũ fuerit
petitum, & non præstitum. Et hoc etiam habet locum in
causis summariis, in quibus non proceditur in figura iu-
dicii, vt in cle. sæpè. de ver. sig.

ANNOTATIO.

1 *Iurare de calumnia quando quis denegare impunè possit*
2 *Intentionem fundatam habens non tenetur respondere positionibus
aduersarij.*
3 *Consuetudo an valeat, quòd iuramentum calumniæ differatur ad
calculum ferendæ sententiæ?*
4 *Iuramentum calumniæ licet possit exigi non solùm in quacunque
parte iudicij, sed etiam post conclusum in causa ex officio iudi-
cis, non autem ad instantiam partis, tamen in causis summa
rijs videtur quòd possit exigi etiam ad petitionem partis.*

Idem refert & approbat Io. de Arno. epis. o. xxiij. cùm in Regno.
1 per tex. in c. cæterũ. de iura cal. Hoc † tamen limitatur, nisi no-
lens iurare iam perfectè probasset: nam tunc non habebitur
pro confesso, prout haberetur, si simpliciter iurare detrecta-
ret, iuxta l. si non fuerit. ff. de iureiu. ita sing. dixit Bal in c. ij. in
ij. col. ver. item in isto. de probatio. quam limitationẽ pro sin-
gulari commendat Ias. in l. admonendi. col. xlj. ver. cõdescen-
do nunc. ff. de iniur. Et idem Ias. in l. iusiurandum & ad pecu-
nias. §. qui iusiurandum. in primo no. ff. de iureiu. vbi aliqua-
2 liter dubitat: Sed pro ea limitatione bene facit, quia † vbicun-
que quis habet intentionem fundatam, putà, publicatis testi-
bus, vel instrumentis productis, licet aduersarius faciat posi-
tiones, non tenetur respondere, secundum gl. & omnes in l. ij.
§. quod obseruari. C. de iura. cal. Vnde succedit regula, quòd
cui denegatur probandi potentia, denegatur etiã potentia po
nendi: quam tradit Ang. in l. sed & si restituatur. §. j. ff. de iudi.
& do. Fran. de Cur in tract. posit. in xvij. breuiloquio. Secũdò
limitatur, quando pars nollet iurare, nisi tale iuramentum à
iudice sibi præstaretur, quia per hoc non vitiatur processus.
ita singulariter dixit Bal. in l. ij. col. xxviij. versi. sed quid si iu-
dex. de iur. cal. vbi dicit sic ex facto respondisse, de cuius tamẽ
veritate multum dubitauit Cur. in d. l. ij. col. j. in prin. C. de iu-
ra. cal. Et tradit Catel. Cotta in memor. in ver. iuramentũ ca-
3 lumniæ. & dixi supra sing. lxiij Verum autem † saltem valeat
consuetudo, vt differatur hoc iuramentum calumniæ ad cal-
culum ferendæ sententiæ? Dic quòd non, ita tenet Abb. Pan.
in d. c. cæterùm. in j. col. ver. quæro. de iura. cal. reprobans Io.
And. & Ant. ibi tenentes contrarium, vt ibi latè per eũ. Et ad-
4 de quòd † licet iuramentũ calumniæ possit exigi non solùm in
quacunque parte iudicii, sed etiam post cõclusum in causa ex
officio iudicis, non autem ad instantiam partis, secũdum not.
in c. cùm Ioannes. de fide instr. & in c. pastoralis. de cau. pos. &
prop. & facit gl. in c. ex literis. de iuriur. Et tenuit Bal. in d. l. ij.
§. sed quia veremur. C. de iura. cal. In causis tamen summariis
videtur quòd possit exigi etiam ad petitionem partis per id,
quod dicit glo. singu. in ver. interrogabit. in clem. sæpe. de ver.
sig. & per ea quæ no. Phil. Fran. in c j. de confes. lib. vj. col. j. in
fi. ver. in ea. gl. ibi, etiam si sit conclusum. Gab. Sar.

LXVI.

1 *Appellationis à sententia diffinitiua si causa tractetur inter præ-
sentes, litis contestatio requiritur. Aliàs si obijciatur, processus
est nullus. Secus si altera pars per contumaciam absit, vel con-
tumax sit in respondendo.*

1 NOta, † quòd in causa appellationis à sententia diffini
tiua, quando proceditur inter præsentes, requiritur
litis contestatio: &, si omittatur, processus est nullus. l. j. C.
ne liceat in vna eadẽmque causa. & in c. Raynaldus. extrà
de testa. & ibi no. Sed quando proceditur vna parte præ-
sente, & altera absente per contumaciam non requiritur
litis contestatio. l. fi. §. illud C. de tempo. appel. Idem est, si
vna pars sit præsens, & alia similiter sit præsens, & sit con-
tumax in non parendo iuri sui iudicis iubentis litem con
testari, quia tunc haberi debet pro absente & contuma-
ce in cap. cùm olim. extrà de testi. & ibi nota. per domin.
Anto. Butr.

ANNOTATIO.

1 *Lite non contestata interdum procedi posse quomodo intelligatur?*
2 *Litis contestatio an propter præsentiam partium in iudicio requi-
ratur in causa appellationis?*
3 *Iudicium valet si partes de concordia in causa appellationis lite
non contestata processerunt.*
4 *Pactum valet, quòd in causa appellationis procedatur absque li-
bello, & litis contestatione, etiam vtraque parte præsente.*
5 *Litis contestatio si in causa principali nõ sit necessaria, nec in cau
sa appellationis requiretur.*
6 *Litis contestatio an in causa nullitatis requiratur?*

Adde Host. in tit. de litis contest. §. quis sit effectus. col. j. Domi-
ni de Rota in prima decisione incip. item fuit iudicatũ in no-
uis. Bar. in d. l. fi. §. illud. C. de temp. appel. Bal. in l. ita demum.
in prin. C. de procu. & idem Bald per illum tex. in l. j. circa fin.
versi. vltimò nota. C. ne lic. ter. prouo. & bene facit gl. in c. per
venerabilem in versi. non seruatum. quam communiter ibi se
quuntur Doct. qui filii sint leg. quam sequitur Bal. in l. si quis.
in prin. C. finium reg. & in l. incerti. C. de interdic. col. pen. &
per illam gl. Bal. regulam ponit in auth. qua in prouincia. col.
1 j. versic. ex prædictis infero. C. vbi de cri. agi opor. quòd † licet
interdum procedi possit lite non contestata, hoc intelligitur
parte absente, sed parte præsente lis omnino contestari debet.
2 Sed aduertendum est, quòd non videtur, quòd † propter præ-
sentiam partium litis contestatio requiratur. Sed in causa ap-
pellationis videtur considerandum, quòd aut in causa princi-
pali lis non fuit contestata, & tunc in causa appellationis ne-
cessaria est litis contestatio, siue pars sit præsens, siue absens,
vt per

vt per Bal.& Deci.in vltimo notab.in d.c.per tuas.de appella.
Aut in causa principali lis fuit contestata,& tunc in causa ap-
pellationis lis necessariò non videtur contestanda, licet par-
tes sint præsentes.quia ratio ista,quòd lis fuerit contestata in
prima instantia,etiam militat vtraque parte præsente. Vnde
si procedatur vtraque parte præsente, valebit processus in
causa appellationis absque alia litis contestatione,dummodo
in principali causa lis fuerit contestata:quia effectus litis con-
testationis durat post sententiam in causa appellationis,vt dif
finitiua sententia ferri possit per text.in d.l.ita demum.C.de
procu.Et ita tenet Phil.Peru.in d.c.per tuas.in viij.casu,qui
dicit quòd partes præsentes procedendo absque litis contesta
3 tione tacitè videntur litis contestationem remittere:nam† si
partes de concordia in causa appellationis lite non contesta-
ta processerunt,valet iudicium,vt tenet Bal.in d.l.j.in fi.C.ne
lic.ter.prouoc.& idem Bal.in d.l.fi.§.fi.in prin.de temp.app.
4 vbi per d.§.fi.dicit† valere pactum,quòd in causa appellatio-
nis procedatur absque libello,& litis contesta.etiam vtraque
parte præsente.Et hoc pro singulari tradit Ro.sing.cccc.quan
do reus est contumax. Prædicta verò non procedunt, quan-
do altera pars sit absens per contumaciam: nam tunc potest
procedi ad diffinitiuam lite non contestata in causa appella-
tionis,vt hîc per Matt.& est tex.in d.l.fi.§.illud.C.de tēp.app.
Quod intelligitur,quando lis fuit contestata in causa princi-
pali:quia illa litis contestatio sufficit,vt per doctu.in locis su-
prà alleg.& tradit Abb.in d.c.per tuas de appel.Secus si lis nō
fuerit cōtestata,vt per Bal.in §.illud.& in d.c.per tuas.Et hoc
verum intelligitur,quando in causa principali litis contesta-
5 tio erat necessaria:aliàs secus,quia si† litis contestatio nō re-
quiritur in causa principali,pariter non erit necessaria in cau
sa appellationis,cùm eiusdem sit naturæ causa appellationis,
cuius est causa principalis,vt no.Ang.in l.j.in prin.ff.si cui plus
quàm.& no.Old.consil.xij.quæstio prima est.Et tradit Deci.
6 in d.c.per tuas.vbi etiam tractat,† an in causa nullitatis litis
contestatio requiratur.& tenet,quòd sic,si de nullitate prin-
cipaliter agatur, secus si incidenter per viam exceptionis. ad
quod allegat multos hanc opinionem tenentes. Et vide quæ
ad hoc propositum latè dixi suprà singulari lxiij.in verticul.
adde tamen.& quæ tradit Lanfran.de Oria.in capitul.quo-
niam contra.in ver.interlocutoriæ.nume.88.ver.quæritur v-
trum.de probat.

LXVII.

1 *Venditor,qui tenetur tradere vacuam possessionem emptori,vide-
tur liberatus esse ab actione ex empto,si in instrumento conti-
neatur,quòd ipse constituit se rem venditam possidere nomine
emptoris,si tempore constituti rem possideat.*

1 NOta,quòd† venditor, qui tenetur tradere vacuam
possesiooem emptori,videtur liberatus esse ab a-
ctione ex empto,si in instrumento cōtineatur,ꝙ ipse con
stituit se rem venditam possidere oomine emptoris, not.
per gl.& Bar.in l.ab emptione.ff.de pac.Quod est limitā
dum,nisi vēditor non possideat illam rem tempore illius
constituti,quia tunc illud constitutum nihil operatur.l.
quamuis.ff.de acqui.pol.& ibi vide.Et ideo sit cautus em
ptor in hoc seruando,putà,ꝙ venditor in instrumento do
tis,vel alio,constituat se nomine alterius possidere.

ADDITIONES.

* Videtur duplicatum j.singul.clxx.
Nota,quòd venditor,&c.Ad istud vide plenius per Matth.infrà
in no.clxx.inci.nota vnam doctrinam.& vide quæ ibi addidi,
& per Alex.& alios in l.quod meo.ff.de acqui.pos.

ANNOTATIO.

1 *Venditor tenetur tradere possessionem rei venditæ emptori, à qua
traditione liberatur,si constituat se nomine emptoris possidere,
& quid si constituat se precario nomine emptoris possidere?*
2 *Venditor per constitutū liberatur à traditione iuris,sed non à tra-
ditione facti,& actualis possessionis.*
3 *Promittens tradere possessionem vacuam & liberam, non libera-
tur,si constituat se emptoris nomine possidere.*
4 *Allegans rem sibi quæsitam ex constituto,succumbit, nisi probet
eum,qui constituit,possedisse tempore constituti.*

1 Venditor tenetur† tradere possessionē emptori l.ij.& iij.l.em-
ptorem.§ j.ff.de actio emp.c.cùm Ioannes.de fide instr.cum
simi.A b hac tamen traditione liberatur, qui se cōstituit pos-
sidere nomine emptoris,nec potest postea ipse emptor agere
ad aliam traditionem,sed tantum potest agere rei vendicatio
ne,vel publiciana in rem actione, aut interdicto vti possiden-
tis,vt tenet Bar.Bal.Ang.Salic.Fulg.Iac.à S.Georg.& Ias qui
dicit hoc esse perpetuò notandū,in d.l.ab emptione.ff.de pac.
Bal.cōsi.ccccl xxxij.vol.ij.Sali.in l.traditionibus.in princ.C.
de pact.Ang.Are.insti.de actio.§.actionū.col.v.vers.quarto,
fit instrumentum,& ibi Ias.col.xx.ver. vnum circa prædicta.
Ang.Are.in §.j in fin.insti.de emptio.& vendi.vbi dicit id no
tandum in practica.Alex.in l.Pomponius.§.si is qui precario.
col.iij.vers.quid econtra quando venditur.ff.de acquir.poss.
vbi dicit gl.in d.l.ab emptione.esse ad hoc sing.Corn.consil.
cclxvij quamquam videatur.col.fi.vol.iij.& consi.cexcvij.in
consiliis.col.ij.versi.& ante omnia.eo.volu.iij.Ludo. Bolog.
consi.lxxj.A.Bononiensis.col.ij.versi.per hanc enim Guido
Pap.cōnsi.cxcij.ex facti narratione.in fi.Ias.in l.apud Iulianū.
§.si Titius.col.iij.in vij.no.ff.de leg.j vbi eam gl.dicit not.&
in l.cætera.in prin.col.pe.eo.titu.& Purpur.in l.certi condi-
ctio.in prin.col.xij.ver.limitat tertiò.ff.si cer.pet.Quod pro-
cedit etiam si constituerit se precario possidere nomine em-
ptoris quasi nihil intersit,constituat simpliciter an precario,
ita consuluit Alex.consi.xxvij.visu libello.col.ij.ver.nec præ
dictis obstat.volu.j.vbi aliud dicit esse,si e diuerso, postea-
quàm venditor tradidit rem emptori,ipse emptor constituat
se possidere à venditore,quousque venditori pretium solue-
retur,tunc enim non videtur perfectè tradita emptori,cū ven
ditur reuocare possit precarium,& ita rem auocare,atque ita
dicit loqui glo.in l.Iulianus.§.ex vendito.in ver.possessionē.
ff.de actio.empt.Idem voluit Corn.in consi.liij.in hac causa.
col.j.versic.& in contractu.volu.ij.& consil.xl.viso processu.
col ij.versi.adeo quòd per clausulam.volu.iiij.& Vital.Cam.
in tract.clausul.char.xxj.in clausula,Et constituit se precario.
col.viij.versi.item operatur dicta clausula.& Matth.de Affl,
in c.j.colum.iij.ver.sed aduerte,quia in quantum.in tit.quid
sit inuestitura.Licet contrarium in hoc tenuerit Bal.in l.j co-
lum.j.C.quan.liceat ab empto.disce.& in l j.C.de vsuc.pro do-
na.& Alex.& Ias.in d.l.Pomponius.§.si is qui precario.ff.de
2 acqui.possess.Verùm quæ† suprà dicta sunt,debent intelligi,
quod venditor per constitutum liberetur à traditione iuris,
sed non à traditione facti,scilicet,ab actuali, siue reali posses-
sionis traditione,ita dicunt Bal.Ange.Pau.de Castr.in d.l.ab
emptione per gloss.in d.§ ex vendito.vbi idem tenet Pau.de
Cast.Et hæc est communis opi.vt per Alex.consil.xxviij.viso
& præhabito.colum.ij.ver.plus etiam dici potest.vol.ij.Cor.
consi.cccxliij.in causa vertente.col.iij.ver.nec huic decisio-
ni.vol.j.concluis meus Cap.in l.j.C de vsuc.pro dona.Guid.
Papæ in decisi.Delphi.c.j.si quis rem.circa med.Dec.consilio
ccccclx.venditor domus.Carol.Rui.consil. xciiij.diligenter.
colum.j.lib j.Dec.consi.cclxxxj.viso puncto.col.ij.ver.nec
huic promissioni.& Ioan.Petr.Ferra.in pract.in forma libelli
in causa venditionis.in ver.ad tradendum.& Andr. Tiraq.in
tract.de iure constitu.possess.in j.part.in prin.nu.9.& 19. licet
Bar.& Fulgo.in d.l.ab emptione.contrarium tenuerint.Illud
tamen quod hic dicitur per Matth.quòd qui tenetur tradere
vacuam possessionem,videtur liberatus ab actione ex empto
per constitutum,intellige de eo qui tenetur ex natura actio-
nis ex empto,non in eo qui teneretur virtute suæ promissio-
nis,nam non est dubium,quòd si is qui se constituit alterius
3 nomine possidere, promittat† tradere possessionem vacuam
& liberam,non liberatur per huiusmodi constitutum,cùm te
neatur possessionem ipsam realem liberam,& vacuam trade-
re,ne illa verba promissionis sint superflua,vt tradidit ipse
Cor.in d.consi.cccxliij.colum.iij.versi.& hanc partem.volu.
j.& in consi.liiij.in hac causa.colum.ij.vers.tamen ad hoc re-
spondetur.volumi.ij.& Carol.Rui.in dicto consi.xciiij.co-
lum.j Et prædicta procedunt quando constituens,tempore e-
ius constituti possidet rem de qua agitur,quam si non possi-
det, eius possessionem non transfert, & per consequens non
liberatur ab actione ex empto per tex.hic alleg.per Matth.in
dicta l.quamuis.§.primo.& ibi gloss.in fin.& Ange.Ro. Ra-
pha.Com.Are.Alexan.Clau.Aquen.& omnes ferè doc.ff de
acquirend.possess.Old consil.xiiij.factum tale est, quædam
mulier.Bald.consi cccxxv.dubitatur primò colum.j.volumi.
j.& consi.cclxxxv.Casus coram reuerendo.ante fin libr.ij &
consi.clxvj.à libello.ver.sed hic est aduertendum.lib.iiij.Sig.
de Homod.consi.lxxv.in quæstione vertente.colum.iij.Ang.

consi.clxvij.viso dicto libello.in fi.& consi.cccv.in quæstione
vertente inter Ant.colum.j.ver sicu.item non obstat, & consi.
ccclxxxvij.consultatio.col.j. Per.de Ancha.consi.cxxxiij.latis
inadnertenter post med. Alex.consi.x.viso processu post prin
ci.vol.iiij.Corn.consi.v.viso processu.col.vj.ver.tamen non
obstante.volu.ij.& consi.xvij viso primo themate.col.penul.
ver.& licet in ecclesia.volu.ij.& consi.liij.in hac causa.col.ij.
ver.tamen ad hæc.eo.vol.ij.& consi.xvij.multa essent.in prin.
eo.lib.ij.& consi.lxxxix.viso suprascripto.col.v.ver.sextò vi-
detur.volumi.iij.& consi.clxv.perfecto.col. j. in fi.eo.li.iij.&
consi.clxxxi j.licet discussa sit.col.iij.versic.non obstat si di-
catur lib.iij.& consi.cccvij in consiliis.col.ij.in ver. verun-
tamen est.eo.lib.iij.& consi.xl.viso processu.col.ij.ver.ponde
rato.& consi.cx.licet prohibens.col.ij.ver.bis tamen non ob-
stantibus.volu.iiij.Vital.Câ.in d.clausula constituit se preca-
rio.&c.col.ij.ver.illud quod dicitur.Gui.Pap.decisi. Delphi.
ccclvj.quos & quot,in prin.Soc.consi.lxxix.licet pendeat iu-
dicium.col.ti.vol.iij.Lud.Bolog.consi.lxxij.A.Bonon.col.ij.
ver.ex alio etiã.Ias.cõsi.cxlviij.viso processu causæ vertentis.
col.ij.ver.itẽ non est probatũ.vol.iiij.Caro.Rui.consi.cxxvij.
visa facti narratione.col.iiij.ver.nec obstat quòd hæc.vol.v.
Deci.consi.cclj.in causa magnificæ d.Claudiæ.col.iij.ver.ter
tio principaliter.& consi.cclxxxj.viso puncto.col.ij.ver sic.&
ista conclusio.Bertran.consi.xij.inspecto processu.nu.16.vol.
j.& consi.xxx.lecto.nu.7.& 10.eo.lib.j.& cõsi.xxxiij.ex quæ-
sitis.in viij.dub eo.lib.j.& consi.cclxxxvj.ex venditione.lib.j.
Hier.Gratus consi.cxvij.videtur prima facie.col.ij.ver.quar-
tò respondeo.libr.j.& M.Mantua consi.cclvj. viso processu.
col.ij.nu 16.cũ infinitis aliis cumulatis per And.Tiraquel. in
d.tract.iuriscõsti.pos.in iij.par.in prima limitatione.in princ.
4 Et ideo†qui allegat rem sibi quæsitam ex constituto,succum-
bit,nisi & ipse alleget,& probet eum qui constituit,possedisse
tempore constituti,vt plenè per Alex.post Areti.in d.l.quam-
uis §.j.ff.de acqui.pos.vbi Ange.dicit se ita obtinuisse,& idẽ
Ang.in l.quædam mulier.ff.de rei ven.& in l.ij.C.de acquir.
pos.& in consi.cccv.Et Pe.de Anch.in d.cõsil.cxxxiij & Cor.
in d.consi.liij.vol.ij.& in dicto consi.ccxcij.vol.iij. Alex. in l.
quod meo.col.vj.versi.sit ergo cautius.ff.de acqui.posses.& in
dicto consi.x.vol.iiij.& consi.cviij.viso processu causæ prin-
cipalis.col.iij.versic.nec etiam puto.eodem volu.iij.Et Mat-
thesil.infrà singu.clxx.Laur.Calcan.consil. xxix.magnificus.
colum.vij.versi.præterea quando Aret.in §.actionum.col.v.
versic.hinc sumpta.Barbat.consi.lxij.illud afferam.colum.vj.
versic nec obstat cùm dicitur.lib.iij.Carol.Ruin.consi.cxliij.
iuris.col.ij.versi.nec obstat constitutum.libr.j.& consi.xlvj.
visa facti serie.col.ij.nu.5.lib.iij & consi.lxxv.quantum. col.
iiij.nu.6.vol.quinto.Matth.de Afflictis decisio.xl. Deci. con-
silio ccxlvij.in causa magnifici.col.ij.ver.non obstat quod su-
prà dictum est.& consilio cccc.eleganti consilio.colum. pe-
nult.versicul.primò quòd habeo.Bertrand.in d.consil.xij.&
consi.xxx.& consi.cccij.& consi.cccxlvij vol.j & cõsi.clxiij.si
libellus.nu.sa.vol.ij.& consi.clxxxv.& cccxxiij.vo.iij.& Hie-
ro.Grat.in consi.lxix.cùm sermonem.col.j.versi.secundò con
siderandum est.& consi.xciiij.in causa excellentissimi.col.iij.
versi.tertiò respondeo & consi.cxvij.videtur.col ij. versicul.
iiij.vol.j.& Gozadi.consi lxiiij.in casu proposito.col.ij.versi.
octauò non sufficit.Et plenè per Andr.Tiraq.in dicto tract.
in iij parte in prima limitatione.in princi & nu.8.& 11.vbi id
etiam pluribus modis ampliat.& Bald.in repeti.l.Celsus.ff.de
vsucap.super quæstionibus Bar.fo.174.versi.successiuè Bart.
format.in princ.& in fi.vbi multa ad materiam tradit.Et in j.
q.nu.5.fol.182.vbi plures remissiones accumulat.Et latè hoc
singulare examinat.Et nouissimè latè tradit Io.Bap.Plo.in re
pe.l.si quando.C.vnde vi.in § primò itaque.nu.54 ver.nec li
beratur venditor. Gab.Sar.

LXVIII.

1 *Locatio vera requirit pensionem in pecunia numerata.*
2 *Libellus,quo actor dicit se locasse fundum pro decem corbis grani, sustinetur.Secus si dicat,quòd agrimensor locauit sibi operas suas,quia tunc est ineptus,nec sustinetur,si ille erat publice deputatus.*

1 NOta,quòd ad hoc,vt sit† vera & propria locatio, re-
quiritur quòd pensio sit data,vel promissa, vel con-
uenta in pecunia numerata,vt l.j.§.item si quis seruum.ff.
2 deposi.Sustinetur†tamen libellus,in quo quis dicat se lo-
casse fundum tali pro decem corbis grani: nã exponitur,
vsui cõcessisse,& sic largè sumitur hoc casu locatio in li-
bello.l.si olei.C.locati.& ibi per Barto.in l.insulam.ff.de
præscri.verb.Secus si actor in libello dicat, q agrimẽsor
locauit sibi operas suas,quia tũc libellus dicitur ineptus,
nec sustinetur.l.j.§.j.ff.si mens.fal. mo. dix. Quod tamen
debet intelligi in eo,qui erat publicè deputatus,& teneba
tur hoc officium exercere,vt no.in d.l.j.§.j.

ANNOTATIO.

1 *Libellus sustinetur,licet in eo sint verba impropria.*
2 *Locatio & conductio propriè fit pro mercede existente in pecunia numerata.*
3 *Emphyteuticus contractus dicitur,si vltra tempus modicum facta fuerit locatio.*
4 *Verbum,Locaui,quomodo intelligatur,& exponatur?*
5 *Falsi nominis impositio vitiare non debet contractum.*

1 Vnusquisque†libellus sustentatur,licet in eo sint verba im-
propria,vt in l.sed & si possessori.§.j.& ibi Bart.& doct.ff.de
iureiur.& Bar.& doctores in l.j.in fin.C.de vsufruct.& in l.si
prius.ff.de no.ope.nun.ver.secundò contra hoc oppono.ego
dixi,quia verba semper debent intelligi secũdum subiectam
materiam.d.l.sed & si possessori.& per Ange.Aret.Insti.de a-
2 ctio in §.j.col.viij.ver.addas aliud,quòd vnusquisque.Et†idẽ
cùm locatio & conductio propriè fit pro mercede existente
in pecunia numerata.d.l.j.§.item si quis seruum.ff.depos.glo.
in l.si hi qui.C.loc.ibi Iac.Butr.ad similitudinẽ emptionis &
venditionis,vt in §.pretium.Institu.de emp.& vend.nam isti
duo contractus æquiparantur.l.j.ff.locati.Tamen si merces in
pecunia non consisteret, sed in alia specie, vt in exemplo hic
per Matth.traditio non est propriè locatio,sed contractus in-
nominatus,facio vt des,vt d §.item si quis seruum. quo casu
erit agendum actione præscriptis verbis,vt in l.naturalis.ff.de
3 præscri.ver.Vel†erit contractus emphyteuticus,si vltra tem-
pus modicum facta fuerit locatio,vt no.Cyn.in l.j.C.de iure
emph.& per gl.in § adeò.Insti.loc. Verùm si hoc casu appo-
nerentur verba in libello,vt in exemplo hîc tradito,licet ver-
ba sint impropria,tamen libellus sustentaretur:siquia verbũ,
4 †Locaui,intelligeretur,id est,cõcessi,vt vti possit: iste est ca-
5 sus,& ibi gl.& Bar.in d.l.si olei.C.loca.Falsi† enim nominis
impositio vitiare non debet contractum:quia verba impro-
priantur, vt res potius valeat, quàm pereat: arg.l.insulam. &
ibi no.ff.de præscri.ver. & in l.si vno.ff in princi.ff.loc.& in l.
pen.in fi.ff de contrah.emp.& ita talis libellus sustinebitur,vt
per Bar.in d.l.si olei.C.locati.& per Ang.Are.Instit.de actio.
in §.sequens.col.fi.nu.25.& idem Bar.in l.si merces §.vis ma-
ior.in fi.ff.loca.& Ant.de But.in c.constitũ.de relig.domib.&
Bal.in rub.C.de iure emphy.vers.quintò dicit verba libelli.
Et Mat.Soci.in c.dilecti.ai ti.xxiij.extrà de lib.obla Et plenè
per Alex.in addit.ad Bar.in l.Aurelius.§.Sticho.in addit.inci.
conclusione libelli.ff.de lib.leg.quamuis Io.Petr.Ferra.in for
ma libelli,quo agitur ad ficti præstationem.in versi.Florenos
quinque.dicat in formatione libelli,& medio cõcludendi esse
hoc casu aduertendum,quia hanc quæstionem semel vidit de
facto,& partem succumbere ratione libelli malè concepti.
Quod tamen hic subdit Matthæ.secus esse in Agrimensore,
idem tenet Alex.tacito tamen authore in d.l.si olei.C.loca.in
apostil.ad Bar. Gab.Sar.

LXIX.

1 *Possessorium adipiscenda,quorum bonorum,vel condictio ex l.fin. C.de edicto diui Adria tol.non datur haredi,qui post aditionẽ semel possedit res hareditarias,ad quas agit.*

1 NOta,quòd†possessorium adipiscendæ,& quorum bo
norum,vel condictio ex l.vlt.C.de edic.di.Adri. tol.
non datur hæredi,qui semel possedit res hæreditarias, ad
quas agit,vt Insti.de interdi.in §.adipiscendæ.& no. gl.in
c.fi.extrà de confes.libr.vj.Quod debet intelligi,quando
possedit,postquàm adiuit hæreditatem:secus si possederat
antè,& desinat possidere tempore,quo adiit hæreditatẽ:
tunc enim ipse nõ possidet vt hæres,sed vt alius,quod sibi
non debet nocere:arg.l.in delictis.§.si extraneus.ff.de no-
xa.& sic pridie fuit iudicatum me aduocante.

ANNOTATIO.

Idem tenet per plura Ias.in l.eius qui in prouincia.in ver. quòd
si stipulatus.colum.penulti.in j.nota.in fin.ver.adde etiam ad
prædicta

prædicta.ff.si cer.peta.post Bar.in l.ij.ff.de fideicom.hæred. & Ang.Aret.in §.actionum.Insti.de act.dum ponit libellum petitionis hæreditatis,& ibi plenè Ias.& per eundem Ias.in l.ii.col.iiij.nu.8.& 9.C.de edict.diui Adria.tollen.

LXX.

1 *Statutum si dicat,quòd si quis turbauerit aliquem in possessione sua,incidat in pœnam centum,quorum dimidia applicetur fisco,& alia parti turbatæ,& ciuiliter & criminaliter agi ex eo potest:Secus si dicat,condemnetur in centum,quorum dimidia applicetur fisco,& dimidia accusatori,quia tunc erit iudicium ciuile.*

1 Nota,quòd † si statutum dicat,quòd si quis turbauerit aliquem in possessione sua,incidat in pœnam centum,quorũ dimidia applicetur fisco.& alia parti turbatæ,oritur ex illo duplex via agendi,scilicet,ciuiliter,& criminaliter,per not.in l.iij.§.j.ff.de sepul.viol.& sic sequitur quod simul non poterint intentari.l.j.C.quãdo ciui.act.cri.præiud.& l.ij.§.j.ff.vi bo.rap.cum si.Secus si dicat statutum,Si quis fecerit sic,condemnetur in centum,quorũ dimidia applicetur fisco,& dimidia accusatori:quia tunc erit merum iudicium ciuile in totum,& reus condemnabitur in totum ad soluẽdum totã pœnã fisco,& fiscus exiget eam,sed posteà cõtra fiscũ accusator regressum habebit ad dimidiã,vt ponit Bar.in l.senatus.§.si verò senatus.ff.de iure fis. Quid autem si dicat,Condemnetur in centum,quorum dimidia applicetur fisco,& alia offenso debeatur?Puto quòd adhuc habeat locum dictũ Bart.quia non potest dici,quòd ante cõdemnationem nata & quæsita sit aliqua actio offenso:quia statutum dirigit verba ad iudicem,& sic iudicis officio nobili fit condemnatio in centum:& sic per viam accusationis,vt Instit de publ.iudi.in prin.Aliàs si diceremus contrà,quòd oriatur iudicium ciuile & criminale,non posset fieri in eadem sententia condemnatio ad centum,per dictam l.j.cum similib.Item pro hoc vltimo facit regula,quòd eadem clausula debet determinare duo determinabilia pariter.l.iam hoc iure.ff.de vulga.& pupil.

ADDITIO.

Nota,quòd statutũ,&c.Ad hoc vide Mod.in §.quædam autem.Insti.de act.Sed in terminis istis vide optimũ consil.Alex.lxxxij.incip.in causa vertente in primo volu.

ANNOTATIO.

1 *Causa ciuilis quæ dicatur,& quæ criminalis?*
2 *Iudicium quando dicatur ciuile,& quando criminale?*
3 *Remotio ab officio dicitur tertia quædam species pœnæ.*
4 *Officium si sit publicum,& ad eius priuationem agatur,dicitur agi criminaliter:Secus si sit priuatum.*
5 *Intellectus c.per tuas.de simonia.*
6 *Criminaliter agi non dicitur,vbi de crimine excipitur.*
7 *Inquisitionis via si agatur,dicitur agi criminaliter,quia finis respicit pœnam.*
8 *Criminaliter agi dicitur,quando etiam extraordinaria pœna imponitur arbitrio iudicis.*
9 *Intellectus l.Caius ff ad Syllan.*
10 *Intellectus auth.sed hodie.C.de episco.& cler.& auth.sed nouo iure C.de pœna iud.qui male iud.*
11 *Pœna pecuniaria,quæ fisco applicatur,quando possit dici ciuilis.*
12 *Ciuiliter si agatur de crimine,an sententia dicatur ciuilis,vel criminalis?*
13 *Causarum tria sunt genera.*
14 *Causa mixta quæ sit?*
15 *Conclusio libelli est attendenda ad cognoscendum vtrum quis agat ciuiliter,vel criminaliter.*
16 *Bona quando ex condemnatione rei veniunt diuidenda inter fiscum & partem,tunc fiscus debet facere partes,& dare optionem delatori.*
17 *Libellus in criminalibus non attenditur.*
18 *Præmium ex quibus bonis accusatori debeatur,an de bonis malefactoris,an communis?*

1 Conclusiuè ex mente Doctorum dicendum est,† quòd causa ciuilis dicitur,cuius finis est commodum partis,& priuatum interesse. Si verò ad vtilitatem publicã agatur,causa dicitur criminalis,vt cõcludit Ant.de But.in rub.extrà de iudic.pro
quo allegari potest tex.in c.cùm quicunque.ibi ciuiliter,siue
2 publicè.xj.q.iij.Ex quo infertur,† quòd si pœna,quæ petitur,debeatur parti,iudicium erit ciuile:si fisco,vel reipublicæ,iudicium erit criminale,& ita se habet cõmunis opinio,quam approbat Bar.in d.l.iij.§.j.ff de sepulc.viol.& Cy.Bal.& Doctores in l.si quis per calũniam.C.de epis.& cle.& idem sentit gl.in l.aut damnum.in prin.ff.de pœn.& in l.j.in gl.fina.vbi Albe.de Ros.& Sal.C.de sepul.viol.& Imol.in rub.ff.de publi.iud.& Domi.in c.j.de cle.coniug.in vj.& ad hoc est bonus tex & gl.in §.in summa.Insti.de iniur.Et licet do.Abb.in rub.extrà de iudicus.contra dictam communem doctrinam alleget facere text.in c.per tuas.de simo.vbi agitur ad priuationem beneficij,& illud beneficium non applicatur parti,& tamen dicitur agi criminaliter. Tamẽ respõderi potest,quòd licet ibi pœna non applicetur parti,non applicatur etiã fisco:
3 vnde † videtur tertia species pœnæ,quæ dicitur remotio ab officio,vt dicit tex.in c.qualiter.ij.in prin.de accusa.Et in tali specie pœnæ dicitur agi ciuiliter,si de priuatione officij priuari agatur,non criminaliter,vt notat Bar.in l.j.§.sciendũ est.ff.de suspect.tuto.nam quando agitur ad priuationem beneficij,pœna non est parti applicabilis,vt in c.olim.de rescrip.10
4 fi.Si † verò officium sit publicum,dicitur agi criminaliter.l.iij.§.pœna.ff.de crim.stellio.Vel potest respõderi ad cap.per
5 tuas.de simo.quòd licet † ibi dicatur agi ciuiliter,quãuis illa priuatio beneficij videatur respicere publicam vtilitatem,tamen quòd ibi largo modo dicitur ciuilis respectu grauioris pœnæ.Vel potest dici,quòd ibi ciuiliter dicitur causa agitari:quia non agebatur,vt ille puniretur,sed potius ad correctionem:quia per viam denuntiationis ibi proceditur.Sic e-
6 tiam † vbi de crimine excipitur,non dicitur agi criminaliter.c.super his.in fi.de accusa.quia non agitur ad pœnam.Si verò
7 procederetur † per inquisitionem,videtur agi criminaliter,
8 quia finis respicit pœnam. Et † quando extraordinaria etiam pœna imponitur arbitrio iudicis,dicitur agi criminaliter.l.fi.ff de furt.d.§ in summa.instit.de iniur.Secundò cõtra dictam communem doctorum opiniõ.Barba.in dicta rubri.de iudicus.adducit tex.in l.Caius.ff.ad Syllan.vbi ciuiliter agitur.&
9 tamen pœna fisco applicatur.Sed potest † responderi,quod tex.ibi non dixit causam esse ciuilem,sed pecuniariam.Vnde quamuis pecuniaria sit criminalis dicitur,ex quo fisco applicatur.Tertiò contra dictam opinio.Deci.in dicta rubri.de iudic.dicit facere tex.in authen.sed hodie.C.de episco.& cler.& in authen.sed nouo iure.C.de pœna iudic.qui male iudicadum ibi alternatiuè videtur poni causa criminalis,vel pecuniaria,ex quo videtur dicendum quòd pecuniaria causa non
10 sit criminalis,licet fisco applicetur.Tamen † potest responderi,quòd causa pecuniaria ciuilis dicitur respectu pœnæ corporalis quæ criminalis ibi appellatur,ex quo dixit Salic.in d.l.j.C.de sepulch.viola.in ij.col.versi.ex ista gl.quòd glo.& iura abutuntur his vocabulis,secundum diuersam considera-
11 tionem.nam pœna † pecuniaria,quæ fisco applicatur,potest dici ciuilis habito respectu ad pœnam corporalem.Et considerata pœna pecuniaria,quæ parti acquiritur,pœna pecuniaria quæ debetur fisco potest dici criminalis secundum Salic.ibi.& latè deducit Are.& ibi Deci.in dicta rubric.de iudic.& in l.j.insti.de actio.in princi.de quo etiam per Ias.in §.quædam autem.institu.de actio.& Aret.in consi.vlti.& per Alex.consi.lxvj.volu.j.& per Ioan.Andr.in c.tam literis.de testi.& Bart.in l.si quis.ff.de priua.delect.& per gl.& doc.in c.j de testi.in vj.& in c.testimonium,extra de testib.Et latè per Alex.in apostil.ad Bart.in l.iiij.in princi.ff.de sepul.viola.vbi dicit Abbatem per eum allegatum tenere,quòd si agatur pœna extraordinaria delicti,ita quòd per illam puniatur delictum maiori pœna,quàm sit pœna statuti,& tunc semper dicitur agi criminaliter siue pœna applicetur fisco,siue parti.Si verò agatur ad pœnam delicti non ordinariam sed accidentalẽ,& tũc semper iudicium sit ciuile,etiam si pœna applicetur fisco:Sed eius opinionem non probat per eadem quibus ibi per eum.Et vide Do.de Rota decisio.ccxxiij.& ccxxvj.in antiquis,vbi po-
12 nunt si de crimine agatur † ciuiliter an sententia dicatur ciuilis,vel criminalis.Inno.in c.criminalis.de collusio.detegen.vbi
13 dicit quòd tria sunt genera † causarum:ciuilis,criminalis,& spiritualis.Et quando vna præiudicet alteri plenè not.in l.j.
14 C.quando ciuil.actio præiudic.crimin.Et adde † quòd si imponatur pœna pecuniaria applicanda fisco,& alia applicanda parti,pro parte quæ parti applicatur dicetur causa ciui-

his, vt colligitur per Bal. in l. j. in iiij. col. C. de iudi. & Do. Ant.
in d. rubri. extra de iud. Et hæc appellatur causa mixta, vt est
15 tex. & ibi no. in c. tuæ. de procu. & ibi Imol. Et ad cogendū† an
quis agat ciuiliter, vel criminaliter, cōclusio libelli est atten-
denda vt si dico accuso te, & secundum Abb. in c. fertes. de te
stib. & not. in l. fi. C. de pri. delic. Et ad prædicta vide per Bart.
in extrauag. ad reprimēdum. in ver. non obstantibus. ad h. Et
inquātum hic dicit Matth. quòd si vna pars condēnationis sit
applicāda fisco, & alia parti, quòd tamen tota pœna erit fisco
soluēda, & pro dimidia accusator habebit regressum contra
eum: adde quòd idē not. Bar. in l. j. C. de vendi. rer. fisca. cū pri-
ua col. j. lib. x. & sequitur Sali. in l. iij. C. ad le. Corn. de fal. ver.
vlterius ab extra, & tenet Ang. Aret. in tract. malef. in ver. dan
dis & soluēdis generali Cameratio. in prin. & ibi Aug. Arimi.
in vlti. addi. in prin. qui citat & approbat sing. Matthæi hic. Et
latè tradit Ias. & Moder. maximè Gomes. instit. de actio. in §.
16 quædam autem. Et subdit ibi Ange. quòd quando † bona ve-
niunt ex condēnatione diuidenda inter fiscum & partē, tunc
fiscus debet facere partes, & dare optionem delatori, & sic par
ti, ad quod allegat Bar. in d. §. senatus. vbi etiā Bar. ponit pra-
cticam, qualiter debeant formari verba cōdēnationis. Quid
autem sit, si accusatus in libello dixerit, Peto talem mihi con
17 demnari in dimidia, & pro alia dimidia fisco? Dic† quòd sen-
tentia super tali inepto libello valet: quia in criminalibus nō
attēditur libellus, vt not. Bar. in l. quid ergo §. pœna grauior.
ff. de infa. & in l. j. post prin. ff. de iure fis. & faciunt quæ habē-
tur in l. lex Cornelia. § si. cum si. ff. ad Sylla. & per Bart. in l. li-
bellorum. in fi. prin. ff. de accu. & quæ not. Alex. in addi. Bart.
18 in l. iij. §. quid ergo. ff. de appel. Et† ex quibus bonis præmium
accusatori debeatur, an de bonis malefactoris, vel cōmunis,
tradit Ang. in l. lex Cornelia. § si quis libellum. ff. de iniur. &
Bar. in d. l. lex Cornelia. ff. ad Syllan. Gab. Sar.

LXXI.

1 *Fisci causa licet videatur fauorabilis, tamen in dubijs cōtra eum est pronuntiandum.*
2 *Intellectus l. non puto ff de iure fisci.*

1 NOta vnam regulam mirabilem, quòd† licet fiscus cō
sueuerit habere multa priuilegia, & sic causa fisci vi-
deatur prima facie fauorabilis, tamen in dubiis potius
semper est iudicandum contra fiscum, quàm pro eo, vt est
2 tex. singularis in l. non puto. ff. de iure fis. Quod† intelligo
siue sit dubium de iure propter opiniones Doctorū. Siue
sit dubiū, puta, quòd duo ordinarij ferant sentētias con-
trarias. Siue sit dubium in probationib⁹, vt quia fiscus &
reus probauerint cōtraria, & probationes fuerint pares.
Licet Io. And. & do. Ant. tenuerint cōtrarium, quod causa fi
sci sit fauorabilis, sicut causa aduersarij, vt in c. ad nostrā.
extrà de testi. & Io. And. in tit. de testi. §. qualiter.

ADDITIO.

Nota vnam regulam, &c. Adde quòd Bar. in l. non puto. hîc alleg. dicit, quòd si fiscus opponat instrumentum contra priuatum, & priuatus ostendat aliud eodem die confectum, & non apparet de prioritate, instrumētum priuati præsumitur prius. Adde etiam Bal. in l. dotis. C. de iure dot. Sed caue, secundum Feli. in c. pastoralis. in verbo, ad identitatem de rescript. quia licet isti simpliciter loquantur, tamē l. non puto. intelligitur, quando tractatur de lucro fisci, & de dāno priuati, vt in pœna applicanda fisco. Sed vbi agitur de damno fisci, in dubio præsumitur pro fisco. Iac. de Bel. in l. vnica. in fi. C. de caduc. tol. per tex. in l. j. C. de iure fisci. lib. x. secundum vnam lecturam, quam sequitur etiam Bar. ibi, Sal. in l. si debitor. C. de pri fis. & Alex. in l. j. in prin. ff. solu. matri. Ad istud notab. vide etiam Sand. licet prædicta non alleget in ca. duobus. col. ij. post medium. de re iudi. Istud not. refert & sequitur Mag. meus in d. l. j. col. x. circa medium. ff. solu. matri. & ad l. non puto, hic alleg. vide vnum pulchrum & nouum intellectum per Barth. Soci. in l. j. in ij. col. ff. solu. matri.

ANNOTATIO.

1 *Fisci causa an præualeat in pari causa.*
2 *Intellectus l. j. C. de iure fisci. lib. x. & nu. 7.*
3 *Causa onerosa non præfertur lucratiua inter duos priuatos.*
4 *Intellectus l. non puto. ff. de iure fisci.*
5 *Iudex qui scienter contra legem iudicat, tenetur.*
6 *Verba intelligenda sunt secundum subiectam materiam.*
8 *Intellectus l. penul. ff. de priuileg. credito.*
9 *Causa quando dicatur dubia?*
10 *Fisco fauendum est in conseruatione iuris, quod constat sibi esse quæsitum.*
11 *In claris pro fisco, an dubijs an sit contra fiscum pronuntiandum?*
12 *Differentia quæ sit inter casum dubium, & causam seu quæstionem dubiam, & inter casum clarum, & causam seu quæstionem parem?*
13 *Instrumentis duobus concurrentibus, censentur ambo eadem hora fuisse confecta.*
14 *Causa denominatio non refertur ad id quod consistit in facto, sed ad ius partium, quod in iudicio proponitur, de quo quæritur, & discutitur.*
15 *Lex nihil præsumit, inter duos æquale ius prætendentes ex hominis dispositione, sed simpliciter eos admittit quales offendit.*
16 *Præsumptio non debet sumi de eo, quod non potest esse per rerū naturam.*
17 *Intellectus l si duas. in princ. ff. de admi tuto.*
18 *Intellectus l. si fundus. § si duo. ff. de pignor.*
19 *Paria sunt esse, vel non apparere.*
20 *Intellectus doctrinæ Bartol in l. quod de pariter. ff. de rebus dubijs.*
21 *Instrumentum dotis præsumitur prius factum.*
22 *Testamenta duo si extent confecta ab eodem in eadem die, illud præsumetur posterius, in quo sunt instituti venientes ab intestato.*
23 *Præsumptio in claris cessat.*
24 *Fictio non sumitur in casu dubio.*
25 *Actus duo diuersi & separati an possint præsumi facti eodem momento ab eodem cum diuersis.*
26 *Instrumentum vnum non dicitur prius altero, nisi alterum per horam præcedat.*
27 *Dubietas non cadit circa prioritatē instrumenti, nisi ratione diei, & horæ.*
28 *Prioritatem temporis lex præsumit, quando constat eos actus, de quibus dubitatur fuisse confectos eodem die: Sed non quādo non constat eos in die concurrere.*
29 *Præsumptio licet arguat dubietatem in his, quæ sunt facti, non tamen arguit dubietatem in iure, quod occasione dictæ præsumptionis partibus ex ipso facto quærendum venit.*
30 *Dotis causa est præcipua, & in pari causa præualet.*
31 *Fisci ius aliquando lex præfert, non obstante quòd constet priuatum priorem in tempore.*
32 *Fiscus quando ex priuilegio priuato præferatur?*
33 *Fiscus in causa & quæstione dubia nullam habet prærogatiuam.*
34 *Hypotheca ius haberi non potest nisi ab eo, qui dominium res habet.*

Maxima est in intellectu dictæ l. non puto. inter doctores altercatio, de qua per docto. in l. j. in principiu. ff. solut. matrimonio. per Curt. Iunio. in l. j. columna v. nume. 30. C. de edend & per Deci. in l. fauorabiliores. nume. 3. & in l. in ambiguis. ff. de regu. iur. & nouissimè per Didac. Couar. lib. j. variar. resolutio. c. xvj. per totum. & per Ioan. Baptistam Plotum in repetitio. l. si quando. C. vnde vi. § vnde ex præmissis. & Ias. in l. de die. colum. fina. ff. qui satisda. cogan. & in dicta l. j. numer. 37. & ibi Ripa. colum. iij. ff. soluto matrimo. Ludo. Gomes. in §. superest. nume. 19. institu. de actio. Ioan. Neuiza. in sylua nuptiali. libro vj nume. 47. Hierony. Cagnol. in l. diem functo. nu. 163. ff. de officio assess. Ferdi. Gor in l. ij Lane. nume. 68. singulariter declarat dominus meus Alciat. in libro viij. Pareg. iuria cap. vj. & in tracta. præsumpt. in regu. iij. præsumpt. xlj. Et aliquid per Didac. Segur. in tracta. de bonis lucratis constante matrimonio, inter virum, nume. 79. Tamen de eius intellectu hic aliqua subiicere consilium fuit. Stat igitur conclusio cōmunis, quam tenuit Barto. in l. & quæ nondum. §. quod dicitur. ff. de pignor. Bald. & Salice. in l. si debitor. C. de iure fisci. libro decimo. Soci. & Rip. in l. j. in princip. ff. soluto matrimo
1 nio. post alios, quos allegant, quòd † in pari causa præualeat causa fisci, & sic quòd instrumentum fisci præsumatur prius factum, quàm instrumentum priuati, vbi de ordine non appareat. Adducunt doctores text. in l. j. C. de iure fisci. libro x.
2 nam in eo, quòd† text. vult donatarium, qui conuenitur hypothecaria à fisco, debere probare donationem suam fuisse factam, antequàm is debitor obligaretur fisco, præsupponit, quòd si appareret donationē fuisse factam eodē die, quo cōtracta fuit obligatio fisci, & non appareret de ordine, causam fisci debere præualere. Et licet variæ dentur solutiones ad istum tex. nullæ tamen euacuant argumē. Nam solutio Ioan.

de Pla.

de Pla. quam sequitur Caro. Ruin. in d. l. j. ff. solu. matri. quòd tex. iste procedat, quia donatarius se fundat in tempore, cōfirmat argo. quia non sufficit probare donationem fuisse factā eodem die & momento, quo fuit cōtracta obligatio fisci, sed oportet probare illam fuisse anteriorem. Sequitur, quòd vbi concurrunt in tempore, prævalebit causa fisci. Non etiā procedit solutio Alexan. ibi quòd propter varios intellectus non possit allegari, per doct. Bar. in l. in ambiguo. ff. de reb. dubiis. Quia licet quo ad alia, quæ ex tex. illo colligūtur, diuersimodè intelligantur: tamen quo ad istud, de quo nūc est quæstio, diuersimodè non intelligitur. Non etiam procedit solutio Sali. quòd causa fisci sit onerosa, & causa donatarij lucratiua. Quia vltrà quòd ista solutio videtur fateri fiscum in casu isto
3 habere priuilegium, cùm † causa onerosa non præferatur lucratiuæ inter duos priuatos. l. de rebus. C. de donat. ante nupt. Non etiam videtur vera, quia ille donatarius videtur tractare de dāno, dum tractat de non amittendo ius quæsitū. gl. l. j. §. si quis propter inundationem. ff. de itin. actúque pri. Bar. & alij in l. non amplius. ff. de lega. j. Alia duo adducunt doctores, de quibus per Soci. in d. l. j. ff. sol. mat. nu. 6. Contrariam opinionē tenuerūt Cy. & Bar. in l. non puto. per illum tex. ff. de iure fis. sequitur Alex. in d. l. j. post plures, quos allegat: in quo tex. videtur, quòd confundatur materia iuris fiscalis. Cōmunis tamen est solutio, vt per Ias. & do. meum Alciat. in d. l. j. quòd d.
4 l. non puto. † intelligatur quādo fiscus agit de lucro captando, & priuatus de dāno euitando, ponderātes, quòd subiecta materia tituli est de his, quæ acquirūtur fisco ex causa lucratiua, prout est de bonis vacātibus, vel quia auferūtur ab indigno, vel de lucro quæsito ex aliquo delicto. Secus est de onerosis, vbi fiscus de proprio dāno contendit. Cōfirmatur, quoniam illa l. non puto. est Modestini, cuius est etiā l. in summa. eo. tit. vbi dicitur, *In summa sciendum esse omnium fiscalium pœnarum petitionem postpam.* in qua repilogando ea, quæ vbicunrè dicta sunt, declarat, *ut in pœnalibus cōtra fiscum in dubio pro creditoribus sit pronuntiandum.* Cōmunis solutio ad illū text. secundū aliquos primò diuinar, secundò est falsa: nā in quantum intelligunt l. non puto. loqui in causa lucratiua, est diuinare: quoniam rubr. illa est generalis ad ius quæsitum ex contractu, prout in l. si procurator. in l. si fiscus. in l. si is qui. l. Titius. l. eum, qui debitoris. l. Moschus. eo. titu. ff. de iure fisci. Est etiam falsa, quoniam præsupponit fiscum non esse priuilegiatum, quando tractat de lucro, vel de conseruando ius quæsitum ex causa lucratiua cōtra tex. in l. fiscus. eo. tit. Nec obstat confirmatio prædicta l. in summa. referri ad l. non puto. Quia vltrà quòd Iurisconsul. posset reprehendi de superfluitate, ex eo quòd non solùm procederet in dubiis quæstionibus, sed etiam in claris: nam si pœnarum fiscalium petitio creditoribus postponatur, sequitur istud, quòd non solùm in dubiis quæstionibus, sed etiā in claris postponetur: ergo falsè refertur l. in summa. ad l. non puto. Secunda est solutio Soci. & domini mei Alc. in d. l. j. ff. sol. mat. quòd tex. nō dicit, quòd iudicādum sit contra fiscum, sed quòd non delinquat is, qui contra fiscum in dubiis quæstionibus iudicauerit, iuxta no. per Bar. in l. fi. C. de pœ. iud. qui ma. iud. & Insti. de obli. ex quasi delic. in prin. Sed ad hoc nonnulli dicunt intellectum duo incōpatibilia præsupponere. Primum, quòd fiscus habeat priuilegiū, vt in dubia quæstione debeat eius causa prævalere. Secundū, vt excusetur iudex, qui contra fiscum fecit prævalere causam priuati in dubiis quæstionibus. nam si cautum est per legem, vt in causa dubia prævaleat causa fisci, & pro eo pronuntiandum sit, necesse est, quòd si iudex præferat causam priuati, &
5 iudicet contra fiscum, quòd censeatur † iudicare cōtra legem, & malè iudicare, & per cōsequens non excusetur à delicto, & pœna delicti, qua tenentur iudices, qui malè iudicant. d. l. fi. & d. §. j. & maximè quando scienter iudicasset cōtra prædictam legis dispositionem. Sicut in simili, si in pari causa contra libertatem, vel contra dotem iudicaret aduersus dispositionem legis & c. fi. extrà de re iud. d. l. inter pares. ff. de re iud. & l. pe. ff. mand. Moder. tamen in d. l. j. tuendo intellectū Soci. & domini mei Alcia. fatētur, quòd iudex in dubia quæstione pronuntiando cōtra fiscum non excusetur à delicto, & pœna delicti, qua tenetur iudex, qui per imperitiam malè iudicauit. d. § j. d. l. fi. quia re vera dicitur cōtra legem iudicare. & ita procedant contraria. Sed bene dicunt excusari à vero & proprio delicto, quod dolum includit: & à pœna proprij delicti, qua tenetur iudex, qui non per imperitiam, sed scienter malè iudicauit contra fiscum pronuntiando, toto tit. C. de pœ. iudi. qui malè iudi. & dicunt verba l. non puto. non repugnare: quoniā dum tex. dicit, non delinquere, intelligitur quòd non incidūt in illud delictum, quod dicitur verum & proprium delictum, & includit dolū, sine quo nō dicitur esse verū delictum. l. j. C. ad legem Cornel. de sica. l. in lege Cornelia. ff. eo. tit. Non autem intelligitur, quòd non incidant in quasi delictum, quod solùm includit culpam, quia non est proprie delictum, vt latè per eos. Putántque verissimum sensum Modestini esse, nec aliter si reuiuisceret responsurum. Solutio istorū non saluat, sed impugnat intellectum Soci. & do. mei Alcia. nam præsupponunt Modestinum loqui, quādo iudex in quæstione dubia per imperitiam iudicasset contra fiscum, & sic quādo solùm fuisset in culpa, non autem in dolo: nam quando iudex scit cautum in iure, vt in dubia quæstione causa fisci prævaleat, & tamen hoc non obstante iudicat contra hanc legum dispositionem præferendo priuatum, dicitur delinquere, & tenetur pœna, qua tenetur iudex, qui per dolum malè iudicauit. d. l. fi. & quod ibi not. Bar. C. de pœ. iud. qui malè iudi. quod etiā fatentur isti circa illam quæstionem, an decisio d. l. non puto. procedat in eo, qui in causa dubia aduersus dotem, vel libertatem pronuntiaret. Hoc stante apparet, quòd isti incidūt in aliquot errores. Primò, quia restringunt d. l. non puto. quando solùm per imperitiam iudicaretur contra fiscum, & tamen tex. ille loquitur generaliter, vt comprehendat etiam casum, quando scienter pronuntiasset. Secundò sequeretur non esse differentiam, vtrum iudex malè iudicaret contra fiscū in causa dubia, quàm in causa clara: nam si in causa clara male iudicet per imperitiam contra fiscū, tenetur ex illo quasi delicto, vt puniatur inquantum iudicantis religioni videbitur. d. §. j. Insti. de obli. ex quasi deli. in prin. Si verò scienter, tenebitur in totum. d. l. fi. C. de pœn. iudic. Idem est etiā omnino, quando malè iudicet pronuntiando in causa dubia contra fiscum. Hoc autem est contra illum tex. qui manifestè cōstituit differentiam inter causam dubiam, & causam, quæ non est dubia. Nec possunt dicere statutam aliquam pœnā in iudice, qui in causa clara malè iudicauerit aduersus fiscum, quæ non sit statuta in eo, qui malè iudicat in causa clara aduersus priuatum: quia hoc non reperitur cautum in iure, ergo dicere non debemus. l. j. in fine. ff. de Senat. Tertiò dum dicunt illa verba, non delinquere, intelligenda de delicto vero & proprio, quod includat dolum vltra propriam verborum significationem, hoc est falsum: quia illa verba debent intelligi secūdum subiectam materiam, de delicto, in quo incidit iudex malè iu-
6 dicando: † quoniam verba intelligenda sunt iuxta subiectam materiam. l. si insulam. ff. de præscript. verb. l. si vno. ff. loca. cū vulga. Et sic, si rectè consideremus, solutio istorum non saluat, sed impugnat intellectum Soci. & do. mei Alcia. quia ipsi præsupponunt, quòd in causa dubia excusetur à delicto, & à pœna, qua tenetur iudex, qui malè iudicat. Isti verò nolūt iudicem excusari à dicta pœna. Stat ergo obiectum contra intellectum Soci. & do. Alcia. quia intellectus ipsorum videtur fateri contra opinionem, quòd est in quæstione dubia fiscus nullam habeat prærogatiuam, & non esse cautum, quòd in dicta causa sit pronūtiandū pro fisco. Aliàs nulla ratione excusaretur à pœna illius delicti, qua tenentur iudices, qui malè iudicant. Alia est solutio, quòd aliquando sumus in casu, quando constat in eo, de quo agitur, esse quæsitum ius vtrique parti, & vtranque partem habere ius in eo: & isto casu nō dicimus causam dubiā, sed parem causam vtriusque: & procedat conclusio communis. & tex. in l. si in qui. ff. de iure fisci. nam in iure hypothecæ, quo ad bona post obligationē vtraque pars dicitur habere ius æquale: quia eodem tēpore vtrique incœpit competere ius hypothecæ in dictis bonis, & prævalet causa fisci. Non enim potest dici dubia: quia si ageretur inter priuatos, esset clara decisio legis. Vel quòd præferendus est is, qui præuenit in titulo, licet non præueniat in iure hypothecæ, iuxta not. per gloss. & doctores in l. fi. C. qui pot. in pig. hab. Vel si vterque concurrat in tempore, & quo ad titulum, & quo ad ius hypothecæ, vel prævalet possessor, vel detentor bonorum, vel non existente possessore, is qui præoccupat, vel si nullus præoccupasset, quilibet haberet rem pro parte sua, iuxta l. si debitor res. in prin. & l. si fundus §. si duo. vbi Bar. ff.
7 de pigno. In his terminis † loquitur l. j. C. de iure fisci. libr. x. nam si ponimus donationem factam eodē die, quo donator contraxit cum fisco: & non apparet quid prius factum sit,

præsumptio iuris est, quòd vtrunque fuerit factū eodē tempore, & eadem hora.l.si duas.vbi Bal.not.ff.de excu.tut. Bar. in d.§ si duo.in secundo notab. & per consequens constabit vtrique esse quæsitū ius, & fisco quo ad ius hypothecæ, & donatario quo ad dominium. Et propterea non potest dici dubia: quia inter priuatos isto casu esset clara decisio legis, vel pro possessore, vel pro eo, qui præoccupasset, vel pro vtroque adiudicando cuilibet partem suam, iuxta d.l.si debitor.d.§.si duo.vbi Bart. Sed dicitur, & est par causa, ex quo constat esse quæsitum ius vtrique parti, & vtranque partē habere æquale, & par ius, in quo præualet ius fisci, vt præsupponitur in illo
8 textu. In his terminis † procedit l.penul.ff.de priuileg.credito. Nam inter plures creditores chirographarios, qui non habēt hypothecam in bonis debitoris, nulla est disparitas iuris: nam prioritas tēporis non seruatur in ipsis, & in ea diuisione, & partitione bonorū, quando adiudicantur creditoribus, inter eos non dicitur esse causa dubia, sed par. Aliquando modò non constat esse quæsitum ius fisco, sed dubium est, an sit quæsitū, vel non, exemplum, Si fiscus agit contra aliquem ad pœnam, quia deliquit, Vel ad ablationem bonorum, tanquam ab indigno, Vel ad bona vacantia, tanquam non haberet hæredē is, qui decessit, vel aduersarius sit hæres debitoris fisci, & sic de similibus, & non perfectè probat intentionem, & dato, quòd
9 probet, tamen † pars aduersa probat oppositū, ita quòd sunt pares in probatione, isto casu, causa dicetur esse dubia: quia dubium est, an fiscus habeat ius, vel non, & non constat vtrique habere ius. Sed alterum tantùm, incertúmque est, quænā sit pars, quæ habeat ius, nam licet quo ad probationem dicantur pares, tamen causæ decisio non dicetur esse par, sed dubia. Simile est etiam, quando sententiæ plurium iudicum inter fiscum & priuatū essent pares, & tamen cōstaret non vtranque partem habere ius, sed alterā tantùm, causa ipsa diceretur dubia: quia licet partes quo ad sententias dicantur pares.l.penul. ff.de manu.l.inter pares.ff.de re iudi.tamen causa ipsa dicitur dubia, non par: quia constat, quòd partes non sunt pares quo ad ius de quo agitur, attento, quòd constat alteram tantùm ius habere, & isto casu procedet l.non puto.ff.de iure fis. videlicet, quòd in ista dubia causa non sit fauēdū fisco, & nullū
10 priuilegium habeat. Et ratio est manifesta, † quoniam fauendū est fisco in conseruatione iuris, quod cōstat sibi esse quæsitum.d.l.pen.& per Bar.in d.l.j.in iiij.quæst.sed non in eo iure, quod non constat sibi esse quæsitum. Et sensus est, quòd fiscus in istis dubiis causis, seu quæstionibus nullā habeat prærogatiuam, non autem quòd eius aduersarius habeat prærogatiuam. Sed quòd ita faciliter respondendum sit aduersus fiscum in causis dubiis, prout aduersus priuatum, quo casu intelligitur, quòd respōdendū sit pro priuato, qui sit reus, prout quando agitur inter priuatos, & causa sit dubia, quia sint pares sententiæ, vel pares probationes.d.l.pen.c.fi.extrà de re iudi.c.ex literis.de proba.& isto casu respondendum erit cōtra fiscum agentem. Sed si demus fiscum esse reum, qui conuenitur, non dicit tex.respondendum contra fiscum: non enim negat, quòd fiscus retineat ius priuatorū etiam in dubiis quæstionibus. Et pro ista differentia inter casum, quando constat illud ius, de quo agitur, esse quæsitum fisco, & tunc sibi sit fauendum. Secus quando non constat esse quæsitum ius: ponderabam tex.in l.nec quicquam.ff.de eden.vbi text.apertè vult, quòd fauendū sit fisco, vt sibi edantur instrumēta à reo, quando constat illa esse pertinentia ad causam fisci, non autē quando dubium, an sint, vel non sint pertinentia. Hunc tamen intellectum ad l.non puto.& resolutionem circa propositā quæstionem, quidam conati fuēre impugnare. Circa quorum dicta, vt pateat veritas, paulisper immorari liber. Dicunt igitur sensum prædicti intellectus esse quòd Modestinus loquatur
11 in casu dubio. Seuerus verò in d.l.j.in casu claro † ac manifesto, vt sic in claris pro fisco, in dubiis contra fiscum sit pronūciandum. Sed ij in hoc primo deficiunt, quia infideliter referunt, non enim dicitur d.l.non puto, loqui in casu dubio, sed in causa, seu quæstione dubia. Nec etiam dicitur in d.l.prima cum concor.loqui in casu claro, ac manifesto, sed in causa pari, in qua constet circunscripto priuilegio, & inter priuatos fuisse quæsitū æquale ius vtrique parti. Nec etiam dicitur in claris pro fisco pronuntiandum, sed in dubiis causis seu quæstionibus potiorem esse causam fisci, & pro illa pronuntiandum. Nec dicitur in dubiis contra fiscum pronūtiandum, sed in dubiis causis seu quæstionibus fiscū nullam habere prærogatiuam, ita quòd respondendum sit cōtra fiscum, eo modo quo responderetur contra priuatū absque eo, quòd præsupponatur in causa dubia conditionē fisci fore deteriorem, sed solū præsupponitur non esse meliorem conditionē fisci quā
12 priuati. Et si quis † diceret, quæ differentia sit inter casum dubium, & causam seu quæstionē dubiam, & quæ differentia sit inter casum clarum, & causam aut quæstionē parem. Respondetur quòd per casum dubiū denotatur dubietas non solū in iure, quod ex facto quæritur parti, de quo fit iudicialis discussio, & super quo ferenda venit sententia: sed etiam eorū quæ consistunt in facto. Sed per causam, seu quæstionem dubiam denotatur dubietas respectu iuris, quod venit quærendū partibus ex facto, de quo agitur. Dum verò dicimus casum clarum, significatur clarus, non solùm respectu iuris, quod quæritur partibus, de quo habetur iudicialis discussio: sed etiā respectu eorum, quæ consistunt in facto. Sed dum dicimus causam parem significatur casus clarus quo ad ius, quod ex facto quærendum venit partibus, de quo habetur iudicialis discussio, & super quo ferēda venit sententia, tamē non negatur quin sit & esse possit dubius respectu eorū, quæ consistūt in facto. Exempla manifestè apparent, nam vbi sunt duo instrumenta eodē die confecta, & non apparet de prioritate alterius ipsorum, casus quo ad ea, quæ consistunt in facto, est dubius, quia dubium est, eademne, vel diuersis horis fuerint celebrata, tamen quo ad ius hypothecæ, quod quærēdum venit partibus, quódque discutiendum venit in iudicio inter eos, casus nō di
13 cetur dubius, sed clarus: quoniam † præsumptio iuris in casu prædicto censet instrumenta eadem hora confecta, ideo admittit vtrunque in cōcursu prioritatis hypothecæ prout admitteret, vbi euidenter constaret instrumenta eadē hora fuisse confecta.l.si debitor.in prin.l.si fundus.§.si duo.ff.de pign.
14 Et pro hoc facit, quia denominatio † causæ seu quæstionis refertur, non ad id quod cōsistit in facto, sed ad ius partiū, quod in iudicio proponitur, & de quo quæritur, & discutitur.c.forus.extra de verb.sig.l.causas vel lites.C.de transac. Item contra prædictum intellectum opponunt, primò quòd in eo præsupponatur casum esse clarū, quando ex probationibus partium de tēporis prioritate non liquet, & neutra se anteriorem demonstrat: Quod præsuppositum est contra cōmunem opi. Doctor.qui præsupponunt huiusmodi casum dubiū esse. Sed huic oppositioni respondetur ipsos versari in eodē errore, & æquiuocatione, prout in relatione ipsius intellectus. Nā si intelligunt casum esse clarū, quo ad ea, quæ consistūt in facto, decipiūtur, quia præsupponitur dubium, an in eadem, vel diuersis horis instrumēta fuerint celebrata, & quod instrumentum sit anterius. Si verò intelligūt casum esse clarum, quo ad ius, quod quærendū venit partibus, & tūc admittitur & indubitatum est: quoniam l.præsumit instrumēta eodē die confecta, in quibus non apparet de prioritate, eadē hora celebrata. l.si duas.in prin.cum cōcordan.de quibus infra.ff.de excu.tuto.& vtraque pars admittitur ad prioritatē hypothecæ, & cōstat vtranque partē habere æquale ius in prioritate dictæ hypothecæ.d.l.si debitor.d.§.si duo.& hoc etiam admittunt isti in sequenti sua oppositione, vt inferius dicetur. Et istud nō est contra mentem aliorū doctorū: quia dicūt casum esse dubiū, scilicet, quo ordine instrumenta fuerunt celebrata, & sic circa ea, quæ cōsistūt in facto: sed non dicunt dubiū quo ad ius hypothecæ, quod est quærendū partib. quia nō negāt, nec negare potuerunt, quin sit clara iuris decisio, scilicet, quòd vtraque pars admittatur ad cōcursum proprietatis hypothecæ. Bene verū est, quòd vt suprà dictū est, secūdū eos, qui id tenēt distinguitur inter parem causam, seu quæstionē: & dubiam causam, seu quæstionem. quam differentiam alij non faciunt. Secundò opponitur quòd in eo præsupponatur, quòd neutra partium se anteriorem probante lex paritatem temporis præsumat. quod secundum eos est falsum & contra doctrinam Bartol.in l.quod de pariter.ff.de rebus dubiis.vbi Bartol.con-
15 cludit, quòd inter † duos æquale ius prætendentes ex hominis dispositione lex nihil præsumit, nec præsumere curat, sed simpliciter eos admittit quales offendit, per rationem de qua per Bartolum ibi. Vnde sequitur, quòd quando vnus non superat alium in probando se anteriorem, vterque virtute sui instrumenti admittatur, necessariò, & communi iure concurrat. argumento l.coniunctim.ff.de legatis tertio. absque eo quòd concurrat aliqua iuris præsumptio. Et quia naturaliter fieri nequeat, vt eadem omnino tempore

pore duo diuersi actus,ac separati,ab eadẽ persona celebren-
tur.duóque diuersa instrumẽta,cum diuersis personis eodem
16 momento,conficiantur, & præsumptio † non debet sumi de
eo,quod non potest esse per rerum naturam. Circa hanc op-
positionem latius est immorandum. Et primo dicitur, ipsos di
cere contra casus legum,& contra apertissimas rationes,nam
quando sunt instrumenta eodem die confecta, & non potest
apparere quo ordine fuerint celebrata,lex præsumit eadem
hora,& momento celebrata.l.si duas.in principio. vbi tex.ff.
17 de administratio. tuto.nam † dum iurisconsul.ibi dicit,vnam
tutelam non præsumi priorem altera,sequitur in consequen
tiam,quòd vtraque præsumatur eodem tempore decreta.quẽ
text.ita voluit inducere Bald. dum istud notat ibi ex text.&
ista consequentia est necessaria, vt statim dicetur. Secundo
18 † probatur in dicto §.si duo.nam text.vult prout ibi no. Bar
to.in secundo notab. quòd instrumenta eodem die confecta
censeantur simul celebrata,quod intelligendum est, vbi non
apparet de ordine. Tertio probatur ratione,nam cùm nun-
quam possit probari instrumenta ipsa fuisse confecta diuer-
sis horis,sequitur,quòd lex præsumat non fuisse celebrata di-
uersis horis:quoniam lex præsumit non esse illud, quod non
19 potuit probari,quia † vult esse paria non esse, vel non appa-
rere.l.duo sunt Titij.ff.de testa.tutel.cum simi. Hinc videmus
reum diffinitiuè absolui,tanquam præsumptiuè cõstet illum
non esse debitorem actoris,quando per actorem non potuit
probari eius intentio.l.qui accusare. cum ibi not.C.de eden.
Cùm igitur præsumptio sit,non fuisse confecta diuersis ho-
ris,sequitur,quòd præsumantur confecta eadem hora. Acce-
dit,quia dum lex non præsumit vnum instrumentum prius al-
tero,sequitur necessariò, quòd præsumat illa fore simul,&
eodem momento celebrata,hoc in terminis probat text.in l.
quod de pariter.cum seq.ff.de reb. dub. nam dum in duobus
simul decedentibus eodem casu,vnus non præsumitur alteri
superuixisse,infert tex.quòd præsumantur simul, & eodem
momento decessisse,& animam efflasse.quam consequẽtiam
præsupposuit Bal.in d.l.si duas.in prin. Sic in proposito, dum
non præsumitur vnum instrumentum prius altero, sequitur,
quòd præsumantur fuisse eodem momento celebrata. Pos-
sem & alia adducere ad comprobationem huius præsuppositi,
sed quia apparet ipsum verissimum, ideo omitto. Non ob-
20 stant † contraria,& primò doct.Bar.in dicta l.quod de pari-
ter.quia respondetur,quòd non facit ad propositum:& si fa-
ceret,comprobaret hoc præsuppositum,non autem impugna
ret. Nam Barto.ibi loquitur,de illa præsumptione, per quam
lex circa dubietatem duorum simul decedentium, præsumit
vnum alteri superuixisse,& vult dictam præsumptionem non
sumi,quando agitur ex dispositione hominis.non autẽ loqui-
tur de præsumptione,quam sumit lex circa dubitationẽ duo
rum instrumẽtorũ,quæ forent eodẽ die celebrata, & non ap-
pareret de ordine:quia nec Bart. negat, nec negare potuisset,
quin lex præsumat sæpissimè vnum prius altero,quãuis aga-
tur ex hominis dispositione,prout est casus de mente Bart.&
Doctor.in d.l.j.in prin.ff.solu.matri.dum forment casum in
duobus instrumentis eodem die confectis:quorum vnum sit
21 dotis,alterum mutui.& dicunt decidi in tex.quod † instrumẽ
tum dotis præsumatur prius factum:& tamen agitur ex ho-
minis dispositione. Ad idem est doctrina Bartol.communiter
approbata in l.j.§.ne autem.ff.de bono.posses.secundum ta-
22 bu.vbi dicit,† quòd si extant duo testamenta cõfecta ab eo-
dem,in eadem die,quòd illud præsumetur posterius, in quo
sunt instituti venientes ab intestato. & sic patet maximam
differentiam esse inter illam præsumptionem duorum simul
decedentium , & præsumptionem duorum instrumento-
rum, quæ sint eadem die celebrata. Sed demus etiam non
esse differentiam inter has duas præsumptiones, id est, duo-
rum simul decedentium,& duorum instrumentorum, adhuc
dicitur quòd dicta per Barto.& docto.confirmat præsuppo-
situm prædictum, non autem impugnat. Nam licet quando
agitur ex dispositione hominis,Barto.& doctor. negent sumi
præsumptionem,vt vnus præsumatur alteri superuixisse:non
tamen negant,quin sumatur præsumptio, vt vterque simul
præsumatur spiritum emisisse:quinimò de hoc est casus in di
cta l.quod de pariter & sequen. agitur enim ibi ex testamen-
to,vel stipulatione,& tamen text. vult,quòd præsumantur si-
mul efflasse animam. Sed,quod maius est,dum Barto. & Do-
cto.dicunt non sumi præsumptionem, quòd vnus præsuma-
tur alteri superuixisse,in necessariam consequentiam videtur
admittere,quòd præsumantur simul decessisse. vnum enim
venit in consequẽtiam alterius,vt dictum fuit suprà. Ita quòd
ex dictis Bart.& Doct.ibi potest inferri in dubitatione duo-
rum instrumentorum cessare præsumptionem, vt vnum præ-
sumatur prius altero, sed non cessare, imò admitti præsum-
ptio,quòd censeantur simul,& eadem hora confecta. Vlte-
rius,dum isti dicunt,in casu prædicto vtriúsque vigore sui in-
strumenti admitti necessariò , & communi iure concurrere:
argu.l.coniunctim.ff.de leg.iij.& tamen negant præsumptio-
nem legis,vt instrumenta censeantur concurrere in tempore.
Dico ipsos præsupponere incompatibilia : nam quando con-
staret instrumenta confecta fuisse eodem momento,sine præ-
sumptione quilibet concurreret in prioritate hypothecæ.d.l.
23 si creditor.d.§.si duo.cessaret † enim præsumptio,cùm simus
in claris:& in his terminis loquitur d.l.coniunctim. Verùm
quando non constat,quòd eodem momento, & eadem hora
fuerint confecta,sed solùm eodem die,tũc,si cessaret præsum
ptio,vt censerentur simul celebrata, non posset vterque ad-
mitti ad concursum in prioritate hypothecæ.d.l.si debitor.d.
§.si duo. Ita quòd necesse est,vel vt instrumẽta concurrant in
tempore,vel quòd fingantur,aut præsumãtur:sed in casu isto
non constat,quòd instrumenta concurrant in tẽpore,necessã
fingi possit vt concurrant:quia sumus in dubio an eadẽ, vel
24 diuersis horis fuerint celebrata:& fictio † non sumitur in ca-
su dubio:necesse ergo est dicere,quòd præsumantur in tem-
pore concurrere. Et mirandum est,quòd isti negant præsum-
ptum cõcursum titulorum vtriusque,& admittunt concur-
sum vtriusque partis in prioritate hypothecæ. vnde videntur
admittere effectum, & negare causam, sine qua is effectus in-
duci non potest. Cùm tamen ex eo,quòd isti dicunt,quòd v-
nus non superat alterum in probando se anteriorẽ, & sic vnus
non præsumitur anterior altero:in consequentiam sequitur,
quòd simul,& eodem tempore censeantur instrumenta cele-
brata, vt est casus in d.l.quod de pariter. & d.l.si duas.& dictũ
fuit suprà. Non obstat secundò,quòd secundum naturã fieri
nequeat, vt duo diuersi,& separati actus fiant eodem momen
to:& duo diuersa hypothecæ instrumẽta cum diuersis ab eo-
25 dem conficiantur. Quia respondetur,† quòd istud assumptũ
est falsum in iure, & in facto. Primò in iure,quia habemus ca-
sum in dicta l.si duas.in princip. vbi duæ diuersæ,& separatæ
tutelæ in diuersis & separatis decretis ab eodem iudice cen-
sentur eadem hora decretæ,& in dicta l.si debitor.in princ. &
dicto §.si duo.vbi vnum & idem prædium præsupponit hy-
pothecam duobus simul,& eodem momento: & tex. loquitur
indistinctè,tam in diuersis instrumentis,quàm in eodem mo-
mento. Falsum est etiam in facto,quia vltrà quòd diuersa hy
pothecæ instrumenta possint eiusdem nomine per diuersos
procuratores,cum diuersis eadem hora celebrari, & per eun-
dem principalem,& eius procuratorem,possunt etiã per eun
demmet principalem duo instrumenta cum diuersis eodem
momento celebrari,quid enim obstat,quin eodem tempore,
quo ego mutuem Titio centum,tu eidem totidem centũ mu-
tues? & eodem momento temporis rogentur diuersa instru-
menta de mutuo vtriusque cum hypotheca bonorum? Sed,
26 † quod magis est,& non aduertunt isti,quòd ad effectum, vt
instrumenta censeantur confecta simul,& eodem tempore,
sufficit,quòd in eadem hora celebrentur, quia licet vnum sit
post aliud,si tamen vtrunque eadem hora fuerit celebratum,
dicentur confecta simul & eodem tempore: ex quo vnũ non
dicitur prius altero, nisi præcedat saltem per horam, vt est
glo.communiter approbata in l.si pluribus.in verbo,aliis.ff.
de solut. Bald. in l.Imperator.j.colum.iij.ff.de statu hominũ.
27 nam vt ibi dicit Bald. non cadit † dubitatio circa priorita-
tem instrumenti,nisi ratione diei,vel horæ. & ratio est: quia
modicum interuallum non impedit , quin censeantur simul
confecta.l.lecta.versicu dicebam ff.si certum petatur. l.duos.
§ fina.ff.de duobus reis.not.l.j.§.j.ff.de verborum obligatio-
nibus. Cùm igitur in eadẽ hora possint non solùm duo sed
plura diuersa instrumenta ab eodẽ cum diuersis celebrari, vt
patet ad sensum,cur est, quòd isti dicant per rerũ naturã fieri
non posse vt eodem celebrentur? & tantò magis in casu pro-
posito,in quo non potuit probari instrumenta fuisse confe-
cta diuersis horis,quo casu,vt suprà dictũ fuit , præsumitur,
quòd non fuerint diuersis horis celebrata, & per consequens
28 quòd eadem hora. Adnotandũ † tamen est quòd lex præsumit

temporis prioritatem, quando constat eos actus, de quibus
dubitatur fuisse cõfectos eodem die, in quibus terminis pro-
cedit, & loquitur quæstio nostra, & text in dicta l. si duas, &
quod ibi Bal. not. sed non præsumit prioritatem tẽporis, vbi
non constat illos actus, de quibus dubitatur, cõcurrere in die.
Tertiò opponunt, quia in huiusmodi intellectu præsupponi-
tur casum, in quo lex aliquid simpliciter præsumit, clarum &
indubitatum haberi: quod tamen secũdum eos est falsum: ex
quo præsumptio præsupponit semper casum dubium. Ad hoc
respondetur ipsos versari in eodẽ errore, de quo in prima op-
positione: quia si accipiunt casum clarum in facto, scilicet, an
sint eadem, vel diuersis locis cõfecta, hoc in intellectu præsup
poni negatur: solùm præsupponitur casum, seu causam, vel
quæstionem nõ esse dubiam, sed clarũ, quo ad ius, quod quæ-
rẽdum partibus venit: de quo fieri debet iudicialis discussio:
nam quo ad ius partium, causa vel quæstio redditur clara me-
dia præsumptione iuris, per quam præsumuntur instrumen-
ta eadem hora celebrata, neutra partium probãte se anterio-
rem: vigore cuius lex admittit concursum in prioritate hypo
thecæ, & sic constat vtrunque habere æquale ius in hypo-
theca, quam & ipsi fatentur in secunda oppositione. Ita quòd
fateor casum esse dubium, quo ad ea, quæ cõsistunt in facto.
Sed nego esse dubium, quo ad ius, quod partibus quæritur ex
29 ipso facto, & præsumptio † licet arguat dubietatem in his, quæ
sunt facti, non tamẽ arguit dubietatem in iure, quod occasio-
ne dictæ præsumptionis partibus ex ipso facto quærendũ ve-
nit. Quartò opponunt, quia secundum eos in intellectu præ-
supponitur, quòd inter fiscum, & priuatum anterioritatẽ non
probantes lex paritatem temporis æquè præsumat: subinde fi
scum ex priuilegio præferat, quod secundum istos omnino à
iuris ratione est alienũ: quia hic effectus prælationis est om-
nino contrarius præsumptioni, per quam præsumitur paritas
temporis in vtroque: & eo attento sequeretur, quòd lex addu
ceret repugnãtia, contra l. vbi repugnãtia. ff. de reg. iur. quod
esset valde absurdum per plura, de quibus hic per eos. Sed in
hac oppositione isti in pluribus labuntur. Primò, quia som-
niarunt hoc in intellectu præsupponi, scilicet, quòd inter pri-
uatum, & fiscum lex præsumat instrumenta esse facta eadẽ ho
ra: quoniam potuerunt apertè animaduertere istud non præ-
supponi in intellectu, sed solummodo præsupponi quòd inter
priuatos lex præsumeret vtrunque instrumẽtum esse confe-
ctum eadem hora. & quòd circũscripto priuilegio fisci, idem
præsumeret inter priuatũ & fiscũ. & sic vt inter priuatos dice
retur par & æqualis causam, & vtranque partẽ habere æquale
ius. Sed tñ quod in casu prędicto propter fisci priuilegiũ ius fi
sci præualeat, & ius suum cẽseatur potentius. Et hoc dictum,
quòd ius fisci præualeat, includit duo. Primum, quòd præsu-
matur prius factum instrumẽtum fisci, sicut in priuilegio do-
tis dicimus, præsumi eius instrumentum prius factum: quando
circunscripto eius priuilegio instrumenta præsumerentur fa-
cta eadem hora, propter id, quod l. j. ff. solu. matri. dicit dotis
30 † causam esse præcipuam, & in pari causa debere præualere,
vt in d. l. j. & in c. si. extra de re iudi. cum aliis simi. Includit se-
cundò quod licet constaret instrumentum priuati factum ea-
dem hora, qua instrumentum fisci, & sic vtrunque cõcurrere
in prioritate hypothecæ, quod tamẽ propter priuilegium, ius
fisci præualeret, vt in casu d. l. si is qui. Et quod istud voluerit
dictus intellectus, patet, quia & includit cum cõmuni opinio
ne, quòd instrumentum fisci præsumatur prius factum. Secun
dò labuntur in altero, quia præsupponunt esse iuris repugnã
tiam, si lex præfert fiscum, & præsumeret paritatem temporis
inter instrumentum fisci & instrumentum priuati. & in hoc
non aduertunt, quòd dicunt contra casum in d. l. si is qui. ff. de
31 iure fisci. vbi lex † præfert ius fisci, non obstante quòd cõstet
priuatum priorem in tempore. Accedit, quia cùm necesse sit
ad hoc, vt ius fisci præualeat, & præferatur, quòd alterum ex
duobus præsumatur, vel quòd instrumentum fisci præsuma-
tur prius factum, vel quòd præsumantur facta eodem tempo
re: quia vtroque casu iste effectus prælationis inducitur. Ab-
surdúmque videtur id, quod isti dicunt, quòd dicta præsum-
ptio, per quam præsumantur simul facta, contradicat præla-
tioni fisci, vel superflua sit quo ad inducendum istum effectũ:
cùm altera istarum duarum præsumptionum sit necessaria, &
ex alterutra hic effectus induci possit. Quintò opponũt: quia
secundum eos, in prædicto intellectu præsupponitur, fiscum
speciali iure præferri solum in casu claro, sed in dubio succũ-
bere, quod secundum istos videtur absurdissimum, quia hoc
attento sequeretur, quòd fisci priuilegium restringeretur ad
vnum casum tantum: qui tamen rarissimè contingit, scilicet
quando fiscus & priuatus eadem hora à diuersis personis idẽ
ius acceperunt, iuxta d. l. si fundus. nam in aliis casibus claris
quando constat fiscum anteriorem, vel priuatum anteriorẽ,
tunc de iure communi is præfertur, quem cõstat esse anterio-
rem. l. si fundus. C. qui pot. in pig. hab. Sed ex hac eorũ oppo-
sitione quæ re vera nihil obstat, adnotandi sunt plures erro-
res. Primus est, dum aiunt in prædicto intellectu concludi fi
scum ex priuilegio præferri solum in casu claro, quia istud est
32 falsum, verum concluditur † quòd in causa pari, in qua licet
casus sit dubius quo ad ea, quæ consistunt in facto, constat ta
men esse quæsitũ par, & æquale ius vtrique parti. Et illud ius
de quo agitur esse quæsitum fisco: fiscum ex priuilegio præ-
ferri debere. Secũdus est, dum dicũt concludi fiscum in casu
dubio debere succumbere: quia hoc est falsum, verũ conclu-
33 ditur † fiscum in causa & quæstione dubia nullã habere præ-
rogatiuam: hoc est: quando non solum casus est dubius, quo
ad ea quæ consistunt in facto: sed etiam quando est dubius, an
ius, de quo agitur sit quæsitum fisco, an verò priuato, quia su
mus in casu, in quo non potuit acquiri vtrique, sed alteri tan-
tum. Tertius est, dum in eorum argumento, quod faciunt, di-
cũt non reperiri alium casum clarum, in quo fiscus ex specia-
li iure præferatur, nisi quando constat: quod fiscus, & priua-
tus à diuersis personis, eadem hora, idem ius insolidum acce-
perunt, tunc enim est casus clarus pro vtroque, iuxta l. si fun-
dus. §. si duo. ff. de pigno. nam si accipiunt casum clarum, quo
ad ea quæ consistunt in facto: verum esset, quod nullus est a-
lius casus clarus in facto, in quo fiscus præferatur ex priuile-
gio, nisi hic casus. Sed tunc quid facit argumen. ad impugna-
tionem intellectus? quia non concluditur fiscum solum præ-
ferri ex priuilegio in causa pari, quæ etiam sit clara quo ad
ea, quæ consistunt in facto, sed in qualibet pari causa quam-
uis esset dubia quo ad ea, quæ consistunt in facto, dummodo
esset clara quo ad ius, quod quæritur partibus, & de quo agi-
tur & discutitur in iudicio, & sic includitur casus, quando in-
strumentum fisci, & instrumentum priuati cõcurrunt in die,
& dubium sit quo ordine fuerint celebrata. nam cùm vtrã-
que admittatur ad ius prioritatis hypothecæ vt supra dictum
fuit, dicetur quidem casus dubius, quo ad ea, quæ consistunt
in facto, tamen dicetur clarus, quo ad ius prioritatis hypothe
cæ quæsitum partibus de quo iure agitur, & discutitur in iudi
cio, quia circunscripto priuilegio fisci vtraque pars admitte-
retur, secundum ea quæ habentur in dicto §. si duo. & faten-
tur etiam isti in secunda oppositione supra posita. Non igi-
tur restringitur priuilegium fisci ad illum casum tantum,
quando constat instrumentum vtriusque fuisse eadem hora
celebratum, qui rarissimè contingit, prout existimant isti.
Sed extenditur ad plures alios casus, scilicet ad omnes in qui-
bus dicimus esse parem, & æqualem causam & par, & æquale
ius vtriusque. Quartus est dum dicunt, quando constat quod
fiscus, & priuatus idem ius insolidum à diuersis personis ea-
dem hora acceperunt, iuxta l. si fundus. §. si duo. nam dum di-
cunt à diuersis, præsupponunt illud quod supra in secunda
oppositione præsupponebant, scilicet, non posse idem ius
accipi per diuersos insolidum ab eadem persona eadem ho-
34 ra. quod tamen est falsum, nam cùm ius † hypothecæ, non
possit haberi, nisi ab eo, qui habeat dominium rei, quia
res aliena non potest pignorari, l. quæ prædia. & l. fina. C. si res
alien. pigno. dat. sit, & dominium eiusdem rei esse non possit
penes duos insolidum. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff.
commod. consequens est, quòd non possit idem ius hypo-
thecæ accipi à diuersis insolidum. Nisi saluando istos dicere-
mus istos intellexisse de diuersis procuratoribus eiusdem no
mine interuenientibus. Sed tunc non diceretur propriè acci-
pi ius à diuersis personis. Sed à persona eiusdẽ domini, à quo
dicetur accipi, quando à procuratore ipsius accipitur. l. pri-
ma. §. deiecisse. ff. de vi & vi armata. Et hæc circa intellectum
dictæ l. non puto. ff. de iure fisci, academicè scripsisse sufficiat,
per quæ multáque alia memini olim d. Nicolaum Pignola-
tum conciuem meum in Patouino Gymnasio, intellectum
præceptoris sui Domini Hieronymi Tornielli ad d. l. non pu
to à sciolorum quorundam morsibus defendisse, quæ tamen
omnia cùm sint subtilia & noua, cuiuslibet rectius sentientis
iudicio, & censuræ subiicio. Gab. Saray.

LXXII.

1 *Quoties quis authoritate propria facit quid iure permittente, propter quod aduersarius incurrit periculum mortis, vel magni supplicij corporalis, intelligitur renuntiasse actioni ciuili sibi competenti ad meram pœnam pro illo delicto.*

2 *Maritus si statuto permittente occidit vxorem deprehensam in adulterio, videtur renuntiasse lucro dotis, quod ob illud adulterium habere debebat. Secus si illud sibi debebatur ex forma statuti, vel pacti.*

1 NOta vnam doctrinam miram videlicet, quod† quotiescunque quis authoritate propria facit quid iure permittente, propter quod aduersarius incurrit periculum mortis vel magni supplicii corporalis, intelligitur renuntiasse actioni ciuili sibi competenti ad meram pœnam pro illo delicto, vt est textus singularis in l. interdũ.
2 §. qui furem. ff. de furt. Per quod sequitur, quòd si† maritus statuto permittente licitè occidit vxorem deprehensam in adulterio, videtur renuntiasse lucro dotis, quod debebat habere propter illud adulterium. l. consensu. C. de repu. Licet Barto. videatur sentire contrarium in l. ab hostibus. §. j. sol. ma. Secus puto, vbi ex forma statuti, vel pacti, maritus debuit lucrari certam partem dotis præmoriente vxore, quia huic lucro non videtur renũtiasse, quia non insurgit hoc propter delictum, sed quãdocunque vxor præmoriatur, habet ex hoc statuto vel pacto: ergo, &c. facit l. qui seruum. ff. de ver. ob. & in hoc casu potest saluari dictũ Bart. præsertim quia in tali parte, quam lucratur vir, ipse dicitur habere titulum non lucratiuum, sed onerosum propter onera matrimonii præterita. l. si donaturus. §. fi. ff. de condi. ob causam.

ADDITIO.

Nota vnam doctrinam, &c. in princ. Adde, quòd istud dictum refert & sequitur Magister meus in l. naturaliter. & §. nihil commune. col. iiij. circa medium. ff. de acquirẽ. pos. Et facit illud, quod in simili dicimus, quòd si appellans lite pendente spoliauit aduersarium, videtur appellationi renunciare. Secus si ante iudicium. ita notat Inn. in c. ex parte de præscri. notat gl. in c. non solùm. de appel. in vj. sequitur Bal. in l. præscriptione. in x. col. C. si contra ius vel vtili. publi. & in c. an si. de appel. & in d. c. ea parte. Ad istud no. vide Bar & alios in l. si ab hostibus. §. si vir. ff. sol. ma. tangit aliquid Magister meus in l. maritus. col. j. ver. ista l. j. fallit. C. vnde vir & vxor.

ANNOTATIO.

1 *Pactum, & lex statutaria in lucris dotalibus æquiparantur.*
2 *Lucrum onerosum non lucratiuum dicitur lucrum dotis præmoriente vxore viro à statuto concessum.*

Adde latè per Alexand. post alios in l. si ab hostibus. §. si vir. numero 11. ff. soluto matrimo. Et ibi pulchrè per Aret. qui clarè & subtiliter loquitur. & Alexandri verba in d. §. si vir. de verbo ad verbum transcripsit Ioan. Campeg. in suo tractatu de dote, in v. parte quæst. v. incip. occidens vxorem. aliquid per Nicol. Boër. decisione xxv. numero 4. Catellian. Cot. in ver. statuto Mediolani cauetur. colum. ij. ver. sed quid si maritus. Et per Gulie l Benedict. in cap. Raynutius. in ver. mortuo itaque testatore. nu. 17. de testa. Et nouissimè tradit Pet. Foller. in sua pract. crimi. in ver. dentur capitula, quòd suffocauit vxorẽ. num 66. vbi multas ad id quæstiones subnectit. & per Bar. in l. ea qui morte. ff. de his quibus vt indig. & Ro-
1 ma. consi. xa. Et adde, quòd† in lucris dotalibus pactum & lex statutaria æquiparãtur, vt tradit Franc. Cur. cõs. lxxviij.
2 col. iiij. circa med. ver. confirmatur. Et† quòd in tali lucro dotis per statutum viro concesso dicatur lucrum onerosum, nõ lucratiuum, tenet Bald. in l. hac edictali. col. iij. C. de sec. nup. & Alex. in l. si creditor §. si à socero. ff. de his quæ in frau. cre. & hæc est communis opinio, vt per Ias. in l. si donaturus. col. pen. ff. de condi. ob caus. Et per Ias. in l. licet inter priuatos. C. de pact. & per glos. & doct. in l. si donatura. ff. de condi. & demonstr. Gab. Sar.

LXXIII.

1 *Statutum disponens quòd maritus lucretur dimidiam dotis sibi data, non habet locum in promissa.*

1 NOta, quòd statutum† disponẽs, quòd maritus debeat lucrari dimidiam dotis sibi datæ, non habet locum in promissa, vt no. Bar. in l. iubemus. §. sanè. C. de sac. san. eccl. Secus si statutum dicat, lucretur dimidiã dotis. arg. l. si donaturus. §. fi. ff. de condict. ob causam.

ADDITIO.

No. quòd statutum, &c. Ista quæstio est multum dubia & disputabilis, de qua per Bar. in consil. incip. quæritur an statuta, & alio consi. inci. statuto communis Sterzani cauetur. & in cõsi. statuto cauetur quod vir, & Bal. in l. si. C. de do. promi. & in l. si pater ignorans. ff. sol. ma. Ang. in l. prædiorum. in fin. ff. ad l. Falc. & in l. si cùm dotem. §. si pater. ff. sol. ma. Ray. de For. In l. si marito. & ibi Raph. Cuma. & Pau. de Cast. ff. sol. ma. Ang. consi. clxxxj. incip. præmitto ad euidentiam, & in authen. præterea. C. vnde vir & vxo. Alex. in l. si donaturus. §. fi. ff. de condi. ob causam. cum aliis concor. ibi per eum alleg. Not. tamen secundum Mag. meum Ias. §. fuerat. col. xxvij. in fi. insti. de act. quòd dictum statutum nõ habet locum in dote promissa incerta. vt est quãdo mulier simpliciter nubit, intelligitur enim tunc dare in dotem illud, quod primo dedit iuxta gl. in l. mulier bona. ff. de iure do. & Bar. in q. mulier habens amplum patrimonium. ita alleg. quod vult Nic. de Neap. in rubri. ff. solo. matri. Vide etiam quòd decidit Ludo. Roma. in consil. ccxiij. incipien. in casu præpositæ consultationis in primis est considerandum.

ANNOTATIO.

1 *Statutum loquẽs de dote data, an habeat locum in promissa, quo ad lucrum dotale viro competens.*
2 *Lucrum prouenient ex pacto adiecto in cõtractu dotis de ipsa dote lucranda vxore prædecedente, nõ censetur propriè donatio, sed dicitur haberi titulo oneroso.*
3 *Mora irregularis in dote contrahitur.*
4 *Stipulatio de dote lucranda, habet locum etiam in dote promissa tantum.*
5 *Matrimonium etiam si momento durauit habet locum pactum, vel statutum de dote lucranda. Vel etiam si mulier habeat à principe priuilegium liberè testandi, vel etiam si vir cum vxore non habitauerit.*
6 *Statutum de lucranda dote habet locum etiam in dote data ante conditum statutum, vel etiam si filij superstites mortui sint. Et in donatione propter nuptias*
7 *Statutum de dote lucranda non habet locum in tutore, qui duxit pupillam in vxorem contra iuris decreta, nec in matrimonio putatiuo.*
8 *Statutum de lucro dotis vxore prædecedente, intelligitur de morte naturali non ciuili, puta, ingressu monasterij.*
9 *Vxore infirma si vir medicum non adhibuit, vel si imperitum adhibuit, vel aliter eam dereliquerit, statutum de dote lucranda non habet locum in eo.*
10 *Statutum de dote lucranda præmoriente vxore non habet locum, si vtrique simul mortui sint.*

1 An statutum† prædictum habeat locum in dote promissa, & non data? Videtur quòd sic, per text. & gl. in l. si pater. in vers. dederit, id est, dare promiserit secundum gl. C. de dot. promis. quia verbũ dederit, positum est pro destinatione, & dicit Bal. quòd consulitur pro ista parte, si fuit in mora dandi, ne mora debitoris noceat creditori, arg. ff. de iur. & fact. igno. l. iniquissimum. & Bal. in d. l. si pater. Et est ratio, quia ad damnum euitandum debet haberi pro soluta, l. Labeo. scribit si bibliothecam. ff de contrah. emp. & in l. executione. §. si. ff. de ver. ob. & Pau. de Cast. in l. si donaturus. § fi. ff de condictio. ob causam.
2 Facit optimè, quia lucrum† prouenient ex pacto adiecto in contractu dotis de ipsa dote lucranda vxore prædecedente, non censetur propriè donatio, quia videtur dari in recompensationem onerum matrimonii, & censetur haberi titulo oneroso, vt voluit gl. notab. in d. l. si donaturus. in fi. in ver. duntaxat. ff. de condictio. ob caus. & probat text. in l. j. §. si verò. & ibi Ang. C. de imponen. lucrat. descriptio. lib. x. notat Bald. in l. cùm mulier. C. de donatio. ante nup. & in authent. præterea. C. vnde vir & vxor. & in l. hac edictali. in princ. C. de secund. nup. Ias. in l. non tantum. C. de lega. & consil. clxxj. col. v. libro iiij. Deci. in d. authentic. præterea. & consil. lxvij. & ccclvj. & cccciij. col. iij. Oldr. q. ccxliiij. latè And. Tiraq in repe. l. si vnquam. ver. donatione largitus. q. x. Quod est verum, licet aliter dicat idem Deci. in l. in eo. ff. de reg. iu. in l. j. col. v. C. de sec. nup. & consi. cclx. & consi. ccccclxxij. & Alex. consi. clxij. visis

his,quæ copiosè.col.ij.ver.itē respondeo.nu.4.vol.vi.& ideo
vt damnum hoc euitetur debet haberi pro soluta. Et hanc
opinionem tenet etiam Angel.per illum textum cum gloss.
in auth.de nuptiis.in §.ascripto.& ita consuluit Ang.in cōsi.
3 cxj. quia nota†irregularis contrahitur in dote,l.fi.§.fi.de iu-
re dot.secus si maritus sit in mora,vt per Bal.in l. si pater. C.
de iure dotium.& ita cōtra Bar.in d.l.iubemus.§.sanè. tenent
communiter doctor.vt per Socin.consi.xxxv.col.iiij. ver.qui
bus suppositis.vol.ij.Calca.consi.iij.colum. ix. licet contra-
rium videatur tenuisse Ang.consi. clxxx. vbi dicit quòd lu-
crum dotis datæ non intelligitur in dote promissa nec econ-
tra. De quo tamen vide eundem Ange.consil.lxxvj.& Socin.
consil.viij.volu.ij.Paul.de Cast.cxxiij.Alex.consi.lxiij.incip.
stātibus his.ad fi.vol.iiij.Pau.de ca.& Alex.in l.si donaturus.
§.fi.ff.de cō dictio.ob cau.Bal.in l.fi.in j.col.C.de do.promis.
& Sal.in l.si cōstāte.C.de dona.ante nup.& tex.in l. si cū post.
§.j.in ver.habet dotem.& ibi gloss ff. de administr. tuto. Et
4 confirmatur,quia stipulatio†de dote lucranda habet locum
etiam in dote promissa tantū.l.ex morte.in fi.C.de pact.con-
uen.quod allegat Areti.in rub.nu.3.ff.soluto matrimo.& ta-
men stipulatio debet strictè intelligi. l. quicquid astringen-
dæ.ff.de verborum obligationibus.facit l.final.in fin. ff. so-
luto matrimo. Et adde Alexand. in l. si cùm dotem. §. fina-
li. ff. soluto matrimo. & Abb. in consil.j.volumine primo.
Paulus de Castr.in l.Deo nobis.in fin.C.de episco.& cler. &
consi.lxxix.in ij.vol.& Feli.in c.tertio loco.de præsum.Barb.
consi.xl.enl.x.& consil.xlvj.colū.xij.volum.ij.& Anchar. in
capit.canonum statuta.columna lxxv.de constitutio. Et vi-
de Bartol.in consilio incip.quæritur an statuto ,vbi consu-
luit contrarium eius quod dixit in dicta l.iubemus.§.sanè.
& latè per Nicol.Boer.decisio.xxij.numero 3 & sequent. vbi
5 latissimè loquitur Et conclusio de qua suprà procedit† e-
tiam si matrimonium momento durauit secundum Bal. Ang.
& Modern. in l.non tantū.C.de legat.& benefacit illud quod
voluit Bal.in cap.j § fin.in titul.quis dicatur Dux, vel Co-
mes.ver.ideo si ciuitate Perusij.& Ias.in dicta l.si donaturus.
in fi.commenti.ff.de condict.ob causam.Et Brun.in tract. de
statu.excludentib.fœmi.in vj.articu.princi.quarto membro.
xxj.quæstio.Item habet locū etiam si vxor à principe habeat
priuilegium liberè testandi secundum Bald.in l.si quando.in
prin.versi.sed hic quæro.C.de inoffi.testa.Item habet locum
etiam si cum vxore non habitauit,vt per Bar.in l.nihil. ff. rer.
amota & Paul.de Cast.in consi.cxxiij.incipien.super primo
6 quæsito,licet.Item habet†locum etiam in dote data ante cō-
ditū statutū,vt per Bar.in l.omnes populi,ij.q.v.princ. in ix.
col.versi.ecce alia dicit statutum.ff.de iustitia & iure.si con-
ditio post statutū emersit,secundum Bald. consil. ccccla xvij.
volu.iiij.& filij.in c.fin.de constitu. colum.ij.versi.ex ista am-
pliatione. Item habet locum etiam si filij superstites mortui
sint secundum Bald.in l.si quis hæredem.in ver.item facit ad
quæstionem.C.de insti.& substi. sub condi.fact.Item habet
locum etiam si maritus promisit dotem restituere.Bal.in l. fi.
C.ad leg.Falcid.Item habet locum etiā in donatione propter
nuptias.glo.insti.de dona.in §.est & aliud.est in ver.exequen-
7 tur.At istud†non procedit in tutore,qui duxit pupillam in
vxorem,contra iuris decreta,argo.l.fina.ff.de lega.j.Item nec
in matrimonio putatiuo,Bald.& docto.in l.prima.in iiij.op-
po.C.de condic.ob causam. Ang.in authen.de nuptiis.in d §.
ascripto.ver.vltimo no.Pau.de Cast.in d.l.si cùm dotem.§.si
mulier.ff.sol.mat & ibi etiam Alex.& Ludo.Roma.qui limi-
tat per l.qua in prouincia.ff.de ritu nuptia.& l.fin.cum gloss.
ff.de condict.sine caus & in dicta l.fi.de leg.j.& facit gloss. in
l.an in patrem.alias lulia.ff.quod falsi.tut.aut.& ibi etiā Bald.
8 Item intelligitur†de morte naturali,non ciuili,puta,ingressu
monasterij.Ioan.And.& Præposi.Alexan.in cap fi.in princip.
9 vltim. colum.de dona.inter vir.& vxorem.Item † non habet
locum,si vir vxoris infirmæ medicum non adhibuit,vel si im-
peritum adhibuit,vel aliter eam dereliquerit,argum.l.Marcel
lus.§.si mancipium.ff.de ædili.edic.& per Ang. Are.in §.fue
rat.in viij.col.in ver.quæro quid si in casibus.insti.de act. Itē
non habet locum,quando dos fuit promissa viro ad eius ar-
bitrium,& nunquam fuerit arbitratus,quia mortuus sit an-
tequam vxor,nisi hæredes probēt,quòd iustè impeditus non
fuerit arbitratus,ita dicit Bald.in l.uj.versic.pone quòd iure.
10 C.de dotis promissio.Item†non habet locum, si vtrique si-
mul mortui sint vt in ruina domus,ita Signor. de Homod. in
consil.ix incipien. in nomine Domini, quæstio præsupponi-
tur in hac forma.& Ioan.Andræ.in capitul.final.in fi.prin.de
donatio.inter virum & vxorem.& Bartol.in l. qui duos.§. si
maritus.ff.de rebus dubiis.& in l.quod de pariter.ff.eod.titu.
Gabriel Saray.

LXXIIII.

1 *Statutum disponens,quòd vir præmortua vxore lucretur dimi-*
diam dotis,habet locum,dummodo matrimonium fuerit con-
tractum per verba de præsenti,licet nō fuerit traducta,nec car
naliter cognita.

1 NOta,quòd statutum disponens,† quòd vir præmor-
tua vxore lucretur dimidiam dotis,habet locum,si-
ue fuerit traducta ad domum mariti, siue fuit subsequu-
ta copula carnalis , siue non . dummodo fuerit contra-
ctum matrimonium per verba de præsenti.vt l.nuptias.
ff.de regulis iuris.l.nihil.ff.rerum amo.& ibi no.per Bar-
tolum.

ANNOTATIO.

1 *Lucrum dotis delatum marito à statuto,prædecedente sine liberis*
vxore,an debeatur marito mortua sponsa nōdum cognita,nec
traducta?
2 *Traductio sponsæ ad domum viri an quo ad lucrum dotis debeat*
considerari?
3 *Matrimonium,& Dos propriè etiam dicitur ante copulam, &*
traductionem.
4 *Lucrum dotis qua ratione à statuto viro deferatur præmoriente*
vxore?
5 *Vxor an propriè dici possit mulier non cognita,nec traducta.*
6 *Nominum quæstio est relinquenda pertinacibus.*
7 *Communis vsus loquendi allegatus probari debet per allegantem.*
8 *Statuta præsumuntur edita à peritis,qui credantur more iurispe-*
ritorum locutos fuisse.
9 *Lucrum dotis habet locum quando maritus sustinet onera ma-*
trimonij.
10 *Statuti deferentis lucrum dotis marito,ratio quæ nam sit?*
11 *Origo est inspicienda,non euentus.*
12 *Lucrum dotis an habeat locum,quando vxor traducit virum ad*
domum suam?
13 *Vxore non cognita,neque traducta,an maritus ex statuto dotem*
lucretur?
14 *Maritus si longo tempore non curauerit vxorem traducere, &*
postea videns eam infirmam, velit eam traducere, an debeat
lucrari dotem?
15 *Matrimonium esse carnaliter consumatum,quo ad lucrum dotis*
à marito consequendum,quónam casu requiratur?
16 *Lucrum dotis non dicitur esse verum lucrum.*
17 *Consensus per verba de præsenti de iure magis attenditur,quàm*
carnalis copula consumatio.
18 *Traductio vxoris,& cum ea viri concubitus requiritur,vt vir lu-*
cretur dotem,licet illam carnaliter non cognouerit.
19 *Maritus & vxor prima nocte ob benedictionis reuerentiā,debent*
in virginitate permanere.
20 *Traductio sponsæ ad domum viri in partibus Lombardiæ non at-*
tenditur,quando vir post desponsationem conuersatur in domo
vxoris,& cum ea palam habitat ante traductionem.
21 *Lucrum dotis habet locum in sponsa de præsenti traducta ad domū*
viri decedente post annos nubiles Secus si ante decesserit.
22 *Vir lucratur dotem, quando per mulierem stetit, quominus ma-*
trimonium fuerit consumatum,sine tamen culpa viri, aliàs
secus.

1 Vtrum lucrum†dotis delatum marito à statuto prædeceden-
te sine liberis vxore,debeatur marito mortua sponsa nondum
cognita,nec traducta?Bar.in l.nihil.ff.rerum amota.determi-
nat quòd sic arg.illius text.& per l.cùm hic status § pen.ff de
donati.inter vir.& vxor.quem sequitur Matt.hic.& Bal.in l.
Deo nobis.per illum tex,& ibi Pau.de cast.C.de sacrosan.ec-
cle.& ita consuluit Pau.de cast.consi cliij.super primo quæsi-
2 to.vol.j.vbi dicit quòd ista traductio†ad domum,non debet
considerari,quia multæ expensæ fiunt mulieribus in præpara
mentis,antequam traducatur,vt per Bar.in l.Lucius.ff.de leg.
ij.& secundum eū in plerisque locis,ferè omnes expensæ fiunt
ante traductionem,& maximè in iocalibus,adeo quòd ferè
tota dos est consumpta antequam ad domum traducatur, &
3 quia etiam†ante copulam & traductionem,dicitur propriè
dos,&

dos,& propriè matrimoniũ,l.denique.& l.seq ff.de ritu nupt.
d.l.nuptias.ff.de reg.iur.idem tenet Pau.de Cast.& Ias.in l.si
donaturus §.j.ff.de condi.ob cau.& Lud.Roma.in l.j.C.vn-
de vir & vxor.Et Ang.Are.latè in §.fuerat.& ibi Ias.col.xx.
insti.de actio.Idem tenet Corn dicẽs hanc esse communem o-
pinionem in l.non sine.post Bal.& Fulgo.ibi.C.de bo.quæ li-
be.& idem Corn.consi.lxxxiij.licet eleganter.lib.iij.Et hanc
sequitur,& communem appellat Bal.Nouel.in trac.dot.in vj.
part.priuileg.xxxviij.vbi dicit,quòd ita communiter tenetur
4 in practica,& quia†principalis ratio ipsius statuti non est re-
compensatio onerum matrimonij,sed alia potest adduci ra-
tio,id est,vt deferatur tale lucrum marito in solatium amissæ
dilectæ coniugis,sicut in solatium amissi filij.S.C.Tertullia-
num eius successionem matri defert.instit.ad Tertul.in prin.
& ab ista opinione esset durum recedere in practica secũdum
Io.Campe.in suo tracta.de dote.in v.part.q.xiij.in fi.& sequi-
tur Io.Anto.Rube.cõsil.xix stante statuto,vbi dicit hanc esse
magis veram & communem opinionem,si maritus iam ante
traductionem cœperat sustinere onera matrimonij in facien-
do vxori vestes & iocalia.Et tenet in terminis Ioannes de Ar-
no.in epithoma.xxxviij.quoniam casus iste.Contrariam ta-
men opinionem tenet Sali.in l.cùm te.C.de dona.ante nupt.
per decem fundamenta do.Abb.in c.tertio loco.de præsum-
pno.& in c.ex publico.de conuersio.coniuga.& consil.j.per
totum.sequuntur plures alij relati per Soci.in l.cui fuerit.ff.
de condi.& demon.vbi asserit,quòd ista est communis,licet
articulus sit admodum dubitabilis.Hãc sequitur & dicit esse
communem Feli.in rub.de sponsali.col.ij.& seq.Et dicit Ioã.
Pet.Ferra.in practica in forma libelli,quo agitur ad dotem,
in versi.vxor quondam,quòd consuetudo hanc sententiam
admisit.Et hanc communem appellat Deci consi.lxvij.col.fi.
& ita latè consuluit Corn.sibi contrarius consilio cclviij.in
præsenti consultatione.col.iij.versi.his tamen non refragan-
tibus.vol.ij.Et pro ista opinione duo maximè stringunt,pri-
5 mò,quia†mulier non cognita,nec traducta,non potest pro-
priè dici vxor,quæ ab vsu dicitur,nec maritus,qui dicitur,
quasi maris ritus,cùm igitur vir non fuerit vsus sponsa,neque
spõsa maris ritus didicerit,arg.ab ethymologia vocabuli ne-
gatiuè.l.ij.§.appellata.ff.si cert.pet.concludendum est,quòd
ante copulam non posit propriè dici vxor,nec maritus. Sed
Pau.de Cast.in d.consil.cxxiij dicit non esse curãdum de isto
6 fundamento,quia†quæstio nominum est relinquenda perti-
nacibus per gl.in rub.ff.sol.ma.Sed ista responsio non est iu-
ridica,nam gl.in d.rub.loquitur de nominibus proprijs.Item
non aduertit Pau.de Cast.quòd ipse & alij se fundant etiam in
proprietate vocabuli,verbi,dotis,vnde dicit ipse Pau.de cast.
quòd secundum communem vsum loquendi etiam perito-
rum,ante copulam dicitur vxor,& maritus.l.pen.ff.de donat.
7 inter vir.& vxo.Sed in†hoc est aduertendum,quia qui dicit
ita se habere communem vsum,tenetur proba re secundũ Io.
de Ana.in c.j.de sagit.& Alex.in l.v.in prin.ff.de ver.oblig.&
consi.ij.col.viij.vol.j.Nisi fortè diceretur,quod probatur eo
ipso quòd iureconsulti ita passim loquuntur,nam cùm statu-
8 ta†præsumantur edita à peritis,credendum est,quòd more iu
ris peritorum statuentes locuti fuerint.Secundum fundamen
tum est,quia tale lucrum videtur deferri marito propter one
ra matrimonij.l.j.§.lucratiuas.C de impo.lucra.descri.lib.x.
& videtur probari in l.dotem.§.[illegible].secundum intellectum gl.
ff.de castren.pecu.& per gl.in d.l.[illegible] donaturus.§ fi.ff.de con-
di.ob cau.Vnde cùm in traductione vxoris ad domũ viri plu
res impensæ fieri soleant,videtur à cessante ratione quòd ma-
ritus,qui non sustinuit onera habere non debeat etiam lucra,
9 nam id quod dicitur secundum eum,quòd maritus†lucratur
fructus dotis,habet locũ vbi sustinet onera matrimonij.l.do-
tis fructus.ff.de iure dot.l.si ante.& l.de diuisione.ff.sol.mat.si
ergo lex communis ob onera matrimonij defert lucrum fru-
ctuum,idem in lucro dotis à maioritate rationis dicendũ vi-
detur,ergo lex municipalis à lege communi interpretationẽ
accipiet iuxta l.j.§.lex falcidia.ff.ad l.falc.Sed ad istud respon
dent Pau.& Soci.in rub.ff.sol.ma.quòd alia fuit statuti ratio,
10 videlicet,vt mulieres facilius†reperirent maritos,nã viri non
ita facilè contrahunt matrimonia sicut mulieres,& ideo sta-
tuentes vt incitarent viros ad contrahendas nuptias,eis dede-
runt istud lucrũ.Vel aliter potest responderi,quòd licet mor-
tua vxore nedum cognita nec traducta,maritus non sustinue
rit aliqua onera matrimonij,istud procedit à casu,& per acci
dens,non tamen sequitur,quòd lucrum dotis nõ dicatur de-
bitum ex causa onerosa,ar.l.de fideicommisso.C.de transact.
11 nam†debemus inspicere originem non euentum secundũ gl.
in l.si duo.ff.de acqui.hær.& per Ripam in repe.l.si vnquam.
in xxij.limitatione.C.de reuoc.dona.Et ideo in tanta dictorũ
disceptatione,videtur posse duo casus distingui,videlicet,quòd
aut loquimur in vxore cognita,non tamen traducta,& tunc
procedat opinio Bart.in d.l.nihil.ff.rer.amota.alias sequere-
12 tur†quòd si vxor traduceret maritum ad domum suam,vt so-
lent facere viduæ traducentes adolescentulos l.si ignorans.C.
sol.ma.Vel si vir,& vxor separatim habitarent,honorẽ tamen
matrimonij seruarent,vt faciunt Reges,& Consulares viri.l.
cùm hic status.§.si vxor & maritus.ff.de dona.inter vi.& vxo-
rem.tunc maritus non deberet lucrari dotẽ,quia nõ traduxit
vxorẽ,quod non est dicendũ,etiam quòd statutũ diceret istud
lucrum marito deberi propter onera matrimonij,cùm mari-
tus traductus etiam sustineat onera matrimonij,licet non per
13 omnia.Aut†loquimur in vxore non cognita,neque traducta:
& isto casu,constito de communi vsu loquendi intelligendũ
esset statutum secundum communem vsum loquendi,l.La-
beo.ff.de suppellect.lega.alias adhærendum potius videtur
eorum opinioni,qui tenent maritum debere dotem lucrari
per rationes & iura supra allegata,Nisi stetisset per maritum,
quominus vxorem cognosceret,& traduceret secũdum Bal.
consi.cx.consuetudo.vol.ij.qui quia recusat onera matrimo
nij sustinere,non potest dotẽ petere,l.fi.§.vtranque.C.de do-
tis promissio.ergo neque lucrum,& ita tenet etiam Ripa in
14 d.rub.ff.sol.ma.col.pen.nu.68 Et quid†si maritus longo tem
pore non curauerit vxorem traducere,& postea videns eam
infirmã,velit eam traducere,an debeat lucrare dotem?Vide
Soci.consil.viij.visa eleganti quæstione.vol.iij.Potest tamen
dici in materia huius statuti,quòd statuti verba sunt diligen-
15 ter attendenda,Nam si dicit vxor†in matrimonio copulata,
vt adiectio,Copulata,aliquid operetur,exigetur,quòd matri-
monium sit carnaliter consumatum,nam copula ponitur pro
coniunctione carnali,nõ pro habituali loquendo in materia
matrimonij,licet substantia cõsensus non stet in copula d.l.nu-
ptias.ff.de regulis iuris. Et ita dicit Baldus,se consuluisse
Vincentiæ,ratio est,quia ante traductionem vir non sustinet
onera matrimonij,ergo nec lucra consequi debet,quia lucrũ
16 †dotis non dicitur esse verum lucrum,vt no.in d l.si donatu
rus.§ fi.ff.de condi.ob cau.& ibi latissimè Ias.Nisi statutum
vel pactum expressè disponeret aliter,vel nisi stetisset per mu-
lierem,vt in d.l.Deo nobis.C.de epis.& cle.& ibi dicit ita di-
xisse Bal.in l.non sine.C.de bo.quæ libe.& Bal.in d consi.cx.
vol.ij.& consi.cccclxvij.vol.iiij.& Deci.consi.lxvij.Vnde ex
prædictis quo ad dictum lucrum dotis concludendo procul-
17 dubio videtur quòd de iure magis attendatur cõiunctio†per
verba de præsenti,quàm carnalis copulæ cõsummatio,vt hic
per Matth.& per Soci.in d.l.cui fuerit.ff.de condi.& demon.
& d.l.nuptias.& ibi Deci.ff.de reg.iur.Pau.de Castr.consilio
ccccxxx.alias ccccxxv.incip.visis omnibus scripturis.in anti-
quis.& in consi.cxxij.in antiquis cũ alijs plenè alleg.per Nic.
Boer.in §.iij.in gl.j.col.ij.de consue.iur.& stat.part.Tamen
18 †de consuetudine à iure,& doctoribus communiter appro-
bata,requiritur,quòd ipsa fuerit ad domum viri traducta,&
ibi ipse vir cũ ea cubuerit,aut etiam alibi,licet carnaliter non
fuerit ab eo cognita,vt plenè per Deci.consi.cclx.quod est am
19 plum,& cõsi.liiij nu.7.prout plerique†prima nocte ob ipsius
benedictionis reuerentiam in virginitate permanente c.spon
sus & spõsa.xxiij distin.& aliquãdo biduo,vel triduo,vt in c.
aliter.xxx.q.v.Vel fortè ob naturæ frigiditatem cũ ea coire,
& cõmisceri non potuit.c.quidam.xxvij.q.ij.& per totum titu
lum de frigid.& maleficia.Et tunc statim lucrabitur,vt ibi vi
detur tex.& in c.si quis desponsata sibi & tradita.& c.sequen.
ead.caus.& q.& in d.l.denique.cum l.seq.ff.de ritu nup.& idẽ
tenet Soci.consi.ccxxiij.vol.ij.Bal.in l.non tantum.& ibi Ias.
per illum tex.C.de leg.& Ias.in d.authen.præterea.col.vj.ver-
sicu.quia respondeo.C.vnde vir & vxor.Et ideo dixit Ioã.de
Imo.in l.si socer.§ Lucius.col.iij.versi.& attende bene,quia
20 Azo.ff.solu.matri.quòd in partibus†Lombardiæ non atten
ditur traductio ad domum viri,quando vir post desponsatio
nem conuersatur in domo vxoris,& habitat secum ante tra-
ductionem palàm,quia faciunt ibi festum nuptiarum,quod
nunquam(inquit)faciunt,nisi data integraliter dote.Et sæpè
videmus viros traduci ad domum vxorum,vt suprà dictum

est, sicut vxores ad domum virorum, vt dicit etiam Bald. in l.
qui vius. §. mulieri. ff. de vsu & habi. Sed ex quo concubuit
cum ea, licet non fuerit cognita, tunc matrimonii consuma-
tio probatur. l. mulierem. cum duabus legibus seq. ff. de ritu
nuptiar. quia non stetit per eam. accedũt notata in l. si tibi ces
proprias. & in l. cùm veterum C. de donatio. ante nup. & in d.
l. non tantum. C. de lega. & idem tenet Bal. cõsil. lxxxviij. inci.
Petrus & Martinus. vol. v. & Feli. in d. rubr. de sponsa. col. iij.
ver. limita eam sing. quia habetur (vt inquit) pro cõiuncta &
copulata. argu. l. penul. ff. de testa. muli. & Sali. in d. l. cùm te. in
fi. per illum tex. C. de dona. ante nupt. pro quo allego tex. ce-
lebrem in d. l. cùm hic status. § si quis sponsam. ff. de dona. in-
ter vir. & vxor. licet Abb. in dicto consil. j. volu. j. teneat con-
trarium. & Deci. in d. consi. lxvij. & Coen. in d. consi. ccxlviij.
21 vol. ij. & dictum fuit suprà. Limitatur † tamen prædicta con-
clusio esse vera in sponsa de præsenti traducta ad domũ viri
decedente post annos nubiles. Secus si ante decesserit, vt est
tex. quem Bal. dicit sing. in l. penul. § fin. ff. quod falsi. tut. aut.
dicens, lucrum dotis ex pacto vel statuto locum non habere
in sponsa ante nubiles annos decedente, quamuis decedat in
domo viri sponsi & supportauerit vir onera matrimonii.
Quod habet locum non solùm in lucro proprietatis, sed etiã
in lucro fructuum quod est notatu dignum, & dicit illam le-
gem didicisse à Do. Bart. & idem tenet ibi Ludo. Bologni. in
primis interpretationibus. & per Cæpol. in l. j. ff. de vsucapio.
22 pro dote. in fin. nu. 22. Limitatur etiam † quòd vir lucratur, si
per mulierem steterit, vt suprà dictum est, vt puta, quia potius
voluit ingredi monasterium, quàm consumare matrimoniũ,
quod potest facere d. l. Deo nobis. C. de episco. & cler. c. com-
missum. de sponsal. & c. ex parte. de conuer. coniuga. Vel etiã
si alia occasione noluit adhærere viro, sine tamen culpa viri,
quia si per virum vel eius culpa steterit, tunc lucrari non de-
bet, argumen. l. quæro. §. inter locatorem. ff. locat. & latè tra-
dit idem Nicol. Boer. in decisio. xxij. nume. 7. & pluribus seq.
Gabriel Saray.

LXXV.

1 *Locus ex illatione cadaueris hodie non potest fieri religiosus, nisi authoritate Papæ, & in hôc sunt correcta omnes antiqua leges.*

1 NOta, quòd omnes leges † quæ volunt, quòd pro illa-
tione cadaueris sit locus religiosus, ita quod desinat
esse in commercio nostro vt ff. de religio. per totum. insti.
de rerum diuisio. post princ. sunt correctæ de iure Cano-
nico, quod in hac materia præualet, quoniam locus non
potest fieri religiosus sine authoritate Pontificis vt in ca.
ad hęc. de religi. domi. gl. xiij. q. ij. c. in ecclesiastico. Et no.
Inno. in c. abolendæ. de sepul.

ANNOTATIO.

1 *Religiosum locum vnusquisque propria authoritate facere potest, mortuum in eum inferendo.*
2 *Religiosus locus ille dicitur in quo est caput hominis sepultum: & quid si caput diuisum sit & in pluribus partibus sepultum? & quid de alijs membris?*
3 *Sepultura vnius, plura sepulchra facere non potest.*
4 *Vniuersitas si ad emendationem damni teneatur, in cuius territorio reperiatur damnum datum, vel maleficium commissum, si aliquis reperiatur occisus in confini duarum vniuersitatum, an illa tantum teneatur, in cuius territorio, caput occisi inuentum fuerit?*
5 *Sepeliri prohibitus si sepeliatur, an locus ille religiosus efficiatur?*
6 *Religiosus locus non efficitur secundum canones per illationem corporis mortui, licet aliud sit secundum leges.*
7 *Locus ad hoc vt efficiatur religiosus authoritas Episcopi requiritur. & ex quo fundatur cum voluntate, authoritate, & vtilitate Episcopi, locus statim efficitur sacer & religiosus.*
8 *Locus licet non efficiatur religiosus per illationem mortui secundũ canones, tamen talis locus non poterit alienari.*
9 *Lapis ad sepulturam deputatus non potest vendi, nisi ab vna ecclesia alteri ecclesiæ.*
10 *Sepultura vnius an possit alteri dari per Rectorem ecclesiæ?*
11 *Funerandi de iure si agatur, an cognitio ad ecclesiasticum pertineat?*
12 *Sepulchrum quando cedat fundo vendito, & quando non?*
13 *Sepulchri dominium an probetur ex litera in eo scriptis?*
14 *Sepulti in alieno sepulchro an debeant exhumari? & an possit præscribi ius sepulchri?*
15 *Sepulchrum maiorum quod nam dicatur?*
16 *Curatus an aliquid percipere possit pro sepultura?*
17 *Sepultura non denegatur suspensis in furcis, vel aliter mortuis iudicis sententia, confessis & contritis.*
18 *Suspensi non sunt tenendi in furcis, postquam mortui sunt vltra vnum diem de iure.*
19 *Sepultura an denegatur mortuo in torneamentis: & an etiam eisdem denegetur Eucharistia?*

1 Vnusquisque † potest facere propria authoritate locum reli-
giosum, dum mortuum infert in locum suum, insti. de rerum
2 diuisi. §. religiosum. Et ille locus dicitur † religiosus, in quo est
caput hominis. l. cùm in diuersis. ff. de religio. & sump. fune. Et
si caput diuisum sit in plures partes, & positum in diuersis lo-
cis, ille locus dicetur religiosus, in quo est melior pars capitis:
& si partes sint æquales neuter erit religiosus. gl. est no. in d. §.
religiosum. Et quod dicitur de capite non procedit in alijs
3 membris, cùm vnius sepultura † plura sepulchra facere non
possit, vt notab. tenet gl. in consti. Regni Neapolitani. consti.
incip. si quis Baro, vel miles, in verb. dum tamẽ & ibi per scri
bentes, in titu. de dotario constituendo in feudis & castris. Et
adde quod singulariter notat Ant. de Iser. in consti. si damna
clandestina. in verb. iuxta probata inquisitionis. vet. cùm er-
go dicat. in ti. de homicid. & damnis clandestinis, vbi dicit sta-
4 re, † quòd illa vniuersitas ad emendationem damni tenetur, in
cuius territorio reperitur damnum datum vel maleficiũ com
missum, quòd si aliquis reperiatur occisus in confini duarum
vniuersitatũ, illa vniuersitas tenebitur, in cuius territorio ca-
put occisi inuentum fuerit, & dicit audiuisse ita fuisse iudica-
5 tum. Sed quid in eo † qui prohibetur sepeliri in ecclesia, vt v-
surarius, an si sepeliatur in aliquo loco, locus ille efficiatur sa
cer? Dic quòd non. casus est in l. iiij. §. non sit. ff. ad l. Iul. pecu-
la. quem dicit ad hoc singularem Roma. sing. dccxxvj. de iure
6 ciuili. Verùm secundum canones † locus nõ efficitur religio-
sus per illationem corporis mortui, licet aliud sit secundũ le-
ges, vt per Innoc. in d. c. abolendæ. de sepult. vbi Abb. post a-
7 lios sequitur, quia ad hoc † vt locus efficiatur religiosus au-
thoritas Episcopi requiritur d. c. ad hæc. de religio. domi. vbi
Abb. post Ant. de Bu. hoc idem dicit, & ad hoc est gl. notab.
in c. ecclesiastico. xiij. q. ij in gl. fi. & idem tenet Card. in cle. j.
q. vij. in fi. de sepul. Imo. in l. quid ergo. j. § si hæres. in fin. ff. de
leg. j & Roma. in auth. similiter. in repe. in xv. speciali in con-
tractibus. in fi. C. ad l. Falc. Et Ang. Are. in d. § religiosum. in-
sti. de rerum diuisi. sed ex quo fundatur cum voluntate, autho
ritate, & vtilitate episcopi, efficitur locus statim sacer & reli-
giosus, de consec. dist. j. c. vnicuique. & adde Bal. in rubr. ff. de
rerum diuisione. & Feder. de Sen. consi. cxxx. & Roma. consil.
cccclxxvij Dicit tamen notab. Ioã. Faber. in d. § religiosum,
8 & sequitur ibi Ang. Are. quòd quamuis † locus non efficiatur
religiosus per illationem mortui secundum canones, vt dictũ
est, tamen talis locus, non poterit alienari, quia in hoc nõ sunt
correcta iura ciuilia. l. iij. C. quæ res pigno. oblig. pos. & sequi-
tur Deci. in c. quanto. col. fi. versi. & est notandum. nu. 9. de iu-
di. atque seruitutis constitutionem impediet. l. seruitutes. in fi.
ff. de serui. l. si prius § sed loco sacro. ff. de aqua pluuia arcen-
da & no. gl. in c. j. de obseruatio. ieiunio. & no. Cæpol. in tract.
de seru. vrba. prædio. c. xvii. in rubri. quæ impediant seruitu-
tem constituendam. in prin. & Alex. consi. ccxx. vol. j. & consi.
lxxx. col. j. vol. vj. Accedat quod dixit Feli. in d. c. quando. de
9 iudi. quòd lapis † deputatur ad sepulturam non potest vendi,
nisi ab vna ecclesia alteri ecclesiæ. & ad hoc alleg. Inno. in d. c.
abolendæ. & diuum Thom. in secunda secundæ quæstio. arti.
iiij. & per Abb. in d. c. abolendæ. col. fina. quæ omnia addenda
sunt his quæ dixit Barth. Cæpo. in tract. de serui. vrba. præd. in
10 c. lxxxij. de sepulchro. Et adde an sepultura † vnius possit alte-
ri dari per rectorem ecclesiæ? Bart. in l. j. de oper. publi. vbi te-
net, quòd non, nisi ex iusta causa, vt quia non possit alibi sepe-
liri, vt no. Rom. in sing. dcxcij. quæstio est in facto, qui ad hoc
allegat Archid. in c. præcipiendum. xiij. q. ij & ita intelligitur
quod notat Pe. de Peru. in tracta. suo, de quarta Canoni, in x.
prin. arti. col. pe. in versi. secũdò quæritur. Legitur tamen So-
lonem apud Athenienses prohibuisse ne in alienum funus in-
ferretur. Verbis legis in hunc sensum prolatis. Sepulchrum ne
delento: néve in alienum funus inferanto. Cuius legis capita
explicat

explicat M. Cicero lib. ij. de legibus. & Pardulphus Prateius
in legibus Solonis lege lxuij. Et vide Deci. in d. c. quanto. col.
fi. ver. vltimo. dum alle. vbi eo am post Anto. de Butr. & alios
11 subdit quando agatur de iure funerandi, † an cognitio ad ec-
12 clesiasticum pertineat. Insuper adde quòd † sepulchrum cedit
fundo vendito nisi sit exceptum, vel nisi habeat aditum ex pu
blico, vt l. si mercedem. §. si eum. & ibi per Bar ff. de act. empt.
& per Bald in l. fin. col. ij. C. de edic. diui Adri. tollen. Et quòd
13 sepulchri † dominium non probatur ex literis in eo sculptis,
vt in l. monumentorum. & ibi not. C. de religio. & sumpti. fu-
ne. & per Bartol. in l. vel quod. ff. eodem titulo. Præterea no-
14 tandum † est quòd sepulti etiam in alieno sepulchro non de-
bent exhumari, nisi in tribus casibus, de quibus per glossam
& Card. in clem. j. in xxx. quæstio. de sepul. Et an possit præ-
scribi ius sepulchri, vide tex. cum gl. in l. penult. ff de mor. in-
15 feren. Et quid dicatur † sepulchrum maiorum, si testator di-
xerit, quòd vult sepeliri in sepulchro maiorum, si auus, & pa-
ter sunt sepulti in diuersis locis tradit Oldr. consil. xxv. incip.
16 thema tale est. & Feli. in c. super eo. de testibus. Ad hæc † an a-
liquid percipi possit pro sepultura? Dic non sufficit curato
probare se fuisse in possessione percipiendi aliquid pro se-
pultura, nisi probet quòd solutio fuit facta ex deuotione fi-
delium, vt per Pau. de Cast. in consi. cccij. incip. viso proces-
su. in ti. in antiquis. Et quæ requirantur ad hoc vt valeat talis
consuetudo percipiendi aliquid pro sepultura, tradit idē Pau.
de Cast. consi. ccclxix. incip. circa primum. In dubio autē præ-
sumitur inducta causa auaritiæ, vel cupiditatis, vt not. Bella-
me. in consi. xxxj. incip. quòd mulier. col. iiij. in fi. & per Abb.
in d. c. abolendæ. col. fi nu. 6. Et in materia pro corolario ad-
17 de quòd sepultura † non denegatur suspensis in furcis, vel a-
liter mortuis, iudicis sententia, confessis & contritis. xiij. q. vl-
ti. c. quæsitum. Quod est verum, si fuerint in eis signa pœnitentiæ,
alias secus, vt per Spec. in tit. de dispēsa. § nunc de episco-
porum. ver. lxxviij. per c. quicūque. xuj. q. ij. & c. placuit. xxiij.
q. v. & gl. in clem. j. versi. pœnitentiæ. de pœnit. & remissio. per
c. fi. de sepul. & adde l. j. ij. & iij. de cada. puni. & Card. in dicta
clemen. j. in vlti. q. Et Paris de Puteo in tract. de syndi. in vers.
18 mortuus. qui etiam non sunt † tenendi in furcis suspensi, post-
quam mortui sunt vltra vnum diem vt elegāter tradit Petrus
Rauennas in fine sui alphabeti in dictis notabilibus. inci. quia
disputaui in voce, & in scriptis, vbi allegat pro hac opi. mul-
ta, & maximè Bal. ita tenentem in c. j. §. iniuria. de pace iura.
19 firman. E contra tamen dic quòd † mortuo in turneamentis
denegatur sepultura. c. j & ij. de torneamen. & gl. in c. monar-
chia. ij. q. v. dicit talibus denegari etiam Eucharistiam, quod
est verum, nisi pœniteant, & illam petierint. c. ij. & c. j. in fin. de
torneamen. & tenet Stepha. Custe. in tracta de Ludo. in §. suc
cedit. in prin. & Ioan. de Ligna. in tract de duello. in vj. ca. nu.
6. & pulchrè per Ioan. Brunellum in tracta. de sponsalibus &
matri. in secunda conclusione. in iiij. ampliatione, col. ij versi.
ad contraria. nu. 22. Cætera in hac materia sepulturæ vide per
Spe. in titu. de sepult. & per Hosti. in summa eo. tit. Et per do.
Baptist. de sancto Blasio in tract. de actionibus & earum natu
ra. in cxvj. actione. Et multa pulchra tradit Guliel. Benedi. in
repe. c. Raynutius. in versicu. mortuo testatore. in princip. nu-
mero 53. fol 97. de testamen. & Per. Foller. in practic. crimin.
in versicu. dentur capitula quod suffocauit vxorem, nume. 38.
Gabriel Saray.

LXXVI.

1 *Respondens positioni duo continenti, si vnum negat, aliud videtur fateri, & unde oritur semiplena probatio. Idem & si extraiudicialiter quis interrogatus, respondeat.*

1 NOta, quod positio † quæ cōtinet duo, puta, quòd cōmodaui tibi Codicē & Volumen. Tu respondes, non credo de Codice, videris tacite fateri de volumine. Et hoc intelligo solum ad præsumptionem, & quo ad semiplenā probationem, quæ inducitur ex illa tacita confessione, vt in c. nōne. de præsumptio. vbi hoc videtur esse de mente gl. & Doct. iuncto c. fi. de iureiu. quod no. quia quotidie accidit. Idem etiam si extraiudicialiter interrogaui te sic, Nonne ego tibi commodaui Codicem & Volumen? & tu dixisti, Non est verum de Codice. per d. c. &c.

ADDITIO.

Hoc idem tradit, & eleganter prosequitur Fran. Cur. in suo tractatu positionum, & interrogationum posito in l. ij. C. de iura. cal. col. ij. nu. 11. versic. & quia diximus, quòd positiones. Et idem tenuit Celsus Hugo in additio. ad Lanfran. de Orio. in c. quoniam contra. in ver. responsiones. in additio. incip. adde Feli. in c. nam concupiscentiam. de probatio. qui hoc dictum Matth. refert, & sequitur. Gab. Sar.

LXXVII.

1 *Quotiens in aliqua regula Religiosorum continetur quod fieri, sub certa pœna, si contrauenniant, an illa tantum pœna teneantur, an verò incurrant etiam transgressionem voti?*

1 NOta doctrinam mirabilem, quòd † quotiescunque in aliqua regula continentur aliqua facienda à Religiosis, & apponitur certa pœna, puta ieiunij duorum dierum, vel similis, Religiosi contrauenientes licet vouerint generaliter seruare regulam, non incurrunt transgressionem voti, nec peccatum mortale, quia intentio conditoris regulæ videtur limitasse suum præceptum, vel prohibitionem quo ad illam pœnam tantum, & hoc apparet in regula fratrum Prædicatorum. Et hoc tenuit Ioan. Andr. post Hostien. & Thomam de Aquino in c. relatum. extra ne cleri. vel mona. Quod est notandum propter doctores, & scholares, qui iurant seruare statuta, quæ dicunt tale quid fieri, vel non fieri sub certa pœna. Item est ratio, quæ multum limitatur. not. per Barto. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. & in authen. sacramenta. C. si aduer. vend. supposito quòd opinio Barto. ibi sit vera: quod non firmo ad presens.

ADDITIO.

Not. doctrinam mirabilem, &c. in fi. Ad hoc vide Panor. in c. relatum. col. ij. versi. ij. quæro an regula hic allega. vbi plenè istud examinat, deinde ponit duas limitationes, & Io. Cal. in ca. j. de consti. vide etiam per Abb. & Moder. in c. nam concupiscentiam. eo. tit. vbi vide.

ANNOTATIO.

1 *Regula non omnis controuentio obligat ad mortale peccatum.*
2 *Professio religiosorum non refertur ad omnia contenta in Regula, sed solùm ad tria substantialia Regulæ.*
3 *Religiosus veniens contra substantialia Regulæ obligatur ad mortale, in alijs solùm ad veniale peccatum, nisi in tribus casibus de quibus ibi.*
4 *Veniale per consuetudinem efficitur mortale.*
5 *Religiosus veniens contra præceptum oretenus à prælato, siue in regula expressum, mortaliter peccat.*
6 *Consuetudo longissimi temporis tollerata per superiorem monasterij excusat controuenientes Regulæ etiam in verbis præceptiuis.*
7 *Consuetudo excusat ab actu prohibito, & à pœna temporali.*
8 *Homicidium si sequatur ex actu aliqua lege, statuto, vel consuetudine permisso, aliqua pœna non punitur.*
9 *Carnalium esus si in certo monasterio non est memoria, quòd fuerit prohibitus, assumens de nouo habitum non peccat sequendo mores aliorum, maximè Papa sciente, & tollerante. Idem de alijs rebus concernentibus solennitatem.*
10 *Religiosi tenentur ad tria substantialia Regulæ ex voto, sed ex accidenti ad orationes, & ieiunia, & obseruantiam suarum constitutionum.*
11 *Religiosus constitutionis controueniens peccatum incurrit.*
12 *Intellectus c. perpetua, & c. commissa. de electio. in vj.*
13 *Pœna specialis an & quando generalem tollat?*
14 *Religiosi non tenentur obedire præcepto Papæ, quod repugnat Regulæ ab eis professæ. Fallit ex causa, vt ibi.*

Hoc tenuit Beatus Thomas hic allegatus in secunda secundæ q.
clxxxvj. art. ix. quem refert & sequitur Arch. in c. j. xxvij. q. j Et
Abb. Imo. & Feli. in c. nam concupiscentiam. de constitutio.
1 concludentes quòd non † omnis controuentio regulæ obligat
ad mortale peccatum per clemen. exiui de paradiso, de verbo.
signi. sed considerantur verba cuiuslibet capituli regulæ, alias
vita religiosorum esset periculosior. contra c. nos nouis. xvj.
q. ij. Nec obst. quòd veniant contra votū, quo solenniter pro-
2 miserunt seruare regulam, quia professio † non refertur ad o-
mnia contenta in regula, sed solum ad tria substantialia regu-
læ, & veniendo contra illa obligatur ad mortale, in alijs solū
3 ad veniale, nisi † in tribus casibus. Primò, vbi ex contēptu con
trouenit secundum doct. in d. c. nam concupiscentiam & per
Felin. in c. cùm quidam. de iureiur. Secundò nisi assumeret in

4 consuetudinem, quia † veniale per consuetudinem efficitur
mortale, vt in § criminis. xxv. dist. & secundum do. Abb. in d.
5 c. nam concupiscentiam. Tertiò † vbi quis veniret contra præ
ceptū siue oretenus à prælato, siue in regula expressum, quia
hoc facere est, et contra obedientiæ votum secundum Beatum
Thomam in loco præallegato. Et hoc idem tradit Do. Abb. in
d. cap. relatum. in ij. col. ne cleri. vel mona. hic allega. Sentiens
quòd inter Prædicatores, & Fratres Minores, non sit illa dif-
6 ferentia, quam ibi not. Host. Et adde † quòd consuetudo lon-
gissimi temporis tollerata per superiorem monasterii excusat
contrauenientes regulæ etiam in verbis præceptiuis, & proba
tur rationibus de quibus per Abb. vbi suprà. Et no. Domini.
post Io. And. in c. fi. de con. na. sperr Et sic ratione consuetudi-
nis quis excusatur ab actu prohibito. facit gl. in c. cùm vene-
rabilis. in gl. j. in fi. & ibi do. Abb. de consue. & quod no. Bart.
in l. quis sit fugitiuus. § apud Labeonem. ff. de ædil. edic. Petr.
de Anch. consi. 50. consuetudo. circa fi. Et facit quod no. Ioan.
And. & Ant. de Butr. in c. ij. de fide instru. vbi tenent quòd con
7 suetudo † excuset à pœna, de quo etiam per Ias. in l. de quibus.
nu. 8. ff. de legi. & in l. j. § hoc autem. nu. 25. ff. si quis ius dicen.
non obtem. in l. singularia. col. pe. ff. si cer. pe. per Fel. in c. ex
tenore. nu. 12. de rescrip. Gerad. de Petra san. sing. lxxxiij. Tho
mas Gramma. decisio. 50. Marcus Alex. consi. xxij. col. ij. vol. j.
& consi. cvij. col. pe. vol. ij. Barb. consi. xxxix. vol. ij. Fran. Cre
men. singu. cl. & per Rom. in sing. xix. an consuetudo, & con-
si. cccclxvj. videtur. vbi intelligit quòd excuset à pœna tem-
porali, non gehennali. Et latè per Hippol. de Marsil. in l. j. nu.
99. ff. de sicar. & per eundem in l. j. in prin. col. xv. nume. 101. ff.
de quæstio. & in pract. crimi. in § quoniam. nu. 97. & 98. & in
§ vlterius & sextò quæri pot. st. col. ij. nu. 9. vbi latissimè tra-
8 dit quòd si aliqua lege, † statuto, vel consuetudine permitti-
tur, seu tolleratur aliquis actus, & ex illo actu sequatur homi
cidium, quòd tale homicidium non punietur aliqua pœna, vi
de ibi latius per eum. licet in d. l. j. ff. de quæstio. nu. 102. arguat
multum pro contraria parte, hoc tamen firmat idem Hippo.
in consi. vij. nume. 26. vol. j. & Io. de Arno. in soliloquio xc. &
Catellia. Cotta in memora. in versi. consuetudo facit licitum.
Sed in proposito, de quo hic bene facit quod not. do. Card. in
c. cùm ad monesterium. de statu monach. vbi dicit, quod si in
9 certo † monasterio non est memoria, quòd vsum camium sit
prohibitus, assumens de nouo habitum, non peccat sequēdo
mores aliorum, maximè Papa sciente, & tollerante, & idem di
cit de aliis rebus concernentibus solennitatem. Et sequitur
ipsum Do. Abb. in c. Deus qui. ij. col. de vita & honesta. cleri.
confirmans ex dictis Beati Thomæ de quibus suprà. & per ra
tionem, quia si votum pariter concerneret omnia contenta in
regula, frustra specificè notaretur illa tria, paupertas, &c. vt sit
in d. c. cùm ad monasterium. in fi. Per quod apparet quòd con
tenta in regula non ligant ex voto, vt ibi per eū. Et adde Bal.
10 in l. si. q. vltima. C. si serui. exter. vbi dicit quòd religiosi † te-
nentur ad tria substantialia regulæ ex voto, sed ex accedenti
ad orationes, & ieiunia, & obseruantiam suarum consuetudi-
num, & super his posset dispensari, licet contra tria substantialia
non allegat Arch. qui hoc dicit in c. j. de religio. domi. in vj.
Et ibi aliquid per Domini. col. pe. & per eundem in c. ij. colū.
antepe. de consti. in vj. & Arch. in c. de monachis. xvj. q. j. vbi
idem repetit. & Feli. tradit in d. ca. nam concupiscentiam. col.
fin. versic. sextò declara. nu. 13. de consti. Adde tamen facere in
contrarium quod scribit Domi. in c. perpetuæ. per illum text.
& c. commissa. de electio. in vj. cum si. vbi dixit quòd contro-
11 ueniens † constitutioni peccatum incurrit. Cuius contrarium
tenet hic Matt. Cuius dictum confirmatur, quia vnius inclu-
sio alterius est exclusio. c. nōne. de præsumptio. l. cùm prætor.
ff. de iudi. vnde apponendo specialem pœnam ieiunii videtur
alias pœnas excludere, & facit quod no. Cy. in l. non dubium.
C. de legib. Bar. & doct. in l. prætor. in prin. ff. de ope. no. nunt.
12 Sed tenendo opinionem Matth. potest responderi quòd † non
obst. d. c. perpetuæ. & d. ca. commissa. quia ibi vtraque pœna
exprimitur, vt colligitur ibidem dicitur, præter d. vnam, quā
incurrit, offensam. Vnde non mirum, si vtraque pœna locum
habet. Secus videtur quando pœna limitata fuit ad vnā, prout
loquitur Matt. Sed tamen defendēdo quod Domini. & doct.
dicunt, considerandum est, quòd licet conditor regulæ appo
nendo specialem pœnam ipse non videatur de alia pœna co-
gitare: Tamen exclusa non videtur pœna, quæ ex alio fonte
13 prouenit. Et ideo distingui posset, quòd aut specialis † pœna
imponitur in materia, quæ aliàs erat prohibita. & vltra spe-
cialem pœnam, habeat locum etiam pœna generalis, quæ est,
vt faciens contra prohibitionem peccet. nam tali casu illa spe
cialis pœna imposita videtur, vt contrafaciens solidius graue
tur, & inductum ad vnum finem, non debet operari contra-
rium. l. legata inutiliter ff. de lega. j. Aut illa pœna specialis ap
ponitur in materia prius non prohibita, & tunc solum illa poe
na expressa intelligitur habere locum, & isto casu loquitur
Matth. secundum Deci. in d. c. nam concupiscentiam. Quod
mihi non placet, quia Matthæus expressè loquitur, quando
vltra generalem pœnam transgressionis voti apposita est in a-
liquo casu specialis pœna ieiunii, & sic loquitur in materia
aliàs prohibita, vnde eius verba & intellectus non sunt ita re-
stringenda, vt loquatur in secūdo casu distinctionis suprà po
sitæ, præsertim quia dictus secundus casus videtur esse de in-
dubitabili, cùm antea nulla apposita esset pœna, & sic non es-
set prohibitū, vnde si aliqua postea pœna apponatur, illa non
dicetur specialis, quæ respectu generalis dicitur, quæ in hoc
casu non concurrit, sed generalis quo ad illum casum nunc
nouiter prohibitum: & controueniens illam tantum necessa-
riò incurrit. Cogita quia hoc à nemine vidi tactum. Et adde
quòd doctrinā Matthæi hic refert & sequitur Catellia. Cot-
ta in memora. in ver. pœnam petens. col. ij. ver. sed responderi
14 potest. Et in materia facit, nam religiosi † non tenentur obe-
dire præcepto Papæ, quod repugnat regulæ ab eis professæ
secundum Feli. in c. si quando. de rescri. in ver. propterea di-
xit Host. nu. 6. Licet hoc fallat quādo Papa, ex maxima causa
præciperet aliquid tali religioso, puta, vt contrahat matrimo-
nium, quia licet hoc non possit præcipere co stante monacho
tamen potest facere eum de monacho non monachum. Con-
tra hoc tamen tenuit beatus Thomas secunda secūdæ quæst.
lxxxviij. arti. vltimo. quamuis in quarto sententiarum distin.
xxxviij. q. j. artic. iiij. tenuerit totum oppositum. vnde pro ve-
ritate habenda vide Feli. in d. c. si quando. de rescript. in dicto
versi. præterea. nu. 6. Gab. Sar.

LXXVIII.

1 *Differentia quæ sit inter scripturam epistolæ, & scripturam libri rationum.*

NOta doctrinam mirabilē, quam à nemine vidi ta-
1 ctam: quæ est † differentia inter scripturam epistolæ, &
scripturam libri rationum in hoc. nam si in epistola quā
mihi misisti cōtinetur, qualiter tu à me recepisti centū ex
causa depositi, & quòd ex illis tali die reddidisti xl. & tali die
xx. & tali die x. & quòd tu remanes debitor in effectu in xxx.
Tamē recepta epistola possum illā approbare quo ad cē-
tum, quæ fateris te habuisse in depositū, & negare te reddi
disse illa septuaginta, nā hæc dicuntur esse separata capi
tula. tex. est in l. Publia. in fi. ff. depo. & ibi tenet Bart. & c.
clarius in l. Aurelius. § idem. ff. de libe. leg. & pro hoc fa-
cit l. j. C. de proba. & not. in l. si quidē. C. de exce. Sed si in
libro rationum tuarum cōtineantur accepta à me, & da
ta à te mihi, ista data & accepta dicuntur ita annexa,
quod si ego probo intentionem meām ex libro tuo quo
ad centum, teneor etiam stare illi libro quo ad accepta
& data à te mihi. probatur in l. quædam. § fina. ff. de edē.
& ibi Bart. hoc tenet. facit l. si quis ex argētariis. § si quis
rationem ff. de eden.

ADDITIO

No. doctrinam, &c. Adde tex. in l. Publia. hic alle. & dictū Bar. ibi
sequitur Bal. in l. vnica. in iij. col. C. de confes. Magi. meus in l.
de pupillo. § si quis ipsi prætori. in xxv. col. post prin. de oper.
no. nun. & in l. admonēdi. col. xviij. ver. vj. limita. ff. de iureiur.
Bal. in l. rationes. C. de proba. & in l. j. in vlt. col. C. de edē. Pan.
& Imo. vbi omnino videas in c. bonæ. ij. de postu. prælat. Imo.
in c. ij. in xj. col. de fi. instr. Ang. in l. sumptus. C. de admi. tuto.
& Sal. in d. l. j. in vlti. col. C. de eden. & multū notabiliter Pau.
de cast. in d. l. Publia. § si. per illum tex. ff. deposit. Vide etiam
plenè Magist. meum in repetitio. d. l. admonendi. col. iij.

ANNOTATIO.

1 *Librum rationum alicuius pro se approbans, tenetur etiam tali libro stare contra se, quando capitula sunt connexa. aliàs secus.*
2 *Liber rōnū an possit pro parte approbari, & pro parte reprobari?*
3 *Liber rationum pro scribente etiam viuente facit aliqualem præsumptionem secundum qualitatem personæ & causæ dependentibus ab animo.*

Expensa

4 *Expensa si sit modica vel verisimilis liber rationum facit fidem pro scribente.*
5 *Libro rationum vt pro scribente credatur, quando requiratur iuramentum scribentis vltra scripturam?*
6 *Capitula aliqua libri rationum si sint verificata per instrumenta publica, vel aliter, tunc in alijs maximè connexis, stādum erit capitulis.*
7 *Liber rationum plenè probat stante statuto, vel consuetudine discreta distinguente quantitatem, & qualitatem persona, & disponente in pertinentibus ad artem, de qua statutum loquitur.*
8 *Librum rationum quis potest pro se approbare, & non cogitur stare contra se, quando capitula sunt separata, aliàs secus.*
9 *Capitulum vnum rationum, vel plura connexa quando dicātur?*
10 *Liber rationum etiam contra tertium probat, si conficiatur authoritate officij.*
11 *Liber Gabellæ non probat contractum in præiudicium tertij.*
12 *Epistola probat contra scribentem, maximè si additum sit sigillum.*
13 *Literas recipiens si taceat, videtur consentire, & obligare se.*

1 Ille qui approbat† librum rationum alicuius pro se, etiam tenetur tali libro stare contra se, & hoc quādo capitula sunt cō
nexa, aliàs secus, vt not. Bar. in d. l. quædam. §. nūmularios. ff.
de eden. & Bal. in l. j. C. de edē. col. fi. Abb. in c. bonæ. j. de po-
stu. præla. & tradit Felin. in c. ij. de fide instru. & Alex. consil. ij.
ea narratis. in fi. vol. iiij. Abb. in consi. xxxvj circa primum du-
bium. col. fi. volu ij. Et Anto. de Butr. consi. lxvj. primo aspe-
ctu videtur. Matth. tamen hic videtur tenere, quod indistin-
ctè si approbatus sit in vno capitulo, generaliter etiam cōtra
se approbatus intelligatur, licet capitula sint separata, & allo
gat Bar. in l. nummularios. vbi tamen Bar. videtur distinguē-
te an capitula sint separata, vel non. Sed pro dicto Matth. fa-
cit, quia liber rationum videtur vnum corpus totum connexum, vnde si pro parte approbetur, videtur in totū approba-
ri. Et hoc etiam tenet Sal. in d. l. j. C. de eden. col. fi. dicēs quòd
2 si quis† petens vtitur illo libro rationum in eius fauorem, licere debere aduersario illo vti in eius fauorē, allegat quod no.
in c. cùm olim. de censib. cum glo. & quod not. per glos. mag.
in l. j. §. dicm. ff. de eden. Et quia non potest pro parte probari, & pro parte reprobari l. Caius. ff. de vsu. Vnde concluden
do hoc totum videtur esse in arbitrio iudicis inspecta qualitate personæ, & causæ, vt per Deci. in d. l. j. C. de edē. in ij. not.
nu. 5. quē vide. & ibi in notabilibus multa ponit de libris rationum. & in c. ij. de fide instru. post Abb. ibi. Ex quorum di-
ctis in hac materia fac tres conclusiones. Prima sit quòd liber
3 †rationum pro scribente etiam viuente facit aliqualem præsumptionem secundum qualitatem scribentis & causæ, quod
tradit Socin. consi. clxj. pro decisio. volu. ij. Quod est primo
verum in dependentibus ab animo, in quibus plenam facit
probationem l. Nesennius. vbi Bar. ff. de neg. gest. Et idē Bar.
4 in l. si patronus. C communia vtriusque iudi. Item† si expensa sit verisimilis liber rationum facit fidem, vt not Bald in l. j.
col. fi. C. de edend. & ibi Deci. in ij. notab. & Alex. ibi, & in d.
consi. liiij. circa id. volu. ij. col. penul. & in consi. clxxxv. visis.
in prin. volu eo. Are. consi. clx. longa est. col. iiij & Cor. cōsi.
lxxxj. quanquam. col. penul. lib. iiij. Et Bartho. Suei. in consil.
ccxl. circa præsentem volu. j. Eodem modo si impensa modica sit, talis liber facit fidem, vt not. Bal. in l. j. col. iiij. C. de cōfes. & Abb. in d. c. bonæ. ij. col. fi. de postu. præla. & notat Bal.
in l. id quod pauperibus circa fi. C. de episco. & cler. Paul. de
Cast. consi. cxxxviij aliàs cxl. ad habendū. col ij. vbi dixit duo
5 notabilia, primum quòd licet in libro rationum† requiratur
iuramentum scribentis vltra scripturam: hoc fallit, quādo est
mortuus, quia tunc statur soli scripturæ, cùm iuramentū præ
6 stari non possit. Secundum est quòd si aliqua† capitula contenta sunt in libro rationum, & verificata sunt per instrumē
ta publica, vel aliter, tunc etiam in alijs erit stādum capitulis,
quod etiam tenet Ang. Aret. in Insti. de actio. in §. actionum. col.
xxviij. in materia tutelarum. q. xiij. vbi refert quòd ita consuluit Pau. de Cast. Quæ conclusio planè procedit, quādo alia
capitula essent connexa per ea quæ dicta sunt suprà, per do-
ctrinam Bar. in d. §. nummularios. sed quādo capitula essent
separata hoc non videtur procedere sine dubio, non enim ex
eo quòd aliquod capitulum parui ponderis verificatum sit,
bene insertur ad alia capitula separata, in quibus agatur de
7 maiori præiudicio. Vltimò liber rationum† plenè probaret
stante statuto vel consuetudine secūdum Imol. in d. c. ij. de fide instru. per c. cū dilectus eo. tit. & not. Bal. in l. j. C. de sum.
trini. & fide catho. & tradit Felin. in d. c. ij. Quod intelligitur
dummodo cōsuetudo sit discreta distingueēdo quantitatem,
& qualitatem personæ, vt no. Bal. in d. l. j. C. de confess. quem
refert & sequitur Abb. in d. c. bonæ ij. de postu. præla. & Alexan. in d. §. nūmularios. & in consi. ij. col. iij vol. ij. Item tale
statutum, vel cōsuetudo restringetur in pertinentibus ad artē,
de qua loquitur statutum, vt not. Rom. in l. admonendi. ff. de
iureiur. & in consi. cciij pro discutienda. & consi. ccv. in pū-
cto. & tradit Are. consi. xliiij. in proposita cōsultatione. facit
quod no. Bal. in l. fi. C. ad Macedo. & in l. & ita. § hoc edicto.
per illum tex. ff. nau. caupo. stabu. & congerit Felin. in c. cū ordinem de rescrip. Et an faciat fidem contra scribentem, vide
latè per Abb. Feli. & alios in d. c. ij. de fide instru. & per Ias. in
l. admonendi. ff. de iureiurand. vbi hoc plenè prosequuntur.
8 Secunda sit conclusio, quòd quis† potest approbare librū
rationum pro se, & non cogitur stare contra se, quando capi
tula sunt separata, aliàs secus, vt no. Bar. in d. l. quædam. § nū-
mularios. ff. de eden. & Abb. in d. c. bonæ. & Bal. in d. l. j. C. de
eden. cum alijs superius in prin. adductis. Carol. Molin. in prima parte cōmen. in consuet. Parisien. §. v. nu. 19. circa fi. ver. si
9 igitur liber. Et quando† dicatur vnum capitulum, vel plura
connexa, tradit Bar. in d. l. Aurelius. §. idem quæsiit. ff. de libe.
lega. vbi dicit, quòd diuersa capitula dicuntur, quādo sunt fa
cta diuersis temporibus, sed in hoc videtur tenere cōtra Mat
10 thæ. per ea quæ dicta sunt suprà. Tertia sit conclusio† quòd
liber rationū etiam cōtra tertium probat, si cōficiatur authoritate offic. j, vt per Bar. in d. §. nummularios, & ibi tradit Alex. & Felin. in d. c. ij. de fide instru. vbi etiam Deci. nu. 22. & dicit Ang. in d. §. nummularios. quòd communiter ita seruatur,
& ita tenet Pau. de Cast. in auth. ad hæc. C. de fide instru. Signo. de Homod. in consil. xxij. in quæstione vertente. col. vj.
Imol. in cōsi. xxxvij. visis. in ij. dub. Abb. in cōsi. xxxiij. vol. ij.
Pet. de Anch. cōsi. xliij. primo de viribus. col. iij. Notandū ta-
11 men est† quòd liber gabellæ non probat contractum in præiudiciū tertij. Alex. in cōsi. xxxiij. viso processu. vol. vj. Soc.
cōsi. ccviij. visis. col. iij. Cætera vide per Ias. & alios in d. l. admonēdi. ff. de iureiur. & in l. j. vbi Dec. C. de edē. & per Deci.
post Feli. in d. c. ij de fide instru. & per Didac. Couar. in pra-
12 cticis quæstio. c. xxij. nu. 8. Quārum autem† ad epistolam pertinet, dic quòd ea probat cōtra scribētem d. l. Publia. §. fi. ff.
depo. & maximè si additum sit sigillum, nam cū apponat sigillum, approbare, & cōsentire videtur. l. Tribunus. §. fin. l. in
fraudē. § l cet. vbi Bal. ff. de mili. testa. l. ij. vbi Bal. C. de reb. alie. non alie. Et not. Bar. in l. quæ dotis col. fi. ff. sol. mat. cū cōcor. adductis ibi per Alex. col. fi. per Didacum in loco prælegato. nu. 7 & 8. versi. sed de sigillo etiam. vbi multa de sigillo, & eius probatione ponit, & per Lansi. de Oria. in c. quoniam cōtra. in ver. insi numerorum productiones. in fi. nu. 56.
13 Tertiò circa epistolā. de probatio. Similiter † qui recipit literas, & tacet videtur consentire, & obligare se. l. si filius fa. absente. vbi Bar. ff. ad Maced. & not. Bar. in l. quoties. ff rem ra.
hab. & Alex. consi. lxxviij. in causa & lite vertente. col. j. vol. j.
& tradit Bartho. Cæpol in cautela. & Matthæ. suprà singul.
xxij vbi plenè dixi. Gab. Sar.

LXXIX.

1 *Quoties in instrumento sunt apposita aliqua verba, quæ sunt de substantia ad valorem actus, de quo agitur, illa verba plenè probant enuntiatiuè narratum esse verum, quo ad valorem illius tantum, nisi aduersarius probet oppositum.*

1 NOta quòd quotiescunque in instrumento sunt† apposita aliqua verba, quę sunt de substantia ad valorem actus, de quo agitur, illa verba plenè probant enuntiatiuè narratum esse verum, quo ad valorem illius tantum: nisi aduersarius probet oppositum. Vnde si instrumentum dicit, quòd ego promisi C. Titio seruo Sempronij, probat quo ad hoc vt stipulatio probe valeat, vt est casus in l. optimam. C. de contrahen. & commit. stipu. Sed si postea inter me & Sempronium disputaretur quæstio de dominio Titij, illa confessio non præiudicat in fauorem Sempronij, vt probatur in c. illud. de præsumpt. & ibi tenet do. Anto. quod not. quia facit ad multa. Bar. tamen in hac materia videtur habuisse bonum intellectum in l. ea hac scriptura. ff. de donatio.

ADDITIO.

Not.quòd quotiescunque,&c. Ad istud not.vide Mag.meũ in l.
ex his verbis.col.iij versi.vij.fallit.de testa mili. vbi tamẽ ille
tex.cõtra istud format vnam opp.& vide Alex.consil.cxxxvj.
inci.viso & examinato processu in xij.col.ad fi.& seq & in cõ
fi.cccxliij.incip.super causa & lite.in ij.col. Vide etiã ad hoc
Magist.meum,in l.is apud quem.col.vlt.C.de eden.& eundẽ
Magist.meum vbi etiam pulchrè loquitur more suo in l.iu-
risgentium.§.quod ferè in j.col.ff.de pact.

ANNOTATIO.

1 *Matrimonium an probetur per instrumentum.*
2 *Verba enuntiatiua probant inter easdem personas si ea.de quibus agitur.tempore confecti instrumenti interuenire potuerũt. Et in his,in quibus partes possunt sibi praeiudicare.aliàs secus.*
3 *Verba enuntiatiua propter aliud prolata non probant solẽnitatem requisitam in actu interuenisse.*
4 *Intellectus l.optimam.C.de contrahen & commit stipul.*
5 *Verba narratiua non operantur,nisi respectu actus principalis de quo agitur.*
6 *Verba enuntiatiua in testibus non probant , licet aliter probatio non concludat.*

Idem refert & summe cõmendat Fran. Curt.in tract.de interro-
ga.& positio.posit.o in l.ij.C.de iura.calum.in prin.col.ij.ver.
secundo particatur.n .11.& 12.& Ange. in l.iurisgentium.§.
quod ferè.ff.de pact.& per Deci.consi.cccx.visis diligẽter at-
testationibus col.vij.nu.4.& consi.cccxlviij.in fi.Et per eun-
dem in auth.si quis in aliquo & ibi Ias.C.de eden.& per Fe-
li.in c.per tuas.col.iij.& ibi Deci in iiij.col.versic. & vlterius
ad omnia.nu 7.in fi.de proba.Et per Ant.de But.& alios in d.
c.illud de praesum.facit quod not.Rom.in singu.ccccli.nun-
1 quid per instrumentum.vbi ponit an matrimonium † probe
tur per instrumentum dotis.& ibi etiam tradit intellectũ d.c.
illud.vbi etiam dixi in additio.& per Flor.de sancto Pet. in l.
sicuti §.sed si quaeratur.ff.si cer.vendi.& Ias.in prae'ud. feud.
col.vij.ver.ad contraria.& Carol.Moli.in prima parte com-
men.in consue.Paris.in gl.v.§.j.nu.30.vers certum est autẽ.
& in additio.ad Alex.consil.xxj.viso processu.col.ij.ver. pro
hoc etiam.lib.j.in additio.incip eminentato. Et plenè dixi suprà
sing.xxxiij.not quòd si in positione & sing.xxxiiij not. quòd
siue in instrumẽto procuratoris. Verum ibi dictis adde, quòd
2 verba enuntiatiua † probant inter easdem personas,d.l.opti-
mam.C.de contrahen.& cõmit.stipul. si ea de quibus agitur,
tempore confecti instrumenti interuenire potuerũt,secus in
aliis,quae tunc fieri non potuerunt,vt Bar.concludit in d.au-
then.si quis in aliquo. & in l.j.col.j.C.de fide instru. lib.x. &
per Deci.in c.quoniam contra. col. xxj.versic. subsequenter
quaeritur.nu. 40.de proba.& per Alex.consi.lxx. in causa ver
tente.col.penul.volu.iij.Barb.cõ i.vij.col.iij. versi.& si quis-
piam opponat.vol.j.Aret.in consi.xxxiij.consultatio praemis-
sa.col.iij.& per Feli in c.sicut.col.xj.in versi. fallit primo. de
re iudi. Item haec intelliguntur procedere in his,in quib.par-
3 tes possunt sibi praeiudicare,secus est in aliis : Vnde † si in in-
strumẽto alienationis dicatur,habita licẽtia episcopi,& prae-
cedentibus tractatibus,ista verba non probant,vt Bar.cõclu-
dit in l.sciendum.col.j.ff.de ver.obl.Et tradit Alex. cõsi.xvij.
viso instrumento.col.ij.volu.iiij.Fede.de Sen.consi.cxliij.cõ-
cessio facta.& in consi.cclxxxviij.casus talis est.& not.Bal.in
c.edocere.col.iij.in versi.si instrumẽtum dicit.talis.de rescri.
Abb.in consi.xlj.videndum est.lib.j.col.j.& Maria. Soci.Se-
nior consi.xxii .viso quodam instrumento.col.vij. Pe. de An
cha.consi.cccxj.viso diligenter.& in clemen.j.de probatio.&
Barb.consi.vj.col.j volu.ij.& facit quod tradit Alex. cõsi.cij.
visis instrumentis.col x.volu.j. Et ideo consilium est , vt fiat
instrumentum separatum de solennitatibus requisitis, vt tra
dit Pau.de Cast.consi.xcj.super eo,quod quaeritur.cum simi.
4 vt per Feli.latè in d.c.sicut.de re iud. Item quod † dicitur in d.
l.optimam.C.de contrahen.& commit.stipu.habet locum in
terminis prout loquitur,& ad effectum cõtractus de quo ibi
agitur,quia si promisit centum Sticho seruo Titij,ad hoc vt
valeat stipulatio,probatur quòd sit seruus Titij. Secus si post-
ea principaliter reuocetur in dubium de dominio Titij in Sti
chum,quia illa cõfessio facta per verba enũtiatiua non pro-
bat,vt per Matth.hic,& dictum fuit suprà in princi. Et idem
tenet Bal.in l.ad probationem.in fi.versi.quaero si instrumen-
tum.C.loca.vbi concludit quòd si instrumẽtum dicat, quòd
à te conduxi talem rem tuam , per talem confessionem non
5 probatur dominium,quia sunt † verba narratiua,quae nõ ope
rantur,nisi respectu actus principalis,de quo agitur. Et sequi
tur Alexã.consi.cxxxvj.viso & examinato.col.fi. volu.j.& in
consi.ccij.super causa & lite.col.ij.vol.ij.Et do.Abb. in cõsi.
6 xxxiij.illa quinque dubia.col.pe.vol.ij. Et praedicta † limitatio
non habet locum in testibus,in quibus verba enũtiatiua non
probãt,licet aliter probatio non cõcludat,vt no.tradit Bar.in
consi.cxj.alias cxiij.processum est.Et ad d.l.optimã.vide etiã
Alex.consi.xcij.viso.col.pen.volu.ij.& consi.50.in causa & li
te.col.iij.volu.v.& Roma.consi.lxiij.solum est. Gab.Sar.

LXXX.

1 *Statutum si disponat,quòd victus victori condemnetur in expensis,an actio tunc ex eo detur ad expensas,vel tantum compe tat iudicis officium mercenarium?*

1 NOta,quòd Barto. tenet quòd statutum † disponens,
quod victus victori condemnetur in expensis, vide-
tur addere iuri communi hoc quòd pro expẽsis nascatur
actio victori contra victum,seu condictio ex statuto.Ideo
si sit lata sententia super principali,& nil sit dictum de ex-
2 pensis , poterit victor inchoare & agere pro expensis, vt
not. Bartol.in l.iij.in fine. ff.de legatis tertio. Sed eius di-
ctum non puto verum,quia statutum videtur dirigere ver
ba ad iudicem,dum dicit,Condemnetur à iudice:& ideo
non potest nasci condictio ex statuto, per regulam quam
ponit Barto.in l.j.ff.de condi.ex lege. Item hoc statutum
loquitur penitus per eadem verba, per quae ius commu-
ne,ergo nullum vinculum addit,sed videtur esse recitato-
rium iuris communis.l.ius autem ciuile. à contrario sen
su.ff.de iustitia & iure. Et not.per gloss.& docto . in ca.j.de
constitu.libr.vj.& sic debet intelligi quòd officio iudicis
mercenario fiat condemnatio in expensis.l. terminato.
C.de fruct.& lit.expen.cum simi.Sed dictum Barto.potest
saluari,quòd si statutum loquatur per haec verba,quòd vi
ctus victori teneatur, vel obligetur in expensis , nam illa
obligatio debet producere actionem.l.licet.§.ea obliga
tio.ff.de procurat. Sed de iure communi non esset nata
obligatio seu actio pro expensis,quia regula est,quòd id,
quod venit officio iudicis, non potest peti iure actionis
vel obligationis.l.qui per collusionem.§.j.ff.de act.empt.
& l.Quintus.ff.de annuis lega.

ADDITIO.

Nota,quòd Bartol. &c.adde quòd imò si lex prouideat pro ipso
ratione oficij iudicis, statutum, non dirigens verba ad iudi-
cem adderet remedium ex statuto.iuxta d.l.vnicam.de condi-
ctio.ex lege.& glos.in cap.certificari. de sepul.quòd tunc re-
manet statutum But.Imol.in cap.sicut Romana.de rescrip.&
ibi Felin.colum.penulti.versicu.limita secundò.ita Barto. in
l.iij.§.si rem.de lega.iij. cum concordan. de quibus per Alex.
in l properandum.§ sin autem alterutra.C.de iudic. ita etiam
But.in cap.ex parte,ij.per illum text.de verborum significat.
cum gloss.j.in fi.sed vbi ex dispositione iuris communis esset
introducta dispositio ex lege,tunc statutũ non geminat ipsam
conditionem:ita Butrig.& Imol.vbi suprà,hic modo tollitur
argumen.Rapha.Cuma.in l.j.ad legem Falcidiam.qui cona-
batur probare quòd statutum non inducat nouum reme-
dium sicut Matthae.hic. Quando autem statutum debeat ita
intelligi vt aliquid addat iuri communi, vide per docto.in di-
cto cap.sicut Romana.& per Sande.in capit.dilectus. de offi-
cio ordinar. Aduerte tamen in eo quod suprà dictum est de
statuto dirigente verba ad iudicem,&c.nam videtur Felin.si-
bi contrarius si rectè ponderetur in cap.significauerunt. co-
lum.ij circa finem.de exceptio. Vide etiam si faciunt quae di-
cit Felin.licet praedicta non alleget in ca.ecclesia sanctae Ma-
riae,columna prima.de constitu. Ad haec vide etiam Alexand.
consilio xlj.in principio.in quarto volumine. Barbat. consi-
lio xij.colum.viij.ad finem.primo volumi. & consilio xxxix.
colum j & consil.xl.colum fina.& consilio lj.colum. xxv.co.
volumi.j.& Imol.consil.v.& consi.cxxxvj.in fin. Ibi, sed Bar-
to.potest,&c Ad concord.de quibus per Alexan.in l.Paulus.
la j.ff de re iudica.& cum Matth.transit idem Alex. in l.non
solùm.ff.de rei vendica.in apostil.

ANNOTATIO.

1 *Legis verba vbi ad iudicem referuntur,oritur officium iudicis,& quomodo haec regula debeat intelligi & declarari.*

Statutum

2 *Statutum si dicat, quòd iudex prouideat, ne damnum detur: ne iniuriæ inferantur, intelligitur officio iudicis.*
3 *Intellectus l. si pascenda. cum gloss. C. de pactis. & l. si tibi. cum gl. C. locat.*
4 *Iudex potest pronuntiare super principali, & expensarum taxationem, vel condemnationem omittere idem in cæteris accessorijs non venientibus officio iudicis mercenario.*
5 *Fructuum condemnatio quando in sententia principali omitti possit, & reseruari post sententiam diffinitiuam?*
6 *Instantia licet sit finita super principali propter prolationem sententiæ, tamen durat super accessorijs, quæ principaliter iure actionis petuntur.*
7 *Statutum si dictet, quòd victus victori condemnetur in expensis, tunc expensæ veniunt iure actionis, id est, condictionis ex statuto, & ideo post sententiam potest de eis iudicari.*
8 *Expensæ vbicunque iure actionis debentur, iusta causa litigandi non excusat ab eis.*
9 *Iudex qui omisit in sententia condemnare victum in expensis debitis iure actionis, an teneatur de suo resarcire victori?*

1 Vbi verba legis † ad iudicem referũtur, oritur officiũ iudicis.
gl. est fi. in l. si res obligata. ff. de leg. j & not per illum tex. in l.
j. §. ut prætor. ff de poslu. & in l. solent. ff. de ali. & cib. leg. &
latè tradit Bar. in d. l. j. ff. de condict. ex lege. & Card. in clem.
j. xix. q. de re iudi. & Feli. in c. exceptionem. col. iij. de except.
Cæpol. in consi. cj. xij. super expensis. in fi. Barb. consi. iij. col.
iuj. vol. j. Et est gl. in l. si tutor. & ibi Alex. Deci. & Mod. C. de
colla. Et ideo Matth. hic reprobat Bart. in l. iij. §. si reos. ff. de
lega iij. vt Alex. refert in l. Paulus. j ff. de re iudi. vbi inquit q̃
stante statuto quòd victus victori condemnetur in expensis,
oritur actio ex tali statuto. nam dicit Matth. hoc non esse verum,
quia verba referuntur ad iudicẽ, dum standum dicit condemnetur,
ergo videtur oriri officiũ iudicis. Alex in d. l. si tutor. & Moder. dicunt quòd dictum Bar. potest saluari, quãdo
statutum loqueretur per alia verba, vt quia diceret, victus victori sit obligatus in expensis prout loquitur Bal. in l. terminato. col. penul. C. de fruct. & lit. expen. Et sequitur Alex. in additio. Bar. in l. non solùm. in fi. ff. de rei vendi. vbi omnia hic dicta per Matth. de verbo ad verbum transcripsit. Sed mutãdo
verba Bar. nõ esset saluare Bar. Et ideo aliter defendi potest,
quia in terminis in quibus Bar. loquitur, non diriguntur verba ad iudicem, sed verba prolata sunt impersonaliter, dum diceret condemnetur, quo casu Bar. concludit in d. l. j. ff. de cõdic.
ex leg. quòd tunc competit ius agendi. authen. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. vbi gl. in ver. custodiantur. vel secũdò & melius dici potest, quòd illa verba respiciũt executionem & condemnationem: quæ semper fit à iudice, sed regula
prædicta intelligitur, quando verba respiciunt modum agendi, quia tunc aut referuntur ad iudicem, & oritur officiũ iudicis, aut ad partem, & actio parti competit, secus quando verba respiciunt executionem & condẽnationem, quia tũc semper verba ad iudicem referuntur, & ex tali relatione, quæ respicit executionem, modus agẽdi non distinguitur. ad hoc facit tex. in l. muto. §. sub conditione. ff. de tutel. prout illũ text.
declarat Bar. in l. j. col. ij. in versi. instatur. ff. de cõdi & demonstra. Vnde ex prædictis sex limitationes colligi possunt. Prima
est quòd non habeat locũ, quando verba impersonaliter proferuntur. Secunda quando verba executionẽ respiciunt. Tertiò regula intelligitur, quando verba affirmatiuè proferuntur, secus si negatiuè. & not. Bar. per illum text. in l. iunctum §.
quod præter. ff. quod metus cau. & in d. l. j. col. iij. ff. de cõdictio. ex lege. vbi Bar. hoc declarat. Quartò limitatur ex doctrina Bar. in l. cùm scimus. C. de agric. & censi. in glo. in ver. per
2 iudicem, vbi inquit, quòd si statutũ † dicat, quòd iudex prouideat ne damnũ detur, ne iniuriæ inferantur, intelligitur officio iudicis. Sed si statutum dicat, quòd iudex debeat tueri tales patientes iniurias, tũc illi actio datur. l. statuas. ff. de acqui. rer. domi. Quintò limitatur prædicta conclusio, vt procedat
in dubio prout loquitur, secus si cõstat ex qualitate rei, & ex
natura contractus, quòd actio competeret, quia tunc non attenditur quòd verba ad iudicem referãtur, quia tali casu, verba quæ ad iudicem referuntur, intelliguntur de officio iudicis mercenario, quod defertur actioni, quam constat compe-
3 tere ex natura contractus, & ita procedit † tex. in l. si pascẽda.
cum gl. C. de pactis & in l. si tibi. cum gl. C. locat. Sextò cõclusio habet locum quando verba referũtur ad factum iudicis,
secus si relatio fiat ad ius, quia dicatur, Iudicium dabo, quia tunc actio nascitur. l. j. in prin. ff. de his qui deiece. vel effude. l. si quis id quod. in prin. ff. de iurisdi. om. iudi. Et ita declarat Barto. in d. l. j ff. de condictio. ex lege. quem refert & sequitur Dec. in d. l. si tutor. in j. notabi. C. de collatio. illud tamen hic est adnotandum, quòd contra Barto. in d. §. si rem. tenuerunt Imol. & Alex. in l. j ff. ad leg. Falcid. in prin. col. penul. per gl. in c. j. in ver. tacit. & ibi Pet. de Ancha. de constitutio. in vj. & est tex. & ibi Abb. in c. j. de cognatio. spiritua. & est arg. text. in c. cum aliquibus. de rescrip. in vj. & hanc opinionem Bart. fatetur esse communem Feli. in c. j. de rescrip. nu. 15. Et Ioan. Crot. in c. j. de constitu in vj. col. penulti. vbi latè disputat: Et hic per Matthæ. qui Bar. in d. §. scire. quoad cõdemnationem expensarum reprobat. & Alex. in l. properãdum. §. sin autem. col. ij. & ibi Ias. latius. C. de iudic. & nouissimè Carolus Molinæus in additio. ad consilia Alexan. consil. clxxxiij. vol. v. ad fi. & Didac. Couarru. in practicis quæstio. c. xxvij. nu. 4. versi.
4 sunt etiam qui opinentur. Inquãtum † autem hic innuit Matthæ. quòd iudex potest pronuntiare super principali, & expẽsas omittere, dic quòd id est verum, & procedit de iure communi circunscripto statuto, de quo suprà, nam iudex in accessoriis puta in expensis, vel fructibus potest reseruare cõdemnationem fiendam post sententiam difinitiuam vt per gl. &
doct. latè in d. l. terminato. C. de fruct. & lit. expensis: per Innoc. & alios in c. finem litibus. de dolo & contu. & plenè per do. Anto. de But. in c. j. de sequestra. possess. & fruct. post Ioan. And. & per Bal. in addi. Spec. in titu. de senten. prolat. in xiiij. col. & per Bal. in auth generaliter. col. vj. C. de episco. & cleri. & in l. j. C. de sen quæ sine cer. quantita. Et in hoc videtur vera conclusio, quòd non solum taxationem expensarum, vt omnes approbant, sed etiam cõdemnationem possit post sententiam super principali differre, vt videtur text. in d. l. terminatu. & ibi hoc firmat gl. & Bar. licet quasi omnes alij scribẽtes prænominati tenuerint contrarium per l. Paulus. j. ff de re iudi. & ibi Alex. & per tex. in c. cùm causam. de appel. Spe. verò in d. §. fina. ver. quid si de fructibus, secutus Goffred. tenet,
5 quòd si de fructibus † non liquet iudici, possit ferre sententiam super principali, & reseruare cõdemnationem fructuũ. alleg. l. ij C. de fructib. & lit. expen. Quod tamen intelligit ibi procedere in fructibus, expensis, & aliis accessoriis, venientibus officio iudicis mercenario, non in his quæ veniunt iure actionis, quia licet iudex in sententia de his nihil pronuntiauerit, nec aliquid reseruauerit, tamẽ potest ex interuallo post
6 illam diem sententiare, quia licet † finita sit instantia super principali propter sententiam, tamẽ durat super accessoriis, quæ principaliter iure actionis petuntur, alleg. in argu. l. j. C. de iudi. Et hoc sequitur Ang. Pau. de Cast. & Imol. in d. l. Paulus. j. quod & ibi Alexan. putat verum, & allegat tex. not. cum gl. ij. in l. fi. §. Lucius. ff. de condi. indeb. l. si marito. §. fi. & not. ibi Bar. ff. solu. matri. & not. per glo. in l. iiij. ver. vsurarum. C. depositi. & gl. in §. actionum. in gloss. magna. insti. de actio. & quæ per eam notat Matth. infra singu. xc. nota glo. singularẽ, & gl. not. in l. iij. § si rem. ff. de re iudi. Et ibi per hoc dicit singul. Barto. quòd licet de expensis venientibus officio iudicis mercenario non possit iudicari post sententiam latam super
7 principali d. l. terminato. Tamen fallit † vbi statutum disponeret expressè, quòd victus victori condemnetur in expẽsis, quia tunc veniunt expensæ iure actionis, id est cõdictionis ex statuto. Et ideo post sententiam potest de eis iudicari per ibi notata per gl. & idem not. Bal. in d. l. non solùm. ff. de rei vendica. & per Ioan. And. in c. ex parte. de rescrip. & Ange. in authen. de exhib. reis. in princ. & Imol. in l. si Titius. §. occisus. ff. de dolo. & per Bal. latè in d. l. terminato. Et plenè tradit Lanf. de Oria. in c. quoniam contra. in ver. expensæ, nu. 15. versi. sed diceret quis. de probatio. & Ias. in l. properandum. §. siue autem alterutra C. de iudi. vbi in prin. nu. 5. ponit quòd vbicũ-
8 que † expensæ debentur iure actionis iusta causa litigandi non excusat ab eis. Et ibi etiam nu. 45. ponit, vtrum iudex,
9 † qui omisit in sententia condemnare victũ in expensis debitis iure actionis, teneatur de suo resarcire. Gab. Sar.

LXXXI.

1 *Sententia in causa appellationis si ex veteribus actis feratur, succumbens debet condemnari in expensis.*
2 *Succumbens in causa propter opiniones Doctorum, excusatur ab expensis.*

NOta regulam quòd quotiescunque in causa appella
1 tionis fertur sententia† diffinitiua ex actis veteribus
tantum factis in causa principali, succumbens debet cō
demnari in expensis. Et hoc habet locū non solùm si suc-
cumbat appellans, sed etiam si succūbat appellatus: quia
hoc casu licet ipse appellatus haberet sententiam pro se
latam, non habet iustam causam litigandi, quia ex quo
fuit appellatū ab ea, eliditur præsumptio iustitiæ. & ideo
debuit consulere petitiores & renuntiare sentētiæ: si erat
iniusta. Et hanc regulam ponit gl. in c. iuris ignorātia.
de regu. iur. lib. vj. Bart. in l. fi. ff. de re iudi. Et clarius circa
medium l. generaliter. C. de reb. cred. & iureiur. Quidam
tamen tenuerunt contra in appellatione, quorum opi. re
citatur in c. finem litibus. de dolo & contu. Prædicta ta-
men debent limitari, nisi esset probabile dubium in iure
2 propter opiniones Doct. quia tunc† succūbens debet ab-
solui, vt in authen. de iudi. §. oportet. colla. vj.

ADDITIO.

Nota regulam, &c. In fi. ibi, prædicta debent limitari. Adde Pan. in c. finem. hic alleg. col. ix. ver. hoc limita verum arg. op. in l. regula. ff. de iur. & fac. ign. & in c. j. de elect. lib. vj. in fi. Et pro hoc est tex. cum gl. no. in c. sacro. de sen. excom. vbi per Feli. & quod not. per doct. in c. vt debitus. de appel. super gl. fin. & vide eundem Feli. in c. pastoralis. in fi. de iudi. Imol. in quadā additione ibi, in qua adducuntur plurima consilia & authoritates in proposito.

ANNOTATIO.

1 *Sententiā obtinens in causa principali, si postea ex nouis actis succumbat in causa appellationis non debet in expensis condēnari. Secus si ex primis.*

2 *Doctoris opinionem habens pro parte, pro qua litigat, dicitur habere iustam causam litigandi, & ideò debet ab expensis absolui.*

3 *Doctor habet potestatem glossandi, & interpretandi iura.*

4 *Doctor litigans, & habens pro sua parte opinionem Doctoris, an si succumbat debeat ab expensis absolui.*

5 *Doctorum opiniones quando in aliquo articulo sunt variæ, quis dicitur habere iustam causam litigandi.*

6 *Negotium quando est valde intricatum, propter negotij varietatem debet vtraque pars ab expensis absolui, si non appareat quæ sit in eo communis opinio.*

1 Qui obtinuit † sententiam in causa principali, si postea succū
bat in causa appellationis, non debet in expensis condēnari,
quia ex quo habuit primam sententiam pro se, dicitur habere
iustam causam litigandi in causa appellationis, secundū glos.
& Doct. in d. l. generaliter. C. de reb. cred. & Bal. in l. si. in vl-
ti. col. C. quando prouoc. non est necess. & in addi. Spe. in titu.
de instru. editio. in ver. an in causa appellatiuus. Archid. in c.
cordi. de appel. in vj. Quod intelligitur secundum doct. in lo
cis præallegatis, & Matth. hic si ex nouis actis succūbat, secus
si ex primis, tunc enim prima sententia eum non excusaret à
condemnatione expensarum secundum Bar. in d. l. generali-
ter §. j. Anto. Butr. & ibi Abb. nu. 25. ver. secūdo membro, in
cap. finem litibus. de dolo & contu. & Ang in l. negotiorum.
in prin. col. pen. ff. de appel. Raph. Comen. & Ang Aret. in l. j.
ff. de re iudi. & Ias. in l. properandum. §. siue autem alterutra.
col. antepe. nu. 41. C. de iudic. Bar. in l. tutores. §. curatores. ff.
de admi. tut. & Sal. plenè in d. l. generaliter §. j. & cano. in c. vt
debitus & c. sæpe. de appel. & Bal. in l. cos. §. cautione. C. de ap
pel. & Lanfran. de Oria. in c. quoniam contra ius ver. expēsæ.
2 nu. 9. de probatio. Quod autem † ille qui habet opinionē
Doctoris tenentis pro parte, pro qua litigat, dicatur habere
iustam causam litigandi. & sic quòd debeat ab expensis absol
3 ui, ratio est, quia Doctor † habet potestatem glossandi, & in-
terpretandi, &c. & eius opiniones sunt probabiles c. j. cum ibi
nota. de postu. præla. glo. in l. j. C. de legib. & in l. j. C. de pro-
fesso. qui in vrbe Constan. lib. xij. ita in spec. tenet Pe. de An
cha. in clem. ne Romani. in prin. de elect. Cardi. in clem. ij. de
magist. doc. in c. vt debitus. de appel. Abb. in c. calumniam. de
pœnis. Et quòd ob id excusetur ab expēsis tenet Bat. in l. bo-
norum. per illum tex. ff. de bon. pos. Bal. & Sali. in l. iuris igno
rantia. C. qui admitti. Ange. & Imol. in l. si conuenerit. ff. de re
iudi. Quod tamen intelligitur, & limitatur procedere in per-
4 sonis quæ non habent per se scire iura: secus † si esset aliquis
Doctor secundum Bar. & alios in locis præallegatis. Secūdò
intelligitur quando haberet consilia saltem duorum Docto-
rum arg. §. quod autem. in auth. de non alie. secundum Bal. in
d. l. iuris ignorantia. in ij. q. facit quod vult Batt. in procemio
ffforum, in si prin. & quod voluit idē Bar. in l. j. §. fi. ff. de verb.
obl. Et latè per Lanfr. de Oria. in d. c. quoniam contra. in ver.
expensæ. nu. 5. ver. tertiò dicitur quis. de probat. Item quando
5 in aliquo † articulo sunt variæ opiniones Doctorū, putà, secūs
dum Ang. in casu, quem ponit gl. in l. dos à patre. C. sol. matr.
dicitur quis habere iustam causam litigādi. ita tenet Io. And.
& Canon. in d. c. vt debitus. de appel. & facit quod not. Bal. in
auth. nouo iure. in ij. nota. per illum tex. C. de iudi. quòd quā-
6 do † negotium est valde intricatum propter negotij varieta-
tem, debet vtraque pars absolui ab expensis. Et hoc intelligi-
tur nisi in articulo vario appareat quæ sit communis opinio,
secundum Anto. de But. in d. c. finem litibus. Gab. Sar.

LXXXII.

1 *Instrumentum aliquod, vel attestationes si in aliqua causa de nouo producantur, quibus reus est succubiturus, si statim lite & causa renuntiet, expensas euitat, nisi instrumentum vel testes de facto rei deponant, quia tunc in dolo censetur esse*

NOta practicam, quòd quotiescunque in causa prin-
1 cipali, vel etiam † in causa appellationis producitur
de nouo aliquod instrumentum, vel publicantur aliquæ
attestationes, quo viso, vel etiam quibus visis, tu es certus
te debere succumbere in causa, debes statim renuntia-
re liti & etiam causæ. Similiter euitabis patiformiter e-
tiam condemnationem expensarum: arg. l. si quis inficia
tus. ff. deposi. & ibi etiam Bat. idem sentit in l. properan-
dum. §. sin autem. C. de iud. & ibi clarius. Et si hoc nō fiat,
tunc etiam victus condemnari in expensis debebit, etiā à
tempore producti instrumenti, vel publicationis attesta-
tionum citrà, vsque ad sententiam, secundum Bar. vbi su
prà. Sed istam doctrinā puto limitari debere, nisi instru-
mentum vel testes deponāt de tuo facto hoc, quia tu præ-
sumeris fuisse in dolo, vel saltē in lata culpa. l. quanquam.
ff. ad Velleianum. & ideo non debes euitare condemna-
tionem expensarum. l. eum quem temere. ff. de iudiciis. &
Insti. de pœna temere litig. §. i. cum similib. Eodem mo-
do debet limitari vulgaris doctrina, quia vbi in causa ap
pellationis ferretur sententia ex nouis actis, victus absol-
ui debet ab expensis, vt notant Domini de Rota decisio.
cclj. in nouis.

ANNOTATIO.

1 *Expensa debent per iudicem taxari, à die, quo victor produxit instrumentum, vel testes publicati sunt, si ex tali productione instrumenti, vel testium publicatione apparet reum amplius iustam causam litigandi non habuisse.*

2 *Litigandi iustam causam pro parte temporis habens, à quo tempore debeat in expensis condemnari.*

3 *Liti renuntiare debet reus viso instrumento, vel dedicitis testificatis, vt euitet condemnationem expensarum.*

4 *Instrumentum præsentare differens, vsque ad finem litis, quod erat litis decisiuum, vt aduersarium expensis defatigaret, debet in expensis condemnari.*

5 *Expensa, quas feci in vno articulo, quem vici, debent statim mihi refici, non expectata sententia diffinitiua.*

6 *Expensa facta in principali causa, in qua reus obtinuit, compensantur cum expensis factis in causa appellationis, in qua succubuit.*

1 Expensæ debent † per iudicem taxari à die, quo victor pro-
duxit instrumentum, vel testes publicati sunt, si ex tali produ
ctione instrumenti, vel testium publicatione apparet reū am-
plius iustam causam litigandi non habuisse. Ista est notabilis
practica Bar. in l. destitisse. ff. de iudic. & in l. qui in alterius. ff.
2 de reg. iur. Si enim aliquis † habuit iustam causam litigandi
pro parte temporis, scilicet, vsquequo in iudicio fuit produ-
ctum instrumētum abinde in antea tantùm debet in expensis
condemnari, secundum Bar. ibi, & Bar. & alios in d. l. prope-
randum. §. siue antē alterutra, & ibi Ias. nu. 22. & plenius per
Bat. in l. j. in prin. in iuj. col. ff. ad Turpil. Et in l. si rem alienā.
§. fi. ff. de pig. act. & Bal. in l. terminato. col. pen. ad fi. C. de fru
ct. & lit. expen. Et ideo consulunt Bart. & Doctores in locis
3 præallegatis, vt viso † instrumento, vel didicitis attestationi-
bus reus renuntiet liti, & causæ statim, & euitabit condem-
nationem expensarum, vt per Matth. hic, & per Lanfranc. de
Oria,

Oria.in c.quoniam contra in ver.expensæ.nu. 4.& 5.de proba.& per Feli.in c.pastoralis.ad fi.de iudi.Bal.in auth.generaliter.C.de epis.& cler. Alex.in l.Iulianus.ff.de condict.inde.& doctores post Dy.in l.qui solidum.in § etiam.ff.de lega.ij. & per Alex.in l.ex consensu.§ fi.ff.de appel.in apostil.ad Bar. & in consil.xcvj.vol.iiij.Limita tamen,vt per Matth.hic.Simili-
4 ter † econtrà si quis malitiosè distulerit vsque ad finē litis præsentare instrumentum,quod erat litis decisiuũ, ad hoc vt aduersarium fatigaret expensis,debet in illis expensis condēnari.ita tenet Cy.in l.j.C.vt quæ desunt aduo. & post eum Bal. in c.exceptionem.circa prin.de exceptio.& Feli.in c.ad audiētiam.ij.in xij.col.ver.placuit mihi.de rescript.sequitur etiam Deci.consi.ccxlj.scripsi aliàs.circa prin.Notandum est etiam in hac materia elegans dictũ Bal.in l.generaliter.§.his de præ-
5 sentibus.circa fi.C.de reb.cred.vbi dixi,quòd † si feci expēsas super vno articulo,& vici,debent statim mihi refici expensæ, non expectata sententia diffinitiua. Et hoc dicit sentire gloss.
6 ibi.Nota etiam, † quòd expensa facta in principali causa, in qua reus obtinuit,compensatur cum expēsa facta in causa appellationis,in qua succubuit,vt tenuit Pau.de Cast in sing.j. per glo.in d.l.generaliter.C.de rebus credi. & iureiur. & dixi suprà in sing.iij.in fi. Gabr. Sar.

LXXXIII.

1 *Pœna quando in iudicio realiter sit offerenda,vt reus absoluatur, & infamiam euitet?*

1 NOta practicam quotidianam, quòd † quotiescunque reus conuentus ciuiliter,qui debet solum pecunialiter condemnari,si inde is incurreret infamiam iuris vel aliam pœnam,putà,quia vult statutum,quòd cōdemnatus in syndicatu,vel arbitraria non possit habere officium vsque ad xx.annos,debet offerre realiter in iudicio totam pœnam,ad quam condemnari potest,& tollere omnem spem futuri iudicij, dicendo se non egisse lites, & malle potius perdere hanc pecuniam, quàm stare dubio euentui litis:& tunc non videtur fateri delictum,& absoluetur,quia soluit.l.si reus paratus.ff.de procur.vbi Barto. ponit hanc regulam.& l.iusiurandum & ad pecunias.§. fi.ff.de iureiur.Sed vbi non offert totam,sed partem, tunc hoc sibi non prodesset.l.tutor.§. Lucius.ff.de vsur. Vnde si pro falso imponatur pœna quinquaginta librarum ex forma statuti. Vel imponatur pœna arbitraria, cùm iudex hoc non possit arbitrari vltra pœnam quinquaginta librarum,& reus obtulerit quadraginta hoc sibi nō proderit,licet posteà contingat in sentētia arbitrari de quadraginta tantùm,vel minori summa.

ADDITIO.

Nota practicam quotidianam,&c.Adde Mag. meum in l.iusiurandum & ad pecunias.§.fi.hic alleg. circa vltima verba, vbi addit quamplures concordantes vltra Bar.ibi latè Barth.Cæpol.caute.xiiij.vbi ponit alias tres cautelas post Bar.& Bal.in l.furti.§.qui alieno.ff de infamib.

ANNOTATIO.

1 *Condemnatus in syndicatu non potest amplius ad simile officium aspirare.*
2 *Confessio,quæ fit ad litis euitationem,licet fiat in causa famosa,non infamat*
3 *Pecunia pro pœna qualiter sit offerenda,vt pœna euitetur?*

Idem tenet Bar.in l.infamem.in vlt.col.ff.de pub.iud.& in l.ictus fustium.col.j.ff.de his qui notan.infa.latè Bal.& Ang.in d.l.si reus paratus.ff.de procur.& Bal.in l.j.in fi.per illum text. quis bene probat.C.de dolo.& in l.ea quæ.in fi.C.de condict. indeb.& in l.quoniam.ff.de infa.& Bar.in l.furti.§.si quis alieno.ff.de infa.& vide tex.in l.acceptam.de vsur.quē ad hoc allega: Bar.in l.si seruum.§.nunc videndum.in fi.ff de ver. obl. & Bald.in l.vtique.ff.de rei vendi.& Sal.in l.si tutor.C.de interdic.matri.& Bal.in l.etiam.C.de fur. Et conciuis meus do. Barth.Cæpol.cautel.xij.& M. Anto.Blan.in sua practi.cri.in tit.caute.c.iij.incip.condemnatus actione famosa.Et dixi suprà sing.lxij.nota quòd si reus.post medium. & facit quod notat Alex.in l.quidam æstimauerunt.col.ij.nu.6.ff.si cer.peta.per d.l.tutor.§ Lucius.ff.de vsur.Et adde Bar.quòd etiam de iure
1 † communi condēnatus in syndicatu non potest amplius ad simile officium aspirare.l.iudices,qui se.& ibi not. Bart.C.de dig.lib.xij.& in l.si quis aliquid.C.de suscep. & arc. lib.x.vl.i
2 glo & allegat plures concordantes.Et nota, † quòd cōfessio, quæ fit ad litis euitationem,licet fiat in causa famosa,non infamat,ita not.dixit Bal.in addit.Specu.in titu.de confessis.Et
3 qualiter quis † offerre debeat,vt pœnam euitet,tradit Anch. consi.ccxxxv.prima facie dicitur. Gabr.Sar.

LXXXIIII.

1 *Statutum si disponat quòd quis ad domum citetur,vel personaliter,an sufficiat eum primo loco ad domum citari,nec personaliter requiri necesse sit?*

1 NOta mirabile dictum Bar.quòd † si statutũ disponat,quod debeat citari quis ad domum,vel personaliter,videtur hoc addere iuri communi, quòd primo loco sufficit eum citari ad domum, nec sit necesse primò eum personaliter requiri in loco, vbi verisimiliter deberet inueniri.hoc ponit Bar. in l.iiij.§.prætor.ff.de dã. infect.cuius dictum videtur sequi do.Anto.in c.causam. extrà de dona.Sed hoc dictũ semper mihi displicuit,quia statutum loquitur per eadē verba,per quæ ius cōmune:ergo debet recipere interpretatiōes iuris,quia videtur merè recitare ius cōmune,vt l. ius auté ciuile.ff.de iusti.& iure. facit l.ij.de noxa.Et sic primò debet personaliter requiri. Secundò si non potest inueniri,debet citari ad domũ.l.j. §.j.ff.de libe.agnos.& etiam d.l.iiij.§.prætor.

ADDITIO.

Nota mirabilem,&c Ad hæc facit c.cùm dilectus. de cōsue. & l. ij.C.de noxa.vbi statutum debet ita interpretari, vt nō discordet à iure communi,dicit gl.& Bar.& ibi per Magistrũ meum in l.ij.§ in computatione. C.de iure delib.& sic hoc casu videtur quòd statutum nihil addat iuri cōmuni. Responde ex doctrina Imolæ in l.si verò.§.de viro.col.iiij.ff.solu.matr. dũ dicit,quòd quando statutum potest aliquid operari interpretando id secũdum ius cōmune,vt per gl.mag.in c.j.de consti. in vj.cum concor.tunc exponitur secundum ius cōmune.Sed si nihil posset operari,interpretaretur cōtra ius commune, vt aliquid operetur. Vnde dixit Bal.in l.ij.vlt.col.C.quo.& quãdo iud.& in c.pe.de mil.vas.qui cōtu.est.& in l.non sunt liberi.ff de sta.ho.quòd statutũ dicēs quem debere ter citari, operatur quòd non sufficeret vna citatio pro omnibus, vt addat iuri cōmuni.Si tamen generare posset graue præiudiciũ parto interpretando statutum,vt addat iuri cōmuni, non fiet talis interpretatio,vt per Pau.de Cast in d § in computatione. sic intelligentem gl.ibi.Idem Imol.in d l.iiij.§.prætor.de dã. infect.hic alleg.per Matth.& vtrobique Alex.

ANNOTATIO.

Hunc articulũ latissimè examinat,& innumerabilia allegat vberrimus doctor do.And. Tiraq.in suo tractatu de retractu consang.in §.ix.in versi.suo domicilio.in gl.ij in q.v.princip. nu. 90.vbi omnia ad vtranque partem facientia inuenire poteris. Cui adde quòd hanc doctrinam Bar.in dicto §.prætor. allegat,& sequitur Lanfranc.de Orian.in c.quoniam contra. in versi.citationes.in iij.q.nume.9.de proba.Et vide quę dixi infrà singu.cxxxij. Gab.Sar.

LXXXV.

1 *Missus in possessionem ex primo decreto ante litis cōtestationem, vel post,dicitur nudam detentationem habere: secus si pro executione diffinitiua sententia victor in possessionē mittatur, quia is tunc statim possidet naturaliter & ciuiliter.*

NOta doctrinam mirabilem,quam pauci sciunt,
1 quòd licet in personali † missus ex primo decreto in possessionem ante litis contestationem, vel post,dicitur habere nudam detentationem,l.iij.§.final. ff.de acquirenda possessione.cum similibus. Secus est tamen,quando pro executione diffinitiuæ latæ in personali mittitur victor in possessionem ex primo decreto, quia tunc statim possidet naturaliter & ciuiliter.l.à diuo Pio. §.si super rebus.ff.de re iudicata.& ibi Bartol. singulariter hoc tenet.

ADDITIO.

Nota doctrinam,&c.in fi.adde quòd contra Bar.tenet Bald.in l. consentaneum.col.v.C.quõ & quando iud.Imol.post gl.in l. à diuo.§.si super rebus.vbi vide Alexand.col.vij.in gloss. in ver.integris & tribus.colum.ij.vbi dicit opinio.gloss.contra

Bar.ibi esse veriorem,& magis communem.

ANNOTATIO.

1 *Missus in possessionem ex primo decreto in personali,nec ante annum nec post efficitur possessor.Secus in reali.*

2 *Missus in possessionem ex primo decreto in reali,an infra annum constituatur possessor?*

Idem tradit ipsemet Matth.in l.consentaneum.col.j.versi.in gl.ij.
C.quõ & quando iud.Vnde videtur,quòd magis communis
opinio Doctor.sit cõtra Bar.in d.§.si super rebus.vbi latè in-
1 sistit Alex.& ideo est,nam missus † in possessionem ex primo
decreto in personali,nec ante annũ,nec post efficitur posses-
sor:quia qui agit in personali,nullum ius dicit se habere in re-
bus debitoris,sed solùm asserit se habere personã obligatam,
ideo si mittatur in possessionẽ alicuius rei,non efficitur eius
2 possessor. Secus † in reali,in qua quis dicit se dominũ rei : ni-
mirum,si missio in possessione illius rei facit ipsum possesso
rem infra annum reuocabiliter,post annum verò irreuocabi
liter,& ita tenent Bar.& cõmuniter doct.in l.si prius.in ix.op
posi.primæ partis ff.de ope.no.nun.& in d.l.iij.§.fi. vbi plene
per Alex.de acqui.poss.per tex.in l.si quis emptionis titulo.§.
sed & si quis.in ver.prior possessor.C.de præscrip. xxx.an. Et
facit tex.in c.pastoralis §.præterea.de offic.ordi.in ver.amis-
sam possessionem. Quamuis Cano.cõmuniter teneant cõtra-
rium in hoc,videlicet,quòd missus in reali infra annum non
constituatur possessor,vt per doct.post gl.in c.contingit.de
dolo & contu.Io.And.& alij in c.quoniã frequẽter §.in aliis.
vt latè non contest pro qua opinione videtur esse text.in c.fi.
in fi.in ver.custodiæ causa.de eo qui mit.in posses.cau.rei ser-
uan. Et quòd missus ex primo decreto in possessionẽ in perso
nali non efficiatur possessor,vltra alios supra allegatos tra-
dit Specu.in titu.de primo & secundo decreto.in ver. iam de
effectu.ver.sed quæ est ratio. Et Rapha.Comen. & Alexand.
in dicta l.iij.§ fin.ff. de acqui.posses. Gabr. Sarax.

LXXXVI.

1 *Executio sententiæ cum fienda est in illa re,in qua fuit facta sententia,victus ad eam executionem non est citandus:secus si in alia.& in addit.nu.1.*

1 NOta,quòd quotiescunque sententia in actione † per-
sonali,vel reali lata mandari debet executioni in ea
dem re,in qua lata est,non necesse est quòd citari debeat
victus ad executionem illam,vt not.Inno.& alij in ca.ex
ratione.de appel. Sed si debet in alia re executioni man-
dari,puta,quòd reus sit cõdemnatus ad pecuniam,& pro
executione primo debeant capi mobilia,& postea immo
bilia,tunc victus debet citari,propter interesse,quod po-
test prætendere circa res,circa quas primo debet fieri exe
cutio,vt ponit Barto. in l.à diuo Pio.§.in venditione.ff.
de re iudica.

ADDITIO.

Not,quòd quotiescunque,&c.in fi.Ad hoc vide not.Alex in l.à
diuo Pio.§.in venditione. hic alleg.col.xj.in fi.versic.vlt.fuit
opi.cum col.sequen.vbi limitat istam conclusionem Bar.iij.
not.modis. Vide etiam per Bar.in repe.l.tale pactũ.§.qui pro-
uocauit.vbi etiam per Mag.meum.ff.de pact.per docto. in c.
ratione.de appel. Faciunt quæ habentur per gl.in ver.in iudi-
cio.& per scribentes,in c.cùm super.de re iudi.& per Rotam
decis.cccxlix.incip item si executor trium sententiarum.

ANNOTATIO.

2 *Executio sententiæ si fieri debeat per successorem illius qui iudicauit,citatio rei an requiratur.*

3 *Articuli quando admittuntur post conclusionem in causa, conclusio quando videatur reuocata?*

4 *Executio sententiæ à qua fuit appellatum,& appellatio sit deserta,vel ei sit renunciatum,si petitur,pars citari debet,etiam si executio fiat in eadem re.*

5 *Citatio in executione sententiæ quibus casibus requiratur?*

6 *Iudex vbi non procederet ad executionem sententiæ compellendo, sed pronuntiando esse exequendam,requiritur citatio partis,etiam quando executio esset facienda in eadem re.*

7 *Executio sententiæ si petitur contra successorem condemnati, citatio semper requiritur.*

1 Citationem † non requiri quando fieret executio in eadem
re, in qua facta est condemnatio,tenet etiam Bart.per illum
tex.in l.qui restituere,ff.de rei vend.& pro ista opinione bene
facit quod no.in c.cùm super.in gl.in versi.præiudicio.de re
iudi.& in c.veniens.ij.in gl.in ver.contineri. de testib.& istam
opinionem etiam sequitur Bar.in extrauagan.ad reprimen.in
versi.executionem.& in l.meminerint.C.vnde vi.& Bald.in l.
ordo.C.de executio.rei iudic. & in l.j.in fi.C.de iuris & facti
igno.& latè in repeti.l.tale pactum.§. qui prouocauit.ix.q.ff.
de pact.& Imol.in l.ab executione.in prin.ff.de appellatio. &
in l.filio.ij.& ibi aliquid per Bal.ff.soluto matri. & idem An-
to.de Butr.& Abb.in cap.ex ratione.de appel. & hæc est cõ-
munis opinio,vt attestatur Alexan.in dicta l.à diuo Pio.§.in
venditione.nume.31.versicu.vltima fuit opinio.ff.de re iudic.
& Deci.in dicto c.ex ratione.col.fi.nu.17.ver, secundo in exe
cutione. Et hanc opinionem etiam sequitur Fulgo. consilio
clxxxiij.circa primum.col.ij.& Ioan.de Anan.in consi.xxvj.
in causa nobilium.& Abb.in cõsi.iij.nitar in præsenti.in viij.
dub.volu.ij. Pau.de Cast.consi.xxxvij.in causa capturæ. Ale-
xan.in consi.xxx.ponderatis narratis.colum.penulti.libro v.
2 Hæc tamen † conclusio limitatur non habere locum, quan-
do executio deberet fieri per successorem illius, qui iudica-
uit,quia tunc indistinctè citatio requiritur secundum Bal. in
dicta l.ordo.colum.fina.versi.not.in hoc.C.de execu. rei iu-
di.& sequitur Alex.in dicto §.in venditione.& per Feli.in dí
cto c ex ratione.col.fi.nu.8.versi.sexto & vltimo. Contra ta-
men hanc limitationem contrarium in terminis tenuit Ful-
go.in præalleg.consi.clxxxiij.col.ij.quia secundum eum,suc
cessor idem iudex reputatur.l.proponebatur.ff.de iudic. Vi-
de pro concordia dici posset,quòd aut successor vidit proces
sum,siue acta causæ,& vera sit opi. Fulgo. Aut non habuit no
titiam rerum,quæ præcesserunt,& tunc procedat opinio cõ-
munis. Et pro tali distinctione bene facit illud quod tradunt
Do.de Rota decis.v.in nouis.incip.si post conclusionem. vbi
3 dicunt,quòd quando † admittuntur articuli post cõclusionẽ
in causa,videtur conclusio reuocata,& hoc quando ab eodẽ
iudice admittuntur. Secus in surrogato, quia distinguitur v-
trum sciuerit conclusionem factam in causa, vel ignorauerit,
& hanc decisionem refert & sequitur Alex. in l.quod iussit.
col.fi.ff.de re iudi.& in consi.lxx.videtur primo. col.iij.volu.
iij. Secundo conclusio prædicta fallit, vt colligitur ex dictis
Fulgo.in dicto consi.clxxxiij.quãdo pro parte esset facta exe
cutio,& commissio præcessisset de toto. Nam si pro alia par-
te executio petatur,non requiritur indistinctè citatio, vt ibi
4 per eum. Item † prædicta conclusio limitatur, nisi peteretur
executio sententiæ,à qua esset appellatum,& appellatio esset
deserta,quo casu indistinctè nõ potest fieri executio nisi par-
te citata,etiam si fiat in eadem re,ita voluit Bart.in l.j.ad fi.ff.
nil inno appel.penden.per l.& si contra.C.de appel.vbi dici-
tur quòd debet liquere iudici appellationis tempora esse de-
cursa per negligentiam appellantis, & sic liquere non potest
nisi parte citata,de cuius præiudicio agitur. Idẽ voluit Bal.in
d.l.& si cõtra.& in l.fi.in fi.C.de temp.appel.vbi dicit de hoc
esse meliorem tex.de corpore iuris.& hoc idem videtur pro-
bari in l.fi.§.illud.co.titu. Et idem tenet Ang. in l.j.in fi.C.de
iudi. Et idem est,vbi renuntiatum esset appellationi, vt elegã
ter voluit Bal.in d.l.tale pactum.§.qui prouocauit.in repe.ff.
de pactis.vbi ad hoc subtiliter inducit illum text.quod latius
declara,vt per Ang.in d.l.j.C.de iudi.vbi hoc dicit esse verũ,
nisi renuntiatio esset facta coram iudice exequente,vt ibi per
5 eum. Limitatur etiam † prædicta opinio Bart. & communis,
vt non procedat,quando imploratur officium iudicis pro exe
cutione sententiæ facienda in eadem re. Secus si intentaretur
actio in factum,vel iudicati : quia cùm tunc requiratur pro-
cessus,iuxta not.per Bar.in l.intra.ff.de re iudi. consequenter
6 requireretur causæ cognitio,& citatio. Et † similiter vbi iu-
dex non procederet ad executionem cõpellendo, sed pronun
tiando esse exequendam,requireretur citatio etiã in casu quo
esset facienda executio in eadem re,ita voluit Bald. & clarius
7 Sali.in d.l.ab executione. Limitatur † etiam in casu, quando
peteretur executio non contra condemnatum, sed cõtra eius
successorem,quia tunc semper requiritur citatio, secundum
not.per Innocen,in cap.quia de iudi.quem ita alleg.Ange. in
l.oratione.§.j.argu.illius tex,ff.de fer. & Imol.in l.intra.ff.de
re iudica. Gabr.Sar.

LXXXVII.

1 *Ecclesiæ Rector si sit tabellio,potest instrumentum vltima volun-*
tatis

tarius conficere, in quo testator ecclesiam suam hæredem sibi instituat, vel ei leget, & ei creditur, nec punietur vt falsarius.

1 NOta singulare dictum, quòd † si Rector, vel Canonicus ecclesiæ sit tabellio, & conficiat instrumentum vltimæ volútatis, in quo testator ecclesiam hæredem suã instituat, vel ei leget, crederetur instrumento in fauorem ecclesiæ, nec poterit ipse puniri pœna, qua falsarius. Et istam regulam ponunt Ioan. And. & Ant. in c. cum inter. de re iudic.

ADDITIO.

Nota singulare, &c. Adde Ias. vbi refert & sequitur istud dictum in l. j §. huius studii. col. iij. in prin. versi. tertiò limita ff de iusti. & iu. & vide quæ notaui ad singulare Lud. vbi idem tenet nu. 351. inci. Tu scis, quòd Sacerdos.

ANNOTATIO.

1 *Ascribens quid sibi, regulariter incidit in pœnam falsi. Et quid si ascribat pro sua ecclesia?*
2 *Prælatus testificari potest in causa bonorum ecclesiæ, & etiam iudicare.*
3 *Sacerdos si quid ascribat patri suo, an valeat?*
4 *Pater vt possit filio ascribere, & filius patri, quibus remedijs vti debeant?*

1 Sibi ascribens † regulariter incidit in pœnã falsi. l. iij. C. de his
qui sibi ascri. Tamen ascribens pro ecclesia sua non dicitur
propriè sibi ascribere, quia bona ecclesiæ non sunt prælati. c.
2 iij. com si. de dona. sicut prælatus † testificari potest in causa bo-
norum ecclesiæ. c. insuper. & c. cùm caus. de testi. Et etiam iu-
dicare, vt legitur & notatur in c. cum venissent. de iudi. & idẽ
tenet Bal. in marga. in ver prælatus secundo. Alex. in l. impu-
berem. § ij. ff de fals. Hippo. de Marsi. in singu. clxxiiij. ille qui
3 sibi ascribit. & Ro. in sing. ccclj. Et † si sacerdos ascripserit pa
tri suo, an valeat? consulit Barba consi. lxj filius sa. volu. j. Et
4 remedia, † vt pater filio, & econtrà, possit ascribere, tradit Io.
Dilec. in trac. suo de arte test. in ti. de lega. cause. j. & aliquid in
materia per Ang. Are. in trac. malefi. in ver. falsario. nu. 32. ver.
qui sibi in testamento. Gab. Sar.

LXXXVIII.

1 *Libellus si sit ita conceptus, quod ex eo possit colligi actio generalis, & specialis, in dubio videtur actio specialis intentari.*

1 NOta pulchram doctrinam, † quòd vbicúque libellus est ita conceptus, quòd ex eo potest colligi actio generalis, vel actio specialis, in dubio videtur intentari actio specialis, & non generalis, vt no. Bar. in l. j. in prin. circa fi. ff. de eden. Et hoc facit ad multa, & præcipuè ad hoc, quòd si dominus iudici ordinario, vel præfecto delegauit aliquã causam, & sic iste poterat procedere ex generali, & speciali, in dubio videtur processisse ex speciali, &c.

ANNOTATIO.

Idem tenet Bar. & ibi doc. in l. certi condictio. in prin. col ij vers. an autem certi condictio ff. si cert. pet. & doct. in l. edita. C. de eden. & allegant marg. l. hoc legatum. & l. item legato. ff. de legat. iij. Gab. Sar.

LXXXIX.

1 *Committens causam quando & quibus verbis videatur potestatem ordinariam excitare, & quando delegatam dare?*

1 NOta, quòd † vbicunque dominus committit causam iudici ordinario, dicendo, Potestas faciat iustitiam: Vel mandamus Potestati, quod faciat iustitiam, Vel ei committimus, non videtur de nouo ei dare potestatẽ, vel delegare, sed vererem ordinariam excitare, vt in ca. licet. & in c. pe. extrà de of. or. Saluo nisi ponat hæc verba, Vice nostra, Vel authoritate nostra: quia tunc videtur ei dare delegatam: arg. l. j. §. fi. ff. de of. eius cui man. est iuris. & in c. j. de cler. ægror. lib. vj. Facit quod no. Bar. in l. more maiorum. ff. de iuris. om. iu. Secus si dixisset, Delegamus talẽ causam Potestati, quia tunc, cum verba sint clara, eis est standum, & sic semper habebit delegatam. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. iij.

ADDITIO.

Nota, quòd vbicunque, &c. Ibi, saluo nisi. Ad dictum Barto. in l. more. adde eundem Bar. in l. ambitiosa. in vlt. col. ff. de decre. ab ord. fac. & in l. ij. §. ii. in vlti. col. ff de opt. leg. Inno. & Abb. in c. significauit. de corrigendis. de offi. or. Adde etiam Magistrum meum in l. ius autem ciuile. col. ij. versic. tertiò adde. de iusti. & iure. vbi dicit esse de hoc propriè tex. in c. cum aliquibus. de rescri. in vj.

ANNOTATIO.

1 *Iurisdictio ordinaria quando solùm videatur per commissionem excitata, & quando delegata?*
2 *Ordinarius quando per commissionem ei factam, videatur fieri delegatus?*
3 *Omnia nostra facimus, quibus authoritatem nostram impartimur.*
4 *Clausula posita in executiuis, non mutat naturam principalem actus.*
5 *Clausula adiecta ad executionem principalis dispositionis, nõ amplìat eam, nec immutat.*
6 *Delegatio quando potius ipsa commissio censeatur, quam iurisdictionis ordinaria excitatio?*
7 *Iurisdictio ordinaria quando alteratur in procedendo, iudex erit delegatus quantum ad procedendum, sed erit ordinarius in sententiando.*
8 *Liberum arbitriũ si detur Potestati in inquirendo, & cognoscendo, non intelligetur dari in decidendo.*
9 *Iudex vtrum procedat vti ordinarius, an verò vti delegatus, cuius effectus sit?*
10 *Potestas ordinaria & delegata quando possit in eadem persona & causa concurrere, & exerceri?*

1 Si † quid non additur, vel detrahitur iurisdictioni iudicis ordi
narii per commissionem à superiore sibi factam dicitur tan-
tum ordinaria iurisdictio excitata. c. licet. & c. pe. & ibi Abb.
& Fel. de off. ord. Et ita tenuit Alb. de Ros. in l. diem functo.
col. ij. ver hanc legem. ff. de of. asses. pòst Bert. de Monte Fauẽ
tio ibi per eum relatum. Secus si quid addatur, vel diminua-
2 tur, tunc enim † de ordinario videtur fieri delegatus: argu. l.
ius autem ciuile. & ibi Ias. post alios. ff. de iust. & iure. & in l. j.
§. si quis simpliciter. in ver. cùm adiicit. & ibi Alex. Aret. Ias.
Socin. & dominus meus Alcia. nu. 63. vers. ex supradicta regu
la. ff. de ver. oblig. per do. Pet. de Ancha. & Phi. Frã. in vlt. no.
in c. cum aliquibus. de rescri. in vj. Et per Bal. & Pau. de Cast.
in l. qui procuratorem. ff. de procur. & per Ang. in l. & quia.
ff de iuris. om iud. & in l. cum qui. & ibi Aren. ff. de acq. hære.
& per Bart. in disputatione sua incip. ad unãtia generalis. col.
ij. versi. contra. ibi, quintò sic. in l. ij. in fin. ff. de opt. leg. Bart.
Pau. de Cast. & Iac. de S. Georgio in l. more. ff. de iurisd. om.
iudi. & Bal. & Paul. de Cas. in l. si prætor. ff de officio eius cui
manda. est iuris. & Cæpol. consil. xvij. col. ij. in prin. versi. cir-
ca primum dubium, in ciuilibus. & Ia. Rebuf in l. fi. in versi. &
hæc faciunt ad quæstionem. C. de agen. in reb. lib. xij. Et præ-
cipuè quando mãdatur procedi authoritate mandantis nam
3 omnia † nostra facimus quibus authoritatem impartimur.
d. c. cum aliquibus. de rescri. in vj. & in l. j. C. de vete iure enu-
cl. & per Nic. Boër. decis. clj. dico primum. nu. 5. & per Bar. in d.
l. more. ff. de iuris. om. iudi. Quæ tamen limitantur procedere.
4 Primò † quando talia verba apponantur in principali dispo-
sitione, vt quia in rescripto dicatur, authoritate nostra cogno
scas de causa, quæ vertitur inter tales. Secus si apponeren-
tur in confirmatione, seu in executione dispositionis. putà,
si committeretur iurisdictio ordinaria in certo loco, & post-
eà in fine rescripti diceretur, quòd quicquid eius authori-
tate fecerit, princeps ratum habebit: quia regula est, quòd
clausula posita in executiuis, non mutat naturam principalẽ
actus. textus est in clemen. j. ad fi. de præben. quem ibi domi-
nus Abb. multum exclamat, & dicit se nescire alibi, & ita in
specie limitant d. Card. & Imola in c. quoniam Abbas in vlti.
col. de offi. deleg. sequitur & commendat Alex. in d. l. more. in
5 v. col. Et quòd † clausula adiecta ad executionem principalis
dispositionis non ampliet eam, nec immutet, adde Bald. in l.
eam quam. col. xij. C de fideicommis. Ab. in c. cùm in nostris.
in vlti. col. de concess. præb. Ioã. de Imo. in l. qui Romæ. § duo
fratres. col. vi j. ff. de verb. oblig. Pau. de Cast in consi. cxxxij.
incip. notandum est. in prin. Ludo. Roma. consi. cccexcviij. in
6 vlti. col. Secundò † limitantur ex doctrina notabili do. Car.
& Imo. in d. ca. licet. vbi dicunt quòd quando verba rescripti
non videntur ex eorum inspectione alterare iurisdictionem
ordinariam, tamen processus non valeret, nisi esset delega-
tio: certè ad hoc vt valeat, censetur princeps delegare, & po-
nit exemplum notabile do Card. in casu, in quo dicit se con-

fuluisse Paduæ. Appellatum fuerat à delegato principis ad
ipsum principem, princeps commisit ordinario loci dicen-
do, fiat ius per potestatem, plerique asserebant, quod ista erat
solùm excitatio iurisdictio. n ordinariæ, vt hic tradit Matt.
Sed ipse refert se contrarium consuluisse, quia ex quo delega
tus principis censetur in illa causa maior quocunque ordina
rio. vt sané de offic. delega. certè ordinarius non potuisset co
gnoscere vt ordinarius, ergo vt valeat processus censebitur
delegatus, quamuis verba commissionis non videatur in ali-
quo iurisdictionem alterasse. Limitatur etiam per ea quæ tra
dit Iacob. Butrig in l. qui procuratorem dar. in princip. ff. de
7 procu. quòd quando † solum alteratur iurisdictio ordinaria
in procedendo, quòd erit delegantis quantum ad proceden-
8 dum, sed ordinarius in sententiando. Et ideo † si datur liberū
arbitrium Potestati in inquirendo, & cognoscendo, non in-
telligetur dari in decidendo. Nec obstat secundum eum, quòd
cui mandantur præcedentia, etiam sequentia mandari intel-
ligantur. l. indebitam. ff. de condi. indebi. l. iij. §. scio. ff. de mi-
nor. Quia hoc est verum, quando illa sequentia sunt necessa-
ria, quod non est, vbi potest delegari solus processus absque
sententia. auth. ad hec. C. de iudi. de quo tamē vide latius per
9 Ias. in d. l. ius autem ciuile. Et ibidem ponit † effectum huius
considerationis, vt quando quis procedat vt ordinarius, an verò
10 vt delegatus. Et quando † potestas ordinaria, & delegata pos
sit in eadem persona & causa cōcurrere, & exercere, vide per
Felin. in c. cùm ex offici. col. viij. ver. circa gl. Inno. de præscr.
vbi ponit ix. conclusiones. Gab. Sar.

X C.

1 *Vsura in actionibus bonæ fidei ex mora debētur officio iudicis mer
cenario secus in fructibus, qui petuntur iure actionis bonæ fidei,
sicut res principalis.*

2 *Debito principali extincto, non potest amplius agi ad id, quod ve-
nit iure actionis, sed tantum id quod venit officio iudicis merce
nario.*

3 *Vsurarum loco hodie subrogatū est interesse damni vel lucri per-
diti, quod officio iudicis mercenario peti potest.*

NOta gl. singularem insti. de actio. in §. actionum.
1 in gl. j. quam pauci sciunt, quæ vult, quod † quam-
uis in actionibus bonæ fidei vsuræ ex mora de-
beantur officio iudicis mercenario l. iiij. C. de posi. Tamē
secus est in fructibus, quia quando fructus veniunt, pos-
sunt peti iure actionis bonæ fidei, sicut ipsa res principa-
2 lis: Et effectus est maximus, quia extincto † debito princi-
pali per solutionem, vel per sententiam absolutoriá, non
potest amplius agi ad id, quod venit iure actionis: potest
bene ad id quod venit officio iudicis mercenario, vt est
tex. in d. l. iiij. Sed ad id accessorium quod venit iure a-
ctionis bene potest agi, l. centum Capuæ. ff. de eo quod
cer. loc. Et ibi id quod dicsit leges de vsuris est hodie cor
3 rectum per ius Canonicū. Sed † verificari posset in inter-
esse damni, vel lucri perditi, quod subrogatur loco vsura
rum iuxta no. in c. conquestus. de vsur. & sic illud interesse
venit officio iudicis mercenario: ad id enim alias agi nō
posset extincto debito principali, quod est no.

ADDITIO

No. sing. gloss. ibi, tamen secus est, &c. Adde quòd gl. in § actio-
num, hic alleg. reputat sing. Bal. in c. cū venerabilis in vij. col
de exce. & sequitur Bal licet illam gl. non alleget in l. si mari-
to. § si per illum iex ff. sol. ma. vbi Ang. & Alex. tenent oppo
situm & Bal. licet de illa gl. non faciat mentionem in l. j. in fi.
C. de vsu. & fru. leg. & reddit rationem, quia fructus veniunt
ex mora, quæ transcendit naturam actionis propositæ, ergo
actio non potest ad hoc competere. Ad istam glos. respondet
Ange. & Alex. vbi suprà, quia iure non probatur illud, quòd
dicit. Ad d. l. si marito. § si. respondet Mag. meus in l. iudicio
cœpto. col. iij. circa prin. de iudi. quem etiam vide in § actio-
num, hic alleg. col. viij. vbi Pe. de Bellaper. dicit istam gl. vel-
le, quòd fructus veniant iure actionis, quod ipse reprehēdit,
quia veniunt officio iudicis, & est verum, quicquid dicat ibi
Io. Fab. qui latius hoc tangit simul cum aliis in § j. institu. de
offi. iudi. Spe. in tit. de fruct. & inte. §. j. no. aliquid Bar. in l. &
ex diuerso. §. vbi autem. ff. de rei ven.

ANNOTATIO.

1 *Accessio omnis etiam in contractu bonæ fidei videtur venire offi-
cio iudicis ex mora, & non iure actionis.*

2 *Officium iudicis quod ex contractu bonæ fidei datur, & id quod
datur in stricti iuris arbitriis, qualiter inter se differant?*

3 *Expensæ quando etiam post latam sententiā possint peti, & quan-
do non?*

1 Adde, quòd omnis accessio † etiam in contractu bonæ fidei
videtur venire officio iudicis ex mora, & nō iure actionis d.
2 l. iiij. C. depo. Et ratio † differentiæ est inter officium quod ex
contractu bonæ fidei datur, & id quod datur, in stricti iuris
arbitriis, quia primo casu, implorato officio iudicis omni-
no necesse habet iudex illud impartiri. Secundo casu, cùm il
lud procedat ex mero officio suo, & possit illud denegare ar-
gu. l. videamus. §. pen. & fi. ff. de in litem iuran. non tenebitur
postea in syndicatu, licet primo casu teneretur arg. no. per In-
no. in c. j. quod me. cau. Pro quo potest allegari quod habetur
per glo. & Bar in simili in l. iij. §. si rem. ff. de leg. iij. & per Bar
tu. in l. non solùm. ff. de rei vendi. per Bar. & doct. in l. prope-
3 randum. §. hoc procul dubio. C. de iudi. videlicet, quando ex-
pensæ veniunt iure actionis, vt quia statutum dicat, quòd vi-
ctus victori in expensis condemnetur, tunc dictæ expensæ e-
tiam post latam sententiam possunt peti, secus si officio iudi
cis deberentur, d. l. iij. C. depo. & l. Paulus. j. ff. de re iudi. & dixi
suprà sing. lxxx. & tradit Ang. Are. in d. §. actionum. nu. 3 ver.
in ea. gl. ibi, sed cur in bonæ fidei. insti. de actio. & adde Alex.
in apostil. ad Bar. in d. l. iiij. Gab. Sar.

X C I.

1 *Maritus si de consensu vxoris in prædio dotali expensas volupta-
rias faciat, eas non potest repetere, sed permittitur abrasio, vel
euulsio. nisi mulier tantum dare velit, quantū ipse habere pos-
sit de ipsis rebus abrasis, vel auulsis.*

NOta casum, contra quem quilibet prima facie di
ceret, quòd vbi † maritus de consensu, vel manda
to vxoris facit in prædio dotali expensas voluptua-
rias, vel picturas, vel parietes marmoreos, vel similia, non
potest ipse, vel hæredes sui repetere illas, vel retinere: sed
permittitur abrasio, vel euulsio: nisi pars mulieris vellet
tantum dare quantum ipse habere posset de ipsis rebus
abrasis, vel euulsis, vt est text. singularis in l. pro volupta-
riis ff. de impēsis. iuncta l. in fundo. ff. de rei vendi. & con-
tra casum legis illius dixit gl. quæ est institut. de actio. §.
item si de dote.

ANNOTATIO.

Idem refert & sequitur Do. Bap. à S. Blasio in suo tract. de priui-
legiis dotalibus. in centuria quarta in xxvij. priui. nu 2. & per
Ias. in l. diuortio. § impendia. in prin. nu. 1 & 2. & in §. vir in
fundo. ff. sol. ma. & per Bart. in d. l. in fundo. ff. de rei vendi. &
Alb. de Ruta. in d. l. pro voluptariis. ff. de impen. in reb. dotal.
fac. & Ang. Are. in §. propter. nu. 2. Insti. de actio.

X C I I.

1 *Via an probari possit esse publica per testes deponentes, quòd illac
publice itum fuit?*

1 NOta vnum dictum singulare. Ad probandam † viam
esse publicam non sufficit probari per testes, quòd publi
ce itum fuerit per omnes per longum tempus, in l. j. §. . ff.
de his quæ in test. delen. Qualiter autem publica dicatur
via? vide tex. in l. ij. §. viarum. ff. ne quid in loco pub.

ANNOTATIO.

L. j §. . ff. de his quæ in test. del. non probat intētionem Matt. sed
voluit allegare legem, quæ hoc probat in l. j § j. ver. publicè.
ff. de his qui deiec. vel effu. & hoc refert & sequitur concius
meus Cæpo. in tract. de ser. rust. prædi. in tit. de ser. viæ. nu.
ver. & nota sing. vt id prosequitur, & summè commēdat. Et
ideo si quis accusat viam publicam occupasse, & testes depo
nentes super accusatione dicant illhac publicè itū fuisse, non
probatur per prædicta, & tenet Alex. in l. j. ff. de loc. & itin. pub.
& in l. j. ff. de vi pub. in apostil. ad Bar. vbi dicit esse rationem,
quia habent interesse in causa, & tradit Io. Arno. in problem.
xcj (ut) è mihi ex facto. & per dom. meum do. And. Alcia. in l.
quantum ad iuris. in ver. via. ff. de ver. sig. Gab. Sar.

X C I I I.

1 *Sententia propriè intelligitur de diffinitiua.*

1 NOta, quòd sub hoc vocabulo, Sentētia, † propriè &
strictè sumpto, comprehenditur solùm diffinitiua. l.
quod

quòd iussit.ff.de re indi.& probatur in l.j.§ biduum.ff.quan.
appel.sit. Ad hoc facit etiam gl.in c.cùm olim.de testi.& ibi
tenet do.Ant.de But.

ANNOTATIO.

1 *Sententiæ appellatione in dubio intelligitur de diffinitiua, non de interlocutoria.*

2 *Statuto disponente, quòd de sententijs debeat solui gabella, non soluetur de interlocutoria.*

3 *Statutum si dicat, quòd à sententijs non possit appellari, intelligitur de diffinitiuis tantùm.*

4 *Statutum si dictet, quòd sententia ferri non possit sine consilio sapientis, intelligitur de diffinitiua, non de interlocutoria.*

5 *Statutum si arctet arbitrum ad finiendum causam intra mensem, intelligitur per diffinitiuam sententiam, nec sufficit absoluere partes ab obseruatione iudicij.*

1 In dubio† appellatione sententiæ intelligitur de diffinitiua
& non de interlocutoria, & sic in potiori significatu in l.j.§
biduum.etiam ibi gl.in ver.sententiæ.ff.quan.app.sit.& glo.
iuncto tex.in d.l.suo [illegible] hic alleg.ff.de re iud.& glo.in
c.cùm olim.de te[illegible].Et hoc [illegible] inter [illegible] multi etiam [illegible]
idem Matth.in l. [illegible] ante.col.ij.versic.[illegible] notate ex ista
glossa.C quomodo & quando iud.Et probatur in l.diecre.ff.
de arbi.& facit tex.in c.veniens.in prin.de iureiuran.& tex.in
l.quid ergo.§.q[illegible]um.& ibi not.Bal.ff.de his qui notan.in-
fa.& voluit Bal.in l.ij.C.de arbi.Et ideo dixit [illegible] Bal.in ad-
dit.Spec.in titu.de sen.[illegible] rolat.col.ij.quòd si unie statuto,
2 †quòd de sententiis debea[illegible] gabella, non soluetur de sen
3 tentia interlocutoria. Et ibi subdit, quòd statutum † dicit,
quòd à sententiis non possit appellari, intelligetur à diffiniti-
uis tantùm. Quod etiam voluit Guli.de Cun & Bal.in l.si ex
causa.in § nunc uidendum.ff.de minor.& Bal.in l.prima.cir-
ca vlti.col.C.ne lic.tert.prouoc.& Bal.in l. post sententiam.
C.de sent.et l.ij.& in l.j.C.si de momen.possel.fuer.appell.&
in l.j.ff.de offi.præt.Et subdit etiam Bal.in d.l.j.C.ne lic ter.
4 prouoc.quòd si statutum dicat,† quòd sententia ferri nõ pos-
sit sine cõsilio sapientis, quòd intelligatur de diffinitiua, non
autem de interlocutoria, alleg.glo in d.§ biduum.quam do-
ctrinam sequutus est Lud.Ro.in l.si quis mihi bona.§.pen.ff.
de acqui hære.Et dixit notabiliter Bar.in d.l.diecre.ff.de ar-
5 bit.quòd† si statutum arctat arbitrum ad finiendum causam
intra mensem, quòd intelligetur per diffinitiuam sententiam:
& ideo non sufficeret tunc absoluere partes ab obseruatione
iudicii, de quo per eum in l.generali.C.de decur.libr.x.& per
Bal.in l.iusiurandum & ad pecunias.§.ff.de iureiurand. Et
dicit Card.in c.vt debitus.insi.de appel.quòd statutum pro-
hibens appellare à sententia, intelligitur diffinitiua: & ita di-
cit consuluisse Bal.in ciuitate Pistoriũ, & voluit do. Philip.de
Perus.post Abb.in c.pastoralis.in vj.q.de appel. Faciunt alia
suprà allegata, nu.3.pro quibus faciunt etiam dicta per Abb.
in ea.super eo.ij.de appel.& per Imo post Card.in c.quod fa
cit.ij.col.de electio.& per Card.consi.lxxiiij.incip.Tutus nũc
sunt in fine secundi dubii.& per gl.in l.qui vltimò.ff.de pœ-
nis.& per Bar.in extrauag.qui sint rebelles.in versi.rebellan-
do.col.j.& Pau.de Cast.consi.clxxxiij.inci in causa.col.iij.&
per Ang.in l.j circa medium.ff.de inoffi.testam.& per Alex.
consi.5 incip.visis actis.volu.ij.& latè per Hippo.de Marti.
in l.de minore.§ plurimũ quoque.nu.16.ff.de mino & per
Rober.Maran.in suo Spe.aureo,in iij.parte vj.partis principa
lis,in prin.char.clviij.

XCIIII.

1 *Verbum si strictam & largam significationem habeat, & larga & stricta secundum subiectam materiam fienda erit interpretatio.*

1 NOta mirabilem regulam, quòd† vbicunque vnũ vo-
cabulum habet duo significata, vnum largum, & a-
liud strictũ,si inueniatur in materia exorbitanti seu stri-
cta, debet accipi in significato stricto, vt de rescrip.c.Ro-
dulphus. vbi verbum, Diœcesis, quod large significat Ci-
uitatem & Comitatum, sed stricte pro Comitatu accipi-
tur ad res, & ad lites. Et ad idem Insti.qui da.tut.pos.in fi.
vbi appellatione filiorum non comprehenduntur nepo-
tes in materia odiosa, vt est quando pater dedit tutorem
filiis. Hæc tamen regula debet limitari, nisi aliter dica-
mus propter communem vsum loquendi regionis, vt in-
fra in c.ij.nu.patebit.

ANNOTATIO.

1 *Dispositio quamuis stricta, non debet accipi in stricto significatu, quando dispositio redderetur elusoria, vel posset fieri fraus.*

2 *Statutum si dicat, quòd maleficium commissum in ciuitate puniatur arbitrio Potestatis, istud arbitrium an extendatur ad maleficia commissa extra ciuitatem?*

3 *Vsus regionis in vocabulorum interpretatione inspicitur.*

Adde Card.in cle.ne Romani.§.sanè.in vij & viij.q.de elec.Arc.
in l.cum lege.ff.de testa.Iat.in l.ij.nu.3.4.& seq.& col.pe.in iij.
no.C.de in ius voc.& Ab.in d.c.Rodulphus.in j.no.& ibi do.
Seb Sapia.in addi.hoc dictum Matth.refert & sequitur, & idẽ
dicit tenere Deci.in c.j.col.v.de proba.Et late per do.Bulga-
rinum Senens in repe.sua rub.ff.sol.ma.in col.pe.& vlt.& Fe
1 li.in prooemio Decre.nu 6 Limitatur† tamen hæc conclusio,
nisi dispositio quamuis stricta redderetur elusoria, vel posset
fieri fraus, vt per Abb.in d.c.Rodulphus.& ibi Feli.in col.ij.
nu.6. vbi etiã imitat, nisi aliâs dispositio fieret elusoria. Vel
nisi essemus in materia larga, vel indifferẽti, quia tunc accipi-
tur in larga significatione, vt ibi per eũ nu.11. Et notandũ est
2 quod dixit Bal.in d.cap.Rodulphus.quòd† si statutum dicat,
quòd maleficia commissa in ciuitate puniantur arbitrio Po-
testatis, istud arbitrium non extenditur ad maleficia cõmissa
extra ciuitatem, quia est extraordinarium, & contra ius com-
mune: & illum ibi sequitur etiam Feli.quod est menti tenen-
dum, & latissimè tradit do. Hier. Cagno.in l.semper in obscu
ris.ff.de reg.iu. Et elegãter per dominum meum do. And. Al-
ciat.in primo lib.de ver.sig.in primo & secundo articulo. Et
3 quòd† vsus regionis inspiciatur, tradit Phil. Fran.in reg.inspi
cimus.de reg.iu.in vj.per illũ tex.& Io.And.in reg.in obscu-
ris.eo.tit.in vj.probatúrque in l.semper in stipulationibus.ff.
de reg.iu.& per Cur.in trac.de consue.super c.fi.in xij.q.faciũt
quæ idem Matth.allegat infrà sing.seq.in fi. G.S.

XCV.

1 *Bestiæ appellatione propriè comprehenduntur solùm animalia fera, nisi communis vsus loquendi regionis aliud suadeat.*

2 *Asinus vtrùm veniat appellatione bestiæ?*

1 NOta vnum mirabile, † q bestiæ appellatione de
proprio & stricto significato comprehenduntur
solum animalia fera, vt Leones, Vrsi, &c. Et ideo
in materia exorbitanti & stricta animalia domestica vel
mansueta non comprehenduntur.l.j.§.bestias.ff.de po-
stu. Vulgò tamen inter scholares solet derideri quidã iu-
dex de Grosseto dictus Montonus, qui credidit famoso
aduocato Asinum pro bestia non haberi, ad hoc allegãti
rubricam, quæ non habetur C.de Asinis & bestiis non ha
2 bendis.lib.xij. Sed dictũ† aduocati illius, & sententia iu-
dicis videtur posse sustentari per d.§.bestias. Prædicta ta
men limitari debent, nisi communi vsu loquendi regio-
nis animalia domestica vocarentur bestiæ, quia tali si-
gnificato standum est: nam in statutis etiam exorbitan-
tibus & correctiuis iuris communis verba debent acci-
pi pro loco secundum communem vsum loquendi regio
nis, non obstante q in lege aliter tale vocabulũ accipia-
tur.l.cùm de Lanionis.§.Asinam molendinariam.ff.de
fun.instru.& in l.Labeo.ff de supel.leg.& in c.ex literis.j.
de spon.l.j.in prin.ff.de suis & leg.vbi tenet hoc Bar.

ADDITIO.

Nota vnum mirabile, &c. Ad istud no.vide etiã Ang.in §.bestias.
hic alleg.& quòd in statutis etiam correctoriis verba capian
tur secundum communem vsum loquendi, vide Per.post a-
lios in proœ.Decretal.vbi etiam Feli.in gl.j.col.iij.& seq.vbi
plenè & eleganter loquitur in ista materia, & facit mentionẽ
de dicto Matthæi hic. Limitatur tamen ista materia notabili-
ter secundum Lud.Ro.sing.cccxxij.inci.communis doctri-
na.vbi vide quæ satis plenè addita sunt.

ANNOTATIO.

1 *Consuetudini standum est.*

2 *Bestiæ appellatione venit tantùm fera, non animal domesticum, nisi consuetudo sit in contrarium.*

3 *Statuto si caueatur, quòd dimittens bestias sine custodia puniatur, an intelligatur solùm de bestijs feris, an etiam de mansuetis?*

4 *Iumentorum, pecorum, & armentorum appellatione quid veniat?*

5 *Communis vsus loquendi an habeat locum in statutis.*

Idem refert & sequitur Alex. in addit. ad Bart. in d. l. j. § remouet.
1 ff. de postu. vbi † dicit standum esse consuetudini, & allegat l.
anniculus amittitur. in prin. ff. de ver. sig. & conciuis meus Cæ
pol. in l. iumentorum. col. fi. nu. 11. ver. quarto tamen. ff. de edi.
edic. qui hoc dictum refert & sequitur. Et latè tradit Lauren.
Sylua. consi. lxxij. nu. 5. Et quia hîc de Asino facta est mẽtio,
adde quæ de eo iocosè scribit M Mantua in cõsil. lxxvj. extat
hîc Paduæ. Vnde quo ad propositũ ex prædictis colligit Bar.
2 in d. § remouet. in j. no. quòd † appellatione bestiæ venit tan-
tùm fera, non animal domesticum, nisi consuetudo sit in con
3 trarium. Et † si statuto caueatur, quòd dimittẽs bestias sine cu
stodia puniatur, an intelligatur solùm de bestiis feris, an etiã
de mansuetis, tradit Albe. de Rosa. in tract. stat. ij. parte. quæst.
4 xcviij. Et † quid veniat appellatione iumentorum. pecorũ, &
armentorum, tradit idem Cæpo. in d. l. iumentorũ. nu. 2. 3. 12.
5 & 13. ff. de ædil. edic. Et † quòd communis vsus loquendi ha-
beat locum in statutis, tradit latè Felin. in procœmio Decre. in
prin. nu. 6. & Nic. Euer. in loco ab opinione vulgi. col. pe. ver.
& tertius casus. & latissimè per vberrimum doctorẽ du. And.
Tiraq. in tract. de retractu cõsang. in § ij. in versi illius osten
dere contractum. nu. 5. char. cxxij. Gab. Sar.

XCVI.

1 *Furti an teneatur is, cuius persuasione factum fuit furtum, quãdo fur illud aliâs erat facturus.*

1 NOta, quòd is † cuius consilio seu persuasione factum est
furtum, non tenetur actione furti, quando fur erat
aliàs hoc facturus, etiam sine hoc consilio, vt est text. sing.
Insti. de oblig. ex deli. in §. ope. vbi gl. hoc tenet. Bart. ta-
men dicit contra casum illius §. in l. non solum. §. si man
dato. ff. de iniur. cuius opinionem videtur sequi do. Io. de
Lig. in c. mulieres. de sen. excom.

ADDITIO.

Nota, quòd is, cuius, &c. Ibi, quando fur erat. Adde Sal. in l. j. C. de rap. virg. vbi diffusè loquitur & Bal. melius, quàm alibi, in l. ob hæc verba. in ij col. ff. de infa. & per doct. in locis allegatis plenè per Magistrum meum in l. j. colum. iiij. & seq. C. de ser. fugit.

ANNOTATIO.

1 *Ex Consilio, vel ex mandato, an teneatur ille, qui id aliâs facturo dedit.*
2 *Mandatarius si erat aliâs omnino facturus maleficium, mandans non tenebitur de mandato, sed tantum tanquam instigator & persuadens.*
3 *Indicia, ex quibus patere possit, quòd mandatarius aliâs erat homicidium commissurus.*
4 *In dubio an præsumatur, quòd quis erat aliâs facturus maleficiũ, constito de mandato?*

1 Multi negant † eum teneri ex consilio, vel mandato, qui id
aliâs facturo dedit, de quo vide gl. in l. sæpè. §. item dubitatũ.
in ver. condici. & ibi Bar. & dominus meus Alciat. ff. de verb.
sig. glo. in l. non solùm. §. si mandato. in ver. Attilicinus. & in
ver. nolenti. & ibi Bar. col. vlt. & alij ff. de iureiur. & in l. con-
silij. & ibi latè doc. & maximè Deci. ff. de reg. iuris. & in l. j. §.
persuadere. in ver. furtum facturus. ff. de ser. corrup. & in §.
interdũ quoque furti. in ver. ope. in glo. vlti. hîc alleg. Instit.
de oblig. quæ ex delic. nascun. & in c. nuper. in ver. consiliũ
impendendo. & ibi Doct. de sent. excommu. Hosti. & Abb.
in c. ex literis. de excep. prælat. Dyn. in c. nullus ex consilio.
de reg. iur. in vj. Pau. de Leaz. in clem. j. & ibi Imol. col. iiij. de
pœnis. Gandin. in tract. malefici. in tit. de pœnis reorum. nu.
36. Alber. de Rosa. & Bal. in l. ob hæc verba. ff. de his qui no-
tan. infam. Bal. in l. j. col. ij. & ibi Ias. col. iiij. versi. non omitto.
C. de ser. fug. & Bal. in l. data. col. xij. versi. consilium quoque
pœna mortis. C. qui accusa. non poss. & in l. non ideo minus.
col. pen. in xij. q. C. de accusat. & in l. obseruare. §. post hæc in
xij. q. ff. de offic. procon. & in cap. j. col. iiij. ver. quid si præsti-
terit. post Andr. de Yser. ibi, quibus modis feud. amitta. & cõ-
si. cel. in quæstione domini. colum. ij. versi. secundò est viden
dum. vol. quinto. Angel. cõsi. xxij. pro decisione. Cardin. Flo-
rentin. in clemen. j. in xvj. quæstione & opposi. eiusdẽ. de fo-
ro compe. Sali. in l. j. col. viij. C. de raptu virg. Imol. in c. que-
relam. in fi. de electio. Doctores in cap. j. de offic. deleg. Cor-
ne. consilio lvij. egregiè allegatur. colum. ij. versi. & quando
est par. vol. iiij. Ang. Aret. in §. j. Instit. de manda. & in tract.
maleficior. in ver. & Sempronium Rodulphi. col. pen. versic.
vigesimosecundò quarto. Et ibi August. Arimi. in addi. Con-
ciuis meus Cæpola cautela xxxix. vidimus quamplures. ad
finem. Fel. in cap. sicut dignum. colum. iiij. ver. no. ibi animũ
regis. de homicid. & tradit And. Tiraquel. in tracta. de retra-
ctu consanguin. §. xv. versi. post litis contestationem. in glo.
ij. nume 13. versi. sed vt videamus. Et plenè post omnes tradit
Petr. Dueñas in regula cxlix. incip. consulens & persuadens. in
2 prin. Vnde infertur, † quòd si mandatarius erat aliàs omnino fa-
cturus maleficium, quòd tunc nõ tenebitur de mandato, sed tan
quã instigator & persuasor, vt no. Bal. in l. j. col. ij. C. de ser. fu-
3 gi. & Ang. in d. consil. xxij. Corne. consi. lix. vol. iiij. Patet autẽ
† quòd aliàs erat facturus, si præcesserit inimicitia capitalis inter
mãdatarium, & occisum, vel minæ præcedentes ipsius manda
tarij, vel præparamenta per eum facta: Nam tunc ex his minis
præcedentibus, si erat solitus minas mittere ad effectũ, vt per
Fel. in d. c. sicut dignũ. de homi. in iij. conclusione. tunc præsu
mitur, quòd erat aliàs facturus. Vel si nulla extet inimicitia
mandantis cum occiso, vt per Bal. in d. l. j. versi. & ille dicitur
mandare. C. de ser. fug. Debet etiam esse mandatum superiori
ab inferiore, & tunc his tribus concurrentibus non tenetur,
quia præsumitur aliàs facturus: secus si superior mandat infe
riori, vt per Ias. in d. l. j in iiij. col. & hoc dicit ibi Pau. de Cast.
esse menti tenendum, ex quo potest quis amicum euadere, &
pecunias lucrari, & ita etiam Alex. consuluit cõsil. cxxvij. vol.
iiij. Contrarium tamen in hoc tenet Bald. in l. metum. C. quod
me. cau. alleg. c. cùm quis. de sen. exc. in vj. vbi dicit, quòd si fi
eret nomine mandantis mandans non excusatur, licet manda-
tarius esset aliàs facturus. & in l. j. in princ. ff. de eo per quẽ fa-
ctum erit. vbi Ang. allegat glo. in l. apud Celsum. in prin. ff. ex
qui. cau. in possess. eatur. Sed quòd excusetur tenet Cæpol. in
d. caute. xxxix. & Bal. in d. l. ob hæc verba. ff. de infamib. & in
d. l. data opera. col. xxiiij. C. qui accus. pos. & in d. l. j. C. de ser.
fugi. Et no. gl. in d. §. ope. insti. de obli. quæ ex delicto nasc. &
Io. Fab. insti. de mandato. in prin. & Feli. in d. c. sicut dignum.
Bal. in c. j. §. iniuria. col. pe. de pace iura. firman. Ias. in l. si quis
mihi bona. §. sed quid si mandauit. circa fi. ff. de acq. hær. Hip-
po. de Marsi. consi. lxj. & Ias. in d. l. j. concludit cõmuniter te-
neri non debere fieri talem distinctionem in mandante, licet
4 in consulẽte, & persuadente sic. Et an in dubio † præsumatur
quòd erat aliàs facturus constito de mandato, sed quòd fece-
rit ad mandatum mãdantis, habetur per Dy. in c. in obscuris.
de reg. iu. in vj. per Bald. in d. l. ob hæc verba. & in l. j. C. de ser.
fug. & in l. data opera. col xvij. Feli. in d. c. sicut dignum. Ias. in
l. si is qui pro emptore. ff. de vsuc. Alex. consil. ciij. vol. 4. Hipp.
de Mars. sing. ccxviij. regulam habemus. & in l. j §. diuus. ff. de
sica. & per Tho. Gram. in voto vj. ver. nec videtur. vbi dicit,
quòd si præcessit odium mandatarij, præsumitur ex odio, &
non mandato occidisse. Et tradit Ludouic. Carrer. in practic.
crimi. in §. circa. ij. nu. 75. Gab. Sar.

XCVII.

1 *Sententia absolutoria quando solum exceptio rei iudicatæ inducatur, & quando actio tollatur ipso iure?*

NOta vnam bonam doctrinam, quam pauci sciunt,
1 quòd illa regula, qua cauetur, quòd vbi † actor habet ve-
ra actionem, per sententiam absolutoriã inducitur solũ
exceptio rei iudicatæ, non autem tollitur actio ipso iure,
insti. de actio. §. in bonæ fidei. Quod tamẽ intellige, quan
do sententia absolutoria fuit iniusta. si autem fuit iusta,
quia fuit opposita aliqua exceptio perẽptoria legitima,
tunc actio in totũ tollitur ipso iure, & sic quodammodo
obstat exceptio, & redditur incerta cum sententia l. si plu
res. in prin. ff. de fide. vbi Bar. hoc tenet. idem tenet in l. Iu
lianus verum debitorem. ff. de condi. indeb.

ADDITIONES.

Nota vnam bonam doctrinam, &c. Ad istud notabile vide Mag. meum limitantem in l. si vnus §. pactus ne peteret. colum. viij. ver. in tertio tempore. ff. de pact. vide etiam eũdem Mag. meũ in l. Iulianus verum debitorem. hic alle. col. iij post princ. vbi etiam tangit de isto dicto.

Vide tex. & ibi doc. in l. ij. ff. de excep. rei iud. Et idem tenet Bart. in d. l. si plures. in princ ff de fideiussor. & Bar. in d l. Iulianus. hic alle. Contra tamen Bar. communiter tenent doctores Bal. Ang. Fulg. in l. si vnus §. pactus ne peteret. ff. de pact. Cyn. in l. exceptionem. C. de proba. Et in l. pacta quæ contra. C. de pac.

Sali. in

Sali.in l.pacta nouissima.C.de pact.Imo Raph.Com.& Pau. de Castro,in dicta l.si plures.Et Pau.de Castro in dicta l. Iulianus. Gab.Sar.

XCVIII.

1 *Exceptio.quòd mulier tanquam procuratrix in iudicio non sit audienda,est dilatoria.*

1 NOta tex.quem pauci sciunt,quòd hæc exceptio, mulier non debet† audiri in iudicio nomine alieno vt procuratrix actoris vel rei,est dilatoria,& ideo non potest opponi post litem contestatam,sicut non potest opponi contra militem,vt insti.de except.§.penulti.vt not. glo.in l.ita demum.C.de procu.quæ tamen non fuit memor illius §.

ANNOTATIO.

1 *Exceptio procuratoria,seu alia dilatoria debet opponi ante litem contestatam.*

2 *Exceptio qualibet dilatoria quando possit opponi in quacunque parte iudicii.*

3 *Exceptio dilatoria,qua reddit processum retro nullum,potest opponi etiam post litem contestatam*

4 *Aduocatus opponens post litem contestatam exceptionem dilatoriam qua debuit opponi ante,punitur ad vnam libram auri.*

5 *Mulier an & pro quibus procuratrix esse possit?*

6 *Mulier in extraiudicialibus procuratrix constitui potest.*

7 *Mulier licet ex forma statuti obligari non possit,tamen officium procuratoris ad negotia suscipere potest.*

8 *Abbatissa potest constitui procuratrix pro monasterio.*

9 *Mulier potest esse procuratrix,vbi agitur de salute animæ.*

Istud optimè probatur per glos.in d.l.ita demum.C.de procu &
1 ibi Bar.vbi ex hoc infert,quòd exceptio† procuratoria,seu alia dilatoria debet opponi ante litem cõtestatam, vt in l.fi.C. de excep.& in l.Põponius §.rati ff.de procu.& in l.exceptio-
2 nem.C.de procur.In materia tamen† adde, quòd fallit dicta regula,quando exceptio superuenisset post litem contestatã, quia in quacunque parte iudicii superuenit exceptio, opponi potest,vt no.Alex.& doct.in l.si mulier.ff.solu.ma.& Pau. de Cast.in l.fi.C.de exce.& gl.& Bar in l.ij.C.de cõsor. eiusd. lit.Quod tamen intellige,quando ex facto aduersarii superuenit post litem contestatã.Secus si ex facto ipsius opponentis,sine facto aduersarii,quia opponi tunc non potest secundum Bar.in l.ij §.numerum.ff.de excusa.tuto.Secundò limi-
3 tatur† nisi esset exceptio dilatoria,quæ reddit processum retro nullum,quia tunc opponi potest etiam post litem contestatam.l.licet.& ibi Bar.& doct.C.de procu.& Sali.in l.quod quis.C.eo.ti.& Bal.in l.j.col.j.C.de iuris & facti igno.Feli.in c.exceptionem.col.ix.ver.fallit octauò.de exceptio.Reliquas fallentias,per quas exceptio dilatoria opponatur post litem contestatam ponit Fel.plenè in d.c.exceptioné.Et per Alex.
4 & Mod.in d.l.ita demum.C.de procu.Si autem† exceptio dilatoria quæ debet ante litem contestatam opponi, fuerit opposita post,punitur aduocatus oppouẽs ad vnam librã auri, tex.est in l.pe.C.de exce.& tenet Pau.de Cast.in cõsil.cclxxvj.
5 col.j.vol.j.Et dũ hic dicitur† mulier procuratrix esse nõ potest,dic nisi pro se & pro aliis quibusdã personis,de quibus habetur in l.j.§.ii.ff.de postulan.Ex hoc probatur in d.l.j.§.sexũ. & in l.neque fœmina.ff.de procur.& in l.alienam.C.eo.tit.&
6 hoc procedit in iudicio.In extraiudicialibus† verò procuratrix constitui potest,vt no.Bar.in l.fœminæ.ff.de regu.iur.per tex.in l.iij.§ j.ff.de neg.gest.& idem tenet Alb.de Ros.& doctor.in d.l.alienam.& Abb.in c.cũ dilecta.de confirmat vtili vel inuti.& facit l.si quis.§.si cui mandauero.vers.si mater.
7 ff.mãd.Et ideo licet† mulier ex forma statuti obligari nõ possit,tamen officium procuratoris ad negotia suscipere potest, vt no.voluit Ang.in l.quamuis.ff.de acq pos.Item fallit in iudicio voluntariæ iurisdictionis,vt no.Bald.per illum tex.in l. fi.§ id quoque.C.commu.de manu.Item fallit in quinque ca-
8 sibus notatis per Spe.in tit.de procu.§.j Item fallit† in abbatissa,quæ procuratrix pro monasterio constitui potest.d.c.cũ dilecta.de confir.vtili.vbi gl.in versi.procuratricem.de quo no.per gl.in c.dilecti.de arb.Itẽ fallit in casu,quẽ ponit Bart. in fauorem pupilli,vel minoris.l.ij.in fi.C.de neg.gest.Itẽ fallit,quando esset procedendum de æquitate remotis apicibus iuris,vt no.Bal.per illum text.in l.fideiussor.§.quidã.mandati.
9 Ex quo infertur,† quòd vbi agitur de salute animæ,mulier poterat esse procuratrix,quia tali casu non est disputandũ de apicibus iuris,vt no.Arch.in c.scriptũ.vj.q.iij.Et ita dixit Anto.de Alex.in d.l.alienã.C.de procur.& latè Deci in d.c.cùm dilecta.de confirma.vtili vel inutili.& in d.l.fœminæ.nu.16. versi.quintò mulier.ff.de reg.iur. Gab.Sar.

XCIX.

1 *Stuprans virginem,vel viduam honestè viuentem, an puniatur pœna capitali,vel confiscatione bonorum?*

2 *Intellectus l.j.§.huic pœna.C.de rap.virg.*

1 NOta tex.quem pauci sciunt,quòd† stuprans siue virginem,siue viduam honestè viuentẽ non punitur pœna capitali:sed solùm pœna cõfiscationis partis omnium bonorum suorum,nisi sit vilis,vel infamis de iure vel de facto:quia tunc relegabitur & castigabitur in corpore,putà,quia fustigabitur.vt Insti.de pub.iud.§.itẽ
2 lex Iulia.de adul.Nec obst.† l.j.§.huic pœnæ.C.de rap.vir. vbi tex.videtur velle,quòd sit pœna capitalis,siue quis habuit rẽ cum virgine ea volente,siue inuita.Quia ille text. debet intelligi secundũ præcedentia,scilicet, vbi violentia interuenit in rapina mulieris:vt quia quis rapuit per vim mulierem de domo patris,vel fratrum, ipsis resistentibus:quia talis punitur pœna capitali,etiam si mulier diceret,ego sum cõtenta.& pro hoc facit Insti.de pub.iudi. §.si autem per vim.vbi cõfirmatur dispositio d.l.j.& sic non est verisimile,quòd sit correcta per §.item lex Iulia. quod est menti tenendum.

ANNOTATIO.

1 *Stuprum violentum qua pœna puniatur,& qua pœna spontaneũ.*

2 *Stuprum commissum cum promissionibus & blandis verbis, an capite puniatur?*

3 *Iuuenis si puellam proiecit in terram,& eã per vim cognouit, vel stuprauit,non debet mori,sed alia pœna mitiori puniri.*

4 *Stuprans puellam an vltra pœnam corporalem teneatur ad dandum tot bona puella stuprata,quòd possit se dotare?*

5 *Virginem immaturam stuprans,qua pœna puniatur?*

6 *Stuprans mulierem impudicam,an teneatur de stupro?*

7 *Stupri violenti pœna non tenetur,qui cognouit etiã per vim eam, quam aliàs sponte carnaliter anteà cognouerat,vel anteà fuerat sponte ab alio cognita.*

8 *Intellectus l.stuprum.ff.de ritu nup.*

9 *Coitus omnis præter vxorium & matrimonialem de iure Canonico est prohibitus & punibilis.*

10 *Ancilla cauponis si stupretur,datur tantùm actio iniuriarum contra stuprantem.*

11 *Concubinatus de iure ciuili est permissus.*

12 *Tutor pupillã stuprãs deportatur,& omnia eius bona publicãtur.*

13 *Mulier nobilis si proprio seruo carnaliter commiscens,capite punitur,& seruus igne comburitur.*

14 *Clericus ob stuprum debet deponi. Et quid si vis interueniat?*

15 *Puella si iniuriã remittat,an stuprans eam dare dotem teneatur?*

16 *Clericus si extra polluendo fecit grauidam virginem,an tunc puniatur de stupro,& ad præstationem dotis?*

Idem refert & sequitur August.Arim.in addi.Ang.in tract.maleficiorum,in vers.*che has adulterato la mia donna.*in additio.incipi.tu autẽ in hac materia de multiplici modo peccandi.nu.54. versi.itẽ in hac materia adde ea.Et Tho.Gram.in voto xvij. nu.3.Et hoc dictũ Matthæi sequitur,& multum exclãmat do. Barth.Chassæ.in commentariis consue.Burgund.in rubr j.in tit.*Des iustices,& droits d'iceulx.*nu.40.vbi multa in hac materia singularia accumulat.Et do.Bernnndus Choueronius in 22 commentariis in titulum de publicis concubinariis.in cõcordatis.in rub.de stupro.inci.de quarta specie.nu.29.charta cix.
1 Vt autem plenius pœna stupri pateat,dic† quòd stuprum aut est cõmissum absque vi,& punitur pœna dimidiæ partis bonorũ,si est vir honestus,humilis verò pœna corporali,& relegationis,vt in d.§ item lex Iulia.Insti.de publ.iudi.& plenè per And.de Iser.in c.j.versi.contrahentium de incest nup.& Afflict.post And.de Iser.in consti.si quis rapere.iij.q.vbi dat cautelam,vt faciat mulierem ad se venire,& ipse nõ vadat ad domum mulieris,& protestetur eã habere in concubinam. Et per Thom.Grãma.in voto iij.& xvij.Gand.in tract malefi.in
2 rub.de var.quæstio.ex stat.col.vj.Aut stuprũ† est factum per veram vim,aut interpretatiuã, cũ promissionibus,& alliciamentis,& blandis verbis,& tũc est pœna capitis,vt in d.§ sin-antem per vim.Insti.de publi.iudi.& per Ang.in d.ver.*che has*

adulterato la mia donna.nu.53.versi.quæro quæ sit pœna. Sed
Gand.in d.rub.de multis quæstionibus ex stat.in fi.vj.col.di-
cit,quòd nisi concurrat qualitas raptus in stupro, non est pœ
3 na capitalis. Et ideò † si iuuenis puellam proiecit in terram, &
per vim cognouit,vel stuprauit,nō debet mori,sed alia pœna
puniri,putà,pœna legis Iuliæ de vi publica, vt deportetur, &
bona publicētur.l.j.§.item.ff.de vi publi.& ita tenuit Raph.
Comensis in consi.xcv. vbi loquitur in minore xxv.annis stu
4 prante,vt mitius puniatur. Vltra † autem pœnā corporalē di-
cit Paris de Puteo in tract.syndi.char.xliij.col.iiij.stuprātem
teneri ad dandum de eius bonis,tot bona mulieri stupratæ,quòd
possit se dotare,vt ibi per eū,& per Capol.consi.xxvj. Quid
5 † autem si virginem immaturam stuprauerit,an pœna capitis
puniatur?Guli.de Cu.in l.si quis non dicam rapere.C.de epi.
& cle.dicit talē esse deportandū,per l.si quis aliquid.§.non-
dum.ff.de pœ. per quem tex.dicit se euasisse iuuenem quendā
à morte.Et idem tenet Sig.de Homod.in consi.ccxix.Balsa-
men in d.l.si quis non dicam.dicit,si haberet iuuenē præ ma-
nibus,eum decapitaret:& Io.Fab.in d.§.item lex Iulia.Instit.
de pub.iud.dicit hunc maiori pœna puniendū,quàm si matu
6 ram stuprasset. Non † tenetur tamen quis de stupro,nisi mu-
lier esset honesta,non si impudica,vel ab aliis anteà cognita,
vt per Gand.in d.rub.de var.quæst.in malefi.col.ij.versi.quæ-
stio fuit de facto. Vbi autē per vim fuisset cognita,dic vt in-
frà de meretrice sing.cj. Limita etiam,nisi statim post stuprū
vænalem formā passim exhibuerit meretricio more:nā tunc
propter animum corruptum non tenetur de stupro.l.si eā.C.
de adul.& per Ia.de Belui.in pract.in titulo de lenonibus. Et
ideo per illum text.in d.l.si eam.dixit Gand.in rub.de aliqui-
bus quæstionibus.in malefi.col.ij.versi.quæstio de facto Mu
7 tinæ,quòd † si quis fuit accusatus quòd per vim cognouit, &
ille probet aliàs eam spōte cognouisse,vel ab alio eam fuisse
sponte cognitā,quòd non tenetur de violentia,nec de stupro
violento. Idem erit,si plures admittere soleat, licet secretè id
agat,quia non dicitur honestè viuere, prout requirit illa lex
Iulia de adul.d.§.itē lex Iulia.& ibi Io.Fab.& per Bar.in l.iij.
ff.de cond.ob turp.caus.vbi cōcludunt Doct. prædicti,quòd
tunc mulier ipsa perdit nomē & famā honestę matronæ Nec
8 † obst.l.stuprum.ff.de ritu nup.vbi dicitur,quòd stuprū com
mittitur etiam cū mulieribus,quæ turpiter viuunt, & à pluri
bus quæstum accipiunt,dūmodo id non palàm faciant. Nam
respondetur,quòd non negatur,quin cū mulieribus ipsis stu-
prum cōmittatur,quia mulier soluta est,& libera persona,sed
delictum non est punibile,cū sit factum illis licitè de iure ci-
uili propter inhonestam vitā,licet non sint publicæ meretri-
ces,tamē ex quo plures fornicantes admittunt,& personā suā
pluribus exponunt,accessus ad illas est impunibilis, quia non
dicuntur honestè viuere,vt requirūt iura,in l.inter liberas. &
9 in l.stuprum.ff.de adul.& d.§.item lex Iulia. De iure † tamen
canonico omnis coitus præter vxorios & matrimoniales, est
reprobatus,& punibilis.xxxij.q.ij.c.nemo.& c.meretrices. Li
mitatur etiā si mulier nō esset libera,sed serua,quia tunc tātū
datur dño actio legis Aquiliæ iniuriarū, aut de seruo corru-
pto,d.l.inter liberas ff.de adul.l.fi.ff.de of.præsi.l.pe.C.de ser.
10 corrup.Itē † si mulier sit libera,sed famula,vel aliàs vilis cōdi-
tionis,vt putà,existens in caupona,hospitiis, vel aliis similibus
locis abiectis,nam tunc habenti rem cū huiusmodi mulieri-
bus vilis conditionis non imponitur ista pœna,sed talis tamū
tenetur actione iniuriarū propter vilitatē personæ. l. quæ a-
dulteriū.& ibi gl.& Bar.C.de adul.& Bar.in d.l.inter liberas.
11 Fallit etiàm † in cōcubina retenta in domo,& indubitato affe
ctu:quia de iure ciuili licet cū ea habere concubitū absque a-
liqua pœna.l.ij.ff.de cōcub.& no.gl.in d.l.stuprum & in d.l
12 inter liberas.Fallit † insuper in tutore, qui pupillā stuprauit,
quia tutor deportatur,& omnia eius bona publicantur.l.j.C.
si quis eā,cui.gest.stup.ratio est, quia tutor datur loco patris,
personæ principaliter,ad illam nutriendā, & bonis, ac hone-
stis artibus,ac moribus instruendam,non autē ad stuprandū.
l.ij.ff.de admi.tut.Insti.eo.ti.in prin.& de tutel.in princ Fallit
13 vltimò † in muliere nobilis familiæ,quæ seruo proprio se car-
naliter cōmisit,quia mulier punitur pœna capitis, seruus
autem igne peribit.l.j.C.de mul.quæ ser.prop.se iūx.& tradit
Alex.in apost.ad Bar.in l.si vxor.ff.de adul.Pau.Gri.in tract.
de pœ.omnifa.coi.in vij q.& Lud.Carret.in prac.cri.in § cir
ca.iij.nu.303.& Hipp.de Marsi.in repe.l.j.C.de raptu virgi. De
14 iure † autem canonico clericus ob stuprū debet deponi,vt per
Ab.in c.at si clerici.de iudi.& in c.ij.de adult.vbi etiam dicit
quòd cogitur ad dotandum,& per Abb.in c.vt clericorū.de,
vita & hone.cler. vbi etiam dicit,quòd non sufficit eā dota-
te,sed etiam vltrà debet puniri pecunialiter, vel personaliter.
Si tamē per vim stuprum sit commissum per clericum, quòd
vltra depositionem,in carcerem & monasterium detruditur.
Et quid si sponte acquieuit,& non per vim,an puniatur de stu
pro,& an præsumatur?tradit Ang.in c.j.de adult. Vide tamen
Io.Bernar.Diaz,in sua practica crimi.Cano.in ver.stupri. vbi
tenet,quòd hoc casu talis mulier perdit ius petendi dotē quo
ad se:bene potest tamen accusare,& dotē petere.ad quod alle
gat Flor.in ij.parte summæ,tit.v.c.vj § j.nisi pater cōuenisset,
& pretium pro stupro habuisset. Et ibi subdit,quòd si virum
sumpsit deterioris cōditionis,quòd habetur respectus ad hoc
15 damnū,& quanta dos sit æstimanda. Et quid † si puella remit-
tat iniuriam,an stuprans dare dotem teneatur, & tenet quòd
16 sic,volente patre.& ibi no.q.quid si † clericus extrà possidēdo
fecit grauidam virginem, an tunc puniatur de stupro, & ad
præstationem dotis teneatur?Et concludit, quòd tenetur de
stupro,& quòd præstare debet dotem,vt ibi latius per eū, qui
latè ista omnia examinat. Gab.Sar.

C.

1 *Concubina coniugati,vel soluti reputatur mulier inhonestè vi-
uens.Fallit vt ibi.*

1 NOta,† quòd concubina alicuius coniugati vel solu-
ti reputatur mulier inhonestè viuens:& ideo alius ha
bens coitum cum ipsa nō potest puniri, nec accusari ab
eo,cuius illa erat concubina,vt est tex.in l.si vxor.in prin
cip.de adul.Fallit,quando Berta erat concubina patro-
ni sui,vt ibi dicitur. Illud verum,nisi filius habeat rē cum
concubina patris:& illa est iusta causa exhæredandi,vt in
auth.vt cum de appel.cog.in §.aliud quoque capitulum.
& in cap.Quintauallis.de iureiur.

ANNOTATIO.

1 *Concubina an dicatur castè viuere?*
2 *Concubina in quibus differat ab vxore?*
3 *Concubina coniugatorum reputantur meretrices.*
4 *Filius si habet rem cū cōcubina patris sui potest iustè exhæredari.*
5 *Vasallus priuatur feudo,tam si cum vxore domini concubuerit,
quam si cum eius concubina.*
6 *Concubina aliquando est melioris conditionis,quàm vxor.*

Hoc idem refert & sequitur Alex.in apostil.ad Bar.in d.l.si vxor.
1 ff.de adult.Et an concubina † dicatur castè viuere?tradit An-
ge.in auth.de trien.& semisse.in §.consideremus.in fi. col. uj.
2 vbi tenet quòd non.Et † in quibus differat concubina ab vxo
re,est tex.& ibi Bar.in l.itē legato.§.patui.ff.de leg.iij. Et vide
Ang.consi.clxxj.Petrus Campobranci.in secundo dubio.vbi
3 æquiparat concubinas,& meretrices. Quod † maximè proce-
dit in concubinis à coniugatis cum eorum vxoribus retētis, vt
concludit Deci.cōsi. cccccxxx. viso puncto,& septem dubiis.
4 nu.5.Et dum subdit,quòd † si filius habeat rem cum concubi-
5 na patris,ille potest iustè exhæredari,Adde in simili,quòd † vasal
lus priuatur feudo,tā si cū vxore domini concubuerit, quàm
si cum eius cōcubina,vt in §.prædictis modis.quæ fuit prima
causa benefic.amit.in vsibus feudo.& no. Alb.de Rosa.in l.in
6 concubinatu.ff.de concubinis. Adde tamen † quòd concubi-
na aliquando est melioris conditionis, quàm vxor, vt tradit
Pau de Castr.in l.donationis.nu.3 ff.de donat.& multa tradit
de concubinis Io.Bernar. Diaz,in sua practi.in versi. concu-
binarii.& latè declarat do.meus d. Andr. Alcia.in l. Masurius.
ff.de ver.signifi. Gab.Sar.

CI.

1 *Meretricem rapere,an capitale sit?*

1 NOta vnum,quod solent vulgares dicere,scilicet, non
est pœna † capitalis rapere meretricem,vel cu ea coi
re per vim. Punitur tamē extraordinariè pro crimine pœ
na iniuriarum,& ideo pœna arbitraria posset adeo arbi
trari, vt etiàm mors veniret imponenda, si iniuria esset ita
atrox,nam arbitriū a lege datū in maleficiis etiā ad mor
tem se extendit,si sit factum nimis graue, vide hæc omnia
per Bar.in l.fi.de rerum diui.nam etiam pœna stupri ha-
bet locum,vel alia pœna,vt est tex.in l.verum.in princ.ff.
de fur.& in l.j.in prin.à contrario sensu.C.de rap.virgi.

ANNO-

ANNOTATIO.

1 *Meretricem rapiens an teneatur pœna l. j. C. de rap. virgi.*
2 *Mulierem inhonestè viuere, quomodo probetur?*
3 *Meretricium non tollit affinitatem.*
4 *Meretricem rapiens extraordinaria pœna punitur: & quid de iure Regni Neapolitani sit?*
5 *Meretricem nuptam rapiens tenetur pœna l. j. C. de rap. virgi.*
6 *Virginem incedentem in habitu meretricio rapiens, non tenetur pœna l. j. C. de raptu virgi.*
7 *Meretrix nupta lenoni reputatur pro non nupta.*
8 *Scalas apponens ad muros, vel ad fenestras alicuius mulieris, licet puniri debeat pœna capitali, tamen fallit in meretrice.*
9 *Meretrix quæ stat in lupanari an possit cogi se cuilibet eam inire volenti prostituere?*

1 Verum rapiens† meretricem cadat in pœnam l. j. C. de rap. vir
gi. latè tradit Hippo. de Marsi. in repet. d. l. j. nu. 26. ver. modo
quæri potest. C. de rap. virg. & Lud. Carrer. in practi. cri. in §.
circa. iij. nu. 276. vbi concludunt, quòd aut non desinit mere-
tricari, & tunc non punitur, nisi habuerit iustam causam re-
cusandi, vt propter cõsanguinitatem, aut affinitatẽ, nam tũc
si rapitur, tenetur raptor: Aut pœnituit, & apparent signa pœ-
nitentiæ, & desinit meretricari, & tunc tenetur rapiens pœna
d. l. j. cùm inspiciatur tẽpus delicti, & ita dicit Guli. de Cun. in
l. raptores. C. de episc. & cle. & Bal. & Salic. distinguunt, quòd
aut meretrix erat nupta, & tunc tenetur. Plus sub dit Sali. ibi.
quòd si desierit meretricari, tamen non honestè viuebat, quia
erat facta concubina sacerdotis, & tunc non punitur pœna d.
2 l. j. Et quò† probetur mulierem inhonestè viuere, tradit Alex.
in consi. xiij. volu. vij. Aut dubitatur an desiisset meretricari,
non apparentibus signis pœnitentiæ, & tunc ex eius habitu,
& incessu iudicatur per l. item apud Labeonem. §. si quis vir-
ginem. ff. de iniur. & ibi reprobat dictũ Guli. & Cy. de cõsan-
guinitate, & affinitate per d. l. j. cùm nõ fuerit honesta. Quod
dictum Sali. Hippo. de Marsi. in d. l. j. nu. 42. in fi. reprobat, di-
3 cens quòd† meretricium non tollit affinitatem. Sed dicẽdum
est quòd Sali. bene loquitur per tex. in d. l. j. quæ requirit ho-
nestatem. Nec obstat, quòd non desinit esse affinis, nam verũ
est, vt puniatur alia pœna, quàm raptus, cùm in ea honestas re
quiratur, licet autem meretricis raptus non puniatur pœna d.
l. j. C. de raptu virgin. eo quòd ipsa corpus euulgauerit, tamen
4 extraordinaria † pœna puniẽdus erit, quod tenet Bal. in l. si. ff.
de rer. diuisio. Vnde Neapolitana cõstitutio pœna mortis pu
niendos esse statuit eos, qui vim meretricibus intulerint, vt in
titu. de violẽt. meretricib. illata. l. j. & nouissime tradit Didac.
Couarru. in iij. lib. variar. resolutionum. cap. xiij. nu. 2. versi.
sic quãuis violentia. & aliquid per Io. Baptist. Plotum in repe
ti. l. si quandu. C. vnde vi. in § perpetuò notabi. nu. 3. De cæ-
teris verò de penitente, & nupta meretrice v. de cõprobatio-
nes per Hippo. in d. l. j. nu. 43. & sequẽ. vbi plura ponit de me-
retrice & eius materia, & per eundem in l. maritus. ff. de quæ-
5 stio. & in l. j. §. diuus. ff. de sicar. Et quod† dictum est de mere-
trice nupta rapta, vt puniatur raptor pœna d. l. j & per Iason l.
6 ad egregias. ff. de iureiur. limita etiã † in virgine, nisi incessis-
set in habitu meretriciali, nam rapiens tũc non tenetur, vt per
Bonifa. de Vital. in tracta. malefic. in tit. de raptor. Limitatur
7 † etiam nisi fuisset nupta lenoni, quia tunc reputatur pro non
nupta, vt per Hippo. de Marsil. in d. l. j. nu. 45. Et per Catellia.
Cottam in memoral. in versi. meretrix vel aliter. in fi. vbi di-
8 xit, quòd licet† apponens scalas ad muros, vel ad fenestras ali
cuius mulieris puniri debeat pœna capitali l. si quis non dicã
rapere. C. de episc. & cler. Secus est in meretrice vt tenet Bal.
in d. l. ij. ff. de rerum diuisio. in vltimis verbis. Vnum tamẽ in
materia adde quod dixit Deci. in l. inuitus i emo. nu. 9. in fi.
9 ff. de reg. iur. quòd meretrix, † quæ stat in lupanari potest co-
gi se cuilibet eam inire volenti, prostituere. Quod tamen non
videtur verum, ne quis ad peccãdum cogatur, vt tenuit præce
ptor meus Do. And. Alcia. post Purpura. in l. rogasti. in prin.
in fi. versi. addit Decius. ff. si cer. peta. Gab. Saray.

CII.

1 *Testes si deponant Petrum cognouisse Bertam violenter, non probant vim esse Bertæ illatam à Petro, nisi aliud communis vsus loquendi suadeat.*

1 Nota, quòd si capitulũ† dicat quòd Petrus cogno-
uit Bertam violenter, & sic etiã hoc modo testes
deponant, non est probatũ quòd Petrus vim in-
tulerit Bertæ: quia illud vocabulũ, Violẽter, est dubium:
nam posset intelligi, quòd Berta vim intulerit Petro, vt
not. Bar. in l. ij. §. si. ff. de duo. reis. Sed fortè illud dictũ po
test limitari, nisi communis regionis vsus loquendi acci-
piat illa verba in violentia viri actiua, per ea quæ dixi su-
prà in notabili. xciiij.

ADDITIO.

Nota, quòd si capitulum, &c. An istud dictum Bart. mirabile faciunt quæ eleganter dicit Feli. vbi allegat Matth. hic in c. subditis. col. penul. de præscrip. & ibi videtur inhærere modificationi datæ per Matth. hic ad dictum Bar. Pro quo dicto vidẽtur etiam facere ea quæ notantur per scribentes præsertim Magist. meum in ij. & iij col. in l. non hoc. C. vnde legi. & per doct. c. in præsentia. de probatio. Mihi tamen placet prædicta modificatio de communi vsu loquendi, per ea quæ habẽtur in l. librorum. §. quod tamen Cassius. de leg. iij. per scribẽtem procem. Decret. vbi Feli. col. ij. vsque ad finẽ procemij per Magist. meum in rubr. de noui ope. nun. cum simi. cõcor. per Barb. cõsi. xxx incip. scribitur præclarè. vij. col. circa medium in prima parte, & consi. lviij. & consi. xxxv. in versi. verba debent. Adde etiam quòd Feli. in dicto procem. in gl. j. colum. iij. post prin. refert simpliciter istud dictum Matth. & dicit quòd Matth. subtiliter mordet Bar. Ad hoc vide etiã quæ dicit Feli. in c. super his col. vlti. post medium. de accu.

ANNOTATIO.

1 *Nomina verbalia possunt intelligi actiuè, & passiuè.*
2 *Violentia contra mulierem commissa quomodo debeat articulari, & probari.*
3 *Testis verba in dubio intelliguntur contra producentem.*
4 *Lapillus varijs modis accipitur.*
5 *Iudex ex officio potest repetere testes, vt declarent id, quod obscurè deposuerunt, & hoc etiam post conclusum in causa.*
6 *Testium dicta debent de necessitate concludere.*
7 *Mulieres viros appetunt, & in hoc eis est maxima cupiditas.*
8 *Mulieres mala propter luxuriam infatuantur.*
9 *Mulieres maximæ libidinis sæpissimè inuenta.*
10 *Messalina vxor Claudij Tiberij Cæsaris maximæ libidinis.*
11 *Agrippina Neronis filia concubitus appetens.*
12 *Galuia Crispillina fuit magistra libidinum Neronis.*
13 *Sappho plures coëundi modos inuenit, & suas ancillas subagitabat, & mutuò ab eis patiebatur.*
14 *Anthea vxor Præti Regis Arguorum Bellerophontem ad stuprum voluit inducere.*
15 *Mulieres multa olim libidinis sua explẽda causa viros rapuerũt.*
16 *Meretrix quædam Florentiæ fuit combusta, quia iuuenem quendam rapuerat.*
17 *Probatio dubia quando secundum dispositionem iuris communis ex communi vsu loquendi certa redderetur, valet.*
18 *Testium dicta intelliguntur secũdum cõmunem vsum loquendi.*
19 *Communis vsus loquendi, probari debet quòd esset tempore quo testes deposuerunt, & non sufficit probare, quòd nunc sit talis loquendi vsus.*

Idem tenet Bar. in l. si vxor. §. si quis vxorem. in fi. ver. vltimò so
lo vos scire. nu. 5. ff. ad leg. Iuliam. de adulte. & in l. seio quos-
dam. ff. manda. & in l. filiusfamil. ff. de testa. & in l. si ita. j. ff. de
manumi. testa. & Ange. in l. cùm res. C. vt bono. rapto. & Ale
xan. in l. j. §. i. ff. de adulter. in apostil. ad Barto. & facit glos. in
l. j. in princi. gloss. j. C. de procurato. & Hippoly. de Marsi. sin-
gular. cclxxvij. dubia probatio. Alciat. lib. vij. cap. xv. parer-
gon iuris. Et ratio est quia hoc verbum Violenter, potest
intelligi actiuè, & passiuè, nam potest intelligi quod fe-
cit violenter, vel quia fecit vim mulieri, vel quia passus fuit
1 vim ab ea. Ista† enim nomina verbalia possunt intelligi acti-
uè & passiuè d. l. filiusfamil. ff. de testamen. Idem esset si dice-
retur, cognouit Bertam per violentiam, vt per Bartol. in d. §.
2 si quis vxorem. in fi. Ideo † debet dicere in libello, quòd talis
cognouit talem passam ab eo vim committẽdo adulterium,
vel stuprum, vt dicitur in l. vim passam. ff. de adulter. Et ita e-
3 tiam testes clare deponere debent. Alias semper† verba testis
in dubio intelliguntur contra producẽtem, vt plenè per Bar
to. in l. inter stipulantem. §. j ff. de verborum oblig. & in d. l. ij.
ff. de duobus reis. Et ideo dixit Ray. in l. & si non sint. §. gem-
mæ. ff. de auro & argen. leg. decidisse quæstionem Florentiæ,
tempore, quo ibi erat quidam Dux Calabriæ, cum quo ipse

erat, fuit enim furmata inquisitio contra quandam meretri-
cem, quòd percusserat cũ lapillo aliam meretricem. Proba-
tum erat contenta in inquisitione vera esse. Dicebatur quòd
debebat condẽnari. & ipse Ray. dicebat, quòd debebat absol
4 ui, quia lapillus † varijs modis accipitur, quãdoque pro lapide
pretioso vt in l. j. in prin. ff. de acquir. poss. & in d. §. gemmæ.
Quãdoq; pro lapide lædẽte, vt per gl. in l. j. C. de erro. calcu.
Vnde est æquiuoca dictio, & varias habet significationes. Et
cùm agitur de pœna infligẽda accipiẽda est pars magis beni-
gna. arg. l. præses. & l. interpretatione ff. de pœn. Vnde dicebat
5 Ang. in d. l. ij. ff. de duob. re. quòd remediũ est, quòd iudex † ex
officio suo repetat testem, & faciat eum declarare, quo intel-
lexit verbũ violenter, quod facere potest secundũ glos. no. in
auth. de testi. §. quia verò, quã adducit Bal. ad hoc in l. repeti. ĩ
prin. ff. de quæstio. & plenè tradit Inno. & Moder. in c. p tuas.
de testi. vbi latè Feli. Potest autẽ fieri ista à iudice etiam post
cõclusum in causa secũdum Ang. cõsi. cxc. & per Areti. in d. l.
ij. ff. de duo. re. Sed quia iudex, si haberet testẽ suspectum nõ
teneretur eum repetere secundum Bal. in l. data opera. C. qui
accu. non pos. & sic posset aliquãdo cõtingere, quòd ista cau
tela iudex non vteretur. Idcirco de hoc dicto Bart. & Matth.
dubitãt Aret. & Imol in d. l. ij. ff. de duo. re. & Ang. in d. l. cùm
res. C. vi bo. rap. & Deci. post Barb. in c. quia Gu. in prin. nu. 1.
de iud. & in l. ij. §. creditum autẽ. nu. 14. in secũda lect. ff. si cer.
pet. quia verbum Violenter, capitur in actiua significatione,
vt in d. c. quia Gu. & in c. cũ pridem. in fi. de pact. & in c. quod
famæ. de sen. excõ. & in c. præsens. xx. q. iij. & quia non est ve-
risimile quòd à muliere illata fuerit violẽtia viro, vt per De-
ci. in d. l. creditum. Sed sustinẽdu hoc dictum Matthæi potest
responderi dupliciter. Primò quòd iura præallegata loquun
tur in dispositione legis, sed Bar. in d. l. ij. in fi. & Matth. hic lo
6 quitur in testibus, quorũ † dicta debent de necessitate conclu
dere, d. c. in præsentia. Secundò respondetur, quòd in iuribus
præallegatis, erãt alia verba, ex quibus colligitur, quòd in a-
ctiua significatione verbũ illud violẽter accipitur. Et hoc di-
ctum sequitur Alex. in l. j. in prin. nu. 7. ff. de acquir. pos. Non
obstat quòd non videatur verisimile virum à muliere violẽ-
7 ter capi, & cogi quoniam † respondetur frequenter mulieres
desiderare viros, & in hoc eis est maxima cupiditas. l. ij. C. ad
l. Iul. maiest. per quã legẽ ita dixit And. de Iser. in cõstitutio-
nibus Regni Neapo. cõstit. in aliquibus. col. ix. versi. Duo er
go iubet. in tit. de succes. filior. Comit. & Baronum. & mulie-
8 res † malæ propter luxuriã infatuãtur. l. j § pen. ff. de ædil. edic.
per quem ita dicit And. de Iser. in consti. Regni Neapol. cõsti.
poculum amatoriũ. in fi. tit. de correctione poculum amato-
9 rium porrigendum. Vnde clarum † est etiã sæpissimè inueni-
ri mulieres maximæ libidinis, quæ etiam inuitos viros ad li-
10 bidinẽ solicitent, vt legitur de Messalina † vxore Claudij Ti-
berij Cæsaris, quæ primò clàm, mox passim, quasi iure, adul-
teris vtebatur, ex quo factum est, vt plures metu abstinentes
extincti sint. Deinde atrocius accensa, nobilissimas quasque
nuptas, & virgines, turpitudinis suæ comites delegit, coẽgit-
que mares, vt adessent: quod si quis recusaret, ficto crimine in
ipsum omnẽmque eius familiam, iubebat sæuiri: Quin etiã
(quod turpissimum est) prouocauit ad lecti palestram, vnã
ex ancillis, quæ meretricio quæstu victum sibi quæritabat,
eàmque die ac nocte superauit quinto ac vigesimo concubi-
tu, author Plin. lib. x. c. lxij. & Sextus Aurelius, de qua etiam
scripsit Iuuenal. in vj. Satyra.

-Claudius audi,
Quæ tulerit dormire virum, cùm senserat vxor:
Ausa palatino tegetem præferre cubili,
Sumere nocturnos meretrix Augusta cucullos
Linquebat, comite ancilla non amplius vna:
Et nigrum flauo crinem abscondente galero,
Intrauit calidum veteri centone lupanar,
Et cellam vacuam, atque suam tunc nuda papillis
Excepit blanda intrantes, atque æra poposcit.
Mox lenone suas iam dimittente puellas,
Tristis abit, sed quod potuit tantum vltima cellam
Clausit adhuc ardens rigidæ tentigine vuluæ,
Et lassata viris, nondum satiata recessit.

Plura etiam de eius libidine tradit Cornel. Taci. lib. xj. Fuit &
11 Agrippina † Neronis filia quæ summopere cõcubitum desi-
12 derasse fertur, innumerabilesque aliæ, vt Galuia † Crispilli-
na, quæ fuit magistra libidinum Neronis, vt author est Cor-
13 ne. Taci. lib. xiiij. & xvij. Sappho † quæ plures coẽundi modos
inuenit, & Amythone, Thelesippa Megara, Atthy, & Cidno,
suis ancillis ad libidinem vtebatur, & eas subagitabat, & mu-
tuo ab eis patiebatur. Vnde Ouid. in eius epistola ad Phaonẽ.

Vilis Amythone, vilis mihi Candida Cidno,
Non oculis grata est Atthys, vt ante, meis.

14 Et Anthea † vxor Prœti Regis Argiuorum Bellorophontem
15 ad stuprũ voluit inducere. Et ideo † legitur multas mulieres li
bidinis suæ explẽdæ causa viros rapuisse, vt tradũt Poëtæ de
Dryope Nympha, quæ Hylam rapuit. Et ideo dicit Ang. in l.
j. C. de raptu virgi. per gl. ibi, se vidisse in facto Florẽtiæ quã-
16 dam † meretricem cõburi, quæ rapuerat quẽdam iuuenẽ. Et
refert & sequitur Hippol. de Marsil. in d. l. j. C. de raptu virgi.
nu. 365. Et faciunt notata per And. de Iser. in constit. Regni. in
constit. si quis rapere sacratas in prin. in titu. de raptu & vio-
lentia monial. illata. Cõtra tamen hoc dictum Bar. & Matth.
hic adhuc obstant rationes Areti. in d. l. ij. ideo super hoc est
cogitãdum: quia pro nunc id mihi videtur dubium, & in cõ-
sulendo & iudicãdo sententiam cõtra Bar. & sic contra com-
munem ego potius tenerem per ea quæ diffusè hac in re scri-
psit Moder. Ronchegal. Ferrar. qui his scriptis post biẽnium
ad manus meas peruenit in d. l. ij. §. fi. nu. 47. ff. de duo. re. qui
in hoc latè insistit, & omnia doctorũ dicta accumulat, atque
opinionem cõtra Bar. sequitur. & per ea quæ scribit Andr. de
Iser. in cõstitutionibus Regni Neapo. constitu. legum asperi-
tate. versi. & nota hic in tit. de adulter. & lenocinijs, vbi dicit
quod mulier rarò rapit virũ per adducta ibi per eum. Sed re-
tenta pro nunc opinione Bart. & Matth. hoc limitatur, vt per
Matth. hic post Bar. quem refert & sequitur Alex. in apost. ad
Bar. in d. l. ij. per ea quæ habẽtur in l. Labeo. ff. de supellect. le
17 ga. Licet enim † probatio dubia & quæ non cõcludit non re-
leuet probantem l. non hoc. C. vnde legitimi. l. multis. C. de li
be. cau. l. matrem. C. de proba. Tamen fallit quando proba-
tio, quæ dubia esset secundum dispositionẽ iuris cõmunis, ex
cõmuni vsu loquẽdi certa redderetur, vt per Matth. hic, quia
18 probationes, & dicta † testium intelligũtur, secũdum commu
nem vsum loquẽdi. gl. Bar. & docto. in l. stipulatio ista. §. hæc
quoque. ff. de ver. obl. Spe. in tit. de teste. §. nũc tractãdum. in
vlti. char. ver. hoc quoque notandũ. Inno. & doc. in c. cũ cau-
sam. vbi Abb. in iij. col. & in c. cùm clamor. de testib. in quo
19 † tamẽ vsu loquẽdi aduertẽdum est, quia ꝓbari debet, quòd
esset tẽpore, quo testes deposuerunt, & non sufficit probare,
quòd nũc sit talis loquẽdi vsus, quia quãdo aliqua dispositio
interpretatur secũdum cõmunem vsum loquendi, de illo cõ-
muni vsu intelligitur, qui erat tẽpore dispositionis, vt probat
elegãter, & concludit Fulg. in consi. clxv. in quæstione propo
sita. col. penul. per ea quæ no. Bar. in l. Labeo. ff. de supelle. leg.
& per Deci. in c. in præsentia. nu. 33. de proba. Gab. Sar.

CIII.

1 *Pater debet aliquid relinquere filio iure institutionis, aliàs si iure legati testamentum est nullum, & quomodo id intelligatur & limitetur?*

NOta, quòd illa vulgaris doctrina quę vult, quòd opor
1 tet patrẽ † relinquere filio iure institutionis aliquid:
aliàs si relinquat iure legati testamentum est nullum, nec
oportet filium agere ad supplementũ legitimæ, vt est tex.
in authen. vt cùm de appel. cog. in §. aliud quoque capitu
lum. & in §. seq. & no. in auth. nouissima. C. de inofic. te-
sta. debet limitari. nisi quando parens testaretur inter li-
beros. puta habens tres filios vnum heredem vniuersalem
instituit, & aliis reliquit decem iure legati, tunc enim va-
let hoc testamẽtum. & hoc ideo quia defectus alicuius so
lennitatis iuris positiui illud non vitiat. vt l. hac consultis
sima. §. ex imperfecto. C. de testa. quia tamen legitima est
quasi debita de iure naturæ agent illi duo ad supplemen-
tum legitimæ, vt l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. te-
sta. Et pro hoc bene facit text. in cap. Raynutius. de test. &
not. in cap. si pater. de testamen. lib. vj. Secus esset si pater
fuisset ex toto inhumanus, vt quia nil reliquisset his duo-
bus, tunc enim totum testamentum esset nullum ipso iu-
re, vt l. filio præterito. ff. de iniust. rupt. irri. testa. Secundò
debet limitari, nisi institutio fiat in piam causam, vt quia
instituebat pauperes, ecclesiã, vel locũ pium, quia tũc ad-
huc valet testamẽtum, si aliquid reliquit filio iure legati.
Sed si nil relinquit, institutio est nulla. ita tenet Bar. in re-
pe. l. j.

pe.l.j.C.de sacrosan.eccle.versi.scias etiam duas limitationes ad §.aliud quoque.quas no. Est & tertia limitatio, si pater solui pro filio condemnato legitimam. nam tūc non tenetur aliquid relinquere.ita not.Bar.in l.si cùm dotem.§.si post solutū.ff.sol.mat.Et est etiam alia limitatio secundum Bar.in l.Gallus.in prin.ff.de libe.& posth. scilicet si testetur pater hoc modo,si filius viuo me moriatur, nepos ex eo sit hæres. nulla enim iniuria fit filio, & sic eo præterito testamētum non erit nullum.Est & quarta limitatio quando pater diuidit inter filios hæreditatem, ac si ipsos hęredes instituisset.l.quoties.C.pro do.quia tantum operatur ficta institutio. vt l.Lucius.§. Lucius. & l.si ita scriptum.ff.de libe.& posthu.Est & alia limitatio quando pater præterire vult ad commodum filij,vt not. Bart.in l. cùm ex filio.ff.de vulga.& popil.& Bal.in repe.l.in suis.ff. de libe.& posthu.Est & alia limitatio in casu l.humanitatis.C.de impube.vbi casus,quòd filius omnino repellitur ab hæreditate paterna ex testamento facto ab auo patri furioso.quia auus vnum ex nepotibus substituit.nam alter nepos nihil habebit. Adde tamen tres casus quos ponit Pau.de Cast.in l.quoties.C.de hære.insti.in quibus filius,qui non habet iure institutionis præsumitur habere iure legati,& ibi notant quartum.

ADDITIO.

Not.quòd illa vulgaris &c.In fi.adde quòd istud idē tenuit Panor.in c.Raynutius.per illum tex.col.ij. in princi. de testa. & quanquam Bar.sentiat oppositū in l.cogi §. & generaliter ff. ad Trebel.tamen Bal.in l.quoties.C.de hære.insti.& dicit Panor.hoc admittendum propter æquitatem, quia imperiti nesciūt dicere,Relinquo iure institutionis. Aduerte tamē quia dicit quòd verba sunt intelligenda secundum qualitates personarum. c.magnæ.de voto. Et sic videretur dicendum contrarium si esset iuris peritus testator. Ad hoc tamen vide latissimè per Alexan.& alios quos allegaui infrà notab.clviij. incip.not.quòd si pater.

ANNOTATIO.

1 *Pater in testamento condito inter liberos an teneatur relinquere filio iure institutionis,non legati.*

2 *Communis opinio doctorum quando sit tenenda & quando non?*

In contrarium est communis opinio tam Legistarum quàm Canonistarū,qui in prima limitatione de qua hic tenent, quòd
1 imò † pater in testamēto condito inter liberos tenetur relinquere filio iure institutionis,non autem iure legati, vt omnes Cano.concludunt,maximè Mod.in d.c. Raynutius. & ibi latissimè per Didac.Couar.§.j.nu.2. vbi plenè disputat. & nu. 6.versi.quartus.post Guliel.Benedict.versi.in eodem testamēto relinquens.nu.136.de testa.& doct.in d.auth.nouissima.C. de inoffi.test. Et hæc fuit vera opinio Alex quam tenuit tam legendo,quàm cōsulendo,vt per eum in l.inter cætera.col.ij. ff.de libe & posthu.& in l.nam quod.§.non omnis. post Imo. ibi.ff.ad Trebel.consi.lxxvj.col.fi.nu. 17.lib.iij.& cōsil.cxiiij. col.fi.lib.vij.licet ipsemet in consil.clxviij. ponderatis narratis.col.ij.nu.6.& consi.clxxvj.nu.ix.lib.v.videatur contrariū tenuisse,sed ibi illud dixit allegādo,non consulendo. Videtamen Carol.Molin.in consue. Pari.§.cxx.vbi tenet quòd nō sit necessaria forma institutionis,sed quod §.ex imperfecto. intelligatur,& loquatur secundum terminos l.fi.C.famil.ercisc.Opinionem contra communem quam sequitur hic Matthæ.videtur tenuisse d.Azo in summa C.de inoffi.testamē. & gloss.in capit. si pater. in versicu.instituit.de testamen.in vj. & Anto.de But.in d.c.Raynutius.in 2.col. Et hanc per quatuor rationes secutus fuit do.Ias.in d.auth.nouissima. nu.16. dicens eam esse verissimam,& quòd si casus ei contigisset, sic concluderet,& iudicaret. Idem tenuit in d.l.hac cōsultissima. §.ex imperfecto.col.j.ver.& per prædicta.C.de testa. Et sub-
2 dit † quòd licet in iudicando non sit recedēdum à cōmuni sententia secundum Bar.& alios in l.fi.C.de pœna iudi.qui malè iudi.& in l.cum prolans.ff.de re iudi.& per Bar.in q.per eum disputata incip.iudex,qui per imprudentiam causæ.c.ne innitaris.de cōsti. Et propter singulares opiniones non sit recedēdū à cōmuni opinione in iudicādo,vt not. Bal.in l.j.ad fi.per illum tex.ff.de Senator.Imò sit ea opinio tenenda, quæ pluriū doctorum authoritate cōfirmatur vt per Bal.in l.j.per illum tex.in ver.sanè.ff.de offi.quæstor. Tamen dicēdum est, quòd tunc est teneda cōmunis opinio,quādo illa non possit rationabiliter cōuinci,quod bonus iudex acuti ingenij iudicabit. vt dixit Io.And.in c.j.de consti.quam refert & sequitur Abb. in c.Capellanus.col.j.& sequēn.de feriis.& dixi infrà singul. cx.nota vnam lucrosam.nu.4. Quantū ad reliquas limitationes vide latè per Alex.in d.l.nam quod.§.non omnis.& Ias.in d.auth.nouissima.vbi singulas limitationes latè prosequuntur. Sed aduerte inquantū hic in prima limitatione dixi quòd pater testans inter filios non cogitur relinquere filiis iure institutionis,videtur quòd idem Matth.contrarium dixerit infrà in singul.clviij.not.quòd si pater dicit. Sed pro solutione vide quæ ibi dixi. Gab.Saray.

CIIII.

1 *Exceptio peremptoria pacti de non petendo quæ competit principali an semper competat fideiussori?*

NOta casum pulchrum,quòd licet regulariter exce-
1 ptio peremptoria † pacti de non petendo quæ cōpetit principali prosit fideiussori.insti. de repli.§. j.cum simi.Fallit tamen hoc quando maior pars creditorum fecit pactum de non petendo,nisi certam partē hæredi futuro debitoris secūdum practicam l.maiorem.ff. de pactis.tunc enim licet pactum maioris partis præiudicet paucioribus inquantum velint agere cōtra hæredem, non tñ eis præiudicatur inquātū velit agere cōtra fideiussorem debitoris in l.si præcedente.in §.Lucius.ff.man.

ADDITIONES.

Not.casum,&c.Istud dictum refert & simpliciter sequitur Magi.meus in l.iurisgentium.§.si ante aditam.col.iiij.ver. sextò limita.ff.de pactis.

Hoc idem tradit,& latius declarat Franc.Cremen. singular.xxij. vnus tex.me fecit aliàs laborare,dic vt ibi per eum post quē hæc ibi addidi. Gab.Saray.

CV.

1 *Pater qui maritauit filiam sine dote,non potest amplius cogi ad ei dandum aliquam dotem,nisi filia dotem promisisset.*

1 NOta,quòd si pater maritauit † filiam sine dote, nō potest cogi amplius ad dandum sibi aliquam dotem,sicut non cogitur alere filium vel filiam,qui aliquo modo se potest sustentare,vt l.si quis à liberis.§.sed si filius.ff.de lib.agnosc.ita not.Bar. in authen.res quæ.C. communia de lega & in l.obligamur.§.j.ff.de act.& obliga.Saluo nisi filia se maritasset & promisisset dotem, ad quam constituendam pater cogi potuisset, quia tunc tenetur pater ipse,vt ibi not.

ADDITIO.

Nota,quòd si pater,&c. Adde quòd istam opinio. Barto. tenet etiam Salice.& Fulgo.in authen.res quæ.hic alleg.& Salic.in l.qui liberos.ff.de ritu nupt.& ibidem Bald.sequitur in lectu. antiqua. Panor.in c.ij.de adulte.& in c.penul.extra,de rap. & in cap.accedens.de procura. Contrarium tenet de directo gl. in dicta l.obligamur.§.j.quam sequuntur Bald. Ange.& Pau. de Cast.in dicta authen.res quæ quia mulier indotata contēnitur à viro & dicit Pau.de Castr.vbi suprà quòd ita aliàs de facto consuluit contra Barto.& contra eum tenet etiam Magist.meus in dicta authen.res quæ.col.v.per aliqua,de quibus ibi per eum. Et inquantum Matth.hic limitat,saluo nisi maritasset,&c.Adde,quòd idē tenet Bart.in d.l.obligamur.§.lege. & Sal.in d.auth.res quæ.& in l.qui liberos.& Pan.in d.c.accedens.ad fi.& Mag.meus §.fuerat.in xxiij.col.insti. de actio. Quāuis cōtrarium tenuerit Bal.in d.auth. res quæ.in prin.

ANNOTATIO.

1 *Pater cogi potest ad dotandum quando filia est maritata.*

Ad hoc vide quæ latè tradit Alexan.consi.vij.visis his, & diligenter consideratis.col.iij.volu.ij.& consi.xxxiij.& lvj.volu.iij. Pau.de Cast.consi.aij.in primo dubio.volu.j.Alexan.in l.mulier.§.cùm proponeretur.col.penult.ff.ad Trebel.& aliquid consi.xcvij.colum.iiij.volu.j & Aretin. consi.x. col.vij.& sequen.Cæpol.consil.ciuili.xlvj.in fi. & Abb. in cap.accedens. col.fina.de procur.Ias.in authen.præterea.col.ij.C.vnde vir & vxor,& Alex.consi.cxxxix.col.iij.volu.ij.& Abb.cōsi.lxv. col.j.vol.ij.& Bal.Nouel.in trac.de dote in vj.parte priuileg. xv.& xvij.& aliquid per Palati.Ruui.in repeti.c. per vestras. §.iiij.col.fi.nu.9.extra de dona.inter virum & vxo. Sed quòd
1 pater † possit cogi ad dotandum quando filia est maritata,

tenet Bal.& Imol.in d.l.j.ff.sol.mat.& ibi Mod. Et adde Bart.
in d.l.mulier §.cùm proponeretur.ff.ad Treb.& Bar. & ibi la
tissimè Mod.& maximè Ias.C.communia de leg.& ibi Bal. &
Dy.& Bar.in l.Lucius.ff.de leg.ij.& Sal.in l.ij.C.de dot.pro-
missio.& Ang.in l.nupta.in prin.ff.sol.mat.& Pau.de Cas. in
l.si socer.ff.sol.mat.& per Mod.in c.j.de adul.& Nic.de Nea-
po.in rub.ff.sol.mat & ibi Moder.sequuntur gl.in d.l.obliga
mur.ff.de act.& obl.Fallit tamen tenêdo aliam opinionē,nisi
filia dotē promisisset vt per Matth.hic,post Bar.in d.l.obliga
mur.in fi.& per Bar.in l.quod in vxorē.C.de neg.gest. G.S.

CVI.

1 *Pœnitentia non admittitur in prorogatione iurisdictionis in iudicem non suum,si ipse iudex fuerit præsens & acceptauerit.*

NOta doctrinā singularem, quam Legistæ cōmuniter
1 ignorant.Si aliqui prorogant† iurisdictionē in iudi
cem non suum præsentem & acceptantem,vt quotidie fit
quando duo laici se subiiciunt iurisdictioni Episcopali,
non admittitur amplius pœnitentia,& sic non habet lo-
cum l.si conuenerit.ff.de iurisdi.om.iudi. & hoc proba-
tur in l.est receptum.ff.eo.& in c.j.extra de iudi.secūdum
lectu.quam tenet ibi Do.Anto.& regulam ponit Guli.de
Cun.in l.j.ff.de iudiciis.

ADDITIO.

Nota doctrinam,&c.In fi.Adde quòd idem tenet Ange. in l.j.de
iudi.hic alle.& Bal.ibi ponderat pro hoc esse gl.idē tenet Cy.
& Gul.in l.nemo.C.de iudi.Pan.& doct.cōmuniter,in c.j.de
iud.hic alleg.& ista est cōmunis opi.à qua nemo discrepat se-
cundum Mag meum in l.si conuenerit.in iiij.col.versi.secun-
dò limita hic Alex. & ipse quædam fundamenta faciunt pro
ista communi opi. quam tamen dicunt limitandam quando
in promissione esset adiecta pœna vt Bal.& Iaco.But.in l.non
codicillum.C.de testamen.

ANNOTATIO.

1 *Pœnitentia non admittitur in prorogatione iurisdictionis in iudicem non suum præsentem & acceptantem.*
2 *Intellectus l.est receptum ff de iurisdi.om iudi.*
3 *In facto iudiciali quis præcisè cogitur,& quomodo hæc regula procedat,& intelligatur?*
4 *Intellectus l si conuenerit .ff.de iurisdi.om.iudi.*
5 *Factum in iudicio an semper sit maioris efficaciæ , quam factum extra iudicium?*
6 *Prorogatio iurisdictionis tacita fortior est quàm expressa.*
7 *Iudicis præsentia & consensus an requiratur in prorogatione iurisdictionis.*
8 *Iudicis præsentia etiam in actu non requisita si interueniat,multum operatur.*
9 *Intellectus l.siue apud acta.C.de tra .factio.*
10 *Consensus partium quare in prorogatione iurisdictionis solus non sufficiat?*
11 *Consensus solus partiū licet prorogationem iurisdictionis non inducat,inducit tamen renunciationem priuilegij fori.*
12 *Iurisdictio ordinaria est fauorabilis ,extraordinaria est odiosa.*

1 Ista est cōmunis opinio doct.quòd hoc casu non† habeat lo
cum pœnitentia vt tradit Alex.in d.l.si cōuenerit.in v.fallen.
ff.de iuris.om.iud.& per Dec.in d.c.j.col.vj.ver.successiuè in
noua lectura extra de iudi.nam acceptatio iudicis videtur tol
lere pœnitentiam,quia tractatur de suo interesse:Et accepta-
tio iudicis debet aliquid operari,facit quod no.Bar.in l.post-
quam liti.col.pe.C.de pact.Sali.in l.generaliter. in vj.q.C.de
non nume.pecu.cum simi & tradit Alex.in consil.xx.in causa
appellatiōis vol.iiij.Sed difficultas est an cōuētio facta sit sim
pliciter præsente iudice non tamen acceptāte.Et idem esse in
hoc casu etiam communiter tenent doct.& quòd non habeat
locum pœnitētia, vt per Alex.in d.l.si cōuenerit.Et fundatur
ista cōmunis opinio pluribus rationibus,quæ tamē non sunt
efficaces.Primò inducitur tex.in l.est receptum.ff.de iurisdi.
2 om.iudi.Sed parum† facit ille tex.quia solū dicitur ibi,quòd
maior magistratus potest se subiicere inferiori,dum modo
autem,qualiter subiiciatur,ibi nihil dicitur,vnde secundum
alis iura hoc debet declarari.Secundò facit tex.in c.j de iudi.
sed Alex.in d.l.si conuenerit.illi tex.optimè respondet. Ter-
3 tiò facit,quia in facto† iudiciali quis cogitur præcisè,vt not.
in l.si et hæc.§ defendere.in ver præter in ver. cōpellatur.ff.de
procura.vnde pariter videtur quod in tali facto iudiciali pœ-
nitentia excludatur.Sed respondcri potest, quòd argumētum
procedit in facto,in quo extra iudicium ageretur ad interesse
secundum regulam l.si quis ab alio.ff.de re iudi.Sed non be-
ne infertur ad casum nostrum, in quo specialiter habet locū
pœnitentia,& agi non potest ad interesse,& tradit Alex. in l.
stipulationes non diuiduntur.col.antepe.ff.de ver obl.Quar
tò probatur in d.l.si conuenerit.à contrario sensu,ibi,priusquam aditur iudex.& sic videtur facta cōuentio absente iu
dice,& tunc habet locum pœnitentia:secus videtur præsente
4 iudice.Sed potest† responderi quòd in dicta l.si conuenerit.
non probatur,quòd pactum prorogationis factum sit in præ
sentia iudicis,quia illa verba, *mutata voluntas fuerit*, respiciūt
mutationē voluntatis post factam prorogationem, vnde stat
hinc,quòd facta sit absente iudice, & quòd mutatio volūtatis
5 postea facta sit præsente iudice. Quintò,quia factū† in iudicio
videtur maioris efficaciæ.l.pacta nouissima.C.de pact.l.cùm
ostēdimus.§.ij.ff.de fideiuss.tuto.Sed respondetur hoc nō esse
verū regulariter,vt probatur in l.omnes.§.in hoc.ij.C.de epi-
scu.& cler.Et not.Aret.in l.penul.in prin.ff.de ver.obl. Allegata in cōtrarium loquūtur in casibus specialibus.Sextò & vl
timò inducitur tex.in l.j.ff.de iudi.vbi ex tacito consensu liti-
gando inducitur prorogatio etiam citra litis cōtestationē vt
no.in l.sed & si susceperit.ff.de iud & in c.dilecti.de foro cō-
pet. multò ergo magis consensus partium hoc debet operari
prout vltimò arguit Alex.in d l.si cōuenerit. in d.v.fallentia.
Sed respondetur, quòd illa prorogatio,quæ ex pacto induci-
tur,fortior est,quia desinit esse res integra,ideo nō habet locū
pœnitentia vt habetur in simili in l.si pecuniam. in prin.ff.de
6 condic.ob cau.Et quod† fortior sit prorogatio tacita, quàm
expressa,declarat do.Abb.in d.c.dilecti.in iij.not.& Bal.in l.j.
col.j ff.de re iud.Vnde videtur quòd cōmunis opinio restrin
gatur in pacto facto coram iudice acceptāte per supradicta.
Sed do.Ias.in d.l.si cōuenerit.alio modo inuehit contra dictā
7 communem opinionem. Nam in prorogatione† iurisdictionis
nec præsentia,nec cōsensus iudicis requiritur. l.j.§.j.in princ.
de iud. Sed vbi præsentia iudicis nō requiritur, si interueniat,
nil operatur.l.siue apud acta.C.de transact.ergo præsentia iu
dicis non debet operari,vt pœnitentia tollatur. Sed responde
ri potest,quòd tex.in d.l.j.§.j ff.de iudi.loquitur in proroga-
tione reuocabili,secūdum quod dicitur in d.l.si conuenerit.
8 in d.c.j.de iudi. Præterea† non videtur verū simpliciter,quòd
vbi non requiritur præsentia iudicis,si adhibeatur, quòd ni-
hil operetur,quia sæpenumerò iudicis præsentia multū ope-
ratur,vt Ias.tradit in d.l.si cōuenerit. Item responderi potest,
quòd doctores loquuntur quando sit pactū in præsentia iudi
cis, & ipsi iudici, de cuius interesse agitur, vt sibi iurisdictio
9 acquiratur,non sic† in d.l siue apud acta, quia ibi non agitur
de re pertinēte ad iudicem.Et pro ista distinctione facit quod
not.doct.in c.quoniam cōtra. de proba.& tradit Dec.in d.c.j.
de iudi.col.vj ver.successiuè in noua lectura.& Cur.Iun. in l.
10 j.col.ij. nu.17.de iudi.vbi late† examinat quæstionē, quare in
prorogāda iurisdictione solus consensus partium non suffi-
11 cit.Et in hoc est† summe notādum,quòd licet solus consen-
sus prorogationē non inducat,inducit tamen renūciationem
priuilegij fori.l.j.ff.si quis in ius voca.non ier. Et ratio diuer-
sitatis esse potest,nam quādo renūciatur priuilegio fori, solū
remouetur quoddā obiectum causatum cōtra iurisdictionem
ordinariam,quo casu res de facili reuertitur ad naturā suā. l.
si vnus.§.pactus ne peteret. ver. quod est in specie ff.de pact.
Sed quando tractatur de prorogandа iurisdictione tracta-
tur de extendendo ipsam iurisdictionē vltra naturā suam, &
vltra primū statum,quod quidē difficilius est quod cōfirma-
tur per regulam l.cum militis.§.militia missus.ff.de testa.mili.
& per regulam l.patre furioso.ff.de his qui sunt sui vel alieni
12 iur. Et quia iurisdictio† ordinaria est fauorabilis, extraordi-
naria est odiosa vt per gloss.in capitu j.de rescript.in sexto.&
tradit Curt.Iun.in dicta l.j.col iij.nume.19.ver.est tamen ve-
rum. Gab.Saray.

CVII.

1 *Tutela ad hoc vt dicatur legitimè decreta, quod tutor promittere debeat?*

NOta tex.singularē,quòd ad hoc vt tutela dicatur le-
1 gitime† decreta per iudicem,oportet quod tutor spe
cialiter promittat se subire defensionem pupilli.in l.si.§.
defensionem.C.de admi.tut.Et not.quod antiqui practi-
cicr-

ci errabant in hoc, propter quod dicit Bar. quòd vidit mul-
tas tutelas cassari, vt not. in l. legitimos. ff. de legit. tut.

ANNOTATIO.

1 *Tutor si in instrumēto tutelæ promiserit, pupillo vtilia facere, & inutilia prætermittere, an hoc sufficiat, vt tutela dicatur legitimè decreta?*

2 *Iura considerant effectum verborum, non formam.*

3 *Verbum, subire defensionem pupilli, an sit de forma præcisa tutelæ?*

4 *Tutor antequam accedat ad administrationem tutelæ, quinque sunt necessariò requisita.*

5 *Tutor qui ex inquisitione datur, debet de iure pronuntiari idoneus, antequam sibi decernatur tutela.*

Adde quòd idem tenere videtur glo. in l. tutores. & ibi Bar. ff. de
admi. tut. & in l. tutor qui repertorium. in prin. ff. de admi. tu
to. & Bal. in d. l. ii. §. omnem. C. de admi. tut. & Io. Pet. Ferra.
in practi. in forma libelli quo agitur ad reddēdum rationem
tutelæ. in ver. in suo vltimo testamento, col. ij. versi. vlterius
2 quæritur, vtrum tutor testamentarius. Et quid si tutor † in
instrumēto tutelæ promiserit facere vtilia pupilli, & inutilia
prætermittere, an hoc sufficiet. latè tradit Bar. in l. prætor ait.
in prin. ff. de ope. no. nun. vbi concludit quòd non, nisi etiam
promittat defensionem fine mora suscipere. Et cū Bar. trans-
eunt communiter doctores rationibus de quibus per Alex. in
d. l. prætor col. j. nu. 3. ver. item per istum tex. & ibi Ias. col. iij.
nu. 9. ver. sexta prædicta quærit: vide tamen Alex. consi. lxxx.
visis themate supradescripto. col. fi. versi. successiue opponitur.
nu. 14. vol. v. vbi tenet, quòd hoc sufficit si tutor promittat, ac
iuret, & fidei assertionē præstet, quòd faceret vtilia, & inutilia præ-
termitteret: & quòd ipsum defendet, & indefensum non re-
linquet: quia dicta verba, scilicet vtilia facere, & inutilia præ-
termittere, sunt in effectu eiusdem importantiæ, ac si promis-
sum fuisset rem adulti saluam fore, vt probatur in l. fin. §. in
primis. C. de cur. fur. dum tex. ibi dicit, ad similitudinem tu-
torum & adultorum curatorum, & in l. de creationibus. C. de epis.
aud. & ita clare est de mente Cy. in l. ii. §. omnem. C. de admi.
tut. Et ita eum sensit gl. in d. l. ii. §. omnem. in ver. conscribun
tur. dum allegat d. l. de creationibus. & per Bar. in l. legitimos.
in prin. ff. de legi. tuto. & dicit Bal. in d. § omnē. & in d. l. legiti
mos. & in l. j. C. de tut. & cur. qui satisd. nō dederūt, quòd licet
dictæ promissiones non fuerint factæ per ipsa verba, sed æ-
2 quipollenter fuerint, quia † iura cōsiderant effectum verbo-
rum non formam l. quoniam indignū. & in l. omnium. C. de
3 testa. l. ij. C. communia de lega. Sed quòd verbum † subire de-
fensionem, sit de forma præcisa tenet Alex. consil. cxxix. col.
j. volu. j. & consil. clxiij. volu. v. & Barba. inter consilia Alex.
consi. cxxiij. nu. 3. vol. iiij. Ang. Are. insti. de legi. agn. tute. col.
ij. Pau. de Cast. consi. ccclv. volu. j. Curt. Senior consi. lxvj. col.
xv. Corsetus in sing. in ver. tutor. Ias. in l. j. col. iiij. ff. si quis in
ius vocat. non ierit. l. j. col. iiij. ff. de libe. & posth. Et vide Gui
4 do. Pap. decis. Grationo. cccxxx. vbi ponit † quinque necessa-
ria antequàm tutor accedere debeat ad administrationé: in-
ter quæ ponit hoc requisitum, de quo hic per Matthæ. subdit
tamen esse aduertendum, quia licet de iure præmissa requirā-
tur, tamen in his, quæ ad cōmodum pupilli simpliciter specta
rent, valerent gesta per tutoré, etiam eis requisitis non inter-
uenientibus. allegat d. l. tutor qui repertorium. & l. j. C. de tu
tu. vel cura. qui satis non dederunt. & ita dicit tenuisse Bar. in
d. l. prætor. & ibi vnum subdit not. tu dignum, quòd de iure
5 † tutor qui datur ex inquisitione debet pronūtiari idoneus,
antequam sibi decernatur tutela, per l. tutores. in fi. & quæ ibi
not. Bar. ff. de confirmā. tuto. Et vide plene decisi. Tholo. lxiij.
& ibi Aufrer. vbi tradit quot requirantur ad hoc vt tutor
administrare possit. Gab. Sar.

CVIII.

1 *Tutela matris ex quibus sit ipso iure nulla?*

2 *Mulier quando possit pro debito capi.*

NOta casum quotidianum, quòd si mater accipit tute
lam filij ex dispositione testamenti patris vel iuris, &
1 ipsa non renuntiauit † secundis nuptiis, tutela est nulla ipso
iure. Idem si non renuntiauit Velleiano. Idem etiam si non
renuntiauit omni alij iuris & statutorum auxilio. Idem si
non obligat omnia bona sua pro administratione tute-
læ, vt plenè not. Bar. in l. si quis sub conditione. ff. de testa.
tutela. & in authenti. matri & auiæ. C. quando mul. tutel.
2 offi. fung. po. Et vtrobique † Bart. ponit vnum mirabile,
quòd illa renuntiatio omni alij iuris auxilio, operatur
hoc, quod vbi personaliter mulier aliàs capi non potest
pro debito, vt in authen. sed nouo iure. C. de custo. reo. &
est l. j. C. de aduoca. diuer. iudi. poterit hoc casu persona-
liter capi pro debito.

ADDITIO.

Nota casum quotidianum, &c. in fine ibi, Poterit hoc casu per-
sonaliter capi, &c. Adde Bart. in authen. matri & auiæ. in col.
pen. & ibi Sali. C. quando mul. tu. offi. fun. no. Bart. in l. si quis
sub cōditione. in v. col. ff. de testa. Lud. Rom. do. Alex. & Ma
gist. meus in l. plerique. ff. de in ius voc. & Lud. Rom. in l. si
verò. in §. de viro. in ii. principali fal. ff. solu. mat.

ANNOTATIO.

1 *Mater tutrix filiorum non obstante generali renuntiatione habet priuilegium ne conueniatur, vltra quam facere possit.*

2 *Mater ob pecuniam debitam filijs causa administratæ tutelæ, in carcerem an duci possit?*

3 *Priuilegium vbicunque est introductum propter personæ seu sexus honestatem, tolli renuntiatione non potest.*

4 *Mulier pro debito ciuili capi non potest, nec debet carcerari, etiam si non possit fideiubere.*

5 *Mulier tutrix an possit carcerari in causa tutelæ, & eius administrationis.*

6 *Mater non potest conueniri in plus, quàm facere possit.*

7 *Cessione bonorum quis euitat carceres.*

8 *Meretrix an pro debito ciuili indistinctè carcerari possit?*

Ibi, in versi. idem si non obligat omnia bona sua, &c. Ad hoc vi-
de latè per Rom. Alex. Soci. & Ias. in l. plerique. col. fi. ff. de in
ius vocan. Roma. in l. Iulia. § eleganter. nu. 11. ff. solu. matr. Ias.
in l. pen. nu. 4. ff. si cer. peta. Ioan. And. Dominic. & Franc. in
c. ij. de iudi. in vj. Io. de Platea, in l. nemo carcerem. post Ang.
& ibi Alex. in apostil. l. C. de exacto. tributo. lib. x. Io. Baptista
de sancto Seuerino, in tract. de debitore suspecto fugitiuo q.
vj. Deci. in l. fœminæ. nu. 74. ff. de regu. iur. Bald. in tractatu de
carceribus c. j. nu. 3. Soci. in regul. ccxxiv. fallen. ij. & cclxxxii.
fallen. vii. & consi. clxxx. nu. 2. volu. ii. Marian. Socin. in tra-
cta. de citatio. artic. v. nu. 39. vers. xvj. fallit. Boër decis. cclix.
nu. 11. Rebuff. in glo. ad consti. regias Galliæ prima parte. in
tract. de literis obligatoriis articu. xj. glo. iij. nu. 32. Et Bal. No
uel. in tracta. de dote. vij. parte, priuilegio nuno. Ias. in l. ad
egregias nu. 9. ff. de in ius vocan. & in l. si ego. nu. 4. ff. si cer. pe
ta. Hippoly. de Mar. sing. cxlviij. Coua. in c. mulieres. nu.
13. de iudic. lib. vj. Boërius in repeti. l. consentaneum. nu. 141.
C. quomodo & quando iud. Cifuentes in l. lxij. Tauri. & ibi
Palatios Rouios. nume. 3. & Castellus in prin. ci. Mat. Man-
tua. in l. j. C. de officio diuerso iudicio. Qui omnes idem fir-
mant quod hic tradit Matthæus. Sed d. Petrus à Plaza Hispa
nus in Epitome delictorum lib. j. cap. xxxij. nume. 12. versicu.
illud etiam quasi de hac communi doctorum cōclusione du-
bitat per doctrinam Barto. in dicta l. si quis sub conditione.
1 nume. 20. vbi dicit, matrem † tutricem filiorum non obstan-
te generali renuntiatione, habere priuilegium ne conuenia-
tur, vltra quam facere possit: & ante eum Andræas à Pomate in apostilis ad Bart. in dicta authen. matri & auiæ. C. quan
do mulier tutel. offic. & Anto. Gomet. in cap. ij. nu. 22. lib. vj.
Barbatus, in c. ij. nume. 4. de pigno. & ante hos Ioan. de Mon
te Sperello, in d. l. plerique. Ex quibus prædictus Petrus à
2 Plaza opinatur matrem † etiam ob pecuniam debitam filijs
causa administratæ tutelæ, in carceré duci non posse. in qua
etiam opinione fuit Socin. in d. l. plerique. num. 40. ea ratione,
quia est in præiudicium sexus, & ignominiam pudicitiæ, etiā
si ad hoc eius voluntas accederet. arg. l. ij. §. sin autem dignitas. de iure. calum. iuncta d. l. j. C. de officio diuerso. iudic.
3 vnde stat regula, quod vbicunque † priuilegium introductū
est propter personæ, seu sexus honestatem, tolli renuntiatio-
ne non potest secundum Bal. in l. j. C. qui bonis ceder. poss. &
Præposit. Alex. in c. ex parte nu. 12. de appella. & Albe. de Ro-
sa. in l. vbi adhuc. C. de iure dot. De quo tamen, quia omnia in
isto singulari contenta latè prosequitur, vidēdus est insignis
doctor Do. Guliel. Mayn. in l. quo tutela. nu. 122. & sequen. ff.
de reg. iur. ideo in his amplius non est immorandum. Adde ta-
4 men † quantum ad propositum capturæ mulieris, quòd mu-
lier pro debito ciuili capi non potest, vt in l. j. C. de aduoca. di-

uer.iudi.& in authen.sed nouo iure.C.de custo.reo. & voluit
Bar.in authen.matri & auiæ.col.iiij.C.quando mulier ofnc.
tute.fung.poss.Bar.in d.l.si quis sub conditione ff.de testa.tu
tel.Bal.in l.j.ff.qui satis.cogan. Bal. in l.j.in iiij.col.C.qui bo.
cede.pos.Bal.in l.etiam.col.v.C.de execu.rei iudi.Bal. in l.cō
sentaneum.col.penul.C.quomodo & quando iudex. Bald. &
Ioan.de Imol.in l.si quis post.ff.de testa. Lud.Rom. in l.alia.
in §.eleganter.in iiij.col.ff.solu.mat. Et similiter ipsa mulier
non potest detineri seu carcerari si non potest fideiubere se-
cundum Bal.in l.iij.C.de episco.audien.& in additio.Spe. in
titu.de sen.in penul.col.in versi. Titius fideiussit. Ludo. Ro-
5 ma.consi.cxviij incip.quo ad primum. Quod tamen† limita-
tur,nisi in causa tutelæ,& eius administrationis,quia pro tali
causa bene poterit mulier carcerari secundum Barto.in d.l.si
quis sub conditione.ff.de testa.tutel.& in dicta auth.matri &
auiæ.& Ludo.Roma.in dicto consi.cxviij.& in d.§.elegāter.
& Ang.in l.quoniam.C.de custo.reo.& Bar.in tract.de carce
ribus.nu.4 Et hoc summè exclamat Iai.in l.si ego. in vlti.le-
ctura col.ij.ver.adde tualium.nu.4.ff.si cer.peta.& Iu.de Ar
no.in epito.xxxvj.incipi.in casu,in quo mater. & nouissimè
plenè tradit Pet.Dueñas in reg.cccxij.incip.fœmina pro de-
bito ciuili,in secunda limitatione. Aduertendum tamen est,
nam licet Bar.& alij in locis prædictis teneant hanc partem,
quòd mulier tutrix pro causa tutelæ,& eius administrationis
possit capi,& carcerari: Tamen videtur eos non rectè loqui,
6 quia†mater non potest cōueniri in plus quàm facere potest,
vt in l sunt qui.in si.ff.de re iudi.ergo non poterit carcerari,
quia habebit exceptionem,ne conueniatur nisi in quantū fa-
7 cere potest:sicut videmus quòd per† cessionem bonorū,quis
etiam non priuilegiatus euitat carceres,vt in l.j.& l.fin.C.qui
bo.cede.poss.ergo multò magis personæ priuilegiatæ,ne cō-
ueniatur in plus,quàm facere possint,nec debebunt carcera-
ri.ita formaliter dixit Card Alex.in c.ex parte M in vlti.col.
de appel.vbi dicit ita voluisse Albe.de Rosa.in l.vbi adhuc.
in xj.col.C.de iure dotium. Et ita per dictas rationes tenuit
Hippol.de Marsil.in practic.crimi.in § attingam. nu.63 hoc
8 †tamen quod suprà dictum est mulierem non posse carcera-
ri,videtur intelligendum de muliere honesta. secus de mere-
trice per ea quæ tradit Guid.Pap. decisio. Grationop.celvj.
mulier aliqua.in fi.& Hippo.de Marsi.sing.cclxviij. conditio
mulierum. Gab.Sar.

CIX.

1 *Actor in duplicibus iudicijs dicitur qui prouocauit.*

1 NOta,quòd in duplicibus iudiciis† is qui prouocauit
dicitur obtinere partes actoris.l.in tribus.cum l.se-
quen.ff.de iudic. Tamen illud est verum quo ad litis or-
dinationem,non autem quo ad decisionem litis. Vnde si
sunt duo ordinarij qui hoc casu ferant sententias cōtra-
rias,non præualebit sentētia lata pro prouocato,sed am
bæ erunt in pēdenti,& stabitur determinationi superio-
ris,vt est tex.singularis in l.duo iudices.ff.de re iudi.

ADDITIO.

Nota quòd in duplicibus,&c. Adde quòd dictum gl.in l.duo iu-
dices.hic allegat.refert & simpliciter sequitur Mag meus in
l.in prouinciali.§.fi.col.ij.circa prin.de ope.no.nun.ponit rat
tamen ibi vltra Moder.in l.duo iudices.gloss. contrariam de
qua ibi per eum, sequitur etiam in l.si idem cum eodem §.si
vna actio.in prin.ff.de iurisdi.om.iudi.

ANNOTATIO.

1 *Ille qui prius prouocat habetur pro actore quo ad ordinatoria iudi
cij,& quid quo ad decisoria?*
2 *Interdictum.vti possidetis.dicitur esse duplex,& in eo potest fieri
sententia absolutoria pro prouocato.*
3 *Sententia lata pro reo in duplicibus iudicijs non præfertur.*
4 *Intellectus l in tribus ff.de iudicijs.*
5 *Intellectus l.duo iudices ff.de re iudic.*

1 Ille qui prius† prouocat habetur pro actore.l in tribus.ff.de
iudi.maximè quo ad ordinatoria iudicij,non quārum ad de-
cisoria,vt per Matthæ.hic. Quod cōmuniter tenetur per do-
ctores in d.l.duo iudices.ff.de re iudica.& ibi plenius Alexā.
Imol. tamen in dicta l.duo iudices.dicit quòd etiam quo ad
decisoria videtur quòd dispositio dictæ l.in tribus habeat lo
2 cum,nam videmus, quod interdictum † vti possidetis,dicitur
esse duplex.l.si duo.§.j.ff.vti possideris.& tamen in interdicto
vti possidetis,quando vterque æqualiter probat,poterit ferri
sententia absolutoria pro prouocato,quasi ille sit reus, & sic
quasi actore non probante,&c.l.qui accusare.C.de edendo.
cap.ex literis.de probatio. Et quòd in interdicto vti possíde
tis possit ferri sententia absolutoria pro prouocato, dixit no
tari in l j C.vti possíde.& hoc videtur etiam velle gl.in dicta
l.in tribus.Sed Imol.respondet quòd illud procedit,quando
vnus tantum datus esset iudex,quia tūc respectu regulæ,quæ
habet,quòd actore non probante reus debet absolui,d.l.qui
accusare.obtinebit secundò prouocans tanquàm reus.Secus
quando sunt duo iudices sententias diuersas ferētes:quia tūc
3 licet† aliàs proferatur sententia lata pro reo,l.inter eas.ff. de
re iudica.c.fi.extra eodem titu.tamen fallit in duplicibus iu-
dicus,casus est in d.l.duo iudices.ita simpliciter limitans di-
cta iura Et ista solutio placet Alex.in d.l.duo iudices Licet
ibi Ange.& Pau.de Cast.post gl.indistinctè dicant, quòd d.
4 l.in tribus.† non habet locum in decisorus,& non bene,quia
est contra generalitatem illius legis cum ibi nota.per gl.dum
dicit,nec etiam fauorabilis.quam glo. ita etiam intelligit ibi
5 & approbat Ange. Vel secundò secundum Imol. potest † re-
spondeti,quòd dicta l.duo iudices.intelligitur,quando simul
prouocauerint ambo litigantes,& sic non obstat dicta l.in tri-
bus.sed præcedens solutio magis placet, tanquam notabilis.
Gabriel Saray.

CX.

1 *Clerici non possunt vti statutis editis per laicos, nisi sint approbata
per Papam.*

NOta vnam luctosam & vtilem doctrinam,q clerici
1 ci non possunt † vti statutis editis per laicos,etiā
si ipsis sint multum fauorabilia,nisi sint speciali
ter approbata per Papam,& hoc nedum in foro Ecclesia
stico,sed etiam in seculari.c.Ecclesia sanctæ Mariæ,de cō
sti.& in c.bene quidem.xcvj.distinct.& hanc regulam po
nunt ibi doctor.in cap. fina.de solu. Vnde cùm sit hodie
statutum Bononiæ,quòd agnati vsque ad quartum gra-
dum excludant filias à successione patris,non poterunt
vti hoc statuto agnati,qui sunt clerici.

ADDITIO.

Nota vnam,&c. Adde quòd communis conclusio est in opposi-
tum,quod imò clerici gaudent beneficio statuti excludentis
fœminas &c.pro qua vide quæ addita sunt ad singulare Ro-
ma.cccxlvj.incip.habeo casum in facto,vbi etiam idem te-
nebat quod Matth.hic, & malè.

ANNOTATIO.

1 *Statutum laicorum etiam æquum,& generaliter disponēs ex de-
fectu potestatis,clericos non comprehendit.*
2 *Forensis in statuto non cōprehenditur,tanquam non subiectus.*
3 *Clerici soror an sit admittēda ad hæreditatē sui exclusis agnatis
proximioribus stante statuto,quod extantibus agnatis fœmina
succedant in tertia tantum parte eius quam ab intestato essent
habitura,& agnati in reliquo succedant?*
4 *Cōmunis opinio doctorum quando sit attendenda, & quādo non?*
5 *Clericus,cum de successionis iure agitur,agnatus dicitur.*
6 *Agnationis iura per superuenientem clericatum non amittuntur.*
7 *Fœminæ si ob agnatos a statuto excludantur,an ob agnatos clerei
cos excludi dicendum sit?*
8 *Priuilegium laicis in genere concessum clericos comprehendit.*
9 *Clerici & monachi non mendicantes iure consanguinitatis de iu-
re communi succedere dicuntur.*
10 *Statuta a iure communi intellectum recipiunt, vt ius commune
imitentur.*
11 *Statuti verbis inseruiendum est,nisi de contraria statuentium mē
te constet.*
12 *Sanguinis iura ciuili dispositione nequeunt immutari.*
13 *Legis verba in dubio non sunt restringenda.*
14 *Statuto non distinguente,nec nos distinguere debemus.*
15 *Magna est ratio,quæ pro religione facit,quæ nunquam in ambi-
guis rerum dispositionibus omitti solet.*
16 *Deo seruientes non minus sunt fauorabiliores,quàm seculo.*
17 *Statuta laicorum priuilegiatiua.si materia communis & indiffe-
rens sit.ipsa,possunt clericos comprehendere.*
18 *Successio debet esse reciproca.*
19 *Quod quisque iuris quis in alium statuerit,eodem & ipse vti de-
bet Et ea lex fuit Rhadamanti.nu.21.*

Clerica

20 *Clerici cùm beneficio statuti præferentis agnatos fœminis, contra laicos utuntur, pari modo pati debent ut laici agnati cōtra eos eodem utantur.*
22 *Quis in alio iudicare non debet, quàm in se iudicari velit.*
23 *Petere quis non debet id, cuius contrarium non esset postulaturus.*
24 *Statuta generalia laicorum, in quibus clericorū, & ecclesiarum nulla sit mentio, quæ tamen tendunt aduersus ea, quæ illis competunt, non tanquam priuilegiatis, sed ut cuilibet de populo, clericos ligant, dummodo sint honesta.*
25 *Statuto vel consuetudine loci disponente: quòd consanguineus proximior ad retractum rei alienatæ admittatur, consanguineus etiam admittetur ad retractum rei in clericum alienatæ.*
26 *Clericus cùm uti agnatus laicis succedat, ita æquum est, quòd & laicus agnatus clerico succedat in patrimonialibus & prophanis.*
27 *Clerici pro bonis patrimonialibus & prophanis, statutis Laicorum subiacere dicuntur.*
28 *Successio debet esse reciproca quando agitur de successione clerici tàm actiuè, quàm passiuè*
29 *Vir & uxor deficientibus legitimis, vel testamentariis hæredibus, sibi inuicem succedunt, etiam si vir esset clericus.*
30 *Statuta laicorum ligant clericos, quantum ad eorum patrimoniū.*
31 *Clericus in patrimonialibus censetur laicus.*
32 *Retractus consuetudo tanquam prædialis ligat clericos.*
33 *Statutum ne immobilia alienentur in extraneos comprehendit etiam clericos & ecclesiam.*
34 *Clerici pro censibus & vectigalibus, quæ debent ratione rerū suarum, an in ius vocari possunt ad iudicem secularem, ut pro rebus suis patrimonialibus.*
35 *Clerici ratione rerum patrimonialium non solum in Gallia, sed ubique locorum iudici seculari subiiciuntur.*
36 *Pontifices pro cursu temporalium legibus imperialibus utuntur.*
37 *Dispositio l. si. C. de acqui. pos. an in clericis locum habeat?*
38 *Leges Imperiales etiam ecclesiæ onerosæ, ecclesiam ligant, quando de ecclesia expressè non loquuntur, nec contra eius priuilegium, vel libertatem*
39 *Clericorum bona gaudere priuilegio fori, sicuti & bona ipsius ecclesiæ quomodo sit intelligendum?*
40 *Clericorum bona in quibus casibus gaudeant priuilegio fori?*
41 *Lex ciuilis approbata censetur a clericis, si eis fauorabilis sit, & canonibus non contradicat.*
42 *Approbare censetur, qui non improbat.*
43 *Clericorum causæ debent decidi secundum consuetudinem patriæ.*
44 *Clerici si usi sint statutis laicalibus Veronæ, & sic tacitè illa approbarunt, an non fuerit necessaria denunciatio, aliàs à dictis statutis fieri requisita, Episcopo Veronæ, ut de eius voluntate appareret?*
45 *Mens non solum declaratur verbis sed etiam factis.*
46 *Plus est aliquid facto facere, quàm verbo.*
47 *Solennitas extrinseca ex antiquitate temporis interuenisse præsumitur.*
48 *Delictum in dubio non præsumitur.*
49 *In delictis semper præsumitur pro eo, quod excusat.*
50 *Interpretatio ea fienda est, ne quis incidat in delictum*
51 *Successor eiusdem iuris, & fori esse dicitur, cuius erat ille, in cuius locum successit, saltem quoad bona per successionem habita.*
52 *Filius patris personam repræsentat, & eius imago dicitur.*
53 *Prophana res infecta qualitate laicali, transit cum sua infectione in clericum.*
54 *Tempus mortis eius, de cuius successione agitur, respectu successionis inspicitur.*
55 *Clericus de iure Canonico matrimonium legitimum apud nos contrahere non potest, nec filios sibi successibiles procreare.*
56 *Spes certa quando eundem effectum operetur, quem res ipsa iam adesse deducta.*
57 *Tempus mortis quoad successionem inspiciendum esse, quomodo procedat?*
58 *Dispositionis tempus, non executionis spectandum.*
59 *Testamentum rusticorum cum quinque testibus factum, valet & tenet, licet postea rusticus urbem habitet.*
60 *Intellectus c. statuimus. de maior. & obedien.*
61 *Clemen. super cathedram de sepultu. in quibus legatis habeat locū?*
62 *Constitutio cōfirmat futura, non præterita regulariter, fallit, ut ibi.*
63 *Argumentum corruit data instantia.*
64 *Statutum agnatos ad successionem vocans, de quo hic dicitur fauorabile tā respectu vocatorum, quàm clerici, cui succeditur, & sororis fœminæ, quæ in certam tantum partem admittitur.*
65 *Hæredem habere testatoris fauorem respicit.*
66 *Agnati proximiores, domus authoritatem, honorem, & decus atque memoriam perennāt, atque augent, & ideo meritò ad eos ex statuto defertur successio.*
67 *Publicæ interest facultates suas singulis agnationibus conseruari, ut familiaris salua sit dignitas, & honestas.*
68 *Honores, & onera publica potioribus, & honestioribus.*
69 *Reipublicæ interest per ditiores, & digniores regi, & subditos abundare facultatibus.*
70 *Lex utrum sit fauorabilis, vel odiosa, attenditur id, super quo principaliter prouidere intendit.*
71 *Accessoria non alterant principalia.*
72 *Statuti ex præfatione colligi potest, an statutum sit odiosum, vel fauorabile. Et ex quibus aliis diiudicetur an sit odiosum, vel fauorabile.*
73 *Statutum excludens fœminas propter masculos agnatos dicitur fauorabile, & non odiosum.*
74 *Statutum excludens filias propter filios dici potest odiosum.*
75 *Statutum excludens sororem à successione fratris propter agnatos masculos non dicitur odiosum.*
76 *Agnati conseruant prosapias & nomen familiarum, & oneribus defunctorum succedunt.*
77 *Aequum est ut ubi collocentur commoda prouenientia ex agnatione ubi collocantur incommoda.*
78 *Lex in multis induxit differentiam inter masculos, & fœminas.*
79 *Statutum laicale quibus casibus clericos non comprahendat, tanquam non subditos? & quibus casibus comprahendat?*
80 *Statuta prohibitiua, vel irritatiua clericos non ligant, & quare?*
81 *Statuta permissiua, & priuilegiatiua etiam laicalia, ad clericos extenduntur.*
82 *Lex consulere potest etiam non subdito.*
83 *Clericus potest de bonis suis patrimonialibus liberè testari.*
84 *Succedentes ab intestato videntur tacitè instituti ab eo, qui in alios libere de rebus suis testari poterat, & intestatus decedere voluit.*
85 *Mortuus arctari nequit.*
86 *Clerici patrimonialia bona quibus casibus gaudeāt priuilegio fori?*
87 *Testandi facultas videtur hominibus quasi gratiosè concessa.*
88 *Dominus post mortem quis esse desinit.*
89 *Papa non potest in vita sibi eligere successionem.*
90 *Possessio defuncti si continuatim ex statuti dispositione in hæredem transeat, id etiam habet locum in hæreditate clerici.*
91 *Clerici ligantur statutis & consuetudinibus disponentibus de successione.*
92 *Possessio defuncti ita continuatim transit in hæredem ex statuti dispositione, ut nullum sit dare medium inter mortem defuncti, & possessionem hæredis, maximè si tractetur de agnatis ab intestato succedentibus.*
93 *Statuta utrū sint concepta in rem, vel in personam debere inspici, quomodo intelligatur?*
94 *Ius quando competit fundo, & nō personæ principaliter, verba sententiæ, & libelli quæ referuntur ad personam, perinde est ac si essent relata ad rem.*
95 *Forensis & persona non subdita quando statutis ligari non dicatur?*
96 *Locus bonorum an in successione intestati attendatur sine distinctione an sit statutum personale, vel reale.*
97 *Clericorum bona gaudere priuilegio fori, quomodo intelligatur, & in quibus casibus procedat?*
98 *Glossa dictum debet intelligi secundum legem, quam allegat.*
99 *Priuilegia, & specialia non debent multiplicari.*
100 *Intellectus c. ecclesiarum seruos. 12. q. 2.*
101 *Clericorum bona, ad quid dicantur esse bona ecclesiæ?*
102 *Clericorum bona sunt obligata ecclesiæ pro eorum mala administratione, sicut res mariti uxori, & res tutoris pupillo.*
103 *Verbum videtur, est impropriètatis & dubiæ demōstratiuum.*
104 *Iasonis & Imolæ scripta incendio perierunt.*
105 *Scholares & magistri sæpè decipiuntur.*
106 *Clerici bona quænam sint, quæ gaudeant priuilegio fori personæ competentis?*
107 *Patrimonii nomen quid significet?*

Hunc articulum latè disputant doct. & tenent contrarium com

muniter in c.ecclesia sanctæ Mariæ,de constitu.& in c.quod clericis.vbi Barb.col.xxxiij.& xxxv.de for.compe.& Alber. Brun.in tracta.excluden.fœmi.viij.articu.q.ij.& Lap.allega. xcix.& c.Cardi.in repeti.c.perpendimus.col.xxiij.versic. sed quæro.de sen.excom.Roma.singu.cccxlvj.ibi dixi.& latius per me in additio.ad Rom.sing.ccccxix.sed an potest.& latè And Tiraquel.in tract.de iure primogen.q.xliij.nu.3.versi. secundò quia statuta.Ioan de Arno.in soliloquio.lxxxvij.ex quo per regni.& Catellia.Cotta latè in memoria.in versi.clerici ligantur.& hanc dicit esse communem opinionem Soci. cõsi.lxxxix.circa col.j.vol.ij.Hoc tamen quod hic tenet Matthæ.ante eum tenuit Bal.in c.cùm venisset.in ij.col.ver.oppono dicitur hic.extra de eo qui mitt.in possessio & eius dictũ latè reassumit Alex.consi.ccx.ponderatis.col.j.& consil.seq. col.penul versicu.idem etiam voluit.lib.ij.& Soci.consi.lxxj. colum.ij & sequen.lib.iiij.Et quia in simili articulo aliàs latè consulut,& conclusi ex pluribus statutum Veronæ de successione agnatorum loquens habere etiam locũ in bonis patrimonialibus clerici abintestato decedentis,etiam quo ad excludendam sororẽ clerici,multáque ad hoc singulare facientia adduxi.& secundum consilium meum fuit per excellentissimos iurisconsultos iudicatum,ideo pro exornatione huius singularis,& explicatione eius materiæ illud hic subiicere operæpretium fore duxi.

CONSILIVM.

Nonnulla sunt,quæ prima facie videntur suadere posse,quòd soror rea conuenta vti proximior,in successione clerici,videlicet Don Lucæ,eius fratris,pr,feratur ipsis agnatis actoribus, idque imprimis,Quoniam ita ius commune disponit,vt in §. si igitur.in authen.de hære.ab intesta.Nec est attendenda statuti nostri dispositio ad c.lxxxij.in §.si verò agnatæ fœminę, lib.ij.qua sancitum est,*Quòd si extent agnatæ fœminæ,vna vel plures,vel earum præmortuarum filij,quæ abintestato de iure cõmuni defuncti succederent,tunc extantibus agnatis masculis vsque ad tertium gradum inclusiuè de iure Canonico,ipsæ succedant tantùm in tertia parte eius,quam ab intestato habituræ essent. & agnati prædicti vnus vel plures succedant in reliquo toto bonorũ, & hæreditatis.* Nam in hæreditate clerici dictum statutum nõ
1 videtur habere locum.Quoniam † cùm sit statutũ laicorum etiam quòd generaliter disponat,& sit æquum,ex defectu potestatis clericos non compræhendit cap.ecclesia sanctæ Mariæ.quem tex.ad hoc notat ibi Abb.in j.notab.contra Barto. extra de constit.sequitur Alex.in consil.ccxj.vita.col.iij.ibi, nec obstat,vol ij.& ita pertranseunt doct.vt inquit Dec.in d. c.ecclesia sanctæ Mariæ.nume.53 versi.& primò occurrit illa quæstio.col.xx.Præsertim quòd statutum loquitur in personam,ibi,*Et Agnati prædicti vnus vel plures:* Quæ verba dicũtur in personam concepta vt per Bar.in l.cunctos populos in fine septimæ q.nu.42.versi.mihi videtur.C.de sum.tri.& fide catho.& per Alex.consi.xliiij.videtetur.col.iij.ibi,cũ ergo statutum.vol.v.& Imo.in terminis statuti in c.quod clericis. col.iij.ver.& per hoc videtur.extra de fo.compe.Per quæ ver-
2 ba.cùm sub statuto † non comprehendatur forensis quia non subditus,l.j.in fi.vbi Bar.ff.de tuto.& curat.dat.ab his,similiter nec comprehenditur clericus,vti persona nõ subiecta.ita Bart.in d.l.cunctos populos.in dicta vij.q.in fi.& Imo.in d.c. quod clericis.col.iij.vbi refert secundum hanc opinionẽ consuluisse,refert & sequitur Alex.in d.consil.xliiij.col.iiij.nu.10. & 11.& in consi.ccx.ponderatis,col.iij.versicul.facit.vol.ij.& Deci.in d.c.ecclesia sanctæ Mariæ.in col.xx.in d.versi.& primò occurrit.Et Georgius Nathan Assens.in tract.suo statu-
3 torum excludentium fœminas in pen.q.iij.q.prin.Vnde † per prædicta videtur,quòd non obstãte statuto ipsa soror debeat sola admitti ad hæreditatem Don Lucæ fratris sui clerici,exclusis agnatis proximioribus.His tamen nõ obstantibus contraria opinio,Agnatos ad successionem clerici admittens melioribus,ac fortioribus nititur rationibus,ergo in puncto iuris sequenda est,ar.c.capella.vbi Abb.extrà de feriis.Idẽ Ab, in c.ex literis.ij.de sponsa.in c.iij.in fin.de cens.& in ca.j.& ibi Fel.latè.& Dec.in j.lect.col.pe.nu.28.& seq.extrà de constit. Quibus in locis communi etiam ipsorum doctorum calculo asseritur,quòd quando variæ sunt inter doct.opiniones licet
4 communis † opinio attendi debeat per text.in c.nouimus.vbi do.Ant.de Bur.de ver.sig & in c.de iudiciis.iij.q.iij.c.in canonicis,xix.dist.& in l.j.ff.de of.quæstor.Tamen id verum est & procedit quando fortioribus rationibus non cõuincitur. Secus,si melioribus rationibus & argumentis conuincatur, vt per Fel.latè in d.c.j.de consti.vbi cæteri Mod.& Alex.in l.cõ prolatis post Bat.col.ti.nu.23.ver.ex prædictis habes,per Bar. & alios in l.fi.C.de pœna iud.qui malè iudica.& Cano.in c.ne innitaris.de consti.& Ias.in auth.nouissima col.vj.ver.ex istis omnibus.nu.22.C.de inof.testa.& insti.de actio.in §.sed istæ. col.xiiij.nu.55.Anto.Corte.in singul.in verb.opinio.ij incip. vbi Doctores,& ibi dixi.& plenè etiam per Ang.Are.insti.de iure natu.gen.& ciui.in § responsa.col.j.ver.quæro quãdo.& dixi in annotationib.meis ad Matth.Matthel.sing.ciij.nota q illa vulgaris.nu.2.Quod autem hæc contraria opinio melioribus probetur rationibus,Et fortioribus fundamentis innitatur,patet,& primò Nam apud omnes scribentes in confesso
5 est,clericum ipsum † cùm de successionis iure agitur,proculdubio agnatum dici,quandoquidem per superuenientem clericatum,qui dignitas est,vt in authẽ.de Monach.in prin.& in
6 auth.consti.quæ digni.agnationis iura † quæ naturalia sunt amitti non debent.l.pen.ff.de Senato.l.sibi.ff.ad municipa.l.ad diminutiam.C.quod met.cau.Eaenim ita mortaliũ ossibus inhærent,vt vel tolli,aut saltem diminui temerè vix possint.l iura sanguinis.ff.de reg.iur.Et ideo bine apud pleroſque dubita
7 tum fuit,si statutum † extet,quo fœminæ propter agnatos excludantur:an propter agnatos clericos,eas excludi dicendum sit? Et Lappus Castillio allega.cj.cuius initium est in ciuitate Florentiæ,ipsas excludi ex facto respondit,ea sanè motus ra-
8 tione,quia priuilegium † laicis in genere concessum clericos comprehendit.c.dilecti.cum ibi nota.extrà de for.compe.Et
9 quoniam † Clerici,& Monachi religionum saltem non mendicantium iure consanguinitatis,ex iuris communis dispositione,non obstãte religione,succedere dicuntur.l.Deo nobis.& ibi no.C.de epis.& cle.§.nullam.in auth.de sanctiss.episco.& xviij.q.j.stat.& eadem dist.quæst.vlt.c.pen.Vnde idẽ (inquit)
10 dicendum est in statuto,cùm id † à iure communi intellectum accipiat.l.ij.C.de noxal.act.Bar.in l.fin.ff.de legib.Adhoc,vt statutum ius cõmune imitetur,neque inter ea difformitas sit arg.l.ex facto.ff.de vulg.& pup.l.si ita fuctu.ad fi.ff.de manu. testa.& l.Labeo.ff.de statuliber.Quod etiam esse verũ ea ra-
11 tione comprobat,nam verba statuti † quibus inseruiendum est,nisi de contraria statuentium mente cõstet l.non aliter.ff. de leg.iij.l.j.§.in re igitur dubia.cum si.ff.de exercitor.ita cle-
12 ricum agnatum admittant,sicuti laicum,cùm iura † sanguinis ciuili dispositione nequeant immutari,l ius autẽ agnationis.
13 ff.de pact.d l.iura sanguinis.Et in dubio verba legis † non sunt restringenda arg.l.quicquid astringendæ.ff.de ver.obl.l.ille
14 aut ille.§.cùm in verbis.ff de leg.iij.Et cùm statutũ † inter huiusmodi personas non distinguat,nec nos distinguere debemus l.de pretio.ff.de publicia.l.iij in fi.ff.de off.præsid.Acce-
15 dat † quòd magna est ratio,quæ pro religione facit,quæ nunquam in ambiguis rerum dispositionibus omitti solet,l.sunt personæ.ff de religio.& sumptib.fun.Quin sit,vt hinc facilè conuici possit,statutum non minus clericis fauere voluisse,
16 † quàm laicis,cùm non minus fauorabiles sint Deo seruiẽtes,
17 quàm seculo,l.ii.s publicum.ff.de iusti.& iu.Præsertim † cùm priuilegiatium laicorum statuta,si materia communis,& indifferens,sit apta sint clericos comprehendere,vt est communis doct.sententia,per ea quæ tradit Alexã.consil.ccx.ponderatis bis.maximè & consi.seq.vol.ij.& post eum Soci.consil.cxlj. circa col.j.vol.j.Huicque Lappi sententiæ plures se subscripserũt,eamque innumerabiles vtriusque iuris peritissimi viri amplexi sunt,quos item nouissimè refert,& sequitur Alber. Brun.in suo tract.statutorum,quòd stantibus agnatis fœminæ excludantur in xj.q.xij.articuli principalis.Cor.consil.ix. per totum vol.iij.Igitur si clericus vti agnatus ad laici successionem,ex huiusmodi statuti dispositione,communi Doctorum sententia admittitur,cóque cõtra alios vtitur,ita & pari modo aduersus se,& eius hæreditatem quoque alios admittẽ,
18 pati clericus debet,vt successio † sit reciproca,l.nam & si parentibus.ff.de inof.testa.cum si.quod multi non vulgaris doctrinæ,& authoritatis scriptores tenuerunt,vt est Bal.in l.de quibus.col.ix.ver.textò quæritur an clerica.ff.de legib.& in l. omni nouatione.C.de sacrosi.ecc.& in l.j.in vj.q.C.de cõtrah. emp.& in l.in legatis.C.ad l.falc.& in l.fi.§.si verò postquam. C.de iure del.l.& in c.fi.col ij.extra de vita & honest.cle.vbi est tex.expressus,& ibi glo.in ver.setuentur.& consi.ccxxv.j. Honestus vir.col.ij versic.præterea iste Rector,vol.j.Rapha.

Con,

Com.consi.lxxxiij.quia causa.colum.j.Abb.in c.ecclesia san
ctæ Mariæ.col.fi.ver.si verò statutum.& seq.extra de constit.
& consi.vj.casus super quo.lib.j.Alex.consil.ccix.statutis ac-
curatè perspectis.col.penul.ver.secundo principaliter.volu.
ij & consi.sequen.col.j versi.confirmatur per id.Soci.consi.
xcvij.abunde.col.j.ver.confirmantur.vol.j.vbi & alios hanc
partem tenentes alleg.Philip.Franc qui id dicit singulare in
c.possessor.col.iij.ver.& idē etiam.ff.de reg.iur.in vj.& Fräc.
Balb.in tract.suo præscriptio in j parte v partis principalis.
col.iiij.ver.quintò fallit.Deci.consi.ccclij.vita instructione.
col.iij.ver.& idē in statutis.& Io.Franc.de Ripa lib.j.respon-
sorum c.iiij.nu.5.Et nouissimè latè cumulat & sequitur du.
And.Tiraquel.in tract.suo de retractu consanguineorum in
gl.xiij.in verb.emptorem.nu.7.vers.sic.Vt interim prætermit-
19 tam.secundum impressionem Venetam.Et hic vt id iuri† vi-
delicet,vt quod quisque iuris in alium statuerit,eode & ipse
vtator.l.j.in prin.& ibi Deci.in iij.no.post alios scrib.ff quid
20 quisque iur.†cùm enim clerici hoc statuto aduersu laicos v-
tantur,pari modo & ipsi pati debent,vt laici aduersus illos
eodem statuto vtantur,vt quod quisque iuris in alium statue
21 rit,eodē & ipse vtatur.Quæ lex fuit†Rhadamanti teste Ari-
stotele libro quinto Ethic.ca.v.Quæ quidem lex,vti ea quæ
summam æquitatem habet si in cæteris obtinet: certe & ma-
gis in clericis obtinere debet,argu.ca.j §.sed diuersam in tit.
de aliena.feud.Quod si Canonistæ id non admittant,videant
(quæso)qua fronte hanc suam æquitatem canonicam,quam
nobis passim prædicant,tueri possint,præsertim aduersus do
ctrinam illam Christianam,qua vetitum est aliis fieri,quæ no
bis fieri nolumus,ad quam sententiam per onet l.j.ff.de solut.
quam Bal.in l.j.col.j C.de his,quæ pœnæ nomine,dicit in id
22 singularem,vt quis†in alio non aliter iudicet,quàm in se iu-
dicari velit,& repetit Roma.qui & eum tex.dicit no.consil.
23 lv.si volumus.Et facit,quia†non debet quis petere cuius con
trarium non esset postulaturus,l.pen.C.de solut.& Ias. in l.j.
col.ij.in fi.n vers.ff.de acquiren.pos.Comprobatur prædicta
principalis conclusio etiam per doctrinam Bart.in l.cunctos
populos.col.ix.versi.quintò quæro vtrum statuta.C.de sum.
24 tri.& fide cath.vbi dicit,statuta†generalia laicorum,in qui-
bus,scilicet,fit nulla mentio clericorum,aut ecclesiarum,sed
tamen tendunt aduersus ea,quæ illis competut,non tanquam
priuilegiatis,sed vt cuilibet de populo,clericos ligare,dum-
modo sint honesta per tex.in capit.constitutus de rest.in in-
teg.& idem Bar.in l.de quibus.col.ij ff.de leg.& Lapp.allega.
lxxxj.non valuit actus.col.j.And.Barba.in repe.rub.de reb.
ecclesiæ non alie.col fi.chart.8.ij.& idem Barb.consi.xiiij.cle
mentissimi.col.iij.versi.secundò præmitto.vol.ij.& consil.lxv.
referam in mediū.col.xj.& seq.volu.iiij.ex quibus in locis affert
concordan.Ex quorum dictis idem And.Tiraquel.in tracta.
de vtroque retractu præallegato in glo.viij.in versi.Propin-
quos.nu.41.versi.sed consequenter quæro quid de clerico se
culari,& in d.gl.xiij.nu.4.ver.quanquam contrarium secun
dum impressionem prædictam colligit,quòd si ante statuto
25 †vel consuetudine loci,quòd consanguineus proximior ad
retractum rei alienatæ admittatur,ipse cōsanguineos eo casu
procul dubio ad retractum admittetur,quo res fuerit in cle-
ricum alienata,si quidem & ipse clericus cōsanguineus dicti
statuti priuilegio aduersus laicos vtitur iuxta d.c.constitutus.
de resti.in integ.Sed in casu nostro æquum,honestum,& ra-
26 tionabile est,quòd†quemadmodum ipse clericus aliis succe
dit,ita & alii maximè laici sibi succedant,tum vt successio sit
reciproca,tum vt æquitas Canonica tam sæpè decantata,lo-
cum habeat.Ergo dicendū erit e contrario laicos ad eius suc-
cessionem saltem in patrimonialibus & prophanis eius bo-
27 nis,pro quibus†laicorum statutis subiacere dicuntur admit-
28 tendos esse.Et quòd†quando de successione clerici tam acti-
uè,quàm passiuè agitur,ea successio debeat esse reciproca
29 probatur in simili:nam quemadmodum†vir & vxor deficien
tibus legitimis,vel testamentarius hæredibus,sibi inuicē suc-
cedunt l.j ff.vnde vir & vxor.l.j.C.eo.tit.ita vxor viro suc-
cedit,quamuis ille sit clericus,vt successio reciproca sit,vt
voluit Odof.in summa tit.de successio.ab intest.it.quem re-
fert & sequitur Alber.de Rosa.in dicta l.j & ibi quoque post
eum do.Ias.columna ij.C.vnde vir & vxor.de quo est bonus
tex.in l si quis presbyter.C.de episcop.& cleric.& idem An-
dræ.Tiraquel.in suo tracta.de translatione possessionis de-
functi in hæredem.in secunda parte in xv.declaratione.in
princip.nume.1.Ita & in casu nostro huiusce successionis re-
30 ciprocæ ratio habenda erit,præsertim†cùm,vt suprà dictum
est,Clerici ratione rerum suarum patrimonialium,laicorum
statutis subiaceāt,vt in terminis nostris videtur tenuisse Ant.
de But.in d.c.constitutus.de resti.in integ.dum ex eo simpli-
citer notat,quòd statutum laicorum ligat clericos,quantum
ad eorum patrimonium.Pro quo etiam est tex.in c.cùm dile-
ctus.de iure patr.& ibi Abb.in iij.nota.qui ex eo notat,quòd
31 clericus†in patrimonialibus censetur laicus.Facit quod dixit
Cyn.in l.neque.C.de hæred.insti.& ibi quoque expresse Bal.
32 in ii.quòd retractus†consuetudo tanquam prædialis,ligat
clericos per tex.in d.c.constitutus,& suprà dictum fuit,& do.
Alex.loquens in alio statuto quòd consortes præferantur in
venditione domus cōi.ex lib.j.viso statuto Mediolanensi.ver.
& dictum statutum.nu.4.colū.j.volu.vij.In simili nam vide-
33 mus,quod statutum,†ne immobilia alienentur in extraneos
comprehendit etiam clericos & ecclesiam,vt voluit Iaco.Bu-
trig.in auth.Cassa.C de sacrosan.eccle.& in l.aliud.C.qui
potior.in pigno.habe.& latè Signorol.de Homodeis consilio
xxj.statuto ciuitatis Mediolani,vbi hoc affert xv.rationes:&
plenè per And.Barba.in repe.d.rubri.de reb.eccl.non alie.in
secundo dubio,& in d.consi.xliiij.col.v.& seq.vol.ij.& con-
sil.xlvj.difficilè est.col.ii.volu.iij.& abundantius consil.xxx.
illud in medium afferam.lib.iiij.& in d.consi.lxv.col.vij.ver.
sed ista vera non obstant,co.ibi.iiij.vbi id dicit singulare.&
Iason l.filiusfa.§.diui in ij.lect.colum.xv.versi.& licet illa sit
communis sententia.ff.de lega.j.& Deci.consi.cxxiiij.Placet
mihi,& omnibus.col.ij.ver.sexto.Præterea facit,quia Clerici
34 †pro censibus,& vectigalibus,quæ pendunt ratione rerum
suarum in ius vocari possunt ad iudicem secularem,vt pro
rebus suis patrimonialibus,vt voluit Guliel.de Cun.in l.de
his.C.de episcop.& cler.& in auth.Cleri.C.eo.tit.& Sa.ic.in
auth.sed periculum.C.de censu vel reliq.quibus addi pos-
sunt,quæ scribit do.Matth.de Afflict.in deci.Neapol.decis.
lxix.col.viij.nu.20.& licet Bald.in d.l.de his contrarium sen-
serit,quem etiam secuti sunt Rapha.Com.in l.iubemus nul-
lum.C.de sacrosan.eccle.& Abb.in c.qualiter.in fin.extra de
iudiciis.Marian.Soci.in c.tané.col.vj.in ix.declaratione extra
de foro competen.Tamen ob id ita tenuerunt,quia etiam in
ea fuerunt sententia,vt nec pro rebus quidem ipsis patrimo-
nialibus posset clericus actione reali ad iudiciū seculare tra-
hi,vt etiam voluit idem Bald.in d.authen.clericus.post princ.
& in c.ij.de iudic.in fin.& latè Oldra.consi.lxxxiij.an episco-
pus.Sed quod contrarium sit de iure verius videlicet,quòd
35 ratione†rerum patrimonialium,non solùm in Gallia,vbi ea
viget consuetudo,vt per Guid.Pap.decisio.Gratianop.lxxix.
an clerici,sed etiam vbique locorum clericus iudici seculari
subiiciatur,tenent quamplures dd.relati per Aufrer.in re-
pe.clem.j.de offi.ordina.in iiij.fallent.secundæ regulæ.& An-
dræ.Barba.consi.j.Magnus scripsit Psalmista.col.xviij.versi.
præterea adduco.lib.iij.& do.Guliel.Bened.in d.cap.Raynu-
tius.nume.431.de testamen.quos refert & sequitur And.Ti-
raquel.in d.suo tractat.Retract.consanguineorum.in §.xxxij:
in glo.j.numer.82.ver.Imò verò sunt,qui etiam tenent.chart.
ccxv.Et ad prædicta optimè facit tex.in c.quoniam.x.distin.
& in c.cùm ad verum.xcvj.dist.vbi dicitur,quòd Pontifices
36 †pro cursu temporalium legibus Imperialibus vtuntur,per
quam regulam,ita ex d.c.notatam,dicit idem Andr.Barba.in
37 d.ca.quod clericis.col xxxv.se consuluisse†dispositionem l.
fi.C.de acquiren.possess.etiam in Clericis locum habere,nam
38 si leges imperiales in genere loquuntur,& tunc†licet etiā sint
onerosæ ecclesiæ,tamē ecclesiam ligant,quia ecclesia legibus
imperialibus vtitur pro cursu temporalium,d.c.cùm ad ve-
rum:Secus verò si lex imperialis expressè de clericis loquatur,
& contra priuilegium vel libertatem ecclesiæ sit,tunc e-
nim reprobata censetur per dictū cap.ecclesia sanctæ Mariæ.
39 de constitu.& c.j.de consuetu.Nam†quod tradunt commu-
niter doct.bona clericorum gaudere priuilegio fori,sicuti &
bona ipsius ecclesiæ,cùm tanquam accessoria sequātur per-
sonam,per ea quæ tradit latè do.Felin.in d.c.ecclesia sanctæ
Mariæ.colum.iij.nu.10 versi.in gloss.secunda in fin.procedit
& habet locū quando persona clerici principaliter est in con-
sideratione:nam tunc,quæ accessoriæ veniunt gaudent pri-
uilegio clericorum:Secus si bona principaliter considerentur,
vt hic in casu nostro,nā tunc non gaudent priuilegio cle-
ricorum,vt scienter docet Dec.in dicto capi.ecclesia sanctæ

Mariæ.nu.18.Idque in casibus, tãtum suis procedit,in quibus
vel id est expressum,vel est omnimoda ratio,vt scribit domi.
Anto.de Butr.in c.si diligenti.in vlti.col.ver.satis puto.de pre-
scri.vbi Imo.& do Abb.dicens se semper ita tenuisse, & in a-
liis locis relatis per do.Fel.in d.c.ecclesia.col.iij.nu.12.versi.
40 sed nihilominus. Et qui†sint casus in iure expressi,no.per Io.
And.in c.j.de cleri.coniuga.in vj.& no.in c.fi.de vita & hone-
sta.cleri.& per do.Card.in clem.j.in xvij.q.de vita & honesta.
cleri.& per do.Anto.de Butr.in c.fi.in iiij.col.de solut. Quare
cùm hic tractetur de succedendo clerico in bonis patrimonia
libus,concludendum est per prædicta,quòd eorũ ratione ipse
clericus statutis nostris laicalibus subiaceat, & quòd eius bo-
na secundum dicta statuta sint iudicanda:& consequenter ꝙ
proximiores Agnati, qui sunt actores in præsenti iudicio, ad
eorum successionem admittantur. Idque præsertim,cũ ipsum
statutum non laicorum tantùm esse videatur, sed commune
& clericorum & laicorum,vt quod ab vtrisque & communi
omnium consensu approbatum est,sicuti & omnia alia in vo
lumine statutorum contenta,quibus ipsi clerici semper in fo-
ro ecclesiastico præteritis temporibus vsi sunt, & in prætico-
ria vtuntur tam in ordinatoriis iudiciorum, quàm etiam in
decisoriis causarum,vt in ciuitate Veronæ notorium est: Quod
etiam præsumitur,tum quia d.statutum de quo agimus,cleri-
co fauorabile censetur vt infrà dicetur,& cõclusio est, quòd
41 lex†ciuilis approbata colitur à clericis,si fauorabilis sit, &
canonibus non contradicat,vt probatur in c.j.de ope.no.nũ.
Et virtute talis tacitæ & generalis approbationis,debet serua
ri,non virtute legis ciuilis,quæ non potest disponere de cleri
cis ex defectu potestatis,vt tradit Dec.in d.c.ecclesia sanctæ
Mariæ.nu.27.versi.sed tamen ne v.nuersalis.de constit. Tum
etiam,quia de reprobatione dicti statuti facta à clericis, seu
ab eorum episcopo legitimè aliquo pacto non constat. Vnde
42 merito sequitur iuris regula,quæ habet,quòd approbare†cen
setur,qui non improbat.l.item quod Sabinus.ff.de hæred.in-
stitu.facit gl.in l.inter omnes conuenit.& in l.si ab arbitro. in
gl.ij.ff.qui satisd.cogan.Ideo dictum statutum quod & cleri-
corum & laicorum commune censetur, pariter omnes ligare
debet & sic etiam clericos ex sententia Bald in ca.cùm venis-
sent.col.ij.ver,oppo.dicitur.& ibi etiam Io.Ligna.& do.Ab,
in ij.no.extra de eo qui mittitur in possess. ita intelligentium
43 eum tex.in quo† Pontifex iubet decidi causas clericorum se-
cundum consuetudinem patriæ.& Franc.Arc.in d.cap.quod
clericis.col.fi.post Io.de Ligna.de foro compe,& omnes Ca-
non.maximè Moder.in d.c.ecclesia sanctæ Mariæ.& Alex.in
d.consi.ccxj.ponderatis bis omnibus.col j.vol.j.Arc.consilio
xlv. Visis articulis.& hæc est communis opinio, vt attestatur
idem Andræ. Tiraquel.in loco præallega videlicet in d.§.j.in
glo.xiij.nu 2.in fi.ver.sed hic quas esse potest.Et ex prædictis
Doctorũ conclusionibus vnum infertur,videlicet quòd stan-
44 te communi dictorum†statutorum obseruantia in vtroque
foro,& tacita eorum approbatione clericorum & Episcopi,
superuacaneum sit dicere,necessariam fuisse denuntiationem
de qua in c.xxvij.in primo libr,statu.fieri Episcopo Veronæ,
ad hoc vt secũdum eius approbationem vel improbationem
clericos ligaret,vel non ligaret,vt latius in d.c.xxvij.habetur.
Idque præsertim,cùm iam pridem dicta denuntiatio in vsu nõ
sit factoque,& sic eorum visu,iam expressissent,se dictis sta-
45 tutis stare velle.& secundum ea iudicari,mens autẽ,†non so-
lùm declaratur verbis,sed etiam factis,l.de quibus.ff.de legib.
c.ex ore.de his quæ fiunt à maior.par.cap.l.si tamẽ.§.ei qui. ff.
de ædiled:.& in pulchra quæstione tenet Petrus de Vbaldis in
tracta.de duobus fratribus.in prin.ver.circa secundũ.& Deci.
46 in l.semper qui non prohibet.ff.de reg.iur. Imò plus† est ali-
quid facto facere,quàm verbo vt est tex.in ca.dilecti.ij.extra
de appella. Quamuis etiam probabiliter dici posset, quòd di
cta denuntiatio præcesserit,vt quæ à Prætore tunc,tempore
mortis ipsius don Lucæ Veronam gubernante Episcopo fa-
cta,& intimata fuerit pro solẽnitate d.statuti implemento,cũ
47 id dici possit antiquum,& pro antiquitate † multum præsu-
matur,& maximè solennitatem extrinsecam præcessisse, vt
post alios tradit latè Las.in repet.l.admonendi.col.lxxiij. nu,
240.in fi.& nu.248.ver,limita.ff.de iureiu. Et etiam quia ipse
Prætor in principio,& introitu eius regiminis iurauerat ser-
uare statuta & earum solennitates adimplere iuxta dispositio
nem c.iij lib.j.statutorum Communis Veronæ:Ergo censen-
dum est & hanc denuntiationis prælibatæ solennitatem adim

pleuisse,cùm sit maximi momenti, nec aspernenda videatur:
ne alias diceretur periurium incurrisse, in dubio enim non
48 †debet delictum præsumi,vt latè tradit Ias.in l.hoc iure. quã
legit cum l.in illa.col.pe.ver tertiò fallit.ff.de ver obli.& in l.
non amplius.§.si certis.colũ j.nu.4 ff.de lega j. Et in delictis
49 †semper præsumitur pro eo quod excusat secundum Bald.in
l.precibus.in col.vij.C.de impub & aliis subst.& ea fienda
50 est† interpretatio,ne quis incidat in delictum,argu.l.merito.
ff.pro socio.& in not.casu notat Cæpol.consil.xxj. ego Bar-
thol.col.iiij.ver.item pro hoc optime facit.nu.26. in consiliis
suis criminalibus. Posset etiam probabiliter attentari, quòd
cùm clericus successerit,& bona,de quibus agitur, habuerit
ab eius patre,qui viuens erat laicus, & sic statuto suppositus,
quod quantum ad dicta bona,sit dicto statuto suppositus, cũ
51 †succedens eiusdem iuris,ac fori esse censeatur, cuius erat il-
le,in cuius locum successit,saltem quo ad bona per successio
52 nem habita,præsertim cùm simus in filio,qui personam† pa-
tris repræsentare dicitur,vt qui sit eius viscerũ pars, eius ima-
go,& vna caro,& eadem persona.l.fi.C.de impu.& aliis sub-
stitu.l.ij.C.qui ætat.lib.x.c.contradicimus.xxxv.q.iij.& plenè
do.Marc.Mantu.consi cclxxvj.cùm diebus superioribus.in
53 prin.nu.2.3.& 4. Quare†non videtur mirum, si res prophana
infecta qualitate laicali,transeat cum sua infectione in cleri-
cum,vt probatur in l.fi.C.de exactor.tribut.lib.x.Nec obst.si
quis obiiciat,quòd imò res ipsa nõ erat infecta tempore,quo
ex patre laico transiuit ad filium clericum,quia nullũ ius tunc
in dictis bonis erat agnatis quæsitum,nec successio ad colle-
lata,stantibus filiis legitimis,sed tantùm tẽpore mortis ipsius
54 Don Lucæ clerici,cuius† respectu successionis, tempus mor-
tis eius,de cuius successione agitur, inspiciatur, iuxta l.si co-
gnatis.ff.de reb.dub. Quoniam respondetur & primò, quòd
imò ius erat quæsitum ipsis agnatis viuente eo, de cuius hære
ditate agitur,si non respectu hæreditatis,saltem respectu fœ-
minæ tex contentæ à statuto quo ad reliqua duo tertia bono
rum exclusæ. Nam quo ad eius exclusionem ius videtur agna
tis quæsitum,siquidem eo ipso,quòd nascitur fœmina,recipit
inhabilitatem succedendi,nisi in tertia parte bonorum sibi à
statuto reseruata Et hoc modo cõsiderat ius quæsitum, in si-
mili Lapp.Castillio.in alleg.100.circa fi. Vel secundò respon
deri potest,quòd licet tunc ius in ipsis bonis non erat agnatis
quæsitum re,erat saltem quæsitum spe,quæ spes habebat cer-
tam causam de præterito ab agnatione,& cõsanguinitate suc
cedendi in prædictis bonis,attẽta exclusione ipsius fœminæ,
& agnatorum admissione. Quæ agnatorum acquirendi spes eo
certior est reddita,cùm dicta bona ad ipsum clericum deuene
runt,quo tempore certissimum fuit ipsos agnatos eidem suc
cedere in dictis bonis debere,& posse,stante dicto statuto. Si-
55 quidem exploratі iuris erat clericum†iure Canonico matri-
monium legitimum contrahere non posse,nec inde filios sibi
56 successibiles procreare. Quo fit,vt ipsa spes ita,vt† supra cer-
ta,eundem debeat effectum operari,quem res ipsa iam ad esse
deducta operaretur,iuxta tradita per Bar.& Docto.in l.si po-
57 test.ff.de leg.j & in l.posthumo C.de contratab. Et† quod di-
citur tempus mortis quo ad successionem inspiciendum esse,
illud verum est quo ad executionem & effectũ dispositionis,
non quo ad ipsam dispositionem. Nam dispositionis tempus,
58 †non item executionis spectari oportere plerique asserũt.
l.iubemus.C.de testa.quam ad hoc allegat Ang.in §.j.ver.ad-
uerte pro declaratione.in authen.vt cùm de appel. cognos.in
c.fi.col.pen.& ibi etiam Fel.col. j.ver,amplia quartò.de con-
sti. Hinc est quod scribit Bald.in l.si quis hæredem.ad med.C.
59 de insti.& subst.†ꝙ si rusticus ruri testamentum confecerit
cum quinque testibus tantùm,cùm plures habere non posset,
secundum l.fi.C de testa.posteàque vrbem aliquam habitet,
manet tamen validum illud testamentum prius factum, in-
specto,scilicet tempore,quo fuit conditum,non mortis, quo
effectum sortitur, & sequitur Paul.de Castr.in d.l.iubemus.
paulò post med.ver.circa fi.& ibi Cor.col.j.versi.nota, quòd
quo ad formam.& ibi Ias.in iij.notab. Et idem Pau.de Cast.
consi.clxxxiij.ex facto proponitur quòd testator.in fi lib.ij.
& Ias in d.l.fi.col.j ver sic tertio responde.C.de testa. Et facit
quod notat Inn.in c.statuimus,circa med.ver.item nota,quòd
60 priuilegium.de maio.& obe.vbi dicit,quòd† recepti in cano-
nicos authoritate Papæ ante illam Decretalem,præcedũt ma-
iores ordine posteà receptos,iuxta antiquum stylũ,licet præ-
bendas assequantur post illam Decretalẽ. Cui consonat quod
scripsit

scripsit Iac. But. in sua dispu. quam retulit, & secutus est Pe. de Anch. in c. j. in xiij. q. prin. vers. hic subnecto quæstionem Iaco.
61 But. de consti. quòd dispositio † clemē super cathedram. de sepul. quæ vult, quòd de relictis factis ecclesijs conuentualibus mendicantibus soluatur quarta portio parochiali ecclesiæ, non habet locum in legatis factis à testatore ante illam constitutionem, etiam si talia legata post illam constitutionem incipiant habere effectum, quod & sequitur Franc. Aret. consilio lxxxv. considerata diligenter col. j. Quod etiam confirmat quod tradit Abb. in c. pastoralis. § verum. col. j. per illum tex.
62 de appella. quòd † licet noua constitutio concernat futura, & non præterita: si tamen illa futura omnino dependeant à præteritis, illa noua constitutio non comprehendit, & latè scribit Andr. Tiraquel. in tract. de iure primige. q. xlvij. nu. 17. versicu. quamquàm & illud quoque. Alia item ratione prædicta principalis conclusio videtur posse cōfirmari. Nam vsque de anno 1450. statutum, de quo suprà, fuit conditum, vt ex eius lectura apparet, & sic ante ortum, & natiuitatem ipsius Don Lucæ, quod & tempore eius natiuitatis vigebat, & adhuc viget: & sic hinc constat, quòd vinculum hoc statutarium fuit eidē à statuto impositum tempore, quo erat laicus, & sic subditus statuenti ratione iurisdictioni. Vnde concludi posse videtur, quòd dictum vinculum, quo iam agnatis erat ius quæsitum per supradicta, per qualitatem clericatus postea superuenientem tolli non posset, sed quod bona eo ligata remaneant, per ea quæ communiter traduntur Canon. in d. cap. ecclesia sanctæ Mariæ. extra. de consti. Nec huic rationi obstat consideratio Phi. Decij in d. c. ecclesia. nu. 52. vers. & licet prædicta responsio. dicentis, quòd attenta dicta ratione, videtur quòd ferè semper statuta laicorum clericos, & eorū bona ligarent, quia ij, quando nascuntur, sunt laici, & laicorū statutis subijciuntur, quòd sic ligantur: vnde licet posteà efficerentur clerici, ligati tamen remanerent, quia esset inuectum vinculum ante clericatum: quod tamen non est, secundum eum, dicendum. Quoniā potest replicari Decij ipsius illationē non esse vsquequaque veram, nā ea adeò generaliter non patet, vt non possint dari casus, in quibus clerici laicorum statutis non ligentur. Siquidem si post assumptum clericatum statuta, vel eorum reformatio nes fiant, ea clericus non tenebitur, quemadmodum nec etiā ligabitur, si ea expressim de clericis mentionem faciunt, vel sint contra libertatem ecclesiasticam concepta, per ea quæ tradunt Legistæ in d. l. cunctos populos. & Canon. in d. cap. quod clericis. de fo. compe. & latius dictum fuit suprà: ideo eius illatio non vera, nec tollit prædicta rationem, quo fit, vt hinc
63 sequatur, quòd † data instantia corruat argumentum ca. cum Paulus. j. q. j. Fran. Cur. Iu. in l. j. col. vij. C. qui admit. & destructo fundamento cætera inædificata corruunt. l. nam origo. ff. quod vi aut clam quem tex. ad hoc allegat Pau. de Cast. in auth. en. ex causa. C. de liber. præt. in col. j. & Ias plenè post alios
64 in l. creditori. ff. de op. no. nun. Accedat † etiam non temerè dici posse prædictum statutum esse fauorabile, non solùm respectu agnatorum ad successionem vocatorum, iuxta text. in l. j. §. j. ff. de colla. bono. & l. seruo legato §. si testator. ff. de leg. j. & Bar. in l. j. §. filium ff. de contrat. ab & in l. ij §. videāum. ff. ad Tertul. Et gl. in c. j. § hoc quoque. de succes. feudi. Sed etiā respectu clerici, cui succeditur, & eius sororis eræ concernet: nam, quod ad clericum pertinet, statutum censetur fauora-
65 bile, quia intendit eidem de hærede † ab intestato prouidere, quod sanè eius fauorem respicit, vt Instit. de lege Falc. in prin. Præterim cùm agat eidem facere hæredem non extraneū, sed
66 † eius proximiores agnatos, & de eius familia, qui & domus authoritatem, honorem, & decus, atque memoriam perennēt,
67 atque augeant, & in hoc publica versatur vtilitas, quæ † expostulat facultates suas singulis agnationibus conseruari, vt familiarum salua sit dignitas, & honestas, quæ absque diuitijs nō conseruatur. l. ab omnibus. circa prin. ff. de leg. j. l. j §. si seruus. ff. de ventre in spic. l. pietatis. C. de suspe. tut. l. creditores. ff. de
68 priui. cre. Et † quia honores & onera publica potioribus, & honestioribus sunt iniungēda. l. honores. ff. de decur. & l. ad sub-
69 eunda. C. eo. tit. lib. x. † quia interest reipub. per ditiores & digniores regi, in auth. de defen. ciui. in princ. § j. in auth. ne vt omn. obed. iud. prouin. circa prin. Et facit, quia reipu. interest, subditos abundare facultatibus, in auth. vt iud. sine quoq. suf. §. cogitatio. Sororis etiā respectu dicitur esse fauorabile, quia statutum eam admittere in tertia parte bonorū principaliter intēdit, quod est fauorabile, vt patet in dicto statuto, c. lxxxiij. in §. si verò agnatæ. ibi. *ipsa, vel ipsa agnata fœmina, & qualibet ipsarum, & præmortuarum filij succedant in tertia tantum parte eius, quam qualibet ipsarum, & præmortuarum filij, habitura, vel habituri essent ab intestato, &c.* Nec dicatur, quòd respectu cæterarum duarū partium, sibi de iure cōmuni debitarum, à qui-
70 bus per statutum excluditur, dicitur odiosum. Quoniam † respondetur, quòd ad iudicandū an lex sit fauorabilis, vel odiosa, attenditur id, super quo lex principaliter prouidere intendit, vt habetur in l. qui exceptionem. ff. de condi. inde. & patet in tex. c. ij. post princi. ibi. *cum non sit dicendum.* de deci. in vj. Bal. in l. illud. ij. col. C. de sac. sanct. eccle. & in l. h C. de interdic. matri. & in l. ab executione. C. quor. appel. non recip. Bar. in l. sed in hac. §. si. ff. de in ius voc. Pau. de Eleaz. post Io. And. in c. j. in iij. col. de loca. gl. pe. in fi. & ibi Gemi. in c. statuta cuncti. de elec. in vj. Sed hic principaliter statutum intendit eas vocare ad tertiam partem bonorum agnati ab intestato defuncti, ergo dicetur fauorabile. Et licet à reliquis duabus partibus excludantur, ea exclusio venit in consequentiā inclusionis & admissionis earum ad dictam tertiam partem, vnde ea nō debet
71 attendi, nec alterare potest principale, quia † accessoria nō alterant principalia, c. le. j. in fi. de præben. Abb. in c. cum nostris. col. pe. ad fi. de conces. præb. Et latè per Deci. consi. cccv. iuridicum. col. fin. Quo fit, vt admissio earum, quæ principaliter intenditur, sit inspicienda, non quod in consequentiam venit, ad dignoscendum an lex sit fauorabilis, vel odiosa. Idque præ serum cùm dicti statuti præfatione constet illud esse fauorabile, dum inquit, quòd intēdit successioni masculinæ fauere, quæ prosapias, & familiarum nomē conseruet, vt in c. lxxxij. lib. ij. statutorum legitur, per ea, quæ eleganter scripsit Bal. in
72 l. intestato. ff. de leg. tutor. vbi dixit, quòd ex præfatione † statuti colligi potest, an statutum sit odiosum vel fauorabile, & asserit se consuluisse, quòd sit ratio propter quam mouēru statuētes, sit fauor, est fauorabile: si verò sit odium, est odiosum, & hoc clarius declarat in repe. l. cunctos populos. in xij. col. C. de sum. trini. & fide catho. dicēs, quòd si mouetur odio sexus, & sic in odium mulierum eas excludat, est odiosum, sed si fauore masculorum, est fauorabile. Cùm ergo in dictis duabus partibus fœminas propter agnatos masculos excludat, idque ex præfatione apertè constet, dicendum est illud esse fauorabile, attento eo, quod principaliter agitur, & quod statuentes mouit ad ita statuendum, non quod in consequentiā venit. Et
73 quòd statutum hoc † excludens fœminas propter masculos agnatos dicatur per prædicta fauorabile, & non odiosum, tenent omnes doct. selan per Alb. Brun. in tract. suo, quòd stantibus masculis, &c. in quarto articu. prin. circa fi. nu. 6. vbi dicit hanc esse communem opinionem doctorum. Et licet Dec. consi. xiij. & pro tenui col. antepen. dicat huiusmodi statutum dici odiosum & iniquum, & hanc esse communem doct. opi.
74 Dicta Decij intelligenda sunt, quando † statutum excluderet filias propter filios masculos, nam tunc posset odiosum dici, iuxta l. maximum vitium. C. de lib. præte. facit l. fi. C. communia vtriusque iudi. & l. cùm oportet. §. sin autem res. C. de bo. quæ lib. & l. illud. C. de collatio. dum dicunt occasionē altercationis præstari quando constituitur inæqualitas inter filios, vnde talia statuta dici possunt odiosa, vt quæ sint cōtra naturalem æquitatem, vt dicit Bal. in l. inter filios. C. fami. erc. Sed quādo
75 † statutum excludat sororē à successione fratris odiosum dici non potest per rationes latius allegatas per Alex. qui id in terminis tradit consi. xvj. viso titulo. col. j. vol. j. Cùm ergo per sic prædictas rationes satis ostensum sit dictum statutum esse omnium respectu fauorabile, & præsertim respectu clerici, sequitur, quòd clericus, & eius bona, eo ligentur, per tradita per Cano. in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ. & ibi Mod. Patet igitur ea præ dictis esse, omnino cō. cludendum prædictum statutum ligare tam clericum, quàm eius bona patrimonialia, & cōsequēter ex eius dispositione ipsos agnatos actores ad eius successionē esse pro duobus tertijs partibus admittendos, exclusa ipsa sorore fœmina non obstantibus suprà in contrarium allegatis, quæ ex prædictis rationibus facilè refelluntur. Et singulis argumentis particulariter respondendo, Non obstat & primò, quòd ius commune præferat ipsam sororem agnato, d. §. si igitur. in auth. de hære. ab intesta. & quòd statutum non habeat locum in hæreditate & bonis clerici, cùm illud sit laicorum, quamuis sit æquū & bonum, ex defectu potestatis statuentiū. d. c. ecclesia sanctæ Mariæ. & ibi Abb. in j. notab. de consti. cū alijs suprà, in prin. alle. Quoniam respondetur, quòd per dicta

statuti specialem dispositionem iuri communi derogatū est,
76 & quòd agnati masculi, fœminis prælati sunt, per quos† con
seruantur prosapiæ, & nomen familiarum, vt inquit statutum
in d.c.lxxxij.in prin.li.ij.statu. & qui superstites agnati succe-
dunt oneribus defunctorū quantū ad propulsationē iniuria-
rum actiuè, & passiuè, & quo ad similia multa onera, & in-
cōmoda, vt hinc illud statutum videatur super quadā recom-
77 pensatione fundatū. est ergo æquum, † vt ibi collocentur com
moda prouenientia ex agnatione, vbi collocantur incommo-
da, vt arguit Andr. Sicul. in d.c.quod clericis.col.xxviij.extrà
78 de fo.compe. vnde lex† in multis induxit differentiā inter ma-
sculos & fœminas.l.in multis ff.de statu homi. Et ideo in hac
agnatorum masculorum prælatione publicam versari vtili-
tatem certi iuris est per ea quæ suprà latius disseruimus, dum
etiam clerici respectu hoc statutum fauorabile dici ostendi-
mus. Non ob item illud, quòd prædictum statutū ex defectu
potestatis clericos, aut eorum bona non cōprehendat, quem-
admodum nec etiam comprehendit forensem, tanquam non
subditum, maximè cùm verba sint in personam concepta, vt
per Alex.in d.cōsi.xliij.videretur prima facie.col.iij.ibi, cùm
ergo statutum.vol.v. Et Imo.in terminis statuti in d.ca.quod
clericis.col.iij.de fo.compe.& Georg. Nata in repet.c.quam-
uis.in pc.q.iij.prin.q.de pac.in vj. Quoniā responderi potest,
79 quòd† illud est verum, quando statutum in specie & expres-
sim disponeret de clericis, vel ecclesiasticis personis, vt suprà
dictum est: Secus si generaliter disponat, quia tunc nisi sit im-
probatum, etiam ad clericos porrigitur, vt not.in l.ex ea.ff.de
postula.& probatur in c.cùm venissem.de eo qui mit.in pos.
cau.rei ser. & secundum hanc distinctionem cōtraria sunt in-
telligenda, quēadmodum etiam docet Bar in d.l.cunctos po-
pulos.in loco superius allega. Vel secundò dici potest, quòd
80 † aut statuta sunt prohibitiua vel arctatiua, & tunc clericos
non ligant, etiam si eorum fauorem concernant, & sint æqua.
& ita procedit d.c.ecclesia sanctæ Mariæ.quia prohibere, ar-
ctare, vel imperare non potest fieri sine aliqua authoritate su-
81 perioritatis. Aut sunt † permissiua, vel priuilegiatiua, vt est
hoc nostrum statutum, per ea quæ suprà scripsimus, & tunc
etiam ad ecclesiasticas personas porrigunt effectum suum.l.
omnia priuilegia.C.de epis.& cle.c.j.& ij.extrà de cōsue.quia
82 † lex consulere potest etiam non subdito.l.j.C.de emanc.lib.l.
conuentionum.ff.de pact.& sic etiam clerico, & forensi. Aut
statutum, de quo in præsentia agimus, respectu masculorum
agnatorum fœminas repellētium, non imperat, nec arctat ta-
liter agnatos, vt necesse sit eis, ad successionem venire, velint,
nolint, sed potius permittit, & procedit remouendo tantū fœ
minas à successione propter existentiam ipsorum agnatorū:
& agnati masculi sunt in conditione, non in dispositione.l.si
quis sub cōditione.ff.si quis omis.cau.test. Vt hinc dicē-dū sit,
quòd reiectis fœminis, ipsi agnati potius suo iure veniāt, quo
venirent, si fœminæ non extarent, & sic potius de iure cōmu-
ni, quàm ex forma statuti, quasi sublato antecedenti gradu po
tiantur beneficio huius statuti ex quadam consequētia: quod
etiam in terminis tenuit idem Lap.in d.alleg.c.j.col.iij.versi.
non obstat ratio sumpta. Nec statutum ex eo videtur arctare
clericum, quia agit ei hæredem facere agnatum ab intestato
decedenti. Siquidem rectè intuenti nulla in eo considerari po-
test arctatio, imò potius id ex eius libera voluntate fieri præ
83 sumitur. Nam † clericus viuēt de bonis suis patrimonialibus
poterat liberè testari, & quēlibet ad eius successionem voca-
re.l.j.C.de sac.san.ec.§.disponat.in auth.de nup.sed id nō fe-
84 cit: vnde cùm † id facere non curauerit sequitur iuris præsum
ptio, quòd ipse voluerit eius bona ab intestato succedentes ex
iuris nostri municipalis dispositione venire, & ita disponere
voluisse, quo fit, vt ipsi agnati ab intestato succedentes dican-
tur ab ipso clerico vocati, si nō dispositiuè, saltem permissiuè,
per ea quæ eleganter scribit Alex.in d.cōsi.xliij.videretur.in
finalibus verbis, lib.v.& si non expressè, saltem tacitè, per ea
quæ latè scribit And. Tiraq.in tract.primige.in q.xlvj.nu.to.
versi.alii itē statuta loci. Præterea & secundò potest dici, quòd si
hoc casu aliqua coactio dari potest, quòd ea potius circa bo-
na, quàm circa personam clerici, qui iam defunctus est, consi
85 deranda sit, si quidem† qui non est in rerū natura, arctari, aut
cogi non potest.arg.l.decem.ff.de ver.ob.& ibi Iasi.in v.nota.
l.remittit.in fine.& ibi Fulg.& Roman.ff.de iureiurand. Nec
mutat, si dicatur, quòd nec bona clerici cogi possunt, cū gau-
deant priuilegio fori clerici, per ea quæ suprà dicta sunt, &
etiam inferius aliqua dicentur. Quoniam replicari potest, id
perpetuum non esse maximè in bonis patrimonialibus & lai-
calibus clerici, vt plenè notat Feli.in d.c.ecclesia sanctæ Ma-
riæ.colum.iiij.versic.sed nihilominus prædicta recipiunt. Ea
86 † enim tunc priuilegio fori gaudent, quando id est in iure ex-
pressum, vel est omnimoda ratio, aliàs non, vt per Feli.in loco
præallegato. Vel secundò dici potest, esse aduertendum, quia
statutum disponit eo casu, quo clericus mortuus est ab inte-
stato, quo tempore bona amplius clerici non sunt, sed ipsorū
agnatorum, & sororis pro parte, ad quam vocatur, qui sunt
laici, & subditi superiori laico statuenti, ergo potuit statutum
disponere de bonis peruentis ad ipsos laicos: & per consequēs
non attenditur tempus, quo clericus viuebat, sed tempus, quo
ipse amplius non erat dominus rerum. pro quo facit gloss. in
l.illa institutio.ff.de hæredi.institu. quæ dicit, quòd testator
disponit de rebus tempore, quo non est futurus dominus: &
facit gloss.xiij.quæst.in.prima.§ ex his omnibus. quam ra-
tionem dicit esse nouissimam Andræ. Sicul. in dicto capitu.
quod clericus.col.xxxj.de fo.compe.quamuis illam ante eum
posuisset Abb.Panor.in rubr.extra de testam.dum ibi inquit,
87 Facultas† testandi videtur hominibus quasi gratiosè conces-
sa, quia testator disponit in id tempus, quo non est futurus do
minus, nam testamentum morte confirmatur c.cum Marthæ.
88 ver.nouissimum enim.de celebratio.missar. Sed † post mortē
quis desinit esse dominus, mors enim omnia soluit, vt in auth.
de nuptiis §.deinceps autem.col.iiij.vnde dispositio licet fiat
tempore habili quo est dominus, tamen effectus confertur in
tēpus inhabile, Quod de mero iure non deberet licere.l.quod
sponsæ.C.de donatio.ante nup. Hinc dixit gloss.notab. quòd
89 Papa† nō potest in vita sibi eligere successorem, quia effectus
confertur in tempus quo non est futurus Papa.viij.q.j.§.his
omnibus. Hæc Panormit. Igitur si qua in dictis bonis coactio
considerari potest, ea considerabitur tempore quo fieri à statu-
to potuit, & sic tempore, quo clerici amplius non sunt morte
enim clerici bona eius esse desinunt, & eorum dominium &
possessio coniunctim translata fuit in ipsos agnatos, & soro-
rem pro portionibus ad se spectantibus, iuxta dispositionem
90 statuti nostri positi in c.lxxx.lib.ij. quæ† dominii & possessio
nis translatio, & in bonis & hæreditate, quæ clerici fuit, habe-
re locum certi iuris est, vt expressè docuit Andr. Tiraq.in tra-
cta.de translatione posses.defuncti in hæredem. in viij.decla-
ratione tertiæ partis principa.in fi.nu.j.vet.tum quia etiā vbi
91 plus dixit, quòd clerici† ligantur statutis & consuetudinibus
disponentibus de successione, siue respiciant hæredes cleri-
cos ad eorum admissionem, vel etiam exclusionem, siue etiam
defunctos clericos, vt scilicet in successionibus eorum seruen
tur statuta locorum. Quam opinionem in terminis tenuit idē
Tiraq.in tract.de iure primigeniorum.q.xliij.& q.xlv. vbi ple
92 nius. Vsqueadeo† vt mortuo dicto clerico nullum fuerit dare
medium inter ipsius mortem qui possidebat, & possessionem
ipsorum agnatorum & sororis prædictæ.l.quæsitum.§.præsen
te.ff.de lega.j.& l. si fratris.in versicu.statim.& ibi Bald.col.ij.
vet si, sed contra istam solutionem.& ibi Corn.colum.j.in iij.
notab.C.de iure deliber. Bal.in l.j.colum.fi.in fi.C. de appell.
& in l.alio.in fi.ff.de leg.j.& consilio cccxxx.statuto cauetur,
quòd conductor.col.j.versi.tertiò quæritur, si statutum.libr.j.
Maximè cùm simus in agnatis, ab intestato succedentibus, per
ea, quæ scribit Barto.in l.iij.colum.fi.versi secundò facit ad a-
liam quæst.ff de leg.j. Alex.in l.ex facto.§.si.circa fi.ff.ad Tre-
bel.& Guliel.Bened.in repe.d.c.Raynutius.in ver.& vxorem
nomine Adelasiam.numero 75.de testam.& Dec.in c.in præ-
sentia.col.j.in ij.notab.versicu.vel tertiò responderi potest.de
probat.& tradit idem Tiraquel.in d.tracta.de translatio.poss.
in sexta declaratione secundæ partis princip.nume.10.versicu.
tum etiam quia nullum.& in septima declaratione eiusdem
secundæ partis in princip.numer.1. Non obstat, quòd verba
sint in personam concepta, & ideo, quòd clericum non ligant
93 tanquam non subditum. Quia respondetur, quòd † talis di-
stinctio est vana, & verbalis, potius quàm realis, vt putauit in
simili Pet.de Anchar.in c.accessorium.colum.v.ver.aduerta-
tis domini, de reg.iur.in vj.& Fran.Aret.in l.iustè.col.fi.versi.
præterea illa differentia ff.de acqui.pos.ergo ea in casu nostro
non est attendenda. Secundò responderi potest, quòd licet verba
statuti videantur in personam concepta, & ad eam referri, ta-
men quia referuntur in personam propter rem, & sic propter
bona, ab intestato defuncti, perinde esse debet, ac si ad rem
essent

94 essent relata: Quẽadmodum in simili videmus, † quòd quan
do ius cõpetit fundo, & non personæ principaliter, verba sen
tentiæ, & libelli, quæ referuntur ad personam, perinde est, ac
si essent relata ad rem, vt habetur in l.ij. in prin. ff. si ser. vend.
& in l. qui in aliena. §. quãquam. ff. de nego. gest. Et ita etiã re-
spondet Fran. Aret. in d. l. iusticẽ. d. versi. præterea ista differen
tia. Vel tertio responderi potest, quòd dato quòd sint in per-
sonam concepta, ea videntur concepta in personam respectu
honoratorum, non item respectu oneratorum, & sic clerici,
de cuius hæreditate agitur: quo casu talis cõceptio nihil præ-
dictis videtur refragari. Vnde quæ suprà sunt in contrarium
allegata, procedunt, quando respectu oneratorum verba sunt
95 in personam concepta: Nam † tunc forẽsem, vel personã non
subditam ligare non dicuntur. Et ita procedunt dicta Bar. in
d. l. cunctos populos. in fi. vij. q. C. de sum. tri. & fide cath. Se-
cus si verba respectu oneratorũ sint in personam cõcepta per
96 prædicta. Vel etiam dici potest, quòd † in successione intesta-
ti attenditur locus bonorum sine distinctione, an sit statutũ
personale, an reale: & hæc est cõmunis opinio secundum Pet.
de Ancha. in repeti. c. j. in xij. q. princ. versi. sed circa personas.
& versi. per ista soluitur quæstio. & versi. quæro iuxta prædi
cta. de constitu. prout eum refert Andr. Tiraquel. in dicto tra
ctatu de iure primogen. in xlvj. q. in prin. nu. 2. versi. & ita volue
runt. Vltimò non obstat, quòd Io. de Imol. in d. c. quod cleri-
cis. de foro compe. quem secutus fuit Georg. Nata in repeti-
tione d. c. quæuis. præallega. tenuerit, quòd bona, vel hæredi-
tas clerici non subiaceant laicorum statutis, sed gaudeãt pri-
uilegio fori, per d. c. fi. extrà de vita & hone. cleric. Quoniam
97 respondetur † illud Io. de Imol. & sequacium dictum non esse
verum, & in d. c. fi. non probari, vt ex lectura & intellectu il-
lius constat. Et licet ibi glos. in ver. suis facultatibus. dixerit,
quòd res clericorum & ecclesiarũ eodem priuilegio gaudẽt,
iuxta tex. xij. q. ij. ecclesiarum seruos. & xvj. q. j. c. similiter. Ta
98 men † eius dictum debet intelligi secundum legem, quam alle
gat, sed dictum cap. ecclesiarum. non probat, nisi quòd cleri-
ci, vel episcopi, aut alij ecclesiarum serui non debent pro an-
garijs ab exactoribus publicis defangari, & in hoc priuile-
gio expressum in iure parificantur, ergo de eo ad casum Imo-
99 læ non est arguendum, nec † priuilegia & specialia multiplicẽ
tur, quod esse non debet iuribus vulgaribus. Similiter gl. in d.
100 c. similiter. xvj. q. j. in gl. j. intelligit illum tex. † non generali-
ter, & simpliciter, sed strictè, videlicet, quòd res clericorũ eo-
101 dem gaudent priuilegio, quo res ecclesiæ, & quòd † res cleri-
corum dicuntur esse res ecclesiæ, propterea, quia res clerico-
rum ecclesia defendere debet sicut suas. xij. q. ij. c. de laicis. &
lxxxvij. dist. eos. Vel, quòd ideo dicuntur ecclesiæ, quia si epi-
scopus, vel clericus ecclesiam damnificat, ipsæ ecclesiæ habet
102 recursum ad res suas, vt xij. q. iiij. c. quicunque. Nam † omnes
res clerici sunt obligatæ ecclesiæ, sicut res mariti vxori. C.
qui pot. in pig. hab. l. fi. & res tutoris pupillo. C. in qui. cau. ta-
ci. contrahi. l. si mater. Et quòd illud dictum, quo asseritur res
episcopi, vel clerici eodem gaudere priuilegio, quo & res ec-
clesiæ, debet intelligi, quantum ad hoc, quia ipsæ res clerici
pro mala administratiõe sunt suæ ecclesiæ obligatæ, expressè
tenuit gl. in c. ex literis. in verbo, obligata. extrà de pigno. Et
ideo per prædicta non sine grano salis ipse Imola dictam opi
nionem scribens, eam audacter non fuit ausus affirmare, sed
103 potius per verbum, Videtur, eam posuit, † quod est impro-
prietatis, & fictionis demonstratiuum, vt est tex. in l. j. §. deie-
cisse. ff. de vi & vi arma. & tex. in l. j. §. quæri potest. ff. ad Tur-
pil. & ita arguit Deci. in l. qui actionem habet. nu. 3 & 5. & in
l. qui per successionem. nu. 3. ff. de reg. iur. & l. 1. in §. præiudi-
ciales. nu. 22. & 23. Insti. de actio. Et profectò censendum est
ex prædictis, quòd dictam eius opinionem Imol. potius dispu
tando, quàm decidendo, & consulendo, posuerit, eam postcà
104 emendaturus, nisi illius scripta † incendio periissent, vt ipse
posteà potius fuerit occupatus in coll. gendis, quàm in corri-
gendis suis scriptis, vt ipse attestatur in l. ij. ff. de hære. institu.
105 Vel etiam dici potest, quòd sæpè † magistri & scholares de-
cipiuntur, vt dixit gl. in l. omnes exceptiones. ff. de excep. Nisi
fortè saluando dictam eius opinionem dicatur eum intelle-
xisse de bonis, & hæreditate clerici non patrimoniali, vide li-
106 cet, quæ † per ipsum clericum post clericatum, ex eius indu-
stria, vel rebus ecclesiæ, acquisita sunt, illa enim gaudere de-
bent priuilegio clerici personæ cõpetenti. Secus de patrimo-
nialibus rebus clerici, quas ipse à patre habuit, vt in casu no
stro, tunc enim hæc statuto supposita esse debent, & secũdum
eius dispositionem dispensari. Et ita videntur intelligenda di-
cta Doctorum loquentium de rebus patrimonialibus clerici,
quòd gaudent priuilegio fori, vt intelligatur de rebus clerici
ab eo partis, ex industria, vel ex rebus ecclesiæ post clericatũ:
107 non itẽ de rebus à suis maioribus habitis. Patrimonij † enim
vox & significatio in iure nostro latissimè patet, & pro omni-
bus diuitijs, & facultatibus, tam mobilibus, quàm immobili-
bus, etiam à maioribus non acceptis capitur, vt est tex. in l. co
gi. & in l. Titius. ff. ad Treb. cum alijs infinitis cumulatis per
Andr. Tiraquel. in suo tractatu de retractu consanguin. in §.
xxxij. in glo. j. nu. 101. & 102. versi. quanquàm. Et per hæc pa-
tet, quòd suprà in contrarium allegata non obstant conclu-
sioni superius formatæ. Quam cõclusionem vltra Doctores
superius allegatos, tenuit expressè & in terminis Andr. Tira-
quel. in tractatu primogen. in quæstione xlv. & in quæstione
xlvij. nu. 5. Et hæc opinio semper Veronæ fuit obseruata, vt à
dicta inueterata obseruatione discedendum in iudicãdo non
sit iuribus vulgaribus. Gab. Sar.

CXI.

1 *Pœna quando intelligatur imposita ipso iure, & quando sententia requiratur?*

1 Nota, quòd † vbicunque per legem imponitur pœna per verba futuri temporis, & additur aliquod ex infrascriptis verbis, Eo ipso facto, vel Ipso iure, vel Mox, vt in authen. ipso iure. C. de incest. nupt. in princi. & in cap. eum qui. de præben. lib. vj. Item si apponantur verba, Penitus, vel Prorsus, vel Omnino, vt est text. iuncta glo. not. in auth. vt defun. seu fun. defun. collat. v. & est gl. not. in l. si qui aduocatorum. C. de postu. Et hanc doctrinam ponunt Doct. in c. quibusdam. de præben. aliàs de pœnis. & in c. j. de postula. præla. lib. vj. Intelligitur pœna imposita ipso iure. Itẽ si dicat, In omnibus modis priuetur, vel Cadat à iure suo, vt probat text. in auth. vt defun. seu fu. defun. Secus si dicat, Cadat ab omni iure suo quia tunc requiritur sententia, vt not. Doctores in authen. qui semel. C. quomodo & quando iudex. & in c. cupientes. §. si verò in discordia. de elec. lib. vj. & ibi est gl. in verbo, priuetur. & facit c. dispendia. de rescrip. lib. vj. ibi, *eo modo careat literarum*, & quod ibi not. Et ratio diuersitatis est, quia in hoc vltimo casu istud signũ vniuersale, Omne, qualificat non verbum, sed res vel iura, quibus quis est priuandus, mediante sententia. Tamen in illis causis superioribus illud verbum, Penitus, vel Omnino, vel Omnibus modis, qualificat ipsum verbum, id est, ipsum actum priuandi. & ideo sententia non requiritur. quod not. quia hoc à paucis est tactum.

ADDITIO.

Nota, quòd vbicunque, &c. Ad ista vide Ludo. Roma. singu. j. & ij. & quæ ibi addidi, & plenius quàm alibi per Feli. in ca. Rodulphus. col. xvj. cum seq. de rescrip. & vide quæ in proposito addidi in dictionario Abb. in ver. verba futuri temporis. & vide infrà sing. cxiiij.

ANNOTATIO.

1 *Effectus qui sint, vt quid intelligatur ipso iure?*
2 *Dictio, Omnino, idem significat, quod Omni casu.*
3 *Dictio, Omnimodo, vbi ponitur in lege, censetur facultas inferioribus sublata disponendi contrarium.*
4 *Statutum disponens minorem quatuordecim annis posse testari, est inualidum, & quare?*
5 *Dictio Omnino, naturam præcisam habet, & eandem significationem, quam dictio, Nullomodo.*
6 *Dictio, Nullomodo, cuius sit significationis?*
7 *Intellectus c. quamuis pactum. de pact. in vj.*
8 *Intellectus Clemen. j. de vita & honest. cler.*
9 *Differentia quænam sit inter dictiones, Omnino, & Omnimodo?*
10 *Dictionum Omnino, & Nullomodo æquiparatio.*
11 *Dictio, Nullatenus, & Nullomodo, quid significet?*
12 *Dictionum, Quomodocunque, Quoquomodo, & Quomodolibet, item Cumscunque, & Qualitercunque significatio.*
13 *Dictiones, Mox, Illicò, Statim, quòd denotent sententiam canonis, quæ fertur ipso iure.*
14 *Dictio, Mox, Illicò, Statim, quid significent?*
15 *Dictio, Mox an dubiè idem significat, quod incontinenti.*

16 *Temporis modicum interuallum iudicis arbitrio committitur.*
17 *Dictionis, Statim, & Incontinenti, significatio.*
18 *Dictio, Protinus, Penitus, & Prorsus, quid significent?*

Adde Feli.in c.de regularibus.de simo.Barba.consil.xlv.col.iiij.
in ij.volu.& Feli.in c.ex parte.in prin.de offi.deleg.& Feli.in
c Rodulphus.col.xvj.versi.omnino.de rescrip.post eos,quos
allegat Soci.in regula cccix.fallentia iiij.& v.Ias.in l.penulti.
1 not.vj.C.de pact. Et quinque† notabiles effectus,vt intelligatur ipso iure,ponit Io. Crot. in l.j.§.qui præsens. in prima lectura.ff.de verb.obl. Fran.Cremen.in sing.vij.incip. Tuscis,
quòd verbum.Corse.in singu.in ver.omnino.Carel.Cotta in
memo.in ver.mox dictio,& in ver.verbum futuri temporis.
Et latè per Hipp.de Marsi.in practica crimi. in §.aggredior.
nu.123.vbi ponit nomina adnotantia,ipso iure Et per do.Bermondum Choueronium in commentariis in titulum de publicis concub.in concor.in rub.de incestu.incip.ad tertiã speciem fornicationis.nu.11.versi.prætereà crimẽ. char.lxxiiij.
& in verbo,sit ipso facto.§.videtur,quòd ista verba.nume.3.
charta clxxj.& in verbo,Mox.§ hæc dictio est præcisa.nu.1.
charta clxxxj.& in verbo,ad prædicta prorsus inhabiles existant §.istud enim.char.ccxij.& in verbo,iubemus, vt ipsum
omnibus suis beneficiis omnino.§ id est, ipso iure, &c. & in
verbo,Eorum superiores, tam ipsos de neglectu, &c.§ hæc
enim verba.charta ccxviij.Et dixi aliquid suprà singu.xxxvj.
5 nota nouam regulam.nu.5.Et adde† quòd Omnino etiã idẽ
significat quod omni casu, vt per gl. in l.si cum exceptione.
§.quatenus.in versi.omnimodo.ff quod met.cau & in ca.ex
parte.j in ver.omnino.extrà de offi.deleg.& est text.in l.precibus.circa prin.in versic.omnino.quem ibi ponderat Ias.in
3 secundo notab.C.de impu.& aliis substi. Et adde,† quòd vbi
omnimodo ponitur in lege, censetur facultas inferioribus
sublata disponendi contrarium,gl.in clemẽ.vt hi qui.de æta.
& quali.per quam dicunt Ang.& Imo.in l.qua ætate.ff.de te
4 sta.quòd† statutum disponens minorem quatuordecim annis posse testari,est inualidum:quia tex.in l.fi.C.de testa. mili.dicit,omnino prohibemus pupillũ posse testari.refert Ioã.
Cro.in l.stipulatio hoc modo concepta.in col.viij.in prin.ff.
de verb.obl.& vide quæ ponit Ias.in l.j.nu.34.ff.solu.matri.
& latè do.Sebast.Vantius in tracta.de nullitate processus, in
rub.quot & quibus modis nullitas proponi poss. nume.50. &
Tho. Gram. in voto xxj.nu.3 & pulchrè per Io. Nic. Arcl.
in l.generaliter.in versi.dominium.C.de secun.nupt. & Io.de
Gaeton.in repetitio.sua.l.j.nu.13.C.de secun.nup.& Albe.de
Rosa.in suo dictionario,in versi.verba futuri tẽporis.& per
5 Matth.infrà singu.cxiiij.nota,quòd vbi lex.Ex† quibus locis
colligitur dictionem,Omnino,naturam præcisam habere,vt
per glossam & doctores in c.ex parte.j.de offi.delega. Bal. in
l.fi.col.j.C.de contrahen.emptio. notatur in cap. & si Christus vbi Bal.extrà de iureiuran. & in cap.qualiter & quãdo.
extrà de iudicus.Decius in consi.j.colum.ij.gloss. in cap.vltimo.de officio delega.in sexto.& in cap.à subdelegato.de officio delega.eodem libro.Et eandem significationem habet,
6 quam dictio , Nullomodo ,† cuius vis tanta est, vt prorsus
tollat atque submoueat dispensandi libertatem , vt dictum
fuit suprà ex sententia glos.in dicta clemen. vt ij,qui,in verb.
nullomodo. de ætate & qualita. Quam decisionem sequitur
Roma.in l.qui superstitis.ff.de acquiren.hæredita.& Curtius
Senior consi.xliiij.col.iij.Quod etiam suaderi potest ex text.
in cap.quamuis pactum.de pactis.in vj. vbi Archidiacon. per
7 illum text. ait, adeo dispensationem† ipsam excludi, vt filia,
quæ dote contenta cessit paternæ hæreditati , nullam mereatur iurisiurandi absolutionem. Ad hæc text.in clement.j. ibi,
non coniugati verò in rebus, & si omninò incedant vt laici,
in personis priuilegium clericale, quamdiu præmissis insisterint,eo ipso amittant.de vita & honesta.clericorum. Textus
8 †enim ille probat necessarium esse,vt clerici incedant omninò vt laici,non solùm quo ad ornamenta ipsis clericis decentia,sed etiam habita ratione tonsuræ,vt clerici singulo,atque
priuilegio ipsis clericis cõcesso nudentur:Quod si tonsi fuerint,non erunt vt laici puniendi. Adde,quod de hac dictione omnino, notat Alexan.& alij,in l.fina.colum. penul.C.de
9 institutis.& substitutio.Et quæ sit † differentia inter dictiones Omninò,& Omnimodo explicat Iason in l.si mater.§.vltimo capit.princip.ff.de vulgari & pupillari. Et æquiparatio-
10 nem † dictionum Omninò,& Nullomodo, scribit Curtius
11 Senior consi.lxvj.colum.ij.in fine De dictione† Nullatenus,
& Nullomodo,annotat Ias.in l.scrinarios.C.de testa.mili.&
12 in l.vltima. eodem titu. De dictione† Quomodocunque &
Quoquomodo, Quomodolibet,tradit Curt. Senior consil.
50.colum.vlti.& Soci.consi.xv.colum.xj.& idem Socin.consilio eclj.colum.xiij.vbi explicat significationes dictionum
Cuiuscunque, Quomodocunque & Qualitercunque. Di-
13 ctiones† Mox,Illico,Statim,quòd denotent sententiam Canonis,quæ fertur ipso iure est tex.in l.in criminali.C.de iurisd.
om.iudi.quem allegat idem Mathesil. infrà singul.cxiiij.nota quòd vbi lex. Et plenè per Anto.de But.in c.si diligenti.extra de foro compe.& Alex.qui de dictione Mox,tradit in l.j.
col.xj.ff.si cer.peta.& in l.ad peremptorium.ff.de iudi & Pa-
14 normi.in ca.j.col. vj.extra de mutuis petitio. Et nota † quòd
prædictæ dictiones quandoque longum interuallum denotant.c.si quolibet.xx.q.ij.Quandoque dictio Mox, alio tempore terminatur.l.sed etsi sub conditione.§.seruus.ff. de hæred.insti.notat gl.in c.quia propter.in fi.extra de elect. In du-
15 bio tamen† idem denotat,quod dictio incõtinenti,& sic modicum interuallum vt docet Bal.in l.Gallus §.ille casus.ff.de
libe.& posthu.qui citat gloss in versi.sed nunquid in authen.
16 de incestis nuptiis.& glo.in d.c.quia propter. Et hoc† modicum interuallum iudicis arbitrio committitur.glo.notab. in
c.quam sit.in ver.quam citius.de elect.in vj. & in c.an sit. extra de appel. & quod dicta dictio Mox,idem significet, quòd
incontinenti scribit Francis. Aret.in l.si quis hæres.in prin.ff.
de acquiren.hæred.post Bar.in l. Imperator. ff.de iure fisci &
17 in l.fructus.ff.solu.matri. De dictione† verò statim & incõtinenti tradunt Bal.& Alex.col.iij.in l.diuortio.ff.soluto matrimo.Bar.in l.si stipulatus sim Damam.ff.de verb.obl.& Socin.in consi.lxv.col.fi.& consi.sequen.col.penul & Bar.in l.si
is à quo.ff. vt in posses.lega.& in l.j.§.qui præsens,ff.de verb.
obli.vbi fusius Imol.Alex.& recentiores tractant, & adde gl.
in l. Antoninus,ff.de fideicommis.liber. & Alexan. in d §.qui
18 præsens. in fi.tradit † de significatione dictionis protinus. &
vide Panor. in ca.in quibusdam.in fi.de pœnis, qui declarat,
quòd dictio penitus,& prorsus, iuncta verbo futuri temporis inducit dispositionem pœnæ ipso facto.& allegat cap.grauem in fi.extrà de pœnis.de quibus omnibus etiam nouissimè scribit Franciscus à Salerone in eius tractatu dictionum
selectarum. Gab.Saray.

CXII.

1 *Obligatio an ipso iure extinguatur, vel ope exceptionis, quando vnum pro alio creditori,vel alteri eius nomine soluitur?*

1 NOta,quòd vbi soluitur† aliud pro alio volenti creditori ipso iure extinguitur obligatio,sicut si, esset solutum quod verè debebatur, vt in sti.quib.mod.tol. obli.
in prin. Secus est vbi de consensu creditoris quis soluerit
alteri aliud pro alio, quia tunc tollitur obligatio solum
ope exceptionis,& non ipso iure.l.fi.§.cum mihi aut Titio.ff.de verb.obli.& ibi not.per Bar.

ADDITIO.

Nota quòd vbi &c.in fine. Adde quòd istud dictũ sequitur Magist.meus in l.ij.§.mutui datio.col.vj.ff.si cer.per.& addit Bar.
expressius in l.si cùm fundum.ff.de pact. Idem Magist. meus
in l. non vtique.§. item Iulianus. in l.ij.ff.de eo quod cer loco.
vbi dicit facere l.obligationis ferè.§.accessio.in fi.cum gl.
ff.de actio.& obligatio.

ANNOTATIO.

1 *Aliud pro alio si alteri de voluntate creditoris soluatur, an ipso iure liberatio sequatur, vel ope exceptionis?*
2 *Intellectus tex.in l.fi.§.cum mihi aut Titio ff.de verbo.oblig.*
3 *Adiecto solui potest,inuito creditore.*

Idem tenet Ias.in l.cùm quis. in princi.ff.de verbo. obligat. post
Barto in l.si cùm fundum.ff.de pact.Sed Bartol. in l si hæres
generaliter.ff.de legat.j.expressè tenet contrarium : & dicit
1 †quòd si soluitur aliud pro alio alteri de voluntate creditoris,ipso iure liberatio sequitur,per l.soluitam.ff.de solut. vbi
parità sunt,quòd creditori sit soluta pecunia,vel alteri de mã
2 dato creditoris. Non † obstat text.in dicta l.fina.§.cum mihi.quia loquitur in solutione,quæ debet fieri adiecto,in quo
3 speciale videtur,quia adiecto† solui potest creditore inuitò.
l.vero procuratori.ff.de solutio.& not Barto. in dicta l.fi.§.
fi.ff.de verbo.oblig. Gab.Sar.

CXIII.

1 *Fauores attributi libertatibus habẽt locũ in omnibus pijs relictis.*

1 NOta regulam, quòd omnes † fauores attributi libertatibus habẽt locum in omnibus relictis piis, vt not. Bar. in l. proximè. in fin. ff. de his quæ in testa. delen. & l. si vnus. C. de testamen.

ANNOTATIO.

1 *Lex vbi aliquid statuit, vel disponit in fauorem libertatis, illa lex etiam habet locum in pia causa, quando eadem ratio militat in vtroque.*
2 *Libertas, & causa pia æquiparantur.*
3 *Libertas & ecclesia æquiparantur.*
4 *Libertatis causa dicitur publica, non priuata, & in dubio pro ea est iudicandum.*
5 *Libertatis causa est fauorabilior, quàm sit legitima liberorum.*
6 *Libertati magis fauetur, quàm filiationi.*
7 *De libertate intentionis, liberi arbitrij, & operis.*
8 *Seruo meo si dixerim: Si obuies libero, liber esto. Et tu dixeris tuo seruo. Si obuies seruo, liber esto. Illi verò sibi inuicem obuiauerint, quis debeat esse liber?*
9 *Libertatis causa dicitur pia causa largo modo, ideo disposita in causa libertatis locum habent in causa pia, non econtrà.*

1 Vbi lex † aliquid statuit, vel disponit in fauorem libertatis, illa lex etiam locum habet in pia causa, quando eadẽ ratio militat in vtroque: quia libertas est actus pietatis, vt est tex. in l. j.
2 circa fi. & ibi Bal. no. C. de cõmu. ser. manu. & † libertas & causa pia æquiparãtur, vt voluit Bal. in l. ij. circa prin. C. de fideicom. lib. & idem Bal. in l. si iure. C. de manu. test. & Bar. in d. l. si vnus. C. de testa. & idem Bart. in l. Titio vsusfruc. §. ii. ff. de condi. & demon. & idem Bar. & Io. de Imo. in d. l. proximè. ff. de his quæ in testa. delen. Alex. in l. Centurio. col. ij. versi. decimò. ff. de vulg. & pupil. & per Alex. consil. cccclj. ponderatis his, quæ in themate narrantur. vol. j. & Roma. consil. ccxxxv. col. ij. & Bal. in l. j. in prin. C. de cadu. tol. vbi in vltima col. ex-
3 pressè dixit, quòd † libertas & ecclesia æquiparãtur. Et de hoc singulari posuit Roma. in sua repe. authen. similiter. C. ad leg. Fal. Alia septem singularia addit Nic. Euer. in suis locis legalibus in loco xxiij. à libertate ad piam causam. vide per eum, quibus adde quod not. Ias. in d. l. si vnus. C. de testam. & in l. si prius. col. pen. in fi. nu. 55. versi. secundò moueor. dum insistit in intellectu l. j. §. penul. C. de assert. tollen. ff. de ope. no. nun. & in l. j. §. si quis ita. col. v. ver. vltra eos. nu. 16. ff. de ver. obl. & per Alex. in l. si filius qui patri. col. ij. ver. fallit. nu. 9. ff. de vul-
4 ga. & pup. Et adde in materia libertatis, quod † causa libertatis dicitur publica, nõn priuata. l. si quis rogatus. ff. de fideicõ. lib. & in dubio pro ea est iudicãdum, l. quoties dubia. ff. de re-
5 gu. iur. vbi Deci. subdit, quòd † fauorabilior est causa libertatis, quàm sit legitima liberorum, vt per Pau. de Cast. in l. Papi-
6 nianus. §. quarta. ff. de inoffi. testa. & magis fauetur † libertati, quàm filiationi, vt plenè tradit Ias. in l. si cui legetur. §. hoc autem. col. fi. nu. 9. ff. de leg. j. & per Pet. Gerar. de Petrasan. in suo
7 sing. j. an fi. Et † de triplici libertate intentionis, liberi arbitrij, & operis, tradit Bal. in l. libertas. ff. de statu homi. facit l. Arethusa. ff. eo. ti. de sta. homi. & ibi Bal. ponit pulchrã quæstionẽ,
8 videlicet, Dixi † seruo meo, si obuies libero, liber esto: Tu dixisti tuo, si obuies seruo, liber esto: Illi verò sibi inuicẽ obuiant, quæritur quis erit liber? vide ibi per eum. Nota tamen
9 quòd † causa libertatis dicitur pia causa largo modo, nõ propriè, cùm non respiciat animam, ideo disposita in causa libertatis locum habent in causa pia, non econtrariò: quia esset arguere de minori ad maius, quod non licet, vt post alios nouissimè tradit Deci. in l. captatorias. col. fin. C. de testa. mili. & in materia tradit do. Hieru. Cagnol. in dicta l. quoties dubia. ff. de regu. iur. Gab. Sar.

CXIIII.

1 *Pœna quando dicatur imposita ipso iure, & quando non.*

1 NOta, quod † vbi lex imponit pœnam, & loquitur per verba futuri temporis, vel per verba dubia, quæ possunt esse futuri optatiui, & præsentis coniunctiui, vt est verbum Sit, & adiungitur participium præteriti temporis, vt quia dicit, Vel erit priuatus, vel excommunicatus, intelligitur pœna imposita ipso iure, vt c. à nobis. j. de sen. excom. & c. si. in fi. de temp. ord. lib. vj. & in ca. quia à nobis. de vsur. Fallit nisi verba coniuncta cum participio noteut impropriet atem quandam, putà, quia dicitur, quòd habeatur pro condemnato: quia tunc requiritur sententia, l. in criminali. C. de iuris. om. iud. & quod ibi not. per gl. & doct. Idem si dicatur, quòd habeatur pro conuicto, vel habeatur pro cõfesso: quia tũc non intelligitur ipso iure, sed requiritur sententia, vt not. in l. ij. §. quòd si actor. C. de iura. calum. & not. Io. de Imo. aliàs Io. Mon. in c. ij. de confes. lib. vj. Licet Archi. & Io. And. videantur sentire contrarium, & non bene.

ADDITIONES.

Nota, quòd vbi lex, &c. Ad ista faciunt dicta suprà in nota. cxij. & vide in locis ibi per me additis.

Adde tex. in l. improbum. C. ex quib. cau. infa. irrog. & tex. in l. j. ne lite penden. Roma. in sing. j. & ij. & vide tex. in l. quoties. in ver. spolietur, & in versi. seruatos. iuncta gl. C. de digni. lib. xij. & gl. in ver. meritum. & in c. dilecta. de rescrip. & tex. in c. auditis in versi. irrita ipso iure. & ibi glo. de elect. & in c. scriptũ. in versi. priuari in fi. & ibi gl. de elect. & tex. in auth. ad hoc. iũcta gl. in versi. cadat. C. de vsur. & gl. in c. reperiuntur. j. q. j. in versi. condemnatum. & in c. infamis. in versi. irritum. de resti. spo. & gl. in c. cum Bertholdus. in versi. irritanda. de re iudi. & in l. j. in versi. confirmabitur ff. de serui. & Alex. in l. j. col. iiij. C. de eden. gl. in l. j. C. de rescin. ven. in ver. irrita. & in l. cùm omnia. ff. de mino. & in l. quod dictum. ff. de pact. & per Feli. in c. j. col. v. de rescri. Cæpo. consi. xij. & Barb. consi. xij. col. ij. vol. j. & consi. xxiij. in iij. col. eodem vol. & cõsi. xj. vol. ij. col. x. & gl. in l. si quis aduocatus. in versi. arceãtur. C. de postula. & But. cõsi. iiij. & consi. xxij. col. j. & Rom. consil. ccxij. col. fi. & Feli. plenè in c. Rodulphus. de rescri. Alib. in c. ij. in fi. & ibi scribẽtes de foro cõpe. & Abb. in c. si diligenti. col. vj. in fine. de foro cõpe. & Card. consi. cxxviij. in fi. gl. in c. si quis ex clericis. in versi. sit anathema. xxiij. dist. & tex. in c. ne captandæ. de concel. præben. in vj. Feli. in c. ex tenore. col. antepe. de rescrip. & Abb. in c. nonnulli. §. sunt & alij. col. iij. de rescrip. & in c. quisquis. col. iij. de elec. & Gem. in c. j. in fi. de iureiur. in vj. & Abb. in c. clericis. col. xij. ne cler. vel monac. & per Feli. in c. ij. in prin. de off. dele. & plenè tradit Catel. Cot. in memo. in versi. geminatio verborum operatur. & adde quæ dixi suprà diffusius in singu. cxj. nota, quòd vbicunque. Gab. Sar.

CXV.

1 *Exceptio, quòd non debeo audiri, nisi petam totum, quando possit mihi partem debiti petenti in iudicio à reo opponi.*

1 NOta, quòd † si ex centum, quæ assero te mihi debere, peto xxv. potest reus obiicere exceptionẽ, quòd non debeam audiri, nisi petam totum, ne ipse distrahatur in plura iudicia: argu. l. non tamen. ff. de procur. & hoc not. Barto. in l. in commodato. §. duobus. ff. commoda. vbi dicit hoc verum, si iurisdictio iudicis patiatur, id est, si iudex naturaliter possit de toto debito cognoscere. Sed si iudex naturaliter posset cognoscere à xxv. libris infrà tantum, actor audiatur inuito reo. l. cum quædam puella. §. fina. ff. de iurisdictio. omnium iudicum. Et per prædicta limitatur text. Institu. de actio. §. si minus. Item aperitur via destruendi cautelam aduocatorum, quam ponit Barto. in authenti. at qui semel. C. de probat. vbi dicit, quòd vbi intentio actoris probari posset solùm per testes, cauti aduocati faciunt peti solum modicam partem, putà, decimam totius summæ: & si testes bene probant, bene quidem: nam posteà petit residuum, & alij testes in ratò deponunt. Item si non probant, producentur alij testes in petitione residui, & erunt magis instructi, propter interrogatoria partis aduersæ. Nam illa cautela procedit, quando reus nihil obiicit, vel quando iurisdictio iudicis erat limitata vsque ad modicam summam primò petitam. quod nota.

ADDITIO.

Nota, quòd si ex centum, &c. Adde quod singulariter voluit Bald. & post eum Ioan. de Imol. & Alexan. in l. si mihi. ff. de legatis primo. & per eundem, & Arett. in l. j. de acquiren. hæredita. per Bald. notabiliter in l. edita. in repetitio. Paduana in xxx. colum. versic. nunc videamus de cumulatione necessaria. C. de eden. per Barto. Bald. Ange. Salice. Pau. de Cast. Roma. Alexan. Magist. meum in l. si idem. & in l. quædam. ff. de iurisd. om. iudi. per Barto. Ange. Imol. & alios in l. scire debemos. ff. de iurisd. om. iud. per Bar. in l. si vnus. §. si cùm decẽ. de pact.

& l.si ex toto.§.fi. vbi Alex.& alij de le.j & in l.prætor.§ si
plures.ad fi.ff.de iniur. per Bar.& Bal.in l.j.in fin.de duo.reis.
aliquid per Ang.per illum tex.in l.age.C.de transact. vbi etiã
vide per alios,& per Alexand.in l.duobus. hic alleg. & vide
infrà notab.cxlviij.nota vnum dictum.

ANNOTATIO.

1 *Actor quando cogatur totam summã sibi debitam petere, nec eius partem petendo diuidatur?*

2 *Intellectus l.iam tamen.§.aliud ff.iud. solu.*

3 *Obligationis conditio ex persona hæredis non immutatur.*

4 *Actor si petijt quinquaginta,& probauit de cẽtum, non poterit petere alia quinquaginta coram alio iudice.*

5 *Si vis petere mille,& nescis qualiter testes sint deposituri,potes petere modicam partem,& si postea testes plene probent pro te, poteris totam summã petere,quod procedit,nisi reus opponat.*

6 *Pars de maiori summa quando petitur coram iudice minoris summa,illa minor pars non petitur tanquam promissa,sed tanquam debita.*

7 *Sententia si sit lata in duobus quinquaginta diuersis ab eo iudice, qui de quinquaginta tantum cognoscere poterat,an valeat? Et an in quibus quinquaginta sententia valere debeat,iudicis sit electio?*

8 *Actor si possit consequi intentionem suam faciendo duo iudicia, & illud idem possit etiam consequi vno iudicio,an cogatur in vno iudicio omnia deducere?*

Hoc latè tradunt Bar.in d.l.in cõmodato.§ duobus.ff commo.
& in l.non est nouum.in fi.ff.de actio emp.Bal.& Mod.in l.
j.ff.de acqui.hære.Bal Ang.Sali & Alex.in d.l.cùm quædam
puella.§.fi.ff.de iuris.om.iud.Bal.Pau.de Cast.& Lud Rom.
in l.si idem cum eodem.in prin.ff.de iuris.om.iud.& Bal. Albe.de Rosa.Lud Roma.& Ias.in l.quidam æstimauerunt ff.
si cer.pe.& in hoc communis est doctorum conclusio, quòd
1 actor † cogitur totam summam petere ne continentia causæ,vel iudicium diuidatur.l.nulli C.de iud.l.j.& ij.ff.ex qui.
cau.ad eund.iud.ea.Et facit natura correlationis. Nam sicut
debitor non potest particulariter soluere creditori,d.l.quidam æstimauerunt.& ibi doc.& maxime Dec.ita nec creditor debet posse particulariter agere,quia istud esset frustrare
debitorem diuersis iudiciis. Et licet ista sit cõmunis opinio,
2 in contrarium † tamen habes fortem tex.in l.iam tamen.§.aliud.ff.iudica.sol. Vbi si sunt plures hæredes vnius creditoris
mortui,vnus potest petere partem suã nec cogitur per vnũ
litigare,quod secus est in hæredibus rei,quia per vnum tenentur omnes defendere. Nec dicatur,quòd ibi illud fit propter
pluralitatẽ hominũ,quia si istud fuisset permissum principaliter,tamen ex persona hæredum,licet plures sint,non permit
3 teretur,quia clarum † est,quòd ex persona hæredis conditio
obligationis non immutatur.l.ij.§.ex his.ff.de ver.obli. & sic
si creditor teneretur petere tota cẽtum,hæres similiter cogeretur,d.§ aliud. Est verũ,quòd Bar.in l.prætor.§.si mini plures.ff.de iniur.respõdet ad illum tex.quòd procedit,quia non
fuit oppositum à debitore,quod est de directo. Contra illum
tex. Cogita igitur super illo tex. Et vide glo.not.in d.§.si mi-
4 nus,insti.de act.vbi gl.vult,quòd si petij † quinquaginta, &
probaui de centum,quo casu iudex non potest nisi in quinquaginta cõdẽnare,non potero alia quinquaginta petere coram alio iudice,per illũ tex.in ver.in eodem iudicio,quẽ gl.
exponit,id est,coram eodẽ iudice,quia reo cõpetit exceptio
declinatoria,quòd non tenetur respondere,nisi corã primo
illo iudice. Et illam glo.pro notab.allegat idem Matth. infrà
singul.cxlviij. Vide etiam dictam notabilem cautelam Bart.
in auth.atqui semel.C de probat.quam etiam ponit Albe. de
Rosa.in d.l.quidam æstimauerũt. Nam dicit Bar.quòd si vis
5 † petere mille,& nescis qualiter testes deponãt,cautela est,vt
petas modicam partem,quia si postea deponãt plenè pro te,
poteris posteà totam summã petere. Nam per prædicta limitatur ista cautela,vt non procedat reo opponente,& ita eum
restringit Imol.in l.si mihi & tibi.in prin.ff.de leg.j. & Mat-
6 thæ.hic. Adde tamen † quòd quãdo pars de maiori summa petitur coram iudice minoris summæ,illa minor pars non petitur tanquam promissa,sed tanquam debita,vt notabi. dixit
Bar.in l.scire debemus.ff.de verb.obl. Si tamen vti promissa
peteretur,non propter hoc deberet vitiari,vt dixit Ang.in d.
l.scire.& latè per Dec.in l.in eo quod plus sit.& in l.non potest videri improbus.ff.de reg.iur. Et ad prædicta facit quod
not.Bar.in l.si vnus.§.si cùm mihi,ff.de pact.& in l.si ex toto.
§.fi.ff de leg.j.& Bar.& Bal.in l.j.in fi.C.de duob.reis.& Maria.Soci.in c.dilecti.in ar.xxiv.q.ij.de libellis oblatio. Et quid
7 si sententia † lata sit in duobus quinquaginta diuersis ab eo iudice,qui de quinquaginta tantum cognoscere poterat,an valeat? & an in quibus quinquaginta sententia valere debeat,iudicis sit electio,tradit Rom.sing.xlj.si quis debitor. Quid au-
8 tem † si actor potest consequi intẽtionem suam faciendo duo
iudicia,& illud idem potest cõsequi vno iudicio,an cogatur
in vno iudicio omnia deducere? tradit Cy.in l.quod tẽpore.&
ibi Bal.in fi.C.de testi.mili. Gab.Sar.

CXVI.

1 *Possessio continua quomodo probari possit,quo ad præscriptionem?*

1 NOta mirabilem doctrinam,quòd si quis † vult probare possessionem continuam x.annorũ,& sic obijcere præscriptionem longi temporis, sufficit ei probare de possessione duorum priorum annorum, & duorum vltimorũ,& quòd aliquando in medio possederit: quia tũc præsumitur cõtinuatio aliorum mediorum temporum, vt est gl.xvj.q.iiij.c.volumus.& hoc etiam tenet Bart.in l. Celsus.ff.de vsuca.vbi etiam ipse plus dicit, quòd sufficit probari,quòd possedit in principio puta in anno ix.præterito,quia præsumitur semper continuata possessio saltem ciuilis,quia possedit semel, [illegible] de solo cõmodo tractetur, nam quia asserit se possidere, præsumitur semper retro continuate possedisse,nisi contrarium probetur, ar gu.l.siue possideti.C de [illegible] & not Cy.in l.super longi.C de præscrip longi. temp. Sed aduerte quia hoc procedit solùm in reo in re [illegible] qua possedit in præsenti, de qua non est quæstio. Actor verò non possidẽs rem fundans se ex tali præscriptione non obtineret,nisi probaret saltem principij possessionẽ,& extremi, scilicet, primi & decimi anni. Illud quod dicit gl.in d.c.volumus.de possessione medij tẽporis non puto necessarium. Saluo nisi quis se fundaret ex præscriptione longissima xxx. vel xl.annorum, quia tunc oporteret probare de possessione primi vndecimi anni.& xxj.& xxxj.& vltra,vbi tractaret de possessione xl.anno. Ratio est,quia possessio ciuilis quæ retinetur animo,quæ sola sufficeret ad præscriptionem,præsumitur durare vsque ad x.annos & non vltra, nisi appareat de naturali possessione rei,vt l.furti.& l.fundi.ff.de vsucap.& ibi not.per Doct. In omnibus tamen casibus sit semper cautus practicans,id est,aduocatus rei,ne taliter formet articulos quòd appareat præscriptionẽ longi temporis completam ante primam citationem, alias succũberet,vt not.Bar.in dicta l Celsus.

ADDITIO.

No.mirabilẽ.&c. An de Fel.in c.inter dilectos.col.v.post princ. ver.quibus interim [illegible] de fi.instru.vbi dicit quòd gl. in c.volum [illegible] forte aliter loquatur secũdũ eum,ita si allegatur per But & Imol.in proœ.Dec.& Ro.in l.sciendũ.in xx.col. de ver.obl.& Pan.in c.cũm ecclesia in v.col.de causa poss. & propric.But.& Abb.in c.accidentibus.de priuileg. Anc ha in c.j.in vij.col.de præscri.in vj.cũ cõcor.de quibus per Rom.in l.Celsus.ff.de vsucap.& Anch.cõs.v. & declarat eleganter per Bal.in l.fi.in xv.oppo.C.de edi.diui Adria.tol.

ANNOTATIO

1 *Possessio continua an probata dicatur ex probatione extremitatũ temporis?*

2 *Extremitatibus probatis,probatur possessio medij temporis.*

3 *Probatis extremis, videtur probata media.& an hoc generaliter procedat tam quãdo agitur de probãda præscriptione xx vel xxx annorũ,quam quando agitur de probanda minoris temporis possessione,vel præscriptione puta x annorum?*

4 *Possessor olim præsumitur etiam hodie possessor.*

5 *Animus quo possessio retinetur,non præsumitur durare vltra decennium.*

6 *Præsumptio continuæ possessionis quæ procedit à præsumptione animi adhuc durantis,non progreditur vltra decennium.*

7 *Possessio ciuilis,a qua præscriptio procedit,non præsumitur vltra x.annos durare,separata a naturali.*

8 *Possessor olim an semper & indistinctè præsumatur & hodie possidere,etiam post x.vel xx.annos?*

9 *Possessio ciuilis,quæ per aliquem retinetur absque naturali nõ durat vltra decennium.*

10 *Possessio naturalis & ciuilis durat vltra decennium.*

In

1 In hac materia ex mente doctorũ fac conclusioné, quòd † quis probando extremitates, scilicet, traditionem, & initium decennij, & quòd in fine possideo, videor cõtinuè possedisse, & sic censetur probata possessio continua: arg. text. not. in l. penul. C. de apoch. publi. lib. x & ibi Ang. qui ad hoc alleg. gl. in d. c. volumus. xvj. q. iiij. in fine commẽti. Et ante eum Io. Fab. Insti. de vsucap. in prin. col. j. circa fi. & seq. Et hanc conclusioné sequitur Bal. in l. iudicia. col. fi. versic. quinimò quæritur.
2 C. de rei vendi. dicens, quòd probatis † extremitatibus probatur possessio medij temporis, vt notat Cy. in l. super longi. C. de præscriptio. longi temporis. & idem Bal. in l. fi. col. vij. in av. oppo. C. de edicto diui Adriani tollendo. vbi allegat glos. in dicto c. volumus. Et hanc doctrinam sequitur etiam domi. Præposit. per illam gloss. in §. si quis per triginta. in principio commenti, in tit. si de feudo fuerit controuer. & in c. per tuas. col. ij de conditio. apposit. Alex. consil. xxxix. visis scripturis. col. ij. volu. ij. & in apostil. ad Bart. in dicta l. Celsus. ff. de vsucap. vbi allegat multos concordantes. Corset. singulariter in verbo, probatio possessionis. nu. 1. Feli. in c. inter dilectos. nume. 5. de fide instrumen. & in proœmio Gregoriano, col. fin. Ioan. Lupus in repetitione cap. per vestras. fo. 77. col. iiij. nu. 5. Alexan. & Ias. in l. talis scriptura. ff. de lega. j. ille colum. j. nu. 3. posterior colum. ij nu. 5 Ias. in l. qui habebat. ff. de vulga. & pupil. Franc. Cremen. singu. la. lxxix. Ias. in l. ij. col. xlviij. nu. 168. C. de iure emph. & in l. j. C. de fideicommis. & in l. si certis annis. nu. 6. C. de pactis. & in l. j. nu. 35 ff. de officio eius cui mandata est iurisdictio. Baueria in tracta. de mora, in prin. nume. 8. Francis. Lucan in tract. de fisco & eius priuilegiis, in secunda parte prin. rubr. de publicatione bonorũ, quæst. ix. nu. 9. Rota in decisione ccciij. in nouis. & Didac. Segura in repetitione l. iij. § si. ff. de libe. & posthu. colum. xiij. nu. 16. versi. quintò adduco. Barba. consi. xxxvij. scribitur sapienter. col. x. versicu. præterea dico rationem. & consi. xxxv. sapiẽter scribitur. col. iij. circa finem: volumi. ij. faciens regulam per illam glos.
3 quam dicit valde elegantem, quòd † positis & probatis extremis, videntur posita, & probata media. & ibi adducit plura. & maximè Abb. in c. accedentes. de priuileg. Adde tamen, quòd hæc non videntur ita simpliciter intelligenda: nam videntur tantum procedere, cùm agitur de probanda præscriptione xx. vel xxx. ann. vt hic Matth. quem in hoc secuti sunt Fran. Bal. in d. l. Celsus. iiij. parte. q. j. Ripa in ca. cùm ecclesia Sutrina. de causa posses. & propric. nu. 23. non autem si agatur de probanda minoris temporis possessione, vel præscriptione, putà x. annorum. Hoc enim casu videtur dicendum, quòd probata præterita possessione probata dicatur & præ-
4 sens: nam olim possessor † hodie possessor præsumitur, gloss. Bar. & Doctores in l. siue possidetis. C. de probatio. Abb. in c. accedentibus. de priuileg. Anto. de But. Abb. & alij in cap. cùm ad sedem. de restit. spolia. Domini de Rota in nouis decis. cxx. Alex. consi. cxxxiij. col. ij. lib. j. Barto. in d. l. Celsus. de vsucap. quorum opinio communis est, vt per Ripam in d. c. cùm ecclesia. Et dominum meum Alciat. in tracta. præsumptionum, reg. ij. præsumptione xxj. Et quòd hoc, quod hic dicitur per Mathesi. videatur tantùm intelligendum, quãdo agetur de probatione præscriptionis xx. vel xxx. annorũ, pro-
5 batur ea ratione, quòd animus, quo possessio † retinetur, non præsumitur durare vltra decennium. l. furtum & l. fundi ff. de
6 vsucap. l. peregrè. ff. de acqui. pos. Vnde † vltra decenniũ progredi non debet præsumptio cõtinuæ possessionis, quæ procedit à præsumptione animi adhuc durantis. Ad idem facit,
7 quòd † ciuilis possessio, à qua præscriptio procedit, non præsumitur vltra decem annos durare, & continuari segregata quidem à naturali. d. l. peregrè. quod gl. in specie voluit in l. j. C. de ser. fugi. quam dicit singularem Francis. in reg. sine possessione. de reg. iur. in vj. notant Bart. in d. l. Celsus. col. iij. & ibi Balb. in tract. de præscript. in iij. parte prin. Feli. in c. vigilanti. de præscrip. nu. 6. & 7. Do. Alcia. de præsump. xxj. nu. 12. Ias. in l. sancimus. C. de testa. Idẽ in l. clàm possidere. §. qui ad nundinas. nu. 19. ff. de acqui. poss. Bar. in l. si de eo. §. si fortè. ff. de acqui. pos. Idem Bar. Bal. & Sab. in d. l. j. & Dy. in d. reg. sine possessione. col. fi. de reg. iur. in vj. optimè Curt. Senior consi. xxiiij. Vnde ex prædictis apparet veram esse opinionem Mathesilani sic vt suprà declararam. Dominus tamen meus Alci. in d. reg. ij. præsumpt. xxj. aduersus Mathesilanum indistinctè
8 censet, olim † possessorem præsumi, & hodie possidere, etiam post x. vel xx. annos. Et propterea probata possessione extremorum per idem tempus continuationem possessionis præsumi. Didacus tamen Couar. in relectione sua regu. possessor malæ fidei. §. j. nu. 3. de reg. iur. in vj. dicit sententiam Mathesi. magis cõmunem esse, Alciati tamen opinionem defendi posse
9 autumat: † nam vbi possessio ciuilis sola per aliquem retinetur absque naturali, eadem possessio non durat vltra decẽnium: quia ad id vsque tempus animus, quo solo possessio ciuilis retinetur, durare præsumitur, atque ita hac in specie Dy. Accur. Bal. & alij loquuntur nempe, vbi constat, quem olim ciuilem habuisse naturali amissa: Etenim eo casu olim possessor, hodie possessor præsumitur, modò tempus non transierit maius, longiúsve decennio, tametsi per quod tẽpus præsumatur obliuio, iudicis arbitrio relinquendum sit, iuxta glo. in d. l. furtum. ff. de vsucap. Cuius opinio communis est, vt per So-
10 ci. consi. ij. col. iij. lib. iij. At si conslet † olim quendam possedisse naturaliter & ciuiliter, præsumendum erit eandem possessionem ciuilem quidem & naturalem, per eum continuo tempore obtentam fuisse, & ita modò possidere ciuiliter & naturaliter. Et ideo in hac specie, cùm non tractetur de ea tantùm possessione, quæ solo animo retinetur, nihil refert trãsierint x. an xx. anni, cùm præsumatur naturaliter & ciuiliter cõtinuò possedisse eum, qui olim vt constat naturalẽ, & ciuilem possessionem habuit, nec apparet naturalem retenta ciuili amisisse, quod & si breuiter satis sensisse Alciat. in d. præsump. xxj. & xxij. asserit dictus Didac. Couar. loco præallegato, cuius opinionem tanquam iuri consonam sequor. Cætera autẽ hic per Mathesilan. tradita latè disputat, & prosequitur Ioan. Franc. Balb. in repe. d. l. Celsus. in j. q. nu. 5. & sequen. ff. de vsucap. dic vt ibi per eum. Gab. Sar.

CXVII.

1 *Agens simul pluribus actionibus diuersis, instante reo cogitur facere vnum libellum, & vnam instantiam.*

1 NOta, quòd si quis agat † simul pluribus actionibus diuersis, similibus tamen, reo instante cogitur facere vnum libellum & vnam instantiam de omnibus dictis actionibus. l. non est nouum. ff. de actio. empti. & ibi per Barto. in l. hæredes. §. de pluribus. ff. fami. erciscun. l. cum duobus. §. si plures. ff. pro socio. Illa tamẽ instantia dicitur esse diuidua: vnde si super vna actione pronuntiatur omissis aliis, valebit sentẽtia, vt notat Barto. in l. scire debemus. ff. de verborum obligatio. Secus esset, vbi tam instantia, quàm etiam actio sit vna tantùm, vtpotà, si promisisti mihi decem, & illa à te petij: nam tũc sententia lata super parte erit nulla ipso iure, vt l. in hoc iudicio. & ibi not. ff. famil. erciscun. & not. in l. j. C. si aduer. rem iudica. & habetur etiam per Cano. in c. cùm inter vos. de re iudica.

ADDITIO.

Nota, quòd si quis, &c. in fin. Vide Ioan. Andr. But. Panormi. & Imol. in dicto c. cùm inter. hic alleg. & plenius per Moder. ibi col. iij. in fin. versi. de sentẽtia cum quinque vel sex. col. j. vbi regulam faciunt, quòd sententia ferri debet super toto eo, quod petitur. deinde ad eam ponunt quatuordecim elegantes fallentias.

ANNOTATIO.

1 *Actor an cogatur instante reo cumulare duas actiones?*
2 *Actor si plures actiones proponat, quæ inuicem repugnent, an reus opponere possit, quòd vnam tantùm eligat?*

Hoc idem plenè ponit Alex. in apostil. ad Bar. in d. l. non est nouum. ff. de act. emp. & in l. apud Celsum, in prin. ff. de doli excep. & Bened. Capra in d. c. cùm inter vos. & ibi latè Felin. de re iudic. & Moder. in l. edita. C. de edendo, & ibi latè per De-
1 ci. Et † an quis cogatur instãte reo cumulare duas actiões, tradit Bal. in l. quod tempore. C. de resti. mino. & dixi suprà singul. cxv. & cxvj. & infrà cxxxvij. & Cæpol. cautel. cxxxij. in fi.
2 Et quid econtrà si † plures actiones actor proponat, quæ inuicem repugnent, an reus opponere possit, quòd vnam tantùm eligat, tradit Ioan. Petr. Ferra. in practi. in forma responsionis rei conuenti. in versicu. contrarietatem, ac repugnantiã continens. Gab. Sar.

CXVIII.

1 *Præsumptio violenta, quæ in ciuilibus habet vim plenæ probationis non sufficit ad plenam probationem in criminalibus, nisi ad hoc sit à iure approbata.*

1 NOta, q † præsumptio violenta, quæ etiam secundum
ius dicitur habere vim plenæ probationis in causa ci-
uili, non sufficit ad plenam probationē in causa crimi-
nali, vt notant doctores in c. afferte. de præsump. & Inno.
in c. quia verisimile. eo. tit. Et per hoc videtur, q præsum-
ptio violenta de nudo cum nuda, & de solo cum sola, de
qua in c. literis. de præsump. quæ habet vim plenæ proba
tionis in causa ciuili separationis matrimonij, non suffi-
ceret sola in causa criminali ad condēnandum de adulte
rio, vel stupro. Facit l. sciant. C. de proba. Secus est, quādo
præsumptio est violenta approbata a iure etiā quo ad cri
minalem causam, quia illa sola sufficit, vt in l. si qui adul
terij. C. de adul. & in auth. ibi posita.

ADDITIO.

Nota, quòd præsumptio, &c. Vide ad hoc Magist. meum in l. j. in
vj. col. C. de ser. fug. Alex. in cōsi. xv. inci. viso processu inqui
sitionis formatæ. in v. col. & in cōsi. cccclxxxvj. inci. in causa
inquisitionis formatæ contra d. Luciam. ad fi. & Magistrum
meū plenè in l. j. in hoc. col. v. ver. ista limitatio. C. vnde leg.

ANNOTATIO.

1 *Præsumptio violenta, quæ in ciuilibus habet vim plenæ probatio-
nis, in criminalibus non sufficit ad condemnandum.*
2 *Criminaliter an quis condemnari possit ad mortem ex præsum-
ptione violenta.*
3 *Præsumptione legis cum quis condemnatur, non debet pœna mi-
nui: secus in præsumptione hominis.*
4 *Adulterium, vel stuprum ex præsumptione violenta in crimina-
libus non probatur.*

1 Violēta † præsumptio, quæ in ciuilibus habet vim plenæ pro-
bationis, in criminalibus non sufficit ad condēnandum, secū-
dum doct. in c. quia verisimile. & d. c. afferte. & ibi do. Ant. &
Abb. de præsump. & Bal. in l. fi. in vlt. col. C. de proba. Ludo.
Rom. in l. j. §. si quis in villa. ff. ad Sylla. Et latius per Ias. alios
referentem in l. j. in vj. col. ver. primò ex regula. C. de ser. fu-
gi. & Io. de Ana. in c. tua nos. §. fi. ij. col. ver. no. quòd ex istis.
de homic. & tradit Hipp. de Marsi. ad pract. crimi. in § diligē
ter. nu. 22. & in §. quoniam. nu. 32. vbi plenè tradit, an ex præ-
2 sumptione † violenta quis possit condēnari criminaliter, ma
ximè ad mortē? Et concludit quòd non, sed bene ad torturā:
quod etiā tenet Imol. in l. fi. ff. de hære. insti. & Ange. Areti. in
tract. malefi. in ver. fama publica. nu. 14. ver. quæro an vnum
indicium. & ibi Aug. Arimi. in addi. Quam partem etiā cum
pluribus limitationibus firmat Fran. Bru. in tract. de indi. &
tort. in v. char. col. iij. circa fi. & per Hipp. de Marsi. in repet.
rub. C. de proba. in materia probationis, quæ fit per præsum
ptioné. nu. 248. & per Dec. consi. clxxv. in causa. in vlt. col. &
latè examinat idem Hipp. in repe. nu. 20. & seq. ff. de quæst. &
Cæpol. cōsi. vj. veritas col. iij. & cōsi. xxxij. col. vj. ver. præter
eā illa regula. & Gand. in tract. malefi. in tit. de præsumpt. in
j. q. Alex. consi. cxvj. in fi. vol. iij. Pau. de Cast. cōsi. cxcvij. visa
inquisitione. col. fi. Old. cōsil. cxcij. viso diligenter processu.
Lud. Ro. cōsi. cccclj. quædā mulier. & plenè tradit Nic. Boër.
in decis. clxiiij. Videtur, quòd non. Sed quòd dicitur nō esse
imponēdam pœnam corporalem, quando ex præsumptione
3 solum proceditur ad condēnationé, debet intelligi † procede
re in præsumptione hominis, secus in præsumptione legis, ex
qua cùm quis condēnatur, non debet pœna minui. ita voluit
Abb. in c. accedens. col. ij. ver. nec obstat quādo dicitur. de ac
cu. quē sequitur Io. Cror. in repeti. l. nemo potest. col. v. ff. de
leg. j. Et est de mēte Matth. hic, qui ad hoc pōderat d. l. si quis
adulterij C. de adul. vbi ex præsumptione illius imponitur
pœna capitis, quod & nouissimè tradit And. Tiraq. in tract.
de pœn. temper. aut remit. in xxvij. causa. nu. 10. ver. quod antè
dictū est. Et dum hic subdit, quòd ex præsumptione violēta
4 † non probatur in criminalibus adulterium, vel stuprū, vide
quæ ponit Abb. in c. quāto. & in d. c. afferte. de præsum. & ple
nè per Ange. Aret. in tract. malefi. in ver. *che has adulterate la
mia donna*. nu. 41. versi. visis capitulis de vxore. & ibi pulchrè
per Aug. Arimi. in addi. Et latè per Deci. & Mod. in rub. C.
de eden. & per Dech. in rub. extra de iud. in j. lec. col. j. & Cor.
consi. clxxj. nu. 1. volu. ij. & Gozadi. consi. xiij. nu. 36. & plenè
per Carrer. in pract. in § circa iij. n. 253. cap. plurib. seq. G. S.

CXIX.

1 *Rei credendi vel debendi ex causa lucratiua si plures sint, si vnus
soluat totum ab altero peti non potest. & similiter si vnus exi-
git totum non tenetur communicare alteri.*
2 *Intellectus authen. hoc ita. C. de duobus reis.*

1 NOta regulam singularem, quòd vbicūque † sunt duo
rei credendi vel debēdi ex causa lucratiua si vnus sol
uit totū non potest peti ab altero, & similiter si vnus exi-
git totum non tenetur cōmunicare alteri, vt l. in lege fal-
cidia. hoc obseruandum. ff. ad leg. Falci. Ex quo sequitur,
quòd si ab vno petitur totum, ipse non potest excipere, q
debeat cedi sibi actiones pro parte cōtra correum. Item
non potest etiā vti beneficio nouæ diuisionis dato duo-
2 bus correis, in authen. hoc ita. C. de duob. reis. nam † illa
authen. loquitur in duobus correis ex causa onerosa. Et
hæc omnia fuerunt de mente Bartu. in l. ex duobus. ff. de
duobus reis, &c.

ANNOTATIO.

Idē tenet Bar. in l. reos. col. ij. versi. quæro qua actione. ff. de duo.
reis. & ibi Alexā. in apostil. hoc singulare refert de verbo ad
verbum, nulla facta mētione de Matthæo. & plenè per Are.
in d. l. reos. & in d. l. ex duobus. vbi latè id examinat. & per
Bertachi. in eius repertorio in verbo rei. versi. x. facit quod
notat Corn. consi. cxxxij. col. ij in priu. volu. j Rapha. Fulg.
in l. vir vxori. §. n. ff. ad Velleia. Alex. post Paul. de Cast. in l.
si ex toto. §. j. in fi. ff. de lega. j. Idem Alex. in l. si plures. col. j. ff.
de pact. & in l. diuortio. §. si vir in fundo. in fi. ff. solu. mat. fa-
ciunt etiam quæ not. Matth. de Afflict. decisi. Neapol. ccxx.
incipit, vbi exigit ad hoc quòd vni correo soluenti totum,
detur partis receptio aduersus alium vt debitum sit ex cau-
sa onerosa iuxta l. j. cum ibi no. C. de duo. reis. & per Bar. in
l. Modestinus. & in l. qui hominē §. si duo. ff. de solutio. & per
Ruin. in consil. lxxvj. col. ij. nu. 6. volu. j. Ripa tamen in d. l. si
ex toto. §. j. in fi. ff. de lega. j. dicit decisionem promissam esse
valde rigorosam, & ob id dicit bonum esse adhibere caute-
lam, vt conuentus ad solidum, petat correos conueniri pro a-
liorum portionibus ipsius periculo, & hoc dicit aliàs in pra-
ctica obseruasse. & latè per Moder. Ferra. in d. l. reos. in prin
ci. nu. 48. & 49. Gab. Sar.

CXX.

1 *Dos dicitur quoddam ius vniuersale. sicut est Hæreditas, vel Pe-
culium. Vnde sententia super ea valet, licet res non sint speci-
ficatæ.*

1 NOta quod dos † dicitur esse quoddam ius vniuersa-
le, sicut est Hæreditas vel Peculiū, vt l. quod dicitur.
ff. de impen. Ex quo sequitur, quòd sicut valet vna senten-
tia certa, per quam declaratur hæreditatem, vel peculium
spectare ad aliquem, licet res aliter non specificentur, ita
valet etiam certa sentētia, in qua declaratur dotem esse
restituendam vxori, licet res comprehensæ sub dote ali-
ter non sint specificatæ, vt l. fi. C. de sent. quæ pro eo quod
interest, & ibi Bar. & in rub. ff. solu. matri.

ADDITIONES.

Nota, quòd dos, &c. Ad istud vide scribentes, præsertim Magi-
strum meum in rub. ff. solu. matri. in vltima col. ver. tertia cō-
clusio. Et quòd valeat libellus & sentētia incerta in istis vni-
uersalibus, tenet etiā Ang. post Bar. in l. fi. hic alleg. & Alex.
in dicta rubr. col. xij. & est glossa magistra in l. j. ff. de edend.
secundum Magistrum meum ibi col. ij.
Hunc articulum latè disputant Doctores per Bar. in rub. ff. sol.
matri. Et post eos diffusius tradit Io. Camp. g. in tract. suo de
dote, in prima parte prin. q. iiij. incip. an dos sit ius vniuersa-
le. vide ibi per eum, quia alios congerere laboriosum magis
esset, quam subtile. Gab. Sar.

CXXI.

1 *Tempus miserationis causa indultum, non constituit in mora, sicut
aliud tempus obligationi adiectum.*

1 NOta, quòd † tempus adiectum miserationis cau-
sa, vt est tempus anni ad restituendam dotem in
pecunia, ita constituit in mora, sicut aliud tem-
pus obligationi adiectum, de quo nullus dubitat, vt l. ma
gnam. C. de contrahen. & committen. stipulatio. & in ca
pitu. potuit. extra de loca. Primum probatur per gloss. in
l. si mora. ff. soluto matri.

ADDITIO.

ADDITIONES.

Nota, quòd tempus, &c. in fi. Adde quòd gl. in l. si mora. hic alleg. not. ibi Rapha. & Modern. præsertim Magister meus, col. vj. vet. quintam & vltimam. no. etiam Lud. in l. si ex legati causa. ff. de ver. obli. Bal. in l. si pacto quo pœnam in v. & pen. colum. C. de pactis. & in l. promissor. §. j. ff. de consti. pecun & est bonus textus in l. j §. exactio. C. de rei vxo. no. etiā Alex. pro singulari in d. l. si mora. & Magister meus in l. vinum. col. v. circa fin. ff. si cer. peta.

Vide latè Bartholomæum Salic. in sua repetitione d. l. si mora. ff. solu. matri. & M. Anton. Bauer. in repe. l. si ex legati causa. ff de verbo oblig. vbi id latè examinant, & totam moræ materiam cumulauerunt, & inibi Dida. Segura Hispanus, qui in hoc optimè loquitur, ad quorum dicta breuitatis causa me remitto. Gabriel Sarayna.

CXXII.

1 *Soluens partem legati relicti in minus solenni voluntate, potest compelli ad soluendum aliam partem. Secus si legata sint plura, nisi concurrat præstatio triennalis, & fauor alimentorum.*

1 NOta singularem regulam, † quòd si quis soluit partem legati relicti in minus solenni volūtate, videtur tacitè se obligasse ad soluendam reliquā partem: & ideo tunc potest compelli, vt l. non dubium. C. de testam. Secus si plura sint relicta in minus solenni voluntate: quia tunc soluendo vnum non videtur obligasse se de reliquis, nisi duo concurrant. scilicet, præstatio triennalis, & fauor alimentorum. l. j. C. de fideicom.

ADDITIO.

Nota singularem regulam, &c. Ad istud vide Magistrum meum post alios in l. non dubium. hic allegata, in ij. col.

ANNOTATIO.

1 *Hæres, si non tenebatur soluere legata nisi vsque ad certum tēpus, & aliqua soluerit ante illud tempus, an præiudicet sibi quoad alia, vt ea etiam teneatur ante tempus soluere.*

2 *Hæres si habebat exceptionem ne teneretur soluere legata in certo loco, & vnum legatum soluerit in illo loco, sibi præiudicat quoad alia, nam potest cogi ad alia legata in illo loco soluenda.*

Ius singulare facilius tollitur, quam commune.

4 *Intellectus l. fideicommissum §. si. ff. de iudicijs.*

5 *Argumentum de re ad locum valet*

6 *Argumentum de tempore ad locum validum est in iure.*

Adde gl. in l. ij. in ver. præstiterit. C. de fideic. quæ multa allegat, &
facit tex. in l. Lucius. § testator. secundum intellectum Bart. ff.
1 de leg. ij. per quem probatur, quòd si hæres † non tenebatur sol
uere legata nisi vsque ad certum tempus, & aliqua soluerit an-
te illud tempus, non tamen sibi præiudicat quo ad alia, vt ea
etiam teneatur ante tempus soluere, & sic quod dicitur in re ha
2 bet etiam locum in tempore. Secus tamen † est in loco, quia si
hæres habebat exceptionem ne teneretur soluere legata in cer
to loco, & vnum legatum soluerit in illo loco, sibi præiudicat
quo ad alia vt etiam possit cogi alia legata in illo loco solue-
re. tex. est notab. in l. fideicommissum. § si. ff. de iudi. per quem
ita expressè dixit Ang. in l. j. in vlti. verbis in lectura Perusina.
C. de fideic. Et potest reddi ratio: nam in d. l. fideicommissum.
§. si hæres habebat exceptionē ne posset cogi soluere in certo
loco ex quodam priuilegio, & iure singulari: sed ius singulare
3 † facilius tollitur, quàm commune, l. eius militis. § militia mis
sus ff. de testa. mili. minirum ergo si ibi soluendo vnum, præiu
dicat sibi in alijs, Secus in alijs casibus præcedentibus, in qui-
4 bus hæres erat tutus de iure communi. Sed considera, † quòd
d. l. fideicommissum. § si. præalleg. non videtur concludenter
5 probare illud, quod dicit Ange. in d. l. j. Et † valet argumētum
de re ad locum. l. si quis ita. ff. de aur. & argen. lega. sicut ergo
6 in re, ita & in loco. Item bonum † est argumentum de tem-
pore ad locum. l. vinum. ff. si cer. pet. l. fi. ff. de trinca sicut ergo
in alijs legatis non fit præiudicium in tempore d. l. Lucius §.
testator, ita nec in loco, nisi, vt dictum est, quis esset tutus solū
iure singulari, quia tunc subesset ratio diuersitatis, & dictum
argumē. non procederet, & tradit Iason in l. ij. C. de fideicom.
Gabriel Saray.

CXXIII.

1 *Appellatio à diffinitiua non requirit expressionem causæ, nisi tertius pro suo interesse appellet.*

1 NOta regulam, qua † cauetur, quòd in appellatione à diffinitiua non requiritur expressio causæ, l. iiij. in fi. ff. de appel. & ij. q. vj. c. forma. & not. in c. cum causam. de appel. Fallit quando tertius appellat à diffinitiua pro suo interesse, tunc requiritur expressio causæ, ad hoc vt dicatur ritè interposita. l. à sententia. ff. de appel. & ibi per Bar. in c. cum super. de re iudi. & ibi etiam per Io. Andr. & Inn. super verbo rationabiliter.

ADDITIO.

Nota regulā &c. ibi fallit quando tertius. Ad hoc vide per Felin. plenè more suo c. quod ad consultationem. versus fi. ver. oportet exprimere causam. de re iudi. & aliquid in ca. cùm super. in prin. & in specie pro isto dicto est gl. in l. ij. in ver. iudicio. cum glo. seq. ff de appel. reci. no. Ang. & Rapha. per illum text. in l. j. ff. de appel. reci. & vide Inno. in cap. veniens. ij. & ibidem per Mod. de testi.

ANNOTATIO.

1 *Tertius quoties vult admitti in quocunque iudicio pro suo interesse, debet saltem semiplenè docere de eo.*

Idem tradunt Bal. & Sal. in authen. hodie. C. de appel. & no. Ang.
Aret. in l. à sententia ff de appel. allegat. Bal. in l. si. circa med.
1 C. de edict. diui Adria. toll. vbi dixit, † quòd quotiens aliquis
vult admitti in quocunque iudicio pro suo interesse, debet sal
tem semiplenè docere de eo. Requiritur autem illa expressio
causæ non ad substantiā appellationis, sed quo ad hoc vt sci-
tur verum iudex habeat deferre, vel non, secundum Bal. in ad-
ditio. Spe. in tit. de appel. in iij. chart in ver. appellans à diffini-
tiua, & latè tradit Didac. Conarru. in practicis quæstio. ca xv.
in prin. Et adde quæ dixi suprà sing. xxxix. not. quòd ab inter-
locutoria. Gab. Sar.

CXXIIII.

1 *Testimonium de sensu proprio auditus licet valeat, tamen fallit in testamento, in quo persona testatoris est videnda per testes, non audiēda. Et quid de codicillis, vel donatione causa mortis.*

1 NOta quòd licet regulariter † valeat testimonium de sensu proprio auditus verborum alterius, quia testis habuit bene notas voces loquentis, licet persona loquentis non videat. l. testari. C de test. & in authen. ibi posita. & xiiij. q. ij. c. super. & xij. q. ix. testium. illa regula fallit in testamento, quia oportet quod non solū testes audiant, sed etiam videant nullo pariete vel cortina mediante, personam testatoris, vt l. si vnus. & l. si non speciali. C. de testamen. licet gl. teneat contra in l. ij. §. Labeo. ff. de aqua pluuia arcen quæ communiter reprobatur. Forte tamē dici potest, quòd hoc est speciale in testamento. nam secus esset in codicillis & donatione causa mortis. Sicut in simili videmus, quòd in testamento requiruntur testes rogati: sed non in codicillis, vel donationibus causa mortis. Item plures in testamento quàm in alijs, testes requiruntur. l. hac consultissima. C. de testa. iuncta l. fi. C. de codicil. & l. fin. C. de donatio. causa mortis.

ADDITIO.

Nota quòd licet, &c Ibi fallit in testamento Adde quòd istud sequitur Alex. in l. si non speciali. hic alleg. & ibi Magist. meus in iij. col. in prin. dicit esse multum notādum in practica propter clausulam codicillarem, quæ apponitur communiter in testamentis, quia cortina media licet faceret, quòd non valeret iure testamenti: saltem valebit iure codicillorum, & dicit se putare illud quod dicunt de donatione causa mortis sit benedictum, quia æquiparatur cum testibus. Sed in codicillis dicit se plus dubitare propter reg. l. ij. ff de legat. j. Tamen cùm non inueniatur contradicens staretur huic decisioni in practica. & istud idem tenuit idem Magist. meus in dicta l. secunda, me audiente.

ANNOTATIO.

1 *Testes testamentarij debent videre testatorem, & esse in eius conspectu.*

2 *Testamentum nocturno tempore factum, non valet.*

3 *Personæ agnitionem nox impedit.*

4 *Ex testamento ad codicillos, vel donationem causa mortis, circa ea quæ solennitatem respiciunt non infertur.*

5 *De similibus ad similia est procedendum.*

6 *Testes debent videre testatorem alias testamentum non valet, nisi instituatur pius locus. Et quid sic in alijs contractibus inter viuos?*
7 *Testes deponere per sensum auditus an sufficiat.*
8 *Testes si erant in domo obscura, & testator erat infirmus, & vox eius erat nota testibus, ipsi testes possunt deponere de ipso testamento.*
9 *Confessionis in criminalibus extorquenda cautela.*
10 *Copula carnalis non probatur per testes, qui audiuerunt iuuenem & mulierem se adinuicem commisceri intermedio pariete, vel cortina, quando agitur de probanda copula ad effectum impediendi matrimonium contrahendum.*
11 *Testes qui habent notas voces contrahentium, licet audiant intermedio pariete, vel cortina, probant contractum.*
12 *Cæcus potest esse testis si habet notas voces contrahentium.*
13 *Testimonium de auditu per cortinam intermediam, vel tenuē parietem nunquam in criminalibus valet.*

1 Testes debent † videre testatorem, & esse in eius conspectu l. si
2 non speciali vbi doct. C. de testa. ideo testamentum † nocturno tempore factum non valet per notata per doct. in l. non mi
3 norem C. de transactio. nam agnitionem † personæ nox impedit. gl. in l. si cum exc. ptione. §. in hac. ff. quod me. cau. Remedium tamen est, quod adhibeantur tria luminaria. l. j § tria luminaria. ff. de ventr. inspi. & per Iac. consi. 50. placet consultatio. lib. ij. Et si propter aliud impedimentum videri non posset testator, vt non vitietur omnino voluntas testatoris, si testes testatorem non viderunt, vt quandoque contingit tēpore pestis. Remediū est quòd in testamento addatur clausula co-
4 dicillaris, vel donationis causa mortis, quia † ex testamento ad codicillos, vel donationem causa mortis, circa ea quæ solennitatem respiciunt, non infertur. l. hac consultissima. C. de testa. iunct. l. si. C. de codic & l. si. C. de dona. cau. mor. & per Matt. hic, quem sequitur Alex. in d. l. si non speciali. Sed Corne. contrarium sentit cōsi. xviij. principale. vol. ij. ea ratione, quòd sit
5 † de similibus ad similia procedendum. l. non possunt. ff. de legib. c. inter cætera. de resci. Mihi videtur honestati, & iuri congruere, quòd notarius & testes videant testatorem. Si tamen
6 † contingat testatorem à testibus videri non posse, vt valeant testamentum, & legata, quæ fierent ad causas etiam non pias testibus audientibus, sed non videntibus testatorem, cautela est, quòd instituatur hæres ecclesia, vel alius pius locus, & ab huiusmodi hærede relinquantur quibus & quantū testator velit, & valebit dispositio testatoris, vt probatur ex allegatis per Corne. in dicto consi. xviij in fi. vol. j Et vide quæ tradit Do. Abb. in c. ij col. iij. versi. vnde scias quòd commun. ter. n. . §. de consue. Et quid in alijs contractibus inter viuos sit? ponit Alex. in consi. 100. in casu prædicto. col. ij. in iij. vol. quod est repetitum in consi. xxix vol. iiij. Et plenè per Alexan in l. quod meo. §. si per venditorem. ff. de acquir. pos. & per Ias. in rub. ff.
7 de iureiur. vbi ponūt an sufficiat † testes deponere per sensum auditus. & Alex. in consil. cxxxiij. col. j vol. ij. & cons. j. vol. iij Raph. Com. consil. lxviij. & Alex. consil. xxv. ij. vol. & cxvij. col. j. vol iiij Cæpol. consi. iij. col. j & Barb. cōs. ix. & xxv. col. v. vol. ij. Imo. consi cxxxv. & Alex. consi. lxxij. col. iiij. volu. j. & consi cxxxvj. col. pen vol j. Areti. consi. xlv. lxxxiij & ciij Alexan. consi. lxviij col. pen. vol. ij lxxx. col. ij. eo. vol. & cxviij. col. fi. vol. j. & consi lxij. col. ij. vol iij. & consi. lxx. eo. vol. & cōsi. lxxxj. col. pen. eo vol & consi. iij. col. penul. vol. iij. & consilio xxiij. colum. j. vol. v. & Roma. consi. cccclxiiij. col. ij Et adde
8 † quòd si testes erant in domo obscura, & testator erat infirmus, & vox eius erat nota testibus, possunt deponere ipsi testes de ipso testamento per ea quæ no. Cano. & maxime Modernior. in c. præterea. de testib. & Alex. in d. l. ij. §. idem Labeo. in ver. vnde cōtra ff. de aqua plu. arcen. vbi refert & sequitur Matth. hic, & in consi. xxiiij. col. ij. vol. iij. & in consil. lc. col ij. vol ij. & consi. ccxiij. col. fi. & cxcv. vol. ij & consi. ccvj. vol. iij. & Spec. in t. t. de teste §. j. ver. quid ergo, si vno & ni dicet. Fulgo. in l. si vnus C. de testamen. & Alex. in consil. xcvij. vol. ij. & Fran. Areti. consi. xxxvij. & xlv. & vide Moder. in d. c. prætere-
9 a. qui ponunt, quòd cùm † quidam positus ad torturam constanter negasset se commisisse delictum, & postea cū esset solus cum Potestate, confessus esset delictum, quod coram testibus consiteri nolebat, Potestas posuit testes & notariū post parietem, & blando sermone, extorsit confessionē ab illo, & rogauit Potestas notarium & testes de illa cōfessione, & sic volebat facere illum decapitari, ad quod vide Cyn. & doct. in l. testium. C. de testib. & per Ang. & Moder. in d. l. si non speciali. C. de test. & Imo. in d. c. præterea. vbi dicit gl. ibi singul. & in
10 te Canonico solitariam, quòd quando † agitur de probanda copula ad effectum impediendi matrimonium contrahēdum, non probatur copula per testes, qui audiuerunt iuuenem & mulierem se adinuicem cōmisceri intermedio pariete vel cortina: In reliquis autem dicit communē opinionem esse in contrarium. Et propterea dixit gl. reputata singu. in d. l. in summa.
11 in §. idem Labeo. ff. de aqua pluuia arcen. quòd testes † qui habent notas voces contrahentium licet audiant intermedio pariete, vel cortina probant contractum, quæ habet locū in contractibus. Et pro illa glo. est alia bona gl. in c. testes. iij q. ix. in
12 ver. quæ viderit, quæ dicit quòd cæcus † posset esse testis, si habet notas voces contrahentium. Et quòd regulariter habet locum testimonium de auditu proprio, cortina vel pariete intermedio, quando quis habet notas voces contrahentium tenet expressè Arch. in c. videtur. xxij. q. v. qui ab hac regula ex-
13 cipit viij. casus. Et adde † quòd in criminalibus nunquā valet testimonium de auditu per cortinam intermediam, vel tenuē parietem, vt tenet Imol. in d. l. in summa. § idem Labeo. pro quo facit optimè tex. in simili in authent. de instru. cau. & fide. in §. sed si quis. & per Anto. de Butr. in capitu. tam literis. & ibi plenè per nouissimos. de testib. & adde Cæpolam in cautela ccxxx. Gabr. Satay.

CXXV.

1 *Actio ciuilis in factum datur parti offensæ, quotiens ex delicto publico quis non potest accusari, nec puniri.*

NOta regulam, quòd quotiescunque sumus in delicto publico, ex quo non potest quis puniri, vel accusari, ta
1 men datur actio † ciuilis in factum parti offensæ ad interesse, vt l. nequicquam. & ibi no. ff. pro socio.

ANNOTATIO.

1 *Actio ciuilis ad interesse semper oritur in delicto à familiari admisso.*

Idem probatur in l. qui nomine ff. de fal. & in l. præbemus. & in l. damus. C. de falsis. In contrarium tamen videtur esse tex. in l.
1 hæc stipulatio. ff de verb. signi. Sed responde, quòd † in delicto à familiari admisso oritur semper actio ciuilis ad interesse. Gabriel Saray.

CXXVI.

1 *Sententia absolutoria iniusta an tollat naturalem obligationē. Et quid de condemnatoria iniusta an eam inducat?*

1 NOta, quòd † ex sententia iudicis, licet transiuerit in rē iudicatam, non oritur obligatio naturalis, quando sententia est iniusta saltem re ipsa, ex quo non est expresse approbata per succumbentem, si enim sententia absolutoria est iniusta non tollit obligationem naturalem, vt l. Iulianus verum debitorem. ff de condi. indebi. & l. procurator. ad exhi. §. fi. ff. rem ra. habe. nihilominus sententia iniusta condemnatoria inducit naturalem obligationem, arg. l. Arrianus. ff. de actio. & oblig. & Bar. in l. ab eo. C. quomodo & quando iud. & sentit in l. j. ff. de condi. inde. & l. cùm quis. C. de iur. & fac. igno. licet videatur sensisse contra in d. l. Iulianus. ff. de condi. inde. Istud vltimū dictum potest saluari restringendo ad sententiam iniustam, puta quando reus est condemnatus ad duplum vel quadruplum pro furto nō manifesto, vel manifestu quod vere commisit, nam tunc ex tali sentētia non solum orietur ciuilis obligatio, sed etiā naturalis, quia ius naturale hoc vult, vt sententiæ iustæ pareamus, vel præcepto iusto superioris, l. ij. ff. de iusti. & iur.

ADDITIO.

Nota, quòd ex sententia iudicis, &c. Adde quòd Bald tenet opin. Bar. in l. ab eo. hic alleg. & de hoc vide etiam per gl. Bar. & Magist. meum in l. ij ff. de iureiur. per Alex. & alios in l. Iulianus verum debitorem. hic alleg.

ANNOTATIO.

1 *Testator si iubeat solui debita, non poterunt peti debita de quibus testator indebite fuit absolutus, nisi iniustitia esset notoria.*

Adde Barto in l. si vnus. § pactus ne peteret. in ver. item dubitatur ne vtrum res iudicata producat obligationem. & ibi late Moder. ff. de

ff.de pact.& Ang.latè in tepe.l.j.C.de iud.& hæc omnia taci-
to authore posuit Alex.in addi.ad Bart.in d.l.Iulianus verum
debitorem.in addi.inci.eiusdem.ff.de cōdi.inde.Et adde quod
egregiè dixit Bal.in l.id quod pauperibus.in v.col.C.de episc.
1 & cleri.quòd si testator † iubet solui debita non poterunt peti
debita,de quibus testator indebitè fuit absolutus,nisi iniusti-
tia esset notoria.pro quo adde Inno.in c.quia plerique.de im-
muni.eccle. Gab.Sar.

CXXVII.

1 *Oblatio facta de pecunia in iudiciō quando inducat plenam liberationem?*

1 NOta,quòd oblatio facta † de pecunia in iudicio
vel in alia re mobili præsenti,non inducit plenam
liberationē,sed quando interuenit oblatio, con-
signatio,& depositio, vt l.si rem.§.fi.ff.de pign.& ibi tenet
Bar.licet ipse senserit contra in l.si debitor.ff.de solu.

ADDITIO.

Nota,quòd oblatio,&c. Adde Bar.in l.interdum.in fi.ff.de verb.
ob.& no.Bar.in l.pen.ff.de distr.pig.licet videatur tenere con
trarium in l.si debitor.hic alleg.intellige & declara vt per Bar.
in l.inuicem.C.de compensa.& in multis aliis locis de quibus
per Alex.in l.si rem.hic alleg.sequitur etiam gl.in l.acceptā.in
ver.periculo C.de vsu.& vide Bal.ibi col.ij.& intellige secun
dum Alex.vbi suprà procedere istud ante litem contest.secus
si post,vt no.Bar.in l.sed si alia.ff.de cōsti.pec.& caue quia ibi
loquitur in obligatione extraiudiciali.

ANNOTATIO.

1 *Oblatio cum consignatione debiti liberat debitorem,& impedit cursum vsurarum,ius pignoris soluit,& transfert periculum in creditorem.si fiat cum authoritate iudicis loci rei offerentis,& in loco à iudice deputato,& cum numeratione pecuniæ debitæ & hic alia requisita annumerantur.*
2 *Oblatio & depositio habet vim solutionis.*
3 *Immobilia,& de se patentia non debent consignari sed signari.*
4 *Oblatio realis debiti impedit vsuras futuras,& liberat ab interitu rei nisi offerens recipiat postea rem apud se:& an purget moram,quando factum est in obligatione?*
5 *Oblatio realis debiti rescindit venditionem pignoris iam factam, etiam si sit data licentia vendendi.*
6 *Oblatio realis creditorem in mora constituit.*
7 *Oblatio realis facit euitari iudicium,& liberat ab interitu rei debitæ. Quod etiam procedit in iure.*
8 *Oblatio rei debitæ facta etiam post litis cōtestationem,facit reum absolui.Item impedit pœnæ commissionem & debitorem liberat ipso iure,si fiat simpliciter,non sub conditione etiam intrinseca.*
9 *Oblatio pretij facit vtile Dominium transferri in offerentem emptorem pignoris.*
10 *Pretij oblatio transfert dominium rei in legatarium offerentē pretium hæredi grauato vendere sibi certam rem.*
11 *Oblatio debiti obligat creditorem nolentem recipere ad faciendum quietationem.*
12 *Oblatio cum consignatione sufficit in cōtractibus innominatis, non autem sola oblatio,quia non habet vim implementi.*
13 *Oblatio quando releuet,quomodo,& per quos sit fienda*
14 *Consignatio quomodo fieri dicatur,& quomodo depositio.*

1 Oblatio cum † consignatione debiti liberat debitorem,& im-
pedit cursum vsurarum,ius pignoris dissoluit,& transfert pe-
riculum in creditorem.l.acceptam.C.de vsur.l.si creditori &
2 l.ex prædio.C.eo.tit.Item oblatio † & depositio habet vim solu
tionis.l.creditor.vbi Bar.ff.de pen.l.j.vbi Bar.C.qui potior.in
pign.habe Cor.consi.xxxvij memini.vol.ij.Quod est verum
si fiat cum authoritate iudicis loci rei offerentis,& in loco à iu
dice deputatu,Bal.& doct.in d.l.acceptam.in xiij.q.Itē hoc est
verum,si fiat cum numeratione pecuniæ debitæ,non autem in
sacculo secundum Bar.in l.cùm fundus.ff.de condi.& demō.
& Bal.in d.l.acceptā.in xj.q vbi dicit,quòd debet cōsiare qua
lis & quanta sit pecunia,quæ offertur in sacculo.Item verùm
si fiat in loco saltem idoneo ad electionem diligentis patrisfa-
milias,si à iudice non eligatur,secundum Bar.in l.si soluturus.
ff.de solu.& Bal.in d.l.acceptam.Item verū si fiat de rebus mo
bilibus consignabilibus tantum,non de equo,aut simili,secū-
dum Bar & Bal.in d.l.acceptam.& in l.si mora.post glo.ibi.ff.
sol.ma.& Bar.in l.ij.C.quādo & quibus quarta pars debeatur,
lib.x & in l.dus data.& ibi Bart.C.de donatio.ante nupt.quia
3 immobilia † & de se patentia non debent cōsignari,debent ta-
4 men signari,vt per Alex.in d.l.si mora. Vltra prædicta † autem
oblatio realis operatur:quia impedit vsuras futuras.gl.& do-
cto.in l.si cōstat.C.de vsur.& in l.qui Romæ.§.Seia.vbi Alex.
ff.de ver.ob.Item liberat ab interitu rei.l.illud.cū gl.ff.de peri.
& commod rei vendi.l.fi.& ibi Bal.C.de cōdi.inser.l.qui de-
cem.ff.de solu.Quod est verum,nisi offerens recipiat postea
rem apud se,vt per Alex.in d.l.qui decem.& Bart.in d.l.cum
fundus.ff.de condi.& demon.& Fran.Areti in l.quod te ff.si
cer.pe.Et an purget moram no.in l.si maior.C.de transact.&
Bar.in d.l.acceptam.& in l.sequitur.§.de illo.ff.de ver.ob.l.il-
lud.ff.de pericu.& commo.rei vendi.Alex.in l.si insulam.col.
ij.ff.de ver.ob.vbi dicit quòd non,quando factum est in obli-
5 gatione.Item oblatio † realis rescindit venditionem pignoris
iam factam.casus est sing.secūdum Bar.in l.fundus qui Lucii.
ff.de rescind.vendi.& in d.l.acceptam Sed Bald.ibi tenet con-
trarium.Vnde vide l.si residuum.C.de distractio.pigno.& per
Bar.in l.fi.C.eo.ti.Et multomagis impedit venditionem ipsius
pignoris etiam si sit data licentia vendendi secundum Bal.in l.
6 j.C.de pign.actio.Item non † solùm purgat moram,sed omnē
eius effectum tollit,& creditorem in mora constituit,d.l.si cer
tum.§.sequitur.& l.interdum.§.fi.ff.de ver.ob.vbi Bar.& A-
lex.vbi etiam dicunt quòd eum liberat à casu fortuito:quod
tamen dicunt verum,nisi oblatio fuerit dolo facta,vt per Spe.
7 in tit.de arbi.§.ii.ver.pone igitur.Itē oblatio † realis facit eui-
tari iudicium.l.ex iudicati.ff.iudi.solui.l.si creditor.ff.de solu
tio.per Bar.in l.si reus paratus.ff.de procu.Et liberat ab inte-
ritu rei debitæ.l.si hominem.ff.de solutio.& Bar.in l.prætor.§.
si quis paratus.ff.de ope.no.nū.& Alex.in l.qui Romæ.§ Cal
limachus ff.de ver ob.Quod etiam procedit in furt.l.subtra-
cto.& ibi Bal.C.de fur.& in l.parui.ff.de cōdic.furt.Itē obla-
8 tio † rei debitæ facta etiam post litis cōtestationem facit reum
absolui,insti.de perpe.& tempo.actio.§.ii.& Alex.post Ioā.de
Imo.in d.l.interdum.§.j ff.de ver.ob.Itē impedit pœnæ com-
missionem.gl.& doc.in d.l.acceptam.iij.oppo.per.l.Celsus.ff.
de arbi.Item liberat debitorem ipso iure,d.l.acceptam.Quod
est verum,si fiat simpliciter,secus si fiat sub conditione etiam
intrinseca,vt si emptor deponat pretiū ea lege,si venditor tra
dat sibi rem,secundum Bar.in d.l.si soluturus.ff.de solutio.vbi
9 per Alex.Item oblatio † pretii facit vtile dominium transferri
in offerentē emptorem pignoris.l.si eùm venderet.ff.de pign.
actio.l.creditor.ff.de distra.pigno.l.vxorem.§ agri plagā.se-
10 cundum Dy.& ibi Bar.ff.de leg.iij.Vnde † pretii oblatio trans
fert dominium rei in legatarium offerentem pretium hæredi
grauato vendere sibi certam rem,Bart.in l.si fideiussor.§.me-
11 minisse.ff.de lega.j.Et oblatio † obligat creditorem nolentem
recipere ad faciendum quietationem secundum Bart.in l.j.C.
12 de susce.& arbi.li.x.Et adde quòd † oblatio cum consignatio-
ne sufficit in contractibus innominatis secundum Bal.in l.ex
placito.in xv.q.C.de ret.permu.& gl.in l.iuris gentium §.j.ff.
de pact.non autem sola oblatio, quia non habet vim imple-
13 menti.Et quādo † releuet oblatio,& quomodo & per quos sit
fienda tradit Corne.consi.lxxxv.incip videtur.vol.iij.& cōs.
14 cclix.inci.quæritur.vol.j Et quomodo fieri † dicatur consigna
tio,& quomodo depositio,vide in l.die sponsaliorū.ff depoti.
& in l.si ff.de lege commissoria.Et hæc de reali oblatione di-
cta sint.De oblatione verò verbali,dicetur infra sing.sequen.
Gabriel Saray.

CXXVIII.

1 *Oblatio rei præsentis quando necessariò requiratur.*

1 NOta quòd vbi quis † debet offerre aliquid alteri ad
finem vt cōsequatur actionem,vel vt non incidat
in moram,vel vt illam purget,requiritur oblatio
rei præsentis,vnde oblatio rei verbalis non in præsentia
constitutæ nil habet operari.l.qui decem.§.idem respon-
sum.ff.de solu.& l.si seruus hæredis.§.si ff.de test.& no.Bar
to.in l.prætor.§.si quis.ff.de noui ope.nunc.vbi plura po-
nit.facit pro hac regula quòd vbi opus est facto verba nō
sufficiunt.vt in c.j.extra de eo qui mit.in pos.cau.rei ser.
Sed prædicta regula fortè potest limitari,nisi quis debeat
offerre rem,quæ in momento offerri nō potest,vt est pro-
batio,quia tūc sufficit,quod verbo se offerat statim pro-
baturum,arg.l.si is à quo.in princ.ff.vt in pos.lega.Et hoc
videtur de mente Inn.& Hostien.in c.post electionem.de

concess. præbend. & hoc tenet Do. Anto. in ca. ex parte. de testa. Licet in hoc vltimo senserit contrarium in c. interposita. in prin. de appellatio.

ADDITIO.

Nota quòd vbi quis, &c. Ibi, sed dicta regula forte potest limitari. Adde quòd idem tenet Feli. in c. ex parte. hic alle. col. ii. ver. fallit secundò. per tex. in § si verò q. . dic. in authē. de testi. vbi si obiicitur testi inimicitia capitalis volens statim probare est audiendus: & licet loquitur in vno casu, tamen habet rationem generalē ad omnes alios casus. facit quod no. P. aut. in c. super eo de offi. dele. ga. in fi. De ista materia vide etiā per Bal. & Sali. in authen. si dicatur. C. de testi. Ancha. & doct. iij. q. v. in summa per Ant. de But. in c. in nomine. in viij. col. & in c. cum causam. in j. col. & in c. veniens. ij. in vij. col. & in c. præsentium. infrà, de testib.

ANNOTATIO.

1 *Oblatio verbalis non sufficit in obligatione facti, nisi actor nollet fieri.*

2 *Oblatio verbalis tollit pœnæ conuentionalis commissionem, non legalis, nisi cum oblatione accedat consignatio.*

3 *Oblatio si fiat absenti, requiritur proclama, quòd cōpareat ad recipiendum.*

4 *Oblatio sola in iudicio sufficit, quando offerens habet pecuniam ad manus.*

5 *Oblatio verbalis debiti liquidi sufficit, si pars recusat recipere. sin minus, requiritur realis quando res est talis, quæ potest offerri: secùs si debitum non est liquidum sufficit oblatio verbalis.*

6 *Oblatio liquidi sufficit & fideiussio pro non liquidis.*

7 *Oblatio in non liquidis non prodest.*

8 *Oblatio semel facta creditori nolenti recipere non est iteranda, licet creditorem pœniteat non recepisse.*

9 *Oblatio verbalis sola non sufficit ad consequendum actionem.*

10 *Respublica quæ congruo tempore obtulit salarium suo seruienti, qui illud recipere recusauit, an teneatur postea, interpellata illud soluere?*

11 *Intellectus l. fortissimi. & l. nulli. C. de eroga. milita. Annona.*

12 *Mutuare non licet annonam tēpore vbertatis, vt restituatur tempore caristiæ.*

1 Verbalis oblatio † non sufficit in obligatione facti, quia verba non sufficiunt vbi opus est facto, sed realis oblatio requiritur vt hic per Math. & Alex. in apost. ad Bart. in d. l. qui decē. §. idē responsum. ff. de solutio. & in l. seruus si hæredi. ff. de statulib. & latiùs per Alex. in l. j. §. si insulam. col. ij. ff. de ver. obl. Quod est verum secundum Alex. ibi sing. nisi actor nollet fieri, quia verbalis oblatio tunc ad faciendum sufficit secūdum Bal. in l. j. C. ne lice. in vna caus. tertiò prouoca. & Modest. in l. qui Romæ. & ibi Alex. in prin. post Aret. ff. de ver. obli. argu. gl. in c. pastoralis. de of. ordi. & Corne. consi. lxxxv. inci. videtur, vol. iij. & consi. xxxvij. vol. ij. & per Alex. in l. si mora. ff. solu. ma. nu. 7. & seq. & per Deci. & Mod. in l. quod te. ff. si cer. pe.

2 Adde tamen † quòd oblatio verbalis tollit pœnæ commissionem secundum gl. & doct. in l. si cum dies. §. si ff. de arbitris. & in l. si. ff. de naut. fœn. & per Cano. in c. cupientes. § si verò. de electio. in vj. Quod est verum secundum doct. vbi suprà, si pœna erat conuentionalis, non autem si esset legalis, quia cōmittitur nisi cum oblatione accedat consignatio, vt in emphyteuta l. ij. C. de iure emphyt. & ibi per Salic. & Ias. & per Cano. in

3 c. potuit. de loca. Item illud † est verum si oblatio fiat præsenti, quia si sit absens requiritur proclama, quòd cōpareat ad recipiendum, vt per Bar. in l. si reus paratus. de procur. & ibi per Alex. Prætereà vide tex. & ibi Bar. & Alex. in l. si rem §. n. ff. de pigno. actio. & gl. & doct. in l. nec creditores. C. de pignora. actio. & Bal. in l. tauicem. C. de compēsa. & Bar. in l. item § qui paratus. ff. quibus modis pign. vel hypothec. solua. vbi dicunt

4 † quòd oblatio sola in iudicio sufficit, quod tamen est verum, quando offerens habet pecuniam ad manus secundum Barto. ibi, & in dicta l. si mora. ff. soluto matrimonio. & ibi Alexand. per l. si peculium. in fi. ff. de statulib. & Bal. in titu. si de feud. fuer. contro. inter domi. & agnat. & Alexand. consilio cvij. volum. iij. & per Franciscū Aretin. in l. si seruus communis. ff. de valgar. & pupillar. & Corne. consi. cclxj. incip. in præsenti. volumin iij. Et tradit idem Aretin. in dicta l. si seruus communis.

5 quòd oblatio † verbalis debiti liquidi sufficit, si pars recusat recipere: Sed si pars velit recipere, requiritur realis, quādo res est talis quæ potest offerri. Sed si debitum non est liquidum, vt de expensis non taxatis, sufficit oblatio verbalis secundū Bal. in l. j. columna ij. C. ne liceat in vna caus. ter prouoca. vbi dicit

6 quod oblatio † liquidi sufficit, & fideiussio pro non liquidis. & per Imo. in dicta l. prætor §. si quis paratus. ff. de oper. noui nuntia. & Alexand. in l. creditor. ff. de distractio. pignor. & per

7 Aret. in loco præallegato: oblatio enim † in non liquidis non prodest, l. si residuum. & ibi Bal. C. de distractio. pign. & Bal. in dicta l. prima. C. ne liceat in vna causa ter. prouoc. Et nota quòd

8 † oblatio semel facta creditori nolenti recipere non est iteranda, licet creditorem pœniteat non recepisse secundum Bald. in l. penulti. C. de condi. insert. & per Bal. in dicta l. acceptam. C.

9 de vsur. in vj. quæstio. Et adde † quòd talis oblatio verbalis sola non sufficit ad consequendum actionem. l. si à te. & ibi Bar. C. de pact. inter empto. & vend. Et latè etiam tradit Nic. Boer. decisi. xxiij. nu. 32. & 33 vbi etiam allegat Ro. in sing. Et vide casum sing. in l. fortissimi. & l. nulli. C. de eroga. mi. anno. vbi no.

10 Bart. & Io. de Plate. quòd si respublica † tenetur soluere salarium alicui sibi seruienti certo tempore, & illud obtulerit, ipse verò accipere noluerit, & sic fuerit in mora constitutus, licet ipse postea interpellet rempublicam vt soluat, non constituetur respu. in mora, imò nullo modo amplius tenetur, licet pecunia in indiuiduo adhuc extet. & ibi dicunt quod est speciale in republica. & idem no. Alexan. in l. si seruum §. sequitur. in vlti. notab. ff. de verb. obli. & idem not. Roma. in l. quod te.

11 ff. si certum petatur. Aduerte tamen † quod illi tex. ita passim, & simpliciter non videtur procedere in eo, cui debetur quantitas pecuniæ à repub. licet loquantur in eo, cui debetur annona. Et illi tex. videntur loqui, quando creditor callidè, & studiosè recusauit tunc accipere, eo quia annona erat in vili pretio, vt probatur in d. l. fortissimi. in ver. studiosè, & clarius in dicta l. nulli. & ita optimè declarat Bal. in dicta l. acceptam. C. de vsur. in xvj quæstio. vbi dicit, quòd in aliis iuribus, erat statutum quòd doctores, seu milites nomine salarii haberent centum corbes frumenti quolibet anno in tali tempore, & cùm officialis reip. esset paratus ad soluēdum in tempore destinato, doctor ideo distulit, quia sperabat venturam caristiā, quæ postea superuenit, deciditur ibi, quòd propter suam calliditatem perdidit ius agendi: Et illud ibi est specialiter statutum in repub. l. ubi tamen dicit Bald. quòd pœna dictorum iurium non debet trahi in consequentiam. licet glo. ibi arguat ex illo

12 text. contra Albertum Calui, qui tempore † vbertatis mutuabat frumentum rusticis, & posteà differebat recipere in tempus caristiæ, quòd per hoc perdat creditum, & malè secūdum Bal. qui tamen in l. non dubium. in vj. column. C. de legib. expressè approbat illam gloss. Tamen præcedens opinio est magis communis, quòd illa iura specialiter procedant in republica, vt etiam tenuit Ias. in l. prætor §. si aliquando. in j. notab. ff. de ope. nu. nun. Et vide quæ dixi suprà de reali oblatione singula. præcedenti. Gabr. Saray.

CXXIX.

1 *Liberorum masculorum appellatione an contineantur nepotes masculi ex filia?*

1 NOta vnum dictum singulare, quòd appellatione † liberorum masculorum non cōtinentur nepotes masculi ex filia viuente, vel mortua descendentes. Vnde si testator instituit fratrem suum hæredem: & si decesserit absque liberis masculis, substituit Titium, & frater decessit superstite nepote masculo ex filia sua viuente vel mortua, vocabitur substitutus, quia si filia quæ est in gradu propinquiori non excludit substitutum, multo minus filius filiæ, quæ est in remotiori gradu, & minus dilectus à testatore. & hoc tenet Io. And. post Richa. Malum. in additio. Specu. super rub. de testa. in iiij. parte. & ita consuluerunt Domi. Anto. de Butri. & Do. Petr. de Anch. & Dom. Io. de monte Gaua. & Do. Bar. de Sali. & Do. Flo. de sancto Petro, & ego in causa propria.

ADDITIO.

Nota vnum dictum singulare, &c. in fi. Adde Bal. in l. j. col. j. C. de condi. insert. & ibi omnino vide per Alex. in addi. ad Bald. per Alex. in l. liberorum ff. de ver. sig. & per Pau. de Castr. consilio lxxv. secundum antiquam impressionē. & ad hoc vide Franc. Cre. qui subtraxit illud dictum in notab. xxj testator instituit. addit tamen duos bonos tex. in argu.

ANNOTA-

ANNOTATIO.

1 *Masculus non censetur ex fœmina natus.*
2 *Nepos licet veniat appellatione Liberorum, non tamen Masculorum.*
3 *Masculus ex fœmina quando veniat in dispositione & sub expressione masculorum?*

1 Masculum † non censeri ex fœmina natum communiter tradunt doctores. Ricar. Malum. in sua disputatio. incip. Titius habent duos fratres, & Io. And. in addi. Spe. in rubri. de testa. col. fi. Bal. in addi. eiusdem in titu. de loca. § nunc aliqua. vers. 2 cxlvj. vbi dicit, quod licet † nepos veniat appellatione liberorum, non tamen masculorum, & in auth. si quas. in fi. C. de sacrosan. eccle & videtur casus in c. j. in ti de eo qui sibi & suis hæredi. Et idem voluit Bald. in l. ij. C. de success. edict. & in l. sed si hac. § qui liberos. in i. j. lectu. & ibi Ang. in § qui manu mittitur. & Pau. de Cast. Alex. & Soci. ff. de in ius vocan. idem Bal. in c. j. quemadmu. feu. ad fili. pertin. Ant. de But. consi. ix. viso puncto. in j. dubio. & apertius consil. xlvj. rectè decerni m. Pau. de Cast. in l. maritus. ad fi. C. de procur. & in l. Gallus §. nunc de lege. versi. sed si quis dixisset. & ibi Alex. ... et. Soci. & Iat. ff. de libe. & posth. Et idem Pau. de Cast. consi. ccccxxj. vol. j. & consi. ... præsupposito col. j vol. ij & consi. ... lvj viso puncto. col. ii col. lib ij & consi. cxc. nouiter. col. ij vers. cer tum est eo. lib ij. Benedict. Capra, quem meum appellare possum, cùm in eo corrigēdo multum insudauerim, tandémque nitori suo pristino restituerim, & in lucem emiserim, consilio xviij. cùm viso & considerato. col. ij. & consi. cuij. cuius simile est prin. col. vj. Alex. in l ex facto § fi. col. j. & ibi Fran. Ripa col. ij. nu. 8 ff. ad Trebel. & Alex. in d. l Gallus. § etiam si parente. col. iij. & consil. xliij. consideratis. col. iij. versic. pro hoc etiam. vol. iij. & consi. xxxviij perspectis his. colum. j. vol. vj. & consi. clxxxviij consideratis verbis. col. ij. eo. lib. Phil. Franc. qui tamen distinguit, in c. si pater. col. lxxj. versi. & pro declaratione. de testa. in vj. Franc. Cremen. singu. xxj. testator instituit. vbi & id singulare dicit, & ibi dixi. & Corn consi. xxiij. ardua. col. iiij. ver. nam si testator instituit, vol. ij. & consi. clxvj. in hac consultatione. col. iij versi. item videtur. eodem libr. ij. Soci. in l. cùm auus. col. xlvj. versi. tertius casus. ff. de condit. & demon. & consi. xxxj prosequendo. col. iij. ver. postremo. volu. j. & consi. cclj quoniam. in præsenti col. ix. versi confirmatur ista conclusio. lib. ij. & consi. lxv visis testamento. col. ix. ver. ex quibus infero. vol. iij. & consi. xciij. pro clariori. col j. versi. & probatur ista conclusio. libr. iiij. Guido Pap decisio. Delphi. cxxxiij. sed postremò. & consi. xxviij consilium. in vi j. dubio. Card. Alex. in arbore consanguinitatis. col. xij ver c. Iac. Butri. disputaoẽ. Lat. in l. ij. char. penul. versic. adde tamen quòd si aliquis. C. de iure emphy. & inter consilia Albe. Brun. consil. ix. dominus Ioannes. col. iij. vbi notabiliter limitat, nisi 3 † dispositio loquens de masculis vteretur verbis vniuersalibus, videlicet, quibuscunque masculis, quia tunc intelligeretur etiam de masculis descendentibus ex fœminis. Dec. in c. in præsentia. col. xviij. versi. in eadem glo. ibi l. j. extra, de proba. & consi. ccxxxix. primò non videtur. col. ij. vers. sed prædictis non obstantibus. Steph. Bertran. cō si. liiij dubium fuit. nu. 4. vol. j & consi. j. Christi, &c. viso cōsultationis themate. nu. 36. vol. ij & consi. cexlv viso testamento. nu. x. & 3. volu. iij. Ioan. Cror. in repe. c. j col. pe. de rescri. in vj. Ant. Rube. Alexandri. consi. xxxv. viso testamento. circa mem. & tradit Andr. Tiraq. in tract. de iure primi geni. in q. xiij. nu 6. & nouissimè latè per Carol. Moli in prima parte commenta. in consue. Parisien. § xvj. nu. 4. 5 6. & seq & Hippo. de Marsi. singu. xxxiij rupris ex filio. Gabr. Saray.

CXXX.

1 *Citatio peremptoria an dicatur, quando quis personaliter citatus dixit, Veniam, vel non?*
2 *Monitio iudicis habet vim citationis peremptoriæ.*

Nota singulare dictum Inn. q vbicunque fuit aliquis personaliter citatus, siue responderit, Veniam, siue 1 non: illa † citatio dicitur peremptoria, prout ipse notat in c. ad petitionem. de accu. quod dictum videntur sequi domini de Rota in conclusione ccxlv. in nouis. & d. Frā. de Rampo. in l. tres denuntiationes. C. quo. & quan. iud. vbi dicit sic cōsuluisse. Sed illud dictum solet communiter reprobari in illo, qui nil respōdet per d. l. tres denuntiationes. & l. contumacia. §. fi. ff. de re iudi. & in c. consuluit. de off. dele. & patet ex no. per Bar. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infect. Ex no. per Io. And. in addi. Spec. in tit. de cōtuma. §. j. super ver. & no. Posset tamen saluari Inno. restingendo dictū suum ad illum, qui præsens fuit 2 monitus à iudice in iudicio. Nam hæc † monitio habet vim plenæ citationis peremptoriæ. l. ij. C. quomo. & quā. iud. & in hoc est singulare, & non est alibi secundū doct. & no. gl. quam doct. tenent in c. consuluit. de offi. delega. In illo vero qui dicit nuntio, Nolo venire, cōmuniter dictum Inno. tenetur, quòd ipse non est amplius citandus pro illo actu, & sic illa citatio habet vim peremptoriæ & cum Inno. concordat glos. xxiiij. q. iij. de illicita. & in l. ex consensu. §. fi. de appel. & in l. pen. §. fi. ff. de in integ. resti. quod bene nota.

ADDITIO.

Nota singulare, &c. Ibi, Sed istud dictum solet communiter. & quòd communis opi. sit in contrarium tenet Io. And. in addit. Spe. in tit. de contu. §. j. Ang. & Pau. de Cast. in l. ad peremptorium. ff. de iudi. vbi etiam Mog meus do Lācel. Imo. & Alex. in l. si finita. §. Iulianus. de dam. infe licet ibi Bal. tenuerit opp. Inn. in c. ad petitionem. hic alleg. vbi do. Ant. & Imo. & Mod. reprobant, quia ex quo fuit citatus semel tantùm fortè expectabat alias citationes, quia sciebat adhuc se bis citandum, reprobant etiam Moder. in c. consuluit. col. iiij. hic alleg. Saluāt tamen in duobus casibus, in vno de quo hic, quem dicit esse dubium, in altero quando citatus vsus est verbis futuri temporis & præsentis, vt, Nolo cōparere amplius. vel, Non comparebo amplius coram isto iudice, vt per Modern. vbi suprà per allegata per eos.

ANNOTATIO.

1 *Iudicis requisitio facta in præsentia partis habet vim peremptorij.*
2 *Intellectus l. ij. & ibi gloss. C. quomodo & quando iudex. & numero 6.*
3 *Clerici debent esse ter moniti ad residendum, antequam priuentur*
4 *Intellectus c. ex tua de cleric. non residentib. & nu 13.*
5 *Intellectus c. j. de milite vasal qui contumax est.*
7 *Causa non requiritur in citatione peremptoria.*
8 *Monitio nuntij facta in præsentia iudicis an habeat vim peremptorij.*
9 *Iudice præsente factum, videtur factum ab ipso iudice, quando illud iudici incumbit.*
10 *Monitio facta coram vel ab arbitro, habet vim peremptorij*
11 *Peremptorium vbi requiritur, trina citatio requiritur, vel vna pro omnibus.*
12 *Citatio vnica in quibus casibus fieri non possit pro omnibus, sed formaliter tres citationes requirantur?*
14 *Pœna grauis vbi est imponenda vna citatio non potest fieri pro omnibus.*
15 *Excommunicationis sententia est magni præiudicij. & nulla est maior pœna in ecclesia.*
16 *Excommunicationis sententia à principio non videtur pœna, sed medicina, sed est pœna quando contemnitur.*
17 *Statutum si dicat, quòd debet quis ter citari in aliquo casu, vna citatio non potest fieri pro omnibus*
18 *Forma tradita à statuto in dubio dicitur substantialis.*
19 *Statutum si dicat, quòd contumax habeatur pro confesso, vna citatio non potest fieri pro omnibus.*
20 *Citatio vnica pro omnibus si non fieri potest, vbi agitur de pœna contumaciæ secundum ordinem iuris communis, alias secus.*
21 *Peremptorio quando opus sit, & quando non.*
22 *Citatio facta personaliter habet vim peremptorij.*
23 *Citatus si dixerit se nolle venire, an vlterius sit citandus.*

1 Requisitio iudicis † facta in præsentia partis habet vim peremptorij. tex. est secundum vnum intellectum gl. in l. ij. & ibi latè tradit idem Mathesil. C. quo. & quan. iud. cum si. & tradit Maria. Soc. in tract. de citatione arti. xxvij q vij. col ii. ver. est etiā notandum. And tamen Siculus in c. consuluit. de offi. delega. 2 dicit quòd sæpenumero dubitauit † de illa gl. in d. l. ij. C. quo. & quan. iud. & in contrarium arguit, quia dum text. ibi dicit, aduersus eos, qui moniti sunt valere sententiam, secundum eum intelligitur, quòd tribus vicibus monitio facta sit, vt dicit probari in simili in c. fi. de cleri. non resident. vbi similiter

3 dicitur, quòd clerici † debent esse moniti ad residendum, an-
tequam priuentur, & tamen intelligitur, quòd ter moniti fuer.
c. ex tuæ. eo. tit. de cleri. non resident. Sed ista responsio non pla
cet, quia si trina monitio facta fuisset, esset peremptoriú, ergo
non cessaret causa peremptorii prout ibi dicitur. Non obstat
4 † tex. ind. cap. ex tuæ. quia ibi non fuit facta monitio in præ-
sentia iudicis, prout tex. in d. l. ij. intelligitur Secundò contra
glo. in d. l. ij. And. Sicu. in loco præallegato adducit tex. in c. j.
de mili. vasal. qui contumax est vbi in iudice monente vasal-
lum requiritur trina citatio. ibi, ad trinam citationé venire no
5 lit. Sed responderi † potest, quòd ibi vasallus fuit vocatus per
dominum ad curiam, quia dominus ipse non est iudex cõtra
vasallum. c. Imperialem § si. de prohibita feud. alien. per Fe-
de. vbi dicitur, quòd curia est iudex. & ibi non constat, quòd
curia vasallo præsenti, monitionem fecerit, sed potius cõtra-
rium ibi probatur, quia vasallus nũquam comparuit. Decius
insuper in d. c. consuluit. de off. dele. cõtra intellectum ipsius
gl. in d. l. ij. alia adducit, per quæ dicit illam conclusioné red-
di dubitabilem, quia in d. l. ij non apparet, quòd ab ipso iudi-
6 ce monitio facta fuisset, & quia tex. dicit † cessante causa per-
emptorii in effectu tex. intelligi potest, quòd dicere voluerit,
quòd vbi non requiritur peremptorium, prout esset in sum-
mariis, iudex sententiam proferre potest, quia sicut potest sen
tentiam proferre, quando præcedat perẽptorium, ita quoque
cessante peremptorio, id est, in causis, in quibus nõ requiritur
peremptorium, illo cessante iudicare potest. Vel aliter etiam
intelligi potest cessante causa peremptorii, id est cessante cau
7 sa, quia in citatione † peremptoria causa non requiritur, vt no.
Bal. in l. consentaneũ. in iiij notab. C. quo. & quan. iud. Et laté
tradit Maria. Soci. in d. tract. de citatione articuli, xx. q. v. & in-
telligendo tex. in d. l. ij. vt dictum est, verba literæ magis cor-
8 respondent. Retento tamen † communi intellectu ampliatur,
vt habeat locum etiam in monitione nuntii facta in præsen-
tia iudicis, vt no. Bal. in d. l. ij col. j. arg. l. si procuratori præsen
tis. ff. de vet. obl. & idẽ sequitur Ant. de But. in c. j col. vij. ver.
nota bene hoc dictum de libelli oblatio. & Imo. in clemẽ sæ-
pé. in versi. peremptoriè, de ver. sig. Andræ. tamen Sicu. in d. c.
consuluit. etiam contra id insurgit & tenet contrarium, quia
ista videtur prærogatiua data personæ iudicis, ergo eius per-
sonam non egreditur. arg. l. seruo si hæredi. ff. de statulib. Sed
potest responderi quòd imò idem est in monitione facta per
nuntium præsente iudice, quia sufficit, quod talis monitio fa
9 cta sit apud acta, vt no. Bal. in d. l. ij. & quia † quod fit præsente
iudice, videtur factum ab ipso iudice, quando illud iudici in-
cumbit. ad quod facit tex. in l. j. C. de erro. aduoca. & gl. in ca.
10 cùm causam. de appel. Et quod dictum † est in iudice, idem est
in arbitro, vt no. Sal. in d. l. ij. circa si. sequitur Roma. in l. j. ff.
de arbi. quia arbitria redacta sunt ad instar iudiciorum, vt ibi
11 dicitur. Et notãdum est † quòd vbi peremptorium requiritur,
trina citatio requiritur. l. ad peremptorium ff. de iud. Vel vna
pro omnibus, vt dicitur in l. nonnunquam. ff. de iud. & in l. cõ
tumacia. ff. de re iudic. xxiiij. q. iij. c. de illicita. & late tradit idé
Maria. in tract. de citatione arti. xxvij. in vij. q. in prin. Sunt ta
12 men † plures casus, in quibus vna citatio non potest fieri pro
omnibus, sed distinctè, & formaliter tres citationes requirú-
tur. Primus est in citatione, quæ debet fieri per edictum, vt in
d. c. ex tuæ. de cleri. non resid. nam in illo casu vna citatio nõ
potest fieri pro omnibus, vt tenet Io. And. in additio Spec. in
rubri. de cleri. non residen. in si. & Abb. sequitur in cõsil. lxvij.
condescendo iuxta ordinem. col. ij. lib. j. & laté tradit Feli. in
c. quoniam frequenter, §. porrò. in penul. char. vt lit. non cõte.
13 Sed vera resolutio † illius tex. esse videtur, quia ibi agitur de
pœna, quo casu non potest fieri vna citatio pro omnibus, vt
no. Ant. de But. in c. si. de dilatio. Secundus casus est, vbi agi-
14 tur † de imponendo pœnam, quia tunc nõ potest fieri vna ci-
tatio pro omnibus. Lest notab. in clem. j. in ver. tertio. de vi-
ta & honest. cleri. cum si. & Abb. in c. si. de vita & honest. cler.
Et hoc intelligitur quando grauis pœna imponi debet, vt in
causa capitali, vt tradit laté Pe. Foller. in sua practic. crimi. in
verbo, vel eos verbaliter citari faciat. post Gand. in tract. ma
lefi. in rub. de citationibus. Secus si leuis sit, quia tunc vna cita
tio potest pro omnibus fieri, vt patet in primo decreto, vel
in excommunicatione. c. constitutionem. & ibi gl. de sen exc.
in vj. & ita Alex. concludit in d. l. contumacia. & Feli. in d. ca.
consuluit. Sed in contrarium facit: quia Abb. in d. c. consuluit.
15 dicit, quòd sententia † excommunicationis videtur esse magni

præiudicii, & ad hoc videtur tex. in c. sacro. de sen. exc. ibi, tan
tam infligere pœnam, & nulla est maior pœna in ecclesia ipsa
excommunicatione xxiiij. q. iij. c. corripiantur. Feli. tamen in
16 d. § porrò. respondet, quòd sententia † excommunicationis à
principio non videtur pœna, sed medicina. c. j. de sent. excom.
in vj. Sed tunc demum est pœna, quando contemnitur. Sed ista
responsio non satisfacit, quia iura suprà allegata loquuntur à
principio antequam sententia excommunicationis contẽna-
tur. Ideo aliter respõderi potest, quòd pœna excõmunicatio
nis est magna pœna donec durat, sed quia in potestate excõ-
municati est remouere illam pœnam à se, cõparẽdo, & paren-
do, isto respectu reputatur leuis, & medicinalis, vt dicitur in
d. c. j. de sen. exc. in vj. Vel aliter etiam dici potest quòd glo. in
d. clem. j. de vita & hone. cler. habeat locum in pœna, quæ ex-
trinsecus imponitur, prout loquitur. Secus in pœna, quæ ra-
tione contumaciæ imponitur, prout est pœna excommunica
tionis, & ita dicit Ant. Butr. in d. c. si. col. si. de dilatio. Tertius
17 casus † est quando statutum dicit, quòd debeat ter quis citari
in aliquo casu, quia tunc vna citatio non potest fieri pro om-
nibus, quia forma statuti debet ad vnguem obseruari, vt not.
Bal. in l. cessante col. si. in tex. ibi, non pro omnibus. C. quo &
quan. iud. Et idem Bal. in c. j col. ij. de mili. vasal. qui cõtu. est.
in authẽ. qui semel. col. iiij. ver. & ideo statuta terrarũ. C. quo.
& quan. iud. & tradit Alex. consi. cxxxvij. in causa & lite. co
18 iuj. vol. ij. Et ad hoc facit, quia forma † tradita à statuto in du-
bio dicitur substantialis, vt no. Bal. in l. comparationes. C. de
19 fide instr. in iij. oppo. Quartus casus † est, quando statutum di-
cit, quòd contumax habeatur pro confesso, vt no. Bal. in l. re-
ceptitia col. si. versi. sed pone statuto cauetur. C. de const. pe-
cu. Et hoc videtur propter magnum præiudiciũ, quod infer
tur, pro quo facit quod supradictum est de pœna. & quia tale
statutũ, quòd contumax habeatur pro cõfesso, est contra ius
commune, ideo debet strictè interpretari, vt notat Bal. in cap.
nullus. de præsump. & Ang. in consi. clxxvj. visis [illegible] col. j.
20 Et concludi potest † quòd vna citatio pro omnibus [illegible] fie-
ri possit, vbi agitur de pœna contumaciæ, secundum ordinem
iuris communis, alias secus, & sic vbi alia pœna imponitur, &
in materia odiosa generaliter nõ habebit locum, vt colligitur
ex dictis Abb. in c. si. de vita & hone. cler. & in d. c. quoniam
frequenter. § porrò. vt lite non contc. Et adde quæ dixi suprà
sing. viij. & quæ tradit Ias. in rub. C. de in ius vocan. & Feli. in
21 c. pastoralis in primis verbis de iud. Et quãdo opus † sit perẽ-
ptorio, & quando non, ponit Catellia. Cot. in memor. in ver.
22 perẽptorii vim obtinet. Sed quòd † citatio facta personaliter
habeat vim peremptorii tradit etiam Bal. in d. c. ad petitionẽ.
de accusatio. Et idem Bal. in Marga. in ver. peremptoriè. & in
d. c. j. col. j in si. versi. dicit Inn. de mili. vas. qui contu. est in vsi
bus feud. Sed inquantum hic in fine huius singularis dicitur,
23 quòd si citatus † dixerit se nolle venire, quòd tunc vlterius is
non est citandus, dic quòd communis opinio est in contra-
rium, vt per Alex. in d. l. contumacia. ff. de re iudi. & per Feli.
in d. c. consuluit. de offi. delegat. Opinio tamen Innoc. potest
saluari in duobus casibus, de quibus per Dec. in d. c. consu-
luit. nu. 9. ver. opinio Inno. Gab. Sar.

CXXXI.

1 *Citatio peremptoria ad quos actus requiratur?*
2 *Citatio ad media causæ an dicatur peremptoria?*

1 NOta, quòd perẽptoria † citatio, i. trina, vel vna pro omni
bus cũ hoc verbo Perẽptoriè, vel æquipollenti, requi
ritur ad actus infrascriptos. Primo ad sententiã diffiniti-
uam. Secundo ad mittendũ actoré in possessioné etiã ex
primo decreto. Tertio vt reus possit absolui ab obserua-
tione iudicii, id est, ab instãtia l. eã quæ. & l. tres denũcia-
tiones. & l. cõsentaneum. C. quo & quan. iud. & l. prope-
randum. §. & si quidé. C. de iudi. l. cũ proponas. cũ authẽ.
2 ibi posita. C. de bo. auth. iud. pos. Sed † ad alia media cau
sæ quælibet citatio dicitur esse perẽptoria, puta, citatio
ad vidẽdũ produci exceptiones vel replicationes, vel in-
strumẽta, vel capitula, ad vidẽdũ iurare testes, vel publica
ri eorũ dicta. l. si quis. C. de test. & in c. ij. de testi. & in auth.
de testib. §. pen. & hoc tenet Aegidius, vt refert Io. And. in
c. consuluit. de offi. deleg. & hoc sensit Inn. in c. ad petitio
né. de accus. & hoc tenet Bar. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de
dam. infe. & in d. l. cõsentaneũ. & in extrauag. ad reprimen-
dum super verbo, dicto crimine. Spe. in tit. de dila. §. videndum.
post

post prin. dicit quòd non meminit se legisse, quòd quælibet citatio ad media causæ dicatur peremptoria, quod potest dici quòd etiã requiratur citatio peremptoria ad alios actus pares, vel maioris præiudicij illis, qui sunt simplicites expressi, puta, ad interlocutoriam annotationis bonorum in causa criminali l. j. ff. de requirẽ. reis. Ad interlocutoriam, quæ finitur officio iudicis, puta, quia pronuntiauit se iudicem incompetẽtem, vel libellum esse ineptum, cùm sit eadem ratio.

ADDITIO.

Nota quòd peremptoria, &c. Adde Bar. notabiliter in l. consentaneum. in ij. col. C. quomodo & quando iud. vbi tenet, quòd si sit interlocutoria grauis præiudicij, tunc requiratur peremptoriũ, alias secus, & idem firmat Bal. in l. tres denuntiationes. hic alleg. Imol. Lud. & Alex. in d. l. si finita. § Iulianus. de quo hic adde Magist. meũ in l. j. col. xij. post medium. de offic. procon. & dicit facere tex. in l. properandum. §. & si quidem C. de iudic. vbi in interlocutoria ferenda ab obseruatione iudicij requiritur peremptorium. de quo tamen vltimo dubitat Bar. in d. l. consentaneum.

ANNOTATIO.

1 *Peremptorium in sententia diffinitiua requiritur, & speciale est in summarijs.*

2 *Peremptorium requiritur in primo & secundo decreto.*

3 *Citatio peremptoria requiritur vt reus absolui possit ab obseruatione iudicij, nisi procedatur summarie, & de plano, vel nisi agatur de modico præiudicio*

4 *Peremptorium in quibus casibus requiratur?*

1 In sententia difinitiua † peremptorium requiritur, & speciale est in summarijs, vt non requiratur. clemen. sæpè. §. sententia verò. de ver. sig. Secus est ergo in causis ordinarijs, & ita tenet gl. ibi, in versi. peremptoriè. & Abb. Feli. & Deci. in c. con-
2 suluit. de offi. deleg. In secundo † decreto similiter requiritur peremptorium imò etiam in primo, vt notatur per gl. & latissimè per doct. post Bart. in d. l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infect. & Pau. de Cast. consi. lij. super primo. col. ij. Abb. in cõ-
3 si. lxxxiij. casus super quo. volu. ij. Item citatio † peremptoria requiritur vt reus absolui possit ab obseruatione iudicij, vt per Inno. in d. c. ad petitionem. col. ij. versi. item nota quòd iudex. de accusa. Quod est verum nisi procedatur summariè & de plano. d. clemen. sæpè. de verb. sig. secundum Io. And. & doctores in c. cùm Bertoldus. de re iud. Item nisi agatur de modico præiudicio secundum Ang. in l. ad peremptorium. ff. de iudic. & Lanfran. de Oria. in c. quoniam contra. in versi. citationes. de proba. & latè per Feli. in d. c. ad petitionem. Et alios casus
4 † in quibus peremptorium requiritur, tradunt doct. in d. c. cõsuluit. de offi. deleg. & Bal. in c. j. de mil. vasal. qui contu. est. Et Ang. in d. l. ad peremptorium & Matth. suprà singu. viij. vbi dixi, & Pau. de Cast. in l. ij. C. quomodo & quando iud. & latè per eundẽ Matth. in d. l. consentaneum. col. ij. ver. de extra. gl. & Alex. in d. l. contumacia. & diffusè per Mariã. Soci. in tract. de citatione. arti. xxvij. Gabr. Saray.

CXXII.

1 *Citatio facta per nuntium ad domum, vel per edictum, de illo, qui nunquam fuit in illo iudicio præsens, non sufficit ad hoc, vt iudex possit facere actum validum grauis præiudicij.*

1 NOta, quòd citatio † facta per nuntium ad domũ, vel per edictum in loco publico propositum de illo, qui nunqoam fuit in iudicio illo præsens, nõ sufficit ad hoc, vt iudex possit facere actum validum grauis præiudicij, puta, ad hoc vt possit ferre diffinitiuã in casibus, in quibus non requiritur litis cõtestatio. Vel ad hoc, vt possint examinari testes ad perpetuam rei memoriam, vt in authen. de testi. §. penul. & not. Inno. in c. fi. de eo qui mit. in pos. cau. rei ser. facit c. quoniam frequẽter. §. sin autem de carnali, vt lite non contest. Et hoc tenet Dy. & Io. And. in c. præsumitur. de reg. iur. li. vj. & no. Bar. in l. iij. §. prætor. ff. de dam. infect. Fallit nisi quis sit absens malitiose, & de malitia constet verè vel præsumptiuè, vt in c. j. qui ma. accu. pos. & not. per doct. in locis præalleg. suprà.

ADDITIO.

Nota, quòd citatio, &c. ibi, fallit, &c. Ad hoc vide text. in c. quoniam. §. j & sequen. hic alleg. & adde c. fi. de dolo & contu. & c. lator. qui filij sint legi.

ANNOTATIO.

1 *Citatio fieri potest ad domum illius, qui est citandus. Et idem est in denuntiatione. Et quid de protestatione. Et an hoc habeat locum tam in ciuilibus, quam in criminalibus?*

2 *Citatio ad domum in quibus casibus non sufficiat?*

3 *Citari regulariter quis primò debet personaliter, posteà ad domũ, si ibi haberi non possit.*

4 *Excommunicari quis an possit si citatio facta fuerit ad eius domũ tantum, an verò debeat personaliter citari?*

5 *Citari quis ad domum non sufficit, quando citatur ad examinationem testium ad perpetuam rei memoriam, nisi periculum esset in mora. Et quid si citandus latitet?*

6 *Citationem ad domum non astringere citatum in ijs quæ sunt magni præiudicij.*

7 *Citatio ad domum fieri non posse, nisi in casibus in iure expressis.*

8 *Citatio ad domum an fieri possit, si citandus latitat?*

9 *Latitare quis dicatur?*

1 Citatio potest † fieri ad domum illius, qui est citãdus, & idem est in denuntiatione. l. scire debemus. § qui autẽ. ff. de excu. tut. l. aut qui aliter. §. & si forte. & ibi gl. & doc. ff. quod vi aut clam. l. j § permittitur. ff. de libe. agn. l. iiij. § prætor ait. & ibi Bar. & alij, ff. de dam. infec. & l. vim passam. § nupta priusquã ff. de adul. & l. vt perfectius. § sin autem. C. de anna. excep. & c. causam. extra de dol. & cõtu. & c. si aduersarius. qoi est cap. vitimus. de eo qui mit. in pos. & clemen. causam. versi. quòd si forsan. de elect. & voluit gl. in l. fi. in gl. mag. in fi. de testi. in integ. & Spec. in tit. de citat. § sequitur. ver. sed nunquid sufficit denuntiare. Bar. in l. licet. C. de sepu. Albe. de Rosa. loquẽs de peremptorio in l. j. § item cum edicto. ff. quæ sen. sine app. rescin. idem Albe loquẽs de denuntiatione in l. si item. §. quolibet. ff. de euic. in l. minore. col. iiij. nu. 36. ff. de vsur. & in c. præsumitur. de reg. iu. in vj. Bal. in c. Cumana. col. iiij. versi. quædã est protestatio. extra, de elec. vbi loquitur. de protestatione & in c. quoniã. in prin. col. fi. versi. quæro nũquid sufficiat, in lite non contesta. & in c. j. col. iiij. in tit. de mil. vasal. qui cõtumax est. Quod non solũ in ciuilibus, sed & in criminalibus habet locum, vt voluit gl. in c. caueant. iij. q. ix. Cy. in l. si accusatoribus. post mediũ. versic. quæritur hic qualiter. & ibi Bal. col. ij. versi. in eadem gl. ibi, non inuenitur. C. de accu. Spec. in titu. de accu. §. j. ver. sed nunquid sufficit ad domum. Alb. de Ros. in l. j. col. pen. ver. sed nunquid. C. de hære. insti. & in d. l. vim passam § nupta. ff de adul. Bar. in l. inter accusatorem. versic. sed quæro. vbi debet citari. & ibi etiã Imol. ff. de publ. iud. Bal. in d. l. vt perfectius. col. ij. ver. item [illegible] er à qua citatio, & ibi quoque Ang. col. ij. & idẽ Bal. in l. & post edictũ. in prin. ff. de iudi. Sali. in l. absentẽ in ij. q. [illegible] de accu. Ang. Aret. in trac. malefic. in versi. qui iudex cõm[illegible] quòd Caius & alij inquisiti citarẽtur. col. iij. versi. quæro an sufficiat citari. Alex. qui hanc dicit esse communem opinionem in l. iiij § prætor ait. col. ij. ff. de dam. infec. Et idem Alex. in consi. cxx. viso processu. in fi. li. vij. & hoc de consuetudine obseruari dicunt Gandi. in tract. maleficio. in tit. de citatione facienda. col. ij. versic. sed nũquid sufficit. Et Alb. de Rosa. in tract. statu. in iij. par. q. lj. incip. sed nunquid ex citatione, qui tamen videtur sentire aliud esse de iure communi, rationibus per eum allegatis. Et Ang. Arim. in addi. ad Ang. in d. tract. de malefi. in loco præallegato. In nõ-
2 nullis † tamen casibus non sufficit huiusmodi citatio ad domum, vt per Inno. Bal. Abb. & cæteros, in d. c. fi. de eo qui mit. in posses. Domi. de Rota in addi. decisi. xlviij. valet citatio ad domum in nouis. Io. And. in d. c. præsumitur. de reg. iur. in vj. in mercur. hic alleg. Bar. in l. si tamen. ff. de leg. ij. Io. Fab. in §. fi. col. fi. ver. quid si non reperiatur. insti. de pœna temer. litig. Bal. in d. l. vt perfectius. C. de anna. excep. Anto. & Imol. in dicta clemen. causam. de elect. Pau. de Castr. in d. l. iiij. §. prætor ait. ff. de dam. infect. Soci. in trac. falle. reg. ij. incip. absens regulariter. & in reg. lij. incip. citandus personaliter. Regulariter
3 † enim quis primò debet personaliter citari, posteà ad domũ, si ibi haberi non possit. c. cautum quæ. de dolo & contu. & per doct. in d. §. prætor. & per omnes in l. cõsentaneum. C. quõ & quando iud. Guid. Pap. deci. Grationo. cccclv. Imol. in cõsi. cv. Alex. consi. ij. volu. iij. Bal. consi. xj. volu. iij. Feli. in c. in nomine domini. versi. vno casu. de testi. Et plenè tradit Lanfran. de Oria. in c. quoniam contra in versi. Citationes. nu. 9. versic. Tertiò quæro. de probat. & aliquid per Matth. suprà singul.
4 lxxxiiij. Ex huiusmodi † tamẽ citatione ad domum facta quis

excommunicari non potest, sed debet personaliter citari, vt per Inno. in d. c. ſi de eo qui mitt. in po. col. j. & ibi et à Collect. re ſi prin. & Abb. col. ij. per c. ſacro. de ſen. excom. Vincẽ. in c. ad reprimendũ. in ſi. de off. ordi. Bal. in d. l. vt perfectius. col. ij. verſi. in l. ſuper verbo, domicilium, & in l. in actionibus. in antiqua lec. in ſi. ff. de in lit. iur. Io. Fab. in d. § ſi. inſti. de pœna teme. litig. Domi. de Rota deciſ. cclxxj. ſi de mãdato. in nouis. & deciſ. ccclxvij. ſi comminetatur. col. ij. in nouis. Pau. de Caſt. in d. § prætor ait. col. j. Roma. conſil. ccclxxij. in caſu præmiſſo col. ij. verſi. quoad ſecundum. Feli. quid id dicit ſing. in c. cùm ſit Romana col. v. verſi. & vt circa. de app. vbi declarat quòd id ſit intelligẽdum, quãuis gl. ſentiat cõtrarium in d. c. caueant. iij. q. ii. ſed Cardi. Alex. ibi eam reprobat, & priorem ſententiam ſequitur.

5 Item † cùm quis citatur ad examinationem teſtium ad perpetuam rei memoriam non ſufficit citari ad domum, niſi periculum eſſet in mora ſecũdum Innoc. in c. ſignificauit. ad ſi. de teſti. Io. And. qui tamen diſtinguit in d. c. præſumitur. Cy. in auth. ſed & ſi quis. verſi. quæro modo. & ibi quoque Io. Fab. quid id declarat Bald. & Sali. C. de teſti. per tex. in § & hæc omnia. in verſi. admonitum. in auth. co. ii: Bar. & Alber. poſt Dy. in d. §. prætor ait. Alber. in d. l. vt perfectius. C. de anna. excep. & in l. de pupillo §. ſi quis fortè. in ſi. ff. de ope. no. nun. Bal. in addi. Spe. in tit. de citatio § ſequitur. ver. ſed nunquid ſufficit: & in Marg. in ver. citatio. col. ij. ver. citatio non ſufficit. Ant. & Imol. in d. cle. caſſam. Idẽ Anto. de But. in c. ſi. qui matr. accu. poſ. Flor. de ſancto Pet. in l. in lege Aquilia. § j. col. ij. ff. ad l. Aquil. Alex. conſil. ccvij. ſuper themate, & dubiis. ad ſi. lib. ij.

6 Et generaliter aliqui † dixerunt citationem ad domum non aſtringere citatum in omnibus quæ ſunt magni præiudicij, ſecũdum Per. de Anch. in cle. j. in vltimo notab. de iudic. per id quod ſcribit Inn. in d. c. ſi. de eo qui

7 mit. in poſ. Quinetiam † aliqui negauerũt citationẽ fieri poſſe ad domum, niſi in caſibus à iure expreſsis ſecundum Inno. in d. c. ſignificauit. ad ſi. de teſtib. & Cardi. Flo. quid id dicit nota. cxxvi. xiij. dq. Cato. & Deci. conſi. cccclx. viſo puncto. col. fin.

8 verſi. & vlterius. Hæc tamen † intelligenda ſunt, niſi citãdus latitet, vt per Inno. in d. c. ſi. de eo qui mit. in poſ. Dy. Bart. Pau. de Caſt. in d. § prætor ait. Io. And. in d. c. præſumitur. Bal. in d. l. vt perfectius. col. ij. & in d. c. ſignificauit. col. ij. verſic. quæro an iſti fundatores. de teſti. Imol. in d. cle. cauſam. col. xj. verſi. vult ergo & facit tex. in c. perlatum. qui ſi. ſint legi. Et quis la-

9 titare † dicatur, vide tex. in l. Fulcinius §. quid ſit autem latitare. ff. quib. ex cau. in poſ. ea. & in l. eum qui. ff. de priui. cred. & per gl. in l. ſatis qui. ff. de in ius vocan. Inno. & Io. And. & Barba. in c. cõſultationibus. de offi. deleg. Spe. in tit. de primo & ſecundo decre. §. nũc dicamus. verſi. illud autem. Bal. in auth. ei qui iurat. col. antepe. ver. modo ego quæro. ff. de bo. autho. iud. poſ. Deci. in l. non videtur defendere. in prin. ff. de reg. iu. & And. Tiraq. in trac. de retractu cõſanguineorum. in § ix. in ver. ſuo domicilio in gl. ij. in prin. & nu. 6 & aliqua in materia pulchra tradit Nic. Boer. in deciſ. ccxxxv. nu. 3. Ga. Sa.

CXXXIII.

1 *Notarius debet ſimpliciter ſcribere dictum teſtis: & ſufficit conſtare de die & loco iuramẽti teſtis licet id non ſcribat in actis.*

NOta ſingulare dictũ Bar. quòd licet examinatio teſtium ſit actus iudiciarius, & ſic videatur prima facie quòd notarius actorum diem & locum ſcribere debeat examinationis teſtium, per c. quoniam contra falſam. de probatio. l. optimam. C. de contrahen. & cõmit.

2 ſtipul. Tamen hoc non eſt neceſſarium. ſufficit † enim notario quod ſcribat ſimpliciter dictum teſtis. & ſufficit cõſtare de die & loco iuramenti teſtis. & ita dicit ſ iudicari in l. ſi quando. C. de teſtib.

ADDITIONES.

Nota ſingulare dictum, &c. Adde quòd illud not. Bald. in l. geſta. ff. de re iudica. facit quod not. dicit Bar. & Bal. in l. ij. C. de ſacroſanct. eccle.

De hoc vide latè Lanfr. de Oria. in c. quoniã cõtra. in ver. teſtium depoſitiones. & ibi etiam Dominus & Præceptor meus Domi. Auguſti. Bero. extra de probation. quorum dicta hic non refero, quia mihi in hac materia cum eis conuenit. Ga. Sar.

CXXXIIII.

1 *Fur nocturnus quando poſſit interfici?*

2 *Vilis res quæ dicatur?*

1 NOta, quòd leges † quæ præmittunt furẽ nocturnum occidi poſſe pro vitando periculo rerũ, l. furem. cum ſua gl. ff. de ſicar. & l. iiij. ff. ad legem Aquiliam. debent limitari, niſi immineat periculum perditionis rei vilis: quia tunc non eſt licitum occidere vel vulnerare, vt l. ſi ex plagiis. §. ſi tabernarius. ff. ad leg. Aquil.

2 Et poteſt dici res † vilis à duobus aureis infra. ſi enim parcitur famæ hominis pro re vili. vt l. ſi oleũ. ff. de dolo. multo magis vitæ proximi parcẽdum eſt pro re vili, ad quod optime facit l. ſi adulterium cũ inceſtu. §. Imperator. ff. de adulte. quod bene not.

ADDITIONES.

Nota quòd leges, &c. Ibi debent limitari. Adde Feli. in c. interfeciſti. col. ij. circa prin. de homi. pro quo alleg. Bald. in l. j. in ij. col. C. loca. vbi dicit non licere priuato pro paruo furto ducere furem ad iudicem. ibi, Et poteſt dici, &c. Adde Magiſt. meum referentem Matth. hic & ſimpliciter ſequitur in l. vt vim. col. viij. circa med. ver. dicitur autem. ff. de iuſti. & iure.

Hoc idem refert & ſequitur ac multa addit Domi. Auguſt. Arimi. in additio. ad Ange. in tracta. malefic. in verſi. comparentes dicti inquiſiti, & quilibet eorum in termino defenſionis. nu. 17 in additio. incip. tu autem in hac materia adde pulchra verba Angeli, quæ poſuit in l. j. C. vnde vi. & latiſsimè congerit Hippo. de Marſil. in d. l. furem. col. ij. nu. 8. ff. ad legem Corne. de ſica. & in l. ſi vt allegas. C. eo. titu. de ſicar. nu. 5. & plenè per D. Iaco. Nouel. in ſuo tract. ad defen. in prin. nu. 106 & [illegible]. vbi multas doctrinas alleg. & vide, quæ late in propoſito adducit Petrus à Plaza Hiſpanus in epitome delictorũ lib. 3. ca. xxviij. nu. 31. ver. qui hominem occiderit. Et quo ad vtilitatem rei pertinet faciunt quæ ſuprà notaui in ſing. j. col. penulti. in princi. verſi. cauſæ autem viles, vel breuiores. vide quæ ibi dixi. Gab. Saray.

CXXXV.

1 *Excuſatio à tutela, vel cura quomodo fieri poſſit?*

1 NOta practicam quam pauci ſciũt, ſcilicet ſe excuſandi à tutela vel cura: quia † intra obſeruationem temporum, de quibus habetur in l. ſcire oportet. ff. de excuſa. tuto. & inſti. de excu. tut. §. quæ excuſari, oportet quòd volens ſe excuſare, faciat dari à iudice curatorẽ huic liti pupillo, vel adulto. & cum illo curatore litiget, ita quòd illo curatore defendẽte cauſam pupilli, vel adulti feratur ſententia, & excuſatur. arg. inſti. de autho. tut. §. ſi. & hoc videtur de mente gl. l. j. C. ſi ex fal. alleg. excuſe. Aliàs ſi contra fieret ſententia excuſationis eſſet nulla ipſo iure tanquam lata contra pupillum, vel adultum indefenſum. l. Lacta § ſi & l. contra pupillũ. in prin. ff. de re iud. Quod not. quia videbitis ſæpè aduocatos errare in practicando.

ADDITIO.

Idem refert & ſummè commendat Catellia. Cot. in memora. in verb. connexorum. colum. fina. verſicu. poſſet tamen adhiberi. Aliam cautelam ſe excuſandi à tutela tradit Cæpol. in cautel. xvj. ne quis inuitus. Et latiſsimè ſimulat Carolus Canuſius, in tract. de excuſa. tuto. Gab. Saray.

CXXXVI.

1 *Obligatione omnium bonorum præſentium & futurorum quemadmodum multa deducuntur quæ non veniunt, niſi de eis fiat ſpecialis mentio, ita & deducuntur de donatione inter viuos generali.*

2 *Intellectus l. obligatione generali ff. de pignor.*

3 *Libri quibus vtuntur quotidie doctores, & ſcholares. ſupellectilia. & veſtes propriæ perſonæ non veniunt in obligatione generali.*

1 NOta vnum motiuum ſingulare, quòd ſicut † in obligatione generali omnium bonorum præſentium & futurorum, deducuntur mulieres, quæ non veniunt, niſi de eis fiat ſpecialis mentio, vt l. obligatione generali. cum l. ſequenti. ff. de pignori. Ita & multo magis illæ res debent deduci de donatione inter viuos generali omnium bonorum præſentium & futurorum: quia eſt maioris præiudicij, quam ſit pignoris obligatio, ergo, &c. argumento eorum quæ not. per gloſſam & doctores in l. fina. C. quæ res pigno. obliga. poſſ. Et ideo videtur

videtur malè loqui Bar. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de ver. obl. qui dicit, quòd stipulatio, qua quis ex causa donationis promittit alicui omnia bona sua præsentia & futura, non valet, quia auferret liberam testandi potestatem per indirectum, cùm nullus velit esse hæres sine cō modo. & dicit quod Cy. hoc consuluit: Hoc est enim falsum, cum videâtur exceptæ res de quib⁹ in d. l. obligatione generali. cum l. sequen. & ideo quo ad illas poterit ha-
4 bere hæredem. Et † not. pro intellectu l. obligatione generali. cum l. seq. quòd ea quæ in vsu quotidiano habentur,
5 non veniunt in obligatione generali. Vnde libri † quibus oportet quotidie vti scholares & doctores non veniunt, sicut nec supellectilia, vel vestes propriæ personæ. Et ideo sis cautus, quòd in instrumentis quotidie facias apponi hæc verba, Quòd quis obligat omnia bona sua præsentia & futura, etiam si essent supellectilia, vel vestes propriæ personæ, vel serui qui essent filij proprij obligantis, Vel qualibet alia res, quæ specialem mētionem requireret, vt intelligerentur obligatæ, hoc enim sufficeret. arg. c. qui ad agē dum. de procur. lib. vj. Et miror quòd practica hoc nō induxit, & ideo in donationibus, vbi in donatione talis specificatio fuisset facta, posset saluari dictum Bar. in l. stipulatio hoc modo concepta.

ADDITIO.

Nota vnum notitium, &c. in f. Adde Imol. & Rom. in d. l. stipulatio hoc modo cōcepta. hic alleg. vbi cōcordant cum Matth. hic quod dicit Alex. in d. l. stipulatio. col. ix. esse verū, præterquam si donatio omnium bonorum irreuocabilis esset collata post mortem, quia tunc videtur cessare ratio assignata in l. obligatione generali. hic allegata, de quo etiam per Petr. de Ancha. & Imol. in rubri. extra de testamen. vbi dicit Imol. cōmunem opinionem esse quòd talis donatio non valeat. & idē dicit Barto. in consil. incip. punctus talis est, pater filio suo emancipato, &c.

ANNOTATIO.

1 *Libri non veniunt in generali obligatione.*
2 *Executio non potest fieri in libris scholaris nisi pro funeribus.*
3 *Scholaris si cedat bonis, deinde emat libros, an creditores possint ipsos libros auferre?*
4 *Omne dicens, nihil excludit.*
5 *Intellectus l. obligatione generali ff. de pignor.*
6 *Obligatione in generali bonorum, si sit adiecta dictio vniuersalis, omnis, an omnia bona comprehendantur?*
7 *Obligatio generalis simpliciter facta cōprehendit etiam venalia.*
8 *Indefinitiua quando æquipolleat vniuersali?*
9 *Dictio, omnis, restringitur ad ea, quæ sunt de natura contractus.*
10 *Dictio, omnis, adiecta dispositioni de futuro continenti cōcessionem noui actus, recipit restrictionem de habilitate.*
11 *Oratio vniuersalis, generalis, & indefinita inter se differunt.*
12 *Dictio, omnis, facit obligationem generalem, quæ aliàs esset indefinitiua.*

Alexan. in additio. ad Bar. in dicta l. obligatione generali. hoc idē refert & sequitur Petrus Gerardus de Petra Sancta singular. xxxv. dictum. & ibi dixi in additio. Alex. in l. si constante. nu. 26. & 28. ff. soluto matri. Palatios Rubios in repetitio. ca. per vestras § xxxviij. Calcane consi. xxix. nu. 11. Præceptor meus Alcia. in l. alienatum. ff. de verbo. signi. Deci. consil. xxx. Feli. in c. ex parte. col. iij. ff. de consti. & nouissimè Ioan. Baptist. Plotus in repeti. l. si quando. C. vnde vi. in §. furtum. nume. 11. versic. de robatra. & Nico. Boēr. in decisio. . cuij. nu. 3. & per tot. vbi multa pulchra & singularia ponit in hac materia, &
1 maximè quòd in generali † obligatione, non veniunt libri, de quo etiam per docto. in l. ij § mutui datio & ibi Deci. col. vj.
2 nu. 24. in vltima lectu. ff. si cer. peta. In quo † tamen vtilis nota, quòd licet executio non possit fieri in libris scholaris, glo. in l. Nepos Proculo. in verb. dignitate. ff. de verbo. signi. tamen si scholaris moritur, & aliquis pro eius funeralibus pecuniā expendit, poterit libros retinere, donec ei satisfiat, vt decidit Bal. in l. . C. etiam ubi chyrograph. pecu. & in l. in restituenda. per illum tex. C. de petitione hæreditatis. & in l. ii. C. commo.
3 Et an si scholaris † cedat bonis, deinde emat libros, an creditores possint ipsos libros auferre. tradit Bald. in rubri. C. qui bon. ced. poss. vbi determinat quòd non per dictam glo. in l. Nepos Proculo. & not. lat. in l. si non sortem. § si centum. col.

si. ver adde. ff. de condi. inde. vbi & alia similia ponit. Sed quātum ad propositam materiam huius notabilis, dubitari potest an idem sit, quòd in vltimo casu, quando in obligatione generali bonorum adiecta esset dictio vniuersalis, Omnis. Et vi-
4 detur dicendum, quòd sic, qui † enim omne dicit, nihil excludit. l. à procuratore. C. manda. & ita etiam tenet Deci. in cōsil.
5 xxx. col. iij. versi. secundò non obstat, intelligens † d. l. obligatione generali, procedere in obligatione indefinita, puta, bonorum, Secus si adiiciatur, dictio. Omnium. Idem etiam tenet Deci. in l. omnia. ff. si cer. pet. in j. col. vbi etiam ad hoc mouetur ex notatis per Bar. in l. generali §. vxori. ff. de vsufru. lega.
6 Sed licet † authoritas Decij sit maxima, tamen ego dubito de ista sua decisione. Primò quia doctores intelligunt d. l. obligatione generali. quādo etiam fuit facta obligatio, cum dictione, Omnium, vt per Bar. in l. Codicillis § instituto ff. de leg. ij. & per Bar. & Sal. in l. j. C. quæ res pign. obli. pos. Quæ opinio Deci non probatur ex notatis per Bar. in d. §. vxori. Nam
7 ex dictis Bart. ibi colligitur, quòd dispositio † seu obligatio generalis simpliciter facta, comprehendit etiam venalia, sed si dicta dispositio generalis restringatur ad certum locū, puta, Relinquo omnia, quæ in domo sunt, tunc propter locū designatum restringitur dispositio generalis, & non comprehendit venalia, quæ sunt in domo, nisi dicto loco designato adiiciatur aliud signum vniuersale, tunc enim illa restrictio loci tollitur per dictam clausulam vniuersalem, & prout prius cō prehendebantur venalia, quādo dispositio erat facta sine designatione loci, ita & nūc cum designatione loci ampliata per dictā clausulam vniuersalem, ita vult in effectu, & in substantia illi Bar. & sic Bar. non facit ibi differētiam inter legatum, seu dispositionem indefinitam, & vniuersalem, vt facit Deci. in sua decisione. Nec etiā fundari potest decisio Decij ex notatis per Bar. in l. si pluribus. ff. de leg. ij. ad quem se refert De-
8 ci. quia Bar. ibi examinat, an & † quando indefinita æquipolleat vniuersali, & in proposito dicit, quòd quando indefinita profertur ab homine, si dependet ex volentate proferentis, an comprehendantur, vel non comprehendantur omnia, tūc debet attēdi quod ipse voluit. In casu autem dubio, quādo non constat quid voluerit, distinguitur, an sit eadem ratio omniū contentorum sub indefinita, an non, prout secundum Bar. ibi distinguit Cy. in rubri. de leg. iur. in vj. In terminis autem d. l. obligatione generali. non est eadem ratio omnium cōprehensorum, & ideo excluduntur ea, de quibus in d. l. obligatione. cum suis legibus seq. Tertiò nō obstat illud vulgare, quòd
9 qui omne dicit, nihil excludit, d. l. à procuratore. quia † terminus Omnis, restringitur ad ea, quæ sunt de natura cōtractus, vt per Bar. hic declarat Bar. in d. l. à procuratore. & in l. qui habe
10 bat. in pri. c. ff. de leg. iij. Præterea † dictio Omnis, adiecta dispositioni de futuro continenti concessionem noui actus recipit restrictionem de habilitate, vt latè per Bar. Alex. & Ias. in l. j. §. nunciatio. ff. de no. ope. nun. Et propterea dictio Omnis, adiecta in generali obligatione bonorum, restringi debet ad bona quæ habilia sunt comprehendi in ea, non autem ad inhabilia, iuxta d. l. obligatione generali. Quartò quia l. obligatione generali. loquitur expressè de generali obligatione, et ideo
11 non est restringenda ad indefinitam, vt facit Deci. nam † oratio vniuersalis, generalis, & indefinita differūt adinuicem, vt latè habetur per Bar. in l. si ita. ff. de auro & argen. lega. & per Bar. in l. n. § j. ff. de lega. ij. merito dispositio dictæ l. obligatione generali. procedit etiam, quando adiecta fuit dictio gene-
12 ralis Omnis, quia illa † dictio facit obligationem generalem, vt per Bar. in dicta l. si ita. & sine dicta dictione Omnis, diceretur indefinita, vt ibi per Bart. Ex quo datur intelligi, quòd sola dictio Omnis, non sufficit, & ita putat tenendum Neguslan. in tracta. de pigno. & hypothe. in tertio membro secūdæ partis, nu. 57. Post Socin. in l. si is qui ducenta. §. vtrum. nu. 4. ff. de rebus dubiis. aliosque, quos refert & sequitur Hierony. Cagnol. in l. fina. nume. 255. C. de pactis. & Aymon. Grauet. in l. j. nume. 47. ff. de legatis primo. & pro hac opinione est ratio dictæ l. obligatione generali. Licet enim obligatio sit cum signo vniuersali, Omnia bona, adhuc militat ratio æquitatis, qua lex excipit certa bona. Militat etiam alia pars rationis ex verosimili mente obligantis, quod probat text. & ibi doctor. in l. j. C. quæ res pignor. obligar. poss. Probatur etiā hæc pars non solùm à ratione, sed à verbis dictæ l. obligatione. dum loquitur de obligatione generali. Non enim est verum quod Decius & alij, qui eum secuti sunt, nempe Purpura. in dicta l.

omnis ff.si cer.pet.& in l.j.nu.47.ff.de offi.eius cui mand.est iurisdictio.& Dom.meus Alciat.in l.si.nu.8..C.de pactis.& Riminal.instit.quib.aliena.licet vel non.nu.179.Corn. Lat.& Curtius Iunior,in locis allegatis per Dom. Aymon.in d.l.j.nu.47 ff.de leg.j.præsupponebant,dicentes,vbi adiicitur par ticula Omnes,vel Omnia,ibi dispositionem appellari vniuer salem non generalem,& plus comprehendere.Imò verius dicendum est quòd eorum differentia valere posset ad distinguendum inter indefinitam,& vniuersalem(licet & in hoc regulariter contra eos sit veritas in iure.) Sed in proposito d.l. obligatione.loquentis de obligatione generali, verū & proprium exêplum est,vbi adiicitur dictio Omnes, vel Omnia, idque appellatur generale,vt docet Bar.in l.si ita.col.ij.nu.4. ff.de auro & argen.leg.Quam doctrinam vt receptissimā tradit Alex.in l.grege legato.nu.2.ff.de leg.j.& probatur ex tex. qui ponderari non solet.l.illud.§.fi.ff.de minO.& ex tex. in l. quoties §.fi.ff.de vsufruct.facit tex.in l.nam quod.§.fin cum duabus legibus seq.ff.ad Trebel.notat Bart. in § non omnis eiusdem legis.ibi,Omnia,vel simpliciter.Idem probat tex.in l.ij.C.de pig.ibi,generaliter vniuersa bona.Bar per illū text. in l.si legatus.§.j.ff.ad Trebel.Exceptio autem quando fit à lege ex particulari ratione contra verba,non debet cessare tā leuiter,vt Decius & sequaces volebant ob dictionē Omnes, vel Omnia,Quod colligitur etiam ex tex.in l.si mihi Meuia. §.j.& fi.ff.de lega.ij & ex tex.in l.Quintus.§.j.& l.pediculis. §.item cùm quæreretur.ff.de auro & arg.lega.ex tex.in l.quidam hæredem.ff.de vino,trit.òque legato.ex tex.in l.quæsitum.§ penul.ff.de fundo instruct.quæ iura ad sentētiam Decij & sequacium,refellendam,se obseruasse nouissimè tradit insignis doctor Arrius Pinelus Lusitanus in fine primæ partis rubricæ.C.de bonis maternis.nu.47.versic.tandem ex supradictis. Gab.Saray.

CXXXVII.

1 *Sententia declaratoria dominij vel absolutoria ab obseruatione iudicij,quando in rei vendicatione sequi possit?*

2 *Sententia lata super dimidia rei petita in rei vendicatione,quando valeat?*

NOta,quòd si reus côtentus rei vendicatione non asseruit se possidere rem petitam: quia de hoc nô fuit interrogatus.sed simpliciter se obtulit liti,est differentia,an actor sciuerit eum possidere, aut detinere rem petitam,an ignorauerit.Primo casu non poterit sequi alia sententia,quàm absolutoria ab obseruatione iu dicij,seu ab instantia:quia actor seipsom decepisse videtur,vt l.nam & si actor.ff.de rei vendic. Ex quo etiam sequitur.quod licet actor probasset se dominum,non pos- 1 set sequi sententia,† qua declaretur actorem esse dominū reo non consentiente.Et pro prædictis facit cap.Raynaldus. de testa. Sed secundo caso quando actor ignorauit, potest,si actor velit,sequi sententia declaratoria in fauorem eius. Absoluitur tamen reus à restitutione rei, ideo quia non possidet:vt l.si a te.§.fina.ff.de exceptio.rei iudicatæ.& ibi Bartol. hoc tenet. Ex prædictis sequitur quod dictum Bar.positum in l.si constante.§.fi.soln.matr. & in 2 l.j.C.si aduer.rē iudi.vbi tenet,quòd si apparuerit † reum conuentum rei vendicatione ad fundum,possidere dimidium fundi tantum,valebit sententia lata super dimidia pro actore,licet de alia dimidia iudex nihil dixerit.Quod dictum sequitur do.Anto.de Butr.in cap cum inter vos. de re iudi.Sed debet restringi,quâdo actor sciebat reum possidere pro illa parte tantum,& sic pro illâ parte instā tia & iudicium valuisset quo ad totam rem, quia potuit sequi declaratoria dominij actoris super tota re,ideo sen tentia lata super parte esset nulla ipso iure, per notata in d.l.j.& in l.hoc iudicio ff.fami.ercis.

ADDITIO.

Nota,quòd si reus,&c.Ibi,ex quo sequitur.Adde quòd istud dictum refert & sequitur simpliciter Feli in c.aduersario suo. col.v.ver.tertius casus.de excep.Adde pro hoc P.in. in c.cùm inter.hic alle.vbi tenet opi.Ant.de But.Sed Imol.ibi tenet oppositum,quem videtur sequi Moder.col.v.quia in l.si cōstante.§.fi.hic alleg.pendente iudicio super parte dominij omninò desiit ius competere.Sed in casu Bar.licet reus desierit possidere,non desiit agens esse dominus, & ideo debuit declarari dominus totius fundi,& absolui reus ab alia parte expressa causa,quia non possidet. Proderit autem victori hæc sententia,si vnquam reus de nouo possideret.c.aduersario. suprà alleg.Idē Imol.Raph.Ludo.& Alex.in d.§.fi.quia etiam contra non possidentem procedit iudicium rei vēdicationis,& operatur sententia si vllo tempore res perueniat ad absolutū, vt etiam per Bar.in l.is qui se obtulit.ff de rei vendi. & Bal in l. cogi.in vlti.col. .de peti.hæred.& in rubri.ff.de rei vendi. & in l.licet minimam.ff.de peco.lixæ.Sed postea reperi in proposito plenum locum Feli.in c.examinata. in prima col. ver. limitatertiò.de iudi.

ANNOTATIO.

1 *Petitionis vna pars si tantum probetur,an pro illa parte probata possit ferri sententia in actione reali,vel personali?*

Istud plenè examinat Alex.contra Bart.tenet Alex in d § fin.l.si constante.ff.solu matri.vide ibi per eum,& Bart.in l.is qui se obtulit.post gl.ibi.ff.de rei vendi.& gl.in l. si à te.§.j.ff.de excep.rei iudi.vbi Soci.dicit opinionem,de qua hic per Matth. esse communem.quod etiam not ne Abb.& Feli.in c.penul. extrà de excep.& latius declarat D dac.Couar.in c.Raynaldus.§ iij.nu.3.ver.gl.in ver.cùm nihil. extrà de testa. Et an si 1 † pars petitionis probetur,pro illa parte probata possit sententia ferri in actione reali,vel personali,tradit Guido Papæ decisio.Grationopo.xxvij.in manibus.Et in proposito dixi suprà in sing.cxvij.nota quòd si quis agat simul. Gab.Sar

CXXXVIII.

1 *Terminus præfixus à iure,vel ab homine ad probandum, vel opponendum in causa principali,non refertur ad causam appellationis:nec conclusio facta in causa principali nocet in causa appellationis.*

1 NOta doctrinam,quòd † omnis terminus præfixus à iure,vel ab homine ad probandum oppositiones, vel ad opponendum tantum in causa principali, non refertur ad causam appellationis, imò etiam conclusio facta in causa principali non habet nocere volenti opponere, & probare in causa appellationis,vt l.eos.C.de appellat. & l.per hanc.C.de tempo.appella.cum simil.Et hanc doctrinam ponunt Dyn & Ioan.Andr.in cap.cùm venisset. de testib.& in c.cum dilectus. de fide instrumen.& Specu. in titu.de instru.edi.§.nunc videamus.in prin.& Bart. in authen.at qui semel.C.de probatio.

ANNOTATIO.

1 *Facta in causa principali,an intelligantur facta in causa appellationis?*

1 An † facta in causa principali,intelligātur facta in causa appellationis?tradit latè Bal.in c fraternitatis.de testi.col.fin. & Imo.in clemen.ij.col.ij.versi.deinde tracta.de testib. & plenè Abb.in d.c.cùm venisset.de testi.& per Bal. in authen. iubemus.C.de iudi.& per Bar.in d.authen.qui semel C.de proba. col.iij.nu.16.versi.quæro vtrum renunciatio. Gab.Sar.

CXXXIX.

1 *Actus qui non valet vt agitur,an valeat prout valere potest in vltimis voluntatibus?*

2 *Libertas relicta per verba directa seruo alieno, quæ non valet vt directa,an valeat vt fideicommissaria?*

3 *Verba directa,quæ non valent iure directo,semper in codicillis obliquantur Secus in testamentis.*

4 *Intellectus l.filiusfamilias.§.si quis hæredem ff.de leg.j.*

NOta vnam doctrinā singularem Bar.si esset vera,quæ 1 vult quod † in vltimis voluntatibus,si quæratur, an valeat actus,qui nô valet, vt agitur,valet vt valere potest, debet restringi,quòd aut loquimur de dispositiōe totali, & tūc non valet prout valere potest.l.non codicillum.C. de testa.Aut de parte illius,& valet prout valere.potest.l. filiusfamil.§.si quis hæredem.ff.de leg.j.& l.Scæuola.ff.ad Trebel.Facit quod not.in l.verbis ciuilibus.ff.de vulg. & pupil. Et hanc regulam ipse ponit in l.j.§.si quis ita.ff.de verborum oblig Sed hæc doctrina Bart in secundo membro videtur esse falsa opinio.quia secundum hoc sequere 2 tur:quòd libertas † relicta per verba directa testamento seruo alieno,quæ non valet vt directa, deberet valere vt fideicommissaria & tamen hoc est contra legem, iuncta gloss.in

gl. in l. seruo tuo. C. de manu. testa. Item de hoc est casus expressus in l. seruus legatus. §. si seruus alienus. ff. de leg. j. Et ideo in hoc passu est aliter dicendum: quia aut nos loquimur in codicillis, aut in testamento. Si in codicillis, tunc
3 † verba directa quæ non possunt valere iure directo semper obliquantur, & sic valent prout possunt. l. Scæuola. ff. ad Treb. & l. cum quis. §. Seia. ff. de leg. iij. & notatur Insti. de vulg. substi. in gl. j. Fallit in verbo directo adéptiue hæreditatis, quo non confertur alteri hæreditas, nã talia verba non obliquãtur in codicillum, ita quòd intelligatur is, cui relinquitur hæreditas, rogatus illam restituere venientibus ab intestato, vel cohæredi ex testaméto, si illom habet: imò talis ademptio est ipso iure nulla in totum, vt l. quid in fuo. §. fi. ff. de condi. insti. & ibi per gl. & Instit. de codicil. §. fi. Si verò loquimur in testamentis, tunc regula est vera, quòd verba directa, quæ non possunt valere iure directo, valent eo modo, quo valere possunt, vt d. l. seruo. & d. §. si seruus alienus. Fallit in casu l. generaliter. §. si quis seruo. ff. de fideicom. liber. Ex quo sequitur, quòd substitutio facta per patrem filio adulto, Si hæres erit, & decesserit sine liberis per verba directa, puta, Talis hæres esto: vel, Talem instituo: nullo modo valet vt fideicõmissaria. Idé videtur in institutione simili, quã mater faceret filio pupillo, vel adulto. Et pro prædictis facit tex. in l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. & pupil. & Instit. de vulg. substi. §. masculo. §. & extraneo. & ibi gl. etiam hoc sensit in ver. per fideicommissum. in fi. Licet gl. sensit contrarium in d. l. verbis ciuilibus. & licet Bar. dicat quòd Doctores tenent illam gl. Bar. non bene dicit: quia communis opinio est in cõtrarium, vt refert Io. And. in c. si pater de testa. lib. vi. in ver-
4 bo, interdum. in Nouella. Non † obstat d. l. filiusfamilias. §. si quis hæredem. quia ibi respondent, quòd ibi non fuerũt verba directa, sed obliqua. Nam si testator dicit, Rogo te Titium hæredé meũ, vt facias tibi Seium hæredé: hæc verba non fuerũt directa quia testator non facit per se Seium hæredem, sed disposuit, quòd alius, scilicet, Titius faciat. & ideo disposita per talia verba obliqua, valét iure fideicõmissi, vt ibi. & l. ex facto. in prin. ff. ad Treb. Et hæc vltima verba ad literã fuerũt verba ipsiusmet Bar. in l. Centurio. in j. col. ff. de vul. & pup. vbi allegat l. pater filiũ. §. j. & l. Lucius. ff. de leg. iij. & adde quod dicitur in sequenti not.

ADDITIONES.

Nota vnam singularem doctrinã, &c. Ibi, sed hæc doctrina Bart. videtur falsa. Et contra opinionẽ Bar. in l. Scæuola. ff. ad Trebel. & gl. in l. verbis ciuilibus. in allega. tenet Io. And. in c. si pater. de testa. in vj. in Nouel. & Bal. in l. ex tribus. C. de inoffi. test. & Ang. in l. precib⁹. C. de impu. & alus subst. Imo. Alex. & alij plenè reprobant in l. Centurio. de vulg. & pupil. Licet quãplures tenuerunt contrarium, de quibus ibi per eos. & in l. j. ff. de verb. obl. §. si quis ita. & per Doct. in c. Raynutius. de testa. Nec obstat l. Scæuola. tenendo opi. contra gl. in d. l. verbis. Quia ibi propter accidens non valebat substitutio directa, id est, ex eo quia erat in codicillis, in quibus directò dari non potest hæreditas. l. ij. C. de cod. nã hoc bene potuisset fieri in testaméto. Secus ergo vbi simpliciter lex resistit, sicut resistit substitutioni directæ, quæ fit extraneo vel puberi vel post aditam hæreditaté d. l. verbis. ver. frustra. nam tunc non trahetur ad fideicõmissum Licet nus leuatus. §. j. de virtuus alienus. ff. de leg. j. Non obstat Lex facto. ad Trebel. Quia ibi disposi tio non fuit facta directo, sed per fidei commissum. id est, per mediam personam primi hæredis, vt declarat not. Bart. in d. l. Centurio. col. pen. dum allegat [illegible] ex facto.

Hæc materia plenissimè tractatur per docto. in l. Centurio. post Bar. ibi. ff. de vulga. & pup. & in l. j. §. quoties ita. vbi Lat. col. v. nu. 16. ff. de ver. obl. & plenissimè per Gul. Benedict. in sua aurea repetitione c. Raynutius. de testa. & in aliis locis hic cumulatis per coapostillatorem. Gab. Sar.

CXL.

1 *Clausula codicillaris, quæ in testamentis apponitur, quid operetur?*

NOta mirabilem doctrinam, quã habet clausula vulgaris in testamentis vsitata, scilicet, si non valeat iure
1 re testamenti, valeat iure codicillorum. Nam † operatur hoc primò, scilicet, quòd si in testamento fuerunt aliqua verba directa, quæ non potuerunt ab initio valere iure directo, valebunt iure fideicõmissi, ac si illa verba fuissent posita in codicillis: arg. d. l. Scæuola. in prin. cum similib. ff. ad Trebel. Secundo operatur, quod si aliqua verba directa posita in aliquo testaméto, aliquo tépore potuerũt valere, vt directa, & aliquo tépore nõ: pro eo tempore, quo nõ potuerũt valere, vt directa, valebũt iure fideicõmissi: Vnde si testator filiũ pupillũ instituit, & dixit, Si filius meus decesserit sine filiis, talé instituo: aut, Talis hæres esto: & contigerit filium mo[ri] in pupillari ætate, vale[bit] vt directa pupillaris. Si verò contingat eum mori in ætate adulta, valebit vt fideicõmissaria propter dictam clausulam codicillarem. nam exponitur, scilicet, quatenus, id est, super, vel pro eo tempore, quo, &c. argu. l. Stichum, quẽ meus erit. ff. de leg. j. Et hoc vltimum sensit Bar. in l. j. ff. de codicillis, in quæst. ix. Et sic debet limitari quod not. Bar. in l. Centurio. ff. de vulga. & pupil. Ita publicè tenuit disputando do. Anton. de Butr. prout ipse refert de testa. c. Raynutius. vbi idem tenet. Facit l. si frater. C. de fideicommil. & gloss. Insti. de pupil. substit. §. masculo. Et hoc videtur etiam de mente Bar. in dicta l. j. ff. de iure codicil. in xvj. q.

ADDITIO.

Nota mirabilem, &c. Ad istud not. nunquid sit verũ, vide Alex. in l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. & pup. sed ibi plenius & elegãtius per Magistrum meum col. iiij. in fi. & tota seq. vbi ipsi & communiter doct. tenent contra Rapha. Alex. & Matth. hic, & ibi Magister meus facit in hoc duas pulchras cõclusiones, quas vide per eum. Vide tamen Magistrum meum, vbi sequitur dictum Matth. hic, in l. precibus. in xij. col. ver. limita tamen. C. de impub. & alus substi. per alleg. ibi per eum.

ANNOTATIO.

1 *Clausula codicillaris virtus.*
2 *Clausula, Si non valet, exponitur, id est, quatenus non valet.*

Cõmmuniter tenetur contra Matth. hic post Bar. ab eo relatum, vt tradunt doct. in l. verbis ciuilibus. & in l. Cẽturio. ff. de vulga. & pupil. & per Guliel. Benedi. in repet. c. Raynutius. & ibi etiam do. meus do. August. Ber. de testamen. vbi istud exami-
1 nant. Et † de virtute clausulæ codicillaris, laté tradit Bar. in
2 l. j. ff. de iure codicil. & Bal. in l. fina. C. eo. titu. Et † quòd clausula, si non valet, exponatur, id est quatenus non valet, tenet Bartol. in dicta l. Stichum, qui meus erit. colum. j. versicu. ista faciunt ad quæstionem. & in Aret. ff. de legatis primo. & in authen. ex causa. colum. fina. versicu. veritas hæc est. C. de liberis præteri. & Paulus de Castro, con. hoc clxvij. & Bald. in l. controuersi[a]. [in] fine primæ columnæ ff. de transactio. Et in materia vide Alexan. consilio xxviij. volumi. vj. & consilio clx. volumi. ij. & consilio clx. vij. nume. 3. & per Corne. consilio xcvj. numero 6. & 12. volumi. ij. & consilio cx. nume 3. 11. & 12. & consilio cxxvj. nume. 4. eodem volumi. & consi. cxxix. nume. 8. eodem volum. iij. & consilio clviij. nume. 37. & consi. cxliij. num. 2. & consi. ixviij. nume. 9. eodem volumi. & consi. xliij. nume. 6. & consilio liiij. nume. 3. & consi. cxxxiij. nume. 5. & consi. cxciiij. nume. 8. & consi. cclxiv. nume. 3. volum. iiij. & consi. cevj. numero 12. & consi. sequen. eo. volumi. iiij. & consi. cliiij. nume. 2. eodem volumi. iiij. & consil. cc. viij. nume. 3. volumi. iiij. & consil. cc. cvij. nume. 5. volumi. iiij. & consil. cccxx. nume. 4. eodem volu. iiij. Rapha. Cuma. cons. lxij. nume 3. Dec. consi. cclxxxvij. nume ro 4. & consi. ccxx. nume. 1. & consi. ccv. nume. 9. & consilio ccxc. nume. 4. & consi. cexliij. nu. 2. 4. 5. & 6. & consi. cc. lxix. nu. 2. & c6. i. cc. lxxxiij. nu. 2. & cõ. i. cc. cciiij. nu. 6. & consil. cccccxxi. nu. 8. & consil. cccccclx. nume. 4. Et Marc. Mantua. consi. xxv. nume. 14. & consi. cx. num. c. 13. & consi. ccv. nume. 5. & consi. cclix. nume. 3. Et per Ioan. Dilect. Durant. in suo tracta. de arte testan. di. iij. c. iij. de hu qui non hab. testa. fact. cautel. viij. nume 3. & tracta. de liber. instit. vel exhæredan. caute. j. nume. 4. & cautel. iiij. in fi. & cautel. x. nume. 4. & cautel. xv. nume. 2. & in tra. de hæredi instit. cautel. j. nume. 2. & per do. Laurum de Palatiis in suo tracta. quòd existentibus masculis fœminæ non succedant, quem posuit in §. cæterum. instu. de legiti. agnator. successio. in princi. nume. 57. & per Marc. Anto. Bauer. in tracta. de virtute iuramenti. in princ. nume. 4. & per Nico. Boër. decisio. xxxiij. nume. 8. Benedict. Capram nostrum, in consi. xix. nume. 4. consi. lxvj. nume. 24. consil. lxxx. nu. 2. consi lxxxiij. nu. 22. consi. cij. nu. 3 & consi. cvj. nu. 11. & consi. cxv. nu. 8. & 9. Et Guid. Pap. decisi. Grationo. ccccxxij. de detractione duarum. Gab. Saray.

CXLI.

1 *Sententia lata per verba obscura, quòd debeat declarari per acta probatoria, etiam si ad illa non fiat relatio expressa, quomodo intelligatur?*

1 NOta, quòd illud, quod dicitur, quòd sentẽtia lata
†per verba obscura debet declarari per acta probatoria, etiam si ad illa non fiat relatio expressa,
l.iij.C.de sent quæ sine cer.quanti.cum si.ibi nota. debet
intelligi, quando esset sententia nulla propter obscuritatem, nisi declaretur per acta probatoria. Sed vbi sententia potest in se valere, verba eius strictè debent intelligi,
nec debent declarari per acta probatoria.l.j.C.si plu.su.
vna sen.& l.Paulus.i.ff.de re iudi.

ANNOTATIO.

1 *Incertitudo temporis an vitiet sententiam?*
2 *Iudex si simpliciter banniat aliquem: ille intelligitur bānitus vsque ad decennium.*

Adde Bar in l.j.C.si plur.vna sen & Alex.in d.l.iij.C.de sen.quæ
sine cer.quantita vbi id refert tacito authore,& sequitur.Et
1 ibi subdit †an incertitudo temporis vitiet, vt puta, si iudex dicat, Relego te ad tempus,& non dicit quantum tempus,& dicit esse tex.quòd non in l.si sine præfinito tempore.ff.de pœnis.vbi vide qũo intelligatur ad tempus,& aduerte quòd ille
tex.loquitur in criminalibus.Et adde Bal.in cõsi xxxiij. vbi
dixit dictam l.si sine præfinito tempore.esse vnicam in iure,
2 & facere, quòd si iudex † simpliciter banniat aliquem, quòd
intelligatur bannitus vsque ad decennium.

CXLII.

1 *Consultori si tantum debeatur pro libra, inspicitur quod petitur, non quod exigi potest.*

1 NOta, quòd vbi ex forma statuti† debet dari consultori tantum salarium, si causa sit à quingentis libris vsque ad mille, & tantum si à mille vsque ad duo millia, prout dictũ statutum Bononiæ, Cõsultor habebit salarium integrum, licet reus sit pauper, ita quod eius nomen non æstimaretur pro centum, vt probatur in l.in offerẽdis.C.de app.& hoc tenet Bar.ibi. Quod nota: quia quotidie accidit.

ADDITIO.

Nota, quòd vbi,&c.In fi.Adde Bar.mer in l.fi.§.fi.eo ti.C. de appel.& in l.qui tabulas.in prin.vbi etiā Ang.ff.de fur. Magist. meum in l.cùm quædā puella.§.quoties.col.j. ver.iij.not.ff. de iurisd.om.iud.& in l.non amplius.col.ij.ff.de leg.j.

ANNOTATIO.

1 *Inspicitur quod petitur, non quod exigi potest propter inopiā debitoris, quando tractatur de salario soluendo consultori.*

Facit tex in auth.de litig.§.ad excludendas.& notat Bart in l.pe.
1 §.fi.ff.de iurisd.om.iudi.vbi concludit, quòd inspicitur† quod
petitur, non quod exigi potest propter inopiam debitoris.
Et plenè per Ias.in l.cùm quædam puella.in princ.ff.de iurisd.
om.iudi. Gab.Saray.

CXLIII.

1 *Clericus & laicus si sint in causa indiuidua conueniendi, id fieri debet coram iudice ecclesiastico.*
2 *Iudex secularis an possit cogere laicum ad prorogandum iurisdictionem in iudicem ecclesiasticum?*
3 *Prorogatio iurisdictionis si fiat in clericum & laicum, adeundus est Episcopus super reductione ad arbitrium boni viri.*

NOta, quòd si in causa indiuidua † aliquis velit conuenire clericum, & laicum, vterque conueniendus est in
foro ecclesiastico: quia magis dignũ trahit ad se minus
dignum: vt in c.quod in dubiis.de conse.eccle. vel alta. &
l.præcipimus.§.j C.de appel.& hoc tenet ibi Bar. Sed ipse
sensit contra in l.iij.ff.de collegiis illici.& ibi dicit, quòd
ambo, id est, iudex ecclesiasticus & secularis simul debẽt
2 cognoscere, vel pronuntiare, Vel quòd secularis † debet
cogere laicum ad prorogandum iurisdictionem in iudicem ecclesiasticum. Sed primum est verius, & hoc vltimũ
est falsum, quia quis non potest cogi ad prorogandum, &
si cogitur prorogatio est nulla l.ij.ff.de iudi. In prædicta
3 l.præcipimus.dicit Sali.quòd si causa †prorogatur in clericũ
& laicũ simul, adeũdus est Episcopus super reductione ad
arbitriũ boni viri: quia clericus tanquā dignior trahit ad
se laicum. Super quo vide plenè per Pet.de Anch.in c.cuta.& c.laicus, in secũdo dubio de foro cõpet. Quid autẽ
si cõuenerit collegium illicitum, in quo sint mixti clerici
& laici? vide Bar.in l.fi.ff.de colle.illicitis.in iiij.col.

ADDITIO.

Nota quòd ita,&c.adde quòd dictum Mathes.hic tenet Bal. in l.
fi.in xiij col.C.de edic.diui Adr.tol.facit quod vult do.Abb.
in c.fi.ad fi.de iure pat.& in c.j.de præscri. sequitur Magister
meus in l.imperium.col.ij.ver.sexiò limita.de iurisd. om.iudi.
Feli.post alios in c.ecclesia sanctæ Mariæ.de consti. vide etiā
Magistrum meum, vbi suprà in ver.seq.& Roma. consil.cclav.incip.in casu proposito aduertendum.

ANNOTATIO.

1 *Clericus & laicus si sint constituti executores testamenti, iudex eorum erit ecclesiasticus iudex.*
2 *Testi reprobato & vili adhibetur plena fides propter adiunctionē alterius boni, & fide digni.*
3 *Delictum si sit commissum vnà à clerico & laico, vtrum ecclesiasticus, vel secularis sit iudex?*

Idem tenet Bar.in l.fi.ff.de colleg.illicit. Et dicit Cardi. in c.cùm
1 Ioannes de testa.quòd† si clericus & laicus sunt cõstituti executores testamenti, iudex eorum erit iudex ecclesiasticus, &
per Bar.aliquid in l.j §.si quis in appellatione.ff.de app.& de
hac mixtura vide text. in l.si impubes.§.si pupillus.& in l.de
bonis.circa prin.ff.ad Carbo.facit l.quæritur.eo.tit.& tex.in
c.per tuas.de arbi.facit glo.in l.quæ dotis.in ver.expensas. &
ibi doct.ff.sol.mat.quā Imo.ibi reputat sing. Facit casus notabilis & ibi j.l.in l.fi.C.de mune.& hono.non cõtin.li.xij.facit quod dixit Bar in l.si emācipati.& ibi Mod.C.de colla.&
Bal.in c.j.qui.mo.feu.amit.& Ang. in l.Imperator.ff.de statu
homi.& in l.si quis ex argẽtariis.in prin.ff.de edic. & Ludo.
2 Roma.cõsi.ccl.vbi dixit, quòd †testi reprobato & vili adhibetur plena fides propter adiunctionē alterius boni & fide digni,& per Bal in cõsi.cxxxvij.vol.iij. Et quod dixit idē Rom.
in l.arbitro.ff qui satis.cog.& Inno.in c.j.de rescri.& ibi Feli.
& Abb.in quæstione sua inci. Gãdulphus in xvi.col. & Pet.
de Anch.in c.ea quæ.de reg.iu.in vj.& Bal.in d.l.præcipimus.
C.de appel. Et facit quod dixit Bar.in l.si is qui duos.ff.de liber.leg.& Bal.in l.j.C.pro soc.& per Moder.in rub.C.de successo.edic.vbi ponunt multos casus. Et facit quod dixit Bar.
3 in l.cùm Senatus ff.de reb.dub. Quid † autē de in criminalibus, vtrũ secularis, vel ecclesiasticus sit iudex, quando delictũ
fuit cõmissum à clerico,& laico simul? Multi dixerũt huiusmodi cognitionē ad iudicem ecclesiasticum pertinere, vt primùm tenuit Art.de Prato Veteri in l.j.in fi.quę sen.sine appellat.in Maria.Soci.cõsi.xij.vol.j.& in c.ij.col.ij.j.de mut.peti.Fel.in c.j.col.iiij.de præscri.Ferrat. caut.x.præceptor meus
Soci.Iunior cõsi.xxxiii.volu.ij.col.j Et Soci.in l.cùm Senatus.in fi ff de reb.dub quì testibus hanc opinionē in praxi seruatam fuisse. Idē testatur Chassæ.in cõsuetu.Burg.rub.j.§ v.
ver.Archidiaconus.nu.20 Eandē opinionē sequitur Rober.
Mar.in Spec.ordinis iudiciorũ parte iiij.di.xj.nu.22. vbi nu.
24.dicit id procedere in indiuiduis, non in diuiduis, quod &
Socinus tenet in d.cõsi.xij. Quod procedit secũdũ docto. prælegali quia potest per iudicē ecclesiasticum puniri.
Ego tñ hanc opinionē fallam esse puto, per ea quę latè tradit &
probat Aymo Graue.cõsi.lxcix ij.vol.j. & plures alij relati
per Didac.Couar.in prædictis qq.cap.xxxiij.in prin.G.S.

CXLIIII.

1 *Statutum, quòd ingrediens monasterium parẽtibus non succedat, an valeat?*
2 *Ingrediens monasterium quis propriè dicatur, & quis ecclesiastica persona?*

1 NOta mirabile dictum Bar. quòd† valet statutũ disponens, quod ingrediens monasterium patri vel matri
non succedat. Secus si dicat, Si quis ingressus fuerit monasterium, non possit succedere patri vel matri.& ita ipse
notat in l.fi.C.de pact. Sed primum membrum non puto
verum, quia videtur esse inhonestum, & continere turpitudinem, quia retinet homines amplexu vitæ contẽplatiuæ, ergo non valet, vt in authen de sanct.episco.§.sed &
hac præsenti.iuncta regula e.erit autem lex.iiij.distinc.&
in c.j.

in c.j.de consti.lib.vj.Facit quod notatur in l.si quis ita.
§.fi.ff.de lega.ij.putà,cum quis incipit ingredi: vt quia su
sceipit habitum Nouitiorum, vel Nouitiarũ, qui propriè
2 dicitur ingrediens, † postmodum post professionem ex-
pressam vel tacitã,quia perpetuò est obligatus religioni
in specie,vel genere,vt in authen. ingressi.C.de sacrosan.
eccle.dicitur effici ecclesiastica persona:vt in c.religioso.
de sen.excom.lib. vj.& regula habetur in gl.& ideo non
potest ligari statuto seculari,& sic non videtur vera di-
stinctio Bar.super dicto §.fi.

ADDITIONES.

Nota mirabile,&c.Ibi,sed primum casum,&c.Adde Ang in di-
spu.sua incip.nobilis quidam genere. Licet multi tenuerint
opinionem Barto.quos refert Alex.in l.stipulatio hoc modo
concepta.col.xij.de ver.ob.& tandem concludit cum Matth.
hic,quòd tale statutum indistinctè nõ valeat. Et multa aggre-
gauit Felin.in c.ecclesia sanctæ Mariæ.in prima conclusione
sextæ quæst.prin de consti.Et vide plenissimas concordan-
tias per Alex.qui dicit ita esse communem consi.cxxxix.in se
cundo vol.Et multa fundamenta & vrgentia communis opi-
nionis posuit Pau.de Cast.consi.cccxxxvij.alias cccxxxv.inci.
in Christi nomine primum dubium Vide etiam Pet.de Anc.
consi.cvij inci in Christi nomine iudea Ferrariæ.
Communis Doctorum conclusio est contra Bar.vt per Ange.in
d.l.si.C.de pact.& ibi Doct.per l.Deo nobis.C de epis & cler.
Domi.in c.quamuis.col.iiij.eo.tit.in vj & latè Alex.prosequi
tur in l.stipulatio hoc modo concepta.col pe.ff.de ver.nbl &
idem Alex.consi.cxxxix vlto themate.col.si.libr ij.vbi dicit,
quòd ista est communis opinio.& idem Pau.de Cast in cõsil.
cccxxxix.primum dubiũ.& do.Abb.in c.ecclesia sanctæ Ma-
riæ col.xx de constitu.versi.circa illum casum & ibi Felin.&
Deci.& Petr de Vbal.in tractatu de succes.ab intest.cleri.col.
x.ver.an valeat.cum simil Et tradit Felin.in dicto capit.ec-
clesia.colum.viij.versi textũ quarto.& latè Deci.in c.in præ-
sentia.col.xxj.versi.sed breuiter dicendum est.nu.53.de pro-
bat. Gabr.Saray.

CXLV.

1 *Fuga quòd inducat præsumptionem de delicto contra fugientem, quomodo intelligatur,& limitetur?*

NOta aureum dictum,quod tota illa doctrina,quæ di
2 citur,q ex fuga† inducitur præsumptio cõtra fugien
tem de delicto,debet limitari.nisi postquam quis fuit de
crimine accusatus,quo venit imponenda pœna sangui-
nis,aufugit,vel flectit caminum non eundo per terram: nam
talis excusandus est.quia iustè facit timendo pœnam san
guinis,ita notat Bar.in l.j.ff.de bonis eorũ,qui ante sen.
sibi mort.consci.quod nota.

ADDITIO.

Nota aureum,&c Adde istam doctrinam esse approbatã & ob-
seruatam per Assessores,dicit Magister meus in l.is qui.col.iij.
in prin. .qui test.fac.pol. Vide eum clarè distinguentem in
repe.l.admonendi.col.lxxviij.versi limita singulariter.de iu-
reiur.vbi istam limitationem refert post Ludo.Roma.& vi-
detur tenere arg.l.in lege Cornelia.ff.ad Sylla.& l.fina.C.qui
mi.tuto.se excu.

ANNOTATIO.

1 *Fuga regulariter facit indicium ad torturam contra fugientem, quando aufugit ante accusationem, vel inquisitionem. Secus si post.*
2 *Fuga non facit indicium ad torturam,quando fugiens habuit aliquam suspicionem,quod contra eum formetur accusatio, vel inquisitio.*
3 *Timor,seu suspicio rei idem operatur,quod existentia ipsius rei.*
4 *Fuga quando inducit in aliquo casu præsumptionem,vel indicium contra fugientem, talis præsumptio tollitur per iuramentum ipsius fugientis.*

1 Fuga† regulariter facit indicium ad torturam,vt per scriben-
tes in l.si.ff.de quæstio.& per Angel.Aret.in tracta malefic in
ver fama publica.in vj.char.in ver.an fuga.& latè per Hipp.
de Mar in repeti l.si.C.de probatio.Quod tamẽ intelligitur,
quando quis aufugit ante accusationem,vel inquisitionẽ con
tra eum formatam,vel quando contra eum non fuit ad aliquẽ
actum processum.Secus autem si aufugit,postquàm fuit ac-
cusatus, vel inquisitus: quia tunc si aufugit, talis fuga contra
eum non facit indicium:ita dixit Bar in d.l j.ff.de bo.cor.qui
ante sent.sibi mortem consciue.Quam doctrinam sequitur,
& multum commendat Ange in l.si.eol.pen.C.de quæstion.
& Roma.in d.l.in lege Cornelia.col.ij.ff.ad Syllania.& plenè
per Hippol.de Marsi in repetitione rub.C.de proba.col.iiij.
& in singulari cxv.incip fuga Et latè per Brun in tractatu de
indic.& tortu.in ij.char.in prima col eum seq & per Cuma.
consi.clxxv.do.And in sla.col.ij circa medium.Corne consil.
lviij & consi.cxcviij.vol.ij.& Soc.in regula clxij.incip.Fuga.
& Decio consi.ccxxxiiij.in effectu.col j.& Hippol in singu-
la.cccc xcvij.& in practica crimi.in §.diligenter.nu.41.& ple
nissimè per Petr.Duchas in regula cccxc.inc pien.fuga in cri
minalibus,in septima limitatione & per totum.& in regula
sequenti cccxcj.inci.fuga post accusationem.vbi latè.Et do.
Andr.de Ysern.in constit.Regni Neapolitani in constitutio-
ne.si damna clandestina.in versic.personarum leuium.col ij.
versic.idem si probetur,quòd Titius aufugit.in titu.de ho-
2 micid.& damnis clandest.Ampliatur dicta† conclusio,vt etiã
habeat locum,quando etiam habet suspicionem,quòd cõtra
eum formetur accusatio,vel inquisitio:nam tunc si aufugit,
fuga non facit contra eum indicium ad torturam,vt singula-
riter dixit idem Roman.in dicta l in lege Cornelia.ff.ad Syl-
lan.quod dictum refert,& sequitur Decius in dicto consilio
ccxxxiij.de quo latius dixit Hippolytus de Marsil.in dicto
singulari suo cccc xcvij.inci.sæpissimè in iure.Pro quo faciũt
dicta,quæ cumulauit idem Hippoly.in l.prima.in principio.
3 columna 2. ff. de quæstio. vbi latè posuit,quòd idem † o-
peratur timor , seu suspicio rei , quod existentia ipsius rei.
De quo etiam per eundum Hippolytum in consilio xlix. nu-
mero 17. Et plenè per Nicol. Boërium in decisione ccxv.
per totum , & maximè numero 29. vbi plenè prosequitur
materiam fugæ,& per M.Anton.Blanc.in repetitione l.final.
ff.de quæstionibus.Cæpol.in consilio xxix.nume.8 & Bald
consil ccccxv.nu.5.volu.v.Alber.de Rosa.in tracta.statu.in
quarta parte.q.liiij Grammat.in voto xxxvij.nu.s.& per do.
Iacobum Nouel.in practica causarum criminal.in rub indi
4 cia quæ præcedere debent.nu.74.Adde tamen † quòd in casu
quo fuga inducit aliquam præsumptionem vel indiciũ con-
tra aliquem,tunc talis præsumptio taliter inducta tollitur per
iuramentum ipsius fugientis:ita singulariter dixit C. in l.fi.
C.de seq.reis.quod latè prosequitur idem Hippoly.in dicta
pract.in §.diligenter.nu.43. Gab.Sar.

CXLVI.

1 *Pater potest relinquere filiæ natæ ex nefario, & incestuoso coitu, non solum alimenta,sed etiam dotem,& ad id tenetur de iure Canonico.*

NOta singulare dictũ,quòd† pater potest filiæ natæ
1 ex nefario & incestuoso coitu relinquere non so-
lum alimenta competentia, sed etiam dotem. &
ita notat Bar.in l.fi.ff.de his quib.vt indign. vbi dicit sic
de facto se cõsuluisse,& ibi sentiũ,quòd sicut pater de iure
Canonico tenetur alere talem,vt in c.cum haberet.de eo
qui dux.in mat.quam pol.per adult.ita tenetur dotare
per dotem concedentem.

ANNOTATIO.

1 *Pater an teneatur dotare filiam naturalem, vel spuriam pauperem.*
2 *Argumentum de alimentis ad dotem, an semper & indistinctè valeat?*
3 *Pater tenetur dotare filiam legitimam loco legitimæ debita iure naturæ.*
4 *Spuria filia à patre dotata mortua,dos est patri restituenda, non filijs spuriæ.*
5 *Pater si dederit maiorem dotem filiæ spuriæ quàm sint alimenta ei de iure Canonico debita,an in eo,in quo dos excedit alimenta, possit auocari a marito constante matrimonio?*
6 *Pater non potest filiæ spuriæ donare aliquid vltra alimenta.*
7 *Vsurarius si dederit filiæ suæ dotem acquisitam ex vsuris,non poterunt creditores ex causa vsurarũ constante matrimonio dotem illam auocare a marito.*
8 *Auus non prohibetur donare nepotibus ex filia spuria natis.*
9 *Cautela,quòd pater poterit securè donare filiæ spuriæ , quam sint alimenta debita.*
10 *Pater non tenetur dotare filiam spuriam habentem vnde se dotet.*

11 *Pater si docet filiam spuriam diuitem, in dubio præsumitur dotasse de bonis ipsius filiæ.*

1 An pater † teneatur dotare filiam naturalem vel spuriam. Videtur quòd sic, argumento de alimentis ad dotem, nam de iure
Canonico pater tenetur alere spurios c. cùm haberet. de eo
qui dux. in matrimo. quam pol. per adul. quod obseruandum
est etiam in foro seculari, & Imperatoris secundum Alb. ibi.
Et est communis opinio licet aliqui contradicant. Nec obstat
2 si dicatur quòd † argumentum de alimentis ad dotem non valet, quia pater tenetur dotare filiam legitimam etiam diuitẽ,
& tamen non tenetur alere. Quia respondetur, quòd illa instantia negatiuè procedit, hic autem affirmatiuè arguitur. Se
cundò respondet quod ratio diuersitatis est maxima inter
3 filiam legitimam, & spuriam, nam pater † tenetur dotare filiã
legitimam, loco legitimæ debitæ iure naturæ, quæ ratio cessat in filia naturali, vel spuria, cui nulla debetur legitima: ideò in eis valeat argumentum de alimentis ad dotem. Et quòd
pater teneatur dotare spuriam pauperem tenet Bart. in l. Meuius. §. duobus in ij. q. ff. de leg. ij. & in l. fin. §. si à socero. ff. de
his quæ in fraud. credi. Bal. in l. eque mater C. de iure dotiũ.
Petr. de Vbal. in tract. de succes. ab intesta. col. xviij. & seq.
Abb. consi. cxv. punctus quæstionis. lib. ij. Bald. consi. cccclvj.
incip. recolo. v. l. r. vbi dicit ius ciuile tantùm amasse castratem, quòd destruxit pietatem, sed ius canonicũ piè agens voluit patrem debere alere, & dotare spuriam: & hæc est cõmunis opinio, quam credo verissimam intelligendo, prout eam
intelligunt Bar. & alij, videlicet quòd teneatur pater dare dotem filiæ spuriæ loco alimentorum secundum Bar. in d. §. si à
socero. & Abb. in dicto consilio cxv. vbi ex hoc infert, quòd
4 mortua † spuria, dos est restituenda patri, vel eius hæredi, &
non filiis ipsius spuriæ, quæ in alimentis non potest habere hæredem. §. finitur. insti. de vsufruct. idem tenet Abb. in consil.
50 videtur primò eo vol. & plenè Do. Baptista de Calcalup.
in repe. l. si quis illustris. C. ad Orphicia & scribit latè Palatios
Rubios in repetitio. c. per vestras. in §. xxiij. colũ. iij. ver. sequitur ergo. nu. 12. extra de donatio inter virum & vxorem. vbi
hoc diffusè examinat. & Do. Bermõdus Choueronius in eius
commentariis in titulum, de publicis concubinariis. in cõcor
datis. in verb. qui etiam filios ex tali concubinatu procreatos.
§. improprie Papa. nu. 50. versic. sequitur, vt videamus. chart.
5 ccxxxiij. Sed potest † dubitari, quid si pater dedit maiorem
dotem, an in eo in quo dos excedit alimenta, possit auocari à
6 marito, constante matrimonio? constat enim † quod pater nõ
potuit filiæ spuriæ donare aliquid vltra alimenta. authent. ex
complexu. C. de incest. nupt. ergo repeti posse videtur. Contrarium determinat Bar. in d. §. si à socero, quia maritus retinet dotem ex causa onerosa, sequitur Bal. in dicta authentic.
ex complexu. & Angel. Aretin. §. item si quis in fraudem. in-
7 sti. de actio. Bene facit, quia si vsurarius † dederit filiæ suæ dotem acquisitam ex vsuris, non poterũt creditores ex causa vsurarum constante matrimonio dotem illam auocare à marito, secundum Ioan. Andræ. in additio. Specu. in titul. de executio. sentent. §. sequitur. ver. hinc legatus, & tradit lat. in l. si
eum seruum ff. si cer. pet. Contrarium videtur verius, quia in
excessu, constitutio dotis non valuit secundum Bar. in l. fin. ff.
de his quibus vt indig. & Bal. in l. eam quam. col. xj. ver. pone,
dicit decretum C. de fideicom. Soc. consi. ij. colum. ij. volumi.
iiij ergo ex post non poterit reconualescere, ca. non firmatur.
de reg. iur. in vj. imputet ergo sibi maritus, qui nulliter contraxit. & ita tenet Vbald. in dicto tracta. Saluat tamen sententiam Bar. vbi maritus ignorasset vxorem suam esse spuriam.
argumen. l. qui contra C. de incest. nup. & capitul. ex tenore.
qui filii sint legitimi. Et ista opinio videtur verior. Contraria
tamen videtur humanior. Vnde si filia vult securè agere, faciat quòd pater donet dotem filiis nascituris ex ea post mor-
8 tem ipsius filiæ, nam † auus non prohibetur donare nepotibus
ex spuriis, secundum glo. communiter approbatam in l. fin. C.
9 de natur. liber. & illam cautelam ponit Bartol. ibi. Sit † tamen
cauta taliter concipere verba donationis, quòd auus non videatur donare nepotibus contemplatione filiæ spuriæ, alias
donatio non valeret, vt per Bar. in l. Gallus. §. quòd si is ff. de
10 liber. & posthu. & consil. cxviij. Oducius. Et ex præmissis † sequitur, quòd pater non tenetur dotare spuriam habentẽ vnde se dotet, quia tunc non tenetur eam alere. d. c. cùm haberet.
11 in ver. necessaria. Ex quo infertur, † quòd si pater dotauerit
filiam spuriam diuitem, quòd in dubio videbitur dotasse de
bonis ipsius filiæ & tradit nouissimè Ioan. Franc. Ripa in repe. l. j. nu. 66. ff. sol. ma. Gab. Sar.

CXLVII.

1 *Onus alendi filium transit ad hæredes patris, in subsidium*

1 NOta, quod † istud onus, quo pater tenetur alere filiũ, vel econtrà est tale onus, quod etiam transit ad hæredes, videlicet, in subsidium, quando nullus est alius, à
quo possunt peti alimenta. Vnde si filius vel filia habuit legitimam, & postea peruenit ad paupertatem, poterit in
subsidium petere alimenta ab hæredibus de bonis hæreditatis patris, vel matris: vt l. si quis a liberis. §. item rescriptum. ff. de lib. agno. & ibi Bar. hoc tenet.

ANNOTATIO.

1 *Parentum onus alimentandi liberos trãsit ad successores. Et quid si fiscus sit hæres?*
2 *Bona si sint confiscata, tenetur fiscus alimentare filios etiam spurios reis.*

1 Quòd onus parentum † alimentandi liberos transeat ad successores, tenuit Bal. in auth. licet C. de natu. liber. Chassæn. in
consuetu. Burgund. in titu. *Des successions.* rubr. vij. § vj. folio
284. col. iij. nume. 3 Eandem opinionem tenet Bermondus in
tractatu de publicis concubinariis, pagina 336. nume. 52. Lauren Calca. in consi. lxij. nu. 17. Abb. in consi. cxv. volumin. secundo. Quod etiam procedit, si fiscus sit hæres, vt tenet Palatios Rubios in repetitione cap. per vestras. § xxiiij nu. &
2 9. de donatio. inter virum & vxo. Et sic † quòd quãdocumque
bona sint confiscata, fiscus teneatur alimentare filios etiã spurios, tradit post alios Petrus Duenas in regula ccclxvij. inci.
filius spurius de iure Canonico in quarta amplia tione. Adde
quod notat Bar. in l. si marito. §. si voluntate. ff. solut. matri. &
in l. post dotem. eo. tit. & quod not. in simili in l. sicut §. si debitor. ff. quib. mo. pignus vel hypotheca solu. & aliquid per
Imo. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de ver. ob. & Bart.
in l. j. C. de mendic. valid. lib. xj. & Bal. in l. si quis argentum. §.
1. d si quis. C. de don. & Spe. in ti. qui filii sint leg. §. j. ver. quid
si is, qui petit. & quod notat in simili Alex. in authẽ. præterea.
in vj. col. C. vnde vir & vxor. Gab. Sar.

CXLVIII.

1 *Actor si nunc petat decem ex centum coram vno iudice, & postea velit residuum coram alio iudice petere, potest repelli dilatoria exceptione.*

1 NOta vnum dictum, † quòd si de cẽtum, quæ tibi promisi, petam decem coram vno iudice, & obtinui, vel
succubui: & posteà velim residuum pètere coram alio iudice competenti in eadem ciuitate, vel diuersa, competit exceptio dilatoria, quod non teneris ipsi respondere,
insti. de act. §. si minus. & hoc tenet ibi gl.

ADDITIONES.

Nota vnum, &c. in fi. vide suprà oo. cxv. incip. no quòd si ex centum. & quæ ibi dixi.

Vide quæ dixi suprà sing. cxv. ad ibi dicta me remitto. Gabriel Sarayna.

CXLIX.

1 *Mandatum generale ad iurandum de calumnia, an sufficiat, vt in qualibet causa procurator ad iurandum admitti debeat?*
2 *Intellectus c. si de iura. calum. in vj.*

NOta, quòd si dominus facit procuratorem generalem ad lites cum Petro Martini, & cum quacunque alia persona, quam habet in præsenti, & in futurum habiturus est, & dicit eidem procuratori, Do tibi
1 speciale † mandatum ad iurandum de calumnia in animam mei domini, sufficit tale procuratorium, & admittendus est ipse procurator ad iurandum de calumnia in
animam domini, licet lites aliter non sint specificatæ: &
sic se habet communis obseruantia, à qua non est rece-
2 dendum. l. meminerint. C. de legi. hære. & ita debet † intelligi c. si. de iura. calum. lib. vj. & ita tenet Bar. in l. qui bona. §. si alieno. ff. de dam. infect. Licet ipse videatur sentire contrarium in l. ij. § sin autem absfuerit. C. de iura. calũ.
Nisi saluando diceretur, quòd de rigore iuris secus, non
attenta communi obseruantia litigantium, quæ est in
oppositum.

ADDITIO.

Not. quòd si dominus, &c. in fi. Et quòd sit ita communis practica & obseruantia quòd sufficiat dicere in genere, Do tibi mãdatum ad iurandum de calumnia, nec ab ea sit recedendũ, tenent Imo. & Alex. in §. si alieno. hic alleg. Pro communi practica facit cle. non potest. de procu. quam allegat Ioã. de Fantu. in c. ó. de iura. calum. in vj. hic allega. vbi idem tenet Ioann. And. & Domi. idem doct. in c. in pertractandis. eod. titu. de iura. calum.

ANNOTATIO.

1 *Iuramentum calumnia an possit prastari per procuratorem?*

2 *Procurator quando solus iuret de calumnia, & quando etiã principalis iurare teneatur?*

3 *Procurator an teneatur iurare in animam etiam suam in Curia Romana, etiam si dominus iurauerit, & quid de syndico?*

4 *Procurator an habeat terminum ad deliberandũ super iuramento calumnia*

5 *Mandatum speciale ad iurandum de calumnia, absque causa tractanda mentione, an sufficiat?*

1 Iuramentum calumniæ † an possit pręstari per procuratorem? Cy. in auth. sacramẽta. ix. q. C. si aducti. vendi. & in d. l. ij. §. sin autem. C. de iura. calum. & ibi Bart. tenet quod sic, vbi etiam
2 dicit, quòd etiam † principalis debet iurare de calumnia si est præsens, vel etiam absens de propinquo, aliàs solus procurator iurat, & ibi ponit formam iuramenti de calumnia procuratoris. De quo etiam per Alex. in d. l. qui bona. §. si alieno. ff. de dam. infe. & in l. non solùm. in prin. ff. de procur. & Spec. l. in titu. de iura. calum. §. restat. versi. quomodo ergo fiet & glu. in cap. j. de indi. in vj. & in c. fi. & c. cæterùm. eo. ti. & lib Et per Spec. in tit. de procur. in §. fi. ver. si quis autem iurabit & cap. Thol. decis. cxxvij. Sed Do. de Rota in decis. xxxvij quidam. io nouis. & in decis. cccc xxj. in antiq. & in deci. xl. procurator. in
3 nouis. dicunt, quòd † tenetur iurare in animam etiam suam in curia Romana, etiam si dominus iurauerit. Sed gl. xvj. q. iiij. c. metuentes. dicit, quòd in animam domini iurare procurator
4 debet, syndicus verò in suam. Et an habeat terminum † ad deliberandum, vide Fran. de Aret. in l. iusiurandum. ff. de iureiu. & Corn. consi. lxxxvj. incip. contra, vol. ij. & Io. And. in cap. vt circa. & Bal. in l. si procurator. C. de procur. Sed aduertendum
5 est † nam quod hic dicitur per Matth. videtur intelligendum, quando nominatim causa vel negotium ipsum eidem mandato ascribitur, secundum Io. Andr. & alios in d. c. vlti. quæ conclusio iustissimam rationem habet, cùm procurator iuramentum in animam principalis referre debeat. & ideo cumurum si mandatum ita speciale ad hoc necessarium sit, vt expresse mentio causæ in iudicio pertractandæ fiat, alioquin fortan procurator iuraret de calumnia in ea causa, quæ principalis iudicio iniqua videretur: quod colligitur ex gloss. in c. j. de iudi. in vj. Iono. in c. præsentium. col. ij. de testi. eodem l. Bal. in Margarita. verb. iurans in animam. & Catel. Cot. dictio, Procurator. Vnde praxis aduersum hoc inducta, vt sufficiat mandatũ speciale ad iurandum de calumnia, absque ipsius causæ tractandæ mentione, non admodum conueniens animæ, nec cõscientiæ, nec reipublicæ videtur, vt nouissimè etiam tradit Didacus Couar. in lib. j. c. vj. in prin. versi. secunda huiusce regulæ variarum resolut. Gab. Sar.

CL.

1 *Clausula pracedens est maioris efficacia ad determinandum sequentia, quam clausula sequens ad determinandum pracedentia.*

1 NOta singulare dictũ, † quòd maioris efficaciæ est pręcedens clausula ad determinandum sequẽtia, quam sit clausula sequens ad determinandum præcedentia, vel. auia. in princi. ff. de condi. & demonstra. iuncta l. filium. ff. quando dies leg. ced. & hanc regulam ponit Bart. in dicta l. auia. in prin.

ADDITIONES.

Nota singulare, &c. Adde, quòd istam regulam ponit etiam Bart. post gloss. in l. quisquis. de leg. iij Fulgo. & Pau. in l. j. C. de lib. præte. & ibi Magister meus Bar. in l. si quis ex argentariis. §. si initium. in j. col. ff. de eden. notat Lud. consi. cxiij. inci. pater reuerende. in consi. cccccij. incip. diligenter inspectis. in j. colũ. Alex. consi. ccccxvj. inci. viso themate suprascripto. Vide etiã Magistrum meum, vbi plura allec. in l. etiam his. §. si initium. in prin. ff. de eden. & in l. si ita sit. in ij. col. ff. de leg. j.

Idem ponit Alex. in l. patris & filii. ad fi. ff. de vulg. & pup. & cõsil. ij. viso themate. col. j. vol. iij. Corne. consi. ccxlij. circa primum quæsitum. col. iiij. versi. & solet dici. vol. iiij. Areti in l. cum filiofamilias. col. iiij. versi. in glo. posita super verbo, relictus. & ibi quoque Ias. col. fi. ff. de lega. j. & consi. lxxiij. in primis videtur. col. penul. versic. nec obstat, si hunc, vol. j & consi. cxcviij. consulus. olum. ij. lib ij. & consi. ccxvij. immunitas. in fi. libr. ij. & iterum consi. vj. exhibentur duo. col. v. versi. quartò principaliter. libro iij & in consi. xij. in capitulis. lib. iij. & consilio lxxix. super vsufructu. col. j & lib. iij. & Deci. consil. cccxxxix. consului aliàs. col. ii. & consi. cccc. in causa quæ Mantuæ. col. iij. versi. & quia clausula & plenè per And. Tiraq. in tractatu de retractu consangui in §. j. in versi. aut æquipollentem venditionem. in gl. xiiij. nu. 25. versi. nam & clausula. Adde Bald. in l. quoties. ij. in fi. C. de fideicõm. Pau. de Cast. in d. l. auia in principio. ff. de condi. & demonst. Lancelot Deci in l. j. col. j. ff. de iurisdict. om. iudi. Deci. in l. j. col. xj. ff. de offic. eius cui mand. est iurisdict. Gab. Sar.

CLI.

1 *Pupillaris substitutio directa an comprehendatur, si testator post institutionem factam de filio dixerit. Et si talis decesserit in pupillari atate, voluit quòd bona ipsius testatoris deueniant in Titium?*

a NOta vtile dictum, quòd † si testator dicit post institutionem factam de filio hæc verba, Et si talis decesserit in pupillari ætate, voluit quòd bona ipsius testatoris deueniant in Titium. sub his verbis comprehenditur directa substitutio pupillaris, ita dicit Bar. quod tenuerunt omnes Doctores tempore suo, in l. si ita. §. qui filio. ff. de bonorum possessione secundũ tabul. vbi dicit, quòd non refert, an dixerit, bona ipsius testatoris, an ipsius pupilli: sicut non refert, an dicat, Filio meo hæres esto, vel Hæres esto mei, in l. ij. in princip ff de vulgar. & pupilla. Et hunc casum vidi de facto, licet do. Petr. de Ancha. senserit contrarium, & puto quòd non bene. Et miror, quòd Bart. istũ passum non ponat in materia pupillaris, vel compendiosæ, vel l. ij. ff. de vulgari & pupillari. & in l. Centurio. eo. tit. Idem per omnia dicit, si testator non posuit verbum commune expresse, sed tacitè apposuisse intelligatur, putà, quia dixit, Si filius meus decesserit in pupillari ætate, volo quod bona mea vendantur, & distribuantur inter pauperes per commissarios meos: nam hoc verbum cõprehendit, q commissarii accipiant bona authoritate propria, & sic continebitur directa substitutio pupillaris, sicut si dixisset, Bona ipsius pupilli vendantur, vt patet ex not. per Bar. in d. §. qui filio. iuncto eo quod no. in l. Centurio. ff. de vulga. & pupil. in j. q. prin. scilicet, quando compẽdiosa fit per verba obliqua.

ADDITIONES.

Nota vtile dictum, &c. Ad ista dicta adde quæ voluit Bar. in l. Centurio. in versi. secunda principalis quæstio est, quando fit, &c. de vulg. & pup. Dicit tamen Alex. in §. qui filio. hic allegato, quòd repesit Pet. de Anch. in suis consiliis firmantem contrarium eius quod dicit Bar. in d. §. qui filio. sed fortè non bene, secundum eum. Et de hoc etiam habetur per Pau. de Cast. in l. j. ff. de vulg. & pupil. vbi etiam per alios post eum, & per Bal. in l. precibus. col. xviij. vbi etiam per Alex. & Magistrum meum, C. de impub. & aliis substit.

Vide Pe. de Anch. hic allegatum consi. viij difficultas quæstionis. & consi. xliij. super prædicto dubio. Et Anton Rube. consil. ij. facti series. & Corne. consi. xciiij. & consi. cxcvij. in prin. ver. & insuper si potuisset. vol. j. & consi. clxxxvij. in prin. ver. trita & vulgata. vol. j. & consi. ccxl. nu. 3. versi. aut dicta substitutio. volu. j. & consi. cclxij. vol. j. & consil. ccxcvij. num. 3. vol. j. & consilio ccxcviij. in princip. versic. quoniam illa. volu. j. & consil. ro xxxv. nu. 3. vol. ij. & consi. clij. nu. 26. volu. ij. & consi. laj. volu. ij. & consi. cclxxvj. numero 15. volu. ij. & consilio cccxxj. nu. 7. & 14. volu. iij & consi. xlj. vol. iiij. & consi. cxxxviij. nu. 8. & 9. volu. iij. vbi id in terminis tradit quod hic Matthæus, consilio cccxxij nu. 8. volu. iij. & consi. cccxx. numero 9. volumine iiij. & Ludouic. Gozadi. consi. ciij. nume. 15. & consil. cxiiij. nu. 15. Gabriel Saray.

CLII.

1 *Ius accrescendi an habeat locum in legatis, & donationibus causa mortis. & an in mortis causa capione?*

1 NOta, quòd sicut in legatis† & in donationibus causa mortis habet locum ius accrescendi l.j. circa fi. C. de cado. toll. & notat Bar. in l. re coniuncti. ff. de lega. iij. Eodem modo videtur habere locum in mortis causa capione. Vnde si testator reliquit tibi fundum, si dederis Titio & Seio centum, moriente Titio, Seio centum dare poteris, si velis habere legatum. & hoc tenet Bar. in l. si mihi & Titio ff. de verborum obligatio. Sed dictum Bar. videtur contra l. penul §. fi. ff. de conditio. & demonst. & ibi gloss. & ipse Bar. sensit contrarium: & ita tenet do. Ioan. de Cana in d. l. si mihi.

ADDITIO.

Nota, quòd sicut, &c. Alexā. in l. si mihi & Titio. hic allegata. col. iij. post satis longam examinationem huius articuli, distinguit quòd aut illud, quod ex mortis causa capione præstandū est, debet dari aliquibus hæredibus, & habet locum ius accrescendi l. Thais. §. Stichus ff. de fideicom. libert. & hoc casu procedat opinio Bart. & sequacium in d. l. si mihi & Titio. Aut erat dandum aliquibus non vt hæredibus, & cessat l. pen. ff. de condi. & demon. & tunc procedat opinio tenentium oppositū, de quibus per Alex. vbi supra, & per eundem Magistrum meum & alios in l. j. C. quando non pet. n. part. & per scribentes in l. mortis causa capitur. in prin. ff. de dona. cau. mor.

ANNOTATIO.

1 *Ius accrescendi an habeat locum in contractibus.*
2 *Ius accrescendi an habeat locum in poenis, vel salarijs?*
3 *Ius accrescendi an habeat locum, si testator dixerit, Relinquo filijs Titij centum ducatos pro quolibet.*

Latè hoc tradit do. Hierony. Cagno. in repe. l. j. post Iason. ibi. C. quando non peten. partes. vide etiam per eum. Et an ius accrescendi† habeat locum in contractibus, putà si maritus & vxor omnia eorum bona donauerint Titio, reseruatis sibi quatuor sestarijs frumenti, & totidem vini, altero eorum moriente, vtrum superuiuens debeat habere totum frumentum & vinum reseruatum, an tantùm dimidium? eleganter tradit Guido Pape decis. Gratianopol. cciij. Et † an habeat locum in poenis, vel salarijs? vide Roma. singu. cccxxiij. Et † an ius accrescendi locum habeat, si testator dicat, Relinquo filijs Titij centum ducatos pro quolibet? tradit idem Matthæus infra sing. cliij. Gabriel Saray.

CLIII.

1 *Creditori vtilius est, quòd debitor cōstituat se bona sua precario nomine creditoris possidere, transferendo in eum ciuilem possessionem tantùm, & quod retineat naturalem.*

1 NOta mirabile, quòd† est plus vtile creditori, quòd in instrumento, in quo debitor omnia bona sua obligat, constituat se ea precario nomine creditoris possidere, transferendo solum in illum possessionem ciuilem, retenta naturali ipsi debitori, idest, nuda detentatione: nā primo casu, si debitor tradit fundum alteri, non priuatur creditor sua possessione ciuili, quia stat per se & non cohæret naturali possessioni debitoris. Sicut dicimus, quòd si vsufructuarius tradat, vel expellatur, non perdit proprietarios ciuilem: vel. l. si fundo. & ibi no. in l. iiij. §. vim vi. ff. de vi & vi arma. & no. gl. in l. j. ff. vsufr. quemad. caue. Sed secundo casu, si debitor tradat alteri fundum, vel expellatur per vim, priuatur creditor omni possessione, sicut quando accidit hoc in persona coloni, vt l. peregre. §. quibus. & in l. iij. §. quod si tectius. ff. de acqui. pos. & notatur in d. § fin. & in l. j. Et hanc doctrinam tenet Bar. & eum sequitur Bal. in l. creditores. C. de pigno. in vlti. quæst. artic. iiij. principalis.

ADDITIONES.

Nota mirabile, &c. Adde quod idem tenet Lu. Bitt. Bar. & Sali. in lectura l. creditores. hic alleg. Licet Bar. in l. interdum. § qui alienam. post gl. ibi. ff. de acqui. pos. & in l. Celsus col. iiij versi. sed pone, quòd debitor. ac vi. tacitè teneat contrarium, quem ibi sequitur Imola, Pau. de Cast. Alexan. & communiter omnes in dicto §. qui alienam, vbi Alexan. latius examinat, & ad opposita respondet.

Latissimè id tradit vberrimus doctor do. Andr. Tiraq. in suo tractatu de iure consti. possessor. in prin. nu. 34. 35. & seq. Et Ioan. Franc. Bal. in repetitione dictæ l. Celsus. in ij. parte prin. nu. 15 ff de vsucap. Gab. Sar.

CLIIII.

1 *Ius accrescendi an habeat locum, si testator dixerit, Relinquo filijs Titij centum ducatos pro quolibet?*

1 NOta, quòd† si testator dixerit: Ego relinquo filiis Titii centū ducatos pro quolibet. isti non dicuntur taliter coniuncti verbis, quòd habeat locum ius accrescendi l. huiusmodi §. quibus. de lega. j. vbi Bar. hoc tenet, & clarius in l. re coniuncti ff. de leg. iij. in ij. col. vij. ver. sed quæro inter coniunctos.

ANNOTATIO.

1 *Ius accrescendi an habeat locum in legatis ad pias causas?*

Idem tenet Bal. consi. xciiij vol. v. & latè Moder. in repe. l. re coniuncti. post Bar. ibi, nu. 23 ff. de lega. iij vbi materia. & Imol. in
1 l. qui filiabus. § j. in princi. ff. de lega. j. Et † an in legatis ad pias causas sit locus iuri accrescendi? vide Bal. in l. j. C. de sac. sanct. ecc. Et ponit Alex. in addit. ad Bar. in d. l. re coniuncti. in addit. inci. breuiter dico. Gab. Sar.

CLV.

1 *Minor licet ex cōtractu sine decreto, vel tutoris authoritate inito non obligetur, tamen solidus minor potest cogere aduersarium ad illum implendum. Idem si adhuc est minor, & paratus sit facere interuenire solennitatem requisitam. Et idem etiā procedit in ecclesia.*

1 NOta, quòd† si minor vendit prædium suū sine decreto, & tutoris authoritate, licet contractus sit nullus in præiudicium minoris, ita quòd ipse nō obligatur naturaliter, vt l. si ad resoluendam. C. de prædi. mino. no. Bar. in l. cū lex. ff. de fideiuss. & in l. j. in prin. ff. de nouationib. Tamen obligatus est maior. Vnde si minor fiat perfectæ ætatis potest cogere aduersarium adimplere illum tractatum, siue contractu. Idē si adhuc durat minor, & sit paratus facere interuenire solennitatē necessariā, arg. insti. de autho. tuto. in prin. & l. Iulianus. §. si quis pupillo ff. de actio. emp. Idē etiā dicunt Canonistæ in ecclesia alienante rē sine solennitate debita, vt no. Inn. in c. j. de his quæ fi. à maio. par. ca. & ad hoc gl. in c. j. ne sede vac. & in l. cū huiusmodi. ff. de trāsact. vbi gl. videtur tenere hanc opinionem. & etiam Bart. videtur tenere contrarium. & no. bene illud, &c.

ADDITIO.

Nota, quòd si minor, &c. Adde quòd istud dictum sequitur F[illegible] g. in l. cum li. §. eam transactionem. ff. de transact. refert & sequitur Magist. meus in idem. col. ij vers. limitatum. vbi ad confirmationem adducit bonum simile de contractu inito per dolum, &c. vide per eum.

ANNOTATIO.

1 *Contractus bonæ fidei si sit initus dolo aduersarij, est ipso iure nullus, tamen est in potestate dolum passi ratificare contractum si velit.*
2 *Pupillus, & prodigus habent idoneam personam contrahendo, vbi agitur de earum fauore & commodo.*
3 *Pupillus sine tutore potest se obligare naturaliter & ciuiliter ad finem vt liberetur per acceptilationem.*
4 *Persona prohibita obligare sine certa solennitate, potest tamen se obligare absque illa si emittat ad finem consequendæ liberationis.*
5 *Minor si ex statuti dispositione non possit contrahere sine certorū præsentia, vel authoritate, poterit tamen facere contractum socium sibi vtilem sine dicti statuti solennitate.*
6 *Statuta quæ disponunt quod contractus mulierum non valeant sine præsentia propinquorum intelliguntur de contractibus damnosis non de vtilibus.*
7 *Mulier si ex statuto non possit se obligare sine consensu propinquorum tamen si ei sit delata hæreditas, quæ sit sine onere poterit illam adire sine solennitate dicti statuti.*
8 *Pater prohibitus alienare bona aduentitia filij, potest tamen alienare quando alienat pro vtilitate filij.*
9 *Solennitas quando fauore alicuius personæ in actu requiritur, valet actus sine ea solennitate, si ei persona sit vtilis.*

Trans-

10 *Transactio absque solennitate valet, quando continet vtilitatem eius, in cuius fauorem solennitas requirebatur.*
11 *Alienatio rei minoris, vel eccl-sia an valeat sine solẽnitate, quando reperitur vtilis ipsi ecclesia, vel minori?*
12 *Solennitas requiritur in alienanda re minoris, vel ecclesia.*
13 *Alienatio rei minoris vel eccl sia facta sine solennitate, potest pro parte minoris, vel ecclesia approbari, vel reyci.*
14 *Electio postea lenniter facta validat pracedentem alienationem rei minoris, vel ecclesia, etiam inuito eo, cum quo minor, vel ecclesia contraxit, nisi pars aduersa ante iudicium, vel actum consumatum opponat defectum solennitatis.*
15 *Procuratoris fusi ge lugn quis ratum habere non potest, quando defectus mandati oppositus fuit ante finem actus.*
16 *Infans & furiosus non possunt approbare, vel reyicere contractum rerum suarum sine solennitate requisita celebratum, etiam si eis vtilis sit.*
17 *Minor si dubitatur, ne petat restitutionem in integrum aduersus contractum celebratum, potest conueniri vt approbet, vel reprobet contractum, quem si approbet, non potest postea amplius in integrum restitui.*
18 *Contractus celebratus cum pupillo claudicat.*
19 *Contrahens cum pupilo non auditur petens pupillum cogi declarare an velit stare contractui, vel ne.*
20 *Contrahens cum minore vel ecclesia potest contra eos agere vt declarent an velint stare contractui, vel ne, etiam durante minori atate.*
21 *Minor semel declarans velle stari, vel non contractus, an possit amplius in integrum restitui?*
22 *Iudicij calor, aut authoritas iudicis non tollunt restitutionem in integrum minori vel ecclesia.*
23 *Minori variare licet.*
24 *Iũatio non fit ex diuersis.*
25 *Intellectus nouus ad tex. in l. Iulianus. §. si quis colludente. ff. de actio. empti.*
26 *Minor contrahens, an & quando obligetur?*

Idem tenet Bal. in c. j. de transact. & Cano. in c. j. de his quæ fiunt
à prælatis sine consensu capi. & gl. & doct. in c. j. ne sede vacã.
& no. Bal. in l. si §. necessitatis. in v. eo. in fi. C. de bo. quę liber.
& sequitur Ias. in l. contra iuris. ff. de pac. in fi. & plenè tradit
Alex. in addi. ad Bar. in d. l. cũ lex. ff. de fideiussor. quod multũ
exclamat Do. Io. de Gradibus in apostil. ad Stepha. Aufre. decisio.
Tholosa xcviij in addi. incip. non potest alienari. vbi etiã
id ad ecclesiã extẽdit. Hoc etiam potest probari per id quod
tenet Bar. post gl. in l. eleganter. in prin. ff. de dolo. & gl. in l. iurisgentium. §. prætor ait. & ibi not. Ange. ff. de pact. vbi gl. te-
1 nent quòd † si contractus bonæ fidei sit initus dolo aduersarij,
est ipso iure nullus, tamen est in potestate doli p ssi ratificare contractũ si velit. ita etiam tenet Bal. in l. j. 13. .. ul. C. plus valer. quod agitur. bene facit solennis gl. in l. a diuo pio. ff. de ritu nuptia. quam Bal. pro singul. notat in l. non dubium. in x. q.
C. de legib. & glo. in l. iubemus. in princi. & ibi Bal. C. de sa-
2 crosan. eccle. Adde tamen † quòd vbi agitur de fauore & commodo pupilli, vel minoris, tunc ille habet idoneã personam,
facit text. instit. de autho. tutor. l. non ideo. C de procur. & l.
neque. C. de contrahe & commit. stipula. & in l. Iulianus. §. si
quis à pupillo ff. de actio. empti. Idem est in prodigo cui bonis est interdictũ. l. cui bonis. ff de nouatio. Aliàs illud quod
est inductum in fauorem, retorqueretur in odium & damnũ
contra l. quod fauore. C. de legi. & per Stepha. Aufre. decisio.
Tholosana cvj & faciunt notata per Al b. in ca. causam quæ.
ij. col. fina. de iudic. & in cap. diuersis fallaciis. colum. ij. de
cleric. coniuga. & in consi lxxxiiij. volum. ij. Aretin. consilio
lxxvij. colum. penol. Ias. in l. non eo minus. nume. 3. C. de procura. & in §. actionum. nume. 41. inst itu. de actio. & nouissimè per Didac. Couarru. in practicis quæstionibus. cap. xxviij.
numero 10 versicu. quòd si rerum immobilium facta sit æsti-
3 matio. Imol. † etiam pupillus sine tutore potest se obligare naturaliter & ciuiliter ad finem, vt liberetur per acceptilationẽ,
gl. est reputata singul. in l. ij. ff. de acceptil. per quam not. Ang.
4 & Imol. ibi, quòd † persona prohibita obligari sine certa solennitate, potest tamen se obligare absque illa solennitate ad
finẽ consequendæ liberationis. Facit quod consuluit Ludo.
Ro consi cccclij inci visa principali constitutione, qua cau-
5 tum est, quòd stante statuto, quòd † minor non posit cõtrahere sine præsentia officialium mercantiæ, & authoritate triũ
eius consanguineorum, tamen minor poterit facere contractum societatis sibi vtilem absque dicta solennitate statuti.
Facit quod notat Bal. in d. l. neque. per illum tex. C. de cõtra.
& com. stipu. vbi dicit illum tex. tenendum menti ad statuta,
6 quæ disponunt, † quòd contractus mulierũ non valeant sine
præsentia propinquorum. nam intelliguntur de contractibus
damnosis, non autem de vtilibus. Adde etiam quod voluit
Ang. Imol Pau. de Cast. & cæteri Moder. in l. mutũ. ff. de acq.
hęr. Rapha. Comen. in l. more. c ti. quòd stante statuto, quòd
7 † mulier nõ possit se obligare sine consensu propinquorum,
quòd si sit ei delata hæreditas, quæ sit sine onere, poterit illã
adire sine solennitate dicti statuti. Adde etiam gl. no. in l. quęcuoque. in ver. interdicta. C. de bo. quæ lib. quam Bal. ibi dicit
8 propriè esse menti tenendam, quòd † pater prohibitus alienare bona aduentitia filij, potest tamen, quando alienat pro vtilitate filij. Idem tradit Aret. in d. l. mutum. ad fi. ff. de acq. hæt.
vbi etiam l. extollit, & Socin. in l. conditionibus pupillus. nu. 1.
in pr. n. ff. de condit. & demonst. Gomes. i. § omnium col 1.
Institu. de action. Ias. in l. contra iuris. nu. 8. ff. de pact. And. Tiraq alios citans in lib. de iure marit. glo. viij. nume. 74. char.
cccxxxij. secundum nouam editionem. Quod etiam confirmatur ex multis, quæ Soci. & Ias. cumulant in dictis locis. &
Fel. in c. causam. nu. 8 ff. de iudic. & Ias. in l. more. num. 11. ff. de
acq. hær. & in l. potuit. nu. 3 C. de iure delib. Et probat text. in
l. j C. de author. præstan. Et sic Doctores i locis præallegatis
& Tiraq. in d. glo. viij. q. viij. nu. 56. concludunt, quòd quando
9 in aliquo actu † requiritur solennitas fauore alicuius personę,
valet actus absque ea solennitate, si reperiatur vtilis tali personæ. quod etiam tradit Imola in d. l. cum lex. ad finem. ff. de
fideiussor. quem sequitur præceptor meus do. Marian. Socin.
Iunior consi xxviij. nu. 11. volu. ij. Et multa in hunc sensum
tradit Anto. Cotse. in singul in ver. pupillus. incip. Licet pupillus non possit obligari sine solennitate. In hoc tamen videntur doctores variasse, vt etiam admonet Tiraq. in prædicto loco, num. 62. maximè per textum & glossam in l. cùm ij.
10 §. eam. ff de transactio. vbi textus dicit valere † transactionem
absque solennitate, quando continet vtilitatem eius, in cuius
fauorem solennitas requirebatur, ibi, Quia meliorem condi
11 tionem suam. Et inibi gl. in verb. alimentarius, infert † ad alienationem rei minoris, vel ecclesiæ, vt valeat sine solennitate,
quando reperitur vtilis ipsi ecclesiæ, vel minori. Sed Bart. ibi
illam glossam reprobat, & Alber de Rosa numero 2. post antiquos, & magis communiter Doctores, secundum Ias. ibi numero 1. & in dicta l. cõtra iuris. in fine prin. Et Felyn in dicto
cap. causam num 8 hoc ita quasi receptissimum tradens, licet neminem citet. Quod senserunt quamplures à Tiraquello citati in dicto loco, numero 56 & 57 & seq. Sed quamuis
Ias & alij dicant glossam cõmuniter reprobari, id vsquequaque nõ videtur expeditũ, cum multi eam sequantur relati per
Tiraquel. in dicto loco, numero 62. & Corsetum in dicto singulari suo in ver. pupillus. Et idem Iason sibi contrarius in §.
actionũ. nume. 43. Institut. de actionib. vbi eã glos. sequitur,
& eam magis probare videtur Tiraquel. vbi suprà, eo maximè, quia secundũ eum nemo respõdet textui in dicto §. eam.
vbi Ias. nu. 2. de solutione cogitandũ reliquit. Felyn. tamen in
d. c. causam. nu 8. distinguendo respondere videtur in ver. solutio. cuius non meminit Tiraq. citans ad eandẽ distinctionẽ Alciat. & Fabi. Opinio tamẽ Bart. & Alberici videtur magis cõmunis, & verior, quia iura apertè dicunt solennitatem
12 requiri † in alienanda re minoris, vel ecclesiæ, etiam si agatur
de alienatione vtili, aliter enim decretum nõ interponeretur,
vt l. magis puto ff. de rebus eorum. & in l. fi. ff. de curat. furios.
Et tradit Matthæus de afflictis decisione lxxxvij. Et ad propositum aliqua dixi in additionibus ad Ludo. Roman. singulari ccxvij. an in decreto Ex quibus tolluntur obiecta Decij
cõtradicentis in cap. quæ in ecclesiarũ. nu. 9. extrà de constitu. Hanc tamen varietatẽ glossæ & Doctorũ nouissimè conciliat Carolus Molinæus in additionibus Decij in cap. j. in prima lectura in ver. contentioso. de constitutionib. Quæ tamen
Molinæi conciliatio non est necessaria, si attendas ad aliã receptã resolutionẽ, quæ in ea difficultate habet posse, pro par
13 te † minoris, vel ecclesiæ approbari, vel reiici alienationem,
quæ sine solennitate facta est, vt tradit hic Matthæus, & elegãter Iason in d. §. eã transactionem. referens plures. Et in simili scribit multa Felyn. in cap dilectus. ij. numero. 8. versicul. tertiò. de rescript. argumento glossæ celebris sol. ele-

ganter. in verbo, nullam. ff. de dolo. similis in l. in causæ versi. nec inter ff. de minoribus. Et per Tiraquel. in loco superius
14 eodem quæst. x. numero 92. Electio ergo † postea solenniter facta valida erit prædicto modo, etiam mutato eo, cum quo minor, vel ecclesia contraxerat, vt concludunt Doctores in dictis locis. Et facit gloss. notabilis in l. 1. fundus in § eleganter. in ver. exercere. & ibi Bald. ff. de lege commissor. Prædicta tamen intelligi debent, nisi pars aduersa, ante iudicium, vel actum consummatum opponat defectum solennitatis, tunc enim non erit electio personæ priuilegiatæ volentis actum sustinere ob vtilitatem, vt post Baldum, quem ibi refert, tradit Palatius Rubeus in repetitione rubricæ de donation. inter virum & vxorem §. lxviij. numero 7. quos probat Tiraquel. vbi suprà numero 88. Et Ias. in d. l. non eo minus numero 1. versic. limita. C. de procuratorib. Et Chassen. in Comment. consuetud. Burgund. rubrica iiij. §. j. num. 27. columna iiij. Et quæ Fely. notat in c. causam. num. 9. de iudic. Angel. Aretin. in § item si. columna penultima. Institu. de exceptionib. Et Paul. de Cast. in l. licet. ff. de iudiciis. vt scilicet
15 non possit † quis ratum habere gestum à falso procuratore, quando defectus mandati oppositus fuit ante finem actus. Hæc enim resolutio recepta est. Prædicta tamen intelligen-
16 da sunt, vt limitentur, quando † persona talis est, in qua intellectus potius deficit, vt in infante notat Bal. in dicta l. j. C. de authoritate præstan. Quod etiam patet in furioso, iuxta text. in l. furioso. vbi Doctores ff. de re iudicata. Et tradit Iason, limitando textum ibi, in dicta l. non eo minus. numero 1. versic.
17 secundò. C. de procuratorib. Et adde, quòd † quando dubitatur ne minor petat restitutionem in integrum aduersus contractum, potest conueniri, vt approbet vel reprobet contractum, quem si approbet, non potest posteà restitui in integrum: ita notat Bartol. in l. Iulianus. § si quis. ff. de actio. empti. Et modum agendi, de quo in illo textu, alibi non reperiri asserunt Paul. de Castro & Fulg. ibi. Bald. in l. dolum. nu. 2. C. de periculo & commodo rei vendi. & ibi Salycet. num. 1. Ias. in §. actionum. nu. 42. Instit. de actionib. & in l. transactione finita. ad finem. C. de transaction. Et ex eodem textu vtile infert Carol. Molinæ. in Commentariis consuetud. in. Parisien. § xlj. nu. 46. fol. 328. Sed eandem decisionem limitat idem Molin. de contractibus vsurar. q. xj. num. 157. Et est videndus Andræas Tiraquel. in fine sui libri de retractu, nu. 149. cum sequent. Sed in hac re aduertendum est, quòd is modus agendi ponitur in dicto §. si quis colludente. in maiorem, vel minorem circumuentum. Deinde sequitur statim §. si quis à pu-
18 pillo. vbi in pupillo lex Codicis inquit, † contractum claudicare, nec repetit, quod proximè dixerat in minore. Ideoque Bar. ibi intelligit non procedere in pupillo, quod dictum fuit
19 in minore, vt hic † contrahens cum pupillo non audiatur petens eam declarationem, an pupillus stare velit contractui. Et ita intelligunt Alberic. de Rosa. Paul. de Castro, Fulgos. & Salicet. ibi. Quod confirmatur ex dictis Baldi in l. j. C. de author. præstandi. Et Iason, dum limitat textum ibi, in l. non eo minus. numero 1. ver. secundò. C. de procuratore. Quam differentiam non aduertunt aliqui ex supradictis, & contra eam loquuntur Andræas Tiraquel. de iure maritali glos. viij. quæst. x. nu. 91. ibi, minore aut pupillo. Addo etiam, quòd Ant. Capit. decisione ex. contra omnes supra citatos, ab eo autem omissos, scribit non debere quem audiri in prædicto modo agendi. Sed miror non aduertere, se loqui contra textum, Bar. & omnes in d. § si quis colludente. Quod etiam non aduertit Rebuffus secundo Tomo constitut. Galli. gl. vj. articulo secundo. nu. 7. pag. 149. sequens solum Capitium. Possent tamen aliqualiter excusari Capitius & Rebuffus authoritate Alexandri ad Bar. in dicto §. si quis colludente. quem tamen ipsi non referunt, vbi Alexander videtur intelligere text. quando ageretur ad eam declarationem aduersus maiorem factum, non autem durante minori ætate. Quod etiam videtur probare Imola in clem.
20 j. nu. 28. de in integrum restitut. Sed Barto. † in dicto § Paulus de Castro, & Fulgo. planè intelligunt textum, etiam durante minori ætate. Quod etiam magis videtur de mente Doctorum in locis suprà allegatis, & colligitur ex dictis Tiraquelli de retractu in fine num. 149. idque magis congruit literæ: quia lex Cod. loquens de minore circumuento permittit eum agendi modum, & sic retinet eosdem terminos minoris ætatis, diuinatoriúmque esset subaudire minorem factum esse maiorem. Quod etiam vrgenter probatur exemplo ecclesiæ, aduersus quam, in eisdem terminis receptum est, ipsam posse, vt declaret, an velit stare conuentioni, vt tradunt Doctores in locis superius adductis. Et Bernardin. Diaz à Luco regula cxlvij. in septima similitud. Videtur tamen necessariò intelligendum, vt ea declaratio à minore fieri nequeat, nisi adhibita solennitate, quæ in principio eius actus interuenire debuisset, vt hîc colligitur ex dictis Matth. ibi, sit paratus facere interueniure solennitatem &c. Aliâs eodem modo peteretur declaratio minoris, quo actus principalis: argumento l. dolo. versic. idemque. ff. de nouatio. ibi, rursus circumueniretur minor. Illud tamen, quod Bar. Paul. de Cast. & Fulg. volunt in d.
21 §. si quis colludente, dicentes † minorem eo casu semel declarantem se velle stare conuentioni, non posse amplius in integrum restitui, ad quem effectum intelligunt tex. ibi inducisse illum agendi modum idque forsan ob calorem iudicij. Sicuti in proposito sentit Nicolaus de Millis in suo repertorio in ver. Minor. intelligens Bart. quando iudex confirmaret eam declarationem minoris, vt tunc amplius restitutio non detur. Quod etiam probat Aufrer. decisi. Capel. Tholos. ij. ad finem. Non putat tutum Arius Pinelus Lusitanus in tertia parte eius repetitio. l. j. C. de bonis matern. nu. 34. versi. nec pu-
22 to. ea ratione, quia † nec calor iudicij, nec authoritas iudicis tollunt restitutionem minori, vel ecclesiæ, vt in l. si quidem. C. de prædiis minor. Panormit. in c. cum causa. nu. 6. de emptio. & venditio. & in c. constitutus. num. 8. de in integr. restitutio.
23 Nec declaratio, † vel electio semel facta potest restitutionem tollere, cùm postea variare liceat minori, vt in l. & si sine §. restitutus. ff. de minor. & in l. fi. C. si sæpius in integr. restitutio postu. cum aliis traditis à Matt. de Afflict. li. ij. constitu. Neapol. rubr. xl. nu. 11. vnde secundum eum intelligit l. C. in d. § si quis colludente, eam declarationem petendam, præstandamque scribere, vt de præsenti res habeat statũ validitatis, vtque contrahentes omnino incerti non extent de effectu conuentionis. Non autem vllo pacto l. C. ibi, sentire potuisse ait ea declaratione semel facta, negandam postea restitutionem minori læso contra iuris principia, maximè cùm materia restitutionis diuersissima sit, nihilque commune habeat cum ea,
24 quam l. C. ibi tractat, ideóque † à tam diuersis illatio fieri non debuit iuxta vulgata reg. l. Papinianus. ff. de minor. l. fi. de calumnia. Hæc Arius. Quæ licet subtilia sint, tamen per ea non puto esse à communi sententia recedendum. Aliter tamen intelligẽdo tex. in d. §. si quis colludente, quàm à doctoribus
25 hucúsque sit declaratus. Præsupponẽdum enim esse † necessariò videtur, minorẽ xxv. annis de quo in d. §. fit mentio tẽpore contractus inito venditionis habuisse curatorem, vt significè, de eius minori ætate & circunuentione ibidem factã fuisse à l. C. mẽtionẽ dicamus, & vt æqualiter illi duo casus in eo § expressi sub vna eademque dispositione terminẽtur. Quemadmodũ igitur in primo casu procurator colludẽs habebat dominũ, vt ibi patet in tex. Ita & minor xxv. annis circunuẽtus Curatorẽ. Vnde, sicut ibidẽ vult l. C. quòd cõtra procuratorẽ agi possit ex empto, vt, aut stetur emptioni, aut discedatur, id est, (vt Bar. & cæteri interpretantur) vt dominus illũ cõtractũ ratificet, aut reprobet: Ita & in casu in minore proposito dicendũ erit, quòd contra minorẽ agi poterit ad hoc vt illum contractũ curator ratificet, vel reprobet, & sic vt stetur minoris emptioni, vel ab ea tanquã inualida discedatur. Qua ratificatione, vel reprobatione per curatorem minoris nomine, id ratũ erit, & minori cõtra emptorẽ in integrũ restitutio in posterũ denegabitur, tametsi contra curatorẽ consentientem & contractũ aliás inualidũ temerè approbantẽ ei possit subueniri. Licet autẽ in subsidiũ aliquo casu curatore obærato possit ad emptorẽ deueniri, iste tamen casus, tanquàm infaustus, & qui rarò à cõmunibus accidentibus cõtingere possit, & qui incertus est, vt qui à futuro malo euentu dependeat, & in eo de quo agitur sit alienus, inibi à l. C. nõ consideratur. Quemadmodũ igitur, quod ad emptorem attinet, contractu à colludente procuratore celebrato, per dominũ approbato vel reprobato, ei aduersus emptorẽ in integrũ restitutio vel aliqua alia actio rescissoria cõcedi nõ potest, sed ei cõsensus suus nocet, & perpetuò præiudicat, ita & in secũdo casu dicendũ esse, retento eodẽ themate in minorẽ, si curator contractũ approbet, vel reprobet proculdubio videtur, vt curatoris authoritas, & cõsensus minori præiudicet, neque ad tertiũ iure cõmuni tutum deueniri possit. Et sic intellectus ad illum §. videtur esse de mente Matthæi hîc si eius verba rectè ponderentur ibi.

ibi. Idem si adhuc durat minor,& sit paratus facere interuenire solennitatem necessariam, quam solennitatem intelligit ipse,id est,authoritatem curatoris de iure cõmuni in contractu minoris requisitam,per tex.quem allegat. Et ita intelligẽdo,ille § plenè procedit,& sine scrupulo,& probat dictã cõmunem opinionem doctorum ab Ario malè reprehensam. si quidẽ, nisi dicamus in eo tex. præsupponi emptorem facta dicta declaratione fore omninotutum ab omni & qualibet minoris impetitione fatendum esset illum esse inanem, & superfluum maximè si secundum Arium, ibi tantum ageretur, vt illa declaratio fieret,vt de præsenti res statũ(vt ipse inquit) haberet validitatis,vtque contrahentes omnino incerti non essent de effectu conuentionis. Nam liquido constat. facta dicta declaratione rem statum non habere cõsiderabilis validitatis,aut quòd ideo cõtrahentes sint magis certi conuentionis,cùm minor,(vt ipse Arius scribit) possit in futurũ in integrum aduersus illum cõtractum restitui,& sic contractum irritare,neque in proposito validum illud dici possit,quod de facili irritari queat,contrahentesque ideo certi esse ex ea declaratione non possint,vtiũ in futurũ cõtractus cõsistere debeat. Quod tamen ibi I.C.apertè voluit declarare,& hãc dubitationem & scrupulum tollere. Et hanc declarationem puto esse de mente illius tex. Posset tamẽ alio modo, vt fortasse propius ad mentem I.C.ille § intelligi,vt dicamus ibidem casum poni,quò procurator colludens,& sic sine mandato domini vẽdiderat Sempronio certũ domini fundum. Minor itẽ alij sine curatoris authoritate,eius similiter prædium distraxerat,quo casu vtraque alienatio de iure non subsistebat. Procurator verò & minor ad pretium rei vẽditæ cõtra emptorẽ agebant: Quæsitum est,an,cùm dominus,& curator curatorio nomine possit dictum contractum venditionis,tanquam sine eorum cõsensu & authoritate factum rescindere,aliquo remedio emptori subueniatur,vt emptio nũc inualida,perpetuò validetur,& rectè ob eam pretium conuentum solui possit? Respondet I.C.emptorem agere ex empto posse aduersus ipsum procuratorem,& minorẽ,ad hoc tantum,vt stetur emptioni,aut discedatur,id est,vt dominus vel curator,dictũ cõtractum emptionis approbet,vel improbet, quia approbatione,vel reprobatione per curatorem in secundo casu, de quo agimus,facta,necessariò ibidem præsupponit emptorẽ à minore tutum futurum,& cõtractum valiturum,& sic in integrum restitutionẽ aduersus emptorem postea non cõpetituram,vt etiã aiunt doctores,quæ si adhuc (vt præsupponit Arius) contra eum minori salua esset,emptor se deceptũ reperiret,minorique decipiẽti,& cum aliena iactura locupletari cupienti faueretur,quod esse non debet iuribus vulgaribus. minori enim iura eatenus fauent,quatenus decipitur, non quando decipit: Et hic intellectus etiam videtur esse de mẽte Matthæi hic,si bene perpẽdatur. Cogita tamẽ super his,quia sunt noua,& ad intellectũ d.§.si quis colludẽ.c.à nemine, quem
26 viderim,tacta. Et quando † minor contrahens obligetur, notatur in l.iusiurandum.§.pupillus.ff.de iureiur.& in l.si prætor.ff.de minor. Cy.in l.curatores.C.de restitu.in integ. & est text.in l.pupillus nec velle.ff.de regu.iur. Et per Ange. Aret. in §.pupillus.Instit.de inutil.stipu.& Deci.in l.non omnis.§. pupillus.ff.si cer.peta. Gab.Sar.

CLVI.

Institutio quando dicatur facta ordine successiuo,& quãdo omnes pariter admittantur?

Nota,quòd † si ascendens,putà,auus maternus roget hæredem institutum hæreditatem restituere filiæ suæ,& nepoti ex filio,videtur illos vocasse simul,non autem ordine successiuo:& ideo filius cum matre vocabitur pariter ad fideicõmissum, vt in cap Raynutius.de testa. Licet Bar.in l.Gallus §.quidam rectè.ff.de libe.& posthu.videatur dixisse contra,& non bene. Et idem dico,si testator substituit pupillariter filio filiam suam, & nepotem ex filia:quia est eadem ratio. Secus est autem in institutione directa. Vnde si pater instituit filiã, & nepotem ex illa,videtur institutionem fecisse ordine successiuo,scilicet,vt primò filia sit instituta vniuersaliter:secundò illi sit vulgariter substitutus nepos:arg.d.§.quidã rectè.vbi est gl.& Bar.hoc idem sensit,nisi appareat de mente testatoris contraria, vt quia dixit, Instituo filiã meam simul cum filio ,vel instituo pariter vel simul filiã meam, & eius filium,quia tunc ambo simul vocabuntur: arg.l.si.C.de impub.& al.is substi.& hoc vltimũ sensit Bar.in d.§. quidam rectè.Et hanc distinctionẽ ponit And.de Pis.quẽ sequitur Bal.in d.§.quidam rectè.vbi dicit quod Cyn.& Vltramontani Doctores sic tenent.quod est notandum.

ADDITIONES.

Nota,quòd si ascendens, &c. Ad hoc vide Bartholo.Socin.in l. Gallus.§.quidam rectè.col.iij.circa fi.cum sequen.ff de libe.& posthu.vbi melius quàm cæteri tangit intellectum c.Raynutius.hic alleg.

Quòd omnes censeantur simul vocati,est communis opinio, vt per Doctores in d.c.Raynutius & ibi latissimè & eleganter per do.Guliel Bened.& post eum per do.Didac Couar. in §. ij.nu.2.& 3.& Doctores maximè Moder.in d.l.Gallus.§.quidam rectè.ff.de libe.& posthu. Quod etiam tenuit Bal. in l.si quis hæres institutus §.si ff.de acqui.hæredi.& in l.si mulieri cum liberis.in prin.ff.de vsufruct.accres.& in l.fi.ad fi.& ibi Sali.C.de impub.& alijs substi.& do.Alex.in hoc cõtra Barto.sæpe consuluit,vt in consi.xxij.visis ac perlectis verbis testamenti.volu.iij.vbi tenet,quòd ista est vera,& magis cõmunis,& approbata conclusio: & quòd ita sæpenumerò consuluit,& legendo tenuit,quod consilium est duplicatum in consi.xiij volu.iiij.& vide ibi in consi.seq.quod est Io.Baptistæ de sancto Seuer. Idem tenuit Alex.consil.xliij. ex narratis in themate.volu.v & consi.cxxix.perspectis his quæ in themate suprascripto narrantur. volu.v. vbi etiam dicit,quòd ista opinio communiter tenetur , & quod communis opinio est contra Bartol. Gabr.Saray.

CLVII.

Hæres qui omittit facere inuentarium,ita perdit Trebellianicam, sicut Falcidiam & in addit.

Nota,quòd hæres,qui † omittit facere inuẽtarium, ita perdit Trebellianicam,sicut Falcidiam, vt in authenti.de hære.& Falcid.§.inordinata. versi. si verò non fecerint.& in §.hinc nobis.vbi Imperator facit mentionem de fideicommissis singularibus,& vniuersalibus,& per consequens in fine §.j.vbi dicit, quòd si hæres non fecit inuẽtarium,soluet integra legata,& omnia fideicommissa, nec retinebit Falcidiam, videtur loquutus fuisse de fideicommissis singularibus, & vniuersalibus.argu.l.in seruus plurium.§.fina.ff.de lega.j. Item pro hoc videtur text.in cap.Raynutius.in fi. de testa. argu. à ratione finali cessante. nam text. ibi, in fine. dicit, quòd ideo hæres potest extrahere Falcidiam,quia fecit inuentarium,& loquitur de Falcidia large sumpta, sub qua cõprehenditur Trebellianica : quia refert se ad fideicommissum vniuersale,de quo suprà fecit mentionem. Iaco. tamen de Belui.in authenti.de hæredi.& fal. & Bartol. in l.Marcellus.in prin.ff. ad Trebel. tenuerunt contrarium. & Ioan.And.in addi.Spec.in titu.de instru.edi.§.fi. versi. nunc videamus.& forte non bene.

ADDITIONES.

Nota quòd hæres,&c.In fine Adde secundum Alexand. in authen. sed cùm testator.C.ad legem Falcid. quòd communis opinio omnium est,quòd per non confectionem inuentarij Trebellianica non perdatur,& ita Barto.in dicta authen.dixit,quòd aliàs plures de facto dixit contrarium tamen consuluit consil.incip. Nicol. Matarel. & hoc idem tenet Ludo. in authen. similiter.C eodem titu.alleg.text.in authen.de hæred. & fal.§.si verò non fecerint.ibi,& fideicommissa, quod perpetuò notandum dixit Alexan. vbi suprà & quòd ita vidit de facto seruari,& quòd pauci habent illud consiliũ Barto.sed dicit se vidisse & legisse & optimè facere. Barto.tamen consuluit & ibi contrarium consil. incip. quæsitum est an hæres qui omisit inuentarium.& quòd non perdatur Trebellianica, Alexand. dixit se aliàs post Imol.consuluisse in l.j §. hæc stipulatio.ff.si cui plusquam per legem Falcid.vide si reperiatur. Et pro ista opinin.consuluit Paul.de Castr.consilio ccij.in secundo volumi. in nouis incipi,in Christi nomine, quia suprà formata.& consilio ccn.i Christi non ine. dubium fecit.& quòd non perdatur Trebellianica,tenet pulchrè Bald.in l.filium quem habentem.columna antepenultima.versic.item quæro vtrum hæres de restituendo grauatus. C.famil.ercifcun.

1 *Inuentarij confectio multum prodest hæredi, & econtra eius omis-
sio multum nocet.*
3 *Falcidia per omissionem inuentarij quo casu non amittatur?*
4 *Cautela liberandi hæredem à petitione legatariorum, quando hæ-
res inuentarium non confecit.*
5 *Probatio per confessionem partis est fortior probatio de mundo.*
6 *Legatum an debeatur vltra vires patrimonij, quando hæres inuē-
tarium non confecisset, & testator dictum legatum fecisset ta-
xandum arbitrio boni viri?*
7 *Arbitrium boni viri debet iudicari secundum leges.*
8 *Lex quando aliquid præsumit, licet aliqua vrgens coniectura sit
in contrarium, non peccamus, si nos conformamus cum dispo-
sitione iuris.*
9 *Rex ille fuit fatuus, qui regno renuntiauit, quia eius mater sibi di-
xerat, quod non erat filius Regis.*
10 *Hæres non conficiens inuentarium an teneatur ad integra legata
de iure canonico, & in foro conscientiæ.*
11 *Fiscus hæres institutus, & inuentarium non conficiens, non pati-
tur pœnas statutas contra non conficientes inuentarium.*
12 *Ecclesia ecclesiastica persona, & pia loca, si hæredes instituantur,
& inuentarium non conficiant, an patiantur pœnas statutas
contra non conficientem inuentarium?*
13 *Inuentarij ad confectionem quæ requirantur?*
14 *Inuentarium debet fieri in loco vbi sunt bona.*

1 Inuentarij † confectio multum prodest hæredi, vt latè prose-
quitur Ias. post alios in l. fi. §. & si præfatam. C. de iure delibe.
& in pulchro casu differendi creditores tradit concaius meus
Cæpol. in cautel. ccxxiiij. institutus. Et operatur non solùm
quò ad creditores defuncti, sed etiam ad eos, qui coniunctim
dici possint creditores tam hæredis, quàm defuncti: vt est gl.
sing. in l. quæ dotis vbi Bald. in vltimis verbis, & ibi Alex. col.
viij. ff. sol. mat. & Deci. consi. cxxxvij. col. iij. post Ang. consil.
xxxij. Do. Philip. col. iij. & consi. cxxxviij. beneficium inuenta-
rij. Et econtrà eius omissio multum nocet, & facit hæredē te-
neri non solùm creditoribus, sed etiam legatarijs vltra vires
hæreditatis, vt disposuit Imperator in d. §. si verò nō fecerint.
in authen. de hære. & falci. inducendo, vt per Matth. hic. & in
2 authen. sed cùm testator. in fi. C. ad leg. Falcid. Et ita † perdit
Trebellianicam, sicut Falcidiam, licet de Trebellianica sit
maximum dubium, in quo doctores adeo variârunt, vt diffi-
cile sit inuenire communem opinionem, vt patet ex his, quæ
latè scribunt omnes post Bar. in l. iij. in prin. in vlti. q. Bart. ff.
ad Trebel. vbi Soci. & Ias. inuicem contrariantur, & latissimè
consuluit Deci. consi. ccxxxvj. non parua difficultas. in v. du-
3 bio. Hæc tamen pœna † limitatur vno casu, quando legatarij
confessi essent eos solummodo bona esse in hæreditate, quæ
ad creditores & legatarios non sufficerent. ita sing. Bal. in l. fi-
lium quem. in pen. col. ver. ego breuiter. C. fa. ercis. & est sing.
casus secundum Alex. in l. fi. §. j. col. j. vbi etiam Ias. col. ij. C.
de iure delib. & Franc. Are. in rub. ff. de acqui. hære. col. ij. vbi
etiam Alex. commendat in iiij. col. ver. pro hoc etiam & Feli.
in c. quoniam cōtra falsam. col. xvj. ver. fallit quintò. de pro-
batio. & in c. cùm contingat. col. iij. versi. secūdò nota. de of-
4 fi. deleg. Et propterea subdit Bal. ibi, quòd non cogitur † le-
gatarius ad petitionē hæredis respondere positionibus, quan
do non fecit inuentarium. quod vltimum cōmendat, & sequi-
tur do. Franc. Cur. in trac. positionū. in xxiij. breuiloquio. So-
ci. tamē putat cōtrariū de iure verius in l. j. § si is qui. in ij. no-
ta ff. ad Treb. vbi tamē subdit, quòd forte propter authori-
tatem Bal. eius dictū seruaretur in practica, & ante Soci. illud
dictū Bal. putat periculosum Alex. in l. in ratione § quod vul-
go. col. vj. ver. in gl. ff. ad le. Falc. & Ias. in l. si pecuniā. in prin.
in vj. col. versi. item nota. ff. de cōdi. cau. da. & Feli. in c. ij. col.
fi. vt lit. non cōtest. licet eum conetur postea defendere Ias. in
d. § si is qui. col. fi. quod pro bona cautela liberādi hæredem,
qui inuētarium non fecisset, cōmendat & sequitur Cæpol. in
cautel. vij hæres. licet ipse hoc singulare dictū adscribat Pau.
de Castr. in d. l. in ratione. §. quod vulgo. in vltimis verbis. Et
pro hoc bene facit, quod de partis cōfessione decidit singul.
Inno. in c. quia plerique. col. j. versi. est autē ea ratio. de immu.
5 eccle. Item facit, quia † probatio per cōfessionē partis, est for-
tior probatio de mūdo, vt per Ias. in l. cùm tertia sequelle. in iij.
nota. C. de transac. Secundo casu limitari potest per illud qđ
singulariter decidit Bal. in l. voluntatis. in ij. col. versi. nunquid
6 ergo. C. de fideicō. quādo † testator fecisset legatū taxandum
arbitrio boni viri, quia per omissionem inuētarij, non debe-
tur legatū vltra vires patrimonij, tanquā si hoc expressè te-
stator disposuisset & reputat Bal. hoc esse tenēdum menti. Et pro
sing. citat Aret. in rub. ff. de acqui. hære. in iij. col. vbi etiā cō-
firmat & pro vnico etiā reassumit Ias. in d. l. fi. §. & si præfatā.
in vlti. col. C. de iure delib. vbi tamē dubitat, cum arbitrium
7 † boni viri debeat iudicari secundū leges, vt in pulchra quæ-
stione cōsuluit Lud. Rom. consi. cxlix. cōsultationem primā.
in penul. dubio. & latè tradit Feli. in c. j. col. xx. de cōst. & post
Alex. in l. si sic legatum. in prin. col. iij. ff. de leg. j. Sed hoc casu
quando hæres non facit inuentarium deberet secūdum leges
cōdemnari in solidum, ergo, &c. Et ideo dicunt in proposito
notabiliter doct. in l. filiū disfinimus. ff. de his qui sunt sui vel
alie. iur. & in l. si vicinis. C. de nupt. & in c. iij. extra qui fil. sint
8 legi. quòd quādo † lex aliquid præsumit, licet aliqua vrgēs cō-
iectura sit in cōtrariū, non peccamus, si cōformamus nos eū
dispositione iuris, & ponunt exēplū iam omnibus notum, de
9 illo fatuo † Rege, qui renuntiauit regno, quia mater sibi dixe-
rat, quòd non erat filius Regis, nam ex quo habebat præsum-
ptionē pro se, erat in foro cōscientiæ tutus. Quod etiā in pul-
chra quæstione reassumit Corne. cōsi. ccxciij. in hac cōsulta-
tione videtur, in vltimis verbis. volu. iiij & Ias. in l. Gallus. in
prin. col. pen. ff. de libe. & posthu. in prioribus scriptis. & Car-
di. Alex. in c. penul. in fin. de eo qui duxit in mat. quam pol-
per adul. & in c. transmissæ. col. ij. qui fi. sint legiti. & ante eos
Bal. consi. ccclxxvij. si mulier. vol. ij. Sed pro defensione Bald
dicēdum est, quòd hoc sit propter præsumptionem mentē testa-
toris, qui hoc casu videtur beneficio suo renūtiasse, quod po-
test, vt cōcludūt Dy. Bar. & cōmuniter doct. in l. nemo pot.
in v. q. ff. de leg. j. Cogita tamen, quia solutio est scholastica.
10 Tertiò † limitari potest nō procedere de iure Canonico in fo-
ro conscientiæ, vt elegāter cōcludit Bal. in rub. ff. de acqui. hæ-
11 re. Quartò limitari potest † in fisco hærede instituto, qui non
patitur pœnas statutas cōtra non cōficientem inuētarium, de
quibus in l. sancimus. C. de iure delibe. per l. j. § an bona. & l.
non possunt. ff. de iure fi. & ita in terminis tenuit Guid. Pap.
deci. Gration. ccccxxiij. fiscus. & deci. ccccl [illegible] in ver. an-
12 [illegible]icus. vbi etiam ponit † quid sit de ecclesijs, ecclesiasticis perso-
13 nis, aut pijs locis. & concludit teneri. Plura autē † requisita ad
confectionē inuētarij hæredi ponuntur per text. [illegible] in l. fi. in
prin. & §. j. vbi latè Ias. C. de iure delib. Ange. Aret. in § extra-
neus. insti. de hære. quali. & diffe. Guid. Pap. in tracta. de [illegible]
14 inuētarij. Deci. consi. dcxxxiij. & vltra eos † nota, quod debet
fieri in loco vbi sunt bona, vel eorū maior pars, vt firmat Por-
cellinus in trac. de inuētario. in iij. q. prin. col. [illegible] & voluit Bal.
in d. l. fi. § j. col. iij. licet Porcelli. eum non alleget. Cott. verbo
inuentarij confectio.

CLVIII.

1 *Filia si pater relinquat aliquid pro sua legitima, vel pro sua Falci-
dia, & non dixerit iure institutionis, an testamentum valeat?*

1 NOta, quòd si pater dicit per hæc verba, Relinquo fi-
liæ meæ centum pro sua legitima, vel pro sua Falci-
dia, quāquam non dixerit iure institutionis, & non exe-
rit, In his eam hæredem instituo, valebit testamentum: quia
tacitè sibi videtur relinquere iure institutionis. & ita no.
Bar. in auth. vnde si parens. C. de inoffi. testa. Hanc tamē
quæstionem alibi insolutam dimisit in l. filium. §. sed & si
portio. ff. de leg. præstan. Sed hoc dictum Bar. de iure insti-
tuti non videtur verum quia oportet quòd [illegible] ius vel [illegible] ha-
beat aliquid expressè iure institutionis, vt [illegible] §. [illegible], quo-
que. in auth. vt cum de appel. cog. iuncto § centum. Con-
stat autem quòd illa verba, Relinquo centum [illegible] sua le-
gitima, vel Falcidia, nullo modo includūt [illegible]
hæredis etiam implicitè. arg. l. cogi. in prin. ff. ad T. ebel.
Nec obstat l. sciendum. ff. de ver. obl. vbi solēnitas intrin-
seca præsumitur, quādo illa verba sunt apta de se compre-
hendere illam solennitatem, nec sunt nimis generalia, vt
est verbum fideiussit, vel promisit, quia de promissione in
scriptura intelligitur. vt d. l. sciendum. & Insti. de inuti. sti-
pul. § si scriptum. Secus si esset verbum magis generale,
vt est verbum pura, Tale fecerunt talem conuentionem,
vel pacti fuerunt: nā tunc non intelligitur de stipulatione
in scriptis redacta loqui, sed de simplici pacto, vt est tex.
in l. lecta. ver. cōuenit. ff. si cer. pe. & ibi Bar. hoc firmat in
fi. ij. col. Sed illud verbū, Relinquo centū, in proposito non
est

est aptum comprehendere hæredis institutionem: item est verbum nimis generale, ergo &c. quod not. bene.

ADDITIONES.

Nota, quòd si pater, &c. In fin. Ad hæc vide quæ eleganter more suo & plenè examinat excellens doctor Alex. de Imol. in l. nã quod §. non omnis. cum l. seq. ff. ad Trebel. vbi ponit regulam affirmatiuam, quòd sit necesse patrem relinquere debitũ naturæ filio iure institutionis, deinde limitat tribus not. modis. & in primo allegat dictũ istud Matth. cum quo videtur trãsire, licet multi Doctor. tenuerint oppositum, quos ibi refert, & contulit Pau. de Cast. consi. clxxxix incip. in Christi nomine casu præsenti. De materia vide etiam aliud per Mar. meum post Sali. col. iiij. v. & vj. in auth. nouissima. C. de inoffic. testa. & vide Matth. vbi videtur sibi contrarius suprà not. ciij. anct. not. quòd illa vulgaris doctrina, & quæ ibi dixi. & ad hoc vide etiam Io. Cald. consi. xxvj. Dy. cõsil. xv. & vide Firma. licet prædicta non alleget, in repe. in verbo, legitima est pars tertia. ver. lvj. Ad prædicta, vide omnino quæ dicit Mar. in eius in l. si tibi. col. ii. ver. adde quòd prædicta regula. & c. l. seq. ver. alibi. idem Bal. ff. i eec. pet. Et in terminis istis quãdo testator dicit, Relinquo filiæ meæ, &c. vide Bal. not. in l. inter omnes. col. ij. versicu. vltimò quæro. & in princip. lequenus. vbi pulchrè loquitur.

1 *Pater tenetur relinquere filio iure institutionis etiam si testetur inter liberos.*

2 *Doctori licet variare in suis opinionibus, prout fecit Baldus.*

3 *Satius est omnia à principio rectè examinare, & postea opinionẽ, quam quis semel tenuit semper & vbique constanter affirmare & defendere.*

4 *Verbum, Relinquo, relatum ad vniuersale, an importet institutionem, sicut relatum ad particulare importat legatum? Et quid si referatur ad dotem, an trahatur ad institutionem filiæ?*

1 Ista est cõmunis opi. quòd pater † teneatur relinquere filio iure institutionis etiã si testetur inter liberos: vt latè tradũt Moder. in c. Raynutius. de testa. & alij à me relati suprà in singul. ciij. nota quòd illa vulgatis doctrina. i prin. Et licet in d. sing. ciij. ipse Matth. videatur tenuisse in prima limitatione cõtrarium eius, quod hic ponit, Nihilominus potest dici, quod hic voluit sequi cõmunem opinionem tanquã veriorem, & discedere ab ea quã posuerat in d. sing. ciij. licet enim † doctori variare in suis opinionib. prout fecit Bal. qui modo hoc, modo illud firmauit. l. nemo potest mutare. & ibi latè Dec. & Cagn. ff. de reg. iur. licet satius † sit omnia à principio rectè examinare, & postea opinionẽ quã quis semel tenuit, semper & vbique cõstanter affirmare, & defendere. Vel saluãdo ipsum Matthæ. potest dici, quòd sibi cõstans fuit, & quòd hic tenet idem quod tenuit in d. sing. ciij. in prima limitatione, & quòd hic loquitur in casu, quãdo testator habens solam filiam, fecit testamẽtum, & instituit proximiores agnatos, in quibus non è luæ familiæ perpetuari, & cõseruari debebat, & reliquit filiæ centum pro sua legitima. Nam hoc casu pater debet relinquere iure institutionis, & non iure legati, cùm non testatus fuerit inter liberos, sed inter agnatos. Et an verbũ † relinquo, relatum ad vniuersale, importet institutionẽ, sicut relatũ ad particulare importat legatũ, tradit Ias. in rub. ff. sol. matr. nu. 3r. & l. Cẽturio, post alios ibi nu. 6 ff. de vulg. & pup. & quid si referatur ad dotem, an trahatur ad institutionẽ filiæ, vide Alex. consi. clxviij ponderatis narratis. col. ij. nu. 7. lib. v. & cõs. xvij. ad fin. lib. iij. qui tenuit quòd sic, sed illud est falsum vt tenet idẽ Alex. melius cõs. clxx col. iiij & cõsi. cl. col. ij. lib. ij Decius consi. cl. nu. 2 & Ias. in auth nouissima. col. vij C. de inoff. test. & quod dixit Alex. in d. consi. clxviij. consi. xvij. dixit inseruiẽdo causæ, & allegando, non autem consulendo, quia illa vera non sunt cõsilia, sed allegationes, vt ex suprascriptione dictorum consiliorum patet. Gab. Sar.

CLIX.

1 *Malæ fidei possessor sine titulo tenetur de omnibus fructibus percipiendis, & quos etiam petitor percipere potuisset.*

1 NOta, quòd malæ fidei † possessor sine titulo tenetur de omnibus fructibus etiam percipiendis, vnde tenetur etiam de illis, quos potuisset percipere, vt l. domum. C. de rei vend. & insti. de offic. iudi. §. illorum. & hoc tenet Cy. in l. certum. in j. q. C. de rei vend. Licet Bar. tenuerit contrarium in l. domum. & in l. apud Iulianum. ff. de leg. iij. Fateor tamen hoc, si actor velit eũ potius teneri ad fructus, quos ipse actor percipere non potuisset, vt l. si nauis. §. fi. de rei ven. facit l. Iulianus. §. j. ff. de leg. ij. C. de fruct. & lit. expen.

ANNOTATIO.

1 *Fructuum in restitutione an veniant non solum ij, qui sunt percepti, sed & qui percipi potuissent, aut à possessore, aut ab eo, cui restituendi sunt?*

1 Vtrum † in restitutione fructuum veniant non solùm ij, qui sunt percepti, sed & qui percipi potuissent, aut à possessore, aut ab eo, cui restituendi sunt, tradit gl. Albe. de Ros. & alij in l. si fundum. C. de rei ven. gl. vlt. in c. cum causa. & ibi Host. Io. And. & Abb. de offi. deleg. Dom. de Rota deci. ccccccxcvij. si spoliatus. in antiquis. & Bernar. Bisigne. in decisio. ipsius Rotæ, tit. de resti. spo. c. xj. an in cõductione. Bar. Bal. Sali. & alij in d. l. domum. C. de rei ven. Bar. & alij in l. fructus. ff. eo. titu. & in d. l. si nauis. §. j. eo. ti. & Bar. in l. apud Iulianum. §. fructus. & ibi Ang. Raph. Imol. Pau. de Cast. Franc. Aret. Alex. & Ias. ff. de leg. j. Bar. & alij in l. ij. C. de fruc. & lit. expen. & Ang. in d. l. si nauis. & cõsi. cccviij portio hæreditatis. Ant. de Bu. & alij in c. grauis. de resti. spo. Imol. cõsi. lxxiij. in casu proposito. in fi. Rom. sing. cccxxxvj. & cccxxxvij. & cccxliij. Franc. Cremẽ. singu cxxxv in fcis, quòd titulus. Aret. consi. xvij. cõsideratis. col. antepen. versi. de parte autẽ Nicolai. Cano. post gl. in c. cũ contra. de pigno. Barb. consi. lxxs. illud col. vij. ver. capio tertium. volu. iij. Curtius Senior cõsi lxxij. princeps. col. j. & seq. & vide tex. in l. sed & si. §. sed fructus. ff. de peti. hære. And. Tiraq. in tract. de retractu cõsangui. in §. xv. in gl. fructus nu. 28. Bal. & Ang. in l. certiũm. § improbè ff. de rei ven. & Bal. in l. si traditio. col. fi. o. x C. de act. emp. & Bar. in l. ratio. §. j. ff. eo. titu. Et latè per dominum & præceptorem meum dominũ Augu. Bero. in c. j. nu 96 & seq. de vsur. vide tamẽ Didac. Couar. in relectione sua c. peccatum in ij. parte. §. vij. in fi. qui videtur tenere contra Mathesi. Gab. Saray.

CLX.

1 *Facta in vna causa an probent in alia inter easdem personas?*

1 NOta singularem doctrinam Bart. quòd † quotiescunque inter aliquas personas vertuntur duæ causæ seu instantiæ coram eodem iudice, acta in vna causa non probant in alia, nisi producantur in alia causa, ita quòd iudici non dicitur constare de actitatis, nisi quo ad illam causam, in qua sunt producta. & hanc regulam ponit Barto. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. poss. in vij. combinatione. ij. q. in ver. sit tamẽ cautus reus qua ibi ponit. Ita cauti practici producũt acta vnius causæ in alia, & econuerso alterius in alia, quod tene menti perpetuo.

ADDITIONES.

Nota singularem, &c. Adde quòd istam doctrinam sequuntur Alex. & alij in §. nihil commune. hi alleg. præsertim Magist. meus Ias. ibi col. viij. versi. not. etiã Bal. in l. ordinarij. in iiij. col. C. de rei ven. Boc. in c. cùm dilectus. col. xij. & seq. de cau. poss. & propie. vbi per hoc dicit, quòd cauti practici producunt acta vnius causæ in alia causa, est glo. not. in l. quoties. in § fi. in verbo, hæredem ff. de probatio. Istam etiam doctrinã sequitur & repetit egregiam Alex. in consi. lxxxij. quod incipit, in causa vertente inter Petrum Ioannem. in penulti. col. in fi. & in l. ij. ad fi. C. de eden.

Idem tenet Dec. in l. j. col. vlt. 33 C. de eden. & communiter doctor. in d. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. poss. vide ibi per eos. Gab. Saray.

CLXI.

1 *Ius vel actio si alicui oritur sine eius facto, illud potest extingui ipso iure simplici repudiatione eius, cui fuit quæsitum.*

2 *Actio personalis non tollitur ipso iure simplici repudiatione, nec per pactum de non petendo. fallit vt ibi.*

1 NOta singul. doctrinam si vera est, quòd quotiescunque † aliquod ius vel aliqua actio oritur alicui sine facto suo, puta ex dispositione iuris vel statuti, vel ex testamento, tale ius, vel talis actio potest extingui ipso iure simplici repudiatione eius, cui fuit quęsitũ, vel quæsita. Hanc doctrinam ponit Bartol. in l. Pomponius. j.

ff de nego.gest.C.de pact.l.j.Sed ista doctrina non videtur mihi bene posita,nec posse defendi de iure:quia sequeretur,q omnes actiones,quæ quæsitæ tibi ex delicto illato cõtra te,possent ipso iure simplici repudiatione tua tolli: & tamẽ non est verum in his actionibus,quę sunt persecutoriæ ex parte actoris,vt est cõdictio furtiua,vel actio legis Aquiliæ,quatenus datur ad verũ dãnum:nam illa non tollitur ipso iure etiã per pactum de non petẽdo,vt ipsemet Bar.notat in l.si tibi decem.§.quædã.ff.de pac.& hoc videtur de mẽte gl. Item sequeretur,q si ego negotia gessi aliena alicuius furiosi,vel ignorãtis,actio illi quæsita posset tolli simplici repudiatione,& tamẽ hoc est cõtra tex,& gl.j.d.l.Pomponius.j.ff.de neg.gest.Item contra Bar.facit quod no.in d.l.si absentis.C.si cer.pet.nam ibi dicitur,q si mutuaui pecuniam meã,vel tuam nomine tuo,& sic tibi ignorãti est acquisita directa certi cõdictio ex mutuo absque facto, non potest tolli ipso iure ista actio directa per istam repudiationẽ simplicẽ.Vnde credo q regulari-
2 ter † actio personalis non tollatur ipso iure simplici repudiatione, imò etiã nec per pactũ de non petẽdo.l.si vnus.§.pactus.ff.de pact.Fallit primò, quãdo actio est quæsita ex vltima volũtate:quia tunc illa tollitur ipso iure per repudiationẽ legati,& fingitur nunquã factũ fuisse.l.proinde.§.fi.ff.ad le.Aquil.& l.si absentis.C.si cer.peta.Secundò fallit in actione,quę datur ad meram vindictã,vt est actio iniuriarũ:nam illa tollitur ipso iure non solum per pactũ de non petẽdo,vt d.§.quædã.sed etiã simplici repudiatione creditoris,& sic nuda volũtate,vt l.non solùm.§.j.& l.sed si vnius.§.si ã te iudicẽ.ff.de iniur.& Insti.de iniur §.fi.& hoc tenet gl.in d.l.Põponius.ver.nuda voluntate.& ibi tenet Bar.Idem etiã videotur tenere Canonistæ in c.cùm te.de re iud.Licet gl.senserit cõtrarium in d.§.fi. scilicet, q tollatur ipso iure per pactum,non autẽ nuda volũtate. Tertiò fallit,quãdo actio est quæsita ex solo consensu,& res est integra:quia tũc tollitur ipso iure per pactũ de non petẽdo.vt l.ab emptione.ff.de pac.& Insti.quib.mod.tol.obl.§.fi.non autẽ tollitur ipso iure nuda voluntate creditoris.quia hoc non est de iure cautũ.Sed ad prędicta facit l.in duobus.§ fi.cum l.seq.& quod ibi not. in l.si tibi §.si pactus.ff.de pac.& l.hæredi.§.nos autẽ.ff.eo.& qđ no.Bar. in l.non solũ.§.si liberationis verba.ff.de lib.le.nã ibi notatur,q si creditor facit pactũ de nõ petẽdo debitori absenti, illud pactũ non nocet creditori:ergo multò minus nocebit simplex repudiatio actionis.quod bene not.

ADDITIONES.

Nota sing.doct.&c. Adde quòd etiã reprobat Bar.Mag. meus in l.j.in vj.col.C.de pact.& saluat quòd loqui debeat copulatiuè,quãdo ex dispositione testatoris & legis absque facto nostro nobis acquiruntur,tũc Bar.verũ dicere ait: secus quãdo ex sola dispositione legis. Et dic quòd dicta Matth.hic cõtra Bar. patent,tamẽ ex his quæ dicit Pau.de Cast.in d.l.j.dum allegat l.si absentis.C.si cer.pet. Saluat etiam Bar.alius Magist. meus Lancel. Deci.in d.l.j.col.iiij.per illam conclusionem quæ est, quód ea quæ quæruntur nobis sine facto nostro,si repudiantur,finguntur non quæsita.l.seruum filij.§.j.ff.de leg.j.Bar.in l.Pomponius.magna.ff.de neg.gest.Pau.de Castr. in l.omnia. ff.si cer.pet.& in l.j.circa penul.col.C.de fur.

1 *Ea quæ sine facto nostro nobis acquiruntur non videntur in effectu acquisita,nisi mediante consensu & ratificatione postea facta.*

2 *Stipulatio notarij etiam non facit,quod alteri ius acquiratur sine ratificatione.*

3 *Voluntate simplici videtur abdicari posse illud,quod absque facto meo acquisitum fuit.*

4 *Ea quæ nobis acquiruntur sine facto nostro iure speciali,acquiruntur contra regulas iuris communis,adeo facilius tolluntur.*

Dictum Bar.videtur cõprobari posse contra Matth.tali ratione,
1 quia ea† quæ sine facto nostro nobis acquiruntur,non videntur in effectu acquisita nisi mediante cõsensu, & ratificatione postea facta,quia inuito beneficium non confertur.l.inuito. ff.de reg.iur.& in l.hoc iure.§.non potest.ff.de dona. Et stipu-
2 latio†notarij etiam non facit,quòd alteri ius acquiratur sine ratificatione,vt tradit Pau.de Castr.in consil.ccxvij. visis his quæ narrantur,in ij.dubio in nouis.& Bal.in l.nec eius.§.satisdatio.ff.de adop.circa fin.facit tex.in l.si ego.ff.de neg.gest. & per Deci.in l.contractus.col.vij.nu.16.ff de reg.iu. Et ideo si non velit habere ratum,& repudiet,illa repudiatio videtur potius declarare acquisitionem factam non esse: Vnde sicut
3 † facta ratificatione volũtate simplici acquisitio perfecta videtur,ita etiam videtur,quòd volũtate simplici abdicari ipso iure possit illud,quod absque facto meo acquisitũ fuit: quia in effectu non videtur repudiatio,sed potius declaratio acquisitionis nõ factæ,& ad hoc facit tex.in l.seruum filij §.j.ff.de
4 leg.j.& quia† ea,quæ nobis acquirũtur sine facto nostro iure speciali,acquiruntur cõtra regulas iuris,ideo facilius tolluntur.l.eius militis.§.militia missus.ff.de testa.mili. Non obstat quod dicit Bar.in d.l.si tibi.§.quædã.quia Bar.ibi loquitur de actionibus,quæ cõpetunt ex contractu,vel quasi,vt in actione tutelæ,& pro socio.Sed Bar.in d.l.j.C.de pact. loquitur in his quæ competunt sine facto nostro. Non obstat quod notatur per gl.in d.l.Pomponius.quia contrarium tenet ibi Bar. col.iij.& idem ibi dicit in casu d.l.si absent.C.si cer.peta. & tradit Deci.in d.l.j.nu.21.C.de pact. Gab.Sar.

CLXII.

1 *Legata vel fideicommissa relicta in testamento ad hoc vt valeãt, requiritur quòd ex eo adeatur hæreditas. fallit in casibus de quibus in addit.*

2 *Fiscus an teneatur ad legata relicta ab intestato,vel aliter?*

3 *Intellectus l.filiusfamil.* [illegible] *de lega.j.*

4 *Legata relicta ad pias causas confirmantur morte testatoris, nec requiritur solennitas aditionis hæreditatis.*

1 Nota singulare,quòd ad hoc † vt valeant legata & fideicommissa relicta in testamento, requiritur quod adeatur hæreditas per aliquem , qui possit ab intestato succedere de iure Ciuili, vel Prætorio , aliter non dicuntur confirmata dicta legata,vel fideicõmissa.Et sic ad hoc vt valeent legata relicta in testamẽto requiritur, quòd ex eo adeatur hæreditas.l.si nemo.ff.de testa.tutel. Et hãc regulam ponit Bar.in l.qui filio.§.j.ff.de hære.insti.& probatur in l.iiij.§.j.& §.si bona.ff.de fideicom liber.& Instu. de eo cui liber.causa bo. addic.§.j.Et prædicta procedũt sine dubio, quando nullus etiam fiscus apprehendere voluit bona defuncti,sed datus est curator bonis, qui debet satisdare creditoribus.l.j. ff.de cura.bo.dand.Quod si fiscus
2 †agnouit bona illa tanquam vacantia, satisfactis creditoribus,superest tantum quod potest solui legatariis,dubitaui alias: nam videtur quod fiscus teneatur ad legata relicta ab intestato,vt l.filiusfamil.§.ij.ff.de leg j. Sed credo cõtrarium,quòd fiscus non teneatur,per l.iiij.§.si bona.ff.de fideicommis.libe.& l.quod diuo.ff.de manumiss. testa. vbi text. sonat, quod fiscus non teneatur ad legata, nec etiam ad libertates. Nec ob. Insti. de eo cui lib. cau. bo.addi.§.sed ne hoc. Quia respondeo, quod ibi loquitur per verba consilij,recitando verba diui Marci,qui dicit,quòd procurator fisci debet agnoscere bona tanquã quilibet extraneus causa libertatum conseruãdarum. Et videtur interpretari Vlpianus in l.iiij.§ eadem constitutio.ff.de fideicom.liber vbi hoc videtur de mente gl.Nec
3 †obstat d.l.filiusfamil.§.ij.quia intelligo illum tex. quando nominatim fuit grauatus fiscus.Præterea omnia fal-
4 lunt in relictis†ad pias causas ex testamento,vel ab intestato:nam illa confirmantur morte testatoris, nec requiritur solennitas additionis hæreditatis,nec requiritur solennitas illius tit.de eo cui libert.cau.bo.addi.&c. vt not. Bar.in repeti.l.j.C.de sacrosan eccl.in ij.col. licet ipse senserit contra,in l.eam quam.C.de fideicommiss. scilicet, q requiratur solennitas illius tit.ubi tamẽ hoc non firmat, sed dicit esse tutius,&c.

ADDITIO.

Nota singulare,&c.Ibi,sed credo cõtrarium. Adde tex.in l.quod diuo ff.de manumi.testa,Cy.in l.vnica.§.pen.C.de cad.tol. & ibi respondet ad tex.d.§.pen.quicquid gl.videtur obstare.Idẽ tenent Imol.& Alex.in l,quidã testamẽto.§ quon.ff.de leg j. vbi et ã respondent ad illam legẽ,quæ videtur obstare. & Io. Fab.in §.j.insti.de eo cui li.cau.bo.addi. Mag. meus in l.eam quam.col.viij.ver.tu cõsidera.C.de fideicom.faciunt quæ habentur in l.si seruus plurium.§.si quis ff de leg. per Bar.in l. non intelligitur §.cùm ex causa.ff.de iure fi.

ANNO.

ANNOTATIO.

1 *Legata demum post aditam hæreditatem debentur, non ante. Fallit in multis casibus, de quibus ibi.*

2 *Legata quænam sint, quæ etiam non adita hæreditate officio iudicis peti possint.*

3 *Legata facta etiam in codicillis requirũt aditionem ab intestato.*

4 *Legata post aditam hæreditatem debentur etiam ab uno tantum ex hæredibus in re certa instituto.*

5 *Legata requirunt aditionem hæreditatis, nec testator contrarium disponere potest.*

6 *Fiscus succedens in bonis vacantibus an teneatur ad legata.*

1 Legata demum † post aditam hæreditatem debentur, non ante, secundum Bar. Bal. & doct. post gl. in l. eam quam. C. de fideicom. Bar. in l. j. C. de donatio. inter vi. & vxo. Bal. in l. j. ff. si quis omis. cau. testa. & in authent. hoc amplius. C. de fideicõ. Et ideo cautela est quòd aditio fiat, vt ea conseruentur secundum Bal. in d. l. eam quam. & in l. j. in lectura C. de sacrosan. eccle. & probatur in l. j. & ibi per doct. C. eo. tit. de sacrosan. eccle. & in l. si filius, qui patri. ff. de vulg. & pupil. Nisi sint fa-
2 cta † ad pias causas, quia aditio non requiritur, vt debeantur: vt per doct. in d. l. j. & in d. l. eam quã & in d. l. j. ff. si quis omis. cau. testa. Vel nisi id statuto caueatur. Vel nisi testator id disposuerit etiam tacitè, vt prohibendo Falcidiam. Vel nisi testator ipse post factum legatum tradiderit, secundum Bal. in d. l. eam quam. col. vj. Vel nisi sit prohibita Falcidia, vt dictum est secundum Bal. in d. l. eam quam. vbi dicit, quòd dictis casibus debentur officio iudicis. & per Pau. de Cast. consi. ccclxxxix. & Bar. in l. nemo potest. col. j. ff. de lega. j. & Alex. in l. extraneum. C. de hære. insti. Vel nisi sint expressè repetita ab intestato. Vel nisi sit in testamento clausula codicillaris: Vel nisi ratio vitiãdi institutionem, non vitiet legata, vt quia licet sit erratum in institutione, tamen legata debentur. Vel nisi in legatis piis, quæ dilationem non exigũt, vt pro sepultura, vel pro alimentis infirmorum, & pro aliis cumulatis per Ste. Aufre. deci. Tholo. ccxiij. vbi tradit quæ dicãtur legata pia. Vel nisi sit iuratum in testamẽto. Vel nisi sit clausula, Si non valet iure testamenti, valeat iure cuiuslibet vltimæ volũtatis. Bal. in
3 d. l. eam quam. Item † verum etiam si facta sint in codicillis, quia requirunt aditionem ab intestato. gl. & Bar. in l. qui filio. § seruos. ff. de hære. insti. notatur in l. iiij. ff. de fideicom. li-
4 berta. Item debentur † post aditam etiã ab vno tantum ex hæredibus in re certa instituto, secundum Bar. in l. nemo. in fin. ff. de testa. tutel. & in l. ex facto. ff. de hæred. insti. Idẽ verũ etiã ab intestato, vt fiat aditio. Bal. in addi. Spec. in titu. de testa. in ver. relicta. Et contrarium † testator disponere non potest. vt per Alex. in d. l. extraneum. & plenius in l. nemo potest. ff. de le-
6 ga. j. Sed an fiscus † succedens in bonis vacantibus teneatur ad legata? Dic quòd sic, per l. cum fiscus. ff. ad Sylla. l. iij & ibi Bal. C. ad le. Falci. & in l. eam quam. col. iij. C. de fideicõ. & Bar. in l. j. col. iij. ff. de vulg. & pupil. Lud. Rom. in l. si marito. ff. solu. mat. & ibi Alex. qui tenet contrarium per d. l. iiij. cum gl. & in § eadem. ff. de fideicom. libert. & per d. l. quod diuo. ff. de manu. testa. Secus dicit si hæreditas fuit adita, & latè tradit Alex. in addi. ad Bar. in l. iij. §. cùm ex causa. ff. de iure fis. & per Bar. in l. fi. ff. si quis ali. testa. prohib. & per Gul. Bened. in repe. ca. Raynutius. in ver. & vxorem nomine Adelasiam. decisi. v. nu. 270. & latè Iason in l. eam quam. nu. 53. in fi. versi. tu cõsidera. C. de fideicom. Ibi, Præterea omnia fallunt. Vide latè Angel. & Io. de Imol. in l. qui filio. in prin. ff. de hære. insti. & Ang. Aret. insti. de eo cui liberta. cau. bona addicuntur. in prin. nu. 2. & nouissimè, latissimè, & egregiè per Didacum Couarru. in capi. Raynaldus. §. iij. nu. 11. versi. illud tanè pa[...]in. extrá, de testamen[...] qui in hoc multos casus considerat, & latè in hoc insistit. Gabr. Saray.

CLXIII.

1 *Pater an & quando possit grauare filium, cui pupillariter substituit, in legitima, vel propriis eius bonis?*

1 NOta pulchram doctrinam, quòd † quotiescũque testator, qui potest pupillariter substituere filio, grauat ipsum filium in vita sua, vel si decesserit in pupillari ætate, relinquendo legata vel fideicõmissa, non potest eum grauare in legitima, & multominus in bonis eius filii propriis: vt l. quoniam. & not. in l. ex tribus. C. de inoffi. testa. Secus est autem si relinquat talia legata vel fideicommissa ab illis, qui in testamẽto possunt succedere filio pupillo quia tunc etiam hac forma potest disponere etiam de legitima, & de bonis propriis pupilli, si filius moriatur in pupillari ætate, sicut posset grauare illum, quem pupillariter substituisset ipsi filio, vt est casus singu. in l. si fundum. §. si per fideicõ. & l. fi. & l. seq. ff. de leg. j. Vbi verò verba sunt dubia quia dubitatur an relicta sint ab impubere, an ab ipsis, qui possunt succedere impuberi ab intestato, tunc in dubio intelligerẽtur esse relicta post mortẽ huius pupilli: quia testator dixit, Si filius meus decesserit in pupillari ætate, volo omnia bona mea & sua restitui Caio: & tũc hæres ab intestato impuberis nõ solum deduceret bona propria filii, imò & legitimá: & vltra hoc etiã hodie Trebellianicã, per c. Raynutius. de testa. & per Bar. in l. cohæredi. §. cũ filiæ. ff. de vul. & pup. & ibi hoc per Bar. Et hoc vltimũ bene est notãdũ: quia multi prima facie dicerẽt cõtrarium: quia in dubio debet capi sensus, quòd actus potius valeat, quàm pereat. Et sic in dubio debemus dicere, quòd testator videtur grauasse hæredes ab intestato impuberis, vt valeat sua dispositio quo ad legitimã, & etiã quò ad bona propria ipsius impuberis, quod bene not.

ADDITIONES.

Nota pulchram. &c. Ibi, secus autem. Adde Bar. & cõmuniter alios maximè Mag. meum in l. ex tribus. C. de inoffi. testa. Cy. & Bar. in l. cùm virum. & ibi Bal. in iiij. oppo. C. de fideicom. Bar. & alii in l. j § fi. ff. de vulg. & pupil.

1 *Relicta ad exonerãdum cõscientiam patris minuunt legitimam.*

2 *Substitutio pupillaris tacita quando excludat matrem.*

Istud plenè traditur per doct. in l. Papinianus §. meminisse ff. de inoffi. testa. & in l. quanquã. C. ad le. Falc. & in authẽ. de hære. & Falci. § si quis autẽ. & in l. j §. j. ff. si cui pluquã per legẽ Falci. & in l. in ratione. §. quod vulgo. ff. ad leg. Falci. & plene per Gul. Bened. in sua repet. d. c. Raynutius. in ver. reliquit. nu. 3.
1 & pluribus seq. de testa. Adde tamẽ † quòd relicta ad exonerãdum cõscientiam patris minuunt legitimã. quod est bene notandũ pro cautela priuãdi filium legitima, secũdum Ang. in l. j. §. ad municipum. ff. ad le. Falc. in aliquibus suis reportatis, & per Alex cõsi. xlvij. circa prin. de quo quæritur. col. iij ver. sed præmissis. volu. j. facit quod dixit Angel in l. precibus. col. ij.
2 ver. secũdò videamus C. de impub. & aliis substi. † quòd licet regulariter substitutio pupillaris tacita non excludat matrẽ, d. l. precibus. & l. fi. C. de insti. & subst. tamen fallit quando ex coniecturis contrariũ appareret fuisse de mente testatoris vt latè per Bar. & doc. in l. j. in prin. ff. de vulg. & pup. Et inter aliás cõiecturas dicit Ang. posse colligi ex substitutione facta fauore amicorum testatoris, quæ matrẽ excludere debet propter præsumptã mentem testatoris. & hoc dictũ sequitur & putat memoria dignũ P[...] de Cast. in d. l. precibus. in ij. co[...] prin. & Moder. maximẽ Ias. in v. col. ibi. & Alex. consi. xxxviij. viso themate. in pe. col. ver. hoc probo. vol. j. & cõsi. lxvj. viso testamẽto. col. [...] circa med. & col. iij. circa med. volu. ij. & cõ[...]xij. attentis. col vj. ver. alia ratione. vol iij. vbi dicit hoc esse singulare. & consi. xcij super eo de quo quæritur col. fi. ver. bene facit. vol. iij. & Aret. cõsi. clv. periculosum est. in vlti. verbis. Deci. cõsi. clxxxij in causa col. iij. in prin. Quod nõ videtur posse limitari, nisi de cõsuetudine & stylo notariorũ hoc processisset, vt singu. cõcludit Bar. in l. quoties. col. j. ad fi. C. de hæred. insti. & Catellia. Cotta. in memor. in ver. Notariorum imperitia. Cætera dic vt per Io. dilect. Duran. in tract. de arte testã. in tit. de liber. institu. vel exhæred. cautela v. si fœminæ nu. 4. & cautel. xvij si tibi. nu. 4 & in tit. de substit. cau. vj. substitutio. nu. 5. & cautel. xxxiij impuberi. & in tit. de variis testator. præceptis cautela ij. prohibitio. Gab. Sar.

CLXIIII.

1 *Minor potest restitui contra delictum etiam dolo commissum in negando veritatem cum iuramento.*

2 *Intellectus l. [...] & auth. sacramenta puberum C. si aduer. vendi.*

1 NOta, quòd † minor potest restitui contra delictum etiam dolose commissum in negando etiam veritatem cum iuramento, & est speciale in hoc, quia homines sunt multum proni in iudicio ad negandum id, quod facit pro aduersariis. l. si ex causa. §. nunc videndum. ff. de minoribus. & in l. electio. §. neque. ff. de noxal. iuncta regula l. ij. C. de iuramento calumniæ.

& l.inter hæredes.§.qui familiæ ff.fami.ercif. Nec ob.l.j. & auth.sacramenta.C.si adner.vendi. quia illa loquitur,
2 quando † minor incurreret periurium hodie petendo restitutionem: vel alio modo venire contra contractum.iurauerat enim non venire contra : Sed hic est secus : quia iste iurauit solùm dicere verum, modò verò iste petit restitutionem contra pœnam, quia negauit verum, & sic de præsenti non incidit in nouum periculum, quod est bene seruandum memoriæ.

ANNOTATIO.

1 *Restitutio in delictis non conceditur.*
2 *Minor si neget, propter quam negationem pœna crescat, poterit petere se restitui aduersus negationem, & beneficium confessionis habebit.*
3 *Minor in integrum restituitur, quoties delictum est in omittendo, non in committendo.*
4 *Pupillus si in omittendo deliquerit, non solùm non est opus restitutione in integrum, sed mero iure non punitur.*
5 *Minor an & quando, in quibus, & an aduersus contumaciam & bannum restituatur?*

1 In delictis † non conceditur restitutio.l.auxilium.§.in delictis.
2 ff.de minor.l.j.C.si aduer.delict. Minor † tamen si negauerit, propter quam negationem pœna crescat, vel amisisset beneficium confessionis, & condemnatus fuisset, nam licet contra sententiam non possit petere se restitui, attamen aduersus negationem se restitui postulare poterit, & beneficium confessionis habebit.d.l.si ex causa §. nunc videndum.ff.de minor. Et tradit M.Anto.Blanc in sua practica crimi.in tit.in cautel.
3 vj.in delictis. Et ratio esse potest, † quia quoties delictũ est in omittendo, minor in integrum restituitur, secundum Ang.in tract.de inuentario, per gl.quam dicit sing. in l.auxiliũ. in ver. cessabit.ff.de minor. Et sequitur Barb.in c.Raynaldus.col clij. versi.ita & pariter dicemus.de testa. Ant.Corse in sing.cclxij. incip.licet pœna applicãda fisco, & per illam gl.dixit hoc expressè Barba.in consi.iij col.ij.volu.ij.& in l.sed si ex stipulatu.col.j ff.de ver.obl.videlicet quòd restituitur minor aduersus delictum quod consistit in omittendo, non autem si consistit in committendo. & ad hoc facit illa gl.singul.& sequitur Pau.de Cast.in l.ij.col.iij.ver.hinc est quod.C.de lib.& eorũ liber.& consi.xlviij.vltra ea quæ superius allegata sunt. lib.ij. Alex.in l.j.col.j.in fi.ff.de ver.obl.& consi.eiij.videtur prima consideratione dicendum.col.vj.ver.non obstat.lib.j & Ange.Aret.in trac.malefi.in ver.scienter dolosè.col.iij ver.quid in prodigo. Et plenè tradit And.Tiraq.in tract.de pœnis temperandis, aut remittendis.in causa xliij.nu. 43.& 44. vbi etiã
4 dicit, quòd etiam si pupillus † in omittendo deliquerit, non solùm non est opus restitutione in integrum, sed mero iure non punitur, per tex.in l.j.§.impubes.ff.ad Syllan.& Cy.in l.j.& ibi Salic.in xv.notab.C de fals monet. Bal.Ange.Roma.& alij, in l.si eius bonis.ff.de ver.obl.Io.de Ana.in c.j.col.penul. de delicto pueri.& Hyppo.de Marsi.in l.infans.col.ij versi.item scias
5 quòd.ff.de sicar.sed de hoc articulo an & † quando minor in delictis restituatur, & in quibus, & an aduersus cõtumaciam, & bannum, plenissimè tradit Ludo.Carer.in pract.sua homicid.in §.circa.iij.in prin.nu.10.& 11. Gab.Sar.

CLXV.

1 *Minor aliquid in iudicio legitimè confessus si petat restitutionẽ in integrum, non debet obtinere nisi aliunde, quam per suam cõfessionem appareat illum esse læsum.*

1 NOta, quòd si minor † aliquid fuit legitimè confessus in iudicio, puta cum authoritate curatoris, & petat in integrũ restitui aduersus confessionem illam, non debet obtinere ex hoc solo, quãdo non apparet aliter id esse verum, nisi per suam confessionem, nam per hoc non concluditur, quòd ipse fuerit læsus, vel circũscriptus: quia potest esse, quod ipse fecit illud, quod fecisset quilibet maior, quia fuit confessus verum, ergo, &c.l.si.C. de in integ.resti.& l.nam & postea.§.si minor.ff.de iureiuran. Oportebit autem q summatim aut semiplenè probet rẽ nullo modo aliter se habere: & hoc videtur de mente Inno.in c.ex literis.de in integ.resti.

ANNOTATIO.

Vide quæ dixi suprà singu.lviij.not.vnum casum quotidianum, col.fi.ver.adde tamẽ quòd licet.& traditur per Spe.in ti.de in integ.resti.§ ij per totum.& per Bart in l.verum.§.sciendũ.ff. de minor.& per Bal.in l.ij.C.si tut.vel cur.interue. & per Bar. in l.nam & postea.§ si minor ff.de iureiur. & Nicol. de Neapol.in l.alterius in prin.ff.de tutel. & rationib. distrah. & per Bar.in l.j.C.qui & aduersus quos. Gab.Sar.

CLXVI.

1 *Tutor vendens rem pupilli, & constituens se eam nomine emptoris possidere, an ex hoc transferat ciuilem, aut naturalem possessionem in emptorem? & quid de colono, vel de prælato ecclesiæ?*

1 NOta, quòd si tutor † vendat rem pupilli, & cõstituat se eam nomine emptoris possidere, ex hoc constituto solo non transfertur possessio ciuilis, neque naturalis in emptorem: sicut quando colonus meus se cõstituit possidere precario fundum meum nomine tuo.l.quamuis §.si conductor.ff.de acqui.pos.& ita no.Bar. in l.j. in princ.ff. de acqui.pos.in j.col. ver.quæro, pone quòd tutor, vel curator. Vbi verò prælatus seu Rector ecclesiæ non collegiatæ constitueret se possidere rem ecclesiæ nomine meo, puto quòd in me transferatur mera naturalis, quia illa est penes prælatum, sicut penes vsuarium vel fructuarium.l. naturaliter.in prin.ff.de acqui.pos.& in c.j.de præbẽ. iuncto eo quod not.in c.præsenti.de offic.ordi.lib.vj. Ciuilis autem non transfertur per illam traditionem fictã, quia illa non est penes rectorem, sed apud ecclesiam.vt in cap. cùm venisset.de Insti.& not.Inno.in c.cùm super.de causa poss.& propriet. Secus forte esset si prælatus ecclesiæ, & capitulum collegiatum constituerent se possidere rem ecclesiæ nomine meo, quia tunc ius possessionis & naturalis & ciuilis censetur esse apud ipsam vniuersitatem, quæ fit ex prælato.arg.l.j.in prin.cum sequen.ff.de acqui.pos. & ideo transit in me.quod bene not.

ADDITIONES.

Nota, quòd si tutor, &c.in fi. Ad istas duas quæstiones de curatore siue tutore & procuratore generali, & de prælato an per actum fictum possint transferre possessionem? vide per Alex. Aret.Mag.meum & Bar.Soci.in l.j.in prin.& in § fi.ff.de acqui pos.per Inno.& Canon.in c.cùm super. de causa poss. & proprie.vbi communiter videntur concludere quòd non.vide tamen per eos.

1 *Tutor vel curator non possunt per cõstitutum, vel precarium, vel alium actum fictum transferre possessionem rerum sui pupilli, vel minoris.*
2 *Possessio an transferatur per constitutum prælati in constitutarium?*
3 *Capitulum vnà cum prælato potest per cõstitutum transferre possessionem.*

1 Tutor vel curator † non possunt per constitutum, vel precarium, vel alium actum fictum transferre possessionem rerum sui pupilli, vel minoris secundum Bar.in l.j.in prin.col.pen. & ibi Imol.in fi.Raph.Comen.col.pen.Rom.col.pe.Alex.latè, qui dicit hoc diligentissimè notãdum, Aret.Ias.in vtraque lectura, Claudius Aquensis, Fran.Ripa.ff.de acquir.pos. Bal. consi.cxxx.casus super quo consilium petitur.ad fi.vol.uj.per tex.in d.l quod meo à contrario sensu.ff.de acquir.pos. Alex. qui hoc dicit not.in l.quãuis.§ j.col.ij.versi & ; er istũ tex.ff. eo.titu.Soci.consi.cccxxix præsentis consultationis difficultas.col.pen.versi.sed difficultatẽ facere videtur.vol.iij.quod est repetitum consi.cexxvj.volu.iiij.Ias.in l.iij.§.in amissãda. col.iij.ver.adde q idd etiã.ff.de acquir.pos.Carol. Ruin.cõsi. cxliij.visis omnibus instrumentis.col.iij.nu.7.lib.vij.& cõsi. ccxiiij.visis his, quæ in themate.nu.7.eo.volu.Francisc. Ripa in rub.ff.de interdict.col.uj.ver.& hæc est ratio, & Andr. Tiraquel.in tract.de iure constituti possesso.in iij. parte prin. in
2 xv.limitatione. An autem † per constitutum prælati transferatur possessio in constitutarium, latè tradit Alexan. in dicta l.j.ff.de acquiren.possess.in princi.colum.fina.versi. ex his potest inferri.& per Inno.late in c.in literis de re[...]tutio[...], Ipolia. Bal.in l.ij.col.ix.ver.iuxta hoc [...]iuer.C de ser.& aqua. Anto.de But.& alij Cano.in c.cum [...] per.de causa poss[...] & proprieta.& Flor.in l.seruitutes.iij.col.[...]ij.versic.& [...] est dicendum.ff.de seruitu.& Aegid.Bellame [...] mate-riam.col.vij.versi.caue tamen, quia si ecclesia. Ex quorum di-

ctis colligitur conclusio, per constitutum prælati possessio-
nem non transferri, quod etiam tenuit Alex. con. lxxxj. lecto
& discusso. col. v. ver. alio respectu. volu. iij. Quod tamen est
intelligendum, quando prælatus solus alienat, & se constituit
3 possidere nomine emptoris: secus † si id faciat cum capitulo,
vt hic per Matt. & per Oldrad. con. cccix. in causa hospitalis.
& per Ripam. & ibi Claud. Aquens. in d. l. j. vers. istud de præ-
lato. ff. de acq. posses. & per And. Tiraq. in d. tract. de iure con
stitu. possessor. in ij. parte princip. in xxij. ampliatione. & in ij.
parte in xvj. limitatione. Gab. Saray.

CLXVII.

1 *Statutum an dicat, quòd minor non possit contrahere sine certa so*
lennitate, vel, quòd non possit se obligare, magna est differētia.
2 *Contractus appellatione an veniat quasi contractus?*
3 *Obligatio propriè comprehendit etiam obligationem descendētem*
ex contractu vel ex delicto, vel quasi. Et an hoc etiam proce-
dat in statuto?
4 *Prohibitio legis, in minore, vel prodigo, non refertur ad obligatio-*
nem vel alienationem, quæ fit ex delicto, vel quasi.

1 NOt. quòd est † differentia, an statutum dicat, quòd
minor, vel mulier non possit contrahere nisi seruata
certa forma, an verò dicat, quòd non possit se obligare.
Primo enim loco nō habet locum statutum in quasi con
2 tractu, quia † non comprehenditur sub verbo Contra-
ctus de proprio & stricto significato, vt no. Bar. in l. apud
Iulianum. § fi. ff. ex quibus caus. in pos. ea. Sed secundo
casu statutum habebit locum etiam in obligatione ex
quasi contractu. argu. Inst. de obli. §. fin. & l. omnem ff. de
iudi. Idem tenet Bart. in l. more. in prin. & in §. j ff. de ac-
quiren. hæred. Aduertendum tamen, quòd licet obliga-
3 tio † propriè comprehendat obligationem descenden-
tem ex contractu, vel ex delicto, vel quasi, vt §. fi. instit. de
obli. tamen hoc statutum restringitur ita, quòd non ha-
bebit locū in actione ex delicto vel quasi, ne delicta ma-
4 neant impunita. ar. l. j. C. ad l. Cor. de sic. Sicut † videmus
quòd prohibitio legis, in minore, vel prodigo. non re-
fertur ad obligationem vel alienationem, quæ fit ex deli-
cto, vel quasi, vt not. per doctor. in l. si quis in tantam. C.
vnde vi. & per Bart. in l. is cui bonis ff. de ver. obli. Quod
bene tene menti perpetuò.

ADDITIONES.

Nota quòd est differentia, &c. Adde facere quod decidit Bartol. in l. si vnus. § pactus. in vij. colum. & ibi Bal. ff. de pact. qui tenent, quòd statutum requirens consensum propinquorū in contractibus mulierum habet locum etiam in liberatione & renuntiatione, & tamen nō sunt propriè contractus. l. Labeo. §. contractus. ff. de verborum significatio. Tamen ex quo militat identitas rationis idem ius censetur. & idem tenet Bald. in rubric. & in l. j. C. de pactis, tamen Alexan. in l. multum. de acquir. hæred. tenet communem sententiam contra Barto. & adducit fundamentum quo respōdet ad omnia prædicta. Sed pro Barto. & contra communem tenet Magist. meus Ias. in l. Barbarius. col. iij. versi. tertiò fallit. de offic. Prætor. & dicit, quòd ita consuleret & iudicaret per rationes, de quibus ibi per eum, & recitat concordiam Matthæ. hic, & dicit quòd verba Bart. non patiuntur istam concordiam: quia loquitur quando statutum prohibet contrahere. Limitat tamen Mag. meus Ias. vbi suprà conclusionem quam tenet, nisi hæreditas esset lucrosa, vel opulenta: quia tunc non requireretur consensus propinquorum ex eo quod in istis terminis vult notabiliter Bal. in l. neque tutores. C. de contrahē. stipu. per illum tex. vbi vult, quòd statutum istud, quod requirit consensum propinqnorum, intelligatur de damnosis, nōn de vtilibus, & per alia de quibus latius per eundem Mag. meum vbi suprà in col. seq. & in d. l. si vnus. §. pactus ne peteret. col. ix. versi. secundò considera. ff. de pactis. Et inquantum Matth. hic limitat istud statutum in versicu. Aduertendum tamen. adde Magist. meum Ias in d. §. pactus ne peteret col. x. ver. sextò limita.

1 *Statutum si vtatur verbo Contrahere, an mulier, vel minor pos-*
sit facere pactum de non petendo absque solennitate statuti?
2 *Mulier vel minor adstringitur obligatione descendente ex deli-*
cto, vel quasi, etiam non seruata solennitate statuti.

Plenè istud tradit Ias. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. nu. 24. & ibi
1 Moder. ff. de pactis. vbi etiam infert, si statutum † vtatur ver-
bo Contrahere, an mulier, vel minor possit facere pactū de
non petendo, absque solennitate statuti? & tenet quòd non
per sex fundamenta. Et dum limitat Matt. hic istud statutum
non procedere, si obligatio descendat ex delicto, vel quasi,
2 quia tunc † mulier, vel minor adstringitur etiam non serua-
ta solennitate dicti statuti. Dic quòd istud latè tradunt Doct.
in d. l. si quis in tantam. C vnde vi. & per Doct. in l. is cui bo-
nis. ff. de verbo. obliga. & facit gl. in l. ex parte. § quanquam.
ff. de in rem verso. & per Ias. in d. § pactus ne peteret. nu m. 33.
versi. sextò limita. & plenissimè per Ludo Carrer. in sua pra-
cti. crimi. homicid. in § circa. iij. in princip. vsque ad nume-
rum 12. Gabr. Saray.

CLXVIII.

1 *Substitutio fideicommissaria facta duobus hæredibus simpliciter,*
an semper habeat locum in quolibet eorum de per se?
2 *Intellectus l. hæredes mei §. cùm ita. ff. ad Trebellia.*
3 *Intellectus l. quidam testamento. ff. de vulgari & pupillari.*

NOta vnum singulare dictū Bart. si esset verum, quòd
illa vulgaris regula, qua cauetur, quòd si substitu-
1 tio † fideicommissaria esset facta duobus hæredibus sim
pliciter, habet locū in vnoquoque eorum de per se. l Lu-
cius. § Gaio. ff. ad Trebel. & l fi. §. qui filium. ff. de leg. ij.
& not. Bart. in l. hæredes mei. §. cùm ita ff. ad Trebel. nisi
testator fuerit vsus hoc significato vniuersali, Omnia bo
na mea: quia tunc oportet, quòd conditio purificetur in
vtroque hærede. vt vocetur substitutus. Vnde si testator
instituto Titio & Seio dicit sic, volo quòd post mortem
hæredum meorum omnia bona mea restituantur Gaio:
mortuo Titio non vocabitur Gaius ad eius partem. atg.
l. quidam testamento. ff. de vulg. & pupil. vbi Bar. hoc ex-
pressè tenet. Sed hoc dictum videtur mihi esse contra tex.
2 in d. §. cùm ita. Nam † ibi fuit appositum signum vniuer-
sale, quia testator dixit, Omnem hæreditatem pertinere
volo, & tamen ibi dicitur, quòd si conditio deficiat in
personam primi morientis, & existat in personam secun-
di. & mortuus est secundos sine liberis, vocabitur substi-
tutus ad partem secundi. Nec ob. d. l. quidam testamen-
3 to: quia respondeo † quòd illa lex loquitur in substitutio-
ne fideicōmissaria, & est ratio diuersitatis, quia substitu-
tio vulgaris solùm habet locum ante aditā hæreditatem.
l. post aditam C. de impu. & aliis substit. Et sic ex tempo-
re quo est locus iuri accrescendi inter cohæredes: & ideo
nisi conditio existat in personā vtriusque secundū quod
verba sonant, non vocabitur substitutus. arg. l. quamuis.
C. de impu. & ali. substi. sed substitutio fideicommissaria
habet locū post aditā hæreditatē, & sic post emolumētum
quæsitū hæredibus, quo casu cessat ius accrescēdi, & ideo
sufficit q conditio existat in persona vnius hæredis, vt d.
§. Gaio. cū simi & hāc sensit ipsemet Bar. in d. §. cùm ita.

ADDITIONES.

Not. vnum, &c. ibi, sed hoc dictum. Adde quòd istam opinio. contra Barto. tenent Ang. Imol. Pau Raph. Alexan. & Mag. meus Ias. in d. l. quidam. ff. de vulg. & pup. & ibi dicit Alexan. quòd cōmunis opin. est contra Bar. Idem tenent Ang. Imol. & Mod. communiter in l. hæredes mei. §. cùm ita. col. xiij. ff. ad Treb. & ibi Alex. qui dicit se sæpius consuluisse ita contra Bart. idem tenet Raph. Fulg. in l. pen. C. eo. Pau. in l. Lucius. ff. de hære. instituen. & in l. Lucius. §. Gaio. ff. ad Treb. Et adde quod Mag. meus Ias. in d. l. quidam. col v. in princ. dicit, quòd opin. Bart. communiter reprobatur propter text. in d. l. hæredes mei. §. cùm ita. in verbo, quicquid. & sic ibi erat signum vniuersale. & ita ibi Ang. Imol. & Soci. & Alex. in d. l. quidam. & dicit Alex. in consil. xcj. incip. ponderatis his, de quibus in themate. in ij. col. & in consi. cccclvij. incip. super eo de quo quæritur in superiori themate. in fin. col. quòd communis opin. in hoc est contra Bart. contra quem legendo & consulendo dicit Mag. meus Ias. vbi suprà se semper tenuisse.

ANNOTATIO.

Opinionem Bar. in d. l. heredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebel. sequuti fuerunt ibi Bald. Angel. Soci. & Modern. Perus. & Aret. in d. l. quidam testamento. ff. de vulg. & pupil. & Ang. consil. lxxx. Ioannes suum condidit testamentum. Pet. de Ancb. con. cxcj. Helisabeth. Rap Comen. Paul. de Castr. in d. l. Lucius. § Gaio. ff ad Treb. & Raph. Comen. cōsi. xxxiiij.

pater vxori.Io.de Ana.conf.xxij Paul.de Castr.consi.ccxxvj. Corne.consi.ccxvj. quanquam.lib.iiij. Et hæc opinio si intelligatur, præcedente reciproca tacita, vel expressa, est indubitata: Cessante verò reciproca videtur dubia, & eã non esse veram dicunt Ang.Imol.& Alex.in d.§ cùm ita.& eam reprobant etiam Ang.Imol.Raph Comen. Paul. de Castr.in d.§. Gaio.& in d.l.quidam testamento.Ant.de Butr.consi.iij. visis consiliis.& Alex.consi.xcj. ponderatis his. vol. j. vbi dicit communem esse contra Bart.& consi. xciij. super eo. volu.iij. vbi dicit hanc opin.contra Bar.seruari in practica.& Ias.con. cxlj col.iiij.vol.j Opinio tamen Bartol.de qua suprà, videtur asserere communem esse Io.Fran.Rip in d.§ cùm ita. quam etiam ibi sequitur, & defendit, num.136.vers.defendẽdo hanc fallentiam. Gab.Saray.

CLXIX.

1 *Donatio facta ecclesiæ, si quingentos aureos excedat, an de iure Canonico ad eius validitatem necessario debeat insinuari?*

1 Nota, quòd leges, quæ volũt, † quòd in donatione, quæ fit ecclesiæ ab alio, quàm ab Imperatore, requiratur insinuatio à quingẽtis aureis supra.l.illud.C.de sacrosan. ecclesi. non videntur valere secundum ius Canonicum, secundum quod valet indistinctè vsque ad omnem summam.not.Hosti.& Io.And.& domi.Anto.in c.fi. de solutio.& pro eis allego c.fuit qui.xvj.q.iij.c.si ea quæ in cle. j.in fi.de deci.Et potest assignari ratio, quia sicut materia relictorum ad pias causas censetur esse spiritualis.ita leges quæ super eis disponunt, nihil valent, nisi quatenus per Canones sunt probatæ, vt in c. relatum. de testa & patet ex his quæ not.Bar.in repe.l.j.C.de sa.rosan. eccles. item etiam donationes inter viuos factæ in piam causam, vt ecclesiis, vt arg.in c.fi.de reb.eccles. non alie facit quod habetur, xij.q ij. & xiiij. quæst. v. per totum. Quod serua apud te, quia pulchrum, & not. dictum.

ADDITIONES.

Nota, quòd leges, &c.in fi. Adde cùm hic allegatur c.fi.quod est de solu & cle.j.de deci.& vide Alex.an. qui ponit omnia quasi verba Math.in l.illud.in apo.C.de sacrosan.eccles.& ibidem ponit quid de donatione facta ecclesiæ Romanæ. Et in proposito nostro adde tu Bar.in d.l illud.licet Bald. ibi tenuerit contrarium.adde glo.in auth.de non alie.§ sancimus.facit l. Sancimus § 1.ceptis.C.de dona. & vide omnino per Abb.in c.relatum.j.de testa.& Pau.de Cast. consuluit in duobus consiliis, quibus in præsentia nõ incumbo: bene scio quod sunt in secunda parte in consiliis nouis.

1 *Donatio facta ecclesiæ Romanæ valet sine insinuatione.*

2 *Donatio non insinuata an valeat, si renuntiatum fuerit insinuationi: maximè si renuntiatio facta sit cum iuramento?*

3 *Donatio excedens 500. aureos debet insinuari, & de quibus aureis intelligatur?*

4 *Aurei lxxij faciunt vnam libram.*

5 *Donatio facta ecclesiæ in quibus casibus non valeat?*

Adde Bal.in l.sancimus. C.de dona. Paul. de Cast.consil. xxi & con.cxxxij.& con.ciij.& Abb.con.cij. vol. ij. Et quòd donatio † facta ecclesiæ Romanæ valeat etiã sine insinuatione, tenet Bal.& Alex.in prooemio ffo.in auth.item à priuatis.& ibi Bald.C.de donatio.Bald.in l.filio quem patet.& ibi Ang.ff.de liber.& posthu.& Bald.in princ.C.& Ang.& Bald. in l.si certarum.C.de testa.mili.per gloss.in cle.j.de iureiu. & per Spec.in tit.de instru.editio § nunc autem.vers.fin. Et an donatio † non insinuata valeat, si renuntiatũ sit insinuationi, tradit Ludo.Gozadi.con.lxxvj.nu.13. maximè si renuntiatio sit facta cum iuramento.Gui.Pap.decisi.Grationo. cccl. verum renuntiatio. Et omnia prædicta latissimè tradit An.de Canar.in suo tract.de insinuationibus in ij.parte prin.vbi tra3 ctat quæ donationes insinuari debeant, per totũ. Et de † quibus aureis sit intelligendũ, dic de aureis legalibus secundum tempus legis conditæ, quorũ lxxij.faciunt † vnam librã iuxta 4 l.quoties C.de suscep.& Archa.lib.x.& sequitur Paul de Ca. in l.j.in prin.C.cõmunia de leg. Et tradit Alb. Briu. in tract. monetarũ in duodecima particula primæ partis, col.fi. nu.7.

5 Et adde quòd viij. sunt † casus, in quibus donatio facta ecclesiæ nõ valet. Primus si sub modo facta est donatio, & conditio deficit.de cõdi.appos.c.verũ.& c.super eo Secundus, propter turpe factũ appositũ.extrà de simo.c. de regularibus. & c.veniens. Tertius, propter dati enormitatẽ.xiij.q.ij.c.si quis irascitur. Quartus, propter sequentẽ procurationẽ.xvij q.iij. c.quicũque. Quintus, propter recipientiũ fraudem.xvij.q.fi. c.cõstituit. Sextus, propter donãtis impotentiã.extrà de testa. c.filius noster. Septimus, propter causæ defectũ.de renũt.c.ex trãsmissa. Octauus, propter doni immensitatem xij.q.ij.c.a.si quos de seruis.& tradit Io.Monach. in suo defensorio iuris, in tit contra priuilegium.numero 5. Gabriel Saray.

CLXX.

1 *Venditor, qui tenetur actione personali ex empto ad tradendum vacuam possessionem emptori, liberatur, si constituat se rem venditam nomine emptoris possidere, si in tempore constituto ciuiliter & naturaliter possidebat.*

1 Nota vnã doctrinam mirabilem, quòd † vẽditor, qui tenetur actione personali ex empto ad tradendum vacuam possessionem emptori.l.ij. & l.iij.& l.emptorem. § j.ff de act.empt.liberatus est ab illa actione ex illo solo quòd ipse constituat se rem venditam nomine emptoris possidere ita tenet gl.in l.ab emptione. ff de pact. quam ibi tenet Butri.& etiam Bart. Ad quod etiam facit gloss. vltima in auth.sacramenta.C.si aduer.vendi.Et hoc probatur ratione.nam per talem actum constituti transfertur vera & naturalis possessio in emptorẽ.l certe. §.j ff. de preca & l.quædã mulier.ff.de rei vendi.& l.quod meo in prin ff de acqui.posse.ergo liberatus est venditor, sicut per veram traditionem.Itẽ pro hoc facit l. ratio. in prin. & l.emptorẽ §.j & l.Iulianus.§.ex vendito.ibi, possessionem ff.de actio empt.Prædicta tamen intelligo, quando constabat venditorẽ tempore illius constituti possedisse ciuiliter & naturaliter rem venditã. Si autem hoc non constet tunc obtinere debet emptor agens, vt res sibi tradatur.nã ex quo fundata est intentio emptoris, quia constat de venditione, debet venditor clarè probare suã exceptionẽ propter traditionẽ.probatio enim dubia exceptionis nõ releuat, vt in c.in præsentia.de probatio.cum simil.Sed ita est, quòd licet constet de constituto, nõ constat, quòd venditor possideret rem illã tempore constituti, ergo non apparet possessionẽ esse translatã in emptorẽ.vbi enim non possidens rẽ aliquam constituit se eam meo nomine possidere, illo constituto nulla possessio transfertur in me.l quãuis.in prin.ff.de acquir.possessio. pro hoc allego quod not.Ang. in d.l quãuis.§.j. vbi dicit, quòd emptor, qui allegat per pactũ cõstituti rẽ sibi fuisse traditã, & sibi quæsitũ fuisse dominũ, vel quasi dominiũ, succũbet in rei vendicatione, & publiciana, nisi allegauerit & probauerit venditorẽ possedisse illã rem tẽpore cõstituti ita dicit se pluries de facto obtinuisse, & bene. Si verò constaret quòd tẽpore constituti sola possessio ciuilis erat penes venditorẽ, tunc dubito quid iuris sit: Tamen fortè dici potest, quòd aut possessio naturalis erat penes aliũ, puta, penes vsuariũ, vel penes emphyteutã, & tunc non sit liberatus venditor.arg.l.ij.§.j.& l.iiij.ff.de actio.empt. Aut possessio erat vacãs, puta in casu l. clam possidere.§ qui ad nundinas.ff.de acqui poss.tunc sit liberatus venditor, si emptor neglexerit adipiscẽdi illam naturalẽ, cùm primùm potuit: nã habetur pro tradita ex eo, quòd per eũ non stetit.arg.l.iuris ciuilis.ff.de conditio. & demonst. Sed si emptor nõ potuit, quia statim naturalis fuit per aliũ occupata, credo quòd venditor non sit liberatus.argumento. l.j.& l.ij.ff.de actio.empti.Cogita tamen super his.

ADDITIONES.

Nota vnam doctrinam, &c. De ista materia aliquid tangit Mat. suprà not lxvij.& in quantum ibi, prædicta tamen intelligo, &c.limitat, ad istam limitationem vide Magist. meum in l.ab emptione.col.viij.vers.secundò limit.de pactis.& allegat pro hoc tex.in l.ij in verbo tradita.& ibi ad hoc not. Ange. C.de acquiren. possess. istam limitationem tenent etiam Bald. & Saly. in l j.C. quando lib. ab emp. dist. Cui autem incumbat onus probandi quòd tempore constituti venditor possideret, declarat Ang.in l.quamuis.§.j.hic allega. Bald. in dicta l.j.C.quando lib.ab empt.dist. distingue tamen vt ibi notabiliter per Paul.

Latè dixi suprà sing. lxvij nota quòd venditor qui tenetur, vbi istud

istud singulare videtur duplicatum. ad ibi dicta me remitto. Gab. Sar.

CLXXI.

1 Promissor declarat obscurè deductum in stipulatione, & ea declaratione facta amplius variare nõ potest. Et quid in electione?

2 Testis post dictum perfectum, non potest variare.

1 NOta, quòd vbicunque † aliquid deducitur in stipula
tione quod sit obscurum, electio, seu (vt propriùs lo-
quar) declaratio fit à promissore, qua facta non potest va
riare. vt tex. secundū Bar. in l. quicquid astringendæ. versi.
nec rursus. ff. de ver. oblig. super gloss. posita in gl. magna
post principium. Secus est in electione propriè, vt ibi not.
2 Et ex hoc infertur ad † quæstionem testis, qui post dictum
perfectum non potest variare.

ADDITIONES.

Nota quòd vbicunque, &c. Ad ista dicta vide plenè & eleganter per Alex in l. quicquid. hic alleg. colum. iij. circa princip. ver. ex qua habes. & colum. sequen. & vide infrà no. pen.

1 Electio est variabilis, non declaratio, & quare?

2 Eligendi facultas transmittitur ad hæredes, sicut trãsmittitur ius ipsum stipulationis, sed facultas declarãdi non transmittitur.

3 Libellus semel declaratus non potest amplius declarari.

4 Intellectus l. qui ex pluribus. ff. de ver. obligatio.

5 Iudex non potest nisi semel suam sententiam diffinitiuam interpretari & quid de interlocutoria?

6 Variatio quando in aliquibus casibus permittitur, non nisi semel conceditur.

7 Positio non potest nisi semel tantum reuocari.

8 Testis post suum dictum perfectum non potest variare, nisi incontinenti id fiat.

9 Testis potest corrigere dictum suum ante aperturam processus, & antequam loquatur cum parte.

10 Testis si incontinenti reuertatur ad notarium, & faciat sibi legi dictum suum & dicat notario, ego non dixi sic, non est licitum notario emendare scripturam nisi iudicis mandato faciat.

11 Confessio vel responsio potest à parte incontinenti reuocari: & quãdo dicatur incõtinenti? & quid si a parte fuisset acceptata?

1 Electio quòd sit variabilis † non declaratio, tradunt commu
niter doctor. in d. l. quicquid astringendæ. & per Philip. de Pe
ru. in c. cùm cessante. in x. limitatione. de appella. & ratio est,
quia electio consistit in mera voluntate, vnde qui eligit potest
variare, & mutare propositum. Non ita est in declaratione,
seu interpretatione, quia qui declarat, dicit, quòd sic à prin-
cipio intellexit, vnde si postea contradixerat, est suspectus, ideo
non admittitur eius variatio. Alia est etiam differentia inter
2 electionem, & declarationem: quia facultas † eligendi trans-
mittitur ad hæredes, sicut transmittitur ius ipsum stipulatio-
nis. l. si stipulatus fuerim illud aut illud. ad fin. prin. ff. de ver.
oblig. Sed facultas declarandi non transmittitur ad hæredes
secundum communem opinionem, vt est gl. nota. in l. inter sti
pulantem. in §. j. in versi. actori. quæ dicit, scilicet viuenti, vbi
plenius per Iai. post alios. ff. de verb. oblig. & gl. in l. Pompo-
nius scribit si frumentum. §. fi. ff. de rei vendi. & Bald. in l. fin.
col. iij. C. de codicil. ponderat ibi esse text not. quòd libellus
3 † semel declaratus nõ potest amplius declarari. Contra istam
conclusionem communiter approbatam in d. l. quicquid astrin
gendæ. tenet idem Matth. infrà sing. penul. incip. nota quòd
4 facultas declarandi. Et dicit † esse contra eum de directo in
l. qui ex pluribus. & ibi gloss. in ff. de verb. oblig. & licet Bart.
ibi respondeat, quòd loquitur ille tex. in electione, & non in
declaratione, secundum Matth. illa solutio non est vera: quia
ibi stipulatus fuit fundum Seianum, & promissor plures fun
dos habebat eiusdem nominis, & sic partes ibi senserunt de
certo fundo, sed est incertum de quo, & sic ibi propriè cadit
declaratio, & tamē ibi gl. vult, quòd sæpius possit variare, &
certè tex ille multū stringit in oppositum. Tenēdo tamē præ-
dictā conclusionē, illi tex. respõdet Iai. in d. l. qui ex pluribus.
& cū gl. tenet etiā Bar. in l. inter stipulantem. § j. in fi. ff. de ver.
oblig. Bal. in l. de die. in prin. col. fi. ff. qui satisdat. cogan. & in
l. serui electione. in prin. & in l. huiusmodi §. Stichū. ff. de leg.
j. & in l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. & Bal. in c. j. col.
ix. de constitu. & c. fi. in vlti. col. de postul. præla. & in c. dile-
ctis. in vlt. col. de iudi. & in c. in præsentia. col. viij. de proba. &
in c. fraternitatis. col. penul. de testi. quibus in locis dictam gl.
sequitur, & dicit ad hoc sing. Per quam etiam alibi idē Bal. in
5 l. ij. C. de senten. ex peric. recitā. dixit, quòd iudex † non potest
nisi semel suam sententiam interpretari, quod etiam tenuit
Imol. in l. ab executore in prin. ff. de appel. Bar. in d. l. inter sti-
pulantē. §. j. in fi. Quod intelligitur verū in diffinitiua: in in-
terlocutoria autē dic vt per Ang. & per Alex. in d. l. quicquid
6 astringendæ. Et facit quia † in illis casibus, in quibus admitti-
tur variatio, non potest nisi semel variari. tex. est notab. in l. si
quis iusiurādum. C. de rebus credi. quē tex. ita ad hoc no. Bal.
in auth. habita. col. ix. in iij. q. ad fi. C. ne filius pro patre. Et per
illū tex. dicit Bar. in l. post legatū. in prin. vlti. col. ff. de his qui-
7 bus vt indig. quòd positio † non potest nisi semel tantū reuo-
cari. & ita etiam tenet Bal. in l. j. col. fi. C. de furt. & plenè tra-
dit vberrimus doc. d. And. Tiraq. in l. boues. §. hoc sermone.
8 ff. de verb. signi. Et inquantum † dicit hic Matth. hoc facere ad
q. testis, qui post suum dictum perfectum non potest variare,
ratio est, quia præsumeretur suspectus, nisi hoc faceret incon
tinenti antequam eius dictum habeatur pro perfecto & com-
pleto. nā tunc tam testis, quàm pars potest variare, quia non-
dum videtur declarasse, ex quo perfectè & completè, non di-
xit. arg. l. contractus. C. de fide instrumen. & de teste habetur
tex. in c. præterea. vbi gl. & doct. de testib. cog. Bar. in l. repeti.
& ibi Hippol. de Marsil. latè. ff. de quæstio. & not. Bartol. in l.
eos. ff. de fal. & dicit Bal. in l. presbyteri. col. j. C. de epis. & cle-
9 ri. quòd testis † potest corrigere dictum suum ante aperturam
processus, & antequam loquatur cum parte. alleg. Innoc. in c.
cùm dilecti. de accusa. & facit gl. ordi. in §. illud tamen. in ver.
10 non habebit. in auth. de testi. Et est aduertendum † in practica
quòd si testis incontinenti reuertatur ad notariū, & faciat si-
bi legi dictum suum, & dicat notario, Ego non dixi sic, nõ est
licitum notario emendare scripturā, nisi iudicis mandato fa-
ciat. ita notat Bal. in d. c. præterea. col. pen. de testi. cogen. De
11 parte autem † quòd possit incõtinenti responsionem, vel con
fessionem suam reuocare, est gl. nota. in c. fi. in versi. iusta cau
sa. de iureiuran. in vj. quam ibi sequuntur doct. & Bald. in l.
edita. C. de eden. in repeti. Paduana. in penul. char. versi. sæpè
accidit, quòd quis vult emendare positiones, & idem Bald. in
d. l. j. col. ix. C. de fur. Et dicitur incontinenti reuocare ante-
quam sit redacta in scriptis: vt est solennis gloss. xxxij. q. j. c.
apud misericordem. & per Alex. in con. lxxj. vol. iij. incip. cla
rissime domine iudex. col. j. & con. lxxxvij. vol. v. incip. viso
themate suprascripto. col j. & consi. xcij. vol. v. inci. viso & op
portunè discusso processu. col. fin. Hoc tamē intelligitur, nisi
talis cõfessio, vel responsio fuerit per partem acceptata, tunc
non potest vlterius reuocari, nisi probato errore, ita singul.
tenet Bal. in l. Gallus. §. j. ff. de libe & posthu Et sequitur Lu-
do Rom. in l. j. § si quis simpliciter. ff. de verb. oblig. & in cõsi.
cccxxxiij. incip. quò ad primum. ad fin. Alex. consi. xc. incip.
ferè omnis vis huius. vol. j & d. consi. xcij vol. v. incip. viso &
opportunè discusso processu. col. fin. & in d. l. quicquid astrin
gendæ. & ibi Iai. ff. de verb. oblig. Gabr. Saray.

CLXXII.

1 Si vnum est in obligatione soluendi, & aliud in potestate soluendi, per litis contestationem perditur potestas soluendi.

1 NOta, quòd si vnum est † in obligatione, & aliud est in potestate soluendi, per litis contestationem perditur potestas soluendi, vt puta, debes mihi x. & promisisti dare decem in pecunia numerata, vel in frumēto: Certè decem sunt in obligatione, & frumentū in potestate soluendi, & lite contestata, perdis potestatem soluendi, & præcise compelleris ad decem. casus est singul. in l. si quis stipulatus fuerit decem. in fine. ff. de solut. Et hoc dictum intellige quando vtrúque venit ex dispositione hominis: Secus si vnum veniret ex dispositione legis, & aliud ex dispositione hominis: quia tunc post sententiam tantum perditur potestas soluendi. Vide quod not Bar. in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. oblig. ver. nonò restat iuxta prædicta.

ANNOTATIO.

1 Si in instrumentis confessionatis, & continentibus guarentigiam, vnum venit in obligatione, aliud in solutione, an duret facultas soluendi, donec petatur executio illius instrumenti, vel donec fiat litis contestatio, vel quasi super illa executione: & qualiter in hoc sit formandus libellus?

2 Mitius agitur cum homine, quàm cum lege.

3 Dotis instrumento si contineatur, quòd certa pars pecuniæ dotis

debeat conuerti in emptionem vestis vxoris, an pecunia, vel vestis sit in obligatione?

Ad hoc vide Bar. in l. si maior. C. de transact. & quod no. Bal. in l. per hanc. C. de temp. appel. & in l. si quando. §. j. in fin. ff. de lega. j. Et quid si competat ex dispositione testatoris, tradunt Bar. Paul. de Cast. in d. l. si quando. §. si hæres. ff. de lega. j. & plenè per Bart. in d. l. si quis stipulatus fuerit decem in melle.
1 ff. de solut. vbi subdit, quòd si in instrumentis † confessionatis, & continentibus guarentigiam, quæ habent executionem paratam, sicut sententia, vnum venit in obligatione, aliud in solutione, durat facultas soluendi, donec petatur executio illius instrumenti, vel donec fiat litis contestatio, vel quasi contestatio super illa executione. arg. l. item veniunt. §. cùm prædiximus. ff. de peti. hæred. & l. miles. §. decem. ff. de re iudica. Vnde dicit, quòd hoc casu debet formari libellus hoc modo, videlicet, vt petatur illud tantùm, quod est in obligatione, nec habet necesse actor dicere, quòd ille sit liberatus aliud soluendo. Et si actor velit aduersarium reddere certiorem, posset dicere, Peto reũ condemnari ad decem: & paratus sum recipere ante litem contestatam illa decem in melle. Et ibi dicit prædicta procedere, quando vnũ est in obligatione, aliud in solutione ex dispositione hominis, Secus si ex dispositione legis, quia tunc non præcluditur facultas soluendi, nisi donec
2 iudicati actione conuenitur, & ratio est, quia † mitius agitur cũ homine, quã cum lege. l. amplius. & ibi Bar. ff. rem rat. hab. Et vide primã distinctionẽ Albert. de Rosa. in d. l. si quis stipulatus fuerit. vbi subdit, quòd hoc facit pro decisione quæ-
3 stionis, quãdo † aliquis maritat filiã suã, & in instrumẽto dotis continetur, quòd certa pars pecuniæ dotis debeat conuerti in emptionem vnius vestis vxoris, & dubitatur vtrum pecunia, vel vestis sit in obligatione: & dicendũ est, quòd pecunia est in obligatione, & vestis in solutione. Gab. Saray.

CLXXIII.

1 *Culpa leuissima venit in actione mandati contraria. Et idem in actione depositi contraria.*

1 NOta, quòd in actione † mandati contraria venit leuissima culpa, vt est casus sing. secundum Bar. qui non est alibi in l. si seruus communis. §. quòd vero. ff. de fur. Idem in actione depositi contraria, vt ibidẽ est text. qui non est alibi secundũ ipsum. Et propterea hoc tene menti, nã prius dixissem contrariũ: nam in deposito nõ venit nisi dolus & lata culpa. no. in l. j ff. deposi. quod no.

ANNOTATIO.

Adde Bar. in l. quod nerua. ver. octauò. & ver. sed quæro. & ver. nono principaliter quæro. ff. deposi. & vide in l. iij. §. miratur. ff. nau. caupo. stabu. & per Bar. in l. contractus. ff. de reg. iur. & ibi latissimè tradit Deci. & Cagnol. Gab. Saray.

CLXXIIII.

1 *Mora rei nocet fideiussori, Fallit vt ibi.*

1 NOta, quòd mora † rei nocet fideiussori, vt l. mora rei. ff. de verb. obli. Quod limita, nisi post factam oblationem per fideiussorem reus fuerit in mora: quia tunc non nocet fideiussori: vt est casus singularis, & non est alibi secundum Bar. in d. l. mora. suprà alleg.

ADDITIONES.

Not. quòd mora, &c. in fi. Adde quòd idem tenent Dyn. Raph. Imol. Pau. de Cast. Aret. Alex. & communiter omnes quicquid ibi dixerit Ang. in d. l. mora. hic alleg.

Idem tangunt & latè disputant doct. & maximè Ang. & Alex in l. iij §. si is pro quo. ff quod quisque iur. Gabriel Sarayna.

CLXXV.

1 *Promittens tractare aliquem vt filium, tenetur illum emancipare de facto, vel instituere, vel exhæredare.*

1 NOta, quòd si quis promittit † aliquem tractare vt filium, adiecta certa pœna, tenetur ipsum saltẽ emancipare de facto, vel instituere, vel exhæredare: aliàs cõmittitur pœna: vt est casus singula. secundum Bar. ff. de verb. obliga. l. quidam cum filium. Imò quod plus etiam est, exhæredari potest sine causa. quod not.

ADDITIO.

1 *Exhæredare etiam iniustè possum impunè illum, quem vt filiũ tractare sub pœna promisi. & an hoc possit iniquum dici?*
2 *Verba non debent extendi, vt plus comprehendant, quàm verborum proprietas designet.*
3 *Pater potest filium iniustè exhæredare, & tali exhæredato datur querela.*

1 Qui promisit † aliquẽ tractare vt filiũ sub pœna, potest eum impunè, etiã iniustè exhæredare. d. l. quidam cùm filiũ, & ibi omnes doct. ff. de verb. oblig. nec hoc videtur iniquũ, quemadmodum putauit ibi Pau. de Cast. Nam hoc videtur procedere ex mente promittentis. Aliàs sequerẽtur multa absurda. Primò, quòd plus fauoris haberet iste, qui non est verè filius, vel si est filius, est filius ciuilis tantũ, idest, adoptatus, quàm filius legitimus & naturalis, quod patet, quia quando exhæredatio est iniusta, filius legitimus & naturalis habet solũ remediũ querelæ, quod est temporale, & in quo filius secundũ ista tempora onerum habebat probare se fuisse iniustè exhæredatũ. l. liberi. C. de inoffic. testa. Iste autẽ qui debet tractari, vt filius, haberet nõ solum querelã, sed etiã obligationem ad pœnã, quę pertineret ad eũ, qui est stipulatus, & timore talis pœnæ promittens præsumeretur se magis abstinere ab exhæredatione. Secũdò hoc modo esset fauorabilius debere tractari vt filius, quàm esse filius verus & naturalis, quod est contra verba stipulationis: quia promittens promisit eũ tractare, vt filiũ, non autẽ plus neque fauorabilius, vnde ista verba, Promitto te tractare vt filiũ, ex sua proprietate importans, pro-
2 mitto te tractare, vt tractantur filij: ergo † non debent extẽdi, vt plus cõprehendant, quã verborũ proprietas designet, & sic quòd promiserit tractare, prout debent tractari filij, & sic quòd possit exhæredare etiã iniustè, sicut etiã veri parẽtes filios legitimos & naturales possunt. Tertiò hoc esset contra mẽtem promittentis, qui non videtur plus dilexisse hunc extraneum, quàm filiũ verum, & naturalẽ, & plus voluisse cõferre, quàm filio naturali, & quòd poterat in filio naturali, non posset in
3 isto ciuili. Cùm ergo filiũ † naturalẽ & verũ possit iniustè exhæredare, & tali exhæredato datur querela, ergo idẽ in casu isto, & sic iniustè exhęredãs nõ incidit in pœnã. Quartò, quando in stipulatione fuit expresse dictũ, quòd non posset illum exhæredare, tunc non potest iniustè exhæredare, sed iustè: ergo quãdo istud nõ fuit expressum debet promittẽs posse exhæredare iniustè, nec per hoc debet incidere in pœnã, cùm faciat illud, quod veri parẽtes solent facere, licet facere nõ debeant. Et quod dictũ est de exhęredatione, idem etiam procedit in emancipatione, vt latè prosequitur Ias. in d. l. quidã cùm filium. in vij. not. nu. 13. & seq. Gab. Sar.

CLXXVI.

1 *Duo rei quando videantur inuicem fideiubere respectu creditoris, etiam si non egerent beneficio duorum reorum.*

1 NOta, quòd in duobus casibus † duo rei videntur inuicem fideiubere respectu creditoris, & sic non egerẽt beneficio duorum reorum. Primò, quando est actum expressè inter contrahentes. l. reos. ff. de duob. reis. Secundò, quando est color quæsitus, quando fit causa fraudandi, vt l. sed Iulianus. §. j. ff. ad Macedon. & l. vir vxori. ff. ad Velleian. & not. in d. l. reos.

ANNOTATIO.

Idem tradit Bal. in l. j. C. de duobus reis. & in l. in duobus. §. vbi duo. ff. de duobus reis. & in consi. clxviij. volu. iij. & Bart. plenius & expressius in d. l. reos. col. ij. ver. si ergo quæritur, an duo rei videantur. vbi latissimè loquitur insignis doctor Ioã. Ronchegallus nu. 13. & 20. Et Ang. Aretin. Instit. de duobus reis. in fine principij. nu. 9. Gab. Sar.

CLXXVII.

1 *Fideiussor de iudicio sisti liberatur lata sententia. fallit, vt in addit. nu. 1.*

1 NOta, quòd fideiussor † de iudicio sisti liberatur lata sententia: vt est casus singularis secundum Bar. in l. Græcè. §. & post litem. ff. de fideius. qui casus alibi non reperitur.

ADDITIO.

Nota, quòd fideiussor, &c. Adde etiam Ang. qui dixit tex. hic alleg. esse singularem, l. fideiussor. § in fideiussorem. qui satisd. cogan. & ibi Magister meus in ij. col. in princ. dicit concordare

l. j. aut

l.j.iuncta gl.parua.in ver.iudicio.ff.si ex noxa.cau. agat. & ibidem limitat istam regulam duobus modis,vide per eum.

2 *Fideiussor de defendendo,non tenetur post sententiam.*

1 Limita hoc procedere,nisi † fideiussor promisisset reum præ-
sentare toties,quoties curiæ videbitur, de quo in l. si quis. ff.
de cust.reor & not.in l.ij §.si & ibi latè Alex.& Ial. nume.7.
ff.qui satisdare cog.& Fely.in c.in nomine Domini. ij.col. de
2 testib.& vide Bar.in l.fi.C.de fideius.Idem † etiam est in fide-
iussore de defendêdo,quòd nô tenetur post sententiã. l. cùm
quærebatur.& ibi Bar.in fine prin.ff.iudic.sol. & facit quod
dixit Pau.de Ca.in d.l.Græcè.§.& post litem. quòd qui pro-
mittit defendere,promittit sistere.Et adde ea quę latè scribit
Ronchegallus in l.reos.in princ.nu.23.ver. & inprimis.ff. de
duobus reis.& Petrus Dueñas in regula cccxxxiij incip.fide-
iussor de iudicio sisti tenetur successiuè. Gab.Sar.

CLXXVIII.

1 *Nouatio potest fieri per quemcunque contractum stipulatione non interueniente.& in addit.nu.1.*

1 NOta,quòd stipulatione † nô interueniente potest fie-
ri nouatio per quêcunque contractum.l.si mandato
meo.§.fi.ff.mand.qui est casus singularis l.fi. C.de nouat.
Licet stipulatio operetur ꝙ præsumebatur esse factam
nouationem etiam si hoc ageretur:quod secus est in alio
contractu,vt not.Bar.in l.j.ff.de nouat.in ij.& iij.q.

ADDITIO.

2 *Nouatio an fiat, si sententia dicat, Si non solueris intra tempus, amputetur sibi pes,vel manus?*
3 *Nouatio an per delegationem inducatur?*
4 *Nouatio fit etiam quando contractus se non compatiuntur.*

1 Nouationem fieri † per quêcunque alium côtractum absque
stipulatione,tenet etiam Lud.Bolog.in consi.lix.col.iij.versi.
additur etiam aliud. & do. Maria. Soci.in consil. xxj.col.iij.
versi.nec obstat,si diceretur.& Doct.maximè Moder.in l.sin
gularia.ff si cer.pet.& Cotne.consi.xxxiij.vila.num.10.volu.
ij.& consi.xxvj.nu.13.vol.uj.& Alex.in l.si diuortio.ff. de ver.
oblig.& per Spec.in tit.de oblig.& solut.§.j.versi. consequen
2 ter.& seq.Et an nouatio † fiat,si sententia dicat,Si non solue-
rit intra tempus,amputetur sibi pes vel manus,tradit Cornel.
consi.v.nu.1.vol.iij.& Ioan.Bapt. Ferre. in consi. cxxix. pro
3 reuerendo do.Marco.nu.7.& seq.vol.j.vbi ponit,an † noua-
tio per delegationem inducatur.quod etiam ante eum elegan
ter scripsit Deci.consi.ccccxxj.nu.16.Et vide in materia noua
tionis eundem Deci.consi.cvij.nu.1. & consi. cccclxiij.nu.15.
4 vbi tradit nouationem † etiam hodie fieri quãdo côtractus se
non compatiuntur. Et plene tradit Alber.Brun. in tracta. de
augmento, in tertia principali conclusione, num. 40.versic.
tertiò propiùs ad materiam. Gabr.Satay.

CLXXIX.

1 *Dispositio l.humanitatis.C.de impuber. & alus substit. loquens in mente capto,an habeat locum in furioso?*

1 NOta,quòd † si quæratur, an l.humanitatis. C. de im-
pub.& aliis substi.quæ loquitur in mente capto, ha-
beat locum in furioso? Et videtur quòd non: nam non
potest negari, quòd nô sit lex noua exorbitans,quia con
tra regulas communes substitutionum Item nec antè si-
ne principis rescripto hoc fieri poterat.l. ex facto. ff. de
vul & pup.Puto legem,quæ loquitur de mête capto, non
habere locum in furioso l. si furiosi. C. de nup.& ibi bo-
nus tex.Tamen dic,quòd habet locum in furioso, vt est
tex.qui non potest cauillari,coniuncta gl.in.§ fi l.j ff. de
cur.fur.qui est tex.multum not.quo ad hoc.

ADDITIO.

1 *Mente captus accipitur pro quolibet insipiente.*
2 *Furiosus & mentecaptus æquiparantur.*
3 *Mutus surdus,& prodigus non possunt testari.*
4 *Intellectus l si furiosi C.de nup.*

An l.humanitatis. C. de impub. & aliis substi. quæ loquitur in
mentecapto,habeat locum in furioso? & videtur dicendum
quòd sic,& ita tenet ibi Bal.col.ij.versi.venio ad quartum. &
ad hoc videtur tex.in l.fin.in prin.C.de curat.furi.quem text.
Ful.in d.l.humanitatis adducit,& Imol.in l.ex facto vt Alex.
ibi refert.col.xj. & ibi inducit text.in d. l. humanitatis. quia
1 accipit † mentecaptos pro quolibet insipiente,& sic largo mo
2 do.Et ad hoc facit,† quia æquiparantur furiosus,& menteca-
ptus:vt not.Bal.in l.sed & milites.§.iam autem.ff.de excus.tu
tor.allegat tex.in §.& hæc diximus.ibi,furiosi or si aut demen-
tium.in authen.vt hi qui oblig.hab.per hi.res minor. & est gl.
in l.ij.per illum text.ff de curat.fur.facit tex.in l. dabimus. in
fin.cum l.seq.ff.de priuileg. credit. & notat etiam Bal. in l. ij.
C.de curat.fur.cum si.& tradit Alex.in consil. liij.ad quæsi-
tũ.vol.j.& videtur tex.in l ex facto. in versic.nã & si furioso.
3 ff.eo.Et idem † concludit in muto,surdo,& prodigo,quia isti
pariter non possunt testari. Institut. qui.non est permis. face.
testa.§.prætereà.& §.prodigus.& §.itê surdus. & dicit Alex.
in d.l.humanitatis.quòd hæc cômuniter tenêtur, & idê Alex.
in d.l.ex facto.col.vij. & idem concludit Nic. de Neapoli in
§.qua ratione.in fi.Instit.de pup.substi.vbi respôdet quibus-
dã rationibus,quę in prodigo in contrariũ adducuntur.Ang.
tamen in d.l.humanitatis.ver.ego.& in d.l.ex facto.tenet con-
trarium,quia cùm d.l.humanitatis. loquatur de mentecaptis,
non videtur habere locum in furiosis, nisi expressè facta sit
extêsio,vt est tex.in l.si furiosi.C. de nup.& ibi dicebat Fulg.
quòd multũ dubitaret,nisi esset tex.in d.l.fi.§.j.C.de cur.fur.
4 vbi † extêsio videtur facta ad furiosos.Sed ad illũ tex.in dicta
l.si furiosi. respondet Alex. in d.l.ex facto.quòd etiam si ab
Imperatore expressè ibi extêsio facta non fuisset,omnino ta
men tacita extensio fieri posset.Sed certè verba literæ ibi re-
pugnant:quia si extêsio habuisset locũ, non fuisset necessaria
illa prouisio,quã facit ibi Imperator cũ magno apparatu.Vn
de aliter responderi potest,quòd ibi non agitur de prouisio-
nê facta in fauorê mentecapti,prout in d.l. humanitatis. quæ
est fauorabilis,& extenditur à paritate rationis Et in d.l.si fu
riosi. potius agebatur de præiudicio, quàm de fauore ipsius
furiosi.Secũdò potest dici,ꝙ ante illã l.si furiosi. dubitari po
tuisset,sed post illã non videtur dubitandũ,ex quo Imperator
ita ibi declarauit. Tertiò etiã respondetur,ꝙ in d.l.si furiosi.
suppletur quòd deficiebat illi constitutioni in verbis,quæ lo
quebantur de mêtecaptis,sed quo ad mentê legis idem tamen
erat in furiosis.& ad hoc bene facit tex.in l.qui neque. § j.ff.
de reb.cor.ibi,ex sententia orationis idê dicendũ est.quê tex.
ad hoc alleg Deci in d.l humanitatis.in iij.no.in fin.& tradit
Alex.in l.si cùm dotem.§.si maritus.ff.sol.mat. Ga.Sa.

CLXXX.

1 *Institutio pro anima facta de diuite,qui pauper credebatur, valet,& hereditas ab eo aufertur,& in pios vsus conuertitur.*

1 NOta,quòd † si quis pro anima instituit diuitê, quem
pauperem esse credebat, valet illa voluntas vt pia,
sed debet auferri hæredi,& in pios actus conuerti:vt l.le-
gatum.ff.de vsufruc.leg. not.per Bar.in l.j.C.de sacrosan.
eccl. Quod facit ad quæstionem vulgatam,quæ est,an fi-
deicommissarij ad eligendos pauperes,si elegerunt diui-
tes,in quos pro anima fecerunt distributionê,quod va-
leat electio,sed bona sint auferenda per Episcopum,& in
pios actus conuertenda:aliâs secus.quod nota.

ADDITIONES.

Nota,quòd si quis,&c. Adde quòd Bald.in l.j.hîc alleg.in repet.
col.xviij.ver.diuitiæ.tenet oppositum.

1 *L.j.C.de fideicom.an habeat locum in alimentis relictis diuiti?*
2 *Relictum an semper possit conuerti in aliam piam causam?*
3 *Commutatio vnius relicti ad pias causas, an & quando possit in aliam piam causam fieri?*

Adde quòd Bartol. hoc tenet in d.l.j.in secunda quæstione prin-
cip. q. ij. numero 33. C. de sacrosanct. eccle. & Bartol. & ibi
Alexand.in apostil.in l.alio.col.ij.ff.de alimen.& cibar. legat.
& aliquid per Bar.in l.si cui annua. ff. de annuis legat. & per
Pet.de Anch.consi.xiiij.Bal.consi.ccclvj.volum.ij.& Alex.in
l.si certis annis.iij.columna.C.de pactis.vbi reprehêdit Ang.
1 ibi volentem,† quòd l.j. C.de fideicommis.non habeat locum
in alimentis relictis diuiti,& per Alexan. consil. cxxv. & seq.
volu.j.Barba.consi.lviij.col xvij.volu.j. pulchrè & latè Bal.
Nouel. in tractatu de dote, in v. parte princip. in vj. char. in
2 ver.nunc me transfero. Et † an possit semper relictum con-
uerti in aliam piam causam similem,tradit Bald.in l.si quis ad
declinandam.in xiiij.col.C.de episcop. & cler. Limita tamen
vt per Bar in l.liberto.§ Lucius.ff.de annuis leg.Et ad præfa-

cta vide quæ dicit Bar.in tracta. Minoricarum, quem sequitur Pet.de Anch.in cle exiui de ver.sig. Et quando ista com-
3 mutatio † fieri posut, latè tangit Bal.in l.j.vlt.col.C.de his quę pœnæ nomi.& diffusè ponitur per Alex.in apostil. ad Bart.in d.l.legatum ciuitatis.ff.de vsufru.leg. Gab.Sar.

CLXXXI.

1 *Hæreditas delata infanti, vel pupillo, non potest sine decreto iudicis repudiari.*

1 NOta, quòd † hæreditas vel bonorum possesio delata infanti, vel pupillo, non potest sine decreto iudicis repudiari: arg.l.magis.§.fundum.ff.de reb.eo. & ita not. Bar.in l.tutor.ff.de bon.pos. Et per hoc videtur multum limitandus text.in l.ij.§.tutor.ff de succes.edic. Sed cum decreto iudicis posset solus tutor repudiare, ita demum, si impubes non potest consentire, vt quia infans: aliàs videtur sua voluntas necessaria: quia si requiritur in aditione hæreditatis, vt l.potuit.C.de iure delibe. multò magis in repudiatione. Sic multò magis videtur limitandus tex.ad d.§.tutor.& d.l.tutor.ff.de bono.pos.

ADDITIONES.

Nota, quòd hæreditas, &c. Ibi, & not. Bart.in l.tutor. Adde quòd idem tenuit Bal.in l.bonorum.ij.C.qui admitti.in iij q & ibi Pau.de Cast & Magister meus Ias.col.ij. vbi latius cõfirmat, & dicit facere tex.in l.iij.§.si quid minori.ff de minor.

1 *Tutor solus potest agnoscere bonorum possessionem nomine pupilli, cùm sit loco domini, dum acquirit.*
2 *Tutor solus an hæreditatem repudiare possit?*
3 *Regula l.is potest.ff.de acqui.hære. quomodo procedat?*
4 *Repudiatio hæreditatis est quædam alienatio.*
5 *Alienatio administratori non conceditur.*
6 *Iudicis authoritas an requiratur in repudiatione hæreditatis infanti delatæ, quæ à tutore fit?*
7 *Tutor si hæreditatem pupillo delatam repudiauit, & alius adiuit, & fructus longo tempore percepit, deinde appareat, quòd tutor repudiare non potuit, an hæres, qui adiuit, teneatur ad fructus?*

1 Solus tutor † potest agnoscere bonorum possessionem nomine pupilli: est enim loco domini, dum acquirit.l.interdum.§.
2 qui tutelam.ff.de furtis. solus † tamen tutor repudiare nõ potest d.l.tutor.ff de bo.poss. & licet tex.in l.is potest ff. de acqui.hære.dicat, quòd ille potest repudiare, qui potest acqui-
3 rere: tamen Bar.respondet † quòd regula d.l.is potest.procedit in eo, qui suo iure adire, vel agnoscere potest: tunc enim is etiam repudiare potest. Secus est in eo, qui nomine, & ad vtilitatem alterius ratione officii adire potest, quia is repudiare non potest, vt no. Alex.in l.ti.C.de repud.bono.poss.& Alex.
4 in l.legatum.ff.de lega.j. Quod confirmatur, † quia repudiatio est quædam alienatio.l.magis puto.§.fundum.ff.de rebus
5 eo.quæ alienatio † administratori non conceditur.l.cõtra iuris.§.fi.ff.de pact. Quod procedit declarando vt per Alex.in l.more.§.pupillus.col.ij ff.de acqui.hære.& plenè per docto. maximè Moder.post Ias.& Decium, in d.l.bonorum.ij.C.qui admitti.& per Bar.in l.pupillorum.C.de repud.hæredita.vbi
6 tradit an in repudiatione † requiratur iudicis authoritas. & est tex.in l.iij.§.si quis minor.ff.de minor. Et tradit in terminis Alex.in additio. ad Bar.in d.l.tutor.ff.de bon.pos. vbi ea-
7 dem tacito authore trãscribit, & subdit, si tutor † repudiauit, & alius adiuit, & fructus longo tempore percepit, deinde appareat quòd tutor repudiare non potuit, an hæres qui adiuit, teneatur ad fructus, & si soluit creditoribus an possit retinere in restitutione hæreditatis. & allegat de hoc latè scripsisse Ludo.Ro.consi.cxlix. Gab.Sar.

CLXXXII.

1 *Sententia arbitri corrupti valet, licet obstet exceptio doli: Secus si contineat expressum errorem.*

1 NOta, quòd sententia arbitri † corrupti valet: licet obstet exceptio doli.l.iij.C.de arbi.& no.Iuno.in capi. cùm ab omni.extrà de vi.& ho.cle. Licet Io.dixerit contra.ij.q.vj.§.diffinitiua.versic.venales. Secus si contineat expressum errorem: quia est nulla, sicut sententia iudicis nota.in l.diem.§.itan.ff.de arbitris.

ADDITIO.

1 *Arbiter an si malè iudicat, faciat litem suam sicut iudex?*

Idem tacito authore tenet Alex.in d.l.iij.C.de arbitris.in princ. & Bal.in l.venales.C.quando prouoca.non est necesse. Et an
1 arbiter † si malè iudicauerit, faciat litem suã, sicut iudex, tradit Lanfr.de Oria.in tract.de Arbi.col.lvij.versi.trigesimoseptimò quæro. Gab.Sar.

CLXXXIII.

1 *Pater si instituat filium pupillum, & dicat, quòd ipso moriẽte relinquit omnia bona Titio, an illa substitutio possit esse vulgaris & pupillaris? Et quid si dixerit, ipso moriente sine liberis?*

1 NOta, q̃ si pater † habens filium pupillum dicat hæc verba, Instituo filium meum hæredem, & ipso moriente relinquo omnia bona mea Titio, vel substituo Titium: ista substitutio non potest esse vulgaris & pupillaris. Vnde si pupillus moriatur post aditam hæreditatem, & post completos xiiij.annos, nihil habebit substitutus. Secus si dixerit, ipso moriente sine liberis, vt singulariter no.Bar.in l.Centurio.ff.de vulg.& pup.

ANNOTATIO.

Hoc latissimè tradunt doctor.maximè Moderni, post Bar.in d. l.Centurio.ff.de vulg.& pup. Gab.Sar.

CLXXXIIII.

1 *Ius patronatus an cuilibet hæredi competat pro rata portionis hæreditatis, an vero æqualiter, licet ipsi sint disparibus portionibus instituti?*

1 NOta, si patronus † decedat pluribus hæredibus relictis ex disparibus portionibus, vt puta vno ex dimidia, alio ex tribus vnciis, dicitur ius patronatus esse apud quemlibet æqualiter. & ius præsentandi. Vnde si vnus fuerit pręsentatus ab aliis tribus, & alius ab aliis duobus, præsentatus à tribus obtinebit: vt no. Hosti.Inn.& Ioan. And.in c.j.de iure patrona. Idem multò magis si testator iussit hæredibus ecclesiam construi, vel altare ordinari: Secus verò vbi essent duo patroni, & vnus relinquat vnũ hæredem, & alius plures. nam tantum valebit vox istius vnius, quantum vox illorum plurium, vt cle.plures alias. ff.de iure patrona.

ADDITIO.

1 *Ius patronatus cum competat insolidum, non venit in diuisione.*
2 *Patroni si discordẽt in præsentatione, Episcopus gratificat, cui vult ex præsentatis.*

Cano.tradunt in d.c.j.de iure patro.& ibi, Do.Abb.& in c.querimonia.eo.titul.& Bal.in l.familiæ.C.communia vtriusque
1 iudicii.vbi dixit, quòd † cùm ius patronatus competat insolidum non venit in diuisione. & idem Bal.in l.eam quam.in fi. C.de fideicom.& facit quod not.Abb.in ca.ex insinuatione. nu.6.de iure patro & Abb.in c.in Genesi.col.ij.de election.& in c.ij.ad fi.de iure patron.& Feli.in c.cùm omnes.de constit. ver.& ex istis infert vtiliter.nume.46 & facit quod no.idem Feli.in rub.de treug & pace.in ver.& dicit Abb.nu.10.quòd
2 si patroni † discordant in præsentatione, Episcopus gratificat cui vult ex præsentatis.& per Specu.in titu.de iure patrona. ver.si autẽ est quæstio.nu.7. Et de hoc articulo latè vide Cæsarem Lambertinum in tract.iuris patro.lib.j.viij.articul.ij. quæstio.princip.j.partis, qui cæteros refert, & eleganter loquitur. Gab.Sar.

CLXXXV.

1 *Testator si iubeat ecclesiam construi, illa non fiet beneficium ecclesiasticum, nec quæretur ius patronatus, nisi authoritas Episcopi interueniat.*

1 NOta, q̃ si testator † iubet ecclesiam construi, vel altare, & assignari ei tantam dotem, illud nunquã fit beneficium ecclesiasticũ, nec quæritur ius patronatus, nisi authoritas Episcopi interueniat, vt not.Io. Andr.in c.ex insinuatione.de iure patrona.

ANNOTATIO.

Faciunt quæ no.Abb.in c.parentibus.de priuil.& in c.sopitæ.& cap.fi.de censib. Feli.in capit.de quarta.colum.iiij. versi. terna declaratio.de præscriptio.& Roma.singu.cccxxv. Tu Senensis habes.& idem Rom.consi.cccclxxvij. In casu proposi- tæ.col.

tæ.col.ij.& Cæpol.in cautel.ccxxij.& pulchrè per Catellia. Cot.in memoral.in ver.facta non præsumũtur.in fi. Ga.Sa.

CLXXXVI.

1 *Mendicantes an possint de iure promoueri ad beneficia curata,& an possint prædicare?*

2 NOta,quòd † Mendicantes possunt de iure promoueri ad beneficia curata, sicut alij, nisi quando transierunt ad ordines non Mendicantes, vt in cle.j.de regu.in gl.in verbo,Mendicantes.Item(quod est mirabile)isti fratres Mendicantes translati ad ordinem non Mendicãtium,non possunt publicè prædicare, quod probatur in d.clemẽ.j.& oot.gl.in verbo,officia. & nota, quia quilibet prima facie diceret contrà,&c.

ADDITIO.

1 *Mendicantes translati ad ordinem non Mendicantium non possunt publicè prædicare,nec doctorari possunt tamen assumi ad beneficium curatum.*

Cardin.in d.clemẽ.j.de regula.plenè hanc materiam tractat, vbi
1 etiam dicit,quòd † non solùm non possunt prædicare,sed nec etiam doctorari,& ibi in quinta quæst.subdit,quòd bene possunt assumi ad beneficium curatum. Gab.Sar.

CLXXXVII.

1 *Creditor vbi petit debitum,& debitor confitetur partem,non sufficit ad hoc vt constituatur in mora in parte cõfessata quòd creditor se offerat recepturum,sed debet dicere, Da mihi.*

2 *Mandati an teneatur dominus,qui dixit famulo iniuriato, Non venias domum,nisi facias taliter,quòd audiam nouum,si famulus iniuriantem occiderit? Et quid si expressè vetuit,ne occideret?*

1 NOta,† quòd vbi creditor petit debitũ,& debitor confiteatur partem,non sufficit ad hoc,vt cõstituatur in mora in parte cõfessata, quòd creditor se offerat recepturum,sed debet dicere,Da mihi.ita not.Bart.in l.qui solidum.in prin.ff.de leg.ij.Et est ratio,quia sicut in debitore ad hoc vt cõstituatur creditor in mora, requiritur manualis oblatio,non solùm verbalis.l.quidam existimauerunt.ff.si cer.pet.& l.qui residuum.C.qui pot. in pig. hab. Ita in creditore:quia debet se offerre manualiter recepturum.Sed videtur Bar.sentire contrarium in l.si quis mihi bona.ff.de acquir.hære.in §.sed quid si mandauit.& §. pater Seio.vbi videtur tenere,quòd per ista verba debitor constituitur in mora dicendo extra iudiciũ,Ego indigeo illa pecunia.Nec ob.si dicatur,ꝙ ibi loquitur, quando totum debitum erat liquidum,quòd eadẽ debet esse ratio partis quò ad partem,sicut totius quò ad totum.Et vtrunque dictum puto verum in casibus suis,vt in l.tutor. §.Lucius.ff.de vsur.tamen vide ibi not. Et per hoc inducebat Bar.ad quæst.de domino famuli iniuriati,qui di-
2 xit,† Nunquam intres domum meam, nisi facias taliter, quòd audiam nouum. Modò ille bonus famulus iuit,& occidit iniuriantem,an dominus debeat puniri tãquam mãdans?Certè fuit determinatũ,quòd sic,& ita vnus miles fuit decapitatus,ita ibidẽ not.Bar.Et plus dico, si dominus dixisset talia verba:Facias ꝙ audiam nouum, expressè iubendo,quòd non occidat,tamẽ si eum occidit, tenetur mãdati.casus est notab in c.fi.de homic.lib.vj.

ADDITIONES.

Nota,quòd vbi creditor,&c.Ad istud not.vide plenè per magistrum meum Ias.in d.l.quidam existimauerunt.hic alleg.col. ij.vbi dicit,quòd inquantũ Matth.allegat Bar.hic in ver.sed videtur,quòd istud nõ dicit in libro suo,nec verè hoc dicit in meo. In fi.ibi,Et plus dico.Adde Bal.in l.non ideo minus. in xviij.q.C.de accusa.& vide Magistrum meum Ias.in l.j.in vj.col.C.de ser.fugi.vbi limitat dictũ Bar.sex notabilibus modis.Aliquid dixi in addi.ad sing.Ludo.dccxx.incip. Tu scis.

1 *Oblatio verbalis debitoris constituit in mora,quãdo creditor protestatur se nolle pecuniam recipere.*

2 *Cautela ne creditor constituatur in mora per verbalem oblationem debitoris.*

1 Oblatio verbalis † constituit in mora,quando creditor protestatur se nolle pecuniam recipere.ita Bal.sing.in l.j in j.col. ver.modò quæro.C.ne lic.in vna cau.ter.prouo.sequitur Alexan.post Comen.& Pau.de Cast.in l.si mora.col.iij.in v.fallen.ff.sol.ma.& pro sing.refert Aret.in l.qui Romæ.in prin. in j.no.ff.de ver.obl.vbi contrarium tenet,quia leges allegatæ per Bal.non probant,vbi etiã fatetur Alex.in d.l.si mora. licet posteà idem Alex.in d.l.qui Romæ.in prin.in j.col.sequatur hoc dictũ Bal.& multum cõmendet pro limitatione l.qui
2 decem.§.j.ver.idem tamẽ.ad fi.ff.de solu.Et propterea † datur singulare remedium ad hoc,ne creditor cõstituatur in mora per verbalem oblationẽ,iuxta l.acceptam.C.de vsur.nam dicit Bal.in l.pe.ad fi.ff.de distrac.pig.quòd quando debitor dicit,Sum paratus soluere, debet creditor respondere, Et ego sum paratus recipere:quod remedium pro singulari cõmendat Aret.in d.l.qui Romæ.in d.j.not.& Ias.in l.ij.in lxiij.col. ver.circa tamẽ illud.C.de iure emphy.& per Imol.in l.si seruus cõmunis.ff.de vulg.& pup. quod approbatur etiam per Alex.qui hoc sibi adscripsit in d.l.si mora.col.v.ver.omnesta mẽ.ff.sol ma. Tutius tamẽ erit,si creditor dicat,Da mihi nũc, iuxta notabile dictũ Bar.in d.l qui solidum.in prin. ff.de leg. ij.declarãdo vt per Matth.hic,iunctu his,quæ scribit Ias.in l. quidã existimauerũt.in ij.not.ff.si cer.pe. quia tali casu oblatio verbalis non releuat.d.l.qui decem.ver.idẽ responsum.ff. de sol.Alex.consi.cvj.col.vj.ver.non obstat etiã.vol.iij.& cõsi.xxxix.vertitur his.col.j.vol.v.& faciũt quæ latius dixi suprà sing.cxxvij nota,quòd oblatio facta. & sing.cxxviij.not. quòd vbi quis debet offerre.vbi plenius dixi. & Catel.Cotta in memor.in ver.oblatio verbalis.& Deci.in d.l.quidã existimauerũt.in ij.not.ff.si cer.pet.Ibi,Et per hoc inducebat Bart. ad q.de domino,&c. Adde Ang.in tract.malefi.in ver.Sempronium mãdatorẽ.xxj.q.Pau.de Ca.consi.cclxij.Abb.post Pe. de Anch.in c.ex his.per illũ tex.de exces.prælat.& in c.pen. ne cle.vel mona.& in c.sententia.de cler.purga.Bal. in c.veritatis.col.iij.de dolo & contu. Alex.consi.lxix.vol.ij.& cõsi.liij. & cõsi.cvj & cxxvij.vol.iij.Bal. cõsi.lxxxj.vol iij.plenè per Hippo.de Marsil.in consi.cxxxij.Alex.& Iason in d l.si quis mihi bona §.sed quid si mãdauit.ff.de acqui.hære.Rom.singu.dccxx.tu scis quòd Bar.& ibi dixi in additionibus, & Ias. in l.j.col.v.ver.cauetur quòd in prædictis casibus ff.si cer.pe. dicit se dubitare de dicta decisione,ea ratione,quòd ex præsumpta probatione debet quis mitius puniri. Alex.in additionibus ad Bar.in d.§.pater Seio subobscurè eam decisionẽ impugnat,alia tamen ratione.Illam tamẽ post multa approbat. Et tradit latè Pet.Dueñas in reg.cccij.incip. famulo dicens. Ias.in l.j.col.vj.C.de ser.fugi.Anto Corse. in singularibus. in litera P.in ver. Præceptũ.in sing.ccix.incip.famulus cuiusdã nobilis.& per Feli.in c.sicut dignum.& in c.Petrus.in iij fallen.extrà de homici.Chessa.in consi.xlix.& Io. Mari. Rimi. consi.xj.nu.3 volu j.Quod extenditur,vt per Matth. hic,etiã si dominus expressè prohibuisset famulo,ne occideret, per tex.in d.c.fina.de homicid.in vj.& tradit Hippo.de Marsil. in consi.x.& consi.lxvij.& Cæpo.consi.xxxiij.& plenius per Ludo.Care.in trac. de homici.in §.circa.ij.nu.38 Deci.consi.ccxxxiij.in fio.& consil.dcxxij.& dominus & præceptor meus do.August.Beroius in 2.quæstio.familiari.& Marian. Socin. in cap.audientiam.nume.74.de homicid.cum cæteris traditis & cumulatis per domi Petrum Plaz. Hispanum in epitome delictorum.lib.j.cap.xv.col.iiij.versicu.secundò ex eodem fonte. Gab.Sar.

CLXXXVIII.

1 *Testes inhabiles in subsidium in quacunque causa cum tormentis admittuntur,ne veritas occultetur: & quando sine tormentis admittantur?*

2 *Aduocatus in subsidium admittitur in testem pro cliente,sed debet torqueri.*

1 NOta,ꝙ in subsidium † quotiescũque non possunt haberi testes integri,seu habiles, admittuntur testes nõ idonei,ne veritas occultetur,siue causa sit criminalis,siue ciuilis ex crimine vero,vel ex contractu, vel quasi,vt probatur in l.diuus.ff.de quæst. iuncta auth. si dicatur.C.de testibus. & in cap forus. de verborum signification.Item probatur in l.consensu §. super plagis. C de repudia.& in cap.veniens.gloss.ij.extrà de testib. & probatur in cap.j in fine.extrà de re iudica. & in cap.fi. & ibi not.extrà de testi.cog.& in cap.iij.de testi. Hoc tamen debet intelligi sane:nam si testes non sunt idonei , vel ex defectu famæ, vel status, vt quia sunt criminosi,vel infames de iure vel de facto , vel serui , non debent admitti.

sine tormentis.l ob carmen.§.fi.de test.quæ est canonlzata,2.q.iiij.c.item criminali.ver sinautē & not.per glo & doct.in c.cūm P.de accu.& tenet Io.And.in c.cum in cōtemplatione.de reg.iur.in antiquis.Licet Bar.senserit cōtrarium in l.ex libero.ff.de quæstionibus.quia in causa ciuili non sunt torquēdi liberi homines producti in testes etiam viles vel infames.Secus est autem quādo testes non sunt idonei alio respectu,quàm nomine infamiæ criminis,vel status,quia tūc licet admittatur in subsidium,admittūtur sine tortura.d.l.cōsensu.§.super plagis.C.de repu.& in d.c.veniēs.facit pro hoc ratio c.videtur.qui mat.accu.poss.& c.cùm dilecta.de elect.& hoc vltimū videtur de mēte do.Anto.in c.cūm super.& in c.cùm à nobis.de testi.Licet Inno.senserit cōtrà in c.ex literis.de transact.
2 vbi sensit quòd aduocatus in subsidiū † admittatur vt testis pro clientulo,sed debet torqueri:quod bene nota.

ADDITIONES.

Nota,quòd in subsidium,&c. Verba Matt.hic ad literā transplātauit Alex.in l.ex libero.ff.de quæstio.& simpliciter approbauit,licet de Matth.non faciat mentionem Vide tamen ad ista quæ not.Io.de Imol.in l.si quis post.ff de testa.

Istud plenissimè examinat Bar.in d.l.ex libero homine.ff.de quæstio.& ibi Hippol.de Marsil.multos idem tenentes congerit.vide ibi per eum. Gabr.Sar.

CLXXXIX.

1 Ius Pratorium an dicatur ius statutorum à iudicibus temporalibus superiorem recognoscentibus conditorum,& quantum illud duret? Et quod dicatur ius ciuile.

NOta vnum notabile dictum Bart. si esset verum, quod quotiescunque ex statuto vnius iudicis superiorem recognoscentis imponitur aliqua pœna,quæ venit parti applicanda,nascetur actio quæ durabit anno tantum,& dicetur hoc esse ius Prætoriū,& potest poni exēplum in statuto Episcopi,vel Legati,vel Marchionis,vel Ducis,præsupposita valetudine statuti per dominium,vt ponit Bar.in l.quinta.in prin.ff.de verb.obli.& in l.omnes populi.ff.de iust.& iur.in l.fi.ff.de pœ. Hoc autem dictū de iure non videtur mihi verum esse simpliciter: nisi restringatur ad iudices tēporales,qui ratione dignitatis suæ habent potestatem faciēdi statutum: quia tunc sustineri potest,quod ius talium statutorū dicatur esse ius Prætoriū.Et ideo si officium eorū erit annale,non durabit vltra annū.Si verò sit semestre,nō durabit vltra sex mēses.Insti.de perpe.& tēpo.actio.in prin. Sed si officium vsque ad vitā eorum duraret,vt est officium Episcopi,vel Marchionis,vel ad beneplacitum superioris,vt officiū Legati,tunc tale ius dicitur Ciuile,& sic actio oriēs erit perpetua,sicut si nasceretur ex statuto populi vt probatur Insti.de perpe.& tempo.actio.suprà allegata à sensu contrario.facit l.sufficit.ff.de condi.& demon.

ADDITIONES.

Nota vnum notabile,&c. Adde quòd idem tenuit Bart. in l.j.in prin.ff.de bo.pos.int.generali.Bal.in aliquibus lecturis in l.ij.§.nouissimè.ff.de orig.iur.dicit se audiuisse à Bar.voce viua. Adde quod not.Cano.in c.quoniam.in prin.vt lit. non contesta.Idem tenet Alex.in apostil.in l.fi.de pœn.& quàm plures alij,quos idem refert istud plenè examinando in l.v.in princ. in penul.col.& seq.de verbo.obl.quicquid ibi distinxerit Angel.& Raph.quorum distinctionē ipse reprobat post Io.de Imol.pro quorum meliori declaratione,vide etiam Areti.in d.l.v.col.v.versicu & quia Barto.hic extra glo.& Andr.Barba.in rub.C.qui admit.

1 Statutum inferioris recognoscentis superiorem,an dicatur ius Ciuile,Canonicum vel Pratorium?
2 Legati & Marchiones,aquiparantur Pratoribus.
3 Episcopi statuta non possum agere actione pœnali vltra annū:secus si statutum esset factum à tota vniuersitate clericorū:quia tunc actio esset perpetua.
4 Statutum editum ab Antianis,vel Dominus ciuitatis popularis,an aquiparetur iuri Pratorio vel Ciuili,& nunquid actio pœnalis ex eo surgens sit perpetua,vel temporalis?
5 Indulgentia priuilegia,& pœna,qua indicuntur per Legatū,an durent finito tempore legationis?

1 Nunquid statutum † inferioris recognoscētis superiorem,vt puta Legati,vel Marchionis,dicatur ius ciuile,vel Canonicum,an verò Prætorium,& actio ex eo descēdens an sit perpetua,vel temporalis,vel annalis?& Barto.& Bal. in l.omnes populi.ff.de iust.& iure. concludunt,quòd actio est temporalis,& annalis,quemadmodum actio surgens ex iure Præto-
2 rio:nam isti † æquiparātur prætoribus,& præsidibus.ad hoc l.in honorarijs.ff.de actio.& obliga.& Insti.de perpe.& tempora.actio.in prin.Et idem est dicendum in statutis editis à Marchione,vel alijs principibus inferioribus:vt per Bart. in
3 dicta l.fin.ff.de pœn.Et sic † ex statuto Episcopi non possum agere actione pœnali vltra annum Secus autem si est statutum factum à populo,seu à tota vniuersitate clericorum:nam tunc actio esset perpetua,& duraret per xxx. annos.l.sicut.C.
4 de præscript.xxx.vel xl.anno.& eadem est † quæstio in statuto edito ab Antianis,seu dominis ciuitatis popularis,nunquid istud statutum æquiparetur iuri Prætorio,vel Ciuili,& nunquid actio pœnalis ex eo surgens sit perpetua vel temporalis,quam quæstionem tractant Bar.& doct.in l.v.in princi.ff.de verbo.obligat.& ibi concludunt quòd si isti Antiani seu domini fecerunt statutum ex eorum officio,æquiparatur iuri Prætorio:Secus si ex speciali cōmissione sit facta à populo.Nam tunc populus videtur fecisse illud statutum,& per consequens illud statutum appellatur ius Ciuile,vt in c.ius ci-
5 uile.j.distin.& per Roma.consi.ccxxviij.Et quid † de indulgentijs.priuilegijs,& pœnis,quæ indicuntur per Legatum,an durent finito tempore legationis,latè tradit Abb.in c.fin.de offi.lega.& Ange.Aret.insti.de perpe.& tempo.actio.in prin. Et quia Bar.in dicta l.fina.ff.de pœn.videtur contrarium dixisse eius quod dixit in dicta l.v.ff.de verbo.obli.vbi tenuit, quòd actiones pœnales descendentes ex statutis sunt annales, licet statuta sint perpetua,pro concordia potest dici,quòd id quod dicit in d.l.v.procedit quando agitur ciuiliter,secus si criminaliter.& ita procedat quod dixit in dicta l.fi.ff.de pœ. vt per docto.in dicta l.v. Vel secundò solue secundum nouam considerationem Iason.in §.sed istæ.institut.de action. Gabriel Sarayna.

CXC.

1 Procurator,tutor,vel curator non potest cōstituere procuratorem ante litem contestatam,fallit tamen in patre bonorum fily administratore,& in pralato,vel clerico,& rectore hospitalis. Et quid in œconomo?
2 Hospitalis rector potest ex bonis hospitalis alere se & suos.

1 NOta,quòd licet procurator,† tutor vel curator non possit constituere procuratorem ante litem contestatam siue agat,siue conueniatur l.neque.C.de procurato.& cap.j.extrà de procurato.libro v.,& in l.j §.j.ff.de procurato.& ibi not.Tamen secus est in patre summo administratore bonorum filij.l.j.C.de bonis maternis.Et hoc ideo,quia habet plus iuris,& facit fructus suos tanquam vsufructuarius:vt not.Barto.in dicta l.neque.Idem est in prælato,vel clerico litigante nomine ecclesiæ,vel beneficij sui,vt in cap.peritio.de procura.Idem etiam puto in Rectore hospitalis,quamuis enim ille æquiparetur tutori vel curatori,vt in clementi.quia contingit.§.fin.autem.de religio.dom.tamen habet plenius
2 ius,quam tutor,vel curator:quia potest † alere se & etiam suos ex bonis hospitalis.vt not.in dicta clementi.Imo etiam puto,quod habens beneficium in commenda possit constituere procuratorem ante litem contestatam: quia talis potest viuere sumptibus beneficij,sicut prælatus habens titulum.not.in cap.nemo deinceps.de elect. libro v.,Imo tenent etiam plus Docto.ibi,quod particularis de ecclesia,sicut Canonicus,vel Archidiaconus,potest agere pro iuribus ecclesiæ,non dico beneficij sui,& ipsi constituere procuratorem possent ante litem contestatam.not.Docto.in cap.cum olim.extrà de testib.vbi etiam remittunt ad Specu.qui idem tenet etiam in duobus locis.Secus fortè dici potest in Oeconomo in his casibus,in quibus posset agere,vel defendere ecclesiam vacantem.Talis enim non posset cōstituere procuratorem ante litem cōtestatam:habet enim debile ius,sicut tutor, vel curator.non enim potest alere se & suos sumptibus beneficij,vt in cap.cum vos.de offic.ordin.& nota bene, quia à paucis sunt tacta.

ADDI-

ADDITIONES.

Nota, quòd licet procurator, &c. Ibi, Idem est in prælato. Adde quicquid dicant gl. in l. j. ff. de procur. & gl. & Sal. in l. neque. C eo. tit. quòd idem probatur in c. quia in causas. de procus. & in c. in causam. & ibi no. de iura. calum. & v. q. uj. c. quia episcopi. & ibi gl quæ assignat notabiles rationes inter tutorem & prælatum. not. Pe Cy. & Bald. in auth. sed hodie. C. de epis. & cle. Doctor. in c. edoceri. de rescrip. & Spe. in ti. de procur. §. ratione quoque. versi. item quòd fuit cõstitutus à tutore. & in versi. item quòd si canonicus. & ibi ponit not. ver. quẽ multum cõmendat Anto. de Bu. in d. c. edoceri. & hanc dicit esse cõmunem opinionem Alex. in d. l. neque col. ij. per rationes, de quibus per Rectores vbi suprà, & ibidem per eum, & per Matth. hic. Ibi, Idem etiã puto in Doctore hospitalis. Adde Bal signãter in l. orphanotrophos. C. de epis. & cler. & per easdem rationes, per quas idem concludit Alex. vbi suprà, dicendum esse in Cõmendatario, cùm debeat de rebus ecclesiæ commendatæ viuere. c. nemo deinceps. hic alleg.

a *Pater rerum filij administrator, an possit constituere procuratorem in causa filij ante litis contestationem?*

Hæc omnia ab Alex. in d. l. neque. C. de procur. post Bar. tractantur. adeo eius dicta sunt diligenter inspicienda pro veritate cõtentorum in hoc singulari, post alios, quos ibi cumular. Et
1 quod de patre tummo † rerũ filij administratore hic à Matth.
dicitur, quòd possit constituere procuratorem ante litẽ contestatam in causa filij, reprobata gl. in d. l. neque. C. de procu. quæ contrarium voluit. Hæc est cõmunis opinio Doctorum, quam tenent Cy. Bar. Alb. de Ros. Bal. Ang. Sali. Pau. de Cas. in d. l. neque. Et hanc sententiam cõmunem asserunt Fulgo. & Corne. & Imol. in c. accedens. nu. 5. de procur. & Rom. cõsil. cexlij. nu. 10. And. Tiraq. in l. si vnquam. in princ. nu. 29. Curt. in l. præses. nu. 14. in fi. C. de transact. Ange. Aret. in §. tinautẽ. nu 7. Insti. de satis. Rob. Marãt. in l. si actor. nu. 12. ff. de procu. Marc. Mant. lib. j. locor. c. a viij. Et hanc cõclusionem extollit Bal. in c. fi. nu 5 de iura. cal. Et an hoc casu sit verũ, quod tradit Spe. in tit. de lib. cõcep. §. nunc vidẽdum. in fi. vbi dicit necesse esse, tũc procuratorem agere debere nomine patris & filij simul, quem sequitur Io. de Imo. in d. accedẽs. nu. 5. de procuratoribus. latè tradit Arius Pinelus in repetitione l. j. in ij. parte. nu. 65. ver. ex verbis huius legis. C. de bo. mater. Et ibidẽ nu. 66. disputat, verum verum sit, quòd pater possit agere, & procuratorem constituere, non expectato contensu filij, cuiuscunque ætatis filius sit.

CXCI.

1 *Testes recepti in vno iudicio ciuili ordinario, & plenario, probant inter easdẽ personas in alio iudicio ciuili & plenario, licet fiat ad diuersum finem a primo.*

2 *Sententia lata super condictione furtiua, non prodest, nec nocet ad plenum in actione furti, nec econtrà. Et an idem sit in actis probatorijs.*

1 NOta singulare dictum Bar si verum esset, † quòd quotiescunque testes sunt recepti in vno iudicio ciuili ordinario, & plenario, probant eorum attestationes inter easdem personas in alio iudicio ciuili & plenario, licet fiat ad diuersum finẽ à primo Et ita no. in l. ij. §. j. ff. vi bo. rap. Ex quo sequitur, quòd attestationes testium receptorum in actione furti probabunt in condictione furtiua, & ecõtrà. Sed communis opinio est in cõtrarium: quia acta probatoria, & sententia procedunt à pari. l. sed & si possessori. §. fi. de iureiur. & cap. inter dilectos. §. porrò. de fide instru. & not. Inno. in c. causam quæ.
2 extrà de testib. Sed ita est, quòd † sententia lata super cõ-
dictione furtiua nõ prodest, neque nocet ad plenum in actione furti, nec econtrà, cum varietur finis agẽdi. l. cùm quæritur. & l. seq. & l. & an eandem ff de execu. rei iudi. Ergo idem debet esse in actis probatoriis, c. cùm causam. & c. cùm in tua j. & c. veniẽs. ij. de testi & hoc idẽ tenẽt Doct. in c. cùm causam. j. & c. veniens. de testi. & hoc videtur de mente ipsiusmet Bar. in auth. qui semel. C de probat. vbi sentit, quòd si ex centum petij partem, putà x. attestationes receptę in causa illa non prosunt, neque nocent in illa parte, scilicet, in aliis nonaginta. quod bene nota.

ADDITIONES.

Nota singulare dictum Bar. &c. Adde quòd Panor. in c. causam quæ. j. de testi. & post Bar. respondet ad c. veniens. ij. eo. tit. & dicit plus ipse, Non solùm hoc est verum, quando agitur de eodem facto, sed alio modo, putà, prius criminaliter, nunc ciuiliter: vt loquitur Bar. & plenè per Alex. in d. l. ij §. hoc edicto. vi bo. rap. hic alleg. Sed etiam si ageretur ad alium finem prorsus diuersum, quia acta faciunt notorium, vt in cap. cùm olim. de ver. sig. & per alias rationes, de quibus ibi per eũ, sed non vidit Bar. in l. ij. C. de eden. vbi dicit, quòd si secunda causa tendit ad alium effectum, quòd acta primæ causæ nõ probant in secunda. & idem dicit Ang. ibi per d. c. veniens. & sequitur do. Anto. & Moder. in d. c. causam quæ. Vnde melior videtur doctrina Bal. in d. l. ij. dicentis, quòd acta in vna causa faciunt fidem in alia inter easdem personas, quando præcedens causa sic se habet ad secundam, quòd sententia lata in prima parit exceptionẽ rei iudicatæ in secunda. alleg. l. duobus. §. colonus ff. de iureiuran. & l. fundum. de except. Aliàs secus, vt l. sed si ante. iuncta l. præcedenti. ff. de except. Vide etiã per Alex. & ambos Magistros meos do. Ias. & do. Lancel. in d. l. ij. & vide Moder. in d. c. causam quæ. qui ponunt tres fallentias cum aliquibus restrictionibus, & declarationibus ad istam doctrinam.

1 *Acta facta in vna causa inter easdem personas, faciunt fidem in alia, quando causa præcedens ita se habet, quòd sententia lata in vna parit exceptionem in alia.*

2 *Confessio indistinctè in alia instantia inter easdem personas præiudicat, etiam si confessio facta sit in iudicio summario, vel incidenter.*

3 *Confessionis integritas non læditur ex qualitate iudicij.*

4 *Confessio procuratoris non nocet domino in alio iudicio.*

5 *Confessio facta per nuntium videtur facta ab ipso domino.*

6 *Confessus habitus in causa ciuili propter contumaciam, non habetur pro confesso in causa criminali.*

7 *Confessio facta per verba enunciatiua in vno iudicio, an in alio præiudicet?*

8 *Sententia quibus nocet vel prodest, eisdem nocebunt, vel proderunt probationes.*

1 Alex. in l. ij. post Bal. ibi. C. de eden. cõcludit, quòd acta † facta in vna causa inter easdẽ personas, faciũt fidem in alia, quãdo causa præcedens ita se habet, quòd sententia lata in vna parit exceptionẽ in alia. l. duobus. §. colonus. ff. de iureiur. & l. fundum. ff. de excep. & eum ibi sequitur Iason. Vnde reprobant aliam distinctionẽ Bar. vtrũ causa tendat ad eundem finẽ, vel ne. hanc tamẽ defendit Dec. in d. l. ij. rationibus, de quibus ibi
2 per eum. Sed quicquid sit, illa † distinctio an agatur ad eundẽ,
vel alium finẽ, non habet locum in cõfessione, quia illa indistinctè in alia instãtia inter easdẽ personas præiudicat. vt not. Bal. in d. l. ij. col. fi. ver. fallit in cõfessione. facit tex. in l. generaliter. C. de non nu. pecu. in c. per tuas. de proba. & Spe. in tit. de confes. §. nunc vidẽdum. versi. quid de cõfessione. & idem Abb. tradit post Inno. in c. per inquisitionem. col. pe. de elect. in c. ij. col. iij. de cõfes. Corne. consi. ccxxix. post reddnã. volu. ij. Et ista cõclusio ampliatur, etiam si confessio facta sit in iu-
3 dicio summario, quia † integritas confessionis non læditur ex
qualitate iudicij, vt notabiliter dicit Inno. in c. ij. de ordi. cogni. quem refert Abb. in c. dilectus. in gl. in ver. cõfessus. in fi. de capel. monach. Imol. in clemen. cõstitutionẽ. col. iiij. versi. per prædicta de elect. & tradũt Moder. in c. causam quæ. col. iij. de testib. Item ampliatur, etiã si confessio facta sit incidenter, vt notat Bal. in l. mercalem. C. locati. & Deci. in c. at si cle-
4 rici. in prin. col. ij. de iud. Et quod dicitur † de cõfessione, in-
telligitur de propria, secus est in confessione procuratoris, quæ non nocet domino in alio iudicio, vt notat Specu. in tit. de confes. in §. nunc videndum restat. ver. sed nunquid confessio procuratoris. & Alex. consil. xiij. viso diligenter themate. vol. iij. Et hoc procedit in procuratore, secus † videtur in nũ-
5 tio, quia confessio facta per nuntium videtur propriè facta ab ipso domino. vt notat Bal. in l. j. C. de cõfessis. col. xvj. ver. quæro nunquid per nuntium. facit quod notat Bart. in l. qui autem § cõstituere. ff. de cõsti. pecu. & tradit Alex. in l. quod quis. C. de procur. Pro qua cõclusione faciunt notata per me in additio. ad Ludo. Roma. singul. dcxcvij. si procurator faciat. Et quod dicitur in confessione, intelligitur de vera, secus
6 in ficta. Vnde ille, qui † propter contumaciam habetur pro
confesso in causa ciuili, non habetur pro cõfesso in causa criminali, vt dicit Bal. in d. l. ij. C. de edendo. colum. fi. versi. ideo.

& Bar.in l.eius qui delatorem.in prin ff.de iure fisci.& Bar.in
l.cùm filius in prin.col.iij.ff.de ver.obli. Et latè congerit Fe-
li.io c cùm Bertholdus.de re iudi.Concius meus Cæpol.cō-
si.lxiiij.primum dubium.col.uij.Corne.consi.xlij.plura.col.
7 fi.volu.ij.Item † prædicta procedunt in confessione facta per
verba dispositiua.secus si sit facta per verba enuntiatiua, per
ea,quæ notat Anto.de But.in c.illud.de præsump.ad declara-
tionem l.optimam.C.de contrahen.& commit.stipul.& per
Deci.in authen.si quis in aliquo.col.antepenul.C.de edē.Cæ-
tera de materia huius singularis tradunt Canon.post Abb.in
8 d.c.causam quæ.de testibus.Et adde,quòd † regulariter idem
iudicatur de probationibus,quod de sententia: quia quibus
nocet,vel prodest sentētia,idem erit in probationibus, vt tra
dit Alex.in d.l.ij.C.de eden.in secunda conclusione.& Bar.in
l.si superatus.in fi.ff.de pig.& Alex.in l.sæpè.ff.de re iudic.&
in consi.lxj.viso processu.col.uj.volu.ij.& in cōsi.cxxxv.pon
deratis.io h.eo.lib.ij & in consi.ccvij.viso summario. col.fin.
eod.lib.ij.Anto.de But.consi.xxxvij.visis.& Roma.in consil.
cccxj.in casu propositæ. Gab.Saray.

CXCII.

1 *Dos confessata an gaudeat priuilegio l.assiduis.C.qui potio. in pi-
gno.habeantur?*

2 *Renuntiatio mariti de exceptione non numerata dotis etiam iura
mento firmata,an creditoribus mariti præiudicare possit, quo
minus intra debitum tempus possit exceptionem dotis non nu-
meratæ opponere?*

1 NOta,quòd priuilegium, quod † habet mulier in
dote,vt præferatur creditoribus anterioribus ha
bentibus tacitam hypothecam, de quo in l.assi-
duis.C.qui pot.in pign.hab.habeat locum non solum in
dote data,sed etiam confessata,quando elapsa sunt tem-
pora,intra quæ poterat opponi exceptio non numeratæ
dotis:& ita not.Bar.in d.l.assiduis.alleg.gloss. in l.si quis
post hoc.C.de bon.dam.Sed aduertendum est ad practi-
cam,quia licet elapsa sint tempora contra maritum con
fitentem dotem,si tamen creditores habuerūt iustā igno
rantiam dictæ dotis confessatæ, poterunt petere restitu-
tionem ex illa clausula generali,& sic opponere exceptio
nem non numeratæ dotis.l.penul C.de non nume.pecu.
iuncta gloss.in l.in contractibus.in princi.eodem titu.&
gloss.ibi in ver.potius.iuncta gl.in l.sicut.C.de præscript.
xxx.anno.quod ibi not.per Bar.Similiter etiam videtur
2 tenere Bar.in d.l.assiduis,quòd † si maritus fuit confessa
tus dotem,& renuntiauit exceptioni de dote non nume-
rata,supposita valetudine exceptionis,putà, quia sit fir-
mata iuramento,habebit mulier priuilegium dictæ l.as-
siduis.Sed mihi videtur,quod illa renūtiatio mariti non
habeat præiudicare creditoribus,quominus intra tem-
pora legitima non possint opponere exceptionem non
numeratæ pecuniæ,per dictam l.penulti.& l.si vnus.§.an-
te omnia.ff.de pactis.

ADDITIONES.

Nota,quòd priuilegium,&c.Verba Matth.hic videtur quasi re-
citare ad literam Alex.in l.assiduis.hic alleg. & dicit doctrinā
Bar.non trāsire sine scrupulo magno.Et ad gl.in d.l.assiduis.
addit Bal.in l.generaliter.ver.nunc venio ad quæstio.de non
numera.pecu.& facit in fine gl.& ibi Bal.in rubri.de priuile.
dot.in iij.col.& ibi etiam quid si sit renuntiatum exceptioni
non numeratæ dotis, an teneat? de quo etiam per eundem &
Bar.in d.l.assiduis.& per eundem Bal. in l.pecuniæ.C. de sol.
& Imol.Alex.& Aret.in l.ita stipulatus.§.Chrysogonus.ff.de
verb.obli.Pau.de Cast.in l.si marito.in prin.ff.solu.mat. sim-
pliciter transit eum Bart.in d.l.assiduis. Et de veritate prædi-
ctæ gl.vide etiam Bal.in l.penul.ff.de iure deliber. Et an illud
quod dicitur in dote data habeat locū in promissa? vide per
Alex.in l.sed hoc.ff.de re iudi.
Hoc idem latè prosequitur Bal.Nouel.in tractatu de dote in x.
parte principali per totum.& Io.Campeg.in tractatu de dote
in prima parte principa.in liij.& liiij.q.Et nouissimè per Di-
dac.Couar lib.j.variarum resolutio.ca.vij.per totum.& ma-
ximè charta antepenultima. vbi totam materiam examinat.
Gabriel Saray.

CXCIII.

1 *Hæreditas delata quot modis sumatur?*

2 *Statutum de hæreditate delata mentionem faciens, quomodo intel
ligatur?*

3 *Verbum habens duo significata, vnum strictum & aliud latum,
in materia stricta,in stricto accipi debet.*

1 NOta,quòd hoc verbum,Hæreditas † delata,sumi
tur duobus modis,scilicet,strictè,& largè.strictè,
sumitur,quando hæres potest adire & repudiare
illam.Item quando nullum est impedimentum ex parte
ipsius hæreditatis,nec etiam ex parte personæ hæredis, &
sic debet intelligi tex.in l.delata.ff de verbo.signi. Et pro
hoc bene facit tex.in l.j.§.furiosi.ff.de suc.edi.vbi tex.so-
nat,quòd licet hæreditas,vel bonorum possessio purè of
feratur hæredi furioso,tamen non dicitur ei delata pro-
priè,quia est impedimentum in persona hæredis, qui non
potest agnoscere eam.Item pro hoc est gl.not. in l.is qui
hæres.in prin.ff.de acquiren.hære.Secundo modo dicitur
delata largè,scilicet,quando hæreditas purè se offert ex
testamento,vel ab intestato:impedimētum tamen est in
persona hæredis,vt quia ignoret,vel est infans, vel furio-
sus.& hoc modo sumitur in l.si infanti.& l.cum antiquio
ribus.C.de iure delibe.& hoc modo tangitur per Bar.in
l.is potest.ff.de acquiren.hære.Licet hunc articulum cla-
rè non determinet. Et per hoc sequitur, quòd si statutum
2 † dicat, quòd omnis hæreditas delata, si hæres moritur
quandocunque ante aditam hæreditatem , transmitta-
tur ad quoscūque eius hæredes,habebit locum solùm in
hæreditate strictè delata,cùm illud statutum sit exorbi-
tans,& contra ius commune.l.j.§.in nouissimo.C.de ca
ducis tollend.Constat autem quòd in materia exorbitā-
3 ti seu stricta, † si reperitur vnum verbum habens duo si-
gnificata,vnum strictum & aliud latum: in stricto tamen
intelligi debet.in cap.Rodulphus.de rescript.facit insti-
tu.quib.a.tut.pos.§.fina.& l.furiosi.C.de nupt. Et ita fuit
consultum per omnes doc.Italiæ in causa quasi propria.
Tene menti supradicta.

ADDITIONES.

Nota,quòd hoc verbum,&c.Ad istam doctrinam vide Magist.
meum in l.bonorum.colum.ij.in fine.C. qui admit. pro qua
adducit decisionem Barto.in l.ventre.ff.de acquirenda hære-
di.in ij.col.in j.oppo. vbi per illum text. determinat quòd si
proximior agnatus alicuius defuncti decedat intra annū pen
dente dubio an aliquis posthumus nascatur,quòd interim nō
transmittit hæreditatem beneficio l.cum antiquioribus.C.de
iure delibe.eo quia talis hæreditas non dicitur propriè sibi
delata.& illud sequitur ibi simpliciter Raphael Comen.in j.
colum.in fine.alij non tangunt.sequitur Do. Alexand. in di-
cta l.cum antiquioribus.

1 *Hæreditas propriè dicitur delata:quando quis illam consequi po-
test,remoto quolibet impedimento.Et quādo largè dicatur de-
lata?*

2 *Statutum loquens de hæreditate delata, vt ad quoscunque trans-
mittatur,an habeat locum in eo,qui ignorauit hæreditatem si-
bi delatam?*

3 *Infantia qualiter operatur, vt hæreditas facilius transmittatur.
Et quid de qualitate ignorantiæ?*

4 *Intellectus l.j.§.furiosi.ff. de successor.edict.*

5 *Verba debent intelligi secundum subiectam materiam.*

6 *Statutum quando deuiat à iure communi, non intelligitur secun-
dum ius commune sed generaliter,vt verba sonant, denegando
iuris communis.*

1 Delata † propriè dicitur hæreditas,quando quis illam con-
sequi potest remoto quolibet impedimēto.l.delata.ff.de ver-
borum significatio.& not.per gloss.& docto. in l.qui hæres.
in principio.ff.de acquirenda hæreditate.Largè verò, & im-
propriè etiam dicitur illa,quæ purè defertur,sed tamen adi-
ri non potest propter impedimentum, quod ex persona hæ-
redis insurgit,vt quia ignorat, vel infans sit, vel furiosus, vt
colligitur ex notatis per Bar.in l.is potest. col.iij.ff.de acqui.
2 hære.Ex quo Imol.ibi infert,quòd statutum,quòd loquitur
de hæreditate delata,vt ad quoscunque transmittatur ,etiam
habebit locum in eo, qui ignorauit hæreditatē sibi delatam,
& sequitur ibi Alexan.& dominus & præceptor meus domi.
Andr.Alcia.in l.delata.circa finem prin.ff.de verbo. significa.
Contrarium

Contrarium tenet hic Matth. per suas rationes. Mihi tamen
semper magis placuit opinio Imol. Alexan. & do. mei Alcia.
quæ videtur communior, quia in tali statuto agitur de trans-
missione, prout statuti loquitur, & respectu transmissionis,
de qua agitur, hæreditas delata infanti, vel ignoranti propriè
delata videtur secundum subiectam materiam, arg. l. plenum.
3 §. equitij. ff. de vsu & habi. Et hoc cõfirmatur, quia † qualitas
infantiæ operatur quòd hæreditas facilius trãsmittatur. l. in-
fantis. C. qui admit. & l. si infanti. C. de iure deli. Sic etiam ra-
tione ignorantiæ transmissio facilius fieri debet. l. Pantonius.
ff. de acqui. hære. Cùm ergo statutum velit materiã transmis-
sionis ampliare, consonat, quòd in istis debeat habere locũ, in
quibus qualitates concurrunt, ex quibus de iure cõmuni trãs
missio admittitur. Et ad hoc facit tex. in l. licet. C. de iure deli.
ibi, ignorantes delatam sibi hæreditatem. & facit tex. in d. l. si
infanti. Nec ob. tex. hic alleg. per Matt. in d. l. j. §. furiosi. ff. de
4 suc. edic. vbi hæreditas non dicitur furioso delata. Quia † ibi
loquitur quo ad præiudicium furiosi, vt repudiari nõ possit,
secus est in fauorem, vt gl. ibi declarat. Non obstat ratio in cõ
trarium allegata, quòd statutum strictè intelligatur, quia re-
5 spondetur, quòd † verba debent intelligi secũdum subiectam
materiam, vt not. Bar. in l. si vno in prin. ff. loca. & est tex. in l.
insulam. ff. de præscrip. verb. Secundò potest respõderi, quòd
6 † quando statutum deuiat à iure cõmuni, non intelligitur se-
cundum ius commune, sed generaliter, vt verba sonant, dero
gando iuri communi, vt not. Bar. in l. maximum vitium. col.
pen. C. de libe. præte. Pau. de Cast. in l. fi. §. in cõputatione. C.
de iure delib. & Soc. consi. lij. super hac difficultate. col. fi. vol.
iij. & consi. lxxxix. circa præmissum. col. iij. volu. iij. & Dec.
consil. lv. & pro iemui col. v. versic. sed breuiter dicendum est.
Ibi, Constat autẽ, quòd in materia exorbitanti, &c. adde quæ
notat idem Matth. suprà sing. xciiij. nota mirabilem regulam.
Et his, quæ ibi dixi, adde Andr. Tiraquel. in tractatu de pœ-
nis tẽperandis aut remittendis. in quarta caus. nu. 28. Ga. Sa.

CXCIIII.

1 *Spolij exceptio quibus actoribus per spoliatorem opponi possit de iu-
re Ciuili, & Canonico?*

1 NOta, quòd † si quis fuit spoliatus omnibus bonis
suis à Titio, vel maiori parte, nihilominus potest
conueniri ciuiliter ab aliis, quàm à Titio, nec po
test spoliationis exceptionem opponere, vt est casus no-
tabilis in l. si te bonis. C. de iure deliber. vbi tamen dicit
Bar. secus de iure Canonico, per c. j. de resti. spo. li. vj. Sed
mihi videtur, quòd minus bene dixit, quia illud ca. bene
permittit opponi exceptionem spoliationis factam à ter
tio, quando reus criminaliter accusatur, non autẽ quan-
do ciuiliter conuenitur, quod est bene notandum.

ADDITIONES.

Nota, quòd si quis, &c. Adde quòd Bal. & Angel. in l. si te. hic al-
leg. sequuntur errorem Barto. & idem Bart. in l. si quis ad se.
C. ad leg. Iuliam de vi. Sed Magist. meus in dicta l. si te. sequi-
tur Matth. hic, & dicit quòd tex. in c. j. de restitu. spolia. libro
vj. loquitur quando quis conueniretur ab illo met, qui eũ spo
liauit. sed in dicta l. si te. fuerat spoliatus à tertio. & etiam re-
probatur per Moder. ibi.

1 *De spoliatione facta ab alio, quàm actore excipi non potest, etiam si
res spoliata peruenerit ad ipsum agentem. & an alio remedio
contra eum agi possit?*
2 *Spoliatio si sit facta a procuratore ipsius agẽtis suo nomine spolian
te, vel a syndico collegij, an de tali spoliatione excipi possit?*
3 *Opponine possit de spoliatione facta a tertio ad impediendã exe-
cutionem sententiæ?*

1 De spoliatione † facta ab alio, quàm actore excipi non potest.
d. c. j. de restitu. spolia. in vj. Quod procedit etiam si res spo-
liata peruenit ad ipsum agentẽ, licet tunc contra eum agi pos-
sit alio remedio. c. sæpè de restitu. spolia. Item procedit, cùm
2 spoliatio † sit facta à procuratore ipsius agentis, suo proprio
nomine spoliante, vt l. procurator. ff. de except. doli. Et idem
si spoliatio sit facta à syndico collegij agente nomine colle-
gij, etiam si ipse syndicus sit de collegio, cùm tunc de tali spo-
liatione excipi non possit, secundum Ioan. And. in dicto c. j. &
tenuit Specu. in titu. de possess. §. j. versi. sed numquid. & ver-
sicu. itaque. & plenè docto. in ca. fina. de ordi. cognitio. & ibi
per gloss. & vide in l. colonus & in l. cùm fundum. & in l. qui
possessionem. ff. de vi & vi arma. Et per domi. de Rota, deci-
sio. ccccxxxviij. fuit dubitatum, pone quòd A spoliatus in no
uis. & per Bal. & Ang. in l. nullator. C. de interdict. Et vide cap.
3 olim. ij. de resti. spo. vbi potest † opponi de spoliatione facta à
tertio ad impediendam executionem sententiæ, sed ea propriè
non est exceptio spoliationis, sed allegatio inopiæ. Ga. Sa.

CXCV.

1 *Conditio casualis in legatis an retrotrahatur, sicut in cõtractibus?*

1 NOta in legatis † conditio casualis retrotrahitur,
sicut in contractibus, vt videtur esse text. in l. qui
balneum. in princi. ff. qui potio. in pigno. hab. Li-
cet Barto. videatur sensisse contrarium in pluribus locis,
scilicet in l. si filius. in princi. de verbo. obliga. & in l. Cas-
sius. ff. de Senator.

ADDITIONES.

Nota, quòd in legatis, &c. Ad hoc vide plenè Alex. in l. si filius. in
principio. hic alleg.

1 *Conditio in contractibus retrotrahitur ad tempus cõtractus si ex-
tremum sit habile tempore existentis conditionis. Et quid in vl
timis voluntatibus?*
2 *Conditio si institutioni heredis adijciatur, an retrotrahatur?*
3 *Conditio in legatis, an retrotrahatur quo ad effectum de præ-
terito?*

1 In contractibus † conditio retrotrahitur ad tempus contra-
ctus. l. qui potior. & dicta l. qui balneum. vbi Alexand. ff. qui
potio. in pign. habean. & in l. necessariò § si petendæ. ff. de pe-
riculo & commod. rei vendi. & plenè per Alexand. in dicta l.
si filius. ff. de verborum obligatio. Quod est verum, si extre-
mum sit habile tempore existentis conditionis, secundum Bar
to. in l. quoties. in fine. ff. de nouatio. & in l. postquàm. in prin-
cipio. ff. vt lega. nomine cauea. & in l. si quis arbitratu. prima
quæstio. ff. de verborum obligationib. Item hoc est verum in
contractibus, non in vltimis voluntatibus. l. j. §. primo. ff. ad
Syllania. & Cardina. in clement. fina. quæstio. penulti. de ele-
ctio. & plenius in clemen. ij. j. quæstio. de re iudica. & per Bar
to. in l. si sponsus. §. si maritus. ff. de donatio. inter virum & v-
2 xorem. Quod est verum, si † conditio adijciatur legatis, non
si institutioni hæredis quia primo casu non trahitur retrò. se-
cundo sic, secundum Bartolum, in l. quod dicitur. ff. de testa.
mili. & in l. 1. §. seruis. ff. ad Syllan. & Bar. & Flor. in l. Papinia-
nus ff. de seruit. & in l. is cui. §. hæres. in fi. ff. quẽadmo. ser. amit.
3 † vbi etiam dicit verum in legatis non trahi retrò quòd ad effe
ctum de præterito. d. § seruis. nisi sit conditio negatiua. l. Ne-
ratius. ff. de manumis. testamen. quod est verum, nisi appareat
testatorem noluisse ante conditionis euentum libertatem de-
beri: quia tunc non trahitur retrò. l. si quis ita libertatem
dedisset. ff. de statulib. secundum Florianum, in dicto §. hæ-
res. Gabr. Sar.

CXCVI.

1 *Vsurarij sunt infames iuris ciuilis infamia: vnde si illi instituan-
tur heredes, frater testatoris testamentum rumpit.*
2 *Vsurariorum libri non faciunt fidem nisi contra se, & suos hæ-
redes.*
3 *Vsurarij si pœniteant, infamiam relinquunt.*

1 NOta, † quòd vsurarij sunt infames etiam iuris ci-
uilis infamia, vt l. improbum. C. ex quibus cau-
sis infam. irro. vbi Bartol. hoc tenet. & idem tenet
domi. Anto. in c. Raynutius. extrà de testamen. vbi dixit
hoc fuisse obtentum, quòd si frater instituit vsurarium,
fratre præterito, potest frater rumpere testamentum per
querelam inofficiosi testamenti, per l. si fratres. C. de inof-
2 ficio. testamen. quod nota. Et † eorum libri non faciunt
fidem, nisi contra se & suos hæredes: vt in cap. j. de vsur. li-
3 bro vj. Si † autem pœniteant, infamiam relinquunt de iu
re Canonico. hoc notat Bal. in l. Cassius. ff. de Senato. &
hoc idem dixi in notabili xlix.

ANNOTATIO.

Latè dixi suprà singular. xlix. nota quòd omnes vsurarij. Ga-
briel Sarayna.

CXCVII.

1 *Declarandi facultas non est variabilis, secus in facultate eli-
gendi.*

1 NOta, quòd † facultas declarandi non est variabilis. l. quicquid astringendę. in princi. iij. respon. secundum vnum exemplum. ff. de verbo. obliga. vbi est casus singularis secundum Doctores, quòd facultas eligēdi etiam post sententiam est variabilis. l. eum qui certatum eodem titu. secundum gloss. Sed Bartol ibi dicit, quòd loquitur in facultate eligendi. Sed hoc non est verum: quia ibi stipulatus fuit fundū Seianum, & plures fundos habebat eiusdem nominis. Vnde dixit ibi tex. cùm non appareat, quis fundus sit in stipulatione deductus, erit in electione promissoris, quem velit dare. Vnde si pōderetur, fuit sensum de certo fundo, licet non fuerit expressa alia nota demonstrationis. Præterea vellem differentiam videre inter istos casus, si cùm fundum Seianum stipulor, & plures baleo Seianos, & cùm stipulor Stichum, & plures haberem Stichos, nescio videre. Sed do. Iacob. de Belui. dicebat quòd in l. qui ex pluribus. fuit stipulatus vnū fundum Seianum de tuis, & sic incertum de certis. Cogita.

ADDITIO.

Nota, quòd facultas, &c. Ad hoc vide suprà notabi. clxxj. incip. nota, quòd vbicunque. & quæ ibi dixi.

CXCVIII.

1 *Paupertas licet non impediat obligationem, nec actionis exercitium, tamen moram committi impedit, & pœnam in spiritualibus, & tempus appellationis prosequendæ currere vetat.*

1 NOta, quòd † licet paupertas non impediat obligationem, nec actionis exercitium, l. continuus. §. illud. ff. de verbo. obliga. Tamen moram impedit committi. gloss. est notab. in l. quod te. ff. si certum peta. Item etiam impedit cōmitti pœnam in spiritualibus, per Innocen. in c. P. & G. extrà de offi. dele. Item excusatur propter paupertatem omittens prosequi appellationē, vt non dicatur deserta, nec ipso iure sibi currit tēpus, per Innocen. in cap. ex ratione. extrà de appellatio. & Guliel. de Cun in l. præcipimus. §. super his. de appellatio. quod bene nota.

ADDITIONES.

Nota, quòd licet paupertas, &c. In prin. ibi, Tamen moram impedit committi. Adde quòd istud est verum, sed fallit in debitore quantitatis, vt per Barto. Ange. Bal. in lectura antiqua, Sali. Alexan. qui plenè examinant, & per Magistrum meum in l. quod te. hic alleg. Barto. Ange. Imol. Alexan. Aret. in l. continuus. §. illud. de verbo. obliga. Anto. de But. Imol. & Panor. in cap. breui. de iureiuran. Ibi, item etiam impedit. Ad hoc vide Bald. in cap. j. §. porrò. quæ fuit prima cau. benefi. amit. vbi dicit, quòd qui non potest soluere in termino, non est periurus. alleg. Innocen. in c. P. & G. hic alleg. vide etiam per doct. in dicta l. quod te. gloss. & omnes in dicto c. breui. Bart. & alij in dicta l. continuus. §. cùm ita. Ludo. Roma. in l. fin. ff. qui satisd. cogan. Moder. in dicto c. P. & G. Ibi, Item excusatur propter paupertatem. Ad hoc adde Bald. in l. acceptam. xxiij. q. C. de vsur. gloss. in l. eos. §. super his verò. in verbo, inopia. C. de appella. & gloss. vltima, in l. minoribus. C. de his quibus vt indig. Innocen. in cap. ex ratione. eodem titu. Bald. in l. ij. §. si quis. in vltima quæstio. ff. si quis caut. vbi allegat Innocen. in cap. dilationem. de appella. & dicit se euasisse quendam pauperem à furcis, qui cùm appellauit, propter paupertatem non potuit prosequi appellationem. l. fin. C. de condit. inser. & Alexan. in dicto §. si quis. & Alexan. in l. si procuratorem. §. ignorantes. ff. manda. Bald. in l. illicitas. § veritas. ff. de offic. præsi. Panormi. in cap. ex ratione. colum ij. hic alleg. & in dicta l. fina. C. de condi. inser. & Ludo. in l. si verò. in §. de viro. ff. soluto matrimo. in fallentia, propter paupertatem. Vltimò de priuilegiis paupertatis vide per doctores vbi suprà, & maximè per Barto. in repetitione sua in verbo, Paupertas in multis prodest. per Bald. in l. tam dementis. C. de episcop. & cleri. per eundem in cap. si qui testium. de testib. vbi per Modern. in tertia colum.

1 *Pauper an excusetur ab appellando in scriptis, quia ibi fit expensa, sed non ab appellatione, quæ fit viua voce?*

2 *Appellatio ab interlocutoria fieri debet in scriptis, & in ea exprimi debent causæ, aliàs appellatio deserta censetur.*

3 *Paupertas & necessitas à multis alioquin prohibitis excusat.*

4 *Paupertatis probatio qualiter fiat?*

Adde Franc. Cremen. singu. cxxij. incip. statuto cauetur. Et Hippoly. de Marsil. in practica crimi. in §. sequitur. nume. 35. & in §. ordine successiuo. colum. iij. nume. 12. & in l. j §. præterea. nume. 86 & 87. ff. de quæstio. & in consilio 21. nume. 38. & consilio lxvj. nume. 13. & Ioan. de Arno. in epito. ij. Et multa per Parid. de Put. in tractatu syndica in verb. an si statutum relinquat pœnas. nume. 8. versicu. & aliquando propter paupertatem. Bald. consi. v. volumi. j. Et per Guid. Papæ decis. Grationo-
pol. ccxiij. nume. 3. & decis. cccxxxvj. nume. 22. versi. deci-
1 moquartò quæro. vbi dicit pauperem † excusari ab appellan-
do in scriptis, quia ibi est expensa, sed ab ea, quæ fit viua vo-
ce, non excusari quempiam ob paupertatem, quia ibi non est
expensa: quod tamen non videtur vsquequaque tutū dictū in
omni appellatione, sed tantùm in ea, quæ interponitur à dif-
2 finitiua, in qua expressio causæ nō requiritur: secus † in appel
latione ab interlocutoria, quæ fieri debet in scriptis, & in ea
exprimi causa, aliàs appellatio deserta censetur, vt per eundē
Matth. suprà singu. xxix. & Roman. singu. dcclxxiiij. quo casu
non videtur sufficere verbalis appellatio pauperis. Cogita ta
3 men super hoc. Et † de materia paupertatis, & necessitatis,
quòd in multis alioqui prohibitos excuset, plenè tradit Ge-
rard. de Petrasancta singula. 100. Et ibi apposui in additio. Et
4 † de probatione paupertatis tradit Alex. consi. xxxvij. vol. vij.
Et sic cum laude Dei his Annotationibus sit finis impositus.
Venetiis tertio Nonas Februarij, M. D. LVI.

Expliciunt Singularia D o. MATTHAEI MATHESILANI, cum Additionibus IOAN. BAPTISTAE de Castilliono Genuēsis, & D o. GABRIELIS SARAYNAE Veronensis nouissimè additis.

RECOLLECTAE EXIMII IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS DO. MATTHAEI MATHESILANI DE BONONIA, QVAS LEGENDO

dedit in castro Centi, anno Do. M.CCCCIX. & incepit de mense Augusti, quo tempore vigebat pestis Bononiæ, & ideo ibi non legebatur.

Et prædictus Do. Matthæus *legit in prædicto* Castro Centi *ad postulationem nonnullorum Scholarium, scilicet, Domini Cambu de Zambeccharis de Bononia, Domini Petri de Geronda de Calabria, Domini Rodulphi de Frisserco, & mei Francisci Burdeti, amborum de Sabaudia.*

Quomodo & quando iudex. Rubr.

LEX I.

1 *Sententia an feratur in absentem. & num. sequent.*
2 *Correctio iurium vitanda.*
3 *Glossæ authoritas.*
4 *Intellectus huius legis.*
5 *Verbum solet. quot actibus verificetur.*
6 *Iudex negligens facere iustitiam in quantum parti teneatur.*



ON *semper.* Non quicquid iudicis potestati committitur necessitati subiicitur. Hoc dicit secundum Bar. Et diuiditur in tres partes. Nam primò ponit solutioné quæstionis: secundò obiectum: tertiò illi respódet. Secúda ibi, propter. Tertia ibi, idenim.• Nota quòd verbum Solet, necessitaté non importat. Item nota ex tex. iuncta gl. quòd negatio præposita signo vniuersali, facit id æquipollere suo contradictorio. Item nota quòd iudex potest damnare absentem in multis casibus, in quibus non tenetur. In glo. j. ibi l. non quicquid. Dic, ista secunda exéplificatio videtur esse melior, quàm præcedens: non tamen est multùm de mente literæ. quia lex properandum. fuit edita à Iustiniano, qui fuit per multa tempora post imperatorem Titum, authorem huius legis. Pro declaratione tamen glossæ, quam puto veram in se, notandum est quòd fuerunt tria iura. Primum fuit ius Digestorum & Codicis ante Iustinianú, se-
1 cundum † quod reo absente post litem contestatam, causa iam liquidata poterat contra eum ferri sententia: item poterat liquidari in eius contumaciam. l. j. in fi. ff. quando appellandum sit. & l. ab eo. infrà eodem titulo. & l. fin. ff. de in integrum resti. & l. & post edictum. §. j. ff. de indi. & d. l. properandum. §. sin autem reus. ibi, secúdum quod veteribus legibus cautum est. sed econuerso actore absente post litem contestatam non poterat pro eo, vel contra eum ferri diffinitiua, etiam si causa erat liquida, & multo minùs poterat liquidari. l. certum. §. si quis absente. ff. de confessis. & ibi notat gloss. & dicta l. & post edictum. §. j. Fallebat hoc in causa liberali. l. iiij. suprà de libe. cau. Secundum fuit Iustiniani comprehensum in hoc libro Codicis: & per hoc fuit hoc additum de nouo. Primò, quòd actore absente post litem contestatam, causa priùs liquidata, posset ferri diffinitiua contra eum, vel pro eo, tamé non iam poterat liquidari eo absente, vt d. l. properandú. §. & siquidem. & §. sequenti. & ibi nota. Secundo fuit additum hoc, quòd iudex diffinitiuam non proferat, nisi prope finé triennij, id est, nisi inchoauerit vltima pars ex sex partibus instantiæ, id est, vltimum semestre triennij, vt dicta l. properandum. §. huiusmodi. iuncto §. & siquidem. in eadem lege. Verùm quia ille textus non annullat sententiam, si priùs lata fuerit, nec expresse loquitur de
2 reo absente, & † vitanda est correctio iurium veterú, quátùm fieri potest, dicendú est, quòd ille §. huiusmodi. prout refertur ad actorem absentem, bene ponit formam substantialem. vnde si priùs feratur diffinitiua, erit nulla. argumento dicti §. iuncta l. diligenter. ff. mandat. Facit pro hoc l. non dubium. suprà de legibus. Sed inquantum ille §. huiusmodi. refertur ad casum, quo reus sit absens, quo casu secundum iura vetera erat indistinctè permissum ferri sententiam contra absentem, vt patet ex prædictis, túc ille §. debet intelligi consultiuè, scilicet consulendo iudici quòd non ferat priùs diffinitiuam: si tamen illam tulerit, tenebit. Vel debet intelligi, quòd tollat necessitatem sententiandi: quasi dicat, non teneatur iudex ferre diffinitiuam, nec ad hoc cogi possit, priusquàm inchoauerit sexta pars instantiæ. Et hoc fuit de mente gloss. hìc, & in di-
3 cto §. & si quidem. quibus glossis adhæreo propter † earú authoritatem, quæ est magna, iuxta notata per Butri. in l. j. suprà, qui pro sua iurisdictione. Prætereà etiam si dicemus, quòd ille §. huiusmodi. loqueretur præceptiuè, & in casu, quo reus sit absens, tamen sententia non esset nulla, si iudex eam proferret ante initium vltimi semestris, per hanc regulam: nam quotiescunque per ius antiquum aliquid est permissum expressè, si contingat fieri ius nouum, dicens quòd tale quid non fiat, nisi tali tempore, vel nisi seruata tali forma, nec vltrà procèdit annullando actum, valebit actus, vt euitetur correctio iurium veterú quantum fieri potest, & sic dicetur esse vnus de illis casibus, in quibus aliquid fieri prohibetur, factum tamen tenet: sicut habetur in simili in l. j. §. biduum. ff. quando appellandum sit. in cap. ad apostolicam. extrà de regularibus. Et pro hoc allego gloss. singularem & magistram, in clemen. j. extrà de iure patrónatus. in gloss. magna. Tertium fuit ius nouissimum, introductum per ius authenticorum, per quod fuit additum, quòd actore se absentante post litis contestationem, vel etiam ante, possit causa liquidari ad instantiam rei, seruata tamen forma, quæ habetur in authen. qui semel. infrà eodem titu. & sic si seruetur illa forma rigorosa, non videtur necesse expectari finem triennij, de quo ibi pleniùs dicam. Bartolus tamen in materia ista videtur fuisse sibi contrarius hìc, & in dicto §. & si quidem. Item in alio passu videtur sibi contrariari, in dicto §. & siquidem. & in authen. quod fieri. suprà de dilationibus. vbi melius loquitur. Quas contrarietates aliter non refero, quia satis ea se euidenter apparent. Et prædicta omnia procedunt secundum ius ciuile: sed secundum ius canonicum, secundum quòd instantia causæ principalis durat perpetuò, vt in cap. penulti. extrà de iudiciis. non potest attendi illa distinctio, an instet finis instantiæ, vel ne, vt patet ad sensum. Et adde quod dicam in authen. qui semel. infrà eodem titu. In gl. j. in fine. Dic de hac materia, recurre ad ibi notata, & in l. penulti. §. ad crimen. ff. de publi. iudi. Et aduerte, quia licet gloss. di-
4 cat verum in se, vt prædixi, tamen † aliter potest ista lex exemplificari, & melius videre men, videlicet, quádo reus se absentauit post fundatam, vel probatam intentionem actoris, vel quando actor post litis contestationem reo absente per contumaciam, probauit intentionem suam: tunc enim etiam secundum iura vetera ante Iustinianú, iudex non tenebatur ferre sententiam contra reum: po-

terat tamen si volebat, vt hic: poterat enim ex suo officio inquirere de testibus, & instrumentis, qui & quæ facerent pro exceptionibus rei, & sic supplere de facto: vt dicta l. properandum. §. sin autem reus. & l. final. in princip. infrà de appellationibus. Facit authen. qui semel. infrà eodem titu. & nota: Barto. in l. iiij. §. hoc autem. ff. de damno infecto. Et fortè hoc esset verum etiam hodie, etiam si inchoasset vltimum semestre instantiæ: quia vbi iudex velit, & possit inquirere de exceptionibus rei, non est cogendus pronuntiare quasi non liqueat sibi de causa, nisi esset in vltima hora instantiæ: quia tunc bene teneretur pronuntiare, vt dicta l. properandum. §. primo. & §. illo. Vbi vero de defensoribus rei non poterat inquiri, puta quia constabat de iustitia actoris per confessionem iudicialem rei, vel per iuramentum delatum à reo actori, vel quia reus se absentauit post elapsam dilationem peremptoriam sibi præfixam ad probandum, tunc iudex tenebatur pronuntiare contra absentem: secundum iura vetera. & sic intelligo istam legem. Hoc temperatur hodie: quia non tenetur pronuntiare nisi inchoauerit vltimum semestre, vt dicto §. huiusmodi. Posset etiam secundo exéplificari extra gloss. quando instabat finis instantiæ, id est, vltima dies instantiæ præfixæ per statutum loci, per aliquod ius antiquum ante Iustinianum. Ad quod facit l. si iudex. ff. de iudiciis. tunc enim si causa erat liquida, & vtraque pars erat absens, poterat iudex condénare reum absentem actori absenti, ne instantia inutiliter elaberetur, vt hic. Et hoc singularissimè tenet Bartol. in l. Seius & Augerius. ff. ad legem Falcidiam. Ad quod facit dicta l. properandum. post principium. nam propter publicam vtilitatem videtur inductus terminus instantiarum, ergo iudex potest supplere ex officio, ne instantia pereat, & sic ne lites sint immortales. argumento l. quos prohibet. ff. de postulando. & l. filius. §. veterani. ff. de procuratoribus. iudex tamen non tenetur ad hoc, vt in hac l. Sed si actor esset præsens, & instaret, ad hoc bene teneretur, seruata distinctione, de qua supra. Imo plus forte dici potest, quòd in vltima parte diei artificialis instantiæ, possit iudex ferre diffinitiuam contra reum absentem, etiam nulla præcedente citatione: quia illa dies vltima debet esse nota litigatoribus: & ideo terminus iuris videtur habere vim citationis peremptoriæ, etiam quo ad diffinitiuam. argumento l. secundæ, infra de temporibus appellationum. Et hoc ibi videtur de mente Bartol. & in l. qui ante Calendas. ff. de verborum obligationibus. quod est multùm notandum propter statuta. quæ præfigunt instantias. Et sic practicaui, & obtinui quod in vltima hora vltimi diei instantiæ non requiratur citatio partis. Et ad prædicta, quòd terminus iuris habeat vim citationis peremptoriæ, etiam quò ad diffinitiuam, facit capit. sæpe. extra de appellationibus. & capitulũ primu. de electione, libro sexto. & quod ibi notatur. & cap. cordi. in fine, de appellatio. eodem lib. & quod ibi notat Innocen. & capitu. veniens. extrà de renuntiatione. Contra prædicta tamen multum facit gloss. in dicta l. properandum. §. & si quidem. in verbo, licentia. quæ dicit, quòd vbi vtraque pars est absens, nunquàm ferenda est sententia. Sed respondeo quòd illa gloss. debet limitari, nisi instet vltima hora instantiæ, & sic immineat periculum peremptionis instantiæ. Et notare bene prædicta, quia satis singularia
5 sunt. Quæro, quot vicibus † inducatur hoc verbum, solitus sit, vel soleret. Bartol. dicit, quòd nunquam fuit bene clarus, dicit tamen, quòd videtur quod verificetur ex vno actu tantùm, per l. Mela. §. primo. ff. de alimentis & cibariis legatis. vbi Bartol. idem sensit. Sed credo contrarium: nam quandoque verbum solet, refertur ad consuetudinem meri facti, vt est mos certi nominis, & tunc requiritur saltim binus actus, nec tunc requiritur spacium longi temporis, scilicet, decem annorum. Sed quot actus, & quanti temporis continuatio requiratur, arbitrio iudicis stat. l. vel vniuersorum. ff. de pignorati. actione. & l. qui semisses. §. final. ff. de vsuris. & in capit. illo vos. in fine, extrà de pignoribus. cum similibus. Et bene facit l. tertia. in fine. C. de episcopali audientia. & quod ibi notatur. & l. prima, in fine, cum l. sequenti. ff de iure deliberandi. Nec obstat dicta l. Mela. in §. primo. quia respondeo quòd testator ibi fuerat solitus pluries præstare alimenta. Sed in quanta quantitate, & in qua forma debeant præstari, bene dicit textus, ibi, attendendum vltimum tempus, quod fuit ante mortem. & sic est casus diuersus. Prætereà illa lex multa specialia introducit fauore alimentorum, vt ibi dicit glossa. Quandoque verbum solet, refertur ad consuetudinem, ex qua descendit aliquid iuris, quæ dicitur ius non scriptum, & tunc ad minus requiritur continuatio decem annorum, & habet locum materia l. de quibus. ff. de legibus. Et quot actus tunc requirantur, remitto ad ibi notata, & ad notata per Cynum in l. secunda. C. quæ sit longa consuetudo. & per Canonistas, in capitulo final. extrà de consue-
6 tudine. Vltimò quæro † an iudex qui negligit facere iustitiam in casibus, in quibus tenetur aliquid facere, teneatur actione in factum, quasi fecerit litem suam? Bartolus hic dicit, quòd licet teneatur parti ad interesse, non tamen tenetur quasi fecerit litem suam: quia l. final. ff. de variis, & extraordinariis cognitionibus. & iura similia loquuntur, quando iudex malè iudicauit, non autem quando negligit. Dicit tamen quòd sunt quidam casus speciales, in quibus sunt prodita certa remedia contra iudicem negligentem, vt l. mancipia. suprà, de seruis fugitiuis. & l. si quando. suprà, de testibus. & l. properandum. §. siue autem alterutra. suprà de iudiciis. & de magistratibus conueniendis. per totum. & l. quarta. §. in eum ff. de damno infecto. Sed Bartolus in dicta l. final. aliter loquitur, dicens, quòd secundum iura vetera iudex negligens non tenebatur parti ad interesse, nisi in dictis casibus specialibus, sed per ius nouissimum bene tenebitur parti ad interesse. Cùm enim delinquat negligendo, ita quòd potest criminaliter puniri, vt in authentica, vt differentes iudices. §. primo, collatione nona. meritò debet dari cótra eum parti læsæ actio in factum ad interesse, per dictum §. j. iuncta regula l. nec quicquam. ff. pro socio. Sed neutrum dictum Bartoli mihi placet, & maximè id, quod scribit in hac lege: nam iudex, qui dicitur facere litem suam, non tenetur parti læsæ vltra interesse suum, imò tenetur ad minus, quando non fuit in dolo: quod relinquitur arbitrio discreti superioris. Sed quando fuit in dolo, tenetur ad totum interesse, vt dicta l. final. iuncta l. secunda, infrà, de pœna iudicis qui malè iudicauit. vbi Bartolus hoc tenet. & l. filiusfamilias. ff. de iudiciis. Et quòd etiam secundum iura vetera, paria sint siue iudex malè iudicet, siue negligat facere iustitiam. probatur in l. si quis in conscribendo. in fine, suprà, de pact. Pro hoc allego glossam in lege, argentarius. §. cum autem. ff. de edendo. in gloss. in verbo, de iudice. Et sic ex casibus specialibus, quos hic ponit Bartolus, potest sumi regula generalis.

LEX II.

1 *Iudices qui citent per edicta.*
2 *Actus factus per propriam personam iudicis plus vrget quàm factus per edicta.*
3 *Monitio iudicis quid continere debeat, & eius priuilegium.*
Citatio facta per nuntium, vel per edictum non arctat citatum ad diffinitiuam, nisi de illa sit specialis mentio facta in citatione.
4 *Sententia nomine intelligitur de diffinitiua.*
5 *Citatus ad vnum actum, si iudex alium actum faciat, vel alia forma actus nullus est.*
6 *Citatio per edictum an & quando habeat vim peremptorij.*
7 *Citatio de aliquo facta non ad petitionem partis an valeat.*
8 *Dilatio probatoria censetur peremptoria. Et quid de expectatoria?*
Actori ad probandum incumbentia in causis ciuilibus dantur tres dilationes generales.
9 *Iura consuetudinem adaptanda.*
10 *Iudex an possit monere quocunque loco citatum, vt adsit sententia*
11 *Dilatio probatoria præfigi non, nisi sedente pro tribunali iudice, potest.*
12 *Acta testibus probantur.*

Cessante.

Cessante. Valet sententia, licet peremptorium non præ-
cesserit, si tamen præcesserit monitio tatundem im-
portans. Hoc dicit secundum vltimam lecturam gloss. &
non est alibi secundum Barto. Nota argumentum, quòd
sufficit quem esse monitum, vt adsit iudicio, ad hoc, vt
contra eum possit sententia ferri. In textu ibi, *perempto-
rij edicti.* Dic, vt quia non fuit citatus perēptorie. In tex.
ibi, *admonitus* Dic, quia iudex eos admonuit, vt adessent iu
dicio pro audiendo sententiam. In tex. ibi, *proferri.* Dic,
quia iudex potest ferre sententiam, etiam si non venerit
prædictus admonitus, licet non peremptorie citatus, sed
per iodicem solùm admonitus. Nota, quòd si iudex di-
cat partibus præsentibus, admoneo vos, vt tali die inter-
sitis iudicio ad audiendum sententiam, vel, admoneo
te, (vni soli loquendo) tantùm valet sicut citatio perem-
ptoria, licet oon dixerit peremptoriè. Et io hoc est singu-
laris ista lex. In gloss. j. ibi, *vel delegatus.* Nota ex ista glo.
1 quòd† iudices ordinarii inferiores, qui non poterant co-
gnoscere de causis meri, & mixti imperii, nec etiam de a-
liis causis, nisi vsque ad certam summam, non possunt ci-
tare per edicta. Et idem est in omnibus delegatis. Fallit in
delegato Imperatoris: vt in authenti. de litigiosis. in §. o-
mnem vero. In gl. eadem, ibi, *vel dic cessante.* Ista vltima
lectura est magis notabilis, & cōmuniter tenetur, & eam
sequitur gloss. in cap. consuluit. extrà de officio. delegati.
2 quam tenent doctores ibi. Et est ratio: quia plus† debet
vrgere, seu stringere ipse actus factus per propriam per-
sonam iudicis, quàm actus factus fictè per iudicem ali-
quo medio, vt per edictum, vel per nuntiom. Ad quod
benefacit textus in capit. ij. de confessis, libro vj. Et oo-
3 tate ex ista glo. plura. Et primò, quòd† in monitione iudi
cis debet hoc contineri, quòd adsit sententiæ. Et sic non
sufficit, si fuerit monitus, vt adsit iudicio, vel, vt veniat ad
audiendum voluntatem iudicis. Et est ratio, quia sicut
citatio facta per nuntium, vel per edictum nō arctat ci-
tatum ad diffinitiuam, nisi de illa sit specialis mentio fa-
cta in citatione, vt l. in peremptorio. ff. de iudi. & extrà de
testibus, capitul. cùm olim. & est hodie clarus textus in
clemen. sæpe. §. penul. de verbo. significatio. & ibi hoc te-
net gloss. in verbo, ad id. vbi probatur hoc habere locum
etiam in causis summariis, in quibus proceditur sine fi-
gura iudicii. pro quo etiam facit dictum capit. consuluit.
& qood ibi notatur. hoc etiam tenent Domini de Rota,
in conclusione cccxxxvj. Ita eodem modo in vnica mo-
nitione iudicis requiritur, quòd fiat mentio de sententia
ad hoc, vt arctet citatum ad illam. Habet ergo monitio
iudicis priuilegium respectu numeri: quia non requiritur
trina monitio, non autem respectu mentionis specialiter
faciendæ de sentētia. Nec obstat ista lex, ibi, *iudicio adesse:*
quia illa verba reguntur ab illo verbo, *noluerunt*, non au-
tem ab illo participio, *admonitis* Plus etiam dici potest, ꝙ
citatio peremptoria, vel monitio iudicis ad audiendum
eius voluntatem, non sufficiat ad hoc, vt possit ferri in-
terlocotoria, habens vim diffinitiuæ quò ad effectū, quia
imponit finem toti controuersiæ, vt est illa, qua pronon-
tiatur appellationem esse desertam: quia ita requiritur ci
tatio specialis ad illam, sicut ad diffinitiuam, propter gra
uitatem præiudicii: debet enim attēdi id, in quo plus in-
calescit. arg. l. quæritur. ff. de statu hominom. Et hoc vi-
detur de mente Dominorum de Rota in loco vbi suprà.
Pro quo etiam facit quod notant iidem domini de Rota
in conclusione lxxxii. & lxxxiij. vbi sentire videntur, quod
in appellationibus quæ interponuntur à talibus inter-
locutoriis, quæ habent vim diffinitiuæ, & in prosecutio-
nibus earum seruari debeat id, quod seruatur in appel-
lationibus à diffinitiuis. quod etiam sensit Abbas. & Ioā.
And. in c. peruenit. ii. extrà de appell. Et hoc firmauit Bal.
in l. mioribus. suprà de iis, quibus vt indignis. & domi-
nus Petr. de Anch. in l. iij. §. fi. ff. de appellationibus. in re-
portationibus quas edidit Bononiæ. Secundò ootate
4 ex ista glo. qoòd† sufficit, quòd fiat mentio de sententia,
nec est necesse quòd dicatur de diffinitiua. Et bene dicit
gl. per d. c. consuluit. & per cle. sæpe. & per rationem: quia
de proprio significato appellatione sententiæ compre-
henditur diffinitiua. l. quod iussit. ff. de re iudi. & extrà de
test. capit. cùm olim. & ibi nota. & notat gloss. in l. j. §. bi-
duum. ff. quando appellā. sit. Et per hoc fortè potest dici
vnum bene notandum, quòd si quis fuit citatus perem-
ptoriè, vel monitus per iudicem ad audiendam senten-
tiam, & iudex in termino non protulit diffinitiuam, sed
qoādam interlocutoriam, illa interlocototia erit nulla,
sicut si oulla citatio vel monitio facta fuisset, per illam
5 notabilem regulam, quæ vult, quòd quotiescunque† quis
est citatus, vel monitus ad vnum actum, si iudex facit aliū
actū, vel in alia forma, quàm dicat monitio, vel citatio,
actus est nullus, sicut si nulla monitio, vel citatio, interue-
nisset, vt l. aut qui aliter. in prin. ff. quod vi aut clā. vbi Bar.
hoc tenet: nisi fortè esset interlocutoria habēs vim diffini
tiuæ, quia illa valeret, & de illa videretur sensisse iudex in
citatione, vel monitione. argumento d. l. quæritur. ff. de
6 statu hominum. Cogitabitis tamen. Tertiò notate† ex
hac glo. per locum à speciali, quòd citatio facta per nun-
tium, vel per edictum de aliquo, vt adsit sentētiæ, non ha-
bet vim peremptoriæ citationis, nisi interuenerit trina.
Et pro hoc facit d. cle sæpe. §. penult. inducendo eam per
locum à speciali. vt l. in pereoiptorio. ff. de iodi. & d. capi.
consuluit. & d. c. cùm olim. secus tamen esset dicendum,
si quis fuit citatus per nuntium, vel per edictom, sub hac
forma, vt compareat tali die, aliter procedetur ad sen-
tentiam: nam tunc illa comminatio posita in oratione,
diuersa ab illa, in qua continetur comparitio, facit eam
habere vim peremptoriæ. argumento d. l. in perempto-
rio. Et hoc singulariter tenet Bart. in l. si finita. §. Iulianus.
in ij. col. ff. de damno infecto. Idem etiam tenet Specu. in
tit. de citatione. §. viso. versic. item licet idem in die. quod
notare: quia multi errarent in hoc. Idem si iudex dixit,
Citetur talis ad sentētiam, hac vna citatione pro omni-
bus: vt hic secundum lecturam glos. quam tenet Bart. hic,
& in dicto §. Iulianus. & probatur in l. nonnunquam. ff.
de iudiciis. Quartò notate ex hac glo. per locum à spe-
ciali, seu per argumentum à contrario sensu, quòd licet
nuntius citans iooenerit personaliter citatum, illa cita-
tio non habet vim peremptorii, nisi id verbum, vel æqui-
pollens, fuerit appositum, vel nisi interuenerit trina. Si e-
nim est speciale in monitiooe facta per personam iudi-
cis parti præsenti, ergo secus est in citatione nūtii. Et pro
hoc facit l. tres denuntiationes. infrà eodem tit. pro quo
etiam allego id, quod notatur per gloss. & Canonistas, in
d. c. consuluit. Et hoc videntur tenere doctores commu-
niter vbique, & præsertim Ioan. Andræ. in titu de contu-
macia. §. j. ver. & nota. in addi. Spec. & Anto. de Butr. in c.
ad petitionem. extrà de accusationibus. licet Inn. ibi te-
nuerit contrarium: cuius dictum vidêtur prima facie se-
qui domini de Rota in conclusione ccxxxix. Et nota be-
ne, nisi saluetur dictum Innocentii in monito per perso-
nam iudicis, vel in eo, qui semel citatus respondit nuntio
se nolle venire: quia tunc nō est necesse illum amplius ci-
tari ad illum actum, vt notat gloss. in l. fin. ff. de in integr.
resti. & xxiiij. q. iij. cap. de illicita. Et ita communiter te-
netur, vt dicit Bar. in d. l. fina. in d. §. Iulianus. licet Ioan.
Andr. videatur tenere oppositum, in dicto §. j. ver. & not.
7 & non bene. Extra gl. primò Bart. hic dicit, † quod ci-
tatio facta de aliquo, non valet, nisi sit facta ad petitionē
partis adoersæ. l. ad peremptorium. ff. de iudiciis. & ideò
instruit quòd hoc scribatur in actis. & ita seruatur. Et idē
dicit Bar. in monitione iudicis. Sed aduerte, quia hoc ha
bet locum in dilatione expectatoria, secus est in dilatio-
ne, quæ præfigitur ad probaodom: nam illam potest iu-
dex ex officio suo præfigere vni parti, etiam alia non in-
stante. l. j. suprà, de dila. vbi Bart. hoc singulariter tenet, &
allegat ad hoc l. properandum. §. j. suprà de iudiciis. Item
dictum Bar. hic debet limitari, nisi sit casus, in quo iudex
possit supplere ex officio suo, & sic citare vnam partem,
etiam alia absente & non instante, vt in c. oblatæ. in fin.
extrà de appella. & l. ij. infrà de appellationib. cum simili.
8 Secundo dicit Bart. † quòd qualibet dilatio probatoria
censetur esse peremptoria. l. fi. ff. de feriis. sed dilatio expe
ctatoria quæ datur ad veniēdum, non, nisi sit facta à iudi
ce parti præsenti. vt hic. vel nisi interuenerit trina citatio.
Et idem notauit Bar. in d. §. Iulianus. & in d. [illegible] de dilat.
& in d. l. fi. & in repetitione auth. at qui semel. de proba. &
in l. admonendi. ff. de iureiurand. vbi sequendo Butr. ipse

tenet vnom valde rigorosum, quòd si quis habuit vnã di-
lationem ad probandum, & fuit impeditus solum in exa
minatione duorum testium, non dabitur sibi secũda, nisi
solum ad illos duos testes examinãdos. Sed quicquid di-
cat Bar. practica hoc non obseruat. nam in causis ciuili-
bus dantur tres dilationes generales actori ad probandũ
incumbentia, & sic finita prima, datur secunda, & postea
tertia, etiam absque eo, quòd quis probet se fuisse impe-
ditum, etiam per iuramentum suum. Alia verò nõn datur
sine solennitate legali, de qua in auth. de testib. in §. quia
verò. & in c. vltra tertiam. de testibus. Et quòd cõsuetudo
sic obseruer, firmat gl. & Ioan. Andr. in c. in causis. extrà
de testi. & sic vidi practicari pluries. Et sic vno modo pos-
9 set intelligi auth. iubemus. suprà, de iudiciis. iura † enim
sunt adaptanda consuetudini, quantũm fieri potest. l. mi
nimè. ff. de legib. Et similiter totidem dilationes genera-
les dantur reo ad probandum sibi incumbentia. Sed do-
ctrina Barto. posset sustineri in dilationibus specialibus,
quæ dantur ad probandum certa capitula, vel certas ex-
ceptiones. Et idem in illis, quæ dantur ad proponendum,
puta exceptiones dilatorias. Et sic potest intelligi l. fi. & l.
oratione. ff. de feriis. Ad quod facit c. pastoralis. extrà de
excep. & quod notat Specu. in titu. de dilatio. §. j. versic. &
10 nota quòd si datus. Vlterius quæritur, an istam † moni-
tionem, vt adsit sententiæ, possit facere iudex in quocun-
que loco, etiam stando, vel ambulando? Credo quòd sic:
quia est actus leuis præiudicii. argumento l. sancimus. su-
prà de iudiciis. & l. diem proferre. in prin. & l. sed & inter-
pellatur. §. j. ff. de arbitris. Pro quo allego id, quod notat
Bar. in d. §. Iulianus. in iiij. col. vbi dicit, quòd commissio
citationis, quam facit iudex nuntio, & relatio nuntii iu-
dici potest fieri vbique. imò plus dicit, quòd sufficit, quòd
relatio citationis fiat per nuntium soli notario actorum.
Sufficit enim posteà intimare iudici per acta. Quod di-
ctum notare contra notarios Bononienses, qui quando
extendunt acta, superscribunt, quòd iudex pro tribunali
sedens, vt suprà, commisit tali nũtio, &c. & similiter quòd
tali die nuntius retulit dicto iudici pro tribunali sedenti,
vt suprà, & mihi notario actorum, vt suprà. Et dicũt se hoc
facere, vt acta sint magis valida, licet veritas pro maiori
parte aliter se habeat: non enim est necesse quòd sic scri-
bant, vt patet ex prædictis. Secus est tamen in dilatione
11 probatoria, quia † illa non potest præfigi, nisi à iudice pro
tribunali sedente. l. à procedente. suprà, de dila. Vltimò
quæro, an sit necesse quod illa monitio iudicis scribatur
12 in actis? Respondeo quòd non. Acta † enim regulariter
possunt probari per testes, vt in cap. quoniam contra fal-
sam. in fi. & ibi nota. extrà de proba. Facit regula l. in ex-
ercendis. suprà, de fide instrumentorum. licet Bar. tenue-
rit contrarium, & non bene, in l. ne in arbitris. suprà, de
arbitris.

LEX III.

1 *Sentẽtia lata contra citatum ad domum, vel per edictum, & si ad*
eius notitiam citatio non deuenerit, valet.
2 *Appellationis tempus à die scientiæ currit.*
3 *Verbũ illicò, nonnullum temporis tractum, licet minimum, requirit.*
4 *Sententiæ tacitè consentit, qui non appellat.*
5 *Absens etiam ex quacunque causa, qui procuratorem non dimisit,*
à die scientiæ intra decendium appellare potest. Secus si procu-
ratorem qui non appellauerit, dimiserit. & nu. 9.
6 *Obligatio naturalis, an inducatur ex sententia condemnatoria. &*
nu. sequen.
7 *Obligatio naturalis facilius tollitur, quàm inducatur.*
8 *Decendium datum ad appellandum à die scientiæ currit.*
9 *Procurator generalis ad lites, cui intimatur sententia, non appel-*
lando an absenti domino præiudicet?

A *Reo.* Non potest infirmari sententia ab eo, qui con-
gruo tempore conquestus nõ est. Hoc dicit. Nota,
1 quod † valet sententia lata contra citatum ad domũ, vel
per edictum: licet citatio ad eius notitiam non peruene-
2 rit. Item nota, quòd † tempus præfixum ad appellandũ,
currit à tẽpore scientiæ: & sic currit de momento ad mo-
3 mentum. Item nota, quòd † verbũ illicò, aliquando re-
4 quirit aliqualem temporis tractum. Item † nota, quòd
non appellans, videtur tacitè consentire sententiæ. In
gl. ij. ibi, *alioquin si necessaria.* supple etiam. Et sic loquitur de
absente ex causa probabili, & necessaria, puta militiæ,
qui restituitur ad totam causam, nisi quãdo fuit legitimè
defensus: quo casu restituitur ad appellandum tantum. l.
fi. ff. de in inte. resti. In ea. gl. in fi. Dic, ista vltima lectu-
5 ra est verior: quia † non solum absens ex causa probabili,
& necessaria, vel probabili tantum, sed etiam absens ex
voluntaria, qui nullum dimisit procuratorem, potest de
iure communi appellare intra biduum olim, hodie intra
decendium à tempore scientiæ, vt hic, & l. j. in fi. ff. quan-
do appel. sit. & hoc siue ipse fuerit in culpa in non dimit-
tendo procuratorem, siue non. Vbi verò talis absens di-
misit procuratorem, & procurator neglexit appellare in-
tra tempus computandum a tempore scientiæ procura-
toris, tunc dominus non poterit appellare: quia negligen
tia procuratoris nocet domino in hoc. Vtrum autẽ tunc
domino possit succurri per beneficiũ restitutionis in in-
tegrum, recurrendum est ad notata in l. fi. ff. de in inte. re-
stitutio. vbi plenissimè de illa materia. Et prædicta pro-
cedunt supposita validitate sententiæ. Vbi verò sentẽtia
fuisset nulla, tunc illa nunquàm firmatur tractu tẽporis,
etiam si esset appellatũ, & appellatio esset deserta. l. si ex-
pressim. in fi. ff. de appel. In gl. iij. in fi. Dic, ibi non poni-
tur materia, nisi remissiuè: quia gl. remittit ad notata ple
6 nè in d. l. fi. Extra glo. Bar. hic tenet, † quòd ex sententia
condemnatoria nõ inducitur naturalis obligatio: quia
si sententia absolutoria non tollit naturalem. l. Iulianus
verum debitorem. ff. de condictio. indebiti. multo minus
7 potest inducere naturalem: quia † faciliùs tollitur obliga
tio, quàm inducatur. Nec obstat ista lex in fin. per quam
quidam dixerunt contrariũ: quia respondet, quod is, qui
non appellat, videtur consentire sententiæ ficte, non vere.
Et pro Barto. in hoc vltimo est tex. in capi. quod ad con-
sultationem. extrà de re iudi. Contrarium tamen videtur
tenuisse Bar. in repetitione dictæ l. Iulianus. per hanc ra-
tionem: quia ius naturale, siue gentiũ suadet, quòd obe-
diatur sententiæ superioris. l. ij. ff. de iustitia & iur. & ideo
ex sententia oritur etiam naturalis obligatio: oritur ta-
men aliunde, quàm ex consensu partis victæ. Ad quod al-
legat ibi plura similia. Sed pro concordia puto posse di-
ci: quòd aut sententia condemnatoria est iniusta ex pro-
posito iudicis, vel re ipsa, & tunc non inducat naturalem
obligationem: & sic intelligatur dictum Bar. in hac lege.
Et est ratio: quia ius diuinum, & etiam ius naturale, seu
gentium non reputat esse æquum, quòd tali sententiæ pa
reatur, ex quo est iniusta. Et de tali sententia iniusta lo-
quuntur tex. qui dicunt, quod ex sententia absolutoria
non tollitur naturalis obligatio, vt dicta l. Iulianus. & l.
procurator ad exhibendum §. j. ff. rem ratam haberi. Et
pro prædictis facit quod notat Inno. in ca. quia plerique.
extrà de immunitate ecclesiarum. Aut sentẽtia condem
natoria est iusta, & tunc inducat etiam naturalem obli-
gationem, per rationes, quas ponit Bart. in dicta l. Iulia-
nus. Et similiter forte dici potest, quòd sententia absolu-
toria iusta tollat ipso iure etiam naturalem obligatio-
nem. Si enim sententia iusta potest inducere naturalem,
multò magis & tollere. argumento l. Arrianus. ff. de actio
nibus & obligationibus. licet Bar. videatur sensisse con-
trarium in dicta l. Iulianus. in antepenult. colum. & fortè
non bene. Et pro me allego l. si plures. in prin. ff. de fideius
sorib. & quod ibi notatur per Bar. nam sententia absolu-
toria iusta tollit ipso iure actionem, vt ibi probatur, pu-
ta, quia fuit opposita aliqua vera & iusta exceptio perem
ptoria: vt exceptio diuisionis ex epistola diui Adriani, vel
alia similis. Et hoc ideò insurgit, quia ex quo illa senten-
tia perimit ipso iure tam patrem, quàm matrem actio-
nis, id est, tam naturalem, quàm ciuilem obligationem,
restat quòd actio tollatur ipso iure. Vbi verò absoluto-
ria fuit iniusta, tunc quia tollit solum ciuilem & non na-
turalem obligationem merito remanet actio, licet exce
ptione elidatur, vt Insti. de exceptionibus. §. item si in iu-
dicio. cum similibus. Et prædicta tenete menti. Vlterius
8 per illum dici potest, quòd † si fuit lata Bononiæ senten-
tia contra me, qui nullum dimiseram procuratorem, &
notitia sententiæ deuenit ad me, dum essem Parisiis ex
causa voluntaria absens, statim à tempore scientiæ inci-

pi.te

piat mihi currere decendium ad appellandum, vt hic, &
l.j.in fi.ff.quando appel.sit. Quamuis enim ego sim impe
ditus habere intra decendium copiam iudicis à quo, &
ad quem: quia tamen hoc impedimentum principaliter
surgit ex parte personæ meæ, non autem ex persona iudi-
cis, qui quotidie se exhibet omnibus apud tribunal suū,
meritò currit mihi tempus decēdii de rigore iuris. Et ita
tenet gl. notabilis quā sequitur Bar. in l.j.§.dies.ff. quan-
do app.sit. Puto tamen quòd si à tempore scientiæ arri-
pui iter à Parisiis versus Bononiam, vel misi procuratorē
quàm citiùs potui, possum petere in integrum restitui ad
decendium ad appellandum, quod cucurrit mihi absque
culpa mea ex clausula generali.l.j.in fi.& l.nec nō.§.quod
eis.ff.ex quib.cau.maiores. Vtrum autem tunc potuissem
ego in Parisiis, vel per iter appellare coram bonis viris?&
an possit mihi imputari, quod ego hoc omiserim facere?
Non determino pro modo, sed de materia ista remitto
ad notata in capitulo finali, extra de appellatio.& in d.l.
9 j.§.dies. Vlterius posset quæri, vtrum† si fuit lata senten
tia contra me absentem. & hæc sententia fuit intimata
meo procuratori generali ad lites, & ipse neglexit appel-
lare intra decendium à tēpore intimationis, noceat mihi
hæc sua negligentia, licet ille procurator nunquām agita
uerit causam principalem? Et videtur quòd sic, si iste pro-
curator habebat liberam administrationem, saltim ad
lites, per l. procuratoris. in prin.ff de tributoria actione.
& per notata per Bar. in l. non solùm.§.morte.ff.de oper.
no.nun. In contrarium tamen facit clem. causam. iuncto
principio cum fi.de elec. in clementinis. Quod nō deter-
mino pro modo, sed fortè dicam in auth. hodie. infrà, de
appella.

LEX IIII.

1 *Sententia die feriato lata est nulla.*
2 *Citatio vt quis die profesto iudicio sistat, non valet*
3 *Sententia vbi nulla est, potest ex eisdem actis, eademque instātia alia inferri valida, quando nullus alijs in actis est defectus.*
4 *Sententia nulla instantia finem non imponit.*
5 *Citatus ad diem feriatum, si non compareat, cōtumax non dicitur.*
6 *Iudex an & quando possit sententiam latam reuocare, & iterum pronuntiare & numero sequenti.*
7 *Circuitus euitandus*
8 *Delegatus principis sententia lata non est functus officio.*

SI vt proponis. Sententia nulla extinguit iurisdictionē
iudicis delegati, & causa poterit alteri delegari. Hoc
1 dicit. Nota summarium. Nota, quòd † sententia lata
die feriata est nulla, quomodocunque sit feriata, vt hic, &
2 l.j.ff.de feriis. Item nota, q † citatio facta vt quis com-
pareat die feriato, est nulla, nec citatus potest dici contu-
3 max. Item nota, quòd † vbi sententia est nulla, potest ex
eisdem actis, & ex eadem instantia ferri alia sententia va
lida, quando nullus defectus est in aliis actis, vt hic, & l.j.ī.
4 tit.j. Ex quo nota, quòd † sententia nulla non terminat,
nec finit instantiā: vnde non obstante illa sententia nul
la, currit tēpus instātiæ, sicut priùs currebat. Et vide, quod
notat Bar. in l.ij.ff.iudicatum solui. In gl.ij.in fi. Vel po
test dici, quòd nullitas sententiæ surgit principaliter ex
hoc, quòd dies latæ sententiæ fuit feriata: nam ex hoc se-
quitur, quod licet citatio alio respectu in se fuerit legiti-
5 ma, tamen † citatus ad diem feriatū dicitur non esse con-
tumax, vt hic.& l.ij.§.fina.ff.si quis in ius vocat. non ierit.
quod tamen limitandum est, vt ibi notatur per Bar.& per
doctores, in c. præterea. extrà de dilatio. Posset etiam iste
textus alio modo exemplificari, videlicet, in citato perē-
ptoriè ad sententiam pro die non feriata, qui fuit contu
max: iudex autem non illa die, sed sequenti, quæ fuit feria
ta, pronuntiauit: hæc enim sententia est nulla, vt hic, & l.
j.§.j.ff.de feriis. Sed si dies sequens fuisset non feriata, po-
tuisset expectare absentem in die sequenti, & in illa pro-
nuntiare sine noua citatione, vt est textus notabilis in c.
consuluit. extrà de offi.deleg. In gl.fi.in fi. Pro solutione
huius contrarii, & aliorum, concludendū est sic. Aut
6 † iudex tulit sententiam validam, licet iniustam, & non
potest illam reuocare. l. iudex.ff.de re iudic.& l.j.infrà, sen
tentiam rescindi non posse. Aut tulit sentētiam nullam,
& tunc aut est nulla propter turpitudinem iudicis, & non
potest ipse ampliùs pronuntiare, sed recurrendum est ad
superiorem.l.absentem.ī.de accusationi. & ibi not. per
Cy. Hoc etiam sensit Bar hic. Aut alio modo est nulla, &
tunc aut est ordinarius, & potest iterum pronuntiare.l.si
præses.ī.eo.tit.& l.j.ī.tit.ij. Aut est delegatus ad vniuersi-
tatem causarum, & idem est quod in ordinario, vt in ca.
qualiter & quando.j.extrà, de accu. vbi gl. hoc sensit. Hoc
etiam tenuit dominus meus, do. Ange. in l.iudex.ff.de re
iud. Allegat simile, quia videmus quòd quò ad potestatē
subdelegandi ipse æquiparatur ordinario. l.i.§.j.ff.quia
& a quo appellatur.& ibi no. Idem etiam tenuit do. Bart.
de Salt. in hac l.& bene. Et hoc confirmo ratione. Sicut e-
nim coram delegato ad vniuersitatem causarum posset
de nouo inchoari petitio, & processus, sine alia noua com
missione, sicut coram ordinario, vbi totus processus fuit
validus præter sententiam, æquum est, quòd possit sicut
ordinarius pronuntiare ex eodem processu, vt superfluus
7 circuitus † euitetur, quod fieri debet. l. dominus testamen
to.ff.de condictio.indebi. Aut est delegatus specialis, &
tunc aut est delegatus Imperatoris, vel Papæ, & in hoc
dubito. Puto tamē, quod idē sit, quod in ordinario, quòd
iterum possit pronuntiare, quia hoc non inuenio iure
prohibitū. Nam ista lex loquitur solum in delegato in-
ferioris à principe, qui non potuisset exequi sententiam
suam, ergo non debet extendi ad delegatum principis,
8 qui potest exequi sententiam suam, & † sic sententia lata
non est perfunctus officio suo, vt plenè notatur in l.à diuo
Pio. in prin. de re iudi.& probatur in c. quærenti. extrà de
offi.deleg. cum simi. Et hoc videtur de mente Bar. in d.l.à
diuo Pio. in prin. Hoc etiam tenuit domi. Ang. in d.l.iu-
dex. Inn. tamen & Io. And. videntur sentire contrariū in
c. in literis. extrà de of.dele.& ipsemet Bart. in l.ij.§.j.ff.de
optione legata. Aut est delegatus alterius inferioris, & tūc
non potest iterùm pronuntiare, vt in hac lege.& l.j.ī.tit.j.
Fallit, quando sententia esset nulla propter nō seruatam
formā expressam in delegatione: quia tunc omissio for-
mæ facit haberi perinde omnino, ac si nihil esset pronun
tiatum: & ideo iterum poterit pronuntiare, sicut dicimus
in arbitro, qui tulit sententiam nullam excedendo formā
cōpromissi. l. quid tamen.ff.de arbi. Et hoc tenuit domi-
nus meus, Domi. Franciscus de Rampo. in hac lege. Hoc
etiā sensit Bart. in d l.ij.§.j.ff.de optione legata. licet ipse
Bar. videatur hic sentire contrarium, dicens, quod aut iu
dex quantum est in se, erat perfectè functus officio suo, vt
quia iudicauerat super eo toto, quod sibi erat permissum,
& tunc habeat locū ista lex. aut non erat hoc modo per-
functus officio suo, vt quia non super omnibus sibi com-
missis pronuntiauerat, & tunc potest iterum pronuntia-
re, si sentētia nulla fuit, vt d.l. quid tamen. Extra gl. Bar.
hic tractat quædā super nullitate sententiæ, scilicet, quo-
modo idem ordinarius, vel superior possit iterum pro-
nuntiare: quæ etiam ipse ponit in l.si expressim.ff. de ap-
pel. in pen. col. Et de hac materia tangam in l.si præses.ī.
eo. tit. vbi meliùs cadit.

LEX V.

1 *Iudici, cui certus maiorum locus non sit, loci electionem esse.*
2 *Sententia lata aliò quam statuto loco, est nulla.*
3 *Mendacium dictum a parte parti, & si exceptionem pariat, non tamen processum reddit nullum.*
4 *Dolo præsentis in tacendo vero sententiam cōtra absentem latam nullam minime reddi.*
5 *Locus in citatione an sit exprimendus?*

SI vt proponis Sententia lata alibi, quàm in loco, ad quē
quis fuit citatus, est nulla. Hoc dicit. Vel sic. Sententia
lata alibi, quàm in loco, ad quē quis debuit citari, est nul
1 la. Hoc dicit. Nota † quod ordinarius, vt præses prouin-
ciæ, nō semper dicitur habere certum locum, vbi iudica-
re debeat, imo aliquādo electio loci spectat ad eū. Nota
2 quod † sententia lata alibi, quàm in loco electo, est nul-
la. In gl.j.in fi. Dic, ista secunda lectura non est amica
3 literæ. Ite non est vera in se: quia † mēdacium dictū à par
te parti non facit processum nullū, licet pariat exceptio-
nem, vt l.fi.§.j.& §.fi.ff.de eo, per quem factū erit. secun-

Bar. Pro quo etiam facit l. diuus. in fi. ff. de in integ. restit.
Secus est, si mendacium sit dictũ à parte iudici: quia tunc
sententia lata contra absentem dolo præsentis, est nulla:
vt est casus singularis, qui non est alibi in l. si prætor. in §.
Marcellus. ff. de iudiciis. Et hoc tenuit Bart. hîc. Ex cuius
4 dicto notare, quòd† dolus præsentis in tacendo verũ, pu-
ta, quòd absens habeat iustam causam non comparẽdi,
propter mendacium sibi dictum ab aduersario, non red
dit sententiam nullam latam contra absentẽ. Et pro hoc
facit quod notat Bar. in l. quæsitum. ff. de re iudi. Hoc etiã
magis clarè videtur de mente Bar. in l. j. supra, de satisdan
do. Idem etiam videtur de mente doctorum, in c. si duo-
bus. extrà de appel. & Inn. in c. præterea. extrà de dila. cir-
ca fin. Et est ratio, quia plus delinquit exprimens falsum,
quàm tacens verum: præsertim, quia communis mos liti-
gantiũ est tacere id, quod facit pro aduersario. iiij. q. iiij.
c. j. & in c. j. extrà de proba. Facit l. nimis. suprà, de testib.
tamen d. Ant. de But. videtur sentire cõtrariũ in hoc, in c.
cùm Bertoldus. extra de re iudi. Et hanc quæstionem vidi
5 de facto. Quæro ab extra, an† in citatione debeat expri
mi locus? Respondeo quòd quidam est iudex ordinarius,
qui habet deputatum certum locum maiorum, & de illo
intelligitur l. pen. ff. de iusti. & iure. & ideò non est necesse
inseri illum locum in citatione, secundum Bart. sed puto
procedere de iure ciuili, sed de iure Canonico non tene-
tur ordinarius procedere & iudicare in loco cõsueto ma
iorum, sed potest alibi, dum tamen in territorio suo, vt in
c. cùm episcopus. de off. ordinarii. li. vj. & ideò puto idem
esse quod in sequenti membro. Quidam est ordinarius,
qui non habet certum locum maiorum, & tunc ille tene-
tur ad certum locum citare, nisi prius præsentibus parti-
bus fuisset electus certus locus: nã non est necesse amplius
locum illum exprimi: quia ad illum intelligitur facta ci-
tatio, vt hic. Et facit ad prædicta l. aut qui aliter. ff. quod
vi, aut clàm. & ibi notata. Quidam est iudex delegatus, &
tunc aut locus fuit electus partibus præsentibus, & idem
quod suprà. Aut non fuit electus, & tunc aut quæritur de
loco vniuersali ciuitatis, & ille non debet inseri de neces-
sitate: quia intelligitur ibi commissum, vbi est factũ com
promissum, vel vbi est facta delegatio. arg. l. si cum dies.
§. si arbiter. ff. de arb. Aut quæritur de loco præclaro ciui-
tatis, & ille debet bene inseri, arg. l. ita stipulatus. ff. de ver.
ob. secundũ Bar. Pro hoc vltimo facit c. fi. extra de rescri.

LEX VI.

1 *Appellatione deserta nihil aliud, quàm appellationẽ desertam esse pronuntiare iudici superest.*
2 *Sententia etiam interlocutoria contra minorem indefensum lata, nulla est. 3.*
4 *Excommunicatus suo nomine potest esse in iudicio, sed non alieno.*
5 *Ecclesia & minor æquiparantur*
6 *Sententia contra ecclesiam indefensam à prælato an valeat?*
7 *Interlocutoria lata contra minorem indefensum est nulla, quibusdam casibus exceptis.*
8 *Sententia qua pronuntiatur appellationem desertam, est interlocutoria.*
9 *Ordinarius si tulit sententiam nullam, an in illa causa poterit adiri superior?*
10 *Sententiam inferioris declarari nullam ex vna causa petens, non obtinebit docendo de nullitate.*
11 *Nullitatem docere debet, qui petit iterum pronuntiari non obstante sententia lata, quam asserit nullam.*
12 *Sententia nulla non finitur instantia.*
13 *Iudex quando mutatur, nouus iudex habet tertiam partem instantiæ temporis illius causæ.*
14 *Sententiæ reformatio ex quibus fiat.*

S*I præses.* Sententia nulla non impedit ordinariũ iterùm
super eodẽ cognoscere, & pronuntiare. Hoc dicit. No-
1 ta valde bene summarium. Nota, quòd† vbi appellatio est
deserta, debet circunduci per iudicem ad quẽ, id est, pro-
2 nuntiari ipsam esse desertam. Item nota, quòd† sententia,
etiam interlocutoria, lata cõtra minorem indefensum,
3 est nulla. Item nota, quòd† sententia lata contra minores
indefensos non habet terminare instantiam. In gl. j. ibi,
vt infra, de ap. l. si actor. Dic idem notat glo. ibi, & Bar. & sic
nota, quòd actor, vel curator constitutus ad vnam litem, vi-
detur habuisse mandatum solum quò ad causam princi-
palem, & quò ad hoc, vt possit appellare à diffinitiua: non
autẽ potest prosequi causam appellationis, vt d. l. si actor.
Et idẽ multò magis est in procuratore singulariter consti
tuto. Vnde licet iura dicãt, quòd procurator nõ cogitur pro-
sequi accusationem, vt l. inuitus. s. de procu. & c. penulti-
mo. extra de procur. tamen etiam ipse sponte non potest
eam prosequi vt procurator, ita quòd eius gesta præiudicent
domino, licet aliquando possit prosequi, vt quilibet alius
carens mandato, vt notatur in d. l. si actor. De quo etiam
remitto ad notata in d. l. inuitus. In gl. ea. ibi, *quia non-
dum dati* Dic vt hoc exemplũ procedat, debet intelligi quòd
tempore, quo isti pupilli habebant tutores, fuit datus a-
ctor, seu coadiutor, qui à sententia inferioris appellauit ad
præsidẽ. posteà isti effecti sunt adulti, & cõtra eos indefen-
sos pronũtiauit præses, antè quàm haberent curatorem.
In gl. ea. ibi, *vel excommunicatus.* Dic notanter ex ista gl. quòd
4 excommunicatus† non potest vt tutor, vel curator cõpa-
rere in iudicio, etiã ad defensionẽ alterius, etiã appellatio
nem prosequendo. Facit pro hoc c. post cessionẽ. extra de
prob. & c. decernimus. de senten. excom. li. vj. sumẽdo ibi
patrociniũ largè pro officio aduocationis, & procuratio
nis. Sed excõmunicatus bene potest suo nomine esse in
iudicio, vt reus, itẽ suo nomine appellare, & appellationẽ
prosequi, etiã si à principio fuerit originarius actor: nã ap
pellatio quò ad hoc dicitur esse defensio, & hoc propter
imminẽs periculũ desertionis per lapsum anni, vt proba-
tur in c. cũ inter. & c. significauit & c. fi. extrà de exc[illegible] in
c. j. de rescri. in vj. In gl. ea. ibi. *sententia confirmationis.* Dic,
istud probatur in iuribus infra allegatis in gl. An autẽ ista
gl. habeat locum, quãdo tutor vel curator fuit præsens, &
defendit vsq; ad litẽ contestatã, sed posteà fuit contumax?
Videtur quod sic: quia hæc gl. loquitur indistinctè, & quia
æquiparat tutorẽ esse mortuũ, & tutorẽ nolle defendere.
Contrariũ tamen tenet gl. in d. l. cùm & minores. sed cõ-
muniter doctores dicũt, quòd aut tutor vel curator astitit to
to processui, excepta sententia, & tũc valeat sentẽtia: quan
doque noluit adesse in processu causæ, & tũc sententia sit
nulla ipso iure, & etiã processus factus cõtra minorẽ inde
fensum, vt hic, & l. acta. §. si & l. cõtra. ff. de re iudi. textus
enim loquũtur de minoribus indefensis, sed indefensi nõ
possunt dici illi, quorũ tutor, vel curator fuit præsens vsq;
ad cõclusum in causa, seu vsq; ad liquidationẽ negotii. Et
hanc opinionẽ tenet Bar. in d. l. cũ & minores. & in d. l. cõ
tra. & do. Bar. de Sal. in hac lege. Quidã tamẽ dixerunt, quòd
licet processus factus cõtra tutorẽ, vel curatorẽ præsente
valeat, sententia tamen lata in eius cõtumaciã erit nulla
in præiudiciũ minorũ. Sed prima opinio est verior, præ-
sertim quia in dubio debet teneri illa opinio, quòd sentẽtia
valeat, potius quã cõtraria. l. quoties in stipulationibus.
ff. de ver. ob. cũ si. In gl. ea. in fi. Dic, cũ ista gl. pertrãseunt
legistæ hic Sed aduerte, quia gl. loquitur solùm in ecclesia
viduata & sic vacãte prælato: & optimè dicit. & pro ea est
casus in c. fi. extrà, ne sede vacãte. Quid autẽ sit in ecclesia
habẽte rectorẽ, qui nõ defendit causam ecclesiæ? Videtur
prima facie idẽ, ac si ecclesia esset viduata, sicut suprà di-
5 ctum est in minoribus. Ecclesiæ† autẽ pacificantur mino-
ribus. l. orphanotrophos. s. de epi. & cle. & in c. auditis. ex
trà de in inte. resti. & notat gl. Insti. de actio. § itẽ nulla. &
Inn. in c. pe. extra de locato. vbi voluit, quòd sicut minoribus
intelligitur fieri mora re ipsa, vt l. in minori. s. i qui. caus.
in integ. resti. non est necesse ita intelligatur fieri ecclesiis.
Ad hoc etiam facit gl. xvj. q. j. c. similiter. & in c. ex literis.
extra de pigno. quæ voluit, quòd sicut bona tutorũ, vel curato
rum sunt tacitè obligata minoribus pro mala admini-
stratione. l. pro officio. s. de administ. tutor. ita etiã bona
prælatorũ ecclesiis: tamẽ sub dubio forte credo cõtrariũ,
6 quòd† valeat sentẽtia lata cõtra ecclesiã indefensam à præla-
to, si lis fuit cõtestata cũ prælato, vel etiã si prælatus nun-
quàm adiuit causæ, in casibus, in quibus nõ requiritur li-
tis contestatio. per c. prout. & c. fi. extra de dolo. & c. cum
olim. extrà de test. & c. cum ex literis. in fi. extrà de in inte.
restitu. cum multis similibus. Et hoc fortè æquitas cano-
nica induxit, ne detur materia prælatis perseuerandi in
contu-

contumacia,& vexandi aduersarios laboribus & sumptibus. Cogitabitis tamen. Extra gloss. opponitur contra istum tex. de c. significantibus. extrà de offi. deleg. Solutio, ibi loquitur in delegato, hìc in ordinario, secundum Bal. quem sequitur Bar. de Salic. Sed hæc solutio non videtur mihi bona: quia c. significantibus. loquitur in sentẽtia interlocutoria valida, qua quis pronuntiauit se iudicẽ incompetentem: per illam enim iudex dicitur esse functus officio suo, quò ad causam illam, & ideo non posset reuocari, etiam ab ordinario. argumento l. qualem. ff. de arbit. cum l. seq. Et hoc firmauit Bart. in l. quod iussit. ff. de re iudi. Sed tex. noster loquitur in interlocutoria, quæ fuit nulla, & ideo illa non obstante potest iudex, si est ordinarius, iterum pronuntiare. Secus putarem in delegato. Et hoc sensit gl. in l. si vt proponis. ij supra, eo. titu. Vnde nota, quòd sicut quando delegatus inferioris à principe tulit diffinitiuam nullam, non potest amplius pronuntiare: ita etiam quãdo tulit aliquam interlocutoriam nullam, quæ est talis naturæ, quòd si esset valida, faceret expirare iurisdictionem iudicis, ac si esset diffinitiua, vt est, quãdo pronuntiatur appellationem esse desertam, vel iudicem non esse competentem. Quid autem sit in delegato Impe
7 ratoris vel Papæ, dic vt in d. l. si vt proponis. Quæro † an quælibet interlocutoria lata contra minorẽ indefensum sit nulla? Respondeo, quòd regulariter est nulla, sicut diffinitiua, per hanc legem, & per l. cõtra pupillum. ff. de re iudi. Fallit primò in casibus, in quib' minor solus habet legitimam personam in iudicio: quia tũc valet tam interlocutoria, quàm etiam diffinitiua lata contra eum, siue habuerit tutorem, vel curatorem, siue non, & siue ipse minor fuerit præsens, siue contumax, vt l. fi. suprà, qui legitimam personã. & notat Bar. in d. l. cùm & minores. Et hoc est bene notãdum propter multos casus positos hodie in c. fi. extrà de iudiciis, lib. vj. Vtrum autẽ tunc minori possit consuli per restitutionem in integrum? Vide gl. singularem in l. j. infrà, si de momẽtanea possessione. quę tenet, quòd sic. Secũdò fallit in interlocutoria missionis in possessionem ex primo decreto: nam illa potest ferri etiã contra pupillum indefensum. l. apud Iulianum. §. fi. & l. in possessionem. §. j. ff. ex quib. cau. in pos. ea. Tertiò fallit in secundo decreto, quod potest interponi contra adultum. l. minor. ff. de bo. auth. iudi. pos. quod intellige, vt ibi notatur. Et de hac materia habetur in l. fi. ff. de in integ. restit.

Secundò quæro de quæstione, quam vidi de facto, & sæpe accidit Bononiæ, an hæc regula, quòd sententia lata contra minores indefensos sit nulla, habeat locum in causis, in quibus ex forma statuti tenetur iudex procedere, & terminare summariè, de plano, & sine strepitu & figura iudicij, prout sunt omnes causæ ciuiles in Bononia? Et videtur quòd non, nam in talibus causis sublatæ dicũtur omnes solennitates iuris positiui, scilicet ciuilis, vel canonici, nisi quatenus ius expresse requirit illas, non obstante quòd causæ sint summariæ, & in eis possit procedi sine figura iudicij: vt singulariter notat gloss. in clemen. sæpe. de verborum significatio. in verbo, non exigat. & Barto. in extrauagan. ad reprimendum. in verbo, figura iudicij. in j. colum. Et puto hoc posse tolerari in adulto, & fortè etiã in pupillo doli capace: tales enim possunt iure naturali seu gentium obligari. l. j. ff. de noua. eodem modo possunt obligari quasi contrahendo, & sic litigando. argu. l. iij. §. idem scribit. ff. de peculio. In pupillo verò non doli capace potest dici, quòd aut ipse nullum habuit legitimum defensorem, vel habuit, sed ille non fuit citatus, & tunc iudicium fit nullum: quia caret substantialibus iuris naturalis, seu gentium. argumen. Institu. de inutil. stipula. in §. pupillus. Si verò tutor pupilli fuit citatus legitimè, & contumax, fortè potest dici sentẽtiam valere, quia satis sunt seruata solennia iuris naturalis, sicut quando est citatus procurator alicuius maioris. Cogitabis tamẽ.

Tertiò quæro, an si sententia sit lata contra filiumfamiliàs minorem indefensum à patre super hæreditate aduentitia, qui pater habebat vsumfructum, & erat legitimus administrator, illa sentẽtia sit nulla? Puto, quòd licet valeat in præiudicium patris quò ad vsumfructũ eius, tamẽ sit nulla in præiudiciũ filiifamiliàs minoris, per regulam d. l. cùm & minores. cũm simi. Quæro quartò, an sententia
8 † qua iudex ad quẽ pronũtiat appellationẽ esse desertam, sit interlocutoria? Respondeo quòd sic, per hanc legem. Itẽ quia sicut eius cõtraria, scilicet appellationi deferẽdũ esse, seu illã recipiẽdam esse, est interlocutoria, vt in c. Romana. §. quòd si obiiciatur. extrà de appellatio. lib. vj. ita hæc, qua pronuntiatur appellationem recipiendam non esse, seu desertam esse. Pro hoc facit l. j. infra, quorum appellationes non recip. Præterea hæc sententia præsupponit instantiam esse peremptam per desertionem appellationis, ergo non est diffinitiua, sed interlocutoria. argu. authen. ei qui. infrà, de tempo. appella. Facit quod notatur in l. properandum. §. illa. supra, de iudiciis. Dicitur tamen habere vim diffinitiuæ, quia imponit finem toti controuersiæ, licet non possit agi ex illa, sed solùm ex prima sententia confirmata, vt l. furti. in principio. ff. de iis qui nota. infami. & ibi notatur. Et hoc sensit Bartol hic. & in l. Titia. ff. de accusatio. & Barto. de Salice. hic, & domini de Rota in conclusione lxxxij & lxxxiij. Quæro
9 quintò, † an si ordinarius tulit sententiam nullam, possit super illa causa adiri superior eius, nec ne? Barto. in l. si vt proponis. prima, suprà, eodem titu. tenet, quòd possit indistinctè adiri, non solùm vt declaret illam sententiam esse nullam, sed etiam vt iterum ipse superior possit iudicare, sicut poterat primus. argumento l. absentem. infrà, de accusatio. & l. penulti. §. i. ff. quæ sententiæ sine appella. rescindantur. Sed Barto. aliter videtur loqui in hoc passu in l. si expressim. ff. de appel. in pen. col. Dicit enim quod aut nullitas deducitur incidenter corã superiore, vt quia petitur, quòd superior iterum pronũtiet ex eisdem actis, non obstante sententia lata per inferiorem, quæ fuit nulla, & hoc non potest fieri regulariter: per regulam l. vbi acceptum. ff. de iudic. Et hoc fuit de mente Butri. in dicta l. si vt proponis. Et hoc tenuit Bartho. de Salic. in ista lege. Hoc tamen limito dupliciter. Primò quãdo sentẽtia fuit nulla per turpitudinẽ pronuntiatoris: quia tunc non ipse, sed superior debet adiri, vt dicta l. absentem. & dixi in dicta l. si vt proponis. & ita communiter tenetur. Secundò fallit, quãdo primus ordinarius, coram quo est iudicium cœptum non posset pronuntiare, vt quia est extincta illa dignitas: nam tunc eundem processum poterit terminare alius ordinarius, par, vel superior. argumento l. sed & si restituatur. §. sed & si dies. ff. de iudiciis. & not. Bart. in dicta l. vbi acceptum. Quandoque nullitas sententiæ deducitur principaliter in libello corã superiore, vt quia principaliter petitur sententiam declarari nullam: & hoc poterit fieri inchoata noua instantia, & sic requiretur noua litis contestatio, & iuramentum de calumnia: vt cap. ij. extrà de officio iudicis. Facit l. j. §. primo. ff. de fer. & quod ibi notatur. Sextò quæro, vtrum in hoc vltimo casu, quando coram superiore petitur principaliter sentẽtiam declarari nullam, possit ille reformare illam sententiam, quã inuenit esse nullam, præsupposito quòd defectus fuerit solùm in sententia, non in actis? Respondeo, quod aut hoc non fuit petitum, & hoc nõ poterit facere iudex. l. fi. de fideicommiss. lib. & l. vt fundus. ff. communi diuid. facit l. j. §. j. ff. de fer. Aut fuit petitum, & tunc aut super ista petitione reformationis est facta litis contestatio inter partes, & tunc dico, quòd bene poterit reformari: nã cùm instantia noua sit inchoata coram superiore, ipse bene potest iudicare ex actis continentibus merita causæ, factis in alia instantia inter easdem partes. l. gesta. ff. de re iudica. & extrà de test. c. causam quæ. j. cum similibus. Ille enim qui petit sententiam reformari, videtur petere sibi iustitiam fieri eo modo, quo petierat coram alio iudice, & sic talis libellus est bonus. argumento l. asse toto. ff. de hæredi. institu. Aut super reformatione non est facta litis contestatio inter partes, & tunc aut ille qui agit petendo sententiam declarari nullam, petit etiam illam reformari: & hoc non poterit fieri quia ex litis cõtestatione, & ex aliis actis factis corã alio iudice, nõ poterit pronũtiare iste superior, per d. l. vbi acceptũ. Et hoc videtur de mẽte Bar. de Sali. in hac lege. Fallit in duob' casibus, quos. s. excepi in precedẽti quęstione. Aut reus, qui defendebat sentẽtiam petitã declarari nullã, petit illam reformari per

superiorem & sic potest intelligi l.j.§.j.ff.quæ senten. sine
app. el.rescin sicut videmus quod reus conuentus rei ven
dicatione, vel petitione hæreditatis, potest in se assumere
onus probandi, & petere declarari se esse dominum, vel
hæredem. l.circa.ff.de proba.& ibi no. Et in hoc casu pos
set saluari dictum Bar. in d.l.si expressim. Inno. tamen vi-
detur sentire contrarium, quòd non possit fieri hæc refor
matio in c.cùm contingat.extrà, de offi.deleg.in glo.ma
10 gna.in ver.item dicemus. Quæro vlterius, an si† princi
paliter petij coram superiore sententiam inferioris decla
rari nullam ex vna causa, possim obtinere docendo de
nullitate ex alia causa? Bar. prima facie hîc videtur senti-
re quòd sic. Dicit enim, quòd sicut causa appellationis à
diffinitiua deuoluit totum negotium ad superiorem, ita
quòd potest reformari sententia, etiam ex noua causa: vt
l.fi.ff.quod cum eo.& l.iij.§.fi.ff.de appel. ita etiam causa
nullitatis deuoluit. Hoc etiam videtur tenuisse dominus
meus, do. Anto.de But.in c.dilecto.extrà de app. ad quod
allegat c.cùm Bertoldus.extrà de re iudi. Sed cōtrarium
est verius.& ita tenet Bar. expressè in l.j.infrà, quādo pro-
uocare non est necesse.& in d.l.si expressim. Acquiparat
enim hunc libellum libello, quo quis agit actione reali,
vt rei vendicatione: nam si quis in libello allegauit se do-
minum ea vna causa, non potest obtinere ex alia, & simi
liter non obstat exceptio sibi volenti agere ex alia causa,
vt l.si mater.§.si quis autem.ff.de excep.rei iudi.& in ca.
abbatem.§.pen.extrà, de re iudi. in vj. Secus si nulla causa
dominij fuit expressa in libello. l.& an eadem.§.actiones.
ff.de excep.rei iudi. Non obstat l.iij.in fi.ff.de appel. quia
ibi loquitur in causa appellationis, in qua est maius peri
culum. nam si appellans perderet in illa, perderet totum,
cum iterū ab illa non posset appellare ex alia causa, pro-
pter lapsum decendij. Sed aliud est in causa principali, vel
in causa nullitatis: quia licet qs perdat ex vna causa, pote
rit iterū agere ex alia causa: vt d.§.si quis autē. Et hoc sen
sit Inn.in c.cū cōtingat.extrà, de offi.dele.in gl.mag.ver.
item dicimus. Nec obstat d.c.cum Bertoldus. quia ibi il
le presbyter petiit restitutionem in integrum coram Pa-
pa, vel ibi petiit sentētiam simpliciter declarari nullam.
Potest etiam aliis modis intelligi, de quibus remitto ad
ibi notata, ex quibus apparet, quòd ille textus non pro-
bat id, quod dicit prædictus do. Anto.de Butr. Vlterius
11 quæro, an si† pero incidenter coram eodem, vel superiori
iterum pronuntiari, non obstante sententia primo lata,
quam dico fuisse nullam, sit necesse de illa nullitate pri-
mò constare? Bar.in l.si vt proponis.suprà, eo.titu.& in l.
cùm quærebatur.ff.de re iud. videtur tenere quòd sic, nisi
quando nullitas sententiæ apparet ex se manifestè nullo
probato extrinsecus, vt quia est lata die dominica, vel
quia est lata contra dominum, cùm tamen lis fuerit agi-
tata per procuratorem. Sed cōtra primum dictum Bart.
facit id, quod ipse notat in l.prolatam. infrà, tit.ij.& dic
12 vt tibi dicam. Vltimò quæro, an † in illis casibus, in qui-
bus non obstante sententia nulla, idem iudex iterum po-
test pronuntiare ex eisdem actis, vel superior, puta dele-
gans, vel alius superior, (quod quādo possit fieri, dictum
est suprà) possit hoc fieri quocunque tempore? Respōdeo
quòd non, sed solùm quando tempora primæ instantiæ
hoc patiantur. argumento l.accusaturus.ff.de adulteriis.
Sententia enim quæ est nulla, non habet finire instātiam,
& ideò firma manent omnia acta litis ordinatoria, vt ex
illis iterum possit pronuntiari, vt in hac lege.& l.j.infrà,
titu.j.& notat Bar. in l.ij.ff.iudi.sol.& ideo etiam post la-
tam sententiam, quæ est nulla, adhuc quotidie currit tē-
pus instantiæ: & ideò si totum tempus instantiæ hodie sit
elapsum, non poterit idem iudex, vel alius ex eisdem actis
litis ordinatoriis pronuntiare: sunt enim perempta fini-
ta instantia, vt d.l.ij. Et ita notabiliter tenet Bar. de Sali.
in hac lege. Et hoc dictum in practica faciet tibi honorē.
13 Vnum tamen† non obliuiscaris, quòd quotiescunque ac
cidit mutatio personæ iudicis, oportet quòd nouus iudex
debeat ad minus habere tertiam partem temporis in-
stantiæ totius illius causæ. Et si tantum tempus non su-
pererat, ipso iure suppletur sibi à lege. argumento l.pro-
perandum.§.sin autem in medio. suprà de iudiciis. nam
ille §. debet extendi etiam ad instantiam causæ appella-
tionis, etiam ad instantias statutarias, quia subest eadem
ratio: & ille textus non est correctiuus, vt pœnalis: ergo
& c. per l.non possunt.ff.de legib.& notat Bart. in l.si con
stante.in princip. in ia quæstio.ff.soluto matrimo. Facit
ad prædicta l.ij.suprà, de noxalibus.& ita audiui dici in
practica à valentibus aduocatis. Vbi verò non diceretur
incidenter nulla sententia, sed inchoaretur noua instan-
tia, in qua peteretur sentētiam declarari nullam coram
eodem, vel superiore, & etiam peteretur illam reformari
(quod quando potest fieri, patet ex suprà dictis) tunc pu
to posse fieri reformationem illam, etiam si totum tem-
pus primæ instantiæ sit elapsum. argumento l.j.§.j.ff. quæ
14 senten. sine appella.rescin. fit † enim reformatio ex no-
uis actis litis ordinatoriis, id est, ex nouo libello, & litis
contestatione, licet fiat ex actis primæ causæ litis deciso-
riis, quod fieri potest, vt prædixi. Hæc vera, nisi opponere-
tur exceptio rei iudicatæ, vigore primæ sententiæ, quæ
transisset in rem iudicatam, propter elapsum tempus ap
pellationis ab illa. argumento authen.ei qui.infrà, de tē-
poribus appella.& in cle.si appellationem.de appella. pu
ta si fuit lata primò absolutoria pro me: deinde actor ap
pellauit, & fuit lata in vltimo mense anni contra me sen-
tentia, quæ fuit nulla. puta die dominico lata. Ego verò
petij principaliter illam declarari nullam, aduersarius ve
rò meus eam petiit reformari: tunc enim elapso anno, &
eo tempore quod habebatur ipso iure à lege, per d.l.pro-
perandum.§.sin autē in medio. poterō ego opponere ex-
ceptionem rei iudicatæ, vigore primæ absolutoriæ. Et ita
de facto practicaui. Et hanc quæstionem disputauit sub
me do. Petrus de Ro. Vltimū posset hîc quæri, quid iu-
ris sit, quando miscetur nullitas simul cum appellatione?
Sed de hac materia, quia est alta & subtilis, remitto ad no
tata infrà quando prouoc.non est necesse.& dicta l.si ex-
pressim.& per canonistas in ca.dilecto.extrà, de appella.
Sequitur l.ea quæ statuuntur.

LEX VII.

1 *Citandus est pluries is, qui à nuntio personaliter est inuentus.*
2 *Sententia ferenda vt intersint partes, citandæ veniunt.*
3 *Alteri per alterum non quæritur regulariter per actus ciuiles.*
4 *Solennitatis iuris ciuilis omissione totum actum vitiari.*
5 *Pactum quod iudex partibus absentibus, aut earum altera, ferat sententiam, est nullum.*
6 *Sententia in causis summariis absente non citato lata, valet.*
7 *Contumax verus quis: & quis præsumptus nu. 8.*
8 *Causa qualibet per quam constat citatum non contempsisse iudicem, excusat à contumacia.*

E*A quæ statuuntur.* Sententia lata contra absentem non
solenniter citatum, est nulla. Hoc dicit. Nota, quod
1 etiam † inuentus personaliter à nuntio, pluries est citan-
2 dus. Nota quòd tam † ad interlocutoriam, quam ad dif-
finitiuam quis est citandus, vt hîc. Facit l.à procedere.su-
prà, de dilationibus.& c.ij.extrà de test.& quod ibi nota-
tur. In gloss.j.in fine. Dic, idem notat glos. in l.furioso.
& l.quæsitum.ff.de re iudicata. Contrarium tamen nota-
uit in l.properandum.§.sin autem reus.suprà, de iudiciis.
Sed primæ glossæ communiter tenentur per textum in di
cta l.furioso.& in d.l.quæsitum. & est ratio: quia hoc quod
ambæ partes sunt præsentes verè, vel vna verè, & alia fi-
ctè, vt quia contumax, cuius absentia repletur Dei præ-
sentia. l.properandum.§.cum autem. suprà, de iudic. est
inductum non in fauorem absentium, sed ad rigorem iu
3 ris conseruandum: qui rigor est, vt † per actus ciuiles re-
gulariter alteri per alterum non quæratur, secundū Bar-
to.hîc. Vel potest assignari alia ratio, scilicet, quòd hoc
est, quia est quædam solennitas iuris publici, quæ omitti
4 non potest, & cuius † omissio vitiat totū actum. l.de vno-
quoque.ff.de re iudicata. Facit quod notatur in authen-
tic. offeratur. suprà, de litis contestatione. Nec obstat
prædictis l.quamuis indubitati.infrà, de adulteriis. quia
ibi loquitur in causa criminali, in qua iudex magis po-
test supplere personam accusatoris absentis, quàm in ci-
uili. l.ij.infrà, de abolitionibus.& l.penultima, in princi-
pio.ff.de publicis iudiciis. Et notat Bart. in l.libellorum.
§.fi.ff.

§.fin.ff.de accusa. Et per prædicta puto quòd non valeat
5 pactum, quòd † iudex ordinarius, vel delegatus possit ferre sententiam absentibus ambabus partibus, vel altera
tantùm. l. ius publicum. ff. de pactis. & in c. si diligenti. de
foro compe. & patet ex notatis in d. authen. offeratur. Sed
quò ad sententiã arbitri bene valeret tale pactum. l. diem
proferre. §. si quis litigatorum. ff. de arbitris. Et pro hoc
facit quod notat Bar. in d. authen. offeratur. & in l. si socie
tatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. Item aduerte, quia ista
gloss. debet limitari, quia non habet locum in causis, in
6 quibus proceditur sine figura iudicij. nã in illis bene † valeret sententia lata pro absente non citato, licet non vale
ret lata contra absentem nullo modo citatũ, vt pulchrè
notat Bar. in extrauag. ad reprimendum. in verbo, figura
iudicij. De quo remitto ad ibi per eum plenè notata. In
7 glo. ij. ibi, *inuentus non venit*. Nota ex ista glos. quòd † verus
contumax dicitur inuentus, licet nil responderit, vel dixe
rit se velle venire. Et idem notat gl. in l. ex consensu. §. fin.
ff. de appel. Et intellige hoc in citatis peremptoriè, vel qui
habentur pro citatis peremptoriè, aliàs esset secus, vt infrà eo. l. tres. & dixi suprà eo. l. ij. Contrarium tamen sen-
tit gl. in l. penul. in fi. ff. de in integ. resti. & non bene, imò
plus tenent doctores communiter, quòd si quis fuit legiti
mè, & peremptoriè citatus, & non inuentus, puta per nũ-
tium ad domum, vel per edictum, ipse dicitur esse verus
contumax, si potest constare, quòd ipse habuit veram no
titiam huius citationis, & non venit, & ideo talis non poterit appellare. vt est tex. expressus in l. properandũ. §. sin
autem ex gestis. & §. cùm autem. iuncto §. & si quidem. su
prà, de iudiciis. & probatur in d. l. ex consensu. in §. fin. Et
prædicta vera, nisi citatus habuerit aliquam causam ex-
cusationis non veniendi, ita quòd non fuerit in dolo, vel
lata culpa: tunc enim non dicitur esse in effectu verus cõ-
tumax, ideò potest appellare. argumento l. & post edictũ.
§. fi. ff. de iudiciis. Et meliùs facit cle. si ante. de dolo & cõ
tumacia. vbi hoc videtur de mente gl. Facit pro prædictis
l. j. infrà, quorum app. non reci. Si autem fuit in dolo, vel
lata culpa, bene dicitur verus contumax, vt patet in dicta
cle. Facit l. ij. ff. de confessis. Et per hoc reprobatur gl. in d.
l. ex consensu. in § fi. quæ vult, quòd excusetur à vera con-
tumacia is, qui dicit se oblitum, vel se credidisse iudicem
non ita festinare. Itẽ per hoc potest reprobari quod not.
Bar. in d. l. fi. ff. de in integ. resti. vbi dicit, quòd omnis cau
8 sa † excusat à vera contumacia, per quam apparet cita-
tum non contempsisse iudicem: & ideò non sit verus con
tumax rusticus, qui timuit comparere sine procuratore,
vel aduocato, & ideò non venit. Vbi verò nõ apparet cla-
rè quòd notitia deuenerit ad citatum, tunc dicitur esse
præsumptus contumax. & ita baptizat gl. infrà, l. proxi. li
cet hic appellet eum fictũ contumacem, & impropriè lo-
quatur, & talis potest appellare: vt suprà eo. l. ab eo. & in-
frà, eo. l. fi. Et de hac materia si vis latiùs videre, recurre ad
notata in d. l. fi. per Bar. & in d. cle. si ante. per gl. In gl.
ea. in fi. Hanc gl. intellige, quando iudex habuit sciẽtiam
infirmitatis, aliter valeret sentẽtia, sed daretur restitutio:
vt probatur in l. quæsitum. alleg. in glos. iuncta l. fin. ff. de
in integ. resti. & in l. quia absente. suprà, de procura. & l. si
prætor. in fi. ff. de iudic. Et idem est in absente reipublicę
causa, vt j. eo. l. pen. & l. cõtra pupillum. in prin. & ibi no.
ff. de re iudi. Hoc tamen intelligo, quando iudex hoc sci-
uit, vt iudex: si verò hoc sciuit, vt priuatus, tunc fortè hæc
sua scientia non habebit inducere nullitatem sententiæ:
per reg. l. illicitas. in §. veritas. ff. de offi. præsi. & per not. su
prà, vt quæ desunt aduo. l. j. Facit pro hoc ca. si duobus. &
quod ibi not. extrà de app. Optarem tamen super hoc ha-
bere authoritatem doctorum expressam. Vbi tamen ste-
tisset per iudicem, quo minùs hoc sciret, vt iudex, vt quia
comparuit excusator, qui allegauit causam infirmitatis,
vel absentiæ reipublicę causa, & eã obtulit se statim pro-
baturum, & iudex noluit eũ audire, tunc sententia est nul
la, sicut si iudex hoc sciuisset, vt iudex. Et ita notat Bart. in
d. l. quæsitum. & Bar. de Salic. hic. Pro hoc facit l. seruum
quoque. §. publicè. ff. de procura. & l. iure ciuili. ff. de con
di. & demon. Quod dictum notate. Item prædicta proce-
dunt quando fertur sententia contra viuum, secus si fera

quia tunc illa est nulla, etiam si iudex eius mortem proba
biliter ignorauerit. l. ij. ff. quæ sen. sine appel. rescin. & l. in
summa. §. fi. ff. de re iud. Sequitur l. consentaneum. sed l.
tres. fuit lecta antè, eo quia ista habet magnam materiã,
& habebamus modicum de tempore.

LEX VIII.

1 *Citationem nedum per edicta, sed & per literas fieri.*
2 *Citationem peremptoriam pro omnibus vnam fieri posse.*
3 *Iudicem contra absentem etiam per contumaciam, nihil nisi parte instante & potente, agere debere.*
4 *Instantia coram vno iudice inchoata ad successorem transit.*
5 *Reus contumax in non comparendo, & si suspectus & fugitiuus nõ sit, capi debet, & ad iudicem duci.*
6 *Possessionem plenam rei in actorem lite contestata ex primo decreto transferri, saluo iure agendi reo in petitorio.*
7 *Instantia vna eademque durante alterius litigantium conditionem variari posse.*
8 *Sententia specialis mentionem in citatione peremptoria fienda ad sententiam non requiri.*
9 *Iudex quòd ad alium actum procedere possit, licet pars stato die citata sit ad sententiam.*
10 *Iudex absque noua citatione poterit etiam ferre sententiam, vbi reus peremptorie fuerit citatus.*
11 *Verbum, solet, sonat quandoque necessitatem.*
12 *Iudex non debet ferre sententiam, nisi instetur, & petatur.*
13 *Reus agens de proprietate perpetuo audietur, nisi præscriptio opponatur contra eum. & nu. 16*
14 *Decreto secundo non, nisi actor plenè de debito docuerit, locum esse.*
15 *Litis contestatio ficta, de qua in l. ij C. vt in rem actio, introducta solùm est quò ad duos effectus.*
17 *Citatio peremptoria ad quos actus requiratur.*
18 *Iudex pro debito ciuili an possit reum capere.*
19 *Debitorem suspectum esse de fuga, quomodo iudici constare possit.*
20 *Actor vbi missus est in possessionem rei petitæ, qualiter admittatur ad contendendum de proprietate.*
21 *Instantia quibus casibus non finiatur triennio.*
22 *Via vna electa an ad aliam redire possit?*
23 *Reus si fuit citatus ad audiendum sententiam, an possit iudex ad alium actum procedere?*
24 *Captura quædam citatio verbalis est.*

C*Onsentaneum*. Reus conuentus in reali post litem con
testatam debet in contumacia solenniter constitui,
& tunc contra eum poterit alterum de tribus exerceri:
vel personæ captio, vel possessionis translatio, vel senten-
tiæ diffinitiuę prolatio. Hoc dicit. Et diuiditur in tres par
tes: nam primò dicit qualiter, & quomodò reus debeat
in contumacia constitui. secundò per quem. tertiò quod
sit officium iudicis contra reum contumacem. Secunda
ibi, quod vel successor. Tertia ibi, à quo. Nota, quod
1 † non solùm per edicta, sed etiam per literas potest fieri
2 citatio. Nota, † quòd potest fieri vna citatio perem-
3 ptoria pro omnibus. Nota, quòd iudex † nihil debet a-
gere contra absentem, etiam per contumaciam, nisi se-
cundum quod instat, & petit præsens: non enim debet
4 supplere ex officio. Item nota, quòd † instantia inchoa-
ta coram vno iudice, transit ad successorem eius. No-
5 ta, quòd reus † contumax in non comparendo, etiam si
non sit suspectus, & fugitiuus, debet capi, & inuitus du-
ci ad iudicem, si actor hoc fieri petat. Et in hoc iste te-
6 xtus est singularis. Item nota, quòd † in reali post li-
tem contestatam transfertur ex primo decreto plena pos
sessio rei in actorem, & reseruatur reo solùm ius agen-
di petitorio. Item nota argumentum, quòd etiam du-
7 rante † eadem instantia potest variari conditio vnius li-
tigantis, scilicet, quòd de reo ipse fiat actor. Et vide
quod notant doctores in capitu. pastoralis. extrà de cau-
sa possessionis. & de testib. cap. significauerunt. Item no
8 ta † argumentum, quòd non requiritur in citatione per-
emptoria fienda ad sententiam specialis mentio de sen-
9 tentia. Item nota argumentum. quòd si quis † fuit per-
emptoriè citatus pro tali die ad sententiam, potest iu-
dex procedere contra eum ad alium actum, vt ad missio

10 mentum,quòd si reus † fuit peremptoriè citatus,vt compa
reat tali die,aliter procedetur contra eum,etiam ad sen-
tentiam,poterit iudex non solum illa die, sed etiam aliis
sequentibus recipere testes, & instrumenta, & facere alia
acta in causa,& etiam ferre sententiam: nec requiretur
amplius aliqua noua citatio. In gl.ij.ibi,*eodem modo ad
citationem*.Dic,glo. videtur hic velle quod requiratur cita-
tio peremptoria ante litis contestationem, ad hoc vt pos
sit perueniri ad primum decretum contra reum: & bene
dicit.Et pro ea est tex.in l.præsenti.§.cùm autē & §.sequē
ti.suprà de iis qui ad ecclesiam cōfugiūt.& in l.cum pro-
ponas.infrà de bon.autho.iud.pos.& not.per gl.& docto-
res in l.si finita.§.Iulianus.ff.de damno infecto. In glo.
in verbo,*à quo*.ibi,*l edictum* Dic ista gloss. communiter te
11 netur hic,& in d.l.edictum.Et sic verbum, † solet,positum
in d.l.edictum. sonat necessitatem, & accipitur pro de-
bet.Et pro hoc facit doctrina,quam ponit Bar. in l.j.su-
prà,eo.tit.Et de materia d.l.edictum. vide per canonistas
in c.licet.extrà de accu. In gl.fi.ibi,*secundum Pla. & H.*
Dic,ista secunda est magis amica literæ,& cōmuniter te-
netur.Sed aduerte,quia glo.respexit id, quod communi-
ter accidit:nam est verisimile quòd si causa est liquida,a-
ctor instabit quòd feratur sentētia pro se. Hoc dico:quia
etiam quādo causa est liquida,potest actor instare quòd
mittatur in possessionem rerum ex primo decreto. Non
12 † enim debet iudex ferre sententiam pro eo,nisi ipse præ-
sens instet,& hoc petat.l.ad peremptorium.ff.de iudic. &
l.properandum.§.& si quidem.suprà,de iudi. Et hoc sen-
sit hic Bar.& bene:potest enim esse,quòd actor optat ma
gis habere possessionem rerum, quàm habere sentētiam
pro se,& non possessionem,fortè propter expensas senten
tiæ:& quia timet,ne aduersarius appellet. In glos. ead.
ibi,*reus intra annum*.Dic,ista verba,*intra annum*.fuerūt for
13 tè addita vitio scriptoris, nam † perpetuò audietur reus
agens de proprietate,vt hic,& in c.prout. extrà de dolo &
contu. Facit l.ij.suprà, vbi in rem actio. nisi contra eum
opponatur vsucapio,vel præscriptio longi tēporis. Quod
intellige vt notat Bar. in d.l.ij. In glos.ea. ibi, *vel verus
possessor efficiatur* Dic, vt quia res fuerit sibi adiudicata ex
secundo decreto.argu.l.ordo rei.ī.de executione rei iud.
14 Aduerte tamen,quia † non debet deueniri ad hoc secun
dum decretum,nisi actor plenè probauerit de debito, vt
l.Fulcinius.§.ij.& ibi not.per Bar.ff.ex quib. cau. in poss.
eatur. Ex quo nota vnum mirabile, quòd licet actor in
personali possit facere perueniri ad diffinitiuam, tamen
si vult,potest instare,quòd omissa diffinitiua deueniatur
ad secundum decretum.quod patet:quia ista gloss.loqui-
tur,quando reus se absentauit post litem contestatam.
In gloss.ea.ibi,*sed non liquet iudici de causa* Dic,melius di
xisset gloss.& sic non potest iudici liquere de causa: nam
15 † ficta litis cōtestatio,de qua habetur in l.ij.suprà, vbi in
rem actio.est introducta solū quò ad duos effectus. Vnus
est,vt interrumpatur longi tēporis præscriptio. Alius est,
vt actor, si mittatur in possessionem rei ex primo decre-
to,statim fiat verus possessor,& irreuocabilis,nisi reus as-
sumat partes petitoris,vt d.l.ij.non autem habet hunc ef
fectum,vt possint examinari testes,& ferri diffinitiua cō-
tra absentem:quia hoc non est iure cautum: ergo &c.l.fi.
§.illud.infrà,de tempo.app.& in authen. de exhiben.reis.
§.si verò etiam quidam iurent.& extrà,vt lite non conte-
sta.per totum.Et hoc vltimum tenuit glo.singularis in c.
quoniam frequenter.& ca.quod si super.extrà, vt lite non
contesta. In glo.ea.ibi,*§.pen*.Dic,ista gloss.in ista cau-
da videtur solum loqui in reali,quo casu reus infra annū
tantùm potest recuperare possessionem , præstita primò
satisdatione de iudicio sisti,& refectis expensis, vt d.§.pe-
nul.iuncta l.sancimus.suprà,de iudi.& est tex. in ca.quo-
niam frequenter.§.in aliis.extrà,vt lite non contest. Vtrū
autem infra annum actor dicatur possidere,necne , sunt
opiniones in dicto §.penul. tamen puto, quòd verior sit
illa opinio,quæ est approbata per Canonistas, scilicet q
dicatur habere solum nudam detentationē,& demū post
annum fiat verus possessor, vt d.ca.quoniam.§.in aliis. &
in ca.contingit.extrà de dolo.& ibi not. Quotiescunque
enim sunt opiniones inter Legistas, tenenda est illa,quæ
est approbata per canonistas,etiam in foro seculari:vt in
c.per venerabilem.§.rationibus.extrà qui filij sint legiti-
mi.& patet ex notatis in l.quanquā.suprà,ad leg.Fal. Vbi
verò loquitur in personalibus , tunc non habet locum d.
§.penul.nam actor nunquā fit verus possessor,imò quan-
16 docunque † ante interpositum secundum decretum de-
bet audiri reus,volens recuperare res suas,præstita satis-
datione de iudicio sisti. & refectis expensis. Et hoc suprà
sensit gloss.in verb.si autem agatur in personam.& proba
tur in authen.de exhiben. re.§.si verò etiam quidam iu-
rent.& in c.quoniam.§.fi.& ibi not.per gloss.extrà,vt lite
non cōtest.Et aduerte,quia puto q si reus agat rei vendi
catione,vel publiciana, non possit repelli ab actore mis-
so in possessionem, etiam præscriptione centum anno-
rum:quia actor missus in personali nunquam dicitur pos
sedisse,sed simpliciter detinuisse.l.iij.§.fina.ff.de acquirē.
possess.ergo non fuit sublata actio realis competens reo:
quia illa non tollitur tempore, nisi aduersarius præscri-
bat rem:vt probatur in l.penult. suprà,de præscript. xxx.
anno.Sed actor rem illā nō potuit præscribere, quia non
possidebat,sed detinebat,vt l.male agitur.ī.de præscrip.
xxx.ann.& d.l.pen.& in regula,sine possessione.de reg.iu-
ris,in vj.licet gloss.videatur sentire contrarium , scilicet,
quòd reus audiatur solùm vsque ad xxx.annos. in l.ij.su-
prà,vbi in rem actio.Posset tamen saluari illa glo. restrin
gendo eam, quādo lapsi fuerint xxx.anni à tempore,quo
actor cœpit possidere.vt quia expulit reum de fundo, vel
non admisit eum reuertētem.argu.l.cùm fundum.& l.co
lonus.ff.de vi & vi arma.& hoc secūdum ius ciuile,secun
dum quod malæ fidei possessor potest præscribere xxx.an
nis.secus secundum ius canonicum, quod præualet, vt in
17 c.fi.extra,de præscrip. Extra gl. Primò † quæro ad quos
actus requiratur citatio peremptoria, vel æquipollens?
Respondeo,quòd primò requiratur ad sententiam, vt in
hac l.cum similibus. Secundò ad hoc, vt possit perueniri
ad secundum decretum.l.cùm proponas.infrà,de bo. au
tho. iudi. poss. Tertiò ad hoc, vt possit perueniri ad pri-
mum decretum,siue ex illo transferatur plena possessio,
vt in hac l.& in l.ij.suprà,vbi in rem act.siue etiam quæra
tur nuda detentatio, vt l.præsenti.§.cùm autē.& §.seq.ī.
de iis qui ad eccle.confug.& hic not.in gloss.ij. & not. per
gl.& Barto.in l.si finita.§.Iulianus.ff.de dam.infec. Quar
to ad hoc, vt possit ferri sententia absolutoria ab obser-
uatione iudicij,id est,ab instantia. vt l.properandum.§.&
si quidem. suprà,de iudi.& not.Innoc.in ca.ad petitionē.
extrà de accu.Quintò ad hoc, vt ferri possit alia interlo-
cutoria ponderosa, quæ quasi exhauriat vires totius ne-
gotij,secundum Bart.in hac lege.Et potest poni exēplum,
quando pronuntiatur appellationem esse desertam.l. si
præses.suprà,eod. vel quando reus absoluitur ante litem
contestatam:quia opposuit, & probauit aliquam exce-
ptionem litis finitæ,quæ potest opponi ad processum, te-
nendo quòd illa sententia esset interlocutoria , vt tenet
Bar. in l.Titia.ff de accusat. Plus etiam dici potest, quòd
quotiescunque est ferenda aliqua interlocutoria,qua la-
ta iudex dicitur plenè functus officio suo, requiratur ad
illam citatio peremptoria,puta qn iudex pronūtiat se nō
esse iudicem competentem. vel libellum esse ineptum, vel
accusatorem accusare non posse: quia est eadē ratio quæ
est in sententia absolutoria ab obseruatione iudicij. Et
hoc fortè fuit de mente Bar.hic. Vbi verò tractatur de a-
liis interlocutoriis,vel de aliis actis mediis causarū, tunc
sufficit quem semel citari,& sic prima citatio dicitur ha-
bere vim peremptoriæ,puta quando quis citatur ad vidē
dum iurari testes, vel publicari attestationes,vel produci
instrumenta,vel ad audiēdum voluntatem iudicis super
aliquibus positionibus an sint admittendæ vel repellendæ.
& ita quotidie practicatur.Et hoc tenuit Innoc. in ca.ad
petitionem.extrà de accu.& Bar. hîc, & in d.l.si finita.§.
Iulianus.& allegant pro hoc l.si quando. suprà, de testib.
& c.ij.extrà de test.Et idem tenuit Aegidius, vt refert Io-
an. And.in c.consuluit.extrà de offi.deleg.Spec. tamen in
titu.de dilationibus,in § videndum, post principium, di
cit quòd non meminit se hoc legisse,quòd quælibet cita-
tio media causæ dicatur peremptoria.Posset tamen dici,
quòd sit speciale in sententia censuræ, vt excommunica-
tionis,suspensionis,vel interdicti:illam enim debet præce
dere

dere trina citatio, vel peréptoria. xxiiij. q. iij. c. de illicita.
cum similibus Si tamen contrà fiat, valet. xj. q. iij. in ca. j.
Non obstat prædictis c. consuluit. extrà de off. deleg. vbi
dicitur, quòd iudex peremptoriè citauit ad videndum iu
rare testes, vel publicare eorum dicta: quia respondeo ꝙ
in hoc narrat factum, nec dicit hoc fuisse de necessitate.
Vel potest secundò dici, quòd quò ad illos duos actus, e-
tiá prima citatio dicitur habere vim peréptorii. Vtrum
autem requiratur, quòd in citatione exprimatur specia-
liter actus ad quem citatur? Dic vt dixi suprà eo. l. ij. Nec
obstat iis quæ ibi dixi, ille textus: quia oportet intelligi ꝙ
in citatione fuit facta mentio etiam de sententia. Et ita
sensit hic Bar. Et de hac materia habetur in d. c. consuluit.
18 Secundo quæro, † an iudex posit facere capi reum, &
inuitum duci ad se pro aliqua causa ciuili? Respondeo ꝙ
Bar. hic, & in l. sacrilegi capite. §. fi. ff. ad legem Iuliani pe
culatus. videtur tenere vnum valde iniquum, & inhone-
stum, scilicet, quòd iudex si velit, posit facere capi & duci
ad se quemlibet reum, etiam ante quàm sit cótumax, siue
sit diues, siue pauper. Et hoc videtur fuisse hic de mente gl.
in verbo, ad cogendum eum. nisi in duobus casibus posi-
tis in illa gl. Sed contrariú videntur tenere Dynus & Bart.
in l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in fraudem credito-
rum. & gl. & Bar. in l. iij. §. tutores qui repertorium. ff. de su
spectis tutoribus. & ipse Bart. in l. j. infrà, qui bo. ced. pos.
& in l. nemo carcerem. infrà, de exactoribus tributorum.
lib. x. nam ibi videntur tenere quòd pro debito pecunia-
rio, etiam si sit iam liquidatum per sententiá, non debeat
reus capi, & inuitus duci ad iudicem, nisi quando nó ha-
bet bona, & est suspectus. Imo plus dicit Bar. in d. §. si de-
bitorem. quòd si debitum nondum est liquidatum in iu-
dicio, & debitor ita erat suspectus tempore contracti de-
biti, sicut hodie est, non poterit capi. argumento l. si cre-
ditores. ff. de priuilegiis creditorum. vbi etiam hoc tenet
dominus Angelus. Et hæc opinio videtur mihi esse verior
& æquior. & puto quod in tali casu, quando suspicio su-
peruenit de nouo, & periculum est in mora, & de hoc est
facta fides iudici, teneatur hoc iudex facere. argumento
d. l. si creditores. & arg. d. §. si debitorem. vbi hoc videtur
de mente Bat. Facit quod notatur in l. nullus. suprà, de Iu
dæis. & Institu. de actionibus. in prin. Vbi vero reus fuit
peremptoriè citatus, & contumax, tunc videtur quod ad
petitionem actoris teneatur iudex eum facere capi, & du
ci inuitum ad se, etiam si ipse reus non sit suspectus, vt est
casus in hac lege, & in authen. de exhibendis reis. §. si ve-
rò etiam quidam iurent. Et hoc fuit hic de mente Bartol.
& in dicta l. sacrilegi. in §. fi. Quod dictum est satis mira-
bile: puto tamen quòd debeat limitari, nisi ille iam satis-
dederit de iudicio sisti, vel sit paratus satisdare nuntio du
centi: quia tunc non debet fieri sibi hæc verecundia, sed
debet relaxari, vt ff. in ius vocati vt eát. in rubro & nigro.
& in l. si vero. in §. fina. ff. qui satisdare cogantur. Prædicta
omnia fallunt in duobus casibus hic positis in glo. in ver-
bo, ad cogendum eum. Item fallũt in doctoribus legum,
a & medicinæ, & eorum filiis, qui non possunt capi * pro
debitis ciuilibus, vt est tex. singularis in l. medicos. & ibi
est gloss. infrà, de professo. & medicis. libr. x. Item fallunt
in clericis, qui non possunt capi pro debitis, vt notat Ioá.
And. in c. si clericos. de senten. excommu. lib. vj. Ad quod
facit c. nuper. & c. vt famæ. de senten. excom. & d. c. si cle-
ricos. à sensu contrario. Fallit, nisi caperentur pro debito
ex causa, cui annexum est delictum, puta furtum, vt puta,
quando clericus depositarius côtrectauit pecuniam de-
positam: quia tunc potest capi, vt est text. singularis in ca-
pitu. j. extrà de deposito. & ibi hoc tenet domi. Anton. de
19 Butr. Quomodo autem, & qualiter † debeat fieri fides iu-
dici, quòd debitor est suspectus, & quòd mutauit condi-
tionem suam in deterius à tempore contracti debiti: dic
vt not. Barto. in dicto §. si debitorem. & domin. Angel. in
dicta l. si creditores. An autem indic. feriato in honorem
Dei, posit debitor capi, vide quod not. per gloss. & docto.
in l. fina. suprà. de fer. & per Bart. in dicto §. si debitorem.
Et prædicta vera, nisi consuetudines vel statuta aliter di-
20 sponant. Tertiò † quomodo & qualiter admittatur reus
in casu huius legis, ad contendendú de proprietate, post-
quàm actor fuit missus in possessionem rei petitæ? Resp. ó.
quòd est duplex modus practicandi. Vnus est, quod reus
inchoet nouam instantiam dato libello, & lite contestata
contra actorem ipsum. & hic modus est planus. Secúdus
est quòd ille reus prosequatur eandem telam instantia, &
assumat in se onus probandi de dominio suo. Et si hoc fa
ciat, feretur sentétia pro ipso reo. l. circa in fi. ff. de prob.
& sic officio iudicis cogetur actor missus restituere posses
sionem reo. Et hunc modum procedendi singularé posuit
Inn. in c. pastoralis. circa fi. apparatus, extra de caus. poss.
& prop. Et iste secúdus modus non habebit locum secun-
dum ius ciuile, nisi intra triennium à tempore litis conte
statæ: postea enim finita est instantia: & sic perempta sunt
omnia acta litis ordinatoria. l. ij. ff. iudi. sol. & ibi no. Sed
secundũ ius canonicú poterit hoc perpetuò fieri, vt in c.
pe. extrà de iud. Et nota vnum singulare. ꝙ licet regulari-
ter quádo actor permittit labi instantiam trieni, debeat
iudex declarare instantiam esse peremptam, & actoré reo
in omnibus expensis condemnare, vt l. properandum. §.
illo. & ibi no. per Bar. suprà, de iud. facit. l. eum qué teme-
21 rè. ff. de iud. & d. l. properandum. §. huiusmodi. tamé † hoc
fallit, quádo actor habuit iustam causam nó curádi pro-
sequi litem inchoatam, putà, quia post litem contestatá
fuit adeptus legitimè possessionem rei petitæ, vt quia fuit
missus in possessionem ob contumaciam rei, vt in hac le-
ge: vel quia post litem contestatam in petitorio, actor cœ
pit agere possessorio, & ob hoc obtinuit possessionem rei.
Et hoc singulariter sensit Inn. in d. c. pastoralis. in verbo,
intentare. in fi. quod not. quia legistæ nó tangũt. Plus etiá
putó ꝙ si reus prosequatur eandem instantiam, dicatur
sustinere partes petitoris quò ad hoc, vt si ipse non proba
uit se dominum, debeat actor missus absolui ab eius mo
lestia, & ipse reus condemnari in expensis factis à tempo-
re, quo ipse reus assumpsit partes petitoris, & nó priùs fa-
ctis, vt in hac l. in fin. & in dicto capit. prout. extrà de do-
lo. iuncta l. properandum. §. siue autem. ÿ. de iudic. Et no.
ꝙ quacunque istarum duarum viarum vtatur reus, non
habet necesse ante omnia reficere expensas contumaciæ
aduersario: satis enim punita est sua contumacia in per-
ditione possessionis rei petitæ, ergo nó debet amplius pu
niri, vt in hac lege, in fi. Et ita notát Vincétius, & Io. And.
in c. quoniam. §. in aliis. extrà vt lit. non cóte. Et sic debet
22 limitari l. sancimus. ÿ. de iudi. Quartò quæro, an si † a-
ctor elegit vnam de istis tribus viis, & eam habuit, posit
redire ad aliam? Bar. hic tenet, quòd sic, per l. j. §. quid er-
go. ff. de vé. insp. & l. ij. in fi. ÿ. de exact. trib. lib. x. per quod
dicit, quòd si actor fuit missus in possessionem rei, potest
adhuc reum facere capi, & duci ad iudicem. Sed mihi vi-
detur, quia tex. iste loquitur alternatiuè, ꝙ sufficiat acto-
rem alterá viam fuisse consecutum. per regulam l. si is qui
ducéta. §. vtrú ff. de re. dub. hoc saluo, quia sub prima via
etiam cótinetur vltima: ná si reus captus est, & ductus ad
iudicem, cogetur litigare: & sic deuenitur ad diffinitiuá,
quia iudicium redditur in inuitum. l. inter stipulátem. §.
j. ff. de ver. ob. & hoc, nisi reus de nouo fuerit in contuma-
cia, putà, quia actor fuit missus in possessioné rei, & insta
bat se declarari dominum, & iterùm fecit citari reũ peré-
ptoriè, qui fuit contumax: tunc enim poterit procedi vel
ad capturam rei, vel ad diffinitiuam. arg. c. quoniam fre-
quenter. in fi. extrà, vt lit. non conte. & ita posset saluari di
ctum Bar. Et pro hoc faciũt iura per Bar. alleg. Cogitabi
23 tis tamen. Quintò quæritur, an si † reus fuit peremptoriè
citatus pro tali die ad audiendam sententiam, posit iu-
dex procedere ad alium actú, vt ad misioné in possessioné
ex primo decreto, vel ad deferédũ iuraméntú testibus, vel
recipiendum productiones instrumentorũ? Puto ꝙ non,
per l. aut qui aliter. in prin. ff. quod vi aut clam. vbi hoc vi
detur de méte Bar. & hic, & hoc etiá videtur de méte Inn.
in c. auditis. extrà de procu. Et facit quod not. gl. in c. ij. de
do. & contu. lib. vj. Nec ob. iste tex. quia debet intelligi ꝙ
in citatione peremptoria iudex fuit cóminatus se ad vlte
riora processurum, etiam vsque ad sententiam inclusiuè.
Et ita intelligit Bar. Idem puto si dictum fuit. aliter pro-
cedetur etiam ad sententiam, & hoc propter illam impli-
catiuam, Etiá, secus si illa implicatiua non fuit apposita.

Secus tamen puto, si iudex contra citatum peremptoriè
ad sententiam, vellet procedere solùm ad actum captu-
ræ: quia tūc bene posset. arg. huius legis. & §. si verò etiam
24 quidam iurent. in auth. de exhib. reis. Captura† enim di-
citur esse quædam citatio realis, vt hic dicit gl. & ideò ad
hoc non requiritur alia citatio præambula, dummodò
fiat in casibus concessis à iure. Et pro hoc facit, quod not.
Bar. in d. l. ait prætor. in §. si debitorem. Vltimò quæri-
tur, an si quis fuit citatus peremptoriè pro tali die ad au
diendam sententiam, vel ad videndum iurare testes, pos-
sit iudex ferre sententiā, vel deferre iuramētū testibus die
sequenti, vel vlteriori, absque noua citatione? Vide circa
hoc c. consuluit. & quod ibi notatur, extrà de officio de-
legati. & quod notatur in capit. cùm dilecti. extrà de do-
lo. Et de hoc dicam in authen. qui semel. ͡j. proximè.

ADDITIO.

a Non possunt capi. Adde eundem Mathesila. singul. lix. nume-
ro 1.

AVTHENT.

1 *Rescriptum oblatum principi commissionem iudici factam conti-
nens, in vim petitionis produci potest.*
2 *Actor libello dato & rei comparitione, in lite perseuerare co-
gitur.*
3 *Citationem absentis non, nisi & instante & petente parte præsen-
te fieri debere.*
4 *Interuallum quod esse debeat inter vnam & aliam citationem.*
5 *Citatio per edicta facilius deuenit in citati notitiam, quam citatio
præconis voce facta.*
6 *Delegatum principis per edicta delegare posse*
7 *Citatio peremptoria, vt quis stato die iudicio sistat, aliter ad vlte-
riora procedetur, etiam ad sententiam vsque, citatum ad com
parendum arctare videtur, etiam tempore multum remoto à
termino citationis.*
8 *Sententiæ in peremptoria citatione mentionem specialem fieri non
necesse.*
9 *Iudex de facto supplere potest.*
10 *Contumax non, nisi refectis expensis, auditur.*
11 *Iurium veterum correctio vitanda.*
12 *Consuetudo iusta est minuendi terminum trium edictorum.*
13 *Dilatio, quæ datur à iure, an possit per iudicem abbreuiari consue-
tudine super hoc nihil disponente.*
14 *Reus probandi onus assumpsisse quando dicatur?*
15 *Intellectus auth. qua in prouincia C. vbi de crim. agi oport.*
16 *Reus contemnens ad iudicis mandatum libello respondere, pro con
fesso non habendus.*
17 *Paria sunt reum non comparere, & comparere, & nolle litē con-
testari.*
18 *Actor reo absente per contumaciam potest se facere absolui ab ob-
seruatione iudicij.*
19 *Iudex non potest ferre diffinitiuam, nisi actor præsens instet.*
20 *Intellectus auth quod fieri. de dilation.*
21 *Citatione peremptoria ad sententiam non, nisi de ea mentio fiat,
arctari.*
22 *Terminus iuris quando plus arctat, quàm simplex hominis ter-
minus?*
23 *Iudex an possit die sequenti sine noua citatione pronunciare, quan-
do quis fuit peremptoriè citatus pro tali die ad sententiam au-
diendam?*
24 *Reo non comparente an iudex sine noua citatione procedere possit
ad missionem in possessionem ex primo decreto?*
25 *Actor an ipso iure ab actione cadat in casu auth. qui semel.*

Q*Vi semel.* Primò ponit quid teneatur facere actor. Se-
cundò, qualiter constituatur in cōtumacia. Tertiò,
per quem. Quartò, quo casu. Quintò, quod sit officiū iudi
cis actore contumace. Secunda ibi, qui si causam. Tertia
ibi, quæ citatio. Quarta ibi, quod & locum. Quinta ibi,
ꝙ si vocatus litem. Ex illa vltima subdiuiditur in tres: quia
primò dicit quod sit officium iudicis, actore nullo modo
veniente. Secundò, quod sit officium actore purgare vo-
lente contumaciā. Tertiò, quod sit officiū, quando actor,
qui purgauit contumaciā, iterum est contumax. Secūda
ibi, sed nec. Tertia ibi, his quoque. Et aliter cōmodè sum
1 mari non potest. No. ꝙ rescriptum† oblatum principi,
in quo continetur commissio facta iudici, potest produci
2 in vim petitionis. Item nota, † ꝙ actor post libellū obla-
tum, & cōparitionem rei, cogitur perseuerare in lite. Itē,
3 ꝙ† citatio absentis nō debet fieri, nisi instante & petente
4 parte præsente. Item, † ꝙ inter vnam citationem & aliam
5 debet esse interuallum xxx. dierum. Item, † ꝙ citatio per
edicta præsumitur faciliùs deuenire in notitiam citati,
6 quàm citatio voce preconia. Item, ꝙ† delegatus princi-
7 pis potest citare per edicta. Item not. ꝙ† citatio perēpto-
ria facta de aliquo, vt compareat tali die, aliter procede-
tur ad vlteriora, etiam ad sententiam, videtur arctare ci-
tatum ad comparēdum etiam tempore multùm remoto
8 à termino citationis. Item nota argumentum, ꝙ† non est
necesse ꝙ specialis mentio de sententia fiat in citatione
9 perēptoria, quæ fit ad illam. Itē nota, ꝙ iudex potest sup-
plere de facto, inquirendo de iuribus absentis, vt l. fina. in
10 prin. ͡j. de appel. & hîc. Item nota, ꝙ† contumax nō debet
audiri, nisi priùs refectis expensis aduersario. Itē nota ca-
sum, in quo actor bis contumax cadit ab omni actione,
scilicet per sententiam. In gl. fi. Dic hāc gl. & hunc tex.
intelligi, quando in precibus oblatis principi, contineba
tur conclusio specialis, vel saltem generalis, vt est hæc, pe-
tit sibi iustitiam ministrari, vt in c. j. extrà de mut. pet. &
in c. ij. extrà de ord. cog. & ibi not. tunc enim rescriptum
potest produci in vim petitionis seu libelli: secus si non
contineatur talis conclusio: quia tunc solùm potest pro-
duci in vim rescripti seu commissionis, non autē in vim
petitionis. Oportet enim quòd in ciuilibus libellus ha-
beat conclusionem, saltim generalem. l. ij. C. de formu. &
no. Bar. in l. j. in prin. ff. de eden. & in l. edita. ͡s. de eden. nisi
sit causa summaria, in qua procedatur sine figura iudicii:
quia tunc sufficit qualisqualis petitio. Et ideo sufficit so-
la facti narratio, nec est necessaria conclusio, vt in Clem.
sæpe. de ver. signi. & singulariter notat Bar. in extrauagan
ti, ad reprimendum in verbo, figura iudicii. & ideo tunc
potest rescriptum indistinctè produci in vim petitionis.
Quod nota, quia quotidie de prædictis interrogaberis.
In gl. in verbo, *ad finem.* ibi, *l. edita.* Dic, Doctores commu
niter tenent contrarium, scilicet, quòd illa lex non sit cor
recta. Nam ista authentica loquitur solùm quando actor
vult differre, & sic subterfugit iudicium. Sed d. l. edita. lo-
quitur, quando actor non subterfugit iudicium, imò vult
litigare, sed vult emendare, vel mutare libellum, quod est
11 licitum vsque ad litem contestatam. Correctio† enim iu
rium veterum est vitanda, in quantū fieri potest. Et de hac
materia recurre ad plenè notata in d. l. edita. Similiter e-
tiam dicunt Doctores, ꝙ ista authent. non habet locum,
quando actor vult in totum renunciare liti, seu causæ nō
dico instantiæ: hoc enim potest inuito reo. l. postquàm li-
ti. ͡s. de pact. Satis est enim tutus reus: & ideo frustrà deue-
niendum est ad diffinitiuam: cessat enim ratio, quæ poni-
tur in corpore, vnde hæc authent. sumitur. Puto tamen, ꝙ
tunc reus possit instare se absolui ab obseruatione iudi-
cii, & actorem sibi in expensis condemnari. argumento l.
eum quem temerè. ff. de iudi. Facit l. properandum. §. hu-
iusmodi. & §. illo. ͡s. de iudi. In glo. ea. ibi, *non post, vt hic.*
Dic, hic aduerte, quia ad hoc vt actor nō possit desistere,
non sufficit etiam hodie libellum esse oblatum, & reū esse
citatum, & etiam libellum, vel etiam rescriptum sibi inti-
matum fuisse, nisi sequuta sit comparitio ipsius rei. Et sic
debet intelligi ista auth. Si enim reus fuit citatus, & cōtu-
max, habetur pro nullo modo citato, quò ad fauorē acto
ris, & ideo actor potest desistere, argumēto l. sancimus. ͡s.
de iudi. Et ita singulariter tenet Bar. in l. vbi acceptum. ff.
de iudic. Et pro hoc facit, quod notat ipse Bart. in l. sepul-
chri violati actio. ff. de sepulc. violato. In glos. in verbo,
triginta dierum. ibi, *licet de consuetudine minuat* Dic fortè gl.
hoc noluit, ꝙ de consuetudine non solùm minui possunt
termini trium edictorum, qui dantur à iure cum iudicis
ministerio, sed etiam terminus anni, qui posteà datur à iu
12 re sine iudicis ministerio. Cōsuetudo† enim est iusta cau-
sa minuendi. Seruari enim debet mos loci, vbi litigatur
quò ad litis ordinatoria. l. iij. in fi. ff. de testib. Et hoc fuit
hîc de mente Bar. & bene. Pro hoc facit, quia videmus, ꝙ
de iure canonico non seruantur tot prolixitates termino
rum: nam actore se absentante post libellum oblatum, &
compa-

comparitionem rei, potest etiam ante litem cõtestatam
deueniri ad instantiam rei ad liquidationem causæ, & ad
diffinitiuam, actore citato tamen peremptoriè, absque
expectatione transcursus vnius anni post vltimum termi
num citationis, vt probatur in ca. causam quæ. extrà, de
dolo & contu. & ibi no. & no. in c. prout. eo. ti. Vtrum au
13 tem quando† cõsuetudo nihil disponit, possit abbreuia-
ri per iudicem dilatio, quæ datur à iure cum ministerio iu
dicis, vel sine? Recurre ad notata per Bar. in l. ij. ff. de re iu
di. & in reg. indultum. de reg. iur. in vj. & per Cano. in ca.
cùm sit Romana. extrà de appel. In gl. ea. ibi, *l. non debet
actori*. Dic, prima opinio communiter tenetur: quia eui-
tanda est correctio. Præterea non est mirum, si reus ali-
quo respectu in hoc est deterioris cõditionis, quàm actor.
Nam videmus, quòd olim erat per iura Digestorum & e-
tiam Codicis: quia secundum iura digestorum non po-
terat ferri diffinitiua contra actorem absentem post li-
tem contestatam, & contumacem, & tamen ferri pote-
rat contra reum contumacem. Item secundum iura Co-
dicis non poterat causa liquidari actore se absentãte per
contumaciam post litem contestatam, & tamen poterat
liquidari reo absente post litem contestatam, vt dixi in l.
j. suprà eo. titu. Præterea hic actor grauatur per authen. in
vno: quia potest causa liquidari, & ferri sententia contra
eum, etiã lite non contestata: vnde releuatur in alio, quia
datur sibi prolixitas terminorum, de qua in hac authen.
dicitur. Facit l. eum qui. in princ. ff. de iureiur. Notandum
est tamen, quòd ista prolixitas terminorum locum non
habet, quando actor se absentasset post litem cõtestatam
iam liquidata causa. tunc enim sufficit eum expectari per
triginta dies, & poterit diffinitiua tunc contra eum fer-
ri, vt d. l. properandum. §. & si quidem. suprà de iudic. In
gloss. in verbo, *innotescit*. in fi. Dic sic, ergo valet sententia,
quando quis fuit citatus ter, vel peremptoriè: siue fuerit
citatus per nuntium, qui requisiuit eum personaliter, vel
ad domum. l. ab eo. suprà eo. tit. siue per edicta in loco pu
blico proposita, licet lecta non fuerint ãpto ponente, siue
voce preconia, id est, alta voce preconis, id est, nuntii pu
blici cũ tuba, vel etiam sine tuba clamantis per loca pu-
blica, ita quòd verisimiliter hoc possit intimari citato.
vt probatur in corpore vnde sumitur ista authẽtica, & in
authen. qua in prouincia. suprà vbi de crimin. agi oport.
Et pro hoc facit l. diuus. ff. de in integr. restitu. & l. fi. suprà
de feriis. & quod notat Ioan. Andræas post Goffredum in
c. fi. extrà de eo, qui mittitur in possessionem. Super his ta
men standum est consuetudini loci, vbi litigatur. In gl.
in verbo, *delegatum*. ibi, *vel hic in delegato*. Dic, hæc est ve-
rior, & communiter tenetur. In glo. in verbo, *quod locum
habet*. ibi, *si reus subeat onus probationis*. Dic idem sensit glos-
sa in authen. de litigiosis. in §. omnem. in verbo, proferre.
14 Sic ergo nota, † quod non sufficit quòd reus faciat præfi-
gi actori absenti dilationem peremptoriam ad proban-
dum intentionem suam, & illam sibi intimari per nuntiũ
personaliter, vel ad domum: tunc enim non dicitur reus
assumpsisse in se onus probandi, & sufficienter liquidasse
causam, nec dicitur veritas subtilius perquisita, prout fie-
ri debet, vt dicit tex. in corpore. Debet ergo reus probare
se non teneri, putà se soluisse, vel sibi esse factum pactũ de
non petendo, vel probare contrariũ directè vel indirectè
eius super quo actor se fundat. l. optimam. ĩ. de contrah.
& commit. stipulatione. Sed dubito multum an sufficiat,
quòd reus probet negatiuam, puta se non recepisse depo
situm vel mutuum, quæ non sit coarctata loco & tempo-
re per inuestigationem nuntiorũ, qui referant se hoc per-
quisiuisse à vicinis, & notariis actorũ, & non inuenisse ali-
quem, qui aliquid sciuit de hoc. Et satis videtur esse æquũ,
quòd hæc probatio sufficiat: & sic posset ista auth. intelli-
gi. Et pro hoc facit quod no. Bar. in l. hoc iure. ff. de verb.
obliga. & l. j. & l. actor. suprà, de proba. Cogitabis tamen.

In glo. ea. ibi, *respondeo verò secundum Io.* Dic hæc opinio
communiter tenetur: quia vitanda est correctio iurium
veterum. Et hodie est comprobata, extrà vt lite non con-
testa. per totum. & no. in cap. causam quæ. & c. prout. ex-
trà de dolo. In glo. ead. ibi, *vt dictum est*. Dic hoc non est
simpliciter verum, vt suprà dixi super gloss. in verbo, tri-
ginta dierum. In gloss. ea. ibi, *sed de rebus eius satisfit*. Dic,
15 vel dic & meliùs quod est casus specialis† in d. auth. qua in
prouincia. in quo potest ferri sententia diffinitiua contra
reum absentem lite non contestata, vt ibi no. & no. gl. in
auth. vt omnes obed. iud. prouin. §. si verò alter. in verbo,
non valente. Et aduerte, quia casus illius auth. est valde di
uersus à casu l. ij. suprà, vbi in rẽ actio. De quo dic, vt ple-
nè no. Bar. in d. auth. & in d. l. ij. Hoc dico, quia in casu il-
lius legis ij. suprà, vbi in rem actio. illa ficta litis contesta-
tio non est sufficiens ad hoc, quòd possit deueniri ad re-
ceptionem testium, vel diffinitiuam contra dominũ ab-
sentem: vt notat gl. in c. quoniam. §. quòd si super. extrà vt
lite non contesta. & dixi in l. consentaneum. super glos. fi.
licet ista gl. prima facie videatur innuere contrarium.

In glo. ea. ibi, *sed si ex missio*. Nota istam gl. singularẽ, quæ
apertè vult quòd iudex non possit compellere reũ ad con
testandam litem: & sic multò minùs potest iudex reo non
respondente, vel respondente, sed non sufficienter, pronũ-
tiare litem haberi pro contestata legitimè. Contestatio
enim non potest induci, nisi ex communi consensu acto-
ris & rei, vt l. j. suprà de litis contestatione. Et hoc tenuit
hic Bar. & bene: & dicit quòd per hoc fecit verecundiam
pluribus iudicibus, vel aduocatis iuuenibus. Quid autẽ
sit, si reus respondeat negando narrata prout narrantur
fieri debere, non tamen animo litem contestandi? Dic vt
16 notatur in d. l. j. per gl. & doctores. Item nota† ex ista gl.
quòd reus contemnens respondere libello ad mandatum
iudicis, non habetur pro confesso, nec potest iudex hoc
pronũtiare. Et hoc hic sensit Bar. & clariùs in l. si finita. §.
Iulianus. ff. de dã. infec. licet prima facie videatur sentire
contrarium in l. quæ dotis. ff. solu. matri. in magna distin
17 ctione, quam ibi ponit. Item nota ex ista glo. quòd† pa-
ria sunt reum non comparere, & reum comparere, & li-
tem nolle contestari, quò ad hoc, vt possit procedi ad pri
mum decretum. In glo. ea. ibi, *vt in l. properandum*. Nota
18 ex ista glo. quòd etiam† actor reo absente per contuma-
ciam, potest facere se absolui ab obseruatione iuditii, id
est, ab instantia, & reum sibi in expensis condemnari. Et
puto, quod non possit non solum, quando causa non est
liquida, sed etiam si causa sit liquida pro ipso actore, vel
19 etiam si sit liquida pro reo: quia† iudex non potest ferre
diffinitiuam, nisi actor præsens instet eam ferri, vt in hac
auth. & in l. consentaneum. cum simi. Si ergo actor petit
ferri interlocutoriã, est audiendus. Et pro hoc facit l. pro-
perandum. §. huiusmodi. suprà, de iudic. quod notate. Et
prædicta vera fortè, nisi instaret vltimus terminus instan
tiæ: quia tunc fortè posset iudex ferre diffinitiuam, si cau-
sa esset liquida, vt no. Bar. in l. Seius & Augerius. ff. ad leg.
Falcid. In gl. ea. in fin. Dic, huic concordat glos. in d. §.
& si quidem. Sed aduerte, quia istæ gloss. debent intelligi,
quando nullus terminus fuerat præfixus ab homine acto-
ri ad probandum: tunc enim etiam si terminus sit præfi-
xus à iure communi, vel statutario, vt est terminus instan
tiæ triennii, non dicitur actor fuisse negligẽs in proban-
do, ita quòd causa dicatur liquidata contra eum: & ideo
non potest reus absolui diffinitiuè. Et ita no. tenet Bart. in
repe. l. admonendi. ff. de iureiur. Illud tamen dictum Bar.
non habet locum, quando vtraque pars litigantium est
præsens, & vtraque pars, vel vna tantùm, instat, quòd fera
tur sententia: tũc enim reus absoluetur diffinitiuè. Et hoc
voluit ista gl. nisi actor præsens contradicat, & petat sibi
dari dilationem ad probandum: quia tunc debebit sibi
dari, si supersit de instantia, nec habeat expirare iurisdi-
ctio iuditis. l. fi. ff. de fer. cũ simi. Vbi verò actori præsenti
fuit præfixa dilatio ad probandum ab homine expressè,
tunc lapso termino dicetur causa liquida, & reus absol-
uetur diffinitiuè, vt l. qui accusare. suprà de edend. & not.
Bar. in d. l. admonendi. Hoc tamen intelligo, quando di-
latio fuit peremptoria: aliàs esset secus. Circa quod vide
quod dixi in l. ij. suprà eo. Idem est si dilatio peremptoria
fuit tacitè ab homine præfixa ad probandum, puta, quia
ad instantiam actoris princeps, vel alius ordinarius de-
legauit alicui causam terminandam intra annum. Et ita
sing. tenet Inno. in c. super. ij. extrà de appel. & Bart. in d. l.
admonendi. In gl. in ver. [illegible] Dic hæc secundo [illegible]

lutio est verior: quia in cõtrario fertur solùm interlocu-
toria. Et hoc tenuit Bart. in d. auth. quod fieri. & hîc, licet
ipse senserit contrarium, & non bene, in l. properandum.
20 §. & siquidem. ſ. de iudic. Fatetur tamen quòd in vno † est
speciale in d. auth. quod fieri. videlicet, quia si actor non
comparuerit intra decem dies post elapsum terminũ, ad
quem fecit citari reum, poterit reus absolui ab obserua-
tione iudicii, & actor sibi in expensis condemnari absque
noua citatione. vt probatur in tex. d. auth. Regula tamen
est in contrarium, si enim actor fecit peremptoriè citari
reum, & comparuit reus, & non actor in termino, nõ po-
test reus facere se absolui ab obseruatione iudicii, nisi
peremptoriè faciat citari actorem. vt d. l. properandum.
§. & si quidem. Et hoc no. tenuit hic Bar. & Inn. in c. con-
suluit. extrà de of. deleg. In gl. fi. ibi, *& sex menses*. Dic, gl.
dicit verum, quòd actor potest habere tantum spatium,
quandoque tamẽ habebit minus. Pone enim ꝙ elapsis tri
bus mensibus trium primorum edictorum purgauit con-
tumaciá in fine primi mensis sequentis, & quia iterũ fuit
contumax, citatus fuit per alia tria edicta, & contumax,
certè reperies istum expectari solum per vnum annum &
septem menses, si bene calcules. In glo. ead. in fi. Dic, ista
cauda gl. procedit post litem contestatam: nam ante litẽ
contestatam non inchoat currere triennium, vt l. prope-
randum. post prin. suprà de iudi. Extra gl. quæro primò,
an ista auth. in versi. qui si causam. & in versi. vltimo. ha-
beat locũ, quando actor fuit peremptoriè citatus ad pro-
cedendum in causa generaliter, & in citatione non fuit
facta mentio specialis de sententia? Et videtur quòd non:
21 quia † citatio peremptoria non arctat ad sententiam, nisi
in ea fiat mentio de sententia, vt in cle. sæpe. circa fin. ex-
trà de ver. sig. & dixi in l. ij. ſ. co. Sed fortè contrarium dici
potest per illum tex. qui simpliciter loquitur. Et hoc vide-
tur hic de mente gl. in verbo, vocetur. in prin. & est ratio:
quia in casu huius auth. non est simplex citatio perẽpto-
ria hominis: Imò elapsis tribus edictis præfixis ab homi-
ne, præfigitur à lege alius terminus, scilicet, anni, qui ter-
minus videtur esse peremptorius ad totum processum, &
etiam ad diffinitiuam, vt hæc possint fieri elapso illo an-
no, & non prius, absque alia noua citatione. Et pro hoc
facit c. sæpe. extrà de appel. & c. veniens. extrà de renuncia
tione. & quod notatur in c. j. de elec. lib. vj. & c. j. de ap. lib.
vj. per Inn. & in cle. causam. circa fi. de elec. Et sic est mira
22 bile, quod † terminus iuris plus arctat citatum, per illum
terminum, quàm simplex terminus hominis, quod est no-
23 tatu dignum. Secundo quæro, an si quis fuit † peremptο-
riè citatus pro tali die ad audiendum sententiam, possit
iudex die sequẽti vel vlteriori, eo ampliùs nõ citato pro-
nuntiare? Respondeo, & cõcludo, quòd aut terminus fuit
appositus in citatione ad significandum principium tem
poris, ex quo procedi debet posteà super tota causa, vsque
ad sententiam: & tunc sine dubio potest ferri sententia, e-
tiam per multos dies post illum terminum. Et sic vno mo
do posset intelligi lex consentaneum. ſ. eo. Et pro hoc fa-
cit c. fi. extrà de dolo. & c. cùm dilecti. in eo. titu. Et hoc est
verum, etiam si actor, qui fecit citari, nõ comparuerit in
termino: quia non propterea extinguitur talis citatio ge-
neralis. Et ita tenẽt domini de Rota in conclusione ccc-
xxxix. Aut citatio fuit facta ad certum actum fiẽdum in
certo termino, & tunc aut is, qui fecit citari, non compa-
ruit in termino, & tũc citatio videtur expirasse, ita quòd
in die sequenti non posset fieri ille actus sine noua cita-
tione. l. aut qui aliter. & l. fi. ff. quod vi aut clàm. iuncta l.
arbiter calendis. ff. de arbitris. Et pro hoc facit, quod no-
tat Bar. in l. qui ante calendas. ff. de verb. oblig. & in l. ij.
§. j. ff. si quis in ius voc. non ierit. Et idem videtur, si iudex
in termino non venit ad tribunal, vt d. l. arbiter. & d. l. ij.
§. fi. imò plus dico, ꝙ si quis fuerit citatus ad certum actũ
pro tali die in tertiis, & in tertiis non comparuit is, qui
fecit citari, vel nõ venit iudex ad tribunal, & ille actus fiat
de sero per iudicem ad instantiam eius qui fecit citari,
absente citato, non valebit actus, vt notat Bar. in d. l. fi. in
fi. quod nota. Et idẽ videtur si comparuit is, qui fecit ci-
tari, & illicentiatus recessit: quia habetur pro non com-
parente, vt d. l. properandum. §. & si quidem. Facit c. j. ex-
trà de iudiciis. & quod ibi notatur. & not. Bar. in d. l. qui
ante. Aut is qui fecit citari, comparuit in termino, & ac-
cusauit contumaciá citati, & licentiatus recessit, & tunc
non solum ille actus potest expediri eadem die, & alia ho-
ra, puta de sero, imò etiá tota proxima sequenti, sine no-
ua citatione, vt est tex. in d. c. consuluit. Verum autẽ pos-
sit fieri ille actus secunda vel tertia die sequenti, vel vlte-
riori, sine noua citatione, multùm dubito: nam quidam
tenent ꝙ non, per d. c. cõsuluit. à sensu cõtrario. Sed puto
contrarium: quia contumacia quò ad hunc actum sem-
per durare videtur, non solum in hora termini, sed etiá in
omni tempore sequenti, donec fuerit purgata, vt l. sanci-
mus. ſ. de iudic. & in c. cùm dilecti. ver. præterea. extrà de
dolo. vbi textus parificat hæc, scilicet, quem condemnari,
vel promittere soluere in termino, & quem citari ad certũ
terminum: nam post terminum videtur durare contuma
cia. Et pro hoc facit, quod ibi no. Io. And. post Hostien.
Item pro hoc facit tex. in l. consentaneum. ſ. e. ibi, *si in ea-
dem contumacia perseuerauerit, &c.* Item pro hoc facit l. ad
peremptorium. cum legibus seq. ff. de iudi. Item pro hoc
facit ista authentica per quam probatur, ꝙ etiam longo
tempore post terminum peremptorii, potest fieri actus.
Huic tamen auth. potest respõderi, ꝙ hic post terminum
peremptorium hominis, præfigitur alius terminus perẽ-
ptorius à iure, vt patet ex dictis in præcedenti quæst. Item
pro hac opinione allego id, quod no. Bar. in l. fi. in q. vlti.
ff. de in inte. resti. vbi tenet, ꝙ si iudex peremptoriè cita-
uit te pro prima die mensis sequentis ad audiendam sen-
tentiam, & tu fuisti inuentus, & non comparuisti in ter-
mino, deinde iudex ex gratia fecit te citari ad audiẽdam
sententiam pro alia die, putà quinta mensis sequentis, &
hæc vltima citatio fuit facta ad domum te non inuento,
& illa die quinta fuit lata sententia contra te, tu diceris
verus cõtumax, & non poteris appellare: & hoc ideo, quia
citatio peremptoria, cuius tu habuisti notitiá, adhuc te
arctare videtur. quod dictum bene notate. Non ob. d. c.
consuluit. à sensu contrario: quia respondeo, ꝙ text. bene
vult ibi, ꝙ iudex possit expectare in die sequẽti inuito illo
qui fecit citari, nec dicatur illi facere iniuriam, nisi expi-
raret iurisdictio iudicis: sed si iudex vellet plus differre, vi
deatur facere iniuriá illi, qui fecit citari. Sed non ita sen-
tit ille tex. ꝙ si actus fiat secunda, vel tertia die sequenti si-
24 ne noua citatione, sit nullus. Tertiò quæro, † an si reus
fuit peremptoriè citatus, & non comparuit, possit iudex
procedere sine noua citatione ad missionem in possessio
nem ex primo decreto? Bar. tenuit ꝙ sic, in l. iij. §. si ad diẽ.
ff. de re mil. & in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. Sed
contrarium tenuit do. Ant. de But. in c. j. extra de iudic. &
pro eo multum facit c. fi. extrà de eo qui mit. in pos. cau.
rei ser. Item contra Bar. facit l. aut qui aliter. in priu. ff.
quod vi aut clàm. & quod ibi per ipsum mer notatur. Sed
pro concordia sic potest concludi, ꝙ aut citatio perẽpto-
ria vel æquipollens fuit generalis, putà, vt cõpareat in tali
causa, & tunc procedat dictum Bart. in d. §. si ad diem. &
in d. §. Iulianus. Nec mirum, quia etiam ad omnes actus
illius causæ potest procedi, præterquàm ad diffinitiuá, per
d. clem. sæpe. & dixi in l. ij. ſ. eo. ti. & prætterquàm ad mul-
ctam fisco applicandam: de illa enim non videtur sensisse
iudex in termino peremptorio etiam generali, quia illa
mulcta & processus est separatus à causa, quia non venit
applicanda actori, sed fisco. l. mulctarum. ſ. de mo. mulc.
& ideo requiritur alia citatio ad hoc. s. ad se excusandũ,
quare non debeat mulctari, vt d. l. iij. §. si ad diẽ. & ibi no.
per Bar. & l. ij. §. j. ff. si quis in ius voc. non ier. & ibi no. per
Bar. Aut citatio fuit specialis, putà, vt veniat ad respon-
dendum libello, vel positionibus, vel ad videndum iura-
re testes, & tunc aut nulla comminatio fuit apposita. &
tunc iudex nullo modo potest facere alium actum, nisi il-
lum, ad quẽ citauit, vt d. l. aut qui aliter. & ibi no. per Bar.
& tunc si vellet procedere ad missionem in possessionem
ex primo decreto, requiretur alia perẽptoria citatio rei.
Et sic potest intelligi d. c. fi. extrà de eo qui mit. in pos. Aut
fuit apposita comminatio ista, aliter procedetur prout iu
ris fuerit, vel aliter. &c. & plus non est dictum, & tunc cre-
do, quòd iudex possit procedere ad primum decretum.
Et sic

Et sic potest intelligi c.quoniam.in fi.extrà vt lite nō contesta.& l.præsenti.§.cum autem.suprà de iis qui ad eccle. confug.& auth.de exhib.reis.§.si verò etiam quidam iurent.Et est ratio:quia hæc pœna directò respicit pœnam cōtumaciæ,& ipsum processum:quia est inducta in fauo-
1 rem actoris.Secus dico,si iudex vellet procedere ad aliū actum prorsus diuersum.Vnde si quis fuit peremptoriè citatus ad respondendum positionibus,aliter procedetur prout iuris fuerit,non puto quod possit procedi ad deferendum iuramentum testibus, vel præfigendum dilationes ad probandum,vel ad alios actus:per illam l.aut qui aliter.& per no.per glo.in c.ij.de dolo.lib.vj.Prædicta omnia fallunt in condemnatione expensarum:nam si quis est citatus ad certum actum cum comminatione, vel sine,peremptoriè vel non,& non comparuit,potest cōdemnari in expēsis, sine noua citatione.arg.l.sancimus.suprà de iudi.& c.ij.extrà de procu.vbi Inno.hoc tenet.Et idem tenet in ca.calumniam.extrà de pœ.Et est ratio,quia per hoc parum grauatur condemnatus:nam de iure nō erat audiendus,nisi refectis prius expēsis,vt d.l.sancimus.l' ar. tamen sensit contrarium in l.non ignorat.infrà de fruct. & lit.expens.Imò plus dico,quòd si actor fecit citari reum peremptoriè,vel non peremptoriè,& in termino comparuit reus,& non actor,potest cōdemnari actor reo in expensis,sine noua citatione:vt est tex.in c.j.de dolo & con-
25 tu.lib.vj. Vlterius quæritur,an† in casu huius auth.in fi. actor cadat ipso iure ab actione sua?Doctores tenent cōmuniter quòd non,sed requiratur sententia:per no.in l.in criminali.suprà de iurisdi.om.iu.& in l.si quis in tantam. infrà vnde vi.Et hoc dictum nota:quia licet textus hic loquatur per verba futuri temporis,ibi *ab omni cadat actione*. tamen in corpore textus aliter loquitur, & dicit, *iubemus ab omni cadere actione*. Ex quo nota,quòd siue lex loquatur per verba futuri temporis,siue per verba infinitiui modi, requiritur sententia.Sed contra prædicta facit textus iuncta gl.in auth.vt defuncti seu fun.defun.in prin. collat.vj. ibi,modis omnibus.Sed respōde,quod aliud est dicere,omnibus modis cadat ab actione sua,tūc enim cadit ipso iure,sicut si dixisset,penitus,vel prorsus,vel omnino, vt not. gl.in l.si qui.C.de postulā.& notant Doctores in c.in quibusdam.extrà de pœn.& in c.j.de postul.prælat.libr.vj.& aliud est,quando dicit.cadat ab omni actione:quia tunc requiritur sentētia,vt hic.Et est ratio:quia iste terminus, Omni,qualificat solùm hoc nomen, actione, non autem modum cadendi:sed in primo casu respicit verbum,& sic significat quòd cadat omni modo possibili legi,& sic ipso iure, quod nota : quia hæc verba ab aliis non vidi tacta. Vltimò meri Legistæ tractāt hic aliqua de notorio & manifesto,de quo etiam tractatur in l.ciues & incolæ.ĵ.de appel.& minus bene videntur loqui,per tex.in c.vestra.& cap.fina.extrà de cohabita.cleric. & mulier.De qua materia , quia est alta, remitto ad plenè notata in dicto capitu.vestra.

LEX IX.

1 *Citatione trina vocandus,qui personaliter reperitur.*
2 *Nuntio referenti citatum nolle venire an credendum?*

T*Res denuntiationes* Tres denuntiationes habent vim
1 peremptorii.Hoc dicit.Nota,†quòd etiam inuentus personaliter,citandus est ter. In gl.j.ibi,*in l.Fulcinius. §.fi.*Idem notat gl.in l.pen.& fi.ff.de in inte.resti.& xxiiij. q.iij.c.de illicita.Et ita cōmuniter tenetur,vt dixi in l.ij.ŝ.
2 eo.ti.Sed quæritur,an† credatur nuntio referenti citatum semel respondisse se nolle venire?Bart.hic videtur tenere, quòd sic.Contrarium verò notat Io.And.in tit.de cōtumac.§.j.versi.& nota.in addit.Spec.in magna additione, quem sequitur Ant.de Butr.in c.cum parati.extrà de appel.vbi tenent,quòd etiam pluribus nuntiis non credatur super hoc,nisi ipsi hoc deponant vt testes iurati,& examinati legitimè.Sed quæ opinio sit verior, dicā in auth. nisi,infra titulo primo.

LEX X.

1 *Sententia in absentem etiam ex probabili & necessaria causa lata,ei non obest.*

1 C*Vm non voluntaris.*†Sentētia lata contra absentem ex causa probabili,& necessaria, non debet ei nocere. Hoc dicit.

LEX XI.

1 *Sententia quæ in rem transiuit iudicatam , rescissioni non subiacet.*

C*Vm præsentibus.*Idem dicit quòd lex, ab eo.ŝ.eo.Nota
1 †quod sententia,quæ transiuit in rem iudicatam,rescindi non potest.

De sententiis ex periculo recitandis. Rubr.

In glossa rubricæ ibi,*cum periculo*.dic,scilicet, nullitatis,siue inualiditatis ipsius sententiæ.

LEX I.

1 *Iureconsulti consilium petētibus hac verborum formula,Si me non fallis in facto ita est de iure,vti tenentur.*
2 *Sententia sola vbi nulla est,ex eisdem actis eam iudicare ordinarius,non delegatus,qui eam tulit,potest.*
3 *Appellatio à sententia nulla non valet.*
4 *Argumento à contrario sensu locum non esse, vbi absonus resultaret intellectus.*
5 *Sententia iudice in loco maiorum non sedente,an & quādo nulla.*
6 *Necessitati legem non subiacere.*
7 *Sententia per metum lata an & quando valeat.& nu seq.*
8 *Metu facta & si rescindantur,valent.*
9 *Appellans à sententia nulla,an succumbat tanquam viā ineptam eligens.*


Rbitri Sententia debet scribi, & in scriptis recitari,& per iudicem proferri,nisi sit de illustribus,qui possunt per alium proferre : & si aliter fiat,est nulla ipso iure,nec appellatio requiri-
1 tur.Hoc dicit totus titulus. Nota,†quod consultor debet dicere petenti consilium,Si me non fallis in facto, ita
2 est de iure. Nota,†quòd vbi sola sententia est nulla,potest ex eisdem actis iudicari per ordinarium, non autem per delegatum,qui tulit sententiam nullam. Nota ar-
3 gumentum,†quòd appellatio interposita à sententia.quę est nulla,non valet,quasi videatur inepta via electa. Ad quod concordat l.cùm non eo die.infrà,quando prouocare non est necesse. In glossa prima, ibi, *l.quisquis*. Dic secundum hanc lecturam,ista lex debet restringi,quando ipse rector,vel prædecessor pronuntiauit,vel quando inferior ordinarius pronūtiauit per turpitudinē suā.l.absentem.ĵ.de accus.vel quādo innouata sunt acta litis ordinatoria corā præside,vt patet ex iis,quæ dixi in l.si vt proponis.& l.si præses.suprà titu.proxi. In glos.ea.in fi.Ista
4 tertia lectura potest saluari intelligendo, quòd hic† non debet sumi argumentum à sensu contrario:quia resultaret prauus intellectus,& secundum eam, dum textus dicit,ex integro iudicari,intellige dummodo fiant noua acta litis ordinatoria coram præside. Alia verò concernētia merita causæ facta coram arbitro, bene valēt coram iudice.l.cum anreà.in fi.suprà de arbit.Fallit in testibus, in quibus habet locum l.fi.suprà de testi. In gloss.iij.ibi, *quod non placet* Dic,opinio gl.est hodie approbata in c.fi. extrà de re iud.lib.vj. In gl.ea.in fi.Dic,ista gl.debet intelligi in ordinario,qui non habebat certū tribunal ma-
5 iorum,seu prædecessorum,aliter† enim sentētia alibi lata esset nulla.l.cùm sententiam.ĵ.tit.proxi.& l.pe.ff.de insti.& iu.& hoc secundum leges,secus secundum canones, vt dixi in l.si vt proponis.ij.ŝ.tit.proxi.Item potest intelligi in delegato,nisi ipse ab initio determinasset certum locum ad illam causam:quia tenetur illum seruare.l.si vt proponis.ij.ŝ.tit.proxi.secundum Bart.hic.Sed hoc non videtur mihi simpliciter esse verū : nam si iudex ab initio elegit certum locum,potest mutare,& aliū eligere, & ad illum citare,arg l.quod iussit.ff.de re iudi. Facit l.qualē. in fi.ff.de arbi.Item hoc non est prohibitū, &c.l.necnon. §.quod eis.ff.ex quib.caus.ma.Et pro hoc facit ista gl.Illud autem fateor,quòd si pars est citata ad vnum locum, & iudex facit actum in alio loco,non valet,vt dicta l.si vt proponis. Quæro primò quid fiet.si iudex propter aliquam infirmitatem sedere non possit? Gl.in c.fi.extrà de

re indi.lib.vj.dicit,quòd sedeat,vt potest.Quid autem,si
nullo modo posset sedere? Tunc poterit eam ferre iacés,
6 vel stans in tribunali:quia necessitas† legem non habet.
l.j.ff.de offi.consulis.Et ita hic tenet Bartn.de Salic. Se-
7 cundò quæro,†an sententia lata per iudicem ex metu il-
lato iniustè,sit nulla?Barthol.de Sal.hîc,posuit duas opi-
nionnes,& se clarè nnn firmauit.Sed puto,quòd secúda o-
pinio sit verior,scilicet,quòd valeat,per regulam,quæ est,
8 quòd valent,† quæ metu fiunt,licet possint rescindi.l.si
mulier.§.si metu.ff.quod met.cau.& l.ij.& iij.soprà quod
metus cau.Et hoc tenuit glo.xj.q.iij.c.iniullum.& c.qua-
tuor.& gl.in c.j.quod me.cau.lib.vj.Fallit primo in abso
lutione à sententia censuræ ecclesiasticæ,vt est tex.in d.c.
j.Secundò fallit,quando duo concurrunt,scilicet,q sen-
tentia sit de se iniusta:secundo,quòd sit lata ex metu:nam
tunc videtur esse nulla ipso iure, vt probatur xxv.q.j.ca.
omne.& vj.q.iij.ca.iniustum.Vbi vero iurisdictio fuisset
prorogata per metum,tunc planum est,quòd prorogatio
est ipso iure nulla,& ideo sententia lata à tali iudice est
nulla.l.ij.circa prin.ff.de iudi.iuncta l.fi.infrà si à non cō-
pet.iudi.Et de hac materia tangitur in c.Abb.extrà quod
9 metus cau. Tertiò quæro,an appellans† à sententia,quæ
est nulla,debeat succúbere,& aduersario in expensis con
demnati,quasi ineptam viã elegerit? Et videtur quòd sic,
per istum tex.& per l.cùm non ex eo.infrà quan. prouoc.
non est nec.& l.ex consensu.§.j.ff.de appel.Et hoc videtur
de mente Bar.in l.si expressim.in iij.col.in prin.ff.de app.
vbi dicit,quòd quando quis appellauit à sentẽtia, quæ est
nulla,ibi incidenter iudex cognoscet de nullitate, tan-
quam exclusiua appellationis,quia appellatio nõ valuit.
Itẽ pro hoc facit,quia videmus in simili, quod licet actor
re vera habeat iustitiam in meritis causæ,si tamẽ egit via
inepta,vt quia libellus est ineptus,absoluetur reus, & con
demnabitur actor sibi in expensis.l.j.§.j.ff. si mensor fal-
sum modũ dixerit.Facit c.examinata. extrà de iudiciis.
& quod ibi notatur.In contrariũ tamen facit l.j.& l. cer-
ta.& l.si pater.& l.venales.infrà,quando pro. non est ne-
cess.nam illi textus sonant, quòd vbi sententia est nulla,
rescindatur,id est,rescissa declaretur,etiam sine appella-
tione,& sic illa implicatiua,Etiam,sonat quòd possit ap
pellari à sententia nulla.Sed pro concordia potest dici,q
aut quis simpliciter appellauit à tali sentẽtia, non facien
do mentionem de nullitate,vel de ioiquitate,& tũc pro-
cedat secunda pars:nam valet talis appellatio:dicitur e-
nim esse quædam ad causam prouocatio super nullitate
sententiæ declaranda. Puto tamen quòd requiretur tunc
posteà libellus,in quo petatur à superiore sententiam de-
clarari nullam,& lis super hoc contestetur, vt in c.ij.extrà
de offi.iudi.Facit quod dixi in l.si præses.suprà tit. proxi-
mo.Quandoque autem quis appellauit ab aliqua senten
tia tanquam iniqua,seu iniusta, & tunc procedat prima
pars:quia illa appellatio oon valet,vt hîc,& d.l.cùm non
ex eo.De hac tamen materia pleniùs dicam in l.j.quan-
do prouo.noo est necesse.

LEX II.

1 *Iudex de eo quod cognouit.pronuntiare tenetur.*
2 *Sententia cum deliberatione ferenda.*
3 *Libelli tenor inferendus in sententia.*
4 *Sententia lata neque corrigitur neque mutatur.nu.10.potest tamẽ*
peti in integrum restitutio.nu 11.
5 *Opinio quæ vult actum valere,amplectenda.*
6 *Intellectus c.sicut de re iudicat.*
7 *Instrumento fides an derogetur,si sensu nullo modo mutato verba*
concipiantur in diuersis personis.
8 *Sententia mulctæ est interlocutoria.*
9 *Citationem peremptoriam ad mulctam minimè requiri.*
12 *Contumax veniens post latam sententiam sedente adhuc iudice,*
an appellet.
13 *Imperatorem solutum legibus esse.*

H*Ac lege* Summata est cũ præcedenti.Dioiditur in tres
partes:nam primò ponit,qualiter sentẽtia debeat fer
ri:secundò ea lata prohibet illam corrigi: tertiò à primo
dicto excipit maiores iudices.Secunda ibi, sed ne.Tertia
1 ibi,exceptis. Nota,q† iudex de eo quod cognouit,pro-
2 nuntiare tenetur.Itẽ q† sentẽtiæ non sunt ferẽdæ subitò,
sed cum deliberatione,& sic causæ cognitio præambula
videtur esse de solennitate substantiali sententiæ. Circa
quod vide qood no.Bar.in l.prolatam.ĩ.tit.proximo. Itẽ
3 †nota argumentum,q tenor libelli est inferendus in sen-
4 tentia. Item nota q sententia† lata nõ potest corrigi, nec
mutari. In gl.in verbo,*non subitas*.in fi.Vel dic,q ibi sen-
tentia non fertur subitò,sed deliberatio præambula acce
leratur.Et est speciale q sic acceleretur propter imminẽs
periculum,aliter esset secus.l.iudices.s̃.de iudi.& l.j.s̃.de
dilationib. In glos.in verbo,*ex libello*.in fi.Dic, hoc licet
fiat de more,fit ad maiorem cautelam,non autem de ne-
cessitate:& ideo valeret sententia aliter lata.Nec ob. iste
tex.quia loquitur solũ de libello,id est,de scriptura ipsius
sententiæ,secundum Bar.Bartholomæus de Sali. videtur
tamen tenere contrariũ.Sed opinio Bar.est tenenda,præ
5 sertim quia in dubiis illa † opinio est amplectenda, quæ
vult actũ valere,& non contraria.l.quoties in stipulatio-
nibus.ff.de ver.ob,cum fi.Et no.q si iodex absente nota-
rio proferat corã testibus, & partibus sententiã scriptam
prius in quadam schedula,manu iodicis,vel alterius,va-
lebit talis sententia,quia est lecta & prolata ex scriptura,
vt hîc.Tamen illa scriptura erit priuata,& sola non pro-
babit sententiam sic latam esse.l.instrumenta.s̃.de proba
tio.& extrà de testib.c.cùm à nobis.& de proba.c.quoniã
contra falsam.Sed tunc per testes poterit probari illa sen
tentia,qui priùs viderunt in scriptura contineri id, quod
6 audiuerunt.Et sic potest intelligi tex.†in c.sicut.extrà de
re indic.Tutius tamen est,q semper notarios rogetur de
sententia,& ita practicatur. In glo.in verbo, *corrigendi*.
ibi,*l.ab executore.in prin*.Dic de hac materia, vt ibi pleně
per Bar.cuius verba hic transportauit Barth.de Sali.po-
nens multas quæstiones: & quia nihil addit, vel detrahit
Bar.omitto. In gl.ea.ibi.*l.alterum*.Dic,ad hoc etiam fa-
cit c.intelligentia.& c.nihil.extrà de ver.sig.& c.dudũ.ex-
7 trà de conuers.coniugatorum.vbi probatur q licet† no
tarius dederit instrumẽtum extractum in forma publica
in prima persona,& posteà det in tertia, nõ potest repre-
hẽdi, nec derogatur fidei instrumenti. Et idem fortè dici
posset,si notarius cui essent commissæ rogationes defun-
cti notarii,hoc fecisset,ex quo sensus in nihilo est muta-
tus.Facit quod notatur in c.cum P.tabellio.extrà de fide
instru. In gl.ea.ibi,*l.illicitas §.fi*.Vel dic,q ibi sentẽtia nõ
mutatur:sed solutio mulctæ remittitur à præside, authori
tate legis secundum Bart.Vel dic,q ille text.nullo modo
obstat:quia ista lex solùm loquitur in diffinitiuis, non in
interlocutoriis.l.quod iussit.ff.de re indi.& in c.cum cessan
8 te.extrà de app.sed sententia† mulctæ est interlocutoria.
l.ij.§.j.ff.si quis in ius vo.non ierit.& l.j.§.quid.ff.de ventre
inspici.Hinc est q citatus etiam non peremptoriè, & con
9 tumax,potest mulctari:& sic† ad mulctam nõ requiritur
perẽptoria citatio,vt no.Bar.in l.j.§.j.ff.si quis ius dicenti
non obtemperauerit.quod est notabile dictum. Pro quo
facit,quod no.Bar.in l.consentaneum.s̃.titu.proximo.&
quod ibi dixi in j.q.Fortè tamen posset saluari dictũ Bar.
in hac l.quando mulcta esset imposita per viam sentẽtiæ
diffinitiuæ,vt quando est imposita causa cognita pro de-
licto,pro quo venit imponenda pœna arbitraria.l.si qua
pœna.ff.de ver.sig. In gl.ea.ibi,*non dico minus*. Dic, sentit
10 ergo ista gl.q† si iudex condemnauerit victum in cẽtum
pro expensis,nihil possit diminuere.Puto etiam q simili-
ter non possit addere etiam eadem die: qoia lex Paulus,
loquitur,quãdo iudex omnino nihil dixit de illis accesso-
riis,& ideo non debet extendi ad casum, quo iudex fecie
mentionem de accessoriis,& posteà vult addere,vel detra
here.Et hoc hîc tenuit Barth.de Sal.& bene.& adde quod
dicam in l.præses.ĩ.tit.j. In glo.ea.ibi.*l.diuus*.Vel dic, q
11 ibi† non fallit,non enim corrigit ibi iudex ex officio soo,
sed petita restitutione in integrum.secundũ Bar.cui con
cordat Bartholomæus de Salic.dicens,q tunc restituetur
solùm ad appellandum,non per eum qui pronuntiauit,
sed per alium superiorẽ.Sed mihi in hoc vltimo videtur
contrarium,scilicet,quòd ipsemet qui sententiauit, si sit
ordinarius,possit talem restitutionem cõcedere:per tex.
expressum in d.l.diuus.Hoc etiam videtur tenere Bart.in
l.præ

l.præses.ꝟ.de appel. Præterea si ipse illud potest restituere in totum contra sententiam suam.l.in causa.ij.§.n.cum l.sequent. ff.de minoribus.multò magis potest restituere in parte.s.ad appellandū à sententia sua: hoc enim est minus quàm primum.l.fi.ff.de in integrum restitutio. Facit pro hoc ratio, quam ponit textus in l. præfecti. ff.de minoribus. Notate tamen prædicta verba Salic.iuncta ista
12 gl.quia ipse videtur tenere,quòd† verus cōtumax,qui venit post latam sententiam , adhuc iudice sedente pro tribunali,non possit appellare de iure communi, sed egeat beneficio restitutionis ad appellandum.Et hanc opinionem tenuit glos.in d.l.diuus.in verbo, restituere. & Butr. & dominus meus do.Frāciscus de Rampon.in d. l. diuus. licet Bar.teneret ibi contrarium, scilicet, quod talis possit de iure communi appellare :quia ex quo tam citò venit, habetur perinde,ac si venisset congruo tempore. Nec obstat dicta l.diuus.in princip. quia dicit ipse, quod ibi dabitur restitutio ad totam causam. Sed opinio præcedens mihi videtur verior,& magis de mēte literæ in d.l. diuus. Hoc etiam patet ratione.quia esset absurdum , quòd iste verus contumax esset melioris conditionis illo, qui venit hora congrua,scilicet, ante latam sententiam , vel dum ipsa ferebatur.l.non solum.ff. de noxalibus. sed ille solum haberet beneficium appellandi,ergo,&c. Item esset absurdum,quòd iste verus contumax esset melioris conditionis ficto contumace, qui solùm habet beneficium appellandi.l ab eo & l.fin.suprà titulo proximo.Nec obstat ratio Bar.quia respondeo, quòd bene habendus est, ac si tempore congruo venisset,scilicet,attenta æquitate: rigor enim iuris dictat contrarium, ex quo prolatio sententiæ erat iam habita pro perfecta,& absoluta : & ideo quia sola æquitas hoc vult,est ibi restitutio necessaria ad beneficium appellandi.Et hoc voluit textus in d. l.diuus.
In gl.ead.ibi, *In principio*, Dic,opinio istorum posset tolerari in Imperatore,qui est† solutus legibus.l.princeps.
13 ff.de legibus. cum similibus. requiritur tamen clausula derogatoria, aliter præsumeretur secunda sentētia principis subreptitia. argumento l.fi.infrà,sententiam rescindi non posse.iuncta l.fi.& quod ibi no. suprà, si contra ius vel vtilitatem publicam.

LEX III.

1 *Sententia nulla non meretur sententia nomen.*
2 *Forma omissione an & quando actus vitietur?*
3 *Appellari non potest a sententia nulla.*
4 *Interlocutoria an per alium, quàm per iudicem proferri possit? & nunc seq.*
5 *Intellectus l. nec quicquam. § vbi decretum ff. de offic procon.*
6 *Sententia per quem legenda?*

Statutis. Summata est cum l.j.suprà eodem titulo. Hoc
1 dicit. Nota,†quòd sententia nulla non meretur habe-
2 re nomen sententiæ. Item nota argumentum,quod † vbi ius nouum vult aliquem actum fieri sub certa forma , omissio illius formæ non facit illum actum esse nullum ipso iure,nisi ius noui aliud in hoc disponat. Secus videtur,si ius nouum prohibeat simpliciter illum actum fieri. l.non dubium.supra de legib. secundum Barthol.de Salic.hic. De qua materia remitto ad ibi notata in dicta l. non dubium.& ad notata in clemen.j.de iure patron. Itē
3 nota argumentum,quòd† à sentētia,quæ est nulla, appellari non potest. In glos. j. ibi, *interlocutoria*. Bartol. dicit,
4 †quod interlocutoria potest per alium proferri, quando non requirit causæ cognitionem,aliter secus.l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de officio procon. Bartholomæus de Salic.verò dicit quod interlocutoria nunquam potest ferri per alium,quam per iudicem:& est ratio, quia non iudex non potest iudicare,vt infrà , si à nō competen. iud.per totum.la iuo,nisi ille faceret virtute delegationis sibi factæ:tunc enim in hoc articulo ipse esset iudex. Nec obstat l.diem proferre.ff.de receptis arbit.quia ibi loquitur in nuntio,qui nuntiat,id est, intimat id, quod factum est,non autem iudicat. Et licet Salic.bene loquatur in se, tamen puto,quòd gl. possit defendi intelligendo quòd voluerit,quòd vbi iudice præsente , alius sub nomine iudicis protulerit aliquam interlocutoriam in scriptis, vel sine scriptis,& iudex subiunxerit, & ita ego pronuntio, valet hæc interlocutoria. Idem si fortè iudex hoc annuic cū capite:quia per se videtur hoc fecisse:argumento l.asse toto.ff. de hæredibus instituend. Et hoc puto verum , etiam si sit interlocutoria magni præiudicij.Nec obstat §. vbi
5 decretum. quia nihil facit,ibi enim vult,† quòd vbi aliquid expeditur officio iudicis nobili, & requirit causæ cognitionem,non possit delegari,sed hic nos loquimur de his,quæ expediūtur officio iudicis mercenario. Item hic
6 nulla fit delegatio. In glos.eadem,in fi. Dic,†hodie seruatur hoc,non solùm in potestatibus,sed etiam in quolibet iudice delegato,& etiam in arbitris. Faciunt enim leges sententias per notarium eis præsentibus sub eorum nomine,& ea lecta,dicunt , Et ita ego pronuntio. Et huic mori standum est.l.de quibus.ff.de legi.Ille tamen mos videtur esse contra ius scriptum , quod vult , quòd iudices non illustres debeant per se legere omnia verba substantialia sententiæ ex scriptura,vbi sunt scripta , vt hic, & in c.fi.de re iud.lib.vj.Et ita tenet ibi Ioan. And.& Barth.de Salic.hic. Alia verò verba præambula superflua, vt sunt verba,in quibus recitatur libellus,& alia acta,bene possunt legi per alium,etiam de iure scripto. arg. l. j. in prin. suprà de rei vxor.act. Potest tamen dici,quod prædicta cōsuetudo non debeat extendi , cùm sit contra ius: & ideo cum consuetudo videatur habere locum solum, quando verba sententiæ leguntur iudice præsente per notarium publicum,forte sententia non valeret, si legeretur iudice præsente per alium priuatum, etiam si iudex tandem diceret,& ita ego pronuntio, vel ita condemno, vel ita absoluo,nisi esset illustris,vt supra l.proxima,& dicto §.fi. Facit quod notatur in l.de quibus.ff.de legib.& l. j. §. si quis hoc interdicto.ff.de itine.actúque priuato.

AVTHENT.

1 *Scriptura non requiritur in causis breuioribus in cognoscendo vel pronuntiando,nec in reliquo processu & nu. 4.*
Item nec quando episcopus iudicat inter clericos.
2 *Iudicis arbitrio locus est in his, quæ à iure clarè determinata non sunt.*
3 *Causa quæ breuis,& quæ magna dicatur?*
5 *Arbitrator sine scriptura procedere potest,vt qui amicabilis compositor dicatur.*
6 *Testis vnius etiam non iurati dicto,si partes consenserint,stari.*
7 *Iudici a quo an & in quibus credatur?nu.9.*
8 *Consuetudini standum.*
10 *Relationi nuntij in quibus credatur?& nu. 11.*

Nisi breues Non potest breuius summari. Nota sum-
1 matium. Nota†quod in causis breuioribus non requiritur aliqua scriptura in cognoscēdo, vel pronuntiando.Itē nota quòd non requiritur, quādo episcopus iudicat inter clericos. Sed hoc est correctū de iure canonico, quod præualet, per c. quoniam contra falsam. extrà de prob.& per c.j.extrà de lib.obla.& ita dicit gl.in auth. vt cler.apud prop.epis.col.vj. Idem tenet Innoc. in d. c. de quo per Ioan.Andr.in c.fi. de re iudi. libr. vj. In Nouella. Quidam tamen restringunt istum secundum casum ad causas breuiores,sed tunc est superfluus , quia sub primo continetur. In gl.j.ibi *arbitrio iudicis*. Dic ista communi
2 ter tenetur:quia† in non clarè determinatis à iure recurrendum est ad arbitrium iudicis.l. j.in fi. ff.de iure delib. in c.de causis.extrà de offic.deleg.glos.tamen in auth. de mand.princip.§.fit ibi quoque tercentum.tenet, quòd verius sit,quòd†dicantur breues à centum aureis infrà , per
3 §.ne autem labor.in authen. de iudicib. coll. vj. sed non bene dicit,quia ille §. loquitur in materia diuersa scilicet,an debeatur salarium iudici delegato,necne. Item ille §.est localis, quia loquitur in salario solùm quorundā delegatorum Imperatoris morantium in Constantinopoli,qui habebant certum salarium de publico, licet nō magnum,vt probatur in d. §.& sequent. Puto tamē quòd iudex possit instrui, vt arbitretur hac forma , scilicet, quod causam à trecentis aureis suprà,arbitretur esse magnam,etiam si vertatur inter ditissimos, vel potētissimos homines.Quod patet.quia inferiores magistratus, vt de-

fensores ciuitatum, de illis tanquam de maioribus non possunt cognoscere, vt in authen. de defensoribus ciuita. §.iudicare. in causis verò à trecentis aureis infra, debeant attendere qualitatem personarum. l.sed si susceperit. §.ij. ff. de iudi. saluo, nisi sit causa à duobus aureis infrà: quia tunc talis arbitrari debet illam esse breuem, etiam si vertatur inter pauperrimos homines, argumento l.si oleum. §.fin. cum l.sequen. ff. de dolo. Et nota, quòd cautela est, quòd quando iudex vult procedere super aliqua causa breui, non seruato iuris ordine, prius interloquatur præsentibus partibus illam esse breuem, vel breuiorem causam. Si enim hoc non faciat, posset quandocunque opponi de nullitate sententiæ, propter omissum iuris ordinem, & fortè alius iudex declararet eam esse nullam, si sibi videretur causam non fuisse breuem. Sed vbi super hoc sit sententiatum, non potest opponi de nullitate: quia illa sententia fecit ius, vt in c.cum dilecti. in fi. extra de elect. Similis practica ponitur in c.j. de offic. deleg. lib. vj. per doctores in gl. fi. in fin. Item addi potest alius casus, scilicet l.leuia. ff. de accusa. De quo dic vt ibi notatur. Extra gl. quæro, hic dicitur, quòd sententia potest ferri sine scriptis
4 in istis casibus, quid de alio processu? Respondeo, quod† est idem. Vnde non requiritur libellus in scriptis, nec quod alia acta scribantur, vt probatur in corpore huius auth. in duobus locis, ex quibus sumitur. Plus etiam dicit hic Bar. quòd credatur simplici informationi iudicis: cum enim aliàs credatur soli relationi nuntij, secundum not. in l.ea quidem. infrà de accusa. & l.magis. §. ne tamen. ff. de reb. cor. multò magis iudici erit credendum. Et per hoc alibi dicit Bart. quòd isti vicarij comitatus, qui habent cognoscere & iudicare solum de causis breuibus, possunt scribere acta sua, & eorum scripturæ plenè credetur. Si enim simplici informationi, & relationi iudicis creditur, multò magis eius scripturæ. prout ipse not. in l.iubemus. §.sane. suprà de sacros. eccl. Per hæc etiam dicit hic Bart. quòd in compromissis, in quibus datur potestas cognoscendi in scriptis, & sine scriptis, videntur partes velle, quod credatur simplici informationi, & relationi compromissarij. quòd dicit multum notandum. Sed aduerte, quia hoc vltimum non videtur mihi verum in causis non
5 breuioribus, quod probo. Nam† arbitrator potest procedere sine scriptura, quia dicitur esse amicabilis compositor. vt in authen. si verò contigerit. suprà, de iudiciis. & tamen si fuit assumptus inter me & te vnus arbitrator, qui condemnauit me in centum, & ego petam illud laudum retractari, quia non apparet me fuisse conuictum, vel confessum, non credetur soli testimonio arbitratoris. l.iurisiurandi. suprà, de testib. licet crederetur testimonio duorum arbitratorum qui fuerunt iurati, & examinati, vt testes coram iudice, & deposuerunt me fuisse confessum coram eis, vel se examinasse tales testes, vt notat ipse Bar. in l.societatem. §.arbitrorum. in vltim. col. ff. pro socio. Ad quod allegat c.cum dilecti. extrà de elect. ergo multò minus credetur dicto vnius solius arbitri. Fateor tamen quòd crederetur testimonio duorum arbitrorum iuratorum, ex quo fuit data eis à partibus potestas procedendi sine scriptis, vel sine iuris ordine: quod fieri potest, vt notat Bar. in d.§. arbitrorum. Et ita limitari potest l. ne in arbitris. & quod ibi notatur, suprà de arbitris. Item fa
6 teor quòd de† consensu partium vbi apparet de mente, posset dictum vnius testis etiam non iurati facere plenam fidem. argum. l. si conuenerit. ff. de re iudicata. & extrà de testibus c.tuis. Facit l.fin. suprà de fideicommissis. Etiam hoc tenet Spec. in tit. de teste. §. restat. versic. hoc tamen fallit. & dominus Anto. de Butr. in c. vestris. j. extra de testibus. Item id quod dicit Bart. quod in casu huius auth.
7 credatur simplici† informationi iudicis, puto procedere quò ad hoc, vt sententia non possit dici nulla ex hoc, quòd sit facta sine actis, & sine causæ cognitione. Vbi verò à tali sententia esset appellatum, quod fieri potest. l. & in maioribus. infrà, de appellat. durum videtur mihi quòd simplex informatio iudicis à quo, qui fortè dicit talē sic fuisse cōfessum faciat plenam fidem coram iudice ad quem, & præsertim in casu §. necessitatem. in authent. vt iudices sine quoquo suffragio fiant. qui §. habet locū etiā in causis magnis. Vnde puto dicendum quòd simplici informationi suæ non credatur sine iuramento, vt extrà de testibus. c.tuis. & c.nuper. Et similiter quod scriptura iudicis à quo non faciat plenam fidem, præsertim si ipse non erat tabellio, facit l.instrumenta. suprà, de proba. & extrà de testibus. c.cum a nobis. & de proba. c.quoniam. licet Bart. senserit contrarium in d §.sanè, nisi consuetudo aliud ha
8 beat, cui† standum est, vt in c.cùm dilectus. extra de fide
9 instrumentorū. Vbi† verò iudex à quo, deponit vt testis iuratus coram iudice ad quem, tūc in causa non breuiori solum dictum suum nunquàm faciet plenam fidem, vt d. l.iurisiurandi. cum similib. In causis verò breuioribus forte tolerari potest dictum Bart. quòd testimonio solius iudicis à quo, plenè credatur. & sic debeat limitari d.c.cum à nobis. & c.standum. ij.q.vj. nec mirum: quia in talibus causis breuib. forte potest dari pro regula, quòd id, quod in causis magnis esset semiplena probatio, habeat in eis vim plenæ probationis, vt puta, fama, argumento l.vbi. iuncta glo. supra, de iure dotium. Et hoc tenuit Bar. in l.de minore. §.tormenta. ff. de quæstionibus, in vltima colum. Et per hoc multum limitatur l. admonēdi, cum materia sua, ff. de iureiurando. Et hæc dicta notate, quia sunt peregrina, & in practica vtilia. Vlteriùs restaret videre vnum de quo dixi me hic dicturum in l. tres. suprà, tit. pro
10 ximo. scilicet, an si quis† fuit semel citatus ad audiendam sententiam per duos nuntios, vel per vnum, & respondit illis, vel illi, se nolle venire, credatur de hoc relationi suæ, ita quod valeat sententia lata contra talem absque alia citatione? Et Bar. videtur tenere, quòd sic in d.l.tres. Sed cōtrarium videtur tenere Bar. in l.ex consensu. §.fi. ff. de appel. vbi dicit, quod hoc quod talis amplius nō sit citādus, habet locū, quādo illa verba dixit in iudicio. secus si dixerit extra iudiciū, quasi velit, quòd tunc non credatur relationi nuntiorū. Et istam partē tenuit Barth. de Sali. in d.l. tres. & Io. And. in tit. de contumacia. §.j. ver. & not. in magna addit. & do. Ant. de But. in c.cum parati, extrà de ap
11 pel. & est ratio secundum eos, quia† nuntius debet referre solum de actu suo, scilicet, an ipse citauerit in personā, vel ad domum, & super hoc tantum videtur esse iuratus: non autem spectat ad officium suum referre, quæ verba protulerit citatus: sicut non crederetur citationi suæ. si diceret, quòd citatus dixit verba iniuriosa de iudice, vel de ipso nuntio. Et hæc pars mihi videtur verior. Vnde dico, quod si iudex tulit sententiam contra talem semel citatū, habita solum relatione vnus nuntij, vel duorum, talis sententia erit nulla. quia iudici vt iudici plenè debet constare de vera, vel ficta contumacia citati. l.hæc autem §.j. ff. ex quibus caus. in poss. eatur. & ibi no. per Bar. Secus forte puto si iudex ipse ante quam ferret sententiam, fecit iurare illos nuntios, vel nuntium & vnum testem, & eos examinauit vt testes, qui deposuerunt super illis verbis extra iudicium dictis, ego nolo venire quia tūc bene credetur testimonio duorum, & valebit bene sentētia postea lata. Quod intellige, si absens fuit citatus ad videndum iurare testes, aliter secus: vt in c.ij. extra de testibus. cum similibus. Et hac tēperie debent intelligi omnes gl. quæ volunt, quod talis possit condemnari absque aliis citationibus. Nec obstat prædictis c.venerabilibus. §.secus. de senten. excom. in vj. vbi videtur, quod oportet illa verba esse prolata in iudicio. Ego nolo venire: quia ibi loquitur quoad effectum diuersum. s. an contumacia dicatur manifesta, id est, notoria, necne, ita quod non debeat absolui ab excommunicatione nisi prius satisfaciat: sed nos loquimur in alia materia, scilicet, an ille ampliùs sit citandus. De ista autem materia, an & quantū credatur relationi nuntij, vel nuntiorū, remitto ad notata plene in Spe. de citatione. §.sequitur. ver. sed nunquid credetur. & per Bartho. de Salic. in dicta lege, tres. supra, tit. proxim. & per dom. Anto. de Butr. in cap. cum parati. extra de appel.

De sent. & interloc. omni. iudi. Rub.

LEX I.

1 *Sententia concepta in personam domini, qui fuerat litem cōtestatus, & non procuratoris, qui eam prosecutus fuerat, & contrà, an &*

an & quando valeat & num.3.& 6.
2 *Sententia vbi nulla est,ex eisdem actu & cognosci & pronuntiari potest.*
4 *Argumentum à contrario valet, ex quo contrarium non est expressum.*
5 *Opinio,qua vult actum valere amplectenda.*
7 *L.j.de sentent.& interlocution.om.iudi.C.locum non esse in causis summarijs,in quibus maximè sine figura iudicij proceditur.*
8 *Stipulatio vel constitutum procuratoris, quod in domini absentis persona initium sumit non valet.*
9 *Intellectus §.si actori.l.eum qui.ff.de consti.pecu.*
10 *Sententia an persona mutatione vitiatur.& nu.12.*
11 *Litis contestatio cum absente facta,cum defensore facta fingitur.*
13 *Qui per alium facit,per se facere videtur.*
14 *Sententia an valeat quando dominus,qui litem per procuratorem contestatus fuerat,solus fuit citatus ad sententiam, & contumax.*
15 *Citatio domini sufficit,in actibus fiendis ante litem contestatam.*
16 *Sententia in qua dominus solus & præsens condemnatus fuit, an valeat?*
17 *Conclusione inepta an libellus vitiatur?& nu.seq.*
18 *Procuratori ad lites rectè non soluitur*
19 *Dominus infamis efficitur,vbi verba sententia ex causa famosa illi soli conueniant.*
20 *Tacens in dubio non consentit.*
21 *Intellectus l.qui patitur ff manda.*

NOn videtur,Sententia,in qua non condemnatur procurator,sed dominus,qui iudicio non interfuit,est nulla ipso iure.Hoc dicit. Nota argumentum per hanc legem à sensu contra-
1 riò,quòd si dominus†fuit litem contestatus per se, valet
sententia,in qua est condẽnatus dominus,& non procurator,qui posteà prosequutus fuerat causam. Item nota,
2 quòd vbi†sententia fuit nulla,potest ex eisdem actis cognosci,& pronũtiari. In gl.mag.in fi.dic,omissis recitationibus opinionum,satis videtur mihi posse concludi,
3 †quòd si dominus fuit litẽ cõtestatus,& posteà sit condẽnatus solus procurator, qui prosequutus fuerat causam,
valeat sentẽtia , siue ꝓcurator fuerit præsens,siue absens,
legitimè tñ citatus: & ita in hoc bene dicat Bulga. & Io.
& vltra iura per eos alle.l.qui proprio.& l.si quis cũ procuratorio.in prin.ff.de procur.& l.si ideo.ff.de euic.Et ita
cõmuniter tenetur,& si Mart.sensu cõtrarium, non bene.
dixit in hoc..Et puto, ꝙ hoc casu dñs euitabit infamiam
quia ipse no fuit condẽnatus verè.sed fictè,mediãte persona procuratoris sui,ergo,&c.vt l.furti.§. si quis alieno.ff.
de his,qui not.infa.& ibi per Bar.Si verò iudex solũ dñm
condẽnauit adhuc puto ꝙ valeat sentẽtia,& ꝙ ipse dominus fiat infamis,si fuit damnatus actióe famosa:& in hoc
bene dixit Martinus,& ꝓ eo est text.in d.§.si quis alieno.
à sensu cõtrario nam illud argumentum est forte,ex quo
4 †in iure non est expressum contrarium l.j.§.j.ff.de offic.
eius.Item pro hoc facit ista lex,à sensu contrario.Præterea per litis contestationem,quam fecit dominus,inchoata est obligatio ex quasi cõtractu ad id,quod continebitur in sentẽtia,vt l.iij.§.idẽ scribit.ff.de pecu. iũcto eo qđ
notant gl.& Bar.in l.ij.§.fin.ff.de prætoriis stipulat. ergo
potuit ipse dominus condemnari.Præterea quotiescun-
5 que sunt opiniones inter Doctores,illa est†amplectenda,
quæ vult,quod actus valeat.l.quoties in stipulationibus.
ff.de v. rb.oblig.cum similibus.Vnde in primo casu amplectenda est opinio Ioannis, in secundo opinio Martini. Præterea pro hoc optimè facit l.cùm prolatis.& quod
ibi notatur.ff.de re iud.& quod pulchrè not.Bar. in l.iij.
§ hoc autem iudicium.in fine apparatus.ff de damno infec.Quod dictum omnino vide,& quod notat dominus
Ant.de Butr.in cap j.extrà de re iudic.Batr.tamen & Sa-
6 licet.hic videntur tenere contrarium,scilicet,quòd † hoc
casu talis sententia sit nulla.Quid autem sit,vbi iudex cõdemnauit vtrũque,prout quotidie fit de consuetudine,an
valebit sententia,& an dominus erit infamis.si fuerit cõdemnatus actione famosa? Respondeo,quòd aut dominus nunquã fuit in iudicio,& valebit sentẽtia & non erit
infamis.& exponẽtur verba sic,qu a intelligetur procurator verè & principaliter cõdẽnatus,dñs verò fictè mediãte persona procuratoris.arg.l.aduersus.& l.si duo.ff.de arbi.Et ita tenuit Bar.hic.Aut dominus fuerat litem contestatus per se,& tunc puto,quòd verba sententiæ debeant
intelligi proprie,prout iacent,& sic intelligetur dominus
verè dãnatus per se:potest enim dãnari,vt prædixi,& ideo
erit infamis.arg.d.§. si quis alieno.à sensu contrario. No
7 ta†tñ vnũ singulare.quòd casus huius legis non habet locũ in causis summariis , in quibus proceditur sine figura
iudicij:in illis enim valebit sentẽtia, in qua cõdẽnatus sit
solus dñs,qui nunquã fuit in iudicio,vt singulariter notat Bart.in extrauaganti,ad reprimendum.in verbo,figura iudicij.Ex quò sequitur,quòd in tali casu dominus fiet
infamis,licet causam semper agitauerit per procuratorem.Item nota,quòd subtilitas huius legis non habet locum de æquitate canonica:valet enim secundũ eam, sententia,in qua solus est dominus condẽnatus,vt probatur
in c.licet causam.circa fi.extrà de probat.iuncto ca.cum
causam.extrà de iura.calu.& in c.sopitę.extrà de cẽsi.& in
c.in nostra.extrà de sepul.Et hoc tenet gl.& Io. And.in c.
quærelam.extrà de elect.De quo in Spec.de senten.prolatione.§.qualiter.versi.portò licet Bar.aliter subtilizauerit in hac materia hic,& in l.stipulatio illa, habere licere.§.si stipuler.ff.de ver.obl.dicit enim,quod non erat differentia inter Leges & Canones,sed quod erat distinguẽdum,quòd aut sententia erat lata cõtra minorem, vel cõtra ecclesiam,& tunc valet sentẽtia, licet iudicium fuerit
agitatum totum per eius administratorem:& idem, si sit
lata contra aliquam ciuitatem,vel municipium, secus si
sit lata contra alium dominum,cuius procurator adfuit
8 in iudicio,vt hic.Et est ratio secundũ eum,quia sicut†non
valet stipulatio,vel cõstitutum procuratoris,quod sumit
initium in persona domini absentis,ita non debet valere sententia.argu.l.eum qui.§.Iulianus.ff.de consti.pecu.
Hoc autem non habet locum in minore, vel in ciuitate:
nam si curatori,vel administratori ciuitatis fit promissio,vel constitutum,per hæc verba,promitto,vel cõstituo
me daturum decem minori, vel ciuitati, valet promissio
& constitutum.l.eum qui.§.si actori.ff.de cõsti.pecu. Sed,
vt dixi,istam subtilitatem non approbant canones: quia
est contra æquitatem.Item etiam de iure non videtur mi
9 hi bona,quia dictus §.si actori. habet † locum solùm in
generali administratore,vt est tutor,vel curator,vel syndicus,non autem in procuratore minoris vel ciuitatis, præsertim ad vnam litem,vel ad vnũ actum tantùm:sed tunc
habebit locum regula l.quæcunque.ff.de act.& obli.& d.
l.eum qui.in §.Iulianus.Præterea,si ratio Bar.esset bona,
sequeretur,ꝙ si dominus semper litigauit per se,& tandẽ
constituit procuratorem ad audiendam sentẽtiam,deberet ferri sentẽtia in personam procuratoris,qui solus cõparuit:& tamen cõmuniter tenetur cõtrarium,scilicet,ꝙ
debet cõdemnari dominus & non procurator, cum quo
nihil est agitatum,arg.l.liberto.§.fi.ff.de nego.gest.& no.
gl.in l.nihil.ff.de procur.quam tenent Doctores cõmuniter,& etiam pertrãsiuit Bar.in d.l.nihil.Præterea, vt suprà
dixi,valet sententia,in qua est solus dominus cõdemnatus,quãdo fuerat litem cõtestatus per se, vt d.l.furti. in §.
10 si quis alieno. Extra gl.quæro primò.an si reus † fuit litẽ
cõtestatus per se,& posteà cõstituit procuratorẽ,qui solus
prosequutus est totã causam, requiratur ꝙ dñs cedat ius
instãtiæ illi procuratori,ad hoc,vt solus procurator possit cõdemnari?Bar.hic videtur tenere ꝙ sic.Dicit enim, ꝙ
ad hoc,vt valeat sentẽtia,requiritur ꝙ eius verba referãtur ad eum,qui habet ius in instãtia,aliter reperiretur sine instãtia,& sic esset nulla.Cõtrariũ credo verius, & hoc
tenuit ipsemet Bar.in l.si ante acceptum.in vlti.col.ff.iudi.solui.mutatio enim,quæ interuenit ex parte rei,nõ impedit ferri sentẽtiam validam,licet condemnetur alius,
quàm ille,qui est litem cõtestatus:quod patet.quia si reus
post litem contestatam se absentauit, & cõparuit defensor,qui assumpsit in se causam,& cũ quo facta sunt acta,
potest ille defensor cõdemnari,licet ipse non fuerit litem
11 cõtestatus.Litis†enim cõtestatio facta cum absente fingitur facta cũ isto defensore.vt est text.in l.liberto.§ fi.ff.
de nego.gest.& multò magis idem erit in procuratore rei

11 cum mandato. Secundò quæro,† quid iuris sit, quando
interuenit mutatio ex parte actoris, putà, quia actor post
litem cõtestatam per se, constituit procuratorẽ, qui pro-
sequutus est causam, vel quia post litem contestatam per
procuratorem actoris, ille procurator fuit mortuus, vel
reuocatus, & alius cõstitutus? Bar. hic & in d. l. si ante. vi-
detur sentire, quòd non valeat processus factus cũ tali procu
ratore, nec sententia lata pro eo, vel contra eum, ex quo
ipse non erat dominus instantiæ directò vel vtiliter, nec
fuerat litem cõtestatus. Oportet ergo, quòd ei fiat ces-
sio iuris instãtiæ, vel quòd fiat repetitio & renouatio om-
nium actorum, ita quòd de nouo videatur datus libellus,
& lis cõtestata iuxta practicã notatã in l. mutari. ff. de pro-
cur. Sed ista subtilitas meo videre nõ probatur iure, nec
vnquam vidi opponi in practica contra procuratores. Itẽ
fortè de iure non est vera: quod probo: nã tutor vel procu
rator actoris est dominus litis, & per litis contestationem
potest constituere procuratorem, qui poterit facere acta
valida, & pro quo, vel cõtra quem poterit ferri sententia,
licet non sit facta renouatio litis contestatæ, vel cessio iu
ris instantiæ, vt l. neque. & l. nulla. C. de procur. & in c. j. eo.
tit. lib. vj. Et tamen ille procurator tutoris vel procurato-
ris non habet directum nec vtile dominium instãtiæ. Pro
quo allego id, quod notatur per glos. & Bar. in l. nihil. C. de
procur. Item pro hoc bene facit tex. in c. si duo. de procu.
lib. vj. vbi tex. sonat, quòd si actor, vel reus cõstituit duos
procuratores insolidũ, cum hoc, quòd non sit melior cõ-
ditio occupantis, & vnus procurator fuit litem contesta-
tus, & posteà fuit impeditus, vel noluit prosequi causam,
poterit alius prosequi, & facere acta valida, & pro eo, vel
contra eum poterit ferri sentẽtia, licet ei non sit facta ces-
sio iuris Instantiæ, vel renouatio actorum. Hoc etiam vi-
detur esse de mente do. Anto. de But. in c. ij. extrà de resti.
Concludo ergo quòd sufficit, quòd sit dominus instantiæ
directò vel vtiliter is, cuius nomine comparuit procura-
tor in iudicio, qui fecit aliqua acta, ad hoc, vt pro illo pro-
13 curatore vel contra, possit ferri sententia: quia qui † per
14 alium facit, per se facere videtur. Tertiò quæro, † an si
procurator fuit litẽ cõtestatus, & prosequutus causam, &
solus dominus fuit citatus ad sententiam, & contumax,
an sententia sit nulla? Doctores communiter tenent quod
sic, per rationem, quia dominus, qui ab initio fecit talem
procuratorem, videtur protestari, quòd non vult litigare
per seipsum. l. j. §. j. ff. de procura. ergo non fuit citãdus do
minus, sed procurator. Sed aduerte, quia aut ista quæstio
intelligitur, quando dominus fuit condemnatus, & tunc
non videtur habere dubium, quia ex alio capite sentẽtia
est nulla: quia non est condemnatus ille, qui debuit, vt in
hac lege, nisi intelligas eo casu, quo verba sententiæ non
possunt conuenire, nisi personæ domini: vt in casu l. fin. C.
de iniur. Ex quo notate bene, quòd in illis casibus, in qui-
bus solus dominus potest dãnari, non est citandus ad sen
tentiam dominus, sed procurator, qui fuerat litem conte
status. Aut ista quæstio intelligitur, quando fuit condem-
natus procurator procuratorio nomine, & tunc optimè
procedit. Aduerte tamen, quia ratio Doctorũ non vide-
tur esse generalis: nam habet locũ solùm in domino, qui
fecit procuratorem dominum instantiæ per litis cõtesta-
tionem: talis enim bene intelligitur fuisse protestatus se
nolle litigare per se. l. procuratoribus. C. de procur. atten-
to quòd talis non potest mutari vel reuocari sine causa. l.
post litem. ff. de procur. Et ita loquuntur verba Bar. hîc. &
in l. mutari. ff. de procur. & in l. furioso. ff. de re iudi. Sed si
dominus post litem contestatam per se constituit procu-
ratorem, qui prosequutus est causam, puto quòd sufficiet
citatio domini, ad hoc, vt valeat sententia, siue in senten-
tia sit damnatus dominus, siue procurator eius nomine.
argu. c. causam quæ. & ca. prout. de dolo & contu. Facit l.
fi. suprà de procur. nisi fortè dominus in iudicio præsente
aduersario fuisset protestatus se nolle amplius cõparere
per se, sed per procuratorem constitutum ab eo: quia tũc
fortè haberet locum dictum Doctorum. Cogitabitis ta-
15 men. Illud autem est planum, quod † in actibus fiendis
ante litem contestatam sufficit semper citatio domini, li
cet ipse constituerit procuratorem, & etiam fuerit prote-
status se nolle comparere per se, imò etiam si non posset
comparere per se. argu. d. c. causam quæ. Facit l. pen. su-
prà de procura. & c. ij. extrà de iudic. Vtrum autem dicta
subtilitas, scilicet, quòd sententia sit nulla, propter omis-
sam citationem procuratoris, eo casu, quo citatus est do
minus, habeat locũ in causis summariis, in quibus proce
ditur sine figura iudicij? dubito: tamen puto, quòd nõ ha-
beat locum, quia in illis cessat omnis subtilitas, & solen-
nitas iuris ciuilis, & canonici, vt notat gloss. in c. sæpe. in
ver. non exigat. extrà de ver. sig. & Bar. in extrauaganti ad
reprimendum. in verbo, figura iudicij. & sic sufficit serua-
ri æquitatem iuris naturalis, id est, gentium. Sed hic fuit
citatus principalis, & sic non potest allegare, quòd sit sibi
sublata defensio, ergo, &c. imputetur enim sibi, quare nõ
comparuit per se, vel non intimauit hoc procuratori. Co
gitabitis tamen: nam ista quæstio quotidie accidit Bono
niæ, vbi omnes causæ sunt summariæ. Quartò quæro,
16 an † si procurator fuit litem contestatus, & prosequutus
causam, deinde fuit cõdemnatus solus dominus, præsens
tamen in iudicio, valeat sententia necne? Et videtur quod
valeat, per istam legem, secũdum intellectum positum in
glossa magna, in ver. vel dic tertio. Et hoc puto verum,
quando constat, quòd dominus fuit præsens, vt pars in
iudicio. putà, quia instetit ferri sententiam, vel quia dixit,
Ego comparuio occasione citationis factæ de me, vel meo
procuratore Si verò dominus citatus, vel non citatus ni
hil fecit, vel dixit, sed solùm audiuit sententiam, tũc eius
præsentia nihil habet operari: non enim videtur recessis-
se à protestatione sua de non litigãdo per seipsum: & ideo
sentẽtia erit nulla si procurator non fuit citatus ad eam,
siue fuerit condemnatus dominus, siue procurator eius
nomine. Et hoc fuit hîc de mente Barto. & idem in effectu
tenuit hîc Bartholomæus de Salicet. licet ipse recitet hîc
Bar. & Bal. tenere contrarium. Quinto quæro, an pro-
17 cedat † libellus, in quo procurator meus ad lites tantum
petit à te centum, & concludit in libello sic, quare petit di
ctus procurator talem condemnari ad dandum sibi di-
cto nomine decem? Barto. hîc videtur tenere quod non.
sed clariùs hoc tenet in l. hoc iure. ff. de solutionibus. &
18 est ratio, quia hæc videtur esse inepta cõclusio: quia † pro-
curatori ad lites solui non potest, vt dicta l. hoc iure. de-
bet ergo concludere quòd condemnatio fiat sibi procu-
ratori dicto nomine ad soluendum decem domino: & ita
quotidie practicatur. Sed aduerte, quia dictum Barto. li-
mito dupliciter. Primò, nisi in libello petita fuisset decla-
ratio debiti, puta quia dixisset, quare petit dictus procu-
rator dicto nomine declarari dictum reum esse debito-
rem talia in decem ex tali causa. & successiuè petiit con-
demnari, &c. Si enim sufficeret sola illa prima conclu-
sio declarationis, argumento l. si prætor in princip. ff. de
iudiciis. pro quo facit gloss. in l. dictum proferre. §. si plures.
ff. de arbitris. multò magis debet procedere, quãdo sunt
dictæ duæ conclusiones: nam illa secunda superflua non
debet vitiare, argumento l. j. in princi. suprà de rei vxoriæ
actione. Facit quod notat Barto. in l. j. in principio. ff. de
edendo Secundò limito, nisi loquamur in causis summa-
riis: quia ibi sufficit apta narratio facti, & conclusio ine-
pta non vitiat, quia nulla conclusio requiritur, vt notat
Barto. in extrauaganti, ad reprimendum. in verbo, figu-
ra iudicij. Item potest limitari, nisi sit apposita alia con-
clusio generalis, & in præmissis petiit sibi iustitiam fieri:
quia illa sola sufficit. l. fi. suprà de annali exceptione. & in
ca. ij. extrà de ordine cogni. & in cap. j. extrà de mutuis pe
19 titionibus. Sextò quæro, an eo casu, quo verba † senten-
tiæ conueniant soli personæ domini, & sic dominus solus
est damnandus, ipse efficiatur infamis, licet semper litiga
uit per procuratorem? Dubito. Tamen puto quòd sit infa
mis: quia dominus verè est damnatus per se, non autem
fictè, scilicet, per alium eius nomine. ergo, &c. vt l. fina. in-
frà de iniur. iuncta l. j. ff. de iis qui notan. infam. & de hoc
not. Bartol. in dicta l. furti. § si quis alieno. Per hoc puto
quòd si agatur ciuiliter contra tutorem, & petatur eum
remoueri à tutela propter dolũ, ipse fiat infamis, licet sem
per fuerit defensus per procuratorem: quia verba senten-
tiæ debent ferri in personam tutoris. Pro quo allego
textum

remoueri à tutela propter dolum, ipse fiat infamis, licet
semper fuerit defensus per procuratorem:quia verba sen-
tentiæ debent ferri in personam tutoris. Pro quo allego
textum in l.non solùm.§.fi.ff.de procura.licet glo.& Bar.
videantur ibi sentire oppositum.Cogitabitis tamen. Per
hoc puto,quòd si vir petat separari thorù propter adul-
terium vxoris & feratur sententia pro viro, vxor.sit infa-
mis,licet semper fuerit defensa per procuratorem,vt in c.
tuæ.extrà de procuratoribus. Vltimò Bartolus hic vide-
10 tur tenere vnum notabile dictum, scilicet, quòd † si ali-
quis comparuit in iudicio,nomine rei,eo præsente & ta-
cente,videatur reus consentire, & sic intelligatur ille eius
procurator.Ad quod allegat l.qui patitur.ff.mandati. Et
pro hoc potest allegari dictum Inno.in cap.ex parte deca
ni.extrà de rescrip.& in cap.cùm in iure peritus. extrà de
offic.deleg.Contrarium videtur tenere Barto.in l.sæpè.ff.
de re iudica.vbi vult,quòd si aliquis litiget nomine meo,
me sciente & tacente,ego non videar consentire. Et hoc
puto verius:quia iste actus litigandi potest ita tendere ad
damnum,sicut ad commodum,ergo in dubio tacēs non
videtur consentire,sed tenere medium.l.filius.§. inuitus.
ff.de procurato.& in regula,is qui tacet. de regu. iuris. in
11 sexto.Lex† autem,qui patitur.loquitur in eo,quod solum
est proficuum tacenti.Et ita tenet domi.Anto.de But. in
cap.quamuis.extrà de re iudica.ibi tamen subdit vnum,
quod saluare potest dictum Inno.scilicet, quòd ex tali pa
tientia inducatur præsumptio, quòd ille fuerit procura-
tor.Sed non video quo iure hoc probetur. Posset tamē sal
uari Innocen.in alio casu, scilicet in eo, qui habet man-
datum in aliquo,& illud excedit. nā si dominus fuit præ-
sens,& tacuit,vel etiam ex postfacto sciuit, & non cōtra-
dixit,cùm primùm potuit,videtur illi actui consensisse,vt
est tex.in cap.cùm olim Abbas.extrà de offic.deleg. & in
cap.fina.extrà de iureiurand.libro vj. Quæ dicta notate,
quia sunt singularia.

LEX II.

1 *Errore communi sententiam aliàs inualidam valere.*

SI arbiter.Detectio seruitutis in iudice delegato non vi-
tiat sententiam latam tempore,quo communiter re-
putabatur liber.Hoc dicit secundum lecturam magis no-
tabilem,quæ est canonizata per Gratianum iij.q.vij.cap.
2 tria.post princi.Nota,quòd communis † error facit va-
lere sententiam,quæ aliàs non valeret, etiam si non con-
currat multiplicitas actuum publicorū gestorum , quod
est contra notata per Innocen. in cap.cum dilecta. extrà
de rescript.Pro hoc etiam facit cap. ad probandum. ex-
trà de re iudicata.& ibi not. In glos.fina.in fin.dic,pri-
ma lectura est magis notabilis,& ideo communiter tene
tur.Et de materia huius legis recurrendum est ad notata
per.Doctores plene in l.Barbarius.ff.de officio prætoris,
& suprà de testamen.l.j. Extra gloss.sciendum est, quòd
Barto.hìc,& in dicta l.j.videtur tenere vnum notabile di
ctum,scilicet,quòd nō procedit talis exceptio, vt inepta.
Excipio talem sententiam esse nullam,quia fuit lata à iu-
dice seruo vel infami:quia non concludit. Oportet enim
ꝙ subiungatur,& quòd cōmuniter tenebatur pro seruo,
vel infami.Et idem videtur sentire Ioan. Andr. in cap.fra
ternitatis.in sexta quæstione, extrà de testib. vbi videtur
tenere,quòd talis articulus non debeat admitti per iudi-
cem Sed fortè potest dici contrarium.Nam sicut proce-
dit libellus actoris , in quo narratum est id , quod sufficit
ad intentionem eius, licet in eo non sit apposita replica-
tio,quæ remoueat exceptionem,quam reus posset oppo-
nere:vt notāt Innocen & alij Doctores post eum in cap.fi.
extrà de libelli oblatione.Pro quo facit gl. Instit.de actio.
in princip.quæ sonat,quòd agens ex vendito habeat nar-
rare venditionem,nec sit necesse allegare traditionem rei
venditæ. Ad quod facit l. Iulianus. §.offerri.& l.qui pen-
dentem.ff.de action. empti. vbi oportet,quòd reus exci-
piat rem non esse traditam. Ita multò magis debet pro-
cedere exceptio rei licet in ea non opponatur duplicatio
contra replicationem , quam proposuerat facere.Sed ita
est,quòd ex quo sententia lata est à seruo , fundata est in-
tentio eius,qui dicit eam nullam.l.cùm pretor.ff.de iudi-
ciis. & l.quod attinet.ff. de regulis iuris. cum similibus.

nisi aduersaria probet, quòd iste erat in quasi possessio-
ne libertatis eo tempore. Et clariùs probat textus in.l.j.
suprà,de testamentis.ergo,&c.Cogitabitis tamen.

LEX III.

1 *Sententia non continens absolutionem, vel condemnationem , aut æquipollens,est nulla.*
2 *Sententia iudicis appellationis continens bene appellatum, vel appellationem esse iustam,valet.*
3 *Actor in expensis condemnatus non videtur,quando iudex reum absoluit.& subiunxit, victum victori in expensis. Ampla vt nume 6.*
4 *Index prius quàm sententiam pronunciet,& deliberare & emendare sententiam debet.*
5 *Sententiæ verba strictè accipienda testamenti verò largè.*
7 *Medium dari poterit inter absoluere & condemnare.*
8 *Iudex in casibus in quibus condemnatio non valet quò ad expensas,an eodem die supplere possit verbum Condemno.*
9 *Sententia declaratoria in qua verb.condemno vel absoluo,requiritur,an & quando valeat.*

1 PRæses.Sententia † quæ non continet condemnationem
vel absolutionem rei,vel æquipollens,est ipso iure nul-
la.Hoc dicit iuncta gl. in gloss.j.in fin. Nota istam glo.
quia tenere videtur,quòd si in causa principali fuit lata
2 absolutoria pro reo,& iudex † appellationis pronuntia-
uit bene appellatum,vel appellationem esse iustam, valet
sententia:videtur enim cōdemnasse reum, quem primus
iudex absoluerat,vt est tex.in l.eos.in prin.infrà de appel
la.qui loquitur indistincte.Et ibi Bar hoc tenet, dicēs do
ctores communiter hoc tenere,licet ipsemet videatur te-
nere contrarium,in l.cum apud Sempronium.ff.iudica-
3 tum solui. Extra gl. quæro primò,an si † iudex absoluit
reum à petitione,& subiunxit,& victum victori in expen
sis:videatur actor condemnatus in expensis reo? Bart.hic
tenet quòd non:quia hìc deest verbum, cōdemno, nec ex
aliquibus verbis præcedentibus potest intelligi repetitū,
ergo non valet sententia quò ad expensas,per hanc legē.
Et idem tenuit Ange.in l.j.§.fin.ff.de hæredi. institu. licet
ipsemet Bar.ibi,dubitatiuè tamen, videatur tenere con-
trarium per illum §.fin.vbi dicitur,quòd si testator dixit,
Titius hæres,vel,Titius esto,suppletur, ex quo constat de
mente,& sic valet institutio. Sed responderi debet quòd
ibi loquitur in testamentis,in quibus sæpè testatores in-
deliberate loquūtur,mortis cogitatione turbati : sed se-
4 cus est in sententiis : quia † iudex antè quàm pronuntiet,
debet deliberare,& emendare sententiam.l.ij suprà titu.
5 j.secundum Bart hìc.Præterea † in testamentis fit plenior
interpretatio,sed in sententiis stricta. Primum probatur
in l.in testamentis.ff.de regu.iur.& in c.cum dilecti, in fi.
extrà de donationibus.Secundum probatur infrà, si plu-
res vna sententia.l.j.vbi doctores hoc tenent. Secundò
6 quæro,quid si iudex † restituat in integrū minorem ad-
uersus contractum:vel sententiam,vel quid si dixit,decla-
ro talem esse dominum talis rei , vel esse hæredem talis,
vel talem esse debitorem talis in centum, & victum victo
ri in expensis,an valebit sententia quò ad expensas? Puto
quòd sit nulla , sicut in casu præcedenti : quia non potest
intelligi esse repetitum verbum,condemno,vel æquipol-
lens,nam hæc est inepta locutio,Et restituo in integrum,
vel declaro victum victori in expensis,ergo &c. vt in hac
lege.Secus fortè si iudex dixisset,Pronuntio talem esse do
minum,vel hæredem,& victum victori in expensis :quia
verbum Pronuntio repetitum satis potest exponi pro cō-
demno,vt actus magis valeat,quàm pereat. Facit ad hoc
l.terminato.infrà,de fruct.& lit.expen.Cogitabitis tamē.
Tertiò quæro,quid si iudex dixit, Absoluo victum ab
expensis,præterquàm ab expensis pronuntiationis,vel ab
expensis factis à publicato processu citra,an videatur vi-
ctus condemnatus in expensis exceptis? Respondeo quòd
non:quia verba sententię strictè debent intelligi, vt præ-
dixi. Vnde illa dictio exceptiua, Præter, bene hoc sonat,
quòd à dictis expensis ille non videatur absolutus, sed nō
propterea sequitur , quòd in illis sit condemnatus : quia
7 † inter absoluere & condemnare est dare medium.l.Pau
lus.ff.de re iudi.& l.iiij.suprà,depositi.Et ita consuluit de
facto do.Petr.de Anchara.iuris vtriusque doctor. Quar-

8 tò quæro, an in † prædictis casibus in quibus condemna-
tio non valet quò ad expensas, possit iudex supplere eadẽ
die verbum condemno? Et videtur quòd sic per d. l. Pau-
lus. Sed cõtrarium videtur verius: quia l. Paulus. tanquam
exorbitans à regula l. ij. s. titu. j. strictè debet intelligi. sed
illa lex loquitur solùm, quando iudex nullam fecit mẽtio
nem accessoriorum, ergo non debet habere locũ, quãdo
aliquam mentionem fecit de illis, sed non sufficiẽtem. Et
hoc videtur de mente Bartho. de Sali. in l. ij. s. tit. j. per quæ
etiam dici potest, ꝙ si actor petiit centum, & reus proba-
nit se soluisse quinque, & iudex condemnauit reum in no
nagintaquinque, & absoluit à quinque, & subiunxit, Et vi
ctum victori condemno in expensis, quo casu hæc condẽ
natio in expẽsis est nulla, tanquàm incerta, cùm vterque
sit victor & victus, vt singulariter no. Bar. in l. si legatario.
§. fi. ff. de fideicõ. libert. non poterit iudex corrigere erro-
rem suum eadem die, vt puta cõdemnare reum in decem
& nouem partibus, de viginti partibus expensarum, & de
9 residuo soluere. Quintò quæritur, an † nõ solùm in rea-
libus, sed etiam in personalibus valeat sententia declara
toria in qua non est verbum, condemno, vel absoluo? Re
spõdeo quòd sic sine dubio, si fertur pro reo. puta quia iu-
dex dicit, declaro, vel credo, vel mihi videtur reum nihil
debere actori. l. quid tamen. §. si arbiter. ff. de arbitr. Sed
si fertur pro actore est dubium. tamen adhuc puto ꝙ va-
leat, puta, si iudex dixit, declaro talem esse debitorem ta-
lis in centum, vt est tex. in l. si prætor. in prin. ff. de iud. Pro
quo facit gl. in l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbitr. Et
hoc puto verũ, siue in libello petita sit solùm declaratio,
siue etiam in libello actor petierit reum cõdemnari in cẽ
tum. Et si dicatur, sentẽtia non est tunc cõformis libello.
Respondeo quòd quò ad effectum est conformis: quia in
executione veniet hoc, quòd cogetur soluere centum. ar-
gumento dictæ l. si prætor. Pro quo facit ca. in iis. extrà de
ver. sig. & l. in summa. in prin. ff. de re iudi.

LEX IIII.

1 *Sententia contra iudiciorum ordinem lata est nulla. & num. seq.*
2 *Causa cognitio quid.*
3 *Sententia quæ expressum errorem non habet, valet.*
4 *Sententia lata nullis probationibus receptis, valet.*

1 P*Rolatam.* Sententia † lata contra ordinem iudiciorum
est nulla. Hoc dicit. In gl. j. ibi, *non cognouit de causa secũ
dum Io* Dic, licet gl. videatur infra reprobare hoc exem-
2 plum, tamen videtur esse bonũ: quia cognitio † causæ est
quidam ordo præambulus requisitus ante sententiæ pro-
lationem, vt l. ij. suprà tit. j. Sed aduerte, quia dicit Bart. ꝙ
ista glo. debet intelligi, quando fuit defectus in citatione
partis: tũc enim sentẽtia est nulla, & dicitur lata causa nõ
cognita. l. ea quæ. s. tit. ij. & in l. in causæ. §. causa cognita.
ff. de min. Vel debet intelligi, quãdo ex breuitate tẽporis
præsumitur, quòd iudex processit subitò, & sine causæ co
gnitione, puta vt quia post litem contestatam post modi
cos dies iudex tulit sententiam contra non conuictum,
nec cõfessum, tunc enim erit nulla, tanquàm lata subitò.
l. ij. suprà titu. j. & l. ex stipulatione. j. eo. titu. vbi Bart. hoc
tenet. ad quod allegat c. cùm ex literis. extrà de in integr.
resti. sed melius facit tex. ij. q. j. c. primates. & ca. j. semper.
Et pro hoc allego gl. fi. in c. ecclesia. extrà de constitu. Se-
cus ergo esset, si non interuenisset talis breuitas tẽporis:
quia tũc valeret sentẽtia, licet ex actis nõ appareat reum
esse conuictum, vel confessum, nam videtur esse lata con-
3 tra ius litigatoris, & sic valet † ex quo non cõtinet expres
sum errorem. l. j. quando prouo. non est neces. & in c. cùm
inter nos. extrà de re iudi. cum simi. Et ita tenet hic Bart.
bene. Aduerte tamen, quia oportet bene quòd iudici vt iu
dici constiterit seruata esse alia solennia necessaria, puta
oblatum esse libellum, & litem cõtestatam, & partem esse
citatam peremptoriè ad sententiam, aliter sententia esset
nulla per hanc legem. & l. hæ autem. in §. j. ff. ex quib. cau.
in pos. ea. & ibi no. per Bar. Et per prædicta dici potest, ꝙ
si lata est sententia nulla à prædecessore, & postea succes-
sor ordinarius tulit aliam sententiam in causa illa, vale-
bit secunda sententia, licet successori non constiterit vt
iudici de nullitate primæ sententiæ. argumento l. j. suprà
eod. titu. & l. si præses. & l. si vt proponis. suprà titu. ij. licet
Barto. videatur sentire contrarium in l. si vt proponis. j. su
pra titu. ij. & in l. cum quærebatur. ff. de re iudicat. Posset
etiam ista gloss. saluari in alio casu, scilicet, quando iu-
dex expressit in sententia se non vidisse acta, puta quia a-
cta fuerunt facta coram prædecessore, vel coram delega-
to, & iudex delegans vel successor dixit, Quamuis attesta-
tiones, & alia acta non viderimus, tamen pronuntiamus
sic. Item posset exemplificari, quando causa per delega-
tum, vel inferiorem ordinarium, non fuit remissa instru-
cta ad superiorem, puta quia fuerunt missæ solùm attesta
tiones, & instrumenta vnius partis, tunc enim sentẽtia est
nulla. argu. l. fi. infrà de relation. & l. ne causas. j. de appel.
cap. dudum. j. extrà de electio. vbi hoc tenet do. Anto. de
But. Item potest saluari in alio casu, scilicet, quando iu-
dex tulit sententiam diffinitiuam contra actorem absen
tem, qui non probauerat, cui nulla dilatio fuerat præfixa
ad probandum: nam tunc hæc sententia est nulla. argu. l.
properandum. §. & siquidem. suprà de iudiciis. Et hoc te-
nuerunt Bal. & Bartholo. de Sali. hic. Sed hoc non videtur
mihi verum, nec ille §. hoc probat. Fateor tamen quòd
sententia est iniusta, ex quo causa non erat liquida, tamẽ
non est nulla: quia non continet expressum errorem, nec
apparet ex breuitate temporis, vel alio modo, quòd iu-
dex processerit causa cognita. Et hoc videtur esse de men
te Bar. hic. Item posset saluari ista gloss. in alio casu, scili-
cet, quando actor post litem contestatam petit sibi statui
dilationem ad probandum, cùm superesset de instantia,
& iudex noluit eum audire, sed statim absoluit reum dif-
finitiuè: tunc enim puto, quòd sit nulla, per hanc legem, &
dictum c. primates. & c. j. semper. & l. j. suprà, de dilatio-
nibus. Et in hoc posset saluari dictum Bar. & Salice. Idem
est econuersò, si post fundatam intẽtionem actoris, iudex
noluit admittere exceptiones perẽptorias rei, vel noluit
sibi dare dilationem ad probandum illas, sed statim eum
condemnauit: tunc enim sententia est nulla. Et ita nota-
biliter tenet Inno. in ca. tua. in vltima colum. versi. secus
videtur in aliis iudiciis. extrà de cohabitatio. clericorum
& mulierum. Et idem sensit in cap. post electionem. circa
finem apparatus extrà de concessione præbend. Quid au
tem sit si iudex expressit falsam causam in sententia & fal
sitas apparet ex actis, vt quia dixit, quia actor probauit
per testes se mutuasse centum reo, ideo condemno, &c. &
ex actis apparet testes nihil probare, an sententia sit nul-
la? Remitto ad nota. per Bartolum, in l. si is ad quem. ff. de
acquirenda hæredita. & per canonistas in cap. inter mo-
nasterium. extrà de re iudica. In gloss. ead. ibi, *scriban-
tur, & publicentur*. Dic doctores communiter tenent con-
trarium, scilicet, quòd hæc non sunt de ordine substan-
tiali. quod patet: quia multa possent probari per confes-
sionem & instrumenta, quæ sufficerent ad sententiam.
4 Item † valet sententia, licet nullæ probationes sint rece-
ptæ, vt patet ex prædictis. Sed puto quòd gloss. possit sal-
uari quatenus sub iis comprehenditur cognitio causæ.
Vnde si actor voluit producere testes, & iudex noluit eum
audire, nec dare sibi dilationem ad probandum, sed ab-
soluit reum diffinitiuè, sententia erit nulla, vt prædixi. Si-
militer puto quòd sententia sit nulla, si appareat mani-
festè quòd iudex auferat defensionem reo, quæ est de iure
naturali, puta, quia post examinatos testes actoris reus
insistit eorum dicta publicari, vt possit opponere, & se
defendere, & iudex noluit: tunc enim sententia est nulla.
Et hoc fortè voluit ista gloss. Et hoc etiam habet locum
in causis summariis, in quibus proceditur sine figura iu-
dicij, vt probatur in cap fina. à contrario sensu, de hære-
ticis, libro sexto. Et hoc videtur de mente Bartol. in ex-
trauagan. ad reprimendum. in verbo, figura iudicij. Se-
cus est autem si reus non petiit fieri talem publicatio-
nem: quia tunc sine dubio valebit sententia condemna-
toria, quia dicta testium semper sunt publica iudici.
Et hoc sensit gloss. in dicto capitulo final. & bene. In
gloss. eadem ibi, *deinde fiat litis contestatio* Istam glossam
intellige sanè, quando fuit petitum præstari iuramen-
tum de calumnia: nam tunc iudicium est nullum nisi
præstetur, & congruo tempore præstetur. l. secũda. in prin
cip. & §. sed quia veremur. suprà, de iuramẽto calumniæ.

Vnde

Vnde præstatio facta ante litis contestationem non suffi-
cit. Sed vbi hoc non esset petitum, valeret iudicium, etiã
si nullo tempore esset præstitum, vt notatur in dicto §. sed
quia veremur. Et est hodie tex. in c. j. de iuramento calum
niæ. lib. vj. In gl. ead. in fi. De materia huius gl. habetur
plenè ij. q. j. in summa.

LEX V.

1 *Sententia lata sub conditione vel modo valet, nisi appellatione re-*
scindatur.
2 *Creditor agens contra fideiussorem tenetur illi pignora tradere.*
3 *Sententia libello non conformis quando valeat.*
4 *Modus in sententia inducit obligationem & actionem. & nu. 8.*
5 *Sententia incerta super indemnitatis præstatione quòd valeat,*
quomodo intelligatur.
6 *Diffinitiua fertur per verba, iubeo præstari.*
7 *Iudex in principali sententia deducere potest, quod excipiẽdo reus*
deduxit.
9 *Procurator Cæsaris in quibus est competens inter priuatos.*

1 CVm eorum. Valet † sententia lata sub conditione, vel
sub modo, nisi per appellationem rescindatur. Hoc
2 dicit secundum Bartolum. Nota, quòd † creditor a-
gens contra fideiussorem, tenetur illi tradere pignora. l.
secunda. infrà, de fideiussoribus. & l. in fraudem. §. qui
pro alio. ff. de iure fisci. Nota ex isto textu secundum
3 lecturã magis notabilem, quòd † valet sententia, licet sit
deformis à conclusione libelli in hoc, quia in sententia de
ductum est per vim modi id, ad quod petebatur quẽ prin
4 cipaliter condemnari. Ex quo notate quòd modus † in
sententia inducit dispositionem, id est obligationem &
actionem. De vltima verò voluntate habes textum in l.
5 ij. suprà, de iis quæ sub modo. Item nota, quòd † valet
sententia incerta super præstatione indemnitatis, quod
qualiter debeat intelligi, dic, vt dicã in l. ij. infrà, tit. j. Itẽ
6 nota, quòd † per hæc verba, Iubeo præstari, fertur diffini-
tiua, vt hic, & in c. in iis. extrà de verb. signi. In glo. Præ
stare, in fin. Pro declaratione huius textus, & glo. sciẽdum
est, quòd ista lex potest habere tres lecturas principales,
quarum prima subdiuiditur in duas, & secũda in tres. Et
sic in effectu sex modis intelligitur, & sic ex vna lege habe
tis sex lecturas. Prima lectura est, quòd fiscus possidẽs bo
na debitorum fuit conuẽtus à fideiussoribus, vt traderet
eis illa bona. Et hæc dupliciter potest intelligi. Primò, quòd
ad hoc fuit actum actione hypothecaria: quia hæc bona
erãt etiã à debitoribus obligata fideiussoribus. Itẽ secun-
dò, quòd ista bona non fuerunt obligata fideiussoribus,
sed ipsi fortè condemnati ad soluendum fisco, imploraue
runt officium iudicis, vt illa bona eis traderẽtur, & iudex
pronuntiauit forma hic in textu expressa. Et secundum
vtrunque modum dicendum est, quòd sententia fuit iniu
sta. nam non debuit fiscus condemnari in hypothecaria,
nisi sibi, qui erat prior, esset solutum. l. fin. infrà, de ijs qui
in prior. creditor. loc. succed. Item fideiussores non po-
tuerunt agere officio iudicis pro pignoribus, nisi postquã
soluerint fisco, vt in l. in fraudem. §. qui pro alio. ff. de iure
fisc. tamen quia non fuit appellatum, ei parendum est. Et
ambo isti modi habent locum, siue sententia fuit lata sub
modo, siue sub conditione, puta si indemnitatẽ fisco præ-
starent. Secũda lectura principalis est, quòd hic fiscus
egit contra fideiussores, qui exceperunt, quod priùs erant
eis tradenda bona debitorũ obligata fisco. Et ista potest
tripliciter intelligi. Primò, quòd iudex pronuntiauit fide
iussores indẽnitatem præstare fisco sub cõditione, vel sub
modo, si fiscus eis traderet bona debitorũ: & sic in textu
non ponuntur verba formalia sententiæ, sed effectus. Et
ista est bona in se: nam aut ista sententia fuit iniusta, aut
iusta, & vtroque casu parendum est ex quo non est appel-
latum. Iniusta autem fuit, si fiscus non possidebat illa
bona: tunc enim non tenebatur illa tradere, sed cedere
actionẽ hypothecariam. l. ij. & l. cùm alter. infrà, de fide-
iussoribus & mandatoribus. & d. l. in fraudem. §. qui pro
alio. Aut fiscus possidebat illa bona, & adhuc est iniusta,
si fuit lata sub conditione, scilicet, si fiscus illa bona tra-
diderit eis. l. j. §. biduum. ff. quando appellandum sit. Iu-
dex enim debet condemnare fideiussores purè, ita tamen
quòd non fiat executio contra eos, nisi fiscus sibi cedat a-
ctiones, vel tradat pignora à se possessa. l. si fideiussores.
§. fina. ff. de fideiussor. cum similibus. Iusta verò fuit, si fuit
lata sub modo, vt fiscus traderet illa bona à se possessa.
Secundo modo, quòd hic pronuntiauit fideiussores præ-
stare indemnitatem fisco, & ex aduerso fiscum tradere eis
bona: & sic fuit duo præcepta. Et hęc lectura est vera: nam
7 † id, quod deducit reus excipiendo potest iudex deduce-
re in sententia principali. l. si autem. §. fi. ff. de nego. gest.
l. circa. & ibi not. ff. de proba. Et hæc sententia fuit iusta, si
fiscus possidebat illa bona, aliàs fuit iniusta. Tertio mo-
do, quòd hic pronuntiauit secundum quod iacent verba
textus, & secundũ hoc hic habes textum notabilem, quòd
si id ad quod principaliter debebat fieri cõdemnatio, de-
ducatur in sententia in vim modi, & econtra, id quod ve
niebat in vim modi, principaliter ponatur in sententia,
8 valet sentẽtia nihilominus: nã verba † modi possunt face-
re dispositionẽ, & sic inducere obligationem, & actionẽ. l.
ij. suprà, de iis quę sub modo. & pręsertim ad hoc, vt actus
potiùs valeat, quàm pereat. Et puto, quòd ista sententia
fuit iusta, si fiscus possidebat illa bona, aliter fuit iniusta,
vt dixi in lectura præcedenti, licet Bart. hic sentiat, quòd
talis sententia semper fuerit iniusta, ex quo iudex posuit
in vim modi id, ad quod debebat principaliter condem-
nare: & fortè non bene loquitur. Secus tamẽ puto si in sen
tentia deducatur in vim cõditionis id, ad quod debebat
fieri principaliter condemnatio: quia tunc sententia esset
nulla, puta si iudex dixit, Iubeo bona à fisco tradi fideius
soribus, si ipsi præstiterint indemnitatem fisco. Id enim
quod ponitur in vim cõditionis, non potest facere dispo
sitionem. l. si quis sub conditione. ff. si quis omissa causa te
stamenti, ergo & c. l. præses. supra, eo. Et hoc fuit hic de mẽ
te Bartholo. de Saliceto. Sed quæri potest incidenter, an
in illis casibus, in quibus dixi sententiam esse iniustam,
quia fiscus non possidebat bona, sed debitores, præiudi-
cet sentẽtia debitoribus? Bar. hic tenet quòd sic, si ipsi hoc
sciuerint, aliter non. l. sępè. ff. de re iudica. Et aduerte, quia
eo casu, quo debitoribus possidentibus non præiudica-
tur, oportebit quòd si fiscus volet exequutionẽ huius sen-
tentiæ, priùs agat hypothecaria contra debitores, & cõse
quatur bona, illáque posteà tradat fideiussoribus. l. Iulia-
nus. §. offerri. ff. de actio. emp. cum similibus. Tertia lectu
ra principalis est, quòd hic fuit quæstio inter priuatos, &
priuatos: fiscus enim cesserat fideiussoribus actionem hy-
pothecariam contra debitores principales, vel alios pos
sessores pignorum, qua illi egerunt cõtra eos coram pro-
curatore Cæsaris, qui pronuntiauit illa bona tradi debe-
re fideiussoribus, vt ipsi indemnitatem fisco præstarent: &
tunc dicendum est, quòd hæc sententia fuit iniusta, quia
debuit eos purè cõdemnare ad traditionem pignorum,
ex quo cessio fuit facta simpliciter. Dico tamẽ quòd ista
cessio fuit volũtaria, quia fiscus non tenebatur eam face
re, nisi postquàm esset ei solutum, vt d. l. in fraudem. §. qui
pro alio. cum simi. Sed huic vltimæ lecturæ opponitur, &
9 videtur quòd procurator † Cæsaris fuit incõpetens iudex
inter priuatos. l. ij. suprà, si aduersus fiscum. Sed respõdeo,
quòd hoc ideò est, quia quæstio priuatorum dependet à
causa fiscali: nam ideò agunt fideiussores, quia oportet
eos soluere fisco: idem multò magis si ageretur ex eo, quia
iam soluissent fisco. l. cum vendente. suprà, vbi causæ fi-
scales. Quod habet locum siue agant directo nomine fi-
sci mandantis, siue vtili nomine proprio. Et hoc tenuerũt
hìc Bnt. Bar. Bal. & Sal. quicquid gl. senserit in d. l. cum vẽ
dente. Per prædicta puto, quòd is qui fideiussit penes fiscum
pro me, possit agere cõtra me actione mãdati postquàm
soluit, vel antequàm soluat, in casibus l. si pro ea. §. mãda-
ti. coram procuratore Cæsaris. per d. l. cum vendente. &
multò magis posset agere contra me actionibus sibi ces-
sis à fisco. Quæ omnia notate pro fideiussoribus, vel mãda
toribus datariorum, qui communiter habent certum iu
dicem, vt est iudex disci vrsi Bononiæ.

LEX VI.

1 *Sententia lata ab ordinario alio loco quàm maiorum non valet.*
2 *Sententia in loco secreto ferri non debet.*
3 *Iudicis officiales an sententia præsentes esse debeant, & an eis absẽn*
tibus lata sit nulla? & num. 5. & 7.
6 *Assessores ad quid assumantur.*

1 CVm sententiam. Sententia † lata ab ordinario alibi,
quàm in loco maiorum,non valet. Hoc dicit. No-
2 ta argumentum,quòd † sententia non debet ferri in lo-
3 co secreto. Item nota argumentum,quòd † officiales iu-
dicis debent esse præsentes sententiæ. Item nota,quòd is
contra quem est lata sententia nulla,potest petere decla-
rari illam esse nullam,& nullum præiudicium sibi genera
re contenta in illa. In gloss.iij.ibi.*c.episcopus nullam.* ali-
ter incipit,*episcopus nullius causam.* cui cap. responde,quòd
4 † loquitur in episcopo,qui dicitur esse caput,& canonici
membra ecclesiæ,vt in c.nòuit.extra de iis quę fi.à præla.
Et ideò ius canonicum induxit, quòd non possit episco-
pus cognoscere, & decidere causas sine consilio capituli
sui:tamen generalis consuetudo seruat oppositum in cau
sis matrimonialibus,& ciuilibus pecuniariis, vt not.Ioã.
And.in c.quanto.extrà de iis,quæ fiunt à prælat. Item vbi
procederetur criminaliter,vel ciuiliter super delicto, po-
test valere consuetudo particularis alicuius diœcesis, ꝙ
episcopus non teneatur requirere consilium capituli: vt
probatur in c.non est.de consuetudine.lib.vj.Nos autem
5 loquimur in officialibus † secularibus,qui non tenentur
iudicare cum consilio assessorum. argumēto l.metum.§.
sed ex facto.ff.quod metus causa.Facit suprà, de assesso-
6 ribus per totũ.Assessores enim † assumuntur solum vt in-
struant iudicem,vel vt decidant causas sibi delegatas. Vn
de si iudex satis ex se est instructus,vel ab alio, nihil repu-
gnat,quo minus valeat sententia. Ad quod facit l.certi.
suprà,de iudiciis.Dicunt tamen Butr.Bar.& Bartholo.de
7 Sali.hic,quòd hic † textus posset intelligi de alio officiali
necessario ad valorem sententiæ,scilicet,notario actorũ.
Nam si causa est inchoata ex actis talis notarij,debet ille
notarius esse præsens sententiæ, & rogari de illa, aliàs nõ
valet. argumento huius legis,& argumento l.j.§.de sport.
& sic dicunt seruari de cõsuetudine.Sed hoc non videtur
mihi verum:nam si absente notario actorum, & non im-
pedito,iudex proferat sententiam scriptam à se,vel ab a-
lio etiam priuato,illa sentētia valet,& dicitur lata in scri
ptis:oportebit tamen quòd hoc probetur per testes, vt l.
ij.suprà,titu.j.& ibi dixi.& probatur in c.sicut.extra de re
iudicata.& in c.Albericus.extrà de testibus.& ibi hoc te-
net Ioan.And post Hosti.in verb.redacta. & multò ma-
gis valebit si de ea fuit rogatus alius notarius: non enim
in iure inuenitur prohibita mutatio notariorũ.Nec ob-
stat l.j.suprà,de spor.quia ibi loquitur in nuntio non mu
tando.Præterea illa lex prima est correcta ex consuetudi-
ne generali,vt ibi notatur.Prædicta vera nisi consuetudo
vel statutum aliud disponat,cui standum est. Vtrum au-
tem alia acta possint probari per testes? Dic quòd sic, vt
in ca.quoniam contra falsam. extrà de proba.& extrà de
testibus.in c.cum à nobis licet Bar.sentiat contrarium
in l.ne in arbitris.suprà,de arbitris.

LEX VII.

1 *Verba iudicis causa non cognita effata,vim sententiæ non habent.*
2 *Suadeo,verbum,necessitatem non inducit.*
3 *Coniuncti vt compromittant non compellendi.*
4 *Mandatum iudicis quando diffinitiua sententia dicatur.*

1 EX stipulatione Verba † iudicis prolata causæ cognitio-
ne non præcedente,non habent vim sententiæ. Hoc di
2 cit.Nota,† quòd verbum,Suadeo, necessitatē nón indu-
3 cit.Item nota,quod † coniuncti non possunt cogi ad cõ
promissum.Item nota argumentum ex isto textu à sensu
4 contrario,† quòd vbi ex forma statuti coniuncti possunt
cogi ad compromissum,si iudex causa cognita, scilicet,
dato libello,& lite contestata,mandauit partibus, quòd
facerent compromissum,hoc mandatum dicitur esse sen
tentia diffinitiua,quia diffinit hanc quæstionem,an con-
iuncti sint cogendi ad faciendum talem cõtractum,nec-
ne?Pro quo etiam facit id,quod notat Bart.in l.j.§.fina.
ff.de prætoriis stipula.& quod notatur in l.in omnibus.ff.
de iudiciis.Quidam tamen consuluerunt contrarium, &
fortè non benè.

LEX VIII.

1 *Sentētia,per quam res euincitur,non,nisi appelletur,rescinditur.*
2 *Litem motam authori denuntiare tenetur is cui res data in solu-
tum euincitur.*
3 *Actione primæua quando agere liceat,si species pro debito pecunia
rio in solutum euincatur.*
4 *Intellectus l.qui concubinam.§ si hæres.ff.de lega iij.*

1 LIbera.Sententia,per † quam res euincitur,non rescin-
ditur,nisi appelletur,sed ei qui perdidit,succurritur
contra actorem suum,si illi denuntiauit.Hoc dicit. No
2 ta,quòd is,cui † res est data in solutum,tenetur litem mo-
tam denũtiare authori,sicut emptor,aliter non habet re-
gressum de euictione.& in hoc ista lex non est alibi ita ex-
pressè secũdum Bar.Et ex hoc etiam notate,quòd eodem
tempore vterque denuntiare tenetur, & sic sufficit denun
tiatio post litem contestatam ante sententiam, vt hîc, &
l.si rem.§.fi.ff.de euict.Item nota,quòd creditor euicta re
data in solutum,potest agere actione primæua. In gloss.
fi.in fi.Dic,istæ duæ solutiones simul sunt iungendæ, & ex
3 prima additur statim practica,quòd † quotiescũque ali-
qua species accipitur in solutum pro aliquo debito pecu
niario,& approbatur,quòd creditor ita demum voluit re
cedi à veteri obligatione,si illa res sit effecta sua irreuoca
biliter:tunc enim in casu euictionis poterit agere actio-
ne prima contra principalem & fideiussores, & hypothe-
caria contra pignorum possessores. Et ita quotidie pra-
cticatur. Aduerte tamen,quia id quod dicitur in cauda
gloss.debet limitari,nisi species detur in solutum prope-
cunia debita ex causa dotis: quia tunc posset agi etiam
actione primæua,vt est tex.singularis in l.qui res.in prin.
ff.de solutio.& ibi no.per Bar. Et de hac materia vide ple
nè per eum in l.si quis aliter.ff.de solutio. Extra gl.op-
4 ponitur,& videtur,quòd ista † denuntiatio debuerit fieri
authori ante litem contestatam. Vnde obstat l.qui con-
cubinam.§.si hæres.ff.de lega.iij.Solutio. Ibi loquitur in
eo,qui habuit titulum lucratiuum, qui in hoc magis ag-
grauatur.Secus est autem in eo qui habuit onerosum, vt
est emptor nam etiam post litem contestatam iste potest
denuntiare authori,vt l.si rem.§.quolibet.ff.de euiction.
Quod intellige vt ibi notatur. Et quod dicitur in empto-
re,habet locum in eo,cui est data res in solutum, qui pa-
rificatur ei in hoc.vt hîc est textus notabilis.

LEX IX.

1 *Sententia diffinitiua retractari non potest:interlocutoria potest.*
2 *Sententia contra sententiam lata super eadem quæstione non va-
let:secus super diuersa*
3 *Interlocutoria regulariter instantiam non perimit.*
4 *Sententia super possessorio diffinitiua est.*
5 *Interlocutoria an & quando reuocetur,rem sciuè.*
6 *Sententia diffinitiua quæ sit,& quæ interlocutoria.*

1 POst sententiam. Sententia † lata post sententiam quæ
transiuit in rem iudicatam super eadem causa, est nul
la:secus si super alia:item secus in interlocutoria. Hoc di
cit.Et primò ponit dictum,secundò respondet vni tacitæ
obiectioni,tertiò alteri.Secũda ibi,nam nec. Tertia ibi,
2 nec interlocutiones. Nota argu. quòd sententia † lata
contra sententiam,etiam inchoata noua instantia, non
valet super eadem quæstione,sed super diuersa sic.De qua
tamen materia recurre ad plenè notata in l.j.infrà, quan
do prouoc.non est necess.& per canonistas in c.inter mo
nasterium.extrà de re iudicata.Item nota, quòd interlo-
3 cutoria † plerunque,id est, regulariter non perimit cau-
sam, & ideo est mutabilis. Ex quo notate à contrario, ꝙ
interlocutoriæ quæ perimunt causam,non sunt mutabi-
les, In glossa prima,in fine.Dic,in hac cauda gloss. non
4 benè loquitur,quia sententia † quæ fertur in possessorio,
est diffinitiua,vt plenè notatur in l.j.si de momētanea pos
sessione.& probatur in c.fi.extrà de iudiciis.& in clemē.
j.de re iudicata.& in clemen.j.de sequestr.possess.& fruct.
Et ideo dicas aliter,quòd ideo dixit plerunque,quia regu
lariter interlocutoria non perimit causam,id est,instan-
tiam,ita quòd iudex in totum dicatur esse functus officio
suo,& ideo mutabilis est,vt hîc.& l.quod iussit.ff.de re iu
di.Vnde à contrario huius literæ colligitur,quòd si inter-
locutoria haberet perimere instantiam, illa non posset
reuocari,vel mutari:quia est eadem ratio,quæ est in diffi
nitiua.Pro quo facit l.qualē.in fi.ff.de arbi. Vnde si iudex
absoluit reum ab obseruatione iudicij propter contu-
maciam

maciam actoris, illa non poterit corrigi, vel mutari.] Idē si prononciauit se non esse iudicem competentem, vel nō esse procedendum ad vlteriora propter ineptitudinem libelli. Et ita tenet Bartol. in l. quod iussit. ff. de re iudicata.

5 Extrà gloss. si vis plenè videre an & † quando interlocutoria possit reuocari, recurre ad notata per Bar. plene in d. l. quod iussit. & per canonistas in capitu. cum cessante. extrà de appellat. & hic per Bartholom. de Salicet. Item si
6 quæratur quæ † sit sententia diffinitiua, & quæ interlocutoria, recurre ad notata per Bartol. in l. Titia. ff. de accusationibus. & vide gl. in clem. j. de sequestratione possessionis & fructuum. & in clement. fina. extrà de appellat. & quod notatur per gl. in c. si. de electione. libro sexto.

LEX X.

1 *Relegare aut statuta facere non posse eos qui neque merum neque mistum habent imperium.*

NVlli. Non potest summari, quia est breuis. Nota
1 quòd † qui non habet imperium merum, vel mistum, non potest relegare. Item nota argumentū, quòd iudices temporales maiores, scilicet, qui habent merum vel mistum imperiū, possunt facere statuta. Ad quod etiam facit textus. x. collatio. de statutis contra libertatem eccle. §. j. Et de materia hac vide Bartol. in l. omnes populi. in primo articulo principali. ff. de iustitia & iure.

LEX XI.

1 *Sententia quæ neque condemnat, neque absoluit, nec æquipollēs facit, vim diffinitiuæ non habet.*
2 *Iudex qui diffinitiuam protulit, quæ vt diffinitiua valere non potest, non valet vt interlocutoria, sed est nulla & nu. 9.*
3 *Diffinitiua in qua iudex pronuntiat vna forma si iuratum fuerit, alia si iuramentum recusatum fuerit, valet.*
4 *Iussus de iurando an & quando vim diffinitiuæ habeat?*
5 *Intellectus l. penult. C. de iureiurand.*
6 *Intellectus l. Hæc conditio ff. de condit. & demonstrat.*
7 *Iuramentum necessarium probationis supplementum, tanquam sententiam præcedere debet.*
8 *Actus potius interpretandus vt valeat, quàm quòd pereat.*
10 *Sententia per verba præsentis temporis, non per verba futuri, ferri debet.*
11 *Sententia sub conditione intrinseca ferri potest, non sub extrinseca.*
12 *Sententia lata sic, Si actor probauit, reum condemno in petitis, & si non probauit, reum absoluo, an & quando valeat?*
13 *Sententia si actor probabit, non valet.*
14 *Sententia, condemno, si talis consulet eum condemnandum, & absoluo, si consulet absoluendum, non valet.*
15 *Interlocutoria an possit reuocari.*

1 CVm iudex. Iussus de iurando non diffinit causam. Hoc dicit. Vel sic, Sententia, quæ † non condemnat, vel absoluit, nec æquipollens facit, vim diffinitiuæ non habet.
2 Hoc dicit. Nota argumentum, quòd si † iudex protulit diffinitiuam, quæ non potest valere vt diffinitiua, illa nō valebit vt interlocutoria, & sic funditus est nulla. Item no
3 ta ex ista lege, à sensu contrario, quòd † valet diffinitiua, in qua iudex defert iuramentum vni parti & pronuntiat sub cōditione si fuerit iuratum vna forma, & alia forma si fuit recusatum iuramentum. Item nota argumentum, quòd potest quis petere sententiam nullam declarari nullam, & vide textum cum gloss. in lege prima. §. j. ff. de feriis. In glossa prima ibi, *non multò post, vt ibi.* Vel dic, &
4 meliùs, † quòd aut iudex iussit quod talis iuraret, & plus non dixit: & tunc hæc sententia non potest habere vim diffinitiuæ, vt hic, non enim continet condemnationem, vel absolutionem, vel æquipollens. Dicit tamen Barth. de Salic. quòd valebit vt interlocutoria. Sed fortè potest dici contrarium, vbi apparet quòd iudex voluit diffinitiuè pronuntiare: tunc enim videtur esse peccatum in forma: & ideò si non valet prout agitur, non valet prout valere potest. l. an inutilis. in prin. ff. de acceptilationibus. & ibi no. Et pro hoc facit ista lex, quæ loquitur indistinctè ibi, nullam vim obtinere. &c. Vbi verò non apparet, quòd iudex voluerit diffinitiuè pronuntiare, valebit vt interlocutoria. l. admonendi. ff. de iureiurando. & l. penultima. §. iudex autem. supra, de iureiurādo. Aut iudex iussit, quòd talis iuraret, & si ipse iurauerit, condemnauit, vel absoluit, & tunc valet talis sententia, vt diffinitiua, vt hic à sensu contrario. & l. antepenultima. suprà, de iureiurando. & tunc si in ipsa prolatione sententiæ, vel parum pòst, fuit iuratum, valebit sententia sine dubio, vt dict. l. penultim. si verò ex interuallo, tunc videtur quòd non valeat sententia. Et hoc sensit hic gl. & Bar. & Salic. & fortè moti sunt ideo, quia cōditio illa videtur haberi pro defecta, ex quo ille non iurauit incontinenti, sicut dicimus in simili in casu l. hæc conditio, la picola. ff. de condi. & demon. Sed fortè potest dici contrarium, quòd talis sententia valeat, & quod conditio habeatur pro purificata, licet post longū interuallum fuerit iuratum, per hanc legem a sensu contrario, & per l. antepen. s. de iureiur. imò plus quòd possit is, cui est iniunctum iuramentum, illud præstare, etiam post appellationem interpositam ab aduersario ab illa sententia conditionali, & sic purificabitur hoc modo cōditio sententiæ. Et hoc fortè voluit textus in d. l. pen. ibi, vel prouocationis formidine &c. Item quia si aliquis esset condemnatus mihi in centum, si ascēdero capitoliū, vel talem vxorem duxero, possem ego sine dubio implere conditionem, non obstante pendentia appellationis ab illa sententia: ergo ita est dicendū in proposito. Nec ob-
5 stat dicta l. pen. post prin. quia † fateor quòd iudex debet facere, q iuretur ante sententiā, vel in prolatione eius, vel statim post, & si aliter facit male facit: per hoc tamē nō sequitur quod sententia conditionalis sit nulla, & quòd cōditio illa non possit purificari ex interuallo. quod paret, quia dicta l. pen. non corrigit iura vetera, vt probat §. fin. illius legis penultimæ. Item illa lex penultima, loquitur per verba affirmatiua, in versiculo, omne igitur iuramentum, non autem prohibet expresse sententiam ferri sub conditione si iurauerit, vel iurari ex interuallo. ergo &c. vt l. si. supra, tit. j. & ibi not. per Sali. Item pro his facit glo. in cle. j. de iure patronatus. in gl. magna, & quod dixi in l. j. supra, tit. ij. Fateor tamen quòd hæc conditio debet purificari per illam personam, cui est delatum iuramētum, nō autem per eius hæredem, per rationem dictæ legis penultimæ, in prin. Item fateor, quòd si iudex pronuntiauit sub conditione, si talis iurauerit, iudex potest mandare illi postea, quòd statim iuret, & si ille hoc non facit, statim cōditio illa haberi poterit pro defecta. Ex hoc modo pos
6 set saluari dictum gl. & Bar. Nec obstat † prædictis dicta l. hæc conditio. la picola. ff. de cond. & demon. quia illa lex loquitur solum in vltimis voluntatibus, nō autem habet locum in contractibus, vt ibi Bar. notat, & bene. nec etiā in sententiis, vt d. l. antep. suprà, de iureiurando. Sed quæri potest an prædicta habeant locum in iuramento necessario, scilicet, quod valeat sententia lata sub conditione, si sic iurauerit talis, cui iudex detulit iuramentum neces-
7 sarium? Sal. hic videtur sentire quòd non: quia † iuramentum necessarium tanquam supplementum probationis debet præcedere sententiam. l. in bonæ fidei. s. de rebus cred. & iureiur. & d. l. admonendi. Sed credo contrarium per istam legem, à sensu contrario, & prædictā legem antepenultimam. Nec obstant dictæ leges, scilicet, l. in bonæ fidei. & l. admonendi. quia respondeo quòd illæ leges respiciunt id, quod communiter accidit: quia iuramentum necessarium communiter præcedit sententiam, non tamen annullat sententiam cōditionaliter latam. Item ad hoc, & ad id quòd dixi in præcedentibus, facit illa vulga-
8 tis regula, quòd in dubio est dicendum, quòd actus † potiùs valeat, quàm non, etiam si sit actus stricti iuris. l. quoties, in stipulationibus. ff. de verb. obl. In gl. ead. ibi *quod*
9 *valeat.* Dic, ista gl. si intelligit quòd valet † vt interlocutoria, potest procedere, nisi fortè appareret, quòd iudex voluisset diffinitiuè pronuntiare: quia tunc si nō valet vt diffinitiua, non valet vt interlocutoria, vt prædixi. Sed si glo. sensit, quòd valeat vt diffinitiua, non bene dixit. Sentētia
10 † enim debet ferri per verba præsentis temporis, vt condemnamus, vel, absoluimus. l. præses. supra eod. tit. & c. in his. extrà de verb. sig. Vnde si iudex dixit, Si fecerit sic condemnabo vel absoluam, non possunt hæc verba habere vim diffinitiuæ, argumento l. si quis stipulatus fuerit Stichum aut Pamphilum. in prin. ff. de verb. oblig. & l. Titia cùm testamento. in princ. ff. de legat. ij. Facit quod nota-

tur in l. in vendentis. suprà, de contrahenda emptione. Et ita tenet hic Bart. & Salicetus. Sed aduerte: quia hoc fortè potest limitari, nisi sint apposita aliqua verba præsentis temporis, per quæ videatur declarari reum teneri, vel nō teneri: nam si iudex dixit, credimus talem esse condemnandum ad dandum tali centum: vel, videtur nobis talem esse condemnandum &c. talis sententia tenet, vt est gloss. singularis in l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbitris. Pro qua facit l. si prætor. in prin. ff. de iudiciis. & dictum c. in his. extrà de verb. sig. & l. in summa. ff. de re iudi. & quod ibi not. Et prædicta faciunt ad quæstionē quotidianam, Iudex pronuntiauit in scriptis per hæc verba, Pronuntio secundum formam consilij suprà dicti, an valeat sententia, si in consilio erant hæc verba, consulo quod per vos talia condemnetur, vel absoluatur? &c. Et puto quod sic: quia ex quo illud verbum, pronuntio, est præsentis temporis, iudex videtur declarasse in effectu reum teneri, vel non teneri ad id, quod sensit consulens. Et ita tenuit Ia. de Aren. & Cynus in l. j. C. si aduersus libertatem. & Raynerius ibi in additionibus ad Cynum. Et idem tenuit Angelus in l. qui se dicit. & in l. si prætor. in prin. ff. de iudiciis. licet Bar. tenuerit contrarium in d. l. j. Sed prima opinio videtur mihi verior, & æquior, præsertim per illā regulam d. l. quoties in stipulationibus. Nec obstat d. l. j. iuncta gl. quia ibi loquitur in actu præstandæ libertatis, quem non potest facere iudex regulariter, licet possit aliquem liberum esse declarare, & sic est casus diuersus. Ad euitandas tamen opiniones consulunt doctores, quòd verba consilij repetantur in pronuntiatione, mutato tamen tempore, scilicet futuro in præsens. In gloss. ead. in
11 fi. Dic, gl. ista fortè hoc voluit, quòd † sentētia iustè potest ferri sub conditione intrinseca, puta, si iurauerit is, cui est delatum iuramentum, vt possit propter hoc solum rescindi per appellationem: sed sub alia extrinseca, vt si nauis ex Asia venerit, non debet ferri: si tamen feratur, valet, vt d. l. j. §. biduum. potest tamen rescindi per appellationem vt iniusta. Et hoc tenuit Bar. in d. §. biduum. & Cynus hic. Salicetus tamen hic videtur tenere contrarium, quòd talis sententia conditionalis sit nulla. quia videtur lata causa non cognita, & quia non est conformis libello. Sed prima opinio videtur mihi verior per dictum §. biduum. qui loquitur indistinctè, & per regulā d. l. quoties in stipulationibus. Nec obstat quòd dicatur difformis libello: quia respondeo, quòd satis est conformis, ex quo iudex pronuntiauit condemnando, vel absoluendo super petitis, vt hic, & d. l. antepenultima. Item non potest dici lata causa non cognita, ex quo iudex non processit subito. & ex abrupto, per notata per Bar. in l. prolatam. suprà,
12 eod. tit. Extra gl. quæro, an si iudex † pronuntiauit sic, si actor probauit, reum condemno actori in petitis: sed si non probauit, reum absoluo, valeat hæc sententia? Bart. hic tenet quod sic: quia ista conditio non suspendit, vt l. cùm ad præsens. ff. si certum petatur. Sed fortè potest dici contrarium: quia ex tenore sententiæ liquidò apparet, quod iudex causa non cognita processit, id est, non visis iuribus & actis vtriusque partis, ergo sententia est nulla. l. ij. supra tit. j. & not. in l. prolatam. suprà eod. tit. Facit c. dudum. el primo. extrà de electione. nisi fortè iudex excusaretur propter necessitatem, vt quia imponebatur sibi pœna ex forma statuti, nisi intra certum tempus ipse protulisset diffinitiuam, & ipse non potuerat percunctari acta: & tunc posset procedere dictum Barto. l. j. ff. de officio consulis. & in cap. quod non est licitum. extrà de regul. iuris. in antiquis. Et ita sæpè practicatur. Et idem fortè dici posset in hac sententia, Si actor fouet ius, reum sibi condemno in petitis, aliter reum absoluo: nam intelligitur, fouerius, scilicet secundum acta facta in cau-
13 sa. Secundò quæro, an † si iudex condemnauit reum, si actor probabit, valeat hæc sententia? Bar. hic dicit quòd non valet: quia ista conditio non venit purificanda statim post sententiam. Sed hæc ratio non videtur mihi bona per ea quæ dixi super gloss. & ideò est dicendum quòd non valet alia ratione, quia lata est causa nō cognita, vt ex sui serie apparet. Item hîc peruertitur ordo iuris: quia probationes debent fieri post litem cōtestatam ante sententiam, & sic durante instantia. hîc verò veniunt faciendæ post sententiam, & sic sine aliqua instantia, ergo &c. l. prolatam. suprà, eo. tit. & extra vt lite non contest. per totum. Et ita tenet hic Bal. & Sali. Tertio quæritur an va-
14 leat hæc sententia, † condemno reum actori in petitis, si talis prius assumptus vt consultor, consulet eum condemnandum, & absoluo ipsum reum, si consulet eum absoluēdum? Salicetus hîc videtur tenere quòd valeat. Sed fortè potest dici cōtrarium: quia ex eius serie apparet quod est lata causa non cognita, ex quo consilium non præcessit. argumēto l. j. suprà, de assessoribus. nisi fortè iudex excusaretur propter imminentem necessitatem, vt dixi su-
15 prà in prima quæstione. Quartò quæritur, † an si iudex detulit iuramentum necessarium actori, & ipse iurauit, possit iudex ante diffinitiuam reuocare illud, quod fecit, & deferre iuramentum reo? Salicetus hic tenet quòd nō: quia illa interlocutoria ex quo erat executioni mandata, reuocari non potest. Allegat notata per se in l. post sententiam. suprà, eodem titulo. Sed ipsemet ibi videtur tenere contrarium, scilicet, quòd executio interlocutoriæ non impediat facultatem reuocādi illam. Et hæc opinio videtur mihi verior per regulam l. quod iussit ff. de re iudi. & c. cùm cessante, extrà de appellat. & c. si à iudice. eo. tit. li. vj. Fateor tamen quòd requiritur causæ cognitio in reuocando talem interlocutoriam. l. à procedente. suprà, de dilationibus. Nec obstat prædictis authent. post iusiurandum. suprà de iudiciis? quia illa loquitur in iuramento expensarum, & non debet extendi cùm corrigat iura vetera, vt est l. sancimus. suprà, de iudiciis. Cogitabitis tamen.

LEX XII.

1 *Sententia inter Latinos Græcè, & econtrà ferri potest, fallit inter idiotas. numero 3.*

2 *Sententia ferri debet coram partibus.*

4 *Notarius quomodo facere teneatur instrumentum inter homines diuersorum idiomatum, qui interprete medio contrahunt.*

IVdices. Non potest summari, quia breuis est. Nota, quòd
1 † iudices, etiam inter Latinos, possunt sententiare per verba Græca, & econuersò, vt hîc. In glo. j. in fin. Vel dic, quod etiam per verba Græca potest pronuntiari inter Latinos, & contra, per hanc legem, quæ loquitur indistinctè, dummodo partes intelligant partes sententiæ. Sententia
2 † enim debet ferri coram partibus. l. ij. suprà titul. j. & sic debet ferri taliter, quòd partes intelligant. l. coram. ff. de verbor. signification. & l. diem. §. coram. ff. de arbitris. Et
3 per hoc sequitur, quòd † de iure iudex pronuntiare debet per verba sermonis vulgaris inter idiotas, qui ignorant Latinum. Et ita tenet Bart. hîc, nisi mos loci se habeat in oppositum, cui standum est. in l. iij. in fin. ff. de test. secun-
4 dum eum. Quomodo † autem, & qualiter conficiat notarius instrumentum inter homines diuersorum idiomatū, qui contrahunt inuicem mediante interprete, vide Bart. in l. j. §. fin. ff. de verb. oblig.

LEX XIII.

1 *Legibus non exemplis iudicandum.*

2 *Responsa principum non inserta in corpore iuris nō faciunt ius, nec male factum in exemplum trahendum est.*

3 *Sententiam contra contumacem latam tertio non præiudicare.*

1 NEmo. Non exemplis, † sed legibus est iudicandū. Hoc
2 dicit. Nota, quòd † responsa principum non inserta in corpore iuris non faciunt ius. Ita nota, quòd si semel malè factum est, non debet trahi in exemplum. In glos.
3 fi. ibi, *quæ est contra* Hoc limita, † nisi sententia Imperatoris sit lata contra contumacem: quia illa non facit ius generale, vt d. l. fi. & ibi not. in gl. ij. Præsumitur enim esse iniusta quò ad hoc, vt aliis tertiis non debeat præiudicare. Est enim regula, quòd sententia lata contra contumacē, nunquam præiudicat tertio ad plenum præiudicium, etiā in illis casibus, in quibus præiudicaret, si esset lata contra præsentem, vt l. qui repudiantis. §. fin. ff. de inofficioso testamento. & l. si prolusorio. ff. de appel. l. præses. infrà, de pignoribus. cum similibus.

LEX XIIII.

1 *Exceptio iudicis incompetentis, an in reconuentionis causa locum sibi vendicet. & num. 4.*
2 *Condemnari quis vt ad factum possit, ita & ad damnum.*
3 *Reconuentio coram non suo iudice quando facienda, & quando ei locus sit & num. 5.*

1 CVm Papinianus In causa† reconuentionis non habet
locum exceptio iudicis incompetentis. Hoc dicit se-
2 cundum Bartolum. Nota quòd† quis potest condemnari
ad factum, sicut ad damnum: & sic iudex licet possit con
demnare ad interesse, potest etiam cōdemnare ad factū.
Item nota, quòd quis non debet dedignari, &c. vt hic, in
3 textu in fine. Item nota argumentum, quòd† recon-
uentio actoris coram iudice non suo potest fieri solum
ante litem contestatam, vel statim post; & sic tali tempo-
re, quod vtraque causa veniat simul tractanda, & sic vi-
deatur esse idem negotium. In glossa in verbo, *augen-
dam*. in fin. Dic, secunda & tertia responsio est melior: pro
cuius declaratione notandum est quòd tria sunt iura. Pri
mum est ius Digestorum. Secūdum est ius inductum a Iu-
stiniano per hanc legem. Tertium est ius Authenticorum.
4 Et secundum primum ius distinguebatur, quod † aut iu-
dex erat competens actoris & rei, tunc poterat reus recō-
uenire actorem, etiam in causa quæ esset maioris sum-
mæ, quàm haberet iudex iurisdictionem, imò quod plus
est, non poterat reus conuenire actorem coram diuerso
iudice, vt est textus in l. si idem cum eodem. §. j. ff. de iuris
dictione omnium iudicum. Et idem per omnia est dicē-
dum, quando iudex erat competens, etiam quò ad acto-
rem regulariter, licet propter aliquod beneficium specia
le posset declinari: nam tunc habebat locum recōuentio,
vt l. qui non cogitur. & l. ij. §. legatis. & §. sequenti. & §. sed
si agatur. ff. de iudiciis. & altero ex his modis debet intelli
gi l. sed & ex. §. non solum. ff. de procuratoribus. Quan-
doque autem iudex erat omnino iudex incompetens a-
ctoris, & tunc non reperiebatur permissa reconuentio se-
cundum ius Digestorum, & ideo tunc reus poterat agere
contra actorem coram alio iudice competenti, vt dicta
l. sed & ex. §. non solùm. Prædicta vera, nisi causæ essent
connexæ: quia tunc erant coram eodem iudice agitādæ.
l. j. & ij. ff. de quibus rebus ad eundem iudicem eatur. Sed
secundum ius inductum per hanc legem, fuit mutatum
hoc solùm: quia permissa fuit reconuentio coram iudice
penitus non suo quò ad actorem. Et in hoc auxit Iustinia
nus sententiā Papiniani, non tamen erat prohibitus reus
agere coram alio iudice competenti. Sed hoc vltimum
fuit mutatum per tertium ius authenticorum: quia non
potest agere coram alio. In glossa penultima ibi, *l. nulli*.
Vel dic aliter vt suprà dixi. In glossa finali, ibi, *quod red-
dit rationem*. Vel dic aliter, quòd ideo dixit in eodem nego
5 tio: quia† reconuentio coram iudice nō suo quo ad acto
rem habet locum solùm quando videtur fieri in eodē ne-
gotio, id est, tali tempore, quòd possit procedi pariter su-
per vtraque causa, ita quòd videatur esse idem negotium,
seu iudicium. Et secundum hoc iste textus facit pro opi-
nione gloss. quòd reconuentio non possit fieri ex inter-
uallo post litem contestatam. De quo dicam in authent.
& consequenter. infrà eodem. & hunc intellectum posuit
Ioann. Andræ. post Hostiensem in capitulo primò. extrà
de mutuis petitionibus.

AVTHENT.

1 *Reconuentio coram quo iudice facienda. & num. 4. 5. & 8. & ad finem vsque.*
2 *Reconuentio in litis tantum exordio facienda.*
3 *Iudex ordinarius quòd recusari, sicut & delegatus, possit. & numero 7.*
4 *Intellectus l. quoties. C. de iudic.*
6 *Reconuentioni locúsne sit quum hincinde criminaliter agatur, remissiuè. & num. 12.*
8 *Legulei quando variè sentiunt, ea opinio amplectenda est, quæ à canonistis approbatur.*
9 *Incontinenti quid fieri quando dicatur.*
10 *Deposita actione agens an coram non suo iudice reconueniri possit.*
11 *Causa summaria celerius expedienda quam ordinaria.*
14 *Appellans an pendente appellatione coram iudice ad quem reconueniri possit.*
15 *Clericus agens contra laicum coram iudice seculari, potéstne corā illo reconueniri?*

1 ET consequenter. Coram eodem iudice† debet fieri recon
uentio, nec coram alio potest actor conueniri à reo,
2 nisi lite finita. Hoc dicit. Nota argumentum † quòd re-
conuentio potest fieri solùm in exordio litis, id est, in ipsa
litis contestatione, vel antè, vel parum post. Pro quo bene
facit textus, suprà l. proxima. & in capit. j. extrà de mutuis
petitionibus. & melius in clemen. sæpè. ver. verum. extrà
de verbor. signification. Item nota argumentum, quòd
3 † iudex ordinarius potest recusari, sicut delegatus. Itē no-
ta argumentum, quòd potest recusari vsque ad tempus li-
tis contestatæ, non obstantibus aliquibus interlocutioni
bus medio tempore factis per eum. De qua materia vide
per Bartol. in l. quidam consulebant. ff. de re iudicata. &
plenius per Canonistas in capitu. inter monasterium. ex-
trà de re iudicata. In gloss. ij. ibi, *l. quoties*. Dic, commu-
niter tenetur contrarium. nam quando, causa est talis na
turæ, quòd etiam de consensu partium non possit talis iu
dex cognoscere, non habet locum reconuentio, quia ces-
sat ratio posita hic in textu. Cōsensus enim actoris in hoc
nihil habet operari. Et pro hoc facit l. ij. suprà de pedaneis
iudicibus. & l. non distinguemus. §. de liberali. ff. de arbi-
4 tris. Nec obstat d. l. quoties. quia ibi† non loquitur in cau
sa status principaliter mota, sed quæ venit incidenter: su-
per incidenti enim non pronuntiatur, vt in l. j. ff. de ordi-
ne iudiciorum. Illa enim l. quoties. non habet locum in
causis spiritualibus, vel quasi, vt sunt annexæ spirituali-
bus: nam de illis etiam si moueantur incidenter, non po-
test cognoscere iudex secularis, sed remittendæ sunt ad
Ecclesiasticum, & interim supersedebit in causa iudex se-
cularis, donec illa incidens fuerit terminata per ecclesia-
sticum, vt in cap. tuam. extrà de ordine cognitio. & in ca-
pit. causam quæ. & capitu. lator. extrà qui filij sint legiti-
mi. Circa quam materiam omnino vide, quod notat Bar
tol. in l. Titia. ff. soluto matrimonio. In gloss. ead. ibi,
eadem ratione. Dic, Ista gloss. non procedit si intelligatur
5 † si coram pedaneo vel delegato, vel inferiori ordinario
vel defensore ciuitatis fiat reconuentio in causa crimina
li, per rationem suprà proximè dictam in alia quæstione.
Sed si gloss. intelligatur in iudice, qui aliter poterat cogno
scere de causis criminalibus, tunc glossa procedit sine du
bio, si iudex erat competens etiam quò ad actorem. Sed
si erat penitus incompetens quò ad actorem, procedet re
conuentio ita demum, si reus sit paratus cōsentire quòd
simul procedatur super ciuili & criminali, sicut procede-
retur super duabus ciuilibus. Sed si reus vult vti priuile-
gio l. fin. suprà de ordine iudiciorum, scilicet, quòd su-
persedeatur super ciuili, donec criminalis fuerit termina
ta, tunc non erit audiendus: quia cum velit tollere quo-
dammodo iudicem electum ipsi actori, cessare debet re-
conuentio, quia cessat ratio posita in l. cum Papinianus.
in fi. suprà, eo. tit. Et ita tenuit hic Bart. & bene. Verum
6 autem quando hinc† & inde agitur criminaliter, habeat
locum reconuentio, & qualiter tunc procedatur, est ma-
teria alta per se, de qua plenè habetur in l. is qui reus. ff.
de publicis iudiciis. & in l. j. & l. neganda. infrà, qui accu-
sare non possunt. In gl. ead. ibi, *de alio, quàm primo* Dic,
ista gl. videtur loqui in ordinario, & intellige, quando e-
rat competens iudex rei solùm in causa prima, & non in
secunda, puta si ego Mutinensis conueni Bononiæ Floren
tinum ratione rei suæ Bononiæ, vel contractus initi Bo-
noniæ, & ille me reconuenit Bononiæ super cōtractu ini-
to Venetiis, & ego volo iterum conuenire eum Bononiæ
ratione contractus initi Florentiæ vel Perusij, non pote-
ro. Vel potest secundò intelligi quòd loquatur in ordina-
rio, qui indistinctè erat competens iudex rei, sed actor vo
lebat, quod super sua reconuentione procederetur per
viam simultanei processus, sicut super conuentione & re-
conuentione rei, hoc enim modo audiendus non est: se-
cus si vellet quòd super secunda petitione sua procedere-
tur de per se, tunc enim esset audiendus: quia hæc cum-

batio nō est prohibita. Et ita intelligit hic Sal. & bene. De
quo dic, vt plene not. in l. edita. supra, de edendo. tamen
præcedens intellectus mihi videtur esse magis de mente
7 gl. In gl. in verbo, *recusari potest*. in fi. Vel dic, quod etiam
secundum ius Digestorum & Cod. ordinarius potest re-
cusari ex iusta causa suspicionis, quando est notoria, vt l.
j. suprà, si quacunque prædit us potestate. & l. lex Cornelia.
in prin. ff. de iniuriis. & l. qui iurisdictioni. & l. prætor. ff. de
iuris. om. iud. Idem puto si non sit notoria, dummodò of-
feratur eius vera, & plena probatio, per leges prædictas.
Et pro hoc facit l. nemo. a sensu contrario. supra de iurisd.
om. iudi. Item pro hoc facit ista authē. quæ loquitur tam
in ordinario, quam in delegato, vt patet in corpore. Item
ad hoc facit l. si pariter. ff. de liberali causa. Et hanc opi-
nionem tenuit Ia. de Are. vt refert Cynus in l. apertissimi.
suprà de iudiciis. Et hæc opinio satis videtur tenenda, vt
leges minus discordēt à canonibus, quàm fieri potest: sed
secundum canones planum est, quòd ordinarius recusa-
tur ex iusta causa, quæ debet allegari, & probari, vt in ca.
cum speciali. extrà de appellat. ergo &c. præsertim quia
8 † quando sunt opiniones inter legistas, est tenenda illa,
quæ est approbata per canonistas, vt in c. per venerabilē.
§. rationibus. extrà qui filii sint legitimi. & patet ex nota-
tis in l. quāquàm. suprà, ad legem Falcidiam. & in c. Ray-
nutius. in fi. extrà de testamentis. Sed vbi non allegabatur
iusta causa specialis suspicionis, vel nō probabatur, non
poterat recusari iudex ordinarius. l. fi. suprà, de iuris. om.
iu. Et ita loquuntur leges allegatæ per gl. in l. apertissimi.
suprà de iudiciis. Fuit tamen per ius authen. nouissimum
additum, quòd hoc casu esset permissa associatio iudicis
ecclesiastici, vt in auth. si vero cōtigerit. suprà, de iudiciis.
Illa tamen authen. quasi necubi seruatur de consuetudi-
ne. In glo. fi. *in c. miramur*. dic illud c. habebatur in quadā
antiqua compilatione, quam ego habeo, sed non habe-
tur hodie in compilatione Gregoriana qua vtimur. Illa
tamen opinio quam hic tenet gl. & in corpore vnde su-
mitur ista authen. videtur mihi vera, licet Bar. hic teneat
contrarium & fortè non bene. Vt tamen hoc melius in-
telligatur, sic potest distingui, quòd aut iudex erat omni-
no competens quo ad vtranque partem, & tunc non est
dubium, quod reus potest conuenire actorē quandocun-
que, sed super his causis non procedetur per viam simul-
tanei processus, nisi reconuentio sit facta ante litem con-
testatam, vel post incontinenti, per istam authen. cum si-
milibus. Aut iudex erat competēs actori saltim vsque ad
certam summam, vel erat cōpetens ratione alicuius fori
regulariter, licet ex aliquo beneficio posset eius iurisdi-
ctio declinari, & tunc adhuc puto idem quod in præce-
denti, scilicet, quòd audiatur reus quandocunque conue
niens actorem, durante prima causa. l. ii idem cum eo. §.
j. ff. de iuris. om. iudi. & l. qui non cogitur. ff. de iudiciis. &
l. sed & eæ. §. non solum. ff. de procu. Et in his casibus po-
test saluari opinio, quam tenet Bar. hic. Quandoque verò
iudex ipso iure erat incompetens quo ad actionē, & tunc
vera est opinio glo. per istum textum, & clarius probatur
in corpore vnde sumitur. Item pro gl. facit text. in l. cum
Papinianus. supra, eo. exponendo illa verba, In eodē ne-
gotio, prout ibi dixi. Possent etiam aliter intelligi, In eo-
dem negotio, id est, in principio eiusdem negotii, id est,
instantiæ primæ inchoatæ. & adhuc facit pro opinione
glossarii. Ad quod facit l. j. §. in flumine. ff. de fluminibus.
Item pro hoc bene facit cle. sæpè. ver. verum. extra de ver
bo. signi. Itē pro hoc facit ratio, quia reconuentio in hoc
casu est inducta per iura nouissima, vnde strictè debet in-
telligi, & sic in terminis tantum in quibus est inducta, sci
licet si fiat incontinenti. Item pro hoc facit quod dicam
statim in sequenti mēbro. Et prædicta omnia procedunt
in ordinario: sed si loquamur in delegato, videtur adhuc
mihi magis clarum, quod actor non potest coram eo re-
conueniri super re vel causa sibi non commissa, nisi ante
litem contestatam, vel post incontinenti, per istum textū,
& per ca. j. extrà de mutuis petitionibus. & per d. cle. sæpè.
ver. verùm. Item pro hoc allego c. dispendia. §. reus quo-
que. de rescri. li. vj. ibi, si literas maluerit impetrare. Quæ
verba debent referri ad proxima tantùm, scilicet ad illud
verbum, vel cōuentionis. Vnde mens literæ est, quòd reus
coram delegato potest reconuenire actorem sine impe-
tratione noui rescripti, quando hoc facit tempore, quo
debet fieri reconuentio, scilicet ante litem contestatam,
vel statim post. Sed si hoc vult facere posteà, oportet quod
nouas literas impetret. Bar. tamē & quidam alii allegant
illum textum ad partēm contrariam, sed non bene intel
ligunt illud capitul. Et hanc opinionē tenuit Hostiēsis, &
multi alii antiqui, & Io. Andr. in c. j. extrà de mutuis peti-
tionibus. & Ioan. Calderinus, & dominus Anto. de Butr.
ibi. & Ioan. Monach. in d. c. dispendia. licet Bar. & Inn. in
d. c. j. & Archi. in d. ca. dispendia. videātur tenere opinio-
nem, quam tenet Bar. hic, scilicet, quòd reus possit con-
uenire actorem coram eodē ordinario, vel delegato, vs-
que ad conclusionem in causa. In gloss. ead. in h. Vel dic
9 meliùs, quòd dicitur incontinenti post litem contestatā
intra aliquod tempus modicum arbitrarium, argumen-
to l. j. ff. de iure deliberandi. Et hanc opinionem videtur te
nere gl. in corpore vnde sumitur ista authen. Extra glos.
10 primo inter alia Bar. hic sentire videtur, quod agens † a-
ctione depositi, non possit inuitus reconueniri coram iu
dice non suo. Sed hoc non puto verum per regulam huius
authen. & d. l. cùm Papinianus. Nec obstat l. penultima.
suprà depositi. & l. fi. suprà, de compensationibus. quia ibi
solum dicitur, quòd contra agentem depositi non admit
titur exceptio compensationis, vel exceptio doli, sed non
negatur eum posse recōueniri coram iudice illo: secus est
autem in illo, qui agit possessorio recuperandæ: quia ille
non potest inuitus recōueniri, si non fuit prius restitutus,
nisi alio possessorio recuperandæ. l. si quis ad se fundum.
infra, ad legem Iuliam de vi. & c. fin. extrà de ordine cog.
Item Bar. hic sentit, quòd sicut coram arbitro assumpto
à partibus super certa causa, non habet locum reconuen
tio, vt in c. cum dilectus. extrà de arbitris. & ibi no. ita e-
tiam non potest actor inuitus reconueniri coram iudice
delegato de consensu vtriusque partis. cessat enim ratio
posita in l. cum Papinianus. suprà eo. quia nō solus actor,
sed vterque elegit eum. Et per hoc videtur. quod si duo Flo
rentini prorogauerint iurisdictionem potestatis Bono-
niensis super vno contractu, non possit actor inuitus re-
conueniri coram eo super alio contractu quod est notan
dum. Item Bar. hic tenet, quod agens actione summaria
possit reconueniri coram iudice non suo ordinario, vel
delegato actione ordinaria: per d. l. cùm Papinianus. quæ
loquitur indistinctè. & per l. sed & eæ. §. non solùm. ff. de
procu. Dicit tamen quod tunc non procedetur per viam
11 simultanei processus: quia hoc non posset fieri: nam † cau-
sa summaria citius est expedienda quàm ordinaria. Et pu
to eum dicere verum, licet Innocentius sentiat contra-
rium in c. j. extrà de mutuis petitionibus. Aduerte tamen,
quia quod dixi in delegato, debet intelligi, quando causa
de sui natura erat summaria. Sed si Papa, vel Imperator,
vel alius habens potestatem, delegasset causam ordina-
riam cum clausula, quod procedatur summariè, sine fi-
gura iudicii, tunc tam super causa cōuentionis, quàm re-
conuentionis procedetur sine figura iudicii, per c. fin. ex-
tra de mutuis petitionibus. Facit l. j. ff. quod quisque iu-
ris. nisi primum rescriptum emanasset motu proprio con
cedentis: quia tunc in causa reconuentionis ordinariè
procederetur: argumento l. iij. in prin. ff. quod quisque iu
ris. Et hoc vltimum tenuit gl. in cle. sæpè. §. verum. de ver-
bo. signi. & ideò tunc haberet locum dictum Bart. in hac
12 lege. Item sentit hic Bar. quòd accusans † criminaliter a-
lium coram iudice, qui non est competens ipsius accusa-
toris, non possit inuitus reconueniri coram illo ciuiliter
vel criminaliter, per l. ij. §. sed si agatur. ff. de iudiciis. Sed
hoc dictum Bart. non videtur simpliciter verum, primò,
quia non videtur habere locum in eo, qui accusat de cri-
mine non spectante ad suam vel suorum iniuriam. Præ-
terea d. §. sed si agatur. non videtur habere locum in eo,
qui accusat de crimine spectāte ad iniuriam suorum, sed
solum in eo, qui agit ciuiliter, vel criminaliter pro iniu-
ria sibi illata, vel damno sibi dato: talis enim mouetur ex
maiori necessitate, ne impunè fiat sibi iniuria, vel dam-
num. Sed non sic est, quādo est illata iniuria suis: quia illi
possunt

possunt agere ciuiliter,vel criminaliter,& ideò potest dici,ꝙ accusans de crimine non spectante ad suam,vel suorum iniuriam,vel de crimine spectante ad iniuriam suorum,reaccusari posit coram iudice nō suo ab accusato de crimine maiori,vel de crimine spectāte ad iniuriā accusati,vel suorum l.neganda.infrà,qui accusare non possunt.habet enim locū ratio d.l.cum Papinianus. Et hoc videtur esse de mente Bar.in l.is qui reus.ff.de pub.iudiciis.nisi fortè reus vellet reaccusare cum hoc priuilegio, ꝙ procederetur solū super sua reaccusatione,omissa prima donec secunda esset finita:quia tunc non esset audiēdus:per ea quæ dixi suprà,post Bar.super glos.ij.Vbi verò reus vellet reaccusare de crimine pari, vel minori non spectante ad suam,vel suorū iniuriam, non videtur quod hoc posit facere coram iudice incompetenti accusatoris, cùm non posit procedi simul super vtraque:nam super secunda non potest procedi,nisi vsque ad inscriptionem,vel fortè vsque ad receptionem inter reos,vt d.l.neganda.& d.l.is qui reus.& multò minus accusatus criminaliter poterit agere ciuiliter,contra actorem coram iudice non suo.l.si.suprà de ordine iudiciorum. Vlterius Bar.hic videtur ponere notabilem doctrinam, videlicet,
13 quòd†noua prouisio huius authen.quæ vult,quod reus du-
rante primo iudicio non posit agere contra actorem coram diuerso iudice,habeat locum quādo reus potuit reconuenire actorem coram eodem iudice,& sic fuit in culpa,hoc non faciendo,vt probatur in corpore huius auth. Vnde si ipse reus hoc non potuit facere,vt quia erat causa,de qua iudex primus non poterat se intromittere etiā de consensu partium,non impedietur reus agere coram alio iudice competenti,prout poterat agere,secundū iura antiqua.Et pro hoc facit l.denique.ff.ex qui.cau.maio.Et dictum Bar.est satis æquum,& verum de iure.Et per hoc puto dici posse,ꝙ si post litem contestatam ex interuallo cœpit aliqua actio competere reo, poterit reus reconuenire actorem coram diuerso iudice, tenendo pro vera illam opinionem,quòd non posit actor inuitus reconueniri coram iudice non suo post litem contestatam ex interuallo,nisi actor consentiret,quod posset reconueniri coram eodem iudice.Itē Bar.hic tenet,quòd appel-
14 lans†pendente appellatione non posit inuitus reconue-
niri coram iudice ad quem:quia videtur se defendere ab iniuria,ergo,&c.vt d.l.ij.§.sed si agatur.ff.de iudiciis.Sed aduerte,quia dictum Bar.procedit in eo,cui esset delegata appellatio,vel in eo,qui non esset iudex cōpetens ipsius actoris ratione domicilii specialis.Quid autē si esset iudex competens ex alia causa?Recurre ad notata in l.ij.§.legatis.ff.de iudiciis.Item dictum Barto.debet limitari, nisi appellatum esset per actorem ab aliqua interlocutoria ante litem contestatam,& postquam iudex ad quem pronuntiasset bene appellatum à grauamine,ipse procederet coram eo super principali causa,quod fieri potest, vt in cap.vt debitus.extrà de appel.quia tunc actor bene posset reconueniri à reo coram illo iudice, per istam authen.Et ita tenet Ioan.And.in c.j.extrà de mut.peti.Item
15 Bar.hic dicit,quòd†si reus conuentus coram ordinario,
vel delegato,agat contra actorem coram diuerso iudice delegato,totus processus est nullus ipso iure: per textum in c.dispendia.in fi.de rescriptis,libr.vj.secus si reus agat coram alio ordinario,quia tunc valebit processus:actori tamen competet exceptio dilatoria,quòd nō potest trahi coram tali iudice:per hanc authenti.quod nota. Item
16 Bar.hic tenet,quod de iure†clericus agēs contra laicum
coram iudice seculari potest coram illo inuitus reconueniri propter æquitatem d.l.cùm Papinianus.quæ est canonizata iij.q.viij.c.cuius in agendo.Et hanc opinionem tenet glo.in capit.at si clerici.extrà de iudicijs.& Io.Andræ.in c.j.extra de mutuis petitionibus.Et quia communis cōsuetudo vbique hanc opinionem amplectitur, cui standum est,l.minimè.ff.de legibus. ideo amplius super hac quæstione non insisto.Vbi tamē natura causæ,& non priuilegium personarum impediret iudicem secularem esse competentem iudicem, non haberet locum reconuentio,vt patet ex prædictis. Vltimò posset quæri, an si
17 actor†coram iudice nō suo ordinario, vel delegato pro-
duxit libellum,& fecit reum citari,& reus eum reconuenit,posit ipse actor taliter desistere,quòd non habeat locum reconuentio?Puto quòd si nolit actor renuntiare actioni propositæ per eum,seu causæ,non audiatur:nam si eo inuito potest procedi in prima causa,vt in authen.qui semel.suprà titul.ij.multò magis in causa recōuentionis. Sed si actor in totum velit renuntiare primæ causæ,est dubium.nam videtur quòd posit:per ea quæ notat Bartolus in l.si iudex ex circonuento.ff.de minoribus.& l.petendæ.suprà,de temporibus in integrum restitutionis.vbi ipse tenere videtur,quòd si reo fuit concessa aliqua dilatio à iudice,illud beneficium quod habet actor ex eius persona,vt posit vti illa dilatione etiam pro se, cessabit, si reus est paratus renuntiare illi dilationi. Ipsemet Bartolus tenet contrarium in l.si post mortem.§.fi.ff.de bono.pos.contra tabulas.Et hanc vltimam partem puto veriorem per d.§.fin.& per l.ex persona.ff.de fideiussoribus. Et sic in simili puto quòd reus reconueniet actorem inuitum,ex quo actor semel elegit illum iudicem.

LEX XV.

1 *Appellare non,nisi lite contestata,licere.*
2 *Ordinarius quisquis an appellatione & recusatione remotis delegare possit.& nu 5.*
3 *Appellari a præfectis prætorio non licere.*
4 *Causas ordinarias summariè & sine iudicij figura solum papā delegare posse.*
6 *Litigare coram iudice suspecto graue.*
7 *Appellarine possit,si Imperator,vel Rex causam appellatione remota delegarit?& nu.8.*

C*Vm solutum.*Si ordinarius delegauit causam appellatione,& recusatione ante diffinitiuam remotis,licet non posit appellari ante sententiam regulariter, poterit tamen fieri recusatio ante litem contestatam,& iudices cauere debent his formis,vti in delegando.Hoc dicit secundum lecturam antiquorum,quæ videtur mihi verior.
1 Nota quòd†regulariter non est licitum appellare ante
litem contestatam.Item nota argumentum, quòd quili-
2 bet†ordinarius potest delegare causam remota appella-
tione ab interlocutoria, ita quòd remotio operatur in casibus,in quibus aliás esset permissum appellari.Itē nota argumentum,quòd quilibet ordinarius potest delegare causam recusatione remota. In glo.fi.ibi,*post sententiā accommodari.*Hoc est malè dictum : quia non potest delegans inferior à principe interdicere appellationem à diffinitiua.l.j.in fin.ff.à quibus appellare non licet.Et ita hic
3 in cauda huius gl.nisi fortè restringas gl.ad iudices†ma-
iores,à quorū sententiis appellari non potest,vt sunt præfecti prætorio.l.j.§.j.ff.de offic.præfecti prætorio.& Senatus.l.j.ff.à quibus appellare non licet. In glo.eadem ibi, *& per delegantem remoueri.*Dic,hoc non videtur esse verum: nam videtur esse contra istum textum,ibi,quod minimè vetitum est.& gloss.super illo verbo, videtur sentire contrarium. Item,hoc est contra æquitatem.l.apertissimi.suprà de iudiciis. In gloss.ead.ibi,*secundum alios in nullo tenet.*Ista opinio videtur esse magis de mente literæ, & eam tenuit gloss.præcedens, & Dynus, & Cynus, & Ricar. Malumbræ:& etiam Barto.tenuisse videtur in l.j.§.fi.ff.à quibus appellare non licet,licet ipsemet hic teneat contrarium,scilicet,opinionem Ioan. In gl.ead.ibi.*potest causa committi.*Dic,hoc non probatur per aliquam partem iu-
4 ris canonici:nam solus†Papa qui est supra ius, potest ta-
lia facere,non autem inferior,vt in capi.quod super his. extrà de maioritate & obedientia.& ix.q.iij.cap.cum simus.& in c.final.& ibi not.extrà de officio archipresbyteri.Facit quod notat glo.in c.fi.extrà de hæreticis.libro vj.quæ dicit,quòd etiam Legatus de latere non potest ordinarias causas delegare cognoscendas, & terminandas summariè,& sine figura iudicii.Hoc etiam expressè tenet Ioan.Andræ.in ca.fina.de appel.lib.vj.in nouella.vbi tenet,quòd episcopus delegando causam,vel faciendo statutum generale,non potest tollere appellationes ab interlocutoriis,in casibus permissis à iure communi. In gloss.ead.ibi.*sit causa commissa.*Dic,huic omnino standum est.Et ita tenet gloss.in dicta l.j.§.fina.nam licet sit remo-

ta appellatio à iure, vel ab homine, non sequitur remotio
recusationis. Facit pro hoc l.si domus.ff.de seruitutibus
vrbanorum prædiorum. Non obstat ca.super eo.ij.extrà
de app.quia illud intelligitur in recusatione friuola, quæ
est interdicta, sicut appellatio friuola: Vel ille textus de-
bet intelligi in causis notoriis, in quibus sicut est interdi-
cta appellatio, ita & recusatio, vt in c.proposuit, & c.no-
uit.extrà de appel.& no.in cap.j.de officio delegati.lib.vj.
per gl. In ea.gl.in fi. Pondera, quia gl. dicit secundum a-
lios, & sic non videtur tenere hanc opinionem, sed recitare
opinionē Io.& sequaciu. Et hanc opinionē tenuit hîc Bar.
5 f. † q quilibet ordinarius inferior à principe possit de-
legare causam remota appellatione ab interlocutoria, &
operatur remotio in casibus, in quibus aliàs posset appel
lari de iure ciuili. Et fortè sensit Bar. quòd tunc non pos-
set appellari ad delegantem, sed ad superiorem ipsius de-
legantis bene posset tunc appellari, ne per hanc viā præ-
judicetur iuri suo. quod fiendum non est. argumento ca-
pitu.venientes.extrà de iureiurando. Facit l.nec auus.in-
frà de emancipationibus liberorum. Contrarium tamen
videtur tenere ipsemet Barto.in dicta l.j.§.finali. scilicet,
quod illa verba nihil operentur, & quòd videatur remo-
ta solùm appellatio friuola. Et hæc opinio mihi videtur
verior. Pro cuius tamen pleniori declaratione aduerten-
dum est, quòd ilia lex potest habere tres lecturas. Prima
lectura est, quòd velit, quòd quilibet ordinarii possint de-
legare causam remota appellatione, & recusatione ante
sententiam. Et ista est lectura Ioan. quam tenuit Bartol.
hîc. Sed hæc lectura non videtur vera. Primò, quia opor-
tet destrui textum, ibi, minimè vetitū est, supplendo ver-
bum, Aliàs. Secundò, quia contra eam est regula genera-
lis dictæ l.j.§.fina. vbi textus loquitur indistinctè. Tertiò,
quia secundum canonistas hoc est clarissimum, quod in-
ferior à Papa non potest delegare causam remota appel
latione, & recusatione, vt suprà dixi: ergo in dubio nō est
tenendus intellectus qui inducat discrepantiam inter ius
ciuile & canonicum, vt in capitu.per venerabilem.§.ra-
tionibus.extrà qui filii sint legitimi. Quartò, quia hîc nō
sunt aliqua verba Imperatoris decisiua, ex quibus possit
colligi, quòd aliquis inferior à principe possit tollere ap-
pellationem vel recusationem. Nam vsque ad versiculū,
quòd minimè. recitatur quorundam opinio. Item in ver
sicu. quod minimè. non videtur approbari opinio illorū
quorundam, sed potius reprobari. Præterea esset absur-
dum, & contra omnem æquitatem, quòd inferior à prin-
cipe posset tollere recusationem delegati fiendam ante
litem contestatam, vel post, ex iusta causa noua, vel noui-
6 ter detecta. graue † est enim litigare coram suspecto iu-
dice. l.apertissimi. suprà, de iudiciis. Et si tu dicas, vt dicit
Bart.hîc, poterit prouideri per remedium associationis,
prout fit in ordinario, qui non potest recusari, vt in auth.
si verò cōtigerit. suprà, de iudiciis. Respondeo, quòd non
videtur verisimile, quòd Imperator hîc cogitauerit de il-
lo remedio nondum inuento per iura Codicis. Præterea
est contra æquitatem, quòd de facili quis grauetur liti-
gando coram iudice ecclesiastico, & seculari simul, & præ
sertim coram delegato suspecto. Præterea illa authentica,
si verò contigerit. abiit per desuetudinem. Secunda le-
ctura est, quod ista lex velit totum contrarium, scilicet,
quòd si ordinarius delegauit causam remota ante sen-
tentiam appellatione, & recusatione, ista remotio nihil
operetur. Et istam lecturam tenuit gloss.penul.& Bartol.
in dicta l.j.§.fina.& secundum eam lecturam, quam puto
veram, iste textus in versiculo, Caueāt. debet intelligi sic,
quod Imperator suadet iudicibus, quòd non vtantur ta-
libus verbis in delegationibus sine certa distinctione:
quia possent inducere dubietatem & perplexitatem: & à
contrario sensu sentit, quòd possint vti cum certa distin
ctione, scilicet remouendo appellationem ante litē con-
testatam, & post, in casibus, in quibus potest tolli graua-
men per appellationem à diffinitiua, non in aliis: recusa-
tio verò solùm post litem contestatam: tunc tamen ver-
ba delegantium debent intelligi secundum formam iu-
ris, & sic in effectu nihil operantur, sed ad maiorem cau-
telam intelliguntur apposita. Et hoc fuit de mente Ri-
cardi Malumbre, & bene. Item secundum hanc secun-
dam lecturam potest dici, quòd mens literæ sit, quòd li-
cèt non possit appellari ante litem contestatam sine iu-
stæ causæ expressione, requiritur enim expressio causæ
quotiescunque appellatur ante sententiam diffinitiuam.
l.secunda.ff.de appel.recipi.& no.Bartol.in l.eius qui.in
eodem titul.& in l.ait prætor.in §.permittitur. ff. de mi-
noribus. tamen recusatio iudicis delegati potest fieri an
te litem contestatam sine iustæ causæ expressione. l.aper-
tissimi: & ibi not.suprà de iudiciis. Tertia lectura est,
quòd ista lex restringatur ad iudices supremos, à quorū
sententiis appellare non licet, vt est cœtus, senatorum, &
sicut præfecti prætorio. l.prima.§.primo.ff.à qui. ap. non
li.& l.prima.§.primo.ff.de offic.præfect.præto.& sit sen-
sus huius legis, quòd tales maiores iudices possint dele-
gare causas, remota recusatione & appellatione ante sen
tentiam: & sic tunc non potest appellari ante litem con-
testatam vel post, nec etiam potest iudex delegatus re-
cusari. Et secundum hanc lecturam debet ad textum sup
pleri ibi, vetitum est, scilicet aliàs. Et secundum hanc le-
cturam Imperator in versiculo, Caueant. consulit iudici-
bus maioribus, quòd non vtantur his formis, sine certa
distinctione. Et hanc lecturam ponit Rainerius de Salice.
& Bald.& Bartholom.de Salicet.& satis posset defendi
hæc lectura, tamen quia nimis restringit istum textum, &
quia destruitur textus dum oportet suppleri verbum, A-
liàs. videtur mihi melius tenere lecturam præcedentem.
7 Extra glo.quæro, an si Imperator † delegat causam ap
pellatione remota, possit appellari ante sententiam, vel
post? Barto.in dicta l.prima.§.final. tenet quòd hæc ver-
ba, nihil habeant operari, tanquàm nimis generalia: se-
cus dicit si prohibeat appellari post sentētiam, quia tunc
non poterit appellari, vt dicta l.prima.§.finali.& idem
multò magis videtur sentire si Imperator prohibeat ap-
pellari ante sententiam. Sed Raynerius de Salice. & Bald.
vt refert hîc Salice. qui eos sequitur, videntur tenere con-
trarium, scilicet, quod ex quo Imperator simpliciter, &
indistinctè remouit appellationem, non possit appellari
ante sententiam, vel post, vt dicta l.prima.§.final. quæ lo-
quitur indistinctè. Et hæc opinio videtur mihi verior, &
intelligo ipsam siue in appellatione exprimatur iusta
causa, siue non, per dictam l.j.§.final. quæ loquitur indi-
stinctè. Fateor tamen, quòd licet iudex à quo non tenea-
tur deferre appellationi, Imperator tamen si sibi videbi-
tur, poterit eam admittere, & reducere in pristinum sta-
tum attentata post appellationem: quia ipse est solutus
legibus. l.princeps legibus.ff.de legibus. Secundò quæ-
8 ro † quid iuris sit, quando Papa delegauit causam appel-
latione remota? Respondeo, vt notatur plenè per docto-
res in capitu.pastoralis. in principio. extrà de appellatio-
nibus. Communis tamen conclusio doctorum videtur
esse hæc, quòd aut quis vult appellare in casu expressè à
iure permisso, vt quia vult appellare post sententiam dif-
finitiuam, vel vult appellare ab aliqua interlocutoria, à
qua est expressè permissum appellari per canones, vel
quam apparet esse iniustam per canones, & tunc remo-
tio appellationis nihil habet operari, vt dicto capitu.pa-
storalis.& c.postremo.extrà de appellationibus. Quan-
doque autem appellatur ab aliqua interlocutoria, de
qua est dubium an sit iusta, vel iniusta propter varias o-
piniones doctorum, vel quia casus non bene inuenitur
decisus in iure, & tunc operatur remotio appellationis,
quòd iudex à quo non tenetur deferre appellationi, & po-
test procedere ad vlteriora, & etiam exequi. Iudex ta-
men ad quem, id est. papa, poterit (si sibi videtur) admit-
tere talem appellationem, & reuocare attentata Vbi au-
tem appellatio est friuola, remotio appellationis nihil
operatur: quia etiam à iure intelligitur esse remota, vt in
capitul.cùm appellationibus. de appella.libro sexto. Et
sic patet, quòd in hoc passu est differentia inter ius ciui-
le & canonicum. Tertiò quæro an valeant statuta quæ
quotidie prohibent in certis casibus appellari? Respon-
deo circa hoc videndum esse id quod notat Bartol. in l.
omnes populi.ff.de iustitia & iure. in secundo articulo
principali.

De sen.

De sen.quæ sine certa quantita.&c. Rubr.

LEX I.

1 *Sententia lata super futuro dependente à præsenti, valet.*
2 *Iudex in his, quæ officio suo mercenario veniunt, quod ex officio semper supplere possit.*
3 *Post sententiam nihil quæri debere.*
4 *Sententia prolatione iudicis officium finiri.*
5 *Vsuræ pro tempore futuro quando peti possint.*
6 *Opinio quæ vult actum valere, in dubio amplectenda.*
7 *Vsuræ centesimæ qua actione peti queant.*
8 *Ius de futuro qualiter in iudicium veniat.*

1 C*Vm iudicem.* Sententia lata † super futuro depēdente à præsenti valet. Hoc dicit secundum lecturam magis notabilem. In glos. j. ibi, *vt ff. de vsuris.l.j* Dic, ista lectura est vera in se, sed dicit Bart. quod non habet dubiū. Sed potest dici, quod dubium erat in hoc, quia condemnatio fuit facta in vsuris simpliciter, non exprimendo earum quantitatem: vnde videbatur quod sententia non valeret, vt incerta. Sed deciditur cōtrarium, scilicet, quòd valet: quia apparebat certitudo vsurarum ex actis probatoriis, vt ex confessione, instrumentis, vel testibus: ergo & c.l.iij.infrà, eo.ti. In gl.ea.ibi, *vsuræ medij temporis* Di: vt ista lectura habeat dubium intelligas sanè, quod loquatur, quando vsuræ non veniebant pendente iudicio ante sententiam, vt quia agebatur actione bonæ fidei, ita quòd veniebant solum ex mora, debitor autē non erat in mora, quia habebat causam iustam litigandi.l.quod te.ff.si cer.peta. sed post sententiam dicitur esse in mora, & ideò currunt tales vsuræ, non obstante eius appellatione frustratoria: & ad eas potest condemnare iudex ad quem, vt in hac lege. Et puto quod
2 possit, etiam si hoc non fuerit petitum à parte, nam † in iis, quæ veniunt officio iudicis mercenario a tempore litis contestatæ vsque ad vltimum terminum causæ, potest iudex semper supplere ex officio.l.ædiles.§.itē sciendum. ff.de ædil.edi. ita quòd diffinitiua lata per iudicem a quo, non habet obstare, quia est rescissa per appellationem.l.j. §.fi.ff.ad Turpillia. In gl.ea.ibi, *vel dic tertiò.* Ista lectura est vera in se, & est quasi eadem in effectu cum præcedenti, nisi quia in præcedenti debitor succubuit, hic obtinuit in prima sententia. Et secundum istam tertiam lecturam debet exponi textus ibi, pecunia condemnationis, id est, quæ in condemnationem venire debebat. In gl.ea.ibi,
3 *contradicebat sententiæ* Nota † nihil debere quæri post sententiam.l.post rem.ff.de re iudi.& sic est contra istā quartam lecturam in gl.positam, quia quæritur post sentētiā. Sed dic, quòd ibi nemo contradicebat sententiæ, hic secus: quia hic condemnatus negabat iudicatum fuisse cōtra eum, vt solueret decem pro sorte, & quinque pro vsuris, sed posteà iudex iudicauit sic iudicatum fuisse, vt actor dicit, vel soluit illud contrarium de l.post rem, vt in ista gl.dum dicit, vel meliùs ibi loquitur quādo non fuit inchoata noua instantia, sed fuit imploratum officiū iudicis executiuum sententiæ, quod fieri potest, vt l.iiij.§.si ea conuentione.ff.de re iud.& l.minor xxv.ann. cui fideicommissum.ff.de min. Secus est si fuit inchoata noua instantia: vt quia fuit actum actione in factum, vel actione primæua: quia tunc potest alia sententia ferri.l.si à re.§.j. ff.de excep.rei iudi. In gl.ea.ibi, *in quadam interlocutoria.* Vel dic secundum Bar.quòd in contrario stabat per creditorem, quominus consequeretur sortem, optabat enim magis habere vsuras, & differri solutionem sortis, hic verò nō stabat per eum, quominùs exigeret statim sortem. Sed hæc solutio non videtur mihi bona, quia destruit tex. in d.l.j.§..qui loquitur indistinctè, & sonare videtur, quod creditor instabat quantùm poterat, vt haberet sortem: & ideò videtur mihi, quòd prima solutio glos.sit melior, videlicet, quòd aut vsuræ veniunt solùm officio iudicis mercenario, & tunc iudex nunquàm potest damnare ad vsuras futuri temporis, vel cogere reum ad cauēdum de illis præstandis in futurum Et si cōtrarium faciat, sentētia sua est nulla: quia officium suū mercenarium ad talia se non
4 potest extendere, vt d.l.j.§.j.ff de vsu. expirat † enim in totum per prolationem diffinitiuæ.l.iiij.§.depositi.& l.terminato.ff.de fru.& litium expen Facit ad prædicta reg.l.
5 quod sponsæ.C.de dona.ante nup. Quandoque † autē vsuræ debentur iure actionis, & tūc aut sunt debitæ etiā pro tempore præterito, & potest peti, & fieri condēnatio tam pro præterito tempore, quàm etiam pro futuro, vt est casus in hac lege. Facit pro hoc l.j.suprà, de fideicom. Et intelligo siue creditor statim possit exigere totā sortem, siue non, nam semper est reus in culpa, qui non sponte soluit sortem, & vsuras tēpore præterito, & hoc modo enitabit iudicium pro futuro. Et fortè dici potest, quòd licet secūdum ius ciuile vsuræ debitæ ex priori contractu non currant intra tempus quadrimestre post rem iudicatam.l.fi. §.si enim nouamr.infrà de vsu.rei iud.tamen current illæ vsuræ futuri temporis, ad quas est facta cōdemnatio per hanc legem. Item quāuis post tempus quadrimestræ currant vsuræ centesimæ, tamen adhuc current vsuræ futuri temporis comprehensæ in sententia: fortè enim creditori vtilius est petere illas, quia habent executionē paratam, sed centesimæ non habent. nam ad eas potest agi solū cōdictione ex lege.l.ij.infrà de vsur.rei iudic. Aut iudex vult condemnare ad vsuras futuri temporis, quæ nullo modo sunt debitæ pro tēpore præterito, & tunc sententia est nulla.l.non quemadmodum.ff.de iudi. Et hæc, quæ dixi, vidētur de mente huius gl.in causa sui. Itē pro opinione præ-
6 dicta facit regula, quæ est, quòd † vbi sunt opiniones, debet potius teneri illa, quæ vult sententiā valere, quam contraria.l.quoties in actionibus.ff.de reb.dub. Prædicta ta-
7 men omnia non procedunt secundum Can.quia † ad vsuras centesimas, vel alias debitas ex cōtractu, vel ex dispositione iuris ciuilis, nō potest agi iure actionis, vel officio iudicis, nec condemnatio fieri, sed solùm potest agi ad interesse, vt in ca.quia nonnulli.& in c.conquestus. & ibi not.extrà de vsuris. In gl.ea.ibi, *debitum est de futuro.* Hic aduerte, quòd etiam de consensu actoris & rei non procederet iudicium hoc casu: & est ratio, quia si in libello ego peto debitum conditionale, conditione pendēte libellus est ineptus, quia apparet ex eius inspectione me agere sine actione.l.cedere diē.ff.de ver.sig.iuncta l.ij.C.de form. ergo iudicium non valet, sicut non posset reus cōsentire, quod valeret iudiciū sine aliquo libello oblato, iuxta no. in auth.offeratur.C.de lit.contest. Et pro prædictis allego l.ij.in prin.ff.de do.præleg.vbi Bar.hoc tenere videtur, licet ipse videatur tenere contrarium in l.si Titius & Seius. ff.de verb.obl.tamen hoc vltimum dictum suū debet restringi, quando actor & reus consentirent, quòd ageretur actione olim iam nata, & taceretur illud, quod ipso iure extinxerat eam, puta viucapio. Et ita loquitur tex.in l.Iulianus.§.quantū.ff.ad exhib.tunc enim non apparet ineptitudo libelli ex sui forma. Per prædicta etiam dici potest, quod illud, quod solet dici, quod si superuenerat cōditio post litē cōtestatam potest ferri sentētia pro actore, ideo quia ius superuenit actori ex causa de præterito, vt l.si rē. §.fi.& ibi not.ff.de pig act.debet intelligi, quādo cōditio non erat inserta in libello, & sic nō apparebat ineptus ex sui forma, aliter si cōditio fuisset expressa in libello, non valuisset libellus, nec litis contestatio, & alia secuta, & sic non potuisset ferri sententia pro actore, vt d.auth.offeratur.iuncta l.ij.C.de formu. Facit l.quoties ff qui satis.cog. Et nota prædicta, quia à paucis inuenietis tacta. Vltimò tractant hic doctores istam materiam, qualiter in iu-
8 dicium possit venire ius de futuro. † De qua vide per Canonistas, in c.auditis.extrà de procur.in c.in nostra.extrà de sepul.& in c.Romana.§.caueant.de sen.excom.lib.vj. Conclusio tamen est hæc, quòd aut ius totaliter pēdet de futuro, & non potest deduci in iudicium, nec sentētia ferri.l.non quemadmodum.ff.de iudi. Aut est ius cōpetens de præsenti, quod habet dependentiam in futuro, & tunc aut ius futuru debetur solum officio iudicis mercenario, & ad id non potest fieri cōdemnatio pro futuro tempore post diffinitiuam.l.j.§.j.ff.de vsur.sed ante diffinitiuā posset hoc fieri: vnde posset contumax cōdemnari per interlocutoriam ad expensas præteritas, & futuras, vt in capi. auditis.extrà de procurato. Aut debetur iure actionis, & tunc potest agi tam pro tempore præterito, quàm etiam pro futuro, vt in hac lege. & in l.j. suprà, de fideicommiss.

Quandoque autem actori actio cōpetit de pręsenti, pro-
pter interesse, quod speratur de futuro, cum tamen de præ
senti sua nihil intersit, & tunc aut actio competit propter
culpam aduersarij, & ad id potest agi, & cōdemnatio fie
ri, sed differtur, vt l. in lege Aquilia si deletum. ff. ad legē
Aquil. aut propter dolum aduersarij, & fiet cōdemnatio,
& exactio, ac si esset debitum purum totum, vt l. locum.
§. condemnatio. ff. de tabul. exhiben. Quandoque econ-
uerso actori competit ius de præsenti, quod speratur ab-
esse in futurum, & tunc habet locum materia l. si seruus.
in prin. ff. de condi. fur.

LEX II.

1 *Sententia incerta quando valeat, & qua necessaria? & nu. 3.*
2 *Opinio qua vult actum valere, in dubio tenenda.*
4 *Sententia incerta in actionibus generalibus an valeat?*
5 *Iudicem ex iis, quæ sibi constant ex actis iudicare debere.*
6 *Fideiussor an possit conueniri ante principalem?*
7 *Condemnatio ad damnum futurum incursurum quo casu fiat?*
8 *Stipulationis verba maximè quo ad personas, strictè intelligēda.*
9 *Certificatio in executione sententiæ facienda in casibus, in quibus incerta sententia ferri potest.*

1 Q*Vanquàm.* Si petitio † & prosecutio est incerta, potest
incerta ferri sententia. Hoc dicit. Vel sic: Sentētia,
qua pronuntiatur indemnitatem esse præstandam, valet.
Hoc dicit. Nota argu. quòd quando est quæstio solum su-
per obligatione ad interesse, non autem super quantitate
interesse, potest ferri sententia incerta. In gl. ista ibi, *su-
prà titu. j. l. cùm eorum.* Dic, Hoc dictum gloss. sequitur hic
Bartho. de Sali. & do. Francis. de Rampon. Videtur etiam
placere Bartolo in l. terminato. infrà de fruct. & lit. expē.
Ipse tamen Bart. hic tenet contrarium: dicit enim, quòd
quandoque agitur ad interesse, & potest in progressu iudi
cij certificari quantitas interesse, & tunc oportet ferri sen
tentiam certam, aliàs si esset incerta, non valeret, vt Insti.
de actio. §. curare. Et facit quod notatur in l. certi condi-
ctio. in prin. ff. si cer. pet. Quandoque autem nec in libel-
lo, nec in progressu iudicij potest certificari quantitas in-
teresse, & tunc valet sententia incerta, vt hic, & l. cùm eo-
rum. s. tit. j. Vnde dicit ipse, hic ponendum esse exēplum,
quando res publica incurreret aliquod damnum in præ-
teritum, & adhuc sperabatur eam incurrere damnum in
futurum, meritò poterit ferri sententia incerta, & pote-
rit in sententia venire tam ius præteritum, quàm futurū,
vt suprà l. proxi. & l. j. suprà de fideicom. Sed opinio præce
dens videtur mihi melior. Primò, quia ista lex, & l. cùm
eorum. suprà titu. j. loquuntur indistinctè, Bart. autem ni
mis restringit eas. Secundò, quia quotiescūque cadit ali-
qua probabilis dubitatio, an actus valeat, vel non, tenen
2 da † est opinio, quæ vult actum tenere. l. quoties in actio-
nibus. ff. de rebus dubiis. & l. quoties in stipulationibus.
ff. de verbo. obliga. Item pro hac opinione facit c. olim.
3 lo primò. extrà de resti. spol. Concludo ergo, † quòd valet
sententia incerta, quotiescunque actum est ad interesse, &
concurrunt duo. Primò, quòd actor in libello & in prose
cutione iudicij non petierit declarari quantitatem in-
teresse. Secundò, quòd fuerit contentio inter partes
super principali obligatione ad interesse, vt quia reus
negabat se promisisse interesse, vel se occidisse, vel vul-
nerasse seruum, vel alium, de quo erat quæstio. Et hoc
videtur esse de mente huius gl. aliàs videtur, quòd opor-
teat ferri sententiam certam, vt infrà l. proxima. & In-
stit. de action. in §. curare. Item per prædicta potest redu-
ci ad concordiam quædam alia contrarietas Barto. sci-
4 licet, vtrum † in actionibus generalibus, vt in actione tu
telæ, vel negotiorum gestorum, possit ferri sentētia incer
ta. nam Barto. hic videtur tenere quòd sic: sed cōtrarium
videtur tenere in l. j. in princip. ff. de eden. Sed dici potest,
quòd si fuit contentio inter partes super principali obli-
gatione, vt quia reus negauit se fuisse tutorem, curatorē,
vel gestorem, & actor non petiit certificari quantitatem,
ad quam teneretur reus ratione malæ administrationis,
valeat sententia incerta, per hanc legē, & dictā l. cùm eo-
rum. aliàs habeat locum opinio Barto. in dicta l. j. in prin
cip. ff. de eden. In gloss. ea. ibi, *aliqua parte actorum conti-
nere.* Idem notat glo. in l. quid tamen. in §. Pomponius. ff.
de arbit. contrarium autem notatur in l. proxi. Sed pro
concordia dic, quòd aut certitudo apparet in actis pro-
batoriis, vt ex cōfessione facta in iudicio, vel ex testibus,
vel ex instrumentis productis in iudicio, & habent locum
primæ glossæ, vt probatur infrà l. proxima. Aut sunt alia
acta, vt est libellus, & sunt positiones non confessatæ, & ca
pitula non probata, & tunc non valet sententia incerta,
nisi iudex expressè retulerit se ad illa acta, vt quia dixit,
Condemno talem ad id, quod est petitum in libello, vt l.
5 in summa. §. j. ff. de re iudi. Et per prædicta patet, † quòd
si iudex dixit sic, Condemno reum ad præstandum acto-
ri id, quòd apparet eum teneri sibi ex tali instrumento,
quod instrumentum non fuerat in iudicio productum, ta
lis sententia erit nulla: quia certa quantitas non apparet
declarata ex aliquibus actis probatoriis, vt infrà l. proxi.
Et hoc videtur de mente Barto ibi, & hoc videntur com-
muniter omnes sequi, licet Bald. & domi. Bartholo. de Sa
lice. videantur tenere contrarium, vt infrà l. proxi. Secus
puto, quando in sententia est expressa certa quantitas:
nam si iudex dicit sic, Condemno reum actori ad cētum,
ad quæ apparet eum teneri sibi ex instrumento talis no-
tarij, bene valebit talis sententia, licet instrumētum non
fuerit in iudicio productum: dicitur tamen esse iniusta,
& contra ius litigatoris lata, quia iudex debet iudicare
solùm ex iis, quæ constant sibi ex actis. l. illicitas. §. veri-
tas. ff. de offic. præsid. Et pro hoc facit quod no. Bar. in l.
6 si is ad quē. ff. de acq. hær. Extra gl. quæro, an † si aliquis
recepit à me mutuo mille, & Titius promisit me seruare
indemnem ab hoc contractu, & renuntiauit beneficio
de fideiussoribus, possit ipse Titius conueniri ante prin-
cipalem? Respondeo quod non: quia ipse Titius non est
propriè fideiussor, sed est obligatus solùm ad id, quod nō
potest exigi à principali. l. fina. ff. si certum petatur. Et ita
singulariter tenet Barto. in l. j. C. de cōueniendis fisci de-
7 bitoribus. libro x. Quæro quid si aliquis mutuauit † ti-
bi mille, & ego fideiussi pro te, & tu promisisti me conser-
uare indemnem ab hac fideiussione, & ego propter hoc
fui detentus in carceribus, an ego potero agere contra
te ex promissione indemnitatis? Baldus & Salicetus hic
tenent quòd sic, quia ego iam patior damnum, ex quo
propter hoc sum detentus in carceribus. Et sic hoc casu
poterit fieri condemnatio ad damnum de præterito, &
etiam ad damnum, quod in futurum potero incurrere
per hanc legem. Et hoc est satis de mente Bartoli hic. Et
notate hoc dictum, quia à contrario potestis colligere,
quòd si principalis non promisisset conseruare fideiusso-
rem indemnem, non posset fideiussor, etiam postquàm es
set in carceribus detentus, agere cōtra principalem: nam
solum potest agi in tribus casibus, de quibus habetur in
l. si pro ea. suprà, mandati. & in l. Lucius. ff. mandati vel
contrà. Quæro, quid si filiusfamiliàs fideiussit pro ali-
quo in mille, & ille promisit conseruare eum indemnem
ab illa fideiussione, & accidit filium capi, propter quod
pater volens eum liberare à carceribus, obliget se credi-
tori in ducentis, an competet filio vel patri actio ex illa
promissione indemnitatis ad illa ducenta? Respondeo
quòd non. etiam si iam sint soluta: filio enim non com-
petit, quia ipse non est passus damnum, quia damnum est
diminutio patrimonij. l. tertia. ff. de damno infecto. Sed
hic non est diminutum patrimonium filij, sed patris, &
licet filius speret succedere patri, tamen satis est quòd de
præsenti non est passus damnum. Idem illa spes non est
omninò certa, quia posset mori filius prius. Item posset
pater dissipare bona sua, iuxta notata in l. prima. suprà
de inofficiosis donationibus. Item patri non competit
actio, quia ille promisit conseruare indemnem filium, &
8 non patrem, verba autem † stipulationum strictè de-
bent intelligi, & maximè quò ad personas: quia personæ
extraneæ non debent subintelligi. l. quicquid astringen-
dæ. & l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verbor. obli-
gation. Et ita pridie respondi de facto. Vltimò dicit hic
9 Bartolus, quòd † in omnibus casibus, in quibus potest fer
ri sententia incerta, vt in iudiciis vniuersalibus, & in ca-
su huius legis, fiet posteà certificatio in executione sen-
tentiæ:

tentiæ: ita quòd summatim probabitur & declarabitur, quæ res sint in hæreditate, & quantum sit damnum. & allegat id quod no. in l.j. in prin. ff. de edendo. Facit ad hoc l. à diuo Pio. in §. si super rebus. ff. de re iudica. Et hoc dicit esse notandum pro instrumentis guarentigiatis, quæ guarentigia habent executionem paratam sicut sententiæ, in quibus instrumentis quandoque cótinetur obligatio incerta, puta ad interesse.

LEX III.

1 *Sententia non certa per se, nec per acta probatoria non valet, & quando procedat. nu. 2.*

1 HAc sententia. Sententia † non certa per se, nec per relationem ad acta probatoria, non valet. Hoc dicit. In gl. j. in fi. Contrarium videtur tenere gl. supra, l. proxima.
2 sed dic vt ibi dixi. Et adde vnum, scilicet, quòd illa † regula qua canetur, quòd sententia declaretur per acta probatoria, procedit, quando sententia esset nulla, nisi fieret declaratio per talia acta, vt in hac lege. Sed vbi sententia aliàs de se potest valere, verba sua debent strictè intelligi, nec debent verba sententiæ declarari per acta probatoria, vt l. j. infra, si plures vna sententia. Vlterius quæritur, quid si in casu huius legis, actor solum semiplenè probauerat intentionem suam? Respódeo quòd aut non erat sibi delatum iuramentũ necessarium, & tunc sententia erit nulla, aut erat delatum, & ipse iurat, & tunc valebit: quia illud iuramentum est suppletiuum probationis. l. admonendi. ff. de iureiurando. Et sic satis ex actis apparet, quantum reus debet actori.

LEX IIII.

1 *Iudex certam sententiã ferre potest, vbi incerta est ipso iure nulla*
2 *Sententia super dote incerta ferri non potest. fallit nu. 5.*
3 *Iudex ad quem ex eisdem actis validam sententiam ferre potest, cum Iudex à quo nullam pronuntiarit.*
4 *Sententia consentire videtur, qui non appellat.*

1 HAec sententia qua. Vbi sententia † incerta est ipso iure nulla, potest iudex aliam certam proferre. Hoc dicit.
2 Nota argumẽtum, quòd super dote † non potest ferri sentẽtia
3 incerta. Item nota argumẽtum, quòd si inferior † ordinarius tulit sententiam nullam, po. est superior ex eisdẽ actis ferre sententiam validam. de quo dic vt dixi in l. si præses. su
4 prà, quo & quando iudex. Item nota, quòd † non appellans à sententia, videtur ei cósentire. De quo notatur in l. ab eo. suprà, quo & quando iudex. Extra gl. dicit hic Bar. & in
5 rubrica ff. solu. matri. quod sententia † incerta lata super dote est nulla, quando per eius verba non apparet declaratum maritum recepisse aliquam dotem, vt fuit in casu huius legis. Sed si hoc fuit declaratum, vt quia iudex dixit, Declaro talem maritum recepisse dotem à tali, & condẽno ipsum ad eius restitutionem, valebit hæc sententia incerta. ratio, quia dos est ius vniuersale, sicut est hæreditas. l. quod dicitur. ff. de impensis. & ideo sufficit pronuntiatum esse super iure vniuersali, sicut videmus quòd sufficit declarari actorem esse hæredem talis, vt notatur in l. j. in prin. ff. de eden. & in l. ij. suprà in eo. ti. Et opinio Bar. communiter consueuit teneri, licet Salic. hic videatur tenere contrarium, & nullam mentionem fecit de Bartolo, de quo miror.

De sententiis, quæ pro eo quod interest, proferuntur. Rubrica.

In glossa rubricæ. in fine. Contrarium videtur tenere gloss. in lege quæ sequitur immediatè, in verbo, Impossibilitate cadat. quæ sentit, quòd sententia debet ferri certa. & allegat l. tertiã. suprà titulo primo. scilicet de sententia quæ sine certa quantitate prolata est, &c. Et illam glo. videtur tenere Barto. hic, & alter continuat rubricam: dicit enim quod suprà dictum fuit de sententiis in genere, & in specie, sed quia in proferendis sententiis super interesse, consueuerunt oriri multa dubia, meritò subnectitur hæc rubrica. Sed Bartholomæus de Saliceto defendit illam gloss. Et puto vtranque gloss. posse saluari per notata in l. secunda. supra titulo primo, & ibi plenè dixi de hac materia.

LEX VNICA.

1 *Prolixitas & infinitas euitande. nu. 7.*
2 *Venditio & locatio de contractibus certam naturam vel qualitatem habentibus dicuntur.*
3 *Iudex ex officio potest inquirere de certa significatione quantitatis interesse deducti in iudicium.*
4 *Interesse incertum in libello peti potest, & quare.*
5 *Libellus in quo petitur resarciri damnum illatum toleratur.*
6 *Interesse ex obligationibus vanis & multum remotis non considerabile.*
8 *Sententia condemnatoria non est ferenda super quantitate interesse non liquidata in causæ persecutione.*
9 *Pœna conuentionalis duplum communis interesse non excedat.*
10 *Interesse vbi in obligatione venit, quòd & damni & lucri perditi ratio habenda sit.*
11 *Circuitus vitandus.*
12 *Interesse quotuplex, & an interesse conuentionale sit propriè interesse? & nu. 13.*
14 *Interesse singulare communis interesse duplum excedere potest.*
15 *Contractus quod incertus dici possit. & si ibi sit cõmune interesse.*
16 *Damnum pro damni æstimatione accipi, vsus communis loquendi est.*
17 *Interesse quid.*
18 *Interesse singulare an veniat quando quantitas vel genus est in obligatione?*
19 *Contractus quando certam habere quantitatem dicantur?*
20 *Interesse singulare quando considerandum?*
21 *Intellectus l. in furti. ff. de furt.*
22 *Intellectus ver. Sancimus huius legis in quantum loquitur de contractibus in quibus dari est in obligatione.*
23 *Interesse in duplando quod attendendum? & nu. seq.*
24 *Interesse singulare quomodo petatur per hanc legem?*
25 *Legum correctio & emendatio, quantum fieri possit vitanda.*
26 *Interesse singulare venit in omnibus casibus in quibus conuentũ.*
27 *Interesse singulare quid?*
28 *Venditor emptori quando ad totum interesse commune teneatur?*
29 *Reus an & quando præcisè cogi possit ad factum, vel non? & numero sequen.*
31 *Iuramentum seruandum in forma specifica quando potest seruari sine dispendio salutis æternæ.*
32 *Obligatio, nisi post moram, ad interesse succedit.*
33 *Opinio quæ vult iuramentum in forma specifica seruandum esse, in dubio tenenda.*
34 *Lex vel statutum fieri potest, vt interesse quadruplum excedat.*
35 *Bartoli contrarietas.*
36 *Pœna an & quando tota exigi possit, vel non. & nu. seq.*
37 *Intellectus §. omnes. Institu. de actio.*
38 *Glossis in dubio standum.*
39 *Lucrum in interesse quod & quale veniat, vel non? vsque ad finem legis.*
40 *Principes ius alterius auferre non intendit.*



Vm pro eo. Casus. Interesse singulare in casibus habentibus certam quantitatem, vel naturam respectu sui, vel respectu correlatiui adiuncti, non potest excedere duplum communis interesse, vel conuenti, inspiciendo semper id, quod plus est: in casibus autem incertis totum interesse singulare veniet, dumtamen ex legitimis probationibus per subtilitatẽ iudicis declaretur, & nó ex vanis allegationibus. & habetur ratio interesse tam in lucro perdito, quàm in dãno illato, & pœnæ cõuentionales, & legales sunt etiam cõpetenter limitatæ. Hoc dicit secũdum intellectum, quem puto esse veriorem, & satis videtur esse de mẽte glossarũ. Et diuiditur hæc lex in octo partes secũdum Richar. & do. Bartho. de Sab. Nam primo exordiẽdo ponit occasionẽ legis condendæ. Secũdò statuit in casibus certis. Tertiò in incertis. Quarto proximum dictũ declarat. Quintò omnium prædictorũ rationẽ ponit. Sexto simile inducit. Septimò vnũ dubiũ remouet. Octauò cõcludit. Secũda ibi sancimus. Tertia ibi, in aliis. Quarta ibi, & non ex quibusdã. Quinta ibi, nedum. Sexta ibi, cum scimus. Septima ibi, hoc nó solùm. Octaua ibi, & sit omnibus. Nota, quòd † prolixi-
1 tates sunt amputãdæ. quod facit contra prolixos commen
2 tatores. Item nota, quòd † vẽditio & locatio dicuntur esse

de contractibus habentibus certam naturam, vel quantitatem, id est, æstimationem. Et sic notate, quod licet in aliquo contractu veniat factum, vt est patientia, quæ venit
in locatione, tamen ille cōtractus non dicitur habere naturam incertam. Et hoc ideo est quia certificatur per adiunctum correlatiuum, scilicet pensionē. Item nota ar-
3 gu. quod † iudex ex officio suo potest inquirere de certificatione quantitatis interesse deducti in iudicium. Itē no
4 ta argumentum, quod interesse † incertum potest peti in
libello quia declarare eius certam quantitatem non pendet à potestate actoris, sed à subtilitate iudicis. Item nota,
5 quòd † toleratur libellus, in quo quis petit sibi resarciri,
vel præstari damnum illatum: nam intelliguntur hæc verba secundum communem vsum loquēdi de æstimatione
damni illati. l. cùm de lanionis. §. asinam. ff. de fun. instru.
6 &c. Item nota, quòd † ex vanis allegationibus, & ex remotis multum, non debet considerari interesse: debet enim considerari solum arbitrio boni viri, & non ex ni-
7 mia rigorositate. Item nota, quod † infinitas est eui-
8 tanda in iure. Item nota argu. q † vbi quantitas interesse
non est liquidata in prosecutione causæ, non potest super
hoc ferri sententia condemnatoria: & si feratur, est nulla:
sed potius videtur reus esse absoluendus, quasi probatio
actoris sit obscura. Et hoc colligitur ex isto tex. in ver. nedum. iuncta gl. ibi posita. Item nota arg. ex ver. cùm sci-
9 mus. q pœna † cōuentionalis non potest excedere duplū
conuentionalis, vel communis interesse, sicut non potest
10 interesse singulare excedere duplum. Item nota, q † quotiescunque in obligatione venit interesse, videtur habēda
ratio interesse non solum damni dati, sed etiā lucri per-
11 diti. Nota, q † circuitus est vitandus. Et hoc probatur in
isto text. du dicit, in circuitus inextricabiles. & ad hoc ff.
de condi. inde. l. dominus testamento. In gl. j. ibi, *vt ff. de*
12 *actio. emp. l. j. in prin.* Istam opi. glossarū, q † sit triplex interesse, cōmuniter sequuntur antiqui, & Innoc. sequitur in c.
sacro. extrà de sen. excō. in gl. magna. & cum ea pertrāseo
13 propter authoritatem gl. Fateor tamen q † conuentionale interesse non dicitur propriè interesse, sed aut est pretium conuentum, vel merces conuenta: vt l. emptionē. §.
pe. ff. de act. emp. vel est pœna loco interesse cōmissa. l. fin.
ff. de præto. stipu. & Insti. de ver. obl. in §. fi. Et per hæc pauca verba reseco multa, quæ scribūt Bar. & Sali. super hoc.

In gl. ca. ibi, *etiam si duplum communis excedat* gl. potest
exponi sic, id est, supposito q aliquod commune interesse
hic caderet, putà quia secundum communem contingentiam casuum interesset tantum nuntium à Bononia ire
14 Romam, tamen interesse † singulare potest excedere duplum huius communis interesse. Vel potest intelligi glo. vt
15 loquatur propriè vt iacet: † nam potest contractus dici
esse incertus, licet ibi sit commune interesse, putà si aliquis promisit mihi liberè ædificare domum talis formæ
in tali loco, vel promisit hoc pro mercede incerta, putà
quia ex aduerso ego promisi ire pro eo Parisiis: nam hoc
casu commune interesse potest dici id, quod communiter interesset cuiuslibet fieri talem domum in tali loco.
Item aduerte, quia sicut gloss. vult, quòd hoc casu interesse singulare possit excedere duplum communis, ita multò magis puto, quod possit excedere duplum conuentionalis interesse, per istam l. in ver. in aliis autem. quæ loquitur indistinctè. Facit l. si quis à socio. cum l. sequenti.
ff. pro socio. Gloss. in verb. *possibile est.* in fine. Defendendo gl. dicas, quòd loquitur secūdum cōmunem vsum
16 loquendi, † secundum quem damnum accipitur pro æstimatiōe dāni, vt hîc, in ver. in aliis. Itē verba gl. in fi. debēt
accipi largissimè, vt sic cessare fieri intelligatur etiam,
quādo quis malè facit, quia cessat à viuendo honestè, vel
à reddendo ius suum vnicuique. l. iustitia. ff. de iusti. & iure. tamen propriè loquendo interesse prout accipitur in
hac materia, scilicet quod quotidie petitur in iudiciis, sic
17 potest diffiniri, Interesse † est æstimatio damni emergentis, & lucri cessantis, ex eo quòd quis malè facit, vel aliquid dare vel facere cessat. Et in hoc quod dicit, & lucri
cessantis, non videtur bene dicere: quia in lucro non debet considerari interesse, vt est casus, ff. de act. empt. l. si sterilis. §. cùm per venditorem. qui §. est contra hanc diffini
tionem, & etiam cōtra hunc tex. in ver. Et hoc. iuncto eo,
quod ibi notat gloss. super verb. id æstimandum. In gloss.
in ver. *quantitatem*. in fin. Dic, Exempla gloss. non videntur
18 procedere, quando quantitas † vel genus est in obligatione: quia tunc non videtur posse venire interesse singulare. l. nummis. ff. de in litem iuran. Et ideo doctores ali-
19 ter exemplificant text. scilicet, q † casus dicantur habere
certā quantitatē, qn̄ est in obligatione certa species, quæ
non habet certos fines à natura, sed à facto hominis, vt est
liber, vestis, vel domus, quę res dicūtur habere certā quantitatē, id est, æstimatione. sed dicātur habere certā naturā,
qn̄ in obligatione est species, quæ habet certos fines à natura, vt seruus, vel equus. Et hæc exempla sunt bona in se.
Dicuntur etiam habere certam quantitatem, quando in
obligatione venit aliquod factum, quod videtur certificatur per correlatiuū adiunctum, putà, si aliquis locauit mihi fundum suum pro decem florenis, nam ipse est
obligatus ad patientiam. l. ex conducto. in princip. ff. loca. Idem est si aliquis cursor locauit mihi operas suas in
eundo Parisiis pro decem florenis, vt est casus in hac lege. Nec obstat prædictis quod not. gloss. infrà in versic. in
aliis. in verbo, incerti. quia illa glos. debet restringi, quando obligatio, in qua continetur factum vel non factum,
non declaratur per correlatiuum adiunctum, vt quia aliquis hoc factum promisit liberè ex causa donationis, vel
quia aliquis promisit pro me ire Parisiis, quia ego pro eo
promisi ire Romam: tunc enim contractus dicitur habere naturam incertam, & maximè quando est factū, quod
non est vniformiter vtile omnibus, vt est ire Romam. Idē
tamen puto, si sit vniformiter vtile communiter, vt est scribere librum, vel construere domum in tali loco: nam adhuc contractus dicetur habere naturam incertam, quando non certificatur per correlatiuum adiunctum, vt quia
quis hoc promisit liberè, vel pro mercede incerta, putà, vt
aliquis pro eo iret Romam. Et hanc opinionem tenuerunt Barto. Bald. & Salice. ac bene dicunt in se. Aduertendum tamen est, quia exempla gloss. quatenus loquuntur, quando quantitas, vel genus est in obligatione, possunt sustineri in vno casu, scilicet, quando habenda erat
ratio etiam interesse extrinseci, putà, quia promiseram tibi dare decem cados olei, vel hominem, vel equum in genere, & tu idem promiseras alteri sub pœna perdendi codicem tuum, vel sub pignore codicis tui, hoc acto, quòd
si nō satisfaceres in termino, statim posset vendi: & ita factum fuit, tunc enim interesse tuum singulare, quod habebas in codice, in quo habebas magnam memoriam,
non poterit excedere duplum communis interesse. In
quibus autem casibus veniat interesse extrinsecum, infrà
dicam post glossam. Et ista defensio gloss. fuit de mente
Salice. hic, Bartol. tamen hic videtur sustinere aliter vltimum exemplum glos. nam dicit, quòd quando homo vel
equus in genere, est in obligatione, debetur mediocris. l.
legato generaliter. ff. de legatis primo. & ideo est aliquod
imaginarium, in quo cadit affectio, & sic singulare interesse. Sed dictum Bartol. non videtur mihi procedere, nec
posse exemplificari, nisi restringas eum, quando electio
erat creditoris, & ipse elegit hominem, in quo habebat
affectionem, qui tamen erat mediocris inter alios seruos. Vnum etiam addo, quia puto quòd contractus vel
casus dicantur habere certam naturam, quando in obligatione, vel officio iudicis venit hoc factum, scilicet, rem
restitui. Et hoc videtur fuisse de mente gloss. hic, in verb.
casibus. hoc ideo, quia cogitur quis præcisè ad restituendum, sicut ad dandum. l. qui restituere. ff. de rei vendicat.
Item quando in obligatione venit æstimatio damni dati in certa specie, vt libro, vel seruo, vel peremptionis
totalis illius rei, satis ille casus dicitur habere certam
quantitatem. Et hoc fuit hîc de mente gloss. in verbo,
casibus. & in verbo, contractibus. In gloss. *contracti-*
20 *bus.* ibi, *item in maleficiis.* Potest † poni exemplum, Si ago
contra te actione legis Aquiliæ, quia tu per dolum, vel
culpam combussisti codicem meum, qui communiter
valebat decem, sed propter meum interesse singulare
valebat mihi quinquaginta, quia tunc potero consequi
solùm viginti. Item potest poni exemplum in seruo occiso.

ciſo. Puto tamen quòd quia lex Aquilia habet oculos
retrò,vt l.idem Neratius.§.idem Iulianus.ff.ad le.Aquil.ſi
iſte ſeruus tempore percuſsionis valebat decem cõmuni-
ter,ſed in aliqua parte anni præcedētia valuit quindecim
communiter,intereſſe meum ſingulare poterit æſtimari
vſque ad triginta. Sic ergo totũ illud,quod poteſt peti ra-
tione communis intereſſe,etiam habendo reſpectum vſ-
que ad annum retrò,eſt id, quod veniret duplandũ. Nec
obſtat prædictis l.in furti actione. in princ.ff.de fur. quia
21 † illa lex loquitur de intereſſe ſingulari affectionis,ex quo
nulla habetur vtilitas,cuius non habetur ratio,etiã con-
tra doloſum,vt ibi not.per gl.& probatur in l.ſi ſeruũ.ff.
ad leg.Aquil.Secus eſt, ſi ſit intereſſe ſingulare, ex quo ſe-
quatur vtilitas pecuniaria,vt eſt quando quis habet me-
moriam in libro,vel affectionem habet ad ſeruũ,qui no-
uit omnia facta ſua.Idem eſt etiam in quaſi maleficiis.vt
ſuprà notauit gl.in ver.caſibus.& patet exemplum,quãdo
ſeruus meus,vel liber meus eſt deſtructus , ex eo quod eſt
deiectum,vel effuſum.l.j.§.j.ff.de his qui deiec. In gl.ea.
ibi, *debere tradi ex contractu*.Dic,Iſta gl.quia ſita eſt in pri-
ma parte huius legis,debet intelligi,quãdo caſus dicitur
habere certam naturam,vt eſt quãdo traditio venit in vẽ
ditione,vel quando quis promiſit tradere mihi fundũ pro
decem corbibus tritici.Sed ſi aliquis liberè promiſit mi-
hi tradere fundum,tunc contractus dicetur habere natu
ram incertam,vt l.ſtipulationes non diuidũtur.ff.de ver.
obl.& ideo veniet tunc intereſſe ſingulare,quantũcunque
ſit,vt hîc,in §.in aliis. In gl.ea.in fi.Dic,Iſta gl. cõmuni-
ter tenetur.Et de hac materia vide pleniſsimè per Bar. in
l.ſtipulationes non diuiduntur ff.de verb.obl. Et per hoc
videtur quòd iſta lex in verſi.ſancimus.quatenus loquitur
22 † de cõtractibus,in quibus dari eſt in obligatione, vide-
tur reſtringenda ad contractus innominatos, in quibus
ſuccedit obligatio ad intereſſe, vel ad actiones arbitra-
rias,in quibus venit intereſſe etiam extrinſecum.l.iij.§.fi.
ff.de eo quod cer.lo.Poteſt etiam dici,quòd iſta lex habeat lo
cum,quando dari eſt in obligatione,& actio eſt arbitra-
ria,tũc enim licet intereſſe non veniat ibi iure obligatio-
nis,& actionis,tamen poteſt venire officio iudicis,vt pu-
ta,ſi reus eſt contumax in dando mihi ſeruum, vel librũ,
ad quem eſt condemnatus:nam licet poſsim eum facere
cogi præcisè ad dandum,ſi ipſe habet illum, faciẽdo ſibi
auferri manu militari,tamen adhuc poteſt fieri executio
ſententiæ in intereſſe meo.arg.l.à diuo Pio.in prin.ff.de re.
iudi.Item officio iudicis veniet intereſſe,vbi ſpecies dari
non poteſt,vt quia eſt perempta poſt moram rei.l.ſi ſer-
uum.§.fi.ff.de ver.obl.Et in his caſibus habebit locũ iſta
lex,quod intereſſe ſingulare non poterit excedere duplũ
cõmunis intereſſe,vel conuenti,vt infrà dicetur. In gl.in
verbo, *dupli*. ibi, *Nec vnum nec aliud: quod plus eſt*.Intellige quòd
23 mens gl.ſit,quòd † ſemper in duplãdo attẽdatur id, quod
eſt plus. Vnde ſi commune eſt plus, quàm conuentum, du
plabitur commune.Et hoc expreſsè tenuit hic glo.j. Sed ſi
commune eſt minus, vt quia ſeruum valẽtem decem,emi
pro quindecim,tunc in duplando inſpicietur intereſſe cõ
uentum.Et ita tenuit Richar. de Sali.& bene. Et hanc opi
nionem ſic confirmo.Conſtat quòd per iura vetera Dige
ſtorum,& Codicis ante iſtam legem quæ fuit Iuſtiniani,
24 totum intereſſe ſingulare † poterat peti & exigi,dummo
do de illo poſſet plena probatio fieri.l.j.ff.de act.emp.& l.
venditor.ff.de euictio.& l.fi.ff.de pręto.ſtipula.niſi ſolùm
in caſu ſingulari l.Titius.§.fi.cum l.ſequen.ff.de actioni.
emp.Sed per iſtam legem facta eſt reſtrictio,vt non poſsit
exigi vltra duplum in caſibus habentibus certam quan-
titatem vel naturam.Cum ergo hîc non dicatur quid ſit
duplandum,id eſt accipiendum pro ſimplo,debet textus
taliter intelligi,quòd minus reſtringantur,& limitentur
iura vetera,quàm fieri poteſt,argumento l.non eſt nouũ.
cum l.ſequen.ff.de legibus Facit l.ſancimus.ſuprà de te-
ſtamentis. Intelligatur ergo vt inſpiciatur id, quod eſt
plus,ſiue ſit conuentum,ſiue ſit commune intereſſe. Item
quia in dubio in conſulendo & iudicando ſtandum eſt
opinioni gloſſ. vt carotio:vt notat Bal.Richar.& Bartho.
de Salice.in l.ij.ſuprà titul.j.& Butrig.in l.j.ſuprà qui pro
ſua iuriſdictione.Barto.tamen hîc poſuit quartam opi-
nionem,ſcilicet,quòd commune intereſſe ſemper debeat
attendi in duplando,& non conuentum, niſi quando eſt
caſus,in quo nullum cõmune intereſſe inuenitur,ſed ſo-
lum conuentionale, vt quia aliquis locauit mihi operas
ſuas pro decẽ aureis in eundo pro me Pariſius, tunc enim
decem duplabuntur.Quinta eſt opinio, quòd commune
intereſſe veniat duplandum, quãdo ibi nullum eſt inter-
eſſe conuentum. Sed ſi eſt ibi intereſſe conuentum. tunc ſi
illud eſt maius,quàm cõmune, debet attendi cõuentum.
Et eodem modo ſi ſit minus, quàm cõmune,debeat atten
di ſolum commune.Et hanc opinionem tenuit hic Bar-
tholomæus de Saliceto.Sexta eſt opinio quorundam,qui
volunt,quòd vbi concurrit commune intereſſe & conuẽ-
tum,inſpiciatur ſemper id quod eſt minus, ita quod in-
tereſſe ſingulare non poſsit duplum illius excedere.Et hac
forma intelligunt iſtam gloſſ.quæ copulatiue videtur re-
quirere quòd neutrum poſsit excedi. Pro quibus facit l.
ſemper in ſtipulationibus.ff.de regulis iuris.& regula, in
obſcuris.de regulis iuris.in vj. Sed quicquid iſti dicant,te
neas tecum gloſſ.vt dixi,ſcilicet,quòd dupletur ſemper il
25 lud intereſſe quod plus eſt,vt euitetur † legum veteru cor
rectio,& limitatio quantum fieri poteſt,argumento l.ſan
cimus.ſuprà de teſtamen.& l.præcipimus.in fine. infra de
appellatio.& l.non eſt nouum.ff.de legibus, cum ſimilib.
In gloſſ.ead.ibi, *pacta ſeruabo*. Intellige glo.quando ven-
ditor petit pretium conuentum. Sed è conuerſo emptor
non poteſt repetere pretium,ſi res ſibi non tradatur.l.ea
conditione.ff.de reſcinden.vendi.Secus ſi res euincatur.
l.emptorem.§.penulti.ff.de actio.empt. Item limita, niſi
interuenerit læſio vltra dimidiam.l.ij.ſuprà de reſcinden.
vendi. Itẽ niſi petatur pœna promiſſa loco intereſſe, quia
tunc aliquando iſta non poteſt peti in totũ certa. Quod
dic vt infrà dicetur ſuper gloſſ. in ver.proferuntur. In
26 gloſſ.ea.ibi, *qui dicuntur hac l.* Vel dic,quòd ſingulare † ve
nit in omnibus caſibus,in quibus commune. Et hoc ſen-
ſit gloſſ.ſupra proxi.ſi tamen ſint res aptæ natæ ad capien
dum ſingulare intereſſe: vbi enim non eſſent aptæ natæ,
non poſſent venire,vt eſt pecunia,vel frumentum,vel vi-
num,quando eſt in obligatione.l.nummis.ff.de in litem
iuran.Et prædicta procedunt,quando intereſſe ſingulare
venit plenè probandum per teſtes. Vbi autẽ veniret pro-
bandum ſolo iuramento petentis, tunc regula eſt vera.
Fallit in quibuſdam caſibus,qui ponuntur in l.in actio-
nibus.ff.de in litem iuran.& ibi pleniſsimè habetur de
hac materia per Barto. In gloſſ.ead.ibi, *dummodo infra
duplum*.Vel dic,& melius,vt not.infrà,in ſolutione proxi-
mi contrarij. In gloſſ.ea.ibi, *hic de ſingulari*.Dic,gl.opti-
mè loquitur.nam intereſſe ſingulare,vocatur illud, quod
27 † venit propter aliquam vtilitatem inhærentem perſo-
næ,ita quod ad aliam perſonam tranſire non poſſet, ver-
bi gratia,Habeo librum,in quo habeo memoriam meã,
& poſui additiones de manu mea: propter hoc iſte liber
eſt mihi carior ſingulari æſtimatione , quæ non poſſet
tranſire ad alium: non enim memoria mea in vno libro
poteſt eſſe alterius,vt pateat ad ſenſum. Facit l.prima.§.
ne autem.ſuprà,de caducis tollend.Sed intereſſe commu
ne dicitur eſſe ſiue ſit intrinſecum,ſiue ſit extrinſecum, &
dicitur eſſe illud,quod potuiſſet tranſire ad quemcunque
alium. Vnde ſi quis vendidit mihi tignum vitioſum,
quod ego appoſui in domo quæ ruit,ex quo ſum damni-
ficatus in centum: hoc dicitur eſſe intereſſe commune,
nam potuiſſet tranſire ad quemlibet, qui emiſſet tale ti-
gnum,& in domo ſimili, vel maioris pretij poſuiſſet, ſe-
cundum Bartolum,& bene. In gloſſ.eadem.ibi, *corrigit
illas*. Vel dic & melius, quòd non corrigit,quia legum cor
rectio eſt euitanda, ſed limitat eas: dicit enim eas non
habere locum in vendente ſciente imminentem caſum
28 euictionis. nam venditor, † qui ſcienter vendidit arcam
alienam,vel ſeruum alienum,vel ſeruum,quem erat roga
tus manumittere,tenetur emptori euictione ſecuta ad to
tum commune intereſſe,etiam extrinſecum,etiam ſi ex-
cedat duplum pretij,quo fuit res empta, vt l.idemque.§.
in omnibus.ff.de action.empt.Sed vbi venditor fuit igno
rans,tunc habet locum d.l.Titius.§.vna.cum l.ſeque.Ex
quibus legibus poteſt dari talis doctrina , quòd quoties-

cunque euincitur res vendita,& tradita emptori,si vendi
tor non fuit in dolo, non posit emptor petere interesse
suum vltra duplum pretij, quo emit rem. Hoc tamen est
intelligendum, quando interesse creuit ex facto empto-
ris,vt quia fecit magnas expensas in erudiendo seruum,
vel in faciendo ædificium in area empta, & hoc ne ex fa-
cto emptoris contingat venditorem grauari in immen-
sum,alias autem habebit locum regu.l.venditor.ff.de eui
ctio.scilicet,quòd emptor re euicta potest actione ex em-
pto consequi totum suum interesse commune,etiam ex-
trinsecum. Et hoc tenuit hic Bartholo.de Salice. & bene.
Reliqua autem de materia interesse extrinseci dicentur
infrà post glossas. Venio modò ad gloss.§.in alijs au-
tem casibus. In gloss.j.ibi. *ff.de verbo oblig l.quoties*. Hoc
est limitandum per ea,quæ dixi suprà super gloss.in verb.
quantitatem. In gloss.ead.ibi, *singulare vel commun*. Ista
gloss.communiter reprobatur, quia regula est potius in
29 oppositum,quòd † reus non potest cogi præcisè ad fa-
ctum,quod est in obligatione hominis,vt l.in stipulatio-
nibus.§.operarum.& l.stipulationes non diuiduntur. in §.
Celsus.ff.de verbo.obliga.& l.siquis ab alio.§.fin.ff.de re
iudi.De qua materia,quia est longa valde, remitto ad no
tata per Barto.in d.l stipulationes non diuidūtur.in viij.
q.Vnam tamen limitationem notabilem non omitto, vi
30 delicet quòd † quotiescunque quis obligauit se ad factū,
& iurauit hoc facere, potest cogi præcisè ad factum, &
sic ad obseruantiam iuramenti in forma specifica. Et
ita tenuit Bal.& do.Barthol.de Salice.in hac lege. Allegat
Bal.ad hoc glos.singularem in l.si pecuniam. in princ.ff.
de condict.ob cau.in verbo,necesse habeas. Item allegat
31 Salic.rationem, quia regula est quòd † omne iuramen-
tum est seruandum in forma specifica,quod seruari potest
sine dispendio salutis æternæ,vt in cap.cùm cōtingat.ex-
trà de iureiuran.Hanc etiam opinionem tenet Anton. de
Butr.in c.veniens.extrà de iureiuran. vbi dicit hoc fuisse
ibi de mēte Inno. Et hæc opinio videtur mihi vera. & pro
ea bene facit cap.ex rescripto.& c.quanto.extrà de iure-
32 iuran. Item pro hoc facit ratio, quia non potest † succe-
dere obligatio ad interesse,nisi post morā, vt d.§.Celsus.
cum simi. Sed non est dubium, quòd ille qui est in mora,
in non faciendo factum, quod promisit, incurrit periu-
rium.ergo cogendus est ad desistendum ab illo periurio,
vt dicto c.cùm contingat.cum simi. Præterea si fauor vl-
timæ voluntatis operatur hoc,quòd quis potest cogi præ
cisè ad factum,vt l.fideicommissa.§.fi.ff.de lega.iij.mul-
tò magis fauor religionis,id est,iuramēti,hoc debet ope-
rari. Præterea dato quòd super hoc passu inuenirētur ali-
31 quæ opininnes variæ,in dubio seruanda est illa, quæ vult
iuramentum in sui forma seruari,nisi papa aliud decla-
ret,vt in c.venerabilem.in fi.extrà de elect.& not.gloss.in
c.petitio.extrà de iureiurando.& doct.in c.quanto. extrà
de iureiurando. In gloss.in verbo, *subtilitatem*. in fi.Dic,
Ista glos.optimè loquitur,& communiter tenetur per do-
ctores. In gloss.in verbo, *re vera inducitur damnum*. in fin.
Prima ratio communiter tenetur, & non secunda per l.
in seruorum.§.fi.ff.de pœn. In glos.in verbo, *impossibili-
tate cadat*. in fi. Contrarium videtur tenere hic gloss. super
rubri. Sed dic vt dixi in glos.ij.suprà,titu. primo. Nunc
venio ad gl.§.cùm scimus. In glos.i.ibi, *vel sic meritò*. Ista
videtur esse melior continuatio, & sic Imperator probat
dictum suum per simile. In glos.in verbo, *proferuntur*.ibi,
quæ quadruplum non excedit,id est,non reperitur excedere. non
34 tamen † prohibetur legem vel statutum,super hoc posse
fieri,nec quòd imponatur pœna octupli, vel decupli. Et
quòd hoc posit fieri,probatur.xij.q.ij.c.in leg.& ca.cum
deuot.& xvij.q.iiij.c.si quis domum. In gloss.ead.in fin.
35 Bar.super hac materia † videtur sibi contrariari in l.stipu
latio ista habere licere.in princ.& in §.alteri.ff.de verbo.
obliga.vel saltim videtur sentire vnum valde absurdum,
scilicet quòd in casibus incertis,in quibus singulare inter
36 esse non est limitatum,posit † peti pœna etiā octupli vel
decupli:in casibus verò certis non posit pœna promissa
per nomina multiplicatiua peti vltra duplum,per hanc le
gem,in ver.cùm scimus.iuncto principio huius legis,nisi
simplum quod venit et multiplicandum,esset omnino cer
tum,vt quia vēditor se obligauit,se non traderet rem,vel
euinceretur,ad quadruplum, vel sexcuplum pretij, quo
empta est,tunc enim tota potest peti.l.si dictū.& l.si plus.
in prin.ff.de euictio.Sed hæc opinio applaudit mihi,quia
magis sub inuolucro verborum posset quia sub inuolu-
cro verborū posset quis decipi in casibus incertis, quàm
in casibus certis:& ideo puto & consulendo & iudicando
standum esse sententiæ glos.quando in obligatione est ad
quam pecuniam,vel res,quæ consistunt in pondere, nu-
mero,vel mensura,tūc enim si pœna est promissa per no-
mina non multiplicatiua,tota potest exigi,vt in §.alteri.
allegato in gloss.& l.si quis pro eo.ff.manda. Hoc tamen
fortè potest limitari, nisi pœna esset adiecta obligationi
ex causa lucratiua: quia tunc fortè non posset excedere
valorem quingentorum aureorum,quomodocunque, &
per quæcunque verba apponatur.l.si quis argentum. & l.
sequen.infrà de donatio. nam sicut principalis obligatio
dicitur esse ex causa lucratiua,ita & pœnalis, quæ est ac-
cessoria. Aut pœna est promissa per nomina multiplica-
tiua,& tūc semper potest peti vsque ad quadruplum illius
interesse,quod posset actor petere,vt l.si dictum.in princi.
ff.de euict.& l.fina.suprà de sponsalibus. Vltra quadruplū
verò non poterit exigi. Et pro hoc facit dicta l.fi. & dicta
l.si dictum. Item pro hoc facit iste tex.in ver.cùm scimus.
nam hic nihil repetiit de duplo,sed simpliciter dixit de
competenti moderamine. Et si exponatur verbum,&,pro
id est,idem sonare videtur text. quòd sicut pœnæ legales
applicandæ actori sunt conclusæ certo fine,scilicet,vsque
ad quadruplum,vt Instit.de actio.in §.omnes. ita hoc sit
competens moderamen ad pœnas conuentionales. Item
37 dictus §.omnes.loquitur † indistinctè,siue pœna impona
tur ab homine,siue à lege. Item iste textus in ver.cùm sci-
mus.simul loquitur de pœnis legalibus & conuentionali-
bus,ergo pariter videntur modificatæ,argu.l.iam hoc iu
re.ff.de vulg. & pupil. Et hanc opinionem,quam tenet gl.
hic,tenet etiam glos.in dicta l.si dictum. & sequitur Dyn.
Institu.de actionibus.in §.omnes & Buttriga.& Rayne. de
Forlinio hic, & sic puto obseruari in practica. Facit pro
hoc,quod notant Doctores in l.ij.suprà titu.j.vbi dicunt,
38 † quòd in dubio standum est glosis tanquam carocio. Ra
tio autem diuersitatis potest assignari secundum Rayn.
quia vbi pœna est promissa per nomina multiplicatiua,
& excedit quadruplum,tunc vitium est expressum,& ideo
vitiatur stipulatio,quatenus excedit:secus est,quando vi-
tium non est ita clarè expressum. argu.l.expressa nocent.
ff.de regu.iur.& l.nonnunquam.ff.de conditio. & demon
stra. Prædicta omnia limitari possunt,nisi quis se obliga-
uerit ad pœnam quintupli,vel maiorem cum iuramento,
quia tunc propter iuramentum cogetur soluere totum.
Et sic tunc standum erit sententiæ Vltramontanorū, per
doctrinam dicti ca.venerabilem.de electio.de qua suprà
feci mentionem. Vbi verò in obligatione principali esset
quantitas,vel aliud cōsistens in pondere,numero, vel mē
sura,tunc est materia l.cùm allegas.suprà de vsuris. & l.
Iulianus.§.idem Papinianus.ff.de actio.empt. de qua re-
mitto ad notata per Bar.in d.§.alteri. Et adde quod ipse
notat in l.cùm seruus.ff.de condictio. & demon. In gl.
fi.in fi.Dic, Communiter tenetur contrarium, vt euitetur
correctio:& etiam quia ista lex in fine videtur sonare, q
idē iuris sit hodie,quod olim erat. Et ideo super hac ma-
teria adhærendo verbis Bart.aliquibus additis conclude
39 sic,quòd † quoddā est lucrū, quod contingit circa ipsam
rem,vt quia auctus est valor rei,& tunc illud venit:nam ha
betur ratio quanti plurimi res fuit à tempore moræ vsque
ad sententiam.l.vinum.ff.si cer.peta. Quoddam est lucrū
proueniens ex re ipsa,in quo natura sola operatur, vel na
tura & industria hominis simul,vt sunt fructus & partus,
& tunc recurre ad notata plenè in l.si filius.§.j.ff.de verb.
obliga. Quoddam est lucrum, quod venit extra rem, &
tunc aut non poterat acquiri siue iniuria alterius, vt est
lucrum vsucapionis,& illius ratio non habetur.l.si is cui.
ff.de fur. Aut poterat acquiri sine iniuria alterius, & tunc
aut illud lucrum comitatur rem penes quemcunque va-
dat,& illius habetur ratio.l.venditor.ff.de euictionibus.
& l.si quis vxori.§.penultimo.ff.de furt. Quoddam est lu-
crum,

crum, quod non sequitur rem penes quemcunque vadat, in quo principaliter operatur industria hominis, vt est lucrum mercantiæ, & tunc aut ille, qui petit, non consueuit tali modo lucrari, putà, mercari per se, vel dare suam pecuniam mercatoribus ad partem lucri, & damni, & talis lucri ratio non habetur, tanquam vani interesse. l. si stipulet. §. cùm per venditorem. ff. de actio. empti. Et ita tenuit Bar. hic. Aut consueuit tali modo lucrari, & tunc habetur ratio talis lucri. l. iij. §. fi. ff. de eo quod certo loco. secundum Bar. hic. Sed hoc vltimum videtur esse contra casum l. fi. ff. de pericu. & commodo rei venditæ. Vnde in hoc vltimo puto sic distinguendum, quòd aut in obligatione erat quantitas, & actio erat talis naturæ, quòd poterant vsuræ venire ex mora, & tunc non habetur ratio talis lucri, vt d. l. fi. Satis est enim, quòd est prouisum actori de vsuris legalibus, vt dicit textus in d. l. fi. Aut non poterant venire vsuræ ex mora, & tunc aut loquitur in casibus, in quibus succedit obligatio ad interesse, vt est, quando factum est in obligatione, vel quando dari est in obligatione ex contractu innominato, & tunc habetur ratio talis lucri, vt est textus in l. si commissa. ff. rem ratam hab. Et ita intelligi debet lex nostra in fine. Aut loquimur in aliis obligationibus, in quibus nõ succedit obligatio ad interesse, & tunc si sint arbitrariæ, habetur per officium mercenarium iudicis, ratio talis lucri, vt d. l. iij. §. fin. ff. de eo quod certo loco. Idem potest dici, si actio sit bonæ fidei. l. quicquid. supra arbitrium tutelæ. Facit pro hoc l. in bonæ fidei. ff. de eo quod certo loco. Et ideo puto, quòd quia per Canones vsuræ sint correctæ, sit correcta dicta l. fi. ff. de periculo & commodo rei venditæ. Et sic licet vsuræ peti non possint, poterit peti interesse a tempore moræ, & lucri perditi. Facit pro hoc quod notatur in c. conquestus. extrà de vsuris. Aut loquimur in aliis actionibus meri stricti iuris, & tunc habetur ratio talis lucri, vt l. quod si Ephesi. in prin. & ibi notatur per glos. & Bart. ff. de eo quod certo loco. Itẽ probatur ratione. quia si non habetur ratio lucri fructuum, qui proueniunt ex re, nisi post litem contestatam regulariter, vt l. videamus. §. si actionem. ff. de vsuris. & l. cum fundus. in prin. ff. si cer. petatur. multò minus habenda erit ratio lucri negotiationis. Quandoque autem quis non tenetur alteri in aliquo, & tunc si auferat alteri lucrum, quod ille percipiebat à natura ex terreno vicini, nõ habetur ratio talis lucri. l. Proculus. ff. de damno infecto. Secus est, si quis lucrum licitè percipiebat ex loco publico: quia tunc non debet quis aliquid faciẽdo in loco publico, auferre sibi illud lucrum,
40 etiam si super hoc habeat rescriptũ principis: † quia non videtur esse intentionis principis auferre alteri tale ius, vt l. secunda. §. meritò. ff. ne quid in loco publico. Similiter in actione, in qua ex misericordia venitur ad contributionem, vt propter tempestatem maiorem, non habetur ratio lucri, sed damni, vt l. ij. §. ratio. ff. ad legem Rhodiam de iactu.

Aliqua hîc videntur deesse.

Si à non competenti iud. iud. esse dicatur. Rub.

LEX I.

1 *Sententia à non suo iudice lata, est nulla.*
2 *Iudex delegatus super vna re, de illius rei accessorijs cognoscere potest.*

1 IVdex. † Sententia à non suo iudice lata, est ipso iure nulla. Hoc dicit totus titulus secundum
2 Barto. Nota. † quod iudex delegatus super vna re, potest pronuntiare super iis, quæ accessoriè pertinent ad eam rem. In glo. j. ibi, *l. Paulus* Nota ex ista glo. quòd l. Paulus, quæ vult, quòd post diffinitiuam possit iudex supplere eadem die super accessoriis, habet locũ etiam in iudice delegato. Et ita tenet hîc Bartholomæus de Salice. Et facit pro hoc capit. cum appellationibus. de appella. libro vj. Secundò nota ex hac gloss. quòd si alicui fuit delegata causa super certo fundo, potest iste condemnare etiam de expensis & fructibus perceptis, factis vel perceptis ante litem contestatam. Talia enim accessoria veniũt à principali re petita, & accessoriè peti possunt, vt notatur in l. fundi. ff. de exceptione rei iudicatæ. Facit l. certum. suprà de rei vendicatione. Hoc tamen intelligendum est, quando talia accessoria quæ exorta fuerunt ante litem contestatam, fuerunt petita in libello, aliàs iudex etiam ordinarius non posset se de illis intromittere tanquam de accessoriis, vt l. ædiles. §. item sciendum. ff. de ædil. edi. & l. partũ. ff. de vsuris. Sed in accessoriis, quæ emergunt post litem contestatam, potest condemnare, etiam si non fuerit petitum in libello, nec etiam in actis posteà factis, vt d. §. item sciendum. Et vide quod not. Inn. in rub. extrà de re iudi.

LEX II.

1 *Sententiam nullam esse declarari petere posse eum, in quem lata est.*
2 *Appellari à sententia nulla, & si nullum sit interesse, posse.*

1 SI militaris. Summata est cum præcedenti. Nota, † quòd is, contra quem lata est sententia nulla, potest petere declarari illam esse nullam. Item nota argumẽtum, quòd
2 † a sententia nulla potest appellari, licet non sit necesse. Et hoc colligitur ex illa implicatiua, Etiam. Et vide quod dixi in l. j. C. de sen. ex periculo recitand.

LEX III.

1 *Cognitio & decisio causæ diuersa sunt.*
2 *Iudex datus super proprietate, potest & de possessione cognoscere.*
3 *Sententia possessorij, præiudicij nihil petitorio afferre.*

SI de proprietate Summata est cũ prima huius tituli. No-
1 ta, quod cognitio † & decisio sunt diuersa: & sic is, cui est cõmissa cognitio causæ, non potest diffinitiuam proferre. Et vide quod notat Bar. in l. à diuo Pio. in prin. ff. de
2 re iudi. Item nota argumentum, quod, iudex datus super proprietate, potest cognoscere & pronuntiare super pos-
3 sessione. Item nota, quòd † sententia lata in possessorio, non præiudicat in petitorio. In gloss. j. in fin. Istam glo. sequuntur hic Barto. & Ioan. & Vincentius. & Ioan. & do. Ant. de But. in cap. j. extrà de sequest. posses. & fruc. Et nota, quod cauda huius glossæ debet intelligi, quando apparet ex rescripto. quod fuit commissa quæstio proprietatis. Nec est necesse, quòd in rescripto sit dictio taxatiua, Tantum, vel similis, putà, quia in supplicatione continetur qualiter talis possidet talem fundũ, qui est meus, quare, &c. ordinarius verò commisit alicui, vt iustitiam faciat. Vbi verò delegatur simpliciter causa super quæstione alicuius rei, in dubio videtur commissum tam possessorium, quàm petitorium, vt est textus in d. cap. j. & notant Domini de Rota in conclusione ccclxxxviij. vbi dicunt, quòd si aliquis conquestus fuit Papæ, qualiter talis spoliauit eum tali castro, quòd supplicans asserebat ad se pertinere, & Papa commisit alicui, vt faciat iustitiam, videtur commisisse nõ solum causam possessorii, sed etiam petitorii.

LEX IIII.

1 *Exceptio quæque quòd coram arbitro oppom posse, contra Baldum & Salicetum.*
2 *Appellatione à sententia censura ecclesiastica an & quando tollatur vinculum, vel non, & quid operetur? & nu. 4.*
3 *Sententia censura ecclesiastica quæ dicatur: & quæ sententia dispositionis seu priuationis?*

VT in priuatorum. Summata est cũ lege prima, suprà eo-
1 dem titulo. Extra glossam dicit hic Baldus, † quem sequitur Salicetus, vnum incidenter, quòd sicut reconuentio non habet locum coram arbitro compromissario, vt in cap. cùm dilectus. extrà de arbitris & no. Barto. in authen. & consequenter. suprà titulo iij. ita etiam coram arbitro non poterit opponi exceptio compensationis, nisi opponatur de debito connexo, vt apparet exemplum in tutore, vel gestore, qui bene posset opponere cõpensationem de expensis factis erga negotia domini vel pupilli. Sed hoc dictum videtur mihi non probari iure, & esse contra omnem æquitatem. Sicut enim quælibet exceptio potest opponi coram arbitro, ita & exceptio compensationis. l. prima. ff. de arbitris. iuncta l. prima. & l. verum. ff. de compensationibus. Aliud est ergo reconuenire per viam principalis petitionis, videlicet, reagẽdo, & hoc

non potest fieri: & aliud est per viam exceptionis oppone-
re compensationem. Facit ad hoc, quod notat ij. lemer Sa
licetus in l. cū Papinianus. suprà de senteñtis. Et hæc, quæ
hic præcedunt, sunt super l. si de proprietate. quæ proximè
præcedit istam. In glossa finali huius legis, vt in priua-
torum. in fine. Dic, Contra istam glossam est textus in ca
pit. pastoralis. in fine, extra de appellationibus. & in capi
tul. is cui. in fine, de sententia excommunicationis, libro
2 sexto per quos textus probatur, † quòd vbi post latā sen-
tentiam censuræ ecclesiasticæ pota, fuit appellatum, ap-
pellatio non tollit ligamen censuræ, & ideo ille remanet
interim ligatus, sicut si nullo modo appellasset, nisi fuerit
3 absolutus à competenti iudice. Et † intelligitur sententia
censuræ, excommunicatio, vel interdictum alicuius ec-
clesiæ, ciuitatis, vel loci à diuinis officiis, omnibus, vel ali-
quibus ex illis, vel interdictum alicuius vniuersitatis, vt
populi, vel cleri, vel suspensio alicuius hominis à diuinis,
vt d. c. is cui. §. fi. Sententia verò depositionis, seu priuatio
nis ab officio, vel beneficio, seu ab vtroque, non dicitur
esse sententia censuræ, & ideò extinguitur per appellatio
nem posteà interpositam, vt notat gloss. notabilis, quam
tenent omnes doctores in c. sæpè. extra de appella. in glo.
magna. Et similiter suspensio à beneficio, non dicitur esse
sententia censuræ ecclesiasticæ, vt notat glo. in d. c. is cui.
in §. fina. quæ communiter tenetur. Quamuis autem ap-
4 pellatio à sententia † censuræ non tollat ligamen illius, vt
suprà dixi, valet tamen si sit facta intra decendium, & de-
uoluit ad superiorem cognitionem negotii, scilicet an iu
stè vel iniustè fuerit lata, vt in cap. ad reprimendam. & ibi
no. extrà de officio ordinarii. Vbi verò sententia censuræ
esset lata conditionaliter, & ab illa esset legitimè appel-
latum, antequàm inciperet ligare, id est, ante purificatio
nem conditionis, tunc bene suspenditur, seu impeditur
eius ligamen, vt est textus in c. præterea requisiti. extrà de
appell. Vbi verò ego appellaui à diffinitiua, vel interlocu-
toria alicuius iudicis ecclesiastici legitimè, & posteà ob
illam ipse me excommunicauit, illa sententia est nulla
ipso iure, vt lata à iudice non suo, ita quòd non confirma
tur, etiam si ex post facto deseram appellationem, vt in c.
per tuas. extrà de sen. excommu. & in c. licet. eo. tit. lib. vj.
Prædicta autem induxit ius canonicū specialiter in sen-
tentia censuræ, vt magis timeantur, & sic non vilescant
per interpositionem appellationum, & quia sunt medici-
nales, non mortales, vt in capit. j. de sententia excommu-
nicationis lib. vj.

De pœna iudicis, qui malè iudicauit, &c. Rub.

LEX I.

1 *Iudicem vel aduersarij procuratorem corrumpens, actionem per-*
dit: in corrumpentis hæredibus secus. nu. 2.
3 *Respublica & fiscus quandoque vt idem, quandoque vt diuersa*
accipiuntur.
4 *Intellectus l. in summa ff. de condictione indebit.*

1 CONstitu Qui † corrumpit iudicem, vel procura
torem aduersarii sui, amittit actionem. Hoc
dicit. Nota ergo pœnam comminatam hic
2 contra corrumpentē tales, at pœna † isto mor
tuo non transit in eius hæredes. ff. de iure fisci. l. eius qui
3 delatorem. Secundò nota, quòd † respublica, & fiscalis
hîc ponuntur vt diuersa, quandoque autem videntur su-
mi pro eodem. In quo dic, quod fiscus & respublica Ro-
manorum idem est, considerato tempore ante translatū
imperium in principem. posteà autem hæc inter se diffe-
runt, vt hic, quia respublica appellatur Romanorum fisca
lis imperii. Ita notatur in authenti. de hæredibus & falci-
dia. in principio. Adde gl. in authen. de defensoribus ciui
tatum. §. & iudicare. & ibi gl. & ff quibus ex caus. ma. in l.
ab hostibus. In gl. *aduersario* circa principium. Sed illa
4 lex in summa. non facit † ad propositum, quia loquitur
quoad effectum compositionis, & transactionis, & repe-
titionis eius quod erat datum: nos loquimur quo ad effe-
ctum perditionis actionis. Et ita vult hic Barto. In glos.
eadem in fin. In hoc hæc glo. reprehenditur: quia quando
causa est pecuniaria priuata, non est prohibita collusio.
Ita tenet Azo in summa de collusione. Præterea contra
istam videtur esse casus in l. si cōuenerit. ff. de iurisdictio
ne omnium iudicum. & ideo hoc exemplum gloss. malè
posset defendi, nisi fortè intelligeremus, quādo est datum
parti & iudici. Diuinatio tamen est. In gloss. fina. ibi, *tu*
dic idem in reo. Gloss. est contraria ad hanc, in l. eleganter.
§. pe. ff. de dolo. Doctores cōmuniter tenēt istā, per l. eius
qui. de iure fisci. & l. qui fisci. ff. de iure fisci. coniuncta ista
lege. Probatur per casum in l. ij. §. fi. ff. de condictione ob
turpem causam. vbi quando in ista datione versatur tur
pitudo, non fit differentia inter actorem & reum. Hanc
gloss. tenent communiter doctores. In gloss eadem ibi,
Item quod dicit. Hæc gloss. & iura in ea allegata admodum
procedunt in illo dubio, vtrùm sententia teneat vel non.
Sed quando nos disputamus ad effectum iuris competen
tis ipsi principali, vos debetis concludere, quòd cadet per
sententiam, & in noua instantia, secundum nota. in l. in
criminali. de iurisdictione omnium iudicū. & in l. si quis
in tantam. C. vnde vi. Facit quod vidistis in authenti. qui
semel. in verbo, cadat. suprà quomodo & quando iudex.
Barto. remittit ad id, quod dixit in l. Imperator. ff. de iu-
re fisci.

AVTHENT.

1 *Iudicem vel aduersarium qui corrumpit, tenetur, nisi crimen de-*
texerit.
2 *Intellectus § si in authen. vt nulli iudic.*

1 NOuo iure. Corrumpens † iudicem, vel aduersarium, si
posteà hoc detegat, & probet, eximitur à pœna, alias
etiā de hoc punitur, & corruptus in ciuili restituit triplū,
in criminali verò punitur publicatione bonorū, & exilii.
Hoc dicit. Et primò loquitur, quando quis arguit iudicē
de corruptela, & probat, vsque, sed si datum. Secundò
quando nō probat. Prima diuiditur in duas, quia primò
dat modum arguendi: secundò punit corruptum. Secun-
da subdiuiditur in tres: quia primo loquitur qualiter pu-
niatur, qui non probauit: secundò qualiter volens subire
sacramentum purgationis: tertiò, quid si post iuramen-
tum quis conuincatur dedisse. In glossa, *confiscatus*. ibi,
2 *solutio, hoc speciale* Bar. aliter dicit, quòd lex contraria † lo-
quitur in iis, qui condemnantur, & mors sequitur, hic in
iis, qui post viuunt. Et remittit ad dicta per ipsum in l. j. de
bonis damnatorum. In gloss. *Non potest*. in principio.
De hoc, vide latius in l. ij. in §. calumniator. de iis qui no-
tantur infamia. & ibi gl. enumerat istos casus, & etiam gl.
in l. iij. ℸ. de calumniatoribus.

LEX II.

1 *Iudex corruptus famam perdit. & damna resarcit.*
2 *Iudicis imperitia quomodo causetur.*
3 *Sententia quando est euidenter nulla, an à pœna huius legis iudex*
excusetur?
4 *Iudex qui ex consilio peritorum sententiam tulit, an excusetur? &*
quid in arbitro? & nu. 5
6 *Notarius qui de consilio peritorum instrumentum malè conficit,*
an excusetur?

1 DE eo. Iudex † qui per corruptelam tulit sententiam, in-
famatur, & tenetur in æstimatione litis. hoc dicit. Et
notatur hic non esse differentiam prece vel pretio sit cor-
ruptus. Et hoc procedit quantum ad fauorem iudicis. se-
cus autem quo ad valorem sententiæ: quia bene facit il-
la differentia vt hic in glo. Item quia quantum ad par-
tem fit differentia, quia corrumpens iudicem precibus,
non reperitur quod perdat actionem, imo contrarium
statuitur. ff. de infa. l. furti. §. pactus. Quid autē in iudice
non corrupto, sed promissionem recipiente de conserua
tione indemnitatis? Vide Bart. in l. si à reo. §. fi. ff. de fide-
iussoribus, In glo. *æstimationis* ibi, *quia efficitur infamis*. &
hæc vera. In glo. fi. ibi, *de condictione ob turpem causam l. ij.*
Collige ex ibi notatis differentiam inter ius nouum &
antiquum, vt ibi patet. Ad idem bene
facit l. j. de extraordinar. cognit. & Instit. de inutil. stipu-
la. §. Aduerte, quia contra iudicem non præ-
sumitur dolus, vt l. merito. ff. pro socio. Quomo-
2 do autem possit † causari eius imperitia, dic, quando iu-
dicat contra casum legis, hoc casu dicit Barto. si erat lex
difficilis,

difficilis, mitius debet puniri. Idem si pronuntiet in cau-
sa habente multas opiniones, si Lminimè.
& l. si interpretatione. ff. de legib. Sed vbi esset varietas
tanta, quia quandoque seruatur vna, quandoque alia, vt
in l. dos à patre profecta. suprà solu. matrimo. dicit Bart.
quòd non debet puniri. Pro hoc bene facit quod notat
Inn. de constit. c. ne innitaris. & fuit allegatum ad factum
schismatis, &c. Sed quomodo debet concludi contra iu-
dicem, & interesse suum, probatur contra iudicem. Vi-
de Innocent. quod metus. capitul. final. Secundò dubi-
3 tatur, † quando sententia esset nulla euidenter, an iudex
excusabitur à pœna huius legis? Vide l. si iudex. de variis
& extraordi. cognit. Dubitatur etiam si est interposita ap
pellatio, nunquid impediet fieri executionem contra iu-
dicem? De quo per Bart. in quæstione, quæ incipit, A sen-
tentia iudicis. Vidi etiam dubitari, an impediat cognitio
nem syndicorum. Vide quod notatur in l. j. §. j. quod quis-
que iuris. Adde quòd etiam finito tempore sui syndica-
tus ipse possit conueniri pro extortis in suo officio. Pro-
batur in l. iij. ad legem Iuliam repetund. Vidi dubitari,
4 nunquid † iudex, cuius imperitia arguitur, &c. excusetur
quòd tulit ex consilio peritorum? Conclude, quòd si ex for
ma statuti potest facere, tunc excusabitur: secus si ex for-
5 ma statuti hoc non sit, etiam si cõsuluerit peritos. Sed † an
lex habeat locum in arbitro? Vide gloss. quod sic. Institut.
de obliga. quæ ex quasi delicto nascunt. in princi. & l. j. su-
6 prà de pactis. Quid † de notario malè faciente instrumen
tum, quando facit instrumentum in perniciẽ partis? Vide
notabilem gloss. quæ statuta in iudice, extendit ad nota-
rium. Et est gloss. in l. prima. C. de numer. & actuar. lib. xij.
Facit l. fi. si mensor falsum mod. dixerit. & l. fi. de magistr.
conueniend. Et hoc intelligo verum, nisi appareat de iu-
stissimo eius errore, tunc enim non noceret parti, si de ve
ritate aliter constet, vt in l. si librarius. de regul. iur. Facit
l. fina. cum ibi notatis, infrà de fideiussoribus. & ideo non
tenebitur notarius.

Sententiam rescindi non posse. Rub.

LEX I.

1 *Iudex suam vel antecessoris sententiam mutare non potest.*

2 NEque. Iudex † sententiam à se, vel à prędecesso-
re latam, mutare nõ potest. Hoc dicit. Vel sic:
Sententia vel decretum, per quæ prima sen-
tentia reuocatur, iudicatur nulla. In gl. quẽ-
quam. in fin. Concludo melius, quòd attendatur effectus
huius interlocutoriæ, quia potest intelligi, vbi est talis in-
terlocutoria, per quam finitur iudicis officium, aliàs se-
cus. vt d. l. diem. Item debet intelligi, nisi esset executioni
mandata. l. j. de prætc. stipul. De quo dixi in l. post senten-
tiam. suprà de senten. Et ad hanc gloss. plenè loquentem
semper recurre, quia est notanda & signanda ad ea, quæ
in ea scripta sunt.

LEX II.

1 *Exceptio peremptoria, quæ ad sententiam vsque opponi potest. & non vltra, si non admittatur, quòd sententia non, nisi restitutionis, vel appellationis remedio, rescindatur. & nu. 3.*
2 *Exceptio peremptoria omissa in causa principali, in appellationis causa opponi potest.*
4 *Exceptio petitionis inepta quando opponenda?*
5 *Exceptio, quem de euictione tenet actio, &c. cuius natura sit, & quando opponenda? remissiuè.*

1 PEremptorias. Exceptio peremptoria potest opponi vsque
ad sententiam, & non postea, & ea non opposita, non
potest venire contra sententiam, nisi beneficio restitutio
nis quo ad minorem, vel nisi per appellationem quo ad
maiorem. Hoc dicit. In textu ibi, *In initio* id est, ante litẽ
2 contestam, vel post. No. q̀ peremptoria † non opposita in
principali, potest opponi in causa appellationis. vt extrà
de excep. c. exceptiõ. & in hoc tex. in fi. Inn. limitat hãc le-
gẽ, q̀ habet locum in exceptionibus illis, quarum ius tol-
litur per sententiam, aliàs secus: quia exceptiones petem-
ptoriæ non tolluntur per sententiam. extrà, de ordi. cog.
c. super spoliatione. in fi. ij. colum. vbi omnino vide. Et ibi
vide quid in exceptione criminis. Item quid in exceptio-
ne pacti agentis, &c. vt in d. c. super spoliatione. & ibi In-
no. Quid de exceptionibus illis, quæ possunt opponi ante
litem contestatam, & post? De quo in l. cum quærebatur.
ff. iudi. sol. ad fi. & de lit. contesta. ca. j. aliàs est in tit. vt lite
non contest. Et est videndũ, an ad processum causæ oppo
natur exceptio, an ad merita causæ, &c. de quo ibi. In
glo. j. in fine. ibi, *quamuis.* Et sic facit differentiam an ve-
3 niat, &c. Dic † q̀ hæc exceptio peremptoria potest quan-
doque opponi vsque ad sententiam, & vbi cadit timor
subornationis testium, & tunc propter didicita testifica-
ta non potest opponi. De quo de testib. c. fraternitatis. &
in cle. testibus. de testib. & dicam in l. per hanc. de tempo.
4 appel. infrà. Quid † de exceptione ineptæ petitionis, quan
do debet opponi, an ante litem contestatam, vel post, &c.
Dic, quòd est duplex casus de iure Canonico: vbi proba-
tur quòd ista potest opponi quandoque post sententiam
in causa appellationis, vt extrà de empt. & vend. c. cùm di
lecti. Idem de restitu. spolia. c. cùm ad sedem. & ibi idem
Io. And. in nouella. & Abbas. Hoc idem tenet Io. And. de
procura. c. licet. & legendo tenui vnà cum Gemi. in l. si li-
bertus patronum. ff. de in ius voc. Et credo quòd hoc sit
verum, quando ineptitudo versatur circa substantialia:
quia tunc deficerent substantialia iudicii, vnde de ea pos
set quandoque opponi. Vbi autem hæc ineptitudo esset
circa accidentalia, vel circa aliquam qualitatem, tunc
attende an sit talis, quòd impedit ad sententiam deueni-
ri, & idem quod suprà. Sed vbi nõ est talis, dico quòd de-
bebit opponi ante litem contestatam ad similitudinem
dilatoriarum, vt l. ita demum. de procurator. Adde quòd
exceptio ineptitudinis personæ potest opponi post sen-
tentiam, vt est glossa notabilis in l. tametsi. ff. ad Macedo
nianum. post med. & illi glossæ nescio similem in illo mo-
do loquendi. Adde aliud, quòd exceptio ordinis iudicia
rii non seruati, etiã si esset talis, quæ haberet arguere nul-
litatem sententiæ, non potest opponi contra partem con
fessionis, vt est casus extrà de resti. spolia. capit. Pisanis. Et
ille casus est notabilis, quem aliàs allegauit Ioannes Cal-
5 derini. Adde † quid de illa exceptione, quem de euictione
tenet actio, qualis sit, cuius naturæ, quãdo debet opponi,
vide casum j. de fide instru. & iure hastæ fiscal. in l. & si in-
strumenta. & quod ibi no. Bar. lib. x.

LEX III.

1 *Sententia lata principis rescripto non rescinditur.*
2 *Ius tertio quæsitum an princeps tollat.*
3 *Legi, quæ specialiter rescripto derogat, necessariò est specialiter derogandum.*

1 IMpetrata. Sententia † lata per rescriptum principis non
reuocatur. Hoc dicit. Et hic casus est menti tenendus,
quia multum regularis, quia contra eum sæpè practica-
tur, & debet allegari Dominis, &c. vt non faciant ista sua
rescripta contra iustitiam, &c. Nota hic casum, dum di-
cit, limine iudiciorum, quod exceptio nullitatis rescripti
opponitur ad processum. Et ad huius legis intellectum vi-
de quod notat Innocentius extrà de restitutione spolia-
torum. c. audita. vbi declarat hanc legem. Hic videtur ca
2 sus, † quòd princeps non possit tollere ius tertio quæsitũ:
quia dicit, quòd non vult rescribere super causa iam de-
cisa, & sic non vult tollere ius tertii. Allegari solet ad hoc
dictum l. item si verberatum. in fine. ff. de rei vendicatio-
ne. & de euictionibus. l. Lucius. In contrarium facit l. fi.
suprà si contra ius vel vtilitatem publicam. In glossa pri
ma in fine. Ista glossa videtur decidere, quòd non requira
tur specialis derogatoria: & facit ad notata in l. rescripta.
ĩ. de diuersis rescri. vbi contrarium solet concludi, scili-
3 cet, vbi † lex est rescripti specialiter derogatoria, necesse
est, quòd ei specialiter derogetur. Facit quod no. Archid.
de rescript. c. j. lib. vj. Facit quod tangit Bar. in l. si quis in
principio testamenti. de leg. iij.

De fructibus & litium expensis. Rub.

LEX I.

1 *Fructus dicuntur, impensa deducta.*
2 *Fundo locato ad fructuum dimidiam qualiter accipiendum?*

1 *Oc fructuum nomine* Fructus† dicuntur dedu-
cta impensa. Ita allegamus quotidie. Vel sic:
Fructuum appellatione continetur quod su-
perest, impensa deducta. Hoc dicit. In glos-
sa prima, in fine. Qualiter autem debet ferri sententia su-
per fructibus, vide Innocen. pulchrè extrà de restitu. spo-
liatorum. cap. grauis. Hic textus secundum Bartol. facit
2 ad quæstionem, loco fundum† colono ad dimidiam fru-
ctuum, qualiter intelligatur dimidia ista? Et dicit, quòd
ista lex facere videtur pro colono, quia fructus intelligũ-
tur deducta impensa. Contrarium est verum: quia inter
colonum & dominum videtur iniri quædam societas. Fa
cit l. cum duobus. § inchoanda. ff. pro socio. & idem in l.
si ædem. ff. locati. Et sic debet ponere colonus pro ista me
dietate operam & impensam. Et hoc fuit de mente Iaco.
de Aren. in l. fructus. sol. matrimo. vbi hanc quæstionem
format.

LEX II.

1 *Conuentus reali lite contestata ad fructus perceptos & percipien-*
dos quos agens percepisset, tenetur. Declara vt nu 2.
3 *Fructus à quo tempore veniant.*
4 *Tempus quadrimestre quod iudicatis datur, in personali actione*
locum habet: In reali arbitrarium est.
5 *Possessor malæ fidei lite contestata fructus suos non facit.*

L*itigator.* Conuentus† reali lite cõtestata tenetur d· fru
ctibus perceptis & percipiendis, similiter & eius suc-
cessor. Hoc dicit. Et loquitur hæc lex in reali &c. In te-
xtu ibi, *scientiam*, scilicet præsumptam, quod præsumitur
1 post litem contestatam. Nota quòd† conuentus reali
tenetur de fructibus perceptis & percipiendis, quos
percepisset agens. In glossa prima. ibi, *de rei vend. l. à pos-
sidentibus.* Meliùs facit l. qui restituere. In gloss. eadem, in
fine. Hoc idem videtur dicere infrà, alia glo. & probatur
per casum l. si nauis. ff. de rei ven. In hoc multum varia-
tur, quia aliqui quandoque considerant quantum perce-
2 pisset reus, quandoque quantum actor. Pro† concor-
dia dic, quòd debet haberi in odium malæ fidei posses-
soris, considerando quia istorũ esset maiores perceptu-
rus, & illius habeatur cõsideratio, quare inspiciatur quod
illi veniat in eius odium. Et credo ꝙ ista sit bona consi-
deratio. Vel potest dici, quòd debeat attẽdi an posidens
habeat causam à domino agente, an ab alio, vt si ha-
beat causam à domino agente, tunc consideretur qua-
litas percipiẽdi, & possibilitas ex persona possessoris, non
domini. Sed vbi nõ habet causam à domino, sed ab alio,
tunc consideratur persona agentis. Ita intelligi potest l.
si nauis. ff. de rei vendi. suprà, allegata. Et hæc not. quia
vtilia. In glo. ij. in fi. Hæc glo. reprobatur per Petrum, &
3 Cyn. & etiam Bart. qui tenet, quòd† fructus veniant à tẽ-
pore litis contestatæ. Et est ratio, quia dato, quòd dica-
mus instantiam finiri per lapsum instantiæ, non desinit
possessor esse malæ fidei, & tenetur ad fructus. Pro hoc
facit secundũ Bart. quia licet vitium litigiosi durat, dato
quòd instantia finiatur, vt est gl. in l. properandum. § & si
quidem. suprà, de iudiciis. Hanc partem tenuit Inno. ex-
trà de testib. c. causam quæ. Et sic non mirandũ, si fructus
veniant retro. Pro hoc est casus, ff. de iure fisci. l. fiscus.
iij. secundum vnam lecturam. Nos possumus in hoc ar-
ticulo considerare, quod potest considerari quantum ad
commodum fructuum, & durat effectus contestationis
litis, vt volunt isti: ita similiter quantum ad perpetuatio-
nẽ actionis, vt in l. fi. suprà, de præscriptione triginta an-
norum. Ad idem l. j. suprà, de præscri. triginta annorum.
Ad idem l. prima. suprà, de præscript. lon. temp. vbi dicit
actionem durare perpetuò. Probatur per l. j. § idem. & l.
iij. § eiiciendi. ff. quod vi aut clàm. Et oportet hæc omnia
intelligi, quãdo lis mouetur inter eosdem, vel inter alios,
qui loco eiusdem habeantur. Item quando lis mouetur
ex eadem causa, secus si ex diuersa. Hoc potest probari,
constat interruptio quæ fit per litis contestationem non
extenditur ad aliam personam, eodem modo ad litẽ vel
causam. l. cùm notissimi. § sed & si quis. de præscriptione
triginta vel quadraginta annorum. & sic quicquid dicat
gl. habetur ratio fructuum, &c. vt suprà, per doctores. No
ta tamen glos. quòd vbi perit instantia, perit ille effectus
præsumptionis malæ fidei, qui inductus erat per cõtesta-
tionem litis. Ad hoc potest hæc gl. ordinaria allegari. In
gl. *Accepit* ibi, *excepto tamen tempore quadrimestri* Hoc tem
4 pus† habet locum in personali, non autem in reali: nam
in reali est arbitrariũ hoc tempus, vt notatur Insti. de of-
ficio iudicis § fin. veniunt tamen fructus, vt notatur in l.
qui restituere. ff. de rei vendicatio. & in l. fi. infrà de vsuris
rei iudi. In ea. glos. ibi, *vt faciat fructus suos*. Sed contra
5 hanc gloss. videtur facere quod non faciat† fructus suos,
quia certum est quòd tenetur eos restituere, vt hic, ergo
non facit suos. Potest dici quòd facit suos ratione dubie
tatis, quia non constat quòd sit effectus malæ fidei posses
sor. sed declaratur posteà, cum contra eum fertur senten
tia. Sed quæ vtilitas est, quia si tenetur restituere, &c. Dic
quòd vtilitas est, quia potest ipsos consumere, & consum
ptos tenebitur restituere officio iudicis, & sic hoc est mul
tæ vtilitatis, si bene consideretur: quia si potuerit consu-
mere, tenetur restituere tantum, quantum valent nunc,
licet plus valuerint tempore quo consumpsit. In gl. fi. in fi.
Hîc caderet dubium, an posset admitti probatio in con
trarium quòd habuerit bonam fidem.

T*Erminato.* &c.
Hic desunt tres vltimæ leges huius tituli, &
quinque primæ sequentis tituli.

De re iudicata. Rub.

LEX VI.

1 *Acta publica fidem faciunt iudice etiam mortuo.*
2 *Acta publica cur dicantur.*
3 *Attestationes & alia acta per tabellionem confecta, an & quan-*
do sint acta publica?
4 *Ad scripturæ publicationem an partis præsentia requiratur?*
5 *Publicatio coram quo facienda.*
6 *Acta iudicij an testium insertionem requirant?*
7 *Publicationis acceptio.*
8 *Sententia inter alios quibus nocet, nocent & acta.*

1 G*Esta quæ.* Acta† publica probant, etiam mor-
tuo iudice. Hoc dicit. Vel sic, Per mortem iu-
dicis non expirant acta publica, perpetuam
firmitatem habentia. Hoc dicit, & plenius.
2 In gl. prima in principio. Probat quòd† eo ipso, quòd
acta sunt scripta à tabellione, dicuntur publica. Hoc idẽ
Inno. de fide instr. c. j. in j. gl. in ver. Item quod publicum.
& de testib. c. cum à nobis. & de præscrip. c. ad audientiã.
de probationib. c. quoniam contra. alibi videtur dicere
3 in c. fi. ad fi. in eo. titu. de fide instru. vbi dicit, quod† atte-
stationes, & alia acta per tabellionem sine testibus non
sunt publica scriptura, ideo non faciunt fidem coram a-
lio iudice, nisi sint aliter publicatæ. Sed dic pro saluatio-
ne eius vt dicam in fi. in glos. Dicit tamen quòd publica
exemplantur authentica, non authentica publicantur, vt
ibi notat ipse. Potest & aliter iste textus intelligi, vt patet
in gl. in secunda lectura. In gl. ea. ibi, *altera præsente, vel*
4 *non* Et sic† ad publicationẽ scripturæ non requiritur par-
tis præsentia. Sed contra hoc videtur, quia agitur de præ-
iudicio partis, ergo debet vocari. l. de vnoquoque. de re
iudicata. & l. nam ita diuus, de adoptionibus. Sed dic, ꝙ
debet vocari, vt vult Iacob. But. Dicit verò Inno. quòd si
instrumentum est in tali puncto, quòd non potest de fa-
cili haberi copia instrumenti, tunc potest etiã parte ab-
sente, &c. vt in c. fi. de fide instrumentorum, dicit ibi Ho-
stiensis, quòd semper intelligetur reseruatum ius absen-
tis, ita quòd sicut absentes cõtra originale potuissent op-
ponere, ita & contra exemplatũ, vt extrà vt lite non con-
testata. cap. quoniam frequenter. In eadem glossa ibi,
5 *iudicem ordinarium* Et† sic nota, corã quo debet fieri ista
publicatio. Sed nunquid etiam coram delegato potest
fieri? Dic quòd sic specialiter ad hoc deputato non aliter,
vt in c. fin. de fide instrumen. Et sic sume ex hoc aliam con
clusionem, quòd iudex

Desunt nonnulla.

Et sic hoc videtur cõtra generalem doctrinam, quòd in
generali mandato, &c. veniant omnia facientia ad cau-
sam, vt l. ij. de iurisd. om. iudi. &c. In ea. glo. ibi, *perpetuam*
firmitatem

firmitatem. Hoc facit pro Iacobo Butrig. in l. prolatam. §.
de sen. contra gl. & de hoc dic, vt ibi dixi. In ea. glossa.
6 ibi, *semper plures adsint*. Allegatur, quòd † acta iudicii non
requirunt insertionem testium. Conclude, quòd quędam
sunt acta, quæ fiunt publice & palam coram iudice, & in
illis nō requiritur alia publicatio, quia sufficit quòd hæc
sint gesta per tabellionem ad hoc deputatum. Et ita po-
test intelligi hic secundum primam lecturam, & ff. de do
nat. l. donatio. & de proba. c. quoniam contra. Quædam
sunt acta, quæ fiunt in secreto, vt examinatio testium, &
ista non faciunt fidem, nisi per pronuntiationem iudicis,
vt hic secundum secundam lecturam. Bene facit suprà de
testi. authen. qui semel. & quod notat Inno. extrà de testi.
c. Albericus. & c. constitutus. Nota tamen vnū, quod hic
sensit Bar. quòd vbi talia non essent publicata per iudi-
cem, qui examinauit, possunt publicari per iudicem sub-
sequentem, non per alium, vt in tertia expositione glossæ
hic. Et secundum hanc distinctionem salua varietate In-
no. de qua dixi supra circa primam lecturā. Adde, quod
7 ista publicatio † potest aliter sumi, scilicet, pro subscri-
ptione notarii, qui signum suum apponit, & attestatur in
publicatione se subscripsisse. Et ita potest intelligi tertia
lectura hic posita, quia licet non sint publicata, faciet fi-
dem coram illo, coram quo facta sunt, non coram alio.
Dicit hic Bar. quòd si haberetur subscriptio alicuius of-
ficialis positi ad conseruationem actorum adhibiti, esset
facere fidem etiam coram alio iudice, vt de fide instrum.
authen. ad hæc. In gloss. Adde gl. in l. iiij. de
his, quæ in fraud. cre. Adde & aliud quod dicitur regula-
8 riter, † quibus noceret sententia inter alios acta, nocent
& acta, vt dicit Innoc. extrà de testibus. c. causam quæ. in
fi. & de re iudi. c. cum super. in glossa quæ incipit, Quæro
quomodo. Et est casus in l. sed & si possessori. §. fi. cum l. se
quen. ff. de iureiurando. Tangitur per Bart. in l. ij. iudi. sol.
Adde & aliud, quod vbi causa talis est, quod in ea lata sen
tentia facit ius quo ad omnes, ibi cōfessio inter alias per-
sonas, & in alia instantia præiudicat. Ita concludit Guli.
in Spe. de confessis. §. nunc videndum. ver. sed hæc con-
fessio. & extrà de successionibus. c. fi. & ibi vide Inn. Facit
ad hoc, quod tangit Cyn. post Petrum, in l. j. in vij. q. infrà
de confessis.

De executione rei iudicatæ. Rub.

LEX I.

1 *Executionem iuris ordine prætermisso fieri non debere.*
2 *Exceptionem nullitatis in executione opponi posse.*
3 *Ab executione inchoari non debere licet sit regulare: fallit tamen quandoque.*
4 *Parti pignoratæ antequàm condemnetur, quomodo succurratur.*

1 N*Imis.* Executio † non debet fieri iuris ordine
prætermisso. Hoc dicit. Vel sic. Nō debet an-
te sententiam fieri executio. Hoc dicit. In
textu ibi, *seruato ordine* Dic, qui notatur in l. fi.
2 j. eo. Nota quòd † exceptio nullitatis potest opponi in exe
cutione, vt hic. Item quòd exceptio nullitatis opponitur
post sententiam. Ad hæc duo facit d. l. si cum nulla ff. de
re iudicata, quæ hic allegatur. Item est hic casus quod nō
3 est † inchoandū ab executione, & hoc regulariter, quan-
doque tamen sic. Inducitur ille textus contra libellan-
tes, qui in libello petunt cogi & compelli ad soluendum.
Debet autem ante petere eum condemnari, postea cogi
& compelli, vt hic, & d. l. si cum nulla. Dicit tamen Bar. q
si peteret cogi & compelli, & postea diceret, & ad prædi-
cta condemnari, quòd bene procederet. Ad hoc facit. l. ta
lem. de hæredibus instituendis. & l. nec enim. de solutioni-
bus. Ita dixit hic, & in dicta l. si cùm nulla. vbi clarius lo-
4 quitur. Quæro, quomodo † soluetur parti, quæ est pi-
gnorata, antequàm fuerit condemnata? &c. Dic quod pote
rit iudicis officium implorari, vt restituatur ad bona. Ita
practicat Gul. de officio iudic. §. j. versicul. sed quæritur.
Quæro quo tempore poterit hoc officium implorari, vt
recuperet bona sua? Respondeo, quod si grauamen est ap
positū die feriato, etiam die feriato potest petere quod
reuocetur eodem tempore: vt est glo. in l. minor. in prin-
cip. ff. de euictionibus. quam nota & signa, quia de ea lu-
craberis vnam bonam capam, & est multùm notabi-
lis. Et de modo citandi vide in l. de pupillo. §. meminisse.
ff. de ope. no. nuntia.

LEX II.

1 *Sententia diffinitiua pignorum captione & distractione executioni mandari potest.*
2 *Sententia executionem habet paratam, nisi nouata sit.*
3 *Victus in executione sententiæ citandus.*

1 S*I causam*. Diffinitiua † sentētia per captionem & distra-
ctionem pignorū potest executioni mandari. Hoc di-
2 cit. Vel sic, † Sententia dicitur habere paratam executio-
nem, nisi fuerit per nouationem sublata. Hoc dicit. Et iste
casus declaratur in l. iiij. de re iudicata. hic allegata. No-
ta hunc casum, qui probat non violando, quòd in execu-
3 tione † sententiæ sit necessaria citatio condemnati: quod
patet, quia fortè potest opponere exceptionem nouatio-
nis, solutionis, & similes. Ad idem suprà l. præcedenti, &
in l. j. suprà titu. proxi. Dubitauit hic Bar. nunquid sit ne-
cesse quòd offeratur libellus, & alius ordo iuris, &c. quan
do intentatur actio in factum ex re iudicata? Si intelliga
mus quòd agatur actione in factum, tunc debet libellus
offerri. l. item veniunt. §. idem. de petitione hæreditatis. &
ibi gl. Sed vbi imploratur iudicis officium in executione,
vt dicit gl. in l. qui de inofficioso. de inoffi. testa. tunc non
requiritur ordo iuris, &c. nec libellus. Et ita dicit Barto.
quod loquitur iste textus, &c.

LEX III.

1 *Res in pignus accepta in sententia executione, quòd in solutum creditori dari possit, si emptor non reperiatur.*

1 O*Rdo rei*. Si rei † in pignus acceptæ pro executione sen-
tentiæ, non reperiatur emptor, potest creditori in so-
lutum dari pro debito. Hoc dicit. Et primò dictum, secun
dò infert. Secunda ibi, Si itaque. In gl. j. ibi, *pro tanto de-
bito*. Aliter videtur dicere glo. in d. §. si pignora. Sed in hoc
debemus attendere formam præcedentis petitionis. Aut
est petitum quòd assignentur pro toto debito, & tūc pro
toto. Quandoque est petitum pro concurrenti quantita-
te, & tunc est facta assignatio pro quantitate debita. Ad
hoc l. vt fundus. ff. communi diuidundo. & sic debet at-
tendi forma petitionis. In ea. glo. ibi, *l. à diuo*. Alibi dicit
gl. quòd ordo illius legis habet locum, quando agitur de
executione sententiæ:
vt in authentic. de exhibendis & introducendis reis. §.
quia vero.

LEX IIII.

1 *Stipendia militum, doctorum, & similium, & debitorum nomina pro executione sententiæ non nisi in subsidium adiudicantur. & nume. 2.*
3 *Quæ requirantur in executione rei iudicatæ, vt ad debitorum nomina deueniatur.*
4 *Appellationi locus est quando debitoris nomen capi iubetur.*

1 S*Tipendia* Stipendia † militum, & nomina debitorū non
debent capi pro executione sententiæ, nisi in subsidiū.
Hoc dicit cum l. sequen. In glo. prima ibi, *idem in praben
dis*. Et est ratio, quia non possunt commodè seruire sine
stipendio. In eadem gloss. ibi, *in prabendis*. vt extrà de fide-
iussoribus, in cap. ij. & vide quod ibi notatur in glossa pe
2 nultima. Et ex hoc potest inferri † quid in salario docto-
rum & similium. Et dic quòd idem, si aliter potest subue-
niri creditori. In gloss.
3 Et sic nota quòd requiritur † confessio debitoris, vt
contra eum fiat executio. Item requiritur quòd præcedat
condemnatiò debitoris. l. fi. de compensationibus. Item
requiritur quòd priùs fiat missio in ipso, nomine, quàm
possit exigi, vt l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic.
Et in hoc est considerādum quòd differt priuatus à fisco,
quia in fisco non requiritur condemnatio, sed sufficit de-
bitum esse liquidum, & debitorem non esse soluendo, vt
l. non priùs. quando fiscus vel priuatus. nam tunc fiet exe
cutio. infrà de appel. l. quoniam. & de exactoribus tribu
torum. l. missi opinatores. & ff. de legatis iij. l. Paulo Cal-
limacho. Vbi autem non esset liquidum, etiam require-
retur ordo sententiæ. Aliud etiam potest addi quod re-

quiratur, scilicet, quòd sit facta excussio mobiliũ & immobilium, & tunc demum deuenitur ad nomina. In hoc tamen casu dixit alibi Bar. quòd non putabat excussionem necessariam, in l. si conuenerit. ff. de pignoratitia actio. vbi loquitur in iudicio moto in hypothecaria ad nomen debitoris. Sed Cynus putauit eam fieri tutius hoc casu, post Ia. de Are. C. quæ res pignori obligari possunt. l. cùm res. Puto eam semper necessariam per casum in l. j. infrà, de conueniendis fisci debitoribus. libr. x. Quod limito verum, nisi creditor in instrumento petiisset à creditore se constitui procuratorem in rem suam, tũc enim non esset necessaria excussio, quia non agit vt ipse, sed vt persona debitoris sui. suprà de procuratoribus. l. qui stipendia. Et ex hoc sume consilium, quòd in instrumento quod de debito conficitur inter debitorem & creditorẽ, fiat mentio de mandato directarum. Extra glo. Quid si non confiteatur? Respondeo quòd debebit dari curator bonis, qui agat contra istum debitorem. De isto curatore habetis in simili in l. ab hostibus. in princ. ff. quibus ex cau. maiores. Et est notandum. Sed nunquid idem creditor posit esse curator? Dic quòd sic, vt l. debitor. ff. de nego. gest. Vel dic secũdò, quòd competit aliud remedium cum iste negat, scilicet, vt creditor ipse si habeat obligata bona debitoris, contra nomen agat vtili. l. grege. §. cũ pignori. & l. cùm conuenerit. ff. de pignoratitia actione. Et hoc est hic de mente Iac. Butri. & gl. ordin. in l. ij. suprà quando fiscus vel priuatus. Pro executione iudex mãdat capi nomen debitoris, nunquid poterit appellari? & qualis erit ista sentẽtia? Dic quod à tali executione potest appellari, & sententia appellationis appellatur diffinitiua. in authen. vt nulli iudi. §. super hoc verò. Et ex hoc habes ꝙ pòst possunt adiri primates. in auth. vt nulli iudic. §. peruenit. in ver. primatibus ciuitatum. & alibi allegat Bart. sed non recordor vbi.

LEX VI.

1 *Merus executor causæ cognitionem non habet.*
2 *Executio & missio in possessionem non delegantur.*
3 *Executor si nullitatis exceptio coram ipso opponatur, nũquid supersedere teneatur?*

1 SI vt proponis. Merus† executor non habet cognitionem
de viribus sententiæ: & ideò si se intromittit, quod ab
eo fit, non tenet. Hoc dicit. Nota hunc text. ex quo habes,
quòd executores missi non habẽt cognitionem vt iudex
hìc. Idem in notario, & similibus. In gl. j. in fi. ibi, *vt ibi.*
Dic & melius, quia hìc loquitur in mero executore nullam habente cognitionem, ibi in ministro. In gl. ea. ibi,
vel dic quòd loquitur in delegato ad exequendum. Sed Ia. de Ra.
2 in lectu. Cy. hoc reprobat, quia† executio & missio in pos
sessionem non potest delegari l. à diuo Pio. in princi. ff. de
re iudic. & l. iubere cauere. de iurisdictio. om. iudi. Posset
fortè hæc glo. saluari, vt in d. l. à diuo Pio. Pro hoc vide de
officio deleg. c. quærenti. In gl. secunda, ibi, *quod non placet* scilicet, quòd ab ea posit appellari. Quæro, quid si
3 coram executore† opponatur exceptio nullitatis contra
sententiam, nunquid executor debebit supersedere in exe
cutione? Dic quòd sic, & mandare iudici de qualitate exceptionis contra sententiam, vt extrà de re iudicata. c. de
cætero. & ibi vide Inno. & vide glo. ordi. de offi. delegã. c.
super quæstionum. §. quia vero.

LEX VII.

1 *Condemnatus ad rei perempta post sententiam æstimationem, an teneatur.*
2 *Mora secum mortis periculum trahit regulariter.*

1 SI longus. Condemnatus† tenetur ad æstimationem rei
post sentẽtiam peremptæ. Hoc dicit. Et sic patet, quòd
2 mora † trahit secum periculum interitus ad periculum
obligati & mortui. Hoc probat iste textus. In textu, ibi,
seruis. ad quorum restitutionem est condemnatus. In
textu ibi, *à frustratore.* id est, ab eo qui distulit. In textu
ibi, *repræsentabuntur.* idest, de præsenti restituentur. Nota
hunc casum, quando aliquid est condemnatum &c.

LEX VIII.

1 *Executor sententiæ quis dicatur.*

1 EXecutorem Executor † sententiæ dicitur, qui lata sentẽtia mandat illam executioni. Hoc dicit. Nõta qualiter dicatur executor, vt hîc, quod intellige in iudiciariis, secus in extraiudiciariis, quia aliter appellatur. Et pro hoc vide glo. istam quæ executorem multis nominibus appellat.

LEX IX.

1 *Sententia pignoribus captis & distractis quando executioni mandetur.*
2 *L. Debitoribus ff. de re iudica hodie correcta.*

1 EOs quos Sententia† per captionem & distractionẽ pi-
gnorum post quatuor menses executioni mandatur.
Hoc dicit. In gl. spatium. ibi, *debitoribus.* Sed illa l. debi-
2 toribus. † est hodie correcta, vt in dicta gloss. in l. ij. infrà,
titul. j. quod tamen non tenetur, imò habet locum quod
dicitur in d. l. debitoribus. In glo. eadem, ibi, *vel fortè iudex.* Tene hanc, & approbatur per gl. in l. cùm proponas.
infrà, de bo. autho. iu pos. In eadem, in fin. Et hoc dicit,
quia licet actio, quod metus causa, sit personalis, tamen
appellatur in rem scripta, vt l. metum. §. volenti. ff. quod
metus causa.

De vsuris rei iudicatæ. Rub.

LEX I.

1 *Condemnatus non soluens post tempus datum à lege ad centesimas vsuras tenetur.*
2 *Vsura centesima an hodie permissa sit.*

1 IS qui bona. Condẽnatus† non soluens post tem
pus à lege statutum, tenetur ad vsuras centesi-
mas. Hoc dicit. Stat dubium, vtrum hodie ta
2 lis† vsura sit permissa? Iac. Butr. fuit hic in opi-
nione quòd talis vsura etiam hodie debeatur iure diuino, quia venit ex delicto in pœnam contumacis, sicut in marito præstante, quando est contumax in restitutione dotis: secus ergo si ex pacto veniret, quia hodie deberetur, vt in auth. ad hæc. C. de vsuris.

LEX II.

1 *Tempus quadrimestre quando currat.*
2 *Intellectus l. tutor ff. de vsur.*

1 EOs qui. Tempora† quadrimestria post quæ debentur v-
suræ centesimæ non appellanti, vel appellanti & non
prosequenti, currunt à tẽpore latæ sententiæ, prosequen-
ti vero, & succumbenti currunt à tempore confirmatio-
nis sententiæ, omni alia vsura cessante. Hoc dicit. Ad id
quod dicit de quatuor mensibus, adde bonam gl. extrà de
officio delegati, in c. quærenti. in gl. in personali. Oppo-
nitur quòd imò detur nouum spatium quatuor mensiũ,
quia ita notatur in l. ij. §. quod si. infrà, de temporibus ap-
pel. cuius gratia dico, ꝙ iste textus debet intelligi, quan-
do sententia per partes confirmatur expressè: secus si ta-
cite per cursum fatalium: nam tunc post lapsum illorum
habet spatium quatuor mensium. Ita intelligo d. l. ij. §.
quod si infrà, de temp. app. In glo. ibi, *correcta l. debitoribus.*
Dic quòd imo non corrigitur, vt dixi in l. fi. suprà, tit. j. &
2 d. l. debitoribus. In eadem gl. ibi. *l. tutor.* Dic melius† ad
legem illam tutor. quòd alio casu loquitur, quòd ibi de
vsuris primi cõtractus, hic de vsuris rei iudicatæ, quæ non
currunt, etiam si fuerit frustratoriè appellatum nisi post
quatuor menses, vt vidistis notatum in l. ij. C. de sent. quæ
sine certa quantitate.

LEX III.

1 *Vsura centesima ratione vsurarum prioris contractus non debentur, sed ratione sortis.*
2 *Afflicto non est danda afflictio.*
3 *Nouatio multiplex.*

1 SAncimus. Vsurarum, quæ † debebantur ex primo con-
tractu, non debentur vsuræ centesimæ. Hoc dicit.
Vel sic, Post tempus quadrimestre currunt centesimæ vsuræ sortis tantùm, & non vsuratum, licet sint in condemnationem deductæ, & dilatio quæ datur reo, prodest fideius-

fideiussori. Hoc dicit tota lex ista. In textu ibi, *suppon.*
2 Dicit Butr. quasi dicat, quòd nó debet†addi afflictio af-
flicto. Concordat l. dinus. de offi. præsi. & authé. nauigia.
de furtis. Nota quòd in fideiussorem iudicij fit executio
sine nouo processu, vt infrà colligi potest. & clariùs super
3 gl. penul. In gl. *Nouatur.* in fine. Conclude quòd est† mul
tiplex nouatio: quia quædam est vnius obligationis in a-
liam transfusio, vt in l. j. de nouat. Alia est nouatio, id est,
nouæ qualitatis adiectio, vt quia de temporali efficitur
perpetua. de non transitoria efficitur trãsitoria. Et ista fit
per litis cõtestationem. De ista in l. aliam. ff. de nouatio.
Alia est nouatio, id est, nouę formæ adiectio. Et ista fit per
sententiam, quia per eam additur noua forma, quia per
eam datur actio in factum. Item quia vsuræ non centesi-
mæ per istam legem efficiantur centesimæ. Et de talibus
effectibus nouationis, vide in d. l. j. ff. de nouation. Vide l.
idémque. §. generaliter. ff. mandati. est mirabilis casus, ꝙ
fideiussor potest petere quòd reus opponat exceptionem
ex persona sua &c. In gl. *Persoluere.* in fine. Quod restrin
ge in fideiussore de iudicato soluendo, qui potest conue-
niri condemnato reo, sine nouo processu, non autem in-
tellige in fideiussore cõtractus. Et est ratio, quia lata sen-
tentia contra reum videtur &c. Hæc est cõmunis opinio.
Et vide per Io. Andr. de iniuriis & damno dato. c. j. lib. vj.
& Gui. de execu sentẽtiæ. §. sequitur. ver. quid si. Vltimò
per hãc legem Bar. terminauit quòd si fideiussor iudi. sol.
fuit exactus à vincente, & ꝓ hoc quod soluit, petat ipsum
immitti in bonis domini, debet hoc incõtinenti fieri pro
damno quod passus est. Allegat Guli. in l. ij. cum seq. qui
satisdare cogantur.

Si plures vna sententia condemnati sunt. Rub.

LEX I.

1 *Obligati in solidum & simpliciter condemnati, an pro virili condemnati censeantur.*
Quid si sententia sit debiti diuisiua, nunquid si vnus soluendo non sit, alter vt eius partem agnoscat, agi possit. & nu 4.
2 *Sententia lata simpliciter & absolutè contra plures effectus, an in portiones viriles diuidi possit.*
3 *Dictionis & effectus.*
5 *Sententia ad actoris detrimentum actionem non nouat.*

1 S*I non singuli.*† Obligati insolidum, & simplici-
ter condemnati, videntur cõdemnari pro vi-
rili. Hoc dicit. Vel sic, & magis in genere.
2 Sententia † contra plures simpliciter & abso-
lutè lata, eius effectum non diuidit in viriles. Hoc dicit cũ
lege sequenti. Nota quòd effectus simplicis sentẽtiæ con
tra plures habet effectum diuisionis inter eos, in viri-
3 les. Et hoc operatur natura† dictionis Et, quæ diuidit in
partes. l. si mihi & tibi. de vsufructu accrescendo, & de ver
4 bo. obli. l. si mihi & Titio. Secundò nota, quòd † quando
sententia diuisiua debiti fertur contra plures insolidum
obligatos, potest expresśe agi, quod illud quod non po-
test vnus pro parte sua soluere, alter agnoscere teneatur.
Hęc lex potest intelligi in pluribus obligatis pro parte, &
tunc hæc lex haberet modicũ dubium. Potest etiam intel
ligi in obligatis in solidum, & fuit dictum, quod vna so-
lutione sit contentus: & ita intelligitur, vt l. si mãdato Ti-
tij. §. Paulus. ff. mandati. Sed pone quòd habeo duos obli
gatos insolidum, vnum in quadraginta, vnũ in quinqua-
ginta. Fertur condemnatoria contra illos, quilibet tene-
tur in viriles. Sed quomodo hoc potest fieri, cùm vnus in
minus teneatur, quã alius? Et ideo potest saluari hæc lex,
quòd intelligatur in pluribus obligatis dispariter, intelli
ge, quando vnus in descendendo, alius in ascendendo est
obligatus, vt suprà dixi, condemnantur, an quilibet te-
neatur in viriles, &c. In gl. ibi, *sine inæqualibus.* Nota hãc
gl. & etiam gl. in l. j. si aduersus rem iudicatam. quòd con
dẽnatus in quinquaginta, videtur absolutus in aliis quin
quaginta, si fortè erant centum. In gl ead. ibi, *vel dic.* Et
5 sic habes, quòd† sententia non nouat ad incommodum
actoris, vt de executione rei iudicatæ. l. duobus. etiam si
sit priuilegiata. Secundò probat quòd vtile est illi, qui per
sententiam habet ius suum diminutum, vt reuertatur ad
primam actionem. Sed cùm hoc sit, quod remaneat pri-
ma actio, quo potest consuli condemnato ꝙ non soluat,
nisi suã dimidiam? Dicit Butr. ꝙ condẽnatus suam dimi-
diam det, & si non vult acceptare, offerat, & deponat, &
assignet, quæ cedunt loco solutionis, & tunc habebitur
perinde ac si fuisset absolutus ab alia parte: & ideo si con
ueniatur prima actione, poterit se tueri exceptione rei iu
dicatæ, quia paria sunt quem fuisse absolutum, vel fuisse
condemnatum & soluisse, &c. vt l. si quis cùm totum. ff. de
exceptione rei iudicatæ. Quod menti tene.

LEX II.

1 *Sententia in plures principales sicut diuisionem in viriles inducit, ita si lata sit in procuratores diuersorum principalium.*

Q*Vatuo* Idem dicit quod proximè præcedẽs dicit. No
1 ta, quòd sicut † in plures principales lata sententia
inducit diuisionẽ in viriles, vt suprà l. proxima, ita cùm
est lata inter plures procuratores diuersorũ principaliũ.

Quibus res iudicata non nocet. Rubr.

LEX I.

1 *Coniunctus sine coniuncti mandato agens, quòd ei non nisi ratum habeat, præiudicetur.*

1 S*I neque.* Coniunctus, †qui sine mãdato coniuncti
eius causam egit, non præiudicat ei, si ratũ non
habeat. Hoc dicit. Nota quòd licet coniunctus à
lege habeat potestatem agendi pro coniuncto sine mãda
to, tamen eius factum aliter non ratificatũ non præiudi-
cat cõiuncto. Et ista est ratio, quòd ab eo potest peti cau
tio de rato, vt l. sed & hæ. in prin. de procuratoribus.

LEX II.

1 *Sententia contra vnum lata tertio non præiudicat, etsi cohæres eius esset*
2 *Sententia non nisi inter litigantes ius facit.*
3 *Litigantes qui dicantur ad quos sententia effectum porrigat?*
4 *Sententia an & quando ius faciat quò ad omnes: & quæ requirantur. & nume. 5.*

1 R*Es inter alios.* Sententia † lata contra vnum, non præ-
iudicat alteri, etiam si sit eius cohæres. Et primò dictũ
in genere: secundò infert in specie. Secunda ibi, Ideóque
nepti tuæ. Et nota hanc legem, quæ plurimum. propter
quam glos. allegatur, quam glos. signa, & eam menti tene,
quia doctores sæpe ad eam remittunt. In gloss. *Irrogare.*
Pro declaratione huius glos. habes regulam, quòd res in-
ter alios, &c. fallit quando Sed contrà,
quia sententia facit ius. l. j. de re iudicata. Respondeo se-
2 cundum Butr. quòd res inter alios, &c. quòd sententia † fa
cit ius, intellige inter litigantes, non autem inter alios. l.
res iudicata. de regulis iuris. Sed qui dicantur litigantes
3 † ad quos sententia porrigit secum effectum? Dicit In-
nocen. quòd omnes, ad quos spectat, quando fuerunt ci-
tati, vt per eum: extrà de sententia, & re iudicata. capitul.
quamuis. Secundò pro recitatione gloss. vide distinctio-
nem Petri, quam Cynus hic refert. Item scias, quòd senten
4 tia facit † ius quò ad omnes, vbicunque sententia afficit
personam, vt patet ex gloss. l. ea. ff. de postulando. Secun-
dò potest dici, quòd fallit quãdo est lata rescissoriè, vt di
cta l. Papinianus. §. fina. hic allegata. Tertius videtur ca-
sus, quando est lata super ætate. l. de ætate. ff. de minorib.
Quartò videtur fallere, quando est declaratoria super fa-
cto commisso, vel non commisso secundum l. denuntias-
se. §. fina. Quidam tamen dixerunt, quòd ibi est specialis
casus: quia regulariter sententia declaratoria non facit
ius quò ad omnes, sed solùm quò ad litigantes. Quintus
est casus secundum aliquos, in sententia matrimonij. Ita
videtur probari in l. ij. ff. de liberis agnoscendis. quod ta-
men non pono expresśe. Alius est casus in causa ingenui
tatis, vt l. ingenuum. ff. de statu hominum. Alius est ca-
sus in causa filiationis, vt l. ij. de liberis agnoscendis. Et
per illam videretur idem posse argui in causa legitima-
tionis, si declaretur legitimus filius patri meo. Et est e-
tiam causa patriæ potestatis, non tamen totaliter. Sequi-
tur Innoc. extrà qui filij sint legitimi. c. causam quæ. Alius
est casus in popularibus actionibus, vt l. sepulchri violati
actio. de sepulchro violato. Alius est casus in causa restitu

tioniam integrum generaliter petitæ: vt suprà si minor
ab hæreditate se abstin.authen.si omnes. Quod intellige,
5 vt ibi notatur. Adde prædictis, quòd ad hoc vt † talia sen
tentia faciat ius quo ad alios etiã in istis casibus, quatuor
sunt necessaria. Primũ, q sententia sit lata cũ legitimo cõ
tradictore.l.cùm non iusto. de collusione detegenda.l.j.
ff.de excep.rei iudi. Adde & quòd iste sit talis, à quo pen-
deat ius cæterorum: secus videtur si alius esset æquè prin-
cipalis, argumento, de iureiurando.l. si duo patroni. in
princ. Secundò requiritur in processu, quòd qui succu-
buit, causam defenderit, aliter præsumitur succubuisse ex
contumacia, quanquam non souere iustam causam.l.
qui repudiantis.in fin.de inofficio. testa. & de euictioni-
bus.l.si ideo. Tertiò requiritur, quòd sit lata declaratoria
verbis affirmatiuis, non negatiuis.l.circa.ff.de probatio
nibus.& l.diui fratres & l.si seruus.de libera.causa. Quar
tò requiritur, quòd post sententiã non detegatur lata per
collusionem.ff.de collusione detegenda.per totum. & ita
pro maiori parte fuit hîc de mente Iacob.Butri.

LEX III.

1 *Sententia in criminalibus cum vno lata, alteri non præiudicat.*

1 I*Vris manifestissimi* Sententia † etiam in criminalibus la
ta, non præiudicat ei, qui in iudicio non interfuit. Hoc
dicit. Nota incidenter, quòd attestationes acceptæ etiam
publicatæ in causa inquisitionis formatæ de crimine non
probant in causa ordinariæ accusationis de illo crimine
institutæ. Ita sentit Inno.extrà de testi.c.cùm in tua.

LEX IIII.

1 *Præiudicata quòd trahenda non sint ad negotij etiam similis terminationem.*

2 *Exemplis non iudicandum.*

1 N*Ec in simili.* Iudicatum † in aliquo negotio cum vno,
nõ potest trahi ad terminationem similis negotij cũ
2 alio. Hoc dicit. Vel sic, † Non est exemplia iudicandum.
Hoc dicit.

Comminationes, epistolas, programmata, &c. Rubrica.

LEX I.

1 N*Ec vim.* Iudicis † comminatio non habet vim
contractus, nec sententiæ. Hoc dicit.

LEX II.

1 *Sententia per epistolam ferri non potest.*

2 *Ordo substantialis iudicij in sententia promulgatione, per iudicis epistolam non declaratur.*

1 R*Es* Sententia † non potest ferri per epistolam. Hoc di-
cit. Vel sic, Declaratio iudicis in epistola non habet
2 effectum rei iudicatæ. Hoc dicit. Nota, quòd ordo † sub-
stantialis iudicij in promulgatione sententiæ non potest
per epistolam iudicis declarari, vt hîc.

LEX III.

E*A qua.* Sententia lata non potest per iudicem reuocari. Hoc dicit.

LEX IIII.

I*Nterlocutio.* Comminatio iudicis etiam in actia descripta, non habet vim sententiæ. Hoc dicit.

LEX V.

I*Vdex.* Missio in possessionem facta iuris ordine non seruato, non habet vim sententiæ diffinitiuæ, seu rei iudicatæ. Hoc dicit.

LEX VI.

P*Rogramma.* Sicut comminatio iudicis non habet vim rei iudicatæ, sic nec programma. Hoc dicit.

LEX VII.

Q*Vod magno.* Sentẽtia debet deliberatè, & causa cognita proferri. Hoc dicit.

Si ex falsis instrumentis vel testimoniis iudicatum sit. Rubrica.

LEX I.

1 *Sententia lata ex falsis instrumentis, falso probato reuocatur.*

2 *Exceptioni rei iudicatæ locum non esse quando de nouo aliquid in iudicio deducitur.*

3 *Libertas semel data non reuocatur.*

1 S*I tabulas* Sententia † lata per falsa instrumen-
ta, falso probato potest reuocari. Hoc dicit.
Vel sic, Vbi sententia fundatur super falsitate
scripturæ, eius exceptio non potest obiici agẽ
ti nouo iudicio. Hoc dicit magis ad literam. Nota ex
2 isto textu, † quòd quando aliquid de nouo deducitur in
iudicio, non obstat exceptio rei iudicatæ. Vide glo. suprà
de transactionibus.l.si ex falsis. Et ibi vide de oppositio-
ne falsitatis. & ibi gl.bona. In gl.fi.ibi, *l.fi.in fine.* Sed cõ
trà de l.j.suprà, de ordine iudiciorũ.cum ibi notatis: vbi
nihilominus obiicitur de falso, licet aliàs fuerit refrica-
tum. Conclude, quòd quandoque est dictum de falso, &
posteà ad eundem finem refricatur de falso, & tunc oberit
exceptio. Ita intelligitur ista gl.& notatur in l.j.de ordi.iu
di. secus si ad diuersum finem quæreretur. Et ita intelligi-
tur gl.nostra. Et sic stat tota vis, verùm ad eundem finem
opponatur vel non &c.vt suprà dixi. In gl.ibi, *non iusta.*
quasi dicat, aliud est dicere de falsitate voluntatis, aliud
de iniustitia voluntatis. Sed hæc solutio destruit isti text.
& ideò non tenetur. Sed Iac.de Ra.respondet ad contra-
rium, dicens, quòd ibi ponit specialem casum in liberta-
3 te, quia † semel præstita non reuocatur. Et iste est propriè
intellectus ad legem contrariam, & possumus eam intel-
ligere eo modo, quo ista intelligitur. Sed quomodo cõ-
sulitur contra eum, qui per falsum reportaret sententiam
pro se? Dic vt dicam in l.iij.aliàs in l.fina. infrà, eo. vbi
practicabo.

LEX II.

1 *Victo condemnato per falsa instrumẽta, etiam si non appellauit, subuenitur per in integrum restitutionem.*

2 *Appellatione potenda restitutionis potestatem non tolli. Quid de nullitatis beneficio? & nu.3.*

4 *Sententia nullitas falsa causa per iudicem expressa, an arguatur.*

5 *Sententia nulla vbi per iudicem appellationis confirmatur, quòd ex secunda non prima agendum sit.*

6 *Decretum ex falsa causa emanatum, est nullum.*

7 *Sententia quæ non transeat in rem iudicatam.*

1 E*T qui non prouocauerunt.* Condẽnatus † per falsa instru-
menta, etiam si à sententia non appellauit, potest ne-
gotium iterum instaurare. Hoc dicit. In gl.prima, in fi.
Sed an appellatio si sit proposita, tollat impugnationem
2 sententiæ? Conclude quòd appellatio. † dato q interpo-
natur à sententia, ista non tollit potestatem restitutionis
petendæ: vt est casus in l.præses.& l.præfectus.ff.de mino-
3 ribus. Similiter conclude, quòd appellatio non tollit † be
neficium nullitatis, quando sententia est nulla quo ad
omnes, tunc non tollit viam proponendæ nullitatis, vt est
casus in l.si expressim.ff.de appella. Sed si sententia dica-
tur nulla solùm quantum ad appellantem, est autem ali-
qua respectu eius qui fuit in iudicio, exẽplum in l.ij. hic
allegata, tunc appellatio potest sibi tollere beneficiũ nul-
litatis, vt in falso procuratore condemnato, vt l.iij.§.fin.
ff.rem ratam haberi.hîc allegata. In glo.fi. in fi. De mi-
nore est clarum, sed quid in maiore? Dic quòd idem, vbi-
cunque doceri potest, quòd actor scienter fuerit vsus fal-
so instrumento, vel alia probatione contra absentẽ: nam
his concurrentibus sententia est nulla, vt l.si prætor.ff.de
iudiciis. secus si ignoranter, quia teneret sententia, & es-
set necesse, quòd peteret in integrum restitutionem, vt
extrà de in integrum restitutione.cap.constitutus. Et est
casus in l.diuus.hîc allegata. Facit l.seruo inuito.§. cùm
prætor ff.ad Trebellianum. Quid in alia causa, quæ al-
legatur ad falsitatem, qualiter & quando opponitur nul
litas sententiæ? Et conclude, quòd quando per partem
fuisset falsitas opposita ad substantialia, vt ad litis con-
testationem, & similia, tunc arguitur nullitas senten-
tiæ.l.si quia obrepserit.ff.de falsis. Quid si non per par-
4 tem, sed † per iudicem fuisset expressa falsa causa, nunquid
hæc arguat nullitatem sententiæ? Dic quòd si ista falsitas
concernebat

conceruebat ius & factum, vel ius tantùm, tunc sententia erit ipso iure nulla, vt est casus in l. ij. infrà quando prouocare non est necesse, quia iudex pronunciet minorem testari posse. Vbi autem esset falsa in facto tantùm, tunc sententia valet ipso iure, sed potest per restitutionem in integrum subueniri, vt de re iudi. l. si præses. Et hoc tenet Inno. extrà de probationibus. cap. quoniam contra. crede tamen quòd talis sententia, quãdo est nulla, potest per iudicem appellationis, etiam ex noua causa confirmari, vt l. iij. ff. quod cum eo. Sed posset dici, quòd ibi non est falsa, sed Hoc fallit, quando esset erratum in calculo, quia talis sententia est ipso iure nulla. vt l. j. §. j. quando sententiæ sine appellatio. rescin. Secùdò nota, quia dicit quòd potest ex causa noua &c. quòd
5 vbi sententia † nulla confirmatur per iudicem appellationis, non agitur ex prima, sed ex secunda. l. furti. & ibi not. ff. de iis qui not. infami. Et hæc omnia habent locum
6 in sententia. Decretum † autem ex falsa causa est nullum ipso iure. l. j. §. hæc verba, ne vis fiat ei. & l. cùm verò. §. subuentum. de fideicommissariis libertatibus. & Bartol. in l. iustè. ff. de acquirend. possessio. Idem dicit Innocen. in absolutoria lata ex falsa causa. Allegat casum in l. j. de natalibus restituendis. Ita notatur de fide instrumen. ca. quod super iis. de offic. ordinar. cap. ex parte. & per illam dixi idem in dispensatione ex falsa causa obtenta, vt est casus in dicta l. j. de natalibus restituendis. Adde pro conclusione omnium vide gloss. xxxv. quæstio. ix. in summa, quot modis retractetur sentẽtia. Adde etiam in qui-
7 busdam causis semper retractationẽ paratam, quia † sententia nunquàm transit in rem iudicatam. Canonistæ habent causam in causa matrimoniali. in cap. lator. & cap. consanguinei. de sententia & re iudica. Idem dico in omnibus sententiis, per quarum obseruantiam peccatum nutritetur, in quo ne purgetur, nec vinculum legis nec cõsuetudinis, nec aliud aliquid potest. Ita not. ibi gloss. & de re iudica. cap. inter monasterium. & super illa gloss. aliquid tangitur. & Hostiensis notat de electio. cap. qui dilectum. quod retulit Ioan. Andr. extrà de re iudica. in nouella. Idem in dicto cap. lator. & cap. consanguinei. super vltima gloss. Idem in eodem titu. de re iudica. in cap. cum Bertoldus. super gloss. tangitur. de arbitr. in cap. j. & cap. per tuas. & in cap. quintauallis. de iureiurand. & de præbendis. cap. nisi. & cap. dilecto. Ad idem bene facit quod notatur de causa beneficiali, de rescriptis. cap. constitutus. & cap. ad aures. quod notat Innocen. extrà de dolo & cap. cùm olim. & dicto cap. cùm Bertoldus. Pro hoc facit ratio, quia vbi de salute animæ agitur, sententia contra veritatem, licet prosit quo ad ecclesiam militantem, non tamen quoad ecclesiam triumphantem. Ita probatur extrà de sententia excommunicationis. cap. à nobis. Et hæc vtilia sunt ad multa, & per ista obtinui in quæstione facti.

LEX III.

2 *Sententia lata à iudice falsitatis secuta prætextu, quòd rescindatur. & nume. 2.*

3 *Matrimonialis causa quòd nunquam in rem transeat iudicatam.*

4 *Victo vel condemnato ex falsis instrumentis quæ remedia competant.*

1 FAlsam. Sententia † lata per falsa instrumenta tunc potest prætextu talis falsitatis reuocari, cùm apparet iudicem ex illis ad pronuntiandum motum. Hoc dicit.

Nota textum in secunda parte, ex qua percipitur quid incumbat venienti ad retractationem sententiæ, quam allegat per falsas probationes latam. nam oportet quòd articulet & probet iudicem ex illis motum, aliter nihil facit. In prima gloss. ibi, *Et nota quod dicit P'a* Conclude quòd opinio Plac. potest esse vera ad casum l. diuus. ff. de
2 re iudica. quando † simpliciter asserit testem falsum dixisse, aliter autem non potest defensari hæc opinio, quando se astrinxisset ad probandum corruptelam, quia tunc oporteret probare & falsitatem & corruptelam. Et dicit Bartol quòd apparet ex modo proponentis, an arctet se ad probandum corruptelam: secus si diceret eos falsum dixisse, quia tunc sufficeret probare falsitatem, vt per Bartol. in dicta l. diuus. & de probation. cap. licet causam. & ibi per Innocent. Sed pone quòd constat testem verum dixisse, & de corruptela constat. Innocent. dicit sufficere probare de corruptela, vt sententia non valeat, dato quòd dixerit verum. Ita sentit de testibus, cap. sicut. & de electio. cap. cum dilecti. in gloss. quæ incipit, quæ est nulla. Alibi dicit contrarium & melius secundum doctores extrà de probationib. capit. licet causam. post princip. in gloss. quæ incipit, Hoc verum. in fine. Sed saluari potest quòd in illo cap. cùm dilecti. & cap. sicut. debet
3 intelligi, quòd ibi loquitur in causa † matrimoniali, quæ nunquam transit in rem iudicatam: vnde auditur exceptio solius corruptelæ. extrà de re iudica. cap. cùm I. & A. Alio modo dicebam volendo dicere quòd in vtroque bene dicat, attendendum tempus. Aut habemus respectum ad tempus ante sententiam, & tunc sufficiat probari corruptelam. Ita intelligo alio modo primum dictum Innocen. Post sententiam non sufficit probari corruptelã, nisi & falsitatem. Ita intelligo in secundo dicto, & ita cre-
4 do quod posset saluari Innocen. Demum † pro practica quæro de remediis, quæ competunt ei, qui conuictus est, vel condemnatus per falsitatem instrumenti. vide varios modos tactos per Guliel. de sententia. §. quoniam. versicu. & nota quod secundum canonistas potes concludere proditam esse viam agendi de falso ciuiliter, vt l. si ex falsis. supra, de transactionib. Potest etiam opponi criminaliter. Et ista querela de falso per viam accusationis debet proponi intra viginti annos. vt l. querela. infrà, de falsis. Dicit tamen Ioan. Andr. in dicto capi. quoniam contra. quòd ius accusandi de falso in causis spiritualibus durat centum annis. Tertiò subuenitur per viam excipiendi de falso contra petentem executionem sententiæ, vel agentem in factum, vel iudicati, vt infrà l. sequen. Et hæc exceptio sui natura est perpetua. per regulam l. qui agnitis. in fine. ff. de exceptionib. & extrà de exceptionibus. cap. licet. & cap. cum venerabilis. Petr. tamen dixit, quòd mala erat decisio illius decretalis in hoc, quod dicebat quòd auditetur perpetuò, quia talis exceptio non competit, nisi restitutione præhabita, ergo non durat nisi quatuor annis. Ita refert Cynus in l. querela. infrà, de falsis. Bartol. tamen in hoc articulo dixit, quod si exceptio opponatur solum ad excludendum victorem ab effectu sententiæ, tunc perpetuò potest opponi. l. qui agnitis. ff. de exceptionibus. & in dicto cap. cùm venerabilis. secus si velit restitui vt absoluat non obstantibus falsis probationibus, quia tunc verũ quod sit necessaria restitutio, & sic durabit quatuor annis. Et hæc est bona concordia, & effectus huius est diuersus multùm, nam non petita restitutione potest actor iterum agere, & probare debitum esse verum per veras probationes quod secus est, si esset absolutus restitutione petita, quia tunc non posset iteratò agere, obstante exceptione rei iudicatæ. Ita est de mente Bar. in d. l. diuus. ff. de re iudic.

LEX IIII.

1 *Exceptio quòd sententia sit lata ex falsis instrumentis, sententia executionem impedit: & soluti repetitionem, si probetur parat*

2 *Exceptio falsitatis non admittitur ad executionem retardãdam, si eius probatio altiorem requirat indaginem.*

1 IVdicati. Exceptio † quòd sententia sit lata prætextu falsi instrumenti, impedit executionem sentẽtiæ, & etiam soluti parat repetitionem, si probetur. Hoc dicit. In gloss. in fine. Nota quòd in casu isto falis conuictus per falsa instrumenta, vel falsas attestationes, si expressè consenserit sententiæ contra se latæ per suasionem aduersarij, nihilominùs admittetur ad petendam restitutionem in integrum: & si actor per dolum aduersarij succumbat, debet agere de dolo, & non recurrere ad restitutionẽ. Et si obiicitur exceptio rei iudicatæ, replicabit de dolo, vt de exceptionibus. l. qui agnitis. & de dolo. cum à te. Contra hanc leg. opponitur, quod hæc exceptio falsitatis non habet retractare executionẽ sententiæ, quia est iudicium summariũ. l. à diuo Pio. de re iudi. in quibus non admittitur exceptio requirens altiorem indaginem,

ergo, vt in l. ille à quo. §. si de restibus. ff. ad Trebellianum.
ergo, &c. Responderi potest, quòd iste textus debet in-
telligi quòd de ista falsitate poterat constare incontinen
ti, nullo extrinsecus probato, puta patet ex actis. suprà
de execu. rei iudica. l. ij. ff. de re iudica. l. si cum nulla. Sed
2 vbi † non posset constare, nisi aliquo extrinsecus proba-
to, tunc dic quòd si probatio falsitatis obiectæ requirit altio
rem indaginem, non admittitur ad retardandam execu
tionem. l. si suprà de ordine iudiciorum. sed vbi non re-
quirat altiorem indaginem, &c. Et ad hoc vide Bar. in l.
iii. §. condemnatum. ff. de re iudicat. Dicitur autem re-
quirere altiorem indaginem, vel non, vide in l. ille à quo.
vt in possessionem legatorum. & ideo est consilium quòd
offerat se probare incontinenti de falsitate.

De temporibus & reparationibus appellatio-num, seu consultationum. Rubrica.

Titul. LXIIII.

Hîc deest prima lex huius tituli, quæ incipit,
Si quis per absentiam.

LEX II.

1 *Tempus appellationis prosequendæ de iure Codic quod sit.*
2 *Pars ad instantiæ purgationem non vocanda. & quæ ratio.*
3 *Mensis quot diebus constet.*
4 *Prorogatio quòd à primæ instantiæ finita tempore fiat.*
5 *Dies vltimus termini quòd parti notus esse debeat.*
6 *Partis vocatio quando necessaria, vel non.*



Empora. Diuiditur principaliter in tres par-
tes, quia primò loquitur, quando appellatur
ab ordinario, vsque ibi, Quod si ab arbitro,
ibi. Secundò, quando à delegato, vsque ibi, Il-
lud etiam, ibi. Tertiò remouet dubium circa prædicta su
1 prà. Iure isto † appellans à sententia ordinarij habet no-
nem menses ad appellationem prosequendam, quibus
transactis reparatio trium mensium potest à principe im
petrari etiam parte non citata. Appellans verò à delega-
to principis habet nouem menses tantùm, scilicet, iure
isto, quibus transactis sine vlla reparatione mãdatur sen-
tentia executioni, sed appellans à sententia alterius dele-
gati, quàm principis, habet solum quinque menses. Iure
isto & contingentia circa causam appellationis potest iu
dex supplere etiam nemine postulãte. Hoc dicit tota ista
lex. Et adde hic, quòd est multiplex tempus, vt l. si appella-
tionem. suprà titulo proximo. Et hic loquitur de tempo-
re prosequendi non appellandi. Et vide hic per Bart. No-
ta, quòd hic loquitur de tempore prosequendi. In te-
2 xtu, ibi, *nec* † *aduersarium* Nota ad prorogationem instan
tiæ non oportet partem vocari. & sic est contra leges quæ
dicũt, quòd qñ agitur de alicuius præiudicio, debet vocari
pars. Sed ratio huius est, quia per hoc pars nõ multũ lædi
tur, vel nõ læditur, & sic apparet, quòd in ista prorogatio
ne non requiritur causæ cognitio, quæ aliàs requirere-
tur, vt l. nam ita diuus. & l. de vnoquoque. de re iudicata.
3 Nota, quòd † mensis hic appellatur xxxj. dierum. In
gloss. *reparationem.* ibi, *l proxima.* & dic melius, vt ibi no-
tatur, & ibi videbis, quòd nihil innouat. In gl. *tẽporalem.*
4 circa fi. Nota ex gloss. quòd † prorogatio fit à tẽpore fi-
nitæ primæ instantiæ. Nota text. ibi, *sed notus omnibus dies.*
5 quòd vbi † pars vult aliquid expedire vltimo die termi-
ni, nõ expedit, quòd faciat aduersam partem citari: quia
debet esse notus parti: secus si intra terminum vellet fa-
cere aliquid, quia tunc habet necesse vocari partem. Ca
6 sus est hic à contrario sensu. Circa hoc vide † quod scri-
psit Barto. de verborum obligatio. l. qui ante Calendas.
vbi dixit, quòd si terminus est statutus ad aliquem actum
momentaneum, puta ad comparendum, vel ad respon-
dendum positionibus, dicit, quòd debet comparere in
vltima parte termini: & si aduersarius abest, non debet
licentiari per iudicem, imò debet comparere qualibet
hora, quia totus terminus cedit vocato. Sed si sit assigna-
tus ad expediendũ, aliquid non momẽtaneũ, sed succes-
siuũ, puta ad probãdũ, tunc oportet expectari aduersa-
rium. Dicit tamen quòd est vtile quòd debeat morari ad
actus, puta ad videndum examinari testes, &c. & allegat
casum in l. ei qui. infrà eodem. Et sic collige ex his dictis,
quod in actu successiuo non est necessaria partis voca-
tio. Quod nota, quia facit ad multa.

1 *Dilatio à delegato à principe maior quàm ab alio esse debet.*
2 *Mensis quot diebus constet.*

§. *Quod si ab arbitro.* Summatus est cum præcedenti pro-
xime. In textu ibi, *numerentur.* & sic in effectu erunt
1 quinque menses. Ex hoc textu nota, quòd maior † debet
esse dilatio à iudice delegato à principe, quàm ab alio,
vt hic, aliter tamen prouidetur per authenti. Nota hic,
2 & suprà in parte præcedenti, quòd mensis † dicitur ha-
bere de iure xxxj. dies. In hoc tamen iura variare vi-
dentur: nam alibi non videntur attribui mensi dies tri-
ginta vnum integri. de regulis iuris. l. vbi lex. Alibi sim-
pliciter terminatur esse mensis triginta dierum. suprà de
iudiciis. authentic. Iubemus. suprà de iure deliberandi.
l. fina. in §. sin autem dubius. & extrà de electio. cap. quàm
sit. libro sexto. Quandoque mensis appellatur viginti-
quinque dierum. ff. si certum petatur in l. lecta. Pro quo-
rum concordantia potest dici (vt puto) quòd si loqua-
mur de mense per respectum ad totum annum, tunc in-
telligitur mensis prout occurrit, ne tempus anni egredia-
tur, quod esset multum absurdum. & de quo termino vi-
de in l. cùm hæres. §. Stichus. ff. de statuliber. Sed si lo-
quamur de mense per respectum ad vnum mensem, vel
duos, vel tres, tunc si de mense fiat mentio in principio
ipsius mensis, tunc intelligitur prout occurrit. argumen-
tum, de verborum obligationibus. l. eum qui Calen-
dis. & l. liber homo. §. decem. eodem titulo. Si autem de
eo fiat mentio intra mensem, tunc si mensis est declara-
tus à contrahentibus, illud seruatur. Ita intelligo casum
in dicta l. lecta. Sed si non est declaratus à contrahenti-
bus, tunc attendetur an agatur de fauore, an de odio:
quia si de fauore, tunc si talis fauor exigit celeritatem, in-
telligetur mensis vigintiquinque dierum. Ita potest intel-
ligi dicta l. lecta. vel triginta, vt in aliis iuribus primò al-
legatis. Sed si fauor exigat dilationem, intelligitur tri-
ginta vnum dierum, vt in dicta l. vbi lex. & ita potest intel
ligi de testibus. Si verò agatur de odio, dic semper tem-
pus dilatandum. Facit quod notatur in l. tertia. §. mino-
rem. ff. de minoribus. Iis adde notabilem gloss. extrà de
electionibus. capit. quàm sit. libro sexto. quæ dicit, quòd
si vigesima vel vigesimaprima, huius mẽsis statuatur dies
ad probandum, terminus mensis in vigesimaprima men
sis sequentis finietur. Adde etiam quod dixit Cynus de te-
stamentis. l. qua ætate. ff. vbi dixit, quòd tempora com-
putantur ciuiliter per dies, non per momenta. Quod est
notandum.

1 *Actus quo die expediendus, quando vltimus termini dies in feria-
tam labitur.*

§. *Illud etiam.* Summatus est cum principio huius legis.
1 Nota, quòd † vbi vltima dies termini incidit in feria
tam, præcedens dies debet inspici, id est, actus debet ex-
pediri præcedenti die. Sed contra hoc videtur casus in l.
sed & si per prætorem. §. si feriæ. ff. quibus ex causis maio-
res. & de dolo & contumacia. cap. contingit. Pro quorum
verificatione conclude, quòd quandoque statuitur ter-
minus, in quo aliquid fiat, quandoque statuitur termi-
nus intra quem aliquid fiat. Primo casu dic, quòd si illa
dies vltima cadat in feriatam, pars debet illa die se præ-
sentare, non vt procedat, sed vt sequenti die non feriata
agat. Ita probatur extrà de accusationib. capitul. ve-
niens. Et not. Innocen. de feriis in capitul. final. Et hæc
comparitio impediet processum fiendum, tanquam con
tra contumacem, sed non impediet effectum iam con-
summatum, propter eius contumaciam. extrà de dolo
& contumacia. cap. dilecti. & in dicto cap. veniens. Se-
cundo casu, quando est statutus terminus intra quem
fiat, dic, quòd si vltima dies termini cadat in feriatam,
debet actus expediri die præcedenti, vt hic. Vt tamen no
tetis vnum, quòd si ista feria occurrens non fuerit solen-
nis, sed repentina, iste poterit petere se restitui. Ita intelli
go casum in dicta l. sed si per prætorem. §. si feriæ. De quo
vide per Guliel. de citatione. §. primo. versicu. item exci-
pitur. de dilatio. §. j. versi. Sed pone.

Authent.

AVTHEN.

1 *Tempus appellationis prosequendæ de iure authenti. quod sit. & nume 5.*
2 *Tempus appellationis prosequendæ an minui possit. & nu. 4.*
3 *In causa appellationis quod lite contestata, & vna parte absente, altero verò instante procedi possit.*
6 *Tempus appellationis prosequendæ an de consensu procuratoris prorogari possit.*
7 *Fides de impedimento qualiter fiat, quando ad prosecutionem appellationis biennium datur.*
8 *Sententiam desertam esse vel non, cognoscere iudicis à quo esse.*
9 *Contumax quis habendus reo in duobus primis terminis comparente, in tertio verò actore.*

1 E*I qui.* Hodie tempus † appellationis prosequendæ est
annus, & ex causa bienniũ, & si appellator est absens,
potest appellatus, iuxta finem tamen, causam prosequi:
econtrà verò absente appellato, appellator prosequitur
indistinctè: & neutro veniente remanet firma prima sen-
tentia, debet tamen semper absens in expensis condẽna-
ri. Hoc dicit. In text. ibi, *impartitur.* Dic, & sic ipso iure.
In tex. ibi: *rata manet sententia* isto modo vtitur tex. ex-
2 trà de app. c. cùm si Romana. & ibi † bona gl. an hoc tem
pus possit minui. In tex. ibi, *condemnato,* &c. In causa ap
3 pellationis † potest procedi parte absente, & lite non con
testata, altero tamen instante, alias ipso iure remanet fir-
4 ma prima sentẽtia. Vides, quod † hic primò statuit an-
nũ pro primo fatali, & iste terminus potest augeri & mi-
nui ex causa, vt in c. si Romana. & c. oblatæ. & c. ex teno-
re. de app. Et facit iste text. ad not. in Spe. de app. in §. nũc
breuiter transcurrẽdum. ver. licet autem detur annus. De
quo tangam in auth. seq. Nota tamen, quod vbi pẽdet ter
minus statutus à iudice, vel à partibus, non est licitũ par-
ti impedire iudicẽ super ista causa appellationis, vt Inn.
de app. c. sæpè. Secus est pendente isto termino legali an-
5 ni, vel biennij, vt in d. c. oblatæ. Et adde † quod notat glo.
extrà de app. c. quanto. demum est addẽdum, quòd ex iu
sta causa videtur indulgeri secũdus annus. quod intellige
vt statim dicam post gl. Et quæ dicatur iusta causa, vide
per Inno. extrà eo. c. ex ratione. & vide quod dicam in l.
6 fi. §. illud. j. eo. Alibi dubitat Inno. nunquid † iste termi-
nus anni possit ex consensu procuratoris prorogari? Vi-
de per eum extrà de officio delegati. c. cum olim. primo.
Et quia hìc datur annus, & ex causa biẽnium, id est, sub-
sistente impedimẽto, quomodò fiet fides de impedimẽto?
7 Et qualiter † fides fiet, dixit Gul. in illo tit. de app. §. nunc
breuiter transcurrendum. ver. quid ergo, ꝙ sufficit periu
ramentum. Io. And. ibi, in additio. dicit, ꝙ hoc procedit,
quando agitur à remotis, sed si agatur de propinquo, tũc
debet impedimentum denuntiari procuratori, vt ipse di
cit. Super hoc de impedimẽto, vide Io. Andr. qui dicit, ꝙ
hoc sit arbitrarium. Ita dixit de dolo & cõtumacia in c.
j. lib. vj. in nouella. Demum hic vides, ꝙ si non fiat prose
cutio, rata remanet sententia. Quid autem si causa non
terminetur intra terminum datum ab homine, an rema
net firma prima sententia, ita quod deseratur prima sen-
tentia? Vide Inno. de app. c. personas. Adde etiã quod no-
tatur in c. constitutus in præsentia. extrà de app. & ibi vi
de gl. quæ arguit. In gl. *manet sententia.* in fi. Ex istis cõclu
de, quòd cùm lex primò decernat annũ primo, & ex cau-
sa secundo biennium, quòd si incipiat causam tali tẽpo-
re anni, & vnum quid occurrit, propter quod non potue
rit expedire causam, quòd valet sententia.

Desunt aliqua.

Secus est quando subuenitur ei per restitutionem in inte
grum, tunc nunquam restituitur, nisi tantum, quantũ a-
misit, vt l. ab hostibus. ex qui. cau. ma. quam allegat in §.
fi. In gl. *vnius mensis* ibi, *sed certè* Quid in hoc dubio te-
nendum? Dic, & tene primam partem, quod possit etiam
ante, ꝓpter verbũ, fortè, quod ponitur in corpore. quod
hic tenet Iac. Butr. qui dicit, quòd prima opinio est vera.
Si iudici videbitur Dic quòd hoc potest intelligi iudici cõ-
missum, qui considerabit an fuerit diligens in anteriori
anno, vel non. Et ita percepi sentire Iac. de Bel. in corpo-
re. & tunc faciet expectare vsque ad finem mensis, alias se-
cus. De hoc dubio vide Inno. in c. ex ratione. de app. & in
d. c. oblatæ. & non videtur bene firmare, inclinat tamen,
quòd possit, vt ibi per eum videre potes. In glo. *in omni
casu.* Nota ex hac glo. quòd licet quis obtinuerit in causa
8 principali, cõdemnatur in expensis. Hæc † litera dicit, ap
pellatione deserta remanet prima sententia. Pone ꝙ cõ-
paret appellatus, & petit executionem sententiæ à iudice
à quo, comparet alius dicens, domine non potestis exe-
qui, quia pendet appellatio, replicat alter, quòd fuit deser
ta appellatio, an iudex à quo poterit cognoscere an fue-
rit deserta? &c. Vide notabile verbum Innoc. ꝙ iudex à
quo, de hoc poterit cognoscere. Ita notatur in d. c. consti
9 tutus. extrà de app. Extra gl. aduerte, quia † dixit Iac. de
Are. in l. prætor. §. fi. de ope. no. nun. quod si aliquis est ci-
tatus, vt compareat intra sex dies, quorum duos pro pri-
mo, duos pro secũdo, duos pro tertio, & peremptorio as-
signauit: & in primo & secundo comparet reus, & non a-
ctor, in tertio comparet actor & non reus, quòd reus dici
tur contumax, quia est in vltima mora. Et idẽ tenuit Gu-
liel. in Spe. de citatione. §. viso. versi. quid si in primo. Sed
Bar. tenuit contrarium in l. qui ante Calendas. de verb.
obl. per l. & post edictum. ff. de iudic. vbi per comparitio
nem rei statim circunducitur edictum. Et idem sensit Io.
And. in dicto ver. quid si in primo. in additionib. vbi di-
cit, quòd per primam cõparitionem tres illæ dilationes
sunt consumptæ. Sed pro prima opinione dico, quod hic
est casus. Nec obstat l. & post edictum. quia ibi fuit vnum
edictum tantùm. & ideo si reus comparet in illo, & non
actor, circunducitur edictum. Sed in quæstione pro-
posita edictum habuit tres dilationes, ideò finguntur
tria edicta. I. tres denuntiationes. suprà quomodo &
quando iudex. licet ergo circunducatur quo ad vnam di
lationem pars illius edicti, vt ibi, non tamen circunduci
tur quo ad aliam, vt hìc.

AVTHEN.

1 *Tempus appellationis prosequendæ pendente inter partes compromisso non currit. Item nec si partes expressè non currere consenserint: secus si tacitè, nu. 2. & 3.*
4 *Appellationis causa etiam pendente compromisso terminari potest, si in dilatione periculum immineat.*
5 *Intellectus auth. & cle. quamdiu de appella. & nu. 6.*
7 *Partes litigare dicuntur etiam eundo ad arbitrum.*
8 *Iurisdictio iudicis causæ per compromissum non expirat.*
9 *Arbitri & iudicis differentia.*
10 *Tempus statutarium intra quod appellationis causa claudatur, an per partes iudice adsentiente prorogari possit.*
11 *Statutum vt in causa locus non sit, partes facere non posse.*
12 *Appellationis tempora sunt magis odiosa quàm primæ causæ tempora.*
13 *Appellationis tempora quando partes prorogare volunt, quo verbo vti debent.*

1 S*I tamen in medio.* Tempus † datum à iure ad appellatio
nem prosequendam, non currit pendente compro-
misso inter partes. ita potest allegari. Hoc dicit. Iste tex-
tus suspendit cursum temporis, quando itur ad compro
2 missum. Adde idem, si partes † expresse consentiant, tem
pora non currere. Et hoc est quod hodie per Clemẽ. quã-
diu. extra de appellatio. additur, & bene expresso consen-
su, quia secus si ex tacito consensu partium suspendatur
liste cursus, quia tunc tempus curreret. Additur & aliud
per illam Clemen. quia hæc lex loquitur de termino iu-
3 ris tantum, illa † prouidet etiam de tempore dato ab
homine, quia etiam suspenditur hoc tempus per appel-
lationem: sicut & tempus datum à lege. Addo & aliud
4 per illam Clementi. quod † si iudex videt in dilatione pe-
riculum imminere, potest iudex mandare quod causa
terminetur, non obstante causa compromissi. Exẽplum
in causa damni infecti, & etiam matrimonij. Addo quòd
5 † iste textus, & illa Clemen. loquuntur in instantia causæ
appellationis, vnde non habent locum in instantia cau-
sæ principalis. Et est ratio diuersitatis: quia in lapsu in-
stantiæ causæ principalis non est tantum periculum, si-
cut in lapsu causæ appellatiõis, quia in causa appellatio-
nis nõ habet remediũ, in causa principali sic, refectis ex-
pensis, &c. Hæc est doctrina canonistarum & legistarum.

Quæro an hoc tempus currat pēdente cōpromisso ipso
iure,an restitutione impetrata?Innoc.variat in relatione
opinionū.de appellationibus.c.ex ratione.Dic quòd ho-
die non currit ipso iure.& pondera text.in Cle.prædicta,
6 ibi,currere nolumus. Quæro† an iste text. habebit lo-
cum etiam in tempore ad appellationem interponendā?
Paulus de Lazaris dubitauit in Clem.prædicta,& tenuit
quòd illa decisio non habet locum in tempore ad appel
lationem interponendam,sed prosequendam sic:quia tē
pus datur parti grauatæ ad suspendendum grauamē, sed
tempus prosecutionis concernit commodum vtriusque,
ideo vtriusque consensu faciat cursum illius tēporis dor
mire. Alia est etiam ratio. Decem dies ad appellandum
dantur ad transferendam cognitionem causæ ad supe-
riorem appellationis remedio , non autem ad litigan-
dum,sed vadens ad arbitrum non appellat, nec transfert
causam,nec aliquid facit quod sit loco appellationis:sed
tempus prosecutionis datur ad litigādum:partes autem
7 † dicuntur litigare cum vadunt ad arbitrum. Et sic hæc
authen.habet locum in tempore prosequendæ appella-
tionis,& non interponendæ,sicut in d.Cle.quandiu.Pro-
bat hæc litera quòd non obstante compromisso, primus
remanet iudex.sed cōtra de l.sed si seruum.§.h.cum dua-
bus sequentibus.ff.de arbitris.vbi ampliùs se non intro-
mittit,&c.ergo idem videtur hic dicendum. Sed respon-
8 deo quòd † per compromissum non expirat iurisdictio
iudicis causæ,vt hic,& d.Cle.quādiu. siue esset iurisdictio
ordinaria siue delegata:sed per vnum cōpromissum be-
ne expirat aliud quod postea sequitur. Ita loquitur con-
trarium:similiter & iudicium posteà habitum,saltem lite
cōtestata vt ibi.Diuersitatis autem quæ potest esse ratio?
9 Dic,quia † arbitrium appellatur voluntarium,ideo ab
illo potest nuda voluntate discedi:sed iudicium appella-
tur necessarium,& redditur in inuitum, vt l.inter stipu-
lantem.de verb.obli.& ideò per simplex compromissum
non potest videri discessum. Item alia ratio:quia iurisdi-
ctio datur à lege,sed arbitrium datur à partibus.Hanc ra
tionem allegauit Guli.in Spec. de arbitro.§.sequitur. in
fi.Et hæc ratio est notissima. Et facit hæc authen. cum
10 prædictis ad quæstionem, an † tempus datum per statu-
tum ad causam appellationis finiendam, possit per par-
tes prorogari,consentiēte iudice appellationis? Quæ fuit
quæstio bis disputata secundum Ioan. Andr. in additio.
Specu.in titu.de appellationibus.§.nunc breuiter trans-
currendum.versi.licet autem.aliàs nunc vide.vbi vide.Et
fuit disputata Paduæ per Richardum Malumbre.& inci-
pit,Statuto cauetur,&c.Et fuit etiam disputata Bononiæ
per Marti.Sylla.& incipit,Bononiæ cauetur,&c. Et fuit
etiam dubitatum per istos disputantes,vtrum illud quod
dicitur in tempore legali,habeat locum etiam in statuta
rio tempore? Et concluserunt isti disputantes,quòd tale
tempus non possit prorogari,quia hoc tempus prosecu-
tioni causæ statutum est ob publicam vtilitatem, vt lites
terminentur,vt l.properandum.suprà de iud.Non autem
versatur singularis fauor partium, ideo per partium fa-
ctum in hoc non potest dispēsari,vt l.ius publicum.ff.de
pactis.l.ij.§.sed quia veremur.suprà de iuramento calum
niæ.Nec obstat l.ij.§.si & iudex.de iudic. quia ibi loqui-
tur de tempore,quòd mutatur per delegantem ex causa,
quæ procedit ex æquitatis: & ideo nimirum si partes iura
prorogant, hic autem est tēpus limitatū à lege generali
hoc decidente,vt sit litium finis,nec possunt partes statue
11 re,quòd † statutum in sua causa locum non habeat,vt de
lega.j.l.nemo potest.ita ipsi ambo responderunt.Plus di-
cit Mart.Sylla.quòd non teneret prorogatio, si iudex in-
terloqueretur talia tempora posse prorogari cōsensu par
tium:quia ista sentētia esset nulla ipso iure,quia esset ex-
12 pressus error in sententia.Item quia † tempora appella-
tionis sunt magis odiosa,quàm causæ primæ, vt l.eos. in
fi.suprà eodem.ideo non de facili prorogātur. Subdit Ri
chardus Malum quòd tempus statuti est datum per om-
nia subrogatū in loco temporis iuris communis, vt qui-
bus casibus non currit tempus à iure communi,nec tem
pus statuti.Item quo casu currit de iure communi,sed da
tur restitutio, idem erit in statuto. Item sicut istud tēpus
iure communi non potest prorogari,nec tempus statuti.
Aduerte tamen quod partes possunt consentire,quod su-
persedeatur super executione sententiæ,isto casu non cur
rent tēpora iuris,vel hominis.Ita potest intelligi ista au-
then.secundum Richardum Malumbre.Ex istis habemus
13 consilium,quòd quando partes volunt † prorogare tem-
pora appellationis, non debent dicere, prorogamus,sed
debent dicere,suspendimus, vel differimus. Huius consi-
lij videre meo potest esse ratio : quia quando dicitur su-
spendimus,vel differimus,cessat ratio suprà dicta,ne lites
sint immortales,quia interim nō litigatur,nec fit aliquid
aliud pendente ista dilatione,vt l.siue pars.suprà de dila-
tionib.Sed quando vtimur illo verbo, prorogamus, tunc
interim litigatores procederent in causa.& sic obstat ra-
tio l.properādum.suprà de iudiciis.& l.si fratris. suprà de
transactio.scilicet,quòd lites essent immortales,&c. Ita
potest intelligi dicta Clemen.quandiu.ibi,suspendimus,
aliàs differatur:quia primo modo quando dicit,proroga
mus,non valet,secus si dicat,suspendimus. Et in hoc vidi
deceptum vnum valentem doctorem,qui dixit,Proroga-
mus,&c.Et ideo hoc nota.

AVTHENT.

1 *Tempora fatalia appellationis cognitione pendente in consistorio principis,non currunt.*
2 *Proceres qui,& cur sic dicti.*
3 *Intellectus l.Cum à nobis.C.de dilatio.*

1 S*Ed & lis* Pendente† cognitione appellationis in consi
storio principis,non dicuntur currere tempora fata-
lia.Hoc dicit,Vel sic.In consistorio principis non currit
tempus.Et sumitur hæc authē.in corpore de appel. in iij.
2 coll. In tex.ibi,*à proceribus*,† id est,a nobilibus officia-
libus principis,qui procedunt & præcedunt alios. Dicti
sunt autem proceres ad similitudinem trabium proce-
dentium vltra murum,quæ propriè proceres appellātur,
quasi vltra murum procedentes.Et de hac authē. extra de
appel.ca.ex insinuatione. & ibi quasi idem dicitur quod
hic.Opponitur contra hunc tex.suprà,de dilatio.l.cùm à
nobis.vbi in iudiciis causarum imperialium non debet
3 dari dilatio.Respōdeo,quod † ibi loquitur in causis, quæ
plenè relatæ erant ad principem,in quibus nihil restabat,
nisi actus sententiæ,hic loquimur in causa examinanda
coram principe.ideo,&c.

AVTHEN.

1 *Fatalia non currunt ,si stat per iudicem appellationis quominus intra tempus causa finiatur.*

1 S*I appellatione secuta.* Vbi steterit † per iudicem appella-
tionis quo minus causa suscipiatur,& finiatur intra tē
pus,nullum in cursu temporis partibus præiudicium ir-
rogatur.Hoc dicit.Hæc sumitur ex corpore, vt sponsali-
tia largitas.§.Hoc quoque. In glos. *nullum præiudicium*,
ibi,*nam datur restitutio*.Et sic vult,quòd currit tempus,sed
est necessaria restitutio.Gloss. sensit contrarium in cor-
pore,quod imò ipso iure non currit.& in l.sed si per præ-
torem.hic allegata.Variat Ioan.And.extra de appel.ca.
ex ratione.Puto concludi posse,quòd non currit ipso iu-
re per istum tex.qui dicit, nullum præiudicium. Si enim
diceremus quod curreret, sed esset necessaria restitutio,
generaretur præiudicium. Non obstat §.ait prætor. hic
allegatus,quia ille loquitur de prescriptione actionis,hic
loquimur de præscriptione instantiæ.Barto. hic tenet quòd
sit necessaria restitutio,quia dicit,quòd ista restitutio da
bitur sine libello,& sine alia solennitate,sed dicet iudex,
quia talis fuit impeditus facto nostro ideo præsentem &
petentem ad tale tempus restituimus.Ad hoc allegat,ex-
trà de offi.iudic.c.fina.

LEX III.

1 *Ad appellationem inchoandam post tempora statuta,alia non cōceduntur,etiam per rescriptum*
2 *Tempora quæ per instantiarum tempora instaurantur.*
3 *Appellans in productione appellationis quod vltra instantia dimidium protrahere non possit.*
4 *Tempus appellationis partes suo consensu,aut altero quodā prorogare non posse.*

Nemo

1 N*Emo*. Ad† appellationem inchoandam post tempora
supra eo. in l. ij. non conceduntur alia tempora, etiam
per rescriptum, & tempus appellationis introducendæ est
dimidia temporis ipsius appellationis exercendæ. Nota
casum hic, ibi, per sacrum rescriptum, quòd non sunt ser-
2 uanda illa rescripta, †per quæ tempora instantiarum in-
debitè reparantur, vel restituuntur. Secundò non violan-
3 do textum, hic notatur casus, quòd appellans† non possit
protrahere in prodoctione appellationis, & aliorũ ei in-
cumbentium vltra dimidiũ instantiæ, ne aduersario tol-
lat suas defensiones. Gloss. tamen dicit hic, quòd hoc erat
de consilio, & in hoc destruit hunc textum. Nota hunc te-
4 xtum ad illam quæstionem quòd partes nõ† possunt pro-
rogare tempus appellationis per suum consensum, vt ibi,
nec prætextu quodam altero, & ita fuit allegatum per Ri-
cardum Malumbre, in quæstione, statuto cauetur, &c. de
qua dixi suprà cod. authen. si tamen. & allegat Ioan. An-
dreæ. in Specu. de appel. §. nunc breuiter transcurrendum.
ver. licet autem.

LEX IIII.

1 *Non allegata aut probata in causa principali, in appellationis cau-*
sa & allegari & probari possunt. nu. 4.
2 *Exceptio peremptoria in principali causa omissa, potest opponi in*
causa appellationis: secus de dilatoria.
3 *Sententia prima diffinitiua quod etiam ex nouis actis & iustifice-*
tur & impugnetur.
5 *Intellectus clement. Appellanti. de appellat.*
6 *Probationes nouæ in causa appellationis vel nullitatis, si de nouo*
emergant, admittuntur.
7 *Exceptiones nouas an & quando in appellationis causa opponere*
liceat. & numero sequenti.
8 *Iudex appellationis primam sententiam aut approbare aut repro-*
bare tenetur.
9 *Capitulum nouum quod dicatur.*
10 *Appellatione interposita nihil innouandum.*
11 *Testium sola publicatio an & quando probationi viam præclu-*
dat.
12 *Testis idem an & quãdo ante publicationem ab eodem sæpius pro-*
duci possit.

P*Er hanc*. Hæc lex tria facit. Primò permittit non oppo-
sita in causa principali, opponi in causa appellationis.
Secundo ibi, Sed & si qua. permittit opposita in principa-
li, & nõ probata probari. Tertiò, ibi, Quo exercitatis, po-
nit rationem prædictorũ. Hoc intendit in summa. Ex par-
te actoris, vel rei non opposita, vel non probata in causa
principali ex primis dependentia, & nõ separata, possunt
in causa appellationis opponi, & probari. Hoc dicit lex
notabilis. In tex. ibi, *Instrumentum*. cui in dubium reuo-
cato non poterit in prima causa fides adhiberi. Nota
1 quòd† non allegatum vel non probatum in causa princi-
pali, potest probari vel allegari in causa appellationis.
Nota textũ, in verbo, vel exceptionibus. qui videtur pro-
2 bare cùm simpliciter loquatur, quòd † quandoque exce-
ptio non opposita in principali, possit opponi in causa
appellationis. Sed intellige de peremptoriis, non dilato-
riis: quia dilatoria non potest opponi. l. ita demum, suprà
3 de procuratoribus. Secundò vide hic, quòd† prima sen-
tentia iustificatur vel impugnatur etiam ex nouis actis:
quod procedit, quando est appellatum à diffinitiua: secus
si ab interlocutoria, in qua non potest fieri noua appella-
tio, vt extrà de appellatio. in cle. appellanti. Ex quo dicit
Bat. quòd ex grauatores non possunt nouas probationes
recipere. Et vide quod dixi in §. arbitrorum. l. si societatẽ.
4 ff. pro socio. Nota, quòd causa† non allegata in principa-
li, potest allegari in causa appellationis, etiã contra gra-
uamen irrogatum per interlocutoriam. l. generaliter. §.
si autem is cui. ibi, vel si fortè non audeat, &c. suprà de re-
bus creditis. Et dicit Bald. alibi non inueniri. Non obstat
5 clemen. appellanti. †quia loquitur, quando directò appel-
latur ab interlocutoria, vel grauamine: secus vbi indire-
ctè appellando à diffinitiua, in qua discutitur de graua-
mine præcedenti, vt ibi patet. & notatur extrà de re iudi-
cata. c. quod ad consultationem. Aliam addo limitatio-
nem, quam habeo à Dyno, in consilio xx. & incipit consi-
lium, Super quæstione, qua quæritur, vtrùm filius, &c. vbi
6 dicit, † quòd licet statutum, vel ius commune dicat, quòd
in causa appellationis vel nullitatis non recipiãtur nouæ
probationes, tamen debent recipi, si de nouo emergant:
quia cum non potuerint claudi in præcedẽti iudicio, nec
frustrà oriantur, ergo possunt de nouo allegari, argumen-
to de condictione sine causa. l. si sollo. Quod est etiam no-
tandum ad limitationem illius cle. Et quodlibet istorum
puto verum, licet canonistæ fortè dicent contrarium. In
7 gl. in verb. *ad nouum* in principio, ibi, *quod non placet*. † Hoc
dictum est duplex, respectu rei & respectu actoris. Gl. sim-
pliciter reprehendit illud dictum. Vnde si intelligatur re-
spectu rei extremum, & tunc gl. bene dicit, quòd possunt
postea opponi, vt l. ij. suprà, de consortibus eiusdem litis.
& l. j. suprà, de re iudicata. Sed gl. potest habere respectum
ad ius agendi, & tunc glo. non iustè reprehendit. Sed de-
bemus aduertere, an ius superueniat ex causa tractum ha-
bente retrò, & tunc potest deduci, & ex eadem sententia se-
quetur condemnatio, vt l. si rem. §. fi. ff. de pignoratitia a-
ctione. & l. sed si non mortis. de inofficioso testamento. Se-
cus autem si superueniret ex noua causa: quia tunc ex ea-
dem instantia non potest sequi condemnatoria, vt l. non
potest. & l. non quemadmodum. ff. de iudiciis. & vidi illa
de hoc aliquid tractatum in l. j. suprà, de sentent. quæ sine
certa quantitate prolata est. In glos. ea. ibi, *aliqui dicunt*.
Hanc secundam glo. approbat infra, & scribentes appro-
bant, aliter tamen dicunt. In eadem gloss. ibi, *cum excep-*
tio pendeat. Hæc opinio potest seruari pro parte, scilicet
inquantum sunt loquuti de actione, non de exceptione.
Ratio ergo huius est, quia actor compellitur in actione
proposita persistere. vt in authentic. qui semel. suprà, quo-
modo & quando iudex. Si ergo in principali deduxit
quod vi aut clam &c. non poterit inchoare nouum iudi-
8 cium. Iudex† enim compellitur primam sententiam con-
firmare, vel infirmare, quod facere nõ potest in noua cau-
sa. Habet ergo locum in iure excipiendi, non agẽdi. Qui-
9 dam vt Iaco. de Ra. dixit aliter, quòd† illud debet appel-
lari nouum capitulum, quando sententia lata super pri-
mo, non parit exceptionem rei iudicatæ super secundo,
antiquo capitulo, aliàs secus. Et est ratio secundum eum,
quia ex quo sententia parit exceptionem rei iudicatæ in
secundo, lex subuenit appellanti, quasi dicat, quia lex con-
siderauit quod illa res iudicata obest ei, ideò vult ei sub-
uenire. Hoc tamen dictum non videtur tutum: quia con-
stat, quòd in causa appellationis potest allegari noua
causa, in qua sententia lata in prima non pariat exceptio-
nem rei iudicatæ. Casus est in d. l. si rem. §. fi. iuncta l. seq.
de exceptione rei iudicatæ. In ead. gloss. in fi. Bar. & alii
vtuntur alio modo extra gl. & dicunt, quòd ex parte acto-
ris omnis intẽtio, vel articulus coadiuuans exceptionem
propositam, dicitur pertinere ad antiqua capitula, ideò
super illo semper admittitur probatio, aliàs vbi non co-
adiuuat actionem propositam, nõ dicitur pertinere, ideò
super illo non potest fieri probatio: sic & ex parte rei o-
mnis exceptio quæ respicit actionem propositam, dicitur
pendere ex antiquis capitulis, ita quòd potest fieri pro-
batio super illis. Et secũdum istum modum dicit hic Bar.
possunt intelligi omnes opiniones hic relatæ, & dixit hãc
doctrinam probari per l. final. ff. quod cum eo. vbi etiam
ex noua causa iudex appellationis confirmat, vel infir-
mat ex nouis appellationibus, & probationibus, l. Aemi-
lius. ff. de minoribus. Tene ergo dictum glo. quod est cla-
rissimum, vel secundum quod dicunt doctores vt suprà
proximè dixi. In gloss. in verb. *sed & si qua*. ibi, *fallit*. id
est, ista est quædam innouatio, quæ permittitur. Tu dic
10 quòd† appellatione interposita nihil debet innouari per
partem, vt ibi, vel etiam per priorem iudicem, sed per
iudicem appellationis bene potest innouari, vt hic, & l.
in offerendis. in fine. suprà, titul. proximo. Nos loqui-
mur de probatione fienda post publicationem, & di-
dicita testificata, & sic intelligamus regulam §. si verò.
in illo enim casu propriè cadit timor subornationis.

In glossa eadem. ibi, *alii dicunt* Hanc reputo bonam
& tutam. In glossa eadem. Si intelligimus testificata,
hoc non habet dubium, quia adest timor subornationis.

Quidam plus dixerunt, quòd sufficit quòd pars scire po-
tuerit, quod præsumitur eo ipso, quod habuit copiam
11 probationũ. Alii dixerunt, quòd † sola publicatio testium
non præcluderet viam probationi, quia non insurgit ti-
mor subornationis. Hoc sequitur Guli. in Spe. de proba.
§. satis vtiliter. ver. quid si publicato. Hanc opinionẽ fir-
mat gl. de testibus. c. constitutis. ij. refert ibi. Sed Io. Andr.
in d. c. constitutis. dicit, ꝙ Clemens in hoc tenebat con-
trarium, per c. tamen. & c. constitutis. & c. de testibus. Per
illa iura Clemens defendebat, quod sola publicatio suffi-
cit. Pro hoc dicit, quòd sufficit ita scriptum, vt vj. q. iij. ita
scriptum. In hanc partem inclinat Hostiensis in summa.
eo. tit. §. & vtrum. ver. dicas igitur. Et hanc partẽ Clemen-
tis, & Hostiensis, Io. And. putat veram. Dicit tamen, quòd
dictum Guli. & gl. in c. constitutis. posset esse verũ, quan-
do iudex me inscio faceret publicationem: quia talis pu-
blicatio non impedit nouam probationem. Per hoc non
videtur mihi cessare timor subornationis, & per hoc non
mihi videtur in omnibus bene conclusum. Dico ergo, ꝙ
etiam si me sciente fuit facta publicatio, absque eo quod
legerentur attestationes, verbalis tantum publicatio, li-
cet me præsente & sciente non lectis attestationibus, Di-
co quod non sum exclusus à probationibus. Ita intelligo
dictum Guli. & gl. in c. constitutus. videlicet, quòd nõ no-
ceat quominùs non possit probare. Sed vbi sunt lectæ at-
testationes coram partibus scientibus & cõsentientibus,
tunc noceret. Et ita intelligo dictum Io. & aliorum. Dicit
12 gl. quòd idem testis poterat. Quæro † an idem testis pos-
sit ab eodem ante publicationem produci super eodem
articulo sæpiùs? Videtur textus in d. c. constitutus. ad fi. &
eo. titu. c. cum causam. Guli. in illo §. satis vtiliter. ver. sed
nunquid. dicit quod idẽ testis nunquam potest sæpiùs in-
duci, nisi ex aliqua noua causa, si fortè prius productus,
non fuit de omnibus recordatus. in authen. de testibus. §.
quoniam non multi. vel si non fuit plenè examinatus. eo.
tit. c. cùm clamor. & c. per tuas. alias testis posset vt suspe-
ctus repelli, qui sæpius super eodem facto producitur, vt ff.
de testibus. in l. produci. Publicatio secundum articulum
quæstionis repellitur. Nunquid sicut publicatio repellit,
ita repellit renuntiatio facta per partem? Dicit Innoc. de
testibus. c. cum venisset. notabiliter, quòd si pars renuntia
uit productioni, vel testibus super aliquo speciali articu-
lo, super illo amplius non debet audiri, etiam in causa ap
pellationis, vt in c. constituris. ij. ad fi. de testib. & quãtum
ad hoc dixit, quod non est differentia inter causam prin-
cipalem, & causam appellationis, sed si generaliter fuit
renuntiatum, quia renuntio productioni quam possum
per testes, tunc hac renuntiatione non obstante poterunt
testes super nouis capitulis dependentibus à primis pro-
duci. Allegat eo. ti. de testibus. c. fraternitatis. quia genera
lis renuntiatio in causa principali, non extẽditur ad cau-
sam appellationis, quæ est alia à prima. Partes enim non
videntur hoc egisse, nisi hoc exprimatur, secundum eum.
Bene facit l. fi. in fi. infrà, eo. Et ratio diuersitatis, & huius
distinctionis est, quia quando renuntiatio est generalis,
ista respicit solam Instantiam, quia non potest aliud re-
spicere postquam est facta simpliciter, sed instantia causæ
appellationis est alia à principali, vt l. ita demum. allega-
ta suprà, ergo &c. Sed quãdo fit super certo articulo, tunc
non concernit instantiam, sed solum illũ articulum. Con
stat autem, quòd ille articulus semper est idem, siue in prin
cipali, siue in causa appellationis. Subdit tamen ibi Inno.
notabiliter, quòd si aliqua causa mouet iudicem maximè
delato parti iuramẽto, quod hoc non petit calumniosè,
ipse credit, ꝙ iteratò possit testes producere. Facit in au-
then. de testi. §. quoniã multi. vbi etiam eo casu post con-
clusionem admittitur productio testium, quæ tamẽ con-
clusio est plus quàm testiũ productio. Adde prædictis no-
tabilem gl. Inno. de testibus. c. per tuas. quòd si testis fuit
examinatus, & non interrogatus super eo, quod fuit exa-
minatus, imputatur examinatori, qui non interrogauit
eum. Vnde iudex debet eum repellere. In gl. ea. in fi. Tu
dic quòd prima opinio allegata est verior, quã tenuit In-
no. & Ber. & alii, extrà de testibus. cap. fraternitatis. Et est
hæc decisio clara, de testibus. in cle. Testibus. Et dicit Ioã.
And. huic rationi non valet respondere Legista. Et est ibi
decisum, & ita debemus tenere. Posset hic addi, quòd ha-
betur canon de testibus, in c. præsentata.

LEX V.

1 *Tempus appellationis inchoandæ quod ex iudicum diuersitate va-
rium erat, hodie variatur ex locorum varietate.*

C*Vm anterioribus* Hæc lex in prima sui parte corrigit l. ij.
§. eo. ti. in ea parte, qua in primo fatali dabat indistin
ctè sex menses, nam hic non dat indistinctè, sed ex varie-
tate locorũ. Quandoque dat sex menses, quandoque tres
1 tantùm. Potest tamen sic summari. Tempus sex † mensium
ad inchoandum appellationem, quod olim erat variũ ex
diuersitate iudicum, hodie variatur ex varietate locorũ.
Hoc dicit prima particula vsque ibi. & cum antea. In
textu ibi. *siue semestre*. Dic, de quo in principio huius legis.
In textu ibi. *siue tres*, de quibus suprà proximè dixi.

1 *Appellationis interponendæ terminum vnum decem dierum ho-
die tantùm dari.*

§. *Et cùm antea.* Hic corrigit dictam legem secundam in
ea parte, qua statuerat, ꝙ post quinque fatales sit de-
serta appellatio, & amplius non audiretur appellator: hic
enim addit, vt etiam si veniat post vltimum fatalem intra
quinque dies debeat appellator audiri, & sic erunt hodie
decem dies fatales. Et in summa potest comprehendi sic.
1 Pro † quinque fatalibus, qui olim competebant, per hanc
legem hodie vnus tãtùm fatalis terminus decem dierum
constituitur. hoc dicit. Et ad constituendum moueri vi-
detur, quòd in consistentibus in cursu temporis propter
lapsum memoriæ, quæ in homine labilis est, ideo poterit
quis de facili decipi.

1 *Appellationis intimandæ tempus in principis consistorio, hodie
vnius anni esse.*

§. *In iis autem.* In hac parte loquitur de tempore ad inti-
mandam causam appellationis, & corrigit hic l in of
ferendis. suprà titulo primo, in eo quod ibi dicebat, cau-
sam appellationis intimandam intra biennium in consi
1 storio principis. Statuit ergo, quòd † tempus ad appella-
tionem intimandam in consistorio principis, quod olim
erat biennii, sit hodie solum anni, nedum appellatori, sed
etiam appellato. Hoc dicit in terminis, & in summa hæc
pars.

1 *Appellationis ventilandæ in principis consistorio nullum tempus
constitutum.*

1 §. *Si tamen in nostro.* In causa appellationis † ventilãda in
consistorio principis propter eius varias occupatio-
nes, nullum tempus statuitur. Hoc dicit. In text. ibi. *in eo-
dem die*. Dic, id est, intra annum.

1 *Appellationis tractandæ alio quàm in principis consistorio tem-
pus annus est, & ex causa biennium.*

2 *Sententiam in causa appellationis, etiam lite non contestata ferri
posse.*

3 *Litem contestatam in causa appellationis sola citatione fieri.*

4 *Procurator si appellationem prosecutus fuerit, an domino impu-
tandum sit?*

5 *Appellantis iuramentum ad infirmitatis impedimentum proban
dum sufficere.*

6 *Appellationis desertione sententiam primam etiã nullam firmam
manere. & nu. 7.*

8 *Appellationis prosequendæ tempus quando currat.*

9 *Querela non appellationis locus est quando dissimulatione, vel ne-
gligentia iudicis pars grauatur.*

§. *Illud etiam.* Hic est alia pars legis tertiæ, quæ loqui-
tur de tempore, quod datur ad exercendam appel-
lationis causam, & etiam finiendam alibi, quàm in con-
1 sistorio principis. Et potest sic summari. In causa † ap-
pellationis alibi tractanda, quàm in cõsistorio principis,
datur annus: vel ex causa biennium: quo lapso, etiam
absente appellato, potest appellator prosequi, & ex la-
psu talis temporis prima sententia dicitur remanere fir-
ma, & in causa appellationis potest etiã absque litis con-
testatione

testatione ferri sententia. Hoc dicit vsque ibi, Cui consen-
2 taneum. Nota primo hic speciale† in causa appellatio-
nis, quòd sententia possit ferri lite non contesta: a. Quod
Gulielmus intelligit esse verũ, quando altera pars est ab-
sens, secus si vtraque esset præsens: quia tunc secundum eum
debet fieri contestatio. Ita notatur in Speculo de appel-
lation. §. de officio. vers. sed qualiter. Hoc etiã sentit glossa
in cap. interposita. in fi. & capi. per tuas. extra de appella-
tionibus. Vide etiam glossam de testamen. in capi. Rayn.
& Gulielmum in Speculo, de libellorum conceptione. §.
nunc videndum. versic. sed nunquid in causa appellatio-
nis. Adde etiam Iacob. Butrigarium, & ad hoc l. si omnes.
supra si vt se ab hæreditate abstin. Adde etiam, quod hic
3 videtur aliud speciale, scilicet, quod † per solam citationẽ
dicatur lis contestata, & tunc causa appellationis ex tunc
exordium appellationis suscipiat, de quo hic in glossa su-
per verbo, Exordium. Nota illam literam ibi, *vel aliam
inexorabilem causam*. quam induco pro casu contra Guliel
mum, qui dicit in Speculo de appellation. §. nunc breui-
4 ter. versi. item quid si pars. quòd si appellans† intra annum
misit procuratorem, & ille non fuit prosecutus, hoc impu
tabitur domino. adeò enim tenetur dominus, quod non
excusatur, nisi & procurator prosequatur, scilicet, causam
appellationis. l. si procuratorem. §. si ignores. alias, si tuto-
res. ff. mandati. ibi, non tamen igitur, &c. Pro hoc etiam fa-
cit ratio vltra istum tex. quia si dominus intra terminum
ordinauit procuratorem, & cum misit ad prosequendum,
qui decepit mittentem dominum, nulla videtur æquitas
suadere hoc imputari domino. l. qui manumittere. §. fi. ff.
quibus ex causis maior. Et hoc videtur de mente Archi-
diaconi in cap. j. ne sede vacante. lib. vj. Pro concordan-
tia tamen opinionum fortè dici potest, quod si procura-
tor non esset soluendo, tunc appellans posset restitui ad
causam, aliàs non, sed deberet agi contra procuratorem,
secundum notata in simili, in l. j. in fine. ff. quando appel-
landum sit. Et aliquid tetigit glossa suprà titulo primo, au
5 then. hodie. Addo, quid† autem si ille fuit infirmus intra
annum, nec potest hoc impedimétum probari? Dixit Gu-
lielmus, quod sufficiat proprium iuramentum ipsius ap-
pellantis, in d. §. nunc breuiter. versic. quid ergo. Facit de
excusationibus tutor. l. scire oportet. circa mediũ. & ex-
trà quod metus causa. in cap. ij. considerata tamen quali-
tate personæ, & ibi dicit Clementem quartum sic præce-
pisse auditoribus obseruari, & quod sic seruant in causis
per appellationem ad curiam deuolutis, in quibus nõ po
test iuris rigor per omnia obseruari. Sed Ioann. Andræas
ibi in additionibus dicit hoc procedere, quando agitur
in remotis, ita quod esset difficilis probatio: secus si de pro-
pinquo, vt dixi suprà eo. authen. ei qui. vbi vide. Vides hic,
6 quòd† per desertionem appellationis, quis dicitur cade-
re de appellatorio iuuamine: & supra dixi, quod prima sen
tentia remanet firma. Secundum hoc videtur quod iudex
primus cognitionem reassumat. In quo conclude, quod
iste textus procedit, quando prima sententia fuit diffini-
tiua: vbi autem fuisset appellatum ante diffinitiuam, tunc
iudex a quo, reassumeret cognitionem, & procederet in
causa principali, extra eodem, cap. personas. & capi. cum
sit. & cap. sæpe. Dixit tamen Paulus de Leaza. in clement.
sicut. quòd hoc posset procedere, nisi iudex detulisset ap-
pellationi: quia tunc per desertionem appellationis non
reassumeret cognitionem in principali, nisi fuisset ei fa-
cta remissio per iudicem ad quem, extra de appellationi-
bus. c. cùm appellationibus. Hoc vltimum no videtur de
iure tutum: quia ca. cum appellationibus. loquitur in ca-
su desertionis, scilicet, quando iudex detulerat: quo casu
tantum operatur delatio iudicis quo ad transferendã iu-
risdictionem ad superiorem, quantum iusta appellatio
sine delatione: Si iusta appellatio transferat iurisdictio-
nem ad superiorem, tamen non durat plus, nisi quantum
durat tempus appellationis. Sed quando est deserta ap-
pellatio, reuertitur iurisdictio ad iudicem ad quem, extrà
eodem. c. vt debitus & eodem titulo cap. Romana. ad fi-
nem. libro sexto. Item pondera illam literam ibi, *& ad
7 effectum perduci*. Hic videtur casus nõ violando, quòd† per
desertionem appellationis confirmatur sententia etiam
nulla, ita quòd pars omnino non audiatur posteà, oppo-
nens de nullitate. Ad quod facit l. ij. §. communia vtrius-
que iudicis. quæ firmat Ioan. Andræ. in cap. licet. extrà de
senten. excommunic. in glossa ordina. vbi vide. Et pro ista
doctrina videtur casus in l. cùm antea. de arbit. quam a-
liàs ad hoc allegaui. In gloss. *inchoat.* Tene hanc secun
dam, quod incipit à die interpositæ appellationis. & hæc
secũda vera. Et licet in hoc opiniones plures fuerint, quas
plene prosequitur Ioan. Andræas in Clemen. sicut. de ap-
pellationibus. hodie est ibi casus pro ista. Et adde hic plu-
ra, quæ dixi suprà eodem authen. ei qui. Hic habes de tem
8 pore prosequendi, &† quando currit, pone, statutum tem
pus ad prosequẽdum, statuitur terminus ad causam pro-
sequendam, an talis terminus solam prosecutionem im-
portet, an & terminandam? Est quæstio mota per Guliel-
mum in §. nunc breuiter. versic. itẽ quid si statutus sit an-
nus. vbi dicit, quod satis est, quod appellans iter arripue-
rit intra annum. Allegat de remedie. cap. cùm causam. de
electio. capit. statuimus. libro sexto. Nam terminus ad fi-
niendam causam appellationis solùm præfinitur à lege,
non ab homine, vt extrà eodem, capit. cùm sit Romana. &
cap. insinuatis. extrà eodem. Facit suprà eodem, authent.
ei qui. Hic vides per lapsum anni, &c. Pone, quod non est
lapsus annus, sed tantùm est lapsum, quòd non potest ter-
minari causa intra annum. Dic quòd imputatur appel-
lanti, qui tãtum se arctauit. Probatur extrà de officio de-
leg. capi. consuluit. Sed nunquid iudex à quo poterit statim
reassumere cognitionem? Gulielmus terminauit quòd
nõ, vt probatur apertè extrà de electin. c. cõmissa. in prin.
libr. vj. Pone quod pars, quæ appellauit, negauit se appellasse,
postea asserens se appellasse, vult prosequi appellationẽ, an
poterit: Guli. in d. §. nunc breuiter. vers. sed pone. dicit, quod
isto casu non debet audiri. Allegat extrà de appel. cap. per
tuas. Hoc crede verum, quando vult prosequi appellatio-
nem illam secundum tempus, quo negauit appellasse, a-
liàs posset. Nota istum textum ibi. *& tarditatem iudicis* &c.
9 Allegatur per Gulielmum, quòd † vbi iudex grauat par-
tem dissimulandu, vel negligendo, à tali grauamine non
potest appellari, sed per viã querelæ debebit superior adi-
ri. Ad idem facit in authenti. de quæstore. §. super hoc. Ita
allegatur per Gulielmum suprà de iurisdictione omnium
iudicum. in l. nemo. & in l. sed & si per prætorem. §. ait præ
tor. ff. quib. ex causis maiores. Et ex hoc collige notandũ,
quòd quando iudex nullo modo procedit in causa, non
appellatur ab eo, quia non pronuntiauit aliquid tacitè,
vel expressè: si tamen pars ex hoc læderetur, dic quòd ei
competit restitutio, vt dicto §. ait prætor. Ex hoc habetis,
& bene notate.

1 *Statuta in causa appellationis, locum habent in supplicatione.*

1 §. *Cui consentaneum*. Illa, † quæ locum habent in causa ap-
pellationis, quo ad prosecutionem ipsius appellatio-
nis, locum habent & in causa supplicationis. Hoc dicit
hæc particula. Facit iste textus, quòd instãtia statuta per
ordinarium locorum in causis appellationum, intelliga-
tur etiam statuta in causa querelæ vel supplicationis,
quando non est aliter declarata: & erit ista extensio le-
gis, & non hominis, quæ appellatur passiua, quæ etiam
habet locum in statutis, secundum notata in l. si quis ser
uo. de furtis.

1 *Appellandi iure quòd pacto renuntiari possit.*
2 *Fatalia a partibus arctari, prorogari vero non, nisi compromisso
vel suspensione posse.*
3 *Intellectus l. quos prohibet. ff. de postul.*
4 *Conuentio de non appellando quomodo præiudicet?*
5 *Verbis generalibus an & quando iure communi renuntietur*
6 *Partes sunt esse nullum, vel esse aliquid, sed posse impugnari.*

1 §. *Si autem partes* Iuri† appellandi potest per pactum re-
nuntiari. Hoc dicit. In textu ibi, *vel nullum fatalem ob-
2 seruare* voluit dicere, quòd† partes possunt fatalia arcta-
re, sed non possent prorogare per pactum, nisi per viam
compromissi, vel suspensionis, de qua in clemen. quan-
diu. de appellat. & dixi suprà eodem. auth. si tamen. Vnde
quomodo hoc intelligatur, vide omnino quod ibi dixi.
Nota tex. istum, quia facit ad notata extrà de offic. deleg.

ca.de causis. Adde hic, quòd non videtur super hoc fuisse
statutum, secundum Inno.de iureiur.c.venientes. vbi di-
cit, quòd licet per pactum posit fieri, non tamen per le-
gem in præiudicium tertii, quod intellige vt ibi. Bene fa-
cit quod ipse ponit de constn.c.quæ in ecclesiatum. In
glo.fi.ibi, *cum apud*. Dic, quòd ibi pactum non extenditur
ad sututum præter cogitatum & intentionem agentium,
sed hic extenditur ad futurum per partes cogitatum, se-
cundum Iac But. Ad l.quos prohibet.hic in gl.allegatá,
3 Di, quod† hic loquitur in illis, quæ concernunt fauorem
ipsius renuntiantis, in quibus tenet renũtiatio, vt hic: ibi,
in his quæ concernunt decorem prætoris, in quibus re-
nuntiatio non tenet, de quo in l.si quis in conscribendo.
4 in glo.alleg. Sed quomodo & qualiter† hæc conuentio de
non appellando præiudicet? dic, quod quandoque per pa
ctum quis renuntiat iuri appellandi, tunc loquitur iste te-
xtus, & dicta l.j.§.si quis. Quandoque quis promittit sim
pliciter stare sententiæ, & tunc dic, quòd potest appellare:
quia ex quo est appellatum, sententia non est sententia,
vt dicta l.cùm apud. Quandoque quis promittit stare sen
tentiæ, quæcunque fuerit facta, tunc glossa nõ firmat, an
renuntiatio præiudicet in l.tale pactum.§.qui prouoca-
uit.ff.de pactis. Scribentes autem dicunt aliqui, quòd in
isto casu non potest appellari, secũdum aliquos: quia ista
verba generaliter concepta, debent aliquid operari.l.sed
& si quis.§.quæsitum.ff.si quis cautionibus. Pro hoc bene
facit doctrina Iac.de Aren. in l.j.§.nuntiatio.ff. de oper.
5 noui non. vbi ponit notabilem doctrinam, quód† termi-
nus vniuersalis, vbi ponitur causa ampliandi, nunquam
recipit restrictionem: sed vbi continet nouam dispositio-
nem, tunc bene restringitur.ff.de serui.l.si cui.qui satisda.
cog.l.inter omnes.cum simi. In hác partem Bal. inclinat
in d.§.qui prouocauit. Iac.But.ibi dicit, quód per ista ver
ba non videtur renuntiatum iuri communi, id est, appel-
lationi, nisi sit facta expressa renuntiatio. Nõ obstat huic
de re iudic.l.si conuenerit. quia non dicit, quòd nõ posit
appellari. Pro concordantia opinionum dic, attenden-
dum, si posit argui sententiam dolosè latam, tunc sit ve-
ra opinio Iac.But.& posit appellari, aliter non posit ap
pellari. Et est ratio, quia in renuntiatione generali nun-
quam venit potestas retractationis.l.creditor. §. Lucius.
ff.manda. Sed pone factam esse promissionem de paren-
do sententiæ, an potero dicere de nullitate? Et videtur, quod
non audiatur: quia appellatio includit in se nullitatem,
ergo videtur ab appellatione exclusus propter hoc, quia
iuxta, &c. Facit ff.familiæ ercisc.l.quædam mulier. & sta
6 tim† dicetur, quia quod est nullum, vel est aliquid, sed po-
test impugnari, est idem. Sed si appellarem à sentẽtia, quæ
est nulla, tunc licet pars promisisset parere sententiæ, iu-
dex non debet insequi, vt probatur in dicta l.quædam
mulier.

Quando prouocare non est necesse. Rub.

LEX I.

1 *Sententia lata contra sententiam quæ transiuit in rem iudicatam est nulla ipso iure. & de veritate, nu.3.*
2 *Exceptio quæ obijcitur contra executionem sententiæ, statim probari debet. vt executionem ipsam remoretur.*
4 *Instantiam causæ iuramento non perimi.*
5 *Intellectus §.fi.l.iij ff.rem rat. haber.*
6 *Sententia ipso iure nulla, an appellatione vel pronuntiatione iudicis male appellatum pronuntiantis confirmetur? & nu.7.*
8 *Sententia nullitatem deducendi modo.*
9 *Fatalia nullitatis & appellationis an eadem sint.*
10 *Causa nullitatis pendente, tempus appellationis non currit.*

r LAtum. Sententia† contra primam sententiam
lata, nõ valet ipso iure, ideò non est necesse ab
illa appellari. Hoc dicit. Sed regula huius legis
fallit, quando prima sententia esset nutritiua
peccati: vt est glos.xxxv.q.in summa, & dixi in l.ij.suprà, si
ex falsis instrumentis. imò seconda sententia valet cõtra
primam, scilicet quando renũtiatur beneficio primæ sen
tentiæ absolutoriæ, vt l.eleganter.§.si dolo.ff.de dol.& l.si
diuersæ.§.de transact.& sic fallit. Et sic nota illũ §.si dolo.

quia limitat bene hanc legem. In textu, ibi, *Cuius rei*. Hic
2 est casus, quòd† exceptio quæ obiicitur contra executio-
nem sententiæ, debet statim probari, vt retardet execu-
tionem, & facit ad multa. In glo.j.in prin. Not. verbum
Prior, quia significat ordinem &c. Secundum hanc posi-
tionem hic fuerunt diuersi iudices, ergo secunda sentẽtia
debet valere, quia istæ sententiæ sunt compassibiles, ergo
non videtur quòd hoc exemplum ad hanc legem, nõ pos-
sit procedere. Propter quod dic, quod melius diceret, si di
ceret priùs aduerbialiter, & non nominaliter: & sic si stet
aduerbialiter, non denotabit ordinem in iudicibus.
Vel dic quòd siue dicat priùs, siue prior, non est vis, &c.
3 In gl.ead.circa medium. Et sic† tenet ista gl. quòd hæc lex
non haberet locum, quando secunda sententia esset con-
formis cum prima. Glo. alibi videtur dicere, quòd si istæ
sententiæ sint conformes, quòd nihilominus sententia se-
cunda contra primam non tenet, vt hic, & in l.si cum ex-
ceptione.ff.quod met.caus.in §.hæc autem actio.in gloss.
magna.ad fi. Pro hac secunda doctrina facit, aut dicemus
hanc secundam sententiam primæ conformem latam in
eadem instantia, aut in diuersa. Si in eadem instãtia, hoc
non potest contingere, quia per primam sententiam in-
stantia inchoata expirat, & finitur officium iudicis, vt ff.
de re iudicata.l.iudex Et quod expiret, facit l.Græcè.§.si
post litem.ff.de fideiussoribus.& l.cùm apud.iud.solut. er-
go secunda tanquàm lata sine instantia nõ valet. Aut di-
cemus quod ista secunda debet tenere tanquàm in noua
instantia lata, tunc necessariò debet ferre sentẽtiam con-
formem ad primam, ergo non valet.l.qualem.ff.de arbi-
tris. Videtur ergo quòd illa gl. contraria veriùs dicat, sci-
licet, quòd siue secũda sentẽtia sit diuersa à prima, vel con
formis, secũda sentẽtia sit nulla ipso iure. Sed probo quòd
semper secunda sententia debet tenere. Si est lata inter
duos sententia, & instet aduersarius, si alius non opponit
exceptionem rei iudicatæ, ergo debet remanere valida
secunda.l.peremptorias.suprà, sententiam rescindi non
posse. Quapropter dic, quòd quandoque iudex qui pro-
nuntiauit, iterum vult pronuntiare ex eadem instantia, &
ex eisdem actis, & non potest, vt dictum est suprà in prima
parte. Quandoque vult pronuntiare in noua instantia, &
tunc aut prima sententia fuit absolutoria, & imputet sibi
reus conuentus quòd non opposuit exceptionem rei iu-
dicatæ: vel imputet sibi, si non probet eam: tũc enim ra-
tione dubii valebit secunda sententia, vt l.j.§.j.quæ sentẽ-
tiæ sine appellatione rescindantur. & probatur in d.l.per-
emptorias. Sed si opposuit exceptionem absolutoriæ, &
probauit, dic quòd tunc secũda sentẽtia contra primam
est nulla ipso iure. Fallit, quando superuenit cõuento re-
medium nouum nouæ defensionis. Pone exemplum in l.
j.suprà, de iuris & fact.igno. Aut prima sententia fuit con
demnatoria, & tunc quia per condemnationem ista pri-
ma actio non est sublata, potest reuerti ad primam. Vnde
si actor eam de nouo in iudicio deducat, quod potest, vt l.
j.si plures vna sententia, suprà, tunc secunda sententia te-
net & imputet sibi actor, qui eligit maius grauamen. Et
sic sententia contra sententiam tenebit, si secunda sen-
tentia est contraria primæ, tenet. Et eodem modo si secũ-
da sit cõformis primæ, etiam secunda valebit. Et isto mo-
do potest gloss. hic in principio posita verificari, & secun-
dum hoc viderentur verificanda omnia verba quæ po-
nuntur in ij gloss. In gloss.ij.ibi, *post iuramentum*. Potest
4 dici quòd huius sit ratio, quia† iuramẽtum ordinatur ad
sententiam, nec perimit instantiam causæ: quod secus est
in sententia, vt suprà, dixi. In ea.glo.ibi, *l.iij §.fi.* vbi vide-
5 tur, quòd sententia nulla confirmetur. Sed ibi† loquitur
quando causa est agitata per procuratorem, qui non ha-
bebat sufficiens mandatum, & dominus cõfirmauit. Sed
dic ad istum textum in dicta l.iij.§.fina. quòd ibi propriè
non confirmatur sentẽtia nulla, quia ibi erat aliqua. Sed
ibi extra personam litigãtem trahimus effectum ad per-
sonam domini ratum habentis. Similis casus in l.secun-
da.C.de filiosami.& quemadmodum pater conue.libro
x. In eadem gloss. ibi, *confirmari videtur sententia* Di-
6 cit† ergo, quòd si est appellatum à sententia nulla, quòd
per appellationem non dicitur nulla: vt l.si expressim.
ff.de

ff. de appella. glo. aliter dicit in d. l. si expressim. quia videtur dicere, quod nullo modo sententia videtur tenere. In hoc varia scripta sunt. Cyn. hic refert illum articulum, & refert opinionem Dy. Dixit enim Dyn. esse attendendum, an ille qui appellauit, sciuit sententiam nullam, vel non: quia si sciuit nullã, & appellauit, quod scienter appellando à sententia nulla, ipse videtur renuntiare iuri nullitatis: sed vbi ignorabat sententiam nullã, secus. Hoc dictum quidã reprehendunt in d. l. si expressim. quia consensus partium non potest confirmare sententiã nullam, vt suprà de transactio. l. si diuersa. & l. ij. suprà, communia vtriusque iudicii, ideo repetitur Dyn. alia vice aliter dixisse, scilicet quòd quãdo in causa appellationis est disputatum de nullitate sententiæ, quòd tunc sententia per hanc pronuntiationẽ confirmatur, vt hic. Sed vbi sententia non est confirmata, secus est, vt l. cum duobus. & l. si cùm testamento ff. de exceptione rei iudicatæ. Et hanc partem fertur Francisc. Accur. fuisse secutum ad conseruationem gl. Sed iste intellectus non videtur posse cadere: quia gl. vtitur dictione, maximè, quæ est contraria casus contrarii ad expressum: de quo in l. illud. ad le. Aquil. & ideo ipse dixit, quod ista dictio, maximè, est apposita ex abundanti. Cyn. hic, & Bar. in d. l. si expressim. dixerunt, quod opinio illorum, qui dicunt, quòd dictio, maximè, abundat, destruit istam glo. quia sine misterio non est apposita. Prætereà dicunt, quod deuenitur ad impugnationem sententiæ, licet à principio non dicatur nullitas, tamẽ est nulla ipso iure, vt l. Carmelia pia. ff. de iure pat. & l. quædam mulier. ff. fami. ercis. ergo, &c. Pro hoc facit, quia quando iudex pronuntiat appellationẽ non tenere, pronuntiando videtur se referre ad acta, vt infrà, l. ij. & l. in summa. de re iud. & l. ex sententia. & l. j. & ij. suprà, de sen. quæ sine cer. quan. Ideo dicunt concludendum, quòd ista appellatio non valeat, &c. Debemus concludere contrarium eius, quod gl. concludit, quòd prima sentẽtia sit nulla, vt prius,
7 &c. Ex his omnibus conclude, quòd † si iudex pronuntiat malè appellatum, & bene iudicatum, confirmatur sententia, vt in hac gl. quod intelligo, nisi error fuisset in prima expressus, tunc intelligeretur in secunda repetitus. l. j. quæ sen. sine appel. rescind. Sed vbi pronuntiat malè appellatum. vel appellationem non tenere, potest dici, quod prima sententia non confirmatur, tum quia verba hoc non important, tum quia actus agentium, &c. vt l. non omnis. ff. si cer. pe. In gl. ea. ibi, *dico nullam. & si qua est appello.* Itẽ nunquid isto modo facta teneat? Vide per Dyn. in regula, nullus pluribus. vbi variæ sunt opiniones. & per Bart. in l. si expressim. de appel. Hodie vide casum de in integ. resti. capi. constitutus. quia valet libellus talis. Item & in simili procedit iste libellus. Dico te non meum iudicem, & si tu es, te recuso, vt l. quidam testamento. & l. post litem. §. j. ff. de excu. tut. l. scire oportet. §. oportet. & tangitur per Inn. de re iudi. c. inter monasterium. & per Bar. de re iud. in l.
8 quidam consulebant. Adde quot † modis possit deduci ista nullitas. Vide nouem modos in Spe. de prola. sentẽ. §. post prolationem. aliàs est, §. iuxta positiones. & Io. And. de sen. & re iudi. c. j. post Abbatem. Primus modus est ratione iudicum, litigantium, loci, quantitatis, temporis, processus, manifestæ iniquitatis, modi, & cõditionis. Addo & aliud quòd de ista nullitate quæritur officio iudicis declaratiuo impletiuo. Probat tex. in l. j. §. j. suprà quæ sen ten. sine appel. rescind. & adde Bart. in l. quæ sub cõditione. §. fi. de condi. insti. Addo & aliud, quòd proponens simpliciter de nullitate actus, videtur deducere omnem speciem nullitatis alia specificatione non facta, vt per Inno. de offi. deleg. c. cùm contingat. & in gl. apparebit. in vers. sed quid dices. Idem Bat. in d. l. si expressim. qui non allegat Inno. Adde & aliud, Pone quòd appellans succubuit, an poterit posteà deducere causam nullitatis? Glos. dicit, quòd sic, in dicta l. si expressim. quod intellige procedere, quando nullo modo fuit cognitum de nullitate: vel sic, sed non plenè: aliàs secus, per notata in l. j. de ordine iudiciorum. & in l. peremptorias. C. si aduer. rescind. non posse. Nos autem consideremus in quo stat dubium, quia est,
9 vtrum † eadẽ sint fatalia nullitatis, & appellationis. Et est pulchrum dubium. Dixit Inno. quòd eadem sunt fatalia nullitatis & appellationis, quando simul sunt intentata: & ideo decursis fatalibus appellationis, dicimus secundum eum etiam desertam causam nullitatis. In hoc tamen differt appellatio à nullitate, quia desertio fatalium quò ad appellationem inducit desertionem litis, & instantiæ: sed quò ad nullitatem inducit desertionem instantiæ tãtum, sed non litis: & ideo si petatur executio sententiæ, poterit excipi de nullitate. Ita debet intelligi Inno. de appella. c. sæpè. Ad quod facit quod notat Guliel. de Cun. suprà de iure deliber. l. puberem. Hoc autem procedit, & debet intelligi, quando hæc duo remedia simul cumulantur: & ideo finita instantia appellationis, finitur sententia nullitatis. Et ita intelligo hanc doctrinam. Et ita videtur hic intelligere Iacob. Butri. Vbi autem causa nullitatis deduceretur de per se, & separatim ab appellatione, tunc dic, quòd possunt dici diuersa fatalia, ita quòd desertio in vno, non obest in alio. Ita intelligo Iacobum de Are. & Cynum in l. quidam testamento. de excusatio. tutorum. vbi
10 in additionibus dixerunt, quòd † sicut pendente nullitate non currit tempus proponendæ excusationis: vnde si dico sententiam nullam. & si qua est, recuso, quòd pendente nullitate nõ currit tempus excusationis, ita in appellatione, quãdiu quæretur de nullitate, nõ currit tẽpus in appellatione, vt l. cõtra maiores. C. de inof. testa. Ita enim dicunt, qñ dicit, Dico sententiã nullam, & si qua est, appello, quod pendente causa nullitatis, non currit tẽpus appellationis, quia vna debet alteram præcedere, seu vna debet ante alteram intentari, vt elegerit proponens. ff. de inoffic. testamen l. Papinianus. §. si quis irritum. Propter hoc mouetur dubium, nunquid coram superiore possit quis principaliter & per se opponere de nullitate? Vide Innoc. qui dicit, quòd non, de re ind. c. de cætero. in fi. Iacob. de Are. dixit, quòd vbicunque iudex ferebat sententiam nullam ex causa, quæ velari non poterat, tunc poterat principaliter de nullitate dici, vt l. iij. suprà de appellatio. Innocentius alibi dicit, quòd superior potest super nullitate adiri, extrà de appel. cap. dilecto. Et hanc partem Bar. sentit in d. l. si expressim. scilicet, quòd possit. Pro ista parte videtur casus in l. arbitro. ff. qui satisdare cogan. secundũ intellectum Iac. Butrig. Et hæc pars est communis, scilicet, quòd etiam per viam principalis hoc possit peti. Ad hoc bene facit quod dicit Bar. in l. quæ sub conditione. in fin. suprà allegata. Aduertendum tamen, quòd licet superior super hac nullitate possit adiri, non tamen per hoc adeò ad eum deuoluitur iurisdictio, quòd si inferior interim exequeretur, deberet reuocari per viam attentati, quia nulla lex hoc dicit. Ita dicit Inno. de officio deleg. c. cùm in iure. Sed victoria posteà secuta super nullitate, bene reuocabitur officio iudicis, non ex speciali natura nullitatis, l. fi. suprà de ordine cognitionum. sed ex natura generali præiudiciali. Bene est verum, quòd appellatio sic deuoluit, sic quòd interim factum per iudicem à quo statim cassatur, tanquam factum à non habente potestatem. Ita notatur de appellationibus. c. non solum. in vltima gloss. in vj. cum in locum primi iudicis alter iudex successit, vt in l. cùm apud. ff. iudicatũ solui. ille primus habetur pro mortuo, siue pro nullo, ideo nimirum si reuocatur. Dubitatur, si non est pronuntiatum prius, an sequens processus teneat? Innocent. sensit quòd processus non teneat, de iudic. capitul. exhibita. quia iudex processit non solùm contra formam legis, sed etiam petitionis: argumento ff. de minoribus. l. intra vtile. in principio, suprà de rebus credit. l. generaliter. §. primo. Vbi autem nullitas non deduceretur principaliter, sed per viam exceptionis, licet non pronuntietur expressè super nullitate, tenebit processus, si priùs de nullitate cognouit, & posteà processit: secus si de illa non cognouisset: quia tunc processus non tenet, quia antè sibi non potuit liquere, ideo processus est nullus, vt l. hoc. §. primo. ff. ex quibus causis maiores. Ad hoc facit quod tangitur per Bartol. in l. cùm quærebatur. ff. de re iudic. Et hæc notate, quia sunt bona & subtilia.

LEX II.

1 *Sententia contra ius legis, errore in ea expresso, est ipso iure nulla:*

lata verò contra ius partis valet, sed appellatione rescinditur.

2 *Sententia probationum a iure improbatarum, prætextu lata, est ipso iure nulla.*

3 *Tutoris datio minori xiiij. annis, est nulla ipso iure.*

4 *Iuris & facti impossibilitas æquiparantur.*

1 SI cum inter. Sententia lata † contra ius legis errore in casu expresso, est ipso iure nulla: lata verò contra ius partis valet, sed debet appellari. Hoc dicit. Secus esset quando esset lata contra ius consuetudinis: nam illa est incerta, & potest fallere, vt extra de constitutionibus. in cap. j. libro sexto. ideo sententia teneret, & sic hic loquitur de lege scripta & non consuetudinaria, vt hic voluit Iacob. de Rauen. & Cynus hic, in vna quæstione. Extra hanc regulam

2 est notandum, † quòd sententia lata per probationem à iure improbatam, est ipso iure nulla, de purgatione vulgari. c. iij. in §. Secundo. Hæc est doctrina Ioanis Andreæ in c. quoniam cōtra. de probationibus, in Nouella. dum dicit, quia constat nobis, &c. per duellū vel per ferrū candēs. Et ad id, quod dixi de duello, vide quod dixi in l. qua actione. §. si quis in colluctatione. ff. ad legem Aquiliam. quòd talis sententia non valet. Et ideo si iudex dicat, Quia constat nobis ex probatione patris tui, quòd tu es debitor, ideo te condemnamus, secundum istam doctrinam talis sententia non valet Quod an sit verum, &c. semel sciam in practica expensis alicuius. In glossa finali ibi, *suprà si ex falsis allegationibus. l. j.* nota ex glo. quòd ille titulus non solum habet locum in actione tutelæ, sed etiam in alio debito pecuniario concernente ius minoris, vt est hic glossa. In eadem glos. ibi, *l. Seia.* Vide gloss.

3 quæ dicit, quod si † minori quatuordecim annis detur tutor, etiā nō expressa ætate, q datio sit nulla ipso iure, ex quo maior est. Idem sensit glossa in l. si putas. §. de petitione hæreditatis. Glossa autem in l. Seiæ. hic allegata, sensit contrarium. Vnde oportet, quod dicat, Titio maiori quatuordecim annis do tutorem: & decretum est nullū. Et idem dicit in simili in furioso & prodigo. ff. de vsucapionib. l. si ab eo. & Insti. quibus non est permissum facere testamentum. §. item prodigus. Alibi gl. dubitat in l. ij. suprà de curatore furiosi. in l. is cui bonis. de ver. obliga. Dynus dixit, quòd debemus tenere gl. in dicta l. Seiæ. propter authoritatem rei iudicatæ: argumento huius legis à sensu contrario. Iac. de Ra. & Pet. tenuerunt communiter contrarium pro ista, contra illam, per l. si tutor petitus. in eo. tit. vbi, si est petitus tutor minori, &c. Pro hoc facit

4 ratio, quia † impossibilitas facti & iuris æquiparantur. probatur in l. filius. ff. de cōditio. instit. Sed constat, quod pronuntiando impossibile, sententia est ipso iure nulla. l. fi. suprà quæ sen. sine appel. rescindant. ergo & sic de iure debet reddi sentētia nulla. Cynus hic post Pe. dixit in hoc dubio, quòd quædam est sententia, quæ si nunc est vera, perpetuò durat vera: & tūc vera sit in effectu opinio Dyni, scilicet quòd debeat exprimi error in sententia, &c. Quædam est sententia, quæ licet sit nunc vera, tractu temporis infirmatur: quia datur tutor pupillo, qui efficitur pubes, certè ista sententia statim à principio dicitur nulla, & ita debemus dicere secundum eum, quicquid dixerit Dynus. Nō puto absurdum quòd ista datio sit nulla, quia ad istam deuenitur in vim decreti, sed decretum obreptitium est nullum ipso iure. l. j. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei. & l. cum verò. §. subuentum. ff. de fideicommissariis libertatibus. nam sufficit erratum in causa interponendi, vt d. l. si tutor petitus. Non tamen discedas à præcedentibus. Quid si ferretur sententia contra sententiam variè intellectam, vt in l. dos à patre profecta. suprà. solu. matrimo. an isto casu sit sententia nulla ipso iure? Dicit Ia. de Ra. q si seruatur vna opinio in vno loco, debet ferri sententia secundum eam, aliàs ipso iure non valet: aliàs autē secus, vt l. in lege. de contrahen. emp.

LEX III.

1 *Causā præiudiciali elect[illegible]nem minimè impediri.*

2 *Cognitione pendent[illegible] s[illegible]er principali sequentem annullari.*

1 SI vt proponi. Appella[illegible] à † munere decurionatus interim duumuir electus non habet necesse appellare, scilicet ab ista nominatione, vnde non appellando sibi non præiudicat. Hoc dicit. Vel sic, Pendēs præiudicialis impedit cognosci de illa cui fit præiudicium. Hoc dicit. Et pro euidentia præmitte quod tangit hic prima glo. In textu, ibi, *memoratorū iudicum*, scilicet ad quos appellasti. In textu, ibi, *fieri non potuisse.* Vnde non fuit necesse appellare.

2 Nota, quod † cognitio super principali pendens, annullat sequens. In glo. prima in fi. in quibus dicitur, quòd superueniens causa ad excusationem non prodest, hîc autem videtur prodesse effectus secundæ sententiæ, & ita inducatur. Sed respondeo quòd hic causa erat de præsenti, & præiudicialis, & ideò parit præiudicium, quod ibi non est secundum Iac. Butri.

LEX IIII.

1 *Sententia nulla ab vno de pluribus delegatis, aliis non iudicantibus est ipso iure nulla.*

1 CVm à magistratu. Sententia † lata ab vno de pluribus delegatis, aliis non iudicantibus, est ipso iure nulla. Hoc dicit. Et hæc lex declaratur in l. duo iudices. de re iudicata. & etiam in aliis iuribus hic allegatis in gloss. Et limita hanc legem vt di[illegible]tur de [illegible] delegati. c. si contra vnum. lib. vj. videlicet, nisi [illegible] tributa potestas iudicandi in solidum, vt in præ[illegible] c. si [illegible]ntra. Dicit hæc glo. in delegatis tenere sententiam plurium. Quæro qualiter hoc cōgnoscetur, an ex numero, an maius [illegible]pectu dignitatis? Glo. dubitat in l. Pomponius scribit, si vni. de re iudicata. Concludunt doctores, quod quandoque iurisdictio competit pluribus vt singulis, tunc iudicatur maior pars respectu numeri tantùm. l. inter pares. in prin. eo. tit. de re iudi. Quandoque iurisdictio est translata in pluribus, vt vniuersis, tunc iudicatur maior pars respectu dignitatis, vt ff. de tutoribus & curatoribus datis ab iis. l. vbi adsunt. In ea. gloss. ibi, *l. Pomponius.* Et adde quod ibi notatur.

LEX V.

1 *Mulcta præter ius dicentis iurisdictionem imposita, ipso iure nulla est.*

2 *Modus certus in procedendo vbi cōstituitur, eo non seruato actus nullus reddatur.*

3 *Relatiui natura est expressum includere & excludere tacitum.*

1 CErta. Mulcta † vltra iurisdictionem iudicantis imposita, est ipso iure nulla. Hoc dicit. Et hæc lex decidit quotidianum casum. Nota ex ista lege, quod sub colore non possunt augere mulctam. Nota q hic videtur [illegible], q vbi

2 † est certus datus modus in procedendo [illegible] processu illo postposito reddatur nullus. Et sic facit pro eo, quod tenuit glo. in cle. j. de iure patronatus. Nota tex. ibi, *ad quod*

3 *contra ius gestum est.* nam cum de † natura relatiui sit includere expressum, & excludere tacitum, vt notatur de regulis iuris. l. actus legitimi. & notatur in l. j. supra de sum. trinita. hic videtur casus quòd talis sententia teneat in eo, q est secundum ius, id est, quatenus potest: & sic faciet pro gl. in l. fi. ff. de iurisdictione omnium iudi. licet communiter allegetur ad contrarium, & etiam pro alia gl. in l. ij. supra de re iudi. & ibi vidistis.

LEX VI.

1 *Sententia delegati post sua delegationis tempora lata, nulla est, & remota appellatione delegans rursus cognoscit.*

2 *Iurisdictio delegata de tempore ad tempus prorogatur.*

1 CVm non eo die. Sententia † delegati lata vltra tempora suæ delegationis, est ipso iure nulla: ideo appellatione submota delegans iterum de causa cognoscit. Hoc dicit. Nota gl. hic, etiam in iurisdictione delegata non debere excedere causam delegationis. Facit in authenti. de iudic. §. audient. colla. vj. Facit etiam ad id quod statim tangebant, suprà l. proxima. In glo. j. ibi, *§. sed & iudex.* vbi iurisdictio delegata potuerit prorogari, & teneat processus. Dicit gloss. quòd intelligitur ista secundum illam, &

2 sic iurisdictio † delegata potest prorogari de tempore ad tempus, vt in c. P. & G. de officio delegati. & l. secunda. ff. de iurisdictione omnium iudicum. alias est, de iudiciis. Quod intellige dummodo prorogatio, quæ fit partium consensu, non excedat ordinariam metam causarum, vt suprà de iudiciis. l. properandum. §. Et si quidem.

LEX

LEX VII.

1 *Sententiam pecunia emptam ipso iure nullam esse, locum habet in iudice, non in arbitro: & quare. & nu. 2.*

1 VEnales. Sententia† lata per pecuniam, est ipso iure nul-
la. Hoc dicit. In gloss. secunda circa principium. Sed
2 quæ est† ratio diuersitatis quare sententia alterius iudicis
dicitur nulla ipso iure, sententia arbitri non? Dic quòd
est ratio, quia in sententia alterius iudicis de qua hic lo-
quimur, agitur immediatè ex sententia, quæ venalis fuit,
sed in sententia arbitri non agitur ex illa sententia: imò
ex stipulatione pœnali, in qua non interuenit nec dolus,
nec aliqua venalitas, & ideo non mirádum si potest agi,
obstat tamen exceptio, vt hic, quia non est æquum, &c.

LEX VIII.

1 *Aetatis defectu nominationem ad munera publica iure ipso nullã reddi. & nu. 2.*
3 *Iudicis officium implorari, vt actus, quatenus de facto processit, re uocetur, qui in iis non valet.*

1 SI pater tuus. Electio† minoris ad munera publica, non
tenet ipso iure. hoc dicit. Quod intelligit gloss. nisi nu-
merus liberorum suppleret ætatem, vt hic in glo. Vel sic,
2 Defectus† ætatis facit nominationem ad munera ipso
3 iure nulla. Nota ergo, quòd† quádo actus nõ tenet, po-
test iudicis officium implorari, vt reuocet illum actum,
quatenus de facto processit, vt probat text. hic. in verbo
remouebit. Facit quod notatur in l. j. ff. de fer[illegible] quod no-
tatur in simili in l. minor. in prin. ff. de euic. Et hæc est pra
ctica huius legis.

LEX IX.

1 *Electio veterani ad personalia munera ipso iure nulla.*
2 *Doctor, qui per xx. ann. legit, personalia munera subire non tenetur.*

1 VEteranis. Electio† facta de veterano ad personale mu
nus non tenet. hoc dicit. Nota ex text. ibi, *vicesima sti*
2 *pendia.* iuncta glos. super verbo, honestam. quod† doctor,
qui legit per viginti annos, est exéptus a muneribus perso
nalibus, &c. Nota ex glo. super verbo, personaliũ. quid sit
personale munus. In gl. fi. in fi. Adde in hac materia ple-
nam glo. C. de excusa. super tuh. lib. x.

LEX X.

1 *Victori ob omissam expensarum condemnationem appellare non licere, si victus appellauit, & appellationem prosequatur. Itẽ & si non prosequatur. & nu. 2.*
3 *Victori an subueniatur expensarum omissarum respectu, non appellante victo, remissiuè.*
4 *Victor non auditur appellans, si in decem conuentus, & in quinque condemnatus appellet.*

1 OMnem. Victo† appellante, & appellationem prose-
quente, victor non potest appellare propter omissam
condemnationem expensarum, sed iudex appellationis
2 debet eis iudicare. Similiter nec conceditur† victori ap-
pellare, ex eo, quòd appellans non prosequatur appella-
tionem. Hoc dicit. Nota summarium. Nota ergo hic de-
cisum, quòd propter hoc solum, quod victus non est con
demnatus in expensis, & appellauit super principali, vi-
ctor non potest appellare. Et ad hoc allegatur per Ioan.
And. post Pet. & Abb. de excep. c. significauerunt. super ij.
glossa. Allegatur etiam ad hoc per Guli. in Specu. de ap-
pel. §. in quibus. ver. xviij. & seq. vbi etiam vide motum
3 per eum dubium, quid† si victus non appellauit, an subue
niatur aliquo modo vincenti respectu expensarum. No-
ta etiam hic in vltimo responso casum, quod si victus ap-
pellauit, & appellationi renuntiauit, talis renũtiatio non
tenet in præiudicium victoris, quin possit in alia parte
petere sententiam in melius reformari, & sic respectu ex-
pensarum, vt hic est casus in fine. Item nota textum, vbi
est casus secundum Pet. quòd si conuentus in decẽ, & con
4 demnatus† solum in quinque appellet, non habet necesse
victor appellare propter alia quinque in condemnatio-
ne non deducta, sed petere potest sentẽtiam istam per iu-
dicem appellationis in aliis quinque reformari. Quod
quotidie poteritis practicare. Ex prædicta probantur per
hunc textum, Omnem honorem, &c. In glossa, confitea
tur. in fine. Quod intellige secundum Bart. quando pars
petiit in iudicio condemnationem expẽsarum, aliàs non
posset conqueri, vt l. iiij. §. hoc autem. ff. de dam. infe. quia
iudicis officium non interponitur nisi petitum, &c.

Quorum appel. non recipiuntur. Rub.

LEX I.

1 *Verus contumax non appellat. & nu. 3.*
2 *Contumax verus & fictus quis.*
4 *Iudicem appellationem respuere non, nisi causa cognita, & vocatis partibus debere.*
5 *Cognitio quædam plenaria, quædam summaria.*

1 EIus qui. Verus† contumax in non veniendo
non auditur appellans. Hoc dicit. In gloss. j.
2 ibi, *circa medium.* Quis autem dicatur† fictus
& verus contumax, dic vt dixi in l. ea quæ. su
pra, quomodo & quando iudex. Et ibi vide remissionem
ad Bar. & ad Ioan. Andr. In gloss. *summatim.* ibi, *quo ad
absentem.* Hæc solutio non est tuta, quia debet plene co-
gnosci de iure absentis, antequam veniatur ad senten-
tiam, vt habemus in authen qui semel, supra, quomodo
& quando iudex. & in l. ampliorem. supra, de appellatio.
& ideo hac solutio non est bene tuta, notat tamen eam
3 Bar. quòd† in actibus, in quibus nõ requiritur plena co-
gnitio, verus contumax non appellat. In eadem glos. in
4 fine. Nota ex ista vltima, quòd† iudex non debet respue
re appellationem, nisi causa cognita, & sic vocatis parti-
bus, & ideo si aliter facit, statim potest appellari. Ita vult
hæc doctrina in hac vltima solutione posita. Aduerte ta-
5 men, & conclude, quòd† quædam est cognitio, quæ de-
bet fieri per iudicem ad quem, & dico, quòd ista debet
esse plenaria, vt in hac glos. in fi. Quædam est cognitio,
quæ debet fieri per iudicem à quo, & ista potest esse sum-
maria: videbit enim an fuerit citatus vel non, & poterit
appellationi non deferre. Crede tamen quòd alius iudex
ad quem, postea de causa plenè cognoscet, & de vera, &
de ficta contumacia. Et hoc modo potest intelligi & de-
clarari ista gl. & in omnibus bene dicet.

LEX II.

1 *Confessum & conuictum simul in criminibus non auditur appellãs: & quid si confessus tantum, aut conuictus tantum? & numero 2. 4. & 6.*
3 *Malefactor manifestus in terris ecclesiæ non auditur appellans.*
5 *Confiteri tormentorum metu, vt quis non dicatur, inter tormẽta & confessionẽ interuallum diei vnius & noctis adsit, oportet.*
7 *Delictum instrumento probari potest.*

1 OBseruare. Confessus† & conuictus simul in crimini-
bus hic expressis, non auditur appellãs, confessus ve-
rò tantum, vel conuictus, potest appellare. Hoc dicit. Et
similem casum habemus pro parte in l. constitutiones. ff.
2 de appellatio. Nota† confitentem confessum, & conui-
ctum excludi a remedio appellandi. Adde secundum Ca
3 nonistas, quòd videlicet malefactor† notorius non ap-
pellat, vt in c. cùm sit Romana. ad finem. & cap. peruenit.
extra de appella. ex quo colligitur consilium, vt procure-
tur delictum esse notorium in terris ecclesiæ, vt non pos-
sit retardari executio secundum eorum doctrinam. Vide
etiam glos. de appel. c. Romana. §. si autem. de appel. lib.
vj. in gloss. quæ incipit, In quo. Item habes hic, quod vbi
4 † quis est simpliciter confessus & non conuictus, non ex-
cluditur à remedio appellandi. Quæro, quid ei prode-
rit hæc appellatio? Dic, quia poterit in causa appellatio-
nis reuocare suam confessionem, vt erroneam. & hoc po
terit facere, vt notatur in l. creditor. §. iussus. ff. de app. &
est casus in l. fin. coniuncta glos. suprà de errore aduocat.
In glos. *propria*, ibi, *tertius tormentis*. Iaco. Butrig. dicit, quod
5 ad hoc vt aliquis† non dicatur confiteri metu tormen-
torum, quòd si aliquo tempore in causa fuit tortus, quòd
inter tormenta & confessionem ad minus sit vna dies, &
vna nox: quod est mirabile verbum. Ita notat Iaco. Butr.
in l. si quis ea. infrà de custo. reo. In ea. gl. ibi, *idem in cau
sis pecuniariis.* Communiter doctores tenent contrarium,
& notatur in l. creditor. §. iussus. ff. de appella. Ratio, quia

ista lex hoc specialiter adiunxit in causis criminum, ergo non debet extendi ad causas pecuniarias, &c. vt l. ius singulare. & l. sequen. & l. contra. ff. de legibus. In ea. gl. in fine. Hæc secunda communiter tenetur. Tu coniunge ambas ad perfectum sensum, quia præcedentem Bar. ap-
6. probauit in dicta l. constitutiones. Dic ergo, si est † tantùm confessus, auditur appellans. Refertur alibi, quòd la co. de Bal. terminauit cõtra. & motus est, quia absurdum est, quòd ille, qui propria voce attestatus est, possit posteà impugnare, l. generaliter. suprà, de non numera. pecu. Et hoc refert Albertus Galioti in sua Margarita, in titu. de appella. Tu dic contrà, vt dixi, quia est communis opinio, quòd potest appellare, & potest allegare suum errorem. l. j. ff. de appella. Quandoque quis est conuictus tantum, & tunc idem, quia potest appellare, quoniam concurrit vtrunque, quia est confessus & conuictus per probationes, tunc dicit, si confessus est ante sentẽtiam, posteà non auditur appellans, vt hic in vna solutione, si fuit conuictus ante sententiam, sed confessus est post sententiam, tunc auditur appellans, vt hic in prima solutione, quam Barto. tenebat in dicta l. cõstitutiones. Circa hoc vide gloss. extrà de appellatio. cap. cum speciali. §. porrò. in gloss. quæ incipit, Et ita patet. In gloss. *aliquid* in fine. Item hic rememora casum in l. penulti. de quæstion. quia nunquam præiudicat confessio, &c. Nota textum ibi, *in-*
7 *strumentisque conuictus*, &c. Ex hoc arguitur, quòd † delictũ possit probari per instrumentum. De hoc vide per glo. in l. contra negantem. suprà ad legem Aquil. Cy. & alij tangunt de probatio. l. sciant. Canonistæ tangunt de maior. & obedien. cap. cum in ecclesiis. Circa hoc vide quæstionem disputatam, quam refert Ioan. Andr. super regula, semel malus. lib. vj.

LEX III.

1 *Condemnatus de male gestis circa officium non auditur appellãs. Secus si de rebus patrimonij.*
2 *Quid si commiserit delictum?*
3 *Iudex contra suum officialem aliquid iniustè statuisse non præsumitur.*
4 *Superioris est inquirere de male commissis subditorum in officio. Item & animaduertere.*

1 NVlli. Officialis † de gestis circa officium à proprio iudice condemnatus non appellat: secus si esset quæſtio de re patrimoniali. Hoc dicit. In glos. j. ibi, *circa officium*. Et sic restringit tex. istum ad causam cri-
2 minalem. Quid † si aliud delictum commisisset, vt adulterij, &c. Et dic, vt sequitur in gl. Et sic est casus, quod quando per superiorem iudicem est lata sententia contra officialem suum, non appellat. Et intelligit illa gloss. hanc legem, & etiam Barto. quando agitur de crimine criminaliter. Sed quæ potest esse ratio in ista lege? Gloss. assignat ij. q. vj. §. sunt quorũ. ver. nulli. & ibi dicit, quòd ideo lex hoc
3 statuit, quia non est † præsumptio, quòd iudex contra suũ officialem aliquid iniustè statuerit. Barto. dicit, quòd ista ratio, quam Canonistæ ponunt, fuit ratio Placentini, hic in summa huius titu. Refert ibi Archidiacon. duo verba Hugutionis, & voluit dicere, quòd hoc fuit statutum in odium officialis, qui debuit à talibus criminibus abstinere, dum erat in illo officio. Quælibet ratio potest esse bona. Sed aduerte, quia ibi Archidiaco. intelligit istam legem, non solum quando criminaliter de crimine agitur, vt suprà, sed etiam quando de crimine ciuiliter, dum modò agatur de crimine in administratione commisso. Et vide in l. iij. *de sepul. viola*. Ex his omnibus est hic ca-
4 sus, quòd † de offensa commissa à subdito in officio, superior habet potestatem inquirendi & puniẽdi. Sed quid econtrà, an puniat de offensa irrogata familiæ suæ? Guli. tetigit in l. senatus. ff. de offi. præsi. & Bar. in l. si quis fortè. §. si quos comitum. ff. de pœnis.

LEX IIII.

1 *Condemnatus in causa fiscali, vel principis, non appellat.*
2 *Appellationis locus non est, quando sententia lata est super tributo euidenti.*

ABstinendum. Exemplificatur hæc lex variè, vel in debitore fisci, vel in priuato. Secundum ambas dic, de-
1 bitor † fisci, vel priuati patrimonij Cæsaris, secundum vnam lecturam, vel secundum aliam, priuatæ personæ, cuidenter conuictus, non appellat. Hoc dicit. Et hæc lex est canonizata ij. quæst. vj. ca. sunt quorum. & etiam lex proxi. præcedens. In gloss. j. in fi. Vel aliud in debitore fisci, & aliud in debitore priuati. Sed tene solutionem, quæ est in contrario. In gloss. *priuati*. circa finem. Glos. voluit tollere hoc casu l. data. suprà de appellatio. vbi debitor tributarius potest appellare. Extra gloss. nota hic, quòd
2 † à sententia lata super tributo euidenti non appellatur. Et ex hoc dicunt Canonistæ, quòd à sententia lata super decimis non appellatur, quia decimæ sunt tributa. xvj. q. decimæ. & est casus de decimis. tua nos. in fine. Et hoc firmat gloss. ij. quæstio. vj. sunt quorum. versi. quoties. vbi hæc est canonizata.

LEX V.

1 *Ab executione sententiæ non, nisi executionis modus excedatur, appellari & nu. 4.*
2 *Sententiæ executor recusationi non subiacet.*
3 *Sententia qua pronuntiatur exequendum, vel non exequendum, interlocutoria est, nec ab ea appellatur.*
5 *Exceptio peremptoria in casibus, in quibus opponi potest post sententiam, ita & post tempus quadrimestre.*
6 *Captus propter debitum, si appellat, à captura relaxari non, nisi de appellatione cognitum sit, debet.*

1 AB executione Non appellatur † ab executione, nisi excedatur executionis modus, & tunc si res est mobilis, deponitur, si immobilis, fructus eius sequestrãtur, donec per iudicẽ appellationis causa terminetur, & temerè appellans in quinquaginta libris argenti punitur. Hoc dicit. Et hæc etiam est canonizata. ij. q. vj. in §. ab executore. vbi huius legis effectus ponitur. Nota ergo primò regulam, quòd ab executione non appellatur, nec etiam
2 † potest executor recusari. Ita dicit gloss. extrà de appella. cap. nouit. in vltima gloss. Item habes, quòd executor grauat, quando in exequendo excedit modum. In gl. j. in fin. Idem notauit glos. in l. ab executore. ff. de appellat. Et ex ista glos. colligit hic Barto. quòd ab interlocutoria, quæ fertur post sententiam, potest appellari. Ex quo col-
3 lige quod † sententia, qua pronuntiatur exequendum, vel non exequendum, appellatur interlocutoria. & Bart. hoc sensit. Vidi multos dicere contrarium. An autem sit vera interlocutoria vel non, vidi dubitari. Fertur hic per Cynum quòd Odofredus dixit, quòd non potest appellari ab ista sententia, siue declarat iudex exequendam, vel non, primo vt sit litium finis. l. fratris. suprà, de trãsactionibus. secundò, quia hæc lex simpliciter dicit ab executione non appellari, nec distinguit, &c. vt l. de pretio. ff. de publi. Cynus hic inculcat multa, & finaliter concludit, quòd ista terminatio Odofredi potest procedere, quando nulla est opposita exceptio per aliquam partem, quæ haberet impedire executionem, alias autem posset appellari: vt extrà de officio delegati. capit. ex literis. & pro modo transeo cum hoc. In gloss. *excedat*. ibi, *& sic idem*. Hæc gloss. vult id, quod Innocen. de operis noui nuntiatione.
4 cap. significantibus. scilicet, quòd sicut † potest appellari quando grauat, quia in quantitate modum excedit, ita si præuenit in modo executionis. In eadem glo. ibi, *exe-*
5 *cutioni mandare*. Nota ergo ex isto tertio, quòd † in omnibus illis casibus, in quibus peremptoria potest opponi post sententiam, ita potest opponi post tempus quadrimestre. quod est notandum. In ea. gloss. in fine. Quæro, Pone quod est casus in quo ab executore dato à iudice delegato post sententiam diffinitiuam appellatur, ad quem appellabitur? Vide in Specu. de appel. §. nunc tractemus. versi. quid si lata sentẽtia. & ibi dicit, quòd appellari debet ad eum qui deputat, & hoc infra annum. Quod sequitur Archidia. in hac lege: Canonistæ vbi suprà. Aliud est dubium, pone quòd forma demandatæ iurisdictionis cõtinet iniustum, vel iniquum, à quo debebit appellari? Vides quòd hoc mandatum sonat iniquitatem, vel ab actu istius exequẽtis, vel à mandato cõmittentis. Dic quòd ab actu illius committẽtis istam executionem. Ita dicit Hostiensis de officio delega. cap. super quæstionum. §. nos autem.

tem.Vide Innocen.de offic.delega.cùm in iure.in prima
glos.Contra hoc dicunt quidam esse casum in c.vt debi-
tus.de appella.Sed non contradicit,quia loquitur in iu-
dice,non in executore,vel prosecutore,&c. In gloss. *In-*
dicauerit.in fine.Per istum textum coniuncta ista exposi-
6 tione,terminat hic Bart.quòd si aliquis † capiatur pro-
pter debitum,& ab ista captura appellet,non debet sta-
tim relaxari, sed pendente appellatione debet retineri.
Patet p id quod hic dicitur de alia re mobili, quæ debet
poni in sequestro.Ad hoc potest adduci dictum Inno.vbi
suprà.Quid autem si in causa appellationis dicit de nul-
litate capturæ,pronũtiatur capturã nullã, petit relaxari,
pars appellat, quæritur an debet relaxari? Cogita , & cõ-
feremus. In gl.fi.in fi.Cy. hic format aliquas quæstio-
nes,& concludit,quòd vbicunque index,coram quo op-
ponitur exceptio peremptoria, percipit , quòd oppona-
tur maliriosè,vt retardetur executio,nihilominus debet
exequi. Simile dicit infrà de fal.l.ij.Et adde casum extrà
c.sciscitata.de in integ.resti.

LEX VI.

1 *Sententia super testamenti apertione,vel hæredis scripti missione in possessionem lata,non recipit appellationem.*

1 Q*Visquis*. A pronuntiatione † testaméti aperiendi, vel
hæredis scripti in possessionem mittendi,appella-
ri non debet,& appellanti,& iudici appellationem reci-
pienti imponitur pœna hac lege statuta.Hoc dicit.Et nõ-
ta hunc casum ad id,quod dicam in l.j.infrà,si de momẽ
tanea posses.fuerit appellatũ.In tex.ibi,*ignauum*. Ad hoc
vide l.iiij.de manumissionibus.

LEX VII.

1 *Ab interlocutoria de iure ciuili non appellari regulare: Secus de iure canonico,& quando appelletur,vide nu.5.*
2 *Sententiæ,verb.intelligitur de diffinitiua.*
3 *Verbum ambiguum quando profertur,in proprio significato accipiendum.*
4 *Dominij appellatione in dubio venit directum.*

1 A*Nte sententiæ tempus* Ab interlocutoria † regulariter
non appellatur.Hoc dicit.Hoc procedit de iure ciui
li,secus de iure canonico:vt in cap. super eo.ij.de appel-
la.vbi à quocunque grauamine appellatur.& in l.j. si de
momen.posses.fuer.appel.Nota coniuncta glos.j. parua,
2 quòd † simplex prolatio [a] sententiæ intelligitur de diffi-
a nitiua.Idem in l.quod iussit.de re iudica. Idem in l.ante
sententiam.de appella.reci. & in l.ij §.biduum.ff.quãdo
appel. sit. Et est vtile ad statuta de ordine procedendi ad
3 sententiam,intelligi de diffinitiua:quia † quando verbũ
ambiguum profertur,intelligitur in proprio significato,
4 vt l.j.ff.si ager vect.pet.& † appellatione dominij intelligi
tur in dubio de directo:vt not.in dicta l j.si ager vect.vel
emphy.pet. In gloss.fina. ibi, *l.ij.de appel.rec* Et est ratio
specialitatis in illa, quia per appellationem à diffinitiua
non potest reparari tale grauamen. In ea.glos.ibi, *diffi*
nit.Quasi dicat,debemus intelligere de tali interlocuto
ria,quæ non sit reparabilis. In gloss.ea.ibi, *l.arbitro*. Et
est ratio huius fallentiæ quasi eadem cum præcedenti.
In ea.gloss.ibi,*secum executionem*. Et est ratio, quia to-
tam causam determinat,& ideo potest appellari, vt ibi,&
5 sic † ab interlocutoria lata super competentia, vel incõ-
petentia potest appellari,vt notatur in authen.habita. ne
filij pro pat.suprà.Et est gloss.singularis. An ab interlocu
toria possit appellari de iure ciuili? Dic .quòd si ista in-
terlocutoria est lata post diffinitiuam sententiam,potest
appellari, vt est casus,& ibi gloss.in l.ab executione.suprà
eo.Si autem est lata ante diffinitiuam, tũc aut post istam
interlocutoriam non expectatur alia diffinitiua, & tunc
ab illa potest appellari, vt in l. air prætor.§. permittitur.ff.
de mino.& ibi casus,quòd ab interlocutoria super legiti
matione personarum appellatur.& ibi casus singula.aut
expectatur diffinitina,tunc aut grauamẽ irrogatum per
interlocutoriam,potest reparari per appellationem à dif
finitiua,& tunc non appellatur, aliàs sic.l.arbitro. suprà
alleg.in gloss.Sed si tale grauamen potest reparari, & tũc
dic,si talis interlocutoria perimat totum negotium , vel
quasi,potest appellari.l.inter vtile.ff de minor. hic alleg.
Aliàs autem vbi non perimit,non potest appellari, vt hic,
& in l.ij.suprà. de episcopali audientia. Et hoc procedit
de iure ciuili.De iure autem canonico videtur ab omni
grauamine appellari.extrà de app.c. cùm cessante. & c.
super eo.Hoc videtur fallere in causa momẽtaneæ posses
sionis secundũ aliquos.Quod tamẽ intelligitur, & decla
ratur in l.j.infrà,si de momentanea possessione.Adde se-
cundum Canonistas appellari etiam ab actu extraiudi-
ciali.Et in quo differat appellatio iudicialis, & extraiudi
cialis,vide quod notatur eodem titu.cap.cum sit Roma
na.& cap.bonæ.Aduerte tamen quòd quando ante sen-
tentiam in iudicio appellatur, vt talis appellatio valeat,
requiruntur decem,quæ enumerat Gulielmus in Specu-
lo,de appel.in prin.Quibus Ioan.And.addit tria,extrà de
app.c.dilecto.in nouella.Addo & aliud, quòd appellatur
ante sententiam diffinitiuam,quando pendet,an appel-
latio sit admittenda vel non,Iudex appellationis non po
test inhibere iudici à quo. Ita sensit Innocentius de re-
scriptis.cap.dilectus.Postmodum ad materiam vide a-
liquas quæstiones in l.ante sententiam.de appellatio.re-
ci & ibi vide.

ADDITIO.

a Simplex prolatio.Adde eundem Mathesil.singul.xciij. & ibi
additio.& in l.ij.nume.4.versicu.secundò notat ex ista glo.
C.quomodo & quando iudex.Corset.singul.cxc.in verb. no
torium.nu.2.Bal.sing.cv.

LEX VIII.

E*T publicarum*.Debitor fisci vel priuati patrimonij prin
cipis conuictus non appellat.Hoc dicit.

Si pendente appel.mors interuenerit. Rub.

LEX I.

1 *Instantia causæ appellationis ad hæredem transit.*
2 *Instantia causæ appellationis an in fideicommissarium vniuersalem transeat.*
3 *Instantia an in singularem hæredem transeat.*

E*Tiam* Mortuo appellante in causa ciuili hæ-
res debet causam appellationis prosequi, vel
iudicatis acquiescere.Hoc dicit. In glo.cir
ca medium.Contrarium tenuit gloss.in l.qui
ad ciuilia.suprà,de appellatio.& dic vt ibi. Nota hic ca-
1 sum,quòd † instantia causæ appellationis transit ad hæ-
redem.Idem in instantia causæ principalis, vt de fideius-
soribus.l.si eum hominem.&ibi plenè per Bartol. Et an
2 transeat in vniuersalem † fideicommissarium, conclude
quòd sic,si erat inchoata cum defuncto , non si erat in-
choata cum hærede.l.ij.§.j.& l.cùm hæreditas.ff.ad Tre-
bellianum.Et ideò si hæres cessit iuribus sibi competen-
tibus hæreditario nomine, qui litem contestatus fuerat,
& fideicommissarius prosequatur eandem instantiam,
3 non poterit obtinere. Ita consuluit Bartol. † & an in sin
gularem successorem transeat instantia, vide ibi etiã per
Barto.& distingue an faciat transitum ex necessitate, an
ex voluntate. Primo casu facit transitum , secundo non.
ita ibi concludit. Quibus adde, quòd hoc ius instantiæ
potest transferri,etiam per viam cessionis, & hæc cessio
potest fieri etiam inter absentes: vt est gloss. in l.in cau-
sæ.§.sed si ex parte.ff.de procurato.ibi, quòd etiam inter
absentes fieri potest. Et ibi in illis verbis signa gloss. quia
est notabilis.

LEX II.

1 *Reus appellatione pendente,& bonis adnotatis si moriatur, quòd eius bona ad suos hæredes deueniant.*
2 *Appellationem prosequi hæredem non teneri.*
3 *Crimen morte rei extingui.*

E*Ius qui*. Hæc lex legitur duobus modis, vt hic ex gloss.
percipitur.Secundum primam lecturam,quam ponit
hic prima gloss.& quæ videtur magis conueniens literæ,
1 hoc intendit.Si pendente † appellatione facta ab adno-
tatione bonorum, reus decedat, bona pertinent ad suc-
cessores eius.Hoc dicit.Et ad euidẽtiam præmitte, quod
notatur in gloss.j. In gloss.fina.ibi, *de requi.reis.l.j in fin.*

vel secundum aliam lecturam: Si appellatum sit à sententia super crimine lata per eum, cuius bona fuerunt adnotata, & contingat eum mori, appellatione pendente, bona dicitur de iure pertinere ad successores eius. Hoc dicit secundum secundam lecturam positam hic in glos.

In ea. gloss. ibi, *agere cœpit*. & posteà damnatus fuit. In
2 ea. gl. in fi. Concludit ergo, † quòd hæres nun habet prosequi causam appellationis. Pet. vt refert Cy. hic reprehendit gloss. quia rediens post annum non recuperat bona, nec auditur appellans: ergo non procedit ista gl. quæ dicit, quòd hæres non tenetur prosequi. Sed saluando glos. dic, quòd glos. loquitur, quando renuntiatur intra anni, sed distinguit quando moriatur, an moriatur intra annum, vel posteà. Nota quòd id, quod gloss. dicit, sed si post annum, &c. intelligi debet, scilicet, quòd ille fuerit mortuus, venerit tamen intra annum: aliàs gloss. sibiipsi contradiceret, quod non est credendum. Hic titulus præsup-
3 ponit † morte rei crimen extingui, &c. Pone, quod mortuus est reus ante sententiam, hæredes volunt, quòd actor prosequatur causam criminis, an poterũt obtinere? Omnes dicunt, quòd non: quia morte rei extinguitur crimen. l. j. & ij. in hoc eodem titu. & statim habebis glo. ergo, &c. Vide casum in l. filio. §. Seia. de adimen. lega. quòd hæredes hoc possunt petere, qui solet allegari pro singulari: sed similis est in l. fina. §. fina. ff. de bonis eorum, qui mortem sibi consciuerunt.

LEX III.

1 *Bonorum expressa ademptio, appellantis mente non dirimitur: secus in tacita.*
2 *Bona in consequentiam vbi adimuntur, mortuo reo bonorum causa extinguitur.*
3 *Expressio eius quod tacitè inest, nihil operatur.*
4 *Delictum, cuius pœna mors est, qui commisit si non inuenatur, quid agendum?*
5 *Bannitus de iure communi stante banno offendi non, nisi diffidatur, potest.*
6 *Reatus omnem honorem excludit.*
7 *Bannitus pro rebus, quæ in ciuitate remanserunt, an collectari possit remissiuè.*

1 S*I is, qui.* Mortuo † appellante à diffinitiua sententia in causa criminali, tenetur hæres prosequi appellationẽ propter bona, quæ erant expresse adempta. si vero tacite, non tenetur. Hoc dicit. Vel sic, & forte clarius: Si bona adimantur principaliter, & expresse licet reus pẽdente appellatione decesserit, bonorum ademptio non perimitur, & ideo hæres tenetur appellationem prosequi: secus si tacite in consequentiam pœnæ bona adimantur. Hoc dicit. Præmitte quòd quædam sunt crimina, quæ in consequentiam important confiscationem bonorum, vt in l. ex iudiciorũ. ff. de accusatio. puta maiestatis, &c. Quædam sunt, in quibus non sequitur confiscatio, nisi iudex expresse cõfiscet, & de vtroque hic dicitur. Pondera, quòd hic text. loquitur in dãnato. Quid si esset absolutus? Dic, quòd secus esset, vt est gloss. in l. Lucius. ff. de iure fisci. quã vide. Nota etiam hic text. dum dicit, *Nulla quæstio super-*
2 *esse potest.* quòd vbi † bona adimuntur in consequẽtiam, mortuo reo dicitur extingui etiam causa bonorũ. Quod procedit secundum Iaco. Butr. etiã si iudex expresse bo-
3 na adimat: quia † expressio eius quod inest, nihil operatur. de lega. j. l. hæc verba. & infrà de fideiusso. l. non rectè. Sed contra hanc determinationem secundum Barto. videtur casus hic in fin. ibi, sola capitis pœna. Vnde concludit hoc posse procedere, quando ademptio fit per eũ modum, per quem inest, vt condemno eum ad mortem cum ademptione bonorum: Sed si fiat alio modo, vt condemnamus eum ad mortem, & adimimus ei bona, tunc ista expressio operatur, vt hic, & in l. j. ff. eodem. Extrà no-
4 ta hunc text. quia videtur facere, quòd si committat † quis delictum, propter quod captus deberet mori, si non inueniatur, debet ei dari bannum ciuitatis ad mortem. Ita dicit singulariter gloss. in authen. de lenon. §. si quis autem. super verbo, expelletur. collatio. ij. Et de hac gloss. fecit festum Iaco. de Bel. in x. colla. de pace tenen. in princi. Ad-
5 de an talis bannitur † de iure communi, stante bãno poterit offendi? Dic quòd non, nisi diffidatur. infrà de malefic. & math. l. fina. vbi patet, quòd bene potest capi & duci in potestatem & forciam præsidis, seu potestatis in loco. Aduerte tamen, quia dixit Ioan. Andr. de homici. cap. j. lib. vj. in nouella, quòd hic bannitus in bonis saltem potest offendi. Vide mirabilem gloss. de mil. vas. qui contu. est. in ca. j. in x. colla. quæ dicit, quòd est licitum vnicuique eum deprædari. In gloss. fina. Idem videtur dicere in cap. j. hic finitur lex, deinde cousuetudines regni incip. vbi dicit, quod dum est bannitus, potest dari damnum in bonis eius, aliàs nihil noceret ei bannum. Pro hoc facit quod notat gloss. xiij. quæst. v. ca. dixit Dominus. vbi vide plura iura ad hoc dubium, & probatur etiam in moralitate. Aduerte tamen, quia Bal. ibi dixit, quod illa glo. erat falsa, quia quòd bona damnatorum possint deuastari a quolibet, nec lege, nec æquitate cautum est. Imò nec iudex hoc posset in sententia declarare, si vellet, quia vt dicit alibi textus, bona non deliquerunt, in authen. vt nulli iudicum. §. & quia. nam etiam bannito debet ius reddi de bonis suis. l. Papinianus exuli. ff. de minoribus.
6 Fallit in feudo, de quo loquitur ibi, quia † reatus omnem honorem excludit. suprà vbi senatores vel clarissimi. l. j. Vnum nota ad hoc, quòd licet possit offendi in bonis & persona, vt multoties statuta permittũt, mortuus non potest spoliari, quia talis licentia a iure, vel statuto permissa, extinguitur per mortem. ff. de pœ. l. si pœna. Adde etiã
7 an bannitus † teneatur soluere collectas rerum, quæ remanserunt in ciuitate, & idem in sacerdotibus nihil percipientibus. Vide quod notat glossa in l. inter quos. §. dãni. ff. de dam. infect. & ibi vide not. Bar.

LEX IIII.

S*I pater.* Appellatio interposita à munere publico, finitur morte appellantis. Hoc dicit.

LEX V.

1 *Ancilla de cuius dominio contenditur, mortua, appellationis causa propter peculium durat.*

1 Q*Vamuis.* Perẽpta † ancilla, de cuius dominio est quæstio, durat causa appellationis propter peculium. Hoc dicit. Facit, quia licet contingat fundum, de quo erat quæstio, casmate perire, tamen propter fructus, vel aliquo alio modo, isto casu nihilominus durat causa super proprietate propter fructus.

LEX VI.

1 *Hæres præter tempus appellanti ad appellationis prosecutionẽ datum, quatuor menses habet.*
2 *Appellationis exercendæ tempus hæredi non nisi adita hæreditate currit.*

1 S*I vnus* Post † mortem appellantis eius hæredi ad prosecutionem appellationis vltra tẽpus ipsi appellanti cõcessum, dantur quatuor menses, qui currũt demum post tempus ad deliberandum. Hoc dicit secundum notabilem casum, secundum quem non est alibi. gloss. tamen videtur aliter intelligere, vt statim dicam. In gloss. fin. in fine. Ex hac gloss. collige lecturam ad hunc text. secũdum
2 quam in effectu iste textus inducitur, † quòd tempus appellationis exercendæ non currit hæredi, nisi postquàm adiit hæreditatem: & sic non currit eo tempore, quo deliberat. Et secũdum hoc oportet dici, quòd ver. Si autem. referatur ad præcedentia. Sed doctores aliter intelligunt hanc legem inducere, quòd vltra tempus, quod datur hæredi ad deliberandum, hæres ipsius hæredis habeat etiam quatuor menses, & secundum hoc ver. Si autem. non respicit præcedentia, sed nouum ponit casum. Quilibet intellectus est notandus, sed iste vltimus est plus notãdus.

De iis qui per met. iud. non appel. Rubr.

LEX I.

1 *Timor irreuocabilis à prouocationis necessitate non excusat.*
2 *Violentia interueniente non præsumitur, vbi superior adest.*

1 S*I contra.* Irrationabilis † timor non excusat à necessitate prouocationis. Hoc dicit. Et ideo non appellans videtur acquiescere sententiæ. Nota, quòd

6 quòd † vbi est superior, non est verisimile, quòd ibi fiat
violentia, nec timor debet haberi. Facit l. non est verisimi
le. quod metus cau. in gl. allegata.

LEX II.

1 *Iustus metus facit vt protestatio fa. in intra appellandi tempus, vim appellationis habeat. & nu 5.*
2 *Appellans, qui sua culpa in metum, licet iustum, incidit, legis huius beneficio non gaudet.*
3 *Protestatione voluntas probatur, quæ metus probationem coadiuuat.*
4 *Protestatio quomodo facienda?*
6 *Appellatio interponitur per hæc verba: Domine iudex, grauatis me, & si verbum, Appello, non exprimatur.*

1 I*Is qui.* Non appellans † propter iustum metũ debet hoc
protestari, intra dies tamen interponendæ appellatio-
nis, & tũc eius protestatio habet vim appellationis. Hoc
dicit. Ex hoc textu sumitur, c. si iustus metus. extra de ap-
pellationibus. Nota summarium. In textu ibi, *vim iu-
stum metum.* & sic iustum metum. Ita appellatur extra de ap
pellationib. in cap. si. In textu ibi, *publice interposita.* id
est, coram honestis personis: probari tamen oportet, vt
dicit Innocen. in dicto cap. fina. Et aduerte, quia per illa
2 verba, Iustus metus, quidam dixerunt, quod si sua † cul-
pa appellans incideret in illum metum, non haberet hu-
ius legis beneficium. Ad hoc ff. quod metus causa. l. si mu
lier. primo responso. Hostiensis tamen ibi terminauit cõ
trà, qui exponit iustus metus, id est, probabilis, vt sic non
consideretur qualitas grauati, sed iniquitas iudicantis.
Item aduerte, quia debet iste text. intelligi de vi, vel me-
tu iudicis, vel partis, vel iniquæ legis. Ad hoc bene facit
extrà de sententia excommunica c. grauem. Nota hic se-
cundò modum traditum protestationis, non tamen cre-
das, quòd per hanc probetur vis, vel metus. l. metum. su-
3 prà quod metus causa. sed bene probatur † voluntas, quæ
coadiuuat probationem metus, & ideo in hoc non cre-
ditur appellanti, nisi vis interuenerit. & probetur supra, &
ff. quod metus causa. per totum. secundum Innocentium
4 in dicto cap. fina. Qualiter † autem fieri debet hæc prote
statio? dic quòd corã bonis viris, & adhibitis idoneis te-
stibus. extra de officio ordina. cap. pastoralis. in § fina. Et
5 nota bene, † quòd hæc protestatio habet illam vim, quam
haberet vera appellationis interpositio. Facit l. de pupil-
lo. §. si quis ipsi. hic allegata in gloss. Et istum casum alle-
gat Bart. in materia protestationis, in l. non solum. ff. de
operis noui nunciatione. & allegat ipsum pro multũ sin-
gulari, scilicet, istum textum. Vltimò pro practica aduer
6 te, quia dicit Innocen. † quod satis est, quòd appellans di
cat sic, Domine iudex grauatis me in hoc. Et hoc sufficit,
licet non dicat, Appello. Et sola expressio causarum hoc
casu habetur pro appellatione, vt hic. Plus dicit posse di-
ci, scilicet, quod licet postea citatus compareat, non pro-
pterea dicatur appellationi iam factæ renuntiare, dũmo
do timor duret. Allegat ad hoc l. ij. suprà quod metus cau
sa. Quod tene menti, quia est dictum aureum.

Si vnus ex pluribus appel. Rubr.

LEX I.

1 *Appellatio vnius an & quando alijs prosit, vel non nu. 5. & 6.*
2 *Probatio iudici non parti facienda.*
3 *Identitas rerum & personarum probanda.*
4 *Agnominis, vel cognominis respectu inter inquisitionem & bannum variationem esse.*
7 *Intellectus §. si fundus. l. loci corpus ff. si ser. vend.*

1 S*I vnus.* Appellatio vnius † de pluribus ex ea-
dem causa condemnatis, prodest pluribus a-
liis eandem causam habentibus Seu prodest
omnibus eandem causam habentibus. Hoc di
cit. Et de hoc titulo est hodie casus in cap. penul. extrà de
2 appella. Nota † probationem fiendam iudici, non parti.
Concord ff. de probationibus. l. quinquaginta. Nota se-
3 cundò, † quòd identitas rerum & personarũ debet pro-
bari. Et hanc legem Bartol. dicit multum notandum, ad
probandam identitatem instrumenti, quod hodie pro-
ducitur cum illo, de quo in sententia fit mentio. Item &
possessionis, quæ est hodie intra tales confines, quòd sit
vna & eadem cum illa, quæ olim erat intra tales cõfines.
4 Item quod † si sit variatio inter inquisitionem, & bãnum
in nomine banniti, respectu agnominis, vel cognominis,
forte &c. vt possit probari quod nominatus in inquisitio
ne est vna, & eadem persona cum eo, qui nominatur in
banno. Et aduerte ad intelligentiam legis, in eo quod
5 hic dicitur, quòd appellatio † vnius prodest aliis, quia for
tè non est absurdum intelligere, quod vnus eorum appel
lauit pro se. & omnibus volentibus adhærere, & illi intra
tempus ratificarunt appellationẽ, alias enim absurdum
videtur, quòd ad alios porrigi debeat appellationis effe-
ctus, qui fortè nolunt, vel non curant appellare. extrà de
appella. cap. vt circa. lib. vj. Et ita dixi contra quendam
in examine. Item aduerte, quod ista lex non procederet,
si alii non appellantes ratificassent sententiã. vel expresse,
& hoc indubitatum, vel etiam tacite per cursum decem
dierum, quando ignorabant socium appellasse. Ita colli-
gitur ex notatis in l. Seio. §. j. ff. de appellatio. Et hoc vlti-
mum ad limitationem huius legis videtur de mente Bar
toli in l. si quis separatim. in fin. ff de appel. item quia hic
dicitur, quod effectus victoriæ cum vno porrigitur ad a-
lium, dubitari posset, quid si aliter cõponat? Quam quæ-
stionem vide per Guli. in Specu. de appellatio. §. j. versic.
quid si ille. & ibi concludit quod illa compositio non no-
cet aliis, vt ibi videre potes. In gloss. fina. ibi, *l. Seio* Dic
6 quòd hic † loquitur, quando erat communis, & erat par
causa defensionis omnium, ibi autem quando causa nec
erat communis, nec erant causæ defensionis eorum. &
hoc respondeo formaliter ad contrarium. Oppo. con-
tra hunc titu. de lege, loci corpus. §. si fundus. ff. si seruitus
7 vendicetur. Sol. Hic loquitur † in sententia lata in causa
appellationis: in sententia autem lata in causa principa
li non habet locum indeterminatè quod hic dicitur. Est
& tertius casus, quando sententia est lata in restitutione
in integrum. De hoc loquitur lex quæ statim sequitur &
l. j. si in communi, eademque causa in integrum restitu-
tio postuletur.

LEX II.

1 *Restitutio vni concessa alijs non prodest: Secus in appellatione, & quæ diuersitatis ratio. & nu 2.*

1 S*I in vna.* Licet † appellatio vnius de pluribus condem-
natis e eadem causa, & reportata per eum victoria, a-
liis prosit, secus tamen in concesso beneficio restitutio-
nis in integrum. Hoc dicit ad literam. In textu ibi, *qui
non appellant.* subaudi nedum appellanti. Sed quæ est ra-
2 tio, quare † effectus appellationis prodest alteri, vt suprà
l. proxima, sed non restitutionis, vt hic? Dic quòd ratio di
uersitatis est inter istos casus: quia restitutio est cõtra ius
commune, & ideò restringitur: appellatio verò est de iu-
re communi, & ideo ampliatur. Item in appellatione est
par defensio vtriusque, secus in restitutione: quia illa nõ
competit maiori. Quod verum, nisi hoc operetur indiui-
duitas causæ, vt hic in gloss. quæ allegat pro casu l. si com
munem. ff. quemadmodum serui. amitta. Tu adde quod
notatur de iure patronatus, in capitulo primò. libro se-
xto. Ad hanc materiam vide Barto. in l. si qui separatim.
in fine. de appellatio.

Si de momentanea possessione fuerit appellatum. Rub.

LEX I.

1 *Sententia possessorij appellationem non recipit.*
2 *Hypothecaria & si simplicem possessionem auocare dicatur: sententia in ea lata in causa possessionis momentaneæ lata non dicitur.*
3 *Possessio si contra ius auferatur, appellationi locus est.*
4 *Appellari potest in causis summarijs, licet præiudicium per aliud iudicium reparari possit.*
5 *Appellatio a diffinitiua sententia effectum tollit.*
6 *Intellectus l. Si quis in tantam. infra, vnde vi.*
7 *Sententia in possessorio diffinitiua est, & ab ea appellari potest. nume. 8. & 9.*

11 *Minor non restituitur in integrum, quando lex personam eius legitimat, quod intellige vt hic.*

1 C*Vm de possessione.* A sententia † lata in possessorio non appellatur, proprietatis tamen causa salua remanet. Hoc dicit. In glo. prima. ibi, *de possessorio momento.* Circa hoc vnũ nota, quòd
2 licet † hypothecaria dicatur auocare simplicem possessionem, ff. de euictio. l. si cum venditor. tamen sentẽtia in ea lata non est lata in causa momentaneæ possessionis, ideo ab ea poterit appellari. & sic non habet in ea locum hæc lex, vt Bartol. notat in l. j. ff. de Saluiano interdicto. quod bene nota. In gloss. ea. ibi, *in dicendem.* Concludit quòd hæc lex habeat locũ in quocunque interdicto. Barto. alibi dicit, quòd hoc est intelligendum, quando coniunctus, qui fortè occupabat bona defuncti, victus est, appellauit, certè non habet locum. Vel loquitur, quando in bonis vacantibus, &c. nulla fit iniuria si res restituitur in pristinum statum quia sicut antè poterat agere, & petere, ita & modò. Sed si actor succubuit, reus qui occupauit si priuaretur, non habet nisi remedium retentionis, tunc dicit, quod non erit prohibitus appellare per istam regulam. Probat per l. in minoribus & maioribus. de appella. & pro hoc casus in l. creditor. §. iussus. ff. de appell. vbi potest appellari, maximè quando deuenitur ad appellationem, ergo fortius in isto casu, &c. Pro hoc etiã facit, quia si appellatur, quando omittitur ordo possessorij & peti-
3 torij, † vt l. j. suprà, de appellatio. ergo fortiùs quãdo possessio mihi aufertur contra iustitiam, vt in casu proposi-
4 to. Tertiò probat. quia † in summariis licet præiudicium possit per aliud iudiciũ reparari, l. j. ff. de iis, qui sunt sui, vel alieni iuris. tamen quia hoc non contingit sine difficultate, potest appellari. suprà de appel. l. j. Item ad legem istam, quia non obstat, quia nõ dicit quòd non possit appellari, sed quòd non obstante appellatione, sentẽtia sor-
5 titur suum effectum: nam † appellatio à diffinitiua tollit effectum sententiæ. l. j. in fin. ad Turpilianum. sed appellatio ab interlocutoria non tollit effectum interlocutoriȩ, nisi sequuta victoria. Item licet dicatur suspẽdi executio, non tamen in totum: quia executor potest rem, cuius possessionem apprehendit, facere sequestrari, si est immobilis, vel fructus, si est mobilis. Hæc est intẽtio Bar. in l. ij. de app. recip. per vnã colũnam. In ea. glo. ibi. *si quis in tantum* dic aptius. quòd hic † loquitur quando intẽratur me-
6 tum possessorium, ibi, quando condictio ex illa l. in qua tractatur etiam de proprietate, & ideò potest appellari. Et ita notatur in l. momentaneæ. eodem titul. Et hoc est de mente gloss. in parte, quæ sequitur. In ea. gloss. in fin.
7 Et sic concludit, quòd sententia † lata in possessorio est diffinitiua. Idem tenuit gl. in l. post sententiã. s. de sen. idẽ ff. de re iudi. l. quod iussit. Est casus in clemen. j. de sequestratione possess. & fructuum. Secundò dicit gloss. quòd ideò iura noluerunt appellari ab ista, quia postea poterit in quæstione proprietatis. Ex hoc infert, quod vbicunque hæc sentẽtia in hoc possessorio lata, inferret tale præiudicium, quòd non esset remedium, ab illa posset appellari, vt notatur in l. ante sententiæ tempus. suprà quorum appella. Bart. in dicta l. ij. ponebat exemplum per casum in l. qui exceptionem. §. si pars. ff. de condict. indebi. Et ideo dicit bene notari quod hic dicit si de momentanea possessione. in rubro & nigro. quoniam si non esset momentanea, posset appellari. Quæro an hoc procedat etiam
8 de iure canonico? Videtur simpliciter † per multos terminari, quòd de iure canonico possit appellari, vt de testibus. cap. significauerunt. & in cap ex conquestione. de restitutione spoliatorum. Ita tenet Guli. in Specu. de appel. in §. vj. & sequen. Ioan. And. tetigit de restitutio. spolia. c.
9 cum ad sedem. Dicit alibi Innocen. quòd † illa decretalis ex conquestione, non dicit in possessorio appellatum, sed appellatum: quia eius petitio super possessorio repellebatur. Ita dicit de operis noui nuntiatione, cap. penultimo. in gloss. penultima, vbi hunc articulum termi-
10 nat, & ibi declarat † quòd etiam de iure canonico non possit appellari, & habeat locum hæc lex. Et hanc partem tenet apertè gl ij. q. vj. § sunt quorum. versi. de possessione, vbi hæc lex est eis canonizata. & ibi Gratianus appellat hanc sententiam interlocutoriam. Et de hoc ibi vide multa relata per Archidia. qui post multa videtur concludere in hac parte, quòd de iure canonico non potest appellari. Gloss. Ber. in dicto c. cùm ad sedem. dicit, quòd si est tale possessorium, per quod patiatur præiudicium in proprietate, vt interdicto vnde vi, possit appellari, aliàs secus, vt suprà de sententiis. l. post sententiam. Alij renuerunt quòd de iure canonico ab hoc possessorio possit appellari. Ita tenuit Paulus de Leaza. in clemen. j. de sequest. possess. & fruct. Pro hoc facit quod notat Ioan. And. in c. ij. extra de rescriptis. vbi dicit quod ille vet. de possessore, non habet locũ secũdũ canonistas. quia licet illa lex sit ibi posita, non tamen debet dici canonizata, quia per Gratianum posita. Hãc partem quòd possit appellari, tenuit Lapus, in illa clemen. j. dicens ibi probari in principio text. & in fin. & per regulam quòd ab omni grauamine appelletur. Credo quòd hæc secunda seruaretur. Quicquid sit inclinatur in prima communiter. Vnum nota, quod licet dicam non posse appellari à sententia lata in possessorio, tamen poterit appellari à qualibet interlocutoria lata in prædicto possessorio ante diffinitiuam sentẽtiam. Ita sentit gl. in illo vet. de possessore. Et hoc est, quod voluit Innoc. de testibus. cap. significauerunt. in verbo, appellasse. Et est ratio, quia grauamen illatum per illam interlocutoriam non est reparabile per appellationẽ à diffinitiua, cùm sit prohibitum appellari ab ea. Et secũdum istũ intellectum non ponas casum, quòd hic iudex fuit interlocutus super possessorio, prout in communi ponitur, quia ab ista appellatur, sed in communi ponitur ita casus, quod iudex interlocutus est, de quo dicto semper dubitaui. In gloss. *reformationem* in fin. Notabiliter concludit gl. quòd licet in hoc iudicio non audiatur appellatio, auditur ta-
11 men restitutio. Nota subtilius ex hac gloss. quòd licet † dicam minorem non posse petere restitutionẽ in integrũ, quando lex legitimat personam eius, tamẽ hoc est verum in aliena causa non in propria. Hoc probat hic gloss. &c. Facit ad quæstionem disputatam per Iacob. de Bel. quòd vbi statutũ facit maiorem xx. annis admitti ad omnia, tanquam maiorem xxv. annis, & vt habilem, tamẽ si fuerit læsus, poterit petere restitutionem in integrum per hanc gloss. Ita dicit notabiliter Iac. de Bel. quod nota, quia est pulchrum & peregrinum dictum. Sequitur rubrica, Ne liceat in vna eadémque causa ter prouocare, vel post duas sententias iudicum quas diffinitio præfectorum roborauit, eas retractare.

Ne liceat in vna eadémque causa, &c. Rub.

In gloss. rubricæ: ibi, *licet tertiò non.* intellige ab eadem parte, & ab eodem grauamine. In gloss. ea. ibi, *impropriè loquitur.* Quasi dicat, verè non est eadem causa, quia est alius iudex, alius in alia. Item & quia est diuersa instantia causæ appellationis à principali. patet, quia in vna fertur sentẽtia lite non cõtestata, in alia non, scilicet, in principali, nisi lite contestata. In ea. gl. vide ad hanc rubricam regulam, vide extra de ap. c. c. ua nobis.

LEX I.

1 *Succumbens in duabus appellationibus, tertiò neque appellare neque supplicare potest.*
2 *Recusatio in appellationum numero non annumeratur.*
3 *Prohibitio vt non liceat tertiò appellare, quomodo accipiendum.*
4 *Litis contestatio an in appellationis causa requiratur.*
5 *Nullitas quod duabus sententijs latis in causa appellationis ante ipsarum executionem opponi non possit. & nu. 7.*
6 *Intellectus clem. j. de sequest. possess. & fruct.*

S*I quis in quacunque.* Contra sententiam latam post binam appellationem, non potest appellatio, vel supplicatio interponi ante litem non cõtestatã: iudicis delegati recusatio sic, scilicet, permittitur. Hoc dicit. Vel sic, & forte formalius, &
1 clarius. Succumbens † in duabus appellationibus, non
2 potest tertiò appellare, vel supplicare, † & recusatio facta de iudice non habetur pro appellatione, vt in numero appellationum computetur Hoc dicit. Nota, prohibitionem quæ ponitur hic, arctari ad eundem, qui contra se duas

duas conformes reportauit sententias in causa appellationis: porest enim contingere, quòd ab eisdem partibus quatuor reportentur sententiæ. Vnde si reus appellauit in prima, & obtinuit secundò, appellauit actor & obtinuit: tertiò appellat reus, & iterum obtinet: quartò actor, & iterum obtinet, tunc reus nòn poterit amplius appellare, quia habet primam sententiam in causa principali, & duas in causa appellationis contra se. Et aduerte quòd textus dicit, non liceat ei. Vtrum autem tertiò liceat pro suo interesse? Vide Innocentium, de re iudicata capitul. cùm super. Et vide quod statim infrà dicam. Secundò nota & principaliter textum,
3 qui dicit, super iisdem capitulis: nam † prohibitio ista non extenditur ad diuersa capitula, quod satis includit ista litera, sed est expressum extrà de appellation. capitul. directe. Circa hoc autem occurrit dubium, quod hìc de facto fuit. Iudex primæ appellationis confirmauerat primam sententiam, appellatur secùdò, & pronnntiatur in secunda ipsam appellationem fore desertam propter lapsum fatalium, vel appellationem non deuolnere, qnia vitium sit in appellatione, vt quia fortè appellauit ad plures, nec elegit intra tempus iuris, dubitatur an posset appellari tertio? Et dicebatur quòd non, per hunc textum, & per illum textum capitul. tua nobis. vbi iste registrabatur. Dicebam contra, quia in casu proposito non appellat super eodem capitulo. Et ita de facto obtinui. Posset etiam dubitari, si contingat quem à grauamine appellasse, & posteà appellationi renuntiasse, & velit posteà intra decem dies ab eodem grauamine appellare, an posit? Innocent. terminat quòd non. extrà de appellation. capitul. solicitudinem. No-
4 ta textum, ibi. inuocare. Hìc videtur casus, qnòd † in causa appellationis requiratur litis contestatio. contrà dicitur in lege, finali. §. illud. suprà de tempor. appellation. Ex quo die vt ibi dixi, & ibi habes remissiones. Et distingue an pars sit præsens, an non, &c. Quæro quid
5 † hodie innouatur respectu propositæ nullitatis? Nunquid post latas duas sententias in causa appellationis, posit opponi de nullitate? Et dicitur quòd non, antequàm sit facta ipsorum sententiarum executio. Est hodie casus in clementi. vt canonis. de sentent. & re iudicata. vbi dicitur, quòd sicut non potest tertiò prouocare, ita nec de nullitate dicere. Quæro, nunquid hoc sit verum, etiam si opponatur exceptio nullitatis ex defectu iurisdictionis? Videtur esse clarum, quia semper videtur reseruata exceptio nullitatis. Bartol. in lege, prima. quod vi aut clam. & Cyn. in lege, ita nobis. intrà de adulter. & videtur casus in lege, non erit. in §. dato. ff. de iureiurand. Contra hoc facit glossa ordinaria in clementin. prædicta, vt canonis. super verbo, pendere. quæ videtur facere in contrarium. Et hanc partem reputabam iustiorem, & volendo eam defendere, oportet respondere ad doctrinam in clemen. j. de sequest. pos.
6 & fruct. scilicet, quòd † illa loquitur quando vna erat lata sententia tantùm, & ideo nimirum si reseruatur: sed sumus in casu, quo erant latæ tres sentètiæ & ideò est maior præsumptio pro vincente & sic videtur iustiùs dicere, quòd executio posit fieri, non tamen determino. Tunc subiungitur dubium, vtrum illa forma habeat locū cuiuscunque naturæ sit sententia, id est, quo casu esset facta executio sententiæ esset retractabilis, vt in eo, qui habuit amputatum pedē, qui nunquā restaurabitur, an habebit locum illa clementina? Ibi tangit Paulus de Leaza. qui videtur retrahere istum textum ad sententiam retractabilem. Allegat v. distinctio. baptizari. Pro hoc bene facit textus, ibi, quia ibi dicit textus, quod si sit facta executio, nihilominus posteà posit opponi de nullitate ad retractationem sententiæ, ergo erat ibi possibilis retractatio. Dixi an tertius audiatur appellans? Et dixi quòd non. Sed
7 pone † quòd est tertius, qui vult admitti pro suo interesse. Etiam dixi suprà. Sed an posit de nullitate dicere? Et videtur quòd non, argumento c. cùm super. & c. veniēs. qui videntur admittere. Alii tenuerunt contrà per illum textum, & dixerunt quòd illa iura debent intelligi secundum casum illius clementinæ, quando non erat lata sententia, aliàs non audiretur. Aliàs sic defendi, nec coadiutorem habui, nisi Paulum de Castillione. Cōtra hanc determinationem fortiter facit, si ponderetur, ille textus non videtur præcindere viam, nisi ei contra quem, & in cuius odium contra quem statuit, ergo vbicunque simus extra hunc, sumus in dispositione iuris antiqui permittentis appellare, & alia facere, &c. ergo debet audiri. Vidi Zenzelinum dicentem, quòd audiatur pro suo interesse. Et hæc pars videtur fauorabilior, licet sit bene dubia.

Qui bonis cedere possunt. Rubr.

LEX I.

1 *Bonorum cessione debitorem nō liberari: sed ne in carcerem detrudatur fieri.*
2 *Bonis qui cessit, contumax non censetur.*
3 *Cedens bonis si ad pinguiorem deuenerit fortunam, vt creditori soluat, arctari poterit.*
4 *Cedens bonis quam cautionem præstare teneatur.*
5 *Cedenti bonis quæ bona reseruantur.*
6 *Cessionis beneficio an pacto renuntiari possit.*
7 *Carcer ad pœnam esse non debet.*
8 *Cedens bonis creditoribus, omnia bona sua relaxare tenetur.*
9 *Fraus nullus patrocinatur.*
10 *Cessionis beneficio locus non est. si debitor quinque annorum induciis potitus sit. & nu. 11.*
12 *Captus pro represalijs iudici repræsentari debet.*

1 QVi bonis. Beneficium † cessionis non liberat debitorem, sed prodest ne condemnatus detrudatur in carcerem. Hoc dicit. Datur hic remedium cedenti bonis. Canon addit aliud extrà de solutio. capitul. Odoardus. vbi non
2 potest excommunicari, quia † non censetur contu-
3 max, ex quo cessit bonis. † Sed an saltem poterit creditor eum arctare, si peruenent ad pinguiorem fortunam, quòd soluet? Dic. quòd sic, vt in prædicto capitul.
4 † Sed qualis erit ista cautio? Et videtur textus quòd cum fideiussore. in lege, prima. §. cùm autem. suprà, de rei vxoriæ actione. Puto quod sufficit iuratoria cautio tantùm, nec teneatur dare in hoc fideiussores. Facit in argumentum lex secunda. §. penultimo. ff. de iudiciis. & videtur quasi casus in lege, verum. §. item videndum. ff. pro socio. & ibi dicebam esse casum de ista quæstione. Et istud videtur hic de mente Cyni, in quinta quæstione. In glossa prima, ibi, *non contrario iure, sed ope exceptionis.* nota hanc glossam. Alibi glossa dicit, quod liberatur ipso iure à ciuili obligatione, non à naturali. Ita dicit in lege, vbicunque. de fideiussoribus. Illam ibi tenet Dynus, & Cynus firmat hic idem, quod ista tenuit glossa in dicto capitulo, Odoardus. Tene hanc secundam, pro qua est casus in lege, tertia. infrà, titulo primo. Item & pro ista facit ratio, quia posteà quartus potest conueniri. lege, is qui. & lege, qui bonis. ff. eodem. Et hoc quasi est de mente glossæ. infrà, ergo apparet, quòd non est liberatus. Hanc partem, scilicet huius glossæ, teneatis. In glossa eadem. in fine Sed quærit Cynus si
5 indicat, an debeat relaxare omnia? Et dic quòd nō, † quia non vestes & similia. Ratio, quia reseruantur damnatis ad mortem, quorum bona confiscantur. lege, diuus. de bonis damnatorum. ergo fortiùs hic. In glossa eadem. in fine. An obligatus, qui non tenetur vltra quàm egeat, teneatur vendere bonam domum, & emere paruam, & bonam vestem, & emere de cilicio, &c.

In glossa, *in eodem.* ibi, *& sic habebitur* Quæro, vtrùm
6 † huic beneficio cessionis posit per pactum renuntiari? Dynus format hanc quæstionem, in lege, aula. §. eleganter. ff. soluto matrimonio. & ibi terminauit quòd non, motus principaliter, quia hoc pactum esset quodam modo inductiuum seruitutis, contra illud. ff. de libero homine exhibendo. l. prima & ij. & infrà, de exactoribus

tributorũ in l.nemo carcerem. In glo.ca.Et in hanc sen-
tentiam docto.es sunt.Consonat Cynus,interserit tamẽ
quòd Ia.de Are.consuluit,quòd si hoc pactum est appo-
situm in contractu,tenet,aliàs non,per casum in l.fi.in fi.
infrà,eo.Ad §.eleganter.respondeo,quia dicit illud pa-
ctum esse contra bonos mores.sed hoc non:quia lex hoc
permittit.l.fi.in fi.j.eo.scilicet detineatur in carcerem,
donec soluerit.Non obstat l.ij.& l.ob æs.de actionibus
& obligationibus.quæ impugnant tale pactũ,sed per hoc
non est seruus.Ricardus Malumbre tenuit,quòd tale pa
ctum non tenet.per notata per gl.in l.imò.de actionibus
& obligationibus.Et hanc partem videtur Bar.tenere in
d.§.eleganter.Fallit secundum eum in duobus casibus.
Vnus quando iste volens cedere dissipauit bona in frau-
dem creditorum.l fi.in fi.si quis in frau.cre.Et hoc tenet
Dynus Insti.de actionibus,in §.si quis in fraudem. Alius,
si tempore quo contraxit,debitor sciebat se non esse sol
uẽdo.l.penultima.ff.de iure dotium.Sed pro concordia
opinionum dic,Aut constat debitorem nihil habere,vel
habuisse,tunc renuntiatio supradicta non præiudicat,tũ
quia non interest creditoris,argumento ff.mandati.l.si
procuratorem.§.mandati.tum:quia vult officere credi-
tori,& sibi non prodesse,contra regulam ff.de rei ven.l.
in fundo.tum etiam quia actio rei persecutoria conuer-
teretur in pœnalem,quod conceditur solùm in crimini-
bus l.j.§.generaliter.ff.de pœnis.Et sic in aliis debet in-
telligi prohibitum.l.cum prætor.de iudiciis. tum etiam
7 quia † carcer esset ad pœnam,quod esse non debet.de pœ-
nis.l.aut damnum.§.solent. Sed quantum ad hoc, vt in
posteà quæsitis conueniatur insolidum, renuntiatio te-
nebit,quia speciale est in marito, vt in dicto §. elegan-
ter.ergo in contrarium est ius commune.l. ius singula-
re. ff. de legibus. Bene facit infrà, eodem,l.cùm & filij.
Aut constat eum habere vel habuisse aliqua bona,tunc si
non commisit fraudem , dic idem quod in præceden-
8 ti.Ratio,quia † cedendo bonis debet omnia sua dimit-
tere creditori.l.penultima.ff.de cessione bonorum.& sic
locum habent rationes allegatæ suprà proximè.Sed si de
fraude sua constet,vel expressè,& sic non habet dubiũ,
vel ex coniecturis,quæ ex tribus comprehenduntur, vel
quia fraudulenter dissipauit omnia sua bona.l. penul-
tima.in fin.ff.de iis quæ in frau.cre.vel quia incontinen-
ti post contractum videtur peruenisse ad paupertatem,
secundũ notata in l.si ventri.§.in bonis.ff.de priuil. cre.
& per not.in l.post cõtractum.de donationibus.vel quia
sine aliquo casu inopinato superueniente apparet ductus
ad paupertatem. argumẽto,de magistratibus conuenien
dis.l.j.§.si magistratus.& de administratione rerũ ad ci-
uitatem pertinentium.l ij.§.si eo tempore.aliàs secus per
9 d.§.fi.Fraus † enim sua debet sibi nocere,non prodesse. vt
suprà,de dolo.l.si legatarius.& per totum titulum. Adde
10 ad prædicta quòd hoc † beneficium non habet locum, si
debitor elegit inducias quinque annorum,& posteà vult
cedere,vt d.l.fi.in fi.vbi dicit,quod ista lex non habet lo-
cum,quãdo ab initio noluit stare iuribus,nec cedere bo-
11 nis.Fuit etiam consultum,quod † non habet locum, quan
do quis erat debitor ex instrumento cõfessionato, idest,
habente insertum, quòd possit capi, &c. quia ex forma
statuti poterat capi ad omnem voluntatem creditoris, vt
non deberet relaxari,nisi solueret.Sicut enim hoc bene-
ficium cessionis ortum habuit à iure ciuili, vt hic, sic &
debet posse tolli per statutum,quod habet vim iuris com
munis, vt est casus in specie,ff.de sepulchro violato.l.iij.§.
quid tamen. In gl.*iudicati* ibi,*l.penultima* imò dic quòd
& post sententiam,vt hic,& ibi. In glo.fi.ibi,*sed loco car-
ceris ponitur in banno.* Vide similem gl.in simili in l.iij.§.tu-
tores.de suspectis tutoribus. Sed nunquid hæc executio
possit fieri propria authoritate? Dic quòd sic, si non po-
test haberi copia iudicis, vt C.de decurionibus.l.genera-
li.lib.x.Facit quod notatur de Iudæis.l.nullus.suprà,& in
l.si alius.§.bellissimè.ff.quod vi aut clàm.vbi Bar. Aduer-
te tamen,quia etiam eo casu, quo est permissa captura,
non debet eum retinere,sed iudici præsentare, vt d.l.ge-
nerali.& probatur in l.j.vbi quis de curiali, vel cohartali.
& Instit.de actionib.in §.j.& in corpore, de pace tenenda
& iuramento firmanda.§.j.Et hoc voluit Iacob.de Bel.in
corpore, vt non fiant pignorationes.Et hoc nota,quia fa
12 cit ad repræsalias, vt licet permittatur capere aliũ † pro
repræsaliis,non tamen debet eum retinere in domo sua,
sed præsentare debet officiali. Et Bartolus hoc tenet in
tractatu repræsaliarum.Alia hic vide per Cynum.

LEX II.

S*I quantitatem*.Verbum cessionis temerè prolatum non
præiudicat facultatibus nondùm distractis, sed locus
est pœnitentiæ. Hoc dicit.

LEX III.

S*I pater*.Cessio patris nõ præiudicat in bonis filii eman
cipati.Hoc dicit.

LEX IIII.

1 *Creditoribus in bonis cessis quomodo prouideatur.*

1 L*Egis Iuliæ.* † Bona debitoris cedentis non possunt cre-
ditores sua authoritate inter se diuidere, sed iudicis
authoritate fit diuisio, & vsque ad concurrentem debiti
quantitatem possunt vendi,& solutio fieri, nisi essent al-
teri insolutum data.Hoc dicit.

LEX V.

P*Ropter*.Cessio bonorum non admittitur propter ho-
norem,vel onus municipale.Hoc dicit.

LEX VI.

I*N omni*.In cessione bonorum ex quacũque causa fiat,
nulla requiritur solennitas.Hoc dicit.

LEX VII.

1 *Bonis cedere possunt filii familiàs & nihil possidentes.& nu.5.*
2 *Mulier an pro debito capiatur.*
3 *Argumentum de homine sui iuris ad filiumfamiliàs, quibus in ca
sibus & quando procedat.*
4 *Cedens bonis pro facultatibus postea quæsitis non liberatur.*
6 *Executio contra filiumfamiliàs in peculio profectitio non fit.*
7 *Negatio quid.*
1 C*Vm & filij* Filiifamiliàs, † & etiam nihil habentes, vti
possunt hoc beneficio cessionis bonorum, ne iniuriã
patiantur.Hoc dicit. In textu ibi, *cùm &* dic, implicat
nedum alii. In textu ibi,*substantias*.No.verbum,de quo
d.x. hoc anno in l.cùm oportet.suprà de bonis quæ li-
beri. In textu, ibi, *vtriusque sexus*. Hic videtur, quod
2 † mulier possit capi pro debito.Sed dic quòd non, vt in l.
j.suprà,de officio diuersorum iudicum. imò punitur vt
3 i. i.Nota quòd † in illis casibus, in quibus nõ apparet dis-
paritas rationis,procedit a. gui de homine sui iuris, ad fi-
liumfamiliàs vt hic.Not.causam huius beneficii cessio-
nis ibi, vt iniuriarum,&c.scilicet, vt euitetur timor iniu-
4 riæ inferendæ.Nota quòd ille,qui † cessit bonis, non libe-
ratur pro facultatibus,quas posteà acquiret, vt dixi su-
prà eodem,in l. prima.Nota hunc text. contra glossas
5 quæ dixerunt,quòd † contra filiumfamiliàs stante patria
potestate,non poterat fieri executio sententiæ, vt l.tertia.
§.sed verum.de minoribus.& l.quòd si minor.§.quod ser
uus.eodem titulo.nam hic patet contrarium:nam si non
posset molestari, ad quid esset bona hæc cessio bonorum?
Tenementi. In glossa prima,ibi,*non tamen intelligas*, &c.
Nota glossam decidentem, quod contra filiumfamiliàs
6 † in peculio profectitio non possit fieri executio.Et idem
tenuit alia gloss.in l.& si condemnatus. ff. de noxalibus.
& Institut.de noxalibus.in §.primo.Contrarium videtur
dicere,quòd imò possit fieri executio in l.si filio.ij.in fin.
ff.soluto matrimonio. De quo vide ibi Bartol. Sed pro
concordia dic , quod quandoque filius condemnatur,
quia tamen legitimè fuit defensus,& tunc sit verum in l.
si filio.in fin.quod possit fieri executio, & ratio sit, quia
in illo iudicio in quo comparuit contradictor, videtur
initus quidam quasi contractus, vt l.tertia.§.idem scri-
bit.& §.si filius.ff.de peculio.ideo nõ mirandũ. Quando-
que autem filius fuit condemnatus in contumaciã tan-
tum,&

tùm,& runc ſit verum,quod dicit iſta gl.& ſimiles,quòd
non poſsit fieri executio,quia tunc non poteſt reperire a-
liquem quaſi contractum,ſuper quo poſsit hæc executio
fundari. Alii tamen aliter,vt notarur in d.l.ſi filio. in fin.
Credo qoòd hæc ſit bona concordia. In glo. *Et ſi nihil.* in
fi.ibi, *& actione de peculio.* quę poteſt intentari,etiam ſi nil
ſit in peculio,vt in l.qu ſitis.de peculio.hic in gl. allega-
ta. In e.gl.ibi, *ſed videtur nugatio.* Aduerte quia non eſt
propriè nugatio, ſed contradictorum implicatio, cùm
7 † nugatio ſit proprie bis idem dicere,vnde proprius mo-
dus videtur quòd arguamus à contradictione. In gloſ.
e.in fin.vel dic,& credo meliùs quòd debitor cedit bo-
nis,non ſolùm propter bona,ſed vt non patiatur iniu-
riam,vt hic, & ſtatim ſubdit in textu.

LEX VIII.

1 *Ceſſio an admittatur, vel quinquennalis dilatio debitori detur, quòd maiori creditorum parti & debiti cumulationi ſtetur.*
2 *Ceſſione bonorum nullus infamatur infamia iuris.*
3 *Creditori aſſignanti dilationem debitori, aliqua dilatio non currat.*
4 *Factum à maiori parte quando factum ab omnibus dicatur. & nume.ſeq.*

1 CVm ſolito. Debitor † poteſt cedere bonis, vel inducias
quinquenales à creditoribus couſequi, & ſi ſit inter
creditores diſcordia an detur dilatio,vel ceſsio admit-
ratur,ſtatur determinationi maioris partis creditorum.
Primò ſecundum cumulum debiti,ſecundò data parita
te in quátitate ſtatur maiori parti reſpectu numeri per-
ſonarum:vbi verò ſint hincinde pares per omnia, eligi-
tur humanior ſententia,ſcilicet,vt concedantur induciæ
quinquennales,nulla attẽta hypothecæ prælatione,& pen
dente tali dilatione, nullum præiudicium creditoribus
generatur. Hoc dicit tota hæc lex ſatis longa,& caſus eſt
ſatis practicabilis. Nota textum,ibi, *ſalua eorum,* &c. No-
2 ta ex hoc textu,quòd † per ceſsionem bonorum quis non
infamatur, intellige, ſcilicet, infamia iuris, ita qoòd re-
pellatur à teſtimonio & ſimilibus, &c. Secundò nota, q
3 † creditori,qui debitori ſuo dilationem aſsignat,nõ cur-
rit interim aliqua dilatio. Nota hic caſum, in quo ſtatur
determinationi maioris partis:intellige tamen dummo
do eorum conſenſus habeatur in idem concurrens, & eo
dem tempore,ſecundum notata in l.& ſuum.§.fi.ff.de pa
ctis.aliàs autem regulariter ſufficit conſenſus ſeparatim
adhibitus,vt l.per fundum.communia prædiorũ. & ra-
tionem diuerſitatis vide in dicta l.& ſuum.in fi. In gl.fi.
in fi.nota glo.& vide quod dixi ſupra eo.l.j. Extra gloſ.
4 nota hũc textum qui ſentit,quòd † factum à maiori par-
te, intelligitur factum ab omnibus.& hoc eſt ideo, quia
iſte actus reſpiciebat plures, vt ſingulos, & ſingulariter,
vt hic,& l.& ſuum.§.fina.ff.de pactis.aliàs autem ſi reſpi-
ceret plores vt vniuerſos,non vt ſingulos,debent duæ par
tes adeſſe,& ſufficit maiorem partem præſentium conſen
tire. Ita intellige quòd notat glo.in l.nulli.ff.quod cuiuſ-
que vniuerſitatis. Quod intellige ſanè dummodo omnes
ſint vocati in loco ſolito & more ſolito.C.de decurionib.
l.ij.lib.x. Adde tamen caſum, in quo debent conſentire,
ſcilicet,cum tractatur de prorogando tempore defenſo-
ris io officio.in authentic.de defenſo.ciuitatum.§.& iuſ-
iurandum. In hoc tamen dubio, an ſit ſtandum maiori
parti,dixit noranter Per.in brocardis, quòd ſi id de quo
quæritur,ſpectat ad eos, vt adminiſtratores,& non ſuo iu
re,vt ad tutores,curatores,decuriones,& ſimiles, tunc ſit
verum,quòd illud quod facit maior pars,omnes videan-
tur feciſſe.ff.ad municipalem.l.quod maior.& de admi-
niſtratione tutorum.l.iij.§.penulti. Quod intellige verũ,
niſi in his,quæ finirent eorum officium.l.ſi. ſupra, de au-
thoritate præſtanda. Sed ſi illod ſpectat ad eos iure ſuo, vt
ad ſingulos,tunc ſi vnus vult vti re ad vſum determinata
aliis inuitis,poteſt,vt ff.de rerum diuiſione.l.in tantum.
§.ſi & de vſufruct.l.arboribus.§.fina. Sed ſi velit vti ad a-
lium vſum,non poteſt.l.per fundum de ſeruitut. ruſtico-
rum prædiorum. Dixit autẽ fallere,& eſſe ſpeciale in caſu
iſto,& d.l.& ſuum.§ fi.& l j.§.ſi plures.depoſiti. Et ex hac
6 doctrina dixit Bald.inferri ad duo. Primũ,quòd † ſi in iu-
dicio ſint tres tutores vnius pupilli, & duo confiteantur,
tertius neget,quòd ſtetur confitentibus: ſecus ſi eſſent in
pari numero.l.conſilio.§.penul.de curatore furioſi.ff.Se-
6 cundum,quòd ſi † ex tribus reis debendi in iudicio duo
confitentur,tertius negat,quòd negans non cõuincatur
per confeſsionem aliorum duorum,& ſic maioris partis,
quia ſunt in iudicio iure ſuo,nõ vt adminiſtratores. Nec
obſt.infrà,de duobus reis.in l.fi.vbi factum vnius reorum
præiudicat aliis:quia illa debet intelligi quantum ad in-
terrumpendam præſcriptionem,non quantum ad hoc,
vt negans habeatur pro confeſſo.

De bonis autoritate iudicis poßidendis. Rub.

LEX I.

1 *Legatarij teſtatoris præferuntur legatarijs hæredis.*
2 *Legatarij primi defuncti hæredis creditores cenſentur.*

1 IN bonis. Legatarii † primi teſtatoris præferun-
tur legatariis hæredis. Hoc dicit. Vel ſic. † Le-
2 gatarii primi defuncti cẽſentur creditores hæ-
redis. In gl.fi. in fin.ibi, *§.ſi verò.* Dic, hoc poſſet
procedere,quãdo bona eſſent ſoluendo,aliàs ſi bona non
poſſent ſatiſfacere omnibus, obtinet priuilegium huius
legis,vt præferantur legatarii hæredis,ſecundum Iac. de
Aren.& Iac.Butri.

LEX II.

1 *Creditores hæredis bonorũ defuncti à bonis hæredis ſeparationem petere poſſunt.*
2 *Vocans partem in ius per libellum, vocati fidem ſequi non dicitur.*
3 *Priuilegiatus vt inuitus ad teſtimonium non cogatur: ſi vocatus teſtificetur,inuitus teſtificari dicitur.*

1 ESt iuriſdictionis. Creditores teſtatoris † poſſunt impe-
trare ſeparationem bonorum defuncti à bonis hæ-
redis. Hoc dicit. Nota textum ibi *ſi te non hæredum fidem,*
&c. Ex quo videtur à contrario poſſe argui, quòd poſt-
quam conſtat cum ſecutum fidem hæredis,quòd non ha-
bet beneficium ceſsionis. Item ex eadẽ parte nota, quòd
2 vocans † partem ad iudicium per libellum nõ dicitur ſe-
qui fidem vocati,quia ex neceſsitate facit. In glo. *cauſa
cognita* Nota gl.& eam ſigna,ex qua habes quæ requiran-
tur in cauſæ cognitione in hac lege. Videtur facere iſte
3 textus,quòd ſi quis habet priuilegium,quòd † non poſsit
inuitus ad teſtimonium compelli,& vocatus ad teſtimo-
nium teſtificetur,quòd dicatur teſtificari inuitus. Quod
tamen alibi dicitur eſſe verum,ſi allegauit ſuum priuile-
gium,& non fuit admiſſus,aliàs non,quia dicitur potiùs
voluntarius. Et idem in alio priuilegiato,qui non tenea-
tur comparere.

LEX III.

1 *Cedens bonis ex contractu antea inito conueniri,non niſi poſtea bona quæſierit,poteſt: quo caſu ne egeat habetur ratio.*
2 *Ceſſionis bonorum exceptione proceſſum & litis ingreſſum impedire.*
3 *Cedens bonis quòd ex contractu poſt ceſſionem facto conueniatur.*
4 *Artifex qui ſibi victum quærere poteſt,à beneficio, vt non niſi in quantum facere poſſit,conueniatur,repellitur.*

1 EX contractu Cedens bonis † ex cõtractu antè inito,con
ueniri non poteſt poſtea,niſi bona quæſierit,& tũc ha-
betur ratio,ne egeat. Hoc dicit textus coniuncta gloſſ.ij.
Nota primo caſum hic contra gloſſ.in l. vbicunque.de
fideiuſſoribus.& pro eo quod dixi ſuprà titu.primo. in l.
prima.vbi vide. Nota ſecundò quòd hic videtur caſus,
2 quòd † exceptio ceſsionis bonorum impediat proceſ-
ſum,& litis ingreſſum. Facit l.ſecunda. ff.qui bon.cede.
poſ.vbi videtur hoc velle Bart. Ad idẽ videtur caſus ff.de
arbitris.l.item ſi vnos.in princ. Tertiò nota hanc literã in
verbo, Anteceſsit. Ex quo collige à contrario ſenſu hic ca
3 ſum,quòd † pro cõtractu facto poſt ceſsionem ipſe poteſt
conueniri. Quid autem ſi concurrat antiquus creditor
cum iſto primo,qui contraxit poſt ceſsionẽ,quis præfe-
ratur? Reſponde quod præferetur iſte ſecundus. Videtur

probari per casum in l.iij.in fi.ff.quod cum eo. In glo.fi.
4 in prin.Dic,quòd † ab illo beneficio poterit excludi,si re-
periatur artifex,qui possit sibi victum quærere,vt proba-
tur ff.de liberis agnoscendis.in l.si quis á liberis.§.deni-
que.Et hoc voluit in l.si quis argentum.C.de dona. Et est
vtile ad omnes gaudentes hoc beneficio.

LEX IIII.

1 *Libellus inciuilis & incongruus reijciendus.*

1 INciuile est.Non † potest vnus creditorũ ex chirographo
compelli ad recipienda bona debitoris, vt cæteris sa-
tisfaciat.Hoc dicit.Vel sic,Ab incongrua & inciuili peti-
tione debet quis repelli.Hoc dicit.

LEX V.

1 *Creditor petere potest se mitti in possessionem bonorum vacantiũ
debitoris non agnitorum à fisco.*
2 *Bona esse vacantia quomodò dignoscetur.nu.3.*

1 SI bona.In bona debitoris vacantia † à fisco non agnita
potest petere creditor se immitti. Hoc dicit. Dubitat
2 Bar.quomodo † constabit bona esse vacantia? Respõ.leo,
quòd constabit vocatis iis,qui tenent primum gradum
successionis.l.j.de successorio edicto.& l.si diu.ff. quibus
ex causis in possessionem eatur.Et aduerte,quia debent
nominaliter vocari,quos contingit prima causa succes-
sionis,vt l.j.in fi.ff.de ventre inspi.& illis vocatis debet sta
tui terminus ad deliberandum an velit adire,vel non,ta-
men minus tempus centum dierum.ff.de iure deliberan-
3 di.l.j.& ij.& tunc † si nullus comparebit,satis dicetur con-
stare bona esse vacantia.Ita dicit gl.in l.sancimus.suprà,
ad Trebellianum.Adhoc tamen non vocabitur fiscus, vt
satis videtur innuere iste textus. Hæc autem procedunt
quantum ad missionem ex primo decreto:quantum au-
tem ad secundum decretũ,dabitur tutor bonis.l.j.de cu-
ratore bonis dando.l.fi.de priuilegiis creditorum.Et not.
gl.in l.ab hostibus.in prin.ff.quib.ex cau.maio.Et hæc est
bona practica,etiam vtilis ad alium casum,quàm ad ca-
sum cessionis.

LEX VI.

1 *Creditores debitoris bona quomodò impetrent, vt pro modo debiti
sibi satisfiat.*
2 *Creditor hypothecarius chirographario præfertur.*
3 *Libellus, Peto dari mihi in solutum debitoris mei bona: non ad-
mittitur.& qua ratio.*
4 *Creditoribus hypothecarijs cuilibet pro debiti rata satisfit.*

1 PRo debito.Creditores † non possunt bona debitoris iure
dominii impetrare,sed impetrare debent possessionẽ
& venditionem,vt eorum cuilibet pro rata debiti satis-
2 fiat:† & hypothecarius creditor chirographario præfer-
3 tur.Hoc dicit.Nota pulchrum textum hic in prin.† quòd
non procedit ista petitio,peto dari mihi in solutum bo-
na debitoris mei.Et ratio esse potest,quia demum hoc ad-
mittitur in subsidium.l.ordo.& quod ibi notatur, suprà,
de executione rei iudicatæ.& j.eo.in l.cùm proponas. Se
4 cundò nota,quòd † vbi sunt plures creditores hypotheca-
rii,satisfit vnicuique eorum pro rata. Probat etiã iste te-
xtus,quòd creditoribus in personali debet solui pro rata,
& per solidum & libram.

LEX VII.

1 *Debitum extinguitur pro ea parte pro qua creditor debitori suc-
cedit,nisi compensandi animo sit institutus.*

1 SI vxor.Pro illa † parte,pro qua creditor debitori succe-
dit,extinguitur debitum,nisi institutus sit animo com-
pensandi. Hoc dicit. Hic videtur casus, quòd ille qui est
debitor ex contractu,non videtur relinquere animo cõ-
pensandi,nisi pro rata. Dubitatur, Relinquitur aliquid
fratribus Minoribus,certum est quòd parochialis eccle-
sia debet habere quartam,per Clementinam dudum, si ec
clesia parochialis fuerit in parte instituta, an imputabi-
tur sibi illa quarta in institutione?&c.

LEX VIII.

1 *Missus in possessionem rei seruandæ causa, neque possessionem ne-
que dominium quæsiuisse dicitur.*

1 IN possessionem.Missus † in possessionem causa rei seruan-
dæ,non dicitur per hoc quæsiuisse possessionẽ, nec do-
minium.Hoc dicit.& vide l.iij.§.ex contrario.ff.de acqui
ren.posses.

LEX IX.

1 *Debitore latitante in bonis suis creditores in possessionem mittun-
tur:perseuerante venduntur.*
2 *Latitandi animus quomodò probetur.*
3 *Appellatio alternatiua an & quando valeat.*

CVm proponas.Contra debitorẽ præsentẽ proceditur or
dinario iure,cõtra absentẽ vero,& latitantẽ respectu
creditoris summatim cognito de debito, in possessio-
nem fit missio,& transacto tempore competẽti postea fit
1 venditio.Hoc dicit.Vel sic, Quando † debitor latitat, in
bona eius fit missio,& eo perseuerante,venditio. Hoc di-
cit.Et primò ponit dictum in processu cõtra præsentem,
vsque ibi,*Nam sibi*.Secundò in processu contra absente,
& latitantem vsque ibi,*Tempore autem*.ibi. Tertio, remo-
uet dubium,declarans quale sit officium iudicis contra
contumacem. In gl.*iuris rationem*.in prin.Secundu hanc
gl.ponitur exemplum in hac lege in libello conuentiona-
li.Alii intellexerunt de qualiquali petitione, quam facit
pars coram iudice.Ita intelligit Gul.in Spec.de primo &
secundo decreto.in §.j.vbi ponit sic exemplum. Aduerte
tamen,quòd totum hoc stat secundum quod signabis gl.
quia si signes super secunda parte, lex loquitur de quali-
quali petitione apud acta.Si verò signe super prima par
te,intelligetur de libello conuentionali,de quo in authẽt.
Offeratur.C.de litis contestatione. In gloss *ad circumscri-*
2 *ptionem* ibi,*l Fulcinius*.Qualiter † autem iste animus probe
tur,vide gl.in d.l.Fulcinius.in §.quid sit latitare. In glo.
Constat.in fi.In hoc cõclude,quod si habetur respectus so-
lum ad effectum istius missionis ex primo decreto, suffi-
cit ista summaria cognitio,de qua hic. Si tamen dubite-
tur,an alii creditores debent gaudere beneficio huius mis
sionis,dic quod debitum clare probari debet, vt proba-
tur in l.cùm apud.ver.vt autem.j.eo. Similiter quantum
ad missionem ex secundo decreto,vel ad venditionem,j.
l.proxima.§.sin autem.Ita notat gl.in l.hæreditarium de
bonis authoritate iudicum possidendis.licet aliter vide-
tur sensisse,& malè in d.l.Fulcinius.in § ij.Et ita glo.con-
clusit ad veritatem in d.l.hæreditarium. In glo.*Bonorum*.
ibi,*inter possessionẽ bonorum* &c.Similis differẽtia est supra,
qui admitti ad bonorũ possessionem possunt.super rubri
ca. In gl.ea.ibi.*l.j in fi de iure deliberandi* Hanc tenent do
ctores communiter.Est tamen necesse,quod transiuerit tem-
pus duorum vel quatuor mensium,arg.j.l.proxima.scili-
cet l.cùm apud. In gl.fi.in prin.ibi,*ad iudicem competentẽ*.
De hoc habes casum,in l.qui Romæ.§.pe.ff.de verb.oblig.
3 Quæro,† quid si appello ad talem vel talem iudicem, vel
episcopum,vel archiepiscopum,an valet talis appellatio?
De iure ciuili non est magna dubitatio,quia lex dat iudi
cem,vt l.præcipimus.s.de appel & l.imperatores.de app.
Sed in foro ecclesiastico est maius dubiũ,vt ius canonicũ
seruetur.Io.And.hunc articulum reassumit in regula, in
alternatiuis.de reg.iur.lib.vj.in mercurialibus,& dixit,quod
tenebit ista appellatio,Appello ad episcopum vel archi-
episcopum:secus si appellaret ad episcopũ vel ad papam:
quia nõ teneret appellatio,nisi forte aduersariũ certificet
intra decẽ dies,tunc enim tenebit.quia sicut de nouo pos
set appellare,ita & appellationẽ declarare. Allegat de li-
belli oblatione in c.j.& quod ibi notatur. Alii dixerunt,
quod ista appellatio indistinctè valet,si inseratur illa clausula,
reseruata mihi optione corà quo velim prosequi. Et hæc
opinio apparet in lege,Vbi autem non apparet,in §.illud
aut illud.ff.de ver.ob. Alia est opinio quæ tenet, quód ista
appellatio non valeat:quia iudex ad quem,debet esse cer
tus.ij.q.vj.si quis iudicem.vbi hoc tenet Archi.Alii econ-
trà tenent,quod indistinctè hæc appellatio valeat, sicut valet,
cùm quis dicit, Appello, alio non expresso.ij.quæstio.vj.
circa finem.& de appellationibus.cap.cordi.libro sexto.
4 Tu pro † omnium concordia conclude, quód de iure ci-
uili indistinctè hæc appellatio procedit:de iure autem ca-
nonico dico idem , si apponatur clausula, seruata mihi
optione,

optione, &c. Et ita fertur quòd curia talem appellationē
admittat. Non inserta autem hac clausula, adhuc proce-
det in casu verisimiliter dubio & probali. vt extra de in
integrum restitutione.c.constitutus. Et idem esset in casu,
quo lex daret certum iudicem, vt cùm appellatur ab Epi-
scopo ad Archiepiscopum. Et idem dico in aliis, dum ta-
men appellans aduersarium certificet intra decem dies,
aliàs crede quòd repelletur. Et hoc modo possunt setua-
ri omnes opiniones. Et ad hanc materiam vide quod no-
tatur extra, de offic. delegat. cap. si is cui. in glo. iij. lib. vj. &
Ioan. Andr. plenè in d. regula, in alternatiuis.

AVTHENT.

1 *Missio in possessionem contra contumacem fit sòlum pro debiti de-
claratı mensura: quam reuersus non, nisi refectis expensis &
cautione præstita, recuperat*
2 *Delegatus non citat realiter, sed delegans.*
3 *Delegatus ex primo & secundo decreto in possessionem mittit.*
4 *Missionem in possessionem in personali pro debiti declarati mēsura
hodie fieri.*
5 *Personaliter pro debito pecuniario quis capi potest: hócque si extra
domum reperiatur. & nu. 6.*
7 *Missus in possessionem pro debiti declarati mēsura an fructus suos
faciat*
8 *Conuentus proprio nomine satisdare tenetur.*
9 *Pignus prætorium quod debitoris expensis detur.*
10 *In missionem in possessionem quis ordo seruandus.*

1 ET *qui iurat*. Hodie † in actione personali contra lati-
tantem cognito summatim negotio, fit missio pro
mensura debiti declarati, & reuersus nō auditur priusquā
reficiat expensas, & satisdationem præstet de iudicio sisti.
2 Hoc dicit. Nota hic casum, quod delegatus † non citat re
aliter, & ideo debet haberi recursus ad delegantē, vt hîc.
Aduerte tamen quia dicit Inno. de verb. signifi. c. dilecto.
3 quòd delegatus † nedum principis, sed etiam cuiuscunque
alterius ordinarii, potest mittere in possessionem ex pri-
mo & secundo decreto in personali & reali, licet quidam
legistæ dicant contra, in authenti. de exhibendis & trans-
mittendis reis. in §. si verò. vnde hæc authenti. sumitur. ita
dicit Innoc. Et hoc tenet Io. And. extrà de dol. & contu. c.
contingit. super glo. magna in nouella. Secundò nota hoc
4 innouatum, quòd in personali † fit missio solum pro men
sura debiti declarati. Adde glo. notabilem suprà, de pro-
cu. l. eum qui res. & idem gl. infrà super verbo, prosequa-
tur. Nota, quod in contumaciam iudex potest mandare
eum exhiberi. Intelligitur in corpore, quando se absenta
uit lite non contestata. Et est ratio, quia si lis esset conte-
stata, veniretur ad diffinitiuam. Nota, quod hic videtur, ꝙ
5 † pro pecuniario debito quis potest personaliter capi, dū
dicit, quod mandat eum exhiberi contra casum legis. de
regu. iur. l. nemo ex domo. & l. plerique. ff. de in ius vocan.
6 Sed credo quòd † iste textus debet intelligi, si reperitur ex-
tra domum. Sed intellige, quòd mandat eum exhiberi, nō
tamen mandat vt de domo extrahatur, vt l. penulti. ad le-
gem Iul. peculatus. & ibi Bar. An autem aliter possit capi,
vide, vt dixi supra, in l. j. de iis qui bonis cedere possunt No
ta, vides quod fit missio pro mensura debiti declarati, an
7 † missus lucrabitur fructus? Dicit glo. in corpore, quòd li-
cet de iure non lucretur, tamen de consuetudine lucrari
debet. Nota textum ibi, *præstabitque fideiussorem*. Hic est
8 casus, quòd † quis proprio nomine conuentus satisdat, &
hanc satisdationem non euitat, etiam si possideret immo
bilia, vt in corpore §. igitur. In gl. *Dedu*. in fi. Adde quod
dicit Inno. in dicto capit. dilecti. suprà allegato. In gloss.
Examinor. in fi. Tu dic, quòd imò illud non est contra re-
gulam, quia lex illa loquitur, quando proceditur ad diffi-
nitiuam, & parte præsente: hic autem quò ad missionem
ex primo decreto. Et conclude in hoc melius, vt notatur
supra, l. proxima. In gl. *mensuram*. ibi, *inspiciatur etiam*, an
9 exigat quòd pignus † prætorium debet dari expensis de-
bitoris. Bene facit ad idem l. quemadmodum. §. munici-
pales magistratus. ff. ad legem Aquiliam. Quod nota sin-
gulariter. Contra hoc videtur facere l. sed si hæreditas. § j.
ff. ad exhibendum. Sed primum tene pro vero. Adde quòd
vltra hoc debet haberi respectus ad expensas factas per
eum, & ita seruant practici. In glo. *Prosequatur*. ibi, *notatur
in l. ea*. Dic melius quòd in omnibus illis casibus, in quibus
olim fiebat missio in omnia bona, illa sit hodie correcta.
Ita notatur, in l. Fulcinius. §. penul. ff. quibus ex causis in
possessionem eatur. In ea. glo. in fin. Adde similem glos-
sam ad hanc, suprà de procuratoribus. l. eum qui. In glo.
finali, in fi. Dic, prima communiter tenetur, limitatur ve-
rò, nisi esset posteà secuta missio ex secundo decreto. Ita
concludit gl. in l. si finita. §. potest autem. de damno insec.
Et circa hoc vide, quod notat gl. in l. ij. vbi in rem actio. &
in l. consentaneum. suprà, quomodo & quando index. &
extrà, vt lite non contestata. cap. quoniam. §. fina. & quod
10 ibi notatur, in penultima glo. Sed nunquid in hoc † ordi-
ne missionis debet seruari ordo traditus in l. à diuo Pio.
ff. de re iudic. & in l. Fulcinius. ff. quib. ex can. in posses. eat.
Dic quòd sic: quia primò ad mobilia, post ad immobilia,
vt in d. l. à diuo Pio. Et hæc est communis doctrina docto-
rum vtriusque iuris, licet glo. dubitauit in corpore vnde
hæc authēt. sumitur. Et est ratio, quia ista missio ex primo
decreto, est quoddam præparatorium ad secundum de-
cretum: sed constat in secundo hunc ordinem seruari, er-
go & in primo. Et glo. ita firmat, in l. præsenti. §. sed si hoc
fatetur. suprà, de iis, qui ad ecclesiam confugiunt. quā no-
ta. Et probatur per casum, vt lite non contestata. capitul.
quoniam frequenter. in fine. Et ita concluòit Ioannes An-
dræas super glo. hoc ordine. in prædicto capitu. quoniam
frequenter.

LEX X.

1 *Missio in possessionem ex primo decreto vni ex pluribus creditori-
bus facta, cæteris debito modo & congruo tempore venientibus
prodest.*
2 *Missus in possessionem ex primo decreto possidere non dicitur.*
3 *Negligentia aliorum vigilantibus obesse non debet.*
4 *Missio generalis plus operatur ipsa speciali.*
5 *Pignus prætorium præuentionem admittit.*
6 *Intellectus l. Assiduis. § ad hæc. C. qui potio. in pignor. habeāt. &
nume. sequen.*
7 *Vno immisso in possessionem an & quando omnes intelligantur im-
missi nu 8. & 9.*
8 *Causa noxalis lucratiua dicitur.*
10 *Paria sunt quem fuisse immissum. vel interuenisse ius de mittendo,
licet possessionem non intrauerit.*

1 CVm *apud* Missio † in possessionem ex primo decreto fa
cta vni ex pluribus creditoribus, prodest cæteris eun-
dem titulum prætendentibus, dum tamen creditores præ
sentes veniant intra biennium, absentes intra quadrien-
nium, & debitum eorum ostendant, & expensas pro rata
reficiant, quo tempore transacto nulla competit eis facul
tas inquietādi missum. Hoc dicit vsque ad §. si autem ij,
qui detinent. Et primò rationem dubitationis antiquorū
prætermittit. Secundò huiusmodi dubitationi subdit sui
statutum. Tertiò ibi, *quid enim*. subditur decidendi ratio.
Quartò ibi, *vt autem* ponitur dubii remotio. Et loquitur
hic textus in creditoribus habentibus personalē tantum.
2 In text[illegible]bi, *verum detentatoribus*. nota quòd † missus in
possessione ex primo decreto, non dicitur possidere No.
tex. ibi, *alacriores* alibi vtitur verbo, vigilantibus. vigilibus
3 † ergo non debet obesse aliorū negligētia. Bene facit l. pu
pillus. ff. quæ in frau. cre. In gl. *commoditatis* ibi, *hic quando
missio facta est in bonis generaliter* Nota hanc solutionem, ꝙ
4 plus operatur † missio generalis in omnibus, quàm missio
specialis. Hæc solutio est notabilis Sed secundū illā lectu-
ram hæc lex nihil valeret, cùm hodie non fiat missio, nisi
pro mensura declarati debiti, &c. Sed hæc solutio cōmu-
niter nō tenetur, & reprehēditur, in l cū vnus. de bo. auth.
iud. pos. Aduerte tñ, quia sentit gl. in d. l. cum vnus. cū qua
transit Bar. ꝙ quando mittitur in possessionē pro mensu-
ra debiti declarati, vt in auth. præcedenti, ꝙ si tantùm su-
perest, quod possit aliis creditoribus satisfieri, nunquam
ista missio proderit aliis creditoribus. Et ita vult ibi
Bartol. Sed hoc non debemus credere, quòd quando alii
offerunt, &c. quòd non habeat locum dispositio huius le-
gis. In gloss ea. ibi, *vel dic in prætorio pignore*. Hæc secunda
5 solutio est cōmunis, ex qua habes, quod † in pignore præ-

torio non prodest præuentio. Et ex hoc habes, quòd re-
gula l. qui prior. & l. asiduis. §. ad hæc. infrà qui po. in pi-
6 gno. hab. debent † intelligi in pignore conuentionali. Ita
intelligit Dyn. in l. si finita. §. si plures. ff. de damno infe-
cto. Bartol. tamen in dicta l. cùm vnus. quòd in prætorio
7 pignore debet attendi, quòd † aut omnes prætendunt
ius obligationis, aut omnes iudicis officium, aut vnus
officium iudicis, alius, ius obligationis. Primo casu,
vno immisso omnes, intelliguntur immissi, vt l. qui au-
tem. §. interdum. de his quæ in fraud. credi. quia vno im-
misso, alius videtur immissus, & sic sunt pares. Probatur in
d. l. qui autem. §. sciendum. de his quæ in fraud. credi. Se-
cũdo casu fallit regula l. si finita. §. si plures. quia sicut sua
æquitate admisit, non vult quód vnus alteri præferatur.
Tertio casu procedit regula l. qui prior. & probat tex. in
l. ij. infrà, qui po. in pigno. hab. tunc cadit dubium, quid
in pignore iudiciali, id est, quod capitur in causam iu-
dicati, cui æquiparatur? Dic quòd conuentionali, vt qui
prior est tempore, sit potior in iure. Casus est in l. iij. infrà,
qui po. in pigno. hab. & est casus in l. si & iure. ff. eodem ti
tulo. qui po. in pig. hab. licet gloss. ibi videatur destruere
illum textum. Et ex hoc patet, quòd aliud est in iudiciali
pignore, aliud in conuentionali. Glo. adducit pro con-
cor. d. l. si finita. §. si plures. Sed iste textus videtur directò
contradicere, quia ibi immissio vnius nõ prodest alteri,
& ideo gl. in d. l. cùm vnus. dicit, quòd est speciale in l. fini
ta. Dynus in dicta regula, qui prior. dicit quòd ideo in §.
si plures. non prodest vnius immissio alteri, quia illa im-
8 missio dicitur facta ex causa quasi lucratiua: nam † cau-
sa noxalis appellatur lucratiua, vt l. diutius. §. certum. sed
causa damni infecti æquiparatur noxali. l. prætor. §. j. ff.
de dam. infecto. Barto. dicit, quòd ideò in §. si plures. non
prodest, quia vterque prætendebat iudicis officium. Et ra
tio huius sit, quia quando ambo prætendunt iudicis offi-
cium antequàm perueniatur ad iudicem, quilibet istorũ
prætendit se ius non habere, & ideò vno immisso, non pos-
sunt videri alij immissi, qui nullum ius habebant, imò
egit iudex quærere ei ius, quod prius non habebat: quod
secus est quando prætendunt ius obligationis: quia iudex
reddit ius illi qui habet &c. In ea. glo. ibi, *eius tituli*. Gloss.
vult dicere, quòd iste textus debet intelligi, quãdo omnes
ex cõtractu, vel omnes ex delicto, sed secus econtrà. Con
9 clude ex prædictis, quòd † quandoque prętendũt omnes cre-
ditores ius obligationis, tunc vno immisso omnes vi-
dentur immissi, vt hîc, & d. l. cum vnus. Quandoque om-
nes prætendunt iudicis officiũ solùm, & tunc vno immis-
so, alij non videntur immissi, vt l. si finita. §. si plures. ff. de
damno infecto. & in l. is cui. §. si plures. vt in possess. leg.
Quandoque vnus prætendit iudicis officium, alter ius
obligationis, tunc vno immisso, alter non dicitur im-
missus. l. ij. infrà, qui po. in pig. ha. Et quæ sit ratio, dixi su-
10 prà proximè. Adde prædictis, quòd † paria sunt quem fuis-
se immissum, vel interuenisse ius de mittendo, licet pos-
sessionem non intrauerit. Ita dicit gl. in l. quamuis. de bo.
autho. iudi. pos. & videtur probari per casum in l. prætor
ait. §. in eum. in fin. in eodem titu. Et sic casus [illegible] quo con-
stituitur pignus prætorium, dato quòd in possessionem
ventum non sit, contra regulam l. non est mirum. de pi-
gnoratitia actione, vt declaraui suprà vt in poss. leg. in l.
postquàm.

1 *Ius iussionis in possessionem seu tenuta quòd & cedi & in alium transferri possit.*
2 *Sequester rem sequestratam iudicis mandato restituens, à pœna liberatur.*

§. *Si autem ij.* Si perueniatur ad venditionẽ rerum, in qua-
rum possessionem creditor ex primo decreto missus
est, debet ei primò satisfieri, & quod superest, de mandato
iudicis debet in æde sacra deponi, vt de eo posteà aliis
creditoribus venientibus satisfiat, & de deposito & ven-
ditione mandat hæc lex instrumentũ fieri, vt omnis fraus
euitetur. Hoc dicit ad literam. Nota textum, ibi, *Trans-
tulerunt*. & ibi, *transferuntur*. &c. nota hic post princip. quòd
1 ius † missionis in possessionem seu tenutæ potest cedi, sicut
potest in alium transferri. Nota textum ibi, *prius*, &c.
2 Ex quo habes, quòd vbicunque † sequester reddit rem se-
questratam de mandato iudicis, qui fecit sequestrari, nul
lam potest timere pœnam, siue sit sequester rei, siue seque-
ster personæ. Dicit tñ Ia. But. quòd consilium est, quòd iste seque
ster faciat quòd habeat mandatum authenticũ. Nota quòd
hic videtur casus non violato textu, ibi, *suum accipere de-
bitum*. qui textus nõ videtur requirere necessario nouum
processum contra debitorem, sed sufficere: quòd post ven
ditionem, quæ succedit loco secundi decreti, veniat alius
debitor, & debitum suum liquidet, vt hæc pecunia detur
sibi. Et hoc videtur sufficere per istũ textum. Nota hunc
textum ibi, *cimeliarchas*, videtur facere, quòd si per statu-
tum testamentum secretum debet deponi in sacristia, suf
ficiat ibi reperire depositum, licet non appareat asigna
tum sacristæ. Patet hic, quia loquitur solum de loco vbi
deponitur, non de persona apud quam. Sed in contrariũ
videtur facere iste tex. quia dicit cimeliarchas, & sic vide-
tur requirere personam sacristæ. Similiter nec sufficit sa-
cristæ deponi, nisi apparet depositum factum in sacristia,
vt ibi cõseruetur, & ideò cauti tabelliones de hoc faciunt
mentionem, & subdunt, Actum in tali sacristia. Et ita vult
hic Ia. Butri. in effectu, cuius hæc doctrina est.

De priuilegio fisci. Rub.

LEX I.

1 *Bona vxoris ex mariti primipilari officio fisco non obligantur.*
2 *Filij etiam non heredes quòd ex obligatione primipilari teneantur, & quare.*
3 *Bona quæ in domo viri reperiuntur, viri non vxoris esse præsumũtur, fallit vt nu. seq.*

1 BOna. Res propriæ † vxoris non sunt obligatæ
fisco ex administratione primipilari, & ideò
occupatæ pro tali causa debent mulieri resti-
tui. Hoc dicit. In gl. *Tuas*, ibi, *l. satis*. Nota ergo
specialiter in hac obligatione primipilari hoc inductum,
2 sicut & inductum est, quòd † filij etiã non hæredes teneantur.
Et ratio potest asignari secundum Mar. Sill. quia ad
genitum vxoris & filiorum sæpè malè gerũt officium. Ita
refert Ioann. Andræ. extrà de consuetudine. capit. ex par-
te. in nouella. Et per hoc videtur posse inferri, quòd te-
neat de iure statutum prouidens, quòd bona vxoris sint
obligata pro mariti fallentibus, nolo tamen decidere,
quia videtur multum iniquum. Et in hanc partem, sci-
licet, quòd valeat, inclinat Bartol. in tractatu repræsa-
liarum, in prima quæstione, in tertio articulo, & incipit
quæstio, an per statuta posśint fieri repræsaliæ &c. In
gloss. fin. in fi. Hæc doctrina procedit, quando illa bona
posśidebantur per illum, contra quem est facta executio,
quia tunc præsumimus, quòd eius sint, & ideo volens habere,
debet probare sua, & eo ipso quòd reperiuntur penes eũ in-
clusa, præsumuntur per eum posśideri, vt l. ij. ne vxor pro
marito. aliàs autem si non reperiantur possessa, aduersa-
rius debet probare, vt vult gl. in d. l. ij. In hoc dubitari vi-
di, fit executio contra virum, vxor dicit aliqua, quæ sunt
3 in domo, sua, eo † ipso quòd reperiuntur in domo viri, præsu-
muntur viri propter præeminentiã: & ideo volens mulier
debet probare sua, aliàs non admittitur. An autẽ poterit
probare per priuatam scripturam? Et videtur quòd sic, vt l. si
4 ego. §. dotis. ff. de iure do. Adde quòd † quandoque ex quali-
tate rerum ius præsumet pro muliere, alio non probato:
vnde qui volet dicere contrarium, debebit probare, vt in
vestibus mulierum, & in aliis, quæ conueniunt mulieri, vt
sunt pectines sui, & bellerum, & similia &c. Hoc videtur
probari argumento ff. de leg. iij. l. hoc legatum. Idem dico
in aliis paraphernalibus vxoris, quia est fundata intentio
mulieris, alio nõ probato: quia ex quo sunt in suo vsu, vi-
dentur sua, vt l. quidam in suo. de conditio. instit. & in l. j.
ff. familiæ erciscundæ. Et ex prædictis habes pro viro &
vxore prouisionem.

LEX II.

1 *Mulier & fiscus eodem gaudent priuilegio.*

1 QVamuis. Mulier † & fiscus paribus pasśibus ambulant,
& ideò qui prior est tempore, potior est in iure. Hoc
dicit.

LEX III.

1 *Mulier soluẽs fisco pro marito si cessionem non petat, & iterũ cum fisco maritus contrahat, solum personalem actionem cõtra maritum habet.*
Fiscus praefertur omnibus creditoribus hypothecã non habẽtibus.

1 S*Iciam pecuniam.* Si † mulier soluens fisco pro marito suo
non petat cesſionem, & iterum maritus cum fisco cõ-
trahat, habet solam personalem cõtra maritum, scilicet
ista mulier. Hoc dicit. In tex. ibi, *Habes personalem actio-*
nem, scilicet contra maritum, pro quo soluisti, nec in eius
bonis aliquam habes hypothecam. Et hoc vult litera, quæ
sequitur.

LEX IIII.

1 *Fisci priuilegium non extenditur ad debitoris bona distracta antequam contraxisset.*
2 *Fisci priuilegium vel alterius personæ priuilegiatæ, non trahitur retro in perniciem iuris iam tertio quæsiti.*

1 S*I debitor.* Fiscus † nõ habet obligata bona à debitore di
stracta, antequàm tecum cõtraxisset. Hoc dicit. Vel sic,
Tacita hypotheca quæ fisco acquiritur in bonis cum eo
contrahentis, non extenditur ad bona iam alienata sic.
2 Hoc dicit. Nota quòd † non est tantum priuilegium fi-
sci, vel alterius personæ priuilegiatæ, quod posſit trahi re
tro in perniciem iuris iam quæsiti tertio. Ita probat iste
textus directò.

LEX V.

1 *Debitum receptum à creditore non priuilegiato, sine vsuris priuilegiato restituitur.*

1 P*Ecunia.* Debitum † receptum à creditore non priuile-
giato, restituitur priuilegiato sine vsuris. Hoc dicit.
Hæc lex potest induci, quòd eadem ratione non posſit
aliquod intereſſe medio tempore peti &c. In gloſſ. pe-
nultima. in fin. qualiter autem reuocet ab aliis personis,
dic vt notatur in l. deferre. ff. de iure fisci & in l. pupillus.
ff. quæ in fraudem creditorum. & in l. si non expedierit.
de bon. autho. iudi. posſiden.

LEX VI.

1 C*Vm patrem* Res † in dotem data potest per fiscum re-
uocari, si erat ei antè tacitè obligata. Hoc dicit.

LEX VII.

1 *Priuilegio fisci aut alterius personæ cessione & pacto transferri nume. 2. Quid in statuto, nu. 3.*

S*Iui te.* Posſidens rem debitoris pro quo soluit fisco, in
eius locum succedens, ab aliis creditoribus inquieta-
1 ri non potest. Hoc dicit. Vel sic, Priuilegium † fisci potest
in alium per cesſionem transferri, & cesſionarius potest
2 eo vti. Hoc dicit. Nota per pactum † posse fieri quod sol
uens pro fisco, vel alia priuilegiata persona, succedat in
3 eius locum, ex quo potest argui, † quod & per statutum
debeat posse fieri, per notata C. de decretis. super rubri-
ca. ff. de pactis. l. non imposſibile. Et sic facit pro statuto
Bononiensi, &c.

De priuilegio dotis. Rubri.

LEX I.

1 *Priuilegium dotis mulieri competens quòd ad extraneum hæredem non transeat, & an cedi posſit. nu. 2. 3. & 4.*
Priuilegium quod datur ratione personæ ad hæredes non transmittitur.
3 *Fiscus & mulier pari gaudent priuilegio.*
5 *Priuilegiorum diuisio. & nu. sequen.*
6 *Mulier quando prælationis priuilegio non gaudeat.*
7 *Instrumenti tenor præsumitur sumpta ex instrumento præsumptione.*

2 S*Cire debes.* Priuilegium † dotis competens mu
lieri non transit ad extraneum hæredem. Hoc
dicit. Vel sic, Priuilegium quod habet mulier
in extraneo hærede, non transit ad extraneum
hæredem, sed ad filium sic. Hoc dicit. In gl. magna: ibi,
Etiam in prin. E hoc infertur aliud dubium, an hoc pri-
8 uilegium † posſit cedi? Et videtur hic decidi quòd non:
quia transit ad hæredes, ergo non debet posse cedi. l. si ex
pluribus. de admi. tuto. Hanc partem tenet Dy. in l. si mi
3 noris. eo. tit. In contrarium facit, quia † mulier & fiscus
paribus pasſibus ambulant in priuilegio. l. ij. s. titu. ij. sed
priuilegium fisci ceditur: vt dicta l. ij. & l. si. suprà tit. ij. er-
go & hoc potest cedi. Pro conclusione dic attendendam
qualitatem priuilegij, quia si est tale, quod non potest fa
cere transitum in suum hæredem, tale non potest cedi. Ita
loquitur l. si ex pluribus. quæ loquitur in priuilegio pu-
pilli, in actionibus personalibus, quod secundum cõmu
nem ad nullum hæredem transit. Patet in l. penultima. §.
penul. ff. de ritu nup. licet gl. dixerit contrà in d. l. si ex plu
ribus. & male secundum communem opinionem, vt ibi
4 notatur. Sed si sit † tale priuilegium, quod trãseat in suũ
hæredem, non in extraneum, & tũc dic, si talis cesſio fiat
ex necesſitate, tunc potest fieri talis cesſio, vt l. fi. suprà ti
tu. proxi. Sed si fiat ex voluntate cesſio, dic quod non po
test, nec tale priuilegium transit per beneficium cesſio-
nis. de leg. ij. l. peto. §. prædium, & l. qui operas. de operis
libertorum. In gl. ea. ibi, *de priuileg. per totum* imò quan-
doque æstimatur ex tẽpore, vt in obligatione, in qua ver-
satur factum, quod non est posſibile pluribus præstari, vt
est casus singularis in l. in operis. ff. locati. In ea. gl. ibi,
l. si negotia. Sed hoc mihi videtur durum, quia in hoc vide-
retur præferri tutor pupillis, vt est casus, in l. si hominem.
§. quoties. ff. depositi. In ea. gl. in fi. Nota hanc glo tan-
quam magistralem in priuilegiis, specialiter de priuile-
gio dotis, id est, singulari materia quam Dyn. examinat
in regula, qui prior. de reg. iur. in vj. Quantum autem ad
propriam legis materiam non plenè declarat, & ideo vi-
dendum an priuilegium dotis, de quo hæc lex loquitur,
dicatur competere mulieri vel actioni. Et in hoc conclu
5 de diuersa esse priuilegia: quia † quoddam est priuilegiũ
tacitæ hypothecæ, & illud dicitur dari actioni. l. j. § & vt
plenius. s. de rei vxo. actio. vnde transit in quemcunque
in quem transit actio, vt ibi, & Insti. de actio. in §. fue. at.
& ideo transit in patrem, vt ibi notat gl. scilicet, in §. fue-
rat. Quod verum secundum Dy. in alia materia viuente
filia, cum teneatur eam dotare. Ita notat Dy. in l. post do
tem. soluto matrimo. & Cy. in l. j. §. & vt plenius. supra de
rei vxo. actio. non tamen transit in extraneum dotantem
& paciscẽtem sibi reddi, vt notatur in d. §. fuerat. Quod-
dam est priuilegiũ quod præferatur in illa hypotheca a-
liis creditoribus, & istud non transit in extraneum hære-
dem. Et hæc voluit hæc gl. in prin. Idem hic Cy. & in l. asſi
duis. in vltima quæstione, infrà, qui pot. in pig. habe. Ad-
6 uerte tamen quia † hoc priuilegium prælationis non ha-
bet mulier, quando producit instrumentum dotis con-
fessatæ, secundum quod sentit ibi not. gl. quod intelligo,
quando vult præferri aliis creditoribus probantibus ve
ram numerationem, aliter si & ipsi probarent planam cõ-
fesſionem debiti, credo quòd præferretur. l. in ambiguis.
ff. de reg. iur. Quoddam est priuilegium, quod datur ipsi
doti, id est, rei in dotẽ datæ, puta, quòd res in dotem data
non potest alienari. Et illud facit transitum in quemcũ-
que, in quem transit dos, vnde eam ita reuocabit hæres,
sicut mulier, nisi fortè maritus alienans esset hæres. ff. de
vsucapionibus. l. cùm vir. & l. fundum dotalem. de fundo
dotali. Idẽ dico in generali priuilegio quod habet dos,
vt pro ea in dubio fiat interpretatio, vt dicta regula, in
ambiguis. Quoddam est priuilegium, quod datur ipsi
contractui, vt de tacita stipulatione. quæ præsumitur,
vt suprà, de rei vxoriæ actione. in l. vnica. quæ etiam mu-
to contrahente matrimonium, quod potest, de vulga. &
pupil. l. ex facto. præsumitur eo iure, quo interueniente po-
tuisset, scilicet, per seruum. l. j. in prin. ff. de verb. obli. Et ta
le priuilegium transit etiam ad extraneos hæredes. Et est
vtile hoc priuilegiũ, quia vbi ex forma statuti instrumẽ
ta debent executioni mandari per statutum, tacitæ stipu
7 lationes etiam mandabuntur: quia præsumptio † sumpta
ex instrumento, præsumitur eius tenor. l. iurisgentium. §.
quod ferè. de pactis. & de verb. obl. l. sciendum. & Instit.
de inutilibus stipulationibus. §. scriptũ. Et ita dicit Bal.
se consuluisse in l. ad probationem. suprà, de proba. & l. j.
de iis quæ in testamento delentur. vbi Bartol. dubitauit.

Aliud est priuilegium ipsi contractui cōpetens, eo quòd iudicatur bonæ fidei, vt d.§.fuerat.'nsti.de actio & istud etiã transit ad extraneos hæredes. Casus est in l.j.secũdũ vnã expositioné.ff.sol.matr. Quoddã est priuilegiũ quod datur causæ, siue instãtię, vt quia iudex propter faciliorẽ dotis recuperationẽ potest abbreuiare dilationes & tale priuilegiũ transit, vel non secũdum qualitatẽ hæredum. l.ij.& ibi not.ff.de re iudi. Item in ista dotis causa potest procedere etiam tempore feriato, propter fauorem causæ.l.j.& ij.ff.de feriis.per quam l.ij.dicit Gul.in Spe.de feriis.in §.sequitur.quod in causa aliimentorũ & dotis non sunt feriæ, imò potest omni tempore procedi. Quoddam est priuilegium quod datur in personali actione, vt mulier aliis præferatur: & istud non transit in extraneos, vt hic.& ff.de priuilegiis creditorum.in l.dabimus.in princip. Est etiam casus in l.j.soluto matrimonio. secundum vnam expositionem Odoff. Et prædicta notate quia pulchra, & menti tenenda.

De reuocandis iis, quæ in fraudem creditorum alienata sunt. Rubrica.

LEX I.

1 *Creditor in cuius fraudem bona alienata fuerunt quòd excussis prius debitoris bonis, reuocatoria agere possit.*

1 HAeres. Creditor † in cuius fraudem per hæredem defuncti bona sunt alienata, excussis bonis principalis debitoris, potest agere reuocatoria, per quam reuocabit quę in fraudem alienata probauerit. Hoc dicit. Et pone casum in terminis, vt in gl.tertia in verb.sic autẽ debitor. In gl. *Excussis.* in fi. Vltramontani hic reprehendunt hanc gl.in eo quod dicit prius posse agi, priusquàm sit facta excussio, &c. Tu dic, quòd ista gl.potest procedere in creditore hypothecario agente hypothecaria, non autem in creditore non hypothecario agente reuocatoria pro iis, quæ dicit alienata in fraudem. tunc enim semper oportet priùs excuti bona debitoris, vt hic, & infrà l.penultima. & ff.eo.l.ait prætor.§.j. Et est ratio, quia necesse est, vt hæc reuocatoria ei competat necessitate quod reperiatur defraudatus re ipsa, ideo verum est quod predictum est.

LEX II.

1 *Successor singularis creditoribus personalem actionem tantum habentibus non nisi reuocatoria respectu eorum, quæ in fraudẽ alienata probabuntur, tenetur.*

2 *Mulier in creditorum præiudicium dotem sibi cõstituere non potest. Item nec pater filia.*

3 *Alienatio in futurorum creditorum fraudem, an & quando possit.*

4 *Lex loquens de debitore quod de magna summa debitore intelligenda sit.*

1 SI successiona. Singularis † successor non tenetur creditoribus solùm personalem actionem habentibus, nisi reuocatoria, respectu eorum, quę in fraudem alienata monstrantur. Hoc dicit. In tex.ibi, *Dotem constitutam.* Dic à te, vel à patre tuo, quia sicut † mulier non potest dotẽ cõstituere in fraudem creditorum, vt hic, sic nec pater eius. ff.eo.l.fin.§.j.& l.si pater. Et ex hoc habes, quòd pater nec mulier non potest subiecta creditoribus dare in dotem.

3 Nunquid hæc reuocatio † possit competere etiam futuris creditoribus, & sic an ista fraus possit cõmitti in fraudem futurorum creditorum? Hanc Cy.format in authẽ. Sed iam necesse.suprà, de donatio.ante nup. Potest concludi quòd si constat alienantem voluisse fraudare futuros creditores, sit reuocationi locus, vt ibi.si cõstat quòd noluit, tunc non datur futuris reuocatio. Ita loquitur l.j. C.de iure fisci.lib.x. Si dubitatur an fecerit in fraudẽ vel non, dic quòd si creditores futuri succedunt in locũ antiquorum creditorum, quos alienans fraudare voluit, potest agi reuocatoria. Casus est in l.ait prætor.§.j.ff.eo. aliàs quando non fecisset in fraudem illorũ &c.non, vt d. l.j.de iure fisci.& l.post contractum.ff.de donatio. Quod intellige, nisi ex euidentibus coniecturis posset apparere quòd voluit fraudare creditores futuros, quæ possunt colligi in dicta authen. Sed iam necesse.& ff qui & à quib.l.si priuatus.cum seq & extrà de renuntiatione.c.ij.lib.vj. & Bar.in d.l.post contractum. Vnum tamen nota, quòd lex

4 † loquens de debitore vel creditore, videtur debere intelligi de creditore vel debitore magnæ summæ. Ita videtur notabiliter sensisse in d.authẽ. Sed iã necesse.& clariùs in auth.minoris debitur.§.qui dari tuto.pos. Quibus adde Bar.in simili de pignoratitia actione.in l.sed & si quis. Et est hoc vtile ad statutum, quòd bannitus à statuto non audiatur agens &c. quod intelligitur de magna summa, vt in prædicta gloss. Puto tamen considerandam qualitatem personæ.

LEX III.

1 *Abstinens ab hæreditate paterna qui nihil in fraudem creditorũ distraxit, à creditoribus conueniri non potest.*

1 SI paterna. Abstinens † ab hæreditate paterna, & nihil in creditorum fraudem accipiens, non potest à creditoribus conueniri. Hoc dicit.

LEX IIII.

1 *Filius patris hæres quæ pater in creditorum fraudem alienauit, nõ reuocet.*

2 *Turpitudinem suam allegans, an & quando audiatur.*

1 FIlius. Filius † succedens patri alienata ab eo in fraudẽ creditorum reuocare non potest Hoc dicit. In gl. fi.in fi. Contra hanc doctrinam videtur esse casus in l.inde Neratius.§.fi.cum l.seq.ff.ad leg.Aquil. Et videtur facere quod habetur de iureiurandu.l.alias. Cõclude in hoc,

2 quòd si alleget † quis turpitudiné suá contra se.& in sui præiudicium, hoc potest Ita loquitur d.l.inde Nerarius.§.fi. cum l.seq.& l.si confessus.ff.de custo.reo. Vbi autem allegat contra alium, attende quod si alleget eam agendo, & principaliter ex illa intentionem suam fundado, non auditur.l.transactione.hic allegata.& de furtis.l.itaque fullo. Sed si alleget eam replicando, vel excipiendo, attende an alleget illam contra eum, qui fuit particeps criminis, an cõtra alium. Primo casu auditur, si pars tractat de lucro, ipse de damno.l.de tutela.C.de in integ.restit mino. secus si vterque tractaret de damno.l.viro atque vxore.soluto matrimonio.& l.apud Celsum.§.Marcellus.de doli exceptione Secundo casu, quando contra alium, tu dic, quòd si turpitudo erat iam ab alio detecta, auditur allegans illam Casus est in l.aliàs ff.de iureiur.& ibi hoc notat Pet. Sed si non est ab alio detecta, non auditur, vt d.l. transactione. Fallit in casu §.de pœna iud. authen. nouo iure.& ff.ad leg.Iul.maiesta.l.quisquis.& in casu.extrà de præsumptionib.c.tertio in eo. Ex quibus plura vtilia deciduntur. Primò quod infamis per sententiam potest se excusare ab officio publico, allegando suam infamiam: quia allegat illam ab alio iam detectam. Et hoc videtur voluisse gl.in l.j.ff.de offic.assesso.in verbo, postulãtibus. Facit l.relegatorum.in fi.de interdict.& relega.

FINIS.

DO. HENRICI DE BOVERIO

Iurium interpretis acutiſsimi, ex variis locis collectá, Additionibus nunc primum illuſtrata.

1 *Iuriſdictio, & imperum.*



1 PRo iuriſdictione (licèt ſit vniuerſitas iuris) poteſt intentari rei vendicatio, vt not. Hug. extra de relig. domib. ca. cum venerabilis. de reſtitu. ſ; ol. & c. cum ad ſedem. Iuriſdictio enim & dominium ad paria iudicantur. ff. de ſtatu homi. l. qui furere. & ita refert & tenet Iaco. de Rauen. ff. de rei ven. l. i. l. vẽditio. quæ tamen not. in Specu. titu. de cauſa poſſeſsio. & proprieta. §. notandum. ver. cæterùm pro iuriſdictione. & dic. vt ibi; quod puto verius.

2 Ob defectum iuriſdictionis eccleſiaſticæ recurritur ad Regem, & ad iuriſdictionem temporalem. xvj. q. vij. de filiis. ibi, quòd ſi Metropolitanus hoc faciat, regis auribus intimetur. Ibi, vbi eſt tex. not. gl. vnde dicit Hoſt. quòd iudex ſecularis fortè poteſt ſupplere negligentiam iudicis eccleſiaſtici. ſaltẽ in realibus, vt ipſe notat tit. de foro cõpe. § quibus. verſi. Sed nunquid. in ſumma.

3 Propter negligentiam iudicis inferioris iuriſdictio deuoluitur ad ſuperiorem: extra de foro compe. c. ex tenore & in fen. ſi de inueſt. inter domi. & vaſ. c. j.

4 Cauſæ meri & milli imperij poſſunt delegari de iure canonico, vt not. de offic. delega. c. venerabilis. per Innocẽ. & gloſſ. xcv. diſtinct. cap. peruenit. & glo. in cap. quòd ſedem. de offic. ordin. & communiter tenent Canoniſtæ in c. in archiepiſcopatu. de rapt.

5 Cenſorius iuriſdictionis debet habere emolumenta ſententiarum & compoſitionum poſteà quandoque ſactarum pro delictis tempore ſuæ cenſuræ perpetratis, vt notatur ff. de iuriſ. om. iud. l. ſi. in ſi. q. per Bal.

6 Licet quis non poſsit renunciare iuriſdictioni, niſi in manibus ſuperiorum. ff. de offi. præſi. l. penul. attamen bene poteſt renũtiare quaſi poſſeſsioni iuriſdictionis, vt notatur extra de renun. c. quod in dubiis. per Innoc. & ff. de acqui. poſ. l. ſi quis vi. §. differentia. per Bar.

7 In terris quæ ſunt de iuriſdictione eccleſiæ, debent ſeruari determinationes iuris canonici, etiam ſi in eis terris agatur in iudicio ſeculari, vt not. extra de iureiuran. c. ij. lib. vj. per Archi. & de arbi. c. ij. eo. lib. & de reg. iur. c. poſſeſſor. lib. vj. per Ioan. And. vtrobique.

8 Ille, qui in terra ſua ſuperiorem non recognoſcit, habetur in eadem loco Romani principis.

9 Non debet recurri ad ſuperiorem per viam ſupplicationis ſeu ſimplicis querelæ, niſi iudex inferior fuerit poſitus in defectu. in authen. de mand. princi. §. & non permittes. col iij. & ix. q. iij. c. cuncta per mundum. & c. principatus niſi in certis caſibus ſpecialibus, qui enumerãtur per Pet. Iac. in tit. de condi ex lege, quæ oritur ex litera oblig. ver. præſes prouinciæ.

10 Per vnum actum iuriſdictionis acquiritur quaſi poſſeſſio generalis iuriſdictionis: vt notatur tit. de iuriſ. omni. iudi. §. i. verſi. illud etiam nota. in Spe. quod eſt verum, ſi nullus alius eſt, ſeu erat in poſſeſsione dictæ iuriſdictionis, vt notatur extra de capel. monach. c. dilectus. per Inno. & Hoſt. Si vtẽs iuriſdictione habebat titulum ab illo, qui generalem iuriſdictionem concedere poterat, vt notatur ff. de itine. actúque priuato. l. j. §. ſi quis. per Bart. Si verò alius erat in quaſi poſſeſsione dictæ iuriſdictionis generalis: & etiam eſt idem, ſi exercens iuriſdictionẽ fuerit vſus ea, priore poſſeſſore ſciente & patiẽte, vt notatur in d. c. dilectus. per Inno. & Henr. Boich. Si verò prior poſſeſſor ignoraret, vel ſciret, & cõtradiceret, tũc viens non quæreret generalem poſſeſsionem, niſi tantùm reperiretur vſus fuiſſe: arg. ff. de acqui. poſſ. l. quod meo. §. vlti. ſecundum Inno. & Hoſt. vbi ſupra. & ibi plene habetur per. Henr. Boich, in iiij. diſtin.

De materia huius rub. vide infrà in ver. de vicario, &c.

2 *Forus, & iudicium.*

1 CLericus ſortitur forum in loco ſui beneficij reſidentiam requirentis, ſic quòd conueniri poteſt tanquam neceſſarius incola, vt not. Inno. & Hoſt. extra de priuile. c. ex ore. Secus verò ſi beneficium reſidentiam non requirit: quoniam ibi tunc conueniri non poteſt, niſi ratione ipſius beneficij, extrà de reſcript. c. dilectus. ij. Et ita not. ff. de ſenator. l. ſenatores. per Bal.

2 Iudex loci, vbi quis incola eſt, poteſt punire delinquentem de delicto alibi cõmiſſo: quoniam in criminalibus quis ſortitur forum etiam in loco domicilij. C. vbi de crimi. agi opor. l. j. & ij. & ff. de offi. præſi. l. iij. & de interdictis & relegatis. l. relegatorum. §. interdicere. & ita etiam notatur ibi per gl. & Bar. & Bar. in l. ſepulchri. ff. de ſepulch. violat.

3 Quæſtio de natàlibus quocunque modo tractetur, pertinet ad forum eccleſiaſticum: vt not. extrà de ordi. cog. cap. tua nos. per Innocen. extrà qui filij ſint legitimi. in fine. In conſpect.

4 Quis aduena confeſtim receſſurus non ſortitur forum in loco contractus. ff. de iudic. l. hæres abſens. attamen ſi emineat euictio in loco contractus, in limine ipſius poteſt ibi conueniri pro dicta euictione: a. g. C. de euict. l. ſi poſt perfectam. atg. illius legis, per Cy.

5 Quis ſortitur forum in loco contractus, ſi ibi inueniatur: extrà de foro compe. c. Romana. §. contrahentes. lib. vj. dum tamen in tempore, quo contraxit, habuerit ibi tabernam, armarium, ſeu officium. ff. de iudic. l. hæres abſens. §. j. ſi contrahens etiam ſit vagabundus ſine domicilio, vt ibi not gl. vel eius domicilium ſit in loco valde remoto, vt ibi not. in libro meo: vel ſi creditor credebat eũ, cum quo contraxit, ibidem tempore contractus domicilium habere, vt ibi not. gl. ſuper ver. ſcit. alias vero nõ poteſt conueniri quis in loco contractus, vt not. in alleg. §. contrahentes per Io. And. & doct.

6 Conuẽtus in vno iudicio non poteſt ad aliud trahi ſuper eadem cauſa. l. vbi cœptum. ff. de iudi. & ſi conueniatur, perdit actor ius ſuum ſecundum Ang. in l. cùm procuratore. §. ſi dominus. ff. de noui oper. nun. tenuit Pet. quem refert Cy. in l. nulli. in ſi. C. de iudic. Imola tamen in d. § ſi dominus. dicit non ſeruari, ſed ſolum cogitur ad aliud iudicium reuerti. de quo in meo alphabeto, in litera a, in ver. actor, qui impetrauit.

7 Reus conuentus in vno iudicio, ſi fuerit cõtumax, non poteſt opponere exceptionem l. vbi cœptum. ff. de iudi. ſi poſteà pro eadem re in alio trahatur iudicio: arg. ff. de dã. infec. l. quamuis. & ibi not. per Bar.

8 Clericus in cauſa feudali poteſt conueniri coram iudice ſeculari, extrà de iudic. c. cæterum. & de foro compet. c. ex tranſmiſſa. & notatur eodem titulo, ca. ex parte. per Inno. in ſi gl. in verb. ſed obiiciens. & in c. at ſi clerici. extrà de iudic. per Henri. Boich.

De materia huius rubricæ vide infrà in ver. renuntiatio.

3 *Iudex, & iudicare.*

1 IVdex poteſt punire iniuriam ſibi factam iudicialiter & notoriè: aliàs verò non poteſt in cauſa ſua ſibi ius dicere, vt notat Innoc. de verb. obli. c. ex parte. & C. ne quis in ſua cauſa. l. j. per Cyn. & extrà de officio delega. capit. j. per Henrich. Boich.

2 Si index non obſtante exceptione propoſita procedat, perinde eſt, ac ſi interloqueretur, vt not. titu. de appel. §. j. ver. ſi autem. in Spec. & ideo debet appellari à tali grauamine intra decem dies, aliàs tranſit tale grauamẽ in rem

iudicatā, vt notatur extrà de appel. c. Romana. per Henri. Boich. ver. si appellatur à grauamine, &c.

3 Omissio appellationis non impedit recursum contra iudicem, qui male iudicauit, vt not. extra de offic. delega. cap. pastoralis. & not. ff. quod quisque iuris. l. j. per gl. ordina. & Bald. Aduerte tamen quia Innocen. in cap sæpè. de appella. tenet quòd appellans, qui non est prosecutus appellationem, non potest conqueri de iudice a quo, quòd fecerit litem suam.

4 Præsumitur pro iudice ordinario asserente se esse talem, licet non appareat de literis sui ordinarij officij, vt not. Inno. extra de offi. & pote. iudic. deleg. c. cum in iure. nisi ab aliqua partium eius potestas impugnetur: quo casu facta te per negationem dubia, sufficit tunc probare, quia pro tali publicè tenebatur. argu. ff. de offic. prætor. l. Barbarius. & argu. notatorum. extra de elect. c. nihil. per Cy. & ita fuit alias determinatum in Rota, & not. etiā extrà de offi. deleg. c. cum in iure. per Henr. Boich.

5 Iudex ecclesiasticus potest cognoscere de causis miserabilium personarum laicarum, ob negligentiam solius primi iudicis secularis, de foro compe. c. ex tenore. Sed de causis aliorum laicorū non deuoluitur iurisdictio ad iudicem ecclesiasticum, vt ob negligentiam iudicis primi secularis, quamdiu est aliquis iudex laicus gradatim superior, ad quem recurri potest, vt in eo. titu. c. licet. itaque not. de offi. deleg. c. significantibus. per Inno.

6 Si iudex inferior sit suspectus de negligentia, iudex superior, ad quem ob negligentiam inferioris iurisdictio deuoluitur, potest sibi præfigere terminum ad procedendum, vt not. extrà de offi. delega. cap. significantibus. per Inno. & Hostien.

7 Iudex quantumcunque sit infamis, vel periurus, non deponit officium suum, nisi per sententiam priuetur: vt not. extrà de accusa. ca qualiter & quando. in iij. col. per Inno & ff. de his qui not. infam. l. quid ergo. §. pœna grauior. in ij. oppo. per Bal.

8 Iudices ordinarij possunt recipere à partibus sportulas, si super hoc fuerit consuetudo rationabilis & approbata: vt legitur & not. extra de offi. ordi. c. dilectus. & argu. xij. dist. in his. & c. consuetudinis. & instiu. de iure natu. §. ex non scripto. & ita not. extra de vita & honest. cleri. c. cum ab omni. per Henr. Boich.

9 Si ordinarius velit habere assessorem, non potest cogere partes ad sibi dandum salariū, sed debet de suo proprio dare, ex quo habet salarium sibi ad hoc cōstitutum. vt not. in dicto c. cum ab omni. de vita & honesta. cleric. per Ioan. And. & Henr. Boich. circa has duas cōclusiones tamen vide quæ notantur per Pet. Iac. tit de actio. mand. in summa libellorum suorum.

10 Index debet admitti ad suum processum & sentētiam defendendam, vt notatur extrà de rescript. & præsertim per Hostien. & Henr. Boich.

De materia huius rubric. vide infrà, in verbo, accusatio, &c. & in ver. iudicis officium.

4 *Iudicis officium.*

1 IMplorans officium iudicis ex edicto diui Adriani mittendus est in possessionem fructuum, etiam post mortē testatoris perceptorum: quoniam statutū loquens in principali, porrigitur ad fructus & accessoria. ff. de neg. gest. l. ait prætor. §. sed & si quid. & ita not. ibi per Bal.

2 Iudex ex officio suo potest libellum ineptum repellere, vt not. titu. depo. §. iij. in Spec. & not. per glo. ordi. ff. de offi. assessor. l. j. & extrà, de iudi. cap. examinata. etiam per gloss. ordi. & per Butriga. & Imol. in c. significantibus. extrà de libel. obla.

3 Ex mero iudicis officio summariè sine ordine iudiciali reuocantur, & ad pristinum statum reducuntur innota ta pendente lite, extrà de consti. c. cùm M. & not. Inno. de maio. & obe. c. dilectus. & de app. c. bonæ. & per Io. Andr. extrà de elect. c. cupientes. lib. vj.

4 Iudex ecclesiasticus ex suo mero officio potest requirere clericum suum, etiam inuitum à iudice laico detentum, vt not. extrà de sen. excō. c. vt famæ. per Inno. & probatur in c. si iudex laicus. eo. titu. lib. vj. ibi quando vel ex officio curia cùm requirat &c.

5 Iudex ex officio potest intrare domum alterius ad perquirendum res furtiuas, præcedente præsumptione cōtra dominum domus, ratione sui, vel personæ delinquentis, vel famæ. arg. C. de his qui ad eccle. confu. l. præsenti. & ita not. titu. de instru. edi. §. videmus. ver. instrumenta patris. in Spec. C. de ser. fugi. l. requirendi. per doct. ad quod sufficiunt indicia & præsumptio leuis, quando agitur de modico præiudicio.

6 Qui habet exceptionem etiam dató quòd non conueniatur, potest iudicis officium implorare: & non conuenietur ab aduersario. C. qui bon. cede. poss. l. iij. & ff. de libe. leg. l. Aurelius §. centum. & quod not. in gl. & ita not. per Barto. ff. pro soc. l. si societatem. §. arbitrorum. versic. quæro & aduertatis.

7 Vtrum, quando, & in quibus potest iudex ex officio partis factum supplere: vide plenè extrà de postula. præla. ca. bonæ. per Henr. Boich.

De materia huius rubricæ, vide infrà, in verb accusatio. & in verb. executio.

5 *De officiali, vicario, & cæteris magistratibus.*

1 VIcarius episcopi etiam habens mandatum speciale conferendi beneficia, si sit extrà diœcesim, non potest beneficia conferre. arg. ff. de offi. procon. & lega. l. ij. in fin. & ibi not. per Bar. pro quo c. statutis. in fi. de præben. libr. vj. & ibi videtur text.

2 Officiarij habent iurisdictionem & cognitionem super ministris, & officialibus suis, siue ciuiliter, siue criminaliter conueniantur. C de offi. ma. mili. l. ij. quod est verum si delinquant in eorum officijs: & sic seruat curia Franciæ: vt refertur C. de off. præfect. vi. l. ij. per Io. Fab.

3 Vicarius licet possit omnia facere, quæ pertinent ad iurisdictionem illius, cuius vices gerit, C. de offi. vic. l. suggerente. tamen non potest facere illa, quæ sunt de priuilegio principis sine eius speciali mandato. extrà de off. delega. c. quod translationem. & potest cōmittere causas summarie & de plano vt not. Io. And. de hæreti. c. fi. lib. vj. proni nec legatus de latere.

4 Officialatus extinguitur morte episcopi, licet sit officium ordinarium. vt not. Archi. extrà de offi. vica. c. ij. lib. vj. & idem dicendum est de vicario episcopi, vt not. Host. de offi. vica. c. ij. vt recitat & tenet Io. Fabri idem sequens Insti. manda. §. j. de officialibus verò aliorum ordinariorum an expirent, vide in rubrica de procur.

5 Officium inquisitoris hæreticæ prauitatis non expirat morte Papæ: extrà de hære. capi. ne aliqui.

6 Item officiū reformationis generalis non expirat morte constituen. vt not. vbi suprà per Io. And. de delegato ad vniuersitatem causarum, vide infrà in ver. delegatio.

Dè materia huius rubricæ. vide infrà in verb. causæ cognitio, & in verbo, appellatio.

6 *Compromissum, arbitrium, & arbitratus.*

1 COmpromissum in quo dicitur, quòd arbiter pronuntiet, prout tali pronuntianti videbitur de iure faciendum, valet, vt not. gloss. ff. de hæredi. instit. l. illa institutio. secus verò si diceretur, prout talis voluerit. ff. de arbit. l. item si vnus. §. Pomponius & rationem diuersitatis ibi vide per Baldum.

2 Si dictum sit in compromisso, cum potestate prorogādi, intelligitur semel. argu. ff. de leg. iij. l. fideicommissa. §. si quis. & de verb. sig. l. bones. §. hoc sermone & ita not. titu. de arbi. §. excipitur. ver. Item quid si fuerit. in Spe.

3 Arbiter potest petere à partibus sportulas, secundum causæ qualitatem, & sui laboris exigentiam, vt not. titul. de arbi. §. fi. versi. sed nunquid. in Spe. de vita & hone. cler. c. cùm ab omni. per Henr. Boich.

4 Super re spirituali potest compromitti in laicum cum authoritate iudicis ordinarij vel delegati, vt not. titu. de arbi. c. per tuas. & c. contingit. per Inno. & titu. ne clerici vel monac. quæ sunt ver. in summa per Host. vide infrà in conclusione quæ incipit, cum quæritur, &c.

5 Si dictum sit in compromisso, quod possit pronuntiari partibus absentibus, nihilominus tamen partes sunt citandæ

tandæ:vt not.tit.de arbi.§.exeipitur.in fi.in Spe.

6 Arbitratus cùm sit quoddam pactum, seu transactio, non finitur morte arbitri.ff.de probatio.l.pactum. & ita not.titu.de arbi.§.finitur,ver. Sed nunquid arbitratus.in Spe.quod intellige de morte compromittentium. vtrum vero ex parte arbitratorum transeat ad hæredes, not.C. de contrahenda emptio.l.fina.per Cyn. & ff.de lega.j.l.j. per Bartolum.

7 Sententia arbitratoris non homologatur silentio decem dierum:vt not.extrà de iureiuran. cap.quintauallis. per Innocen.

8 Arbiter nõ potest causam audire, nec partes citare extra locum,in quo fuit receptum cõpromissum, nisi aliud fuerit in ipso compromisso expressum:vt est tex. notabilis ff.de arbi.l.si cum dies.§.si arbiter.

9 Arbitrator potest cogi arbitrari sicut & arbiter, vt no. titu.de arbit.§.fi.versi.sed nunquid arbitrator. in Specu. dum tamen semel consenserit arbitrari expressè, vel etiã tacite accipiendo sibi relationem illa contemplatione. not.ff.de lega.ij.l.j.per Bar.

10 Arbitrium plenum seu liberum importat liberam voluntatem.de legat.iij.l.fideicommissa. §. quamquam. per quam quidem liberam voluntatem æquum iniquo anteferre,vt de lega.ij l.cum quidam. dum tamen dolus absit.ff.manda.l.creditor.§. Lucius.& not.de legat. j.l.si sit. per Bartolum.

11 Si quis se submittat misericordiæ, siue gratiæ, siue voluntati alicuius,tamen recurritur ad arbitrium boni viri:vt not.extrà de renun.c.veniens.per Inno. Idẽ si submittat.§.j.in sum.per Host.

12 Trahens aduersarium suum corã iudice ordinario durante compromisso,incidit in pœnam compromissi.ff. de arbi.l.si quis reni.vbi est tex.notabilis.

13 Si arbiter,qui ex forma compromissi potest procedere iuris ordine seruato, vel non seruato,vnam viam elegerit,ad aliam redire non potest:vt not.per Dyn. & Rayne. ff.de testa.mili.l.iij.

14 In lite recursus ad arbitrium boni viri debet redargui iniquitas sententiæ arbitratorum respectu estimationis dubij euentus litis rei contentiosæ; super qua fuit arbitratum,& non respectu veri interesse ipsius rei, vt notatur ff.de verb.obli.l.si quis cùm aliter.per Bar.

15 Ille qui habet iustam causam recurrendi ad arbitrium boni viri,licet non obtineat in lite recursus, attamẽ excusatur à pœna compromissi propter ignorantiam probabilem, vt not.tit.de arbi.per Io.And.in addi. ad Spec. vt refert & sequitur Bal.ff.de pact.l tres fratres.

16 Sententia arbitralis non potest homologari per cõuentionem præcedentem : quoniam per pactum præcedens fieri non potest, vt ex sententia arbitri actio oriatur, nisi homologatio subsequatur:vt not.tit.de arbi.§.sequitur. versi.sed quid si dictum. in Spe.

17 De differentia inter arbitrum,arbitratorem,& amicabilem compositorem,vide ff.de arbi.l.j.in commento super dicta lege collecto.

18 Sententia seu laudum arbitratorum lata absente, & non citata parte,non valet, vt not.in l.nec quicquam.§. vbi decretum.ff.de offi.procon.& leg.per Bal.

19 Monachi prædicatorum & cæteri religiosi regulares non possunt esse arbitri,nec etiam arbitratores sine authoritate eorum superioris.vt not.Spe.in tit.de arbi.§.sequitur.ver.sed quid de simplici.

20 Clerici etiam presbyteri possunt facere cõpromissum in laicum de rebus prophanis sine episcopi consensu: vt not.gl.ord.extrà de foro compe.c.si diligenti.

21 Compromissum factum cum pœna cum clausula, Rato manente pacto,&c.homologatur silentio decem dierum,& potest inde mandari executioni, vt no.per gl.ff.de arbi.l.ij.& de re iudi.l.ait prætor.in prin.per Bar.

22 Cùm quæritur, vtrum de re super rebus ecclesiasticis possit in laicum compromitti: Distingue : quia aut quæris de rebus ecclesiasticis mere ciuilibus & temporalibus,& potest etiam sine consensu superioris:argu.à contrario sensu,extrà de arbi.c.contingit. aut mere spiritualibus,& potest de authoritate Papæ,etiam in solum laicum.xxxij.dist.§.verum.& adhoc cum gl. De authoritate verò ordinarij, vel delegati potest compromitti in laicum & in clericum simul:argu.extrà de arbit. capit. per tuas. Sed non in solum laicum, vt not.Ioan.And.extrà de appel.c.de legitima.lib.vj.ita not.per Henr.Boich in dicto c.contingit,&c.

23 Arbiter potest ferre sententiam secundum quod sibi videbitur, quamuis non secundum leges, vt ff.de arbit.l. qualem.& ibi not.per gl.ordi.nam licitum est arbitris in eorum sententiis leges transgredi : vt ibi,& not. extrà de consti.c.j.per Inno.gl.mag.in fi.

24 Si fuerint duo arbitri, tantum vnus eorum in absentia alterius procedere non potest, nisi appareat contrarium ex forma compromissi:argu.extrà de iudic.cap.fina. lib. vj.per Ioan.Andr.Si verò fuerint tres vel plures, vno absente & legitimè requisito, poterũt cæteri procedere:aliàs non, vt in d.c.fi.lib.vj.& ita not. extrà de offi.deleg.c.prudentiam.per Henr.Boich in j.dist.in fi.

De materia huius rubricæ, vide infrà in ver.expen.& in ver. executio.& in ver.appellatio.

7 *Delegatio, & delegare.*

1 EPiscopus non potest causas spirituales laico committere seu delegare:vt not.extra de arbi. cap.contingit. per glo.ordi.sed bene causas ciuiles:vt not.extrà de iudi. c.decernimus.per Ber.& Host.& extrà de offi. deleg.c.P. & G.per Henr.Boich.

2 Iudex,cui commissa seu delegata est causa appellationis simpliciter, potest de nullitate sententiæ cognoscere, vt not.de appel.gl.ord.lib.vj.per Archi.

3 Delegatus ad causam appellationis interpositæ ab interlocutoria approbata appellatione, quod sit iusta, cognoscet de principali:argu.c.vt debitus.de appella.& de rescript.cap.ex literis.& ita notatur in allegato c.vt debitus.per Innocen.

4 Delegatus à quocũque cũ adiectione, quòd possit subdelegare, potest subdelegare.arg.ff.de ser. rusti.prædio.l. cum certi.§.fi.de offi.deleg.c.is cui.& ff.de iurisdict.om. iudi. l.solent.& ibi not.Bal.& not. de procura.c.j.lib.vj. per Io.And.Cy.tamen in l.à iudice.C.de iudic.cõtrà Ange.concor.opi. vide in meo alphabeto.

5 Si alicui mandetur, quod audiat causas subditorũ simpliciter, non adiectis, Authoritate nostra, vel aliquo simili, dicitur iudex ordinarius non delegatus ad vniuersitatem causarum.ex qualitate enim commissionis cognoscit quis ordinarius vel delegatus, vt not.de officio ordi. cap.licet.per Innocen.

6 Iudex delegatus, qui absoluit reum ab inepta petitione, potest nihilominus seriâ inepta petitione actione proposita de nouo cognoscere quia per talem absolutionem non dicitur functus officio suo:not.tit. de offi. iudi.§.de seruis.ver.sed quid si proponis.in Spec.

7 Delegatio facta ad vniuersitatem causarum, per exercitium iurisdictionis factum in vna causa, perpetuatur in omnibus, vt not.ff.de iurisdict.om.iudi.l.& quia.per Barto.& in Specu.tim.de leg.§.finitur.ver.Io.Fab.tenet contrarium, Instit.manda.in princi.quod puto verius. Henric.de Bouer.& ibi vide.

8 Iudex delegatus, cuius iurisdictio est tacitè reuocata per impetrationem secundi rescripti, si pronũtiauit se iudicem competentem, valebit processus per ipsum posteà factus, nisi appelletur:vt not.de rescriptis.capitu.cæterùm.per Innocen.

9 Delegatus ad vnam causam potest vnum articulum illius causæ subdelegare.c.cum Bertoldus.extra de re iud. & c.super quæstionum.§.j.de offi.delega. clemen.j.& ibi hoc communiter notant Cano. eo. titu.& communiter doct.in l.& quia.ff.de iuris.om.iudi.Spec.in titu.de offic. iudi.deleg.§.j.versi.sed nunquid delegatus. dicit se tenere, quod non possit propter generalitatem l.à iudice.C. de iudic.Host.in summa.de offi.delega. dicit, quod bene potest subdelegare vnum articulum, qui sit meri ministerij, putà, examinare testes : sed si ille articulus contineat aliquid iuris, non potest.& cum Host.transit Ange.in l.& quia.ff.de iurisdi.om.iudi.

10 Delegatio poteſt probari per teſtes, poſtquàm fuit literatoriè ſemel præſentata: alias verò ſecus, vt not. de priuileg cap. cum olim. per Innocen & titu. de probatio. verſicu. ſed nunquid. in Specul. & vide l. in concluſione. quæ incipit, Delegatio.

11 Ille, qui ſcienter cognoſcit de cauſa, quam alteri delegauit, videtur tacitè reuocare delegationem. de conceſſ. præbend cap. diuerſitatem. ita not. cap. intimaſti. de appellatio. per Innocen.

12 Delegatus debet inſerere in citatorio tenorem ſuę commiſsionis: not. Spe. titu. de cita. §. ſequitur. verſi. vtru. alias citatus cùm eo non tenetur comparere, nec alias ſuis mandatis parere vt de offi deleg. c. cum in iure peritus. & not. C. quomodo & quando iu. in auth. qui ſemel. per Cy.

13 Examinatio teſtium non poteſt ſubdelegari, vt not. de re iudi. c. cùm Bertoldus. quod eſt verum, niſi de expreſſo conſenſu partium: vt not. Innoc. de teſtib. c. cùm cauſam. circa quod vide per Ioan. And. de offi. deleg. c. j. in cle.

14 Delegationes non ſunt acta iudicij, quia fiunt ſine cauſæ cognitione, & partibus præſentibus: & ideo probantur per ſola ſigilla delegantium, vt not. in c. quoniam contra. de probat. per Inno. & de offi. delega. c. ſi à ſubdelegato. lib. vj. per Archid.

15 Per ſolam decretationem citationis perpetuatur iuriſdictio iudicis delegati, intantum quòd mortuo delegante non expirat eius poteſtas: vt not. extrà vt lite pendente. ca. fina. in clemen. per docto. gloſſ. eſt contraria in l. & quia. ff. de iuriſdi. om. iudi.

16 Si ſint plures delegati ad vniuerſitatem cauſarũ, quilibet intelligitur inſolidum delegatus: vt not. ff. de regul. iur. l. ſi vnus. per Barto.

17 Inter commiſsionem facti, & iuriſdictionis hæc eſt differentia: quia vbi committitur factum, cõmiſſarius non fungitur officio ſuo, niſi faciat cum effectu: ſed vbi committitur iuriſdictio, fungitur officio ſuo etiam per ſententiam inutilem, ſecundum Inno. in cap. ex literis. de offic. deleg. vt refertur & notatur ff. quod cuiuſque vniuer. l. nulli. §. decuriones. per Bal.

18 Licet delegatio ſit nulla, tamen ſi iudex delegatus aliàs habeat cognitionem cauſæ ſibi delegatæ, valet eius proceſſus: vt not. C. qui pro ſua iuriſd. l. j. per gl. ord. cõtra notata extrà de teſta. c. j. per Henr. Boich.

19 Delegatus ordinarij lite conteſtata poteſt ſubdelegare: tenet gl in l. & quia. ff. de iuriſdictio. omnium iudic. in l. legatus. ff. de offic. proconſu. & leg. in l. fina. C. vbi & apud quem. Sed Cyn. in l. à iudice. C. de iudi. Guliel. Bar. & communiter docto. in dicta l & quia. dicunt contrarium, per l. iudicium ſoluitur. ff. de iudic. & propter generalitatem dictæ l. à iudice.

20 Si iudex committat cauſam ordinario in forma iuris communis, non dicitur noua commiſsio, ſed ſui officij exhortatio: ſecus ſi extra formam iuris communis. argu. cap. cum aliquibus. de reſcrip. lib. vj. vt not. ff. de legi. l. ius inciuile. per Bald. & de officio eius cui manda. eſt iuriſd. l. ſi prætor. per Iaco. de Beluiſio.

21 Quando ſcribitur alicui, expreſſo proprio nomine & dignitatis, commiſsio intelligitur facta perſonæ tantum, & non dignitati: vt nót. Archidiaco. extra de reſcript. capi. ſtatutum. lib. vj. & ſic expirat re integra morte delegati: vt not. extrà de officio deleg. cap. quoniam Abbas. per Henric. Boich.

22 Delegatio vniuerſalis debet probari per ſcripturam. C. de mandatis princ. l. j. & etiam particulariter, ſi pars ab initio hoc requirat. Si verò hoc non requiſierit, & iudex ſic ſub ſilẽtio tranſierit: poterit poſtea per teſtes hoc probari. in authen. in medio litis. §. quia verò. & ita not. ff. de offi. præſi. l. nec quicquam. §. vbi decretum. per Bal. & hoc verum, dum tamen dicti teſtes deponant, quòd reſcriptũ delegationis fuerit in iudicio exhibitum præſente parte, & publicatum, ſeu in actis publicis redactum. argu C. de re iudic. l. geſta & de teſtamen. l. publicati. & extra de priuileg. cap. cùm olim. & not. extrà de offic. delega. c. cùm in iure peritus. per Henr. Boich, circa medium ſuæ diſtinctionis. ver. & vtrum. vide de hoc Specu. titu. de proba, §. videndum. ver. ſed nunquid.

23 Ex reſcripto delegationis ad litem, non quæritur iudici delegato iuriſdictio à tempore datæ, ſed demum à tempore præſentationis ipſius reſcripti: vt not. extrà de reſti. ſpo. per c. ex conquæſtione. per Inno. & Hoſt. intantum quòd proceſſus per talem iudicem antea factus non confirmatur per præſentationem reſcripti factam poſtea. vt no. ff. de iuriſ. om. iud. l. eum qui. per Bal.

24 Per reſcriptum commiſsionis ab actore impetratum, & iudici delegato præſentatum, poteſt reus petere à iudice vt procedat etiam vigore illius, etiam actore inuito. Et præſertim ſi ad inſtantiam actoris fuerit inde contra reum ſecuta citatio: vt not. extrà de reſtitu. ſpol. c. ex conquæſtione. per Hoſt. & Henr. Boich.

25 Delegatus principis poteſt cauſam criminalem ſubdelegare. glo. pro hoc eſt in l. vnica. C. qui pro ſua iuriſdi. iudi. dare po. & illam gl. ſecuti ſunt Gul. de Cun. And. de Piſis, & Bar. mouentur primò per d. l. vnicam Secundò per l. à iudice. C. de iudi. quæ loquitur indiſtinctè. facit ratio, quia licet cauſa criminalis ſui natura non delegatur, vt l. j. ff. de offi. eius cui manda. eſt iuriſdict. tamen poſtquam cœpit delegari per principem, mutauit naturam, & cœpit delegabilis fieri. facit ad hoc text. in l. j. in fi. C. de impo. lucra. deſcrip. l. pater. §. quindecim. ff. de leg. iij. reperio addi. Fran. in dicta l. vnica. in contrarium eſt Iaco. de Ra. Pet. Cy. Iaco. de Are. Mar. Sylla. & Albe. tenent ſimiliter contrarium. mouetur, quia princeps videtur elegiſſe induſtriam delegati. c. ſi. de offic. delega. ergo non poteſt per alium expediri. l. inter artifices. ff. de ſolut. præterea, quia ordinarius quantumcũque magnus non poſſet delegare: ergo nec iſte delegatus principis, conſequentia tenet quia vterque habet iuriſdictionem à principe. l. j. ff. ad legem Iul. de ambi. & hæc eſt tutior ante factum: poſt factum verò ſuſtineretur delegatio propter authoritatem gl. roboratam à tot præſtantibus doct. G. H.

8 *Reſcriptum, & priuilegium.*

1 PEr reſcriptum impetratum contra homines talis loci, non poteſt conueniri vniuerſitas, ſeu collegiũ, ſed tantum ſinguli & particulares perſonæ. vt not. extrà de reſcrip. c. cum in multis. lib. vj. & facit quod not. C. de ſacroſan. eccle. l. j. iiij. q. per Cy.

2 Reſcriptum delegationis ad lites extenditur ad ſucceſſorem vniuerſalem actiuè & paſsiuè: ſed non porrigitur paſsiuè contra ſingularem ſucceſſorem, vt ex eo ſingularis ſucceſſor poſsit conueniri, vt not. extrà de reſcript. cap. ſignificauit. per Ioan. Andr. & Henr. Boich. & ibi vide diſtinctionem ſuam.

3 Per ſuperuenientem repræſentationem reſcripti delegationis non confirmatur proceſſus iudicis delegati, qui propter defectum præſentationis literarum ipſius reſcripti erat nullus. vt not. per Innocen. & Hoſtien. extrà de reſtitu. ſpol. c. ex conquæſtione. vt refert & ſequitur Bald. ff. de iuriſ. om. iudi. l. eum qui.

4 Secundum reſcriptum non faciens mentionem de primo, non eſt ipſo iure nullum: ſed ope exceptionis adnullãdum. vnde opus eſt quòd obiiciatur à parte: valet aliàs proceſſus eius vigore factus. extrà de reſcrip. c. ſuper literis. & cap. plerunque. itaque not. Inno. eo. tit. c. cæterum. & per Hoſt. in ſumma.

5 Iuriſdictio iudicis ſubdelegati per mortem delegantis non perit ipſo iure, ſed ope exceptionis. not. Archid. extrà de offi. delega. c. ſi à ſubdelegato. lib. vj. & in alleg. ver. item per mortem. in ſumma, per Hoſt.

6 Non valet reſcriptum per quod quis impetrauit iudicẽ lite pendente non facta de ipſa lite mentione. extrà de reſcrip. c. cæterum. & c. ſuper literis. verſi. ſi verò. eo. titu. & extrà vt lite pendente. per totum. & not. in dicto ca. ſuper literis. per Henr. Boich.

7 Licet iudex delegatus pronuntiauerit reſcriptum falſum eſſe verum, non ideo magis valet proceſſus prætextu dicti reſcripti factus, cum pronuntians non habuit exercitium iuriſdictionis ipſo iure: vt not. in ca. ſuper literis, extrà de reſcrip. per Inno.

8 Si princeps concedat alicui reſcriptum immunitatis, poſitio priuilegiati de totali ſumma per vniuerſitatem

debita

debita contrahitur, nec ceteri ex beneficio principis onerantur. arg. C. de emanci. libe. l. nec auus. & de censi. l. antepe. & fi. li. xj. & no. Spe. ti. de censi. §. ij. versi. quid vniuersitas. & not. extrà de immuni eccle. c. peruenit. per Host. Ioan. And. & Hen. Boich. & ff. de pactis. l. si vnus. §. sed si generaliter. per Bal.

9 Remoto priuilegio remanet quis in iure communi. ff. de excu. tu. l. & milites. in prin.

10 Si contra rescriptum opponatur exceptio mandati, impetrans necesse habet probare se rescriptum per veras preces impetrasse, licet opponens si velit, possit contrarium probare. C. si contra ius vel vtili. pu. l. præscriptionc. & ita not. tit. de exce §. ij. ver. licet autem. in Spe.

11 Princeps potest alicui concedere publica flumina. arg. ff. de rerum diuis. l. sacra. §. sciendum. & not. eo. titu. super rubr. per Bald. versi. sed quæritur an.

12 Hæc verba posita in rescriptis, suis exigentibus meritis, vel seruitiis &c. faciunt rescriptum transire in vim contractus. ff. de decre. ab or. faci. l. ambitiosa & ibi not. per Bal.

13 Per verba posita in rescripris, ex nostra plenitudine potestatis, princeps videtur supra ius dispẽsare. extrà de concessio. præben. c. præposuit. extrà de re iudi. c. pastoralis. in cle. si. de lega. iij. l. fideicom. §. quanquàm.

14 Non valet rescriptum impetratum contra ius positiuum in casibus, in quibus impetratio specialiter prohibetur. C. de postulan. l. nemo. & de sacrosan. eccle. l. iubemus nullà. cum si. nisi appareat de certa scientia principis: vt putà, quia secunda iussio interuenit. ar. no. per Io. And. extrà de rescri. c. si. l. vj. in penul. glos. In casibus verò in quibus nõ specialiter, sed tantùm generaliter prohibita impetratio si neminẽ lædat, valet distinctè. C. de preci. impe. offe. l. rescripta. in fi. Si verò aliũ lædat, modicè tamen, valet indistinctè: vt extrà eo. titu l. quoties Si verò enormiter, seu grauiter lædat, non valet: vt d. l. rescripta. nisi habeat clausulam derogatoriam specialiter: vt quia dicat, Non obstante tali lege: vel generaliter, vt quia dicat, Non obstante aliqua lege: argumen. ff. de legat j. l. siquis in principio testamenti. in princip. quia tanti valet genus quo ad omnia, quãtum genus quo ad speciem. ff. de leg. iij. l. si chorus. in princip. C. de præscriptione xxx. vel xl anno. l. siquis. vt notatur extrà de officio. c. ex parte. per Henric. Boich. Et idem si appareat ex confessione cõcessa principi, quod derogare voluerit iuri: vt not. per gl. ord. in dicto c. ex parte. & hoc, si est cõtra vtilitatem priuatam: si verò rescriptum sit contra vtilitatem publicam, expectanda est secunda iussio. hoc notant doctores. C. si contra ius vel vtilitatem publicam. l. si secundum Hen. Boich, vbi suprà.

9 *Citatio, & peremptorium.*

1 Citatio debet fieri ad instantiam partis, vt notat Specul. titulo de citat. §. iiij. versic. illud etiam nota. aliàs verò nisi ita reperitur in processu descripta, processus esset ipso iure nullus: vt notatur ff. de damno infecto. l. si finita. §. Iulianus. per Bar.

2 Citatio, quòd quis personaliter compareat etiam in casu, in quo potest personaliter citari, non valet, nisi in ea comparationis personalis exprimatur causa, vt notat Cynus post Petrum in l. fi. C. de procuratoribus.

3 Citari non potest sine venia pater sacri fonos: argum. ff. de in ius vocando. l. si libertus. in glo. secundum Guliel. de Cu & Bal. ibidem.

4 Citatio non petita venia, in qua exprimitur vitiũ qualitatis personæ citatæ, nulla est ipso iure: secus si citatio fiat simpliciter non expresso vitio: vt not. Innoc. extrà de dilat. c. præterea. & post eum in l. quamuis. ff. de in ius voc. per Bald.

5 Citatio, quæ continet manifestum errorem, vel impossibilitatem, seu vitium loci, vel temporis, non valet ipso iure, nec arctat citatum, vt colligitur ex his quæ notantur in dicto cap. prætereà. per Inno. de dilat.

6 Citatio, quæ est contra, vel præter ius commune, non valet, nec arctat citatum, nisi sit iustificata per causam, vt colligitur ex notatis per Innocent. vbi supra, & ita etiam not. post ipsum. ff. de procuratoribus. l. j. §. vsus. per Bald. facit quod notatur infrà in ver. inhibitio.

7 Citatio facta ad locũ notoriè non tutum, est ipso iure nulla, nec arctat citatũ, extrà de re iudi. c. pastoralis. ver. in Pisana. in clem. & ibi text. & idem si sit periculum in itinere: vt not. gl. & Bald. ff. ne quis eum qui in ius. l. ij. §. prætor ait.

8 Citatio facta ad comparendum in loco non tuto, sed non tamen notoriè, valet, & arctat citatum, & debet peti assignatio loci tuti: quam si iudex recuset, à lite potest appellari: extrà de appel. c. ex parte. & ibi not. per Innoc. & Ioan. And.

9 Citatio verbalis potest extra territorium citantis explicari: quod licet fiat ab extra, eius tamen effectus confertur ad infrà, vt C. de epi. & cle. l. omnes. §. verùm si apparitor & ibi not. Cyn. quod est verum in territoriis separatis sub vno tamen principe constitutis: vt alleg. §. verùm si apparitor. aliàs verò secus. extrà de sen. & re iudic. c. pastoralis. in clem. & ita notatur ff. de requi. reis. l. j. per Bartol.

10 Citatio realis, scilicet, per captionem personæ non potest extra territorium explicari: quia habet annexam executionem facti, quæ extra territorium emitti non potest. ff. de bon. auth. iudi. pos. l. cùm vnus. §. si quapropter destinantur literæ requisitoriæ: vt extra de iudi. c. Romana. §. contrahentes. & ita not. in l. extra territorium. per Bal. ff. de iurisdict. omn. iudic.

11 Citatio, in qua non reperitur causa saltim remota, non valet. arg. C. de annali excep. l. fi. & ita not. C. de litis contest. auth. offeratur. in quæstione fin per Cyn.

12 Citatio non interrumpit præscriptionem actore non comparente. quia nisi compareat, non dicitur processus inchoatus, Instit. de pœna teme. lit. §. fi. & ita not. Gul. de Cun. C. de præscript. xxx. vel xl. annor. l. sicut. & post eum ff. de in ius voc. l. i. per Bal.

13 Citatio facta ad domum citati, valet contra eum, qui facta perquisitione non potest in villa personaliter reperiri: & ita debet nuntius referre, aliàs citatio non valeret, vt no. ff. de damno infac. l. iiij. §. prætor ait. per Bar. & no. extrà de dolo & contum. c. j. per Henr. Boich in sua distinctione. ver. aut non dimisit procuratorem, nisi citandus semel fuisset ad iudicium: quia tũc sufficeret ad domum citare: vt C. quomodo & quando iud. authen. qui semel. & ibi not. & ita not. ff. de lib. caus. l. j. § j. per Bar.

14 Citatio facta ad domum nõ sufficit ad sententiam excommunicationis infligendam: quia monitio eam præcedere debet, extrà de senten. excommunic. cap. sacro. not. de eo qui mit. in pos. cap. si aduersa. per Inno.

15 Citatio ad domum non sufficit ad indicendum mulctã citato: quia impositio mulctæ exigit veram contumaciam, & contemptum dolosum. ff. si quis ius dic. non obtẽpe. in rubro & nigro. & quod not. gl. ibidẽ. super ver. interest. in. fi. & Bar. in distin. sua ibidem. Faciũt not. in contrarium in l. diuus. ff. de in integ. rest & in cle. si ante. de dolo, & cõto. de quo per Steph. Cost. in c. venerabilibus. in §. porrò. in primo notabili. de sent. excom. lib. vj.

16 Citatio facta in ecclesia per potestatẽ secularẽ est nulla ipso iure, extrà de immonit. eccles. cap. ij. lib vj. Ibi, processus iudicium &c. Nam citatio est de processu, extra de probatio. cap. quoniam cõtra falsam. & ita not. C. de his qui ad eccle. confug. l. fin. per Ioan. Fab. videtur facere l. præsentis. C. de his qui ad ecclesias confugiunt.

17 Citatio debet esse clara in nomine & cognomine citati, vt not. gloss. ff. de iudi. l. eum quem temerè & ff. de adoption. l. nam ita diuus. per Bal.

18 In facto singularum personarum sunt singuli vocandi, singuli & citandi. extrà de constit. c. cùm omnes. & no. de maio. & obed. cap. humilis. per Inno.

19 In facto generali sufficit generalis citatio. C. de remiss. pig l. si eo tempore. & si mul. se ab hære. abstin. authen. si omnes. & extra de iureiuran. c. ad nostram.

20 In negotio vniuersitatis sufficit requiri rectorem, vel idoneiorem partem: arg. ff. de condit. & demonst. l. municipibus. & in allegato c. humilis. & ibi not. per Inno. Non tamen sufficit citare syndicum, vt not. gloss. ff.

de reg. iur. l. non potest dolo. quod est verum quantum ad hoc propter citationē syndici vel rectoris vniuersitatis, dicitur contumax verè, vt not. in extrauag. ad reprimendum. super ver. citatum. per Bar.

21 Vbi dominus est absens, sufficit citare procuratorem, etiam ante litem contestatam ff. ex quibus causis maior. l. item ait prætor. §. hoc autem. quod intelligo, quando constat quòd procurator acceptauit mandatum. Facit, in iudicio meo, clement. prima, de procuratoribus. quia cum acceptauit mandatum generale, tenetur in omnibus causis defendere, vt ibi.

22 Quælibet citatio vel assignatio ad articulos iudicij explicandos, vel ad interlocutoriam proferendam, intelligitur peremptoria. C. de testi. l. si quando. & auth. ibi pósita. & not. ff. de dāno infec. l. si finita. §. Iulianus. per Bar.

23 Citatus est à iure tacitè monitus, ne recedat sine licentia, sine illicentiatus. ff. de iudic. l. quæsitum. Vnde ab illicentiato receden. pars postea comparens probans se fuisse legitime impeditam, petere potest sibi expensas refundi, vt not. Inno. extrà de offi deleg. cap. consuluit. Et pars, quæ illicentiata recessit, nō potest petere expensas, vt not. tit. de contu. §. fin. in prin. in Spe.

24 Citari non debet regulariter iudex à quo ad suam sententiam defendendam, extrà de appellationib. c. cum speciali. & ita ibi notat Innocē. & est ratio: quia non agitur cum iudice, sed cum parte, vt notat Innocen. extra de transact. c. de cætero. vt recitat Bald. ff. de his qui notantur infam. l. Lucius. Aliquid latius vide per do. Stephan. Cost. in c. venerabilibus. de sentent. excommunic. lib. vj. in sexto notabili.

25 Citatio per edictum non potest fieri, nisi de speciali commissione Papæ: & tunc solum contra eum, qui procurat ne ad eum veniat citatio: vel ad eius domicilium non potest accedi, vt extra de iudi. c. j. in clem. & vide not. extra de dolo & contu. per Hen. Boich.

26 Quando incerta persona, cuius interest, citanda est, sufficit citatio per præconem. C. de remis. pign. l. si eo tempore. not. in extrauag. ad reprimendum. super versi. edictum. in fin. per Bart.

27 Si actus iudicij assignatus fieri certa die vel hora, alio tempore fiat, non valet, tanquam factus parte ad hoc non citata. arg. ff. quod vi aut clam. l. si virem. §. fi. & ibi no tatur per Bar. & in l. aut qui aliter. eod. tit.

28 Citatus, quem constat non esse de iurisdictione citantis, nō tenetur cōparere, nisi iudex in citatione exprimat causam talem: quæ si vera esset, citatus sortiretur iurisdictionem citantis, vt notat Inno c. extrà de appel. c. si.

29 Hæc clausula, Si pensaueris te grauatum, compareas iustitiam recepturus, &c. non habet vim citationis, sed simplicis admonitionis, vt not. ff. de officio procou. & lega. l. nec qui quam. § si decretum. per Bal. Dicitur tamen tenere idem Bal. C. commin. vel epistol. in rubrica, quòd si compareat talis, resoluitur mandatum in vim simplicis citationis.

30 In bonorum possessione, quæ fit ex edicto diui Adriani, debet fieri citatio nominatim, quando est certus aduersarius. ff. de ven. inspicien. l. j. §. penultimo. aliàs sufficit generale programma. C. si vtse ab hæred. abst. auth. si omnes. & C. de remis. pign. l. si eo tempore. vt notatur ff. de bo. l. à municipibus §. fi causa. fi. quæstione. per Bart. Et idem est in confectione inuentarij, quando sunt certi & specifici creditores: aliàs sufficit generale programma per iura prædicta: vt notatur C. de iure delib. l. scimus. in secunda columna, per eundem Bart.

31 Citatio facta ad domum ad videndum iurare testes, non sufficit, nec valet: sed debet fieri ad propriam personam partis aduers. quia necessaria est vera contumacia non præsumpta: vt notatur C. de testibus. authent. si quis. per Dyn. & Bart. de Saliceet. & extrà de regulis iuris. cap. præsumitur. libro vj. per Ioan. Andream in Mercurialibus.

32 Citatio realis per captionem personæ non debet fieri in ecclesia. C. de his qui ad ecclef. confug. l. præsenti. sed bene potest fieri verbo, vel per literas in ecclesia authoritate iudicis secularis: vt not. Guli. de Cu. & Bal. post eum, ff. de in ius vocan. l. plerique. & C. de sacrosanct. ecclesi. l. nemo.

33 Si iudex ordinarius exprimat causam talem in citatione, per quam, si vera esset, reus sortiretur eius iurisdictionem, tenetur comparere: putà, quia dicit, quòd: cus in eius iurisdictione contraxit, vel deliquit, vel, res de qua agitur, est ibi sitnata, &c. & siue causa expressa sit vera, siue nō: alias iudex poterit contra eū procedere, tanquam contumacē, vt not. extra de dila. ca. preterea. per Inno. in glo. magna, super ver. si autem in citatione. & versi. sed si postquam veniret. & extrà de iudi. c. j. per Henr. Boich.

34 Citatio facta ad diem vel locum incertum non valet, extrà de rescript. cap. fin. gl. & ibi per Bar. & extrà eodem titu. cap. statutum. §. in nullo. l. b. vj. & ibi per Archid. fallit in Papa & Imperatore, qui possunt citare partes ad loca incerta, in quibus fuerunt: quia de dictis locis, vbi fuerunt, communiter dubitari non potest. lxxxiiij. distinct. c. j. & ij.

De materia huius rubricæ, vide infrà, in ver. inhibitio.

Dilatio, & feriæ.

1 Dilatio pendens reddit processum ipso iure nullum, vt notat glossa ordinaria. ff. de feriis. l. j. per quam repetitur intellectus l. à procedente. C. de feriis. vt recitatur super dicta glo. per Baldum.

2 Licet pendente dilatione, officium iudicis eòquiescat, alleg. l. à procedente. attamen nihilominus iudex potest prima dilatione durante dare aliam dilationem, quæ incipiat post terminum primæ dilationis: vt not. ff. de acquir. hæred. l. quandin. per gloss. ordin. & latius per Bar.

3 Vnica tamen dilatio debet dari ad reprobandum testes, extrà de proba. c. licet. & de testib. c. licet dilectus.

4 Omnes dilationes ex causa arbitrariæ sunt, secundum Azon. Tempus à lege datum prætor producit & arctat: vt not. Hostien. in summa titu. de dilat. §. quis ipsas. ver. fi.

5 Tempore feriarum introductarum ob fauorem hominum potest fieri executio sententiæ, extrà de indic. c. fi. & ita etiam not. ibidem per Ioan. And. in casu summario.

6 Pro quærendo aduocatum datur dilatio ante litem motam, sed non post, nisi causa cognita: vt puta, si aduocatus sit mortuus, vel sit absens: vt not. C. de postul. l. velamento per Cyn.

7 Pendente vna dilatione, potest dari per iudicem alia super alio articulo non præiudiciali primæ dilationi: vt si fit data dilatio ad probandum per testes, potest alia dari ad probandum per instrumenta C de re. credi. l. generaliter. §. nullo. itaque not. ff. de re iudi. l. qui pro tribunali. per Bar.

8 Finita causa dilationis finitur dilatio. ff. d. acqui. hæred. l. si quis hæres. vnde si iudex assignet alicui terminum trium dierum ad respondendum positionibus, & ille sic assignatus respondet in prima die, potest statim iudex procedere non expectato fine primæ dilationis, vt no. in alleg. l. si quis per Bar.

9 Si actor in prima dilatione fecerit testes citari, licet non lnerit institicari, dabitur sibi secunda dilatio ad producendum illos testes, in quibus producendis fuerit sollicitus & diligens in prima dilatione, argu. ff. de iureiuran. l. admonendi. & etiam no. ibi per Bart.

10 Vtrum dies termini seu dilationis computetur in dilatione, distingue, aut ponitur in assignatione A, vel ab, & tunc non computatur: quia dictæ dictiones sunt exclusiuæ. ff. de actioni. empt. l. Ratio §. fi. Secus verò si apponitur dictio hinc: quoniam denotat extremitatem temporis. argu. ff. de condi. & demon. l. iiij. §. fi. & per eam fieret computatio ab hora datæ dilationis de impedimento ad momentum. arg. ff. de ver. obli. l. eum qui Calendis. & ff. de censi. & not. ff si quis cau. l. j. per Iaco. Burrig Aut assignatio fit simpliciter: & tunc aut terminus statuitur à mane, & tunc computatur in dilatione: quia tunc fit computatio de momento ad momentum. ff. de minori. l. iij. §. minorem. & not. C. de ap. auth. hodie. si verò statuitur à iudice, non computatur in dilatione. extrà de excep. c. pia. & de resti. spolia. ca. frequens. lib. vj. & ibi glo. itaque not. in l. j. ff. si quis cautio. per Bal.

Test

11 Testis potest assignare æquè ferias sicut & pars, & etiam aduocatus, vt no. ff. de feriis. l. j. per gl. ordi.

12 Die feriato potest dari libellus per actorem, & exceptiones per reũ pati modo. ff. de adul. l. miles cum adultero. §. sexaginta dies. & ibi not. per glos. ordina. & latiùs per Bar. iunge infrà in vet. appellatio. in quæstione quæ incipit, sufficit, &c.

13 Finita dilatione data ad probandũ, adhuc admittitur probatio intra paucos dies per modum purgationis moræ. vt no. ff. de feriis. l. fin. per Bal.

14 Contra fugitiuos [a] & suspectos de fuga proceditur de
a facto sine citatione: & feriæ non seruantur, vt not. ff. qui satisda. cogan. l. si fideiussor. §. fi. per Bal.

15 Ille qui obtinuit sibi dari aliam dilationem, quæ propter æqualitatem seruandam communis efficitur, vt C. de tempo. in integ. restitu. l. penulti. non potest illi dilationi renuntiare in præiudicium aduersarij, cui fuit communicata. ar. ff. de adoptio. l. si arrogator. & ita ibi not. per Bal. fi. q.

16 Licet plures dilationes dari non debeant ad probandum, nisi cum causæ cognitione, scilicet impedimento allegato, & probato intelligitur. l. fi. ff. de feriis. attamen, si iudex eas de facto dederit sine causæ cognitione, nihilominus valent: quia iudex potest gratiam dilationis facere de benignitate. extrà de offi. deleg. c. consuluit. & quod not. Instit. de verb. oblig. §. j. & quod not. Innocen. extrà de eo qui furt. ord. susce. c. innotuit. & etiam ibi nota. & in alleg. l. fi. per. Bal.

17 Non debet alicui dari dilatio ad quod venire debebat instructus: vtpote actori ad producendum rescriptũ, vel libellum, seu procuratorium mandatum: ar. C. de dila. l. si quando. & ita etiam not. ff. eod. tit. l. fi. per Bar. & Bal.

18 Vtrum tempus à iure statutum possit per iudicem abbreuiari, vel prorogari? Dic plene extrà de offic. dele. c. de causis. per Henr. Boich, in prima dilatione.

ADDITIO.

a Contra fugitiuos. Fugitiuus potest capi quolibet die, etiam feriato in honorem Dei. gl. est singu. in verb. fideiussion. in l. dies festos. C. de feriis. quam pro singulari & communiter approbata ibi commendant scribent. præsertim Bald. & hoc procedit etiam si esset dies natiuitatis Domini, secũdum notab. dictum Bald. in c. vlt. col. vlt. de feriis. quod commendat Ias. in l. vinum. col. 3 ff. si cert. petat. & consuluit Ancharan. cons. 123. ad fin. Et prædicta procedunt etiam lite pendente, secundum gl. in l. ij. vbi doct. ff. de feriis. & ita dixit Angel. in l. si ab arbitro. §. j. ff. qui satisdar. cogant. & pro singul. sequitur Angel. Aret. §. j. versic. in ead. gl. in fin. not. secundum Bal. & versic. quæritetamen hic Dynus. & versic. in quibus locis. Instit. de actio. & ibidem etiam Ias. versic. vltimò circa prædicta. vbi latissimè prosequitur. & idem Ias. post Bald. Imol. & Moder. in l. ij. in princip. col. penult. versic. vltimò ex ista gloss. ff. solut. matrimo. & in l. apertissimi. col vlt. C. de iudic. Alexand. cons. 19. visu processu. lib. 3. Dec. consil. 75. versic. tertiò, quia ad hoc. Cacialup. in tract. de debitur. fugit. in vj. quæstio. princip. Sed hæc recipiunt singularem limitationem, non procedere in illo, qui vellet aliquem fugitiuum in carceribus detentum recommendare, vel sequestrare: quia hoc non potest die feriato fieri. ita singular. Bald. in authen. & qui iurat. col. iiij. versic. quæro, pone dictum statutum. C. de bon. authos. iudic. possidend. cuius decisionem pro singul. ita consulendo sequitur Alexand. consil. 159. circa primum. in ij. dubi. lib. ij. Ias. in l. si fideiussor. §. vlt. col. pen. ff. qui satisdar. cog. Felin. in c. vltim. col. vltim. de iudic.

11 *Cautio, & fideiussio.*

1 Clericus non est legitimus defensor pro laico in iudicio singulari conuento, licet de iudicato soluendo paratus sit satisdare: arg. ff. de procur. l. neque fœmina. & ibi not. glos. ordinar. & not. Specul. tit. de primo decreto. §. restat. versic. quid si dominus. Itaque etiam not. in alleg. l. neque. per Bald.

2 Filiusfamilias non potest esse fideiussor iudicij. Nam fideiussor Iudicij debet esse talis, qui possit firmare iudicium. ff. qui satisdare cog. l. ij. §. j. secundum vnum intellectum. & ita not. Bald. Licet in contractibus possit esse fideiussor sine authoritate patris, vt C. quod cum eo. l. nulla.

3 Debitor in diem, qui tempore obligationis contractæ erat iam suspectus de impotentia non soluendi, non cogitur præstare cautionem. l. in omnibus. ff. de iudiciis. quoniam creditor, qui cum tali iam suspecto contraxit, habet quid sibi debeat imputare. ff. de priuileg. creditor. l. si creditores. versicul. cæterùm. & ita notatur ibi per Bartolum.

4 Debitor in diem tenetur cauere, si habet dilationem ex diffinitione testatoris vel legis: Si verò habeat dilationem ex dispositione inter viuos, seruat determinationem l. in omnibus. suprà alleg. not. per Cy. C. de precibus imper. offerend. l. vniuersa. quod modifica iuxta limitationem conclusionis præcedentis. De ista materia distinguitur extrà de solution. cap. Odoardus. per Henric. Boich secunda distinctione.

5 Ille, cui relictum est aliquid ad tempus, similis est vsufructuario: & ideo cauere debet de restituendo rem sine deteriotatione, quemadmodum vsufructuarius, vt not. in summa, tit. de vsufruct. §. qualiter. vers. sed quid si testator. per Hostien.

6 Laicus fideiussor clerici potest conueniri coram iudice suo seculari, licet clericus principalis debitor ibidẽ conueniri non possit, vt notatur tit. de compe. iud. adi. §. j. versic. sed pone, clericus. in Specul.

7 Fideiussor datus per clericum in iudicio seculari conuentum nullatenus obligatur: argu. ff. si quis cautio. l. si seruus. in princ. & l. quoties. in fi. & not. per Pet. Iacob. in tit. de arbo. de succes. regni Franciæ, circa medium. ver. Item fideiussor. nec confirmatur talis inualida fideiussio per quamcunque adiectionem, per argu. ff. ad leg. Falcid. l. Seius & Augerius.

12 *Contumacia, & mulcta.*

1 Non plura præcepta, & per consequens non aliàs plures contẽptus, seu contumaciæ reputantur, si circa idem fiant eodem contextu temporis, vt no. ti. de contuma. §. quarto. ver. sed pone. in Spe.

2 Propter contumaciam procuratoris comparatur dominus primum decretum. not. ti. de primo decreto. §. restat. ver. sed quid si reperiatur. in Spec. Et etiã secundum decretũ maximè post litem, vt no. ff. si quis ius dicen. non obtem. l. j. §. si procurator. per Bal. post Iacob. Butrig.

3 Propter contumaciam procuratoris condemnati, dominus non perdit beneficium appellandi: quoniam cùm procurator non possit expressè renuntiare appellationi in præiudicium domini, igitur per consequens nec tacitè: scilicet contrahendo contumaciam, itaque no. in alleg. §. si procurator. per Bal.

4 Maior est contumacia in illicentiatè recedente, quàm non comparente: vt not. extra de offi. deleg. cap. consuluit. & de pœnis. c. per calumniam. & de iudi. c. j. vtrobique Inno.

5 Si iudex vel arbiter non venit ad locum assignatum, pars non comparens non debet contumax reputari: vt not. titul. de arbit. §. differt. versic. Item quid si arbiter. in Specul.

6 Propter contumaciam partis nõ comparentis nõ soluitur arbitramentum, seu compromissum arbitratorium, cùm sit quidam contractus seu transactio, in qua nõ fit vera nouatio: licet pœna committatur. ff. de transact. l. qui fidem. itaque no. ff. de offi. procons. & leg. l. nec quicquam. §. vbi decretum. per Bal.

7 Propter contumaciam procuratoris dominus haberi potest pro confessato in interrogatis quæ fiunt ad litis præparationẽ. ff. de procur. l. non solùm. in prin. Et etiam in positionibus quæ fiunt post litem contesta. ad veritatis indaginem, vt extrà de confes. c. ij. lib. vj. licet non quo ad litis contest. quoniam litis contestatio non fit per contumaciam: vt not. infrà, sub ver. litis contestatio.

8 Delegatus ab ecclesiastico iudice etiam a Papa, habet tantummodo censuram ecclesiasticam: & ideo nõ potest

mulctam imponere pecuniariam.Secus est in iudice ordinario ecclesiastico,quoniam ipse potest mulctam pecuniariam imponere:ita no.titu.de sen.& mulcta.§.quis pos sit.per Host.in summa.

9 Minores,mulieres,& rustici excusantur à mulcta,seu pœna præcepti infracti arg.ff.de eden.l.j.§.fi.quoniã tales personæ præsumuntur potius imbecillitate quàm dolosè per contumaciam iudici non parere,vt ibi no.per Bal.

10 Licet Episcopus possit haberi pro confesso propter cõtumaciam,vt extrà de confes.c.ij.lib.vj.non tamen potest haberi pro confesso,vt no.ibi glo.ordi.Ioan.And.& nor. ff.si quis ius dicen.l.j.§ iudicium per Bal.

11 Iudex potest facere in die assignata gratiam parti,contumaciam expectando eam ad diem sequentem:Nec requiritur ad talem actum per iudicẽ explicandum,noua partis contumacis citatio.extrà de officio deleg.c.consuluit.& no.tit.de dolo & contu.§.qualiter.versi.per Host. in summa.

12 Reus cõparẽs potest petere q̃ absoluatur ab instãtia iudicij contra actorẽ cõtumacẽ.per quã absolutionẽ petibũt acta omnia iudicij.ff.de iudi.l.& post edictũ.& C.de iud. l.properandum.& ita per talem absolutionem irritabitur litis contestatio,& actor condemnabitur in expensis: & ideo necesse est eum ad hoc citari,& potest peti talis absolutio etiam ante lit contesta.C.quo & quã.iu.in auth. qui semel.& melius ij.q.iiij. quod vt prædicta notantur extrà de off.deleg.c.consuluit.per Inn.Ioan.An.& latius per Hen.Boich.

De materia huius rubricæ,vide infrà in verb.appellatio.

13 *Excommunicatio,cessus,& interdictum.*

1 QVi scribit excommunicato,sententiã excõmunicationis incurrit,vt not.extrà de sen.exc.c.constitutione.libro vj.in glo.ordi.per Ioan.And.& est ratio:quia per organum scripturæ quis videtur loqui absenti.ff.de leg. j.l.miles ad sororem.in princip.

2 Laicus sine metu excõmunicationis potest capere clericum delinquentem,vt eum ad iudicẽ suum ducat,vt not. ff.de fur.l.si quis in seruitute.per Bar.sed non debet eum detinere vltra xx.horas,vt colligitur ex not.in l.capite quinto.ff.de adult.per Bar.

3 Iudex excommunicatus occultè,potest ferre sententias in propatiis.extrà de re iud.c.ad probandom.& ita intelligi debet,quod not.innoc.de sen excom.c.si verò.Sed nõ potest proferre sententias excommunicationis, vel alias procedẽtes à claue,cùm per excommunicationẽ sit sibi substractum prælationis officium.xxiiij.q.j.audiuimus.& ita not.extrà de te iudic.c.pastoralis.in clemen.per G.

4 Excommunicatio requirit causæ cognitionẽ.ij.q.j.nemo.& ita not.extrà de offi.deleg.c.nouit.per Innoc.

5 Percutiens ignorans percussum esse clericum,non est excommunicatus:arg.extrà de sent.excom.c.si vero.vt not. eo.tit.c.cùm non ab homine.per Innoc.

6 Excommunicatus pro contumacia debet prius quam absoluatur,aduersario satisfacere de expensis,vt not.tit. de contu.§.nunc dicamus.ver.sed nunquid excommunicatus.in Spec.

De materia huius rubricæ vide infrà in ver.teconuctio.& in ver.prorogatio.& in ver.notarius.

14 *Absolutio,& relaxatio.*

1 VTrum excommunicatus debeat absolui aduersario absente & non vocato? dic aut est excommunicatus per iudicem ex officio suo sine partis querela seu instãtia, & tunc debet absolui nemine vocato,extrà de appel.c. cum speciali.& not.Ioan.xj.q.iij.excommunicatus.in fin. Aut est excõmunicatus ab homine ad partis instantiam pro crimine,vel manifesta offensa,quod idem est: & tunc debet absolui parte aduersa vocata,quæ habet æstimare offensam,extrà de ver.sig.c.ex parte I.& de feo.excõ.vnde & fac.fan & de eo qui mit.in poss.cau rei ser.c.j.& c.cũ venissent.Aut est excõmunicatus pro cõtumacia:& tũc præstita cautione de stando iuri,& soluẽdo expẽsas parti,potest absolui illa absente,extrà de rescri.c.olim ex literis.& de app.c.qua fronte.Aut est excõmunicatus à iure pro crimine siue manifesta offensa:& non debet absolui,nisi pat te vocata,& ei satisfacto,vel saltem ea contumaciter absente:extrà de sen.excom.c.paroch.& c. ea noscitur.& de vsur.c.cùm tu.xxiij.q.pe.c.pessimã.In casibus tamen præmissis,in quibus non debet fieri absolutio aduersario absente & non vocato:si tamen facta fuerit,tenet:vt nor.Spec. tit.de contumac.§.nunc dicamus.ver.sed pone.& not.extrà de of.arch.cap.cùm ab ecclesiarum.per Ber.& Host. ita not.extrà de offic.deleg.c.cùm contingat.per Henr. Boich.vide circa præmissa c. solet.& c. venerabilibus. de sent.excom.lib.vj.

15 *Sequestratio,& arrestum.*

1 SEquestratio necessaria nõ priuat quem possessione sua: & ideo manus Regis,vel Iudicis non tollit possessionẽ: vt no.C.de prohib.sequest.l.j.in fi.per Archi.& ff.de acqui. pos.l.interesse puto.per Bar.

2 Propter cõtumaciam est permissa sequestratio.extrà de do.& contu.c.ex literis.& ibi no.Inno & C.de prohib.sequestrat.l.vnica.per Cy.

3 Fructus dicuntur ab appellante dissipari,sic vt possit fieri sequestratio,si eos in suos vsus cõuertat:nisi essent tales,qui seruando seruari nõ possent:vt no.extrà de sequestra.c.fi.per Inno.

4 Inhibitio seu præceptum de non alienando,vel baratando rem contentiosam,potest fieri [illegible] mota.ff. de per.hære.l.diuus.& ita not.tit.de emp.& vend.§.versicu.sed nunquid.in Spec.& ff.qui satisda.cog.l.si fideiussor. §.fi.per Bal.

5 In casibus,in quibus est prohibita sequestratio possessionum vel fructuum,quod est regula [illegible] non tollit pernumeratio inuentaria ad [illegible] ndum quantum,& qu[illegible] n percipietur ex fructibus.ff.de ventre in possel.m[illegible] §.c igitur.& ita no.ff.de appel.l.Imperatores.[illegible] per Bal.& ideo agere volens petitione hereditatis potest petere pernumerari,& inuentarisari bona hæred tan[illegible] præscript[illegible] in. inuentaria:vt no.C.de iure fisci.l.facultas per A[illegible]d.de Va.& no.in alleg.l.si fideiussor.§.fi.per Bal.

6 Iudex potest personaliter detinere & arrestare forẽsem, qui ratione rei vel contractus sortitur eius forum,donec cauerit de stando iuri,vel litem fuerit contestatus.arg.ff. de iudi.l.ij.§.fi.& ita notatur extrà de exce.c.præterea.per Inno.secundum tamen vnam opinionem.

7 Faciens rem alienam sine causa saisiri,seu ad manum domini ponere,tenetur actione iniuriarum.ff.de iniu iis. l.iniuriarũ.§.si quis prohibeat.infi.de act.emp.l.qui pendentem.in fi.& no.per Iac.tit.de suc.reg Fran.§.item regales ponunt,&c.in summa libellorum.iũge infra,in rub. mixta de criminibus.

8 In casu sequestrationis sententiæ potest fieri sequestratio possessionis & fructuũ.vt no.ff.de appel.recip.vel nõ.l. ante sententiam.per Bart.in prima q & extrà de sequest. pos.& fruc.c.j.in clem.per Panlum de Leazar.

16 *Decretum,& iudiciale.*

1 DEcretum iudicis sine causæ cognitione interpositum, nullum est ipso iure.ff.de transact.l.cum hi.§.si prætor. & de tut & rat.distrah.l.magis puto.§.penul.

2 Decretum iudicis sine vocatione partis interpositum, non valet.C.vnde vi.l.meminerint.per Cynum.& patet ex præcedenti conclusione.

3 Decretum iudicis errore iuris vel facti interpositũ,licet error non exprimatur,ipso iure nullum est:vt ff.de tutor.& cur.da.ab his.l.sæpè.& l.tutor.& de rebus eorum l. magis puto.§.pen.& C.titu.eo l.si præses.

4 Decretum iudicis debet iudicialiter pro tribunali sedendo interponi.ff.de bo pos.l.ij.§.pen.quod est verum in secundo decreto,sed non in primo:vt notatur ff.si ex noxa.causa agat.l.j.in fi.Bal.

5 Secundum decretum est sententia interlocutoria.ff.de bonis auth.iud possid.l.si minor.ita no.ff.de offi.procon. & leg.l.nec quicquam.§.vbi decretum.ver.nunc a capite. per Bald.

6 Post secundum decretum non potest reus opponere exceptionem peremptoriam:vt not.gloss.ff.quib.ex caus.in poss.ea.l.Fulcinius.in princip.& Specul.titul.de secundo decreto.§.in Christi nomine.versicu.fi. & eodem titul. in §.fi.in

§.fi.in fi.& idem tenet Bal.in alle.l. .fi ex nov.cau.agat.licet Bar.teneat oppos. .um in allegata l.Fulcinius.

9 Secundum decretum exigit lantationem, quando interponitur ex . .at .a seu obligatione personali: Secus verò si ex causa concernente rem,vt puta, damni infecti, vel noxæ,vt de damn.infec.l.fi finita.§.Iulianus.& §.si turte.& ibi .ot.Bar.

8 Decretum iudicis non supplet defectum solennitatis in actu,super quo interponitur,requisitæ: vt alleg.l.cum hi. §.si prætor ff.de transact.

9 Decretum iudicis facit præsumi omnia solenniter acta: vt no Spe.t.t.de emp.§.nunc dicendum.ver.& breuiter & no.C.de fide instru.l. .libr.x.& ff.rem rat.habe.l.actor.& de ptiui .cred.l.Imperatorum.vtrobique per glo.ordi.ac se licet, . ando . . .m,quod fuit interpositum: vt no.extra de te. .b.c.significauit.per Io.And.

10 Decretum iudicis actum qualem reperit,cōfirmat: nec est medela cu . .us morbum à natura insitum, allegata l. Se .x & .iutor. . .titu.

11 Decretum . .icis non operatur in præiudicium tertii, nec facit prou . .sententia,ius inter omnes.C.de his qui à non do mauu.fu. .

12 Si authoritas . .l decretum interponatur conditionaliter,vt di .endo S & quatenus de iure possumus,nihil valet .argu.ff.de reg.iur.l.actus legitimi.& de autho.tutor.l. & si cond . .onalis & ibi no.per Bar.

13 Pater tanquā legitimus administrator filii potest transigere super b .nis i .sius filii aduentitiis,vt not.gloss.ff.de tran . .l .de re filiorum.argu.C.eodem titul.l.præses.tequi itur tame .decretum prætoris,si res fuerint immobiles.C.l .,tæd.min.l.non solùm.vt not.in dicta l.præses, per Ioan.Fab.

17 *Authoritas,licentia,& consensus.*

1 AVthoritas patris,quæ tollitur in filiofamiliàs litigante,non tollitur per concessionem procedendi summariè,&c.quoniam dicta commissio del et intelligi personarum habilitate seruata:argumen.C.de te.a. .nutr.l. fi.itaque notatur ff.de offic proconf.& legati.l. nec quicquam.§.de plano per Bal Hinc est,quòd per dictam commissionem non suppletur defectus personæ in iudicio legitime non comparentis:vt no.in extra aug.ad reprimendum.super verbo,figura.per Bar.

2 In filiofamil.minore litigante vltra voluntatem patris sui etiam requiritur authoritas curatorum ad litem,quæ etiam sibi dari debet:vt no.Spe.tit.de actu §.j.ver.sed nunquid si dubitetur.& hot.glo ff.de iudi.l.si longius.§.j. quod verum intelligo,quando filius conuenitur actione personali:Secus verò si filius litigaret super re in qua pater haberet,vel ubi quæri posset vsufructus:quia tunc sufficit tet filiofami.litiganti minori sola patris authoritas, qui est legitimus administrator.C.de bo.mater.l.j.& ita not. ff.de ver.ob.l.fi.§.j.in fi.per Bar.

3 Pater videtur filiofami.in iudicio litiganti consentire tacitè,& licèt iam dare,si sciat & non cōtradicat.arg. ff. de his qui no infa.l. non alia.§.idéque.& ita ibi no. per Bal. contra tamen no.Spe.tit.de actor.§.j.versi.sed quid si præsente .ed primū dictum intelligo,quando requiritur consensus signū repudiationis.Secundum verò dictum Spe. intelligo, quādo requiritur consensus per modum authoritatis,quia præsentia non æquipollet authoritati.ff. de authoritate præstan.l.ij

4 Authoritas magis ratus habetur pro titulo,& etiā pro bona fide.ff.de noxa.l.& generaliter.itaque not ff.de legi. l.de quibus.per Bal.

5 Dominus potest authoritate propria sua ci .cere de fundo colonum,pensionem statuto tempore non soluentem, vt not.titu.de actor.ver. Item quod vult.in Spe.

6 Licitum est authoritate propria deijcere clandestinum possessorem,sicuti & violentum.vt not.ff.vti poss.l , §. interdictum,per glo.or.& Bar.vide Io.Fa.C.vnde vi.lib.j.

7 Hæres potest authoritate sua propria apprehēdere possessionem hæreditatis & bonorum ipsius.arg. ff. de vsu.l. furti § h.& de acqui.poss.l.a uni hæredes:vt not.C de edict. diui Adria.toll.l.fi.& de successo.edicto.l. si tibi,vt ubique per C.n.

8 Pater potest filio suo absenti,dare authoritatē litigandi per epistolam,vel nuntium.argu.ff.de dona l. .iussami.& not.ibi per Bar.Quod verum si filiusfa.maior sit xxv.annis:Secus verò si fit minor:vt no.C.de epi.& cle.auth.causa quæ.per Pe.& Bal.

9 Licitum est cuique authoritate sua propria defendere inuasum in rebus:vt de fur.l.si quis & multo fortius inuasum in personam:vt ibi no.per Bart.qui quidem defensor si defendendo offendat inuasorem,non tenetur de offensa:vt no.ff.de reg.iur.l culpa caret.per eundem Bar.quod tamé intelligo cum moderamine inculpatæ tutelæ.argu. eorum quæ notantur C.vnde vi.l j.

10 Non licet alicui super via publica de domo sua in aliā domum suam facere pontem sine principis authoritate: vt no tit.de proprie.§.n.,ver.Item quæritur eo.tit.de iniu. §.j ver.pone in statuto in Spe.

11 Non valet pactum quòd liceat creditori capere debito rem suum propria authoritate.argu ff de pact.l.si vnus.§. pacta.& ita no.ibi per Guli.de Cug.& Bal.

12 Si non possum effugere aggressorem quin me percutiat, nisi interficiam eum,possum eum interficere impune.argu.ff.ad legem Corne.de sica.l.furem noctur.& ita not.ibi per Barto.

13 In actibus & alienationibus rerū mobilium minorum, in quibus sufficit tutorum vel curatorum authoritas sine iudicis decreto,sufficit sola iudicis authoritas sine tutorū vel curotorum,itaque intelligimr gl.ord C.de in inte.resti.mino.l.j secundum la.de are Pe.& Cy ibi.

14 Impedimentum factum in alieno,vt non possim vti iure,vel seruitute mihi competen.non possum propria authoritate euellere,licet possim personam me impedientem propria authoritate mea repellere:vt not.extrà de immun. eccle c. per Inno.

15 Dominus tacitè videtur consentire alienationi rei feudalis,si præsens fit,taceat,& non contradicat:vt no.in feu. in consti.imperialem.§.j.per gl.ordi.

16 Licitū est ponere in manibus mercatoris,vt inde percipiatur honestum lucrum,ratio de donatio.inter virum & vxorem.ca.per nostras.& not ff.ad legem Falcid.l diuus. per Bald

De materia huius rubricæ,vide infrà,in verb. possessio, & in ver.executio,&c.

18 *Possessio,& inuestitura.*

1 SI quis vendat vel leget possessiones suas,intelligitur de immobilibus tantum,iuxta vulgi consuetudinem loquendi:vt no.C.de compensa.l.fi in q fi.per Cy.

2 Ad translationem quasi possessionis iurium incorporalium nihil operatur clausula constitutionis precarii nomine : vt no.ff.de acquirend.possess.l quod meo.in prin. per Barto.

3 Vxor dicitur possidere ministerio mariti,licet ipsa nō probetur vnquam fuisse,seu tenuisse feudum,sed duntaxat eius maritus.argu ff.de acqui pos.l.qui iure familiaritatis.& ita no.ibi per Bar.

4 Ad probandum vniuersitatem possedisse seu possidere, sufficit probare hoc fieri per syndicum,vel alios,per quos vniuersitas regitur.ff.de acqui.pos.l.j.§.municipes.& etiā ibi no.per Bar.in fi.

5 Per inuestituram non transfertur possessio sed datur facultas & licentia ingrediendi possessionem propria authoritate realiter,vt not.extrà,de consuetudi.c.ex literis. per Innoc.

6 Per illa verba apponi solita in instrumētis,vendidit, tradidit & cōcessit,&c.probatur traditio possessionis,si instrumentum factum sit in fundo, vel in conspectu fundi venditi.C de acqui.pos.l.ij.Si autem instrumentum factū fuerit seorsum à fundo.per dicta verba datur emptori licentia intrandi possessionem rei venditæ eius propria authoritate.ff.de acqui.pos.l.prædia.& ita no.in d.l.vtrobi que.per Bar.& per Cy.& la.But.latius.

7 Violenta possessio non extenditur vltra ea quæ violentus possessor realiter occupauit.argumen.C.de petit. hære.l.fi.no.Innocen.extra de restitu.spolia.c.in literis.de

quo vide ff.de acquir.poss.l.quod meo.§.fi.per Bar.

8 Missio in possionem facta non citato reo legitimè, & non præcedente summaria cognitione, non tenet. argument.ij.q.vj.sunt quorum.& ff.de re iudi.l. cùm nulla: vt not.extrà, vt lite non contesta.c.tuæ.per Hen. Boich. sed dicto casu potest reus sua autoritate de facto prohibere: vt in Spe.tij.de j.& ij.decret.§.iam de effectu.ver.sed quid si iudex.

9 Quis non potest possessionem alicuius iuris ab aliquo alio possessi licite acquirere sine illius possessoris consensu, vel saltem patientia, vt no.extrà de in inte.resti.c.cum venissent.per Inno.gl.mag.ver.in possessione enim iuriū: & extrà de postula.præ. lat.c.bonę.post gl. mag. quæ quidē patientia præsupponit sciētiā aduersarij.ff.si serui.vend.l. si fortè.§.j.& C.de seruit.l.ij.Et not.per Inno.in ead.gl. in fin.ver.illud autem indubitatū.Nec per consequens potest præscribere, vt ibi idem notatur per eundem, & etiā de officio ordin.c.conquerente.per eandem glos. quæ incipit, Nota.ver.ex his collige.

De materia huius rubricæ vide suprà, in ver.iurisdictio.& in verb.citatio.& infrà in ver.de pet.& pos.iudic.& in ver. probatio.& in ver.confessio.

19 *Actio, actor, & agere.*

1 ACtio pro euictione ad interesse competens cōtra vēditorem, qui scienter alienauit, non requirit iudiciū, seu quòd per sententiam euincatur rēs vēdita.ff de actio. empti.l.seruus quem.§.fin.& non est alibi secūdum Rayn. de for.vt refertur, & not.ff.neg.gest.action.per Bal.

2 Actor potest cōuenire reum simul super diuersis actionibus coram diuersis iudicibus ordinariis, vel coram iudice ordinario & delegato, extra de rescrip.c.nonnulli.& ibi not.per Inno.sed non coram duobus delegatis.

3 Maritus pro re dotali principaliter agit, & conuenitur. ff.de reg.iur.l.sæpè.& C.de rei vend.l.doce ancillam.

4 Vbicunque quis probabiliter errat in facto suo vel alieno, potest in eodē libello disiunctiuè proponere plures actiones incompatibiles, extrà de in integ.rest.c.constitutus.& de præb.c.auditis.& ff.quo.leg.l.j.§.quia autē.& ita not.in allc.c.constitutus.per Inno.

5 Quando plures agunt, contrahunt, vel conueniuntur simpliciter, intelligitur de quolibet æqualiter, & pro rata. ff.de duo.re.l.reos.§.cum tabulis.vt no.extrà de relig.do. c.constitutus.per Inno.

6 In actionibus rem restitui, vt depositi, vel commodati, quilibet hæredum agit insolidum.ff.de solutio.l.si stipulatus.§.j.

7 Res vi possessa in quemcunque transferatur, etiam bonæ fidei possessorem potest per spoliatum auocari actione quod metus causa, quoniam per dictam actionem res auocari potest, etiam ab eo, qui metum non intulit.ff. quod me.cau.l.siue ex aliena.§.ij.ita no.tit.de rest.spo.§.fi.io fi.in Spe.

8 Si agatur ex vna causa, & cōfiteatur reus debitū ex alia, debet condēnari ex causa, quam confitetur, vt not. Spec. tit.de actio.& pet.§.sequitur.ver.hic quoque.Secus verò si aliàs, quàm ex confessiōe rei probaretur debitum ex alia causa, vt not.Host.extrà de iud.c.examinara.quod refert & sequitur Io.Fa.C.de eden.l.ad causam.de quo vide infrà in ver.petitio.in conclusione j.

9 Omnis actio fundatur super aliquo interesse, arg.ff.mādа.l.si procuratorem.§.mandati actio.& de ver. obliga. l.stipulatio.§.alteri.& Insti.de inuti.stipul.§.alteri, &c. Et ita not.tit.de actio.in fac.ex variis figuris causatum.per Pe. Ia.in libel.& ritul.de actione ex empto.ver.Item est notandum.

10 Pro violentia facta subdito in iurisdictione, vel colono, potest dn̄s agere pro suo interesse: arg.ff.de dol.qui famulo meo suadet, vt dimittat possessionem meā: multò fortius tenetur ille, qui hominem meum de sua possessione expulerit violenter, vt not.extrà de appell.c.dilectus. per Inno.Hosti.& Hent.Boichlatius.Causas verò hominum suorum proprias liberorum dominus pro eis prosequi non potest.extrà de priuileg.cap.authoritate.§.fi.lib.vj.

11 Colonus vi expulsus potest agere contra locatorem, vt sibi cedat interdictum vnde vi. ar. ff. loca. l. in plures. §. messem.vt no.C.eo.tit.l.si pro fundo.per Cyn.

12 Is qui donat aliquod debitum suum, videtur donare actionem sibi competentem ad petendum illud: vt not.ff. de stipul.seruo.l.si seruus communis meus.§.cum seruus. per Bar.in fi.

13 Quando agitur de crimine etiam ciuiliter actione quæ infamat infamia iuris vel facti, debet inseri in libello locus & tempus commissi criminis, prout in accusatione criminali.iuxta l.libellorum.ff.de accusa.vt no.ff. de iureiur.l.prætor edicit.in prin.per Bar.

14 Ad hoc vt cōpetat actio publiciana, requiritur traditio vacuæ possessionis.vt no.C.de proba.l. cum res. per Cy.

15 Si mihi fiat iniuria propter te, ego possum contra te agere & repetere.argu.ff. loca. l.si merces. §. culpæ. & innuit glo.ord.ff.de neg.gest.l.nam & seruus.& no.ibidem per Baldum.

16 Depositario vel commodatario cui aufertur res deposita vel commodata, competit pro recuperatione rei actio condictionis ex canone.iij.q.j.reintegranda.& C.de prætor.pign.l.fi.vt not. titu. de peti. & possessor.ver. sed nunquid depositarius.in Spec.

17 Contra eum qui impedit aliquem vti libertate suæ rei, competit actio negatoria, etiamsi non impediat iure prætensæ seruitutis: vt no.gl.ff.de condi.& demonstr.l.quibus diebus.in prin.super ver.agendæ.& si serui.vendi.l.sicuti. §.Aristo.& no.Per.Iac.tit.de negato.act.& Io. Fabri.Insti.de actio.§.æquè.

18 Si verus dominus, & ille qui præscribit bona xxx.annis, agant simul, quamuis præferatur præscriptor intentans vtiliter, C.de præscrip.xxx.vel xl.ann.l.si quis emptionis. attamen si præscriptor negligat, dominus admittitur.ar. ff.de superficie.l.j.§.quod autem ait prætor.& ita not.in alleg.l.si quis.per Cy.io iij.quæst.

19 Priores & alii inferiores administratores possunt agere vel conueniri pro suis administratoribus officiis vel ecclesiis sine alterius consensu.extrà de iudi.deputati. & de insti.cùm venissent.& de transact.c.veniens.& c.præterea. & argu.ff.quod cuiusque vniuersi.l.j.§.fi.& l.fi.vt no.extrà, c.edoceri.per Inno.Hosti.& Henric.Boich.

De materia huius rubricæ, vide infrà, in verbo, petitio.

20 *Cessio.*

1 DE materia cessionis, vide infrà in repetitione l.j.C.de act.& oblig.ex qua elicias conclusiones.

2 Cessio non est talis.C.manda.l.per diuersas.

3 Nota textum de cedente propter conscientiam malæ litis.extrà de simo.c.per tuas.j.in fi.

21 *Causæ cognitio.*

1 INferiores prælati de generali cōsuetudine possunt constituere iudicem, qui de causis ipsorum cognoscat: imò ipsimet possunt cognoscere de iure.extrà de senten.excō. c.venerabilibus.ver.attamen.lib.vj.Et ita seruant domini temporales: vt recitat Hosti in summa, tit.de sen.& re iudi.§.quis debet.ver.sed nunquid.

2 Magistratus habet cognitionem & iurisdictionem super suis officiariis.C.de offi.mag.mi.l.ij.quod verum intellige, si delinquant in suis officiis: & ita seruant Curiæ Franciæ: vt recitat & tenet Io.Fabri.C.de offi.praefect.vi.l. ij.& not.tit.de condi.ex lege.& Insti.de actio.§ quadrupli. per Pet.Iacob.

3 Ecclesia non cognoscit ratione peccati de factis laicorum, nisi in criminibus ecclesiasticis, vt not.gl.singularis, extrà de purga.cano.c.nos inter.quam glos.commendat singulariter Bal.ff.de postul.l j.§.j.

4 Causæ cognitio est de substantia iudicii, vt no.gl.ord. C.de sen.& interlo.om.iud.l.prolatam adeo quod eius omissio reddit processum & sententiam ipso iure nullum: vt no.ibi Iac.But.Et idem etiam not.in extrauag. ad reprimendam.per Bar.in gloss.posita super ver.summariè. circa princip.

5 De maioribus delictis monachorum cognoscit Episcopus: & de minoribus Abbas, nisi aliter se habeat consuetudo, quæ aliàs etiā de ledat iurisdictionē: vt no.de tempo.ordi.

po. ot din. §. & an. versic. sed quæritur scholarum. per Hostien. in summa.

6 Si seruiens principis delinquit infra iurisdictionem Baronis: Baro debet habere causæ cognitionem: vt not. per Pet. Iac. in tit. de arbo. su. Regni Franciæ, prope finem.

7 Cognitio causarum viduarum, pupillorum, debilium que & miserabilium personarum pertinet ad ecclesiam, quantum ad protectionem & tuitionem. lxxxvij. distinc. c. j. & ij. xxiij. q. v. administratorum. & præsertim quando agitur de iniuria eis facta. xxiiij. q. iij. si quis de potentibus. extra de foro compeen. c. ex parte. & etiam quando agitur de eorum rebus in iudicio possessorio: vt dicto capi. ex parte. secundum Inno. & Host. ibi. Si verò agitur de eorum rebus in petitorio, pertinet ad iudicem secularem principaliter cognitio. Et ob negligentiam vel defectum iudicis secularis, deuoluitur ad ecclesiam: vt not. de foro compe. per Host. in summa. §. ij. ver. ex præmissis. & ca. ex tenore. eo. titu. per Henr. Boich.

De materia huius rubricæ, vide suprà, in verb. iudex, & in ver. excomunicatio. & in verbo incidens & emergés quæstio.

22 *Obligatio, & reus.*

1 De materia huius rubricæ vide infrà in ver. carcer.

2 Non obligat dictum, nisi sit promissum. ff. de ædilit. edic. l. sciendum. §. dictum. & not. C. de repudi. hæredi. l. suus. per gl. & latiùs per Bal.

3 Reus qui conuenitur rei vendicatione, potest petere nedum quòd absoluatur actore non probante, sed etiam quòd res petita sibi adiudicetur, si probauerit se fore dominum: vt not. extra de restit. spo. c. ex conquæstione. per Inno. & ff. de proba. l. circa. per gl. ord.

23 *Accusatio, denuntiatio, & inquisitio.*

1 Quis non potest accusari de præcepto iudicis intra octo dies post annum. ff. si quis ius dicen. l. j. §. fi. secundum vnam lecturam. & ita not. ibi, per Bald. Ex quo patet, quod petitio mulctæ præscribitur anno: quod intelligo nisi fuerit adiudicata: quia actio iudicati est perpetua.

2 Condemnatus ex accusatione qui nunquam cōparuit, non est infamis infamia iuris, arg. ff. de re iudi. l. qui cum vno. §. non omnis. & quod ibi not. gl.

3 Non est pluries inquirēdum de crimine vnius hominis, sicut nec pluries accusandum: vt extrà de collu. ca. in tantum. & ita no. ibi per Inno.

4 Si humiles homines opprimantur à potentibus, potest iudex ad priuatam vtilitatem procedere per viam denuntiationis, per Bartol. & etiam per viam inquisitionis ex officio: vt C. si mancip. ita fuerit. l. mulierem. & ibi not. per Cynum.

5 Probato crimine per inquisitionem, debet iudex ex officio damna læsis restitui facere ex eadem instantia: vt not. Innocent. extrà de accusatio. capitu. cum oportet. super ver. famam.

6 Qui malè denuntiauit, debet in expensis condemnari: vt C. de excusatio. tuto. l. sciueriter. & ita ibi not. per Cy. & idem est etiam in inuestigatione inquisitionis: vt not. ff. ad Turpil. l. in senatusconsultum. §. an ad eos. per Bar. Et not. extrà de verbo. signi. cap. sæpè. in clemen. per Guilhel. de Monte Laud. vt pote, quia ministrauit testes cōtra inquisitum: esto quòd fuerit protestatus quòd non intendit facere partem: vt ibi not. per dictum Guil. & not. extrà de testi. c. cùm clamor. in fi. per Henr. Boich.

7 Iudex ad denuntiationē filij famil. debet ex officio prouidere super mala administratione patris, seu dilapidatione quam facit de bonis filij. ff. ad Trebel. l. imperatorum. & ibi etiam no. per Bar.

8 In denuntiatione & inquisitione quæ fit cōtra singularem personam parte prosequente, seruatur ordo iuris. arg. extrà, de accusa. c. qualiter & quando. ij. & not. de purga. canoni. c. cum dilectus. & ita etiam dicunt inquisitores. §. nunc dicamus, tractemus. ver. finautem inquiratur. in Specu. & not. per Innocen. de iudic. cap. nouit. gloss. j. versi. idem tamen dicunt. & per gloss. Ioan. Fabr. C. de accusatio. l. ea quidem.

9 Denuntiationem iudiciariam non potest facere priuatus, nisi prætendat aliquod suum priuatum interesse. argumen. extra de iudic. c. nouit. & not. C. de accusatio. l. ea quidem. per Bartho. de Salice. versi. iudiciario autē est duplex, &c. & not. in extrauag. ad reprimendum. super ver. denuntiationis, per Bar.

10 Ad hoc vt iudex possit procedere ad inquisitionē specialem ad denūtiationem partis, requiritur etiam quòd præcedat infamia talis, quæ faciat delictum quasi manifestum: quia inquisitionem clamosa debet infamia præcedere. extra de accu. c. qualiter. ij. Si delatus tamen ante litis contestatio. de infamia non opposuerit, valet nihilominus processus, extrà de accusatio. cap. ij. libro vj. Itaque not. C. de accusatio. l. ea quidem. per Ioan. Fab. versicu. tene ergo, &c.

24 *Iudicium, & informatio.*

1 Sapiens sine præcedenti informatione aliquem, qui posteà re vera reperitur deliquisse, excusatur a pœna temerariæ captionis: vt not. extrà de offi. dele. c. cum plures. lib. vj. per Archid.

25 *Carcer, & tormenta.*

1 Quis se potest obligare ad ostagia, maximè cum iuramento & ad carceres. extra de iureiuran. ca. ex rescripto. xxij. q. viij. c. quid. & ff. qui testamen. face. poss. l. obsides. & de iure fisci. l. diuus. Et ita innuit Pet. Iaco. titu. de condi. ex more. x. distinctio. in fi. Si tamen sit clericus, non potest cogi ad præmissa per iudicem secularem: vt not. per docto. & Henr. Boich in alleg. c. ex rescripto. & per Ioan. Fabr. C. de vsufruct. l. antiquitas. & Instit. de inter perio. §. fina. per eundem.

2 Ille qui iustè detinetur in carcerem, potest efficaciter cō
a trahere[a] cum quocunque, etiam cum detinente. vt no. ff. de testa. l. qui à latronibus. per Iac. de Are. & Barto. & per eundem. ff. de ver. sig. l. qui neque. §. solutum.

3 Pendente appellatione debet incarceratus qui appellauit, remitti ad carceres iudicis ad quem: vt patet de Paulo, qui appellauit ad Cæsarē, ad quē fuit remissus. Actuū xxiij. & vltimo capitulo. & ita etiam tenet Hug. ij. q. vj. in summa. & c. ad Romanam. & ita etiam probatur in quæstione latè disputata in ptin. Inno. mei, & vide quod no. ff. de his qui no. infa. l. furti. §. fed si furti. per Bal.

4 Indicia subsequentia non iustificant quæstionem præcedentem: quoniam indicia debent quæstionem præcedere & non subsequi: vt not. ff. de quæst. l. maritus. per Bar.

5 In quæstione seu tortura non est aliquis repetendus, nisi noua superuenerint indicia, & tortus in fortitudine animi & corporis durauerit. ff. de quæstio. l. vnius. §. j.

6 Ante pronuntiationem torturæ debet dari delato copia indiciorum & defensio super eis. ff. de quæstio. l. vnius. §. cognitum. ibi, quocunque tempore. & ita no. eo. ti. l. fi. & de publ. iud. l. custodias. vtrobique, per Bar.

7 Antequàm aliquis torqueatur, oportet probare casum, seu delictum, de quo inculpatur, conrigisse. ff. ad Silleya. l. j. §. Item illud. & not. per Petr. Iaco. titu. de libello super accusa. furt. in §. de modo quæstionum. versi. antequam feratur.

De materia huius rubricæ, vide infrà, in verb. confessio. & infrà, in verb. processus.

ADDITIO.

a Contrahere. Adde Hippoly. Marsil. singu. cccvj. vbi latè tractat hanc materiam. Guid. Pap. singu. dcccxl.

26 *Procurator, coniuncta persona, & Syndicus.*

1 Procurator constitutus apud acta, patiens se in actis describi, videtur tacite acceptare mandatum. ff. de fideiuss. tutor. l. cum ostendimus. §. fi. & ita not. ff. de procura. l. filiusfami. § inuitus. per Bal.

2 Procuratio in qua procurator releuatus est per dominum, non finitur morte domini ante litis contesta. defuncti ff. de procu. l. si defunctos. & ibi no. per Bal.

3 Dominus qui videt causam suam tractari per non procuratorem, si non contradixerit, videtur tacitè ratificare in

dictum & acta, sic quòd sententia contra ipsum executio ni demandari potest: vt not. Innocen extrà de rescrip. ca. ex parte decani. quod est verum in subsidium: vt in authen. qua in prouincia. & ibi not. Bal.

4 Procurator post litem côtestatam datus, ex quo semel exercuit litem, substituere potest licet non fuerit constitutus cum potestate substituendi, vt not. ff. de procura. l. in causæ. per glo. & Bal.

5 Minor potest constituere procuratorem cum authoritate sui curatoris ad litem: vt not. C. de procura. l. neque. quæ not. per Cy.

6 Defensor qui cauit de iudicato soluendo, potest post litem constituere procuratorem. not. titu. de procura. §. j. ver. sed nunquid defensor. in Spe.

7 Procurator habens speciale mandatum ad sic, seu liminare respondendum, non potest in causa ciuili compelli ad faciendum contra dominum suum principalem: vt not. Iaco. Butri. l. fina. C. de procur. & videtur probari ff. eo. tit. l. iterum quoque. § publicè. ibi, æquum est. & ita not. ibi per Bald.

8 Vbi actor libellè petit comparere, principalis procurator tenetur sibi notificare suis expensis: quia vbi procurator non est instructus, non dicitur sufficienter comparere, nisi dominum repræsentet: not. gloss. ff. de iniur. l. sed & si vnius. §. procuratorem. ita not. ff. de procurato. l. si procurator. per Bald.

9 Si dominus qui primò aliquem procuratorem constituit, iterum eundem de nouo procuratorem constituat, videtur tacitè procuratorem per secundam reuocare, vt not. ff. de procur. l. si quis §. Iulianus. per Bal.

10 Procurator quia administrator voluntarius videtur in dubio se velle pro domino suo proprio nomine principaliter obligare. ff. de procura. l. procurator qui pro euictione. & ff. mandati. l. seruum Titij.

11 Hæc clausula, ita quòd non sit melior conditio occupantis &c. posita in instrumento procurationis non facit, quod si vnus procuratorum præoccupauerit instantiam, & litem fuerit contestatus, quod alius procurator possit tractare causam aduersario inuito. argu. extrà, de proba. c. si duobus. lib. vj. & ff. iud. sol. l. Iam tamen. § pen. & not. post Mar. Syla. ff. de procur. l. Paulus. per Bal.

12 Procurator non indiget speciali mandato de his quæ veniunt incidenter, licet sint talia, quæ de eorum natura, si principaliter intentarêtur, requireretur speciale mandatum: extrà de in integrum restitutio. cap. suscitata. & ibi not. per Innocen.

13 Sicut procurator simplex ad litem non potest pacisci in præiudicium domini, ff. de procur. l. nam & nocere ita etiam non potest renuntiare exceptionibus, vel probationibus. no. Inn. extra de offi. deleg. c. cùm olim Abbas. & post eum in alleg. l. nam & nocere. per Bal.

14 Procurator constitutus ad exigendum, potest recipere solutionem à sponte soluente, secundum Iaco. de Are. ff. de verb. sign. l. verbum exactè. & facit soluto matri. l. non solum. & de pign. l. solutum. §. solutam. & ita tenet Cyn. & Bal. post eum. ff. de pact. l. nam & nocere.

15 Si procurator dicit se nescire ea quæ pertinent ad principale negotium de quo interrogatur, est in expensis quæ propter hæc fiant, condemnandus, extrà de iuramêto calum. c. in pertractandis. vbi ita no. per Inno.

16 Ille qui producit instrumêtum debiti, præsumitur procurator. no. Bar. ff. de Carbo. edict. l. ij. §. causæ. quod est verum si producens sit coniuncta persona. C. de pact. côuen. l. fi. alias secus. vt no. C. de procu. l. maritus. per Cy.

17 Procurator recipiendo mandatum procuratorij, videtur tacitè acceptare mandatum: & ideo dominum defendere cogitur. extrà, de procur. c. j. in cle.

18 Clericus vel canonicus alicuius ecclesiæ dicitur coniuncta persona, taliter quòd ad agendum pro ecclesia admittitur sine mandato cum cautione de rato. extrà de offic. deleg. c. coram. & ibi not. per gl. j.

19 Quando aliquis facit aliquid nominando se procuratorem, vel officiarium, non videtur gerere actum suo nomine proprio, sed nomine procuratorio & officij. argu. ff. de instito. l. penultima. de administrat. tuto. l. cum post. §. primo. & est text. ff. soluto matrimonio. l. post dotem. secundum lecturam Dyn. & ita not. ibi. & de operis noui nun. l. j. vtrobique per Bar.

20 Procurator constitutus à prælato, siue à rectore temporali ciuitatis, mortuo prælato vel rectore, re integra poterit adhuc causam agere. not. Inno. extra de foro competen. c. cum dilecti. licet secus sit in procuratore de negotio constituto. ita que not. Spe. titu. de procur. §. j. ver. sed nunquid procurator constitutus. quod intellige iuxta c. fi. de procur. in cle. cum ibi no. per Io.

21 In merè personalibus actibus qui non possunt ex persona procuratoris transire in dominum, procurator gerit vicem nuntij & personam domini de directo repræsentat. ff. de sponsa. l. fi. & extrà de procu. c. fi. lib. vj. & ita not. ff. de dam. infect. l. qui bona fide. §. si alieno. & ad Treb. l. qui ita § j. per Bar. vtrobique.

22 Clausula posita in procuratione, scilicet quòd non possit reuocari per procuratorem, est contra naturam procurationis actus procuratoris: & per consequens non valet. ar. ff. de preca. l. cum precatio & ita ibi no. per Bar.

23 Inter syndicum & procuratorê, & tales huiusmodi, non attenditur differentia circa nomen, sed circa personam constituentis: vt si ab vniuersitate constituatur, syndicus sit, siue appelletur syndicus, siue procurator: & si à non domino constituitur cum decreto, est actor quocunque nomine appelletur, vt no. extra de iur. calum. cap. cæterum. in fine per Innocen.

24 Ad reuocationem procuratoris generaliter constituti ad certum locum, requiritur generalis reuocatio: scilicet per præconisationem vel propositionem edicti generalis. argu. ff de instit. l. sed si pupilli. §. proscribere & ita intelligitur quod not. Bartol ff. de solu. l. qui hominem §. si stipulatus. Secus verò si sine declaratione loci fuerit constitutus aliquis procurator generaliter: quia tunc sufficit quòd ipsi soli procuratori reuocatio intimetur, vt ff. manda. l. si mandassem. & ita not. ff. de procurato. l. si procuratorem per Bald.

25 Procurator generalis ad negotia videtur etiam constitutus ad causas iudiciales. ita not. titu. de procurato §. j. versicu. penulti. in Spe.

26 Procurator qui renûtiauit procurationi, potest petere, & mandatû re integra acceptare arg. extrà de procur. c. licet. lib. vj. Et idem est de executore vltimæ voluntatis secundum Bal. vt ipse not. ff. de procur. l. §. dati.

27 Procurator rei licet non sit à domino releuatus ab onere satisdâdi, attamê admittitur sine satisdatione ad proponendum ante litis contestationem exceptiones dilatorias, vel declinatorias fori. vt not. titu de satisda. §. ex prædicto. ver. sed pone. in Spe.

28 Infamis per sententiam non potest esse procurator. ar. C. de procu. l. reum criminis. Nec etiam alius quocûque modo infamis etiam infamia facti in curia summi principis: puta papæ, vel imperatoris. arg. ff. de excusat. tuto. l. sed & milites §. sed ignominia. & ita not ff. de procura. l. j § ait. per Guliel & Bal.

29 Consiliarij vniuersitatis non possunt creare syndicos: sed ipsa vniuersitas, vel ipsius maior pars duarû partium præsentium: quòd autem requiratur iudicis authoritas, nec vidit, nec audiuit obseruari Petr. Iaco. qui ita refert titu. de succe. Reg. Franc. & est notandum in summa libellorum suorum.

30 Minor potest constituere procuratorem ad petendum sibi prouideri de curatore. arg. ff. de procura. l. mutus. §. is qui. & ita ibi not. per Bal.

31 Pro eo qui se asserit esse procuratorem, si deferat instrumentum procurationis, adeo præsumitur quod admittitur vt procurator, licet sit ignotus & de longinquis partibus, & negetur esse ille cuius nomen est in instrumento descriptum, vt not. C. de episco. & cleri. l. si qua per calumniam. per Cyn.

32 Procuratio ab initio debet probari per instrumentum, sed postquam fuit admissus procurator, sufficit procuratorem probari per testes, vt not. per Io. Andr. in addi. ad Spe. eo. ti. & in l. ff de procur. per Bal.

33 Procurator licet non teneatur prosequi appellationem à diffini-

à diffinitiua. C. de procur. l. inuitus. attamen tenetur prosequi appellationem ab interlocutoria: quia incidenter obuenit: vt not. extrà de procur. c. non iniustè per Innoc. & ff. de ope. no. nun. l. cum procurator. per Bart. Quod est verum, nisi causa appellationis esset tractáda in loco valde remoto, vt in dicto cap. non iniustè. & ibi not. per Henric. Boich.

34 Executor vltimæ volútatis ad instar tutoris vel curatoris non potest cóstituere procuratoré ante litem contesta. vt not. titu. de instru. edi. §. nunc verò aliqua. versi. sed nunquid ante. in Spec.

35 Generalis procuratio ad omnia negotia, & iudicia extinguitur morte mandantis, quãtum ad non incepta: & videtur tenere Archi. extrà de procur. c. qui ad agẽdum. lib. vj. quod est verum, nisi ex generali mandato quis constitueret in officio, quod ordinarium reputetur: vt institoris. ff. de insti. l. quis mancipiis. §. si impubes, cum §. seq. & ideo officium præsid. balliui, & aliorum ordinariorũ, qui habent iurisdictionem formalem aliam ab instituente non reuocãtur morte instituẽt. extrà de offi. deleg. c. ij. lib. vj. itaque not. Insti. man. in prin. per Io. Fab.

36 Si procurator post mandatũ factus est inimicus cõstituentis, vel aliquis ribaldus, vel aliàs conditionem suam mutauerit in deterius, mandatum præsumitur tacitè reuocatum. argu. ff. de solut. l. si Cornelius. ibi, dum dicit, Nec causam habuisset existimandi, &c. & ita not. ibi Dy. Iaco. de Are. & Bar.

37 In procuratorio facto per capitulum nõ est necesse exprimere nomina canonicorum: vt not. per Old. in consil. incip. an cum per capitulum, &c. quoniã sufficit si in instrumento dicatur: capitulum talis ecclesiæ constituit talem procuratorem: vt ibi per eum.

38 Si religiosus sit abbas, vel prælatus, potest cõstitui procurator in foro ecclesiastico, extrà de postu. prę l. c. j. in prin. & qui filij sint legi. c. per venerabilem. in prin. vbi hæc no. Abb. & Io. And. & de hoc in Spe. titu. de procu. §. ratione igitur. ver. item quòd est Episcopus. Sed non in foro seculari, extrà ne cler. vel mona. c. j. & ij. Nisi in causis ciuilibus pro miserabilibus & coniũctis personis, vel ecclesiis suis, extrà de postu. ca. fina. & not. Specul. vbi suprà. §. ratione quoque. ver. item quòd clericus simplex. versic. religiosus non potest constitui procurator, nisi duobus interueniẽtibus, scilicet, abbate suo impetrante, & vtilitate monasterij suadente: extrà de postul. cap. ex parte. & xvj. q. j. monachi. vel de mandatis Episcopi, vbi est vtilitas monasterij: vt xvj. q. j. qui ven. alias verò non: vt extrà de procur. c. religiosus. in clemen. & ita vt suprà not. extrà de sen. & re. c. cum x. & so per Henr. Boich.

De materia huius rubricæ, vide suprà in ver. citatio. & suprà in ver. contumacia & infrà in ver. nuntius. & in ver. iuramentum. & in verb. expensæ.

27 *Tutor, curator, & administrator.*

1 DE materia huius rubricæ, vide suprà in versic. procurator.

2 Bonis absentis potest dari curator, cum quo quis poterit litigare. ff. ex quib. cau. maio. l. ab hostibus. in princ. & ibi in gl. & ex quibus causis in pos. eatur. l. in possessioné. §. j. & de tut. l. muto §. fi. & ibi not. per Bar.

3 Iudex ex causa potest remittere tutori inuentarij confectioné: vtpote si non expediat pupillo manifestari quãtitatem patrimonij sui. argu. ff. ad Tertul. l. ij. §. tractari. ver. si ergo mater. C. de alimen. pub. præstan. l. vbi. itaque no. ff. de admi. tut. l. tutor qui repertorium in princi. per Bar. ver. quæro quæ dicatur causa legitima.

4 Ille qui est absfuturus, potest petere à iudice dari curatorem bonis suis: vt not. titu. de curato. §. fina. versic. sed an is qui. in Specu.

5 Curator datus adulto, potest cogi ad eum authorisandum: vt not. in Spe. in d. §. quid si nolit.

28 *Nuntius, defensor, & executor.*

1 LIcet nuntius non possit exercere iudicium, cùm iudicium requirat in sui exercitio præsentiam partium, & ea quæ fiunt per nuntium, dicantur geri inter absentes: vt not. infrà. in ver. lit. contesta. Attamen ad allegandum causam absentiæ nuntius est legitimus comparitor, cùm non suscipiat in se iudicium. ff. de neg. gest. l. liberto. § si. incerto, quod not. ff. de procura. l. j. §. quæstione. per Bal. ita not. ff. de excusa. tuto. l. excusatio.

2 Defensor qui cauit de iudicato soluendo, potest etiam ante litis contesta. constituere procuratorem: vt not. tit. de procur. §. j. versi. sed nunquid defensor. in Spe.

3 Executor sine mandato non admittitur ad allegãdum causas causæ principalis, nisi essent tales, quæ colligerentur ex actis in eadem causa habitis: attamen admittitur ad allegãdum causas absentiæ facti, puta infirmitatem. ff. de procurato. l. seruum quoque. §. publicè. sed non causas absentię iuris, putà excommunicationem iudicis vel inefficaciam rescripti, vel exceptionem absentiæ. quoniã ad propositionem harum exceptionum quæ sunt iuris, requiritur comparitio per se, vel per procuratorem, vt not. extrà de except. cap. veniens. per Innoc. & ff. si quis in ius voca. l. ij. per Bal.

4 Nuntio publico in suis per eum relatis citationibus in dubio standum est, donec contrarium probetur, vbi agitur de modico præiudicio: vtpote, quòd citatus teneatur ad expensas. vt extrà de procura. cap. auditis. & de iudic. c. statuimus. secus verò vbi ageretur de magno præiudicio: vtpote, de amissióne causæ, vel si causa esset criminalis, &c. Nam tunc esset credendum iuramento citati contra asserentem. iuxta not. in Spe. titu. de cita. §. sequitur. ver. sed nunquid creditur. in fi. quæ sic debent intelligi: vt not. extrà de app. c. causa cóparati. per Hen. Boich. in prima dist. ver. & mne opi. &c.

De materia huius rubricæ, vide suprà in verb. procurator. & infrà in verb. litis contestatio.

29 *Summariè, simpliciter, & de plano.*

1 LEgatus de latere, vel alius quicunque inferior à principe habente potestatem legem generalem condendi, non potest causam, in qua iuris ordo requiritur, committere summariè, simpliciter & de plano: vt notatur tit. de lega. §. superest. ver. sed nunquid. in Spe. & est gloss. singu. in c. fi. de hæreti. lib. vj.

2 Per commissionem factam de procedendo summariè, non tollitur iudici facultas procedendi ordinariè. argu. not. per Inno. extrà de iudi. cap. nouit. vt not. ff. de legi. l. nulla. per Bal. argu. illius l. & videtur tex. extrà de verb. signi. c. sæpè. in fi. in clemen.

De materia huius rubricæ, vide suprà in verb. iudicis officium: & in ver. citatio. & in verb. authoritas. & infrà in verbo, libellus.

30 *Interrogatio.*

1 DEterminatio l. fi. cum sua materia. ff. de rei vendi. habet locum ante litis contesta. scilicet, in præparatoriis iudicij, non autem in decisoriis litis: quia cùm sit pœnalis, non est extendenda ad decisoria litis. arg. ff. de pœnis. l. interpretatione. & de libe. & posthu. l. cùm quidam. & extrà de reg. iur. in c. odia. & in c. in pœnis. lib. vj.

2 Licet reus negauerit se possidere, potest tamen variare, & se dicere possidere, si actor non fuerit læsus, nec laborauerit adhuc ad conuincendum reum de mendacio. argu. in authen. de trien. & semis. §. illud. colla. iij. & ibi no. ff. de rei vendica. l. . per Bar.

31 *Libellus, & petitio.*

1 LIbellus debet habere conclusionem. extrà de simo. c. licet Hely. Et inde differt à positionibus, per quas lis non contestatur. extrà de litis contestatio. cap. j. Et ita not. ff. de eden. l. j.

2 Libellus procedit sine cõclusione: extrà de sepul. c. cùm in nostra. pro quo ff. ad legem Rhodiam de iaç. l. deprecatio. & ita no. Io. Fab. Insti. de actio. in prin. in gl. aliud est causa, &c. Quod verum intellige, si aliquid narratur in eo per modum querelæ: vt sub ver. conqueror: quia tunc est libellus ex tacita conclusione resultante: secus si in modum positionis: vt sub ver. pono. extrà de lit. contesta. capit. j. ita not. ff. de offic. procons. & leg. l. nec quicquam. §. de plano. per Bald.

3 Conclusio libelli restringit narrata ad ea quæ conclusione petuntur: quia in conclusione stat modus agendi, qui incipi debet: vt not iij.q.v.c. hæc quippe. & extrà de rescrip.c.super literis.per Inno.

4 Declarans libellum non condemnatur in expésis: cùm sit idem libellus, qui prius, nec per declarationem mutatur in substantia vel in forma.arg ff.de rei ven.l.idē Pompo.§.fi.& ita not.in l.ius ciuile.ff.de leg.per Bal.

5 Mutās libellū in aliqua qualitate, quæ nō causa dandæ vel denegandæ actionis, sed solum temperandæ executionis, non condemnatur in expensis.ff.de noxal.l.in delictis.§ si detracta.secundum Bal.licet Inno.cōtrà, extrà de libel.obla.cap.·.

6 Conclusio non narratio libelli est inspicienda: vt ff.de libe lega.l. Aurelius.§.mœnia.secundum Bar.de Sali.

7 Licet in actionibus realibus non petatur declaratio iuris realis, valet nihilominus libellus.not.titu.de rei vendica.libel de consuetu.approbata.versi. item. secundum Rosre.per Per Iaco.

8 Causa libelli debet esse talis, quæ necessariò inferat ius petendi: vt not.extrà de lit.contest.c.j.per Inno.

9 Causa libelli debet esse talis, quæ ex sui natura inferat iustum esse quod petitur.not.extrà de libel.obla.cap.dilecti per Innocen.

10 Licet in libello nulla causa petendi inferatur, si lis tamen supereo contestetur, tenet iudicium, & contestatio valet.C.de annal exceptio.l.fina.not.extrà, de libel.oblatio.c.fi.in fi.per Inno.

11 Libellus ineptus non limitatur ex probationibus apertis: vt not.Spe.tit.de offi.iudi.c.desetuit. ver. quid si libellus.& no.ff.de iuri s.om.iudi.l.j.per Bal.

12 Generalis libellus non admittitur, sed valet receptus, ar.C.de anna.excep.l.fina.no.Inno.extrà de libel. obla.c.fi.& de ordi cog.c.cum dilectus.& per Iaco.in summa libellorum, titu.ex condi.ex l. imperialem.§.calidis. & Io. And.c.abbate.§.j.lib vj.in gl.ordi.

13 Illud quod quis non tenetur probare, non tenetur in libello exprimere.not.extrà de ordi.cogn.cap.cum dilectus.per Innocen.

14 Licet libellus non detur in scriptis, dum tamen petitio actoris, & respōsio rei describatur in actis, valet & tenet processus: vt not.tit. de libel.concep.§. nunc dicendū. in princ.in Spe.Et præsertim in causis in quibus proceditur summariè, extrà de verbo.significatio.ca.sæpè.§.in cle.& etiam in aliis causis quia libellus solennis in scriptis potest omitti de consensu partium, dum tamen fiat petitio super qua lis contestatur: vt not.extrà de offi. delega.c.de causis.per Henr.Boich.

15 Ineptitudo libelli potest semper quandoque opponi.ff. de accusa.l. Titia.& si mens.fal.mo.dixer.l.j.§.j.& ita no. in alleg.l.edita actio.per Cy.C.de eden.

16 Libellus ineptus vitiat secundum decretum: not.ff.si ex noxa.cau.aga.l.j §.fi.xj.q.per Bal.

17 Verba libelli quæ non possunt propriè sumi, trahuntur ad impropriam significationē, vt largè & impropriè sumantur: vt ff de iureiur.l.sed & si possessori.§.item si iurauero.& de iudi.l.si quis intentione.& de verb.obli.l.inter stipulantem.§.sacram.aliàs §.si Stichum.& sic not.eo.ti. l.scire debemus.in fi.per Bar.

18 Libellus habens conclusionē ineptam, qua petitur reus non condemnari, sed cogi & compelli, valet in causis in quibus sine figura iudicij proceditur, vt not.in extrauag. ad reprimendum.gl.super ver.figura.per Bar.

19 In causa appellationis à grauamine, vel interlocutoria, non exigitur libellus: vt not.tit.de libel.cōcep.§.nūc dicendum.prope finem.in Spe.

20 Si causa agendi sit apta, licet exprimatur actio inepta, non vitiatur libellus vt not.Inno extrà de iudi.c.examinata.Secus verò si causa & actio essent ineptæ: vt ff.si mēsor fal.mo.dixe.l.j.& ita not ff.de eden.l.j.per Bal.

21 Quis non tenetur exprimere in libello ea quæ accessoriè veniunt, siue sint accessoria rei, vt fructus, siue iuris vel actionis, vt no.extrà de excel.præla.c.tanta.per Innoc.& de libel.obla.c.ij.per eundem.

22 Valet libellus in quo quis petit restitui, id quod nunquàm habuit.ff.quorū bo.l.j.& ibi no.per Bart. pro quo l.verbum reddendi.ff.de verb.sign.

23 Error in confinibus non vitiat libellum, vt not.ff de cēsi.l.forma.in prin.in gl.ordi.

24 Libellus valet & admittitur in quo post certam expressionem subiunguntur verba ista, & plus &c. quoniam illa adiectio operabitur: quatenus illud plus postea probabitur: vt not. vltrà, ff.de in litem iuran.l.cùm furti.Et not. ff.de furtis.l.in actione.in prin.per Bar.

25 Verba libelli in fauorem partis agentis sunt latè interpretanda. vt not.extrà, de probatio.cap.licet. gloss. final. per Innocen. vnde petitio seu libellus dummodo sit tolerabilis, est admittendus: vt not. extrà, de iudic.cap.examinata.gloss.fina.per eundem Inno.& iunge supra, in cōclusione xvij.incip.verba libelli.

26 Libellus procedit sine conclusione in causis, in quibus proceditur summariè, dummodo in aliqua parte actoris appareat de intentione agentis, vt not.in constitutione, ad reprimendum extrauagan.super.ver.& figura.ver. item an requiratur petitio, &c.per Bar.

27 Valet libellus, in quo quis petit declarari rem sibi pertinere simpliciter, &c.licet non dicat iure dominij, extrà de fide instru.c.inter dilectos.& de excep.c.cum venerabilibus.debet tamen declarari, si reus hoc petierit, cum verbum pertinere, latam habeat significationē.ff.de verborum significatio.l.verbum illud pertinere.Itaque not. Instit.de actio.§.j.per Ioan.Fabri.& per Bartol.in l.vbi autem.ff.de rei vendi.

28 Qui generalem porrexit petitionem, videtur totū ius suum in iudicium deduxisse, etiam quòd post litem contestat. obuenit. extrà de senten. & re iudica.cap. abbate sanè.libro sexto.

29 Qui petit rem certa causa expressa, si illā causam non probet, succumbit, etiam si aliam causam probet, maximè postea emergentem. vt extra de sen.& re iudi.c.abbate sanè lib.vj.Et etiam ita not.in casosummario, per Ioan.Andr.de quo vide supra, in versi.actio. in conclusione quæ incipit, si agatur.

30 Qui petit rem simpliciter, totam petere videtur. vt no. titu.de libel.concept.§.xv.versi.n.Item debet.& versicu. sequen.in Specu.

31 In petitionibus seu iudiciis vniuersalibus, quia in eis restitutio petitur fieri iure actionis, ea pro.pter requiritur specificatio & probatio rerum seu s, caterum, saltem in prosecutione causæ, taliter quòd possit ferri sententia specialis: quæ si generaliter ferretur, restringeretur tantum ad specialiter prosecuta: quia limitato medio limitantur extrema.C.de iudic.l.ij.Itaque not.ff.de eden.l.j. in princi.per docto.

32 In libello formato in actione personali debet causa exprimi.ff.de excep.rei iudi.l.& an eandem.§.actiones. & extrà de libel.obla.c.fi.& ibi etiam no.per Inno.

33 Valet libellus in quo accusatus petitur cōdemnari criminaliter, & res ablata restitui incidenter: quoniam iudex criminum potest cognoscere de re ciuil. incidenter. ff.de furtis.l.interdum.§.qui furem.& ibi no.per Bart.& in l.ij §.j.vi bo.rap.per eundem Bar.

34 Iudex ex officio potest repellere libellum contraria cōtinentem, & quemlibet alium ineptum.ff.de accell.l.j.cū ibi not.in gl.ordi.super ver.libellus.

35 Libellus cōtinens contraria non habilitatur per processum iudicij subsequentis: imò sequi debet absolutio etiā parte nō opponēte: quia actor facto suo se excludit.ff. quando appel.sit.l.ij.§.seu si alius.& argu.C.de fide instr. l.scripturæ.& de regu.iuris.l.vbi repugnantia.& ita not. ff.de acqui.pos.l.naturaliter.§.nihil commune.per Bar. in vij. combinatione.in ij.q.ver quandoque impeditur. pro quo facit suprà, in conclusione quæ incipit, libellus ineptus, &c.& in illa, ineptitudo libelli.

36 Vbi quis in libello, vel exceptionibus proposuit plures causas, quarum quælibet est sufficiens ad obtinendum, vnam tantum probare sufficit.ff.de verbo. signi.l.sæpe.§. cùm verò, & not.ff.ex quib.cau.in po.eatur.l.Fulcinius. §.cum hoc.& de re iudi.l.diuus.vtrobique per Barto.pro quo facit ff.de appel.l.scio.& ita etiam not.ff.de eden.l.j.

in prin.

in prin.per Bal.& ibi vide.& extrà de rescrip.ca.ex parte. & ibi not.plenè per Henr.Boich.

De materia huius rubricæ,vide infrà,in ver.lit.contestatio.& in ver.executio.& supra in ver.iudicis officiũ.

De materia huius rubricæ,vide infrà in ver.expensis fructus & interesse.

32 *Editio.*

1 MErcatores non tenentur edere librum rationum sua tum,vt not.gloss.or.di singularis extrà de vsur.c.j.in clemen. quam refert & sequitur Bald.ff.de eden.l.j.§.rationes.& videtur probare textualiter ff.ad exhi.l.penul.& idem etiam no extrà de proba.c.j.per Hen.Boich.

2 Instrumentum procurationis,syndicatus,cessionis,& iurisdictionis,& huiusmodi similia,quæ faciunt pro fundatione,seu ad fundationem iudicij,debent edi cum die & consule:licet ea,quę producuntur ad probandum merita causæ,sine die & consule edãtur:vt not.extra dr procur.c.j.lib.vj.per Archi.

3 Reus non tenetur edere instrumentũ ãse in iudicio non productum ad fundandum intentionem actoris.C.de eden.l.qui accusare.extrà de probat.c.j.sed bene cogi.ur edere ad coadiuuandum circa accidentia actionem iam probatam.ff.de act.emp.l. Titius.& C.ad legem Falcid.l. si prædiorum.Et etiam cogitur edere ad probandum replicationem actoris.ff.ad legem Falcid.l.si marius.§. fina. sicut & econtrà actor cogitur edere instrumenta ad probandum exceptionem rei.vt C.de eden.l fina. itaque not.per Barto.& Guliel.de Cuneo.ff.eo.titu.l.j.§.j.& per Bald.& Cy.C.eo.titu.l.fina.contrarium notatur extrà,de proba c.j.per Henr.Boich.& ibi vide.

4 Hæres tenetur tradere legatario instrumenta acquisitia rei legatæ cum non teneatur de euictione.C. de fideicom.l.instrumen.sed venditor tenetur tantum edere emptori,sed nũ tradere,cum teneatur de euictione.ff. de actio.empt.l.Titius. & ibi not & latiùs,de instru.edi.§. nunc dicamus.versi.sed pone.in Specu.& extrà de proba tio.c.j.per Henr.Boich.

5 Legatario non debet edi totum instrumentum:sed dũtaxat clausula legati sibi facti vnà cum hæredis institutione,& nominibus testium in eodem descriptorum,& non vltrà.arg.C.de preci.b.impe .offe.l.fi.& ibi no. per Iac.de Are.& post eum per Cy.pro quo faciunt no.in Spe.tit. de instru.edi.§. videndum.ver.quid si produco.

6 Instrumenta inter partes communia,quæ quis suis expensis à notario redemit, quibus tamen non vtitur,non tamen tenetur aduersario edere,nisi ex iusta causa,vtpote si aduersarius ipse sua instrumenta amisetit: & etiam originalia sint deperdita:vt not.titu.de instru.edi.§.vidẽdum.ver.ex præmissis.in Spe.

7 Instrumenta inter partes communia debent edi cum die & consule,vt not.ff.de eden.l.j.§.editiones per glo.ordi.& idem est in literis apostolicis,cũm sint cõmunes.extrà de rescrip.c.cũm te.& ibi no, gl.ord.in fi.

8 Speciale est in fisco,quod potest petere edi instrumentum ad fundandum intentionem suam.ff.de edend.l.ne quisquam.& etiã ibi not.per Bal.& eo.tit.l.j.§.editiones. & extrà de proba.c.j.per Henr.Boich.ff.de iure fisci.l.ij.§. diuus Hadrianus.

9 Quis tenetur instrumentum etiam proprium edere cũ die & consule,aduersario id petenti ad fundandum eius exceptionem,vel replicationem,præstito tamen iuramẽto per eum,quod id causa calumniæ non postulat: vt tit. de instru.edi.§.videndum.ver.& Ienda est.in Spec.& idẽ si dicat se id ciuiliter de falso velle accusare: quo casu nõ tenetur accusans se ad pœnam falsi ordinariam obligare.sed ad pœnam extraordinariam, casu quo tamẽ iudex præsumeret de malitia accusantis:vt i o.Spe. vbi suprà,dicens,quòd ita de facto seruatur.Et ita etiam quo ad vltimum,not.extrà de proba.c.j.per Henr.Boich.

10 Pars potest petere quòd notarius edat,seu exhibeat originale protocollum,quasi instrumentum grossatum perfectè,si omnia quæ gesta sunt, non contineat. argu.ff.de eden.l.veluti.circa prin.& not.ff.de reg. iur.l.si librarius. per Bartolum.

11 Acta iudiciorum debent edi cum die & consule.C. de eden.l.j.etiam licet non sit eis vsurus aduersarius, secundum Azo.ibi,& eo.titu.l.j.pro quo extrà,de proba.c.j.per Innu.& Host.alias poterit appellari.C.vt lite penden.l.j. vt no.in d.c.j.per Henr.Boich.

De materia huius rubricæ,vide infrà, in verb. appellatio. & latè extrà de proba.c.j.per Henr.Boich.

33 *Cumulatio.*

1 PEtitio hæreditatis & rei vendicatio possunt in eodem iudicio simul cumulari,vt not.per docto.& præsertim per Iacub.Butri.C.de petitio. hæreditat.l.si post moram. in fin.quæstio.

34 *Reconuentio.*

1 REconuentio debet fieri ante litem contesta. vel incontinenti post,quantum ad simul procedẽdum in vtraque causa:sed quantum ad consequendum eum iudicem, potest fieri etiam vsque ad sententiam,vt not. Ioan.And. extra de verbo.signi.c.sæpè.in clemen.in gloss. super ver. exordio.& etiam Archidia.extrà,de rescript.cap.dispendiosa.§.reus quoque libro vj.& etiam Bald.ff.de procuratoribus.l.omni.& extrà de mutuis petitio.capitulo primo.per Henr.Boich.

3 In mutuis petitionibus si de vna liqueat, licet de alia non,nihilominus potest pronuntiari de liquida alia omissa.arg.C.de compen.l.fi.& ita not.extrà de ordi. cogni.c. cum dilectus.per Inno.

4 Excommunicatus non potest recõuenire actorem , nec compensationem opponere,extrà, de except.c.cum inter.in fi.& ita not.ibi gl.ordi.

De materia huius rubricæ,vide infrà,in verb.exceptio.

35 *Recusatio.*

1 SVspitio iudicis non est iusta causa appellandi, nisi suspitio ipsa in forma recusationis legitimè fuerit proposita,iuxta formam c.secundo requisit. de appellat. & per iudicem repulsa,vt not.eodem titu.capitu.nouit.per gloss.ordinariam.

2 Merus executor non potest recusari vt suspectus. vt extrà de appel.c.nouit.suprà alleg.

3 Si delegatus episcopi,vel eius officialis recusetur,episcopus debet de causa recusationis cognoscere.extrà,de offi.iudi.delega.c.si qua.lib.vj.Si verò recusetur ordinarius alius,vel delegatus à Papa, debẽt eligi arbitri,qui de causa suspitionis cognoscant,extrà de appellatio. cap.secundò requisit.& ita not.extra,de appellatio. cap. legitima. per Archidia.& Ioan.And.lib.vj.vide cap.suspitionis. de offic.delega.in antiq.

4 Recusatio iudicis suspecti debet præcedere, & opponi ante omnes alias exceptiones dilatorias,vel etiam declinatorias:vt not.extra de re iudica.cap.cum inter monasterium.per Innocen.

5 Postquam delegatus recusatus est, vt suspectus,non potest causam alteri subdelegare:vt de offi.deleg c.iudex.libro vj.licet in ordinario sit secus:extrà de foro compe.c. si quis contra.ita que not.C.de iudi.l.apertissimi. per Io. Fab.facit l.si prætor.ff.de iurisf.om.iudi.

6 Si iudex notarius iudicis habeatur suspectus potest recusari,vt not.in authen.de trien.& semis.§.& quia sæpè.& de hære.& fal.§.si verò absunt.Si verò notarius iudicis ordinarij habeatur suspectus,dabitur adiunctus,licet à iudice.argu.ff.de suspect.tuto.l.tutor. & ita not.C.de iudi.authen.si verò.per Guliel.de Cug.

7 Eo ipso quòd causa suspitionis est contra iudicem proposita,est eius iurisdictio suspensa.arg.de offi.deleg.c.suspitionis.in prin.ibi,assignata.& c.pastoralis.§.præterea.in fi.vt not.Specu.titu.de recu.§.qualiter.ver. si quis cognoscat.intantum quòd si iudex recusatus postea procedat est eius processus ipso iure nullus, vt not.ff.ad Treb. l.quia poterat.per Bar.

8 In causis ecclesiasticis in quibus non admittitur appellatio,nec recusatio:extrà de appel.c.super eo.ij.§.in causis.Et idem puto in causis profanis paritate rationis, &c. & ideo in notoriis in quibus non admittitur appellatio,

necrecusatio:vt eodem titu.cap.proposuit.& ibi not.gl. ordi.per Barto.eadem ratione.

9 Cum quæritur,vtrum iudex àquo appellatum est in vna causa posśit in alia causa per appellantem vt suspectus recusari? distingue:aut causa appellationis est finita,& tunc non potest,vt ff.apud eum àquo appella.l.j.Aut non est finita,& tunc aut quæris de delegato:& potest recusari:extra de appellatio.cap.ad hæc.cap.proposuit.Aut de ordinario:& tūc aut quæris in notoriis,& in talibus non admittitur recusatio,vt dictum est in quæstione præcedēte.Aut in causis non notoriis,& tunc iudex ad quē,non recipit appellationem:& tunc non potest ordinarius recusari:vt d.l.j.Aut recipit,& potest recusari, vt dictis ca. proposuit.& c.ad hæc.& ibi not.per Henr.Boich.

10 Iudex recusatus potest assignare terminū ad causam recusationis fiendam,quia talem terminum non arbitri, sed iudex recusatus statuere debet:extrà de appel.c.legitima.lib.vj.& ita etiam not.extrà de offi. deleg.c.suspitionis.per Henricum Boich.

36 *Litis contestatio.*

1 LItis contestatio requirit præsentiam partium.C.de tēpo.appel.l.fina.§.illud ex quo sequitur,quòd responsio rei facta ad libellum absentis,vel eius procuratorem, non operatur litis contestationem:vt not.Iaco. Buttiga. in authen.offeratur.fi.quæstione.C.de lit.contest. Sequitur etiam quòd non valet litis contestatio facta per nuntium:quia id quod fit per nuntium,dicitur geri inter absentes ff.de contrahen.emp.l.j.in fi.& ita not.ff.de procura.l.j.in ptin.fi.quæst.per Bal.

2 In litis contestatione requiritur verborum expresśio. C.de iudi.l.rem non nouam.§.patroni. Ex quo sequitur quòd contumacia rei libello respondere absen. non potest pro lit contesta.haberi.secundum Iaco.de Are.vt no. C.de lit.contesta.l.j.per Cy.

3 Responsio rei facta ad causam libelli, videlicet, dicendo causam libelli veram esse,vel non esse,operatur lit. cōtestatio.vt not.extrà de lit.contest.c.j.per Inno. vide Pet. de Sanxone extrà de lit.contest.

4 Litis contestatio facta super inepto libello,non interrumpit præscriptionem.ff.de adul.l.accusaturus.ita not. C.de lit.contest.auth.offeratur.per gl.ord.

5 Mora debitoris in litem contestando,habet vim litis contestationis quoad interruptionem.ff.de eo per quem factum est.l.ex hoc edicto.& not. l.ff.de act.& obli l.constitutionibus.& est tex.ff.si quis cau.l.eum qui.§.qui iniuriarum.in fi.& ibi no.per Bal.

6 Per obiectum exceptionis peremptoriæ non fit litis cōtestatio extrà de libel.obla.c.j.in vj.& ibi est tex.

7 Si de lite contestata constet iudici, licet non appareat in actis,sufficit,dum tamen notarius attestetur verbaliter & iudex poterit de hoc in causa nullitatis testificari: vt titu.de sen.§.iuxta præpositionem.ver.pone.in Specu. quod publicatis.in Specu.

8 In interdicto vti posśidetis, si nullus ex indignatione primo velit partes actoris suscipere,posśunt testes per partes iudic.hincinde recipi extraordinariè absque lit.contesta.vt not.titu.de libel.concept.§.nunc dicendum.versicu.xxij.in Specu.

9 In causa appellationis est necessaria litis contestatio, si ambæ partes sint pates:aliàs verò secus.& sic intelligitur extrà de appel.c.per tuas.itaque not.extrà de testi.ca. Raynaldus.per Host.& alios: & ita fuit determinatum in Rota.idem etiam tenet Pet.Iacob.in libello formato in causa appel.ver.& est notandum.

10 Super exceptionibus etiam emergentibus ante lit.contestationem non requiritur lit.contesta.vt not.extrà,qui filij sint legi.c.lator.& extrà de offi. deleg.c.prudentiam. per Ber.& Henr.Boich in penul.distinctione.

De materia huius rubricæ,vide infrà in verb.exceptio.

37 *Vitium litigiosi.*

1 VItium litigiosi afficit rem petitā actione reali, quod est quando agitur de dominio vel quasi dominio: & tunc non valet alienatio.C.de litig.authen. litigiosa res: sed quādo agitur actione personali, valet alienatio, licet reuocari debeat officio iudicis,si fuerit facta in præiudicium litis pendentis.extrà de desponsa. impube. ca.ad dissoluendum. & de accusa.c.olim. & de constitu.c.cùm M.& vt lite pendente per totum.& ita not.in alleg.c cùm M.& vt lite pendente.cap.ecclesia sanctæ.per Hen.Boich. & in titu.de appellatio.§.nouisśimè.versi.verum. cum suprà not.in Spe.& ibi vide.

2 Vitium litigiosi non afficit,seu impedit alienationem rei litigiosæ à tertio factam,seu ab alio quàm litigantibus,vt not.in alleg.ver. verum.in fi.in Spe.

3 Controuersia super posśesśione rei non facit rem litigiosam,vt not gloss.ordinar. Ber. extrà de confirma. vti. cap.j.gloss.j.contrarium videtur tenere Ange.in authen. de litigio.in ptin.

4 Motio litis in actione personali non facit rem litigiosam.not.vt inquit Inno extrà de except.c.dilectæ. & in c. cùm M.suprà alleg.in penulti.gloss.versi.sed si posśesśiones.& ibi etiam per Henric.Boich.vt suprà dictum est in prima conclusione.

5 Necessaria alienatio rei litigiosæ non est prohibita.ff. de rei vendi.l.is àquo.& l.seq.& ita not. extrà de constit. c.cùm M.suprà alleg.in penul.glo.quæ incipit, cognitione præmissa,per Inno.& not.extrà vt lite pendente.c.ecclesia sanctæ Mariæ per Henr Boich.

6 Per solam motionem controuersiæ in actionibus vniuersalibus,vt petitione hæreditatis. & familiæ erciscundæ,efficiuntur res petitæ litigiosæ, sic, quòd non posśunt alienari.ff.famil.erciscun.l.alienationes.& C.de peti.hæred.l.si postmodum.nisi essent res tales quæ seruando seruari non posśent.ff.de petitio. hæredit.l.diuus. vt not. in dicto c.ecclesia.per Henr.Boich.

7 In actione commissoria communi diuidundo efficitur res litigiosa per lit.contesta.C.commu diuidundo.l.j.tamen non potest alienari,nisi esset alienatio necessaria.ff. de fundo dota.l.si fundum.& arg.d.l.alienationes. vt no. per Henr.Boich.vbi suprà.

38 *Prorogatio.*

1 DE prorogatione iurisdictionis dic vt inf l.priuatorū consensus.ex cuius materia elici posśunt quæstiones.

2 Terminus videtur prorogatiuus cum suis qualitatibus & accessoriis,dependens tamen à voluntate prorogātium, & non alterius.ff.loca.l.item quæritur §.cui impleto & de arbi.l Labeo.§.fina.& ideo prorogato termino solutionis non videtur prorogata sententia excommunicationis,nisi iudex qui eam protulit, prorogationi consentiret vt not Hostien.contra Innocen.extra de appellatio. cap.præterea.

39 *Ratihabitio, & confirmatio.*

1 DE ratihabitione dic vt infrà in repetitione l.si ego.ex qua elicias conclusiones & de materia confirmationis vide infrà,in ver.instrumentum.

2 Ratihabitio nihil operatur, vbi authoritas requiritur. not.extrà de consuetudi. capitulo.cùm consuetudo. per Innocentium.

3 Confirmatio facta sine causæ cognitione in forma cōmuni non roborat actum,nec tribuit aliquod ius, quin in ea intelligatur tacita conditio,si sit ita,secus verò si cū causæ cognitione,ff.de adopt.l.nam ita diuus. cum ibi not.Itaque not.C.de donat. inter virum & vxorem.l.ex his.per Cy.& de confirma.vti.c ij.per Innocen.& per Hostien.in summa eodem titu.vt puta,quia facta fuit ex certa scientia confirmatoris. vt pote,quia videt concesśionem seu donationem sui prædecessoris,& eam de verbo ad verbum inserit in sua confirmatione, vel aliàs per literas confirmationis apparet, quòd confirmator vidit donationem,seu cesśionem quam confirmat.lxiiij. distinctio.cap.in synodo.secundum Henri.Boich. vbi suprà, & not.cle.titu.de instru.edi §.nunc autem. ver.item opponitur contra confirmationem.in Specu. de quo vide infrà,in ver.instrumentum,& iunge hoc quod ibi not. & vide latiùs extrà de fide instru.c.inter dilectos, per Henric. Boich.in secunda distin.

Iuramentum.

40 *Iuramentum.*

1 IVramentum fidelitatis non poteſt præſtari per procuratorem: vt no. Bal. ff. de re. di. l. ſumma. ver. ibi. & probatur extrà de ſta. reg. c j. lib. vj. & ibi eſt textus. Nec ob. in feud. tit. per quos fiat inueſt. c. j. quia ibi loquitur de inueſtitura, non de iuramento: quare &c.

2 Iuramentū filiifa. ſcilicet de nnu veniēdo contra proceſſum, iudici ſupplet defectum & authoritates paternæ ad iudicia requiſitæ: vt no. tit. de actore. §. j. ver. quid ſi ſuper hoc iurauerat. in Spe.

3 Iuramentū ob reuerentiā hoſpitis præſtitū, nō eſt obligatorium: vt no. gl. ordi. xxij. q. iiij. vnuſquiſque.

4 Toties quis peierat, quoties venit contra rem iuratam. extrà de ſen. & re iudicata. c. abbate ſane. lib vj. & ita no. ibi per Archi.

5 Defectus finalis cauſę excuſat à periurio. C. de nō nu pecu. l. fi. & ita no. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iu. per Bal.

6 Semper iuramento actoris creditur, ex quo delictum committitur: vt no. ti. de fur. ver. ſed quid. in Spe.

7 Licet iurarū ſit de calūnia, nihilominus iudex in quacunque parte litis poteſt exigere iuramentum malitiæ, quoties viderit expedire. extrà de iu. cal. c. ij. lib. vj.

8 De materia iuramenti contractus ſuper quo iuratur confirmatorii, dic plenè vt in repetitione authenticæ ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vend.

9 Procurator debet iurare de calumnia in animam domini ſui: & ideo requiritur ad iurandum de calū. mādatum ſpeciale. vt extrà de iuramento calū. c. fi. lib. vj. & ita etiam debet iurare in animam ſuam propriam: vt in eo. ti. c. ij. eo. li. itaque no. ff. de damn. infect. l. qui bona. §. qui alieno. per Bar.

10 Procurator generalis non habens mandatum ſpeciale iurandi de calūnia, nihilominus admittitur ad iurandum, ſi dominus valde diſtet: quod dicitur de ſpeciali mandato requirendo ad præſtandum iuramentū calumniæ, intelligitur ſi domini præſentia de facili haberi poſſit. ita no per Bar. & ſingulariter in alle. §. ſi alieno.

11 Aſſertio dicens, quòd non ſperat in partibus cōſequi iuſtitiæ complementum, cùm in animo conſiſtat, probatur per iuramentum. ar. extrà de ſent. excō. c. ſi verò. & de reſcri. c. ſtatutum. lib. vj. ſuper ver. ſaltim per propriū iuramētum. & facit c. vt circa. de elec. eo. lib. & ita fuit determinatum in Rota.

12 Subditi ratione iuriſdictionis, necnon etiam familiares, & domeſtici tenentur pręſtare iuramentum fidelitatis: vt in feud. tit. qualiter vaſ. fideli. iurare. c. j. in fi.

13 In diſpenſatione iuramenti requiritur cauſæ cognitio: vt no. extrà quod me. cau. c. ad aures. per Inno.

14 Quando actor plenè probat intentionem ſuā, & reus ſemiplenè exceptionem ſuam, non debet reo deferri iuramentum probationis ſuppletiuum: ſed eſt reus actori condemnandus: iſtud non credo verum quādo exceptio non contradiceret propoſitum actoris: ſed vtraque eſſet vera. ita firmat Bal. in l in bonæ fidei. circa fi. ſui cōmenti. C. de iureiu. Bar. in repetitione l. admonendi ff. eo. de iureiu. & Ange. ibidem reus actori eſt condemnandus: vt no. in Spe. tit. de iura. §. j. ver. quid ſi actor fundat. Si vero actor probat intentionem ſuam ſemiplenè, & reus nihil probet, tunc habito reſpectu ad cōditionem perſonæ, & quantitatem cauſæ, deferendum eſt iuramentum actori vel reo, prout iudici videbitur. ff. de iureiu. l. admonēdi. & C. e. ti. l. in bonæ fidei. & extrà eo. ti. c. fi. Si verò actor probet intentionem ſemiplenè, & reus probet exceptionem ſuam ſemiplenè, debet reo deferri iuramentum, cum in dubio ſit magis fauendum reo quàm actori. ff. de actio. & oblig. l. Arianus. & extrà de proba. c. ex literis. & no. in d. alle. c. fi. per Odofr. Abb. & Hen. Boich.

15 Si quis depoſuerit apud hoſpitem bugias plenas, debet attenta conditione perſonæ deponenti deferri iuramentum, & ſibi cum iuramento de his quæ intus erant, credi: vt no. ti. de furtis §. j. circa medium. in Spec. & extrà quod me. cau c. fi in prima gl. per Innoc. & ff. furt. aduerſ. naut. l. j. §. j. per Oldra.

16 Iuramentum confirmat donationē non inſinuatam, quantum ad obſeruantiam facti, ſeu iuramenti: ex quo poteſt ſeruari ſine ſalutis diſpēdio, per regulam c. ſi vero. & c. cum contingat. extrà de iureiur. ſed non quātum ad eſſentiam contractus: vt no. Inſti. de dona. §. j. per Io. Fab. Pro quo faciunt no. per Bar. ff. de fideiuſ. l. ſi quis pro eo. ver. quartò prohibentur. & in l. Modeſtinus. ff. de dona. Bal. dicit. quòd nullomodo cōfirmatur iuramento. ar. ff. de leg. j. l. ſi quis inquilinos. §. fi. & ita no. ipſe. C. de ſac. ſan. ecc. l illud. vide in d. authen. ſacramenta puberu. per me Henri. de Boue.

17 Quis poteſt cum iuramento renuntiare futuris alimētis, quæ debentur ex diſpoſitione hominis. & ita intelligūtur notata per Bar. ff. de fideiuſ. l. ſi quis pro eo. decimo articulo principali. Secus verò ſi debeantur ex diſpoſitione legis ſiue naturæ: vt no. Spe. ti. qui ſunt filii legi. ver. ſed pone quidem. & no. C. de coll. l. ij. in fi. quæſt. per Bald. Quod verum intelligo, niſi pro dictis alimentis daretur renuntianti aliquid annuum loco alimentorum: quoniā tunc illo mediante, filius poſſet illis renuntiare cum iuramento: quoniam & filia poteſt renuntiare hæreditati paternæ cum iuramento, mediante dote. extrà de pact. c. quamuis pactum. lib. vj. per quam renuntiationem iuratā filia excluditur etiam à petitione ſupplementi legitimæ: vt no. per Pe. Ia tit. de condi. ex lege. quæ ſibi debetur ſecūdum numerum liberorum. vet. ſed quid erit ſi filius pactus ſit cum patre, &c, in fi. & ver. ſed an ille filius poterit venire, &c. & tamen legitima iure naturæ debita, ſuccedit loco alimentorum: vt dicunt doc. & no. ff de pac. l. ius agnationis. per Bal. & pro tanto appellatur debitum bonorum ſubſidium, ex eo quia ſuc. edit loco alimentorum: igitur ſi filio ſit aliquid per patrem datum pro alimentis, poteſt illis cum iuramento renuntiare, &c.

41 *Poſitio, & articulus.*

1 POſitiones non ſunt aliud quàm libellus minutatim diuiſus. no. de acti. de conſti. pecu. in ſumma libelli, per Pet. Iac. & ſic non dicitur nouam ſubſtantiam continere.

2 In poſitionibus reſponſio credulitatis habet veritatis effectum. no. C. de iura. cal. l. ij. §. quod obſeruari, per Cy. & per gl. ord. ff. de interrog. act. l. j. in prin. ſuper verſi. perſonalis actio. in fi.

3 Poſitio non debet eſſe implicata ſeu copulata. no. ti. de poſitio. §. vij. ver. xj. in Spe.

4 Poſitio non debet fieri diſiunctiuè, niſi vbi ponēs haberet ignorantiam probabilem in alieno facto. no. Spec. in d. ver. xj. in fi. & no. extrà de reſcri. ca. ex parte. per Inno.

5 Reſponſio facta ad poſitionē ſimpliciter, refertur ad id ſuper quo principaliter ponitur nō conſecutiue. no. Spe. in d. ver. xj. & de leg. j. l. ſi tibi. §. ſi à filio. per Bar.

6 Dubitanti ſuper poſitione debet dari tempus ad deliberandum. ff. de interro. actio. l. qui interrogatus. no. gl. C. de iur. cal. l. ij. §. quod obſeruari. quod eſt verum, vbi iuramentum eſt de veritate: quia ſecus ſi iuramētum eſt de calumnia: vt no. Spe. ti. depo. §. vj. ver. quid ſi interrogatus: niſi poſitio fieret de facto alieno, vel de facto proprio antiquo tantùm, vt no. C. de iura. cal. d. §. quod obſeruari. per Iac Butrig.

7 Si reſponſum ſit generali poſitioni negatiuæ, nō eſt ſpecialibus poſitionibus ſequentibus reſpondendum: quia remoto ſeu negato genere, remouetur quælibet eius ſpecies: vt no. C. de tranſact. l. ſi cauſa. & facit ff. ad Tertullianum. l. ſi in fi & ita no. in l. iuriſgentium. §. ſed ſi fraudandi. ff. de pact. per Bal.

8 Ponens non poteſt ſumere probationem ex negatione aduerſarii contraria ſuæ poſitioni: nec ecōtrà, negans poſitionem ex ſua ipſa poſitione quam negauit: vt no ti. de poſi. §. viij. ver. ſed ſecundum præmiſſa. in Spe. pro quo facit c. ex eo. extr. de reg. iu. li. vj. & no. latius, ff. de acquiren. poſ. l. naturaliter. §. j. per Bar. circa tertiam lecturam. & ff. de his qui. vt indig. l. poſt legatum.

9 Articulus ineptus non validatur ex poſitionibus aptis, vel ex depoſitione teſtium ſuper inepto tamen articulo iuratoris, vt no. de reſt. § j. ver. quod ſi capitula. in Spe. & ff de iuriſdict. omnium iudicum. l. j. ſin. quæſtione per Bal.

10 Articulus ille dicitur impertinens, qui nullū præbet intentioni adminiculum: vt C. de proba. l. ad probatio. & extrà de offi. deleg. c. cùm contingat. in fi.

11 Si sit responsum positioni declaratæ, non est necesse respondere positioni declaranti: vt clare disputando probat & concludit Old. in consiliis suis, consilio incipi. data fuit in iudicio obscura positio.

12 Si sit responsum positioni principali, non est necesse respondere positioni dependenti: vt no. ti. de posi. § vij. ver. xv considerandum. in Spe.

13 Post dationem articulorum, imò & post testes examinatos, & instrumenta producta possunt fieri positiones: vt no. tit. de lit. contest. §. & quoniam. ver. sed quid si aliqua pars. per Hosti in summa.

14 In iudicio possessorio etiam reintegrandæ admittitur articulus de proprietate solùm ad possessionẽ colorandum: vt not. tit. de test. § nunc videndum. versi. sed pone. in Specu.

42 *Incidens, & emergens quæstio.*

1 IVdex ciuilis potest incidenter cognoscere de criminibus, quæ oriuntur ex actis ciuilibus coram eo habitis. C. de testi. l. nullum. no. ff. de aqua plu. arcen. l hoc iure. §. si per Bar.

2 Super quæstione emergenti debet expressè pronũtiari, cùm aliàs non possit in causa procedi. ff. de li cau. l. liber tas. in fi. C. de adulte. l. quoniam Alexandrum & de dila. l. à procedente secus verò in quæstione incidenti, super qua non debet expressè pronuntiari, sed tantùm super causa principali. C. de iurisd om. iu. l. j & de ordi. cog. l ij. & extrà eo. ti. c j. & ita no in d. l j per Cy & doc. Et ratio patet infrà, ex conclusione quæ incipit, quæstio emergẽs. & no. extrà eo. ti. per Host. in summa, ver. breuis expedio. & ibi vide.

3 Super exceptione peremptoria litis finitæ, quando opponitur ad impediendum processum in vim dilatoriæ, debet pronuntiari expressè: vt no. in d. l. j. per Cy. ratio patet ex supradictis.

4 Licet non sit necesse pronuntiare super quæstione incidente expressè, potest tamen pronuntiari, & pronuntiatum valet & tenet: vt no. extrà de ordi. cogni. c. j. per gloss. ordi. & Host. quod recitat & sequitur Io Fabri, in alleg l. j. C. de ordi. cogni.

5 Quæstio emergens est quæ ordinatur, tendit, & proponitur ad impediẽdum processum causæ principalis duntaxat. incidens verò est quæ ordinatur, tendit & proponitur ad impediendum iustitiã petitionis: & merita causæ principalis tantum, vt no. C. de ordi. iudi. l. j. per Iaco. But. in ij. q. & etiam per Cy. & alios.

43 De *petitorio, & possessorio iudicio.*

1 IN interdictis retinendæ vel recuperandæ possessionis obtinere debet ille, qui de antiquiori possessione probat: quoniam secunda possessio præsumitur clandestina, nisi probetur scientia & patientia prioris possessoris: si verò probetur cõtradictio prioris possessoris, secunda possessio præsumitur violenta: vt no. extra de proba. c. licet causam. in gl. sed nonne. per Inno. & per consequens debet succedere tã clandestinus, quam violentus possessor. ff. vti posi. l. j. §. si.

2 In interdicto vti posidetis. vbi probationes sunt pares, debet obtinere qui de titulo probat: vt est tex. in d. c. licet. & etiam ibi no. per gl. ordi. & vbi probationes sunt vtrobique pares, obtinere debet qui primò fuit ad iudicẽ euocatus, veluti reus actore non probante absoluendus: vt nu. in d. c. licet causam. per gl. ord. Ber.

3 Reus conuentus interdicto vnde vi, pro recuperatione quasi possessionis iurium, nõ potest conuenire actorem actione negatoria, nec contra eum de quasi proprietate excipere, cùm ante omnia sit restituẽdus spoliatus. C. ad legem Iul. de vi pu. l. si quis ad se fundum, & ita no. tit. de interdict. vnde vi, pro serui. §. cùm dictus actor. ver. item super libello, &c. per Pet. Ia. in sum. libellorum suorum. & probatur extrà, de ordi. cogni. c. fi. & facit de resti. spolia. capi. in literis.

4 Agens interdicto vnde vi, pro recuperatione etiã quasi possessionis iurium, non tenetur probare titulũ nec bonam fidem: vt no. Inn. & Host. in c. bonæ. extr. de postula. præla. & Io. Fab. C. de serui. l. j. & no. etiam ff. de iti. actuque priua. l. j. §. hoc interdicto, per Bar.

5 Si spoliatus patiatur se reconueniri de proprietate, intantum quòd pendente iudicio possessorio fuerit cognitum de proprietate patiente spoliato, debet super proprietate pronuntiari: vt no. Iac. But. C. ad l. Iul. de vi publ. l. si quis ad se fundum. in j. q. pro quo facit tex. extrà de resti. spoli. c. j. & no. Cy. de interdict. l. in. certi. & no, extrà, de resti. spo. c. fi. lib. vj. per gl. ord. Io And.

6 In possessoriis sufficit allegare factum, vt est necesse allegare obligationem quæ iuris est, vel exprimere causam petendi, quoniam possessoria in facto consistunt. ff. si ser. vendi. l. ij. §. fi. & no. Inn. extra de electio. c querelam. glo. fi. & no. per Hostien. in summa, tit. de censi. §. quis census. versi. & census autem ignorantiæ. & ff. de offi. proconsul. l. solent. §. fi. per Bal.

7 In actionibus de quibus non constat, quòd competãt, nullum interdictum possessorium locum habet: quia nemo posidet actionem, nisi ille cui verè competit: vt not. ext. de restitu. spolia. ca. in literis. per Innoc. & ita etiam tenet Oldrad. in consiliis suis, consilio quod incipit, Papa ordinauit.

8 Prælatus ecclesię, vel alius administrator, vtpotè tutor, vel curator, potest petere restitutionem possessionis occupatæ violenter, licet proprius nunquam apprehendisset: in hærede vniuersali fit secus. ff. de acquir. poss. l. cùm hæredes. & ita no. ibi per Bar.

9 Agens simul petitorio & possessorio, vincere debet sola possessione probata, nisi reus probet in proprietate, vel dominus præsumatur: vt no. extrà de postulatio. præla. capit. bonæ. per Inno.

10 Baptismare & crismare sunt eiusdem iuris, vnde qui est in possessione vnius, præsumitur esse in possessione alterius: vt no. extrà de religio. do. c. j. per Innocentium.

11 Depositarius, vel commodatarius cui res deposita, vel commodata aufertur, habet pro recuperatione rei condictionem ex illo canone. iij. quæst. j. reintegranda. & C. de præto. pig. l. fi. no. ti. de petitorio & possess §. j. versic. sed nunquid depositarius. in Spe.

12 Pro recuperatione rei notabilis subtractæ competunt interdicta & remedia possessoria, quæ no. Barto. ff. de acqui. pos. l. rem quæ nobis, &c. ibi vide.

13 Quis potest agere simul petitorio & etiam possessorio recuperandæ: vt no. gl. ordi. Ber. extra de cau. pos. & proprie. ca. cum dilectus. & etiam adipiscendæ: vt est tex. de vtroque eo. ti. c. pastoralis. & no. ff. de acqui. pos. l. naturaliter. §. j. per Bar.

14 Agens interdicto vti posidetis, si probet se aliàs possedisse, adhuc præsumitur posidere: vt no. C. ad exhi. l. non ignorabit. per Cyn. & maximè quando probatur fuisse de recenti possessor: vt not. C. de proba. l. siue posidetis. per Cy. & doct.

15 Impedimentum rei iudicio possessorio conuenti, sufficienter probatur per resistentiam factam in litis contestatione per reum, & in discursu processus: vt no. ti. de actio. & peti. §. iiij. ver. sed numquid habet. in Spe. pro quo facit tex. secũdũ lect. Dy. & gl. ff. de ope. no. nun. l. si prius, in prin. vt ibi no. per Bar. in quinta oppositione.

16 Pendente lite super proprietate annui census petitor si fuerit in possessione exigendi non vi, non clam, nõ precario, debet in ea tueri lite pẽdente. de can. pos. & proprie. ca. cùm ecclesia sutrina. & xvj. q. iiij. c. volumus. & vt lite penden. ca. memoria. vt no. Inn. & Hosti. extrà de censi. c. peruenit. & no. latius Hen. Boich. in fi. suæ distinct. ibi.

17 Reus qui est in quasi possessione iuris incorporalis, debet lite pendente super petitione interim gaudere possessione sua. ff de aqua quoti. & æsti. l. penul. extrà de elect. c. querelam. de resti. in integ. c. ij & ibi no. & de præscrip. c. si diligenti. vtrobique per Hen. Boich.

18 Possessio maximè in fructu cõsistit: vnde licet qui arat, arãdo vadat, & laboret: qui percipit fructus, ille efficaciter posidet. argu. ff. qb. mo. vsusfr. amit. l. Põponius. ita no. ff. de os. præto. l. Barbatius. in xij. oppositione. q. fi. per Bald.

19 Petitorium & possessorium retinẽdæ possunt simul intentari & cumulari diuersis respectibus ff de acquirend. posses. l. naturaliter. §. j. & ibi no. secundum hanc lect. quæ est verior secundum Barto. vtpotè per illum qui posidet ciuiliter tantùm, vel naturaliter, vel simul vtroque modo:

& vult

& vult agere rei vendi.pro re quam non decet, vtpote pro re, per eum d. posita, vel commodata. ff. cõmo. l. rei commodatæ. de rei vendi. l. officium. extrà de causa poss. & proprie. capi. cùm dilectus. per Hen. Boich.

10 Quis non perdit quasi possessionem iuris incorporalis, vtpote annui census seu pensionis non petendo: nam talis quasi possessio solo animo retinetur: nec videtur possessor habere animum dimittendi nõ petendo, vt no. extrà de elect. c. querelam. per Inn. in glo. dicunt quidam. ver. & not. & Hostien. & Compost. per eum, nisi tali possessori petenti facta fuerit per debitorem denegatio solutionis: quia ex hoc videtur petens spoliatus, vt patet in d. c. j. ver. subtractam. & ibi no. per Innocen. in gloss. dicitur autem in prin. & per Hostien. & Compost. per eum, & pari modo per Henric. Boich.

De materia huius rub. vide s. in versi. iudicis officium. & in ver. lit. contest.

44 *Præsumptio, & fictio.*

1 CONtra præsumptionẽ iuris & de iure admittitur probatio per confessionẽ partis aduersæ: vt no. Cy. C. de dou. propter nup. auth. sed iã necesse. & Azo eo. ti. in summa. & facit quod no. Inn. ext. ne cle. vel mona. c. quia plerique. gl. j. ver. sed quod dicitur. vide gl. in auth. de æqua. do. §. circa medium. super ver. sciãt & per Bal. C. de probatio. in rubrica. Adde Aluis. de Albert. sing. 46.

2 Ille qui possidet feudum xxx. annis, præsumitur in dubio inuestitus, & iustè possedisse in feu. si de feu. controuer. fuerit. c. iiij §. si quis per xxx. & hæc voluntaria inuestitura necessaria inuestitura præsumitur ex tempore decem annorum. argu. infrà ex conclusione quæ incipit, Ex diuturnitate &c. not. ff. de re. diui. l. summa. per Bal. versi. & not. quòd ille.

3 Ille apud quem steterit instrumentum, præsumitur scire contenta in codẽ: vt authen. qui semel. & ibi no. per Bart. C. de testi.

4 Ille qui habuit acta penes se, præsumitur omnia percunctatus: extrà de testi. c. constitutus & quod no. Innoc. eo. ti. c. vltra tertiam. pro quo facit ff. de transac. l. non est ferendus. & ita no. ibi Bal.

5 Auditus dici à persona fide digna, probabilem causam credulitatis inducit. ita no. Cyn. C. de seruitu. & aqua. l. j. & ff. de fal. l. Athaletus. per Bar. & etiam publica fama: vt no. per eum ff. de vsucap. l. Celsus.

6 Casus incendij præsumitur semper contingere culpa eius qui rem debuit custodire. ff. de offic. præfect. vigil. l. iij. §. j. & ibi ita no per Bal. & facit, quia conductor tenetur de incendio facto culpa famuli, vel alterius secum habitantis. ff. loca. l. videamus. in princ. & l. insulam. § fi. adde j. rub. mista de criminib. nu. 18.

7 Furtum præsumitur factum culpa custodis, nisi sit factum, in loco qui bene custodiri non potest: quia tũc per rerum naturam culpa probatur abesse. ff. de offi. præfect. vi. l. ij. §. effracturæ & ita ibi no. per Bal.

8 Transcursus temporis de quo nõ constat in cõtrarium memoria, habet titulum præsumptum pro suo: vt not. extrà de præscript. c. si diligenti. in fi. lib. vj. per Archi. & hoc sufficit probare ad obtinendum in rei vendicatione vt not. infra, in ver. probatiu. vide c. j. de præscrip. lib. vj.

9 Si quis emat rem nomine vxoris, vel filij, & de sui voluntate tradatur eis, præsumitur donatio tacita. C. de don. inter vi. & vxo. l. si filij. & ita not. Bar. & not ff. de Fal. l. si tibi. §. si quis. per Bald & per Pe. Iaco. in summa libellorum in tit. de actio. re. amo. in fi.

10 Præsumptio iuris tollitur per præsumptionem cõtrariam, quia præsumptio vna aliam tollit. ff. de lega. j. licet imperator. & de his qui sunt sui vel alie. iu. l. filium.

11 In eo quod factum est publicè, præsumitur scientia. extrà de postu præla. c. j. & xvj. quæst quod dicatis. & melius xij. q. j. qui diuinis. in fi. & facit quod not. de cõst. cap. cognoscentes. gl. fi. ita no. Archi. de sen. excom. c. j. li. vj. Et facit l. sed & si pupilli. §. præscriptorum. ff. de inst. actio. & not. extrà, de regu. in. c. præsumitur. lib. vj. in glo. ordi. per Ioãn. And. vide super hoc Hen. Boich. extrà de postu. c. j.

12 Assignatio in dubio fieri præsumitur causa translationis dominij. arg. ff. de iure do. l. dotis fructus. §. fi. in fi. cũ l. seq. & ff. pro dote. l. j. circa me. & ita not. ff. so. matrimo. l. si constante. pro articulo principali. secundò quæro. per Bar.

13 Mulier præsumitur dotem primi viri tacitè in secundo matrimonio repetere, vt ff. de iur. do. l. quæ dotem. & l. diuus. & solut. matrimo. l. penultim. §. vxor. & quod not. C. de rei vxo. acti. authenti. sed quamuis: & ita not. in consilio suo, per Bart. quod incipit, quod mulier habens agrum.

14 Concilium ciuitatis repræsentat vicem populi. glo. est ordina. C. quæ sit long. consue. in rubri.

15 Ille qui fuit in bello, nec reperitur postea viuus, mortuus præsumitur. ff. de his qui no. infa. l. exhæredatum. & not. ibi per Bar. & Bal. res enim deperdita præsumitur, si facta diligenti perquisitione non reperiatur. arg. ff. de acqui. pos. l. peregrè. & no. ff. de eden. l. si quis ex argentariis. §. fi. etiam per Bald.

16 Ex luctu propinquorum præsumitur quis mortuus. ff. de iis qui no. infa. l. vxores. cum l. seq & ita etiam ibi notat Bald.

17 Si res simpliciter tradatur, videtur in dubio tradi causa custodiæ. vt ff. de leg. ij. l. cũ pater. §. pater pluribus. nisi præcesserit causa habilis ad dominij trãslationẽ: quia tũc præsumitur tradi ex vi præambulæ causæ præcedente. vt ff. pro dote. l. j. & ibi per Bartol. Vnde dicunt doct. quòd verbum concedo, est commune tam ad translationem iuris, quàm ad simplicem concessionem facti: verum accipitur, & intelligi debet secundum naturam contractus, cui adiicitur: vt no. gl. in c. 1. de vsur. lib. vj. & Bald. ff. de legi. l. non ambigitur.

18 Quicquid est in regno, vel comitatu, præsumitur esse de iurisdictione regis vel comitis, nisi contrarium ostendatur. arg. viij. dist. can. quo iure. & xxiij. quæst. vij. ca. j. & ita no. ri. de iurisd. om. ind. ver. & scias. in Spec. vide extrà de præsc. c. si diligenti. per Hen. Boich

19 Pro libro nummulariorum, & campsorum nostri temporis, quandoque taliter præsumitur, quod attenta conditione personæ, & concurrentibus coniecturis, eis creditur cum delatione iuramenti: vt not. tit. de instru. edi. §. vij. ver. licet autem. in Spec. de quo vide ff. de iureiurando. l. admonendi. per Bar.

20 Ex diuturnitate temporis præsumitur interfuisse solennitas extrinseca, quæ requirebatur in actu. vt ff. de acqui. hære. l. qui aliena. §. j. & ibi no. per Bart. & facit etiã quod no. in Spe. tit. de instru. edi §. ostenso. ver. sed quid si post. & extrà de testibus. c. significauit. per Io. And.

21 Possidens præsumitur dominus, vbicunque dominiũ proponitur incidenter: vt no. C. quæ sit long. consuet. l. ij. per Cy. in iij. quæstio. principali. & ff. de no. oper. nun. l. si prius. per Bartol. versic. venio ad tertiam particulam. in ij. oppositione. & de aqua plu. ar. l. apud Trebatium. §. finali.

22 Confessio criminosi judicialis præsumitur in dubio spõte facta: vt no ff. si quis cautioni. l. sed & si quis. §. quæsitum. per Bal.

23 Princeps præsumitur in dubio facere ea quæ facit ex iusta & rationali causa: vt no. Iaco. de Are & Cy. post eum. C. de preci. impe. offe. l. rescripta.

24 Frater in dubio præsumitur velle dotare sororem suam de bonis cum ea communibus: vt no. C. de dotis promissio. l. fi. & de rei vxo. actio. l. j. §. fi. vtrobique per Cy.

25 Furiosus per dilucida interualla præsumitur omni tẽpore furiosus: quoniam probatis extremis præsumitur medium. & ideo qui dicit eum aliquid fecisse sana mente, incumbit onus probandi: vt not. iiij. quæst. ix. c. iudicatis. & extrà de succes. ab intest. c. fi. & ita not. C. de testa. l. furiosum. per Oldra.

26 Venditio facta per patrem filio illegitimo, præsumitur facta in fraudem: & ideo nihil valet. ar. C. de nat. libe. l. j. & etiam ita no. ibi per Ia. de Bel & no. Spe. tit. de succe. ab intest. ver. sed cùm dicatur. & ver. seq. & etiam ff. de vulg. & pup. l. is qui. per Bal.

27 Ille qui proposuit turpem exceptionem, tenetur actione iniuriarum, nisi probet: quoniam eo in probatione

deficiente, præsumitur etiam si sit propositus non velle iniuriari: quia daretur aliàs materia delinquendi in dubio non iniuriandi proposuisse: vt no. C. de iureiuran. l. si modò commen. per Bar. de Salic. in fi. quæst. & tit. de accusa. ad fi. in addi. ad Spe. per Ioan. And.

28 Concesso officio tacitè sequitur, & constitui præsumitur salarium consuetum. C. lo. a. l. licet. & in eo. tit. l. eacepto. & ibi no. per Cy.

29 Condemnatus præsumitur fuisse præsens in sententia: licet hoc ibi non dicatur, nisi contrarium probaretur: vt no. ti. de sententia. §. vj. ver. & no. in Spe.

30 Alienatio seu donatio præsumitur fraudulosa, si alienator non desinat possidere rem donatam: vt no. titu. de dona. ver. item pone. in Spe.

31 Propter verbum inuestiuit, positum in instrumento, præsumitur ambarum partium præsentia: vt in consi. incip. In instrumento. per Oldra.

32 Concesso castro villæ, vel ciuitatis, videtur concedi iurisdictio: vt no. tit. de iurisdi. om. iud. §. j. circa medium. ver. notandū quoque. ver. tamē donauerit. in Spe. de quo vide per Pet. Ia. tit. de cōdi. ex moribus. ver. comes dedit.

33 Quilibet possessor præsumitur habere bonam fidem, nisi appareat alius antiquior possessor: quoniam ille potest dicere & allegare, quod tuum non est, scire debebas, ad alium pertinere. C. vnde vi. l. fi. quemadmodum verò ad alium præsumitur bona fides: vt innuit gl. in l. si quis emptionis. super verb. C. de præscrip. xxx. vel al. anno. Et ita no. ff. de vsuc. l. Celsus. ver. requiritur etiam bona fides. per Bar.

34 Quis in dubio præsumitur habere possessionem vigore præcedētis tituli: vt no. ff. de vsuc. l. cùm solus. per Bar. in fi. suæ distin. & no glo. ord. ff. de rei vendi. l. quædam mulier. gl. fi. ad quod iunge suprà, in conclusione si res &c. Et not. in Spe. tit. de loca. § nunc aliqua. ver. lxiij.

35 De materia fictionis vide plenè no. per Bart. ff. de vsuc. l. si is qui pro emptore. in repetitione, de materia verò præsumptionis, vide quod not. suprà, in versi. index. & in ver. decretum. & infrà, in versi. probatio. & in ver. notarius. & in ver. expensæ.

36 Negligentia non præsumitur fuisse in iudice, nisi probetur requisitus: vt no. ff. de dam. infect. l. damni. §. Sabini sententia. fi. quæst. per Bar.

37 Res empta ex pecunia viri & vxoris, quasi efficitur eorū cōmunis: sed si pecunia nō appareat vnde processerit, præsumitur esse viri, & ab eo processisse: vt not. riuul. de emp. & vendi. §. in loco. versicu. hoc autem scias in Spe.

38 Propter temporis breuitatem quis præsumitur fuisse mortuus ex præcedentibus vulneribus, aliàs non, extrà, de cle. percus. c. ij. & ibi etiam no. glo. de quo ff. de sica. l. fi. per Bar.

39 Res præsumuntur mariti, si in eius domo reperiantur: vt no. C. ne vxor pro marito. l. ij. per glo. ordin.

40 Præsumitur ignorantia, vbi scientia non probatur. ext. de re. iur. c. præsumitur. li. vj. & ff. de proba. l. verius. & maximè propter absentes. ff. de decre. ab ord. facien. l. fi. & not. gl. j. q. j. si qui à simoniacis. Et præsertim probatur ignorantia per sacramentum: vt no. gl. ordi. ff. de accusa. l. si cui. §. j. & in alleg. c. præsumitur. per Ioan. And.

41 Vtrum præsumatur causa finalis: dic aut loquimur in contractibus, & tunc si esset vera aut importaret verum debitum, & præsumitur finalis. ff. de condi. inde. l. damus. Aut non importaret verum debitum, & præsumitur impulsiua: vt ibi not. & ff de dona. l. ij. § fin. In vltima verò voluntate si causa etiam existens vera importaret verūm debitum, præsumitur impulsiua. ff. de lib. leg. l. Aurelius. § fi. & ita not. ff. de pact. l. iurisgentium. § sed cùm nulla. per Baldum.

42 Filius præsumitur esse in potestate patris: argum. ff de prob. l. circa. nisi sit in quasi possessione existentiæ sui iuris. ff. sol. mar. l. Titia. & ibi innuit glo. j. & etiam ibi not. per Bart. in prima oppos. quod declara infrà in conclusione, quæ incipit, filius qui, &c.

43 Regularis est traditio, quod hæres præsumitur scire contenta in testamēto. ff. de lib. leg. l. cùm hæres. & ad Treb. l quidā ita. §. si quis filiū. Sed contenta in codicillis præsumitur ignorare. ff. de transactio. l. non est ferendus. & de ver. oblig. l. si seruum. §. de illo. quæ limita, vt not. eo. tit. l. qui Romæ. §. duo fratres. per Bar.

44 Aliquid præsumitur factum ex eo, quia sic solitum est fieri: arg. à solitis. ff. ne quid in loco pub. l. j. §. merito. & si cert. petar. l. certi condictio. §. si nummos. & ita not. ff. de regul. iur. l. si librarius. per Bartol.

45 Valet venditio facta inter coniuges, nec præsumitur facta fraudulosè, nisi fraus probetur. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. si sponsus. §. circa. cum ibi not. per glo. ordin.

46 Vtrum concessio in dubio præsumatur realis vel personalis? distingue. ff. de ser. leg. l. si pater filiæ. per Bar.

47 Filius, qui diu spatio x. annorū fuit in quasi possessione existentiæ sui iuris, præsumitur fuisse emancipatus, quando allegatur emancipatio: & ad eam probandam adducitur longi temporis coniectura. C. de pa. po. l. j. de adop. l. post mortem. & arg. ff. de vsur. l. cùm de in rē verso. Si verò non allegaretur emancipatio, sed sola quasi possessio existentiæ sui iuris, tunc ad effectum præscriptionis dictæ libertatis requiruntur viginti anni. C. de præscript. longi tempo. quæ pro liber. l. ij. & ita no. in alleg. l. post mortem. per Baldum.

45 *Notorium, & manifestum.*

1 IN facto notorio potest iudex de facto supplere nemine opponente: vt not. ff. de ser. l. j. & C. qui aduer. l. j. not. C. de accus. l. reos. per Cyn. Et est ratio, quia in notorio iure ordinem non seruari est iuris ordinem obseruari: extrà de iureiur. c. ad nostrā. secundum Henr. Boich. qui etiam not. extrà de postul. præla. c. bonæ.

2 Illud, quod probatur per testes decem, & illud seu censetur notorium: vt not. Cy. C. de accus. l. ea quidem. Nam decem homines faciunt populū: vt not. x. q. iij. vnio. & not. Inno. extrà de accusa. cap. j. intellige duntamen illi decem homines faciant maiorem partem populi vel viciniæ: vt infrà in conclusione quæ incipit, ad probationē.

3 Sententia iudicis inducit notoriū: vt not. C. de euict. l. si cum quæstio. per Cy. Quod intellige etiam de sententia interlocutoria: vt ff qui satisda. cogan. l. si verò. §. qui pro rei qualitate. Et ita etiam not. ibi per Bal. & est text. extrà de sen. excō. c. venerabilibus. ver. sed si iudex. lib. vj.

4 Et præconizatione publicè facta inducitur notoriū facti transeuntis: vt not. C. de accus. l ea quidem. per Bar. de Sali. contra Iac. Bu. circa quod iunge quod no. s. in ver. præsumptio. in xj. conclu.

5 Quodlibet notorium indiget probatione, nisi sit notorium facti permanentis: vt not. ff qui satisd. cogan. l. si verò. §. qui pro rei qualitate per Bal & ibi vide rationes, vel nisi sit factum iudicialiter in iudicis conspectu: vel nisi sit notorium iudici in tota prouincia, in qua præest. vt not. C de accu. l. ea quidem. per Bart. de Salic. in vij. q. iij. j. & iij dubiis.

6 Ad probationem notorij requiritur quòd testis deponat de assertione populi principaliter, & de quiditate vel essentia facti inclusiuè, dicendo quod maior pars saltem populi vel viciniæ, si de notorietate viciniæ quæratur, asserit ita fuisse: & ita quilibet ipsorū asserit se vidisse vel audiuisse, & nullus asserit contrarium: vt no. C. de accu. l. ea quidem. in tractatu de notorio, in vj. q. per Bar de Salice.

7 Probata notorietate sola non potest iudex ex solo notorio ferre sententiam, nisi cum notorietate rei probetur etiam essentia & quiditas eius: vt not. vbi suprà per Bart. de Salic. in viij. q.

8 Probata notorietate sola potest iudex procedere sine figura ordinis iudicialis tanquam in notorio, in quo non requiritur ordo iudicialis: extrà de iureiur. c. ad nostram. vt colligitur ex not. vbi suprà in dicta viij. q per dictum Bart. de Salic.

9 Super notorio exigitur interlocutoria, si de eo disputetur per modum quæstionis emergentis respectu processus & ordinis procedendi, alias non: vt not. per Bart. de Sal. vbi suprà in viij. q.

10 Vbi iudex procedit tanquam super notorio, nō monstrato notorio, omnia agitata sunt ipso iure nulla, vt no. extrà de coha. cler & mul. c. tua nos. per Innoc.

De materia huius rubricæ, vide suprà in ver. index. & in ver. exceptio. & infrà, in ver. stylus & consuetudo.

Probat

46 *Probatio.*

1 PEr solutionem mercedis probatur possessio.ff.de acq. poss.l.quamuis §.j.& eod.titu.l. qui vniuersas.§. quod per colonum & ibi not.glo.& Bar.

2 Rogatiua solutio proposita per tertium probari debet per proponentem, sicut & affirmatiua: vt not.Inno.extrà de accusa.c.super his.Et modus erit per rimationem publicarum scripturarum ; vt potè, quia ille non reperitur scriptus inter soluentes : vel reperitur scriptus inter non soluentes.C.de exact.tribut.l.j.lib.x.& ita not.ff.de pact. l.inter debitorem.per Bal.

3 Duæ imperfectæ species diuersæ probationis faciunt perfectam & legitimam probationem in ciuilibus per se,& in criminalibus cum indiciis, vt not.glo. singularis, quæ non est alibi.ff.de excusa.tur.l.ij.§. ætas.quam sic intelligunt ibi Cyn.Dyn.& Bald.ad idem gl.in c.j.de appel. Adde quòd in contrarium facit l.j.C.qui nu.tut.vbi not. quòd duæ diuersæ species non integrant vnum totum.& ita not.Bal.in l.petens.in sua repe.C.de pact.& per Ang. in §.actionum.in liiij.col.Insti.de actio.Adde tamen pro prima opinione tex.in c.fi.cum ibi not.de success.ab intest.& vide eundem Ang.in d.§.actionum.col.seq.

4 Sufficit per coniecturam probare mortem, quādo non potest liquidè per testes probari: vt not.C.sol.ma.l.si quidam. per Cy. de cuius mortis probatione dic vt not. & latè distinguitur ff. quemadmodum restamen.aper. l. ij. §.j.per Bar.

5 Bona vel mala fama potest de plano probari. s. per communem auditum: extrà de spons.c.tua nos.Inno.extrà de accus.c.licet.

6 Probationes factæ in iudicio ciuili non faciunt pro actore fidem contra reum in iudicio criminali delatæ. Sed pro reo contra actorem faciunt fidem : probationes sunt in vno iudicio ad defensionem in alio.Ita not.Cyn. C.quan.ciuil.act.l. vna.fi.q.

7 Fama cum vno teste facit plenam probationem in causa ciuili.& ita etiam no.Spe.tit.de not.Cri.§.fama. versi. fama autem & ver.seq.& ita etiam vidit obtineri Cyn.vt ipse recitat C. de probat.l. proprietatis. & notatur extrà de prob.c.cùm causam.per Henric.Boich plenè.vide de hoc per Bar.d.l.admonendi.ff.de iureiur.

8 Quando sunt probationes vtrinque pares, vincit ille, qui habet pro se aliquam præsumptionem. ff. de iureiuran. l. si duo patroni. vna cum secunda gloss. secundum Bart.ibi.

9 Non sufficit probare non intentatum.ff.de pet. hæred. l.si quis libertatem.§.fi.in fi.inquit enim gl.Decreti,quòd libellus pro palatio & sententia debent esse inuicem conformes:& ita no.iij.q.viij.c.libellorum.in glo.posita super ver.diem.

10 Verba narratiua seu enuntiatiua faciunt præiudicium illius qui operatur, si patitur illa inseri in instrumēto: vel illa in ipso transierunt.C.de contrah.& commit.stipul.l. optimam.& ff.de proba.l.quidam.Itaque no.ff. de dona. l.ex hac scriptura.per Bar.vide in conclusione, quæ incipit,Confessio.Et infrà in versi.instrumentum, in conclusione quæ incipit,Verba enuntiatiua.

11 Error probatur per hunc modum , videlicet , quòd in tractatu de faciendo contractum aliquid fuit expressum, quod posteà fuit omissum , vel aliter fuit expressum seu scriptum, quam tractatum: arg. ff.de hær.instit.l.quoties. §.j.& ita not.ibi per Bar.

12 Quando aliquis tenetur probare aliquid incontinenti, relinquitur arbitrio iudicis : & intelligitur fortè vsque ad octo dies.vt not.extrà de testi.c. veniens. gl super ver. incontinenti.per Inno.vide quod not. j.de ver.sig.in conclus.incip.mox.Et facit quod not.extrà de resti.spol.c.literis.per Henr.Boich.in sua distinct. versi. aut est occultum.vbi dicit,quod adulterium reputatur notorium,de quo potest fieri fides intra octo dies: arg.extrà de testi.c.ex parte.de excep.c.pia.lib.vj.

13 Error seu ignorātia iuris probatur ex facti & personarum qualitate. ff. de adul.l.si adulterium cum incestu. §. fratres denique.& § seq.vt not.ff.de legi.l.j.per Bal.

14 Crimen nō potest directè probari per instrumentum: tum quia in causa criminali testes debent coram iudice exhiberi.C.de fid.instru.l.iudices.& auth.apud eloquentissimum.Tum etiam quia in contractibus notarius non potest me non mandante, contra me recipere instrumentum.in auth. de tabel. ad fin. j.col.Igitur multo minus in criminalibus: sed bene potest crimen indirectè per instrumentum probari, iuxta not.per gl.C.ad leg.Aquil.l.contra negantem.Itaque not. extra de reg iur.lib. vj.c. semel malus.in nouella.per Ioan.And Quod est verum, si agatur criminaliter: secus verò si agatur ciuiliter de crimine, extra de restit.spol.c.cùm ad sedem. ver. nos prioris. vbi dicitur quòd violentia potest probari per scripturam.& ita not.extrà de ma & obe.c.cum in eccl.per Hen.Boich.

15 Paupertas probatur per famam : vt not.glo.ord. ff. de excu.tut.l.paupertas.& præsertim vicinorum: vt C.quan.fis.vel priua.l.ij.& ita recitat & tenet Bal.ff.qui satisd.cog. l.si verò.§.qui pro rei.

16 Vbi actor non probat intentionem suam , non nocet reo, non probare exceptionem suam, licet se adstrinxerit ad onus superfluæ probationis,&c.quia eligēdo viam exceptionis non videtur renunciare viæ absolutionis: vt not.gl.ordi.ff.de proba.l.circa.glo.magna, in fi.q.

17 Ille qui proponit seu allegat ætatem pro fundamento intentionis suæ: siue maiorem siue minorem, siue agendo siue excipiendo, siue affirmatiuè, siue negatiuè, illam probare tenetur.C.de mino.l.si minorem.& ff.eo.l.de ætate. nisi inspectio personæ reuelaret proponentem ab onere probandi.ff.eo.ti.l.minor xxv.annis adito, itaque no. in alle.l.de ætate.in iij. q. principali.ff.de excep.l.j. in fin.& vtrobique, per Bar.

18 Confessio incidenter propter aliquid emissa , non facit probationem: vt si scribatur epistola, in qua dicatur, charissima soror mea venias ad diuidendum mecum talem hæreditatem.C.de proba.l.non epistolis.& l.non nudis.quæ sic intelliguntur.pro quo ff.de testa.mili.l.non ex his verbis.melius facit ff.fa.erc.l.qui familiæ.itaque not. extrà de confessis.c.ex parte.per Hen.Boich.quod intelligo de confessione emissa in absentia partis. de quo loquuntur iura supra alleg.

19 Ad obtinendum in rei vendi. sufficit probare possessionem per tempus, de quo non stat in contrarium hominum memoria : quia dominium per dictum tempus acquiritur, quemadmodum etiam amittitur. ff. de acquir. re.domi.l nunquam. §.thesaurus.& firmat Bal.in l.traditionibus.C.de pac. ver. ego dico, dum dicit , acquiritur ius directū, loquēdo de dominio.alle.l.hoc iure.§.ductus. ff. de aqua quoti.sed in præscriptionibus minoris temporis, siquidē versatur in eis odium , acquiritur solū ius vtile: sed si versatur solus fauor, vt in vsucapionibus , acquiritur ius directū: quia fauorabilis acquisitio debet esse efficacior quàm odiosa, secundū cum: quinimò sufficeret actori probare , quòd ipse & eius prædecessor possederunt tanquàm domini xxx.annis, & vltra: & quòd pro talibus habiti fuerūt.ar.ff.de condi.insti.l.quidam.& ita no.Inst.de actio.§.j.ver.quid si non probet, per Ioan. Fabri. & pro hoc facit quod tali possessori datur rei vendicatio vtilis.C.de præsc.xxx.vel xl.ann.l.si quis emptiōis.

20 Vbicunque negatio est causa intentionis agentis alicuius vel excipiētis, ei qui negat, incumbit onus probandi, nisi illud quod negat, sibi debitum fuerit: vel aliâs, nisi aliâs sit iuris præsumptio pro negante: vt not.ff.de verb. oblig.l. in illa stipulatione si Calend.per Bar.

21 Relationi officialium creditur in officio sibi commisso. C.de exac.trib.l. apparitores. & de fal.l. si quis decurio. ff.de off.præfec.vigil.l.j.§ cura carnis.& §.seq.& de rebus eo.l.magis puto. §. ita tamen.& ita etiam no.ff.de regu. iur.l.si librarius.per Bar.

22 Si quæris an scriptura antiquorum librorum , vel instrumentorum extractorum ex archiuo publico , vel scriptura posita in aliquo lapide vel columna probent: dic quod aut sunt talia quæ remanent sub publica custodia & fideli, & faciunt plenam fidem : extrà de in integ.restitu.c.ex literis.§. nos igitur. ver.prospeximus. de præscrip.c.ad audien.de cle.non resi.c.ex gestis.ff. de pro-

ba.l.census.C.de fide instrumen.authen. ad hæc. Si verò sic vt suprà,non remanserunt &c. illa adminiculum præstant arbitrio iudicis:vt no. extrà de proba. c. cùm causam.per Hostien.& Hen.Boich.

23 Scientia probatur ex coniecturis,vtpote,quia erat vicinus proximus.extra de præsum.c.quanto.vel quia erat publica fama:vt not.C.de pericu.tuto.l.v. per gl.ordi. & ff. de accu.l.si cui.§ j.per Barto.& iunge quod not. suprà in versi.præsumptio.in conclusione quæ incipit,In eo quod factum est.& infrà, in versi. testis.in conclusione quæ incipit,licet ratio.

24 Vera probatio vincit præsumptionem. extrà de renun.c.super hoc.& de præsump.c.fi.& ff. quod metus causa.l.non est verisimile.& not. de probatio. §. videndum. ver.not.in Specul.

25 Pactum [a] non valet quòd aliquid non poßit probari,
a nisi per vnam speciem probationis:quia publicè interest, ne augustentur probationis vires.C.de hære.l. quoniam. ita not.ti.de proba.§.videndum.ver.sed pone.in Specul.

26 Vtrum credatur assertioni iudicis de suo processu? vide extrà de proba. c quoniam contra falsam . per Henric.Boich.

27 Creditor cui debitor obligauit omnia bona sua,& sic iura & actiones:& per consequens possessionem quæ est ius insistendi, potest agere hypothecaria vtili ad possessionem,per quam eam auocabit à tertio possessore:& tūc sufficit tibi probare solùm , quòd debitor poßidebat rem,pro qua agitur tempore obligationis:vt not. extrà, de pig.capi.cum contra.per. Henri.Boich.ij. distinct.Et not.C.si aliena res pig.data sit.l.cùm res.per Cyn.

28 Vide plenè per gl.Bar.& doct.in l.rem alienā. ff. de pig. act.Et vult Bar.quòd pro sola possessione quam debitor habebat,non agatur hypothecaria,tamē ex mente doct. intelligo quòd poßit agi restitutorio iudicio,si debitori compeтebat non in forma hypothecariæ , sed ratione actionis obligatæ in generalitate bonorum. argu. l. nomen.C.quæ res pigno.oblig.possunt.

De materia huius rubricæ,vide suprà,in ver.possesio.

ADDITIO.

a Pactum. Adde Roman.sing.204.incip.dubium est an valeat. & quæ ibi dixi.Cæpol.cautel.254 incip.dubitari.& no. q licet nō valeat pactū huiusmodi, valeret tamen statutum siue consuetudo vt per Io.Anto.Trigo.sing.84.incip.statutum.

47 *Notarius.*

1 SI notarius negetur esse notarius, sufficit probare quòd pro tali publicè reputetur.argumen.ff de offic. prato. l.Barbarius. not.Innocentium extrà de fide instrumen. cap.j.

2 Notarius videtur tacitè rogatus,vt instrumentum conficiat in forma communi.C.de fideiuss.l.fin.not.Bal.ff.de statu ho.l.Imperator.

3 Notarius debet ponere in instrumento,quod sibi iniungitur ponendū. no.quod videtur in auth. de tabellio.§. nos autem.ita not.extrà de fide instrumen.c.j.per Inno.

4 Si plures notarij recipiant instrumentum, quorū vnus est inhabilis, vel officio priuatus , alius non,propter habilem remanentem valet perfecta scriptura. argument. ff.de eden.l. si quis ex argentariis. §. cogentur. & ita ibi not.per Bald.

5 Notarius excommunicatus non potest recipere instrumentum,si excommunicatio sit notoria:sed si occulta est,secus.ita not.extrà de senten.excommu.c. decernimus.lib.vj.per Ioan.Andræ.

6 Quilibet episcopus, vel ordinarius potest infrà suam diœcesim creare notarios:vt not.per Hostien.in summa, extrà ne cleri.vel monachi.§.quæ sunt.versi. quid igitur. & ver.consuluimus & per Oldra. in consiliis.

7 Notarius causarum secularium non potest in rebus spiritualibus vel ecclesiasticis recipere instrumentum: sed notarius creatus authoritate spirituali potest bene econtra facere:vt not.in alle.§.quæ sunt.versi.sed potest. & ver.sequen.per Hostien.

8 Subscriptio quā facit notarius in fine instrumēti,quòd constat de rasura,debet esse specialis,quoniam generalis subscriptio non porrigetur, ad ea de quibus dubitaretur,an rasura esset per subscribentem:ar.ff.de fal.l.diuus. §.item senatus.& ita not.Bar.ibi.

9 Notarius non potest recipere instrumentū extra prouinciam constituentis,nisi de licentia illius,ad cuius iurisdictionem declinat:vt no.extrà ne cler. vel mo. §. quæ sunt.ver.quid igitur.iūcto ver.sed pone, per Host.in summa,& C.de sum.trin.l.j per Bar.

10 Notarius recipiens instrumentum de contractu facto de nocte,potest dicere actum die tali,&c.habito respectu ad diem naturalem:vt not.extrà de offi.dele.c. consuluit. per Inno.

11 Notarius,qui in exigendo salarium suum metas rationis excedit,committit crimen quasi concussionis:vt no. extra de rescri.c.statutum.ver.notarium verò.lib. vj. per Ioan. And.in glo.ordin.

12 Notarius condemnatus de falso potest grossare instrumenta,de quibus prius fuerat rogatus ,quoniā delictum suum alteri nocere non debet : quia eum posteà non adhibuit:vt no.ff.de testa.l.ad testium.per Bar.

13 Notarius potest recipere & conficere instrumentum publicum de testamento suo:vt not.ff.de stip.ser.l. ij. per Bart.in iij.q.

14 Iudex licet sit notarius,attamen non potest conficere instrumentū de actis iudicialibus coram ipso tanquam coram iudice factis·quoniam acta iudicialia concernūt ius partium:extrà de proba.c.quoniam contra falsam.& ita no.in alleg.l.ij de stip.seruo.per Bar.

15 Notarius potest conficere instrumentum publicum de procuratione,quam alij confert:vt fidem faciat dictū instrumentum pro constituente,vt procurator vigore dicti instrumenti admittatur vt procurator constituētis:sed non facit fidem pro dicto constituente contra procuratorem ad agendum contra eum actione mādati pro negotio malè gesto:vt not.in d.l.ij.in j.q.per Bar.

16 In subscriptione & signo notarij stat perfectio instrumenti, quæ non possunt per notarium delegari : vt not. tit.de instru.edit. §. obstante.ver illud quoque. in Spec. & not.extrà de fide instru.c.cùm P.tabellio.per glo. Per.

17 Notarius exemplans,aliquid si apponat signum suum in exemplo videtur tacitè confiteri:& ideò vigore illius potest efficaciter conueniri : vt not. ff. quemadmodum test. aper l.ij. §. si dubiretur. per Francis.de Are.& post eum per Bar.

18 Notarius debet incontinenti requiri,vt recipiat instrumentum:& ideo si posteà ex interuallo recipiatur,licet bene de omnibus recordetur , non tamen debet de præteritis instrumentum recipere:vt not.tit.de instrum.edi.§. breuiter.ver.sed pone. in Spec.

19 Si plures notarij rogentur recipere instrumentum, omnes debent subscribere & signare,aliàs instrumentum fidem non facit:argum. ff.de re iudic l. duo ex tribus. Et quod no.extrà de proba. c. quoniam contra falsam. per Innoc.& posteriores:& ita determinatur C.de trib. l. iurisiurandi.per Bal. pro quo facit ff.de arb.l.item si vnus. §.item si plures. & quod no.ff.de consul.l.j.& extrà de arbitr.c.j.lib.vj.

20 Quamuis notarius fecerit falsum instrumentum , tamen valent instrumenta posteà per eum recepta, nisi fuerit priuatus suo officio,vel illud sibi interdictum: vt no. Specul.tit.de instru. edit. §. restat. versi. quid si tabellio. etiam instrumenta recepta per notarium, quamuis falsum aliàs commiserit,valent,donec in officio toleratur, propter publicam vtilitatem : notatur per eundem in §. instrumentum.ver.item opponitur,quòd tabellio.

De materia huius rubricæ vide suprà,in verbo,recusatio , & infrà in verbo,instrumentum.

48 *Instrumentum, & scriptura.*

1 NOn creditur instrumento sine testium subscriptione:in auth. de hær. & Fal.§. Sancimus. præterquàm in actis iudiciorum eorum,de proba.c.quoniam.ita no. eo.tit.cap.post cessionem.per Inno.probatur & textualiter,C.de dona.l.in donationibus.

Scri

2 Scriptura manu publica facta, vel sigillo authentico sigillata, mortuis testibus fidem facit, nisi aliàs sit suspecta. in authen. de fide instru. §. si verò moriatur. & ita not. extrà, de fide instru. c. scriptura. per Inno.

3 Si in aliquo instrumento vel priuilegio continetur ius meum & alterius, postquàm fuero vsus eo, non possum renuntiare in præiudicium aduersarij: ita not. tex. de restit. spo. c. ex quæstione. per Inno.

4 Libello censuali creditur, & facit probationem. ita no. extrà de fide instru. c. ad audientiam. per Inno.

5 Scriptura iudicis dicitur priuata scriptura, nec sibi creditur, nisi aliàs per testes, vel comparationem literarum comprobabitur: ita not. extrà de testib. cap. cùm nobis. per Innocen.

6 Licet partes exemplificationem instrumẽti cõsentiant, sine iudice non valet: extrà de fide instru. c. si instrumenta. & ibi not. Innoc. & gloss. etiam. ff. de eden. l. j. §. editiones. glo. magnæ. in fi.

7 Instrumenta & litera authentica habilitantur per consuetudinem: extra de fide instru. c. cùm dilectus. in ij. respon. & etiam ibi not. per gl. ord. Bernar. & Inno.

8 Si in instrumento cõtineantur verba narratiua alterius instrumenti, vtputà, quòd A. promisit decem in quibus sibi tenetur ex causa emptionis in tali instrumento contentæ, &c. tale instrumentum narratiuum fidem facit in verbis dispositiuis: nec dicitur exemplum, sed originale nouum, vt not. Spe. tit. de instru. edi. §. restat. circa fi.

9 Si in instrumento aliquo cauetur, talis tutor, vel procurator, aut syndicus, non creditur verbis narratiuis, nisi narrata aliàs comprobentur: argu. ff. de re. cor. l. qui nec. & no. de procur. §. j. circa fi. in Spe.

10 Instrumentum sententiæ, quo narratur libellum oblatum, litem contestatam, & consimilia, non facit probationem de narratis, nisi de his, quæ eodem loco, die, & hora fieri potuerunt: quia in cæteris instrumentum est testimoniale, & non probatiuum, secundum Inno. & Hostiẽ. extrà de probatio. c. quoniam. & ita tenet Paul. post eos, eo. tit. in clemen. c. j.

11 Verba enuntiatiua in aliquo instrumento apposita, faciunt fidem contra partem aduersam patiẽtem ea in instrumento inseri. C. de iure ha. fis. l. j. lib. x. & de cõtrahen. & commit. stipulatio. l. optimam. & ibi not. per docto. & extrà de officio delega. cap. cùm in iure. per Innocen. vide suprà in ver. probatio. in conclusione, quæ incipit, verba narratiua.

12 Licet oblatio instrumenti obligationis, vel alterius rei sit de actis causæ, non tamen est de actis tenor instrumenti, & ideo nisi alias publicetur, debet semper originale ostendi, vt not. extra de offi. & po. iud. deleg. c. cùm in iure. in fi. per Inno. tenet Bar. C. de edict. diui Adria. toll. l. final. ver. sed pone quòd testamentum.

13 Ille, qui vult probare debitum ex vi instrumenti deperditi, debet tria probare. Primò, substantialem tenorem instrumenti deperditi. Secundò, quod erat sine vitio visibilis cancellationis vt vsurum: extrà de priuil. c. cùm olim. in prin. Et hæc duo debent deponere testes, qui talia sciant verisimiliter discernere not. Cy. in authenti. si quis in aliquo documento. Tertiò, causam, & amissionem instrumenti & hoc sufficit per iuramentum cum aliqua cognitione & præsumptione: arg. C. de fide instrumen. l. final. & vnde vi. l. si quando. & ita not. gloss. in alleg. ca. cùm olim. & etiam Inno. ibidem de quo latè extrà de conuer. coniuga. c. dudum. per Henr. Boich.

14 Si tabellio vel testis immiscet aliquid falsitatis in instrumento, vel depositione sua, caret robore firmitatis, si tamen falsitas illa tangat substantialia, vel circunstantias negotij: aliàs secus, vt not. extrà de hære. ca. fraternitatis. gloss. j. & not. per Innocent. & not. C. de transactio. l. si ex falsis. per Cy. & not. Specu. titu. de teste. §. restat. versi. item quòd aliquid de suo, &c.

15 Debitor facta solutione debiti potest implorare iudicis officium, vt creditor quondam suus compellatur sibi facere apodissam, vel instrumentum de soluto: vt not. tit. de instru. edit. §. postquàm. ver. quid si solui. in Spe.

16 Instrumentum domesticum à filio, vel alia persona domestica factum, non facit fidem, vt not. tit. de instr. edi. §. instrumentum. ver. item quòd est domesticum. in Spe.

17 Instrumentum redargutum non facit fidem pro redarguente, licet fortè in eo contineatur aliquid faciens pro ipso redarguente, secundum Innocen. qui ita not. extrà de censi. c. cùm olim. quod refert & sequitur Ioan. Fab. C. de transact. C. si ex falsis.

18 Vtrum ille, qui produxit aliquod instrumẽtum pro se, possit illud impugnare? distingue. ff. de his quibus vt indig. l. legatum. per Bar. & extrà de testi. c. præsentium. per Henr. Boich. in iij. dist.

19 Literis narratiuis à principe emanatis creditur verbis narratiuis, si super ipsis fundetur principis intentio principalis: extrà de proba. c. j. in clemen.

20 Priuata scriptura facit plenam fidem, quãdo pars confitetur per scribentem. ff. deposi. l. publia. §. fi. Et etiã quando habet subscriptionem testium, & per ipsos comprobatur. C. qui pot. in pig. hab. l. scripturas. vel quando probatur per comparitionem literarum. C. de fide instru. anth. at si contractus, vel quãdo ab ea scriptura sunt testes deponentes, quòd viderunt eam scribi: aliàs verò si per solam subscriptionem testium, vel per solam comparationem literarum comprobabitur, facit duntaxat semiplenam probationem: vt dicta authen. at si contractus. & ibi not. & in corpore vnde sumitur §. quia igitur. posset tamen esse tanta vis, quòd iudex daret comparationi plenam fidem, vt in eo. titu. §. si verò. & ita not. ff. de iureiur. l. admonendi. per Bar. & vide ibi pulchrè per Ang.

21 Instrumentum confirmationis facta per principem de donatione facta ab eius prædecessore, non facit fidẽ, nisi confirmatio ipsa facta fuerit ex certa scientia principis, & inserto in eo toto tenore donationis confirmatæ, arg. extrà de confir. vti. vel inuti. c. j. Et ita no. tit. de instru. edi. §. nunc autem. versi. item pone. in Spec. de quo vide suprà in ver. ratihabitio & confirmatio. & extrà de fi. instr. c. inter dilectos. in ij. dist. per Henr. Boich.

22 Instrumentum, in quo dicitur, vendidit tali pretio, & recepit, licet testes dicant non vidisse numerari, non est falsum: quia exponitur, id est, confitetur recepisse, secundum Bal. in l. prædia. ff de acquiren. possessio. argu. illius legis, vbi verificatur epistola illa in ficta traditione. Confessio autem est ficta solutio. Ange. tamen contrarium tenet, dicens, quòd debuisset expressisse, & dixisse notarius, confitetur, per gl. in l. si ex cautione. C. de non nume. pecu. & dicit Ange. illam l. prædia. loqui in epistola, nos in instrumento inter quæ est magna differentia, &c. Imol. vult seruare Bar. in vno casu, vide in l. alleg. prædia.

De materia huius rubricæ, vide suprà in ver. præsumptio. & in verbo, probatio. & infrà in ver. conclusio.

49 *Sigillum, & protocolum.*

1 Non creditur literis sigillo episcopi sigillatis sine testium subscriptione, nisi habeat hoc consuetudo: vt not. extrà de elect. c. vt circa. per Cy.

2 Sigillum cuiusque iurisdictionem habentis, dicitur authenticum, duntamen hoc habeat consuetudo, vt no. extrà de elect. c. statutum. per Pau. de Leaza.

3 Creditur literis, & etiam sigillo cuiusque de his, quæ facere habet ratione officij sibi commissi, vt not. extrà de fide instru. c. j. & c. quoniam contra falsam. de probat. per Inno. & Henr. Boich. in d. c. quoniam & tit. de probatio. §. videndum. ver. x. in Spe.

4 Sigillum proprium facit fidem contra sigillãtem, quando constat quòd ipse sigillauit per suam confessionẽ, vel aliàs. & ita intelligitur ff. de procur. l. si procurator. secundum Oldra. Si verò dubitetur an sigillum fuerit appositum de cõsensu illius, cuius est sigillum, facit in dubio semiplenam probationem: vt sit locus delationi iuramenti: argumen. in authen. de fide Instrumen. §. si tamẽ. col. vj. secundum Per. Richar. de quo sigillo vide in princi. Instit. super rubri. per Ioan. Fab.

5 Literæ sigillo episcopi sigillatæ sunt authenticæ, & faciunt fidem de his quæ potest, vel debet facere ratione sui officij, vt est in excommunicationibus delegalibus causarum, & collatione beneficiorum, &c. In aliis verò nego

tiis aliarum personarum, si habeant testium inscriptionem, aliàs verò secus: nisi aliud haberet contraria consuetudo, vt not. extra de probatio. ca. post cessionem. per Henr. Boich.

6 Si litera contineat, quòd duo sigilla apponantur, & vnum tantum fuerit appositum authenticum, fidem facit: quia abundans cautela, &c. C. de testamen. l. testamenta. ff de bonorum possessio. contra tabul. l. cum tabulæ. & ita not. Institu. de testa. §. possunt. per Ioan. Fabr. gloss. j. versi. sed quid si litera, &c.

7 Literæ sigillatæ sigillo conuentus, faciunt fidem inter ipsos, non tamen inter alios, iuxta plenè not. in Specu. titu. de proba. §. fi. ver. x. per literas sigillatas, &c. & etiam de fide instru. c. ij. per Inno.

8 Nota seu abbreuiatura reperta in protocolis defuncti tabellionis, potest grossari in publicam formam authoritate iudicis ordinarij: extrà de fide instru. c. cùm P. tabellio. quod intellige dum tamen reperiatur fuisse signata & subscripta per notarium, qui eam dicitur recepisse, argu. eorum que not. in Specu. titu. de instru. edi. §. instrumétum. ver. item quòd non est signata. ad quam quidem grossationem, seu publicationem faciendam debent vocari illi, quorum interest, qui ex ea lædi possent, vt not. in dicto cap. cùm P. tabellio. per Hostien. & extrà de testi. c. Albericus per Innocen. in sua gloss. posita super ver. publicatio. ver. sic etiam fiet publicatio.

De materia huius rubricæ, vide suprà in ver. probatio.

50 *Confessio.*

1 Confessio de dote facta per maritum post cótractas nuptias, non præiudicat creditoribus mariti etiá futuris, nisi constaret de præcedenti cóstitutione dotis: putarem sufficere alteram, scilicet, præcedentem constitutionem aut numerationem realem, si sanè attenditur illius tex. in auth. infrà alleg. Bouerij. Et eius reali seu corporali solutione seu machinatione. & hoc propter præsumptionem fraudis, quæ aduersus creditores machinari & committi posset: vt notatur & colligitur ex not. per Cyn. C. de donatio. propter nup. authen. sed iam necesse. & probabitur C. de bon. proscrip. l. si quis. vbi est tex. secundum Barthn. de Sali. & ibi gl. ord.

2 Cófessio probat ciuilem & præsumptam traditionem, non veram vel corporalem, arg l. si quis. de bon. proscri. & ita no. ibi per Bartho. de Sali.

3 Confessio probat contra confitentem, & non contra tertium: arg. C. de non nume. pecu. l. si cui. & ita not. C. de bo. proscrip. l. si quis. in secundo. per Bartholo. de Salice. & faciunt not. per Pet. Iaco. in summa libellorum, rubri. de rei vendi. quæ competit ratione directi dominij. versicu. x. ponit, &c. & not. gloss. ordi. Bernar. extrà de transact. cap. veniens. & facit quod not. Specu. titu. de lo. a. §. nunc aliqua. versi. lxvij.

4 Confessio criminis facta extra iudicium, inducit infamiam facti: vt not. extrà de electio. ca. per inquisitionem. per Innocen.

5 Confessio criminis facta extra iudicium, facit indicium sufficiens ad torturam: gloss. est ordina. ff. ad legem Iul. de adulter. l. capite quinto. & facit argu. l. quæro. in fi. de ædili. edict. & quod not. quibus ex causis in possess. ea. l. Fulcinius. §. j. & ita in alleg. l. capite quinto. & l. fi. de quæstio. per Bar. vtrobique.

6 Confessio criminis facta coram iudice incompetente facit indicium sufficiens ad torturam, vt not. ff. de iuris. om. iudi. l. magistratibus. per Bal. iunge infrà eo. tit. in có clusione, quæ incipit, confessio facta, &c.

7 Cófessio vnius latronis cótra aliú ª facit præsumptio-
a nem. C. de fur. l. prouinciarum. & no. extrà de confes. ca. j. per Inno. vide latius ibi per Henr. Boich.

8 Clientulus potest intra triduum confessionem sui aduocati reuocare, & non potest nisi probato errore. C. de erro. aduoca. l. j. vt not. titu. de confes. §. videndum. versi. quid si. ibi. in Spe. & tit. de proba. §. fi. circa prin. & no. extrà de appel. c. cum causam. per Host. & Henr. Bohic.

9 Per confessioné, qua quis se asserit nomine alieno possidere, transfertur possessio sicut per precarium, vt no. gl. ff. de pact. l. ab emptione. quam possessionem singulariter commendat ibi Bal.

10 Ille, cui datus est terminus ad deliberaté respondendú, non potest confessionem prætextu erroris reuocare, vt not. gl. extrà de diuor. c. ex literis. quod est verum.

11 In confessione propria domini, secus in confessione erronea procuratoris. ff. de confes. l. cœptum. §. si procurator. ita not ff. de procu. l. non solum. in prin. per Bal.

12 Aequè præiudicat parti confessio de credulitate, sicut & de veritate, quamuis aliud sit in dicto testium, vt not. in Specu. titu. de positio. §. vj. ver. hoc tamen est. & etiam gloss. ff. de interroga. act. l. j. & vide suprà super verbo, positio & articulus.

13 Confessio iudicialis, seu iudicialiter facta inducit notorium iuris: textus est expressus extrà de sen. excom. c. venerabilibus. § secus autem. lib. vj.

14 Confessio procuratoris constituti ad debita exigenda, asserentis se solutionem recepisse, non sufficit, nec nocet domino, nisi notarius in instrumento attestetur pecuniam in sui præsentia fuisse procuratori realiter numeratam. arg. ff. de noua. l. si debitorem. & ita not. ibi per Bart.

15 Promissio facta in iudicio habet vim iudicialis confessionis. & habet paratam executionem. ff. de pact. l. tale pactum. §. qui prouocauit. & de in ius vocand. l. cum pro quo. & ibi not. per Bal.

16 Confessio iudicialis habet vim insinuationis, seu donationis insinuatæ, vt ff. de donatio. l. donari. §. quidá in iure. & ita etiam no. ibi per Bar.

17 Confessio tutoris, curatoris vel alterius administratoris extra iudiciú non nocet domino: vt not. extra de confes. c. ex parte. per gl. ord. Ber. Nec etiam facta in iudicio per modum voluntariæ iurisdictionis. ff. de confes. l. certum §. sed an & ipsos. Secus verò si facta fuerit per modú contentiosæ iurisdictionis: vtputà super interrogatoriis traditis ad litis præparationem, vel super positionibus ad veritatis indaginem, & litis decisionem. ff. de procurato. l. non solùm. in prin. & ita etiam ibi not. per Bal. & facit extrà vt lite non contesta. cap. j. Nam administrator tenetur agnoscere bonam fidem. ff. de administratio. tuto. l. quoties. §. sicut. & ita no. & latiùs in d. c. ex parte. per Henr. Boich in iij. distin.

18 Confessus in ius potest confessionem suam reuocare, probato errore directè vel indirectè: extrà de testi. ca. ex tenore. Et hoc ante negotium finitum per sentétiam vel transactionem. C. de iuris & facti ign. l. error. de transact. l. sub prætextu. & extra de re iudi. c. inter monasterium. & de in integ. restitu. c. ij. lib. vj. ver. idem tenet cardinalis si est. per c. auditis extrà de procur. de & causa possessio. & proprieta. c. pastoralis. & C. de adulter. l. quamuis. in j. vt recitat & sequitur Henr. Boich, extrà de confes. c. ex parte. in quarta distinct.

19 Non valet confessio in criminibus sponte facta, nisi reus in ea perseuerauerit. C. de custod. reorum. l. si quis. & etiam ibi not. per gloss. ordi. Iacob. & Franc. ac contrarium not. extra de diuor. cap. ex literis. per Henri. Boich, dicens quòd confitens reuocare non potest talem confessionem semel factam.

20 Non valet confessio facta in tortura non præcedentibus indiciis legitimis, etiam licet delatus in dicta confessione sua perseuerauerit sponte. ff. de quæst. l. vnius. §. in ea. & l. maritus. & in eo. titu. l. penul. secundum vnam lect. & etiam ita ibi no. per Bar.

21 Non valet confessio delati facta in tormentis etiam legitimis præcedétibus indiciis. nisi postea in ea spóte perseuerauerit. ff. de quæstio. l. j. §. diuus. & C. de custo. reo. l. ij. & ibi not. gl. ordi. & est ratio, quia quæstio est res fragilis, & periculosa, & quam plurimum veritatis fallax. ff. de quæstio. l. j. §. ad quæstionem.

22 Confessus in iudicio crimen principaliter, potest condemnari ex eadem instantia, licet processus sit nullus. & ita intelligitur quod not. Innoc. extrà de accusa. c. qualiter & quando. & probatur ff. de custod. reo. l. si confessus. secus verò si fuisset confessus incidenter: quoniam tunc condemnari non posset sine noua instantia. Et ita intelligitur quod not. gloss. C. de liber. causa. l. si filium. & ita

not. in

not.in alleg.l.si confessus.per Bar.

23 Valet confessio facta in iudicio informiter, id est, sine adiectione causæ: vt not.ff.de interrogat.act.l.prima.per gloss.ordina.

24 In iure confessus auditur appellans, quoniam in causa appellationis de errore facti, & multas exceptiones proponere potest: iudex tamen à quo non tenetur appellationi deferre, nisi in ea iusta causa exprimatur: vt not.extrà de appel.c.Romana.lib.vj.per Archi.

25 Interrogatus qui confitetur sub conditione, non probata confessione, non est tanquam ex pura confessione condemnandus: vt not.extrà de confess.c.j.per Inno.pro quo vide quod not.C.de dona.propter nup.l.si præsidi.& de excep.l.si exceptionem.in q.per Cyn. Et est ratio, quia dicta confessio continet vnum capitulum tantum: & idẽ esset, si contineret plura capitula connexa: Secus verò si essent capitula distincta, vt ibi.& not.latiùs extrà de concess.præben.c.dudum.per Henr.Boich.

26 Confessio erronea facta in causa principali, potest reuocari prætextu erroris in instantia causę appellationis: vt not.extrà de concess.c.ex parte.per Ioan.And.& Henr. Boich.in fi.dist.& in Spe.eo.tit.§ fi.ver.pen.

27 Confessio facit contra causam habentem à confitente etiam titu.singulari. argu.ff.de iureiurtan.l.nam posteà.§.fina.pro quo facit quòd acta quæ faciunt fidem pro aliquo, vel contra aliquem, faciunt fidem pro eius successore singulari.argu.ff.fami.ercisc.l.hæredum.§.itẽ scribit: vt not.extrà de testi.c.præsentata.per Hen.Boich.

28 Confessio facta in vno iudicio, facit fidem in alio iudicio.extrà de elect.c.per inquisitionem. quamuis aliud sit in aliis actis iudicialibus: vt not.titu.de confes.§.nunc videndum.ver.'quid de confessione.in Spe.Et no.in d.c.per inquisitionem.per Compost.& Ioan.And.& de vita & hone.cle.c.ex literis.per Hen.Boich.in prima distinc.& etiã in d.c.per inquisitionem.per eundem, nisi dicta confessio facta fuerit coram iudice prohibito: quia tũc fidem non faceret in alio iudicio: vt extrà de iud.c.at si clerici.quòd intellige si facta fuerit per litigantem spontè: quia tũc fidem facit quantum ad probationem, in hoc quòd quãuis iudex competens coram quo causa agitur, non possit condemnare confitentem ex confessione facta coram iudice prohibito: attamen interrogatus negare non poterit illud quod semel confessus est. vt no in d.c.per inquisitioné.per Inno.in gl.magna.ver.sed quomodo & quando responde. Nam dicta cõfessio non valet minus quàm si facta fuisset extra iudiciũ: quo casu valet, quo ad probationem.ff.depositi.l.publia.§.si igitur, &c. vt not.in d.c.per inquisitionem.per Henr.Boich.

De materia huius rubr.vide suprà, in ver.actio.& in ver.præsumptio.& in ver.exceptio.& in ver.remissio.

ADDITIO.

a Contra alium. Adde Guido Pap.sing.ij.

51 *Testis.*

1 NOn facit fidem examinatio, in qua dicitur, quòd iste testis deposuit, vt præcedens testis.vt not.titu. de testi §.nunc tractandum.versic.cautum quoque.in Specul.

2 Nõ valet depositio testis de his quæ stant in iure: vt quæ percipiuntur iudicio rationis, nisi fuerit iustificata per rationem causæ legitimè etiam posito quòd testis non fuerit de causa interrogatus: vt not.extra de testib.cap.cùm causam.ij.per Innocen.& Ioan.Andr.& per Salice.in l.solam.C.de testib.

3 Testis astruens negatiuam simpliciter non interrogatus de causa scientiæ nihil probat: quia negatiua non cadit in sensu corporis, sed percipitur iudicio rationis: igitur, &c vt patet ex præcedenti conclusione: & ita etiã no. ff.de transact.l.cùm hi.§.in causa.per Bal.

4 Testis qui iurauit intra terminum datum ad probandum, non potest postea examinari, nisi pars solicitauerit fieri examinationem intra terminum, vt not.ff.de dam. infect.l.damni.§.Sa' ini.per Bar.

5 Quando testes non sunt examinati secundum interrogatoria iustificata, possunt iteratò examinari: arg. eorũ, quæ not.in authen.de testi.§.quia verò sæpè. & ff.de testi. l.produci.& de quæstio.l repeti.vt not.ff.de eden.l.si quis ex argentariis.§.fina.per Guliel.de Cunco, & Bald.& no. in Spe.tit.de testi.§.iam de interrogatoriis.versi.itẽ caute.& est ratio, quia talis examinatio est nulla, cùm minus plene factũ non videatur factũ &c.vt ibi per eundẽ.

6 Testis debet pro vtraque parte deponere.nisi super certo articulo sit receptus.C.de epis.& cler. authẽ.sed iudex. xiiij.q.v non sanè.& not.in tit.de testib.§.iam de interrogatoriis.ver.in summa.in Spe.

7 Si testes simul examinentur, & simul deponant, non valet, nec fidem facit eorum depositio: vt not.tit.de testib.§. nunc tractandum.ver.sed pone.in Spe.

8 Omnis periurus repellitur à testimonio, vt not.ff.de his, qui not.infa l.Lucius.in gl.ord.mag.in fi.

9 Depositio testis dicentis ita sibi videri, seu visum fuisse, nihil valet: quia talis testis non deponit de scientia, sed de opinione iudicio rationis veluti dubius: dubia commemoratio non habetur pro memoria: sed est potius quoddam solum argumentum.ff.de probatio.l.si arbiter.vnde dubitans pro ignorante habetur, vt not Specul. titu.de testi.§.j.versi.item quòd testes sunt varij. Et sic singulariter notatur & refertur ff.de legib.l.de quibus.per Bald.Idem tenet Barto.in tractatu suo, de test.§.testis super aliquo, &c.

10 Depositio testis titubantis seu dubitantis non valet: quia dubitans pro ignorante habetur, vt notatur titu. de test.§.j.ver.item quòd testes sunt varij.in Spe.

11 Iudex ex officio debet inquirere de cõditione testium: gl.est singularis.ff.de magistr.conuenien.l.j.quam notat singulariter Bal ibi.§.præses.

12 Si vnus testis est infamis infamia facti, & alter fide est multum dignus, integra fides vnius supplet imperfectum alterius, sic quòd faciunt validam probationem: argu. ff.de edend.l.si quis ex argentariis.in prin.& ibi no.Bal.

13 Licitum est instruere testem, vt aptè discedat, & à vero non discedat: vt not.post Rost.ff.de fer.l.fi.per Bal.

14 Post aperturam seu publicationem testium iudex potest, imò debet interrogare testes verbi ambigui per ipsos prolati, not.extrà de probat.c.in præsentia. super verbo, dubium.per gloss.

15 Verbum ambiguum testis debet interpretari contra producentem, & pro illo contra quem producitur: extrà de probatio.c.in præsentia.& ibi not.gloss.& Innocen.& est text.ff.de præto.stipul l.fina.potest tamen interrogare iudex ex officio fiscum ad declarationem verbi ambigui: extrà de testi.c.cùm clamor.sed non ad partis instantiam, vt ibi not.per Henr.Boich, & doct.& not. eo. titu.c. per tuas.gloss.magna.in fi.Ber.

16 Si duo testes deponant super vi, magis eis creditur, quã quatuor testibus deponentibus super spontanea voluntate extra de renun.c.super hoc.& ibi not.Inno.quia testes deponentes super spontaneitate, deponunt de actu mentali, præsumpto & inuisibili. Alij vero deponentes de vi deponunt de actu extrinseco & visibili. Ex quo sequitur quòd instrumentum notarij, quod dicit sponte non vi, &c.potest reprobari per duos testes de violentia deponentes, vt infert Bald.ff.de offic.proconsu.l.proficisci. in xiiij.quæst.& vide Bald.ff.de operis noui nuntia.l.de pupillo.§.si quis Spec.

17 Attestationes productæ per reum rei vendicatione cõuentum, qui posteà vendidit rem ante sententiam, prosiciunt emptori posteà rei vendicatione conuento, quemadmodum & sententia faceret.ff.de exceptio.rei iudica. l.si à te.& idem est in aliis casibus, in quibus sententia inter alios lata aliis prodest, vt notatur extrà de testi.cap. causam.per Inno.

18 Publicatio testium facta sub vno articulo in verbalibus & generalibus petitionibus, non impedit testem iterum super alio articulo de nouo produci: quod plus est: quia post sententiam in eis audiretur.C.de iud.l.ij.ata not.extrà de testi.c.tam literis.

19 Si testes, per quorum depositionem erat probata intẽtio producentis, repellantur propter excommunicationem, vel quodlibet aliud crimen, producẽs restituitur ad

producendum alios testes, vel eosdem, impedimento cessante, ea generali clausula, Si qua iusta. &c. de in integ. resti. c. auditis. per Inno. & Host.

20 Si sacerdos sciat crimen aliàs quàm per cõfessionem, potest testificari de eo, vt not. Inno. in cap. omnis. in fine. extrà de pœni. & remis.

21 Si testis post depositionem asserat se deposuisse falsum, vel fuisse pecunia corruptum, talis testis assertio nõ præiudicat illi, pro quo iam deposuit, & cui erat ex depositione sua ius quæsitum, nisi de falsitate vel corruptione aliàs appareret: extra de testi. c. sicut. & arg. ff. ad Sylla. l. si quis in graui. §. j. & ibi not. Bar. Idẽ est in iudice post sententiam sic asserente: vt ibi etiam not. per Bar.

22 Si testis secundo reproductus dicat contrarium eius quod primò deposuerat, non valet eius depositio postrema. vt not. extrà de testibus. cap. cum causam. & cap. veniens. & cap. cum in tua. eodem titu. per gloss. Ber. & de præsumpt. cap. literas.

23 Iudex potest ex officio quærere defensiones criminosi, etiã nemine defendente, & producere testes à delato non productos. ff. de pœn. l. si non defendantur. & de quæstio. l. j. §. fi. & vtrobique not. per Bar.

24 Valet depositio testis non citati, dumtamen fuerit à parte productus: itaque gl. ff. de his qui. vt indig. l. qui ætati. §. j. & Bar. ibidẽ. secus si sponte se offert: arg. l. quæ omnia §. fi. de procur. secundum Bar. ibidem.

25 Publicatis attestationibus potest probari falsitas dictorum testium indirectè, scilicet per coarctationem loci & temporis: extrà de testi. c. ex tenore. & C. de contrahen. & commit. stipu. l. optimam.

26 Testis recipi seu iurare debet die non feriata: quia receptio testium est actus iudicialis, & de processu: extrà de proba. c. quoniam contra Sed deponere potest die feriato, dũtamen die non feriata prius iurauerit: quia examinatio testis non est actus iudicialis, imo secrete fieri debet, Danielis exemplo: & ita not. ti. de fer. §. ij. ver. quid si tũc. in Spe. est gl. singularis in cle. infrà, de offi. leg.

27 Publicatis attestationibus in causa principali nõ possunt produci testes super iisdem articulis, vel directò cõtrariis etiam in causa appellationis: extrà de testi. ca. f. aternitatis. & eo. titu. c. h. in clemen.

28 Inimicitia [a] testis proueniens facto & culpa eius, contra quem testis producitur, non repellit testem vt inimicum: quia circunspectio, quæ ex inimicitia origiuem habuit cognitioni iudicis committitur, vt ff. de quæst. l. j. §. præterea. & §. cum quis. & ibi not. Bar.

29 Licet ratio & causa scientiæ assignata per testẽ debeat de necessitate concludere: arg. C. vnde legi. l non hoc. sufficit tamen, quòd concludat præsumptiue præsumptione iuris, vtpote si testis deponens super fama, vel infamia alicuius, interrogatus de causa sciẽtiæ dicat, quòd est eius vicinus, sufficit, quia vicini vicinorum conditiones de iure scire præsumuntur: vt ff. de mag. conue. l. j. §. si præses. & de fundo instru. l. si ita fuerit. & C. de nup. l. si vicinis. & ita not. ff. si cer. pet. l. j. per Bar.

30 Iudex ex officio potest opponere testi infamiam, licet aduersarius non opponat, vt not. Inno. extrà de testib. c. intimauit. iudex enim ex suo officio habet inquirere de cõditione testis, vt not. ff. de magist. conue. l. j. per gl. ord.

31 Non valet depositio testis ad reddendam causam inualidam seu congruam, vt not. titu. de testib. §. j. versi. item quód interrogatus. & versi. item quid si causam inferuit. sed nulla. in Specu.

32 Non valet depositio testis non deponentis de credulitate, in authen. de hære. & Falc. §. si verò absunt. & ibi gl. ord. super ver. & vidisse. quod est verum, quando deponit de extrinsecis: secus verò si de intrinsecis concernẽtibus periuriam. ita no. in alleg. §. si verò. per Iaco. de Bel & latius per Bart. in tractatu de test. §. testis dicit aliqua vera esse, quia sic credit, &c. Et not. in Spe. titu. de testi. §. j. versi. item quòd deposuit de credulitate.

33 Testis dicit, quòd vidit percipi decimas semper competentibus horis, ita debet intelligi dictum aduerbium, semper, prolatum à teste, vt not. titu. de testi. §. postquàm. ver. quid si plures. in Specu.

34 Officiarij non sunt idonei testes de his, quæ non coram ipsis, sed per seipsos gesta sunt ratione præsumptæ affectionis: extrà de arbit. cap. ij. cum ibi not. & ita not. Moderni in supplendo verba Iaco. de Are. C. de arbi. l. ne arbitris. §. si autem. & ita not. C. de iniur. l si non tamen. per Barthol. de Salice.

35 Si post publicationem testium perdantur attestationes sine culpa illius, qui testes produxerat, possunt iterum testes de nouo reproduci, vt not. tit. de testib. §. satis vtiliter. versi. sed quid si testibus. in Specu. & C. de probatio. authen. at qui semel. per Barto. secus verò si culpa sui: vt not. Specu. vbi suprà.

36 Perempta instantia pereunt attestationes testium non publicatorum: vt not. ff. quæ in frau. cred. l. j. per Bar.

37 Vbi testimonium est de substantia actus, vtpote, quia requiritur certus, tunc inspicitur conditio testis secundum tempus, quò testis fuit adhibitus: secus verò, si testimonium non sit de substantia, quia tunc inspicitur conditio seu qualitas testium, secundum tempus depositionis, vt patet in impubere facto pubere, vt not. ff. de testi. l. iij. §. penul. super ver. impuberes, &c. de quo vide Bartol. ff. de Carbo. edict. l. iij §. causæ.

38 Obiectus seu crimina omissi opponi contra testes in causa principali, possunt opponi in causa appellationis: vt not gl. ord. extrà de excep. c. j. super ver. sententiam.

39 Consanguineus non potest esse testis consanguineo in actione iniuriarum: vt not. ff. de iniur. l. lex Cornelia. per Bartolum.

40 Non pertinet testi distinguere, an aliquid cum vel sine ratione fiat: vt not. Inno. extrà de ver. sig. c. veniens. in gl. super verbo, memoriam ver. sed quid si dicat.

41 Causa seu ratio assignata per testem, refertur ad dictum, & ex natura relationis includit suum antecedens: argumen. ff. de interroga. actio. l. si defensor. §. primo. itaque not. ff. de leg. l. de quibus. per Bald. versi. tertio quæro an similitudo.

42 Dicta testium non debent calumniari, sed potius coadiuuari: vt not. ff. si cer. pet. l. j. per Bar.

43 Illa, quæ aguntur in capitulo propter raritatem probationis, possunt per capitulãtes probari: quoniam extranei ad capitula non consueuerunt admitti: extrà de probatio. cap. tertio loco. & ibi not. in gloss. cum suis concordan. ibi positis.

44 Si testis dicat, quòd vidit possidere à decem annis citra, non est probata continua possessio, nisi subiungat, & per dictum tempus, vt not. ff. de vsucap. l. Celsus. §. penultimo. per Bartol.

45 Tutor non potest esse testis in causa principali, vt not. gloss. ordi. ff. de testamen. l. qui testamen. in princi. quod est verum, si ipsemet agat causam. secus si contutor: extrà de test. capi. insuper. & ita etiam not. C. eo. titu. l. omnibus. per Ioan. Fab. & idem in procuratore: vt not. ff. de iure fisci. l. deferre. per Bar.

46 In causa criminali post publicationem, possunt testes de nouo examinari ad ostensam. ar. ff. de quæstio. l. vnius. §. j. & ibi not. per Bar. quod est intelligendum super nouis capitulis. non super antiquis: vt not. C. de quæstion. l. de tormentis, in penulti. quæstio. per Bartho. de Sali. ad defensam verò possunt testes etiam super antiquis articulis produci quandoque ante sententiam: vt alleg. l. vnius. §. cognitorum. quinimò & post sententiam iudex potest de euidenti innocentia rei probationes recipere, & executionem differre, & principi rescribere. ff. eo. tit. l. j. in fi. & ita vbi suprà, per Bar. de Sali.

47 Denuntiator potest in testem recipi, si procedatur cõtra delatum non propter denuntiationem, sed super denuntiatione propter famam: extrà de simon. c. licet Heli. secus verò si procedatur super denuntiatione principaliter propterea: quia cùm denuntiator debeat denuntiata tunc probare, non per se, sed per idoneos testes. ff. de custod. reo. l. diuus. & ad Turpil. l iiij. §. nunciatores. & si non probet, sit puniendus: vt extrà de calum. c. ij. per consequens non est idoneus testis, vt not. C. de accus. l. ea quidem. per Bart. de Salice. in tractatu de denuntiatione: in xiij. quæstio. &c. pro quo not. faciunt suprà, in ver. accu-

satio

ſatio. vj.q. Alij dicunt, quòd denũtianti poteſt ex ſua denuntiatione aliquod commodum deuenire, vt quia proſequitur ſuum intereſſe vel iniuriã, & tunc non poteſt eſſe teſtis: aliàs verò ſecus. vt no. extrà de iudi. c. nouit. gl. j. per Inno. & de teſti. c. in omni. per Henr. Boich.

48 Procurator inquiſitionis vel denuntiationis non poteſt in ea teſtificari, ſi eã fuerit proſecutus: vt not. tito. de teſte. §. j. in penul. col. ver. & not. in Spe. & not. extrà, de ſimo. c. licet Heli. per Hoſt. & Hen. Boich.

49 Si teſtis obſcure deponens fuerit productus ſuper obſcuro capitulo, nihil probat, nec debet repeti, quicquid parti producenti imputetur. text. eſt notabilis extrà de probatio. c. In præſentia. ſecundum Bal. qui ita not. ff. de his qui not. infa. l. Lucius.

50 Teſtis qui propter reuerentiã perſonæ examinari non deboit, examinatus non facit indicium. ff. de quæſtioni. l. maritus. & ibi vide diſtinctionem per Bar.

51 Verum aliæ inimicitiæ quæ non ſunt capitales repellent teſtes à teſtimonio, vel faciant eis minorem fide adhiberi, vel non, iudicis arbitrio relinquitur, vt in authen. de teſtibus. §. ſi verò dicatur: vt not. Inno. & Hoſt. & Ioan. And. & Hen. Boich. extrà de accu. c. cùm oporteat.

52 Poſt publicationẽ poſſunt teſtes produci in cauſa matrimoniali: extrà de teſti. c. ſeries. de proba. ca. iurauit. itẽ vbicunque non obſtat exceptio rei iudicatæ. de fide inſtru. c. inter dilectos. item vbi propter ineptam petitionem abſoluitur reus. extra de iudi c. examinata. item vbi ſuper capitulo aliquo omiſſum fuit interrogare teſtem: extrà de teſt. c. per tuas. item vbi inſcia vel inuita parte facta fuit publicatio. eo. tit. c. conſtitutis. in ij. item vbi intereaſdem etiam perſonas variatur modus agendi. eodẽ titu. ca. veniens. ij. item vbi minor vel eccleſia reſtituitur ad aliquam probationẽ atteſtationibus publicatis: extrà. de proba. c. licet. & ibi not. per Abb. & Io. And.

53 Si facta publicatione teſtium, aliqui ex ipſis dicant ſe non dixiſſe quæ ſcripta ſunt, nihilominus ſtatur ſcripturæ tabellionis, ſi fuerit bonę famæ: alias verò ſecus: vt no. Spe. titu. de inſtru. edit. §. reſtat. ver quid ſi.

54 Quamuis teſtis deponat extra articulata, ſi tamen depoſita per eum ſint ex dependentibus, ſeu cohærentibus articulo ſuper quo fuit productus, valet eius depoſitio: vt not. ff. de iureiuran. l. ſi duo patroni. §. item. in l. per Barto. & extrà de teſtib. cap. de teſtibus. per Henri. Boich. in prima diſtinctio. & in Specu. titu. de teſt. §. j. verſicu. item quòd depoſuit ſuper alio, &c.

55 Donator non poteſt eſſe teſtis pro donatario in cauſa rei donatæ: nec cedens pro ceſsionario in actione ceſsio. ratione præſumptæ actionis quàm de euictione non teneantur: vt not. C. ad legem Corn. de fal. l. & ſi non te. per Pet. & Cy. & extrà de teſt. c. quoniam. per Henri. Boich. in ij. diſtinct. Circa hoc vide quæſtionem in Specu. titul. de teſt. §. j. ver. ſed pone mutuaui.

56 Ille qui fuit iudex vel arbiter in vna cauſa, poteſt eſſe teſtis in eadem, ſi tractatur coram alio aliter quã per appellationem, non poteſt eſſe teſtis de meritis cauſæ principalis. Sed bene poteſt eſſe teſtis de progreſſu corã ſe per partes: vt hoc not. extrà de teſtib. cap. dilecto. per Henric. Boich. Sed nõ poteſt eſſe teſtis de proceſſu per ipſummet agitato: vt dictum eſt ſuprà eo. verſi. in concluſione quæ incipit, officiarij, &c.

57 Non valet examinatio teſtium facta non citato procuratore qui litem fuerat conteſtatus, quamuis dominus cauſæ fuerit reuocatus: cum in his, quę reſpiciunt litis ordinationem, debeat inſpici perſona procuratoris. C. de ſenten. & interlocuto. l. j. vt not. extrà de teſt. c. ij. per Ioan. And. & Henr. Boich.

58 Ille contra quem ſunt examinandi teſtes, debet citari ad eos iurare videndum ad eius propriam perſonam: nec ſufficit ad eius domum facta citatio: cùm ſit neceſſaria vera contumacia & non præſumpta: vt not. C. de teſt. authen. ſi quis. per Dyn. & Bartho. de Sali & extrà de regu. iuris. c. præſumitur. lib. vj. per Ioan. And. in mercurialibus. vide extrà de teſtib. cap. in nomine Domini. in prima diſtinctio per Henri. Boich.

59 Teſtes ex parte actoris non debent recipi, ſeu examinari ante litis conteſtatio. niſi veriſimiliter timeatur de eorum morte, vel abſentia diuturna, de quo veriſimili timore debet conſtare iudici. Sed tunc debet differri dictorum teſtium publicatio vſque poſt litis conteſtat. intantum quòd ſi actor aduerſarium ſuum non conuenerit intra annum, ex quo eum potuit conuenire: vel ſaltem receptionem vel examinationem huiuſmodi teſtium ei non denuntiauerit, dictæ huiuſmodi atteſtationes non valent: ne fortè actor dictam examinationẽ procuraret in fraudem, vt exceptiones legitimè competentes reo ad repellendum teſtes, vel aliæ locum habere non poſsint: extrà vt lite non conteſta. ca. quoniam frequenter. ſed ex parte rei poſſunt ante litem conteſta. omnes teſtes examinari indiſtinctè, & etiam ſtatim publicari ad æterna rei memoriam. ff. ad legem Aquil. l. in lege Aquilia ſi deletum. & extrà de teſti. c. ſignificauit. Et eſt ratio diuerſitatis, quia non eſt in poteſtate rei quando conueniatur, ſed in poteſtate actoris eſt agere quando vult. Et ita not. per Docto. C. de teſtib. authen. ſi quis. & in dicto ca. ſignificauit. per Henr. Boich. & in dicto c. quoniam frequenter. per gloſſ. Ber. & eundem Boich.

60 Aſcendentes pro deſcendentibus, non poſſunt teſtificari, nec econtrà C. de teſt. l. etiam. & iiij. quæſt. iij. §. item in criminali. ver. item parẽtes. & ver. item teſtis idoneus. Secus vero eſt in conſanguineis collateralibus, quia poſſunt vnus pro alio teſtificari in caſibus criminalibus & ciuilibus, vt not. c. cùm oporteat. de accuſatio. per Henric. Boich. Et vide ſuprà in concluſione, quæ incipit, conſanguineus, &c.

De materia huius rubricæ vide ſuprà, in ver. dilatio. & in verbo, confeſsio. & in ver. inſtrumentum.

ADDITIO.

a Inimicitia. Ad hoc facit optimè l. ij. in fi. ff. ſi quis cautio. l. penul. in fin. ff. de poſtu. Imò plus videtur, quòd ille qui vius eſt dicta malitia, vt contraheret inimicitiam, iura mea & probationes meas. vt not. Cyn in l. prouidendum. C. de teſtib. Ang. no. in l. ſatis. C. de fal. gl. in c. cùm cauſam. verb. compelles. & ibi Anto. de But de teſtib.

52 *Exceptio, & replicatio.*

1 PRoponens ineptam exceptionem ſuccumbere debet. ff. de petitio. hære. l. planè. & de flumini. l. j. §. Labeo. & ita not. per Barto.

In exceptionibus non eſt concluſio neceſſaria, ſed ſufficit in eis facta proponere, ex quibus elici poſsit concluſio, vt not. ff. de excep. l. j. per Bar.

2 Inepta exceptio, ſeu ineptè propoſita, non habilitatur ex probationibus aptis: quia iudex non poteſt in ea ſupplere ex probatis per excipientem: arg. d. §. Labeo. & extrà de elect. c. conſtitutionem. in cle. & not. gloſſ. ff. de pactis. l. i. vnus. §. pactus. gloſſ. que incipit, l. in excipiendo. & ibi not. per Bald.

3 Vbi non deſideratur exceptio, vtpotè, quia eſt exceptio nullitatis ſeu intentionis, prout iudex ſuppleret ex probatis per excipientem: vt not. gloſſ. C. de tranſact. l. vbi pactum. ita dicit Bal. ff. de iuriſdi. om. iudi. l. j. nam exceptio nullitatis non eſt neceſſe quod opponatur apertè, ſed tãtum probetur: vt no. gl. in d. § pactus. & ibi per Bal.

4 Exceptio probata per confeſsionem actoris, licet non fuerit per reum oppoſita, debet per iudicem de facto ſuppleri: quia ex tali confeſsione reſultat notorium iuris: & petitio inepta, & euidenti notorietate iniuſta pari paſſu ambulant: vt no. Inno. extrà de offic. vicar. c. j. & in §. pactus ne peteret. præalleg. per Bar.

5 Crimine in modũ exceptionis probato, inducitur infamia facti, licet non inducat infamiam iuris: extrà de elect. c ſuper eo. & ibi not. per Inno.

6 Exceptio ordinis vt fideiuſſor non conueniatur ante reum principalem, diſcuſsio eſt dilatoria: vnde ſi nõ opponatur ante litem conteſta. valet, & tenet proceſſus cõtra fideiuſſorem factus: argu. C. de appellatio. l. j. Et quod not. de appellatio. gloſſ. ff. ſi certum pet. l. ſi quia. & ita no. ibi per Bartol.

7 Exceptio oppoſita in vim declinatoriæ ante lit. conte-

ſta non probata, poteſt nihilominus lite conteſta. in vim peremptoriæ opponi ad merita cauſæ principalis: quia tunc tendit ad alium finem, quàm primò: vt videtur tenere Inno. extrà de reſcrip. c. ſuper literis. in gloſ. veritate. & ita armat & refert Archidiaco. extrà de lit. conteſta. c. j. lib. vj. gloſ. hic loquitur. quod ſequitur Bal. ff. de procura. §. publicè. l. ſeruum quoque. & Bar. in extrauagā. ad reprimendam. ſuper ver. ſummatic. x. colla.

8 Quis poteſt opponere de iure tertij, quod ipſo iure excludit intentionē agētis: quia talis exceptio non eſt propriè exceptio: ſed potius negatio iuris agendi: vt C. de ſer. l. cùm ſeruum. vtpotè, quando oſtendit reus actionē non competere actori: vt C. de rei vendi. l. fi. vbi, ſi reus doceat rem pertinere ad alium, & per conſequens non eſſe actoris, debet abſolui: & not. ff. vti poſsi. l. j. §. hoc interdictū. per Barto. in fine.

9 Vbicunque exceptio peremptoria eſt norotia, ita quòd negari non poteſt, litis conteſtationem impedit: quia in notoriis non requiritur iuris ordo: extra de iureiuran. c. ad noſtram. & ita notat Spec. ſecundum M. rit. de excep. §. dicto. ver. quod autem dicitur. in fin. & etiam not. extrà de lit. conteſt. c. j. lib. vj. per Archid.

10 Exceptio cōpenſationis poteſt de nouo opponi in cauſa appellationis, licet omiſſa fuerit in cauſa ordinaria principali. not. titu. de appellatio. §. nouiſsimè. verſi. ſed quæro. in Specu.

11 Exceptio de reconuentione facienda coram eodē iudice, eſt exceptio dilatoria. & ideo ſi reus reconueniat actorem coram alio iudice, niſi actor ante litem excipiat de reconuentione coram eodem iudice facienda, valet & tenet proceſſus: ita notat gloſ. extrà de reſcrip. c. nonnulli. & etiam Inno. ibi.

12 Exceptio ſolutionis, & omnis alia exceptio intētionis, per quam concluditur actionem non competere actori, eſt exceptio litis finitæ, & impedit litis conteſtationem: qoia nemo ſine actione, &c. tamen ſi habeat promptam probationem: arg. ff. de iureiuran. l. nam poſteà. in princ. cum not. in gloſ. ibidem. & ita not. ff. iudica ſolu. l. cùm quærebatur. ſi. q. per Bar.

13 Contra maritum petentem dotem vxoris ſibi adiudicari, vt propter commiſſum ipſius vxoris adulterium, poteſt ab vxore opponi exceptio de fornicatiōe mariti, iuxta not. Inno extrà de adulte. c. intelleximus. per iniquum enim eſt, vt pudicitiam ab vxore exigat, quam ipſe non exhibeat ff. eo. titu. l. ſi vxor. §. iudex.

14 Licet ſtatuto caueatur, quòd contra ſententiam nulla exceptio opponatur, nihilominus tamen poteſt opponi exceptio nullitatis proueniens ex incompetentia effectu iuriſdictionis: iuxta not. per Ioan. And. extrà de ſequeſtr. c. j. in clemen. & faciunt not. per Innocen. extra de offic. delega. ca. cùm in iure. & ita etiam notatur ff. quod quiſque iuris. l. j. per Bald.

15 Licet reus ſit ſimpliciter abſolutus, tamē ſi probari per iudicem poſsit & conſiliariis, quòd abſolutoria fuerit lata propter ineptitudinem libelli, tamen actori de nouo aptam actionem proponere volenti non obſtabit exceptio rei iudicatæ: vt not. titu. de offi. iudi. §. de ſcrutinu. ver. quid ſit reus. in Specu.

16 Exceptio competens ne conueniatur tempore ordinato ad confectionem inuētarij, eſt exceptio dilatoria, quæ ab initio per hæredem oppoſita impedit litis conteſtationem, & proceſſum iudicis. C. de iure deliber. l. ū. §. donec tamen. & ita not. ibi Iaco But.

17 Exceptio inuentarij competens hæredi, ne conueniatur vltra vires hæreditarias, opponi poteſt poſt ſententiā in executione iudicati: quia dicta exceptio nō redarguit ſententiam de iniquitate, ſed moderatur executionem. ita not. in alleg. l. fina. C. de iure deliberan. §. licentia. per Iacob. Butriga.

18 Exceptio de venia nō petita, eſt exceptio dilatoria, quæ non poteſt opponi poſt litem conteſtatam: quoniam reus cooteſtando litem videtur tacitè quaſi volens ad iudicium euocatus: argu. ff. de in ius vocand. l. quamois. & ita not. per doct. Iaco. de Are. Pet. & Cy. ff. de actio. & obli. l. actiones. & C. de in ius voc. per eoſdem.

19 Exceptio dilatoria ſolutionis impedit lit. conteſta. Inſtitu. de exceptio. §. hodie. & §. tēporales. & C. de plus peti. l. j. Et not. Inno. de plus peti. c. & de excep. ca. paſtoralis. & not. per Pau. de Caſt. ff. de iuriſdictio. omnium iud. l. fin. quod tamen intellige, duntamen opponitur in vim declinatoriæ, & habeat probationem paratam, iuxta notata per Bar. ff. pro ſuo. l. fi. & de iureiuran. l. nam poſteà. in prin. & iud. ſolui. l. cum quærebatur. ſi. q.

20 Debitor compulſus ad ſoluendū alteri, quàm vero creditori per curiam, habet exceptionem contra verum creditorem: licet compulſio fuerit iniuſta: vt not. ff. de ſolut. l. creditor. per Dy. latius per Bar.

21 Exceptio iuris communis, vel municipalis impedit litis conteſtationem, quia non indiget probatione exteriori: ſecus in exceptione conſuetudinis, quæ cùm ſit facti, requirit probationem exteriorem: vt not. extrà de lit. conteſtatio. cap. j. lib. vj. per Ioan. And. & ff. de ſtatu hominum. l. Arethuſa. per Bal.

22 Exceptio præſcriptionis impedit litis cōteſtationem, ſi opponitur in vim dilatoriæ ad impediendū proceſſum iudicij: ſecus ſi in vim peremptoriæ ad merita cauſæ principalis: vt notatur ff. pro ſuo. l. fina. per Barto. Et intellige, quòd impedit litis conteſtationem demum ſi habeatur in promptu, iuxta not. ff. iudic. ſolui. l. cùm quærebatur. in fine. per Bald.

23 Poſſeſſor rei emphyteuticæ poteſt opponere contra emphyteutam exceptionem canonis non ſoluti, ſi ipſe poſſeſſor habeat cauſam à proprietario: quia ius excipiendi tranſit ad ſingularem ſucceſſorem: vt notatur per Dy. ff. de damno infect. l. fluminum. §. adiicitur. & de iureiuran. l. etiam ſi in rem. ſecus verò eſt, ſi non habuit cauſam ab ipſo proprietario: vt not. ff. ſi ager vecti. g. vel emphyt. pet. l. ij. nam in poteſtate proprietarij eſt diſsimulare cōmiſſum. in authen. de non alie. §. ſcite. C. de ſacroſanct. eccle. authen. nec vſus. per Bal.

24 Illud, quod propoſitū eſt per modum exceptionis, non debet adiudicari: extrà de ord. cog. c. ij. & not. tit. de præſcrip. § j. ver. & not. in Spe.

25 Exceptio oppoſita à tertia perſona, cuius intereſt, obſtat, & examinanda in iudicio venit. ſolu. matr. l. Titia. & ibi etiam ita not. in caſu ſummario per Bart.

26 Exceptio, quòd primò cognoſcatur de cauſa ſpoliationis, eſt dilatoria: & per cōſequens non poteſt opponi poſt litem conteſtatam, prout nec aliæ dilatoriæ exceptiones. C. de except. l. fina. & de probatio. l. exceptionem. vt not. per Barto. ff. de acquirend. poſſeſsio. l. naturaliter §. primo. in iiij. combinatione

27 Ius excipiendi tranſit ad ſingularem ſucceſſorem actiuè. ff. de excep. rei iudi. l. ſi mater. §. item Iulianus. & l. ſi à te. §. fin. & etiam contra ſingularem ſucceſſorem paſsiuè. ff. de iureiuran. l. etiam. & de excep. rei iudi. l. exceptio. ff. pro ſocio. l. denique. §. ū. & commu. diui. l. in hoc iudicio. §. ſi inter ſacros. Et hoc quādo exceptio eſt rei cohærens. Si verò cohærebat exceptio perſonæ, non poteſt opponi contra ſingularem ſucceſſorē, niſi ſuccedat titulo lucratiuo: ſecus ſi titulo oneroſo: vt not. de except. do. l. apud. §. de authoris. & §. ſequen. & ita latius not. ff. de aqua pluuia arcenda. l. ſi tertius. §. ſi quis prius. per Bartol. in v. & vj. quæſtionibus.

28 Quamuis caueatur in ſtatuto, ꝙ contra inſtrumentum non poſsint opponi niſi certæ exceptiones, nihilominus poteſt opponi exceptio, ꝙ aſſertū inſtrumentum non eſt inſtrumētū: arg. ff. de re iud. l. iiij. §. cōdēnatū. Item ſi reus habeat aliàs exceptiones legitimas, per quarū excluſionē actor locupletaretur cum alterius iactura: quamuis reus de vigore ſtatuti ſit excluſus eas opponere in vim exceptionis, attamen poteſt iudicis officiū implorare ad impediendum actorem, ne faciat indebitam exactionem: quia excluſus ab excipiendo non excluditur ab iudicis officium implorando æquitate ſuadente ff. de peti. hære. l. planè. l. ſi eo. titu. & ita not ff. quod vi aut clam. l. j. §. hoc interdictum. per Bart.

29 Quamuis non poſsit agere ex titulo duplicato. C. de contrahen. empt. l. cum res. & extrà de fide inſtru. c. inter dilectos in fi. & ff. de acquiren. poſſeſsio. l. poſsideri. §. ex plurimis.

plurimis attamen ex titulo duplicato bene potest excipere: extrà de concess. præben. c. post electionem. & de relig. domib. c. cõstitutus. & ita not. extrà de reg. iur. ca nul lus pluribus libro vj. per Io. And. & in d. l. cum res. per Io. Fab. & extrà de app. c. solicitudinẽ. per Henr. Boich in ij. dist. in fi.

De materia huius rub. vide suprà, in ver. index. & in versi. lit. contestatio. & in ver. præsumptio. & in ver. executio.

53 *Præscriptio.*

1 SEruitutes habentes discontinuã causam præscribuntur decem annis cum titulo, vt no. C. de serui. & aqua. l. prima per Ioan. Fab. pro quo facit tex. C. de præscri. lon gi tempo. l. fin. in fin. & glo. in l. seruitutes. ff. de serui. & ibi no. Aug.

2 In seruituribus habentibus discontinuã causam, præsumitur titulus ex patientia longi temporis: vt no. gl. ord. ff. de seruitu. l. seruitutes. iiij. quam approbat & sequitur Bar. ff. de acquir. hæredi. l. qui aliena. §. j. & de vsur. l. cùm de in rem verso.

3 Seruitutes habentes causam discontinuam, quæ debentur à te personæ, vt vsus & vsusfructus: vel à persona personæ, vt redditus & seruitutes, & seruitia, præscribuntur x. annis cum titulo, & sine titulo xxx. annis. de agricol. & censi. c. peruenit. & ibi per Henric. Boich. & de præscript. cap. si diligenti. Et ita notat & refert Ioan. Fab. in allega. l. j. C. de seruitu. verum quod est sine titulo, intelligo cum bona fide.

4 Exactionem vectigalis præscribit priuatus tẽpore longissimo, si ipse per dictum tempus vectigal exegerit: vt post longam disputationem finaliter concludit Cy. C. de vectig. l. j.

5 Exactio vectigalis pertinentis priuato ex consuetudine vel priuilegio, præscribitur contra priuatum x. annis, si priuatus tempore tãto vectigal exigere cessauerit: arg. ff. de nundin. l. j. Secus verò si vectigal ipsum pertineret fisco vel reipublicæ: quia tunc requireretur cessatio & præscriptio xxx. vel xl. anno. C. de præscri. xxx. vel xl. anno. l. omnes. vt not. ff. de pub. vectig. & cõmil. l. licitatio. §. earum rerum. per Bar.

6 Vendicatio rei ecclesiasticæ facta per prælatũ sine consensu capituli, præbet iustum titulum præscribendi, si tamen emptor credebat capitulũ pr. lato consensisse, quod in dubio credidisse præsumitur: vt ita no. extrà de rebus ecc. non alie. c. j. in cle. per Pau. de Leaz.

7 Licet emphyteuta cessaret mille annis in non soluen. lo canonem, non tamen præscriberet, nisi interuerte et pos sessionem domini sibi contradicendo: vt no. tit. de emphyt. § nunc aliqua. ver. xliiij. in Spe. & C. de præscri. xxx. vel xl. an. l. incipit. Quis non perdit, &c.

8 Præscriptio non extenditur vltra illud, quod probetur possessum, cum sit odiosa: vt not. extrà de deci. ca. cum. per Inno. ff. de itin. actúque priua. l. j. §. si quis in hoc per glo. ordi. & Bar.

9 Defraudata gabella non potest quæri post quinquennium: quoniam per dictum tempus currit præscriptio. argum. C. de vectig. l. j. & no. ff. de rerum diuisio. in rubri. per Bald.

10 Si quis vendat quicquid iuris habet in fundo, & totum fundum tradat, procedit vsucapio: secus verò si vendat, & tradat generaliter quicquid habet in fundo. argumen. ff. de acquiren. poss. l. locus. vt no. ff. pro empt. l. emptor. per Bartolum.

11 Licet fines prædiorum præscribantur, extrà de præscri. c. indicante. xlj. q. iiij. volumus. & de probat. c. ex literis. non tamen præscribuntur fines prouinciarum vel diœcesis, vel ea quæ limitibus adhærent. de probatio. ca. cum causam. & de paroch. c. super eo. Et tangitur ratio de dei. c. cùm sint homines. in fi. ita que no. ti. de præscri. §. qui no. in fi. per Hosti. in summa.

12 An diuisio præstet titulum præscribendi, & qualiter. & in qua parte. vide not. per Bartol. ff. de vsucapion. l. si per errorem. & an transactio, vide ff. pro empto. l. finali. per eundem.

13 In præscriptione seruitutis requiritur vsus, scientia & patientia aduersarii. C. de seruit. & aqua. l. ij. Et est ratio: quia præscriptio non procedit sine possessione: vt ff. de vsuc. l. sine possessione. sed in seruitutibus quasi possessio nihil aliud est quàm patientia domini. ff. de seruit. l. antepenulti. & l. quoties. §. fina. igitur, &c. & ita no. ff. de aqua plu. arcen. l. j. §. denique. per Bar. & de iti. actúque priua l. j. §. hoc interdi. per eundem.

14 Per prohibitionem aduersarii interrumpitur seruitus naturali interruptione, argu. ff. de vsuca. l. naturaliter. & ibi no. per Bar. & ita no. C. de serui. & aqua. l. ij. per gl. ordi. positam super verbo, interdictus. Et hoc verum, si prohibitus obtemperet prohibitioni: Secus verò si non obtemperaret prohibitioni: sed postea continuaret vsum seruitutis. argu. ff. de vsufru. l. arboribus. §. fin. & quod ibi no. in gl. fi. & d. l. ij. super dict. ver. interdictus.

15 Personalis seruitus hominis præscribitur xxx. annis, si non possit fieri fides de libertate originali. C. de agri. & censi. l. cùm satis. Si verò possit fieri fides de libertate ori ginali, nunquam præscribitur seruitus contra hominis libertatem. C. de præscri. longi tempo. quæ pro liberta. in rubro & l. fi. e. ti. vt no. extrà de Iudæ. c. præsenti, per Henric. Boich. secundum Hosti. ibidem.

16 Licet suus in præscriptionibus non possit allegare titu lum pro hærede, potest allegare errorem instrumenti, dicendo quòd pater possidebat tãquàm dominus, & quòd pro tali tenebatur. Qui quidem iustus error habetur pro titulo. ff. de vsucap. l. Celsus. & etiam ibi no. per Barto. in prima oppositione.

17 Subditus non potest contra suum superiorẽ obedientiam præscribere: extrà de præscri. c. cùm non deceat. & c. cũ ex offi. ii & de iudi. ca. nulla ratione. nec ea quæ per subditum præstari debent superiori in signum subiectionis. C. de præscrip. xxx. vel xl. annorum l. competit. & ibi no. per Cy. & doct.

18 Debitor qui scit se teneri actione personali, non dicitur malæfidei possessor, vt impediatur præscribere, quando nihil abest creditori: vt est in actione iniuriarum, furti, & in similibus actionibus pœnalibus. Si verò creditori abest, siquidem debitor non habuit animum satisfaciendi: vtpote, quia quamuis fuerit interpellatus etiam extra iudicium, & tamen non satisfecit: tunc non potest præscribere: quia videtur in mala fide agere. igitur, &c. iuxta c. fi. extrà de præscri. quod generaliter loquitur. Tũ quia aut detinet debitum alterius cum aliena iactura, cùm actio personalis dicatur esse in bonis nostris. ff. de acquir. re domi. l. rem in bonis. & de regulis iur. l. qui actionem. vnde cùm eadem sit ratio hæc, quæ est in præscriptione rerum, igitur, &c. Pro quo facit quod notatur per Dy. extra de regu iur. e. locupletari. in fi. vbi dicit, quòd credit, qui recepit confessionem non numeratæ pecuniæ, si pecunia non fuerit necessaria, non potest præscribere bien nio exceptionem non numeratæ pecuniæ de æquitate ca nonica. Si verò debitor habuit animum satisfaciendi sed quia non fuit interpellatus, non soluit, potest præscri bere: quia tunc non dicitur in mala fide, ex quo creditor passus, &c. & ita intelligitur quod notatur per Hostien. in summa, tit. de præscrip. §. quæ res. ver. j. & ff. de vsuca. l. sequitur §. si viam. per Bar. & ita vt supra notatur plenè extra de præscri. c. si diligenti. per Henr. Boich.

19 Iurisdictio præscribitur longo tempore annorum decem vel viginti cum titulo, ad instar aliarum seruitutum: arg. C. de præscrip. longi temporis. l. fi. in fi. Sed sine titulo requiritur tantum tempus, quòd non extet in cõtrarium hominum memoria: arg. ff. de aqua quotid. & æsti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. & de aqua plu. arcen. l. j. §. fi. & ita no. per Pet. Iac. in tit. super iurisdictione. ver. decimò ponit. Et no. C. de emancip. liber. l. j. per Cy. & Bartho. de Sali. & vnà cum vsu iure requiritur etiam scientia & patientia illius, contra quem iurisdictio præscribitur: vt notatur ff. de aqua plu. arcen. l. j. §. denique. per Barto. seu officiorum suorum.

De materia huius rubricæ, vide suprà, in verbo, citatio. & in verbo, litis contestatio.

54 *Stylus, & consuetudo.*

1 VAsalli hodie de consuetudine possunt sine consensu dominorum dare in emphyteusim loca inculta & erema: vt no tit. de cond. ex lege eadem. c. imperialem. §. callidis. per Pe. Ia. in summa libellorum suorum.

2 In generali mandato veniunt ea, quæ sunt de consuetudine contractus seu actus, de quo agitur: arg ff. de aqua plu. arc. l. si prius. §. primo. & de ædilit. edict. l. quod si nolit. §. assidua. itaque not. ff. de his quæ in fraud. credi. l. fin. per Batto.

3 Stylus curiæ seruandus est. C de veteri iure enucle. l. j. §. sed & similitudinem. quoniam si infringatur, non valet quod agitur. C de diuer. rescri. l. sacri affatus. & de di. offic. l. probatorum lib. xij.

4 Sed ad introductionem cuiusuis consuetudinis nõ requiritur scientia superioris, quicquid fuerit aliàs opinarum in contrarium ab aliquibus: vt est tex expressus extrà de consue. c j. lib. vj.

5 De generali cõsuetudine prælati dant in emphyteusim res ecclesiæ indistinctè, cum consensu capituli, vt not. C. de sac. san. eccl. in si. tit. per Azonem in summa.

6 Consuetudo, quæ absorbet ius priuati, non valet, vt putà, quòd communitas vtatur lapidicinis Titij pretio non soluto, vel etiã soluto, si lapides sint sibi necessarii. ff. com. præd. l. venditor. § si constat. & ita not. extrà de constit. c. cùm omnes. per Io. And. vide Inn. de consue. in rub.

7 Consuetudo semper debet per partẽ opponi & probari, cùm in facto consistit: extrà de consti. c. j. libr. vj. nisi esset notoria: quo casu iudex debet supplere: extrà de consuetu. c. cum inter. in fi. & de testa. c. Raynaldus. & de relig. cap. constitutus. pro quo facit quod not. per glos C. & qui & aduersus quos. l. j. & no. ff. de procur. l. filiusfami. §. veterani. per Bal.

8 Consuetudo laicorum non ligat clericos nec ecclesiã: vt no. extrà de consti. c. cùm in ecclesiarum: vt no. Io. Fabri in dicto §. ex non scripto. ver. item consuetudo. Insti. de iure natur. gent. & ciuili. nisi fuerit tam inter clericos quàm laicos communiter obseruata: quia tunc ligaret etiam clericos: vt not. extrà de consti. c. quæ in ecclesiarū. per Hen. Boich. in j. distin. in fin. Et præsertim non ligat clericos quantum ad personas, sed bene quo ad bona: vt not per Pe. Ia. in tit. de condi. ex leg. pro legit. vide optimum tex. in c. cùm venissent. extrà de eo qui mitt. in poss. causa rei seruan.

9 Ille qui simpliciter egit, videtur omne ius suum in iudicio deduxisse, siue sibi competat de iure communi, siue de consuetudine, siue ex statuto municipali. vt no. Inn. extrà de sepul. c. significari. Et ita ad substantiam libellorũ actor non habet necesse exprimere consuetudinem: sed sufficit allegare & exprimere ius ex ipsa consuetudine quæsitum, siue competens: licet postea debeat consuetudinem in articulis proponere & probare: vt no. C. de epi. & cleric. l. generaliter. per Pe. de Bella pertica, & Bal.

10 Consuetudo potest dicere tria, scilicet actum frequentatum. C. de epi. audi. l. ij. & de iure fisci. l. facultas. lib. x. & habitum generatum. Insti. de rer. diui. l. pauonum. & ista est quasi prædicta natura de qua consuetudine loquitur Insti. de iure naturali. §. constat. & ff. de libe. & posthu. l. si quis posthumus. & etiam ius ex vtroque collectum. de quo loquitur C. quæ sit long. consue. per to. ti.

11 Consuetudo loci contractus seruãda est, etiam quo ad forensem ibidem contrahentem. ff. de vsuris. l. j. & de euictio. l. vt fundus. si tamen enormiter lædatur ex ignorantia probabili, potest petere restitutionem in integrum ex generali clausula, si qua iusta, &c. vt no. Inno. extrà de consue. in rubrica.

12 Consuetudo contra legem vel canonem præcipientem vel prohibentem non valet: vt no. extrà de offi. ordi. c. inter cætera. & de treu. & pace per Host. & extrà de consue. c. si. per Henri. Boich.

13 Consuetudo non valet contra ius positiuum, si sit irrationalis: vt c. mala consuetudo. viij. dist. & c seq & de consue. c. fi. in fi. Et etiam ita no. ibi per Hen. Boich. Et quæ dicatur rationabilis vel non, arbitrio iudicis relinquitur: vt ibi per eundem.

14 Positiones ex quibus inducitur seu probatur consuetudo ex qualibet. Et primò, quòd intra x. annos fuit sic iudicatum saltem bis.

15 Secundò, quòd intra decem annos libelli querimoniarum fuerunt pluries repulsi saltẽ bis: vt pote pro portione priuatorum super viis publicis inde tollendis.

16 Tertiò, quod intra x. annos fuit iudicatum pro consuetudine, id est consuetudinem de hoc fore, vel sententia ex allegata consuetudine causata: & per consequẽs fuit intra dictum tempus semel obtentũ in contradictorio iudicio pro consuetudine. ff. de legi. l. cùm de cõsuetudine.

17 Quartò, quòd ita fuit frequentatum & vsitatum inter ciues lõgo tempore, etiam intra & extra iudicium: & per consequens præscriptum: quoniam isti populi actus extraiudiciales etiam sunt declaratorii taciti consensus populi. C. quæ sit long. consuetu. l. j. & no. extrà de cõsuet. super rubrica. & de verb. sig. c. abbate, per Innocen. & Ho. vtrobique.

18 Quintò, quòd fuit actum & obtentum perpetuò inter ciues per tempus, de quo non stat in contrarium hominum memoria.

De materia huius rubricæ, vide infrà, in verbo, causæ cognitio.

55 *Et statutum.*

1 STatutum & consuetudo ciuitatis, vel regni porriguntur ad loca & territoria postea adiũcta. argu. C. de iure dot. l. etiam. & ita not. ibi in additio. per Cyn. de quo dic vt not. C. quæ sit long. consue. l. ij. xxxvij. quæstio. per Bartol.

2 Statutum laicorum non ligat clericos. extrà de cõstit. c. ecclesia sanctæ Mariæ. & no. per Petr. Iacob. in titu. de condi. ex l pro legit. versi. replicat actor.

3 Non valet consuetudo, si sit contra publicam vtilitatẽ, quemadmodum etiam non valet rescriptum principis contra publicam vtilitatem impetratum. C. si contra ius vel vtilita. pu. l. fi. nam talis consuetudo potest dici consuetudo mala, quæ per consequens derogat iuri. viij. dist. c. mala autem consuetudo. & cap. seq. & ita nota. extrà de consue. c. fi. per Hen. Boich.

4 Legitima potest per statutum municipale diminui: & etiam in totum tolli: vt not. per Petr. Ia. in titu. de condi. ex l. pro legit. filio debita. ver. item ponit reus quòd statutum.

5 Princeps ligatur consuetudine suorum subditorum, idem ea vti in illo territorio. arg. ff. quod vi aut clam l. iij §. planè. & ad muni. l. Lucius. § fina. & C. de serui. & aqua. l. si magnate. vt no. Instit. de iur. na. §. ex non scripto. per Ioan. Fabri.

6 Statutum quo prohibentur victualia extrahi de aliquo districto, non ligat eos qui per districtum illũ transeuntes de alio loco alibi transferunt victualia. argu. C. de ædifi. priua. l. si quis posthac. in fin. & ita not. ibi per Cynum.

7 Per consuetudinem x. annorum acquiritur in populũ, quamuis iurisdictio habeat discõtinuam causam. argu. ff. comm præd. l. venditor. § si constat. dum tamen populus sit talis, qui faciat vniuersitatem habẽtem syndicum & consules. Alius verò populus qui non potest facere legem non scriptam, seu statutum, non potest introducere consuetudinem: vt not. per Petr. Iaco. in suo libellario per ti. de confessoria in rem actione. in conclusione quæ quærit qualiter iurisdictio præscribatur: & tit. de ser. peco. pasc. circa fi.

8 Si specialibus personis præiudicet consuetudo, illorum cõsensum interuenire oportet, nec interuenire præsumitur, nisi manifesto iudicio cõprobetur: vtpote quia recepit pretiũ, &c. vt no extrà de cõsue. super rub. per Inn. vnde cõsuetudo quæ tollit ius priuati non valet: vtpotè quia aliqua cõtras vtatur lapidicinis Titii pretio non soluto: vel etiam soluto, si lapides sibi sunt necessarii. ff. commu. prædi. l. venditor §. si cõstat. quæ sic debet intelligi: vt no. extrà de cõsti. c. cum omnes. per Io. And. de quo vide per Pe. Ia. tit. de seruitute pecorum depascen.

Quamuis

9 Quamuis consuetudo in peccatis non valeat: extrà de consue. c. cum tanto. & in authen. vt nulli iud §. j. attamẽ excusat à peccato, vt extrà de spõ duo. c. fi. & de postu. præla. c. fi. lib. vj. nisi tale peccatum sit directè contra naturam, vt peccatum sodomiæ: quia tunc non excusaret. xxxij. q. vij. flagitia. & extrà de postu præla cap. clerici. & ita no. extrà de rempo ordi ca. sané. per Henr. Boich.

10 Valet consuetudo quòd credatur nuncius deputatus ad custodiam contra deprędationes fructuum, vel animalia in prædiis alienis immittentes. arg. C. de accusa. l. eaquidem. vt not. titul. de accusa. §. j. in fi. in Spec.

56 *Expensæ, & fructus.*

1 IN condemnatione expensarum, quæ veniunt ex contumacia, non requiritur partis petitio. ff. si quis ius dicen. non obtempera. l. j. quoniam ad contumaciam propulsandam omnia remedia sunt parata, secundum Bald. ibidem.

2 Iudex potest citato super expectatione facere gratiam, non tamen super expen. vt not. Host. in summa, extrà de offi. dele §. qui delegari. versic. breuiter. & Inno. extrà eo. tit. c. consuluit

3 Iudex non tenetur condemnare victum victori in expensis, nisi fuerint petitæ: licet hoc sine petitione facere possit si velit, vt no. ff. de dam. infect. l. iuj. §. hoc autem iudicium. per Bar.

4 Iudex qui omisit debitam condemnationem expensarum apertè petitam, tenetur parti læsæ de propria bursa sua restituere & resarcire. C. de iudi. l. properãdum. §. sin autẽ alterutra. & l. sancimus. habet tamen regressum contra illum quem debuit condemnare. C. de exactio. tribu. l. penul. ita no. in alleg §. postremò. ver. illud etiam notandum. in Specul.

5 Propter contumaciam veniunt expensæ & etiam dãna extrinseca, vt no. glo. ff. si quis ius dicen. non obtempe. l. j. §. j gl. hoc no. ver. item propter dãna. & facit C. de iudi. l. sancimus. & de fruc. & litis expẽ. l. fin. ratione vero temeritatis vel victoriæ veniunt expen. tantummodo, & non damna extrinseca. l. properandum. §. sin autẽ. C. de iudi.

Iudex non debet, nec potest condemnare in fructibus, damnis vel interesse quæ accessoriè veniuit, nisi expressè petantur. nisi in interdicto vnde vi ratione violentiæ: & in petitione hæreditatis ratione vniuersalis iudicii, vt not. extrà de resti. spol. c. grauis. per Inno.

6 Expensæ quæ debentur ratione contumaciæ, non possunt peti post annum, nec datur earum petitio contra hæredem: quia pœnale est ex parte cõtumacis iudicium. ff. si quis ius dicen. l. j. §. fi. secundum vnam lecturam j. gloss. quod verum intelligo, nisi essent in condemnatione deductæ: quia debentur tunc actione iudicati quæ est perpetua.

7 Expensis domini debet fieri aduersario copia procurationis. argu. ff. quib. ex cau. l. ij. §. defendi. & ibi not. per Bartolum.

8 Si appellatus qui obtinuit in causa principali postea in causa appellationis ex eisdem actis succumbat, debet in expen. vtriusque causæ condemnari: quia tunc est in errore iuris: secus si ex nouis probationibus in causa appellationis succumbat: quia tunc est in errore facti, qui excusat. extrà de regu iur. c. ignorantia. libr. vj. & ibi no. gl. Io. And. in gl. & idem no. C. de reb. credi. l. generaliter. per Barto.

9 In condemnatione a expensarum patrociniũ quod Iu-
a risperitus adhibuit in causa propria, debet æstimari in tantum, quantum ipse in alium aduocatum pro patrocinio expendisset: vt ita no. Spe. tit. de expen. §. postremò. ver. quid si ab emptore. in Spe.

10 In condemnatione expensarũ non debet æstimari patrocinium, quod victor habuit ab aduocato suo gratis, absque spe tamen remunerationis: alias verò secus: vt no. in alleg. §. postremò. ver. quid si victor. in Spe.

11 Libellus debet offerri expensis actoris. nam oblatio de sua propria significatione dicitur actus realis non verbalis. & probatur in auth de exhibẽ. reis. §. sancimus. ibi, suscepto libello, &c. & ibi, libellus datus, &c. & ita etiam not. per Pet. Iaco. tit. de constituta pecunia, in summa libellorum.

12 Arbiter potest condemnare in expensis, & fructibus, & aliis accessoriis, & tantũ solutioni apponere, licet nõ fuerit dictum in compromisso: quia ita sunt compromisso contigua: vt no. Inno. extrà de arbi. c. ex parte. & Spe. eo. ti. §. fi. versi. sed cum supra.

13 Si procurator litis dominus effectus propter contumaciam suam eundemnetur in expensis, debet de bursa sua expensas soluere not. Spe. tit. de senten. execu. §. sequitur. ver. sed quid si procurator. Circa quod vide not. ff. de re iudicata. l. iiij. in princip. & de leg. ij. l. qui solidum. §. etiã. vtrobique per Bartolum.

14 Si quis appellauerit à sententia continente articulos iustos & etiam iniustos, debet fieri compensatio expensarum: quoniam debet iudex appellationis iustum articulum ab iniusto separare. extra de testamen. c. Rayn. & ita not. de dolo & contuma. cap. sententiæ. per Innocentium.

15 Expensæ veniunt in criminalibus ratione victoriæ, vt not. C. de his qui accu. l. ij. per Cyn. & Bartholom. de Salicet. & ff. ad Turp. l. j. per Bartolum.

16 Pactum de stando creditori super eius simplici verbo, vel iuramento, intelligi debet arbitrio boni viri ar. ff. de oper. libe. l. si libertus. & de arb. l. pe. & C. de do. promissio. l. postea. & quod ibi not. glo. itaque etiam not. ff. de præto. stipu. l. fi. per Bar. & ibidem latius vide Alberic. & argu. l. iusiur. ꝗ dn quod ex cõuentione. in prin. ff. de iureiur. Io. Andræ. in c. statutum. §. accessorum. extra de rescrip. lib. vj. glo l. in clemen.

17 Iudex delegatus prius debet condemnare in expensis & interesse, quam pronuntiet literas suæ commissionis non valere, cum facta pronũtiatione desierit esse iudex. arg. extrà de offic. de eg. c. in literis. & ita no. Spec. titu de expẽsis. §. iuxta. ver. nonò & Io. An. de rescrip. cap. fi. quod intelligo ex interuallo.

18 Si iudex pronuntiet contra excipientẽ propter ineptitudinem, vel probationum defectum, tacito de expẽsis, nihilominus potest eodem durante iudicio excipientem condemnare in expen. omissis: vt not. in c. pia. de excep. lib. vj. per Archid. & tit. de except. §. ij. versi. sed quid si iudex. in Specul.

19 Si litigator cui per apertionem testium, vel productionem instrumẽtorũ apparet nõ fouere bonã causam, desistat à lite, euitabit condemnationem expensarum. argu. ff. de iudi. l. desistere. ver. planè. ff. depositi. l. si quis inficiatus. quod est verum in reo, vt ibi: secus in actore qui explorare, & certus esse debet antequam experiatur. ff. de regul. iur. l. qui in alterius. & ita etiam ibi not. per Bat. & extra eod. titul. cap. cum in ius. per Io. Andræ.

20 Ille qui in causa principali omisit petere expensas, potest in causa appellationis eas petere tanquam ex nouo articulo. no. tit. de test. §. viij. versicu. illud autem. in fi. in Specul.

21 Valet petitio fructuum, licet sit incerta: vt pote, peto fructus ex tali fundo perceptos. C. de sentent. quæ sine cer. quanti. l. ij. quod intelligo si dicti fructus accessoriè veniant, seu petantur: quia quis non tenebitur exprimere in libello ea quę accessoriè veniunt, siue sint accessoria iuris, siue rei, siue actionis: vt not. extra de excessi. præla. capi. tanta. per Innocentium.

22 Expensæ factæ in curatione equi commodati, non repetuntur per commodatarium si sint paruæ, sicut nec alimenta: secus verò si fuerint expensæ magnæ: vt not. ff solu. mat. l. si fundum §. fi. per Bar.

23 Procuratores fiscales, & alij officiarij principum, vexãtes calumniosè ex officio suo subditos, debent condemnari in expẽsis, & eas soluere de proprio. arg. ff. de excu. tut. l. seueriter. vt not. C. in quibus cau. tuto. haben. l. non est. per Ioan. Fab.

24 Quis præsumitur velle facere expen. in consanguineũ de ipsius bonis, quando eius bona & patrocinium administrat: vt no. ff. de nego. gest. l. Nesennius. & ibi no. in gl. ordi. pro quo facit ff. de peti. hæred. Secus verò si non administrat eius bona: quia tunc videretur velle facere ex-

pensas de suo proprio,& donare velle,vt C.de nego.gest. l.alimenta.

ADDITIO.

a In condemnatione.Adde Guido.Pap.sing.ccl.

57 *Et interesse.*

1 Licet ad interesse sufficiat petitio generalis,iuxta not. ff.si cer.pe.l.certi condictio.in prin.attamen in processu causæ est necessaria specialis specificatio, & probatio ipsius interesse Insti.de actio.§.curare.& ibi per gl.& doct.& not.ff.de ver.ob.l.stipulationes non diuiduntur. circa fi.per Bar.& in alle.l.certi condictio.per eundem.

2 Opinio gl.ordinariæ,vel vnius doctoris authentici releuat à condemnatione expensarum:vt no.extrà de sen. exc.c.sacro.per Pe.de sanxo.& p Hen.Boich.& ff.de bo. libe.l.qui eum maior.per Bar.& est ratio:quia doctor habet authoritatem à iure leges subtiliter interpretãdi.C. de profes.l.qui in vrb.Constant.l.j.lib.x.

3 Venditor tenetur emptori ad sumptus litis rei venditæ, siue vincat,siue succumbat:vt no.Bal.post Bar.& Guliel. de Cug.ff.de procu.l.qui absentem.§.quæstione.

4 Fideiussor qui succubuit, potest à debitore principali recuperare sumptus litis per actionem mandati.C.manda.l.etiam.& ff.eo.tit.l.si mandato meo.§.si fideiussor.poterit etiam ab eo petere lite pẽdente,vt sibi ministret pecuniam pro expensis:quia eius negotium gerit.ff.mãda. l.si verò non remunerandi.§ fi.ita no.ff.de fideiussor.l.exceptione.fi quæst.per Bar.

5 Quantitatem quam debitor soluere debebat certa die, si post diem offerat,nõ tenetur creditor recipere sine interesse suo.ff.de sol.l.solidum.& ibi no.per Bar.& sic per consequens non inducitur purgatio moræ.&c.

6 Illud quod tantum semel percipitur,nec renascitur,nõ debet esse in fructu.ff.sol.matri.l.diuortio.§.si vir in fundo.& vide ibi Bar.

7 An si desinat interesse,desinat actor petere,distinguitur: vt no.ff.si quis cautio.l.qui autem.§.j.per Bal.

De materia totius huius rubricæ,& præceden. vide suprà, in ver.procurator & in verb. sequestratio. & infrà, in verb. consultatio.& in verb.appellatio.

58 *Processus, & acta.*

1 Acta iudicialia non possunt probari,nisi per scripturam.C.de app.l.à proconsulibus.& extra de proba.c. quoniam contra.si tamen erratũ fuerit in scribendo,poterit error per testes probari:vt no.in allega.c.quoniam. per Inno.& C.de testa.l.error.per Cy.

2 Si per publicationem processus criminalis appareat reum absoluendum,debet statim à carceribus liberari. C.de exhi.reis.l.ij.quem rex.alleg.& singulariter ad hoc commendat Bal.ff.de in ius voc.l.sed ex his.

3 Processus factus contra exemptum,valet quò ad punitionem contumaciæ:& sic loquitur ff.de iudi.l.si quis ex aliena.& quod no.ff.si quis in ius voca.l.ij.& extrà de rescri.ad fi.nisi esset exemptio notoria: quia citatus notoriè exemptus non tenetur comparere:vt no. Innoc.extrà de ver.sig.c.ex parte.in gl.sed nonne.in fin & no.extra de iudi.c.ij.per Henr Boich.sed non valet processus quò ad cognitionem negotii principalis,etiam si sit talis causa, in qua possit procedi lite nõ contestata Sed habet locũ, quod sententia ab incompetente iudice lata nõ tenet.C. si à non compe.iudi.l.fi.& extrà de reg.iur.ca.scienti.lib. vj.in nouella.per Io.And.

59 *Renuntiatio.*

1 In causa criminali non potest renuntiari defensionibus,nec appellationi:vt no.gl.ff.de pact.l.pactũ. & ibi no.per Bald.

2 Renuntiari non potest illis quæ sunt de substantia ordinis iudiciorum:vt libelli oblationi, litis contestationi,& quòd sententia feratur in scriptis.not.gl.ij.in fin extrà de offi.deleg.c.de causis.& ibi per Hen.Boich.late.& Hosti. in summa de renun.§.qui possunt.versi ius vero humanũ &c.& in Spe.tit.de sen.prola.§.iuxta.ver.quid si procurator,&c.hanc conclusionem quatenus libellum &c.concernit,limita iuxta not.§.in verbo,libellus.in cõclusione quæ incipit,licet libellus.

3 Post renuntiationem & conclusionem in causa possunt produci instrumenta de nouo reperta:vt no.glo.in l.admonendi.ff.de iureiurã.secundum vnam lecturam. & ita not.ibi Bar.

4 Post conclusionem in causa arbitrii factam potest sententia ferri in absentia partis.argu.C.de adulte.l.quamuis.ita no.Cy.secundum Ia.de Are.& Pet.C.de epis.audi. l.si qui ex consensu.

5 Renuntiatio iuris præsentis non requirit præsentiã partis aduersæ.arg.C.de pact.l.postquam liti.& not.per Inn. Hosti.& Io.And.extrà de renu.c.veniens.& ita intelligit gl.ff.de libera.lega.l.non solum.§.liberationis verba. vt no.ff.si quis cautio.l.sed & si quis.§.quæsitũ.per Bald.siue talis renuntiatio fiat in iudicio,siue extra.C.qui accusa. non possunt.l.accusationem & ff.de acqui.hære.l.ij & l.is qui.& extrà de præscri.cap.pen.& no.extrà de confe.c.ex parte.per Hen.Boich.

6 Si debitor renuntiauerit exceptioni declinatoriæ fori, fit remissio in cõtractibus:secus in delictis.ff.si qs in ius voc.l.j.& ibi glo.& ita etiam ibi no.per Bal.

7 Renuntiatio generalis filiæ de omni eo quod habet in hæreditate paterna dum maritatur &c.nõ nocet, nisi sibi ostendatur testamentum intelligibiliter.ff.de trãsact. l.de his.& ibi no.per Guli.de Cug.& Bal.post eum ibidẽ, in sibi relictis in testamento patris.

8 Quittatio seu renuntiatio non priuat quittantẽ à dominio rei quittatæ.ff de acqui.pos.l.si quis.§ differentia. & C.de trãsac l.si pro fundo vt no.ff.de acqui.pos.l.naturaliter.§.j p Bar.versi.sumus expediti.prima quæst.nisi in quittatione poneretur verbum concedo, vel æquipollẽs: vt no.ff.pro emp.l.j.per Bar.

9 Ille qui petit à iudice inducias ad soluendum, vel aliàs coram ipso procedit,à quo appellauit,vel appellare potuit,videtur tacite factum iudicis approbare,& appellationi renuntiare.C.de iudi l.ad solutionem.& ita no.per glo.ordin.& nu.extrà de offi.iudic. delega.c.gratum. per Hen.Boich.

10 Renuntiatio bonorum paternorum facta contemplatione fratris,non nocet filiæ renuntianti alio instituto hærede quàm fratre.argu C.ad Vellei.l iubemus.& ff.de pact.l.ius agnationis.& ibi no Guli.de Cug.& Bal.post eum.& C.de col bo.l.j.per eundem.

11 Renũtiatio successionis paternæ facta per filiam, non nocet nepotibus ex ea natis,cum aliis nepotibus succedere volentibus:quia veniunt ex sua persona:secus si velint succedere cum patruis:quia tunc veniunt ex persona matris.ita no.ff.de acqui.hære l.quæ superstitis.per Bart. & C.de inoffi.testa l.si quis.per Io.Fab.

12 Ad valorem testamenti paterni nõ est necesse filiæ quæ bonis paternis renuntiauit,aliquid relinquere iure institutionis:vt not.tit.de condi.ex lege.tamen debetur secundum numerum liberorum.ver.sed nunquid per Pet. Ia.in libel.

13 Renũtiatio facta in causa principali non porrigitur ad causam appellationis,nisi expresse fuerit dictũ.no.in authen at qui semel C.de testi.per Bar.

14 Renuntiari non potest legi prohibitiuæ:vt no.C.de dona.l.si quis pro redemptione.§.fi.per Cy.

15 Renuntiari non potest iuribus introducentibus formã in actibus hominum.ff.de leg.j l.nemo potest.& no.ff.de dona.l Modestinus.per Bar.

16 Renuntiatio generalis de omni iure cõpetenti & competituro,vålet specificatis quibusdam.C.quando mu.tu. l.fina.& authen.ibi posita ita no extrà de renun.§.ij.ver. quid ergo.in summa per Hosti.

17 Ille qui promisit stare sentẽtiæ qualiscunque erit, videtur tacitè renuntiare appellationi:vt no.ff.de pact.l.tale pactum.§.qui prouocauit.per gl.& Bal.

18 Post renuntiationem & cõclusionem possunt produci testes,vbi criminaliter agitur:vt no C.de testi.authen.at qui semel per Bar.

19 Renuntiatio hæreditatis futuræ facta metu, vel nimia reuerentia, non valet etiam in effectu cum iuramento,

iuxta

iuxta no.per gl.ordin.& Bal.ff.quarum rerum actio.l.j.§. quæ oneradæ & ff.de pac.l.pacta.§.si ante aditã per Bald. quia super tali iuramento potest peti dispensatio:vt not. per eundem C.de colla.l.pactum & no.per Pet.la.tit.de condi.ex lege,quando secundum numerum liberorum. ver.sed an ille filius.

20 Renuntiatio iuris futuri non valet.ff.de lega.ij.l.si ita scriptum.§.j.& quorum leg.l.j.§.quod ait.nisi transeat in pactum expressum.C de pact.l.j.vel saltem tacitum.ff.de pac.l.tale pactum.vel nisi fiat iudicialiter.ff.de bo.dam.l.j.vt no.in all.§.quæsitum.per Bal.

21 An verò talis renuntiatio confirmetur iuramento? signa in repetitione authen.sacramenta puberum,&c.C.si aduers.vend.

22 Renuntiatio filiæ facta de bonis paternis,non impedit eam capere fraterna bona,quæ quòdam fuerunt paterna:quia alia est hæreditas patris, alia fratris.argu.ff.de Carb.edi.l.iij.§.his qui.ver.planè.& de hære. vel act.l.iij. §.illud potest & ibi no.per doc.

23 Per renuntiationem futuræ hæreditatis paternæ iuratam filia excluditur etiam à legitima & eius supplemẽto: vt no.Per.Iac.ti.de condictio.ex lege,quando seruus.ver. sed quid erit si filius.& ver.sed an ille.

24 Exemptus priuilegio fori renuntiare non potest tacitè vel expresse sine licentia Papæ:quoniam dictum priuilegium respicit etiam fauorẽ superioris,qui est,ne suus subditus ab alio iudicetur.facit ad Roma.xiiij.c.& ij.q.j.mo ueri.& c.multi & de iureiur.c.nimis.& de arbi. cum tem pore.pro quo facit quod Archiepiscopus omisso appellationis articulo non cognoscit de principali etiam consentientibus partibus:vt extrà de foro compe.c.Romana.in prin.lib.vj.& ibi no,extrà de reg.iur.c.scienti.in nouella. per Ioan Andræ.

25 Renuntiatio filiæ facta vni ex fratribus præsenti & recipiẽti.&c.proficit aliis fratribus oĩbus. quod est verũ,nisi appareat præsumptio donationis in recipientem collatæ ff.de donat.l in ædibus.ver.veluti.& C.de pac.l.si actionem & l.creditori.in ij.gloss & ita not.C.de collatio.l. ij. ver.octauò quæro.per Baldum.

26 Si quis renuntiet,vel remittat omne ius quod habet vel habere sperat,intelligitur,sperat,scilicet,ex causa de præsenti,vel præterito,& non de futuro,de quo cogitare non potuit:vt not ff.de ver.obli.l.qui Romæ.§. duo fratres.& de adult.l.si vxor.§.diuus per Bar.& pro hoc est gloss no.in l.quod seruus.in ver.item.ff.de condi.ob cau. quam ad hoc nutant ita Bar.& Ang.cum dicit:sed nos præsens tempus.ad hoc facit secundum Bart l.j.& ij.ff.de sta.libe.ver.sed quilibet possit sperare libertatem,tamen nõ dicitur statuliber nisi speret ex iure præsentialiter cõpetente.facit ad hoc §.est autem.Institu.qui.mo.tolli.obliga.& l.Aquiliana.ff.de transactionibus.

De materia huius rubricæ vide suprà,in verb.iurisdictio. & in verbo appellatio.

60 *Conclusio,& allegationes.*

1 POst conclusionem factam in causa, non possunt fieri allegationes iuris in actis curiæ redigendæ. ita no.per Bal.ff.de fer.l.fi.

2 Post conclusionem in causa criminali possunt produci testes ad innocentiam delati.arg.ff de pœnis.l.diui fratres.& ibi no.per Bar.

3 Quid sit concludere,& quid renuntiare,vide no.in c.ij. extra de in integ.resti.lib.vj.per Archi.

4 Post renuntiationem & conclusionem in causa possunt instrumenta produci,vbi ratio æquitatis subest mouens iudicem.argu.extrà de causa pos. & proprie.c. pastoralis aliàs vero secus.extrà de fide instr.c.cum dilectus.no. ri,de renun.§.j.ver.& scias in Spe.

De materia huius rubricæ,vide supra in verb. libellus.& in verb renuntiatio.

61 *Consultatio,& relatio.*

1 QVando iudex dubius in processu remittit quæstionem consulendam,commissio fieri debet expensis vtriusque partis.Si verò sit deliberatus pro vna parte,& pro alia consilium petat,tunc commissio cõsulendi fieri debet expen solius partis petentis,quæ sola præbet causam commissioni.ita no.ff.de adulter.l.si postulauerit.in prin.per Bar.

2 Iudex vsque ad prolationem sententiæ debet vniuersa diligenter rimari.extrà de fide instru.ca. cum Ioannes Eremita.prope fi.

62 *Remissio.*

1 REmissio ad locum delicti non debet fieri ad solã assertionem requirendam,nisi de delicto constet ex informatione præcedente.arg.ff.de publ.& vecti.l.interdũ. §.idem autem eadem.ibi dum dicit,& aut vxorem corrupisse.& no.extra de rape.c.j.per Hen.Boich,in fi.suæ disp.& ita etiam no.Oldr. in consilio incipiente:nomine Regis Angliæ,&c.& sufficit quòd probentur, coniecturæ sufficientes ad capiendum:vt no.gl.ord.extrà de sentẽ. & re iudi.c.pastoralis.super verb.de more.in fi.

2 Remissio ad locum delicti debet fieri, quando locus à quo,& locus ad quem postulatur, sunt eiusdem dominii & iurisdictionis.& ita intelligitur quod no.C.vbi de cri. agi oportet.authen.qua in prouincia.Secus verò si dicta loca à quo & ad quem,sunt diuersæ iurisdictionis & dominii:quoniam tunc non debet fieri remissio de vno ad alium de iure,nisi hoc haberet contraria consuetudo:extrà de sen.& re iud.c.pastoralis.in cle.& ita no.ibi per doctu.& præsertim per Pau.de Leazaris.

3 Si iudex domicilii præuenit iurisdictionem inquirẽdo, potest denegari remissio ad locum delicti,vt not.in ca.j. extrà de priui.lib.vj.Gem.

4 Iudex domicilii,& etiam alius extraneus iudex potest denegare remissionem ad locum delicti,si delatus in loco domicilii fuerit præuentus respõdendo inquestæ:quia vbi cœptum est iudicium,&c.vt no.per Pet Iac.super arbo.succe.Regni Franc.§.est aliud.vers.sed quid erit seruientis principis.

5 Ex confessione facta coram officiali remittente,nõ potest quis condemnari ab eo cui facta fuit remissio:vt not. ff.de custo.reo.l.diuus.per Bar.

6 Pater potest remittere iniuriam filio suo factam:vt no. gl.ordi.ff.de pact.l.in personam.Et idem abbas iniuriam factam monacho suo:vt ibi no.per Bal.

7 De leuibus criminibus iudex domicilii non tenetur facere remissionem ad locum delicti:vt no.extra de rapto. c.j.per Bar.Hosti.Henric.Boich.

8 Remissio ad locum contractus non habet locum in ciuilibus regulariter.extrà de fo.compe.c.Romana.§.contrahen.lib.vj.Nec etiam in delictis,si de eis agatur ciuiliter.vt no.C.vbi de cri.agi oporteat.authent.qua in prouincia.per Pet.& Cyn.& est ratio, quia talis est,quamuis descendat ex crimine,attamen reputatur ciuilis:& sapit naturam ciuilis extrà de procura.c.tuæ.& de testi.capit. testimonium.§.si verò.vt no.extrà de raptori.c.j.per Henricum Boich.

De materia huius rubricæ,vide suprà in verbo,renuntiatio.

63 *Sententia.*

1 SEntentia simplex habet tacitam relationem ad libellum.ff.de pœ.l.si præses.secundum Bal.ibidem.

2 Sententia lata super inepto libello est ipso iure nulla:ac si esset ab incompetente iudice lata.de quo videtur glos. magna in fi.insti.de obli.in prin.& extra de em[illegible].& vend. c.cùm dilecti.vt ita no.ff.de iusti.& iu.l.ex hoc iure.versi. secundò quæritur.& eo.tit.l.ius pluribus.per Bal.

3 Si iudex cuius est iurisdictio reuocata, se pronuntiat iudicem competentem,valebit processus corã eo postea factus,nisi fuerit appellatum.vt no.extrà de rescri.c.cæterum.per Inno.

4 Si reus conuentus de suo iure probauerit,nedum absoluendus est,quinimò debet sibi res petita adiudicari ac si principaliter egisset.arg.de iureiur.l.sed & si p[illegible] sori.no.Inn.extrà de resti.spol.c.j.ix.quæstione.& c[illegible] glo.ff.de proba.l.circa.

5 Sententia quæ transit in rem iudicatam præsu[illegible] ritè & solemniter prolata:& condemnatus fuisse pr[illegible]

ſi.q.per Io.Fab habet tamen vim diffinitiuæ quò ad litē intimandam.vt no.infrà.in ver.deſertio.

16 Appellatio interpoſita à ſentētia vaſalli deuoluitur ad dominum proprietatis rei feudalis: quia in dationē caſtri in feudum, videtur dominus ſupremam iuriſdictionem retinuiſſe & reſortum: ſecus ſi dominus caſtrum ſimpliciter vendidiſſet, niſi ex quantitate pretij ſumeretur cōtraria coniectura: vt not.tit.de condi.ex no.libellus.verſi.comes dederit.per Pet.Iaco.

17 Vbi iudex aliquem grauauit interlocutoriè vel diffinitiuè, ſi petitur poſt decem dies grauamē reparari, non poteſt appellari: Secus ſi iudex aliàs quàm interlocutoriè grauauerit: quia tunc ſi lapſis decem diebus petatur reparari, ſi deneget, poteſt appellari: vt not.Ioan. Andr. extrà de elect.c causam.§.quòd ſi forſan.& titu.de appel.§.reſtat.ver.ſed quid dices.in Spe.

18 Iudex poteſt procedere in cauſa principali non citato vlterius eo, qui de iudicio receſsit ab interlocutoria appellans: extrà de dolo & cōtu.c.ij.li.vj.& c.j eo.ti.in cle.

19 Secundum communem opinionem à ſententia interlocutoria de torquendo, poteſt appellari viua voce, ex quo habet vim diffinitiuæ.pro quo ff.de mino.l.intra vtile. in prin.& extrà de appel.c.peruenit.& ibi no.per Io And. in nouella.& facit ff.de accuſa.l.Titia.cum ibi not. in gloſſ. Nec ob. extrà de appel.c.cordi.lib.vj quia intelligitur de interlocutoriis quæ vim diffinitiuæ non obtinent. Fran. de ſuprà bareio in conſiliis.

20 Appellās qui renūciauit appellationi ſuæ tacitè vel expreſſè, non poteſt appellationem ſuam iterare, ſeu iterum appellare.argu.C.de reb.credi.l.ſi quis iuſiurandum.& de conditione incerti.l. cùm quidam.& extrà de teſtibus. cap.cùm veniſſent. & not. extrà de appellatio. cap.cùm ſolicitudinem, per Innocen.& eodem titu. cap. directè. per Hoſtien & Henr.Boich.

21 Per multiplicationem appellationū quis non videtur, ſeu præſumitur à prima appellatione recedere: extrà de appel.c.bonæ memoriæ.& extrà de teſtib.ca.cùm tu.& not. in Specu.titu.de ſenten.prola.§.iuxta. verſic. quid ergo ſi appello.& not. in dicto cap.bonæ. per Heuricum Boich. iunge infrà quod not.in concluſione quæ incipit, appellans à diffinitiua,&c.

22 Solutio quam ponit Bart.ff.de appel. reci.l.ij.in prima quæſtione.verſicu.& poſſumus dicere ad leg.j.C.ſi de momen.poſ.dicens, quòd ibi non dicitur quòd à ſentētia lata à momentanea poſſeſsione non poſsit appellari: ſed quod non obſtante appellatione ſententia ſortitur effectū, non eſt vera: quando ſortiri effectum propriè ſignificat tranſire in rem iudicatam: & taliter quod de eius iuſtitia vel iniuſtitia vlterius non quæratur.arg.ff.de re iudi.l.j.vt not.in dicta l.j.C.ſi de momen.po.per Bartho.de Salice.vnde ibi in fi.non dicitur, quòd vlterius cognoſcatur de appellatione reſpectu poſſeſsionis, ſed tantum de quæſtione proprietatis.igitur,&c.vnde hæc opinio etiam quia communis ſecundum Bar.gl.ordi.& doct.in dubio eſt ſequenda. arg.ff.de legi.l.minimè.

23 Si quis petat à iudice aliquid fieri,& ſi non faciat, dicit quòd appellat, non valet appellatio: ſed eſt neceſſe iterū appellare quia dicta appellatio non interponitur à præſenti vel præterito grauamine, ſed à futuro commutatorio: Secus verò ſi petat tale grauamen reuocari: quod ſi non feceritis, appello,&c.& notatur titu. de app.§.qualiter.verſi.Item quod faciat,&c.in Spe.

24 Appellans non poteſt renuntiare appellationi in præiudicium appellati, quin liceat appellato cauſam appellationis proſequi non obſtante renuntiatione appellantis.argu.C.de tempo.appel.authen.ei qui.& ita not. Cy. C.eodem titu l.per hanc.vij.quæſtiu. & ibi not. Inno. extrà de appel.c.cordi.

25 Ille qui promiſit ſtare ſententiæ non quidem ſimpliciter, ſed qualiſcunque erit, videtur tacitè renuntiare futuræ appellationi: & ideo non poteſt appellare, vt not.ff.de pact.l.tale pactum.§.qui prouocauit.per gl.& Bal.

26 Appellationi interpoſitæ pro ſe & adhærere volētibus, debet adhæreri infra tempus decem dierum, infra quod poterat principalis appellatio interponi.vt not. Archidiaco.extrà de elect.c.vt circa.libro vj.& Ioan.Fab.C.de appel authen.hodie.

27 Appellari poteſt à ſententia arbitri ſumpti ſine pœna, vel etiam cum pœna, rato tamen manente pacto: cùm ex ea lapſis decem diebus oriatur actio & exceptio: vt C.de arbitris.l.cùm antea.Secus verò ſi cum pœna fuerit arbiter aſſumptus: quia cùm tunc ex eius ſentētia non oriatur actio vel exceptio, appellari non poteſt de iure ciuili, vt C.de arbi.l.j.quæ ſic intelligi debet: vt not.Bar.de leg.j. l.nemo poteſt.ſed de iure canonico iniqua ſentētia arbitri poteſt reuocari per ſuperiorē.ſicut ſentētia arbitratoris, intantū quod recurrens nec incidit in pœnā, nec incurrit periuriū: vt extrà de arbi.c.nō ſine.& c.peruenit.& c.expoſita.& in eis no Bar.& etiā Spe.in ti.de arbit.ver.ſi autē. Et ita refert,& etiā not.Bar.in tractatu de arb.& arbitrato.in prin quælibet tamen determinatio in ſuo foro ſeruanda videtur Putarem verum, niſi eſſet euidens iniquitas: quia tunc tanquam continens peccatum recurrendū eſſet ad forum eccleſiæ.c nouit.de iudic.

28 Actor poteſt petere à iudice appellationum confirmationem ſententiæ quā obtinuit, licet ab ea non fuerit appellatum, vt not. extrà de confirma.vtil.c.j.per Inno.& ff. de app.l.ſi expreſsim. per Bal.in penul. quæſt.

29 Laicus cōdemnatus in cauſa decimarū appellare non poteſt.extrà de deci.c.tua nobis.in tex.

30 Appellans à diffinitiua primò viua voce, deinde in ſcriptis.tenetur proſequi appellationem primam viua voce interiectam.Secus verò ſi ab interlocutoria appellauerit primo viua voce, deinde in ſcriptis: quia tunc vltimā appellationem in ſcriptis interpoſitam proſequi tenetur. vt not. de operis noui nuntiatione.l. cum procurator. per Bartolum.

31 De officiali foraneo appellatur ad epiſcopū: vt not. extrà de reſcriptis.c.& ſi principalis.in cle.& ff.quis & à quo appel.l.j.in fi.q.per Bar.& C.qui pro ſua iuriſdi.iudi. dare poſ.l.j.per Ioan.Fab.

32 In appellatione ab interlocutoria, vel grauamine interpoſita, ad alium etiam quàm ad Papā, requiritur inſertio cauſæ: & etiam ſcriptura tam de iure canonico: vt extrà de appel cap.cordi. libr.vj.cum ibi nota.per Archidiaco.quàm etiam de iure ciuili: vt not.ff.de appellatio. l.eius qui.per Barto.

33 Appellatio debet exhiberi coram iudice appellationum, ſi appellatus hoc petat, vel neget appellatum fuiſſe: ſed non debet fieri copia parti appellatæ niſi poſt litem conteſta.vt not.titu.de inſtru.edit.§.nunc dicamus. verſic.ſed pone.in Specu.& C.de appella.l.litigatoribus. per Ioan.Fabr.

34 Sicut appellatio deuoluit totam cauſam ad ſuperiorem, vt poſsit ſententiam reformare ex noua cauſa, ita etiam deuoluit nullitas, vt ſententia poſsit per iudicē nullitatis reformari, vt not.ff.de app.l.ſi expreſsim. per Bar. ver.quæro coram quo iudice.in fi.& l.quidam.ff.fami.erciſ.& l.fi.ff.de iur.pa.quod limita, vt ſuprà,& ea preſſe per Ang.& tunc eſt verum in interlocutoria.

35 Si iudex committat notario cauſæ taxationem expenſarum, ab ipſo taxatore non debet appellari: ſed recurri per viam querelæ.quia ab officiali deputato ſine iuriſdictione appellari non debet.Secus ſi iudex taxationem approbaret, quia tunc ab ipſa approbatione poſſet appellari.ff.qui ſatiſdare cogan l.ab arbitrio. ſecundum tertiam lecturam.& not.ibi per Bar.

36 Ille qui appellauit ab interlocutoria vel grauamine, licet fuerit appellationi delatum, eidem tamen appellationi ſuæ renuntiare poteſt,& ad primum iudicē redire, ſaluo tamen intereſſe appellati, de quo ſibi per prius ſatisfacere tenetur.iuxta not.per Ber.extrà de appel.c.exhibita. §.denique.& latiùs de crimine fal.c.ſi.per Hoſt. Io.Andr. & Henr.Boich.& ita vide diſt.

37 Per delationem appellationis factam cum præfinitione termini ad proſequēdum, eo termino lapſo non remanet iuriſdictio abdicata.arg.ff.qui.mo.pig.vel hypotheca ſol.l.ſicut re corporali.§.penul.& not.in conſilio incipiente, An procurator litem.per Oldra.

38 Delatio appellationis facta ob reuerentiam illius ad

quem appellatur, non abdicat iurisdictionē. arg. ff. quarū re. actio non datur. l. j. §. quæ onerandæ. & de furt. l. pen. & de fideicommissa. liber. l. cum vero § apparet. & tangitur per Inno extrà de app. c. cordi. itaque not. in suprà proxi. alleg. consilio per Oldra.

39 Vtrum contumax possit appellare, vide not. ff. de appella. l. ex consensu. §. eum qui per Barto. vide plenè in al pha. domi. Bouerij.

40 Iudex appellationis potest post sententia per eū in causa appellationis latam attentata reuocare: quonia quantum ad attentata non dicitur functus officio. ff. de admini ratio. tuto. l. chirographis. §. fina. ita not. ff. de infami. l. furti. §. j. per Bal.

41 An pendente appellatione à diffinitiua possit iudex à quo, taxare expensas, in quibus condemnauerat appellantem? vide not. super rubri. ff. nil noua appel. pen. per Dyn. vbi tenet quod non, ex eo quia taxatio requirit causæ cognitionem & per consequens partis vocationem. C. de fe rus l. a procedente. & ff. de mino. l. in causæ. §. causa cognita. Et appellatio deuoluit ad superiorem non solum principale negotium, sed etiā omnia accessoria, & totū processum. extrà de appellatio. c. dilectis filiis decano, &c per eundem Henric. de Bouerio.

42 Licet iudex appellationum pronuntiauerit malè ante diffinitiuam ab aliquo prætenso grauamine fuisse appellatum: nihilominus tamen potest de causa principali cognoscere, si voluerit appellatus, nec debet tunc facere remissionem ad primum iudicem. vt not. extrà de appel. c. cordi. lib. vj. per Archid. & ff. de appel. recip. l. eius qui. §. q. per Bar. & ibi vide rationem.

43 Vbi duæ sententiæ proferuntur, quarum secunda est tanquam executio alterius, non potest appellari à secunda, nisi profecta ut intra tempora, in quibus possit appellari a prima. de hoc est gl. no. in l. si cum exceptione. §. hęc autem actio. in gl. sup. vt. s. e. datam. it i, item quod dico appellati & etiam vid. h. dic autem esse sententiam tanquam executionem primæ: vt in casu illius §. & in his qui inficiatione crescunt. ff. quod metus causa.

44 Per appellationem interpositam à diffinitiua reuocari potest interlocutoria principali negotio præiudicans: al as non. extrà de appel. c. h. lib. vj.

De materia huius rubri. vide sup rà, in verb. index. & in verb. carcer. & in verb. libellus. Et in verb. recusatio. Et in verb. lit. contestatio. Et in verb. expēsas. Et in verb. procurator. Et infrà in ver. desertio. & in ver. inhibitio. Et sup rà in ver. editio, & litis contestatio. Et infra in versi. totestatio. & in ver. executio. & suprà in verb. renu ntiatio.

65 *Et apostoli.*

1 IN causa appellationis tenetur appellās probare, quod sibi licite appellatum: videlicet n. intra decē dies, & quod fuerint petiti apostoli. C. de tē. app. l. fi. §. e. Quod vero fuerit rectè appellatum, tenetur probare ille qui causam appellationis solum prosequitur, si sentēt. m pro se voluerit obtinere. in authē. de his qui ing ed. ad app. el. §. illud. & C. de appel. l. ampliorem. in prin. vbi vero vtraque pars prosequitur, ille tenetur probare in causa appellationis qui tenebatur probare in causa principali. C. de tempor. appella. l. per hanc & ita not. ff. situto. vel cura. l. j. per Bar to. de præmissis vide latius extrà de tenu. c. j. in prin. per Henricum Boich.

2 Appellās temerariè debet puniri pœna iuris, si fuerit calumniosus: secus vero si appellauerit bona fide: vt not. glo. ord. C. quorum appel. l. abexe. utore gl. fi. in fi. & in dubio non præsumitur calumniosus, licet succubuerit in causa appellationis, vt not. C. de appel. l. eos. §. non temere, nisi appellatio sua fuerit friuola manifeste. extrà de dolo & cō tuma. cap. j. in clemen. & ita not. in allega. l. ab executore. per Ioan. Fab.

3 Sufficit appellanti offerre appellationem, libellum, & alia acta causæ coram tabellario seu curiali iudicis: maximè vbi copiam iudicis habere non potest. argume. C. de precib. im. e. offe. authen. quæ supplicatio. & ita not. ibi per Baldum.

4 A sententia lata in possessorio de iure ciuili non potest appellari, si fuerit interlocutoria, vt potè si iudex mandauerit quod non fiat nouitas possessori, vt not. Inno. extrà de resti. in integ. c. cum venissent. & idem si fuerit diffinitiua, vt C. si de momen. poss. l. j. quæ est canonizata j. q. vj. §. sunt quorum. versi. de possessi. nisi contineat tale grauamen, quod non possit reparari in iudicio petitorio, vtpote quod contineat quod auferatur possessio illi, qui habet nudam detentationem. ff. de rei vend. l. si in area. nā quia perderet ius quod reparari non potest, ideo potest appellari, etiam de iure ciuili: vt not. de app. recip. l. ij. per Barto. C. de episco. & cleri. l. ij. penulti. quæstio. per Bald latius. de quibus vide extrà de restitutio spoliat. cap. ad sedem. per Henricum Boich.

5 Condemnatus in notorio crimine potest appellare indistinctè. extrà de appel. c. Romana. §. fina autem. lib. vj. & ita not. ibi per Io. And. sed iudex à quo vel ad quem non tenetur appellationem admittere, nisi appellans causam iustam expresserit grauaminis: vt no. extrà de cohab. cler. & mulie c. tua per Henr. Boich. in ij. distin.

6 Si iudex à quo non recipit appellationem, ad officiū iudicis appellationis pertinet cognitio, an appellatio sit recipienda vel ne. ff. de admini. tuto. l. chirographis. §. fi. & ita etiam not. ibi per Bar. Et not. gl. ordi. ff. nil noua app. pen. l. j. quam sequitur ibi Bar.

7 Iudex a quo, qui refutat appellationem, debet exprimere causam refutationis. ff. de app. recip. l. sciendum.

8 Si fuerit sententia lata in iudicio momentaneæ possessionis in principali & etiam ad interesse, sicut non potest appellari à sentētia lata in principali, ita non potest appellari à dicta sententia respectu interesse accessorii: vt no. Petrus Iacobinus de actione in factum ex interdicto vti possidetis. § cum vtroque versi. & post dici.

66 *Inhibitio, & præceptum.*

1 IN præcepto seu inhibitione iudicis requiritur insertio causæ: vt not. Dy. ff. de leg. j. l. filiusfamilias. §. diui. & per Cy. C. de fideicom. l. quoties. & per Bal. ff. de his qui notā. infa. l. j. §. ignominiæ. quod intelligo quādo inhibitio vel præceptum deuiant à iure communi: vt quia iudex inhibet alicui alienationem rei suæ & idem si ipsum persona liter citat in ciuili causa. argu. notatorum suprà in ver. citatio. & ibi vide.

2 Præceptum seu inhibitio iudicis facta sine causæ cognitione, maximè cùm ad id non agitur, non valet, nec trāsit in rem iudicatam, etiam si non appelletur C. comminationes, vel epistol. l. penul. & fi. & extrà de integ. restit. c. ij. nisi fiant de his quæ pertinent ad officiū iudicis. vij. q. j. & quia. & not. de tempo. ord. c. ad aures. vel nisi iudex im poneret pœnitentiam pro manifesto peccato, quod facere potest sine ordine iudiciali. ff. de pœnis. l. fi. & l. moris. & ij. q. vij. Si quis ab ipso. Et ita not. in alleg. c. ij. per Inno. vide Bat. ff. de leg. j. l. filiusfamilias. §. diui. in fi.

3 Ante inhibitionem iudicis appellationum debet præcedere citatio: extrà de appellatio. cap. Romana. §. si verò vocat. libro sexto.

4 Omne præceptum iudicis faciens ad causam, excepta diffinitiua sententia, dicitur esse interlocutoria: vt not. in authen de litig. §. j. in gl. ordi.

5 Iudex potest subditis suis inhibere ne litigent corā alieno iudice. extrà de foro compe. c. ex transmissa. not. C. de offi. præfect. vig. l. j. in fi. & de epis. audi. l. si qui ex cōsensu. vtrobique per Ioan. Fab.

6 Præceptum non finitur morte præcipientis. in authē. de manda. prin. §. ad hæc. & no. tit. de offi. deleg. §. restat. ver. item mortuo. & versi. sequen. in Spe.

De materia huius rubric. vide supra in ver. sequestratio.

67 *Desertio.*

1 DEserta appellatione, iudex appellationis desinit in causa appellationis esse iudex: & ideo si proferat sententiam informatoriam primæ, eius sententia est ipso iure nulla: vt not. extrà de app. c. si appellationem. per Ioan. And. in glo ordi. in cle.

2 Pronuntiatio super desertione appellationis habet vim diffinitiuæ quò ad litem decidendam, sed vim interlocutoriæ quo ad executionem faciendam: quia propter eam

non

non pertinet executio ad iudicem appellationũ.C.quomodo & quando iud.l.si vt proponis.§.si desertam. & no. in c.vlti.de appel.in cle & not.ff.de pact.l.tale pactum.§. quiprouocauit.per Bal.

3 De hac materia vide infrà,in verb. nullitas. & suprà in ver.appellatio.

68 *Protestatio.*

1 PRotestatio fieri solita appellanti, videlicet, quòd per quamcunque comparitionem vel processum non intendunt eorum renuntiare appellationi, cõseruat eis ius ex appellatione quæsitum.arg.ff.qui.mo. pig. vel hypoth. solui.l.si debitor.§.j.& de relig.& sump.fun.l.& si quis.§. quæsitum.& ita not.in consi.ij.per Oldr.

2 Protestatio per aduocatos fieri consueta de onere iuperfluæ probationis,&c.reseruat protestãti vt non adstrictus probare sit,nisi tantum quod sufficit:vt not.ff.de iudic.l.diuus.in j.q.circa fi.per Bar.

3 Protestatio saluo iure meo,&c.in inuestitura apponi cõsueta , operatur reseruationem prioris iuris directi:necnon etiam commissi, si contingat cecidisse in commissum:vt not.per Iacob.tit.de senten. excommunic.§.Item potest.& xij.distinct.in fi.

4 Protestatio nihil operatur,vbi factum protestationi cõtradicit:extrà de appel.c.solicitudinem.in fi.& de cõstit. c.cum M.Ferratiensis.& ibi not.per Inno. & Ioan. Andr. & not.extrà de rescrip.c.gratiæ.in cle.in gl.super ver. renuntiare.per dictum Ioan. And.

5 Vide per legistas de hac materia in l.pacta nouissima. & ibi Bald.C.de pact.per Barto.in l.non solùm.§.morte. ff.de oper.noui nun.

69 *Nuntiatio.*

1 SI nuntiator noui operis offerat se probaturum de iure suo incontinenti,vel saltem intra tres menses , non admittitur ille cui facta est nuntiatio ad ædificandum, etiam cum cautione inuito denuntiatore , donec dictis tribus mensibus elapsis.C.de ędi.priua.l.fina.quæ sic debet intelligi secundum opin.Azo.ibi positam, quæ approbatur extrà de noui oper.nuntia.ca.penulti.& not.en.titu.c.fi.per gloss.ordi.Ber.ff.de noui ope nun.l.prætor ait. §.si quis paratus.per Bar.

70 *Executio, & executor.*

1 OPpositio tertij prætendentis habere ius in re, non impedit executionem sentẽtiæ, quando fit executio in re in condemnationem deducta:quoniam sententia demandatur executioni præstita cautione de seruãdo reum indemnem aduersus alium petitorem ff.de rei vendi.l.is à quo.& seq.& de re iudi.l.sæpè.in fi.secus si executio fieret in rebus non petitis,seu deductis in cõdemnationem: quia tunc debet fieri summaria cognitio:vt ff.de re iudica.l à diuo Pio.§.si super rebus.itaque not. extrà de testi. cap.veniens.& de senten & re iudica ca.cum super. vtrobique per Innocen. de quo vide latius in dicto § si super rebus.per Barto.

2 Contra executionem sententiæ potest perpetuò opponi,quod sui lata prætextu falsorum testium vel instrumẽtorum C.si ex fal.instru.l.fi.& extrà de proba.c.licet causam.etiam licet aduersus sententiam non fuerit restitutio petita in integrum ff de re iudi.l.diuus.& ibi no.Bar. ex quo apparet vnus modus opponendi post sententiam satis singularis contra testes.

3 In eo in quo quis excedit formam mãdati iudicis,executor potest sibi tanquam priuato resistere:vt no C quorum appellatio non recipi.l.ab executore.j.quæstio.principali,per Cyn.

4 Quacunque via petatur executio sententiæ ,debet aduersarius citari.arg ff.de re iudi.l.de vnoquoque. not.Cy. in dicta l.ab executore versi.quia circa l.istam. quod est verum,quando fit pro pecunia : secus si fiat in re seu specie in condemnationem deducta:vt not. in extrauagan. ad reprimendum.ver executionem.per Bar. & in d.l.à diuo Pio.§ in venditione.per eundem.

5 Sententia per vnum iudicem lata,non potest per alium iudicem executioni demãdari via officij iudicis, nisi per relationẽ illius iudicis,qui sentẽtiauit.C.de iud.l.properandum.§.sin autẽ reus.nisi per actionem iudicati ordinarie intentatam,vt no tit.de execu.sententiæ.§ nunc videndum.versi.sed pone iudex.in Spe.

6 Confessio facta coram vno iudice, nõ potest per alium iudicem executioni demandari,vt no.Cy.C.de cõfes.l.j. ver.decimò quia. quod intellige per officium iudicis, sed bene per actionem in factum quæ oritur ex cõfessione iudiciali.ar.conclusionis suprà proxi.

7 Sentẽtia arbitratoris potest peti exequi iudicis officio, si interuenerit iuramentum:aliàs competit actio ex stipulatu si interuenerit stipulatio,vel actio ex eo cõtractu,super quo arbitratum est.not.in c.quintaualllis.extra de iureiuran per Inno.

8 Sentẽtia verò arbitri potest eodẽ modo executioni demãdari,si fuerit homologata à partibus expressè vel tacitè.C.de arb.l.cũ antea.C.de Iudęis.l.Iudæi.in fi.& ibi no.

9 Appellatio ab executore per modum executionis excedente,ipsam executionẽ non suspẽdit in totum, sed bene in eo in quo modus exceditur:vt no.ti.de execu sentẽtię. §.nunc dicendum.ver.sed nunquid.in Spe.

10 Vbi debitor reperit post sententiam cõdemnatoriam instrumentum solutionis,si quidem appellatur quod facta fuerit solutio creditori met, impedietur propter dolũ executio iudicati : secus si non fuerit in dolo : vtpote, quia opponitur quòd facta fuerit eius prædecessori:vt no.C. de condi indeb.l.j.per Cy.

11 Si res aliena in qua fit executio,inuenta sit penes debitorem,tertio prætendenti rem esse suam,incumbit onus probãdi:& sufficit sibi probare contractum factum cum debitore, vtpote rem debitam depositam , vel creditori commodatam per tertium,vt not.C.de vxor pro marito.l.ij.per Cyn.

12 Quãdo iudex euidẽter præsumit de malitia & contumacia condẽnati,potest ex officio exequẽdo sententiam, vel præceptum sibi sub pœna præcipere, vt intra certũ diem satisfaciat creditori:vt no.ti.de senten.§.species. ver. sed nunquid &c.in Spe.quoniã sententia potest mandari executioni per pœnarum impositionem:vt ibi.

13 Contra procuratorem in causa reconuentionis condẽnatum fit executio sententiæ,non contra dominum ff.iudi.solui.l.ita tamen.§.in hac.& not.ff.de procura l.si defunctus per Bal.

14 Sententia diffinitiua non potest intra decem dies datos ad appellandum executioni demandari, licet in interlocutoria sit secus:vt not.titu de appel §.restat. versi. quid si lata.in Spe.& probatur extrà de appel.c.non solũ. j responso à contrario sensu.& not.extrà de offi. deleg.c. significasti.per Henr.Boich.

15 Contra vxorem condemnatam potest fieri executio in dote respectu proprietatis saluis fructibus rerũ dotalium marito:& contra maritum condemnatum potest fieri in fructibus rerum saluis alimentis vxoris & suorum liberorum,pro quibus omnibus fit dotis constitutio.C.solu. mat l.pro oneribus.ar ff.de dam.infect.l.si finita.§.si quę sint iura.& §.Item quęritur.& de adul.l.si postulauerit.§. iubet.& ita no.ff.de bo.dam.l.iij.per doct.

16 Delegatus ab ordinario non potest exequi sententiam diffinitiuam.ff.de re iud.l à diuo Pio in prin.sed bene potest exequi sententiam interlocutoriam .ita intelligitur. no.per Inno extrà de offi deleg c.cum ab ecclesiarum.vt not in allega.l.à diuo Pio in quæstione quæ incipit,quęro quando,&c. Secus verò est in delegato à principe : vt ibi in ij.q.de quo vide extrà de offic.delega.capi. significanti.per Henri.Boich.

17 Quando iudex non subditus iudici requirenti executionem fieri,scit,vel præsumit de iniustitia requirẽtis, potest executionem licitè recusare,si iudex requirens extra iudicium processerit.xj.q.iij.qui resistit.& x.dist.c.pen. & fi. Sed non debet recusare executionem sententiæ per iudicem requirẽtis iudicialiter prolatæ.quia requisitus debet in dubio pro ea præsumere,nec interest sua de eius iustitia vel iniustitia inquirere. xx.q.v. administratores & ita not.extrà de offi.ordi.c.j.per Inno.

18 In executione sententiæ quæ fit officio iudicis, & si per interpositionem expeditur, non est iudicialis instantia. ff. de mino. l. minor xxv. anni, cui fideicommissum. & not. ff. si quis ius dicen. l. j. per Bal.

19 Vbi agitur de beneficio authoritate apostolica obtinendo, procedit executio sine libello: quia litera apostolica habetur loco libelli: vt not. titu. de libel. concept. §. iiij. versic. vj. in Specu.

20 Executio nullitatis sententiæ quæ cōstat ex literis actis impedit ipsius executionem. ff. de feriis. l. si feriatis. idem si habeat probationes in promptu. C. si ex fal. instr. l. fi. aliàs vero non: vt ibi not. ff. de re iudi. l. iiij. § condemnatū per Bar. ff. de feriis l. j. per Bal.

21 Non licet capere possessionē beneficij, vel rei corporalis, super qua sententia lata est, nisi authoritate executoris, aliàs priuatur capiens iure suo, vt not. extrà de cōcess. præben. c. cum nostris. per Inno. & C. de execu. rei iud. l. fi. per Io. Fab. Nam & victor qui condemnati bona authoritate sua distraxit, furti & vi bonorū raptorū tenetur. ff. de re iudi. l. miles. §. qui iudicati.

22 Ista sunt paria, executum esse, seu exequi, seu executioni mādari posse. argu. ff. qui satis. cogā. l. fideiussor. in prin. vnà cum gloss. ibi, dum dicit Castello. pro quo facit C. de episco. & cleri. l. si quis in hoc genus. & in alleg. l. fideiussor. per Baldum.

23 Sententia non debet executioni demandari ad instantiam hæredis victoris, vel contra hæredes condēnati per viā officij iudicis, quæ est extraordinaria: Sed debet exequi per actionem iudicati: scilicet, oblato super eo libello in via ordinaria: vt not. C. de executione rei iudi. l. fi. & Insti. de interdict. §. retinendæ. vtrobique per Io. Fab. & ti. de executione sententiæ. §. breuiter. ver. si quæras. in Spe. & per Io. And. in additio. Spe. ibidem.

24 Cum quæritur, vtrum iudex ordinarius, vel appellationum exequatur sententiam, distingue: quia aut iudex appellationum confirmauit expresse sententiam iudicis ordinarij, & tunc ipse exequitur sententiam suam confirmatoriam quia ex ea oritur actio iudicati, & officium iudicis. C. de epis. aud. auth. si quis litigantium. & de appel. l. fin. circa med. Cōtrarium est verum: & ita etiam obseruatur de consuetudine secundum Pet. Iac. titu. de libel. in causa appella. & ibi vide intellectum huius dicti, in §. forma sententiæ contra appellantem. Aut iudex appellationum cōfirmauit tacitè, vel quia pronuntiauit appellationē desertam: & tunc iudex ordinarius exequitur. C. de temp. app. l. fi. §. illud. Quandoque confirmatur sententia iudicis ordinarij pacto, vel transactione condemnati: & tunc iudex appellationum exequitur sententiam confirmatam tanquam confessionem factam coram eo. ff. de pact. l. tale pactum. § qui prouocauit. & no. ibi per Bal.

25 Si actor egerit simul petitorio & possessorio, & obtinuerit in possessorio, & reus econtra in petitorio, à qua sententia appellauerit actor & non reus, non differtur propter appellationem executio sententiæ super possessorio reintegrandæ, quia abiectus dominij tale possessoriū non excludit: Secus vero esset in aliis duobus possessoriis, si in eis fuerit per sententiā adiudicata reo possessio: quia ipse probauit in proprietate: secus vero si fuerit reus absolutus, eo quod actor in proprietate non probauit: vt not. Spec. tit. de execu. sentētię. §. 1. ver. sed pone. & no. extrà de causa pos. & proprie. c. pastoralis. per Henr. Boich.

26 Vtrum imploratio restitutionis in integrum impediat executionem sententię? dic quòd aut imploratur bona fide, & impedit, seu suspēdit. C. de transact. l. si causa cognita. aut temerè, & tunc aut est temeritas euidens, & non suspendit. ff. de mino. l. minor autē magistratus. Aut est velata temeritas, & tunc interim fit executio præstita per victorem satisdatione, iuxta auth. quę supplicatio. C. de preci. impe. offe. & extrà de resti. in integ. c. auditis. secūdum Inno. extrà de in integ. resti. c. sciscitatus. ita not. in d. authen. quæ supplicatio per Bal. vide gl. in l. fi. C. si ex fal. instru. & vide ff. de autho. tu. l. defendentem. per Bar.

27 Sententia lata pro actore super petitorio & possessorio simul, non differtur executio in possessorio reintegrationis, propter pendētiam appellationis super proprietate; quia abiectus dominij non impedit tale possessorium. C. de præscrip. xxx. ann. l. si quis emptionis. §. penul. & extrà de restitu. spol. c. solicitę. in possessorio vero adipiscendæ vel retinendæ differtur executio, si appellans sit in petitorio incōtinenti probare paratus. arg. extrà de causa poss. & proprie. c. cum dilectus. alias verò secus: vt not. eo. tit. c. pastoralis. in iij. dist. per Henr. Boich.

71 *Et brachij secularis imploratio.*

1 Vtrum Iudex delegatus possit pro exequendo implorare auxilium secularis brachij sine speciali commissione? vide extrà, de offic. delega. cap. significasti. per Henric. Boich plenè.

2 Iudex appellationum qui confirmauit sententiam ordinarij, potest illam exequi si voluerit: quia ex sua sententia confirmatoria etiam oritur actio iudicati, & officiū iudicis. C. de epis. audien. authen. si quis litigantium. & de appel. l. fi. in fi. Et ita intelligo opinionem positam per Bal. ff. de pact. l. tale pactum § qui prouocauit. & ita not. Dy. in dicta authen. si quis. sed etiam potest iudex ordinarius sententiam suam condemnatoriam confirmatam exequi. quod de cōsuetudine maximè obseruatur: scilicet, vt ipse exequatur: vt not. per Pet. Iaco. in tit. de libello in causa appel. rubrica, de forma sententiæ contra appellātem. ita etiam no. per Bal. ff. de re iudi. l. à diuo Pio. in princ. Et ita concordandum puto contrarias opiniones supradictas. quoniam quando dictæ sentētię sunt cōformes, quilibet dictorum iudicum potest exequi: vt not. extrà de offi. deleg. c. pastoralis. §. præterea. per Henr. Boich. concordando opi. doct. contrarias &c. vbi verò sentētia iudicis appellationis est infirmatoria primæ sententiæ: vt quia prima sententia fuit absolutoria, secunda vero est condēnatoria: tunc secundus iudex solus exequitur, vt probat tex. in d. §. præterea. & C. de app. l. præcipimus. ibi, quādo dicit exsequentibus iudicata: & in d. auth. si quis. suprà allег. secundum Henr. Boich vbi suprà. & ita etiam not. in alleg. authen. si quis litigantium.

3 Ille cui datus est executor per iudicem, non debet intrare possessionem authoritate sua. sed eius executoris. ff. de re iud. l. miles. §. penul. & arg. ff. de acqui. pos. l. fundi. & ita not. ibi per Barto.

72 *Nullitas.*

1 Sententia non potest pronuntiari nulla, ex alia noua causa in appellatione ab initio nō comprehensa, nisi appellans ab initio proposuisset generaliter sententiam nullam: quoniam videretur tunc omne ius nullitatis ab initio in iudicio deduxisse. no. Host. extrà de off. dele. c. cum contingat. in gloss. super verb. litigatia. in fin. & etiam Ioan. Andr. ibi in nouella. & not. ff. de appella. l. si expressim. per Bartolum.

2 Si iudex finitis fatalibus in causa appellationis pronūtiet, sententia est ipso iure nulla, quoniam finitis fatalibus prima sententia remanet rata. C. de tēp. app. authen. ei qui. quia perinde habetur: ac si nunquam fuisset appellatum. C. de tempo. appella. l. fin. §. illud. Et ideo potest iudex hoc casu de facto supplere: & sententiam ferre super desertione appellationis, etiam parte de fatalibus nō opponente. C. eo titu. l. ij. §. fi. & ibi not. gloss. ordi. & est tex. extrà de appel. c. si appellationem. in cle. cum ibi not. per Ioan. And. in gloss. ordi.

3 In libello super nullitate sententiæ debet causa nullitatis inseri: vt not. Inno. extrà de re iudi. c. cùm Bertholdus. in vltima quæstione gl. & Old. in consilio xxi.

4 Sententia lata contra primam, ita demum nulla est, si de prima fuerit exceptum ante prolationem sentētiæ. extrà de sen. & re iudi. c. inter monasterium. circa fi.

5 Causa nullitatis non potest contra sententiam in iudicio momentaneæ possessionis intentari incidenter super appellatione de iure prohibita: sed bene potest contra dictam sententiam nullitatis principaliter per se intentari. vt not. per Pet. Iaco. tit. de actio. in fact. ex interdict. vti possidetis. §. cum vtraque. in fi. & ibi vide rationē. de quo vide per eum in titu. de condi. ex leg. quæ oritur ex literarum obligatione. versi. sed si appellatur.

De

De materia huius rubricæ, vide suprà in verb. exceptio.& in verb.appellatio.

73 *In integrum restitutio, & supplicatio.*

1 MInor qui non appellauit, non potest petere in integrum restitutionem aduersus omissioné appellationis,nisi ante probet se habere aliquid, per quod in causa appellationis vincere deberet.ff.de iureiur.l.nam postea.§.si minor.vná cum gl.& ita not.ibidem per Bar.

2 Post renuntiationem possunt produci testes per beneficium restitutionis in integrum:vt no.extrà de cau.pos.& proprieta.c.pastoralis.circa prin per Inno.

3 Iuramentum non tollit etiam beneficium restitutionis in integrum:vt not.extrà de resti.in integ.c.j.lib.vj.per Io. And.in glo.ordi.

4 A præfectis p æ:orio duas sententias priorum iudicum confirmantibus non licet supplicare. C.ne liceat in eadé causa tertiò prouoca.l.j.

De materia huius rubricæ,vide suprà in verbo,executio.

74 *Mista de criminibus & culpa.*

1 ILle qui deprehenditur in furto,potest impunè à quolibet capi.& ad iudicem duci.ff.de fur.l.si quis in seruitute.Et idem in quolibet alio crimine:vt not.extrà de senté. excom.c.vt famæ.per Inno.

2 Ille dicitur capi in furto,qui post furtum capitur in fuga.argu.ff.de adulte.l.quod ait lex.& ita not.ff.de infa.l. ictus.per Bald.

3 Non potest agi de crimine criminaliter vltra tépus, vltra quod agi non poterat ciuiliter. vt no.C.de fal. in querela,per Bartho.de Sali.post Iaco.But.

4 Ex dolo maleficium ex culpa quasi maleficium cótrahitur:vt insti.de obli.ex quasi maleficio.§.fi.

5 Aduocatus vel procurator qui instrumenta partis suæ ostendit aduersæ parti,tenetur crimine falsi. ar.ff.de fal.l. j.§.is qui deposita.& ibi no.per Bar.

6 Dominus regulariter non tenetur de delicto famuli sui, nisi deliquit in officio commisso domino suo: vt no.ff.de public.& vect.l j.§.familiæ.per Bar.

7 Ille qui rem alienam,vel alteri obligatam scienter alienat,vel hypothecat,tenetur crimine stellionatus.ff.de pigno.act.l.si quis in pignore.

8 Licet iniuria sit remissa per parté,nihilominus potest iudex inquirere,vt imponat pœnam applicandam fisco: vt not.ff.de iniur.l.j.§.j.per Dy.& Bar.

9 Qui destruxit domum vicini sui,si iam ignis vsque ad domum destruentis peruenerat,non tenetur ad emédam destructionis:secus si ignis non peruenerat.ff quod vi aut clam.l.si alius.§ est & alia.& ita not.ibi per Bartol. Adde Guid.Pap.singu. cxlv.

10 In publicis criminibus non potest hæres conueniri ex delicto defuncti,etiam si mortuus fuerit post lit. contest. nisi in certis casibus exceptuatis,& numeratis per gl.magnam.C.ex delictis defunct.l.j.ver.in publicis autem, &c. Et idem est etiam in criminibus priuatis,si fuerit actum contra defunctum criminaliter:vt no.ff.de accu.l.ex iudiciorum.in gl.fi.& not.in alleg.l.j.in ij.oppo.per Iac.Butr. & idem seq.ibidem Franc.Accursij. Si verò fuerit actum ciuiliter,serua distinctionem l.j.superius alleg.& tunc dicitur criminaliter agi ex delicto,si agatur ad pœná etiam pecuniariam applicandam fisco:vt not gl.ordi.C.de sepul.vio.l.j.& ff.de pœnis.l.aut damnum gl.j.eo.

11 Substituens tenetur de culpa sui substituti.ff.de neg.gest. l.nam & Stichus.§.mandato.& ibi etiam not.per Bal.

12 Crimen lesæ maiestatis committitur in principes etiá inferiores.vt not.extrà de pœnis.cap.felicis. libro sexto. per Archidia.

13 Animal morti traditur non propter conscientiam delicti,sed propter memoriam facti. xv. quæstio.j.ca.factæ. & cap.mulier.

14 Delictum per ebrietatem factum minori pœna punitur.ea.q.c.sanè.

15 Ille qui indebitè impedit alium in prosecutione sui iuris,tenetur sibi de iniuria,damnis,& interesse:vt extrà de immu.eccle.cap.quoniam.libro vj.in nne.iunge suprà in ver.sequestratio.

16 Hæc verba,tu mentiris,important iniuriam,licet fuerit dictú saluo honore tuo.arg.ff.de acqui.hære.l.si quis. & ita not.ibi per Bar.& Dyn.

17 Quis potest emere ad vitam suam pensionem annuam sine peccato vsurario ratione incertitudinis: habita tamen moderatione & ætate ementis.arg.C.de inoff.testa. l.si pater.& ita ibi not.per Cy.

18 Qui falsitatem committit in causa,perdit illam.ff.de iure fisci.l.in fraudem.§.quoties.& ibi not.per gl.ord.& vide not.per Cy.in l.j.C.de aduo.diuer.iud.

19 Qui scribit literas nomine alterius sine illius voluntate,committit crimen falsi:vt not gloss.ord.Bern. extra de rescri.c.tam literis.in gl.fi.in fi.

20 Contra furem potest procedi tot locis,quot locis fecit residentiam cum re furtiua.arg.ff.de furt.l.si dominiū. & ita ibi not.per Bar.& intellige de residentia vnius diei saltem.arg.eo.titu.l.quod destinauerit:vt not.ff.de statu homi.l.homo liber.per Bald.credo communem opinionem contra secundum consilium Bononien. determinantis contrarium:cuius princeps erat Richar.de Salice. dehinc Bartholo. de Salice. in l.si abducta C.de furt.de quo ibi per eum vide.

21 Etiá pro vno furto enormi fur potest suspédi : tum quia vnum magnum furtum æquipollet sæpe pluribus vel tribus paruis.argu.ff.de excusatio.tut.l.si quis. Tum etiam, quia propter enormitatem delicti permissum est iudici transgredi pœnam legis vt not.Innocen.extrà de constitu cap.j.& ff.de his qui nota.infami.l.quid ergo.§.pœna grauior.& ita not.C.de seruis fugiti.authen. sed nouo iure.per Bald.

22 Si homo commisceatur cum animali, debet comburi simul xv q.j.c.mulier ad omne pecus.

23 Si liber pignoratus corrodatur à muribus penes creditorem,tenetur emendare debitori ratione culpæ.ff.loca. Litem quærunt §.si furto.

24 Licet quis percutiat filiumfami.vel alium volentem, nihilominus acquiritur actio iniuriarum patri, & etiá reipublicæ ad vindictam : vt not.ff de pact.l.si vnus.§.pacta quæ turpem & ibi not. per Guliel.de Cuneo.& post eum per Baldum.

25 Qui inuenit rem alienam ad euitandam pœnam furti, debet facere præconizari eam &c.ff.de furt.l.falsus.§. qui alienam.& §.seq & v.q.j quid maligni spiritus.& extrà de clandesti.despon.c.cùm inhibitio. & qui ma. accusa.non poss.c.cùm in tua.& ita not.extrà de vsu.c.fi. ver. quid si nullus.per Host.in summa.

26 Amissum in ludo illicito potest repeti.ff. de alea.l fina. & de præscriptis verbis.l.si gratuitam.§.fin. vbi dicit glo. quod recipiens non potest obiicere turpitudinem repetentis,& durat repetitio quinquaginta annis.C.de religio.& sumpt.funer l.aleatum vsus.& ita etiam not extrà de vita & honestate clericorum. per Bern. & Hostien. & Henr.Boich.

27 Ebrius non excusatur,à delicto propter vinum,quamuis minus puniatur ff de re militar.l omne delictum §. per vinum & ibi etiam not.in libro meo de quo die plenè:vt not.extrà de vita & honesta.clerico. cap.à crapula. per Henr Boich.

28 Conductor tenetur de incendio facto culpa famuli,vel alterius secum habitantis.ff loca l videamus.& l insulá. pro quo iunge quod not.suprà,in versi.præsumptio. in cóclusione quæ incipit:casus incendij.

29 Quis tenetur de damno per eius inimicos dato alteri. ff.loca l.si merces.§ culpæ.& soluto matrimo.l.in his. in prin.& not,& vide per Bar.

30 Si quæras,nunquid stipendiarij vel alij iuuantes vel cósulentes aliquem ad bellum,excusentur à crimine seu peccato? dic quod si dubitetur an bellum sit licitum vel ne, subditi illius mouentis bellum excusantur propter bonú obedientiæ. xxiij.q j.quid culpatur. Alij verò non subditi non excusantur:quia in dubio nemo debet se committere discrimini,vt inueniat aliquem in preiudiciú alterius, vt legitur xiiij.q.v.denique.in text.& not.extra de iureiuran.c.sicut.& instà per Henr.Boich.

Mista de contractibus, & appendentiis eorundem & connexis.

1 Transactio facta per beneficium super iuribus beneficij sui nocet sibi, quandiu viuit: sed non nocet eius successori nisi transactio ipsa fuerit authoritate sedis apostolicæ, vel episcopi confirmata: extra de transac. c. statuimus. & eodem titu. cap. veniens. & ibi not. per glo. ord. & c. de cætero. & ibi etiam not per Innocen. & etiam per gl. ord. Bernard.

2 Et quamuis non valeat transactio facta per Abbatem, vel priorem conuentualem super iuribus ecclesiæ sine cõsensu capituli seu conuentus. extra de transactio. ca. contingit. confirmatur tamen per præscriptionem quadraginta annorum. extra de iure patron. c. cura. & ita not. in alleg. c. contingit. per Henr. Boich.

3 Si duo adinuicẽ dederint bona sua: videtur magis quasi quædam venditio quam donatio, ad instar illius qui dedit pactum Rechis. ff. de cõtrahen. emptio. l. nec emptio. & de actio emp. l. emptorem. §. fi. vt not. C. de inoffi. dona. l. j. per Ioan. Fab in penul. q.

4 Vide, donationes mutuò factæ inter coniuges vicissim in casu, quo vnus alteri prædecedat, valẽt ratione incertitudinis: quia non sunt meræ: quia non liberaliter. arg. C. de inoffi. testa. l. si pater. & ibi not. per Cy. post Petr. de Bellapertica. arg. illius legis, quia tales donationes mutuæ non sunt propriè donationes, sed potius remonerationes reciprocæ: & ideo valent inter coniuges. ff. de donat. inter virum & vxo. l. quod autem. §. si vir. quod est verum si sint æquales: aliàs verò vsque ad concurrentem quãtitatem: vt ibi not. per Iaco. de Are.

5 Si emptor cõcessit duobus gratiam reachati, vnus non poterit reachatare sine alio inuito concessore, cum venditio facta fuerit vno pretio. argu. ff. de in diem adiect. l. cùm autem. §. fi. cum l. seq. itaque not. ff. de vsufruct. lega. l. qui vsumfructum. per Bar.

6 Si aliqua res promittatur non alienari, & sub pœna, & pro pœna obligetur res ipsa, impedietur translatio dominij ipsius rei si alienetur: & hoc propter ius reale hypothecæ: vt not. ff. de verborum obliga. l. si quis ita promisit. §. ea, lege. per Bartol. & etiam in l. si is qui animo possessionem. ff. de acquiren. possess. vbi etiam Barto. ponit vnum alium modum notabilem.

7 In promissione de expellendo colonum, intelligitur duplex tacita conditio: videlicet, si pensionibus paruerit: & si vt oportet, fundum colat. C. locat. l. ædem. & ff. eo. titul. l. quæro. §. inter locatorem. Henr. de Bo.

8 Si famulus cœpit denariatas tãquam nuntius domini, non ipse, sed dominus obligatur: quia ex contractu nũtij directè dominus obligatur, & non nuntius: quia in eum non sortitur obligatio, cùm præstet nudum organum: vt not. C. si quis alte. vel sibi. l. multum interest. & ita not. ff. si quis caut. l. si tutor. in fi. per Bal.

9 Liberatio paterni debitoris facta per filium in vita patris ex causa gratuita, non nocet sibi, licet posteà existat hæres patris, vt not. ff. solu. mat. l. si filius. per Bar. An verò firmetur iuramento, signaui in repetitione authen. sacramenta puberum. C. si aduer. vend.

10 Ad faciendum oblationem non sufficit ostendere bursam sigillatam, vt not. ff. de condi. & demon. l. cùm filius. in fi. per Barto.

11 Donatio facta per Regem, quæ cedit in deminutionem iuris regij, non valet, etiam vallata iuramento: extra de iureiuran. c. intellecto. Secus verò si non cederet in magnã deminutionem iuris legalis: vt not. extrà de re iudi. c. Abbate sanè. lib. vj. ita etiam not. ff. quod vi aut clàm l. prohibere. §. fina. per Barto.

12 Si creditor, cui debetur pecunia in præsenti, vel intra certum terminũ, eam stipuletur sibi solui à debitore intra longiorem terminum, fit tacita nouatio, quæ dicitur ex coniecturis probari. ff. de prætor. stipu. l. Valerius, aliàs incip. si præses. & est l. penul. & ibi not. & etiam latius ff. de pact. l. rescriptum. §. fina. per Bald. per quẽ declaratur intellectus l. fi. C. de nouationibus.

13 Pater non potest emancipare filium quo ad vnũ actum tantum: quoniam patria potestas est indiuidua, cùm quis non possit esse in duplici statu niui. cm contrario. C. de lati. libe. toll. l. j. §. j. itaque not. C. de iure deliberan. l. seruum. per Bald.

14 Moneta promissa vel legata debet solui secundum valorem, in quo est tempore quo petitur, & non tempore factæ promissionis vel legati: arg. ff. de auro & arg. leg. l. certum. nisi debitor fuerit in mora iuxta materiam l. vinũ. ff. si cer. pet. vt not. in alleg. l. certum. per Bar. Quod intellige, vt notatur ff. de solu. l. Paulus. per eundem Bar.

15 In soluendo monetam argenteam pro aurea, & econtrà, debet attendi consuetudo regionis: vt not. glo. ord. C. de dona. l. si quis argentum. in prin.

16 Et quis tenetur recipere monetam pro ea æstimatione, quæ taxata est à publico: vt C. de veter. numisma. potest. l. vltima. lib. xj. Et ita notatur ff. de fal. l. qui falsam. per Bar. dicentem, quòd refutans debet puniri: vt not. d. l. vltima.

17 Si cursus monetæ sit reprobatus per principem, vel mutata eius forma, intantum quod moneta debita non reperiatur, vel diminutus sit eius valor, debet solui de moneta noua ad æstimationem antiquæ: arg. ff. de pig. act. l. elegãter. §. qui reprobos. & extra de censi. c. olim causam. & c. penul. itaque not. ff. de solu. l. Paulus. per Bar.

18 Licet moneta debita non sit mutata in forma, nec per principem reprobata, si tamen sit mutata in materia, scilicet, ponderis vel æris, & sic in bonitate intrinseca, nõ potest solui creditori inuito, arg. ff. si cer. peta. l. cum quid. & de iure dot. l. res in dotem. nisi suppleatur valor diminutus: arg. ff. de solu. l. Paulus. suprà allegata. & ita not. extrà de deci. c. fi. in cle. per Pau. de Leaza.

19 Si moneta debita reperiatur eadẽ omnino, vt quia nõ sit mutata in forma vel materia, nec per principẽ reprobata, licet diminutus sit eius valor respectu æstimationis, sufficit debitori eam soluere talem, qualis est tẽpore petitionis, nisi debitor fuisset in mora, iuxta materiam l. vinum. ff. si cer. pet. & ita intelligitur quod dicitur supra in conclusione incip. moneta promissa.

20 Pro moneta aurea non potest solui argentea, nec pro pura argentea potest solui pecunia ære contaminata: vt gl. tangit aliquantulum ff. si cer. pet. l. ij. & C. de donar. l. si quis argentum. ita quòd tamen tenet Io. Fab. Insti. qui. mo. tol. obli. in prin quod intellige, & limita iuxta conclusionem suprà positam, quæ incip. in soluendo. & sequũtur cõmuniter doct. quo ad primum Fulgo. tenet cõtrariũ, nec gl. videtur illud dicere. & allegat Fulg. l. Titiæ. ff. de aut. & arg. leg. cũ alle. in alleg. per gl. v. nisi tñ, dicit ipse Fulg. esset promissum certum aurum, putà Anglicanum: & hoc dicit fuisse de mẽte Iac. de Rauen alleg. l. j. C. de pondera. lib. x.

21 Ius seu authoritas fabricandi monetam pertinet soli principi. ff. de orig. iur. l. j. §. cum ærarium. & C. de fal. mone. l. j. & ideo est de iure regaliæ: vt in feudis, quæ sunt regalia. c. j. Et ideo nulli alteri competit, nisi sibi quæsitũ fuerit ex priuilegio speciali vel cõsuetudine: vt notatur extrà de iureiur. c. quanto. per Henr. Boich in ij. dist.

22 Res emphyteuticaria non cadit in commissum propter venditionem, seu alienationem nullam seu inutilem: arg. ff. de operis lib. l sicut. ver. sin autem. & facit ille tex. in arg. & ita not. in libro meo, per doct. quod intellige inutilem, scilicet, aliàs quàm propter defectum consensus domini directi. De Bouerio.

Expliciunt singularia Henrici de Bouerio.

LAVS DEO.

SINGVLARIA DO. GVIDONIS PAPAE

Iuris vtriusque Doctoris consummatissimi, nunc primum Additionibus illustrata.

Horum materia tam in ecclesiasticis, quàm secularibus Curiis practicatur.



EQVVNTVR quædã Singularia dicta in iure per me Guidonem Papæ legũ Doctorem & Consiliarium in curia Parlamenti Delphin. hincinde in diuersis iuris Ciuilis & Canonici passibus reperta, & hîc in scriptis redacta, tam de tempore, quo practicabam, quàm postquàm fui assumptus Consiliarius in dicta curia parlamenti, pro laboris mei alleuiatione in futurum.

Singulare primum.

I.

1 *Arrestum frangit, qui animo gaudendi immunitate intrat ecclesiam.*

1 Si quis † intret ecclesiam animo gaudẽdi immunitate, dicitur arrestum frangere. l. absentem. ff. de ver. sig & ibi not. iuncta l. quis sit fugitiuus. in prin. ibi, ea mente. ff. de ædil. edicto.

II.

1 *Latronis vnius confessio valet contra alium quò ad præsumptionem: sed non falsarij contra falsarium.*

1 Confessio † vnius latronis valet contra aliũ quo ad præsumptionem: sed falsarius contra falsarium non recipitur in testem, secundum Inn. in c. j. de confes. & tetigi de hoc in tractatu meo de præsumptionibus, in §. cõfessio. & vide de hoc infrà singul. cclxxviij. & singu. cccccxxj. §. confessio in iudicio.

ADDITIO.

Adde Bouer. in sing. in verb. confessio. nu. 7.

III.

1 *Dotis collatio locum habet in successione materna si mater constituerit dotem.*

1 Collatio dotis † etiam locum habet in successione materna, si mater constituerit dotem. in authen. de æqualitate dotiũ. § illud. col. vij. & in l. vt liberis. C. de collatio.

IIII.

1 *Bonorum appellatione an contineantur iura & actiones.*

1 An appellatione † bonorum contineantur iura & actiones: vide Bar. in l. Quintus Murius. §. argento. ff. de aur. & argen leg. & in l. j. C. si aduersus transac. & de hoc vide plenius infrà, in §. in donatione, &c. & vide quę dixi in decisionibus parlamenti, q. ccxcj. & q. cccccxcix.

V.

1 *Dictio alius, est relatiua duorum extremorum.*

2 An † appellatione rerum mearum contineantur iura & actiones, plene dixi in decisionibus curiæ parlamenti. q. cccccIxxxiiij.

2 Alius, † alia, aliud, sunt dictiones cognoratiuæ seu relatiuæ duorum extremorum, primique extremi exclusiuę. in auth. de manda. prin. §. oportet igitur. gl. super verbo Alia. coll. iij. & in l. cætera. §. si. ff. de leg. j. & quod not. in l. non solùm. §. quæritur. gl. super verbo, Cæteris. ff. de procuratoribus.

VI.

1 *Inuocatio brachij secularis.*

1 Brachii † secularis inuocatio fit, sicut tex. habetur in c. de offi. ordi. & in c. vt officium. §. denique. de hæreticis. li. vj. ponit Inno. Io And. & Hen. Bohic in c. significasti. de off. delega. io antiquis. in j. dist in. & Spe. in tito. de offi. iudicis deleg. §. constituitur. ver. sed nunquid potest, &c. & d. Zaba. in cle. j. eo. ti.

VII.

1 *Effectus clausula ex certa scientia.*

2 *Principis certa scientia æquiparatur clausula non obstante tali lege, nec quis auditur contra id quod princeps facit ex certa scientia. 3.*

1 Nota ꝙ † verbũ, ex certa sciẽtia, in rescripto appositũ, idẽ operatur qđ clausula, non obstãte tali lege. l. idẽ Vulpianus. ff. de excu. tuto. & de re iud. l. qdã. & C. de nup. l. imperialis. ita dicit Bal. in procœ. feudorũ circa fi. primæ diuisionis, in qũne quæ incipit: an rex possit suum filiũ regem constituere. & vide plenè in tractatu meo rescriptorum.

2 Plus † dicit Bal. vbi suprà, ꝙ illa clausula, non obstãte tali lege, non semper valet. xxij. q. ij. in fi. & ibi in summa per Archi in qua causa etiam idem Archid. tractat, de certa scientia principis, quæ æquipararur dictæ clausulæ. non obstante tali lege: & circa hoc dicit Bernar. io c. manda. extrà de rescrip ꝙ dicta clausula quæ apponitur de stylo, debet de aliquo operari: quod no. vt ibi dicit Bal.

3 Plus ibi dicit Bal. ꝙ † quis non debet audiri contra illud qđ princeps facit ex certa scientia, imò debet repelli, & imponi perpetuũ silentium. Nã dicit lex, Quia tantæ superbiæ est ferocibus manibus, vt regalem sensum regat? ita dicit & tenet idem Bal. in glo. quã ipse fecit super lege facta pro pace Cõstantiæ quæ incipit: Imperialis clementiæ mansuetus, &c. quod no. quoniam est singulare.

De dictis verbis, ex certa scientia: habetur text. in cle. j. de iudi. & de iureio. in c. j. in peo. col. & de istorum verborũ significatione habetur per Bernar. in c. pastoralis. §. præterea. extrà de offi. dele. & per eundem in cap. prętere a. de confirmatione vtili vel inutili.

4 Et dicit † Io. and. in ca. venerabilis. extrà de confir. vti. vel inuti. quòd illa verba, ex certa scientia, sunt tantę virtutis, quòd validant gratiam, seu rescriptum, aut priuilegium, quod aliàs non valeret: ad quod facit c. j. in fi. vt lite pendente in cle. Spe. tangit in tit. de instru. edit. §. nunc autem videndum. versi. & scias & plenè Albericus de Ro. in procœ. ff. vbi plenè tangit & tractat hanc materiam.

VIII.

De materia rescriptorum & clausularum derogatoriarũ, non obstantiarum in ipsis rescriptis apponi solitarũ, plenè dixi in tract. meo, qui intitulatur: Tractat. rescriptorũ & clausularum derogatoriarum non obstantiarũ in rescriptis principum apponi solitarum.

IX.

1 *Intellectus l. falsò asseueras. C. de diuers. rescrip. & c plerunque. eodem titu.*

1 De materia † l. falsò asseueras. C. de diuersis rescrip. ad d. l. oppone de c. plerunque. in fi extrà de rescrip. vbi rescri. euacuatur anno. Ideo dic pro declaratione & solutione: quod vbi rescriptum impetratur ad agendum, tunc habet locum prędcriptio annalis: vt d. c. plerunque. sed vbi impetratur ad aliquid faciendum vel excipiendum, tunc non habet locũ pręscriptio annalis, sed habet prolixius tempus, vel perpetuum. l. j. ff. de nudi. & l. puré. §. fi. de excep. do & facit d. l. falsò asseueras.

2 Sed quando † habet locum dicta pręscriptio annalis, à quo tempore incipiat currere annus? dic quòd à tempore quo copia iudicis delegati potest haberi, intantùm ꝙ partem citari facere potuit. l. j. & l. ij ff. de diuer & tempo. pręscrip. ij. quęstio. vj. biduum. & est annus ab initio vtilis, sed postea est continuus: ista sunt verba Inno. in d. ca. plerunque. de rescri.

X.

1 *Minoris res præsumuntur vendita cum decreto iudicis per lapsum decenny.*

1 Per lapsum † decennii res minorũ præsumuntur fuisse venditæ cum decreto iudicis: etiam si de ipso decreto nõ appareat. Ang. de Per in l. vj. ff. de acquir. hære.

XI.

1 *Appellatio ab executore sententia quando admittatur.*

1 Ab executore † sententiæ non appellatur, nisi inquãtum excederet modum in exequendo. l. ab executore. ff. de appel. Sed iuxta hoc quæro, qualiter & quando dicitur excedere? vide ibi glo. & in c. quod ad consultationem. extrà de re iudi. & Bar. in l. ab executore. ff. de appellat. Sed an
2 † executor qui excedit, teneatur parti de dolo vel actione iniuriæ? vide Dy. in c. quod quis. de regu. iur. lib. vj. iuncta l. si iniuriæ. ff. de iniur. Adde ĩ. sing. cccxxxiij. nu. 4.

XII.

1 *Sententia lata contra defunctum mandatur executioni.*

1 Sententia lata † contra defunctum debet mandari executioni: non obstante quod hæres cum beneficio inuentarii ponat bona in declaratione. doct. ad hoc allegãt text. in l. post rem iudicatam ff. de re iudi. nec requiritur alia adiudicatio, postquam semel fuit iudicatum. Posset tamen dici, quòd licet non requiratur alia adiudicatio fienda in declaratione bonorum, ꝙ tamen ibi debeat cõparere creditor, & producere suam sententiam, & petere se allocari in suo gradu & cum teneri creditoribus.

XIII.

1 *Talliare quando possit superior suos subditos.*

1 Quod Imperator † vel Rex non posit voluntariè tallia-
a re suos[a] subditos ratione suæ coronationis: vel quia natus est sibi filius, vel quia vult eius filiã maritare? vel aliud simile, facit l. fi. in fi. ibi: Expensis propriis statuam collocari præcipimus. C de statu. & imagi. & facit C. de expen. Ludo. l. vna. lib. x. itẽ quia si illud quod videtur magis inesse, & non inest: nec illud quod minus. Sed magis videretur quod Imperator ratione guerræ vel belli, posset eos talliare, & tamen non potest. argu. C. de Iusti. Codice confirmando. l. j. ibi: si non nouis expen. &c. & est expressum in authen. vt iud. sine quoquo suffrag. §. illud. ver. nos autem ergo. aliàs est §. culla. rj. Et hoc credo verum, si Imperator vel Rex habeat patrimoniũ sufficiens, vel alias facultates, de quibus posit sumptus facere in præmissis: alias enim posset ratione suæ inopiæ: tunc enim subditi tenerentur eum adiuuare. Et sic possunt intelligi gl. positæ C. de sac. san. eccl. l. placet. super ver. extraordinarium. & super ver. canonicum. super hoc vide quæ no. per Cyn. in l. neminem. C. de sacrosan. eccle. Et prædicta intellige, nisi cõsuetudo allegaretur per Imperatorem vel Regem: vt l. vna. C. de auro coro. libr. x. l. Iudæorum. C. de Iudæis. vide Spe. in tit de ho. & fide. §. j. ver. & no. & melius quàm alibi Pe. Iac. in ti. de causis, de quibus dominus debet amittere proprietatem. in j. dist. in fi. & die vt ibi. Vide etiã Ioã. Ray. in tract. de muneribus. in quæstione, quam mouet de habente iurisdictionem, vtrum posit suos subditos talliare. De hac materia etiam retigi in decisionibus curiæ parlamenti, q lvij.

ADDITIO.

a Subditos. De hac materia quando dominus posit suos subditos talliare, & quibus casibus, latè per Nicol. Boer. dec. cxxvj. & cxxvij.

XIIII.

1 *Statuti verba admittunt interpretationem restrictiuam, ne quis damnum patiatur.*

1 Ne quis † damnum patiatur, verba statuti recipiũt interpretationem restrictiuã: allegatur ad hoc l. ij. C. de noxal. & ponit Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iu.

XV.

1 *Casus vel culpe probatio cui incumbat.*

1 Pone † ꝙ cu aliquis operarius in ecclesia vel sacristia, ad quem spectat custodia iocaliũ, calicũ, & taliũ reliquiarũ ecclesiæ. ꝙ talis per furtũ perdidit vnũ calicem, vtrũ ipse debeat probare se perdidisse? videtur ꝙ non, arg gl. in l. si creditor. in gl. magna ibi, secundũ Ioã. & Hen. & Azo. nos contradicimus, & c. C. de pign. act. Sed ille, qui allegat culpam vel casum. Tu dic contrà, vt est casus in l. si quis. §. prohibet. ff. de eden. & ibi gl. mouet istam quæstionem: & dic vt ibi plenè per Bar. vide quæ notãtur in l. j. C. deposi. & in l. si fundum §. Imperator ff. locati. & ibi no.
De materia dicti tituli de pig. act. vide notabilia dicta, & plures quæstiones per Spe. in tit. de obli. & solu. in §. j. ver. item quòd res. & ver. seq. & ver. sed pone. cum seq. ver.

XVI.

1 *Adstringere se ad casum fortuitum quis potest.*

1 Quis † potest se adstringere pacto speciali ad casum fortuitum: sed sub pacto generali non cõprehenditur casus fortuitus. gl. hoc dicit in l. j. in verbo, suscepisse. C. cõmod. Circa hoc aduerte, quia si vnus casus fortuitus spẽliter exprimatur, & posteà casus fortuiti gñaliter exprimantur, hoc sufficit, vt probatur in c. qui ad defendendum. de procu. lib. vj. & facit l. fi. § fi. ff. de vino, tritico, & oleo leg. & vide glu. in c. licet. de offi. ordi. lib. vj.
2 Sed qualiter † probetur casus fortuitus? Vide Barto. in l. si quis ex argentariis. ff. de eden. & quis teneatur eum probare, vide vbi suprà. Qui sunt casus fortuiti, aliqui enumerantur in l. in ratione. ff. ad l. Falc.

XVII.

1 *Possessor bonorum seu administrator an possit pro absente domino nomine alterius conueniri in iudicio*

1 Vtrum administrator † seu possessor bonorum nomine alterius posit pro absente domino conueniri in iudicio? vide tex. cum gl in l. j. C. vbi in rem actio. Circa hoc tamẽ aduerte, quia secundum statuta Delphinalia si dominus se absentet, datur curator bonis, contra quem actiones diriguntur per creditores.

XVIII.

1 *Proponens aliquid in iudicio probet.*
2 *Negatiua probatio per confessionem partis.*

1 Quilibet † tenetur probare illud, quod proponit in iudicio, pro fundamẽto suæ intẽtionis, licet sit negatiua, in c. bonæ. cũ ibi nota. extrà de elec. & no. Bar. in l. hoc iure. ff. de ver. ob. & no. Io. de Gras. actu legens Taurini, tẽporibus meis, in c. fi. extrà de præsum. & ita in recollectis meis, sub eo per me Guidonem Papæ reportatis, descripsi.
2 Sed qualiter † probabitur negatiua? dic per cõfessionem partis. vide gl. in l. pen. C. de erro. aduo & in l. j. C. de fica.

XIX.

1 Actus iudiciarius † est fiendus expensis illius, qui talem actum fieri postulat. no. gl. in l. ij in verb. deteriorem. ff. ex qui. cau. in pos. eatur.

XX.

1 Verbum † dubium à teste prolatũ interpretatur pro reo. ita dicit gl. singularis in c. in præsentia. extrà de proba. & vide super hoc gloss. in c. ex literis. extrà de spons.

XXI.

1 *Mercantia an debeant confiscari propter pedagium nõ solutum.*

1 Si famulus † meus transit mercãtias meas absque soluendo pedagium, non propter hoc mercantiæ meæ debent dici confiscatæ: allegant doct. l. j. C. de fer. exportand.

XXII.

1 Super † cõclusione libelli in obligatione alternatiua, vide Bar. in l. ij §. item si in facto. ff. de ver. obli.

XXIII.

1 Prorogatio † termini impedit pœnam cõmitti, sed commissam non perimit. l. cùm stipulatus. ff. de ver. ob.

XXIIII.

1 In actibus † in quibus requiritur certa forma, requiritur ꝙ vno cõtextu fiat: vt no. Io. Andr. in nouel. in c. vt circa. de elect. lib. vj.

XXV.

XXV.

1 *Matrimonio per verba de præsenti contracto, an papa possit dispensare vt contrahatur cum altera.*

1 Aliquis†contraxit matrimonium cum vna per verba de præsenti, sed eam non cognouit carnaliter, an Papa possit dispensare, quod cum alia cõtrahat? Archi. in Rosario suo dicit, quod sic, xxvij.q.ij.c.quia super. & refert Bal. in l. Deo nobis. C. de epis. & cle. vide gl. in c. ex publico. super verbo, consummatum. de conuer. coniug.

XXVI.

1 Monachus†liberatur à patria potestate, xvj.q.j.c. non dicatis. per Archi.

XXVII.

1 Si quis†spoliauerit aduersarium suum lite pendente, videtur eius appellationi renuntiare: vt notat Inn. extrà de resti. spol. c. parte.

XXVIII.

1 Si pater†pepigit filium monasterio, obligat eum. gl. in l. colonos. C. de agric. & censi. lib. xj.

XXIX.

1 Absentans se, debet†dimittere aliquem, qui sibi denũtiet citationes, aliter dicitur fictus contumax: ita dicit Cyn. singulariter in l. ab eo. C. quo. & quan. in.

XXX.

1 Actus†nullus potest peti vt declaretur nullus per iudicẽ. in l.j.C. quæ sen. sine appel. rescin.

XXXI.

1 *Rei alienatio quæ subiacet restitutioni, facta ab ignorante non retractatur: secus si à sciente.*

1 Alienatio†rei, quæ subiacet restitutioni, ab ignorante facta, non retractatur: vt est casus singularis secundum Dy. qui alibi non reperitur, in l. si. ff. de lega. ij. Secus si à sciente: vt in authen. res quę. C. commu. de leg. Et vide quæ dixi de hac materia in decisionibus curiæ parlamenti Delphin. quæst. xj.

XXXII.

8 *Supplicare an oporteat intra decem dies, sicut appellare.*
9 *Sententiam an teneatur producere appellans.*
12 *Appellare post decem dies, vel a die notitia an possit dominus, si procurator non appellauit nu. 22.*
13 *Expensarum ab excessiua taxatione appellatur.*
16 *Appellantis malè pœnam quomodo quis euitabit, & an habeat locum de iure canonico.*
17 *Impedimentum probatur per iuramentum, quando appellans dicit se impeditum in primo fatali.*
18 *Fatale primum quando incipiat currere.*
19 *Appellationis iudicialis & extraiudicialis differentia: item appellationis & prouocationis. 27.*
21 *Sententiam suam exequitur iudex à quo, si appellatio sit deserta.*
23 *Appellationis iudex succedit in locum iudicis causa principalis.*
26 *Sententia super executione sententiæ dicitur interlocutoria.*
28 *Appellatione à sententia per lapsum fatalium, vel aliter, deserta, quis cognoscat de nullitate sententiæ.*

1 Appellatio†facta ab vno capitulo se extẽdit ad aliud capitulum: vide gl. in l. appellanti. C. de appel. Sed in actu iudiciali sic, secus si in extraiudiciali: no. Inno. in c. cum à nobis. extra de appel.

2 Appellatio†debet recipi ab amicis condemnati in causa criminali, alias iudex punitur. l.j. ff. ad l. Iul. de vi publi. Fallit, vbi condemnatus perseuerat in cõtumacia. & no. gl. in c. Romana. extrà de appel.

3 Appellatio † hoc modo concepta, Appello ad iudicem competentem, valet & tenet: gl. in l. cum proponas. C. de bon. auth. iud. pos.

4 Appellatio†tenet ab omni immoderatione dilationis. Innocent. in capitul. primo. de dilat. & Bald. in l. ij. C. de episco. aud.

5 Appellatio†præcludit ius innouandi, non solùm in contentioso actu, sed etiam in voluntario. gl. in l. j. C. de bon. pos. secund. tab.

6 Appellans†dolo malo ab interlocutoria nõ est amplius citandus ad diffinitiuam sententiam. hoc tenet Inno. in c. ad petitionem. de accus.

7 Appellari non†potest ante grauamen illatum, dicendo: Domine iudex, peto vt ita faciatis, & si non feceritis, ex nunc appello. notat Spe. in tit. de excep. in §. viso. in versi. quidam autem nouitius, &c.

8 Differentia†inter appellationem & supplicationem, & an sit necesse supplicare intra decem dies, sicut in appellatione, vide glossam & doct. in c. ex literis. extrà de resti. in integ.

9 Vtrum appellans†teneatur producere sententiam, vide Spe. in tit. de instrumentorum edit. §. nunc dicamus. ver. sed pone peto. vide etiam Io. And. in nouella, in c. Romana. de appel. lib. vj.

10 An positus†in aresto personali appellans possit impunè recedere, vide Spe. ti. de appel. §. j. in prin. & per doc. in c. constitutus. de appel.

11 Appellans†si non est prosequutus appellationẽ, nõ habet quadrimestre tempus. no. gl. in l. ij. C. de temp. appel.

12 Dominus†potest appellare post decem dies, si eius procurator non appellauerit: si tamen procurator non est soluendo: super quo vide l. j. §. fi. ff. quando appel. sit.

13 Appellari†potest ab excessiua taxatione expensarũ, Inn. in c. super eo. extrà quod me. cau.

14 Confessus † in iudicio non appellat, nisi probet errorem suum: istud est dictum Io And. in c. Romana. de app. libr. vj. vide Bar. in l. j. C. de litis contesta.

15 Condemnatus†qui appellauit à pluribus capitulis, si vicit in vno, & in alio succubuit, debet in expensis condemnari. hoc ponit Inno. in c. fi. de do. & contu.

16 Quomodo†poterit fieri, quod quis euitet pœnam malè appellantis: de qua in l. si clericus. C. de epis. aud. Dicit Nicolaus Matatelli, quod debet dicere, Appello quantum de iure possum: arg. l. libertas testamento. ff. de manu. testamẽ. Et consilium istud potest valere ad multa, secundum eum. Contrarium tamen tenet Bal. in d. l. si clericus. quia dicit ipse, aduersarius trahitur in causam de facto, & pœna dictæ legis committitur propter nudum factum: vnde non iuuat protestatio in contrarium in pœnalibus. Ita dicit ibi Bal. & hæc opinio Baldi seruatur in curia parlamenti Delphin. vt vidi seruari. Sed an dicta pœna malè appellantis, de qua in d. l. si clericus. habeat locum de iure canonico, Bald. ibidem dicit, quod fuit determinatum quod non, per gloss. in l. j. ff. à qui. appella. non licet. & ideo in terris ecclesiæ non seruatur dicta lex, si clericus. vt ibi dicit Baldus.

17 Si appellans † se dicat impeditum fuisse in primo fatali, qualiter probabit impedimentum? dic quòd per iuramentum: vt no. Spe. in tit. de appellationibus. §. nunc breuiter. versi. quid ergo. & Archi. in c. j. de dolo. lib. vj. Iac. de Are. ff. de excu. tutorum. l. scire. §. sufficit. Et de hac materia plenè etiam scripsi in decisionibus curiæ parlamenti quæstione.

18 Sed quando†incipiat currere primum fatale, an à tempore sententiæ, vel a tempore appellationis, vel introductionis? dic quòd à tempore appellationis. ita no. Io. And. in c. ex ratione. de appellationibus. quod hodie approbatur in cle. sicut. eo. ti. Et hoc verum, quando non est terminus ab homine assignatus: quia tunc à fine termini. ita no. gl. in c. sæpè. de appel. & placet Spec. in tit. de appel. §. qualiter. versi. annus. sed Hosti contrà: quod videtur placere Io. And. in d. c. sæpè.

19 Differentiam†inter appellationem iudicialem & extraiudicialem, vide de cle. c. cum nobis olim. & c. cùm inter canonicos. & per Inn. & per Archid. in c. romana. de appellationibus. lib. vj.

20 Si quis † compareat coram iudice à quo: & protestetur quòd eius appellatio sit semper sibi salua, valet protestatio. ita dicit Inno. in c. quæsitionem. extrà de appellationibus.

21 Iudex†potest exequi sententiã suam, si appellatio sit deserta, etiam si super desertione non fuerit pronuntiatum. secundum Inn. in c. ex ratione. extrà de appel. & in cap. si duobus. super verbo, in casibus. extrà, eo. ti.

22 Si procurator† meus non appellauit, an possim appellare à die notitiæ? dic quod si procurator est pauper, vel colluserit cum parte, quod possum appellare. l. j. in fi. iuncta glo. ff. quando app. sit. & facit quod ibi no. Bart. vide de hoc infra sing. ccclviij in § decem dies, &c.

23 Iudex† appellationum succedit in locum iudicis causæ principalis. l. tutor in prin. ff. de vsur. in c. Raynurius. in fi. extrà de testa. ita dicit Specu. in tit. de expensis. in § nunc videndum. ver. & not. quòd expensæ, &c. vide infrà singu. cccclxxxij.

24 Appellari† potest à citatione, si citatur non citãdus. Bal. tangit in l. ij. C. de epi. audi.

25 Quandiu† cognoscit iudex appellationum, an appellatio sit recipienda, vel ne: non debet inhibere in causa, secundum Inn. in c. dilectus. extrà de rescrip. facit c. romana. de appellatio. lib. vj.
Casus in quibus appellatur ab interlocutoria posui in decisionibus curiæ parlamenti, q. lxxv. Et ponit alios casus Spec. in titul. de comparitione in termino, in §. vnico. in fin.

26 Omnis† pronuntiatio, siue sententia in exequutione sententiæ lata, dicitur interloquutoria. Bar. in l. ij. de appel. recipiendis. illud facit ad multa quia per hoc deberet appellari in scriptis a literis præcisæ missionis in possessionem bonorum inquantatorum: aliter appellatio est inualida, & censeri debet deserta.

27 Differentia† est inter appellationem & prouocationem: quia appellatio fit in iudicio, prouocatio extra iudiciũ. Inno. in c. cùm sit romana. de appel.

28 Franciscus† de Zabatel. in cle. si appellationem. dicit, Ibi, quintò quæro. Si appellatio à sententia per lapsum fatalium, vel aliter fiat deserta, an iudex ad quem possit cognoscere de nullitate sententiæ? videtur quod non, quia appellans videtur renuntiasse prosecutioni nullitatis, cũ veniat accessoriè ad causam appellationis: vt C. quando prouo. nõ est nece. l. j. in fi. sublata ergo appellatione, quæ est principalis, debet esse sublata nullitas, vt accessoria. ff. de regu. iu. l. cùm principalis. & c. accessorium. de reg. iu. lib. vj Stephanus dixit contrarium, quia desertio appellationis non potest tollere deuolutioné potestatis cognoscendi de nullitate facta iudici ad quem. Sunt enim diuersi modi agendi de nullitate vel de appellatione, & vno sublato non tollitur aliud. Et secũdum eum nullitas non accedit propriæ appellationi, sed de vtroque principaliter cognoscit iudex ad quem. Dic primũ verius, quia de nullitate cognosci debet coram ordinario, si non sit appellatum, in c. dilecto. de app. & in cle. j. de re iudic. vbi dixi in j. q. sed ex vi appellatiõis cognoscit iudex ad qué. De nullitate ergo sublata appellatione, cognoscit solus ordinarius: de hoc scripsi in decisionibus curiæ parlamenti, q. ccccxxxvj. in ver. lxxxviij. vide Cy. in dicta l. j. C. quando prouo. non est necesse. & Bar. in l. si expressim. ff. de appella. Opinionem Domini Franc. de Zabarellis tenent Domini de Rota, in titulo de appellationibus. quæstione cl.

XXXIII.

1 An bastardus† possit substitui legitimo? vide plenius Barto. in l. quod conditionis. ff. de dona. causa mortis.

XXXIIII.

1 *Notarius alicuius principis extra territorium ipsius non recipit instrumenta.*

1 Tabelliones †a Regis Franciæ, vel Domini Ducis Sabau
a diæ, & similium principum, non possunt recipere instrumenta extra territoria talium principum. no. Bar. in l. apud Consulem. ff. de manu. vindicta. eorum tamé instrumenta intra eorum territoria recepta, fidem faciunt extra eorum territoria.

ADDITIO.

a Tabelliones. Adde Bouer. io sing. in verb. notarius. nu. 7. & 9. peralleg. no. per Bar. in l. j C. de summa trinit. & per Hostiens. in sum. ne clerici vel monachi. §. quæ sunt. ver. quid igitur.

XXXV.

1 *Dispositio testis refertur ad tempus iuramenti.*

1 Si datus† est terminus ad probandum, sufficit quod testes iurent intra terminum, licet post examinentur: quia depositioni refertur ad tempus iuramenti. no. Bar. in l. damni. §. Sabini sententia. ff. de dam. infe.

XXXVI.

1 *Pace cum defuncto facta, an & cum hærede facta esse censeatur.*

1 Si fuerit facta† pax cum defuncto, an videatur esse facta cum hærede? & de hac materia vide plenè per Bar. in d. §. Sabini sententia.

XXXVII.

De Dictione item, vide Bar. in l. j. aliàs incipit: prætor ait. ff. de Publicanis & vectig. & in l. item. ff. de leg. iij.

XXXVIII.

1 *Possidens ciuiliter an rei vendicatione conueniri possit.*

1 An ciuiliter† possidens possit rei vẽdicatione conueniri? vide Bar. in l. Pompon. refert. §. in dotem quoque. ff. de acqui. pos. & gl. in l. ij. C. vbi in rem actio.

XXXIX.

1 Qualiter† probetur res esse in nullius bonis, no. Bar. in l. rem quæ nobis. ff. de acqui. pos.

XL.

1 An lex, † sicut. & l. cùm notissimi. C. de præscriptio. xxx. annorum. sint hodie correctæ, per c. malæ fidei possessor. extrà, de reg. iur. vide Bart. in l. sequitur. §. seruus pro hærede & §. si viam. ff. de vsucapio & de hoc plenius tetigi in decisionibus Curiæ parlamenti, q. cxcix.

XLI.

De materia interruptionis præscriptionum, vide plenè Bar. in l. naturaliter. ff. de vsuca. & in decisionibus parlamenti, q. ccccxvj. circa medium.

XLII.

1 Vtrum† iuri offerendi possit præscribi, vide plenè Bar. in l. pignori rem. ff. de vsucap.

XLIII.

1 Quis† sit error iniustus quis iniustissimus. & quis iustus, & quis iustissimus? vide Bar. in l. Celsus. ff. de vsuca.

XLIIII.

1 *Dominium an transferatur in emptorem si quis vendat rem creditori obligatam.*

1 Si quis† obligat omnia bona sua creditori suo, an posteà aliquam rem ex obligatis vendendo, transferat dominiũ in emptorem? vide Bar. in d. l. Celsus. de vsucap.

XLV.

1 *Mala fides qualiter probetur in eo qui possidet cum titulo.*

1 Qualiter† probetur mala fides in eo, qui possidet cum titulo? vide Bar. in d. l. Celsus. & ratio dubitandi, quia ex titulo præsumitur bona fides.

2 Qualiter† debeat articulari super præscriptione ratione temporis, Bar. docet in d. l. Celsus. circa fi. & tetigi in apparatu meo, quem feci glossando statutum, Si quis per literas. super verbo, Testes.

XLVI.

1 Vtrum excommunicatus possit hæres institui, vide Host. in summa de testam. §. quid sit effectus. ver. & prodest hoc notare.

XLVII.

1 *Iuramentum per legem ciuilem remitti.*

1 Lex† ciuilis potest remittere iuramentum ex causa, sicut Papa: vt nota in l. adigere. §. final. ff. de iure patrona. vbi gloss. dicit, Nota legem vim apostolici obtinere, vt iuramentum remittat. hoc dicit Bald. in l. nec patronus. C. de oper. lib.

XLVIII.

3 *Domestici ad probandum facta domestica idonei testes: item famuli: & confratres, 4. 5.*

1 Tres testes† examinantur: duo deponunt pro, tertius contrà: quid iuris? vide Bar. in l. j. de ventre inspic.

Licitum

2 Licitum †est arguere de teste ad tabellionem, & ecõtrà, in l. hac consultissima. §. fi. C. qui test. fac. possunt.

3 Testes †domestici sunt idonei ad probãdum facta domestica, vt vxor, & similes, vt no. in l. ij. C. quan. & quib. quar. pars deb. lib. x.

4 Et familiares †perpetui vel temporales, vt C. de repudiis. l. consensu. §. seruis.

5 Et confratres, †vt in authẽ. de monachis. §. cogitandum. & extrà de testa. c. veniens. iu fi. Ita dicit Bal. in l. scimus. C. de iure delibe. circa fi. Et vide in recollectis meis, quæ dicit Io. de Grassis, in d. c. veniens.

XLIX.

1 *Fauendum libello vt in dubio admittatur.*

1 Licet iure †ciuili libellus sit ineptus propter ineptam actionem intentatam, vt l. j. §. j. ff. si men. fals. mod. dix. Tamen æquitate canonica procedit talis libellus. Nam & si nulla actio esset intentata, talis libellus procederet. ita dicit Bald. in l. fin. C. de edicto diui Adria. tol. circa prin. Vide Bar. in l. insulam. ff. de præscri. verb. & Inno. in cap. examinata. de iudi. vide Bar. in l. ij. C. de formul. sublatis. Et dicit Inn. in d. c. examinata. quòd fauere debemus libello, vt admittatur in dubio.

L.

1 *Iudiciorum solennitas, & ipsa iudicia sunt publici iuris.*

1 Iuramentum †non legitimat personam minoris in iudicio, secundum Bal. in l. j C. de confes. ratio secundũ eum, quia solennitas iudiciorum, & ipsa iudicia sunt publici iuris. cõtrarium tenet gl. in auth. sacramenta puberum. C. si aduersus venditio.

Sed quid in iudicando seruetur, plenius dixi in decisionibus curiæ parlamenti Delphin. quæstione.

LI.

1 Separatorũ †separata esse debet ratio. l. si maritus. C. de dona. inter vir. & vxo. Adde ꝗ. sing. dcclix.

LII.

1 *Productio non mutat naturam editionis.*

1 Pone, instrumentum †testamenti est productum iudici, & aduersario, registratum in actis, & aliquo casu est perditum, an fiat missio in possessionem ex edicto, &c. dic, ꝙ sic: quia transumptiuè testamentũ est in actis. ff. si tab. testam. nullæ extab. l. j. de re iudi. l. gesta. C. de testam. l. publicati Sed Inno. dicit, ꝙ non est de actis instrumentum, sed eius productio: de probatio. c. quoniam contra falsam. de offi. dele. c. cùm in iure petitus. per Inno. Sed illud intellige quo ad editionem dici: quia productio nnn mutat naturam editionis: sed quo ad vim probationis totũ est de actis, quia est insinuatum: ita dicit Bal. in l. fi. C. de edicto diui Adria. tol.

LIII.

1 Fortiora sunt iura suorum, quàm extraneorum. ff. de falsis. l. si quis legatum. §. fi.

LIIII.

1 *Probandi onus in aduersarium transfert quasi possessionem.*

1 Quasi possessio †transfert onus probandi in aduersariũ. l. non ignorat. C. qui accus. non pos.

LV.

1 *Instrumentum feudi tenetur ostendere feudatarius.*

1 Feudatarius †tenetur ostendere instrumentum feudi. notat gl. in l. ij. C. quibus & quando quarta pars. lib. x. & no. Bal. in l. instrumenta. C. de fideic.

LVI.

1 Qui †agit publiciana, sufficit ei probare de quasi dominio. ff. de pignoribus. l. si ab eo.

LVII.

Regula est, quòd excipiens non se subscribit ad pœnã talionis, in c. super. extrà de accus. & Bal. in l. fi. C. si cui.

LVIII.

1 Dictio, Mea, †est dominii significatiua. l. Quintus. §. argento. ff. de auro & arg. leg. & not. Bal. in l. fina. ff. de edic. diui Adria. tol.

LIX.

1 Quòd †potest lex, potest pactum. notatur in glossa de decretis decurionum. lib. x.

LX.

1 *ab Expensis quis releuatur propter doctorum dubiam opinionem.*

1 Propter dubiam †opinionem doctorũ quis releuatur ab expensis: no. Bal. in l. generali. C. de episco. & cler. Et dicit Inn. in c. fi. de do. & contu. quòd quando quis habet opinionem doctoris pro se, etiam excusatur ab expensis: ita etiam dicit Hosti. in c. calumniam. extrà de pœnis. & gl. in l. j. C. de legib. vide de hac materia quæ dixi in decisionibus curiæ parlamenti, q. cclxxvij.

LXI.

1 *Relicta in testamento filij facto de consensu patris, an trahantur ad donationem causa mortis.*

2 *Clausula si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum. vis.*

3 *Iuramentum in supplementum non defertur in causis vltimarum voluntatum, quando deficit in probatione vnus testis.*

Iuramentum in defectum probationis tunc defertur, quãdo iudex certus est deberi quod petitur.

1 Filius fecit †testamentum de consensu patris, & adiecit, Quòd si non valet iure testamenti, quòd valeat iure codicillorum, & iure cuiuslibet alterius vltimæ voluntatis. Modo quæritur, vtrum relicta in dicto testamento trahantur ad donationem causa mortis? Dynus dicit quòd non, duabus rationibus. Prima, quia donatio causa mortis magis accedit contractui, quàm vltimæ voluntati, vt notatur in l. ij. ff. de dote præleg. idque apparet, quia contrahitur per modum contractus, scilicet, pactione vel traditione: vt ff. de donatio. causa mortis. Secũda, quia non continetur, nisi specialiter nominetur, vt ff. de donatio. l. filius. ver. sed enim. & hæc est veritas secundum Bal. Sed Gul. de Cuneo dixit, quòd si pater erat præsens, quòd valet vt donatio causa mortis, quæ perficitur nudo pacto, vt notatur in l. cũ pater. §. nemo. ff. de lega. ij. tu dic quòd non est donatio, sed quædam pollicitatio vel dictũ, vt ff. de ædi. edic. l. sciendum. §. dictũ. & C. de pact. l. licet. Et dictum Gulielmi tunc esset verum, quando expressè dixisset, Dono, vel promitto causa mortis. & in donatario apparerent aliqua signa consensus, alias non esset contractus: vt notatur C. de sacrosan. ecclesiis in l. illud. Et facit
2 ad prædicta, quia †clausula supradicta operatur, vbi est defectus solẽnitatis, secus vbi est defectus personæ: vt notatur in auth. ex causa. C. de libe. præte. Et adde quod notatur ff. de testam. l. hæredes palàm. §. fi. per gl. & Dy. Prædicta dicit Bal. in l. hac consultissima. C. qui testam. face. poss. vide Cy. in l. seruum. C. eo. tit.

3 Nunquid in causis vltimarum †voluntatum, & in donatione causa mortis, si est semiplenè probatum, & non deficit in probatione, nisi vnus testis, poterit actori deferri iuramentum in supplementum probationis? & videtur quòd sic: quia loco vnius testis habetur iuramentum. l. in bonæ fidei. C. de rebus credi. & iureiu. tu dic contrà, quia vbi numerus testium est de substantia actus, & de forma probationis, omissio substantialis formæ vitiat: vt C. de testamentis. l. si vnus. & patet expressè Insti. de fideicom. hære. §. fi. Præterea tunc defertur sacramentum ex inopia probationis, quando iudex credit deberi: sed hic iudex certus est non deberi: ergo non potest deferri & maximè in testamento, vbi debent esse testes rogati: super hoc vide latius Bald. in l. bonorum. in fine. C. de bonorum poss. secundum tab.

LXII.

1 Peritura †dicitur res, quæ seruando seruari non potest: tex. in l. j. §. fuit quæsitum. ff. ad Tertul.

LXIII.

1 Pensio †remittitur propter guerram: glo. in l. iij. C. loca. & non alibi.

LXIIII.

1 Processus †factus corã iudice excõicato est ipso iure nullus. gl. in l. j. C. de iur. & facti igno. circa fi. Adde Dy. sin. in

Et ibi in d.l.j.C.de iuris & facti ignor.est glossa singularis, quæ enumerat multos casus, in quibus exceptio peremptoria potest opponi post sententiam.

LXV.

1 Promissio iocosè facta non obligat.glossa in l.dolo malo.ff de seruo corrupro.

LXVI.

1 *Dominium non probatur ex perceptione decimarum.*

1 Ad probationem† dominii non sufficit quem percipere decimas, vel esse in possessione percipiendi.l. si pater. C. de act.emp.& l.neque natales.C.de probatio & l.approbatio.eo.ti.facit l.Herennius.ff.de decurionib.

LXVII.

1 *Testimonium non potest ferre clericus coram iudice seculari absque sui episcopi licentia.*

1 Clericus non† potest ferre testimonium coram iudice seculari sine licentia sui episcopi.tenet Inno.in ca.j.de iur. calu.vide tamen quæ plenius dixi in decisionibus curiæ parlamenti,q.lxv.

LXVIII.

Dictio, Donec, inducit conditionem.gloss.in l.quarta.ff.de seruit.

LXIX.

1 Doctor† non debet detineri in carceribus, sicut nec mu-
a lier.ª vide glossam C.de professoribus & medicis.l.medicos.hodie tamen seruatur contrarium.

ADDITIO.

a Sicut nec mulier. Quod hic dicitur de muliere limita vt non procedat in muliere quæ gessit tutelam: quia tunc poterit carcerari secundum Bar.in authen.matri & auiæ.C.quãdo mul. tut.offi.fung.pot.& in l.si quis sub conditione.ff.de testa.tutel.Roma.in l.alia.§.eleganter.ff.sol.ma.Mathes.sing.cviij.& intantum est verum, quòd mulier in causa administrationis tutelæ poterit detineri in carceribus, vt etiam bona illius qui accepit in vxorem eam quæ fuit tutrix filiorum suorũ, si non reddidit administrationem antequam contrahat matrimoniũ, sint tacitè obligata pro dicta administratione.vt est text. singular.in l.si mater.C.in quib.cau.pig.tacit.contrahit.& ibi Bal.multum exclamat illum tex. Item mulier recusans redire cum viro, poterit personaliter capi, & cogi redire cum viro, secundum Abba.in c.literas.in vln.quæst.de resti.spol.

LXX.

1 Exceptio† non numeratæ pecuniæ non habet locum in confessione facta in testamento.gl.est in l.j.C.de fal.causa adiec.leg.& non alibi, secundum Bal.

LXXI.

1 Fama† probat dominium.glossa est singularis in l.at qui natura.de nego.gest.

LXXII.

1 Falsificans† acta perdit causam.glossa in l.in fraudem.§. quoties.ff.de iure fisci.

LXXIII.

1 Confessio† facta coram tabellione, non nocet.glossa in l.iubemus.C.de lib.causa.

2 Confessio† facta quãdo processus est nullus, in causa criminali, non est sufficiens ad faciendum reum condemnari.glossa est in l.si filius.C.de libe.causa.Inno.in c.qualiter & quando.extrà de accusatio.vide Bar.in l.si confessus.ff.de custodia reorum.& plenius hunc articulum declaraui in decisionibus curiæ parlamenti, quæstione cxx. & ccxvj.

3 Confessio† facta in tormentis facit semiplenam probationem.gl.in l.si quis in eadem.ff.de custod.reor.

4 Confessio facta† die feriato ob honorem Dei, valet, secũdum Inn.in c.vltra tertiam.extrà de testibus.

5 Confessio† infamat, sicut & sententia: ita dicit glossa singularis, quæ alibi non reperitur, in l.sed & si possessori.§. si cum de hæreditate.ff.de interur.

LXXIIII.

1 Contractus† potest fieri in ecclesia.glossa est in l.iij.C.de sacrosan.eccle.

LXXV.

1 Conditio† ex lege habet locum in donatione causa mortis.gl.est in l.cum pater.§.Mæuius.ff.de lega.ij.

LXXVI.

Consuetudo indiget facti probatione.cap.Romana.de consue.lib.vj.

LXXVII.

1 Concubina ª succedit amasio ab intestato, sicut vxor vi-
a ro, in authentic.de trien.& semisse.§.consideremus. circa finem.

ADDITIO.

a Concubina. Item nota quòd concubina præsumitur dites facta ex bonis amasii.Bal.singu.no.in l.j.circa med.C.de natural.liber.& idem repetit in l.cũ oportet.col.iij.C.de bo. quæ libe.vbi idem putat in vxore adultera. Intellige tamen nisi mulier publicè negotiaretur: vt firmat idem Bald.in l.si vxorem. col.penul.versi.cæterùm.C.de condi.insert.Cotta.verb.concubina.

LXXVIII.

1 Consanguineus† vxoris præfertur in successione mariti, sicut ipsa vxor: vt no.Insti.de nup.§.mariti.

LXXIX.

1 Quis† potest sibi esse contrarius in diuersa instantia: casus singularis est in l.pen.C.de ingen.& manu.& non alibi secundum doct.

LXXX.

1 Compensatio† dicitur reconuentio, casus est vnicus in l. neque.C.de compensationibus.

LXXXI.

1 Confessio sola† non attenditur in causa criminali, nisi præcedant aliqua indicia.gloss.est in l.final.ff.de custod. reorum.

LXXXII.

1 *Citandus si personaliter non reperiatur, citatio potest fieri ad domum.*
2 *Processus redditur nullus per citationem incongruam.*
7 *Nobilis citandus est in scriptis.*
8 *Citationis simplicis vim habent literæ iudiciales concessæ cum appositione dies.*

1 Citatio† potest fieri ad domum, in qua habitat, quando non reperitur personaliter ille, qui debet citari.gl.in l. ... e si. de eo qui mittitur in possessio cau. rei seruandæ. ...ius tamen & plenius declaraui hunc articulum, in decisionibus Curiæ Parlamenti, quæst.cclv.

2 Citatio† incongrua reddit processum nullum.de re iudicata.c.pastoralis.in clemen.& est gloss.in l.si.ff. de duobus reis.

3 Citatio † semper intelligitur cũ aduerbio legitimè.gl.in l.si minor.ff.de bo.autho.iudi.poss.

4 Citatio † specialis non requiritur ad taxationẽ expensarum, sed sufficit quod citetur ad diffinitiuam sententiam audiendam, nec est opus alia citatione.extra de procur. querelam.

5 Citatio † debet fieri de mandato iudicis.gloss.in l.si vt proponis.C.quomodo & quando iudex.vide infrà, sing. ccccclxiiij.nu.3.

6 Citatio † est necessaria, quoties tractatur de præiudicio alterius.gl.in l.iij.§.si cognita.ff.de bon.pos.facit l.nam ita diuus.ff.de adoptionibus.

7 Citatio † debet fieri in scriptis, quãdo citatur notabilis persona, in l.quoties.C.de dignitatibus.lib.xij.

8 Literæ† iudiciales cõcessæ cum diei appositione habent vim simplicis citationis.Bar.& Iacob.Butrig.in l.actione.C.de transact.& Ioan.Fab.in §.omnium.Insti.de pœ. teme.liti.

LXXXIII.

1 *Alimentis legatis an in pecunia, an in speciebus solui debeant.*

1 Aliquis legauit† mihi alimẽta, hæres vult soluere panem & vinum: legatarius vult habere pecuniam: quid iuris? Guliel.

Guliel.de Cun.fecit distinctionem: si relinquatur diuiti vel pauperi.si diuiti,tunc soluatur pecunia:si pauperi, tūc in speciebus. Albericus de Rosate in l.cùm hi.§.si in anno. ff.de transact.tenet indistinctè, quòd debet solui species & non pecunia,per l.nulli. C.de erog.mili.anno.lib.xj.

LXXXIIII.

1 *Dictum testis scribendum ad longum.*

In lege instrumentorum .C.de precibus Imperatori offe fa-
2 cit d.l.in argumētum. † quòd si notarius examinet testes, & reperiat plures in vnum concordantes,quòd potest dicere & scribere, Talis testis deposuit sicut præcedens. ita ibi tenet Albericus de Rosate,pro quo l.si reus.ff de condi.indeb.& l.arboribus.in fi.ff.de contrahen.empt. consultius tamen est,quod scribat ad longum dictum testis: vt tenet Specu.in titu de teste.§. nunc tractandum. versi. cautum quoque,&c.

LXXXV.

1 Citatio † ad sententiam audiēdam potest fieri in domo habitationis eius,qui est in carcere,gl.not.in l.ij.C. ex quibus causis maio.

LXXXVI.

1 Cedens † iura sua alicui. an possit testis esse pro eo? certè sic,si ce[illegible]it iure donationis.gloss.in l.nullus.ff.de testi. vide plene in lxxiij.con[illegible]liorum meorum. Adde infrà singul.dcccxxix.nu.2.& singu.dcccxxxiiij.nu.1.& seq.

LXXXVII.

1 Conclusio † nō est necessaria in libello criminali.iij.quęstio.iiij.cap.cùm præsulatus.& vide Bart.in l.libellorum. ff.de accusationib.

LXXXVIII.

1 *Peremptoria exceptio quæ excludit personam debet ante litē contestatam opponi:secus si excludat debitum.*

1 Exceptio † perēptoria quæ excludit personam, debet ante litem contestatam opponi:secus si excludat debitum. ita not.Bar.in l.cùm mulier.ff.solu.matri.

LXXXIX.

1 *Hominis verus actus & voluntas requiritur in repudianda hæreditate.sicut in acquirenda*

Negligentia hominis in adeunda hæreditate repudiationem non inducit.

2 *Petitio hæreditatis & iudicium familiæ erciscundæ longo tempore non tolluntur.*

3 *Sequentia declarantur ex præcedentibus.*

4 *Tacens xxx.annis an sit exclusus a iure immiscendi vel adeundi hæreditatem.*

Duo erant fratres à patre hæredes instituti:vnus ipsorum altero sciente & patiente,insolidum possedit omnia bona paterna,& fructus percepit longo tēpore,puta, x. vel xx. annis:modo alter vult adire hæreditatem paternā:quæritur,an possit:& videtur,quòd non: quia qui tam longo tempore patitur,consentire videtur:vt notatur in l.penulti.C.communi diuid & de rei vendica.l.solennibus.Præterea nedum per lapsum longi temporis,sed etiam per lapsum anni videtur induci tacita repudiatio:vt ff.ad Carbo.l.si impubes.§.fina.& ff. d T.ebellian.l.facta.§.si quis bonorum.Præterea ex longa negligentia videtur causari omissio & admissio.ff.de vsucapion.l.furtum.§.j.cum l. sequen.Præterea hoc videtur probari ex personarū coniunctione:nam inter coniunctas personas faciliter præsumitur remissio.ff.de probationi.l.Procula.nempe quod & fortius est,præsumitur donatio.ff.de donatio.inter vi-
1 rum & vxorem.l.si seruus communis.In contrarium † videtur:quia in repudianda hæreditate requiritur verus hominis actus & voluntas, sicut in acquirenda, in l.potuit. C.de iure deliberan. nam cōtrariorū eadem est regula, seu disciplina sed in negligente non apparet verus actus hominis,quia negligentia non est verus animus volendi, vel nolendi: & ideo in negligente reperitur media iuris via & dispositio,nec aditionē inducens, nec repudiationem inferēs.ergo &c.Præterea si hoc esset,quod videretur
2 † repudiasse & liberasse fratrem,sequeretur quòd petitio hæreditatis,& iudicium familiæ erciscundæ tollerentur longo tempore:quod est falsum.l.j.§.ad hæc.C.de annal. except Præterea hoc probatur per regulam generalem. Quia quædam sunt,in quibus requiritur expressus hominis actus:& in istis patientia non habet inducere vel priuare.ff.de verb.oblig.l.j. Quædam sunt, in quibus requiritur verus actus hominis,licet non expressus:& idē quia patientia est tertium adiacens nullum extremorum propriè amplectens, vt ff. de tribut.l.j.§.scientia.Quędā sunt, in quibus sufficit præsumptiuus hominis actus,& tūc aut ex alio actu præcedenti potest præsumi:& præsumitur sicut actus præcedens ordinatur.C.de acqui.pos.l.ij.& ff.si
3 serui.vend.l.si āte.Nam † priora,& maximè habētia per modum causæ, declarāt ea, quæ tacitè sequūtur ex ipsis: & ista appellatur declaratio à priori:arg.ff.locati.quę ad certum.aut patientia non habet aliquam dispositionem præcedentem,secundum quam reguletur ad aliquod extremorum,& tunc talis patiētia nil noui inducit,sed rem dimittit in media iuris dispositione.ergo in proposito cū scientia & patientia istius fratris sit silentium quoddam ab omni actu repudiationis abstractum seu remotum, sequitur quòd non videtur repudiare & ista est veritas, vt dicit Bald.qui ita vt suprà,dicit & tenet,in l.licet.C.de iure deliberandi.
4 Sed quid si ipse frater † tacuit spatio xxx.annorum,nunquid est exclusus à iure immiscendi vel adeundi hæreditatem?Bal.in d.l licet.post multa cōcludit quòd sic,post gl.aduertendum tamen dicit ipse,quòd ignorans exclusus à iure ciuili adhuc potest petere bonorum possessionem intra vtile tempus,quod non currit à tempore scientiæ.ff.quis ordo in bo.pos.ser.l.ij.& ibi per Dy.& Bal.

XC.

Expensa facta in causa principali,in qua reus obtinuit,compensatur cum expēsa facta in causa appellationis,in qua succubuit.gloss.est in l.generaliter C.de iureiur.

ADDITIO.

a Adde Pau.de Cast.singu.j.

XCI.

1 *Transactio per litigantes facta super debito,intelligitur etiam facta super expensis,nisi aliud sit dictum.*

1 Si fiat per † partes litigantiū cōcordia super debito,intelligitur etiam facta super expensis,si aliter non fuerit dictum.argumento l.1..& l.non exigimus. in prin. ff.si qui cautio.contrarium tenet Ioan. Andr.in nouel.de eo qui mitti.in pos.cau.rei seruandæ.lib. vj.super rubri. De hac materia vide quæ plenius dixi in decisionibus curiæ parlamenti,quæstione lv.

XCII.

1 *In Diuisione rei communis præfertur iunior.*

1 In Diuisione † rei communis,siue inter fratres, siue inter alios fiat,præfertur in electione iunior.l.iij. in prin.C.de his qui veni.æta.impetra.& l.fi.ff.fami.ercis.& c.de parochiis.de hoc etiam tetigi in decisionibus curiæ parlamēti,quæstione cclxxxix.

XCIII.

Sæpè,accipitur pro duabus vel tribus vicibus.gl.est in auth. de testi.§.quia verò sæpè.vide infra singu.ccclix.& singular.cccccclxvj.

XCIIII.

Solennitas omissa,etiam circa præparatoria iudicij, habet vitiare processum:istud est dictum Petri de Bella pertica, in authen.generaliter.C.de episco.& cleri.

XCV.

1 *Minor cui iudicis authoritate soluitur,non restituitur in integrū.*

Solutio facta minori iussu iudicis facit,& operatur quòd aduersus solutionem minor non poterit petere se restitui in integrum:textus est singularis in l.ait prętor.§.permittitur.ff.de minoribus.

XCVI.

Homicidium debet opponi contra testem in specie, & non sufficeret in genere.c.si homicidium.extra de testi.

XCVII.

1 *Excommunicatus non repellitur à testimonio, nisi sit declaratus excommunicatus per sententiam.*

1 Testis excómunicatus nó repellitur à testimonio: nisi sit per sententiam declaratus excommunicatus.no.Innoc. in c.pia.de exceptio.idem in notatio.

XCVIII.

Iudex potest abbreuiare terminũ datum reo,vel in totũ tollere,si dubitet de fuga.no.Cy.in l.siue.C.de dila.

XCIX.

Subtrahens rationes partis aduersę cadit à iure suo.l.j.en. C.de postul.

C.

1 Mandatũ † probatur per traditionem instrumenti debiti principalis.C.de pactis conuentis.in l fina. in gloss.ij.facit l.j.C.de donatio.

CI.

1 Sentẽtia † lata à principe in criminali contra absenté valet.casus in c.pastoralis.de re iudi.

2 Sententia † debet ferri contra illum qui suscepit defensionem causæ.vt not.Inno.in c.causa.qui filij sint legiti.vide Bar.in l.liberto. ff de nego.gest.

3 Sentẽtia † lata hoc modo, Pronuntio non fuisse probatũ, est interlocutoria,& non diffinitiua.gl.in l.fi.C. de senté. quæ sine certa quanti prosc.& non alibi.

4 Sentẽtia † hoc modo lata, Impono tibi silentium, est diffinitiua sententia.textus in l.Aurelius.§. certum.ff.de liber.lega.

CII.

1 Non † valet denũtiatio ab eo, qui non habet ius denuntiandi.tex.cum gl.in l.si maior.C.de rescin. ven.

CIII.

1 Aestimatio † est fienda secũdum reditus.tex.cum gl.in l. dolus.C.de rescin.vend.

CIIII.

1 Instrumẽtum † scriptum per notarium non facit fidem, nisi sit subscriptum alia .§.fi.C.de nouo Codice componendo.veni.ipso etiam te ..&c.

CV.

1 *Executione facta in bonis, an poterit posteà persona detineri vel contra.*

1 Si aliquis † captus est ad instantiam creditoris , & posteà creditor velit conuolare ad bona debitoris,vel econtrà, conuolauit ad bona,& postea vult recurrere ad personã debitoris,an possit? Ange.de Aretio tenet,quòd sic, in l. iiij.§.si ex conuentione.ff.de re iudicata.& ad hoc induxit illum §.

CVI.

1 Missio in possessionem † ex primo decreto in vna re debitoris,potest fieri in alia re ex secundo decreto,secundum Iaco.de But.& Bar.vt refert Ang.de Aret.qui idem tenet in d §.si ex conuentione.

CVII.

1 *Præscriptio quando incipiat in seruitutibus.*

1 In seruitutibus † quis incipit possidere, seu quasi,& præscribere à tempore prohibitionis,si propter prohibitionem aduersarius cessauerit:vt not.in l.j.C.de ser.& aqua. & ff.de serui.vrba.præd.l.qui luminibus.not.Pet.Iaco.in titu.super furto libellus,in positionibus actoris ibi, effectus quia &c.

CVIII.

1 *Articuli admittuntur saluo iure impertinentium & non admittendorum,vbi est dubium de pertinentia vel impertinentia eorũ.*

2 *Clem.fin.de testib.an procedat in foro laicorum.*

4 *Testes noui examinari possunt post dedicata testificata super nouis articulis non directo contrarijs primis.*

5 *Noui articuli quando & quatenus admittendi.6 7.*

1 Vbi est dubium † de pertinentia vel impertinentia articulorum,debent admitti saluo iure impertinentium , & non admittendorum : vt dicit Bal. in l.si duo patroni.§. idem Iulianus scribit.ff.de iureiuran.& Albet.in l.si duo patroni.C.de iuramen.calum.Cum demum super eis factis probationibus restet facultas libera disputandi de eorum pertinentia vel impertinentia,de quo per gloss. in c.constitutionem.in fin.extrà de elect.in clemẽ. Ita etiam disponunt statuta Delphinalia omnia admitti saluo iure pertinentium,&c.

2 Conclusio doctorum Legistarum † est in l.per hanc.C.de tempo.appel.videlicet Iaco.de Rauen.Dy. Butrig.Rayn. Barto.Bal.& plurium,qui sunt eorum sequaces,quod clemen.fi.de testi non procedat in foro laicorum, & vbi nõ agitur inter clericos, vt quando agitur in terra ecclesiæ non subiecta.& respondent ad rationem de timore subornationis testium,de qua in eadem clemen. vt ibi videtur per eos. Et non solum est hæc opinio doctorum , sed etiam glossæ ordinariæ,in authen.qui semel.C.de probatio.quam dicit in practica seruari:ergo ab ea non est recedendum,cum minimè sint mutanda,quæ semper,&c.l. minimè.cum not.ff.de legib.Pe.de Anch & multi alij Canon.sequuntur hanc opinionem,quod dicta cle.fi. seruetur in foro ecclesiæ,& in foro ciuili:sequamur ius ciuile,allegat dictam l.per hanc.& notata ibi:sicut in simili videmus in c.Abbate sanè.in fi.de re iudi.lib.vj.

3 Item † dicta clemen.fi.de testibus.suprà proximè allegata,intelligitur,quòd post didicita testificata,non admittuntur noui articuli de directo contrarij.sed si còtineant quandam indirectam contrarietatem,vel alia,quæ omnino contrarietatem non inducunt, debent admitti, vt not.per gl.& doct.in dicta cle.fi.

4 Quòd super † articulis nouis,non de directo cõtrariis primis,possint saltem noui testes examinari,etiam post didicita testificata:vt not.per docto.in capit. fraternitatis. extrà de testibus.

5 Et quòd † articuli noui continentes etiam indirectã contrarietatem debeant admitti,non obstante publicatione aliorum testium : probat bene dicta clementina fin. de testibus.

6 Speculator,† quem sequitur Io.And.in addit. Spe.in titu. de teste §.satis vtiliter.versi.& breuiter.tenet, quòd si est renuntiatum testi,vel attestationes sunt publicatæ, quæ sunt patia,vt in c.cùm venisset.§.quæstiones.extrà de testibus.super nouis articulis in causa appellationis depẽdẽtibus ex prioribus possunt noui & antiqui testes produci,dummodo deponant iurati : vt d.c.fraternitatis & in authen.fi.de testib.§.quia verò sæpè.

7 Noui articuli † etiam de directo contrarij sunt admittendi ad probandum per instrumenta vel confessionẽ partis,licet didicita sint testificata. Ratio, quia sic per tales probationes cessat timor subornatiõis, ideo cessare debet dispositio dictæ cle.fi.de testi.vt ibi per doctores.

CIX.

1 *Attestationum sola publicatio non impedit alios testes examinari.*

1 Sola publicatio † attestationum non impedit, quin alij testes super eisdem articulis vel directò contrariis examinentur,nisi pars didicerit testificata:vt not. in ca.constitutus.extra de testib.& Ioan.And.& de Zabarel. in dicta clemen.fi.de testibus

2 In dicta materia còclusio † Legistarum est,quòd publicatis attestationibus in causa principali,& didicitis testificatis,possunt alij testes examinari,etiam super eisdẽ articulis,vel directò contrariis, in causa appellationis : & hoc etiam tenent glo. Hug.Ioan.Ma. Azo in authent. at qui semel.C.de probatio.per l.eos.in §.si quis autẽ.C. de tempo.appella.respondent ad §.quia verò. in authen. de his,qui ingrediuntur ad appellandum.quòd loquitur de testibus producendis in causa principali. Ita tenent Bal. & Sali.post gl.& Cy.in dicta authẽ.at qui semel.& est ista communis opinio Legistarũ Sed Canonistæ habent contrarium per dispositionem dictæ cle.fin.de testibus.tamẽ dicti doctores Legistæ dicunt quòd Canonistæ dictã clemen.seruant in foro ecclesiastico,& Legistæ contrarium

seruabant

ſeruabant in foro ciuili: Sed ſuper hoc facto eſt deciſio, quòd d.cle. fina. ſeruetur etiam in foro temporali, prout ego ſcripſi in deciſ.curiæ Delphin.quæſtio. xiiij. & ſcripſi infrà ſingu.dcclij.in § teſtes.

Caſus ſpeciales,&c.vt infrà ſingu.cxvj.

ADDITIO.

a Publicatis atteſtationibus. Teſtes communiter poſt didicita teſtificata produci non debẽt. authent. atque ſemel. C.de teſtib.clemen.fi. de teſti. Sed eſt remediũ ad euitandum dicta iuratam pars quæ cupit teſtes examinari, debet eos notificare iudici,& poſtea ſe abſentare: quo caſu iudex parte abſente poteſt ex officio illos teſtes examinare, & eorum depoſitiones recipere,& valebit eorum teſtimonium, ſecundum Bald. in l.ampliorem.in prin.col.fi.verſic.ex prædictis inferas.C.de appella.pro ſingulari refert Cæpol.cautel.clxvj.ſequitur Alexan.in l.iij.§.huc autẽ iudicium.ff.de dam.infect. Adde Feli.in c.fraternitatis.de teſtib.vbi aliàs fallentias ponit. & Socin.latè regu.cccciij.in xxix.& vlti.fallent.& hoc etiam nota ad materiam l.per hanc.C.de temp.appel. tenendo opi. illam quòd ſuper eiſdem articulis, vel directò contrarijs etiam in cauſa appellationis non admittantur teſtes,vt videtur firmare Feli.in dicto c.fraternitatis col.ij.& iij. Si autem teſtis examinaretur propter reſcriptum principis,qui diſpenſauit vt teſtis admitteretur etiam poſt didicita teſtificata: nihilominus redderetur ſuſpectus,nec iudex teneretur ei credere: vt conſuluit Corn.conſi.x.lib.j. Accedat & Innocen. dictum in dicto c.fraternitatis.vbi concludit,quòd vbi publicatus eſt proceſſus,teſtes neque in cauſa principali, neque in cauſa appellationis poſſunt examinari ſuper nouis capitulis etiam dependentibus à primis,quando teſtes iurauerunt dicere veritatem ſuper tota cauſa.Item not.quòd iudex etiam publicatis atteſtationibus poteſt ſe informare de qualitate teſtis, ſcilicet quòd ſit optimæ conditionis:vel omni exceptione maior. gl. in l.iij.in verb.inimicitiæ.ff.de teſtib.firmat Alciat. in tracta. præſump.regu.iij.præſumpt.ij.& eſt notabile ad declarationem eorum quæ habentur in l.vnica.C.vt quæ deſunt aduoca.part.

CX.

1 Si † Papa aliquem recipiat in ſua protectione, non eximit eum propterea à iuriſdictione ſui Epiſcopi: vt notatur extrà de confir.vtil.c.fi.plenius de hac materia tetigi in deciſionibus curiæ parlamenti quæſtione.

CXI.

1 *Heredes viri de cuius bonis vxor alitur intra annum luctus, lucrantur fructus dotis illo anno.*

2 *Veſtes lugubres debent remanere vxori.*

1 Vxor debet † ali poſt mortem viri de bonis viri intra annum.gloſſ.in l.ſicut.ff.de operis libe hæredes tamen viri lucrantur fructus dotis illo anno.not.Bart.De hac materia etiam tetigi in deciſionibus curiæ parlamen. q.ccxcvj.& infrà ſingu.dccliiij.§.& ibi dicit Bar.

2 Vxori † debent remanere veſtes lugubres,vt dicit Bart. in l.decreto.C.de his qui not.infa.de iſtis veſtibus etiam tetigi infrà ſing.cccxcviij.§.veſtes lugubres,&c.

CXII.

1 *Litis conteſtatio denegatur ei, cui denegatur actio.*

1 Cui denegatur † actio,denegatur & litis conteſtatio. Barto.in l.nam poſtea.in princi.ff de iureiuran. & tex.in c.j. de litis conteſta.lib.vj.vide Bartol. in l.cum quærebatur. ff.iudica.ſolui.

CXIII.

1 *Inſtrumenti amiſſio probatur per iuramentum illius qui dicit amiſiſſe.*

1 Probatur † amiſsio inſtrumẽti per iuramentum illius,qui dicit ſe perdidiſſe,vt notat Spe.in titu.de inſtru.edit.in § poſtquàm.verſi.illud quoque notãdum.& ita ſeruatur de conſuetudine,vt dicit Spec.

Sed ſi impedimentum probetur per iuramentum, plenè tetigi in deciſi.curiæ parla.q.ccv.& q.dcxiiij.

CXIIII.

1 *Procurator videtur conſtitutus ſi dominus in iudicio cum illo cõpareat.*

1 Si dominus † compareat in iudicio cum falſo procuratore,an videatur eum procuratorem conſtituiſſe:Inno.tenet quòd ſic,in c.ex parte decani.extrà de reſcrip.plenius tamen dixi & ſcripſi de hac materia in deciſionibus curiæ parlamenti quæſtione.

CXV.

1 *Legis & hominis prohibitio ſi ſimul concurrant,hominis prohibitio ſic intelligenda eſt,vt caſus exceptos & à iure permiſſos comprehendat.*

Fundus dotalis ſi conueniat ne alienetur, etiam in caſu permiſſo non poterit alienari.

1 Nota, † quòd quando concurrunt ſimul prohibitio legis & hominis,tunc prohibitio hominis debet ſic intelligi,vt caſus exceptos & permiſſos à iure comprehendat: vt in authen.de aliena.& emphy.§.ſancimus.& C.de bonis quæ liber.authen.excipitur.hanc theoricam ponunt doctores in l.ea lege.C.de cõdi.ob cau.& in auth.quibuſcunque.C.de ſacroſan. eccl.inferentes ex dicta theorica, quòd ſi mulier dederit fundum in dotem viro, & conuenerit quòd talis fundus non alienetur,qui regulariter alienari non poteſt,niſi in certis caſibus,qui per aliquos enumerantur,in l.ij.ff.ſoluto matrimo.inter quos eſt vnus propter ſterilitatem fundi,in l.fin.ff.de iure dotium. hoc operabitur dicta prohibitio facta in conſtitutione dotis, quòd fundus huiuſmodi alienari non poteſt etiam in caſu permiſſo.

CXVI.

Caſus ſpeciales,in quibus teſtibus publicatis producuntur alij teſtes,ponit Specula.in titulo de teſte.§.ſatis vtiliter.circa principium.

CXVII.

1 Rei vendicatio non competit pro re incorporali,vt videtur velle glo.in c.paſtoralis.ſuper verbo, Vendicare.extrà de can poſ.& proprie.& de hoc tetigi plenè in deciſionibus curiæ parlamenti,q.cxlviij.

CXVIII.

Caſus fortuiti aliqui enumerantur in l.in ratione.ff. ad legem Falcidiam.

CXIX.

1 Exceptio † excommunicationis poteſt opponi in iudicio ſeculari.Cy.& doct.in l placet.C.de ſacroſan.eccle.

CXX.

1 Si ex † inſtrumento locationis probetur poſſeſsio, vide Ioan de Bign.& doct.in c cum Bertholdus. de re iudi.

CXXI.

1 Valent † geſta à non tutore,qui reputatur tutor.not.in l. ij.ff.qui pro tutore vel cura.nego.geſt.

CXXII.

1 *Lis an conteſtetur per oppoſitionem exceptionis peremptoriæ.*

1 An opponendo † exceptionem peremptoriam lis conteſtetur?Hoſtien. in ſumma titu. de except. §.ſi. circa princip.tenet quòd ſic:text.tamen eſt in contrarium in ca.ij. de lit.conteſta.lib.vj.

CXXIII.

Teſtis poteſt tradere eius depoſitionem in ſcriptis, ſecundum Bar.in l.Theopompus.ff.de dote præleg.

CXXIIII.

1 *Sententia in confeſſum lata valet: & eſt interlocutoria.*

2 *Sententia de mittendo in poſſeſſionem ex beneficio l.ſi.C. de edict. diui Adriani eſt interlocutoria.*

1 Valet † ſententia lata in confeſſum, etiam iudicio minus legitimè inſtituto, & ſuper libello nullo, ſecundum Bal.qui allegat dictum Inno.in c.per inquiſitionem.extrà de elect & de reſtitutio. ſpolia. in c.Piſanis.& de foro compe.in c.cùm ſuper.& dicit,quòd talis ſentẽtia eſt interlocutoria tantũ.Allegat ff.de his qui not. infa.l.ictus fuſtium.ita dicit, Anto. de Butr. in ſuo repertorio ſuper litera C,in verbo,Confeſsio.Et nota dum ſuprà dicitur, quòd dicta ſententia eſt interlocutoria: quia ſic debet in

scriptis appellati, aliàs appellatio esset deserta, in c.cordi.de appella.lib.vj. Et vtrum valeat dicta sententia super processu nullo lata contra confitentem, etiã tetigi in decisionibus curiæ parlamenti, quæstione cxx. & quæstione ccxvj.& suprà sing.lxxiij.nu 2.

2 Pronuntiatio † de mittendo in possessionem ex beneficio legis edicto.C.de edict.diui Adria.tollen.est interlocutoria.Ioan.Ferrar.in titu.libellus,in quo petitur hæreditas ex testamento.in gloss.super verbo, Per vestram diffinitiuam sententiam.

CXXV.

1 *Expensarum condemnatio si omissa fuerit in interlocutoria, an poterit posteà suppleri.*

1 Nunquid index, † qui tempore interlocutoriæ omittit cõdemnationem expensarum, poterit posteà in quacunque parte litis supplere? Bal.in l.properandum.§.sin autem alteruttra.C.de iudi.remittit ad notata per Inno. in c.sæpè. extrà de appel.vide Spe.in tit.de expensis.in §.ij.versi. nec est omittendum. vide infrà sing.dcxiij & dcclxxxviij.

CXXVI.

1 *Testis ministrans in causa inquisitionali reo absoluto condemnatur in expensis.*

1 Ministrans † testes in causa inquisitionali condemnatur in expensis, si is, contra quem inquiritur, absoluatur.not. Henr.Boich.in c.cùm clamor.extrà de testi.in fi.

CXXVII.

1 Furtum committit, † qui rem inuenit, & non reddit.xiiij. q.v.c.si quod inuenisti.

CXXVIII.

1 *Mulier quòd non incidat in pœnas iuris per transitum ad secunda vota, potest testator disponere.*

2 *Inuentarij confectionem an possit testator remittere.*

1 Testator † potest in suo testamento disponere, quòd mulier secundò nubens non incidat in pœnas iuris. ita dicit Bal.in l. filium quem habentem.C.fami.ercis.circa prin. & se fundat per §.disponat.in authen.de nup.

2 An testator † possit remittere confectionem inuentarij? vide Bar.in l.nemo.ff.de leg.j.

CXXIX.

1 Nouus census † non potest imponi super re emphyteuticaria, vltra antiquum censum.in cap.prohibemus. & in c.grauis.de censi.

CXXX.

1 Quot sunt † in libello capitula, tot sunt agentis petitiones.l.etiam.§.j.ff.de minorib.& argumen.in l.cum in vna.ff.de appellatio.

Et quot sunt accusationes, tot esse debent abolitiones.ij. q.iij.§.qui notandum.

CXXXI.

1 *Sententiæ executio potest fieri die feriato ob honorem Dei.*

1 Executio sententiæ † potest fieri die feriato ob honorem Dei, secundum Archidiaco.in suo Rosario, ij.quæstio.j.c. sicut sanè & plenè dixi in decis. curiæ parlamenti. quæst. ccxv.& infrà sing.dccccxxj.

CXXXII.

1 *Aestimatio re perempta an possit peti in libello.*

1 Vtrum † re perempta possit peti æstimatio in libello? vide gl.Spe.in titu.de solutionibus.in §.sequitur.ver.pen. Et finaliter dicit quod sic, de consuetudine.

CXXXIII.

1 *Citationem non valere vbi est euidens quis non tenetur venire.*

1 Vbi est euidens † citationem non valere, quis non tenetur venire.iij.q.ij.si quis episcopus.& ibi ponuntur multi casus, in quibus non valet citatio.

CXXXIIII.

1 *Intellectus clemen.fin.de procurat.*

Licet de iure ciuili procurator qui fuit litem contestatus possit cedere vsque ad diffinitiuam, etiam domino mortuo: vt ponit Specu.in titu.de procurato.§.ratione cuiusque.versicu.sed nunquid procura.hodie tamen est determinatum contrarium, in clemen.fina.de procura.ita dicit Ioan.And.in additio.Specu.in dicto versi. sed nũquid procura.

1 Sed aduerte quia dicta clemen.loquitur † in beneficialibus.& vide quæ plenè scripsi super intellectu d.clemen.in decis.curiæ parla.q.cccccxlvij.

CXXXV.

1 *Vnitum sapit naturam & conditionem eius cui vnitur.*

1 Res † vnita sapit naturam & conditionem eiusdem rei cui vnitur.gloss.in cap.j.ne sede vacante.in gloss.iij.& facit l. item si fundum.§.sed si insulam.ff.de vsufruct. vide Specu.in titu.de pace & treuga.in ij.col.& Barto. in l.si quando.C.de appellatio.de hoc etiam tetigi in decisio. parlamen.quæstione cclxv.

CXXXVI.

1 *Falsi pœna quæ imponitur adscribentibus sibi in testamẽto, non habet locum in testamento nuncupatiuo.*

1 Pœna falsi † quæ imponitur illis qui sibi adscribunt in testamento, non habet locum in testamento nuncupatiuo: ita tenet Ioan.Fab.C.de testamen.l. dictantibus. & Spec. de instru.edit.in §.instrumentum. versic.quid ergo.& Ioan.And.ibidem.licet non clarè eligat opinionẽ.& Albericus C.de his qui sibi adscri.in testa super rub.& in l.si testator.& Bal.in d.l.si testator.& Sali.in l.j C.de his qui sibi adscri.in test. vide Bal.in d.l.dictãtib⁹.vbi recitat omnes opi.doct.tamen ipse elegit hanc opi.quòd pœna falsi non habet locum in testamento nuncupatiuo.

CXXXVII.

1 In his † quæ concernunt periculum animæ lex succũbit canoni.Bar.in l.priuilegia.C.de sacrosanct.eccle.

CXXXVIII.

1 Consuetudo † circa confectionem instrumentorum derogat iuri.in authen.de tabellionibus.in §.fi.per gl.

CXXXIX.

1 *Instrumenta notarij defuncti potest glossare propria authoritate notarius illi succedens.*

1 Notarius † succedens alteri notario, potest instrumenta defuncti notarij glossare eius propria authoritate, Bart. in l.j.§.cogentur.ff.de eden.& tetigi de hoc in decis.curiæ parlamen.q.cxviij.

CXL.

1 Libellus † incertus ex parte rei admittitur. vide Specu.in titu. de libellorum conceptione. & vide in lvj. consiliorum meorum.

CXLI.

1 *Iudex secularis an sit competens iudex clerici in actione reali.*

1 An clericus † in actione reali possit conueniri coram iudice seculari, Bald.in authenti.clericus.C.de episco.& cleri.tenet quòd non. vide Ioan.Fab.Instit. de satisda.§ pro litis æstimatione. vide etiam Specu. in titu. de actore. de hoc etiam plenè dixi, in decisionibus cur.parlamẽ. quæstio.lxxvij.circa finem.

De modo probandi valorem rei, vide Bar.in l.pretia rerum.ff.ad leg.Falcid.

CXLII.

1 Regula iuris, † qui in alterius locum succedit, non habet locum in hærede, quia eadem persona reputatur. ita not. in gl.in l.quidam testamento.§.si quis.ff.ad Trebel.

2 Subdelegatus † cõmittit certum articulum. vide Archi. in c.statutum.de rescrip.lib.vj.

CXLIII.

1 *Inuentarij beneficio an gaudeat hæres qui dolosè omisit describere in eo.*

1 De hærede † qui omittit ponere & describere in inuentario dolosè, an gaudeat beneficio inuentarij? vide Bart. & doct.in l.hæres.ff.de his quib.vt indig.

CXLIIII.

1 *Cessionario vtrum obstet exceptio quæ obstat cedenti.*

Vtrum

1 Vtrum † exceptio excommunicationis quæ obstat cedé
2 ti, obster cessionario? Bar. in l. apud Celsum. in §. si cùm
in legitima. ff. de except. doli.

2 An ille † qui allegat se minorem vel maioré teneatur probare? vide Bar. in l. j. ff. de excep.

3 Quando † quis possit ciuiliter de falso agere? vide Bar. in l. qui agnitis. circa fi. ff. de excep.

ADDITIO.

4 Obster cessionario. Adde infrà singul. dcccvij. nume. 5. & singular. dcccclxvij.

CXLV.

1 *Vicina domus an possit propter ignem superuenientem destrui.*

1 Vtrum † propter ignem superueniétem possit domus vicina destrui impunè? vide Bar. in l. si alius. §. est & alia. ff. quod vi aut clam.

ADDITIO.

Adde Bouer. sing. in rubri. mista de criminib. nu. 9.

CXLVI.

1 *Litigiosa res venditio hodie nulla.*

1 Venditio † rei litigiosæ est hodie nulla. Bart. in l. litigiosam rem. ff. de litigio. vide de hac materia in c. penul. extrà vt lite penden. nihil inno. Si vendatur res litigiosa, an sententia mandabitur executioni contra emptorem? Salicetus quòd sic. C. de litigio. l. j. vide Bar in l. à diuo Pio. §. si super rebus. quæstio. penulti. ff. de re iudica. de hac materia plenè tractaui in decisionibus Curiæ Parlamé. quæstione cccxxxvij.

CXLVII.

1 Fuit † interdictum bonis alicui, tanquam prodigo, qui tamen non erat, an possit alienare? vide Barto. in l. si ab eo. ff. de vsucapio.

CXLVIII.

Sunt duo procuratores, vnus confitetur, alius negat, cui tandem responsioni stabitur? vide Bart. in l. consilio. ff. de cura. furio. & vide l. pluribus. ff. de procur.

CXLIX.

1 Casus † in quibus potest recurri ad superiorem, vide plenè Pet. Iac. in tit. de condi. ex lege, quæ oritur ex literarú obligatione. circa fi. ver. fallit enim in casibus.

CL.

1 Defectus † conditionis impedit translationem dominij & possessionis. l. qui absenti. §. j. ff. de acqui. poss.

CLI.

1 Verba debent † referri singula singulis. l. j. §. si autem sub conditione. & ibi gl. C. de cad. tol. & in authen. de exhi. & introdu. reis. circa prin. & ibi glos. & l. qui in futurum. §. j. ff. de pactis.

CLII.

De materia conseruatorum priuilegiorum tractat Ioan. Andr. in additio. Specu. in titu. de iudice delegato. & tetigi in decisionibus Curiæ Parlamenti, quæstione ccxlvij. & quæstione xvij.

CLIII.

1 *Sententiam pro se qui obtinuit non potest propria authoritate rem sibi adiudicatam occupare.*

1 Si quis obtinuerit † sententiam pro se, non tamen debet rem sibi adiudicatam propria authoritate intrare sine literis executoriis iudicis, & si faciat, perdit ius suum: vide plenè Innocen. in c. cùm nostris. extrà de concessione præben. circa medium.

2 Citatio † est de processu, dicit Archid. in c. si propter. de rescript. lib. vj.

CLIIII.

1 Quanto † tempore duret compromissum factum sine præfinitione termini, vide Bald. in l. fin. C. communia de legat. de hac materia etiam tetigi plenè in decisionibus curiæ parlamenti, quæstione.

CLV.

1 Clausula † generalis vtrum referatur ad præcedentia, vel sequentia, vel quomodò? vide Specu. in titu. de instru. edit. §. nunc autem videndum. versic. item capitur quòd talis clausula.

CLVI.

1 *Donationis verbum de qua donatione intelligatur.*

Quando † verbum donationis profertur ab homine, vel à lege, an intelligemus de donatione inter viuos tantum modò, vel de vtraque? vide Bartol. in l. filiusfamiliàs. ff. de donatio. in princi.

CLVII.

1 Fertur † sententia pro aliquo, in qua sententia narratur, quòd talis procurator comparuit, & petiit diffiniri: non tamen constat per acta, an præsumatur procurator? Cy. & Salice. quòd sic, in l. optimam. C. de contrahen. & committen. stipula.

CLVIII.

1 De illo † qui promittit aliú in iudicio defendere, & causam suscipere, vide Barto. in l. non solùm. circa finem. ff. de noui operis nuntia.
De materia protestationis vide plenè Bartol. in dicta l. non solùm.

CLIX.

1 Est permissum † poni animalia in certa parte alicuius territorij, & in alia parte est prohibitum: aliquis denuntiat quòd animalia fuerunt missa in dicto territorio, sed non probatur quòd in loco prohibito: dic quòd debet sequi absolutoria: quia debet præsumi quòd in loco permisso, si de contrario non appareat. Bart in d. l. non solùm. §. j. in prin. ff. de ope. noui nuntia.

CLX.

1 Genitiui † casus denotant dominium, vt si dicatur, domus domini Petri, &c. vt ponit plenè Barto. de noui operis nuntia. super rubri.

CLXI.

1 Etiam † si de crimine ciuiliter agatur, debent poni in libello locus & tempus, iuxta formã l. libellorum. ff. de accu. ita dicit Bar. in l. viro ff. solu. matri.

CLXII.

1 An sit † credendum notario, qui dicit se errasse, & vult instrumentum corrigere, vide Barto. in l. de tabulis. ff. de tabulis exhiben.

CLXIII.

1 Quæ † commoda affert Quasi possessio iuris, seu rei incorporalis, vide multa per Barto. in l. j. ff. de itinere actúque priuato.

CLXIIII.

1 *Hypothecata an dicatur res super qua est imposita pensio.*

1 Si aliqua † pésio imponatur, vel legetur super aliqua possessione, vel proprietate, an dicatur res hypothecata? vide Bar. & docto. in l. Caius. ff de annu. lega. vide etiam l. fi. ff. de act. emp. de materia actionis hypothecariæ plenè scripsi in decisio. curiæ parlamenti quæstione cccxxxij.

CLXV.

1 *Feudum domino inuito an possit renuntiare vasallus.*

1 Si vasallus † possit quittare feudum domino inuito vt liberetur à seruitio, vide Barto. in l. is cum quo. ff. de aqua pluuia arcenda.

CLXVI.

1 Quis dicatur † vagabundus, vide Bart. in l. iiij. §. prætor. ff. de damno infect.

2 Vide † per Salicetum in l. sicut. in fi. C. de præscrip. xxx. vel xl. annorum. casus in quibus cessat præscriptio tàm de iure ciuili, quàm canonico.

CLXVII.

De nobilibus qui volunt talliare suos homines in tribus casibus facit mentionem Cyn. in l. ij. C. quæ sit longa consuetu. & plenè tetigi de hac materia in decisionibus curiæ parlamenti. quæstio. lvij.

CLXVIII.

1 *Inquisitionis via an procedatur pro iuribus singularium personarum.*

1 Pro iuribus † singularium personarum non debet procedi per viam inquisitionis, sed per viam actionis, vt not. Io.And.& Inno.in c.ad nostram.ij.de iureiuran. videtur tamen cótrarium in c.j.de resti.spo.dum ibi dicitur iniquitas.& ita seruat consuetudo curiarum præsentis patriæ Delphin.in quibus fiunt inquestæ contra singulares personas, pro iuribus singularium personarum. Libertates tamen Delphin.disponunt quòd pro occupatione iurium Delphinalium non procedatur per viam inquestæ, sed via ordinaria.

CLXIX.

1 Si instrumentum † debiti &c. vt infrà singul.cccclxxij. numero 3.

CLXX.

1 Legatum † etiam ante agnitionem quæritur legatario. glos.in l.si quis.in gloss.fina.ff.de conditio.insti. & transmittitur ad hæredem mortuo testatore. vide in l.vna. in §.C.de cadu.tollen.

CLXXI.

1 *Custodiam debet præstare pastor item carceris custos.*

1 Pastor † tenetur de custodia,& si negat dolo suo vel negligentia perisse, probare debet.idem in custode carceris. ita dicit Inno.in c.fi.de iureiuran.

CLXXII.

Non debet † ad bellum perueniri, nisi præcedente monitione seu diffidamento. vide extraordinariè not. & scripta in libro meo, in l.quidam Hiberus.ff.de ser.vrb. prædio.Et plenè scripsi in decisionibus curiæ parlamenti.

CLXXIII.

1 Notarius † potest scribere instrumétum, quòd ipse obligetur alteri. vide Barto.in l.impuberem.§.si testamentarius.ff.de falsis.

CLXXIIII.

Qui dicantur prioratus conuentuales, vide quæ dicit gl. in cap.si principales.de rescript.lib.vj.super verbo, conuentualem.

CLXXV.

1 Excómunicatus † qui non potest agere an ipse per procuratorem posit esse in iudicio,& agere? Dic quòd non: quia nec per se, nec per alium: vt tenet Bart.in l. Aristo.ff. quæ res pig.obli.pos.& Io.Monach.in c.j.de rescrip libro vj. Idem gl.in c.fi.de procura.vide super hoc in ca.vno. de iure patro.lib.vj.Et ita seruat stylus omnium curiarũ præsentis patriæ Delphinatus.

CLXXVI.

1 Limes † est signum seu terminus finalis diuidens duo territoria: vt ff.fin. regun.l.sed & loci.§.si dicatur.

2 Fronteria † est vltima pars territorij vsque ad quam inclusiuè territorium extenditur: hoc ideo dicta, quia fortem facit contra aliud territorium. de quo loquitur ff.de capti.l.postliminium §.postliminio.& insti.quib. modis ius pat.pote.sol.§.ab hostibus.

CLXXVII.

1 *Iudiciorum substantialia etiam de partium voluntate non possunt remitti.*

1 Substantialia † iudiciorum etiam de partium voluntate non possunt remitti. C.de dignitatibus.l.quoties.lib.xij. & not.per gloss.in cap.de causis.extrà, de offic. delega. gl. argumen. Et idem Ioan.Andr & Hostien.de re indi.cap.si sententia.lib.vj.

CLXXVIII.

1 *Iudicari ex pluribus præsumptionibus potest.*

1 Ex pluribus † præsumptionibus potest iudicari, vt tenet Inno.extrà de pigno.c.illo.in gloss.not. & in c.ad nostrã. extrà de emp.& vendi.

CLXXIX.

1 *Spoliationis exceptio est dilatoria.*

1 Exceptio spoliationis † est dilatoria, ita quòd post litis contestatio.opponi non potest, etiam si posteà fiat spoliatio: vt ponit Archidiaco.in cap.frequens.de restitutio. spoliato.lib.vj.super hoc vide l.si maritus.C.de donatio. inter virum & vxorem.

CLXXX.

1 *Iurisdictionem aut possessionem non tribuit excommunicatio.*

1 Excommunicatio † non tribuit iurisdictionem nec possessionem, etiam si ei obediatur à non subditis. notatur in c.olim.de resti.spolia.

CLXXXI.

1 Ille est † malæfidei possessor, qui cótra iura mercatur. C.de agric.& censi.l.quemadmodum.in fi.lib.xj.

CLXXXII.

1 *Titulus iniustus habitus ab episcopo confert possessionem.*

1 Iniustus † titulus habitus ab Episcopo confert possessionem,& dat materiam præscribendi.not.c.de quarta. extrà de præscript.

2 Quando † quis dicatur aliquid scire, no.per Inno.in c.fi. extrà vt lite non contestata.

CLXXXIII.

1 *Error an sit expressus in sententia, vel possit ex actis constare, non refert quantum ad effectum nullitatis sententiæ.*

1 Quantum † ad effectum nullitatis sententiæ non refert an error sit expressus in sententia, vel posit constare ex actis.notatur per Cyn.in l.ij.C.quando prouoc. non est necesse.& per Bart.in l.si expressim.ff de appella.Et dicitur alibi quòd sententia non transit in rem iudicatá, quæ manifestè apparet iniqua.ita not. Anto.de Butr. in capi. fina.extrà de pœnis.

2 Senrétia † in non confessum, siue conuictum lata, est nulla.extrà de constitutionibus. cap.ecclesia sanctæ Mariæ. & ibi gloss.nota.

CLXXXIIII.

1 Nota † quòd qui facit quod ad ipsum non pertinet, etiã si bonum sit, improbatur.xxvj.dist.ca.benè quidem. not. in c.dilecto.extrà de appel.

CLXXXV.

1 Nemo † sine accusatore condemnari debet, xxiij.q.iiij. si quis potestatem.

CLXXXVI.

1 Plus † nocet contemptus vnius, quàm contradictio multorum.extrà de elect.c.bonæ memoriæ.

2 Dictio † nisi reuocaueritis, est extensiua.ff.ad Tertullia.l. filij mater.in fine.

CLXXXVII.

1 Tu qui es aduocatus † pro reo, caue contra libellum actoris, de nimia generalitate, videlicet, si in libello ponatur dictio vel, de qua dic vt extrà de emptio.& vend. cap. cùm causa. Item etiam caue si in libello ponatur dictio si, quæ est incerta. ff.de condi.inde.in l.sufficit. Caue etiã de verbo duplici.de rescript.c.fi. Et de verbo prægnante, & de omni dubio sine obscuritate.in cap.super hoc extrà de renun secũdum Io.Host.& Doct.in c.Ignarus Episcopus.extrà de libel.obla.

CLXXXVIII.

1 Quando † prædo sit restituendus, distingue: aut est talis prædo, cuius vices nullus præcedere debet,& tũc non est restituendus.arg.C.quando lice.sine iudi.se vind.l.j. & ij. Aut est alius prędo,& tunc subdistingue quia aut spoliatur à vero domino, aut à non domino: si à domino, subdistingue quia aut spoliatur incontinenti,& tunc non potest petere restitutionem.de resti. spo.c.olim. aut spoliatur ex interuallo,& tunc potest petere restitutionẽ. Si verò spoliatur ab alio, quàm à domino, distingue: quia aut solus petit restitutionem,& restituitur: in ca.in literis. de restitutio.spolia.ff. de vi & vi arma.l.1. Aut petit simul cũ domino,& tunc distingue: quia aut petit dominus rem rei vendicatione tanquàm suam,& tunc prædo non est restituendus: aut dominus non petit rem vt suam, sed interdicit

terdicit ne prædo restituatur,& tunc est prędo restituendus.C.deposi.l.inuitum.ista distinctio est secundum Hostien.in sum.§.breuiter.versi.verunramen.

CLXXXIX.

1 *Actionis causa est probanda.*
Negantis quando incumbit onus probandi.

1 Causa actionis † etiam negariuè proposita,necessariò est probanda.l.hoc iure.ff.de ver.ob.& l.ita stipulatus.versi quòd si ab initio.ff.eo.facit auth.hoc si debitur.C.de pig.& l.magis puto.ff.de re.eo.Et est regula, quòd vbicunque negatio est causa intentionis siue agentis siue excipiētis, ei qui negat,incumbit onus probādi.fallit in exceptione non nume.pecu.ita no.Bar.in d.l.hoc iure.

CXC.

1 *Correlatiuorum vno posito vel remoto,ponitur vel remouetur & reliquum.*

1 Posito vno † correlatiuorum ponitur & reliquum: & vno remoto remouetur & reliquum.ff.de procura.l.Pomponius.§.sed & his.& de institoria.l.sed & si pupillus.§.si institor.

CXCI.

1 *Iustitia nouerca est præcipitatio.*

1 Præcipitatio † prohibetur iudicibus,quia iustitiæ est nouerca.xxx.q.vlti.ca.nullum.xj.q.vj.c.& summoperè.extrà de re iudi.c.pastoralis.in cle.

CXCII.

1 Sententia lata † contra solitum morem iudiciorū est nulla,& authoritatem rei iudicatæ non obtinet.ij q vj.c.diffinitiua.ver.item si sententia.& l.prolatam.C.de sentent.& interlocu.omni.iudi.

CXCIII.

1 Ille dicitur † actor,qui primò ad iudicium prouocauit.extrà de probatio.c.ex literis.& Bar.ff.de no.ope.nun.l.de pupillo.§.si procurator.ij.

CXCIIII.

1 Vbi est eadem † ratio inducendi,& eadem debet esse tollendi.l.iubemus.C.de palati.sacra larg.lib.xij.

CXCV.

1 Quando † error aduocati potest corrigi eadem die,no.de appel.c.cùm causam.gl.sed nunquid.

CXCVI.

1 Finis † demonstrat qualis sit res censenda.ff.de vsufructu.l.sed & si quis.§.j.extra de frigid.c.fraternitatis.§.si.

CXCVII.

1 Præsumptio † est pro antiquitate,nisi contrarium probetur.ff.fi.regund.l.in finalibus.

CXCVIII.

1 *Iuris ordo non seruandus in notorijs & manifestis.*

1 In notoriis,& manifestis non est ordo iudiciarius seruādus.extrà de fil.presbyt.ca.quoniam sacris canonibus.in gloss.

CXCIX.

1 Quod factum † est per surreptionem, non valet.extrà de offi.vicar.c.j.gl.no.quod.

CC.

1 Clausula † posita in fine,non respicit omnia præcedentia,sed immediata,quod est verum,quando sunt diuersa.secus quando inter se sunt coniuncta.extrà de appell.c.secundò requiris.secundum G.& dic vt per Hostiē.no.eo.tit.in c.inquisitioni.& de iur.patr.c.j.super verbo, atque omnia.per Io.And.

2 Dictio † cum,est ampliatiua.l.si cui seruus.ff.de leg.j.

CCI.

1 Si † inferior iudex non potest facere iustitiam propter potentiam inferiorum litigantium,tun. potest adiri iudex superior.in feudis,de mili.vasal.qui cont.est.c.j.in authē.de quæsto.§.si verò forsan.

CCII.

1 *Testes post publicationem quando interrogandi.*

1 Super interrogatoriis per iudicem partibus præsentibus super examinatione testium approbatis,si omissum fuerit testes interrogari,etiam post publicationem sunt Interrogandi.no.Inno.in c.per tuas.extrà de testi.idem Io.And.in cap.præsentium.de testi.lib.vj.

CCIII.

1 Iudex vltra † contenta in libello, vel exceptionibus plus potest in sententia pronuntiare, quando illud plus venit ex dispositione iuris.Inno.de concess.præbend.c.cum super.

CCIIII.

1 *Præsumptio excusans semper recipitur vbi vna accusat, alia excusat.*

1 Nota,quòd vbi est † aliqua præsumptio,vna accusans,alia excusans,semper recipitur illa,quæ excusat.ff.de bonis eor.qui ante sententiam mortem sibi consciuerunt.l.iij.§.videri.faciunt no.in regula iuris,fauorabiliores.

CCV.

1 *Clericum delinquentem an iudex secularis capere possit sine metu excommunicationis.*

1 An sit licitum † iudici seculari capere clericum delinquētem sine metu excommunicationis? Dic quòd non, nisi in vno casu,videlicet dum crimen committit, & ibi non est iudex ecclesiasticus,qui eū capiat, vel capi faciat, vel in committendo, quòd detineri non potest. xxiij.q.iiij.non inferenda.& seq.dum tamen eum restituat iudici ecclesiastico.de senten.excom.capi.nuper. secundum Ioā.And.de hac materia vide quæ scripsi in decisionibus curiæ parlamen.q.lxxiij.

Eadem die &c.vt suprà sing.cxcv.

CCVI.

1 *Pœna exeuntis de carcere.*

1 Qua pœna † puniatur qui exit de carcere? dic,aut exiuit frangendo,aut non frangendo.si non frangendo, punitur iudicis arbitrio.ff.de effractoribus.l.j.circa princip.versicul.quòd si per negligentiam. Aut exiuit frangendo carcerem,& tunc subdistingue: aut verè commisit delictum propter quod captus erat, & debet capite puniri: licet fortè non esset capitale: vt habetur in d.l.j.in prin. & ff.de pœn.l.si quis aliquid eius.§.miles.& de re militari.l.milites.§ ij & est ratio: quia fuit duplex delictum. Si autem non commisit delictum, de quo accusabatur, habetur pro confesso.sic intelligitur gl.singu.in verb.puniendi sont.in l.in eos.ff.de custod. reor. Doctor.hoc dicunt super dicta l.prima. ff.de effractо. super verbo, Leuius puniendos.

CCVII.

1 *per Actum contrariū protestationis, an ab ea recessum videatur.*

1 An per actum † contrarium discedatur à,protestatione? & videtur quòd sic:extrà de cōsti.c.cum M.dic quòd hoc est verum,cùm actus est directè contrarius protestationi,ita quòd se cōpati non possunt.in c.j.extrà de lit.contesta.vbi de hoc not.Si compari possunt,cùm possit dupliciter intelligi,ita quòd actus ad litem contestandam vel ad iudicis instructionem proferatur, nō obstat quod notatur extrà de appellatio.c. solicitudinem.gl.fin.quia hæc glossa verior est.

2 Vel potest dici, † quòd illa glo.loquitur, quando protestatio non fuit admissa,sed per iudicem repulsa. hoc verò quod dicitur per Hostiē.in sum.in titul.de consititu.§ j.& dic hæc vera esse,si verba protestationis præcedant:secus si pręcedentibus verbis ad lit.contest.aptis diceretur aliquis se ea protulisse non animo litis cōtestandæ. arg xxij.q.v.humanæ aures.ff.de supellect.lega.l. Labeo. extrà de sponsa c.ex literis.quod non est præsumendum, ꝙ aliud in mente gesserit,quàm ore expresserit.

CCVIII.

1 *Excommunicatus quando sit sacrilegus.*

1 Quando sacrilegus† sit excommunicatus: dic quod si committat in personam ecclesiasticam ipso iure est excommunicatus, xvij. q. iiij. c. si quis suadente. Aut in corpus ecclesiæ, puta ostia frangendo, vel incendium ponédo, & tunc idem. extrà de sen. excó. c. conquesti. & c. tua. xv. q. ij. deuotissimam. Si verò in rebus sacris, tunc per sententiam. extrà de fur. c. fi. vbi ille qui surripuerat calicem de ecclesia, duntamen satisfaciat, nó impeditur promoueri: ergo non est excommunicatus & in rebus etiá prophanis ad vsum ecclesiæ deputatis: vt extrà de fo. cópe. §. conquestus. & ibi hoc per c. Abb. & c. cum sit generale.

CCIX.

1 Ius ciuile respicit rigorem. ff. de iniust. testamen l. si quis. §. sed hæc. Ius vero prætorium respicit æquitatem. ff. de suis & leg. l. j. §. sciendum. & vnde cognat. l. Titius. prima. §. si quis.

CCX.

1 Dictio, &, † coniungit diuersa. ff. de alimen. & cib. lega. l. fi. & l. ea tamen. ff. de lega. iij.

CCXI.

1 Non videtur quis rem habere singulis partibus non habitis ff. de ver. ob. l. qui vsumfructu. de exception. rei iudi. l. si quis cum totum.

CCXII.

1 Qui vult vnum, † vult & eius præparatorium. l. vbi. ff. ad Treb. de serui. rust. præd. l. item. §. fi. & l. quamuis. C. de fideic. vbi Cy. sumit hoc notabile.

CCXIII.

1 Omnis † rubrica perfectam orationem inducens, constituit, & tacitius. nota. per Hosti. in summa, vt ecclesiastica beneficia. c. vno. in prin.

CCXIIII.

2 *Fiscus priuatorum in causis non interponit partes suas.*

1 In causa † ciuili non proceditur ex officio, sine alicuius instantia, vel requisitione. notatur per Inn. de iureiu: an. c. ad nostram.

2 Et in causis † priuatorú fiscus non debet interponere partes suas. alleg. Inno. vbi supra. l. ea quidem. C. si mancipiú ita fuerit aliena. ne manumittatur.

CCXV.

1 *Probanda an sint omnia proposita.*

1 Ad sciendum † quando plura proponútur, vtrum omnia debeant probari, distingue, aut apponútur in libello, aut in rescripto.

Si in libello, aut cóiunctim, aut disiunctim: si disiunctim, sufficit alterum probari. xlj. distinct. c. ij. xlix. distinct. c. j. in princi. de excessibus prælatorum. c. graue. & in c. inter cæteras. extrà de rescriptis. in antiquis. ff. de iure dotium. l. plerique. C. de condi. indebit. l. fi. sed fatuus est qui talem libellum admittit, cùm propter disiunctiuam possit repelli. & not. C. de annali exceptione. l. fin. extrà de libelli oblatio. c. ij. Et hoc verú, nisi alternatiua naturá copulatiuæ iporiet: extrà de testamétis. c. Raynut. vel nisi vtrúque alternatiuorú esset in obligatióe: quia túc probaretur vtrunque. ff. de re iudica. l. miles. §. decem aut noxæ.

Si copulatiuè, distingue: aut alterum de propositis non sufficit, aut alterum tantum sufficit: si primo casu, oportet vtrunque probari. Insti. de hæredib. instim. §. j. quia de sui natura est. Si per se alterum sufficeret, aut proponés se obligauit ad vtrunque probandum, & tunc vtrunque oportet probari: extrà de probat. c. licet. & imputet sibi qui se onerauit diuersa probatione: quia ei mos gerédus est. ff. de probatio. l. circa. & hoc verum, nisi forma mandati contingat. extrà de accusatio. c. accedens. Si non se obligauit ad vtrunque, sufficit alterum probari, dum tamen per se sufficiat. extrà de rescriptis. ca. ij. de accusa. c. accedens. & c. cùm oporteat.

Si in rescripto, distingue, aut cóiunctim, aut disiunctim: si disiunctim, sufficit vnum probare. extrà de rescript. ca. inter cæteras.

Si copulatiuè, distingue, aut vtrunque tendit ad vnum finem, aut ad diuersos: si primo casu, sufficit alterum probare. de rescrip. c. ij. de iudiciis. c. exhibita. de præbendis. c. cum iamdudum. de appellatio. c. significantibus. & sic intellige contraria glossæ, nisi in petitionibus se oneraret superflua probatione: vt est dictum, extrà de fo. compe. c. ex parte. aut vtrúque tendit ad diuersos fines, vel effectus, & tunc probato vno nó tenetur aliud probare. & per hoc intellige no. Hosti. in d. c. ex parte.

CCXVI.

1 Ea quæ † promittuntur, opere sunt adimplenda. extrà de pact. c. qualiter. xij. q. v. c. quia Ioannes.

CCXVII.

1 In dubio debet interpretari quòd quis nó deliquerit, potius quàm quòd deliquerit. j. q. vij. scimus. ff. de pœnis. l. si præses.

CCXVIII.

1 *Pertinentiarum nomine quæ contineantur.*

1 De pertinentiis, vide † l. quod in rerum. §. si quis post. ff. de lega. j. & vide Inno. in c. cum ad sedem. de resti. spol. videlicet quòd nomine pertinentiarum intelliguntur, quę lege, statuto, vel consuetudine sunt deputata.

ADDITIO.

Adde infrà sing. ccccclxx. & sing. cccccv.

CCXIX.

1 *Delictum cessante dolo non committitur, quando in eo dolus requiritur.*

1 Vbi in delicto † requiritur dolus, cessante dolo, non committitur delictum. l. inter omnes. §. recte. ff. de furt. & l falsus. §. qui alienum. eo. tit. & l si seruum. §. ait prætor. & ibi gl. super verbo, non videtur. ff. de acqui. hære.

CCXX.

1 *Restitutio in integrum & nullitas possunt simul in iudicium deduci.*

1 Nullitas † & in integrum restitutio possunt simul in iudicium deduci, & intentari, allegatur cap. constitutus. extrà de in integr. restitu. de hac materia vide quæ scripsi in decisionibus curiæ parlamenti, q. cxliij.

CCXXI.

1 Pignoratio est genus iurisdictionis. de fo. compet. c. cùm contingat. in prin glossæ vltimæ.

CCXXII.

1 *Consequentia efficax non est ex fallibilibus.*

1 Nota quod † probatio debet esse de necessariis, non de cótingentibus: quia non est efficax consequétia ex fallibilibus. Nam nó probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse. facit c. in præsentia. de testi. & l. non hoc. C. vnde cogna.

CCXXIII.

1 In iudiciis † possessoriis obtinere debet, qui de antiquiori, & iustiori possessione probat. vt no. Cy. C. vti possidetis. l. vti possidetis. & l. vltima. vnde vi.

CCXXIIII.

1 Dictio plus, prolata à teste vel homine, nihil operatus. ff. de in litem iurand. l. cùm furti. & vide super hoc nota. per Iac. de Are in l. si quis in suo. C. de inoffi. testa.

CCXXV.

1 *Publicè factum nulli licet ignorare.*

1 Nulli † licet ignorare quod publicè factum est. xvj. distin. c. quod dicitis. & no. per gl. in c. exceptionem. gl. no. extrà de exceptio.

CCXXVI.

1 *ad Bellú vocans amicos nó tenetur de equis & alijs rebus amissis. Obligatio rei turpis nulla est.*

1 Nota. extrà de iureiur. in c. sicut. quod ad bellum † vocans amicos, nó tenetur de equis amissis, & aliis rebus, nec sumptibus, si bellum fuerit iniustum: quia in re turpi nulla est obligatio:

obligatio.extra de pactis.c.fi. Nec etiam si iustum, vbi faciunt ex debito, id est, causa pietatis. de sen.exc.c.dilecto. lib.vj.24 q.iij.c.non inferenda. Si verò non tenebatur, actionem habebit. Sed quamuis dominum sequi debeat, non tamen ad suas expensas, nisi aliud sit de consuetudine, vel pacto. ad hoc extrà de immunitate eccle.c.nô minus. Et homines capti si bellum fiat ex edicto principis, fient capientium.ff.de capt.& postli.reuersis.l.hostes. Nô autem si alterius, nisi habeat iurisdictionem, & fecerit statutum super hoc.extrà de sen.exc.c.à nobis. Nec dicentur captiui, sed obsides Nec vocans amicos vel subditos poterit agere ad satisfactionē, si spoliati sunt bonis suis per tertium, sed faciet sibi concedi actiones.argu.ff. de bon.dam.l.ij.§.si quis sponsionis.& in d.c.sicut.

CCXXVII.

1 *Ignorantiæ prætextu non excusatur qui ignorat quod scire potuit.*

1 Non † excusatur prætextu ignorantiæ qui scire potuit qđ ignorat. xxxvij.dist.c.fi.ff.de bono.poss.l.in bonorum.de iur.& fact.ignoran.l regula.

CCXXVIII.

1 *Testes in notorijs possunt recipi ante litis contestationem.*

1 In notoriis † possunt recipi testes ante litis contestationē ad cautelam extrà de elect.c.bonæ ij & idem in vniuersalibus iudiciis.ff.de petitio.hæredi.l.hæreditates.
In notoriis &c.vt s̄.sing.cxcviij.

CCXXIX.

1 *Cõmissio sub clausula, si tibi constiterit, intelligitur partibus, quarum interest, vocatis.*

1 De cõmissione † facta in rescripto principis sub illa clausula, si tibi constiterit, &c. intelligitur partibus, quarum interest, vocatis: quia aliter constare non potest.no.Inno. in c.dudum.circa fi.extrà de præsumptio.

CCXXX.

1 *Actoris & rei certa debet esse persona.*

1 Sicut debet † esse certa persona actoris, sic etiā debet esse certa persona rei. iiij q.iij.c.j.& ij Nec licet alicui vagari in discrimen alterius.ff.de iniur.l.prætor edixit.& de hoc latiùs per Inno.& Hosti.extrà de ordi.cogni.in cap.cum dilectus.in prin.

CCXXXI.

1 *Titulus in spiritualibus probandus.*

1 In spiritualibus † non prodest probare possessionem, nisi & iustus titulus probetur.ad hoc consueuit allega.ca.ad decimas.de resti.spol.lib.vj.

CCXXXII.

1 *Positionem seu exceptionem potest quis in causa specificare & declarare.*

1 Nota quòd † positionem siue exceptionem suam potest quis in causa collocare, declarare & specificare. argum. extrà de appella.c.constitutus.prope fi.de fide instru.c.cũ Io.de re iudi.c. abbate sane.§.fi. Nam & plura ponuntur in articulis, quàm in libello: quia licet agatur simpliciter possessorio, potest articulari super petitorio ad corroborationem possessorii.vt tenet Spe.in tit.de teste §.nũc videndum.ve.fi.sed pone.

2 Modum † ponendi, & super eis iurandi, testes reprobādi, interrogatoria faciendi, vide in c.præsentium. de testib. lib.vj & in c.j.de confessis.eodem libro.

CCXXXIII.

1 Quibus † modis perdatur priuilegium, vide per gl.in cap. subiectum.extrà de decimis.vide infrà sing.ccc .ou.13.

2 Priuilegium † in præiudicium concedentis est latissimè interpretandum: in præiudicium verò tertii strictissime. vt no.Ino.in c.dilectus.extrà de donatio.

CCXXXIIII.

1 *Excommunicatus non debet quis nuntiari solo tenore literarũ sententiam excommunicationis continentium.*

1 Nota q̄ tenore † literarum monitoriarum sentētiam excommunicationis continentium duntaxat, non debet quis excommunicatus nuntiari, nisi per alias literas aggrauatorias appareat ipsum monitum non paruisse: & ideò excommunicatum: quia possibile est infra tempus monitionis paruisse. Nec incumbit probatio eidem monito quod paruerit: sed incumbit contrarium asserenti. vt no. Inno.in c.super his. vltra medium magnæ glos. extrà de accu.

CCXXXV.

1 Nota q̄ † quando sunt duæ rationes copulatiuæ positæ permissoriè, vel prohibitoriè, licet cesset vna, non cessat alia.ff.de itinere actúque priua.l.iij.§.hoc autem.in authen.de restit. & ea quæ parit.§.quamobrem.& nota.per Cy.C.quorum lega.iij.oppo.circa fi.

CCXXXVI.

1 *Possessionem inducit trinus actus pacificus.*
2 *Testium primæ depositioni standum.*
3 *Fides maior est adhibenda.vbi est maior testium numerus.*

1 Nota quòd † trinus actus pacificus inducit possessionē: vt habetur & no.extra de causa poss.& proprie.in c.cùm ecclesia sutrina.

2 Nota quòd † primæ depositioni testium est standum.extrà de præsum.c.literas.& ibi glo.

3 Vbi est † maior numerus testium, maior fides est adhibenda: extrà de testi.in c.in nostra præsentia.

CCXXXVII.

1 *Testes possunt iterum testificari si clarè non deposuerint, & iudex procedit ex officio.*
2 *Testes singulares quando non repelluntur.*

1 Quādo iudex † procedit ex officio suo, si testes clarè non deposuerint, iterum potest eos facere restificari etiā post publicationem testiũ: quia in eo nulla mali præsumptio est.in c.cum clamor.extra de testi.

2 Nota secundum Inno.quòd licet † testis sit singularis in redditione causæ, vbi causa non est de essentia rei, puta si vnus dicat quòd vidit percipere bladum, alius legumina, non repelluntur: quia effectus idem est super decimis: secus esset si locus vel causæ redditio esset de essentia, vt in contractibus, quia in illis testes singulares nō valerēt: vt in c.nisi dominus.iij.q.ix.& per Inno.in ca.licet.extrà de testib.

CCXXXVIII.

1 Nota † q̄ vbi receditur à iure communi, semper causa est exprimenda.nu.Innocen.in cap.ad petitionem.extrà de accus.

CCXXXIX.

1 Nota † q̄ illud quod potest fieri parte absente: vt citatio, & similia, potest & in illis interloqui, etiam parte absente: vt no.Inno.in d c.ad petitionem.extra de accu.& ex hoc sumitur consilium, quòd vbi iudex vult abbreuiare terminum citationis, quod ipse interloquatur, vt ibi no.

CCXL.

1 *Citari semel ad quos actus sufficiat post litis contestationem.*

1 Nota quòd ad singulos † actus causæ post litis cōtestatio. in quibus non vertitur magnum præiudicium, non debet quis nisi semel citari, & omnes termini sunt, & cēsentur peremptorii, licet non dicatur, præter quàm ad diffinitiuam sententiam audiendā, & secundi decreti interpositionem, & testium productionem.vt no Bar.ff.de dā. infect.l.si finita.§.Iulianus.10 ij.q.pro quo l.si quando.C. de test.& de do.& contu.c.ij.lib.vj.& de test.c.in nomine domini.& c.consuluit.extra, de offi.deleg.

CCXLI.

1 *Præceptum contra non confessum vel non conuictum non valet.*

1 Præceptum † factum contra non confessum, vel nō cõuictum, nō valet de iure.C.de exe.rei iud.l.cos.& no.per Ino.extra de in integ resti.c.cum venissent.super verbo, inhibitione.cũ iuribus ibi alle.& in Spe.in tit. de sentētia.§.

Iusta.ver.in summa no.de hoc etiam tetigi in decisionibus curiæ parlamenti Delphi.q.xij.

CCXLII.

1 *Actum non vitiant verba superflua ex imperitia adiecta.*

1 Nota† quòd verba superflua ex imperitia adiecta, nō vitiant actum, nec operantur limitationem, sed duntaxat demonstrationem & exemplum.l.quidam.ff.de leg.j.& l. Paulo Callimacho.§.fi.de leg.iij.

CCXLIII.

5 *Verborum significationi non debet nimis attendi.*

1 Non debet† significationi verborum nimis attendi: quia dum verborum proprietas attenditur, sensus veritatis amittitur, extrà de ver.sig.c.propterea.& disputare de verborum significatione, de quibus non expedit, curiosis relinquitur.extrà de re iudi.c.abbate sanè prope fi.

CCXLIIII.

1 *Subditos non possunt talliare episcopi nisi in casibus sibi permissis.*

2 Nota† q episcopis contra subditos est omne genus exactionis & talliandi prohibitum, præterquàm in casibus sibi à iure vel consuetudine permissis, videntur no.Inno. & Hosti.in c.cum apostolus.extrà de censibus.

CCXLV.

1 Nota q vbi† quis agit iure sibi cesso, debet facere fidē de cessione ante litis contestationem, si reus petat. argu.l.j. in prin. nisi iuret se nō posse: quia habet eam in longinquo.argu.l.iij.§.ibidem Iulia.ff.ad exhib.Item de omnibus de quibus fit mentio in libello, debet fieri fides ante litis contestationem: vt puta.si fiat mentio de aliquo instrumento: vt no.Inno.extrà de proba.c.j.

CCXLVI.

1 Nota† quòd verbum & vltrà, positum in libello, non reddit eum obscurum, per ea quæ habentur, & not.extrà de probario.de dila.c.iij.

2 De† dictione circa, vide c.licet.de probario.cum ibi no.

CCXLVII.

1 *Ordinary iurisdictione non eximitur receptus sub protectione papæ.*

3 *Iure suo non est quis priuandus sine causæ cognitione.*

1 Si† Papa aliquem recipiat sub sua protectione, non eximitur propterea à iurisdictione sui ordinarii: vt habetur & no.extrà de confir.vtili.c.fi.

2 De† probatione contra malam fidem, vide extrà, de spō. c.cum in tua.gl.super verbo, de fama.& super verbo, contra famam.

3 Non est aliquis sine causæ cognitione iure suo priuādus. vt xvj q iiij.volumus.

CCXLVIII.

1 Nota† in quibus casibus liceat sua authoritate possessionem apprehendere.vide in Spe.in tit.de actore.§.j.versi. Item quoniam qui vult.

CCXLIX.

1 *Iuramentum magis adstringit deo quàm hominibus.*

2 *Iuramenti obseruantia est de iure naturali.*

1 Per† iuramētum quis potiùs Deo quàm hominibus adstringitur: & ideo ei magis est parendum. de sententia excommu c.relatum.

2 Redditio† enim & obseruantia iuramenti est de iure naturali, & de præcepto decalogi. xxj.q.ij.ca.si peccatum.in prin.extrà de re iudic.c.& si Christus.circa fin.ibi, redde Deo,&c.

3 An† literæ credentiæ obligent mandantem: vide Bar.in l. mortuo.ff.de fideius.

CCL.

1 *Patrocinium an possit petere aduocatus in causa propria præstitum.*

2 An aduocatus[a] in causa† propria possit petere patrocinium per eum præstitum, si in ea obtinuerit.vide Bart in l.si stipu[illegible].ff.de fideiussoribus.

2 An monachus habens† administrationem adquirat ecclesiæ, in qua habet administrationem, vel abbatiæ: vide Bar.in l.si seruus communis.ff.de stipu.seruo.

ADDITIO.

a An aduocatus.Adde quòd patrocinium quod aduocatus in causa propria adhibuit, intantum debet æstimari, quantum ipse in alium aduocatum pro patrocinio expendisset:per no. per Specu.in titul.de expens.§.postremo.versi.quid si ab emptore.& est de mente Bouer.sing.lvij.in verb.expensæ & fructus.nu.9.

CCLI.

2 *Obligatio naturalis an oriatur ex contractu prohibito.*

1 Nobilitas† probatur per famam, vt dicit Bar.in l.prouidendum.C.de postulando.

2 An ex cōtractu† prohibito oriatur naturalis obligatio: vide Bal.in l.non dubium.C.de legib.in quæstione.iuxta hoc quæro,&c.& de hoc aliqualiter tetigi in decisionibus curiæ parlamenti,q.cxc.

CCLII.

1 *Deceptus vltra dimidiam iusti pretii si in instrumento contineatur quòd donat id quod plus valet, an habeat beneficium l.ij. C.de rescind.vendit.*

1 An deceptus† vltra dimidiam iusti pretii, si in instrumento contineatur q plus valens donat, habeat remedium l. ij.C.de rescind.ven.vide Bar.ff.de ver.ob.in l.si quis cum aliter.ibi, quæro dicitur in instrumento,&c.& Odofredū in d.l.ij C.de rescin.vendit.

2 De confessione facta† in tormentis, vide Bart.in l.j.ff.de custodia reorum.in fi.

CCLIII.

1 *Transactionis contractus est arbitramentum.*

1 Arbitramentum est quidam cōtractus transactionis, dicit Bar.in l.j.§.aduocatos.ff.de variis & extraord.cog & no.gl.super verbo, conuentum.in auth.vt differen. iudi. in §.si verò contigerit.col.ix.vide ĵ.sing.ccccxxxij.nu.3.

2 Quid dicatur anniuersarium,& quare fiat, vide in c.cum creatura.extrà de celebratione missarum & ibi glo.

CCLIIII.

1 *Instrumenta contra se vt pars edat, potest petere fiscus.*

1 Fiscus potest petere cogi partem ad exhibendum instrumenta.Salice.& doct.in l.qui accusare.C.de eden.vide ĵ. sing.ccccxj.nu.4.

2 Vtrū ex sola recognitione quis efficiatur homo alterius, tex.q non in l.cùm scimus.C.de agri.& cen.li.xj.& tetigi in decisionibus curiæ parlamenti,q.cccxv.

CCLV.

1 Regula† dolo petis, non habet locū in non liquidis habentibus altiorem indaginem: super quo vide l.j.§ j ff. vt leg. nomine caue & Cynum in l.j.C.de edic.diui Adria.tol.& Bar.in l.si socer.§.Lucius.ff.sol.matri.

CCLVI.

1 *Hæres spurius qualiter possit institui.*

1 Qualiter† spurius possit hæres institui, & ei aliquid relinqui, vide Bar in l.fi.ff.de his quibus vt indignis.& in l.aufertur.ff.de iure fisci.

CCLVII.

1 *in Testes in subsidium admittuntur illi de vniuersitate.*

1 Illi de vniuersitate admittuntur in testes in subsidiū aliis deficientibus.ita dicit Inno.in c.cum nuntius extrà de testib.& Specu.in tit.de teste §.j.versi.sed nunquid in causa vniuersitatis.& de hoc tetigi in decisionibus curiæ parlamenti quæstione.

CCLVIII.

1 Si procurator meus qui antè receperat instrumentū pro me, illud producat in causa pro me, an faciat fidem: vide Ioan.Andræ.in mercuriali.in c.cùm quis vna,&c.

2 Princeps† secularis potest dispensare super iuramento.l. fi.ff.de re militari.& l.fi.in prin.ff.ad municip.

CCLIX.

CCLIX.

1 *Executionem sententiæ impedit restitutio in integrum postulata.*

1 In† integrum restitutio postulata impedit executionem sententiæ, ita dicit glo. in l. vna. C. in integ. resti. postu. nil noui fieri. vide tamen ibi Cy.

2 Qualiter † & quando expésæ possunt peti ante litem contestatam, vel post, vide Bart. in l. ædiles. §. item sciendum. in fi. ff. de ædil. edict.

CCLX.

1 *Actionum confusio pro solutione habetur.*
Nullitas & inualiditas instrumentorum potest opponi.

Licèt secundum statutum Delphinale non admittantur
1 †nisi certæ exceptiones: tamen potest opponi contra instrumentú de inualiditate & nullitate ipsius, vt dicit Bar. in l. diuus. ff. de testamen. militari. Sed an admittatur exceptio confusionum actionum factarum per aditionem hæreditatis: iuxta l. debitori. C. de pact. l. hæres. §. quód si stipulator. ff. de fideiussorib. dic quód sic: quia talis confusio pro solutione & loco solutionis habetur: & idem habet & importat quod solutio: est textus notabilis in l. Vrânius. circa prin. ff de fideiusso. vide gl. in l ita pudor. C. de adulteriis. & de hoc tetigi in apparatu quē feci super statuto Delphinali, sub rubrica, De literis compulsoriis & præcisis.

CCLXI.

1 *Mobilia sicut immobilia possidentur.*

1 Res mobiles † & se mouentes possidentur sicut immobilia. textus sunt in l. rem quæ. & l. si aliquam rem. ff. de acqui. pos. ita ponit & determinat Bar. in l. j. in prin. ff. de acqui. pos. & in l. j. ff. vtrobi. & ex his apparet quód statutum Delphinale, si quis per literas. habet locum etiam pro re mobili. & de hoc etiam scripsi in apparatu quem feci super dicto statuto, si quis per literas. in gl. super verbo, rei alicuius, &c. & scripsi etiam in decisionib. parlamenti quæstione ccxij.

2 De materia † rei litigiosæ, vide Bar. in l. quod sæpè. §. si qs amico. ff. de contrah emp. & tetigi plenè in decisionibus curiæ parlamenti, q. cccxxxvij.

3 Quæ dicatur † res litigiosa, vide Bar. in l. j. §. j. ff. de litig.

CCLXII.

1 Quòd † quis posit pro furto quæstionari, facit in arg l. j. ibi: autem tormentis subiici. C. de natura. liberis. & facit §. illud. ij. in authen. vt iudi. sine quoquo suffra. col. ij.

CCLXIII.

1 *Executrix testamentaria potest esse mulier.*

1 Mulier † potest esse executrix in testamento. ita dicit Cy. in l. id quod pauperibus. C. de sac. san. ecc. & Bar. in l. alio. ff. de alimen. & ciba. lega.

CCLXIIII.

1 *Hæreditate etiam non adita, legata pia debentur.*

1 Legata † pia debentur etiam hæreditate non adita, vt notatur per Io. And. in additionib. Specula. in tit. de instrumen. editio. in §. nunc verò aliqua. ibi, ad pias causas. idē tenet Bar. in l. nemo. ff. de lega. j & in l. eam quam. C. de fideic. & in l. j. C. de sac. sanct. ecc. de hoc tetigi infrà in sing. eccl. aaxj. §. si testator in testamento, &c.

2 Legata pia dicuntur, † quæ relinquuntur ecclesiis, pauperibus, vel similibus: secus si aliis personis, puta vxori, amicis, vel vicinis, vt dicit Ioan. Andr. in additio Specul. vbi suprà.

CCLXV.

1 *Obligationem an inducat extraiudicialis confessio.*
2 *Negans feudum, illud perdit.*
3 *Castra non potest alienare princeps inuitis hominibus loci.*
4 *Possessio non transfertur ipso iure absque apprehensione.*

1 De † cófessione extraiudiciali si probet, & si inducat obligationem, vide Ioan. Andr. in additio. Spe. in tit. de teste. in §. j.

2 Si † quis negat feudum, debet feudum perdere. no. Inn. in c. cæterum. in fi. extrà de iudiciis. *

3 Princeps † non potest alienare castra inuitis hoībus loci, pro quo vide quæ dixi in decisio. curiæ parla. q. ccxxxia.

4 Per † cósuetudiné potest possessio ipso iure trásferri absq; apprehensione, secundum Inno. in c. ij. de consue.

ADDITIO.

* Adde eundem Guido. infrà sing. cccce.

CCLXVI.

1 *Capitaneum potest ponere dominus in castro suo inuitis hominibus suis.*

1 Dominus † potest ponere capitaneum in castro suo inuitis hominibus suis. l. si ita §. dominus. ff. de vsu & habitatione. & videtur tex. in l. ij. §. in Sardinia. C de off. præfecti prætorio Aphricæ. facit generale dictum l. in re mandata. C. manda. licèt videatur tex in cótrarium. in l. j. C. de Irenar. lib. xj. & in l. j. ff. de decre. ab ordine facien. sed fiet expensis domini & nó subditorum. l. fi. C. de statuis & imaginibus. l. ij §. si autem. & per discursum totius dictæ l. ij. C. de offi. præfecti prætor. Aphricæ. & in auth. vt iudi. sine quoquo suffragio. §. illud. coll. ij.

CCLXVII.

2 *Carcerem priuatum committit detinens debitorem vltra viginti horas.*
3 *Venari in alieno non licet.*

1 Illud † quod fit secundum consuetudinem, dicitur fieri secundum ius, vt dicit Inn. in ca. cum venissent. extrà de eo qui mittitur in possessionem causa rei seruandæ.

2 Si quis † detinet[a] debitorem, vel alium vltra viginti horas,
2 dicitur committere carcerem priuatum. Bar. in l. capite quinto. ff. de adul.

3 Bartolus in l. venationem. ff de vsur. dicit q † non est licitum alicui venari in aliena garena.

4 De † clericis beneficiatis euntibus ad studia, vtrum videātur in ecclesiis suis residere? vide Bar. in l. quæsitū. in prin. ff. de lega. iij.

ADDITIO.

2 Detinet. Adde infrà sing. ccccxxviij.

CCLXVIII.

1 *Agenti interdicto vnde vi, obstat excommunicationis exceptio.*

1 Exceptio † excommunicationis obstat agenti interdicto vnde vi. ita tenet Spe. in tit. de petitorio & possessorio. §. fi. Et ibi ponit xavj. casus, qui obstant agenti interdicto, vnde vi. nec obst. c. item si quis. extrà de resti. spo. quia ibi crimen enorme & notorium non opponebatur: & vide Ange. in l. momentaneæ. C. vnde vi.

2 Vtrum clericus posit cogi deponere in causa criminali? vide l. idem puto. §. certe ff. de bon. libertorum.

CCLXIX.

1 *Substituti portio mortui ante hæredem, an accrescat consubstituto.*
2 *Substitutionum gradus quando interrumpitur, an sequens in gradu admittatur.*

1 De duobus † substitutis, quorum vnus moritur ante hæredem, vtrú portio sua remaneat hæredi, vel pertineat suo cósubstituto: vide in l. si ex pluribus. ff. de suis & legi. hær.

2 Et de alia † quæstione quãdo interrumpitur gradus substitutionú, an sequens in gradu admittatur, vide quæ dixi in decisionib. curiæ parlamenti, q. cccecl.

CCLXX.

1 *Iurisdictionem non prorogat procurator sine speciali mandato.*

1 Nó pôt † pcurator prorogare iurisdictioné sine spāli mandato: vt dicit Inn. in c. de causis. extrà de of. dele. & Pau. de Cast. in l. j. de iudi. in sua repetitione circa fin.

2 Si † qs cóparear corā iudice a quo ipse appellauit, & ꝓtestetur ꝗ eius appellatio sit sibi salua, valet protestatio. ita dicit Inno. in c. quæstioni. extra de appellatio.

CCLXXI.

1 *Possessor bonæ fidei quis dicatur.*

1 Quis † dicatur bonæ fidei possessor, & qualiter probetur bona fides, vide Bar. in l. Celsus. ff. de vsuca. vide l. bonæ fidei emptor. in prin. ff. de acqui. rer. domi.

CCLXXII.

1 *Processus & sententia non valent lite non contestata, & ordine iudiciario non seruato.*

1 Iudex † de volũtate partium volentium, q̃ tantum valeat processus, ac si litis legitime fuisset contestata, & ordo iudiciarius seruatus, procedit in causa, & profert sententiam, vtrum valeant processus & sententia? dic q̃ non, vt tenet expresse Spe. in tit. de sententia. §. iuxta propositionis seriem. versi quid si de partium voluntate, & c. idem Inno. & Host. in c. referente. extra de praeben. & facit quod no. Archi. in c. si delegatus extra de rescrip. libr vj. super verbo, committatur. & fa it quod not. Inno. in c. cum causam. extra de testibus. & vide quae scripsi in decisionibus curiae parlamenti. quaestione.

CCLXXIII.

1 Procurator † cõstitutus in contractu, sicut communiter fit in Auinione, non potest teneri: quia est pars cõtractus. facit l. fundi partem. & ibi Bal. ff. de contrah. emp. & vendi. idem tenet Old. in suis quaestionibus quaest. cccxvj. quae incipit Pone q iod Titius, & c.

2 Laicus † quidam emit, seu attentauit fructus alicuius ecclesiae: an gaudere debeat eodem priuilegio circa tales redditus. sicut talis ecclesia, ad hoc q̃ non teneatur soluere collectam vel vectigal? Spe. mouet istam quaestioné de immunitate ecclesiarum in fi. & videtur dicere q̃ non gaudeat. pro hoc facit l. licitatio. §. fin ff. de publi. & vectiga. vide Archi. in c. quanquàm. de censib. De hoc etiam tetigi infra sing. cclxxxvij. §. firmarii.

CCLXXIIII.

1 Legis ratio non minus attendenda quàm ipsa lex.

1 Carruatae † debent fieri sumptibus hominum, tex. in propria materia, in l. si victu ff. de oper. lil ertorum. nisi consuetudo aliter se habeat: quae attendi debet. l. si fundus. ff. de euict. & de hoc scripsi in decisionibus curiae parlamenti, quaestione.

2 Ratio legis † non minus est attendenda, quàm ipsa lex. ita tenet gl. in l. j circa fin. C. quae sit longa consue. vide infra sing. cccclxxv. nu. 3. & ĩ. sing. dxj.

CCLXXV.

1 Sententiae executionem non potest petere excommunicatus.
2 Missio in possessionem debet probari per instrumentũ & non suffi cit per testes.

1 Excommunicatus † non potest petere executioné sententiae, secundum Inno. & Hostié in c. venerabilem. extra de exce. vt refert Archi. qui ita videtur tenere in c. sicut. ij. q. j. & est te . in c. pia. in fi. de exceptio.

2 Aliquis posidet, & dicit se missum † fuisse in possessioné authoritate literarum iudi. i alium: quòd probat ita esse per testes, vtrum sufficiet? dic q̃ non: imo debet probare per instrumentum. ita videtur dicere tex. in l. fi. C. de edic. diui Adria. tollen . sicut caetera acta dei et probari per scripturam. ca. quoniam contra falsam. ext. de probatio. & l. ne in arbitris. C. de arbitr. ita dicit Bar. in d. l. fin. in quaestio. fin.

3 In quibus † cessat praescriptio, vide glo. notabilé in c. cũm non liceat certa. de praescrip.

CCLXXVI.

Spoliatus possess one, vel quia agit interdicto vnde vi, cõtra Titium qui opponit rem ad se spoliatum nõ pertinere, sed ad Gaium, qui Gaius assistit Titio spolianti, & proponit rem ad se pertinere iure domini: vtrum isto casu habeat locum regula dolo petis, adeo quod spoliatus repellatur? Dic quod sic. ita tenent singulariter Cy. & Bar. in l. si quis. C. locati & Heri. Bolnc. in c. cum venissent. in vlt. dist. in fi. extra de institutio. facit quod no. Bar. in l. bona fides. ff. depositi.

CCLXXVII.

1 Aliqua sententia † re criitur lata centum anni sunt elapsi contra habitatores alicuius castri vel loci: nunc dominus mod rnus vult se iuuare de tali sententia contra habitatores modernos, qui dicunt, quod non sunt hae edes praedecessorum, nec in eorum bonis succeslerũt, adeo, q̃ talis sententia e s obesse non debet, vt iam res inter alios iudicata l. j. & fi. C quibus res iud. non no et. contrarium credo ego Guido: quia licet praedecessores decesserint, successores te praesentant defunctos, & faciunt eundem populum, sic quòd Moderni censentur idem populus. tex. est notabilis in l. proponebatur. circa mediũ. ff. de iudi.

CCLXXVIII.

1 Interfecti assertio non probat contra occisorem.
2 Sententia verba strictè intelligenda.
3 Arbitri sententia non mandatur executioni vbi est poena: alias sic. & quis eam mandabit executioni. 4.

1 Assertio interfecti † non probat contra occisorem. Bar. in l si quis in graui. §. si quis moriens. ff. ad Sillan. Et vltrà ibi dicit Bar. quod si notarius dicat instrumentum per eum receptum esse falsum, quod non praeiudicat parti. & vide de hoc supra sing ij.

2 Verba sententiae † debét strictè intelligi. l. . C. si plures vna senten. & l si âte. ff. de excep. rei iudi. dicit Bart. in l. si expressim. ff. de appel.

3 Oldradus dicit, quòd † sententia arbitri non mandatur executioni, vbi est poena: quia agitur ad poenam. aliàs sic in l. Iudaei. C. de Iudae. & ff. de re iud. l. à Diuo Pio. in prin. licét sint gl. contrariae in l. ait praetor. ff. de re iudi. & extra de arbi. in c. per tuas.

4 Sed quis † mandabit executioni sententiam arbitri? vide Bar. & doctor. in d. l. Iudaei. C. de Iudaeis. vide infra singul. cccexlvij.

CCLXXIX.

1 Contra testatis testamentarius opponi potest quod sint criminosi.
2 Patri non potest filius debitum solui.

1 Si fiat † testamentum coram septé testibus, & testes postea examinentur, potest contra eorum personas op oni, q̃ sunt criminosi vel alias, vt tenet gl. & Bart. in l. cum lege. ff. de testam. & Spe. in tit. de instru. edi. in §. instrumentum publicum. ver. item quòd testes in cripti

2 Debitum † filii non potest solui patri, vel alteri qui sine mandato potest agere, & si fiat, non liberatur soluens: vt videtur tex. in l. ij. ff. vt le vel fidei. nomine caue. & facit l. qui hominem. §. si gener. ff. de sol. idem gl. & Bar. in l. vero procuratori. ff. de solutio. vide infra lingu. cccxiiij. numero 1.

CCLXXX.

1 Testamentum non debet lacerare notarius etiam de voluntate testatoris.

1 Notarius † non debet lacerare testamentum, & etiam de voluntate testatoris. ita dicit Bar in l. tabularum. § si plura. ff. quemadmodũ testa. aperiantur. Et idem crederem de alio instrumento.

2 Casus in † quibus requiritur scriptura, glo. enumerat xxviij. casus in c. j. de censi. lib. vj.

3 An † regestum notae faciat fidem, vide Inno. in c. j. de procuratoribus.

CCLXXXI.

1 Praesentia donatarij requiritur in donatione causa mortis.

1 Si pate † secũdo mariet fil am suam, & sibi do em con stituat non facta mentione de prima d ote, filia non potest petere nisi dotem secundo loco constitut m in fe. un do contractu matrimonii, per text. in l cotem. ff de iure dotium. & tenet Cyn. in auth. et . sed quamuis C. de rei vxo. actio.

2 In † donatione causa mortis requiritur praesentia donatarii. in l . in ter mortis. ff. de donatio. cau. mor. tenet Bart. in l. j. ff. eo. t. & Io. Fab. in §. j. Insti. de donatio. & scripsi de hoc in decisi. cur. parla. quaest.

CCLXXXII.

1 Tallearum à solutione exemptus non se excusat in praeiudicium aliorum habitantium.
2 Haereditas non adita qualiter transmittatur.

1 Exemptus † non potest se ex usare à solutione talliarum in praeiudicium aliorũ habitãtium, vt tenet Hen. Bohic. in c. peruenit. de immu. ec le.

2 An † instantia transeat ad haeredem? vide Bat. in l. cũ hominem. ff. de fideiu.

Detranſ

De trāſmiſsione † hæreditatis non aditæ, & qualiter fiat, vide C. qui dat ſingularem theoricam in l. ſi fratris. C. de iure deliberan. & Bar. in l. ſi infanti. eo. titu. & vide in deciſ. parlamen quæſt. ccxxvj. & infrà ſingular. ccccxxxviij. nume. 1.

CCLXXXIII.

2 *Emptor an poſſit retinere pretium mota quæſtione euiſtionis.*
3 *Proprietario non nocet ſententia lata contra colonum.*

1 Si quis deprehendatur † in via, antequam perueniat ad locum in quo introire poteſt, obſtāte vetito, an poſsit dici confiſcata, vide in l. fi. C. de nauti. fœnore. & in l. ſi fugitiui. iuncta gl. C. de ſer. fugi. & nota quia faciunt pro edicto de bladis non extrahendis à præſenti patria Delphi. de hoc etiam ſcripſi in deciſionib. curiæ parla. quæſtio.

2 Mota † quæſtione euictionis, an emptor poſsit retinere pretium, vide docto. in l. j §. ſtipulatio duplæ. ff. de præto. ſtipulatio.

3 Sententia lata † contra colonum non præiudicat domino proprietatis. Bar. in l. officium. ff de rei vendi.

CCLXXXIIII.

1 *Iuriſdictionem etiam ſpiritualem dat conſuetudo.*
2 *Procuratorem an citare ſufficiat in principio cauſæ.*

1 Conſuetudo † dat iuriſdictionem etiam ſpiritualem ſecundum Inno in c. nouit. extrà de iudi. & in cap. i. de apoſtat. eſt tex. in c. j. extrà de offi. ordi. lib. vj. & in c. cum contingat. extrà de foro compe. & in cap. ij. de conſuetudine. no. glo. & Ioan. And in c. Romana. ſuper verbo, conſuetudine. de foro competen. lib. vj. & Pet. Iaco. in tit. de iuriſdict. & eſt tex. in l. viros. C. de diuerſis. § debitor. lib. xij. & Cy. in l. j. C. de emancip. libero.

2 Vtrum † ſufficiat citare procuratorem in principio cauſæ? vide Bart. in l. eum qui. C. de procura. & l. meminerint. C. vnde vi & gl. in c. cauſam quæ. extrà de dolo.

3 An ſufficiat † citatio ad domum? vide Bar in l. j. in prin. ff. de libe. agnoſcen. vide infrà ſingu. cccliiij. nume. 1. & ſingu. cccccl xxix. nume. 8.

CCLXXXV.

2 *Aedificare in ſuo fundo an quis poſſit caſtrum.*
3 *Dominium ſine poſſeſſione transfert conſuetudo.*

1 An quis † poſsit in ſuo fundo caſtrum ædificare? vide in l. prouincias. C. de ædifi priua. & in l. ij. C. de fun. limitrop. lib. xj. & Petrum Iac. in titu. de ſucceſsio. regni Franciæ, in § ſuperius eſt facta mentio, &c.

2 An clericus † ſuccedens patri teneatur cōtribuere in collectis & taliis: vide Bar. in l. Paulus reſpondit per procuratorem. in j. q. ff. de acqui. hære. & Henr. Boich. in ca. ſtatutum. de cenſi. & ibi ponit ſi miſerabiles perſonæ teneantur in ipſis contribuere. de hoc etiam ſcripſi in deciſionibus curiæ parlamen. Delphin. quæſtione.

3 Conſuetudo † transfert dominium ſine poſſeſsione, ſecundum quod not. Inno. in c. ij. de cōſue. de hoc ſcripſi in apparatu, quem feci ſuper ſtatuto, Si quis per literas, &c. in gloſ. ſuper verbo, poſſeſ.

CCLXXXVI.

2 *Vaſis aureis legatis ſi omnia ſint argentea, vt aurea debebuntur.*

3 Edictum † diui Adriani competit etiam poſſeſſori, non vt ſibi tradatur poſſeſsio: ſed vt ſibi confirmetur talis poſſeſſio. l. j. ſecundum vnum intellectum, C. de Carbo. edict. & l. iij. §. miſſum. ff. eo. titu. & ita ibi tenet Bar.

2 Legatis † vaſis aureis, & ſi nulla ſint aurea, ſed ſolum argētea, an argentea debebuntur? textus cum gl. videtur dicere quòd ſic. in l. Seię dulciſsimè. ff de auro & arg. leg. quod eſt ſingulare, vide infra ſing cclxxxij nu. 1.

3 De † ſentētia lata ex falſa cauſa, vide plene per Bart. in l ſi is ad quem. ff de acqui hære. & plene per Inno. in c. in præſentia. extra de renun. in fi.

CCLXXXVII.

1 *Priuilegio fiſci non gaudent firmarij curiarum Delphinalium in exigendis eorum debitis.*
Priuilegium mutatur ex mutatione perſonæ.

1 Firmarij † curiarum Delphinalium non debent gaudere priuilegio fiſci in exigendis eorum debitis ad cauſam firmarum, quia ex mutatione perſonæ mutatur priuilegiū. notat Bar in l Paulus reſpondit per procuratorem. in fi. ff. de acqui. hęre. & ſuper hoc vide etiam quæ ſuprà ſcripſi in ſing. cclxxiij § laicus quidam, &c. & in deciſione parlamenti, quæſtio.

2 An † quis poſsit iurare per procuratorem ſit minor vel alius, vide Henric. de Bouenco in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vendi. in ſua repetitione.

CCLXXXVIII.

1 *Rebellis aut bannitus occiſus à clientibus curiæ eum capere volentibus, non teneantur.*

Allegatur l. ſi ſeruus C. de his qui ad eccl confugiūt. quòd
1 † ſi bānnitus vel rebellis ſit occiſus à clientibus curiæ, cū eum capere vellent, quòd non teneantur.
Lex denuntiamus. C. de his qui ad eccl. confug. allegatur
2 † quod ſi quis dubitet offendi, poteſt adire iudicem, & petere ſecuritatem ſibi præſtari.

CCLXXXIX.

1 *Reorum debendi inſolidum obligatorum ſi vnus ſoluat partem ſibi contingentem, an & quando liberetur.*
2 *Differre & detrectare parificantur.*

Iuxta materiam l. ſi creditores. C. de pactis. dic, cùm ſunt
1 † plures rei debendi inſolidum obligati, ſi vnus ſoluit partem ſibi contingentem, aut ſoluit ita vt liberetur pro parte ſua, aut vt extenuet totum debitum, aut eſt dubium. Primo caſu liberatur in totum ſolutione ſuæ partis, vt ff. de fideiuſſ. l. quoties pro parte enim ſua liberatur ſolutione: in reſiduo verò per tacitum pactum: per dictam l. ſi creditores. in aliis vero duobus caſibus remanet obligatus, ſicut ante, vt ff de fideiuſſ. l. inter eos. Si autem vnus conueniatur pro parte, aut fit per electionem, aut per diuiſionem ſi eligendo, & conſtat, non præiudicat creditor: Sed qualiter cognoſcetur diuiſio & electio in dubio: dic quod ſi omnes pro parte creditor conuenerit, cenſetur diuiſio: alias cenſetur electio. C. de fideiuſſor. l. liberum. Oldra. de Lau. in d. l. ſi creditores.

2 Parificantur † detrectare & differre, in l. fi. circa prin. ibi: ſed ſi hoc facere detrectat vel differat, &c. C. de his qui ad eccle. confug. Quod facit ad quæſtionem, Ego conueni tibi vendere domum in eum caſum, in quo vellem eam vēdere: contingit quòd volo vendere, tibi denuntiaui: tu dicis quod tu es contentus emere: ſed tu differs eam emere: certè poſſum alij vendere non obſtante dicta conuentione. argu. dictæ l. fina.

CCXC.

2 *Facta à iudice ex abrupto non valent.*
5 *Procuratoris falſi geſta an poſſint ratificari poſt ſententiam*

1 Sententia † lata contra defunctum, &c. vt ſupra ſing. xij.
2 Quæ † fiunt à iudice ex abrupto non valent. notat Inno. in c. ij. de in integ. reſti.
3 Qualiter † puniatur vtēs officio magiſtratus, plene ſcripſi in deciſionibus curiæ parlamen. quæſtio. cccc xxiij.
4 An initium † ſit inſpiciendum, vide Cy. in l. iij. C. ad Mace. ad Bar. in l ſi filius. ff de verbo. obli.
5 An geſta † per falſum procuratorē poſsint ratificari poſt ſententiam, vide Bar. & doct. in l. fi. C. ad Maced. & in l. licet. ff. de iudi. & ibi reportata.

CCXCI.

1 *Opinio communis ſequenda in iudicando*

1 Secundum † communem opinionem eſt iudicandum l. ſi cire oportet. §. illud. cum §. ſequen. ff. de excu. tuto. & in c. j. in fi. de ſum. tri. & fide catho. idem tenet Pe. Iac. in tit. de compen ſubſtl. circa fi. idem Io. Fab. in proœmio Inſtitu. in fi. ibi: hic orior. idem Cyn in l. j. de actio. & obli vide infrà ſing. cccccxij. dico tamen circa hoc, quod ſi gloſ. teneat vnam opinionem, & habeat tres vel quatuor doct. famatos ſibi adhærentes, quod ſecundum opi. gl. & ſequacium eſſet iudicandum potiùs quàm contra opi. gloſſ. vt plenè ſcripſi in deciſ. curiæ parla. q. cxxxiiij.

CCXCII.

1 *Compenſans petit.*

3 Excómunicatus † qui non poteſt agere in iudicio ſi conueniatur, nó poterit etiam opponere compenſationem, vt videtur tex. in l. amplius non peti. ff. rem ratam habe. quia qui compenſat, petit. pro hoc facit l. quoniam Alexandrum. C. ad legem Iul. de adulteriis. & ita tenent Oldra. & Iaco. de Are. in dicta l. amplius & Innocen. & Bernar. in cap. inter. extrà de exceptio. ita dicit Bart. in dicta l. amplius. idem dico & à fortiori, quòd ipſe non poterit reconuenire.

CCXCIII.

1 Nota quòd † in quantitatibus licet ſint diuerſi generis, habet locum compenſatio, videlicet de argento ad frumentum, vinum, & ſimilia, & econtrà & de hoc eſt glo. in l. neque ſcriptura. in gloſſ. fina. circa finem. C. de compenſa. pro quo l. ſi propter. C. eodem titu. licet gloſſ. videatur tenere contrarium in l. diuortio. §. ob donationes. ff. ſoluto matrimo. & dic vt ibi dicit Barto. & ibi tenet Bart. ſecundam partem dicta gloſ. in dicta l. neque ſcriptum. ita quod gloſſ. in dicto §. ob donationes. remanet firma, & vera ſecundum Iaco. de Are. vt dicit Barto. conclude ergo, quòd de pecunia ad frumentum, & econtrà fit compenſatio. quod nota.

2 Compenſatio † poteſt opponi poſt ſentẽtiam: quia cùm duret actio, ergo & exceptio. ita ponit Inno. in cap. ſuper. extrà de ord. cogn. ſecus tamen eſt in exceptionibus, quæ non habent fomentum actionis. ff. de cópenſatio. l. ſi tamen. §. j. & l. ij. eo. titu. Bal. in reperi. Inno.

CCXCIIII.

1 Vinum, granum aut oleum promittens ſine adiectione bonitatis, quodlibet dando liberatur.

2 Ius ſubſtitutionis non tranſmittit ſubſtitutus ad hæredem.

3 Dotem eſſe ſolutam licet in inſtrumento deſcribatur, poteſt tamen opponi exceptio dotis non numeratæ.

1 Qui ſine adiectione † bonitatis promittunt granum, vinum vel oleum, quodlibet dando liberantur. ff. mandati l. fide iuſſor. ff. de leg. iij. l. numis. ſecùs in auro quod purgari debet ff. de auro & argento lega. l. ſi aurum. Et ſecus in mutuo, in quo bonum debetur eiuſdem generis. ff. ſi certum petatur. l. mutuum. vbi verò debetur ſpecies, exigitur mediocris. l. venditor. ff. de ædil. edict. præmiſſa ſunt verba Ioannis Andreæ in cap. nauiganti. circa princ. extrà de vſuris.

2 Subſtitutus † non tranſmittit ius ſubſtitutionis ad hæredem, facit text. in l. in cauſæ. ij. §. Pomponius. ff. de minor. de hoc ſcripſi in deciſio. curiæ parlamenti, q. ccxxxij. & pleniùs in cxxij. conſiliorum meorum.

3 Licet in inſtrumẽto † deſcribatur dotem eſſe ſolutam, poteſt nihilominùs opponi exceptio non numeratæ dotis: & aduerſarius habet probare fuiſſe numeratam: vt probat gloſſ. in l. fin. C. de dote cauta & non numerata. in gl. j. in fin. facit l. aſſeueratio. & l. ſi ex cautione. C. de non numera. pecu. & ibi Bar.

CCXCV.

1 Donare non poſſunt milites ſuis focariis: item nec presbyteri & religioſi.

1 Milites † non poſſunt donare ſuis focariis. l. ij. C. de dona. inter virum & vxo. Sed quid de presbyteris, canonicis, religioſis, nunquid poſſunt donare ſuis focariis ſeu meretricibus? dic quòd non, per d. l. ij. cum ipſi ſint milites cœleſtis militiæ. l. miles. ff. de re iudi. ſecundum Richar. Malúbræ, qui hanc quæſtionem diſputauit.

2 Sentẽtia † quæ continet apertam iniquitatem, non tranſit in rem iudicatam. not. Anto. de Butr. in cap. ſuper. extrà de pœnis.

CCXCVI.

1 Statutum contra libertatem eccleſiæ quando fieri dicatur.

2 Mobiles res quando cenſeantur immobiles.

1 Quotuplex dicatur † eccleſia, & quando dicatur fieri ſtatutum contra libertatem eccleſiæ, & ſi fiat ſtatutum contra vnam eccleſiam ſolùm, an dicatur fieri contra libertatem eccleſiæ? vide Inno. in c. nouit. extrà de ſen. excom. & Bal. in repertorio ſuper Inno.

2 Nota gloſſ. † notabilem, quòd quando actio cópetit pro rebus mobilibus annuatim præſtandis, quòd cenſentur immobiles. in l. iubemus. ſuper verbo Annonas. C. de ſacroſanct. eccle.

3 Quod non ſit bona † argumentatio à contrario ſenſu in materia ſtatutorum, not. de Zabarel. in clemen. vna. de vſur. ibi, xxij. quæro. circa prin.

CCXCVII.

1 Actiones licet competant contra quemlibet pro portionibus hæreditariis cum ſint plures hæredes fallit tamẽ in quinque caſibus.

2 Bona ſua præſentia & futura quis poteſt vendere.

1 Licet regulariter cum ſint † plures hæredes, actiones competant contra quemlibet pro portionibus hæreditariis, l. j. & ij. C. de actio. hæred. fallit tamen in quinque caſibus. Primo, ſi aliquid indiuiduum eſt in obligatione: tũc quilibet ipſorum tenetur inſolidum. ff. de verb. obli. l. in executione. §. ij. Secũdus, ſi res, quæ debet reſtitui ab vno inſolidum poſſideatur. C. de acqui. hære. ff. commodati. ſed mihi. §. hæres. Tertius, in alimentis legatis, quę pro volũtate defuncti vel iudicis, vel ab vno inſolidum, vel à pluribus pro partibus deſignatis petuntur. ff. de alimen. leg. l. iij. Quartus, ſi teſtator ab vno hærede legauerit creditori animo cópenſandi tunc enim ille hęres vſque ad quantitatem legati onus debiti illius ſuſtinebit. ff. de leg. ij. l. cũ ab vno. Quintus, in expẽſa funeris vxoris quæ nó tantùm aſtrinxit hæredes pro hæreditariis portionibus, ſed etiã virum pro portione, quæ peruenit ad eum de dote vxoris ſuæ: vt puta ad eum peruenerunt centum & in hæreditate ſunt 200. ipſe vir tenetur pro tertia & hęredes pro duabus partibus. ff. de relig. & ſumpti fune. l. quoties. & l. veſti. ita ponit frater Raymundus in ſumma ſua de caſibus in tit. de rectoribus. §. de hęredibus autem raptorũ, &c.

2 Quis poteſt vendere † omnia bona ſua præſentia & futura. tex. in l. ſi in emptione. § j. ff. de contrahen. emp. & vendi. Et ſimiliter obligare poteſt omnia bona ſua pręſentia & futura. l. fi. C. quæ res pig. oblig. poſſ.

CCXCVIII.

2 Vectigalium in ſolutione an debeat attendi conſuetudo.

1 Verbum, † videtur, à lege prolatum, eſt merè deciſiuum, in l. creditores. C. de pigno. & in l. ſi eo tempore. C. de remiſſione pign. licet videatur contra in l. naturaliter. ff. de acqui. poſſ. vbi verbum videtur, ibi non ſtat merè deciſiuè. Sed in iſte verbum, Videtur, non ſtat deciſiuè, vt vide quę ſcripſi infrà in §.

2 An in ſolutione † vectigalium debeat attendi conſuetudo? vide gloſſ. in l. pręcipimus. C. de canone largit. titu. libro decimo.

CCXCIX.

2 Peremptorij vim habet citatio facta in perſonam citandi.

3 Petitorium & poſſeſſorium intelligitur commiſſum cauſa ſimpliciter commiſſa.

1 Appellari poteſt à iudice, † qui ſe pronuntiat iudicem, vel non iudicem competentem. Bald. in l. ij. C. de epiſcopali audientia.

2 Citatio † facta in propriam perſonam citãdi, habet vim peremptorij. not. Inno. in c. ad petitionem. extrà de accuſa. vide infrà ſing. cccc xix. nu. iij. & ſing. ccccclxxix nu. 5.

3 Quãdo † cauſa committitur ſimpliciter, intelligitur cõmiſſum petitorium & poſſeſſorium: ſecus ſi alterum tantum committatur, vt dicit Inno. in c. j. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. vide infrà ſing. cccc xxiiij. nu. 4.

CCC.

1 Delinquentem ab officiariis auferens, an in crimen læſæ maieſtatis incidat.

1 An incidat † in crimen læſæ maieſtatis ille, qui tollit delinquentem de manu officiariorum? vide Bar. qui diſtinguit in l. cuiuſque. §. fi. ff. ad leg. Iul. maieſt. & dixi de hoc in deciſio. curiæ parlamen. quæſtio. vide infrà ſingu. cccc xxxviij. nume 3.

2 De illo † qui promiſit nulli vẽdere niſi mihi, not. in l. ſi cũ qui. § qui iniuriarum. ff. ſi quis cautin. Bald. verò in feudis, in titu. per quos fiat inueſtitura. in §. ſed & res cuius

alienatio.

alienatio. distinguit,& dicit, aut illa verba apponuntur super facultate,& non inducunt obligationem:aut super obligatione,& tunc inducunt necessitatem, vt notatur per Cy.in l.actione.C.de transact.de hac materia vide in l.ea lege.C.de condi.ob causam.& tetigi de hac materia in decisio.curiæ parla quæstio.

CCCI.

1 *Authen.res quæ C.commu.de lega.intellectus*

1 Authentica,res quæ.C.communia de lega. non habet† locum in re feudali,aut aliàs prohibita alienari per testatorem, vel contrahentem.ita dicit Bal in feu in tit.qualiter poterat olim fieri alienatio.in §.donare autem.

2 Consuetudo † est de iure ciuili.in §.ex non scripto. Instit.de iure natu.

3 In pœnalibus † statutis & consuetudinibus proceditur de similibus ad similia not.Bald.in feudis.in titu. quæ sit prima causa benefi.amitten.in §.porrò si domino.& ibi dicit esse textum.

CCCII.

1 *Furum pœna.*

2 *Authent. qui iurat.C.de bon.autho iud.possid.intellectus.*

1 Qui sunt † furca suspendendi,& de pœnis furibus imponendis:vide multa per Bald.in feud.in titu.de pace iuramen.fir. conseruanda. de hoc etiam tetigi in decisio. curiæ parlamen quæst.cccclxxxix.

2 Angelus†,in auth.de exhibendis & introducẽdis reis. ponit vnam pulchram limitationem ad auth.& qui iurat. C.de bon.author.iudi.posid.quòd dict.authen & qui iurat.habet verum indistinctè,nisi bona debitoris sint creditori hypothecata:quia tunc in omnibus bonis fiet missio,etiam vltra mensuram debiti declarari.Et sic hodie d. authen.non habet locũ.& ratio,quia in omnibus instrumentis obligantur omnia bona,&c.

CCCIII.

1 De materia † duelli vide glo.& Bal.in feud.de pace tenẽda,& eius violatoribus.in vj.col.& ibi etiam habetur de bannito,& quare quis banniatur Et de hac materia duelli,vide plenè per Iaco.Rebuffi in l.vna.C.de gladiatorib. lib.x.& plenè dixi in decisio.parlam.quæst.dcxvij.

2 Vtrum † consuetudo excuset à pacto inter aliquos inito?vide Inno.in c.j.de treuga & pace.& ponit Bald. in reperto.super Inno.

CCCIIII.

1 *Pretium in bladis vendendis in publico iudex ex officio potest ponere.*

2 *Excommunicatum quis videtur si fateri petendo simpliciter se absolui.*

1 Iudex ex officio suo potest ponere pretium in bladis vendendis in foro publico.rex.in feud.in tit.de pace tenen.& eius violatoribus.in §.si miles aduersus militem.

2 Quis † petendo se absolui simpliciter,confitetur se excõmunicatum.in cap.venerabilem.in §.sunt enim extrà de elect.Sed quando petitur absolui ad cautelam, quis non fatetur se excommunicatum:vt in ca.ad præsentiam.extrà de appel & vide de hoc per Spec. in tit de proba in §. nun dicendum.ver.sed nunquid probatur quis excommunicatus,&c.vbi præmissa ponit.

CCCV.

1 *Delegati à principe subdelegatus an possit committere vnum articulum.*

2 *Delegatus non impeditur procedere licet delegans excommunicetur.secus in officiali & vicario episcopi.*

1 An subdelegatus † delegati à principe posit committere vnum articulum.Specu.in titu de delegato.in §.ij in versi.sed nunquid subdelegatus.dicit, quòd de iure non: sed dicit quòd de consuetudine seruatur contrarium.vide super hoc Archid.

2 Quãdo delegans † excommunicatur,delegatus non impeditur procedere:secus in officiali & vicario Episcopi: vt not.Specu. in titu.de delegato.in §.restat videre. versi. quid si super duobus.in fi.

3 De materia † irregularitatis vide plenè per Specu.in titu. de dispensat.§.iuxta.

CCCVI.

1 *Hypothecaria quando possit agi contra debitorem debitoris.*

2 *Testis pro debitore an possit esse fideiussor.*

1 Potest † agi hypothecaria contra debitorem debitoris, vbi nomina sunt obligata ,etiam non discusso debitore principali:vt ponit Spe.in tit.de procuratore.§.sequitur. versi.quid si mihi obligasti & hæc est vna limitatio ad authenticam,hoc si debitor.C.de pigno.

2 Fideiussor † an posit esse testis pro debitore. Spec. dicit, aut est soluendo fideiussor,& tunc potest:aut non,& tunc non potest:ita videtur sentire in titu.de teste.§.j. versicul. quid de fideiussore.

3 Si cedens † posit esse testis pro cessionario, venditor vel proxeneta,vide in lxxiiij.consiliorum meorum Guido.

CCCVII.

1 *Testes valetudinarios debet constare prius quàm procedatur ad examinationem ad perpetuam rei memoriam.*

2 *Bona testatoris non potest vendere executor pro sua executione, nisi hæreditate adita.*

3 *Possessionem quibus casibus propria authoritate quis apprehẽdat.*

1 Antequàm iudex † procedere debeat ad examinationem testium,ad perpetuam rei memoriam testium valitudinariorum,debet prius cognoscere summariè, & sibi constare,quòd testes sint valitudinarij, vel absuturi. ita dicit Spec.in titu.de officio omnium iudicum.in §.postremò. in versi.item si testes petitur.Sed an iudex debeat etiam primò sic hoc interloqui:vide Barto.in l.in lege Aquil. si delerum.ff.ad legem Aquil.

2 Executor † non potest de bonis testatoris pro sua executione fienda vendere aut exequi,nisi hæreditate adita ex testamento vel ab intestato.Ita tenet Bar.in l.alio hærede.ff.de alimen.& ciba.lega.in ij.q.Vide super hoc Speculatorem in tit.de instru.edit.in §.nunc verò aliqua.in ver sed pone,quòd ex testamento,&c.

3 Nota † casus in quibus sua authoritate quis potest possessionem apprehendere.vide Spe.in tit.de actore.in §. ver.item qui vult propria authoritate,&c.

CCCVIII.

1 *Interpretatio quando plena aut plenior,aut plenissima fienda.*

1 Vbi verba † clara sunt,non est fienda interpretatio.l.ille aut ille.ff.de leg.iij.Sed vbi de verborum ambiguorũ interpretatione agitur,in non gratuitis pro accipienre plena in contractibus,in vltimis voluntatibus plenior,& in donationibus,largitionibus & beneficiis principum plenissima.vt extrà de donat.c.cùm dilectus.facit ff.de reb. dub.l.fi.extrà de verbo signi.c. abbate sanè. Pro secunda l.qui penum.§ fi.ff.de pen.leg.l.iij.ff.de vin.trit. & de annuis lega.l.iij.de constitu.princip.l.beneficium.& ij.q.iij. præuaricator.in fi.extrà de verbo.significa.olim.facit in non gratuitis quæ veniant.l.qui fundũ.§.in lege.& l.fistulas.ff.de contrahenda emptio.In vltimis volũtatibus veniunt:vt in l.vxorem §.legauerat.& l.prædiis.§.j.ff de lega.iii.& in l testatrix §.fi.si serui.vend. facit l.si quãdo.C. de bon.vacant.lib. x.de offi.præfect. vrb.l.j.§.cum vrbé, extrà de priuileg.c.quia.

CCCIX.

2 *Dictionis & affectus.2.4.*

3 *Dictionum acsi etsi.vis.*

1 Dictio &, † posita inter personas, denotat diuisionem & distributionem per partes. ff. de verborum obligatio.l. eum qui.in princi.& authen si quando C.de constitu.pecunia.De hac dictione,&:plene tetigi in decisionibus curiæ parlamen.quæst.cccccxxvij.

2 Copula,&, † habet partes singulas assignare non insolidum vt l.i & auth.ibi posita.C.de consti.pecu.

3 Dictiones ac si,† & si denotant diuersitatem in facto:sed non in iure Ioan.Andr.in cap.per tuas.super verbo,acsi. de arbitris.

4 Dictio, &, † coniungit complexus nominum.l triplici.ff. de verbo.significa.Et proprietatem præcedentium attribuit sequentibus.ff.de fundo instructo.l. Seia.§.C io Et iungit diuersa in substantia. .quintum.§.si quis fundum.

ff.de fundo instructo.& ita not.Archid.de præbend.ca.si pauper.in prima gloss.

5 Dictio † vel,disiungit ea inter quæ ponitur,& facit diuersitatem in substantia.ff.de condi.& demon.l.cum pupi.§.disiunctio.de condi.insti.l.v.

6 De dictione † de,vide quæ scripsi in decisionib. curiæ parla.q.dcxxxj.Et ibi etiam vide de dictione cum.
De dictionibus cum,& vt,vide ff.de testamen. manumiss. in lib.meo.

7 Dictiones, † quandocúque,[a] quomodocúque,& quali-
a tercunque,sunt vniuersales omnia complectêtes.ff.de penu lega.l fina.de vsufruct earum rerum.l.j.de his, quæ in fraudem creditorum.l.j.§ fina.extrà de maiorita.& obedien.cap.solitæ.

8 De verbis † quacunque de causa,vide quæ dixi in decisionibus curiæ parlamenti,q.ccxxix.

9 Dictio † alia,est relatiuum diuersitatis substantiæ, & habet partim ea quæ sunt diuersa numero & substantia: vt supponat diuersitatem in supposito,ita not. Ioan.mona. de regu.iur.c.in generali.

10 De dictione † duntaxat,vide per Archid.de rescrip.c.statutum.in §.in nullo.& de regu.iur.c.j.super verbo, duntaxat.libr.vi.Et hoc facit pro statuto Delphina.in quo admittuntur duntaxat certæ exceptiones aduersus instrumentum. De hoc plenè dixi in tractatu quem feci super dicto statuto.
De dictione siue,vide infrà sing cccxxiiij.§.dictio siue,&c.

11 De dictione † pro si inducat conditionem, dic quòd sic. vt scripsi in decisio.curiæ parla.q.dcxxxij.& infrà singula. ccclxxij.nu.2.& sing.cccclxiij.nu.2.
De dictione ex,vide Bald.in l.non dubium. in princip.C. de legibus.

12 Dictio † cuilibet,attribuit in solidum.l.si ex toto.ff.de lega.j.ita not.Iaco.de But.ff.de procur.l.pluribus.

13 De † dictione,quandiu,vide in l.si cùm fideicommissa.§. Aristo.ff.qui & àquibus ma.lib.
Quibus modis perdatur priuilegium,&c.vt suprà singular.ccxxxiij.

ADDITIO.

a Quádocúque. Adde q verbú quádocúque,est verbú generale aptum importare infinitatem,secúdú Bar.in l.qui bona §.fi.ff.de dã.infe.contra Ang.tamen restringitur secundú naturam actus cui attribuitur.argu.l.si vno.cum simi.ff.locat.Bal. consi.lxviij.quia ex facto lib.iij.Corne.consi.extra.in præsenti.lib.ij Et ideo Sal.in l.commissoriæ C de pact.inter empt. & vendit.dicit singul.quòd dictio quandocunque,adiecta pacto in hanc sententiam,vt liceret conductori recedere à contractu post mensem quandocúque voluerit,nisi fuerit sibi seruata fides:intelligitur,nisi post mensem fecerit actú,per quem videatur ab illa facultate recessisse,puta si patierit sibi promissa adimpleri.quod dictum pro aureo commendat Feli.in c. sedes.vers.facit.extrà de rescrip.Item quòd sit apta comprehendere infinitatem,tenet Alex.consi.calv lib.ij.

CCCX.

2 *Excommunicationis sententia non potest suspendi.*

1 Si in libello peto talem rem,& si non extat,peto æstimationem,debet intelligi in eo casu,in quo potest venire in petitione:quia non semper potest venire.l.seruum.§.fina. ff.de verborum obligatio.Facit l j.ff.de acceptila vbi peto rem vel interesse:ita ponit Barto.in l.j.§.quis autem. ff.quorum lega.

2 Sententia † excommunicationis non potest suspendi,sed interdictum sic ad certum tempus:vt not.in cap.ad hæc. quoniam.gloss.super verbo interdictum.extrà de appel.

CCCXI.

1 *Donare in vltimis voluntatibus possunt episcopi & alij prælati.*

1 Valet consuetudo,†quòd Episcopi,vel alij prælati,aut viri ecclesiastici beneficiati in eorum vltimis voluntatibus possint donare,vel legare de eorum bonis mobilibus eorum seruitoribus & consanguineis pro modo meriti, licet de iure non possint.in cap. cæterùm. in §.licet. extrà de testamen.Sed an aliter possint de eorum bonis immobilibus testari,vel disponere,vide quæ plenè scripsi in decisio.curiæ parla.Delphi.q.cx.

2 Quia † prælati qui de iure,vel de cósuetudine possunt facere visitationes in ecclesiis suorum subditorum,faciunt quandoque multas extorsiones,& excedunt modú in exigendo pro eorum visitationibus, ideo Papa Benedictus xij.fecit ad curandum tales extorsiones quandam extrauagantem quæ incipit,Vas electionis &c.

CCCXII.

1 *Indicium ad torturam an faciat vnus testis.*

1 Vtrum † vnus testis faciat indicium ad torturam. gloss. quòd sic,in l.iij.C.ad legem Iul.maiest.Cyn.ibi tenet contrarium.vide de hoc in l.maritus.ff.de quæstionib.Bar. in d.gl.l iij.C.ad leg.Iul.maiest.dicit,quòd sufficit vnum indicium ad ponendum quem in torturea, licet leges dicát, præcedentibus indiciis.

2 Iudex † potest dare fiduciam delato ad eum veniédi,quæ tamen fiducia est sibi seruanda,vt tenent Oldr. & Bar. in l.is qui reus.circa finem.ibi, vlterius quidã determinant, &c.ff.de publi.iudi.

CCCXIII.

1 Et de materia † securitatis,quæ securitas vocatur communitee saluusconductus inter armigeros , vide plenè per Barto.in l.j.ff.ad legem Iul.maiesta. vide infrà singular. dcccxi.nume 2.

2 Ius exigendi † habet causam continuam.ita dicit Barto. in l.iusto § non mutat.ff.de vsucap.

3 Mendacium † reddit hominem suspectum, adeò quòd locus est quæstioni.in c.literas extrà de præsumpt.& ponit hoc Bar.in l.fi.ff.de quæstion.adde infra sing.cccclxvij.

CCCXIIII.

2 *ab Executione incipiendum in præstationibus publicis.*
4 *Indicium non facit testis qui non debuit examinari.*

1 Verum † debitum filij &c.vt suprà sing.cclxxix.nu.1.

2 In præstationibus † publicis stati incipimus ab executione,per l ij.C.de apparit.præfecti annonæ.lib.xij.Et ita videmus quotidie seruari in debitis fiscalibus.Quia debitor fiscalis potest capi pro debito.Bar.in l.sacrilegi capite.§.cum eo.ff.ad legem Iul.pecul.in ij.notab.Et non potest cedere bonis,vt ibi Bar.

3 Qualiter † quis dicatur se defendere [a] cum moderami-
a ne incolpatæ tutelæ,vide gloss.& Bartol.in l.j.ff.ad legem Cornel.de sicar.

4 Testis examinatus † qui non debuit examinari , non facit indicium.Bartol.in l.j.ff.de quæstionibus. in §.item Seuerus.

ADDITIO.

a Se defendere.Defensio vnicuique est licita.l.vt vim.ff.de iustitia & iure.alium etiam offendendo,dummodo fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ.l.j.vbi gloss.ordina.C.vnde vi. & in notabili quæst.consuluit Bal.consi.ccxxxvij. ad euidentiá præmittendum.in secundo dubio.libr.ij.& consil xcj. de ista quæstione.lib.iij.Imò etiam si excederet modum,licet deberet puniri,tamen puniretur minori pœna:quia excessus defensionis in rixa non punitur pro toto,sed pro tanto. ita singula. Bal.in c.vnic.§ j ad finem.de pace iuramen.firman. nam metus instantis periculi & nimius dolor tollunt consiliú.l.Gracchus.C.ad legem Iul.de adulter. & homo intenso dolore permotus non est sani intellectus.l.quicquid calore.ff.de regul. iur.& c.si quis iratus.ij.quæstio iij & hanc decisionem Bald. commendat Alexan.consi.cix.visis,& vt oportet consideratu. col iij.versicu.& not.Bal.ibi.lib.j.& Aret.cósil.lxxx.sicut decet. ad finem.& pro singulari refert & commendat Felin.in c.significasti.ij.in penulti.colum.versicu. tertia conclusio. de homicid.Roman.sing.iij.a si quis excesserit.& ibi in addit.

CCCXV.

1 *L.quisquis.C.ad leg.Iul.maiest.intellectus.*
2 *Criminalibus in causis testes possunt repeti post publicationé, & conclusionem in causa.*

1 L.quisquis.C.ad legem Iul.maiesta. † loquitur de consiliariis principis eidem a latere stantibus: ideò credo quòd illa lex non habet locum in consiliariis curiæ parlamen.
Delphi.

Delphi.Grationop.residentis,per ea quæ dicit ibi Salice. ibi:Tertiò quæro.

2 In causis criminalibus † a possunt testes repeti, etiã post publicationẽ testium,& post conclusionem in causa. Barto.in l.diui fratres.ff.de pœnis.secus in ciuilibus,etiam ex officio iudicis.Bal.in l.presbyteri.C.de episc.& cler.

ADDITIO.

a In causis criminalibus. Adde Bouer.sing.lij.nu.46.

CCCXVI.

1 *ad Torturam antequam procedatur constare oportet crimen fuisse commissum.*

2 *Absolui potest condemnatus in criminalibus si posteà reperiatur innocens.*

4 *Consensus omnium an requiratur in inducenda collecta.*

1 Antequam † possit ad torturam procedi, debet constare crimen fuisse commissum.ita dicit Bart. in l j.ff.de quæstionibus.ibi,sed oppono quando fit inquisitio generalis quomodo potest fieri tortura.&c.

2 Condemnatus † potest absolui in criminalibus, si posteà reperiatur innocens.Barto. in dicta l.diui fratres.ff.de pœnis.

3 Clericus † captus In curia temporali non tenetur eius literam clericatus ostendere,dũmodo sit in habitu & tonsura:secundum Bar.in l.administrantes res ff.de excusat. tuto.idem Iacob de Butr.in l.si qua per calumniam.C.de episcopis & clericis.

4 Si indicatur † collecta,vel tallia,an requiratur consensus omnium,vel sufficiat consensus maioris partis?dic vt no. per gl.& Bar.in l.ij.in §.ex his.ff.de verb.obli.& melius in l.quod maior.ff.ad municip. & per Dy. in c.quod omnes tangit.de regu.iur.lib.vj.

CCCXVII.

1 Vtrum † valeat confessio emissa in testamento in fauorem vxoris:vide ff.de leg.iij.l. cum quis decedẽs.§.Titia. & ibi si interueniat iuramentum,vide ibi Bar.

2 Si & quando regula, † dolo petis quod restiturutus es, habeat locum in interdicto recuperandæ,vide Bartol.in l.si quis conductionis.C.loca.

CCCXVIII.

1 *Dotem si vir lucretur ex statuto,an habeat locum dote non soluta. Donatio propter nuptias an debeatur dote non soluta.*

3 *Diuisionis exceptio qua reus debendi competit,est dilatoria.*

1 Si statuto caueatur † quòd mortua vxore vir lucretur dotem,an habeat locum dote non soluta?vide Bartol. in l. iubemus.C.de sacrosanct.eccle.Et an de iure augmẽtum vel donatio propter nuptias debeantur dote non soluta, vide quæ plenè scripsi in decision.curiæ parlamenti,quæstio.ccccxlv.& q.cclxxiiij.

2 In causa † criminali debet responderi titulis per verbũ confitetur,vel negat,& non sufficit respõdere per verbum credit,vel non credit.ita dicit Barto.in l.inter omnes.circa finem.de furtis.

3 Exceptio † diuisionis quæ reis debendi competit,est dilatoria:vt dicit Barto.in l.si dubitetur.de fideiuss. ideó debet opponi ante litis contesta De certis aliis exceptionibus dilatoriis plenè scripsi in decisionibus curiæ parlamenti Delphi.q.xcvj.

CCCXIX.

1 Excommunicatus à † canone aut per sententiam habetur perinde ac si nominatim & publicè esset excõmunicatus,secundum Inno.& Io.And.in c.veritatis. extrà de dolo & contu.iuncto c.fi.extrà de exces.præla.

2 Idem videtur † velle gl.Io.And.in c.j.de confes.lib.vj. dũ dicit,quod excommunicatus à canone, qui clericũ percussit,repellitur ab agendo.

3 Excõmunicatus † maiori excommunicatione à quibus actib⁹ repellatur,vide gl.in c.decernimus.super verbo,testificando.extra de sen.excom.& per Archi.in c.pia.extrà de excep.lib.vj.

4 Excommunicatus † repellitur à iudicio seculari,etiam de iure ciuili,vt dicunt Cyn.& docto.in l placet.C.de sacrosanct.eccle.

5 Vtrum † procurator excommunicatus possit alium substituere? vide gloss.& Ioan. Andr.in cap.religiosus. in fine.de procuratoribus.in clemen & in ca.post cessionem. extrà de probationibus.

CCCXX.

1 *Sententiæ executio an possit fieri contra tertium possessorẽ, qui non fuit condemnatus.*

2 *Sententiam quando vitiet falsa causa.*

1 An fieri † possit executio sententiæ contra tertium possessorem,qui non fuit condemnatus?vide Ioan. Fab. Institu.de act.in §.omnium.in vj.quæstio. & in §.prætereà. versi.pro euidentia,& c.de hac materia vide in ccxij.consiliorum meorum.

2 Quando † falsa causa vitiet sententiam,vide Barto. in l. iij.& in l.demonstratio. & in l.Mutianæ ff. de conditio. & demonstratio.Et ibi etiã loquitur de falsa causa, an vitiet contractum.idem Barto.in l.si is ad quem.ff. de acquirenda hæredita.

3 Falsificans † actum perdit causam suam.Bar. in l.in fraudem § quod apud.ff.de iure fisci.vide infrà singula.cccxc. numero 3.

4 Vtrum † fama releuet quem à probatione?vide Bartol. in l.j.C.qui & aduersus quos. & ibi si vna fama tollatur per aliam.

CCCXXI.

3 *Donans fundum ad vsum vel alimenta, videtur donare proprietatem.*

1 Familiaris propriè dicitur,qui viuit expensis alicuius. in c.fi.de verbo.signi.lib. vj.l.si chorus.ff.de lega.iij.l.ij.§.familiæ.ff.vi bonorum raptorum.l.pronuntiatio.§. familiæ.ff.de verborum significatio.

2 Qua actione petuntur donata causa mortis?vide Barto. in l.j.ff.de dona.causa mor.

3 Si aliquis † donat fundum ad vsum, vel ad alimenta, videtur proprietatem dedisse.Bar.reputat tex.in l.donationes.§.species.ff.de donatio.vide quæ dixi circa hęc infrà sing.ccccxlij.§ si vxor hæres,&c.

4 An pater † teneatur filiam nuptam dotare,vide Bar.in authen.res quę.C.communia de legatis.

CCCXXII.

3 *Opem præstans an teneatur eadem pœna.*

4 *Interficientis seipsum bona cui applicentur.*

1 Qualiter † intelligatur communis vsus loquẽdi?vide Bat. in l.Labeo.ff. de supellect.leg.& Barto.in l.j.C.de dignitatib.lib.xij.vide infrà sing.ccccxxviij.

2 Quis † debeat reficere bialeriam molendini, vide docto. in l.j.C.de aquęductu,lib.xj.& bene facit l.refectionis. in §.j & ibi bonus text.ff communia prædiorum. vide infrà singu.cccxciiij.nu.4.

3 An pręstãtes † opem teneantur eadem pœna, vide distinctionem Bat.in l.is qui opem.ff.de furt.

4 Si,quando, † & cui applicẽtur bona illius,qui seipsum interfecit,vide gl.Cy.& doct.in l.ij.C.qui testa.facc.pos.

CCCXXIII.

2 *Instrumentum notarius potest conficere,quo se obliget alteri.*

3 *Defendere promittens de iure & de facto rem quam vendidit an si emptor spolietur,debeat defendere.*

1 De materia † l.ij.C.de resc.in.ven.vide per Bar. in l.si quis cùm aliter.ff.de verbo.obliga.& ibi est quęstio, si in venditione interueniat donatio de pluris valentia:& an possit renunciari illi legi.

2 Notarius † potest conficere instrumẽtum, in quo se obliget alteri.Bar.in l.impuberem.in fine.ff.de falsis. sed quid de procuratore,vide quę scripsi in decisionibus curię parlamenti,quæst.cccxviij.

3 De illo † qui promittit defendere de iure,& de facto rem quam vendidit,& ipse emptor spolietur de facto, an debeat eum defendere? vide plene per Bartol. in l.stipulatio ista habere.ibi,quęro aliquis vendens,&c.ff.de verb. obli.

CCCXXIIII.

1 De verb. † vsque ad beneplacitum,vel donec reuocauero, vide plenè per Bat.in l.centesimis.ff.de verb.obli. ibi, vl-

rimò formo vnam quæstionem difficilem,&c.

3 Dictio † siue,est disiunctiua.Barto.in l.si quis ita.ff.de verborum obligatio.

De dictione,&,& de certis aliis,vide quæ scripsi suprà singu.cccix.§.dictio.& in sex §§.ibi sequẽtibus:& in decisionibus curiæ parlamenti,quæst.cccccxxvij.

CCCXXV.

1 *Testis verba ambigua pro quo interpretanda.*

2 *Materia prorogationis terminorum.*

1 Verba † ambigua testis an debeat interpretari pro actore,vel pro reo?vide pleuè per Bar.in l.inter stipulãtem. in §.si Stichum stipulatus.ff.de verb.obli.ibi, quæro, an debeat interpretari,&c.

2 De materia † prorogationis terminorum fiendæ per iudicem,arbitrum,vel patrem,& an non soluens in termino sit periurus vide Bar.in l.cùm ita stipulatus.ibi,cõtra istud quòd ipso iure,&c.ff.de verb.obli.

3 Eo ipso † quòd quis est homo meus, ego censeor esse iudex suus.l.quisquis.C.de episc.& cler.& in authẽ.de quæstore.§.si verò forsan.colla.vj.tenet Specul.in titu. de homagio & fide §.j.ver.xvij.quæritur.

CCCXXVI.

1 *Possidenti homagium debet fieri, quãdo sunt duo contendentes de vno castro.*

2 *Priuilegio suo abutentes illud perdunt.*

1 Si sint † duo contendentes de vno castro, debet fieri homagium illi qui possidet.in authent.de manda.princi.§.oportet facit l.cuiuscunque fundi.§ fi.ff.de vsufructu. facit ad hoc quod dicitur de iure patronatus:quia possessor beneficij debet beneficia conferre,quæ sunt in collatione talis beneficij contentiosi.in c.ad consultationem. extrà de iure patronatus.vide infrà sing.cccclxxxj.nu.4.

2 Abutentes † suo priuilegio debent illud perdere.in c.priuilegia.de priuilegiis.quod facit contra illos qui abutuntur eorum libertatibus in patria Delphi.

CCCXXVII.

1 *Xenia data sponsæ cuius esse debeant.*

1 Iocalia † seu extrenæ quæ dantur sponsæ per amicos filiarum,vel maritorum,cuius esse debeant?vide Bar.in l.j.§.nec castrense.ff de colla.bonorum.

2 An clericus † sortiatur forum in actione reali? Per.Iaco. quòd non,in tit.de duello,super rubrica,vi bonorum raptorum. & in tit.de act.in rem.Et vide quæ scripsi in decisio.curiæ parla.q lxxviij.circa finem.

CCCXXVIII.

1 De libra † auri sunt text.in l.Quintus Mutius.ij.ff.de auro & argen. lega. & in l.vna.C.de monopoliis.lib.x.& in l.duos.C.de susceptoribus & archariis.lib.x.& in authenti.de armis.

2 Septuagintaduo† solidi faciunt libram auri.l.quoties.& ibi gloss.quæ hoc dicit expressè.C.de susceptoribus & archariis.libro x.

3 Et quingenti † solidi de quibus in l si quis pro redẽptione.in fine.C.de donatio.accipiuntur pro aureis,quorum lxxij.solidi faciunt libram auri,per not.in d.l quoties. de suscepto & archa.& no.in l.quicunque.C.de ser.fug.& faciunt not.per gl.in.l.ti.de pœna teme.litigan.in §.si ita dicit Cy.in d.l.si quis pro redemptione.

4 De libra † argenti habetur in l.si clericus.C.de episc.audien.Et pro singulis libris argenti quinque solidi inferũtur.in lege j.C.de argenti pretio,quod thesauris infertur. lib.x.Circa tamen solutionem illarum librarum, & solidorum,debet consuetudo regionis attendi.l.certa.C.locati.& facit gloss.in l.si quis argentum.C.de donatio. Et non potest peti aurum pro libris vel solidum argenti, sicut dicit Bar.in l Paulus.ff.de solutionibus. quia in hoc non consistit obligatio.

De hac materia plenè in apparatu statuti,si quis per literas.in gl.super verbo,Marchis argenti.

Per.Iac.in tit.de actione in factum ex re iudicata. dicit quod 50.libræ argenti valent quingẽtos aureos.quod facit pro insinuationibus donationis.

CCCXXIX.

1 *Domesticos testes non possum producere pro me, sed aduersarius contra me potest: & coguntur contra me deponere.*

2 *Pignora ad incantũ emens perinde habetur acsi à domino emisset.*

1 Testes † domesticos non possum producere in testes pro me,sed aduersarius meus potest ipsos producere, & coguntur contra me deponere.vide Spe. in tit. de teste. in §.j.versi.sed quid de vxore & viro.nisi in patre,vt dicit Spe. in d.§.in prin.Sed an procurator meus possit in eadẽ causa contra me produci per partem meam aduersam? vide quæ scripsi in decisio.curiæ parla q xlv.

2 Ille † qui emit pignora ad inquantum habetur ac si à domino emisset.tex.in l.non est mirum.ff.de pig.act.

CCCXXX.

1 *Iniuriarũ actione non tenetur qui dixit parti,quòd testes subornauit &c.*

2 *Infamis non est condemnatus ex inquisitione.*

3 *Infamis non est notarius condemnatus ex forma statuti.*

1 Licitum † est dicere parti,vel eius aduocato,tu produxisti viles & ribaldos testes,vel quòd eos subornasti,seu falsè instruxisti:& non tenetur actione iniuriarũ:vt vult glo. in l.si quis vult esse causidicus.super verbo,vtilitates, &c. C.de postulando.facit l.delator.ff.de iure fisci.

2 Condemnatus † ex inquisitione non est infamis.ff.de suspect.tuto.l.iij.§.prætereà.& ita ibi tenet Dy. idem not.gl. in l.j.C.de suspect.tuto.& Cy.idem tenet.& dicit quòd notarius potest instrumenta conficere.& idem not.in l.j.C. de modo mulctar.& Specu.in titu.de sententia.§.j.versicu.quid de istis.

3 An notarius † qui fuit condemnatus ex forma statuti, sit excusatus ab infamia? Dyn & alij communiter tenent quod sic,& quòd non sit infamis:quia condemnatus conditione ex lege:igitur,&c.l.cessat ff.de actio.& oblig.

4 Sententia lata † de falso contra notarium eo absente ex forma statuti,excusatur ab infamia, vt tenet Specu. in titu.de sententia.§.j versicu.quid de istis. ad quod facit l.fina.C.de requiren.reis.

5 An valeant [a] instrumenta † recepta per notariũ post sententiam contra eum de falso latam,posito quòd non posset recipere:gloss.tenet quòd sic,in corpore de tabellio.§. penult. in gloss magna quæ incipit: Hic est argu. &c. in fi.& Specu.in titu.de instrument.editio.§.restat.ver.quid si tabellio perdit offic.

ADDITIO.

a An valeant:Adde Guido.infrà sing.dcclxxi.§.notarius.

CCCXXXI.

1 *Succedere non potest legitimatus à papa.*

4 *Solutionis particularis incommoda.*

1 Legitimatus à Papa † non potest succedere ex testamento,vel ab intestato:quia legitimatio à Papa facta non trahitur ad temporalia quæ sunt in territorio imperij,in c. per venerabilem.extrà qui filij sint leg.& ponit Bar.in sua repet.l.cunctos populos.C.de sum.trini.

2 Militia † nobilitat:ita dicit Bar.in l.ij §.filij.ff.de decur.

3 Relictum † pro alimẽtis dicitur relictum ad pias causas. Bar.in sua repetitione l.alio hærede.ff de alimen. & ciba. leg in prima opposi.

4 Particularis solutio multa affert incommoda.l.planè ff. famil.ercifcun.

CCCXXXII.

1 *Impeditus vno die in appellatione habet secundum fatale.*

1 In materia † appellationis impeditus vno die habet secundum fatale,videlicet secundum annum : sed impeditus aliquo tempore in secundo fatali,non habet annum integrum,sed restituitur ad tempus impedimentorũ. Innocen.in cap.si duobus.extrà de appellatio. circa finem. ibi,& videtur quòd si tantum per vnum diem, &c. Et vide quæ circa hoc plenius scripsi infrà singu. dcxv.in §.itẽ quia primum fatale,&c.

2 Non † sufficit proponere falsi suggestionem,nisi specialiter & specificè declaretur not. Innocen. in cap.meminimus.

mus.extrà de appellationibus.circa fi.

3 An iudex† à quo semel appellatur, sit in aliis causis suspectus? vide Inno.in c.cùm sit Romana.de appel.

CCCXXXIII.

1 *Sententia in cuius personam feratur non interest de iure canonico.*

4 *Appellari non potest ab executore nisi excedat modum. & suprà singu xj.*

1 De iure† canonico non curatur in cuius personam feratur sententia, an in dominum litis, vel in personam domini instantiæ, siue causæ. ita dicit gl in c.sciscitata.in gl. j.extrà de in inte.resti.quod secus est de iure ciuili.de hoc tangit gl.in c.querelam.de elect.

2 De natura† verbi, cùm potero, vide Inno.in c.accedens. de concessione præbend.in prin.

3 Ille† qui habet sententiam pro se, non debet ingredi propria authoritate. Inno.in c.cum nostris.extra de concess. præben.& videtur casus in l.fundi venditor.ff.de acquir. possessio.

4 Ab executore[a]† propter defectum ordinis iudiciarii nó appellatur, nisi excedat modum, vel nimis festinet Inno. in c.proposuit.extrà de concessio.præb.in gl.magna ibi, ab executore enim, &c.

ADDITIO.

a Ab executore Adde suprà sing.xj.

CCCXXXIIII.

1 *Dictio ita tamen, est limitatiua & modificatiua.*
2 *Obscuram exceptionem proponens succumbit.*
3 *Dotem an extraneus repetat.*

1 Dictio† ita tamen, est limitatiua & modificatiua præcedentium. l.Lucius.§.qui habebat.ff.ad Trebell.l.libertis. §.j.ff.de manumis.testam.ita dicit Sali.in l.vbi adhuc.in versi.ita tamen.C.de iure dot.

2 Qui† exceptionem obscuram[a] proposuit, succúbit in ea, sicut qui actionem obscuram proponit.Bar.in l.Titio.ff. de lega.j.

3 Si extraneus† cõstituat dotem, an soluto matrimonio eã possit talis extraneus repetere? vide in l.si cum Cornelio. in gl.fi.in fi.& ibi Doct.ff.de solutionib.

ADDITIO.

a Obscuram. Idem si proponeret exceptionem ineptam.l.j.§. Labeo ff.de fluminib.not.per Spe.tit.de except §.vide. circa prin.& quod not.Cyn.in l.domum.C.de rei vendi.Bar.in l. j.ff.de exce.item & actor proponens actionem ineptam, succumbit.l.j.§.j.ff.si mens.fals.mod.dixer.Adde eundem Guid. Pap.infrà sing.dccxxxvij.

CCCXXXV.

2 *Authoritas superioris an interuenire debeat in creatione syndici.*

1 De cõsuetudine, quòd proximior agnatus retractet venditionem, vide in l.pe.C.de contrah emp & vendi.& scripsi de hoc in decisionibus curiæ parlamenti.q.cclvij.

2 In† creatione syndici vniuersitatis oportet interuenire authoritatem superiorum.ita dicit gl.in l.nulli.ff.quod cuiusque vniuersitatis.allegat l.j.C.de seruis reipub.manumittendis.vide ĩ.sing.ccccclxxij.nu.2.

3 Si nomina† dentur in dotem debent exigi sumptibus viri, & nõ vxoris.ita dicit gl.in l.j.ff.de impensis in reb.do. fac.ad hoc l.j.C.de bon.mater.ibi, sumptus ex fructibus impigrè facere, &c.

CCCXXXVI.

1 *Effractorum carcerum pœna.*
2 *Notarij libro statur quando est varietas inter instrumentum datum parti & librum notarij.*

1 Incarcerati frangétes† carceres, vltimo supplicio puniũtur.l.j.in prin.ff de effractoribus, & expilat. Sed hoc intelligeverum, si propter tale crimen, propter quod erat incarceratus, debebat vltimo supplicio puniri.alias non: vt no.per doct.in l.milites.§ eius fugam.ff.de re militari.

2 Quando† est varietas inter instrumentum datum parti, & librum notarii, potius statur libro notarii. Bartol.in l.si quis ex argentariis.§.prætor.ff.de eden.quia potiùs probat protocollum.Sali.in l.contractus.C.de fide instrum. ibi, quæro sextò an protocollum, &c.

CCCXXXVII.

1 *Iudicio inter duos pendente si fiat noua lex, secundum illam est iudicandum.*

1 Si pédente† iudicio inter duos fiat noua lex, iudex debet illam causam secundum dictam nouam legem determinare.allegatur tex in l.ebtractus.§.j.ibi, nondum autem absoluta, &c.C.de fide instr.& l.iubemus.in fi.C.ad Velleia.& idem dicerem in statuto.

2 Filius† qui est in quasi possessione sui iuris, præsumitur sui iuris, & incumbit parti onus probandi.tex.& gl.singularis in l.Titia.ff.solu matr.tex.videtur in contrarium, in l. emancipatione facta.C de fide instrumen.facit.l. nemo. de seruis export.vide ĩ.sin.ccccxcviij nu.2.

3 Plus est facto ostendere, quàm verbo declarare.in c. dilecti.extrà de appella.

CCCXXXVIII.

2 *Confessio duo continens an possit per aduersarium diuidi.*

1 Vbi† confessio est coarctata vel limitata, in totum est recipienda, hoc est cum sua coarctatione, qualitate vel limitatione: aut in totum refutanda, ne probet cõtra confitentem: & est ratio: quia quod quis recipit pro se, censetur recipere contra se, vbi est vna confessio, & ex eadem causa procedens emanauit.l.si quis testibus.C.de testib. & c.si quis.iiij.q.iij.& ibi no.& in cap.cùm olim.extrà de censibus.& in c.si Romanorum.xix.distin.& ibi gl.super verbo, Suffragari. Non enim dici potest confitenté qualificatione vel coarctatione simpliciter cõfiteri, seu de simplici confessione sentire.l si ex testamento.ff.de exce. rei iud.pro hoc glo.in l.si quidem.C.de excep.facit gl.in l.ij. C.de dona.ante nupt.& hæc est opinio quasi communis Modernorum, scilicet Alberici & Salic.post Cyn.in l.j.de confessis, in d.l.si quidem.& Archidiaco. in c.j.de confessis lib.vj.

2 An† confessio duo continens, vnum contra confitentem, aliud pro confitente, possit per aduersarium diuidi? vide Ioan.Ferrarii in forma petendi copiam instrumenti, in glo.cum anno.

CCCXXXIX.

1 *Hæres non potest dicere donationẽ reuocatam, si hæres in vita non declarauit quòd velit eam reuocatam.*
2 *Actiones non transeunt in fideicommissarium, si hæres restituat ante conditionis euentum.*

1 Dispositio† legis si vnquã.C.de reuocan.donatio.residet in arbitrio donatoris.ibi, dũ dicit, in arbitrio. Sed quid si ipse donator non declarauerit in vita sua eius animũ, quod velit eius donationem esse reuocatam, an eius hæres possit dicere donationem reuocatam? dic quòd non. pro quo bonus tex.in l.fi. versicu. nulla. C. de reuocan. donat.gl.tamen super verbo, reuersurum, dicit ipso iure, & sic vendicari potest & illud tenent Iacob.Buttrigarius.Cyn.Bar.& Sali. De hac materia dictę legis vide etiã ĩ.sing.cccccij.§.iuxta legem, si vnquam.&c.

2 Si hęres† rogatus sub conditione vt restituat hęreditatem, ante conditionis euentum non transeunt actiones in fideicommissarium.ita dicit Cynus post Iacobum de Rauenna, & Petrum de bella pertica, in l post mortem.C. de fideicom.& Bar.in l apud Iulianum.in §.antistia.ff.ad Trebel.& glo.ordinaria in l.j §.de illo.ff.ad Treb.& in l. pe.eo.tit.& ibi Buttrigarius.& facit ad hoc l.sed si ante ff.ad Trebellia.

CCCXL.

3 *Verba, si non valet iure testamenti.& c. magis apponuntur ex consuetudine notariorum quàm aliàs.*

1 Manifesta† voluntas est etiam illa, de qua ex coniecturis apparet.l cum proponebatur.ff.de lega ij.

2 Testis† debet deponere de facto, & non de iure.l.stipulatio.§.hæc quoque ff de verb.oblig.

3 Illa verba, † si non valet iure testamẽti, valeat iure codicillorum, solent apponi magis ex consuetudine notariorum, quam alias.Bar.in l.j.ff.de iure codicillorum.

4 Testis† debet deponere de sensu.vide Bar.in l sciendũ.ff.

de verbo.obliga.

5 De confessione † in vltima voluntate, vide quæ dicit Cy. in l.generali.C.de non numerata pecunia. ibi, septimò videamus.

6 Beneficium † legis nō debet esse delusorium.in l.si prętor. ff.de iudi.

7 Qui † omne dicit, nihil excludit.gl in l.à procuratorio. C.manda.

8 Malæ fid i † namque possessorem esse nullus ambiget, qui aliquid contra legis interdicta mercatūr.tex.in l.quemadmodum.C.de agricol.& cen.lib.xj.

CCCXLI.

1 *Donationis insinuatio ad quid inuenta.5.& coram quocunque iudice fieri potest.2.& qualiter fiat.3.*

4 *Iuramento firmatur donatio sine insinuatione.*

Alienatio rei minoris non seruata solennitate valet ratione iuramenti.

6 *Insinuatio an præsumatur ex appositione decreti in donatione.*

1 Insinuatio † donationis fuit inuēta, ne donationes fiant clam, vt homines non fraudentur.l data.C.de don.ita dicit Bar.in l.Modestinus.ff.de donatio.

2 Insinuatio † donationis potest fieri coram quocūque iudice, etiam si non sit iudex partium, vel rei, vel loci.per d. l.data.& per l.in hac.C.de dona.pro quo tex.in authen.vt fratrum filii §.illud.ibi dum dicitur, nec apud quos omninò talia documenta confici possunt,&c.ita dicit Ioan. Andræ.in addition.Specul.in titul.de instru.edit.in §. porrò.& de hoc pleniùs tetigi in decisionibus cur.parla. quæstio.cccxxv.

3 Qualiter † fiat insinuatio donationis? Ioan.Andr.in d.§. porrò.dicit, ꝙ subscribatur donatio, & publicetur coram iudice, nec alia scriptura requiritur fieri. & illa opinio Io And.videtur communis,& cōmuniter seruatur, vt dicit ipse Io.And.in d.§.porrò.in versi.donatio.& illā videtur sequi Axo in sum.in tit.de donationi.& similiter Goffredus & Bar.in d.l.Modestinus.vbi dicunt, quod insinuatio est, quando donatio fit in scriptis coram iudice. Nec requiritur decretum secundū eum, quia hoc non videntur requirere iura.sed ꝙ fiat in præsentia iudicis, licet Gulielmus de Cuneo aliter dixerit, in l.illud.C.de sacrosan.eccl per gl.in corpore in auth.vt non fiant pignorationes.§.fi.sed malè & de hoc tex.secundum Bal.in l. fi.de prædiis curialium,libr.x.in verbo ibi, sine decreto. vbi apertè in donatione loquitur.

4 Donatio † sine insinuatione firmatur iuramēto.ita tenet Io.And.in additionibus Spe.in tit de instru. editione in §.porrò.& hanc opinionem secutus est Io.de Imo.in ca. cùm contingat.extrà de iureiur.in lectura, & in sua repeti.licet Bartol.Bald.& Cyn. teneant contrarium. Sed Ioannes de Imo.vbi suprà, respondet rationibus Barto. & aliorum tenentium contrarium Primò quando Bart. & eius sequaces dicunt, ꝙ videtur esse contra publicam vtilitatem. quia illud nōn reperitur iure cautum, sed benedicitur ꝙ fuit introducta insinuatio, vt tollatur occasio procurandi donationes fieri per metum, vel fraudem, seu clandestinè, vt d l.data.& licet dicatur interesse reipublicæ, ne quis malè sua re vtatur, illud non sufficit ad infringendum sacramentum: quia est vtilitas secūdaria: vt patet in simili in muliere alienante rem dotalem, nam licet intersit reipublicę mulieres non esse indotatas.l.j.ff. sol.mat tamen firmatur contractus donationis rei dotalis per iuramentum, vt patet in c.cùm contingat.de iureiur. Item non obstat ꝙ non videtur posse renuntiari legibus inducentibus solennitatē in actibus hominū, iuxta legem, nemo potest.ff.de leg.j.quia illud est verū, quando non interuenit iuramentum: secus quando interuenit, vt in minore: nam licet lex dicat,& det solēnitatem certam seruari debere in alienatione rei minoris, videlicet, ꝙ fiat de authoritate tutoris,& cū decreto iudicis,& causa cognita.l.magis §.ne passim.ff.de reb.eo.tamē si alienetur sine dicta solennitate cum sacramēto, tenet alienatio: vt in auth.sacramenta.cum ibi notatis.C.si aduers.vēdi. Itē non obst.si dicatur ꝙ inductum fuit insinuationem fieri non fauore donantis, sed in odium illorum, qui procurabant fraudulenter & clandestinè illas fieri l.dona ... data.C.de dona.& sic videtur ꝙ nō possit renun ... no. in l.tametsi.ff.ad Macedonianū. Quia potest respon... deri dupliciter, dicit dictus do.Io.de Imo. Primo, quia licet sine iuramēto non possit renūtiari: tamen secundum omnes iuramentum ligat.in c.significante.in fi. extrà de pigno & no.Bar.in l.si quis pro eo.ff.de fideiusso. Item secundò

5 potest † dici, ꝙ inductum fuit insinuationem fieri principaliter in fauorem donantis, ne ex sua liberalitate periclitetur: & secundariò in odium procurantium clam & occultè illas fieri, vt tollatur talis occasio, saltem cū iuramentu, per l.pen.C.de pact.& plures alias responsiones ponit ibi Ioā.de Imo.in d.c.cum contingat.quæ ibi videantur: sed illas rationes hic posui: quia multi non habent lecturam suam. Aduerte tamen, quia super tali iuramento est dispensandum: vt tenet Henri.de Bouenco, in authen.sacramenta.in causa fi.C si aduers.vendi. De hac materia etiam scripsi in decisionibus curiæ parlamenti, q.cccl.& q.ccccccx. Vide etiam infra singu.ccclxxv.in §. an ratione iuramenti.

6 Si iudex † interponat decretū in donatione, an videatur, seu præsumatur facta insinuatio? Bal in quodam suo consilio, quod incipit, in Christi nomine amen. Certum est ꝙ filia in bonis patris,&c.dicit ꝙ si causæ fuerint expositæ coram iudice nominatim, videlicet, quia pars iudici dixit, ꝙ donabat,& donare intendebat: ita ꝙ iudici quid agatur,& quid contrahatur innotescat, tunc per appositionē decreti dicitur facta insinuatio.C.de prædiis curialium,l.j.præsumendum est enim de iudicis mente, ꝙ nihil intendat iniquè facere. quia hoc iurat.l.fi.C.ad l Iul.repe. De materia insinuationis, vide infrà singu.ccclxxiij in §. donatio.vsque ad §.in l.sciendum.

7 Donatio † inofficiosa licet sit reuocanda, per totum titulum de inoffi.dona.non tamen est nulla ipso iure, sed tenet: & si venit reuocanda, non reuocatur, nisi vsque ad bonorum subsidium, quādo est facta viii de liberis: in l.si liqueat.C.de inoffic dona.& ista est conclusio doctorum, videlicet Bart.in l.Titia.§.Imperator.ff.de lega. ij. Bald. Cyn.& Iacob.& aliorum, in l.j.C.de inoffic. donat. ideo opus est querela.

8 Donatio, † quæ fit absenti, non valet, nisi interueniāt nuntius, vel epistola: & si quis non vt nuntius, sed motu suo proprio notificet donatario, adhuc non sufficit. ita notat gl.in l.cōsensu ff.de actio.& obli.in l.nec ambigi.C. de donatio.& in l.j.ff.de contrahen.emp.& vendi.in fi.& hæc est communis doctorum sententia: sed quid si interueniat iuramentum? vide Henri.de Bouenco in auth.sacramenta.C.si aduersus ven.in sua repetitione. vide quæ dixi in decisionibus cur.parla.q.ccxxij.

Si fiat donatio absenti per nuntium vel epistolam, an donans possit eam reuocare medio tempore.quo donatarius deliberat, an approbet, vel refutet? dic ꝙ non, per c. si tibi absenti.de præb.lib.vj.

CCCXLII.

1 *Renuntiatio iuris futuri iudicij calore facta valet: secus si fiat non coram iudice.*

2 *Actio ex pacto nudo iuramento vallato, valet.*

3 *Hereditas per pactum potest post mortem dari.*

1 Pactum † nudū in iudicio factum eius calore intelligitur vestitum: ita refert Bal.in sua repetitione §.qui prouocauit.l.tale ff.de pact.audiuisse dici à domino Bar.per l. cùm ostēdimus.§.fi.ff.de fideiuss. tutor. & pro hoc adduco ego Guido Papæ plura vltra Bar.& Bal & primo, quia iudicii calor facit, quod renuntiatio iuris futuri in eō facta valida est: vt no gl.in l.patet.C.de cura.bonis dando. & in l.si plurium.ff de acqui.hære. Licet si non coram iudice fiat, ius futuri simplici renuntiatione tolli non possit.l.si ita.§ si sub cōditione.ff.de leg.ij.& in l.j.§ quod ait prætor.ij.ff.quorum leg.ergo à paritate rationis in pacto nudo supplere debet vestimentum aliquod iudicis præsentia. Item pro eis facit gl.in l.eum pro quo.ff de in ius vocan.volens ex pacto iudicis vtilem actionem acquiri parti, in cuius fauorem fit.

2 Ex pacto † nudo vallato iuramēto oritur actio, q a ipsum iuramen

iuramentum vestit tale pactũ nudum: ita tenet Antonius de But. in c. cùm contingat. de iureiu.

3 Per pactum hæreditas† post mortem dari potest, in l. j. C. vt actiones ab hærede & contra hæredes. de quo vide in l. licet. C. de pac. per gl. in l. fi. C. de pact. & vide quæ dixi in cccj. consiliorum meorum, in primo dubio.

CCCXLIII.

1 *Donatio causa mortis per iuramentum fit irreuocabilis.*
2 *Substitutionis spes non transmittitur ad suos.*

1 Cõtractus† innominatus sui natura reuocabilis, propter iuramentum est irreuocabilis. no. gl. in l. si pecuniam. ff. de condi. ob causam. & ibi no. gl. quòd iuramentum facit quem teneri præcise ad factum. Et ex hoc dico, quod si in donatione causa mortis quæ sui natura est reuocabilis. l. Marcellus. § fin. & l. & si debitor. in fin. ff. de donatio. causa mortis. & l. fi. C. eod. titu. iuramentum interueniat, erit irreuocabilis. facit l. vbi ita donatur ff. de dona. causa mortis.

2 Spes substitutionis † nõ trãsmittitur ad suos, in l. si ex pluribus. ff. de suis & legitimis hæredibus. & in l. substituto. ff. de acquirendo rerum dominio.

3 Cõditio † debet impleri a in forma specifica, & prout po
a nitur, vt dicit gloss. in l. j. C. de conditio. insert. pro quo l. qui hæredi. in prin. & l. Mæuius. ff. de cond. & demon.

4 In vltimis† voluntatibus potiùs inspicitur volũtas, quàm verba. l. in conditionibus. ff. de condi. & demon.

5 Cùm alios voco †, alios videor excludere l. sicut certi. C. de testa. mili. & l. si patronus testamento. in princ. ff. de oper. liber.

ADDITIO.

a Debet impleri. Adde quòd conditio potestatiua habetur pro impleta, si non stat per implere debentem. l. quæ sub conditione. §. quoties. ff. de condit. instit. & ideo contra institutum sub tali conditione non currit præscriptio. vt tradit B. l. in l. ij. C. si omissa caus. testa. fallit tamen ista regula, nisi testator disposuisset, quòd verè impleretur & non per fictionem. ita Bal. in l. si patronum iij. q. C. de insti. & substi. refert.

CCCXLIIII.

1 *Filij hæredis ex præsumpta voluntate excludunt substitutum.*

1 Testatore dicendo, & si filius, vel hæres meus, in extraneo hærede, decedat sine liberis talem substituo: liberi hæredis excludunt substitutum: quia ex præsumpta voluntate testatoris ipse videtur eos præferre voluisse substitutis in l. Lucius. ij ff. de hære. insti. Licet sit inter doct. difficultas, si ipsi liberi veniant ad bona testatoris ex testamento, vel ab intestato, de quo dic vt ibi per gl. & Bar. & plenè scripsi in decisio. curiæ parla. q. cccix.

CCCXLV.

2 *Extensio non fit in odiosis.*

1 Odia † sunt restringẽda, & non trahenda ad consequentiam, etiam in casu, vbi est eadem ratio. iuxta l. quo l. nõ eatione. ff. de leg. & not. per glo. in authen. quas actiones. C. de sac. sanct. ecc. pro quo l. præcipimus. in fi. C. de app.

2 In odiosis † non fit extensio sed semper interpretationes & extensiones fieri debent, vt ius commune non lædatur quantum fieri potest, & quod ad ius commune reducatur. l. ex facto. ff. de vulg. & pup. substi.

3 Iuramentum, non transit in hæredem quò ad periculum animæ: vt not. Inn. & Host. in c. veritatis. extrà de iureiur.

CCCXLVI.

2 *Dispensatio iuramenti petitur propter periculum animæ.*
4 *Contractus iuramento firmatur etiam iure canonico.*
Actio ex contractu iurato oritur contra iurantem & eius hæredes.

1 Henric. de Bouenco in sua repeti. authentic. sacramenta puberum. C. si aduersus ven. in §. superest videre de causa finali, & c. versi. secundò dicitur. loquitur ibidem de alienatione feudi dotalis, & dicit quod in tali alienatione potest super iuramento dispensari aliquibus concurrentibus doli præsumpti coniecturis. Et in versicu. v. dicitur, & c. ibi, puto tamen, dicit ipse de Bouenco, odio donatarii donationem sibi fieri instigantis, & promouentis, si verè vel ex probabilibus coniecturis dicta prouocatio, vel instigatio probaretur, quòd deberet super iuramento dispensari. nn. etiam Pe. Iac. in ritu. de condi. ex lege. versic. quan. lo.

2 An hæres † iurãtis debeat petere dispensatione iuramenti? dic quod non quia dispẽsatio petitur, & fit propter periculum animæ: sed in hæredem iurantis non transit iuramentum quo ad periculum animæ vt no. Inn. & Hosti. in d. c. veritatis. de iureiur. igitur &c. De materia dispensationis iuramẽti plenè scripsi in decisionibus curiæ parlamenti q. cxl. & q. cxxvj.

3 De dispẽsatione † iuramenti, & quando & quantum sit dispensandum, ponit Henri. de Bouenco in authẽ. sacramenta. in sua repeti. in causa finali. C. si aduer. vendit.

4 Licet dictum c. cum contingat. de iureiuran. † non dicat contractum confirmari: sed tantùmodo dicat iuramentum seruandum: tamen dominus de Bouenco in dicta sua repetitione authen. sacramenta. tenet quòd contractus iuramento confirmatur etiam iure canonico, & ex tali contractu iurato oritur actio contra iurantẽ, & eius hæredes: argumento in l. nam postea. §. fin. & l. ait prætor. §. si. cum l. seq. ff. de iureiurando.

CCCXLVII.

2 *Tempus contractus inspiciendum.*

1 Mulier † etiam soluto matrimonio potest agere ad reuocationem alienationis rei dotalis per eam factæ cõstante matrimonio. in authen. vt immobil. ante nupt. donationis. col. v.

2 In contractibus † inspiciendum est tempus contractus. l. non omne. §. primo. ff. de regulis iuris. l. si filius. in princip. ff. de verborum obligatio. & l. fina. ff. de stipu. seruo. & vide plenè per Henri. Boich in c. dudum. extrà de electio. in ij. distinctio.

3 Actus † iudicatur validus vel inualidus iuxta tempus, in quod eius effectus confertur. l. quod sponsæ. ff. de donat. ante nuptias. l. in tempus. ff de hæredib. instit.

CCCXLVIII.

1 *Verborum à propria significatione receditur, vt mens contrahentium seruetur.*

1 Disceditur à † propria significatione verborum, vt mens contrahentis seruetur. l. iij. C. de liber. præteritis, vel exhæredatis. & l. sed & si lege. §. de eo ff. de peti. hæredi.

2 In his † quæ sunt magni præiudicij, non statur relationi notari. not. gloss. in c. quoniam contra falsam. de probationibus.

CCCXLIX.

1 *Expensarum taxationem non impedit appellatio.*

1 Appellatio † non impedit taxationem expẽsarum, neque fructuum, imo potest iudex à quo taxare non obstante appellatione: quia taxatio non est noua condemnatio, sed priorum duntaxat declaratio, quæ declaratio fieri potest non obstante appellatione. arg. l. hæredes palam. §. sed si notam. ff. de testam. & ista est decisio Rotæ, in tit. de appel. & ad hoc faciunt bene notata per Inno. & Io. Andr. in c. sollicitudinem. extrà de appel.

Et ex proximè dictis attende & nota, quòd iudex à quo, potest suam sentẽtiam declarare, non obstante quod ab ipsa fuerit appellatum.

CCCL.

1 *Ecclesiæ res immobiles quinque casibus alienantur.*
2 *Eccl. sia recuperat rem alienatam si damnum sit enorme.*

1 In quinque † casibus res immobiles ecclesiæ possunt alienari. Primò, ex causa necessitatis, quando debitũ vrget. x. q. ij. c. hoc ius porrectu. Secũdo, causa pietatis pro captiuis redimendis, vel alimentis pauperum tempore famis. xij. q. ij c. aurũ. & ca. gloria. xvj q. j quoniã quicquid. Tertio, causa vtilitatis. xij. q. ij. sine exceptione Quartò, causa æquitatis, & ista de causa possunt concedi in perpetuum in emphyteusim terræ illæ quæ arabiles factæ sunt. c. ad aures. extrà, de rebus eccl. non a lie. Quintò, causa incommoditatis vel minoris vtilitatis. xij. quæst. ij. c. terrulas. vel damni vitationis, vt in rebus quæ seruando serua-

ri non possunt. ipsos casus ponit Ioannes, in summa. xij. quæst. Ij. & Henric. Boich. in c. nulli liceat. de rebus eccles. non alienand. de hac materia tetigi in decisionibus curiæ parlamenti quæstio. cxlix.

2 Si sit damnũ † enorme ecclesia recuperat rem alienatá, soluto tamẽ pretio, & fructibus pro labore retentis. textus optimus in ca. ad nostram, de rebus ecclesiæ non alienand.

3 Actus agẽtium † & eorum intentionẽ colligimus ab effectu. arg. in l. reprehendenda. C. de institutio. & substitutio. & in l. cum hi. §. fina. ff. de transactio.

CCCLI.

1 *Contractus rei ecclesiasticæ valet si consensus capituli affuit.*
3 *Scripturæ standum quando dubitatur de contractu.*

1 Ex quo † consensus capituli affuit, & credebant vtiliter contrahere, valet contractus, licèt ecclesia sit decepta. in c. cùm dilecti extrà de emptione & venditiõe. Sed potest restitui, si læsa sit ecclesia enormiter. in c. j. de in integrũ restitutio. Sed si decepta esset vltra dimidiam iusti pretij, subueniretur ei iure communi, iuxta l. ij. C. de rescin. vẽ. & in dicto c. cùm dilecti.

2 Quando † quis in integrũ restituitur, neuter debet remanere in damno. l. j. C. de reputa. & l. si minor. §. restitutio. ff. de minor. & ponit glo. in d. c. ad nostram. de rebus eccle non alienandis.

3 Quãdo † dubium est de contractu, standum est scripturæ. l. j §. si is qui nauem. ff. de exercitoria actione.

4 Quod quis concessit † tanquã canonicus, potest postea reuocare tanquam Episcopus, etiam si iurauerit. xij. q. ij. c. non liceat. quia quasi ante aditam hæreditatem concessit. ff. quorum legatorum. l. j. §. quod ait prætor. iij. Nam quædam facit aliquis tanquam alius. de electio. c. quod sicut. l. si pater. §. qui duos. ff. de adopt.

CCCLII.

3 *Venditio rei alienæ facta per procuratorem fisci propter debitum non solutum quando reuocetur.*

1 De alienationibus factis per regem Vngariæ in præiudicium regni sui, & contra regis honorem, & quæ iurauit non reuocare, quòd hoc non obstante potest reuocare. in c. intellecto. extrà de iureiurando.

2 Ille idem † qui iurauit nõ reuocare alienata, potest reuocare, & tenetur ex debito officij sibi commissi, & iuramenti priùs præstiti. ita ponit glo. in d. c. intellecto.

3 Vbi procurator † fisci vendiderit aliquã rem alienã propter debitum non solutum, & venditio non fuerit solenniter facta circa subhastationes, & facta fuerit nimis exiguo pretio, quòd venditio quandocunque retractatur restituto pretio, in l. fi. C. si aduersus fiscum. tamen ibi nihil dicitur de fructibus.

4 Quæ solennitates † requirantur, quando venditur res priuati pro debito fisci? notatur in l. si quos. C. de rescin. vendit. de hoc etiam tetigi in decisio. cur. parla. quæstione cxlix.

CCCLIII.

1 *Legitimare natum ex damnato coitu quando possit Imperator.*
2 *Inuentarij conficiendi tempus.*

1 Imperator † potest legitimare etiam natum ex damnato coitu, dummodò Imperator dicat, non obstante authentica ex complexu. C. de incestis nup. ita ibi dicit Salic. de legitimatione, quam potest papa facere. vide in c. per venerabilem. extrà qui filii sint legitimi.

2 Tempus † cõficiendi inuentarium, de quo in l. sancimus. C. de iure deliberand. non currit pupillo, cum tutor possit conficere durante pupillari ætate. in auth. de hæredibus & falcidia. §. pupillus. colla. j.

CCCLIIII.

1 *Hæredis appellatione veniunt sui hæredes licet ab hæreditate abstineant.*

1 Appellatione † hæredis continentur etiam sui hæredes, licet ab hæreditate abstineant. l. cum quasi. §. sed & si quis, ff. de fideic. libertati. & l. & si ex modica. §. fi. ff. de bon. liberiorum. & hæres institutus qui potest adire & nõ vult, facit cessare conditionem: vt tenet gl. in d. §. fi.

2 De citatione[a] † an sufficiat fieri ad domũ, & quando sufficiat, & quando non, vide plenè Innocẽ. extrà de eo qui mittitur in possessionem causa rei seruandæ. in c. si aduersarius.

ADDITIO.

a De citatione ad domum, vide Henric. Bouer. sing. verb. citatio. nu. 13. 14. & 15.

CCCLV.

1 *Nepotes non comprehenduntur sub verbis, de proprio corpore procreatis. fallit. nu. 2.*
De, causam immediatam significat.

1 Sub verbis, de suo & proprio corpore procreatis, non cõprehendũtur nepotes: quia dictio, de, signat causam siue processionem immediatam. l. j §. nunc videamus. ff. de coniungen. cum emancipat. liberis. ibi, hoc enim de bonis aui, &c. facit l. eo tempore. § fi. in fi. ff. de peculio. verba etiam, suo & proprio corpore, &c. alienum corpus secludunt. argumento in l. cum suæ. ff. de lega. iij. & l. quintus. § argento. ff. de auro & argento legatis. facit l. pater. §. quindecim. ff. de legatis. iij. & l. si fuerit. § fina. eod. titulo. Præterea non aliter à significatione verborum recedi oportet, quàm cùm manifestum est aliud sensisse testatorem. l. non aliter. ff. de lega. iij. præterea per illa verba, monasterium, quod tamen habetur loco liberorum, secluditur, vt ponunt legistæ in auth. nisi rogati. C. ad Trebel. & ibi Salic. & canonistæ in c. in præsentia. de proba. & in

2 c. Raynutius. & ibi Henr. Boic. de testa. Et † præmissa vera ex stricta significatione dictorum verborum: sed largo sumpto vocabulo, sub illis verbis comprehenduntur nepotes ex filio præmortuo: quia nepos mortuo patre, incipit tenere primum gradũ (nitatis respectu aui. l. Gallus. §. nunc de lege Velleia. ff. de liber. & posthum. & ita tenet Bartolus in l. liberorum. ff. de verbor. signifi. ibi, quæro si in aliqua dispositione fit mentio de filijs ex se natis, &c. vtrum comprehendantur nepotes. allegat l. Lucius. ij. ff. de hæredibus instituendis. & Bal. in l. j. C. de conditionibus insertis. ibi, quæro, an nepos ex filia dicatur ex suo corpore natus. & dicit sic: quia in nepote est sanguis continuatus: vnde immediatè dicitur, quicquid per rerũ naturam continuatiue est vnum & idem. vt l. cùm acutissimi. C. de fideicommis.

De hac materia pleniùs scripsi in decisionibus parlamenti, quæst. ccclij.

CCCLVI.

1 *Appellatur quandoque à sententia lata super simplici possessorio. nu. 3. regulariter tamen secus: & quæ sit ratio. nu. 4.*

1 De iure † ciuili à sententia super simplici possessorio lata non appellatur, per l. j. C. si de momentanea possessiõe fuerit appellatum. Et intelligitur de quolibet possessorio, nisi per illud præiudicium generaretur in petitorio: quia tunc posset appellari: vt quando agitur l. si quis in tantam. C. vnde vi. & ista est communis sententia glo. & doct. Butr. Bar. Bald. Sali. & Cyn. quamuis gl. aliter sentire videatur in c. cum ad sedẽ. de restitu. spoli quod nõ habeat locum in restitutorio. Sed limitatur quando intentatur l. si quis in tantam, vel aliud possessorium, vbi tangitur petitorium. secundum Cyn. & Henricum Boic. nam vbicunque in possessorio est necesse deducere petitorium, sicut est de itinere actuque priuato, & in interdictis quæ de locis sacris, vel religiosis insequuntur, quæ quasi proprietatis causam continent: veluti de mortuo inferẽdo, sepulchro ædificando, & sic de aliis, de quibus habetur in l. ij. in princi. & §. quædam. iuncta l. iij. §. ait prætor. & §. fieri antè poterit. ff. de itinere actũque priuato. Nam si quis prætendat habere seruitutem eundi & accedendi per iter priuatum, prætor vetat vim fieri, quominus ita vtatur, vt vsus fuit, nec inquirit prætor habeat iure seruitutem impositam vel ne: sed an illo anno vsus fuerit. sed si voluerit reficere dictum iter, hoc sibi non licebit, nisi ostendat se habere ius seruitutis: vt dicto §. fieri autem. Vnde quando mistum est possessorium, non habet locum dicta lex, vt tenet Cyn. in eadem l. j. si de mo. possel. fuer. appellatum. quem

quem sequitur Host. in d. c. cùm ad sedem. & Bald. idem videtur sentire in ea. l. ibi, cùm dicit. & maximè in possessione beneficii: quia ibi oportet allegare titulum, vt in c. j. de reg. iur. vnde illud possessorium fundatur in iure, & non sufficeret exercitium aliquorum actuum, & ideò mistum est possessorium.

2 Sententia † super momentanea possessione est diffinitiua: vt plenè per Sal. in l. post sententiam. in princ. C. de sent. & interloc. om. iud.

3 De iure † autem canonico potest à possessorio appellari: per dictum c. cùm ad sedem extrà de resti. spo. & de testibus c. significauerunt. in cle. j. de sequestra. ij. q. vj. ca. de possessione. & ista est communis opinio canonistarum, licet Archidia. contrà: sed glo. Innocen. Host. Ioan. And. in addi. Spec. de appel. Bart. & communiter omnes tenent, quòd à possessorio de iure canonico appellatur. & vide in d. cle.

4 Quæ † est ratio, quare de iure ciuili non appellatur à sententia super possessorio lata? Henr. Boich dicit, quia iura nolunt quòd lites protrahantur: sed abbreuientur. Bal. dicit, ne partes veniant ad arma. Bart. dicit, quòd lex non dicit, vt non appelletur: sed quòd non obstante appellatione sententia exequatur. Alia ratio est, quia posteà plenius omnia tractari poterunt in causa petitorii, quam post se expectat.

5 Negatiua † quæ est indeterminata, probatur eo ipso, quòd contrarium non probatur: vt ponit glo. in l. ij. & ibi Iaco. But. C. de erro. aduo. facit l. super seruis. C. qui milit. non possunt.

CCCLVII.

1 Si quis † veniat ad defensionem causæ alterius, potest talis defensor condemnari. Pet. Iac. in tit. de constituta pecunia libellus. ibi, si autem prædictus Titius venisset ad defensionem, &c.

2 Procurator † iurat in animam sui magistri. Pet. Iaco. vbi suprà.

3 Formam † degradationis clerici vel presbyteri, aut Episcopi, ponit Spe. in tit. de accusatore. in §. j.

CCCLVIII.

1 *Appellari potest eodem die viua voce dummodo reperiatur index in figura iudicii si non appelletur viua voce tempore latæ sententiæ.*

2 *Appellari debet coram iudice à quo si eius copia habeatur in publico.*

4 *Iudicis à quo si non possit haberi copia, neque iudicis ad quem, appellari debet coram honestis personis.*

5 *Decendium datum ad appellandum quando currat.*

7 *Appellans potest dicere sententiam nullam in sua appellatione.*

8 *Appellans si dicat sententiam iniquam non tenetur iniuriarum actione: secus si diceret sententiam latam per pecuniam. &c.*

9 *Appellatio nõ est deserta si appelletur ad superiorẽ omisso medio.*

1 Si non appelletur † viua voce tempore latæ sententiæ, potest eodem die viua voce appellari, dummodò reperiatur iudex in figura iudicii. ff. de appel. l. ij. & l. à sententia. §. fi. ita dicit Pe. Ia. in ti. de constituta pecunia libellus. vbi materiam appellationis tractat.

2 Debet appellari † coram iudice à quo, si eius copia habeatur in publico: aliàs coram iudice ad quem appellatur, si eius copia haberi possit: aliàs nõ valet appellatio. ff. quando appellandum sit. l. j. §. dies. & §. si quis ipsius. ita dicit Pe. Iac. vbi suprà.

Vbi appellatur † ab Episcopo in temporalibus, appellatur ad Archiepiscopum: tenet Spe. in tit. de appel. §. nunc tractemus. versi. illud autem.

4 Sed si non possit † haberi copia iudicis à quo, neque iudicis ad quem, dico quòd debet, & sufficit appellari coram honestis & publicis personis: iuxta cle. licet causam. de electio.

5 Decem † dies qui dantur ad appellandum, computantur à die scientiæ, vt dicit Pet. Iac. vbi suprà, nisi fuerit lata in præsentia procuratoris cõdemnati: quia tunc illi x. dies computantur à die sententiæ latæ. Cyn. in authen. hodie. C. de appel. vide de hoc suprà singu. cccij. in §. si procurator meus. vbi vide intellectum.

6 Siquis non possit † appellare nisi restitutione in integrũ obtenta, tunc à die sententiæ latæ super in integrum restitutione computantur illi decẽ dies, qui dantur ad appellandum. vt dicit Pe. Ia. vbi suprà. idẽ dicit ipse in xxx. diebus, qui dantur ad apostolos petendos.

7 Rectè dicit appellans † in sua appellatione sententiam nullam, quia sententia potest esse nulla, & ab ea appellari, licet impropriè. ff. de iure patrona. l. fin. & de appel. l. si expressim. Et tamen licet illud non esset dictum in appellatione, nihilominus iudex appellationis potest incidẽter de nullitate cognoscere, vt ibi: & C. quando prouo. non est necesse. l. j.

8 Iudex à quo non † debet reputare ad iniuriam, si appellans dicat in sua appellatione, sententiam iniquam: quia illa verba de consuetudine non important iniuriam: vt dicit Pe. Iac. vbi suprà, de consti. pecu. secus credit ipse Pe. Ia. si appellans diceret sententiam latam fuisse per pecuniam, & sic de similibus iniuriis: quia tunc si illud nõ probetur in causa appellationis, scilicet corruptio prædicta, fortè iudex posset agere actione iniuriarum: non tamen aget ante sententiam in causa appellationis latam, vel appellationem desertam.

Pet. Iac. vbi suprà, de consti. pecu. in versi. Item rectè dicetur ad dominum locum tenentem, &c. dicit † quòd si per
9 errorem appelletur omisso medio ad superiorem, appellatio non est deserta: sed debet remitti ad iudicẽ mediatum, qui de illa cognoscet. per l. imperatores. in princ. ff. de appel. si autem per errorem appellaretur ad minorem iudicem, vel ad parem, tunc non valeret appellatio: vt ff. de appel. l. j. §. pe. illa sunt verba sua effectualiter: sed quid si non per errorem appelletur ad superiorem omisso medio, an valeat appellatio? credo quòd non, à contrario sensu.

10 Sufficit dicere appello: siue † appelletur in scriptis, siue viua voce: nec est necesse nominare iudicem ad quẽ appellatur. ita dicit Pe. Ia. in eo. ti. de consti. pecu. in versi. Item tacito de nomine, &c. facit l. ij. ff. de appel. vbi si appelletur viua voce, sufficit dicere, appello.

11 Sufficit de iure † petere apostolos infra xxx dies à die latæ sententiæ. in l. iudicibus. C. de appel. sed statuta Delphi. illud tempus abbreuiant. Et si non petatur infra illud tempus, appellatio est deserta. l. quoniam. in fine. C. eodem titu.

CCCLIX.

1 *Dictiones sæpe. & sæpius quot actibus verificentur.*

3 *Pactum de non appellando qui fecit, non poterit appellare.*

4 *Nuntio dicenti se citasse, creditur: secus si dicat se verberatum.*

1 Verbum † sæpiùs, præsupponit verbum sæpe, suum positiuum. Et sæpe ad minus importat duas vices, & sæpius ad minus importat tres vices. ista sunt verba Pe. Iac. vbi suprà. vide s. sing. xciij. & j. sing. dclxvj.

2 Verba geminata aliquid plus denotant. argumẽto C. de veteranis. l. j. lib. xij. ibi, dum dicit, magis.

Pet. Iac. eo. tit. de consti. pecu. circa fi. ibi, item si iudici videatur, &c. dicit † quòd prohibetur appellare ille, qui fecit pa-
3 ctum de non appellando, vel qui lata sententia renuntiauit iuri appellandi, & ille qui est verus contumax. Et quis dicatur verus vel fictus contumax, ibi plenè tractat ipse Petr. Iacob.

4 Petr. Iacob. vbi suprà, dicit † quòd de consuetudine creditur nuntio dicenti se citasse, sicut etiam creditur de consuetudine curato dicẽti se citasse eius parœcianum: sed admittitur probatio in contrarium etiam per iuramentum, considerata qualitate personarum seruiẽtium & citati, & pensata qualitate negotii. Sed non creditur tali nuntio, si dicat se verberatum vel iniuriatum per citandum. ita dicit ipse.

CCCLX.

1 *Appellare impeditus qualiter debeat restitui in integrum.*

2 *Appellare ab omissione condemnationis expensarum an poterit qui obtinuit principale.*

5 *Victus victori debet condemnari in expensis in causa appellationis.*

7 *de Nullitate sententiæ quis index cognoscat. nu. 9.*

1 Qualiter† impeditus appellare debeat restitui in integrũ ad decem dies, qui dãtur ad appellandum, plenè ibi ponit Pet. Iac. in tit. præallegato, in §. sed infra quod tempus, &c.

2 Vtrum † erit licitum illi, qui obtinuit principale, appellare ab omissione condẽnationis expensarum, ibi dicit Pet Iac. in tit. de consti. pecu. libellus. quod sic. vide ibi plenè in §. sed nunquid victori, &c.

Per. Ia. dicit sequẽtia in ti. in causa appellationis libellus, qui titulus est incontinenti post dictum titulum de cõstituta pecunia.

3 Dicit † Petr. Iac. vbi suprà in versi. item est notãdum, &c. quòd si iudex causæ principalis ex minus sufficienti causa motus tulit sententiam, iudex causæ appellationis nihilominus alia bona sufficienti causa motus, ex eisdem actis poterit eandem sententiam confirmare. allegat ff. quod cum eo. l. fi.

4 Eo ipso † quòd iudex pronuntiat bene vel malè appellatũ, videtur absoluere, vel condemnare illum quem prior iudex absoluerat, vel condemnauerat, vt dicit Petr. Iacob. vbi suprà.

5 Henric. Boich in ca. finem. de dolo & contu. tenet † quòd in causa appellationis victus victori debet in expensis condemnari, & reprobat gloss. in l. generaliter. C. de reb. cred. & iureiur. & allegat Inno. in d. c. finem. & Spe. in tit. de expensis. & Cy. & Petr. in d. l. generaliter. de hac materia qualiter fieri debeat condemnatio expensarũ in causa appellationis, plenè scripsi in decisionibus parlamenti, quæstio. cxxxvij.

6 Si † iudex appellationum profert simpliciter suam sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, & nullam mẽtionem fecerit de nullitate primæ sentẽtiæ, & exequatur sentẽtiam iudicis appellationum, an pars poterit opponere de nullitate primæ sententiæ: vide Pet. Iac. qui plene hanc materiam tractat in dicto titulo de libello in causa appellatio. ibi, potest legista concludere, &c.

7 Superior, † videlicet iudex appellationum, non potest de nullitate sentẽtiæ principaliter cognoscere, nisi causa per appellationem fuerit ad eum deuoluta, secundum Inn. in c. dilecto. de appel. vt refert & tenet Pe. Ia. in tit. de consti. pecu. in fi. super forma nullitatis sententiæ. ibi. item rectè pronuntiat appellationem, &c.

8 Iudex † appellationum non exequitur sentẽtiam, sed iudex à quo. Pe. Ia. vbi suprà, ibi: sed an iudex appel.

9 Nota quòd nedum † ille idem qui sententiã protulit, potest de nullitate sententiæ cognoscere, & corã eo agi, imò & superior. quod est verũ de superiore. qui potest de nullitate cognoscere, nedum incidenter, imò & principaliter, quãdo negotium ad superiorẽ est per appellationem deuolutum, non aliàs: vt no. per Innocen. in c. dilecto. extrà de appella. tunc iudex superior ferret alio modo sententiam iuxta libellum pronuntiando, & declarando sententiam in causa principali per iudicem Montis Pessulani latam esse nullam: nec eam esse aliquatenus executioni demandandam Sed est notandum, quòd in prædictis duabus sentẽtiis, iudex ille superior fortè de iure potest immiscere, & iudicare super principali, scilicet super decem libris, si processus fuerit ritè habitus coram eo, & si liquidum sibi fuerit ex actis prædictis x. libras deberi, vel non deberi: & si etiam requisitus fuerit super illis decem libris sententiam ferre, & valebunt tales sententiæ: quia non est prohibitum. & quia ad officiũ iudicis pertinet lites dirimere. & facit ff. de iudi. l. de qua re. & de execu. rei iudi. l. si à te. §. j. & hoc potest colligi C. de accu. l. si accusatoribus. in gl. super verbo, eundem. & l. absentis. l. fi. ista sunt verba Pe. Iac. in dicto libello in causa appellationis libellus, ibi, & no. quòd nedum ille idem qui sententiam, &c. idem tenet ipse Pe. Iac. in tit. de condi. ex lege, quæ oritur ex literarum obligatione, circa finem. ibi, item est notandum quòd si iudex superior proximus ad quem appellatur, &c. Et ita seruant iudices appellationum, vt vidi.

Et illud facit pro causa mea quam habeo contrà dominum Germanum, videlicet quòd iudex Buxi, ad quẽ dictus dominus Germanus recurrerat, petendo, quòd ipse iudex faceret æstimari bona sua pro pignore capta ad instantiam bastardi Valen. & ibi inquantata, & plus offerenti librata. quòd ipse iudex etiam potuit cognoscere de facto principali, videlicet concedere literas missionis in possessionem dictorum bonorum inquantatorũ æstima proborum, cum hoc peteretur, & cõstaret ex actis de inquantatibus & libratis.

10 De materia † appellationum secundum Pet. Ia. vide quæ plenè dixi infra sing. ccccccxij in §. quando in iure loquimur de sententia, &c. & in xxxiij. §§. ibi sequentibus. vbi sunt multa singularia.

11 Casus † in quibus iudex potest supplere de facto, ponit Spe. in tit. de disputatione aduocatorum. in §. fi.

CCCLXI.

1 *Testamentarius executor potest exigere debita testatoris.*
3 *Calumniæ pœna.*

1 Executor † testamentarius ad exequendum forefacta, videtur etiam executor ad exequendum, & solui faciendũ debita testatoris, quorum solutiones erant efluxæ tempore mortis testatoris. ita tenet Spe. in tit. de instru. edit. in §. nunc vero aliqua. versi. de hoc autem quæritur, &c. & ibi dicit, quod termendo debitum post term[in]um solutionis in non soluendo termino statuto, fit iniu[r]ia creditori. quod fecit pro bullis executorum priuilegiorum monasterii Cluniacensis, & aliorum monasterio[r]um, qui vigore suorum priuilegiorum trahunt debitores suos coram conseruatoribus suorum priuilegiorum, prætextu verborũ generalium suarũ bullarum, ibi iniuriãtes, &c. De hoc etiam tetigi in decisio. curiæ parla. q. xviij.

2 Si testes † sunt arbitratoriè recepti & publicati, nisi inter partes fuerit aliud actum, tales attestationes probant coram ordinario iudice, nisi aduersarius petat repeti, salua tamen exceptione in personas: vt l. pen. C. de arbi.

3 Pœna † calumniæ est similitudo supplicii in his, quæ habẽt pœnam ordinariam. ita tenet gl. quam sequitur Bar. in l. j. § j. ff. ad Turpil.

CCCLXII.

1 *Accusatores supponentes, & instigatores incidunt in Turpillianum.*

1 Nedum † calomniosè accusantes incidunt in pœnã Turpilliani: sed etiam supponẽtes accusatores, & pariter instigantes seu instigatores, vt d. l. j. §. incidit in hoc senatusconsultum & qui accusatorem submittit, aut qui instigat, aut qui mandat alicui, & instruit eũm ad accusationem capitalem, dando probationes, allegando accusationes, &c. ff. ad Torpil. ad hoc etiam bene facit l. in senatusconsultum. §. an ad eos, qui hodie de publicis iudiciis cognoscunt, dicit gl. id est, cognosci populari, senatusconsultum pertineat quæritur. ff. eo. titu. & dicit ibi text. quòd sic. & ideò concludit ibi Bar. per dictum text. quòd instigator tenetur pœna Turpilliani.

2 Et dicitur † instigator, qui parat accusatori probationes: vt d. l. in senatusconsultum. in prin.

CCCLXIII.

1 *Falsi testis pœna.*

1 De pœna † falsi testis mendacium deponentis, reperitur scriptum Deuteron. xix. Si steterit testis men[da]x contra hominem, accusans eum præuaricationis, sta[bu]nt ambo, quorum causa est ante dominum in con[s]pectu sacer[d]otum & iudicum, qui fuerint in diebus illis. C[u]mque diligentissimè perscrutãtes inuenerint falsum testem dixisse contra fratrem suum mendacium, reddent ei sicut fratri suo facere cogitauerat: & auferes malum de medio tui. De hac materia pleniùs scripsi in decisionibus curiæ parlamenti quæst. xliiij.

2 Quod dicitur † de famoso libello, idem de alia scriptura famosa. l lex Cornelia. § si quis librum. & l. item apud Labeonem. § generaliter. ff. de iniuriis. & ita tenet Salice. in l. vnica. C. de famosis libellis. & est pœna capitalis, de qua ibi loquitur similitudo supplicii, vt intelligit ibidem glo. & Salicet.

CCCLXIIII.

1 *Hæredis verbo in substitutione qui veniant.*

1 Quando † testatur substituit hæredes alicuius, non intelligitur nisi de hęrede existente in primo gradu tempore quo euenit substitutio. in l.qui liberis. & l.sed & si plures. in prin.ff.de vulgari.ponit gl.in l.qui per successionē.ff. de reg.iur. vide l.antiquitas.C.de vsufructu.

CCCLXV.

1 Licet iure † ciuili natus ex viro coniugato & muliere soluta non dicatur ex damnato coitu, sic quòd in eo locum non habeat authentica, ex complexu.C.de incestis nup. secundum quod ibi tenet Salicetus per glo.in l.j.C.de adulter. de iure tamen canonico est expresse decisum, in ca.tanta est.extra qui filij sint legitimi.quòd talis est spurius, & sic ab hæreditate paterna repellendus, iuxta dictam authenticam ex complexu.& authentic. licet. in fine.C.de natu.liberis.

2 Alij † naturales de quibus in dicta authen licet.C.de nat. liber. non possunt instimi, nisi in vna vncia de duodecim vnciis, vt in auth.de trien.& semisse §. cōsideremus. vnde sumitur dicta authen.licet.colla.iij.

De legitimatione facta à Papa suprà scripsi sin.cccxxj.in §.legitimatus à Papa,&c.

3 Legitimatio † est quædam species restitutionis. in authē. quibus mod. natur.efficiantur legi.§.si quis ergo. & §.licebit.colla.vj.

4 Restitutus † non recuperat locum per alium occupatū.l. j.ff.de decur.l.si sine.§.sed quid.ff.de minor.

CCCLXVI.

1 *Possidere pacificè quis dicatur.& infrà sing. proximo nu.2.& 3.*

2 *Vsufructuarius vsufructu finito non potest à quasi possessione expelli:sed debet contra eum agi.*

1 Pacificè dicitur possidere, qui possessionem sine controuersia iuris vel facti iudiciali vel extraiudiciali habet. ita dicit Pau.de Leazaris in clemen.gratiæ.de rescript. facit C.de acquiren possess.l.nemo.Et vide quæ dixi infrà singu.ccclxvij.in § qui patitur,&c.

2 Possessor non debet remoueri à sua possessione, etiam in beneficialibus, licet possessio sit vitiosa, sine causæ cognitione, ex quo titulo possidet licet iniusto.Ita dicit Archi. in c.licet Episcopus de præbend libro vj.facit c.cum nostris.extrà de concess.præbend.in antiquis.hinc est quòd vsufructuarius vsufructu finito, non potest à quasi possessione expelli, imò contra eum agi oportet, in l.j.ff.vsufr. quemadmodum cauf.ista sunt verba Archi.vbi suprà.

CCCLXVII.

1 *Agi prius debet de violenta electione quàm canonica institutione.*

2 *Controuersiam in iudicio qui patitur, non dicitur possidere pacificè.*

1 Priùs † de violenta electione quàm canonica institutione agi debet.in capitu.in literis. de restitutione spoliato. quia prædo etiam secundum rigorem iuris est restituendus.vnde ille qui non habet canonicam institutioné restituitur.in cap.cum super.& ibi text. de causa possessionis & proprietatis.

2 Qui patitur † controuersiam in iudicio, non dicitur pacifice possidere gl.in c.commissa.de elect.gl.super verbo, pacificam, ibi:quid si postquam nactus est possessionem, mota est sibi controuersia? dicit Dy.quod si incontinenti in ipsa possessione lis sibi mouetur,& in possessorio continuè turbatur, promoueri non tenetur:quia quæ incontinenti fiunt,&c. Et non videtur pacifica fuisse, quæ non durauit,& litis euentus dubius est.l.quod debetur.de peculio.ita dicit ibi gloss.& Archidiaco. dicit sic, tamen si in ipsa inuestitura & possessionis apprehensione incontinenti moueatur quæstio super ipso beneficio, non videtur habere possessionem pacificam. argumen.C.de euictio.l.post perfectam.

3 Ille qui † litigat etiam super petitorio in beneficialibus etiam non dicitur pacificus possessor: patet, quia si ipse possideret pacificè, ipse præscriberet, quod tamen non facit, quum per simplicem citationem præscriptio interrūpatur, l.fina.ff.de eo per quem factum est.& in glo.l.sicut. C.de præscrip.xxx.annorum.

CCCLXVIII.

1 Per assecutionem † secundi beneficij pacificam de facto, & si non de iure, vacant priora beneficia.in c.si quis trāslatus.xxij.q.ij.ita tenent etiam Inno.& Host.vt refert Ioan. And.in c.constitutis.de appella.ibi tamen ponit Io.And. quandam modificationem Hen.Boic.in c.de multa. extrà de præben facta narratione dictarum opinionū Inno.& Host.ibi, quod est verū etiā si prouisio sibi facta de secundo iure non teneat:secundum Inno. in d.c.de multa.quod intellige fore verum, si huiusmodi recipiens hoc sciat vel ignoret ignorantia iuris:vt not.Io And. in d.ca. cum qui.super verbo, Scienter, de præben.lib.vj.

CCCLXIX.

1 *Sententiam suam executioni demandat delegatus à principe, nisi princeps sibi eam reseruauerit:& quid in delegato ab ordinario.nume.2.*

1 Delegatus † à principe potest sententiam suam executioni demandare, nisi specialiter princeps sibi executionem sententiæ reseruauerit, per c.significasti.& c.in literis.& c. pastoralis.§.quia.extrà de offic.deleg.dum tamen à tempore sententiæ intra annum eam mandet executioni.ca. quęrentium.extrà de offi.deleg.ita tenet Barto.quidquid dicat gl.in l.à diuo Pio.ff.de re iud.& pro hoc allegat tex. in l.vltima.C.de iudi.

2 Sed quid † de delegato ab ordinario, an possit eius sententiam mandare executioni? Lauren.Vincen. Goffr. Philippus bona guida,& Host.in c.si quis cum clericum. de foro compe.& Inno.in c.significasti.de offi.deleg.& in cap. innotuit.de arbitris.& Basianus & Laurentius in c.quis. ij.q.vi.tenent quòd talis delegatus ab ordinario non potest exequi, per l.à diuo Pio.ff.de re iudic. idem Petrus de Samp.& Abb in c.significasti.de offic.delega.qui notant quatuor specialia in delegato principis, quæ non sunt in delegato ordinarij.inter quæ est quòd delegatus non potest sententiam suam exequi: licet delegatus à principe sic.Et quòd nō possit delegatus ab ordinario exequi suā sententiam, tenet Specu in titu de offi.deleg.§.fi. in fin.& in tit.de executione sententiæ.§.ij.in prin.In cōtrarium, quòd delegatus ab ordinario possit sententiam suā exequi, tenet Goffre.in c.ex literis. extrà de offi. deleg & Innocen.in c.cum ab ecclesiarum.de offi.ordi.& ibi in gl.fi. & Ioan. And.& Bernar.& Innocen idem tenens in d.cap si quis contrà.& Archi.in c.qui quis.ij.q.vi.& Henr.Boich. in c.significasti.de offic.deleg.tali ratione: nam executio sentētiæ & missio in possessionem, sunt delegabilia, sicut alia quæ sunt meri & misti imperij.de offi.ordi.cap. quod sedem.vbi not.hoc glo.sed ordinarius committendo vices suas simpliciter, censetur etiam executionem commisisse, nisi eam specialiter sibi reseruauerit.ca.si delegatus. §.fin. de offic.delega.in vj & quia contra eum talis interpretatio est fienda, quòd in totum commiserit, cum apertius potuerit legem dicere.in regula cōtra eum, cum suis concordantiis.lib.vj.& ista est vera opinio secūdum Henricum Boich. vbi suprà.de hac materia etiā scripsi in decisionib.curiæ parlamen.q.

CCCLXX.

1 *Processus & citatio an & quando possunt incipere in personā procuratoris.*

1 Citatio & processus † incipere possunt in personam procuratoris.l.eum qui res.C.de procurator.& l.quamuis.ff. de dam.infect facit l.sufficit.ff.de admi.tuto.& bene probat tex.in c.j.de procura.in clemen.Et istud est indubitatum, quando procurator non cōtradicit assumere onus defensionis causæ. vbi autem nollet assumere onus, nec comparere in causa, tunc bene reuocatur in dubium per doctor.si in cōtumaciam dicti procuratoris poterit procedi ad vlteriora, veluti ad primum & secundum decretum: & an sufficiat fieri primam citationem in persona procuratoris? & est communis opinio quòd sic, quantum ad missionem ex primo decreto, per iura prædicta. & ita tenent expresse Bar.& Bal.in d.l.eum qui. vbi sic formaliter dicit Bald. Veritas est, quòd si constat de mandato, &

procurator acceptauit mandatum, quòd prima citatio potest incipere à procuratore vt hic, maximè absente domino, vt ff. de administratio tuto l. solcat & ibi per Iaco. de Are. idem tenet etiam Bar. in d. l. quáuis respectu primi decreti. Canonistæ etiam videlicet Bernardus, Hostiēsis & Abb. in absente idem tenent in cap. cùm olim. extrà de dolo & contu. De materia citationis tetigi in decisio. curiæ parlamen. q. cccexlv.

CCCLXXI.

1 Secundum † communem doctrinam doctorum, quidquid sit de aliis mendicantibus, bona ingredientis ordi-
a nem fratrum minorum [a] médicantium, non facta dispositione de bonis suis, dicta bona transeunt & deoluuntur ad venientes ab intestato: nec propriè dicuntur bona vacantia: postquam sunt professi, sed vocatur hæreditas iacens, eo genere vacationis, quo per mortem naturalem quæ venientibus ab intestato defertur: vt est text. expressus extrà de verborum significatio. in c. exiit qui seminat. §. ad hæc quia. cum §. sequenti. libr. vj. & in clemen. exiui de paradiso. § cæterum. versi. nos autem. & §. & quia igitur. tit. eodem. in quo § ceterum dicitur, quod volenti ingredi, dicatur quòd vendat omnia bona sua, & studeat pauperibus erogare. & sic fuit intētio Francisci quòd non recipiatur, nisi prius disposito de bonis suis: quòd si non fuerit factum, transeunt bona ad venientes ab intestato: quia vnus solus modus permittitur fratribus habēdi de bonis illius ingredientis, si ille contulit per modum eleemosynæ vt ibid. cor. ergo alij modi prohibentur secūdum tenorem dictorum textuum & mentem. & faciunt l. cùm prætor ff. de indi & c. nonne. extrà de præsumpt. hoc expressè tenet Franc. de Zabarellis in dicta clem. in §. cæterum. hoc etiam tenet Henri. Boic. in c in præsentia. in ij. distinct. de probatio hoc vult etiam Bar. in l. cùm patrr. § hæreditatem. ff. de lega i. & in iiij. lib minoricarum. & idem Bal. in authen. ingressi. C. de sacrosanct. eccle Nec obstat quod dicit Specu. in titu. de statu monach. versic. iiij. quia secundum Bal. de alio mendicante loquitur, hoc est prædicatorum, quia conuentus ille propriam bursam habet ad immobilia vendendum: vt ibidem in addit. per eundem Bald. de hac materia minorum vide quæ scripsi in decisio. curiæ parla. q. ccc xxvij.

2 Casus † in quibus potest ad superiorem recurri, ponit Petrus Iaco. de condi. ex lege, quæ oritur ex literarum obligatione.

ADDITIO.

a Fratrum minorum. Adde Roma. singu. ccccxxxix. heri consuluit. qui in hoc duas refert opi. ex mente doctorum.

CCCLXXII.

1 De concussione, † & quid dicatur concussio, vide glo. in c. dilectus. j. extrà de simonia. super verbo, pro missione. Est enim concussio, cum quis minatur alicui, nisi aliquid faciat, vel non faciat. & habet locum crimen cōcussionis in officiariis, qui potentia officiorum ita faciunt. gl. in l. iiij. C. de condi. ob turpem causam.

2 Dictio † pro, importat conditionem, vt nn. plenè per Barto. ff. de condi. & demon. l. Titio. § fina. & ibi etiam per Iaco. de Are. & Dyn.

CCCLXXIII.

1 Insinuatio non requiritur in donatione inter viuos vsque ad quingentos aureos.

2 Insinuationi renunciari non potest: & quare.

3 Interpretari sententiam quis possit.

5 Enunciatiua verba an & quando probent. nu. 6. 7. 8.

1 Donatio † inter viuos facta vsque ad quingentos aureos valet, etiam sine insinuatione. l. si quis pro redemptione. §. fi. C. de donatio. & vltra non valet, vt habetur in eo. §. ibi: sine aliqua distinctione vsque ad quingentos solidos valituram. & expressiùs in l. sancimus. in prin. eo. titu. ibi, hoc quod superfluùm est tantummodò non valere, reliquam verò quantitatem quæ intra legis terminos constituta e , in suo robore perdurare, &c. facit ad hoc l. donationes. C. de donatio. inter virū & vxorem. & l. illud. circa fi. C. de sacrosan. eccle ibi, si verò amplioris quantitatis donatio sit excepta, scilicet imperiali donatione, non aliter valeat nisi in actis intimata fuerit.

De materia insinuationis vide suprà singular. cccxl. & infra singular. ccclxxv. §. Salicetus &c. & §. quæritur si pater, &c. & §. etiam quæritur. & §. an ratione iuramēti, &c. Cyn. in dicta l. si quis pro redemptione. quærit, an possit
2 † insinuationi renunciari per homines priuatos: & tenet quod non. vt ff. de administratio. tuto. l. quidam. & l. semper. §. creditori. ff. ad municip. prætereà legi prohibenti non potest renunciari, ne alia via fiat quod vna prohibetur. ff. de tuto. & cura. datis ab his. l. scire. & de conditio. & demonst. l. heres meus. §. fi. cum si ni.

De materia renuntiationis, vide infrà in sing. sequenti. in § in l. sciendum, &c.

3 Quis † possit sententiam interpretari, vide dist. Ioan. Ferrarij, in titu. de forma executionis sententiæ. in gloss. super verbo, publico nuntio. circa finem. cuius gratia, &c. vide infrà sing. ccccxlvij.

4 Circa † donationem factam ob merita, vide glo. in l. si donatione C. de collat. quæ dicit, quod non cognoscetur ex verbis, sed ex meritis præcedentibus quando pater donat in peculium, vel extra peculium. quod sequitur Ioan. de Ra. vt ff. manda l. si vero non remunerādi. §. j. ita dicit Cy. in dicta l. si donatione.

5 Bartol in l. si fortè. ff. de castrensi pecu. dicit † sic, vltimò hæc l. fa it in argumentū: nos diximus in l. optimā. C. de contrahen. & committen. stipulatio, quòd verba enūtiatiua in contractibus probant inter easdem partes. ego dico, dicit Bart. quod illud est verum, quando illa verba enunciatiua emanant super eo, super quo partes sunt liberæ renunciare, & sibi præiudicare: aliàs non præsumitur nisi probetur, vt hic.

6 Et pro hoc dicto † dicit Bar in dicta l. si fortè. in quæstione, si aliquis donauit alicui, pro bene meritis, & seruitiis habitis, & receptis ab eo. Siquidē ista donatio fit ab eo, qui possit donare liberè nullis præcedēti us meritis: tūc ista verba enuntiatiua inducunt probationem inter easdem partes Secus si de necessitate requirūtur merita præcessisse. vt hac l. & no. C. de colla. l. si donatione. Et per hoc dixi si in instrumento vēditionis factæ à capitulo cuiusdam ecclesiæ contineatur, præcedentibus legitimis tractatibus, &c. ista verba inter easdem partes non probāt: vt hic. hoc dixi vobis in l sciendum. ff. de verborum obligatio. Barto.

7 Et ibi † in dicta l. si fortè. dicit sic Bar. sed contra hoc facit C. de contrahen. & committen. stipula. l. optimam. in ver. inter easdem personas probant etiam ea quæ nō potuerunt tunc interuenire Sol. illam l. intelligit gloss quòd verba enuntiatiua probant inter easdem personas, si illa verba erant enuntiatiua solennitatis, cui partes possunt renuntiare: aliàs secus. exemplum: fiscus, minor, vel ecclesia vendit, & dicitur in instrumento, præcedentibus tractatibus. &c. non probat, quia non posset illi renuntiare. l. doli exceptio. §. diuersum ff de noua. aliàs esset reperta via qua fraudarentur minores. arg. ff. de transact. l cum hi. §. si tamen lex.

8 Et in dicta l. si donatione. C. de colla. dicit Bar. quòd si pater in instrumento dixerit: do tibi vt extraneo propter merita, illa verba non faciunt fidem: vt l. castrense. & l si fortè. ff. de cast. en. pecu. Et dicit ibi gloss super verbo, postulare. Si quæras qualiter scitur, si donatur bene merito. Respondeo, si præcesserint merita, quibus non interuenientibus non esset donatio. Nec inspecto eo si dixerit pater: do vt extraneo, &c. ff. de castren. pecu l. castrense. & l. si forte in princip. nec tenet à principio, nec postea confirmatur.

CCCLXXIIII.

1 Beneficio restitutionis in integrum an videatur renuntiasse minor iurans non venire contra ratione minoris ætatis.

Iuramentum non porrigitur ad ignorata.

In l. sciendum. ff. de verb. oblig refert Bar. quòd Dy. con
1 suluit, † minor iurauit non venire contrà ratione minoris ætatis: an videatur renuntiasse beneficio in integrum restitutionis? Et videtur quod non, cum non præsumatur scire: vt hic. si non præsumitur scire, ergo non renuntiauit: vt l.

vt l. marc. de [illegible] c iuramentum non porrigitur ad illud [illegible] .vt l. fi.C.de non nu. pecu.ff.qui [illegible] ad municipa.l.fi.& Cyn.tangit in l.ij.C.de resc[illegible] ven.contrarium consului, dicit ibi Bar.quia ad hoc quòd quis præiudicet sibi per iuramentum,non requiritur quòd sciat:quia sufficit iurari super facto,vt l.si duo.§.idem Iulianus.de iureiuran. & l si duo. §.si quis iurauerit.eo.titu.Ita hic sufficit,quòd iuret non venire cõtrà ratione minoris ætatis, vel aliàs. Et quidam docto.iuris canonici concordant cum Bartol. quos ipse ibi refert:tutius tamen est,quòd ponatur in instrumẽto, quòd minor fuit certificatus de beneficio restitutionis. De hac materia in alio diuerso casu,in muliere quæ renũciauit,& non fuit certiorata, an valeat renuntiatio? vide quæ scripsi in decisio.curiæ parla.q.ccxxvij.

De materia renũtiationis scripsi in alio casu suprà in præcedenti sing.§ Cy.in d.l.&c.

CCCLXXV.

1 *Insinuatio in donatione ob causam an requiratur.*
2 *Assertioni donantis an stetur se donasse causa pietatis si dixerit.*
3 *Insinuatio an requiratur in donatione filio ob præmium emancipationis facta: & quid in donatione ob merita 4.*
6 *Iuramenti ratione an valeat donatio sine insinuatione.*

1 Salicetus † in l.illud.C.de sacrosanct.eccle.dicit, ex hac gloss.not. duo. Primò,quòd donatio facta extra causam piã,licet facta sit ob causam,debet insinuari. Et pro hoc casus C.de donatio.l.si quis pro redemptione.versi.cæterum accedat.l.donatio.C.eo titu.ad idem C.de donationibus ante nuptias.l fi & de iure dotium.l.fi.in prin. & §. similique modo. In contrarium videtur expresse glo.in l. Aquilius.ff.de donatio.& pro illa gloss.facit l.si pater. in eodem titu.Guliel.de Cun.hic dicit,quòd si causa cõcurrit cum donatione, id est, tantæ æstimationis quantæ est res donata,quòd tunc insinuatio non est necessaria, vt l. in contrarium allegata,cum gloss.l.Aquilius. Aut cõcurrit,sed excedit causam:& tunc quatenus concurrit,valet sine insinuatione.quatenus verò excedit, non valet. arg. ff.de donatio. inter virum & vxo.l.quod autem §.si vir. in authent. vt sponsa.largi.in prin.col.ix. Vnum tamen subiungit,quod causa adiecta debet probari, cum aliàs non credatur.ff.de castrensi pecu.lio.l.si fortè. & l.castrense. & ff.de probationi.l qui testamentum. De hoc etiam scripsi in decisionibus curiæ parlamenti.q.ccv. Et hæc not. quia ex hoc apparet quòd dictum Guli.intelligi debet, quãdo causa est respectiua:vbi autem non esset respectiua, tunc insinuatio esset necessaria,vt dicta l.si quis pro redẽptione.§.cæterũ. & d.l.fi.C.de donat.ante nup.quæ tamen hodie corrigitur, vt donatio de qua ibi hodie non insinuetur,vt in authen.ibi posita.

2 Bal.in l.illud. † C.de sacrosanct.eccle.dicit sic. Quæro, si quis donauit fratri vel amico,dicẽdo quòd donauit causa pietatis, vtrum stetur,ex quo in instrumento ita continetur:dicit gloss.quòd non.aliàs de facili posset committi fraus,si staretur illi assertioni. ad hoc ff.de probatio.l. qui testamentum.C.de col.l si donatione.de castren. pecu.l.si fortè.C.de donatio.l.data iam pridem. vbi videtur expressum. Et hoc nisi causa pietatis congrueret personæ:quia tũc debet intelligi ad pias causas. Et si de qualitate hac dubitaretur, oporteret recurrere ad iudicem, qui hoc declaret, vt l.si filio.ff.de leg.ij.

3 Quæritur,si pater † donauit filio in præmium emancipationis,ª vtrum requiratur insinuatio? & videtur quòd non: quia non est donatio simplex,sed ob causam: vt C.de collatio.l vt liberis.in fi.Cy.hoc ibi tangit Specu.titu. de donatio.versic.quid si pater.dicit quòd vsque ad legitimam non indiget:quia hoc est potiùs soluere quàm donare vt l.j.C.de impo.lucra.descri.lib.x. Sed supra legitimam bene requiritur insinuatio:secundum Specu & illa est veritas. Nec obstat,quòd sit facta ob causam:nam etiam vbi in donatione apponitur modus vel causa,requiritur insinuatio.ille est tex. notab.C.de donat.l.siue. præterea illa est causa motiua , non necessaria , & ideò est necessaria insinuatio, iuxta theoricam Guliel. de Cuneo ,positam in l.si tibi.ff si cer.peta.

4 Etiã quæritur,an † donatio facta ob merita, requirat insinuationem? & videtur quòd non: vt l.Aquilius.ff.de donatio.& l.si pater.& secundum hoc, cum semper dicatur in instrumentis donationum,quòd fiunt ob merita & seruitia,nunquam erit insinuatio necessaria. In contrarium videtur,quia meritum præsumitur.ff.pro socio.l.nec adiecit. Breuiter dic, aut sunt merita colorata,quæ reuera non præcesserunt:tũc requiritur insinuatio.in l.iubemus. C.de libe.cau.aut sunt vera merita,tunc refert,aut qualitates meritorum non concurrunt cum donatione : quia est paruum meritum,& excessiuum præmium,sicut contingit,quando pater donauit filio:quia procedit hoc magis ex affectu quàm ex meritis dignis:& tunc requiritur insinuatio arg gloss.suprà positæ. In dubio distinguo:aut in instrumento fit mentio certorum meritorum in specie,& tunc stabo instrumento, vt d.l.Aquilius.aut fit mẽtio meritorum in genere,tunc per illud instrumẽtum non probantur merita:quia ista incertitudo generat obscuritatem.ad hoc facit quod not.C.de collat.l.si donatione & de inofficio.testamen.authen.vnde si parens de castrensi peculio.l.si forte.& ita intelligo ex dictis Guliel & Barto.simul iunctis.

5 Sententia † arbitratoria est quędam transactio. arg. in l. non minorem.& ibi no.C.de transact.

6 An ratione iuramenti † valeat donatio sine insinuatione? videtur quòd non:quia ad hoc quòd iuramẽtum aliquid operetur,tria debent concurrere Primò,quòd persona sit habilis per iuramentum habilitata. Secundo, quòd sit generalis forma seruata. Tertiò,quòd non sit prohibita.l.si quis inquilinos.§.si.ff de lega.j Sed illæ donationes clandestinę non interuenientibus actis sunt prohibitę,vt d.l.donationes sine.C.de donatio & ita ibi no. ergo non validantur iuramento:nec ex eis oritur obligatio naturalis.facit quod not. Cyn.in l.j.supra alleg.& Barto.in l.si quis pro eo ff.de fideiussorib. Ex his ergo patet,quòd non potest renuntiari legi disponenti super insinuatione quia non est introducta in beneficiũ donantium:sed in odium recipientium clandestinas donationes & ne quis prodigaliter vtatur sua substantia.argu.ff.ad Trebellianum.l.Imperator. Et etiam legi statuenti solennitatem in actibus hominum non potest renuntiari.l.nemo.ff.de legat j. Sed quòd iuramentum confirmet donationem sine insinuatione,scripsi suprà in §.donatio.singu.cccxlj. Et scripsi in decisi curię parla quęstio.

7 Quid si actum † fuerit, vt tot sint donationes, quot sunt res donatæ: an inspiciantur res singulę per se, an coniunctim omnes? Bartol.dicit,quòd propter vnitatem actus, etiam si res sunt dinumeratæ,illa clausula nihil operatur. l.sancimus.§ si quia autem.C.de donatio. vnde illa clausula videtur iuri contraria,& adiecta in fraudem legum. vt C.de agricolis & censi.l.quemadmodum. ita tenet Barto.in l.Modestinus.ff.de donatio.pro quo facit , quia dinumeratio temporis nil operatur.ergo nec dinumeratio rerum.argumen.de re ad tempus ex coniunctione duarũ legum.C.de donatio.l.sancimus.§.fina.& de mili.testa.l. miles ita heredem.§ j.

ADDITIO.

a Præmium emancipationis. Ad validitatem donationis factæ à patre filio in emancipationis præmium, requiritur quòd in actu emancipationis fiat, vel post:si tamen parum ante emancipationem fieret,esset valida, secundum Barto.singul.per gl. in l.vt iurisiurandi.in princi.de oper.libert.pro singulari citat Alexan in l.diuortio.in princi.versicu.ad hæc omnia.ff.soluto matrimo & consi.xcvj.versicu.item respond.lib.iiij.& pro notab.citat Ias.vbi tamen dicit quòd est modici effectus,in repeti.l.admonendi.versicu.quid si testis primò.ff.de iureiurã. & in l.fina.C.de edict.diui Adria.tollen. Donatio autem facta filio in potestate cum iuramento,valet:secundum Bal. singu. in l.iij.ante finem.C de vsucap.pro donat. quæ opin. communiter approbatur,vt per Ias.in l.frater à fratre. in vlti. fallent. ff.de condictio.indeb.in lectu.& in repetitio.vij.fallen. & larè consuluit Corn.consi.ccxxxviij.lib.j.consi.ix.lib.ij.vbi tamen dicit quòd semper legendo & consulendo sibi visum est contrarium de iure verius. Hoc tamen dictum Bal. dicit communiter teneri Dec.consi.lxxxviij.& consil.ccxxxix. refert &

sequitur Alex.consi.lxxij in viij dub.& pro singul. approbat in l.illud ff.de acquiren.hæredita.vbi idem dicit e contrà, si filius in potestate donet patri.per singu. dictum Ioan. Andr in additio.Specu.in titu.de testamen.§ j.versicu.quid si quis.Vlterius etiam quòd iuramentum validet donationem inter patrem & filium,consulunt Bal.consi.ccccxxx.præmitter.dũ est. lib.j.Alex.consi.viij visis & consideratis.lib.ij.

CCCLXXVI.

1 *Super Iuramento apposito super contractu odio creditoris improbato,est dispensandum.*

2 *Iuramentum quatenus transeat in successorem.*

3 *Actio non competit ex iuramento ex quo de iure non contrahitur obligatio.*

1 Super † iuramento apposito super contractu odio creditoris improbato , est dispensandum.ca.si verò. in fi.& ibi no.gl.de iureiur.& in c.j eo.ti.Idem dixit Henr. de Bouenco,in sua repeti.authen. sacraméta puberum.C.si aduer. vend.in causa final: quòd cùm insinuatio fuerit introducta in odium recipientium occultas donationes , debet super tali iuramento dispensari.

2 Bald super Inno.dicit vt sequitur, † de iuramento in ca. veritatis de iureiuran.per Inno.dicitur,quòd iuramentũ est personale ex parte iurantis, & reale ex parte eius, cui iuratur,id est,dicit Inno.quòd iuramẽtum transit ad hæredem recipientis,non ad hæredem iurantis, nec sortitur hæres forum speciale ex iuramento defuncti, nec potest censura ecclesiastica compelli vt not.in ca.vltimo.de foro competen lib.vj.ita dicit Innocen. licet Abb. dixerit contrarium in c.parochianos de sepul.tamen veritas est, quòd iuramentum quantum ad spiritualitatem, quæ sibi inest,non transit ad successorem iurantis, vt de hoc etiam scripsi in decisio.curiæ parlamen. quæstio.ccccxiiij. Sed quantũ ad robur contractus bene transit contractus iuratus.quia vires, & robur assumpsit de præterito à principio.& ex persona hæredis robur non metimur. Ita etiã dicit Bal.in l.non dubium.C.de legib. Item transit ad hæredem quantum ad probationem.in authen de iureiut. à moriente præsti.§.fi.

Ioan.Fab. † in titu.de fideiusso.in §.fideiussores.dicit, super illa quæstione quando fideiussor plus promisit & cautelosé,quàm principalis. & quærit,quid si iurauerit, fortè Canonistæ dicerent seruari iuramentum:quia nõ vergit,&c.in c.cum contingat.de iureiur.Sed ego non compellerem seruare:quia ex quo de iure non cõtrahitur obligatio ex contractu.nec actio posset cõpetere ex iuramento.vt no.C.de oper.libert.l.j.& no.Inno.in c.cùm venissent.extrà de insti.igitur nemo sine actione experiatur.l. si pupillus.ff.de nego.gest.

CCCLXXVII.

1 *Confessio donantis confitentis donationem fuisse factam an probet.*

2 *Obligatio naturalis est,& iuramento confirmatur in donatione in eo quod excedit quingentos aureos.*

3 *Confessio meritorum in donatione an probetur per assertionem donantis iuratam*

4 *Enuntiatiua verba quatenus probent.8.9.*

5 *Peculium castrense quodnam sit.*

6 *Donatio inter viuos vltra summam legalem non valet absque insinuatione.*

7 *Insinuationi donationis renuntiari non potest:nec iuribus ad solennitatem actuum pertinentibus*

8 *Assertioni partium stari non debet in fraudem legum.*

9 *Confessioni suæ quatenus quis stare teneatur*

10 *Hæres quandoque venit contra facta defuncti.*

11 *Authen.quod obtinet.C.de probat.intellectus.*

1 Si donans † confiteatur insinuationem fuisse factam , an hæc sola confessio probet?& quid si iuramentum interuenìat:vide plenè per Ioan.Fab.Instit.de dona. in §.& cùm rario.vbi dicit,quòd non probat.

2 Si donetur † vltra summam quingentorum aureorum,in eo quod excedit,est obligatio naturalis,& iuraméto confirmatur quò ad effectum agendi,vt not.Guliel.de monte Laud.in clemen j.de iureiuran. & sic non solùm exceptionem,imò & actionem habet.& ita tenet Barto.in l.si quis pro eo.circa prin.ff.de fideius.& Io.Fab. in §.item si quis postulãte.Insti.de acti o. & tamen alibi dicit Bar.in l. nemo.ff de leg j.indistincte,quod legi inducenti solẽnitatem renuntiari non potest,etiã cum iuramento ita etiam tenet Bald.in l.illud.C.de sacrosanct. eccle. vbi plenè de ho. loquitur.

3 Si in instrumento † donationis fiat mentio de meritis, & donans ea confiteatur,& cum iuramento , an probet talis confessio iurata?Et videtur primò quòd sic,quia confessioni suæ quis stare tenetur.l.generaliter.C.de non numera.pecu.vbi si fiat confessio ex causa in pręterito,pręiudicat incontinenti,& quod semel approbauit quis,reprobare non potest. facit l.Pompon.ff.de nego.gest. ibi, quod probaui reprobare non possum.& varians non auditur.l.scripturas.C. communia vtriusque iudicij. Item
4 quia † verba etiam enuntiatiua inducunt probationem. l.Publia Mæuia.§.fi.ff.depositi.licet non obligent. & pręsertim probant inter contrahentes.l.optimam.C.de contrahen.& committen.stipula.facit l.tale pactum. in prin. ff.de pact & l.quidam.in prin.ff.de donatio.& l.j.C.de falsa causa adiecta leg.& l.filius.C.de his quæ in frau.credi l. ex hac scriptura.ff.de donat. & l.Lucius.§.quisquis.ff. de legatis secundo. & l.cùm de indebito.§ fina.ff.de probatio.gloss.in l.qui testamentum.ff.eodem titulo. Item facit pro hac parte in authen. vt lic.mat.& auiæ.in prin. vbi statur confessioni. Item quòd tali confessioni stetur, saltem cùm est iuramento firmata, videtur text ad literam, in l.cum quis decedens.§ codicillis.ff.de leg.iij. & in authen.de iureiuran.à mor.præstit.& in authen.quod obtinet C.de probatio.vbi verba enuntiatiua cum iuramento prolata operantur probationem in præiudicium hæredum, qui non possunt contrarium probare. Item quia licet in vltimis volũtatibus confessio fraudulosa præsumitur,quando super prohibitis interuenit.l.qui testamẽtum.ff.de probatio tamen secus in cõtractibus inter viuos.ita dicit & tenet glo.in dicta l qui testamentum.Item pro hac parte facit l.filius C.de his quæ in fraudem cred. Item l.ex hac scriptura.ff.de dona.item l.Lucius.§. quisquis de lega.ij.item C.eo.l.donatio. item etiam facit pro hac parte l.cum de indebito.§.fi.ff.de probatio. In contrarium,quòd assertioni iuratæ prædictæ non sit standũ, sunt leges sequentes, videlicet l.si fortè.ff.de castren. pec.
5 Castrense † peculium est, quod prętextu militiæ acquiritur vel obtinetur.l.castrense. eodem titu. tamen si vxor vel cognatus,vel alius non ex castris notus det vel leget filiofamiliàs aliquid,& nominatim exprimat, vt in castrẽsi peculio habeo:non ideo erit in castrensi peculio:quia in veritate magis ex affectione & notitia,quà prętextu militię censetur donasse:& veritas magis inspicitur quàm quod quis finxit ; vt dicta l.si fortè. Item videtur esse casus in l.qui testamentum.ff.de probationib. vbi si pater filio suo naturali qui capere non potest ex testamento,nisi vsque ad legitimum modũ,legauerit id quod capere poterat secundum leges,& posteà dixerit, tali filio meo lego centum dolia,&c,quæ mihi pertulerat.itẽ ei reddi volo centum & quinquaginta,quæ ex reditibus prædiorum suorum,quæ distraxi,habui:dicitur ibi,quòd filius ea petere non poterit, nisi aliter probet præmissa ad eius patrem peruenisse ex eo enim quòd ille plus capere non poterat,in fraudem legis hæc adiecisse in testamento videtur.ita in dicta l.expressé continetur. Itẽ ad hoc est alius textus consimilis,in l.cùm quis decedens.§.Titia.ff.de lega.iij.de Titia testatrice,quæ in negotiis suis vtebatur opera Calimachi,qui ex testamento capere non poterat, quæ disposuit dari ipsi Calimacho mercedis gratia certã summam,quòd ipse dictam summam ab hęredibus testatricis exigere non poterit.quasi in fraudem legis relictũ. & dicit ibi gloss.quòd semper præsumitur relictũ in fraudem,nisi contrarium probetur. Item probatur ratione:
6 quia legibus † expressé cauetur donationem inter viuos factam vltra summam legalem scilicet quingentorum aureorum non valere,nisi fuerit actis insinuata:sed esse nullam,& inefficacem l.illud.circa finem C.de sacrosan.eccle.ibi,si verò amplioris quantitatis donatio sit excepta, scilicet imperiali,non aliter valeat,quàm si actis insinuata sit & l.sancimus.in princi.C.de donatio.ibi , hoc quod

superfluum est tantùmodò non valere. & ibi: sed hoc pro non scripto vel intellecto esse credatur. facit l. si quis pro redemptione. C. eodem titu. & l. donationes. C. de donatio. inter virũ & vxo. Et quòd ita per dictas leges fuit statutum in odium donatariorum sibi fraudulenter procurantium donari, vt tales fraudes euitentur: & ne quis vtatur prodigaliter substãtia sua. Et ista fuit principalis causa prohibitionis legalis, seu prouisionis supradictæ l. data. C. de donatio. ibi, siquidem clandestinis fraudibus facile, &c. & argu ff. ad Trebellia. l. Imperator. & ita notant & tenent Barto in l. Modestinus. ff. de donatio. Bal. in l. si vnus. § illud. ff. de pact. & in l. illud. C. de sacrosanct. eccle. & Henri. de Bouenco in sua repetitione authen. sacramẽta puberum. C. si aduer. vend. in tractatu causæ finalis ibi: quintò infertur. & quia cessante fraude aliquoties quis erat donaturus vltra summã legalẽ, propterea statuit lex insinuationem, qua interueniente & non aliàs, talis posset donatio fieri, quasi tunc demum fraudis suspitio cesset. Modò clarum est de iure, & doctorum antiquorum & modernorum in hoc concordat sententia, quòd legibus siue iuribus contractus hominum odio alicuius ipsorum contrahentium, & multò magis, si alterius improbãtibus ipsi contrahentes renuntiare non possunt, nec in eisdem sibi præiudicare. l. iurisgentium § prætor ait, pacta conuẽta quę dolo malo, neque aduersus leges, neque qui fraus cuiquam eorũ fiat. facta erunt, seruabo. ff. de pact. & l. contra iuris ciuilis regulas. in princ. eodem tit. etiam cum iuramento: vt dicta l. iurisgentium. §. & generaliter. & l. non dubium. C. de legibus. facit l. si quis inquilinos. §. fin. ff. de leg. j. & ad hoc facit quod dicitur per doctor. quòd insi-
7 nuationi † donationis renũtiari non potest. ita tenet Cy. in l. fi. C. de donatio. & Barto. in l. nemo. ff. de lega. j. & allegant casum in l. illud. § fi. C. de sacrosan. eccle. & Henric. de Bouenco, in dicta authen. sacramenta. in tracta. causæ finalis. in versi. quintò infertur. & Ioan. Fab. Instit. de donatio. § & cùm retro. Pariter etiam renuntiare non possunt partes iuribus ad solennitatem actuum pertinentibus, nec iura ipsa adinuicem remittere: vt d. l. nemo. & l. ius publicum. ff. de pact. Præterea quæ statuuntur propter euitandam falsitatẽ, vel pericula, remitti non possunt per testatorem, vel contrahentes. l. comparationes. C. de fide instru. not. Iaco de bello visu, in authen. vt ma. debi & credi. §. quia verò. & ita etiam ponit & tenet Barto. in dicta l. nemo. vnde cùm prouisio legalis quòd donationes vltra summam legalem non valeant, nisi actis fuerint insinuatæ, fuit adinuenta & ordinata propter odium donatariorum, & ad euitandum fraudes, quæ in talibus donationibus cadere poterant, & ne quis propter eius facilitatem prodigaliter vtatur substantia sua: vt suprà dictum est: & propterea iuribus dictam prouisionem introducẽtibus renuntiari non posit per partes. Nec circa hæc valeant sibi pręiudicare ex triplici consideratione. Primò, quia in odium donatariorum fuit inuẽta. secundò, quia ad obuiandum fraudibus, & subueniendum facilitatibus, &c. tamen quia etiam sunt iura ad solennitatem pertinentia, vt suprà deducitur: sequitur propterea & infertur vna talis cõclusio in iure vera, & à doctoribus approbata, quòd
8 assertioni † seu confessioni partium, vel alterius earũdem adhibitæ ad tollendum seu cassari faciẽdum in effectu iura prædicta confitendo in facto media aliqua, quæ si vera essent, dicta iura locum non haberent, stari non debet, nec fides adhiberi, nisi aliunde legitimè comprobetur: vt clarè probant l. qui testamentum. & l. quidam decedens. §. Titia. præallegata, & expressè tenet gloss. notabilis, in l. si donatione. C. de colla. gl. posita super verbo, postulas, quæ sic habet formaliter, si quæras qualiter scitur, quando donatur benemerito. Responde, si præcesserunt merita quibus non interueniẽtibus non esset donaturus. Nec inspecto eo si dixerit pater, do vt extraneo: vt ff. de castrẽsi peculio l. si fortè. in prin. nec tenet à principio nec postea confirmatur, &c. Et quando gl. dicit, do vt extraneo, perinde est ac si diceret, do tibi pro meritis & seruitiis mihi factis, &c. quia tunc ei datur vt extraneo, & talis est super hoc modus loquendi doctorum Butr. & Bar. in d. l. & sic eam intelligunt & Cy. pariter. & Bald. in authen. extestamento. eodẽ titu. & quòd assertioni & confessioni prædictæ non stetur, nisi aliunde probetur, tenet Cy. in dicta l. cùm dicit, respondeo, dicit gloss quòd hoc non cognoscetur ex verbis: sed ex meritis. & Bar ibidẽ dicẽs, quod si pater dixerit in instrumento. dono tibi vt extraneo propter merita. illa verba non faciunt fidem: vt l. castrense. & l. si fortè. ff de castren. pecul. & idem tenet in dicta l. si fortè vbi plenè tractat hanc materiam, si rectè intelligatur. cuius verba formalia sunt ista, Vltimò hæc lex facit in argumentum ad infinita: nos diximus in l. optimam. C. de cõtrahen. & cõmit. stipu. quòd verba enũtiatiua in cõtractibus probãt inter easdem partes. Ego dico, quod illud est verum, quando illa verba enuntiatiua emanãt super eo, super quo partes possunt liberè renuntiare, & sibi pręiudicare: aliàs non præsumitur, nisi probetur. vt hic. Itẽ etiam pro hac parte facit quod ponit Ioan. Fab. Institu. de donatio. §. & cùm retrò. vbi quærit, si in instrumento cõtineatur quòd donans confitetur donationem fuisse insinuatam, dicit quòd non sufficit nisi aliter constet: vt ibi plenè per eum. Item facit etiam quod ponit gloss. in l. illud. suprà alleg. videlicet quod si quis donet fratri vel amico dicendo quòd donauit causa pietatis, quòd non stabitur
9 sibi. Sed restat † respondere ad contraria suprà allega. Et primò ad illud, quod dicitur, quòd quis suæ confessioni stare tenetur. l. generaliter. C. de non nume. pecu. & l. Pomponius. ff. de nego gest. & ad l. optimam. C de contrahen. & commit. stipula. quòd verba enuntiatiua probant inter contrahentes. Quia dicta iura procedunt & locum habent, quando confessiones ipsæ emittuntur super his in quibus ipse talis confitens liberè agere, renuntiare & sibi præiudicare potest de iure, & in quibus nullà est fraudis vel simulationis præsumptio, nullàque suspitio: quia tali confessioni seu assertioni non statur. vt probant iura suprà pro hac parte allegata. & ita soluit & intelligit Bar. in d. l. si forte & gl. idem sentire videtur in authen. vt lic. matri & auiæ in prin. gloss. positæ super verbo, Participiũ, & in d. l. illud. Quod autem dicit glo. in l. qui testamentum. ff. de probatio. non procedit: quia vt ibi dicit Barto. post Iaco de Are. est tex. in contrarium in l. j. C. de natu. liber.
10 Item ad hoc quòd hæres † non potest venire contra facta defuncti. l. cum à matre. C. de rei vendi. verum est regulariter: sed patitur quandoque fallentiam: vt in l. si pater. C. de inoffi. donatio. & l. fina. C. de euictio. & in aliis casibus inter eos, quando contractus est per legem improbatus, ex quo propterea nullus obligatur: vt l. si quis inquilinos. §. fin. ff. de leg. j. nec aliqua transit in hæredem obligatio: tunc hæres ipse potest venire contra facta defuncti: vt l. quemadmodum. C. de agrico. & censi. lib. xj. & sic est in casu præsenti. igitur non obstat. & ita etiam ponit Bal. in dicta l. cum à matre. Item ad authen. de iureiuran. à moriente præstito. in princi. collatio. v. & authen. quod obtinet. C. de probatio. in quibus assertioni iuratæ testatoris hæredes habent necessariò stare, imò nec possent in contrarium probare. Respondetur, quòd iura ipsa non procedunt, nec locum habent in casu de quo agitur. Ex eo primò nisi in argumentum: quia loquuntur in vltima voluntate: casus autẽ noster in donatione. Modo in vltimis voluntatibus testator non præsumitur velle deierare, & esse immemor suæ salutis & maximè in morte: vt dicit de Bouenco in dicta authen. sacramenta. in iij. quæstio. tractatus causæ finalis: quæ præsumptio non est adeò magna & efficax in donatione inter viuos. Secundo, quia d. authẽ.
11 quod obtinet. & in corpore vnde sumitur, loquitur † quãdo testator in vltima voluntate iurauit se nihil habere in bonis plus quàm nominauerat, cui iuramẽto hæredes stare habent: qui casus est penitus diuersus à casu nostro. de quo agitur. primò, quia in vltima voluntate in qua testator non præsumitur velle deierare, & esse suæ salutis immemor, & maximè in morte, vt l. fi. C. ad legem Iul. repetun. & ponit de Bouẽco, in dicta sua repetitione, in tertia quæstione causæ finalis, quæ præsumptio non est adeò magna & efficax in donatione inter viuos. vnde cùm sit diuersa ratio, igitur, &c.

CCCLXXVIII.

1 *Restitutio in integrum & rei vendicatio an possint eodem libello*

intentari.
2 *Arbitri sententiæ tacitè homologantur per lapsum decem dierum.*
3 *Arbiter quando mutare possit sententiam suam.*

1 An in † eodem libello possunt intentari in integrum restitutio & rei vendicatio: Specu. quod sit idem in actione ad exhibendum & rei vendicatione. ita dicit in titu. de in integrum restitutiu. in §. j. versicu. sed nunquid in eodem libello. & vide quæ scripsi in decisionib. curiæ parlamen. quæstio. cxliij.

2 Sententiæ † arbitri tacitè homologātur per partes per lapsum x. dierum. Specu. in titu de arbit. §. sequitur de quibusdam in versicu. sed quid si stipulatus est arbiter. facit l cum anteà. C. eodem titu.

3 An & quando † arbiter possit suam sententiā mutare vel corrigere, vide Spe. in tit. de arbit. § fi. vers. sed infra quod tempus potest tunc corrigere vel mutare.

CCCLXXIX.

1 *Mœnorum ad reparationes tenentur habitantes loci.*

2 Quòd † habitantes in aliquo loco seu territorio ibi teneantur facere reparationes mœniorū, probatur per suppositiones sequentes. Primò suppono, quòd incola efficitur quis ratione domicilij. l. ciues. C de incolis. lib. x. & l. incola. ij. ff ad muni. Secundò suppono, quòd propter incolatū seu domiciliū quis est de iurisdictione loci, vbi est incola l incola. j. ad munic iuxta illud generale, quis sortitur forū ratione domicilij. & l eius qui. § si quis. & ibi Bar. ff. ad munici. Tertiò suppono, quòd nedum est incola ille, qui est collocatus infra muros, sed etiā ille qui est collocatus extra muros infra fines loci. l pupillus. §. incola. ff. de verbo signific. Quartò suppono, quòd incola tenetur ad refectionem murorum loci, vbi quis est incola. l. omnes prouinciarum. C. de operibus publicis. Ex quibus apparet, quòd in illo loco cuius sunt iurisdictionis, debent contribuere in reparationibus murorum. pro huc Pe. Iaco. in materia de fossatis & muris. Et de hac materia scripsi in decisi. parlamen. q. vij.

2 Idem dicendum † est in gueiatis, quæ sunt munera personalia, vt no. Host. in forma de immu. eccle. § quibus muneribus ver. munera etiam personalia. & ff. de muneri. & hono. l. j in prin. ver. & quicunque aliæ curæ. Et de hoc etiam scripsi in decisi. curiæ parla. q. dcxxxj.

CCCLXXX.

1 Allodium † est illud quod est alicuius proprium, & à nemine recognoscitur nisi à Deo, in c. j. § ad hoc qui. & §. sequen. in feudis de pace iuramento firmanda. facit cap. ij. & iij. si de feud. controuersia fuerit. & de allodio tangitur per gloss. de relig. & sumpt. funerum. l. at si quis. §. sed interdum. & C. de ingen. l. penulti. ita ponit Bald. in d. §. ad hoc autem. & de hac materia tetigi in decisio. curiæ parla. quæst. ccccclj. & quæst. ccccclx.

CCCLXXXI.

2 *Testamento nudo verbo reuocato, an censeantur reuocata legata ad pias causas.*

1 Omne id † quod relinquitur pro anima, censetur esse relictum ad pias causas. l. si quis Titio. & ibi per gloss. & Barto. ff. de lega. ij. & l. Lucius. § j. ff. ad Trebellia. & ibi etiam gloss. & Barto. & not. per Salice. in l. j. C. de sacrosanct. eccle. in sua repetitione.

Si testator in testamento suo pro anima vel ad pias causas, quod idem est, relinquat, licet testamentum non valeat, succedentes ab intestato nihilominus in illo suā voluntatem debent adimplere. l. in testamento. ff. de fideicō missi. j liberta. Et † hoc facit ad quæstionem, an testamento

2 reuocato nudo verbo censeantur esse reuocata legata ad pias causas facta, quia de aliis legatis non est dubiū, quin sint reuocata. l. militis. §. veteranus. ff. de testamento militari. l. ex parte. ff. de adimen. lega. Et videtur quòd non attgu. dictæ legis in testamento. facit bene l. proximè, §. fi. ff. de his quæ in testamen. delen. pro hoc facit, quia legata ad pias causas, vel pro anima facta valent etiam aditione hæreditatis secuta. hoc tenet per expressum Bart in l. j. C. de sacrosan. eccle. vbi refert se habuisse in facto. idē tenet etiam ibidem Sali. & ponit etiam Bart. in l. si captiui. C. de episc. & cleri. & tetigit in l. eam quam. C. de fideicommis. idem posuit Specul in titu. de instrumentorum edit. §. nunc aliqua. ver. sed pone hæres, &c. & dixi suprà in singu. cclxiiij. §. legata pia, &c. facit bene: quia multa in fauorem animæ seu legatorum ad pias causas relictorū à iure statuuntur, quę tamen respectu aliorum legatorum non reperiuntur statuta, prout colligitur ex authē sed cùm testator C. ad leg. Falc. & l. j. C de fideicom. & hęc opinio satis videtur æqua, licet iuris rigor videatur in cōtrarium, per l. ex parte. §. veteranus. suprà alleg.

3 Si non † reperiatur emptor pignorum, creditor debet audiri, volens habere pignora in solutum pro debito. in l à diuo Pio. §. si pignora. ff. de re iudi.

CCCLXXXII.

3 *Libellus in causa appellationis non necessarius.*
4 *Appellare an possit dominus contumax: & an appellans audiatur.*
6 *Termini fatales non habent locum in causa nullitatis.*
7 *Appellationum iudex de his solum se intromittere debet quæ coram eo sunt per appellationem deuoluta.*
10 *Officium iudicis an veniat actionis appellatione.*

1 Vtrum legatis † vasis aureis, &c. vt suprà singula. cclxxxvj. numero 2.

2 Si ab interlocutoria † non appello, sed peto eam tolli cōtrario imperio, possum appellare si non tollatur. & totā causam possum introducere coram iudice ad quem, secundum Innoc. in c. j. extrà de noui operis nuntia. in fin. vide infrà singu. dc. cxlix.

3 In causa † appellationis non est necessarius libellus: quia sine libello potest iudicarj ex primis actis: secundum Innocen. in c. cùm contingat. extrà de offi. deleg. idem Archid. in c. ij. de iura. calum. lib. vj.

4 Vtrum dominus † contumax per se, vel per procuratorem possit appellare, & appellans audiatur? vide Inno. in c. j. extra, vt lite non contesta.

5 Appellatio † generalis debet admitti, secundum Inno. in c. bonę. extrà de appella.

6 Fatales † termini non habent locum in causa nullitatis. super quo vide gloss. & Bartol. in l. si expressim. ff de app.

7 Iudex appellationū † de his, de quibus coram eo agi non potest, non debet pronuntiare. Inno in c. licet. extrà de foro compe. Quia ipse non debet se intromittere, nisi de his quæ ad eum sunt deuoluta per appellationem. c. pastoralis. extrà de offi. ordi. c. j. in fi. de offi. ord lib. vj.

8 Appellans † à simplici interlocutoria non potest de nullitate coram ipso iudice appellationum agere. c. vt debitus. extrà de appel. & hoc ponit Inno. in c. dilecto filio. ibi, nisi autem à sententia appelletur, &c eo. tit.

9 An actio † detur pro modico, dic vt no. per Bar. in l. si proprietarius. ff de dam. infect.

10 Vtrum appellatione † actionis contineatur officium iudicis. & videtur quòd non, cùm magna sit differentia inter actionem & officium iudicis, sicut ponit Bartu. in l. j. ff. de iurisdictione omnium iudicum. In contrarium videtur text. iuncta gloss. in l actionis verbo. & l. pecuniæ verbum. §. actionis. ff. de verborum significatio. Et est effectus vtrum legatis actionibus veniant expensæ, vel alia quæ officio iudicis debentur.

CCCLXXXIII.

1 Exceptio † semel opposita ad elidendum rescriptum, & reiecta, ex eodem rescripto si ad aliud agatur, non potest iterato opponi. quod est notabile: secundum Inno. in ca. cum dilectus. extrà de purgat. canonica. & vide ibidem Bald. in repertorio suo.

2 Nota † quod is cui non permittitur alienatio, nec in iudicium actionis tenetur permissa deductio. l. prætor §. j. de iure deliberan.

3 Nota † quod dictio adhuc, denotat cōtinuationem. l. adhuc. ff. de vsufruct. & de cond. l. penu. l. vbi quis.

CCCLXXXIIII.

1 *Verbum assigno quid importet.*
2 *Paria sunt approbare & non contradicere.*
3 *Authoritas à falsò tutore præstita an valeat.*

1 De verbo assigno, † quid importet, vide l. qui officij. §. fin. ff. de

ff. de contrahend. empt. & vendi. & Bartol. in l. si constante. ff. sol. mat. in l. cùm pater. §. pater. ff. de leg. ij. & Ioan. Fab. Insti. de rerum diui. §. antepenultimo. & hoc facit pro mulieribus quibus dotes, vel dotaria assignátur per viros, super aliquibus eorum bonis.

2 Paria sunt † approbare & non contradicere: vt not. glo. in l. ne in arbitris. C. de arbitris. & ibi etiam not. Bart.

3 Vtrum † authoritas á falso tutore præstita valeat? vide Bart. in l. j. §. verba. ff. quod falso tut. & in l. ij. ff. qui pro tutore vel cura. neg. ges.

CCCLXXXV.

1 *Agi sine actione non potest: idem si agatur actione inepta.*
Iudex non debet admittere actionem quæ non procedit.

1 Si compromittatur † in arbitrum, vt ipse pronuntiet de consensu & consilio alicuius sapientis, non valet tale cópromissum, quia non habet liberam facultatem sententiam ferendi: secus si diceretur, vt pronuntiet arbitratu alicuius sapientis. de hoc est tex. in l item scimus. §. idé Pomponius. ff. de arbi. & ibi hoc dicit Bar. & no. per eundem in l. j. §. si plures. ff. de exercitoria. & no. glo. in l. illa. ff. de hæredi. inst. facit l. Titium & Meuium. & l. pater. ff. de admini. tutorum.

2 De agente † sine actione sicut agi non potest. l. si pupilli. §. videamus. ff. de negot. ge pôt opponi sibi, q libellus nô procedit: quia actio sibi non competit. prout ista ponit Bar. in l. cû quæreretur. ff. iudicat. sol. & no. in l. vir bonus. eo. tit. Nec debet ferri super tali actione proposita sententia, & si feratur, ipsa est nulla, nisi sit absolutoria. in l. Bebius. in fin. ff. de pact. do. iuncta l prima. §. dicitur. ff. si mensor falsum modum dixerit. Et vide alibi, quod quis ex eo quód non intentat, vel malé intentat, non debet victoriam reportare. l. de fideicommis. C. de trans. ita dicit Bald. in repertorio suo super Inno. in c. significauerunt. extrá de except. quia iudex non debet admittere actionem quæ non procedit. l. ij. in fi. C. vt nemo priuatus, & ibi per Bar De actione inepta, vide glo. in l. si pupillus. §. fi. & ibi gloss. ff de insti. & ibi dicit, quód agens actione inepta debet in causa succumbere. Sed quid de illo cui competit actio, sed intétat vnam actionem pro reliqua, & petit sibi debitam iustitiam ministrari: vide quæ dixi in decisio. curiæ parla. q.

CCCLXXXVI.

3 *Sententia continetur actorum appellatione.*
4 *Appellare ab vno capitulo tantum licet, si sententia plura contineat capitula.*
5 *Expensarum á taxatione an possit appellari.*

1 Si appello † á senté̃tia, & appellatus negat eam latam, debet appellatus omne commodum perdere, quod consequutus est ex ea, & debet imponi silentium vt non vlterius ea vtatur: arg. l. non alienum. ff de interrogato. act. secundum Innoc. in c. cùm G. perpetuus. extra de fide instru. & vide ibidem plene Bal. in repertorio.

2 Vtrum † appellatio locum habeat in decimis: vide Goffr. in titu. de appellatio. §. in causa.

3 Appellatione † actorum continetur sententia: secundum Bartolum in l. in fraudem. §. neque instrumenta. ff. de iure fisci.

4 Si † sententia continet plura capitula, licitum est appellare ab vno capitulo tantummodo, secundum Inno. in ca. dilecto. in fi extrá de app.

5 An possit † appellari á taxatione expensarum: vide Inno. in c. sæpe. extrá de appel. & Bart. in l. fi. C. quando prouoc. non est necess.

CCCLXXXVII.

1 *de Nullitate sententiæ An delegatus cognoscere possit.*
2 *Dictio autem, aduersatur in iure & in facto.*
4 *Consuetudo attendenda in creatione tutoris, curatoris, vel syndici.*

1 An iudex † delegatus possit de nullitate sententiæ cognoscere: vide Inno. in c. dilecto. extrá de appel.

2 Dictio † autem, aduersatur in iure & in facto l. cùm auté. ff. de lega. ij. & ponit Bartol. in l. in repetendis. in fin. ff. de lega. iij.

3 Antiquitus † dicitur de cuius contrario memoria non existit, in c. j. §. quia gl. posita super verbo, antiquitus. qui feud. date poss. in vsib. feudorum. & vide capit. ad audientiam. extrá de rebus ecclesi. non alienan.

4 In creatione † authoris. tutoris, curatoris, vel syndici, debet attendi consuetudo: vt no. gloss. in l. ita tamen. circa prin. ff. ad Trebellia. quod est singulare: quia in multis locis non semper obseruatur dispositio iuris in ipsis constituendis. & de hoc etiam tetigi in decisio. curiæ parlamé. quæstio. cccclij.

5 De alienatione † rei ecclesiæ, si & quando fieri debeat, & quando valeat, & quando non, plene dixi in decisio. curiæ parlamen. q. ccccxciiij.

CCCLXXXVIII.

1 De Admiralio † maris quem facit Rex Franciæ, & est officium satis singulare, vide Bal. in feudis, quæ sunt regalia, circa principium.

2 Expensæ quas † quis domi suæ fecisset, excipiuntur de condemnatione. & de ipsis in taxatione debet haberi consideratio: secundum Innocen. in capitul. finem. de dolo & contuma. & vide Ioann Fabr. Institu. de pœn. teme. litigant. & vide quæ dixi in decisionibus curiæ parlamenti, quæstio dcxxv.

3 De his † qui faciunt alchimiam: vtrum debeant puniri? dic quod non, dum tamé faciant sine aliqua falsitate materiæ vel formæ: quia est ars pro ingenio adinuenta tanquam á philosopho. ita dicunt Andr. de Iser. & Bald. in c. j. quæ sint regalia. & refert Bald. Oldra. sic consuluisse in suis consiliis.

4 Quid † dicatur anniuersarium, &c. vt s̃. sing. celiij.

5 Agentes † & consentientes pari pœna puniuntur. in ca. j. extrá de offic. delega. in antiquis. & dic vt ibi no. per glo. Innocen. & Bohic. & tetigi in decisio curiæ parlam. quęstio. ccccxxiij.

6 De † verbo anteferri, vide in l. licet. C. qui pot. in pignor. haben.

CCCLXXXIX.

1 *Soluere promittens quolibet anno, an perinde sit ac si diceretur singulis annis.*

1 Si quis promittat soluere † quolibet anno, vtrum perinde habeatur, ac si diceretur singulis annis? videtur q sic: quia dictio quolibet, est distributiua & multiplicatiua. l. si á pluribus. ff. de lega. ij. & ibi tenet gloss. & l. non distinguemus. §. cùm plures. ff de arbitr. ita tenet Bart. in l. hoc articulo. ff. de hæredib. instit. Et sicut quando fit relictum, vel promissio per verba multiplicatiua, debet fieri solutio in principio anni, sicut tenet & probat Bart. in l. qui hoc anno. ff. de verb. oblig. ita & per consequens quando fit dictione quolibet, adiecta: vt probant dicta iura. & allegatur text. in l. si communis seruus. §. cùm seruus. ff. de stipulatio. seruorũ. & ponitur ibi ratio, quam ponit Cyn. in l. j. C. quando dies lega. ced. In contrariú reperio glossam, in § qui hoc annu. Institu. de inutili. stipu. vbi parificat dicere hoc anno, vel quolibet anno. Circa hoc tamé nota, quód quando aliquid ex parte illius, cui fit promissio, debet impleri, in fine anni debet fieri solutio. d. l. si cómunis seruus. §. cum seruus. alleg iuncta l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. emp. qui § limitat totam materiá, quam ponit Bar. in d. l. qui hoc anno. sicut ipse dicit super d. §. & fuit opinio Pet. quam posuit Cyn. in l. ædem. C. locat. in fine distinctionis ibidem positæ. & ibi tractat, quándo pensio domus debeat solui, vbi ponit glo. & post eam Iacob. de Rauenna, cui Petrus est contrarius respondendo rationibus suis. quod facit ad decisionem talis quæstionis, Quidam locauit domum suam Titio, die xiij. mensis Decembris 1456. ad iiij. annos, die natalis Domini tunc proximo inchoandos, sub certa mercede anno quolibet in dicto festo soluenda. vtrum in principio vel in fine anni debeat solui? credo quòd in principio anni: quia ita habet conuentio, quæ in tali contractu dominatur. l. legem. C. locati. & lege, si merces. §. conductor. ff. eodem titul. cum in quolibet anno non sit nisi vnum tale festum: qui annus incipit statim post mediam noctem

diei vigesimæquartæ finitæ.l.more Romano. ff. de feriis. l.Lucius.§.si Titius.ff.de lib.& posth.& dictum festum est in princip.anni & non in fine. Annus enim secundum cō munem obseruantiā incipit à die natalis Domini, sicut dicit Bar.in l.libellorum.ff.de accusa.in quæstione quæ ro, aliquis percusit.vbi refert Iaco.de Butr.sic tenere: Licet annus legalis qui ex trecentum sexaginta quinque deibus consistit, l.cùm hæres.§ cùm Stichus.ff.de fideicōmi.liber.&vj.horis ex quibus causatur bissextus, l.cùm bissextus.ff.de verbo.signifi.incipit die crastina vel sequē ti, quando contrahentibus placet.l.in conuentionalibus. ff.de verbo.signi De quo anno loquitur l.nemo.& auth. ei qui.C de temp.appel.& in authen. vt cùm de appella. cog.§.j.col.v.

CCCXC.

1 Inopia † excusat ab excommunicatione, secundum Ion. in c.suspitionis.c.cùm P.& G.extrà de offi.deleg.

2 Qui sunt † excommunicari ipso facto, vide Inno.in c.super eo extrà de senten.excom. & Spec.in repertorio suo in tit.de excommunicatis.

3 De falsificante † acta qualiter debeat puniri? vide c.cùm olim magist.extrà de offi.deleg.vide s.singu.cccxx.nu.j. Et tetigi de hac materia,& de materia actoris in decisionib.parla q.dcxvj.& qualiter puniatur falsificans literas principum, vide quæ dixi in decisio.q.ccccl v.

4 Argumentatio † ab absurdo est valida in iure. ita dicit Ioan. Andræ.in cap.dudum.glo.super verbo Absurdum. de præbend.libr.vj.allega.c.cùm inter priorem.extrà de exceptio.

CCCXCI.

1 *Testes saluare, & iuuare cuicunque licet.*

2 *Emptio facta a parentibus bastardorum nomine, an valeat.*

1 De articulis † saluatoriis & approbatoriis testium, vtrum sint admissibiles? dic quòd sic: quia cuicunque licitum est testes saluare & iuuare.in c.præsentium.de testib.lib.vj.& ibi per Archi.& no.in q.iij.C.de iud.gl.posita super verb. Confirmandos.ibi dum dicit: vel potest confirmare illorum testimonia qui probati sunt criminosi,&c.

2 Si bastardi † possint succedere parentibus suis, tetigi in decisio.curiæ parlamen.quæstio.ccccclxx. & si parentes emant nomine bastardorum, an valeat emptio? dixi infrà sing.dcvij.§.de emptione.

3 De † materia Belli & de diffidamento, quod quandoque faciunt inter se magnates & nobiles: vide quæ plenè dixi in decisio.curiæ parla.quæst.cxcj.& ibi vide quandam legem per Imperatorem conditam. Et de materia duelli dixi quæst.cxxxvij.

CCCXCII.

1 *Deportatus an æquiparetur bannitus.*

3 *Contractus aut conditionis initium an spectandum.*

5 *Arcus non venit ballista nomine.*

6 *Compensationis exceptio an possit apponi post sententiam.*

1 Vtrum † bannitus æquiparetur deportato? vide quæ dixi in decisio.curiæ parlamen.quæstio.ccccxxij.

2 Si debeat † inspici quod euenire potest, vide Bar in l.inter stipulantem.§.sacram.ff.de ver.obli.

3 Si initium † contractus vel conditionis existentiæ debeat attendi, vide Bar.in l.si filius.ff.de ver.obli.

4 Vtrum † iudex temporalis possit cognoscere de spoliatione vel manutentione beneficii, plenè dixi in decisio. curiæ parla.q.j.

5 Appellatione † ballistæ non cōtinetur arcus: vt dicit Bar. in l.quibusdam.ff.de iure immuni.

6 Vtrum † exceptio compensationis possit opponi post sententiam, vide Inno.& Hostien.in c.super.extrà de ordine cognitio.

CCCXCIII.

1 Quid † dicatur bona fides,& qualiter probetur, vide Bar. in l.Celsus.ff.de vsuca.super quo dicit Spec.in tit de præsump.circa prin.versi.item licet laicus,&c.quòd bona fides probatur eo ipso, quòd contrarium non probatur.l. bonæ fidei.ff.de verbo.signi.l.verius.ff.de proba.& l si superstitis.C.qui mili.non poss.lib. xij. Et de hac materia etiam plenè tetigi in tract.de præsumptio.per me compilato.

2 De baiulo † habetur in tex.in c.fi.extrà ne cleric. vel monach.negot secula.se immisceant.& de istis baiulis vtimur in hac patria Delphin.& illi habentur loco castellanorum.

3 Bos † capitur pro vacca: ita exponit gl.in l.si aliena res.§. fi.ff.de vsucap.

CCCXCIIII.

1 Batra † non potest imponi in ciuitate aliqua, quando agitur de vtilitate ipsius ciuitatis, dontaxat: Sed si agatur de vtilitate locorum,& prouinciarum circūuicinarum, benè potest imponi: maximè quādo ciuitas & ciues sunt tenoes, in qua ciuitas est situata, arg.l.non solùm.in prin. ff.de noui oper.nunria.& de damno infect.l.qui bona. §. interdum.l.j.§.denunriare.ff.de ventre inspic. inn&a l.j. C.noua vecti.imponi non posse.

2 Vtrum † rescripta impetrata per excōmunicatos teneāt ad iudicia? vide in c.dilecti.extra de rescrip.& c.consulti. extra de procura.

3 Qualiter † puniatur ille, qui alicui tollit barbam, vel crines sine forcipibus, c.j.de vide pace tenenda & eius viola. §.ij.in feudis.

4 Quis debeat † purgare bialeriam &c.(vt suprà, singul. cccxxij.nu.a.

5 De verbo, † burgensis, habetur in c.ij.extrà de his quæ vi me.cau.fiūt.de verbo burgus, dixi infrà sing ccccxxvij. in §.burgus,&c.

6 Beneplacitum † durat vsque ad mortem.capit. si gratiosæ.extrà de rescri.lib.vj.

CCCXCV.

1 *Absolui an possit excommunicatus cum reincidentia.*

3 *Procuratorem non potest constituere excommunicatus.*

1 Quid dicatur † benemeritū,& cuius respectu dici debeant benemeriti,& asserenti aliquem benemeruisse, vtrū credi debeat? vide Odo.in l.iubemus nulli. C. de Episcop.& cleri gloss super verbo permissam. Et scripsi de hac materia in decisio.curiæ parla.Delphina q.xcv.

2 Vtrum excommunicatus † possit absolui cum reincidentia, vel an requiratur absolutio pura, vide Io.And.in c.veniens.ij.extrà de testib.

3 Excommunicatus † non potest esse procurator.c.post cessionem.extrà de proba. Nec excommunicatus potest facere procuratorem, in cap.finali.de procur.& cap.licet. de testib.

CCCXCVI.

2 *Creditori an præiudicet confessio emanata extra iudicium in fauorem debitoris.*

3 *Procuratoris confessio in iudicio facta an domino præiudicet.*

1 Vtrum † confessio extra ius facta valeat, vide glo.in l.j.in fi.ff.de confessis.& in l.quoniam.de infami.& in l.cù falsa.C.de iuris & fac.igno.vide plenè Cyn.in l.generaliter. C.de nō numerata pecu.in tertia quarta,& quinta quæstionibus.

2 Vtrum † confessio emanata extrà iudicium in fauorem debitoris præiudicet creditori? dic vt in authentic. rogati.C.de testibus.vide Cynum in dicta authentic.generaliter.

3 An confessio † procuratoris in iudicio facta præiudicet domino,& an confessio prælati præiudicet ecclesiæ seu capitulo? vide per gl.& Oldra.in l.si defensor.ff.de interro.actio.

4 Vtrum † ex confessione facta in processu qui nullus reperitur, possit confitens condemnari? vide per Bartolum in l.si confessus.ff.de custodia reorum.& scripsi super hoc in decisionibus curiæ parlamenti quæstione ccxvj.

5 Vtrum † constitutio liget eum qui dilucidè suam probat ignorantiam, dicit Innocent.quòd non, in capitulo secundo, extrà de cōsti.facit cap.cùm in iota.extrà qui ma. accus.poss.

CCCXCVII.

1 *Sententia est nulla, vbi citatio est nulla.*
2 *Par non citat parem.*

1 Vbi citatio † est nulla, ibi sententia etiam est nulla: secundum Inno. in c. præsenti. extrà de rescri. & de materia citationis vide plenè per Bal. in c. j. de mili. vasallo qui cōtu. est. in feudis. & ibi ponit aliqua singularia. De materia citationis etiam tetigi in dictis decisionibus, quæstio.

2 Citatio † quæ non est iudicialis, non requirit peremptorium. & par non citat parem, sed requirit, secundum Innocen. & Hostien. in capit. cùm inter vniuersas. extrà de electio.

CCCXCVIII.

1 *Vxori non debentur vestes lugubres ab hæredibus viri: nisi consuetudo loci aliter se habeat.*
2 *Quid sit causa incidens, & quid causa emergens.*
3 *Subdelegare potest delegatus à principe in causis meri & misti imperij.*

1 Vestes lugubres † non debentur vxori ab hæredibus viri, nisi cōsuetudo loci hoc habeat. Ita dicit Ang. in l. decreto. C. ex quibus causis infa. irrogatur: vel nisi testator hoc disponat. De alimentis anni luctus, & vestibus lugubribus, tetigi etiam in decisionibus cur. parla. q. ccxcvj. De vestibus traditis vxori constante matrimonio, an remanere debeant hæredibus viri: vide quandam postillam secundum Dyn. ff. de don. inter vir. & vxor. in lib. meo.

2 Quid sit † causa incidens, & quid causa emergēs, vide plenè per Bar. in l. j. C. de ordi. iudicio. & ibi vide si super incidenti sit pronuntiandum.

3 An delegatus † à principe in causis meri & misti imperii possit subdelegare. Bar. quòd sic, in l. in causarum. C. qui pro sua iurisdi. & vide quæ dixi in decisionibus curiæ parlamenti, q. dcxxiiij.

CCCXCIX.

1 *Expensarum compensatio per iudicem potest fieri, quādo vtraque pars habet iustam causam litigandi.*
2 *In pœnis legalibus est locus pœnitentiæ.*
3 *Operas suas in perpetuum an possit locare homo liber.*

1 Potest † fieri compensatio expensarū per iudicem, quando vtraque pars habet iustā causam litigandi, vel quando quælibet pars obtinuit partem eius quod petebat: ita dicit Bart. in auth. nouo iure. C. de iudic. de materia ista tetigi in decisi. cur. par. quæstio.

2 In pœnis legalibus † est locus pœnitentiæ vsque ad sententiam: vt dicit Bar. in l. in criminali. C. de iuris. om. iudi. & de materia pœnitentiæ vide quæ plenè dixi in tracta. per me Guidonem compilato, qui intitulatur: Tractatus in quibus casibus de iure sit locus pœnitentiæ, & in quibus non, & qualiter & quando admitti debeat.

3 An liber † homo possit locare operas suas in perpetuum, vide Bar. in l. antiquitas. C. de vsufructu.

CCCC.

1 An relicta † filio videantur relicta contēplatione filii, vide plenè per Bar. in l. fi. C. de vsufruc. & in l. si filiofamilias. ij. ff. de don. causa mor.

2 Angelus † in l. similique. C. de iure dot. in fin. dicit, Vltimò videtur hic casus per locum à speciali, quòd si fiant donationes vicissim inter duos, quòd quælibet eget insinuatiōe. facit optimè C. de donatio. ante nupt. l. vltim. quod credo verum, dicit Angelus, nisi vna donatio sit causa alterius, puta si dico dono tibi librum, eo quòd dones mihi centum, & tu dicis dono tibi centum, eo, quòd tu dones mihi librum. Ita ibi dicit formaliter Angelus.

CCCCI.

1 *Degradari debet clericus conspirans contra principem.*

1 Clericus † qui conspirat contra principem, debet degradari, & tradi iudici seculari, vt vltimo supplicio damnetur. xij. quæst. ij. c. si quis sacerdotum. Et qualiter puniatur, qui verberat, vel insequitur cardinalem, dic vt in c. felicis. extrà de pœnis. li. v. Et de his qui verberant vel occidunt eorum Episcopum, dic vt in clem. j. de pœnis, quæ est canonizata. v. quæst. j. cap. verum. Vide de istis casibus per Salicetum, in l. quisquis. C. ad legem Iuliam maiestatis.

CCCCII.

1 *Conspiratio quid, & eam committentis pœna.*

1 Quid dicatur † conspiratio, vide glo. in l. in eos. in fi. gloss. primæ. ff. de custodi. reorum. Et est grauissimum crimen, xj. q. j. c. conspirationibus. Et committens conspirationē meretur depositionem, vt ibidem habetur. Est & alia pœna in l. j. §. cùm patronus. ff. de offic. præsidis. & vide gl. in c. exhibita. de iudi.

CCCCIII.

1 *Filiorum prima causa in successione.*
Ascendentes quis non tenetur instituere quoties sunt descendentes.
2 *Filius præteritus a matre, potest dicere testamentum nullum.*
3 *Inuentarium si non conficiat mater tutrix testamentaria, priuatur hæreditate filiorum decedentium in pupillari ætate.*
4 *Auia non priuatur hæreditate propter tutorem non petitum.*

1 Vtrum † testamentum in quo mater est prætetita nulla causa inserta, & filius est hæres institutus, sit nullum? ad quod dicendum est, quod testamētum ea tali causa non rumpitur: quia habebat filios quos instituit: quorū filiorum prima causa est in successione. C. de suis & legi. authen. in successione. Et non tenetur quis instituere ascendentes, donec sunt descendentes. ff. de iniusto rup. & irri. test. l. si quis filio exhæredato. in prin. & de inoffic. testa. l. pater filium. & Instit. de successi. liber. §. sed nostra. istud reperi in quodam cons. do. Bar.

2 Si mater † prætereat filium, ipse potest dicere testamentum nullum. idem etiam filius ea filia, si auia eum præterierit, dicet testamentum nullū. plene vide Io. de ferarijs in ti. forma libelli, in quo petitur hæreditas ex testamento: super verbo, Ac realiter, &c.

3 Nunquid mater † quæ est data in testamento tutrix, quæ non fecit inuentarium, nec fecit sibi administrationem decerni, nec alias tutorem petijt, perdat hæreditatē filiorum decedentium in ætate pupillari? ad hoc dicendum est sine dubio quòd sic. l. ij. §. si mater. ff. ad Tertulianum. & ibi no. in glo. super verbo, legitima. Instit. eodem. §. fi. l. sciant. C. de legitimis hæredi. ita reperi in quodam consilio domini Bar.

4 Vtrum mater † exclusa excludatur auia seu auiæ, quæ similiter neglexerūt petere tutorē lapso anno, intra quē debebant petere? ad quod respondetur, quòd omnes illę leges, quæ excludunt a successione propter tutorem non petitum, non loquuntur in his quorum proxima spes successionis est, scientes quia possunt succedere, si volunt, non tamen puniuntur si non petierint. C. qui petant tutores. l. penul. & ibi no per gl. & sic cōcluditur, quòd auia paterna & materna veniunt ad successionem: secundum Bar. in dicto consilio, vt ibi reperi.

5 Vtrum † auia paterna præferatur in bonis paternis, & auia materna in maternis? quod videtur, per l. de emancipatis. in fi. ff. de legitimis hære. & quod ibi no per glo. Sed illæ leges loquuntur de fratribus consanguineis & vterinis. Sed de auo paterno & materno est casus singularis C. de bo. quæ libe. l. quod scitis. versi. sin autem. secundum quod doct. ibi ponunt casum, vbi est expressum, quòd in bonis paternis præfertur auus paternus. Et sic in proposito dicam, quòd in bonis paternis præferatur auia paterna, quæ filius moriens habuit à patre, non autem in illis, quæ habuit à fratre suo defuncto: quia in illis succedunt dictæ auiæ pariter: quia talis filius defunctus erat eis cōiunctus pariter per lineam paternam & maternam. Ista sunt verba Bartoli in quodam suo consilio.

CCCCIIII.

1 *Collectam pro puteo reficiendo an possint facere vicini.*
2 *Possessionem ipso iure transfert consuetudo absque reali apprehensione.*
3 *Opem, auxilium & fauorem præstare quis dicatur*

1 Vtrum † vicini possint facere collectā pro puteo reficien-
2 do? & vtrū collectā facere sit permissum, dixi in decisio-

nibus curiæ parlamen.q cccxliiij.

2 Cõsuetudo †transfert possessioné ipso iure absque reali apprehensione:idem potest facere statutũ,& vocatur ciuilissima possessio,de qua non fit mentio,nisi in vno loco in c.ex literis.extrà de consuetudine.& ita ibi not.Inno.Plus dicit alibi Inn.in c.cum nostris.extrà de concessione præbend.quòd licentia data vtendi re,habetur pro quasi possessione.& quæritur possessio ex titulo.ita refert Bal.in l.vt inter diuinum.C.de sac.san.eccl. Inno. etiam dicit in d.cap.ex literis.in fin.quòd licet inuestitura non transferat possessionem sine reali apprehensione:tamen illa inuestitura dat authoritatem intrandi possessionem propria authoritate.

3 Quis†dicatur præstare opem,auxiliom & fauorem,vide Bar.in l.cuiusque.§.j.ff.ad l.Iul.maiest.& in l furti.§.ope.ff.de fur.tetigi in decisionibus curiæ parlamenti Delphi.quæstio.ccccxxiij.

ADDITIO.

a Puteo reficiendo Adde quòd puteus qui seruit viciniæ,vel alio modu communis est,debet communibus impensis refici: aliàs reficienti cõpetunt remedia,quæ tex.dicit in l.cùm duobus.aliàs l.si fratres.§.nẽ respondæ socius qui cessantis.ff.pro soc.Sed pone,quidam ex vicinis volens euitare expensam collectæ,vult renunciare vsui vel commodo illius putei,an possit? Spe.ponit in tit.de censib.§.j.versi.item pone,quædam vicinia.vbi plenè.Alberic.de Rosat.in prima parte statut.capi.xxxv & Flor.in l.cùm fructuarius.de vsufruct.tenent indist.quòd non possit renuntiare,per l.ad refectioné.C. de aquæduct.lib.x.& l.ad portus.C.de oper.pub.& l.ad instructioné.C.de sac.san.eccle.Item quia onus imponitur domui nõ personæ.arg.l.fi.ff.de via pub.Tamen putarem distinguendum,aut puteus indiget reparatione ratione téporis præteriti,aut futuri.Primo casu indistinctè tenetur cõtribuere,nec potest renuntiare in damnum viciniæ:quia iam vtilitatem ex vsu acceptt sicut alii vicini:vnde sicut sentit commodum debet sentire incommodum.l.secundum naturam.de reg.iur.c.qui sentit onus.eo.tit.in vj Secundo casu,quando ratione futuri temporis,& tunc aut vult stare in vicinia,& isto casu poterit cogi ad refectionem velit nolit,cùm sit onus impositum domui,non personæ.arg.d.l.fi.de via publ.Item quia puteus est communis vniuersitatis non singulorum:quo casu attenditur voluntas maioris partus.l.quod maior.ff.ad munic.cum similib. Aut non vult amplius stare in vicinia,vel in communitate,& sic vult renuntiare nedum vsui putei,sed etiã viciniæ & communitatis,& tunc teneo quòd non teneatur contribuere ratione futuri temporis:quia quis potest renuntiare iuri suo.l.si quis in conscribendo.C.de pact.cum similib.item prætor.l.prætor.§.fi.& quod ibi no.ff.de dam.infect.

CCCCV.

1 *Vxorum suarum interfectores qualiter puniantur.*

1 Dicitur † de pertinentijs domus meæ id quod est prope domum meam,per v.pedes ita dicit Bar.in l. item apud l.abconem.§.conuitium.ff.de iniurijs.de hoc tetigi infrà sing.cccccxx.et suprà.ccxviij.in §.qoid contineatur.

2 Qualiter †puniantur interfectores suarum vxorum, vide xxxiij.q.ij.ca.interfectores suarum coniugum.

3 Casus†reseruatos Episcopo in foro conscientiæ seu pœnitentiæ,vide per Io.And.in glo.in c.ij.de pœni.& remissio.lib.vj.

CCCCVI.

1 *Bladum si quis teneatur molere alicui pro certa pensione,qui decessit pluribus hæredibus relictis,non tenebitur plus molere dictis hæredibus quàm defuncto.*

1 Si quis teneatur † molere bladum alicui pro certa pensione,& debens pensionem moriatur relictis pluribus hęredibus,non tenetur plus molere hæredibus quã defuncto: & ad hoc inducunt doc.in arg.l etiam hæredibus.ff.si familia furtum fecisse dicatur.& facit l.fi.eodem tit.Et facit ff.de ver.obl.l.ij.§.ex his.& ff.de reg.iu.l.ea his officijs.§.j.& ff.de condi.& demonstr.l.cui fundus.

2 Iudex † ex suo officio,&c.vt suprà.sing.ccciiij.nu.1.

CCCCVII.

1 Notarij † debent scire leges,[a] ne facientes illicitos contractus pœnas subeant,vt C.de sacros. eccle. l. iubemus. ij.in §. œconomus. in fin. Et de eunuchis,l.fi. hoc not. per glo.in l.generali.C.de tabularijs lib.x.vide quæ circa hoc dixi in decisionibus curiæ parla.q.ccccxxviij.

2 Statutum†debet strictè intelligi.vt no.Ia.de But.in l.j.C.de cõ inser.

ADDITIO.

a Scire leges.Adde quæ plenè dixi de notariorum imperitia, & quàm sit periculosa,ad Rom.1.sing.lij.

CCCCVIII.

1 *Excommunicatus appellatione pendente,an quis sit.*

3 *Pœna eximentis aliquem e carceribus.*

4 *Sententia in executione non requiritur causæ cognitio.*

1 An †pẽdente appellatione quis sit excommunicatus, vide gloss.& Iac.de Bur.latè in l.fi.C.si a non compe.iudi.

2 Vtrum † & quando masculinum concipiat fœmininum, vide plenè per Iacob.de Butr.in l.si quis in tantam.C.vnde vi & ibi etiam per Bartolum.

3 Aliquis†homo ingreditur carceres,& reũ de aliquo crimine vinctum,seu aliàs compeditatum soluit,& liberat,qualiter veniat puniendus? dic quòd capite,nam tenetur crimine læsæ maiestatis:vt est casus in l.cuius.§.item qui confessum.ff.ad l.Iul.maiestatis.& ibi Bar.

4 In †executione sentẽtiæ non requiritur causæ cognitio,si fiat in rebus adiudicatis:aliàs sic,vt ponit Archid. in ca.sicut ij.q.j.

5 Qui † facit aliquẽ sibi obligari per vim,incidit in crimẽ legis Iuliæ de vi publica.l.v.in prin.ff.ad legem Iuliam de vi public.

6 Retia† ad venãdum prohibentur teneri in domibus, vt in feudis in ti.de pace tenenda & eius violatoribus.in §.nemo retia.

CCCCIX.

1 *L.ad instructionem.C.de sacr.san.eccle quatenus correcta per authen.item nulla communitas.C eo.tit.*

1 Vtrum†l.ad instructionem.C.de sacrosan.eccl. sit hodie correcta per authen.item nulla communitas.eo.titu.dic secundum Barto.quandoque refectio est onus reale quia quilibet debet reficere viam ante domũ suam.l.fi.de via publica reparanda.& pertinet ad ecclesiam:vt d.l.ad instructionem.& tunc non est correcta. Quandoque onus imponitur personis pro rebus:vt pro reficienda via, vel ponte,& non potest imponi ecclesiis:vt d.authen.itẽ nulla communitas.& hoc casu est correcta d.l.ad instructionem.vnde etiam non debet soluere,nisi prædia essent tributaria,iuxta l.placet.C.eo.tit.Sed d.auth.itẽ nulla communitas.malè seruatur:quia ciues huius ciuitatis Grationopolis faciunt contribuere capitulum beatæ Mariæ Gratio.ad contribuendum in reparatione pontis huius ciuitatis Grationopolis,quæ reparatio pontis fit hoc anno currente domini 1461.de hac materia etiam scripsi in decisio.quæstio.

2 Argumentatio†facta ab absurdo est valida in iure,ita dicit Io.And.in c.dudum.in glo.super verbo,absurdum.de præb.lib.vj.allegat c.cũ inter priorem.extrà de exceptio.

CCCCX.

2 *Laicorum consuetudines an ligent clericos.*

1 De materia† auth.cassa & irrita.C.de sacrosan.eccl. vide Specul.de immunitate eccle.vbi notabiliter ponit.& Petr.Ia.in tit.de successione regni Franciæ,circa mediũ.in ver.& est notandum.

2 Item an consuetudines † laicorũ ligẽt clericos? vide Spe.vbi s.& Cy.in l.ij.C.quæ sit longa cõsue.& Bar.in l.j.C.de sum.trini.& fide catholic.in v.q.

3 De materia†auth.ingressi monasteria.C.de sac.san.ecc.vide plene & notabiliter per Innocẽ.extrà de proba.c.in præsentia.Et an res feudales & emphyteuticariæ transeãt in monasterium,vide ibidem.

CCCCXI.

1 *Fisci loco an succedat emens rem quæ venditur pro fiscali debito.*

2 *Fiscus nulla specialitate gaudet nisi quatenus iure cautum reperitur.*

3 *Fiscalis rei in venditione quis ordo seruandus.*

1 Verum emens rem quæ pro fiscali debito venditur, succedat loco fisci? vide Bar. in l. cùm ratio. §. fi. ff. de bonis damnatorum. & l. si tertius. §. si quis prius. in iij. quæstio. ff. de aqua pluuia arcen. & tetigi in decisio. parlament. quæstio.

2 Nulla † specialitas debet esse plus in fisco, quàm in priuato, nisi quatenus in iure cautum reperitur: vt dicit Cy. in l. de hæredi. vel actio. ven. quid dicatur fiscus, dixi in decisio. curiæ parla. q. cclix.

3 Quis ordo † debeat seruari in venditione rei fiscalis? vide gl. in l. j. C. de fide instru. & iure hastæ fiscal. lib. x.

4 Fiscus † potest petere cogi partem, &c. vt s. sing. ccliiij.

CCCCXII.

1 *Manum leuans pro percutiendo aliquem quatenus teneatur.*

5 Leuando † manum pro percutiendo aliquem punitur, licet non percutiat, & pro hoc secundum Bar. est text. sing. l. item apud Labeonem. §. si quis pulsatus. ff. de iniuriis. ita dicit Ange. de Are. in suo tract. de malefi. super verbo, Admenauit, &c. quod credo verum, si per eum non stetit, quominus percusserit. arg. l. is qui cum telo. C. de sica. Si autem in ipso actu leuationis manus pœnituerit, retrahendo manum cum intentione non percutiendi, dicerem eum non fore puniendum, arg. l. qui falsam. ff. de fals. & faciunt not. per Bar. in l. diuus. ff. de sica.

CCCCXIII.

1 *Manifesti, & notorij differentia: & quid notorium. 1.*

5 Differentia † est inter notorium & manifestum: quia notorium non probatur, manifestum sic: ita dicit gl. in l. ciues. C. de appel.

2 Sed quid † dicatur notorium. & quando: vide Bar. in l. emptorem. in prin. ff. de act. empt. Et Spe in tit. de notorio. & plenè Io. Fab. in proœmio Insti. Et vide c. nostra. extrà de coha. cleri. & mulierum. & plenè in apparatu meo super statuto, si quis per literas iudicis. in gloss. super versi. notoriè.

3 Debent † singula singulis referri, no. glo. in l. quoniam. de appel. & Inst. de contrah. emp. §. fi. iunct. gl.

CCCCXIIII.

5 Casus † in quibus res inter alios acta aliis nocet, vide per Goffre. in c. inter dilectos. extrà de fide instru.

2 Debitor † cui datum est quinquennium ad soluendum debita sua, debet cauere de ipsis soluendis, per l. vniuersa. C. de precibus Impera. offe. secundum Oldra.

3 Illud † dicitur fieri secundum ius, quod fit secundum consuetudinem. Inn. in c. cùm venissent. extrà de eo qui mit. in pos. causa rei seruan.

CCCCXV.

5 *Sententia & confessio valens in alio iudicio inter easdem personas.*

2 *Obligationem non inducit confessio extra iudicium sine causa facta: secus in confessione iudiciali. 3.*

4 *Matrimonium non potest dirimere confessio.*

1 Confessio † & sententia valent in alio iudicio inter easdẽ personas: vt dicit Inno. in c. bonæ. extrà de elec.

2 Confessio † extra iudicium sine causa facta non inducit obligationem. casus est in l. cùm de indebito. §. fi. ibi, sin autem cautio. ff. de proba. hoc idem tenet gl. in l. j. in gl. fi. ibi: vt ergo hoc videas plenius, &c. ff. de interro. act. idem tenet Cy. in l. generaliter. in j. ij. & iij. q. C. de non numera. pecu. idem Bart. in d. l. cùm de indebito. §. fi. ibi dum dicit, no. quòd confessio sine causa non præiudicat confitenti, &c. & maximè si fiat in partis absentia. in c. fin. ibi, in Abbatis absentia, &c. extrà de succes. ab intesta. facit l. certum. §. si quis absente. ff de confes.

3 Secus † tamen est in confessione iudicialiter facta, quæ etiam valet sine causa, sicut ponunt Bart. & Cyn. in locis suprà allegatis: subiungentes ibidem rationem diuersitatis. Nec etiam valet promissio sine causa facta: vt tenet gl. in d. l. j. in fi. ff. de interro. actio. etiam si stipulatio interueniat obstante exceptione doli, quæ potest opponi. l. ij. §. circa. ff. de exceptio. doli. Et de hac materia vide plenè per Henri. Bohic, in c. fi. extra de confes. & scripsi in decisio. curiæ parlam. quæst. clxxvj.

4 Confessio † non potest dirimere matrimonium, vt dicit Innoc. in c. cùm causam. extrà de offic. delega.

5 Confessio † mandatur executioni in ciuili, sed non in criminali: sed expectatur sententia: secundum Inno. in cap. quærenti. extrà de offi. deleg.

6 Confessio † simpliciter facta videtur super toto esse facta: secundum Inno. in c. si pro debilitate. de offi. delega. super verbo, Vices. & in c. venerabili co. tit.

7 Verbum † concedo, significat dispositionem: secundũ Inno. in c. quoniam. extrà de maio. & obedi.

CCCCXVI.

1 Vtrum † consuetudo excusat à peccato inter aliquos initio? vide Inno. in c. j. de treuga & pace. quod ponit Bal. in tit. de maio. & obed. in repertorio super Inno.

2 Consuetudo † dat iurisdictionem, &c. vt s. sing. cclxxxiiij.

CCCCXVII.

1 Citatus † non tenetur comparere, quando citatio euidenter peccat in forma, vel in materia: secundum Inno. in c. prætereà. extrà de dila. Vbi etiam dicit, quod quis non tenetur comparere coram delegato, nisi in citatione mittat copiam rescripti. idem ibidem Hosti. & vide quod ibi ponit Bal. in suo repertorio.

2 An citatus † ad diem feriatam teneatur cõparere die sequenti non feriata? vide Cy. in l. fi. C. de feriis.

CCCCXVIII.

5 *Iudicis nulla sunt partes nisi in pronuntiando, vbi conclusum est in causa.*

2 *Conclusio in causa criminali an sit necessaria.*

4 *Citari vbi debeat vagabundus.*

5 *Citationis terminus.*

1 Vbi in causa † cõclusum est, nullæ sunt partes iudicis nisi in pronuntiando, & est clausus processus, adeo quod nulla allegatio deinceps fieri debet, nec in iure nec in facto: secundum Inn. in c. pastoralis. extrà de causa posses & proprie. quod tene menti, & vide quę ibidem dicit Bal. in re-
2 pertorio super Innoc. Sed an † in causa criminali debeat concludi? vide Bald. in dict. suo repertor. & infrà singul. cccclxxxix. in §. in criminalibus non debet, &c.

3 Vtrum † conclusio sit pars iudicii sic, quod vna pars aliã possit cogere ad concludendum in causa? vide Bal. in feud. in tit. si de inuestitura inter do. & vasal. lis oriatur.

4 Vbi † citari debeat vagabundus, vide Inno. in c. si aduersarius. extrà de eo qui mittitur in poss.

5 Terminus † citationis debet esse decem dierum ad minus. l. ad peremptorium. & l. per interuallum. ff. de iudi.

6 In prima † citatione non debet poni peremptorie. l. consentaneum. C. quo. & quan. iudex.

CCCCXIX.

1 *Citationis copia debet affigi in domo si citandus non reperitur.*

5 *Expensarum sententia potest ferri, licet quis non sit citatus, si sit contumax.*

1 Si quis † mandetur citari ad domum, & nemo ibi reperiatur, cedula seu copia citationis debet affigi in domo: secundum Inno. in c. si aduersarius. extrà de eo qui mit. in pos. causa rei seruan.

2 Vtrum in publicatione † & exemplatione solẽni, necnon in publicatione & examinatione testium requiratur partis citatio, vel præsentia partis aduersæ, vide Inno. in c. fi. extrà de fide instr. & ibidem Bal. in repertorio.

3 An in notorio † requiratur citatio. Inno. dicit quòd sic, in c. ad nostram. extra de iureiur.

4 In citatione † ad audiendum sententiã debet dici peremptorie: aliter non valeret citatio, nisi esset citatus personaliter, quæ citatio personalis habet vim peremptorii: secundum Innocen. in c. ad petitionem. extra de accusa. vide s. sing. ccxcix.

5 Licet † quis non sit citatus, potest sententia expensarum ferri si est contumax. c. calumniã. extrà de pœn. secundũ Inno. quia citatus in principali videtur citatus in accessorio: secundum Bal. ibidem in repert.

CCCCXX.

1 *Confessionem defuncti non potest interpretari hæres.*
2 *Compensare videtur qui hæreditatem adit.*

1 Hæres † non potest interpretari confessionem defuncti. Inno. in c. dilectus. extrà de success. ab intesta.

2 Ille † qui hæreditatem adit, conpensare videtuc. l. quæ dotis. ff. solu. matr.

3 De caluacatis † quæ per vasallos vel alios fiunt, seu debentur, vide textũ io c. j. firmiter. in feu. de pcohibita feud. alie. per Fede.

CCCCXXI.

2 *Curator ad litem potest dari maritus vxori suæ.*
3 *Actio ex contractu præcedenti inhabili datur propter sequentem contractum habilem.*

1 Curator datua † ad litem potest eodem modo reuocaci, sicut procurator. l. si quis eum. §. Iulianos ait. ff de procura. ita dicit ibi Barto. Curator tamen simpliciter datus non potest reuocari, nec alius sibi adiungi. l. curatores. C qui da. tut. poss.

2 Licet † maritus non possit esse curator vxoris suæ, l. maritus. C. qui da. tu. pos. tamen bene potest curator ad litem sibi dari: vt l. si quis eum. §. Iulianus ait. ff. de procura. & ibi dicit Bar.

3 Nota quòd contractus † inhabilis præcedens propter sequentem cõtractum habilem habilitatur, & ex eo datuc actio. l j. C. si seruus extero se emi manda. & cõtractus habilis præcedens contractum inhabilem sequẽtem habet validate. l. Triticum. ff. de ver. obli. quod est sing.

4 Nota casum † in quo quis sentit cõmodum & non onus. in l. de illo. ff. pro soc. & l. j in fi C. de legi. tuto.

CCCCXXII.

1 *Iurisdictionem habent consules ciuitatum.*
2 *Baro quilibet an possit constituere consulatum in terra sua.*
3 *Sententia executionem non potest petere excommunicatus.*
4 *Consulum vnus, an sine alio agere possit.*

1 Consules † ciuitatum habent iurisdictionem. in l. si cuius libertas. ff. de condi. & demon. & est gl. in l. iij. §. fi. ff. de arbi. An in citatione consulum debeat apponi decretum iudicis, gl. quòd non, in l. actor ff. rem ca. hab. contraria gl. est. C. de decre. dec. lib. x. super rub.

2 Vtrum † quilibet prælatus vel Baro possit cõstituere consulatum io terra sua: dic vt no. per Pet Ia. in tit. de succes. regni Fran. & Pet. Ray. in tit. de mu. & hono.

3 Executionem sententiæ † non potest petere excommunicatus, secũdum Inno. & Host. in c. venerabilem. extrà de excep. vt refert Archi. qui ita videtur tenere, in c. sicut. ij. q. prima.

4 Si sint † plures cõsules, nunquid vnus sine alio agere possit? dic quòd sic: vt tenet glo. in l. j. C. si vnus ex pluribus tutoribus. idem Spe. in tit. de procu. §. catione. versi. quid si plures sunt consules, &c.

CCCCXXIII.

1 Si quis † in suo testamẽto, vel io sua donatione, aut al. quo alio cõtractu dicat, cõditionibus, retẽtionibus infra scriptis, saluis & retentis: nec posteà adiicit aliquam conditionem, vtrum dispositio vel donatio reddatuc inualida, vel puta, vel conditionalis: vide l. pen C. de insti. sub cõdi. factis. & l. quoties. §. tantundem. ff. de hæred. instit. & vide Cyn. io dicta l. pen. vbi sunt text. habui de facto ego Guido Papæ.

2 Nota quòd † qui vult consequens, vult & omne illod quod antecedit, sine quo consequens esse non potest l. pro hærede. §. pe. de acqui. hær. Licet contrarium habeatur in l. si quis à liberis. §. meminisse. ff. de libe. agnoscen. tamen dic vt ibi not.

CCCCXXIIII.

1 *Procuratoris per citationem an causa initium sumat.*

1 Vtrum † possit causa sumere initium peccitationẽ procuratoris tantummodò: dic, vt in l. iij. C. de procur. & ibi per Bar. & io l meminerint. C. vnde vi.

2 Vtrum † tantum faciat consuetudo quantum pactum, & econtrà. vide gloss. in l. domini prædiorum. C. de agri. & censi. lib. xj.

3 Si aliquis † confessus fuerit debere Titio centum coram iudice procedente, vel domi suæ existente, an sit talis confessio idonea? vide Bar. in l. j. C. de confes.

4 Si causa † aliqua simpliciter committatuc, &c. vt suprà singu. ccxcix. nu. 3.

CCCCXXV.

1 *Comparere an debeat citatus coram non suo iudice.*
2 *Rerum coniunctio facit videri vnum ea quæ sunt diuersa.*
3 *Immunitas violata videtur per compeditationem in ecclesia factam*
4 *Mors an ex consuetudine possit infligi.*
5 *Notarij consuetudo an attendenda.*

1 An citatus † coram non suo iudice debeat comparere? vide per Bart. in l. extra territorium. ff. de iuris. om. iud. & in l. si quis ex aliena, &c.

2 Cõiunctio † rerum facit videri vnum illa quæ sunt diuersa. in l. tria ff. de excus. tut.

3 Compeditatio † in ecclesia facta facit videri violatam immunitatem. allegant doct. ad hoc tex in l. j. §. non autem. in fin. ff. de vi & vi arm. facit etiam l. Fulcinius. §. illud. ff. ex quib. caus. in pos ea. Sed istud non seruatur, & pluries vidi compeditari in ecclesijs.

4 Vtrum † ex consuetudine possit mors infligi: vide l. saccularij. §. sunt quidam. ff. de extraordi. crimini.

5 Vtrum † consuetudo notarij debeat attendi: vide Bar. in §. i. super verbo, &c ff. de libe. & posthu. l. Gallus.

6 Vbi † valet pactum, valet & consuetudo. gloss. in c. vt litigantes. extrà de offic. ordin. & l. domini prædiorum. C. de agri. & cen. lib. xj.

CCCCXXVI.

2 *pro Confesso an habeatur, & perdat causam suam contumax in iurando de calumnia.*

1 Clerici † quas negationes possunt exercere: vide Spe. in ti. de bigamis.

2 Vtrum † contumax in iurando de calumnia perdat causam suam, & habeatur pro confesso? vide per Innocent. extrà de iuramento calum. in cap. fina. & ibi per Baldum in repertorio.

CCCCXXVII.

1 *Partis citatio non requiritur in confirmatione.*
3 *Iuratoria cautio.*

1 Vtrum † quilibet possit facere castrum in re sua, & an sine principis authoritate? vide Ion. in c. Pisanis. extrà de resti. spo. & per gloss. in l. per prouincias. C. de ædi. priua. & vide Spe in titu. de successione regni Franciæ §. superius facta est mentio.

2 In confirmatione † non requiritur citatio partis. Inno. in c. cum olim. extrà de dolo & contu. quamuis habeat vim sententiæ, vt ibi dicit Bar.

3 De cautione † iuratoria an sufficiat? vide Inn. in c. actor. extrà de dol. & cõtu. & vide Bar. in l. aut generaliter. C. de episc. & cleric.

CCCCXXVIII.

1 *Contractus simpliciter prolatum verbum qualiter intelligatur.*
2 *Bonis cedens debitor. an prosit fideiussoribus.*
3 *Collecta si fiat pro solido & libra. qualiter quis teneatur eam soluere.*

1 Contractus: † hoc verbum si à lege, vel statuto, aut priuilegio proferatur, qualiter intelligatur: dic vt in l Labeo. ij. ff. de ver. sig. licet quatuor species in & sub se comprehendat. Insti. de ver. obli. §. fi. in fi.

2 Si debitor † cedit bonis, an prosit fideiussoribus: vide quæ dixi in decisio. cur. parla Delphinalis, q. ccxj.

Si quis detinet debitorem, &c. vt s. singu. cclxvij. §. si quia detinet.

Communis modus loquendi. Vide s. sing. cccxxij.

3 Si fiat collecta pro solido & libra, vtrum pro re quã quis teneatur restituere, teneatur collectam soluere? dic quòd non. l. nemo. ff. de in integ. resti. & ibi not. per Bartol. & est catio: quia non videtur talem rem habere. l. iij. hoc edicto. ff. de nego. gest. l. Lucius. §. idem respondit. ff. ad municipales.

ADDITIO.

ADDITIO.

Detinet. Adde suprà sing.cclxvij.

CCCCXXIX.

1 *Deprehensi in crimine confessio, an valeat.*

2 *Executio in rebus dotalibus constante matrimonio, an possit fieri muliere condemnata super actione personali.*

3 *Crimen confessatum dicitur notorium per confessionem.*

1 An †confessio deprehensi in crimine, qui statim post deprehensionem confitetur crimen, valeat: dic quòd non: vt est gloss. ordin. in l. quis ea. C. de custodia & exhibitione reorum.

2 Verum muliere conuenta † & condemnata super actione personali constante matrimonio possit fieri executio in rebus dotalibus ipso matrimonio constante? vide glos. in l. quinque legibus. ff. de bon. damnator. & allegatur casus secundum Dyn. in l. fina. §. si à socero. ver. aut certè. ff. de his, quæ in fraudem cre. l. cùm post. §. patrona. ff. de iure dotiũ. Sed quo remedio subueniatur creditori? dic quòd præstita cautione ab ipsa muliere de satisfaciendo sibi soluto matrimonio, vt dicto ver. aut certè. vide quæ dixi in decisi. parla. quæstione.

3 Per confessionem dicitur † crimen confessatum notoriũ. c. nostra. de cohæbi. cleri. & ibi notatur in gl. & ponit Bar. in l. si confessus. ff. de custo. & exh. bi. reorum.

CCCCXXX.

1 Coniectura. † quid dicatur coniectura? dic vt not. per gl. in l. apud antiquos glo. super verbo, coniectura. C. de furtis. & de hoc verbo fit mentio in l. iij. C. de inoffi. testa. Sed ex quibus colligatur coniectura, vide ĩ. sing. cccxxxiiij. § ex quibus colligatur coniectura.

2 Et euidenter † dicitur apparere, quod ex legitimis coniecturis apparet. l. licet. & ibi text. & Bart. ff. de leg. j. de coniecturis, vide infrà sing. ccccxxxiiij.

CCCCXXXI.

1 *Maritus vtrum lucretur dotem propter adulterium mulieris: & qualiter debet agere*

2 *Hæres mariti non poterit accusare de adulterio si maritus vxorẽ non accusauerit.*

3 *Sententiam suam an poterit corrigere iudex: & quid de principe. num. 4.*

1 Si mulier † committat adulterium, vtrum maritus debeat lucrari dotem, & qualiter debet agere? vide l. fi. §. inter culpas. C. de ritu nupr. & in authen. de nup. §. hos itaque. & in auth. vt nulli iudicum. § quia verò plurimas. & iu c. plerumque. extrà de dona. & vide Azo. in sum. in l. consensu. C. de repud.

2 Si maritus † non accusauerit vxorem de adulterio, nunquid hæres poterit accusare. vel si conueniatur pro dotis restitutione: poterit de adulterio commisso excipere? dic quòd non. l. fi. C. de rer. donat. & l. omnimodò. C. de inoffic. testa. ita dicit Bart. in l. rei iudicatæ. §. j ff. solut. matri. & Spec. in titul. de donat. §. fin versi. quid si mulier.

3 Si iudex † possit corrigere suam sententiam, vide gloss. & doct. in cap. qualiter & quando. extrà de accusa.

4 Princeps tamen † potest corrigere & mutare suam sententiam. xxxv. questione ix. c. apostolicæ.

CCCCXXXII.

4 *Diœcesis appellatione continetur ciuitas.*

5 *Bona dotalia an debeant talliari, si fiat collecta.*

1 Qualiter † mors probetur, vide Hen Bohic, in. ca. in præsentia. extr. de sponsa. & Bart. in l. siquidem. ff. solut. matri. & in l. ij. §. si dubitetur. ff quemadmodum testamenta aperiantur. & vide auth. hodie C. de repudiis.

2 Delatus † non debet remitti in loco delicti, si ibi habeat indices suspectos. ff. de legatio. l. sciendum. §. si accusatio.

3 Compromissum non est propriè sententia, sed trãsactio. ita no. gl super verbo, conuentum. in auth. vt differentes iudi. §. si verò contigerit. vide suprà sing. cliij.

4 Ciuitas † continetur appellatione diœcesis probatur per l. primam, C. de priua. carcerib. & ibi not Bart & econtrà, super quo vide ... & c. significauit. de offi. ordi.

5 Si fiat † collecta, an bona dotalia debeant talliari: vide in l. si constante. ff. solut. matrim.

6 De † materia consellariæ, vide per Bartolum in l. si quis. ff. de noui oper. nunt.

CCCCXXXIII.

1 *Instrumenti nota fidem per se non facit.*

2 *Officium conseruatorum ad qua extendatur: & quanto tempore duret.*

1 Notæ † alicuius instrumenti per se non facit fidem, per text. in l. nemo. ibi, & si verbo consiliarij signum quod solitum est chartis. C. de offic. assesso. idem tenet Cyn. in l. contractus. C de fid instru & vide glo. in ca. post cessioné. ibi dum dicitur, alij quòd non creditur chartæ, &c. extrà de prob. & dixi in deci. curiæ parl. q. xix.

2 Officium † conseruatorum ad quæ extendatur? vide in c. j. ext. de offi. deleg. lib. vj. Et quanto tempore duret? vide c. fin. § officium. eo. lib. Et de hac materia vide plenius infrà sing. ccccxxxv. in §. an commissio, &c.

CCCCXXXIIII.

1 *Credulitatis iusta est causa quod dicitur à personis fide dignis.*

Ex quibus colligatur coniectura? dic quòd ex sequentibus. videlicet ex conditione personarum: vt l. si seruus plurium. §. fi. ff. de leg. j & l. cum tuus. ff de condi. & demon. & vide plenius per Bart. in l. de pupillo. § si quis ipsi prætori. ff. de no oper. nunt. Item ex onere vel honore in unico. l. si C. de insti. & subst. sub condi fa. Item ex vicinitate scripturæ. ff. de leg. iij [illegible] nummis. Item ex vi verborum, iuxta not. per Doct in l. j. ff de vulg & pup. Item ex naturali affectione. l Aurelius. § Titius. ff. de liber. lega. Item ex natura rei de qua agitur. l. sed & si suscepit. §. j. ff. de iud Item alios modos sume ex l. vxorem. §. codicillis. ff. de legat. iij. & l si quis ita. ff. de hæred. instit. & ponit Bart in l. quidam testamento. ff. de vulg & pup. Item etiam ex onere. l. denique. §. interdum. ff. de pecul. leg & not. in l. alio. ff. de alimen. & ciba. leg & l. Proculus. ff. de vsufruct. & l [illegible] supplatio. in princ. ff. de operis libertorum. & quod not. per Barto. in l. Centurio. in quæstione, quæro, si testator dicit, si filius meus, &c. Item ex dictis personarum notabilium:

1 quia † quod dicitur à psonis fide dignis, est iusta causa credulitatis: secundum Cyn. in l. j. C. de seruit. & ponit Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi. ff. de oper. nou. nun. Et de hac materia tetigi suprà sing. ccccxxx. in §. coniectura, &c.

CCCCXXXV.

1 *Condemnari non potest defunctus.*

2 *Delegantis morte non expirat commissio.*

3 *Conseruator quis dicatur, & eius potestas.*

4 *Officialis potest esse conseruator.*

1 Defunctus † an possit condemnari? dic quòd non. l. penul. ff. quæ sent. sine appel. rescind. l. ij. C. si reus vel accus. mortuus fuerit & ibi not. per Bart. & Henri. Bohic in c. parochianus. de sepultur. & per Cyn. in l. j. C. ne ex delictis defunctorum.

2 An commissio † expiret morte delegantis? vide c. si super gratia. de offi. deleg lib. vj. & Bart. in l. fundi. ff. de acquir. poss. Et dic quòd non. vt ibi habetur. Sed quid de conseruatoribus apostolicis, vtrum moriente Papa expiret potestas talibus data? dic quòd sic quò ad negotia nondum cœpta, casus est in c. hac quæstione. de offi dele. libr. vj. ibi dum dicitur: officium autem, &c. Et istorum potestas consistit quasi in mero imperio, sicut dicit Inno. in c. statuimus. extrà de offi. deleg.

3 Quis dicatur † conseruator, & ad quid constituatur conseruator, & quam potestatem habeat, & vtrum ipse habeat iurisdictionem? vide c. j. de offic. & potesta. iudic. deleg. & Inn. in c. statutum. eod. tit. quod posuit in lectura sua in fin. tit. de offi. deleg.

4 An officialis † possit esse conseruator, vel subconseruator? glo. videtur dicere quòd sic, in clem. ij. de rescrip. & ita seruat consuetudo generalis.

5 Quæ differentia † sit inter communem opinionem. & famam publicã? vide Spec. in tit. de notorio crimine. §. sequitur de manifesto. in fi.

CCCCXXXVI.

1 *Dictio circa quid importet.*

1 De dictione † circa, quid importet, vide per Bart. in l. Celsus ff. de vsuca & in l. furti. ff. de in lit. iuran. & vide l. Rutilia. ff. de contrahen. empt. & vend. & ibi de verbo circa. Et comprehendit tempus sex mensium, & infrà c. attestationes gloss. super verbo circa fin. extrà de despon. impu. & in c. cupientes. §. pen. de elec. lib. vj. Et istud facit, quia si quis inducat testem ad probandum præscriptionem, & testis dicat, ipse possedit xxx. ann. vel circa, non videbitur probata præscriptio completa: quia deficiunt sex menses per prædicta. De clamis dispensandis & qualiter iudices possunt dispensare, vide Bartol. in l. diuus. ff. de bonis damnatorum.

CCCCXXXVII.

1 *Incarceratus censetur, & in vinculis detentus, qui fideiussores dedit de non recedendo ab aliquo loco.*

2 *In vinculis aut in custodia esse qui accipiendi.*

3 *Clamor factus propter insultum.*

1 Si quis dedit † fideiussores de tenendo arrestum, vel non recedendo ab aliquo loco, aut iurauit non recedere: an censeatur incarceratus, & in vinculis detentus? dic quòd sic: vt est text. notabilis iuncta gloss. fin. in l. in eadē. §. in vinculis. & l. necnon. ff ex quib. cau. maio.

2 In vinculis † autem etiam eos accipimus, qui ita alligati sunt, vt sine dedecore in publico apparere non possunt: licet tetur facultas abeūdi, vel alias, quia iurauit, vel sub fideiussoribus sunt & ista sunt singularia dicta. Quando quis dicatur esse in custodia, ponit Inno. in c. nuper. extrà de sent. excom. Vide infrà singu. dcccxl. §. item si quis nec in. & in decisio. curiæ parlam. quæstio cchij.

3 De clamore qui fit propter insultum, dicendo, *à l'ayde, à l'ayde Dauphin.* Et quis sit, vide Bartol. in l. prohibitum. C. de iure fisci. lib. x. & plenè per Alberi. de Rosa. in suo repertorio super verbo, clamor. & videtur text. in l. capitaliū. § solent. ff. de pœnis.

CCCCXXXVIII.

2 *Sententia ab excommunicato lata, an valeat.*

3 *Captum ab officiarijs amouentes qua pœna puniuntur.*

1 Concutere † est aliquid contra debitum petere ratione officij alicuius. xxiij. quæst. j. c. quid culpatur. Et dicitur concutere, qui per oppressionem & minas extorquet pecuniam. l. j. & ij ff. de concussionibus. ita dicit gl. ordi. xxiij. quæst. j. c. paratus. infi. De hac materia plenius scripsi infra sing. ccccclxxxvij. in §. si notarius. & in decision. curiæ parla. quæstio. cccxxiiij.

2 Vtrum † excommunicatus possit esse index, & an sententia per eum lata valeat? dic vt nor. Bart. in l. j. C. de test. & in l. ij. C. de senten. & interlo. om. iudi.

3 Aliquis ducitur † captus per officiarios, quem ciues, vel a-
2 mici remouent officiarijs,[a] & eum faciunt fugere, qualiter puniantur? dic quòd in crimen læsæ maiestatis incidunt. l. cuiusque. §. fi. ff. ad leg. Iuliam maiest. & dic vt ibi plenius distinguit Bart. vide suprà sing. ccc

4 In pœnis † indicendis proceditur de similibus ad similia, vbi lex non statuit pœnam. vide Bald. in l. si quis id quod. ff. de iurisd. omn. iudi.

ADDITIO.

a Remouēt officiarijs. Adde Hippolyt. sing. celxxiij. nu. 15. vbi limitat procedere in Cardinali.

CCCCXXXIX.

1 *Falsi pœna tenetur remouens literas citatorias executori.*

2 *Credentiæ literæ an præiudicent mittenti.*

1 Ille † qui remouet literas citatorias à manu executoris, tenetur pœna falsi. ita dicit Bald. in d. l. si quis id quod. & tetigi in decisionib. curiæ parlamen. quæst. ccccclxxix.

2 De literis † credentiæ si præiudicent mittenti, vide plenè Barto. in l. Lucius. & in l. mortuo. ff. de fideiusso. & text. in l. fin. C. quod cum eo qui in alia. potestate. ibi, familiares epistolas, &c.

CCCCXL.

2 *Appellationis in causa potest opponi compensatio.*

1 Capellani † dicuntur esse de vniuersitate alicuius loci. Bald. ponit in c. j. de milite vasallo qui arma belli deposuit. in feudis. & vide Bart. in l. j. ff. ad Municipales.

2 Compensatio † potest opponi in causa appellationis. l. j. §. fin. ff. quæ sent. sin. app. rescin. tenet Spec. in tit. de appel. §. de officio eius ad quem appellatum versic. sed nunquid in causa appellatio. &c.

CCCCXLI.

1 *Fiscus aut alius potentior non debet admitti ad defensionem causæ contra alium motæ.*

2 *Verbum habere, idem quod dare.*

1 Quando † & qualiter quis possit causam contra aliū motam defendere, & defensioni assistere: vide plene Bart. in l. si perlusorio. ff. de appel. & l. si suspecta. ff. de inoffic. testa. & Ioan Fab. Insti. de satisdationibus. circa medium. Fiscus vel potentior, aut magnus litigator non debet admitti: vt ibi dicit Ioan. Fab. & plene per Bartol. in d. l. si perlusorio.

2 Verbum † habere, idem est, quòd dare. l. si hæres iussus. ff. de legat. j. & ibi Bart.

CCCCXLII.

1 *Domus tutissimum debet esse refugium.*

2 *Fundum vxori donans ad vsum vel alimenta, videtur proprietatem donare.*

1 Hospes † tenetur defendere hospitem suum · ita tenet glos. ordi. in c. inferebat. xxxij quæst. vij. Et maximè in domo sua. quia ibi debet esse tutissimum refugium. l. plerunque. ff. de in ius vocan. l. qui domum. ff. de iniurijs.

2 Si vxor hæres † instituatur, vel sibi aliquid legetur ad eius vitam duntaxat, vel quandiu abstinebit a secundis nuptijs: & hoc pro suis alimentis, vel pro statu suo tenendo, vtrum ipsa censeatur proprietaria vel vsufructuaria: vide glos. positam in l. si mulier. ff. de donat. int. vir. & vxor. &
a alibi dicit Bart. quòd si quis donat[a] fundum ad vsum, vel ad alimenta, quod videtur proprietatem dedisse. alleg. l. donationes. §. species. ff. de dona. Et no. quod est singulare, & quotidie occurrit in practica, & multi aduocati in consulendo errant.

3 Appellatione † hæreditaris legata & fideicommissa non continentur. l. si Titius. ff. de leg. ij. quod facit ad multa.

ADDITIO.

a Donat. Adde suprà sing. cccxxj. §. si aliquis donat.

CCCCXLIII.

1 *Clericus tribus casibus subijcitur iudici seculari.*

4 *Iudex propter imperitiam an teneatur.*

5 *Contractus quis sit, si dicatur in eo, dedit in feudum & emphyteusim.*

1 Iudex † secularis in tribus casibus habet potestatem in clerico, & in bonis suis spiritualibus, quos ponit gloss. in c. tua. j. de decimis.

2 De iocalibus † seu strennis, &c. vt suprà sing. cccxxvij.

3 Iudex † ad tempus datus, potest procedere tempore feriato propter messes vel vindemias, si sua iurisdictio sit extinctura, secundum Doct. vt refert Archid. in c. sicut sine iudicio. ij. q. j.

4 Vtrum iudex † propter imperitiam teneatur: vide Bart. in l. de eo. C. de pœna iudi. qui male iudi. Item quid de aduocato imperito vtrū parti suæ teneatur: vide in l. si quis fundum. §. Celsus. ff. locati.

5 Si in instrumento † dicatur, talis dedit in feudum & emphyteusim, quis dicatur talis contractus. vide in l. insulā. ff. locati.

6 De † dictione in, vide Bar. & plenius Pet. de Moris, in l. Gallus. §. ille casus indisticilis. ff. de lib. & posthu.

CCCCXLIIII.

1 *Iurisdictione vtens respectu vnius actus an censeatur vti respectu omnium actuum.*

2 *Decreti in appositione, an iudex possit de iure pecuniam recipere.*

1 Vtrum † quis vtendo iurisdictione respectu vnius actus censeatur vti respectu omnium actuum, adeò quòd sibi non obstet præscriptio? vide Spec. in tit. de iurisdict. omn. iud. circa fin. versi. illud etiam, &c. & in tit. de præscrip. verb.

sedpone, miles quidam habebat castrum. & vide Doct. in l. vulgaris. ff. de furtis. & Ioan. Fab. Insti. de actio. §. curare. & quæ scripsi in decision. cur. parlamen Delphina. quæstio dcxxxi.

3 Vtrum iudex† in appositione decreti posit de iure pecuniam recipere, vide in auth. de defensoribus ciuitat. in §. quia verò.

CCCCXLV.

1 *Interrogatoria testibus fienda an parti aduersæ debeant exhiberi.*
2 *Notarius præsumatur quis ex actu antiquissimo: nec exhibenti instrumentum antiquissimum incumbit probatio notarium fuisse qui recepit.*

1 De †interrogatorijs testibus fiendis, quãdo, & qualiter, & vtrum parti aduersæ debeant exhiberi de specificatione ipsorum ac resecatione ipsorum, vide glos. Io. Andr. super verbo, Interrogatoria. & super verbo, Et specificatione. in c. præsenti. de testi. lib. vj.

2 Vtrum† in instrumentis antiquissimis expediat probare, quòd ille qui recepit, esset notarius, vel in quasi possessione notariatus. Dic quòd non: quia ex ipso actu ita antiquo oritur præsumptio. ita not. Inno. in c. veniens. extrà de verb. signific. ita etiam ponit, & tenet Bal. in auth. quas actiones. circa fin. ibi: quòd in instrumentis, &c. C. de sac. san. eccl. Et de instrumento seu antiqua charta, vide Spe. in tit. de loca. §. nunc aliqua. ver. lvij.

3 Seruiens† curię falsum referẽs, qualiter puniatur: vide Spec. in tit. de executore. §. j. versi. sed qualiter.

CCCCXLVI.

1 *Iuramentum qui mihi non seruat, nec ei teneor seruare.*
2 *Lite non contestata procedi potest in causa inquisitionali.*
4 *Iudicium ex tribus personis consistit.*
5 *Dictio inconcessè, id est, sine interruptione.*

1 Si quis† non seruet mihi iuramentum, nec debeo etiam sibi seruare, ex eodem contractu. Inno. in c. peruenit. extrà de iureiur.

2 Potest† procedi in causa inquisitionali, etiam lit. non contestat. dicit Inn. in c. si aduersarius. extrà de eo qui mitt. in pos. causa rei ser.

3 De intimatione† fienda parti vel iudici, vide c. causam. in princ. iuncto fine eiusdem, extrà de electio.

4 Iudicium† ex tribus personis cõsistit, iudice, actore & reo. in c. forus. extrà de verb sign.

5 Inconcessè, id est, sine interruptione, vt in c. illud. extrà de præscrip. & ita ibi exponitur per Goffredum.

CCCCXLVII.

1 *Sententiam suam interpretari quis iudex possit, & quando.*
2 *Ignorantia per iuramentum probatur.*
3 *Officialis clericum potest eximere de immunitate ecclesia.*

1 Vtrum† & quando iudex, & quis iudex posit sententiam suam interpretari? vide gl. & plenè Bart. in l. ab executore. in prin. & ibi text. ff. de app. tangit gl. in l. actorum. ff. de re iudi. & Bart. in l. ij. C. de sen. ex per. rec. Istud posteà iteratò scripsi infrà sing. cccclxxxvj §. vtrum & quãdo. quia non recordabar hic scripsisse. & vide suprà sing. ccclxxiij. num. 3.

2 Innocentia† vel ignorantia possunt per iuramentum probari, text. in c. nulli. in fi. de elect. li. vj. & no. per gl. in c. significasti. de homicid. in antiq.

3 Vtrum officialis† posit extrahere clericum de immunitate ecclesiæ. Ioan. Fab. tenet quòd sic, Instit. de his qui sunt sui vel alieni iuris. vide de hac materia in decisio. parla. quæst. cxxj.

Quis debeat mandare sententiã arbitri, &c. vt supra sing. cclxxviij. num. 4.

CCCCXLVIII.

3 *Dictio iuxta, an importet conditionem.*
4 *Castri pars censetur esse fossata.*

1 De dictione† iuxta, vide in l. qui bona. §. si quis iuxta sepulchrum. ff. de dam. infect. & l. fi. ff. finium regundorum. Et vtrum faciat conditionem? vide quæ not. per glos. in c. Abbate. extrà de verbo. sign Et videtur de se exclusionem adiuncti importare, sicut probant dicta iura. Attamen potest dici circa ea quæ dicuntur in dictione, vsque, de qua vide per Bart. in l. patronus. §. fi. ff. de leg iij.

2 De inhibitione† facta, vel præcepta per iudicem, si cõtrarium fiat, non valet: & quatenus de facto processum est, reuocatur. l. fi. ff. ne quid in loco pub. l. qui vetante. ff. de reg. iur & c. j. de matri. contracto contra interdictum eccle. iuncto c. non solùm. §. j. de appell. lib. vj.

3 Quis† sit effectus inopiæ, vide Inn. in c. P. & G. extrà de offic. deleg.

4 Vtrum †fossata censeantur esse partes castri vel fundi, dic quòd sic. l. prædia. §. penult. ff. de fundo instru & instru. legat. & l. Iulianus. §. fi. ff. de actio. empti.

CCCCXLIX.

1 *Agi qualiter potest de fide mentita.*

1 De †fide mentita qualiter agi posit, vide in Spe. in tit. de sponsa. §. restat videre. Quod facit ad quæst. de istis nobilibus, qui dant sibi ad inuicem fidem, & posteà ipsam non tenent, qualiter agi potest de fide mentita. Alibi dicitur, quod fides est etiam seruanda hosti. xxiiij. q. j. noli. ita dicit glo. in c. offerebat xxij. q. vij. Et vtrum frangenti fidẽ, fides eidem debeat seruari, vide Henr. Bohic, in c. peruenit. ij. de iureiur. & c. dilectus. extrà de simo.

2 Vtrum †fideiussor per clericum datus coram iudice seculari posit conueniri? Dic quòd sic, secundum Spec. in titul. de competenti iudic. aditio. §. j. versic. sed pone clericus, &c.

CCCCL.

1 *Feudales constitutiones faciunt ius apud omnes.*
2 *Pater & filius in his quæ sunt facti non censentur vna persona.*
3 *Stipulari potest filio nascendo post mortem.*
4 *Procuratorem ad agendum non potest constituere filiusfamilias, secus ad defendendum.*

1 Constitutiones† feudales faciunt ius apud omnes, vt dicit Iacob. de Bello visu, in feudis, qui feudũ dare poss. c. j. circa fi. idem Mar. Silimagni, Cyn. & Butr. in auth. ingressi. C. de sac. sanct. eccles. in antepe. q. idem Inno. in c. ex trãsmissa. & c. verum. de for. compe. & plenius in c. cæterùm. de iudi. Et de hoc scripsi in deci. cur. parla. q.

2 Nota, †quòd in his quæ sunt facti, pater & filius eadẽ persona non reputantur: ita quòd pater stipulando pro filio nec sibi, nec ei, quæritur. l. quod dicitur, ij. de verborum obligationib.

3 Filio† concipiendo & nascendo post mortem potest stipulari. l. Paulus. §. pen. ff. de bon. lib. ita tenet Bartol. in l. quod dicitur. ij. ff. de verb. oblig. vide infrà sing. cccc. numero 2.

4 De filiofam. † vtrum constituere posit procuratorem ad agendum, cùm exercitium suarum actionum ad patrem pertineat? Dic quòd non l. j. in fin. C. de ann. excep. nisi in certis casibus. ff. de proc. l. filiusfa. Qui casus not. per Spec. in tit. de actore. vers. sed filiusfam. & tit. de procu. §. nonne. ver item quòd constituens. Ad defendendum autem semper potest. l. seruum quoquè. j. responso. ff. de procura.

CCCCLI.

2 *Prata & pascua non continentur appellatione fundi.*
3 *Matrimonium non probatur per dotale instrumentum.*

1 Vtrum appellatione† fundi prata & pascua contineãtur? Dic quòd non, l. Seiæ. §. Titiæ sorori. ff. de fund. instruct. & instrumen. lega. Quod facit ad quæst. an legatis fundis veniant & comprehendantur prata vel pascua. & in d. §. quod est sing vide infrà sing. cccccxxvij. num. 10.

2 In dote† sunt xxiiij. priuilegia, quæ ponit Spec. in tit. de donat. int. vir. & vxo. §. pe.

3 Dotale instrumentum† non probat matrimonium, maximè in alterius præiudicium, secundum Inno. in c. illud. de præsumpt.

CCCCLII.

2 *Aetas legitima quando dicatur.*
3 *Loci non tuti exceptio vtrum admissibilis.*

1 De domino duce Borbonij quomodo potest succedere in regno Franciæ, vide Bald. in c. j. de feudo marchiæ ducatu & comitatu. In quo c. habetur, quòd ducatus, comi-

tatus,& marchiæ sunt dignitates.

2 Quando † quis dicatur esse in ætate legitima quid in contractibus, quid in iudicijs, di. quòd in contractibus dicitur legitima ætas, in xiiij. anno in masculo, in femella, in xij. In iudicijs verò legitima ætas dicitur de xxv. ann. ista comprohantur in l. curatorem. C. in quib. can. in integ. rest. non est neces. & in l. qua ætate. ff. de testa. iunct. l. j. & ij. C. qui legi. perso. stand. in iudic. hab.

3 Vtrū † exceptio de lo. o nō tuto sit admissibilis, & in quo loco sit probanda, vide Goffr. in c. interposita. extrà de appel.

CCCCLIII.

1 *Successione indignus ex testamento non propterea est indignus ab intestato.*

2 *Dictio extunc, qualiter sumatur.*

1 Nota † quòd vbi pater iustè exhæredat filium suum in testamento, & hæres institutus non vult adire hæreditatē, cui nullus datus est substitutus, quòd talis filius exhæredatus non repellitur volens ab intestato succedere. Et sic nota, quòd vbi quis est indignus successione ex testamēto, non propterea indignus est ab intestato. casus videtur secundum Doct. in l. liberis. ff. de excep. doli. & l. filium. §. sed cum exhæredatos. ff de contra tab. Quod tene mēti: quia alibi non reperies. dicunt Doct.

2 De dictione † extunc, qualiter sumatur: vide gloss. in c. ex parte. extrà de cleri. non residen. per Goffre. & in l. lecta. ff. si cert. peta. & per Bald. in c. j. de milit. vasal. qui contu. est. Sed de dictione exnunc, vide infrà in proxi. versic.

CCCCLIIII.

1 *Dictionis exnunc effectus.*

Pone, clericus confessus est debitum, officialis mandat sibi quòd soluat intra x. dies, & adiecit, quòd si non solueris, exnunc te excommunico, vtrum valeat ista excom-

1 municatio? exnunc † significat tempus continuum, vt in c. cupientes §. cæterum. de elect. lib. vj. & not. in c. cùm in cunctis. de elect. in nouel. & patet ff. de ver. obl. l. huiusmodi stipulatio. Item patet grammaticaliter, quia est verbū præsentis temporis. l. j. §. nunc tractemus. de tut. & rat. distra. Sed impossibile est, quòd pœna præueniat delictum, vel quòd excommunicatio præueniat contumaciam, cū sit ordo præposterus. in c. sacro. de sent. excom. significat enim præsentem verbi actum, sed futurum effectum. vt l. lecta. ff. si cert. pet. Plus dico, quòd si iudex vteretur verbo præteriti temporis: quia diceret, exnunc excommunicatus sis. tamen ista verba deberent intelligi sanè not Inno. extrà de dam. c. prætereà requisiuisti. vbi videas. Et ex hoc etiam patet qualiter debent intelligi verba quæ sæpè ponuntur in scripturis, videlicet exnunc prout extunc: quia nunc significat actum verbi prolati: tunc significat effectum verbi consummati. l. v. §. j. ff. de condi. & demon. Et sic non est aliqua perplexitas in istis sermonibus. ista sunt verba Bald. in feu. in c. j. de mili. vas. qui cont. est. De ista clausula exnunc, prout extunc, vide in c. ex parte. extrà de cle. non resi. per B.

CCCCLV.

1 *Pedagium emens à Rege, & emisse pœnas transgressorum videtur.*

2 *Hæredis verbum de quo hærede intelligatur.*

1 Pone, † aliquis emit, seu assensauit pedagium à Rege, vel domino nostro Delphino, nunquid videatur emisse pœnas transgressorum? Dic quòd sic, vt l. creditor. in princip. C. de actio. empt. & ibi per Cyn. in additio. ita tenet Bald. in c. j. extrà de feud. cognit.

2 In materia † feudali verbum sine hærede, intelligitur de filio masculo: in aliis verò dispositionibus verbum sine hærede, ponitur pro quolibet descendente. ita habetur per Bald. in capit. si clientulus. de alienat. feud. versiculo. & si clientulus.

CCCCLVI.

2 *Decimarum exactio quò ad præscriptionem habet causam continuam.*

3 *Compensatio in decimis an locum habeat.*

4 *Appellari an possit super decimis.*

1 Decimę † sunt introductę à iure diuino, vt dicit gl. in verb. pontifex. in l. munerum. §. patrimoniorum. ff. de mun. & hon. Sed qualiter probetur, quòd de iure diuino debeantur? vide Innoc. super rubri. de decimis. & not. in l. si à patre. §. fin. ff de peti. hæred.

2 Exactio † decimæ in præscribendo habet causam continuam: quia quotidie pullulant, & debent exigi & recipi, & non solum prædiales, sed etiam personales. ita dicit Inn. in c. de quarta extrà de præscri.

3 Vtrum † in decimis locum habeat compensatio: vide glo. in c. cùm homines. extrà de deci.

4 An super † decimis possit appellari: vide in sum. domin. Goffr. in tit. de appel. §. item in causa.

5 Quid iuris, † quādo parochianus vult soluere decimam, & requirit sacerdotem, quòd recipiat, & ipse non vult, & postea talis sacerdos vult recipere, vide Bernard. in c. cùm homines. in gl. quæ incipit, quòd citiùs extrà de deci.

6 Sed † in quo loco debeāt solui decimæ: Dic vt no. in c. reuertimini. xvj. q. j. & q. vj. c. decimas. & vide Spec. in tit. de decimis, in fin.

7 In decimis † soluendis & exigendis debet attendi consuetudo loci. in c. aliquibus. & ibi Inn. & c. Apostolicę. de deci. Ioan. And. in c. j. de deci. lib. vj. & ibi plenè. & xiij. q. j. c. ecclesias.

CCCCLVII.

1 *Donatio inter viuos, vel causa mortis quando presumatur.*

2 *Donatio causa mortis facta per filiumfamil. vt valeat, quatuor requiruntur.*

1 Si quis dicat, † do vel dono, in dubio præsumitur donatio inter viuos. Sed si dicat, relinquo: tunc præsumitur donatio causa mortis. l. j. §. si. ff. de tabu. exh. & not. per Dyn. in l. j. C. de reuoc. dona.

2 Nota † quatuor requiri ad hoc vt valeat donatio causa mortis facta per filiumfamil. vt colligitur ex dictis Barto. in l. tam is. §. j. ff. de do. causa mor. De hac materia vide infrà sing. cccclix. §. vtrū in donatione causa mortis, &c.

CCCCLVIII.

1 *Appellatione expensarum veniunt tam soluta quàm soluenda: & an damna. num. 2.*

1 Appellatione † expensarum continentur tam solutę, quàm soluendæ. gl. est notabilis, in l. quibus diebus. §. j. ff. de condi. & demon.

2 Vtrum appellatione † expensarum, contineantur damna: vel econtrà: dic quod non, vt probatur in c. in nostra. extrà de iniuriis & damno dato.

CCCCLIX.

1 *Dispositum in secundis nuptijs, vt mulier non nubat intra annum, an locum habeat in diuortio.*

2 *Fideicommissum tacitum inducitur per verbum, dono.*

3 *Hæreditatis aditio an requiratur in donatione causa mortis.*

1 Si mulier † mittat diuortium, ipsa non debet nubere intra annum. quod est singulare, in authent. de nupt. §. si verò rationabiliter. Et facit ad quæstionem, vtrum id quod dicitur in materia secundarum nuptiarum vendicet sibi locum in muliere diuortium sibi mittente.

2 Per verbum † dono. inducitur tacitum fideicommissum l. miles. in prin. ff. de leg. ij.

3 Vtrum in donatione causa † mortis requiratur aditio hæreditatis? vide Bartol. in l in mortis. ff. de don. causa mor. & de hac materia donationis, dixi suprà sing ccccłvij. ver. si quis dicat, &c.

CCCCLX.

1 *Dolo quem desiisse possidere qualiter probetur.*

2 *Testamentarius executor potest cogi vt sit executor.*

3 *Subscribere si vtrum quis teneatur excipiendo contra instrumentum.*

1 Si quis asserat † dolo desiisse possidere, qualiter probetur? vide Dy. in c. pro possessore. de reg. iur. li. vj. & Bar. in l. qui petitorio. ff. de rei vendi.

2 Executor † datus in testamento potest cogi ad essendum executor, etiam si nihil fuerit sibi relictum. ita dicit Bart.

in l.

in l.j.ff. de legat. ij. Et de materia executorum vide ibi plenè.

3 Vtrum † quis excipiendo de falso contra instrumentum teneatur se subscribere, & præstare iuramentum? de quo habetur in l.fin.C.de fide instru.dicit Dy.quòd sic & reputat casum in d.l.fina. iuncta gloss. posita super verbo: Quasi falsum.

CCCCLXI.

1 *Eligendi ius non transit in hæredem.*

1 Vtrum ius eligendi † transeat in hæredem: quod facit ad q. Testator filiæ suæ iam dotatæ in testamento electioné dedit habendi, & petendi dotem constitutam, vel eius legitimam: ipsa antequam elegerit, decessit: vtrum eius hæres possit eligere: credo quòd non, ex eo quòd tale ius est voluntatis declaratiuum, quod non transit ad hæredem. l.idé Pomponius scribit, si frumentum. §.fi.ff.de rei ven.l. inter stipulatorem.§.j.glo.super verb.actori.ff.de verb.obli.& facit bene l.fideicommissa.§.sic fideicommissum. in fi.ff. de le.iij.& multominùs posset eligere, vbi talis iam de dote aliquid exegisset l.huiusmodi.§.scitum.ff.deleg.∴& l.apud Aufidiú.ff.de optio.leg.iúcto c. mutare. extra de reg. iur. ita consului.

CCCCLXII.

2 *Cognitio ad quem spectet si duo se verberent in fine alicuius territorij.*

1 Siquis † conueniatur super reintegratione possessionis, vtrum ipse cótra spoliarum agere possit negatoria actione, vel eum reconuenire de negatoria, aut de dominio vel alio iure excipere? dic quòd non, vt est casus in c.super spoliatione extra de ordine cogn.& in l si quis ad se fundum. C.ad legem Iuliam de vi.& ita tenet Bat.qui hoc mirabiliter tractat ibidem, & alibi non reperi tactum.

2 De verberantibus † se in fine territorii alicuius, vt ingrediantur illud territorium, ad quem spectabit cognitio? vide Albert.de Gandino, in titulo de homicidio & pœnis. in quæstione quæ incipit, quid si duo inceperunt.

CCCCLXIII.

1 *Vidua stuprum intra annum luctus committens perdit legatum & augmentum dotis.*

1 Si mulier vidua † committat stuprum intra annum luctus, perdit legatum & augmentum dotis.tex.in authen.de resti.& ea quæ parit in xj.mense.§.fi.in authen.eisdem. C.de secundis nuptijs, iuncta glo.super verbo, parit & per glos. & Bar. in l.fideicommissum.C de fideicommissis.

2 An, dictio, faciat † conditioné vide Bartol.in l.cùm tali.§. Titius.ff.de conditio.& demon & de dictione pro, vide in l.si Titio.§.Titio.ff.eodem titu.

CCCCLXIIII.

1 Vasallus † vasalli mei non est homo meus.l.Modestinus. iuncta glo.ff.de verbo.signi.nisi esset ex eadem re, seu causa vasallus: quia túc esset homo meus.in c.j.§.illud.de pro hibita feudi alienatione per Fede.

2 Quid operetur † legitimatio, vide Bart.in l. qui in prouincia.§.j.ff.de ritu nupti.& ibi dicit Bart.quod legitimatio est natalium restitutio.

3 Sed quid † de legitimatis à Papa, vtrum legitimati censeantur ad temporalia? vide c.per venerabilem. extra, qui filij sint legitimi.& ibi Inn.Host.& gloss.tangit Bart. in l.cunctos populos.C.de sum.trin.& fide catholica.De materia legitimationis scripsi infrà, in §.an valeat legitimatio.singu. cccccxcij.

CCCCLXV.

1 Ex remissione † vel cessione quæ fit inter socios, non debetur laudimium.Bart.in l.siue.circa finem.ff.de condi.furtiua.& vide latius infrà sing.cx.

2 Sunt duo † domini directi: vnus vult retinere emptorem, alius non, sed vult retinere iure prælationis, certè quilibet vtetur iure suo.alleg. l.j.in §.si alter. ff. quorum leg. licet contrarium videatur, ff. de in diem adiectione. in l. quòd si vno.§.fi.

3 Libellus † potest concipi contra procuratorem tenet Inn. in c.inter dilectos.de fide instru.super verbo, procurator.

4 Si fiat † legatum Episcopo, fit transmissio ad successorem: secus si fiat vicario, quia non transmittitur ad vicarium. ita dicit Bart.in l.quod principi.ff.de leg.ij. & quæ sit ratio differentiæ ibi ponitur.

CCCCLXVI.

1 *Conclusio restringit narrata ad ea quæ in ea petuntur.*

4 *Amicorum assistentia facit cessare metum.*

1 In libello † nó narratio, sed conclusio attenditur: quia conclusio restringit narrata ad ea, quæ in conclusione petuntur: quia in conclusione stat modus agendi.no.gl.iiij.q.v. c hoc quippe. & in c.super literis.per Inno. de rescrip. in gloss.nam secunda regula in communi forma, &c. & vide infrà singul. dccclxxxix.§.libellus.& singul. dcccexliij. §.conclusio.

2 De verbo † liberorum, vtrum cadat in homine idiota, vide gloss.in l.quid si nepotes.ff.de testa.tute.

3 Non † potest peti aurum pro pecunia, nec e contrà, nisi ad id quod est in obligatione.Bart.in l.Paulus respondit. ff.de solutio.

4 Metum † cessare facit assisté tia amicorum & parentum l. transactio.C.de transact.& ibi Salicetus.

CCCCLXVII.

2 *Mortalitatis effectus in præscriptione.*

3 *Mortalagiorum causæ sunt fori ecclesiastici.*

4 *Dictio postquam facit conditionem.*

1 Mendacium † reddit quem suspectum, &c. vt suprà, singul. cccxiij.num.iij.

2 De mortalitate † quem effectum habeat in materia præscriptionis, vide Bart.in l.recusare.ff.ad Trebellianum.

3 Causę † mortalagiorum ad forum ecclesię pertinent Ioan. Andr.& Hosti.in.c.ex suscepto.extrà de fo.compe.

4 Dictio † postquam, importat, & facit conditionem.l.inter illam.& ibi casus, ff.de verb.sig.tenet glo.in l.si ita.ij. dum exponit vbi, id est postquam.ff. de leg. ij. idem tenet Bart. expressè in l.quibus diebus.§.fi ff.de condi.& demon.

CCCCLXVIII.

1 *Conditionis ante euentum facta habentur pro non factis.*

2 *Mandatum morte expirat in personis ecclesiasticis.*

3 *Instrumento dotali non probatur matrimonium.*

4 *Mandatum speciale quibus casibus requiratur.*

1 Ante † conditionis euentum seu complementum facta, pro non factis habentur. l.j.§.sin autem. C.de cadu.tollen. l.iij.§.sed si sub conditione.ff.quando dies lega cedat.

2 In personis † ecclesiasticis expirat mandatum per morté, etiam post lit. contest.in cle.fi. de procuratoribus, vide Cy.in l mandatum C.mandati. ex quibus l. si defunctus. ff.de procuratore recipit limitationem.

3 Matrimonium † non probatur per instrumentum dotale, maxime in præiudicium alterius.tenet Inn.in c.illud.extrà de præsumptio.nec etiam probatur per possessionem longam & famam.nec etiam institutio beneficij, vt d.c.illud.no.in l.cum res.C.de probationibus.& in l. eum qui. §.qui publico.ff.de publi.

4 Casus in quibus † requiritur speciale mandatum, vide per Spe.in tit.de procuratoribus.& per glo.in c.qui ad agendum.de procu. lib. vj.

CCCCLXIX.

1 *Mobilium legato an veniant debita, animalia, aurum, libri, &c.*

4 *Obuentionum appellatione quid contineatur.*

1 Testator † legauit mobile, vtrum veniant debita, animalia, aurum, libri, & similia? dic vt plenè ponit Spec. in tit. de fructibus & interesse.§.j.vers.sed pone.cum seq. Et Petr. Iac.in tit.de actione ex testamento.

2 Vtrum † notificatio fieri possit sine citatione? vide Inn. in c.pastoralis.de rescrip.

3 In obligatione † non est intelligenda alia persona, quàm ibi nominata.tex.in l.si ita stipulatus fuero. §. Chrisogonus. ff.de verb.oblig. Et no.hoc, quia facit pro priuilegiis, si debeat extendi ad alias personas quàm ibi nominatas.

4 Quid contineatur † appellatione obuentionum, vide Bal. in c.quidam capitaneus.de capitaneo qui curiam vendi-

dit, in q. quæ incipit, formatur etiam, &c.

CCCCLXX.

1 *Bellum cum præiudicio subditorum non debet facere princeps.*
2 *Clausula generalis & specialis ad quæ debeat referri.*
3 *In actis causæ si aliquod producatur non intelligibile, pro non producto habetur.*

1 Princeps † non debet facere guerrã cum præiodicio subditorum. Sed prius debet expẽdere aurum suum, & in defectu eiusdem potest a subditis accipere, & postea eis restituere. vt dicit Cyn. in l. neminem. C de sacr. san. eccl. Sed illud hodie non seruant principes nostri temporis, & malè.

2 De clausula † generali & speciali ad quæ debeat referri: & quomodo debeat intelligi: vide Bart. in l. si libertis. ff. de alimentis & ciba. legat.

3 Si aliquid producatur † in actis causæ quod non est intelligibile, vel per quod pars non potest instrui, quãtum eam tangit, habetur pro non producto. in c. cum in multis. de rescriptis. lib. vj. & in c. j. de postu. & in c. vt quis duas. de elec. & in auth. litigiosa. C. de litigiosis: ita no. de Zabarellis in cle. ij. vt lite pendente nihil innouetur, post Guiel. de monte Lauduno.

CCCCLXXI.

1 *Substitutio locum habebit, licet rogatus restituere ingrediatur monasterium.*
2 *Equum suum an liceat alicui immittere in pascuis prati mei.*

1 Titius † rogatus est restituere hæreditatem Caio post eius mortem. An si Titius ingrediatur monasterium habebit locum substitutio? dic quòd sic. ita dicit Bartol. in l. Statius. §. fin. ff. de iure fisci. & facit l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de leg. ij.

2 Vtrum † sit licitum alicui immittere equum suum in pascuis prati mei, vide c. j. §. fi. de clerico viola pacis. in feud. & C. de pascu. publi. l. j. & fi. lib. x. & l. fi. ff. ad legem Aquil. vide infrà sing. ccccxix. num. 2.

CCCCLXXII.

1 *Instrumentum & protocollum si producantur, cui stabitur.*
2 *Instrumenti protocollum debet exhiberi si instrumentum redarguatur de falso.*
4 *Hæredes notariorum debent habere protocolla.*

1 Si † protocollum [a] & instrumentum glossatum producantur, cui stadum erit? Dic quòd protocollo. l. Sempronius. ff. de leg. ij. Scripsi etiam de hac materia in decisiun. curiç parlam quæst. xix & vide infrà sing. cccccxv. nu. 1.

2 Protocollum † instrumenti debet exhiberi, si instrumentũ de falso redarguatur. ita dicit Bart. in l. fi. C. de fide instru. & in l. vbi. C. de fal. iuncto § illud autem, in auth. de tabellionibus. vide infrà sing. cccccxv.

3 De protocollo † scripto & non recitato, vide l. xj. §. j. ff. de legat iij. & Iaco. de bello visu in authen. de tabellionib.

4 Protocolla † debent remanere penes hæredes notariorũ, in authen. de defensoribus ciuitat. §. quæ verò. & est §. ij.

5 De proœmio † priuilegiorum quid significet, vide Bart. in l. fin. ff. de hæredib. instit. & ibi text.

ADDITIO.

a Si protocollum. Si duo instrumenta ab eodem tabellione sint confecta eodem die, illud prius confectum præsumitur, quod in ordine protocollorum primum reperitur. ita Barto. in proprus terminis notat in j. constit. C. nu 18. Cui adde Bald. ibid. §. quibus. in vij. notat. Ias. l. j. col. j. solut. matrim. Cott. in verb. actus ita.

CCCCLXXIII.

1 *Sententia qualiter ferenda si intentatum est petitorium & possessorium & probatum solum possessorium.*
2 *Metu æquiparantur preces importunæ.*
3 *Verbum pertinet, dominium vel quasi importat.*
4 *Verba plenum ius, vel pleno iure, dominium denotant.*

1 Si † ab vno & eodem intentetur petitorium & possessoriũ, & probetur in possessorio, & non in petitorio, qualiter sententia sit ferenda, vide textum notabilem in c cum ecclesia sutrina. extrà de caus. possess. & propriet. & ibi casus. Et vide quæ ponit Cyn. in l. certi. C. de interdict. vide infrà singulari cccccxvj.

2 Preces † importunæ metui æquiparantur. c. petitio. extrà de iureiur. secundum Innoc.

3 Verbum † pertinet, dominium vel quasi, importat. l. sciendum. §. fin. ff. de verb. sig. licet magis latè sumatur, in l. verbum illud pertinere. eo. tit. & in l. prætor. §. pertinere. ff. de edend. Et alibi dicitur, quòd est verbum directum, in l. licet. C. de pact. & ponit Bartol. in l. Centurio. ff. de vulgari.

4 Ista † verba plenum ius, vel pleno iure, important proprietatem cum vsufructu. l. fœminæ. §. finali. C. de secund. nupt.

CCCCLXXIIII.

3 *Parricidium habet locum in filio spurio.*

1 Illud † dicitur ad aliquem peruenire, quod ad eum peruenit deductis oneribus. l. cogi. § sed & si quis. ff. de leg. iij. & in l. in fideicommissariam. ff. ad Trebellia.

2 Per arrestensia † probatur per iuramẽtum. in c. statutum. de rescrip. libr. vj. Et potest procurator super hoc iurare absque speciali mandato vt videtur ibi tenere Archi. & in c. nulli. extrà de electio. Sed hodie secundum pragmaticã sanctionem debet probari per testes.

3 Parricidium † habet etiam locum in filio spurio, quia natura est communis. l. hos accusare. §. omnibus. ff de accus. ita tenet Bald. in c. naturales. si de feud. cõtrouer. fuer. in feudis.

CCCCLXXV.

2 *Quantitas non solùm refertur ad pecuniam sed & ad alias res.*

1 Pactũ, † quòd soluto matrimonio mulier teneat aliquas res, donec sit sibi de dote solutum, fructibus in sortem dotis non computatis, an valeat? Hosti. videtur dicere, quòd sic, in c. salubriter. extrà de vsur. & vide ibi Henric. Bohic. idem tenet gloss. in l. j. C. de distract. pig De similibus pactis vide infrà sing. cccclxxvij. in §. quæro mutuasti, &c. & sing. cccccij. §. si debitor, &c.

2 Quantitas † non refertur solùm ad pecunias, sed etiam ad alia. l. quisquis. in prin. ff. de leg. iij. Sed quid de verbo summa, vide infrà sing. cccclxxix. §. verbum summa, &c.

3 Legis † ratio non minus, &c. vt suprà sing. cclxxiiij. nu. 1.

CCCCLXXVI.

1 *Reditus emere non est aliquid vsurarium.*
3 *Pœna promittentis aliquem exhibere & repræsentare, si non exhibeat.*

1 Circa † reditus annuos cadit commercium, sicut in aliis rebus c. in ciuitate. & ibi Inn. de vsu. Et reditus emere non est quid vsurarium. ita ponit Bal. in c. negot. si de feu. vas. ab aliquo interpella & dominus eum defendere noluerit.

2 Quando † quis dicatur absens, & quot modis quis dicatur absens, vide in auth. de fideius. §. j. in glos. super verbo, præsenti.

3 Quãdo † aliquis promittit aliquem, vt fideiussor, repræsentare, & exhibere certa die. & non exhibet, qualiter contra eum procedatur, & qualiter puniri debeat, vide Spec. in tit. de accu. § sequitur. versi. sed si dedit fideius. &c. Et super hoc dicit gl. super verbo, arietes, &c. xxiiij. q. v. c. cùm homo sit. certe illud nullo iure inuenitur, quòd fideiussor possit occidi, si non exhibeat illum pro quo fideiussit. licet fideiusserit pro reo criminis. Sed si fideiussor reum criminis non exhibet, pecuniariter punitur. Vel si dolo eum non exhibet, punitur arbitrio iudicis. ff. de exhi. reis. l. si quis reum. & C. ad Turpil. l. secunda. quod no. quia alibi sic non reperies.

CCCCLXXVII.

1 *Legis commissoriæ pactum iuramento confirmatur de iure canonico.*
3 *Pactum legis commissoriæ appositum non in contractu pignoris, sed diu posteà, an valeat.*
4 *Contractus ex multis præsumitur vsurarius.*
Pacta insolita arguunt contractum esse simulatum & vsurarium.
5 *Creditor an possit vti iurisdictione si pignoretur castrum.*

1 Licet † pactum legis commissoriæ iure ciuili improbetur, in l. iij. C. de pact. pig. in prin. tamen iure canonico iuramento

mento confirmatur. in c. significante. extrà de pig. & vide Bar. in l. si quis propter. ff. de fideiuſ. & ſcripſi ſuper hoc in deciſio. cur. pat. q. vj. & plenius in tractatu de vſu. per me Guid. compilato. in §. iuxta hanc materiam.

2 Quæro, † mutuaſti mihi x. nullo pignore conſtituto hoc pacto, quæ ſi nõ ſoluero infra menſem, quòd talis domus ſit tua pro illis x an valeat tale pactũm? dic quòd ſic: quia non eſt pactum pignoris. vt l. fi. ff. de contrahen. empt. &

3 ven. vbi eſt textus notabilis. Item pone, quòd † pactũ legis commiſſoriæ fuit appoſitum, non tamen in ipſo contractu pignoris, ſed diu poſteà, vtrum valeat? dic ꝙ ſic: vt ff. de pigneratitia actione. l. cuius. Vel vbi interuenit pactum rogatu debitoris, & eius gratia, non voragine creditoris. Et dicunt quòd ex interuallo valet ad excipiendum, non ad agendum: vt refert Bart. in l. Calipodius. ff. de pign.

Nunc quæro de quibuſdam pactis, quæ fiunt cum fœne-

4 ratoribus. Pone, fœnerator re vera † mutuauit mihi centum, pro quibus ego facio chartam venditionis cuiuſdã meæ domus, hoc pacto, quod ego promitto reemere dictam domum poſt quinquennium. & non ante, pro eodẽ pretio: dic quòd ſi non poſsit probari de mutuo, tamẽ ex conſuetudine vſurariorum præſumam contractum eſſe vſurarium. Item quia eſt contra naturã contractus venditionis, vt in c. ad noſtram. extrà de contrah. emp. & vendi. & de pigno. c. illo vos. alii e contra dicunt, ꝙ nulla lex, neque decretalis ſunt de hoc, & ex forma ſui iſte contractus non eſt vſurarius. Item emptio & venditio poteſt fieri ad certum tempus. l. ij. C. de pactis inter empto. & ven. Iſti dicunt melius ſecundum Bal. ſed vide quæ ſuper hoc plenius ſcripſi, in trac. de vſuris per me Guidonem compilato, in §. pone, circa hoc, &c. Niſi probetur quod ſit ſolitus fœnerari, & in fraudem vſurarũ ſimulata inſtrumenta conficere, vt in regula iuris, ſemel. & ibi per Dy. & conclude quòd alterario cõtractus & pacta inſolita, & ꝙ eſt vſurarius, faciunt contra ipſum præſumi ſimile. not. in l. vj. ff. de condi. inſti. cui præſumptioni ſtatur. Et idem eſt de ſimilibus pactis inſolitis, quæ videntur contra naturã meræ venditionis. & facit ff de proba. l. qui teſtamẽtum. vbi propter legis interdictum præſumitur fraudis ſimulatio. & facit l. cùm tacitum. ff. eo. ti. & l. j. C. de natu. libe-

5 ris. & l. ſi quis. ff. de legi. Sed † pone, pignoratur caſtrum, an creditor poſsit vti iuriſdictione, vt aliis iuribus incorporalibus? dic vt extrà de re iud. in c. cũ Bertholdus. & arg. l. eleganter. §. fin. ff. de pigneratitia actione. iſta ſunt verba Baldi in feudis, in c. j. de feudo dato in vicem leg. commiſſo. De hac materia vide quę dixi ſuprà ſing. cccclxxv. in §. pactum quòd ſoluto, &c. & infrà ſingul. cccccij. §. ſi debitor.

CCCCLXXVIII.

1 *Scriptura regeſti an faciant fidem.*

2 *Poſſeſſio non probatur ex recognitione per aliquem facta: nec etiã dominium.*

1 Quid ſit † regeſtum, & an ſcripturæ regeſti faciant fidem, vide Inno. in c. j. extrà de procuratoribus.

2 Ex recognitione † per aliquem facta noo probatur poſſeſsio, nec ſaiſina, nec proprietas acquiritur illi, ad cuius opus eſt facta: vt tenet Io. Fab. Inſtit. de act. § æquè. in ix. col. in q. iij. quæritur. & vide plenè Inno. in ca. dilectus de capellis mon. Nec etiam ex recognitione probatur dominium: ſecundum Pe. Ia. in ſuo primo libello.

3 Debent † referri ſingula ſingulis: vt Inſti. de contr. emp. & ven. §. fi. iuncta gl.

4 Sunt xxvj. caſus † in quibus ſpoliatus non debet reſtitui: quos ponit Spe. in tit. de cauſa poſ. & proprie. in §. fi.

CCCCLXXIX.

1 *Sororem inopem tenetur dotare frater ex eodem patre: ſecus ſi ex alio patre exiſtat.*

Dotare filiam officium eſt paternum.

4 *Verbum ſumma denotat quantitatem, & non ſpeciem, vel corpus.*

1 Frater † tenetur dotare ſororem ſuã ex eodem patre inopem. l. cum plures. §. cum tutor. & ibi gl ff. de admi. tut. Secus ſi ex alio patre exiſtat, vt ibi eſt text. Item etiã alere. l. qui filium. ff. vbi pup. edu. debeat. Item dotare filiam eſt officium paternum noo maternum. gloſſ. in l. à filiæ. ff. ad Trebellia.

2 Qualiter fieri † debeat denuntiatio debitori in materia l. iij. C. de nona. vide cle. cauſam. de elect. & Bar. in l. non ſolùm. §. morte. in q. quæ incipit, Secundò principaliter eſt videndum, &c. ff. de no. ope. nun.

3 Verba † ſententiæ &c. vt ſ. ſing cclxxviij. §. verba.

4 Verbum ſumma, † denotat quantitatem, & non ſpeciem, vel corpus. l. planè. j. §. ſed ſi non corpus. ff. de leg. j. & l. in actionibus. ff. ad exhi & l. hæc adiectio. ff. de ver. ſig. Licet quandoque ſumatur pro vno vniuerſali ſeu totali relatiuo: ſicut habetur in l. in ſumma. in prin ff. de aqua plu. arcen Sed quid de verb. Quantitas, dixi ſuprà ſing. cccclxxv. §. quantitas, &c.

CCCCLXXX.

1 *Antiqua ſcriptura, & libri antiqui an fidem faciant.*

2 *Arrendare an ſit vendere vel locare.*

1 An ſcripturæ † antiquæ, & libri antiqui faciant fidem? vide ca. cum cauſam. extrà de prob. & c. ad audientiam. de præſcriptio. & ibi tex iuncta gl. ponit Spe. in tit. de locato. §. nunc aliqua. ver. lvij. quæritur. &c.

2 An arrendare † ſit vendere vel locare, vide Bar. in l. cotẽ. §. fi. ff. de publica. & in l Sabinus. ff. de contrahen. empt. & ven. & vide reportata per dominum Petrum Papæ in libro meo. ff. de contrahen. empt.

CCCCLXXXI.

1 *Donatio vno mortuo an ſortiatur effectum in perſona vtriuſque ſi vir & vxor donent omnia bona ſua poſt eorum mortem.*

2 *Donatione omnium bonorum præſentium & futurorum non veniunt nomina ſeu debita.*

1 Si vir † & vxor donent omnia bona ſua prædicatoribus poſt eorum mortem, vtrum vno mortuo donatio ſortiatur ſuum effectum, ſic quòd fratres debeant habere bona vtriuſque? vide in l. qui concubinam. § ſi Stichus ff. de leg. iij. & ponit Bart. in l. Lucius. ff. ad Treb. & Cy. in l. penult. C. de impu. & aliis ſubſti.

2 In donatione † omnium bonorum præſentium & futurorum nomina, ſiue debita non comprehendũtur in tali donatione. ita dicit Bar. in l prima. C. ſi aduerſus tranſact. & in l. Centurio. in iij. q. princ. ff. de vulg. & pupillari. Et Spe. in tit. de fructibus & intereſſe. §. j. ver. ſed pone. & Pet. Ia. in titu. de actio. ex teſt. Et ex hac ratione poſſet fortificari opinio illorum, qui tenent, quòd donatio omnium bonorum præſentium & futurorum valet, de qua donatione omnium bonorum præſentium & futurorũ plenè per Bar. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de ver. obl. De materia etiam tetigi in deciſionibus curiæ parlamenti. q. ccxcj. & infrà ſingu. dccclxiij.

3 Frater † hæreditatem ſororis non agnitam non tranſmittit. l. j. §. in nouiſsimo. C. de cad. tol. & vide Cy. plenè in l. ſi fratris. C. de iure deliberandi.

4 Vbi † duo cõtendunt de vno caſtro, &c. vt ſ. ſing. cccxxvj.

CCCCLXXXII.

1 *Appellari non poteſt à ſententia iudicis, qui eſt arbitratus vt bonus vir.*

Iudex appellationum, &c. vt ſ. ſing. xxxij. nu. 23.

1 Pone, † recurritur ad iudicem tanquam bonum virũ, ipſe arbitratur vt bonus vir, an ab eius ſententia poſsit appellari? dic ꝙ non, vt tenet Innoc. in c. præſenti. extrà de reſcriptis. & Bar. in l. j. in ſi quæſt. ff. de leg. ij.

2 De hac † materia appellationum vide in deciſionibus curiæ parlamenti Delphin. q. cccexxxvj. & ibi pleniſsimè tractaui materiam appellationum per centum quæſtiones & vltra.

CCCCLXXXIII.

1 *in Laicum compromitti non poteſt de re ſpirituali.*

2 *Iuriſdictionis prorogationem non inducit cautio præſtita coram iudice de iudicio ſiſti.*

3 *Feuda redacta ad inſtar patrimonij.*

1 De re † ſpirituali non poteſt cõpromitti in laicum[a]. in c.

2 contingit. extrà de arbitris. Sed ſi compromittatur in laicum & clericum de re ſpirituali, an valeat? dic quòd

sic,si fiat authoritate Episcopi,vel Archiepiscopi.in c.per tuas.extrà de arbi.

Et in compromittendo requiritur speciale mandatum,vt in dicto c.per tuas.

2 Cautio præstita†coram iudice de iudicio sisti,non inducit prorogationem iurisdictionis secundum Inno.in c. inter monasterium.extrà de sententia & re iudi.

3 Feuda†sunt redacta ad instar patrimonij.secundum Io. Fa.Insti.de rerum diuisione.in prin.& per eundē in auth. ingressi.C.de sacrosan.eccle.

ADDITIO.

a Compromitti in laicum.Adde Bouer.sing.vj.in verb.compromissum.nu.12.qui distinguit vt ibi per eum.

CCCCLXXXIIII.

1 *Testes qualiter deponunt super probatione dominij.*
2 *Religiosus debet iurare ad sancta euangelia.*
3 *Testis idoneus non est impubes in maleficijs:bene tamen potest examinari ad indicia.*

1 De modo†probandi dominium,& qualiter testes debent deponere super probatione dominij,vide Spec in tit. de teste.§.nunc tractandum.ver.quid ergo si quis petit fundum,&c.Et melius in tit.de iure emphy.§.nunc aliqua. ver.lvj.vide infrà sing.cccccxlvj.nu.3.

2 Non sufficit†quòd religiosus iuret ad pectus,sed debet iurare ad sancta dei euangelia,aliâs non valet eius depositio,in c.nuper.extrà de testa.licet contrarium seruetur: vt dixi in decisio.cur.parla.q.

3 Licèt†impubes non sit idoneus testis in maleficijs.l.quæ testimonium.ff.de testi.hoc est verum ad plenam probationem:Sed bene quoad indicia potest examinari.pro quo allegatur glo.secundum Bart.in l.talibus.C.de his quibus vt indig.

CCCCLXXXV.

2 *Dotis pro solutione possunt dari fideiussores sed non pro eius restitutione.*
3 *Dotem constante matrimonio soluendo vxori an liberetur maritus.*
4 *Informationes debent præcedere incarcerationem.*
5 *Citari sine mandato iudicis an quis possit.*
6 *Forma iuramenti præstandi per commentariensem.*

1 Depositū†habet paratam executionem sicut res indicata.l.si quis.C.depositi.& ita ibi dicit Bar.

2 Licet pro dote†restituenda non possint dari fideiussores. in l.j.C.ne fideiussores dotium dentur. tamen pro dote soluenda bene possunt dari.l.iiij.§.si pater ff.de iure dot. ibi casus quòd sic,ibi etiam tenet Bart.

3 An maritus†liberetur soluendo dotem vxori constante matrimonio:vide tex.&Cy.in l.vna.C.si cōstante ma.dos soluta fuerit.

4 Nota quòd†quis non debet incarcerari,nisi præcedente informatione,vt probat tex.in l.j.C.de exhib.& transmit. reis.Quod intellige in leui crimine:secus in graui,vt ibi gloss.

5 De materia†an quis possit citari sine mandato iudicis? vide plenè Bar.in l fi.C.de exhi.& trans.reis.

6 Formam iuramenti†quam debet præstare commētariensis secundum receptionem officij,vide in clem.j.§ porrò. de hæreticis.

CCCCLXXXVI.

2 *Nobilitatem confert infeudatio.*

1 Vtrum†& quando iudex,&c.vt suprà sing.ccccxlvij.

2 Infeudatio†confert nobilitatem. Ita tenet An. Ysernia in feudis.in titu.per quos fiat inuestitura.ibi, dum dicit, feudatio confert nobilitatem,&c.& facit quod per eum etiam no.in c.j.quis dicatur Dux.

CCCCLXXXVII.

1 *Confessio notarij in tormentis non nocet parti.*
2 *Concussionis pœna tenetur notarius plus exigens de scripturis suis quàm debeat.*

1 Licet notarius†cōfiteatur in tortura,vel aliâs,falsum instrumentum fabricasse,non nocet parti.l.si quis in gra-ui.§.si quis moriens.& ibi Bar.ff.ad Sylleianum.

2 Si notarius†exigat plus de scripturis suis potentia sui officij,quàm debeat,vt quia est firmarius curiæ,ipse tenetur
a pœna concussionis.[a] l.j.& ibi gl.ff.de cōcussionibus.idē tenet Io.And.in c.statutum.§.assessorem.gl.super verbo, metas.extrà de rescriptis lib.vj.Etiam si plus exiget à soluentibus spontè.ita dicit glos.in l.j.C.de salgamo mili. non præstan.lib.xij.& debet talis notarius expelli ab eius officio.l.si quis.C.de officio præfecti præto.De materia concussionis etiam tetigi suprà singu. ccccxxxviij.in §. concutere,&c.

ADDITIO.

a Pœna concussionis. Adde Bouer.in singu.in verb.notarius. nu.11.& de verbo,concutere vide suprà sing.:cccxxxviij.

CCCCLXXXVIII.

1 *Testis dictum debet interpretari contra producentem.*
2 *Vniuersitatis in causa singulares an possint esse testes.*
4 *Productio testium facta per priuatum non prodest, neque nocet fisco.*
6 *Vasallus an possit testificari pro domino.*

1 Dictum†testis debet interpretari contra producentem: secus in verbis libelli.ita dicit Bar.in l.ij §.fi.ff.de duobus reis.

2 Vtrum singulares†possint esse testes in causa vniuersitatis?vide Cyn.& doc.in l.parentes.C.de testi.& in l.consensu.C.de repu.& ff.de re.diui.l.intantum.§.vniuersitatis.& Spec.in tit.de teste.§.opponitur.in ver.sequitur.in addi.Specu.& vide quæ ego dixi in decisio.curiæ parla. Dephi.q.cxciij.

3 Testes†non publicati nō probant.gl.&Bar.in l.solam.C. de testi.& idem Bar.in l.cum mota.ff.iud.solui.

4 Vtrum†testes in causa inquisitionali producti per partē priuatam prosint parti fiscali,quæ eos non producit?&videtur quòd non,per l.si quando.circa fi.ibi,quæ eos produxit,&c.C.de testibus.facit bene c.ij.extrà eo.tit.sicut enim res inter alios iudicata alijs non prodest,neque nocet,etiam in consimili negotio.l.ij.&fi.C.quibus res iudi.non nocet.sic nec productio per partem priuatam facta prodest,neque nocet parti fiscali:vt d.l.ij.sic no.per Inn.in c.constitutus extrà de testi.vbi dicit,quòd testes producti respectu vnius personæ nō valent respectu alterius.& facit bene quod no.per Bart.in l.j.§.fi.ff.de quæstionibus.& in l.denuntiasse.§ fi.ff.ad leg.Iul.de adult.De hac materia tetigi in decisio.cur.parla.q.cccxlij.

5 Qualiter sit fienda†commissio pro testibus examinandis,an in eodem territorio vel alieno?vide Bart.in l.j.ff. quemadmo.testa.aperiantur.

6 Vtrum subditus†seu vasallus possit testificari pro domino?vide Cy.in l.parentes.C.de testib.& Spe.in titu.de test.§.opponitur.ver.quid si dubitetur.

CCCCLXXXIX.

1 *Iuramento executorum standum an totum quod relictum est pauperibus,sit distributum necne.*
2 *Conclusio in causa non debet fieri in criminalibus.*

1 Si aliquid†relinquatur distribuēdū pauperibus per executores,& oriatur dubitatio,an totum distributum sit, standum est eorum iuramento,per tex.secundum Bar.in l.si quis pro redemptione.C.de dona.

2 In criminalibus†non debet fieri renuntiatio & conclusio in causa,quia quocunque tempore ante sententiam si quis se velit defendere,debet audiri.casus in l.vnius.§.cognitorum.ff.de quæstionibus.& ita tenet Bar.in extrauaganti,ad reprimendum.in gl.sequentia,&c.

CCCCXC.

2 *ad Quæstionem sufficit vnum indicium.*

1 De tortura†quæ fit cum fidiculis,idest chordis seu funibus,qui ponuntur delatis in capite,vel alijs membris, vide tex.in l.nullus.ibi,fidiculatis tormenta.C.ad leg.Iul. maie.Et ibi probatur quòd illud operatur torturam siue quæstionem.

2 Ad procedendum†ad quæstionem siue torturam sufficit vnum indiciū.l.si quis.C.ad l.Iul.maie.super verbo,convictus,

uictus, &c. licet leges communiter loquantur in nnmero plurali, & dicunr præcedentibus indiciis: de quo vide per Bar. in l. vlt. ff. de quæstionibus.

CCCCXCI.

1 Quando quis est † vulneratus, si ex tali vulnere moriatur, non inspicitur quibus diebus post vulnerum illationem vixerit, per text. in l. vna. C. de emenda. propinquorum. quod intellige verum, nisi ipse vulneratus fuerit in culpa sui mali regiminis. arg. l. pecuniam C. de condi. ob causam. facit l. qui occidit. §. fi. ff ad l. Aquil. ideò sis cautus, qnòd vulnere illato facias inspici per medicos, an vulnus sit lethale, vel non, iuxta l. semel. C. de re mili. lib. xij. facit quod not. Bart. in l. j. §. j. ff de ventre inspi. & c. significasti. extrà de homicidio.

2 In iuramento † sunt nouem tacitæ conditiones secũdum Bar. in l. fi. C. de non nume. pecu. & secundum Inno. sunt quinque tacitæ conditiones, quas ponit in c. quemadmodum. extrà de iureiur.

3 An per † consuetudinem posset acquiri vectigal? dic vt notatur per Bartol. in l si publicanus. §. finali. ff. de publi. & vecti.

CCCCXCII.

1 Concordia † quãdoque accipitur pro diffinitione. xvj. q. vj. c. inter cætera. in vltima glo. & vide quę ponit Albericus de Rosate in suo repertorio, super verbo, concordare. quod facit pro causa mea contra bastardum Valentinensem, qui concordauit cum domino sancti Valerij ante diffinitionem suæ causæ.

2 Si quis † fuerit oblitus facere interrogationem ante lit. contesta. potest eam facere post: secundum gl. in l. qui petitorio. ff. de rei vendica. & tenet Bart. in l. j. ff. de interro. action.

CCCCXCIII.

1 *Actor an reus dicatur qui venit ad resondendam sententiã contra se latam.*

2 *Dispensare in quibus potest princeps.*

1 De illo † qui venit ad rescindendam senrentiam contra se latam: an dicatur actor vel reus? vide Bart. in l. de pupillo. §. si procurator. ff. de noui operis nuntiatio. Qnod facit pro excommunicato, si agat vt soluatur, an debeat repelli.

2 In quibus † princeps potest dispensare, ponit Spec. in tit. de dispen. §. siue quoque. ver. item princeps, &c.

CCCCXCIIII.

1 *Instrumentum totum debet produci, nec sufficit producere clausulam.*

2 *Transire & extrahere differunt.*

3 *Clausula, computatis & inclusis omnibus solutionibus &c. in quitantys apponi solitis.*

4 *Instrumentum falsum scienter dictans tenetur pœna falsi.*

1 Non † sufficit produeere clausulam, sed debet totũ instrumentum produci, secũdum Bar. in rubrica in j. & ij. quæstionibns. ff. de no. oper. nun. & Cy. in l. fin. C. de precibus imperatori offe.

2 Quæ sit † differentia inter transire & extrahere, vide bonũ tex. in l. si quis post hanc. C. de ædif. priuatis & ibi glos. & Bar. & in l. cætera. §. si quis. ff. de leg. j. & Archid. in c. sicut. xvij. q. iiij. vide ĩ sing. ccccc xviij. nu. j.

3 De clausula, † computatis & inclusis omnibus aliis solutionibus factis, &c. quæ consueuit apponi in instrumẽtis qnitantiarum, vide l. planè. §. si eadem. & ibi tex. ff. de lega. ij. & alibi non reperies.

4 Ille qui † dictat scienter falsum instrumentum, punitur pœna falsi: secundum Bar. in l. iubemus. in fi. in qnęstione, vltimò quæro, &c. C. de sac. san. eccle.

CCCCXCV.

1 *Filia secundò dotata a patre non potest petere nisi dotem secundò constitutam.*

2 *Excipiens de falso contra instrumentum, tenetur se subscribere*

1 Pater † dotauit filiam suam nubendo de ceutum florenis, maritus moritur, pater iterato eam collocat in matrimonio, & dotat de centũ vel plus, nulla mentione facta de prima dote soluta, vel non soluta: vtrum filia vtrunque habere debeat? dic quod nõ, sed solùm dotẽ secũdò cõstitutam l. dotem. ff. de iure dotium. tenet Cyn. in authẽ. sed quamuis. C. de rei vxori. actio. vide Bartolum in l. huiusmodi. §. cum pater. ff. de lega. j. & l. filiam. cum glossa. C. de leg.

2 Vtrum † qnis exipiendo de falso contra instrumentum teneatur se subscribere, & præstare iuramentum, de quo habetur in l. fin. C. de fide instru. Cyn. dicit quòd sic, qui reputat casum in dicta l. fi. iuncta glossa. super verbo, quòd falsum.

CCCCXCVI.

1 *Sententia, vel alterius mandati iudicis executor non tenetur seruare ordinem iudiciorum in citationibus &c.*

2 *Fructus futuros incertos an liceat emere soluendo pretium tempore contractus.*

1 Execntor sententiæ †, vel alterius iudicis mandati, non tenetur seruare ordinem iudiciorum in citationibus & similibus, secundum Inno. in c. ex ratione. extrà de appell. & ibi vide Bald. in repertorio. Et subiungitur ibidẽ, quòd executori nullus ordo iudiciarius præfigitur, nec vitiatur, qnod fit ab execntore ratione ordinis non seruati: secundum Inno. ibidem: & ideò non habet necesse citare partes, vt ibidẽ dicit Inno. Attamen quò ad citationem contrarium videtur in cap. licet Episcopus. extra de præben. lib. vj.

2 Vtrum sit licitum † emere fructus futuros incertos soluendo pretium tempore contractus? vide Inno. in c. in ciuitate. extrà de vsuris. & Fran. de Zabarellis in clemen. frequens. de excessibus prælato. & plene dixi in tractatu de cootractibus, qui sapiunt vsuram, &c.

CCCCXCVII.

2 *Laudemium debetur pro integro pretio, quando fundus venditur cum fructibus vno pretio: secus si fundus vno pretio, & fructus alio venderentur.*

1 Exempti † sicut sunt mendicantes, & monachi non debẽt capi per Episcopos, & si contrarium faciant, sunt excõmunicati. ita dicit Pau. de Leaza. in c. si clericos. de sent. excom. libro vj. idem Zenzelinus. facit clem. si equens. in prin. de excessibus præla. vbi idem tener de Zabarellis, in versi. nonnulli. in vj. notabili.

2 Si venditur † fundus cũ fructibus vno pretio, an debeantur laudimia pro toto pretio, vel solum pro valore fundi: dic quòd pro integro pretio: secundum Iac. de Are. in l. qui concubinam. ff. de leg. iij. secus si fundus venderetur vno pretio, & fructus alio pretio. l. si ex duobus. §. fi. cum seq. ff. de in diem adiec. vide l. final. §. pen. ff. de his quæ in frau. creditor.

CCCCXCVIII.

1 *Pretium rei empta non tenetur soluere emptor quando imminet euictio rei vendita in limine contractus.*

1 Quando † euictio rei venditæ eminet in limine contractus ante solutum pretium, vtrum emptor teneatur soluere pretium rei emptæ, an vero sibi competat exceptio? vide l. cum post. C. de euictio. & l. pater. §. ex quadrante. ff. de exceptio. doli. & ibi Bart. in l. j. §. stipulatio. ff. de prætor. stipulatio.

2 Filius † qui est in quasi possessione, &c. vt s. sing. cccxxxvij. nnme. 2.

De materia præsumptionnm iuris & de iure, vide multa singularia in tractatu de præsumptionibus, per me Guido. compilato.

CCCCXCIX.

2 *Fructus rerum paraphernalium an maritus faciat suos.*

1 Exceptio † semel opposita ad elidendũ rescriptum principis, & reiecta, si ex eodem rescripto ad aliud agatur, non potest iteratò opponi illa exceptio, qnod est notabile secundum Inno. in c. cum dilectus. extrà de purga. cano. & vide ibidem Bald. in suo repertorio. De materia rescriptorum & clausnrarum derogatoriarum in rescriptis principum apponi solitarum, vide multa singularia

quæ posui in tractatu rescriptorum per me compilato.

2 An maritus † facit fructus suos rerum paraphernalium? Bal mouet istam quæstionem, & distinguit in l.pen.ff. ad leg.Falci.& plenè scripsi in decisionibus parla.q.

CCCCC.

1 *Mercatoris factor ad quid potest compelli mortuo mercatore.*

1 Factor † alicuius mercatoris mortuo mercatore, potest ipse factor compelli ad restituendum libros rationum, & similia & ad indicandum & instruendum debita & credita, apothecæ. casus est singularis in l. si purè. §. fi. ff. de fidei. cōmissa. liber in l.j.§ officio.ff.de tute.& rationibus distra.& ibi per Bar.& in l.sicui. ff. de condi.& demon.

2 Filio † nascendo &c. vt suprà sing.ccccl.nu.3.

3 Qui negat † feudum &c. vt supra sing.cclxv.nu.2.

CCCCCI.

2 *Debita prædecessoris contracta pro necessitate ecclesiæ tenetur soluere succedens in beneficio.*

1 De his † de quibus habet cognitionem executor mistus, vide Henric.Bohic in capi.de cæterò.extrà de re iudi. Et terigi plenè in decisionibus curiæ parlamenti, quæstione ccccclxxiiij.

2 Succedens † in beneficio tenetur soluere debita sui prædecessoris pro necessitate ecclesiæ contracta. probatur in c.præsenti.de offi.ordi lib.vj.iuncta gl.super ver.debitis. & vide c.j de solutio.in antiquis.

3 Quæ † veniant in fideicommisso vniuersali, vide quæ plene dixi in decisio.cur.parla.q cccij.

CCCCCII.

1 *Pactum quòd creditor lucretur fructus rei hypothecatæ valet.*

2 *Feudum non potest acquiri nisi cum inuestitura*

1 Si debitor † faciat pactum creditori quòd lucretur, & faciat fructus suos rei hypothecatæ, nūquid valet pactum? gloss.quòd sic, in l.j.C.de distractione pig. De hoc plenius tractaui in tracta.de vsur.idem tenet expresse Hostien. in c.salubriter.de vsur.& vide tex.in l.inter cohæredes.§. vsufructu.ff.fami.erc.& faciunt no.per Bar.in l.si constante.in quarto membro prin.ff.sol.ma.de materia pactorū in talibus licitorum vel illicitorum.scripsi ple.suprà sing. cccclxxvij.in §.quæro, mutuasti mihi, &c.

2 Feudum † non potest acquiri, nisi cum inuestitura aut successione.in c.ij.de feudi cogni.in feudis.

CCCCCIII.

1 *Negotia grauiora vel maiora quæ dicantur.*

2 *Defuncti ex delicto hæres tenetur sicut ex contractu.*

3 *Priuilegium suum perdendi, modi.*

1 Quæ dicantur † grauiora vel maiora negotia? dic quòd grauiora sunt illa, in quibus agitur de fama. vj.q.j. c. ex merito.& c. deteriores. vel si de beneficio agatur. in c. quærela, extrà de procuratoribus. vel de spiritualibus, vel libertate, vel crimine, extrà de transact.ca.pe.vel propter scandalum quod contingere posset.& ita ponit Spec.tit. de rescri.præsentatione.§. ratione autem causæ, &c.ver sicul. item quæritur, quæ dicantur maiora vel grauiora, &c.

2 Hæres † tenetur ex delicto defuncti de iure canonico sicut ex contractu.no.12.q.ij.c.Episcopus.& videtur tex. in l. iubemus.§.sanè, circa fi.C.de sac.san.eccl.& ibi ita tenet Bal.in ver.vltimo quæro, &c.

3 Decem † modis quis perdit suum priuilegium, quos ponit Specu.in tit.de instrumentorum edit. §. inter autem videndum.in ver.item oppone.

CCCCCIIII.

2 *Libera persona pro debito ciuili de iure in carcerem detruditur: fallit in casibus.*

3 *Reuelare tibi non teneor quòd alius vult te interficere, nec ob hoc punior, nisi alias essem conscius criminis.*

1 Si non † introducatur appellatio coram iudice ad quem termino præfixo à iudice, vel termino præfixo à iure, vel statuto, appellatio est deserta: ita dicit Inno.in ca.personas.de appel.idem tenet Hosti.in c.seq.& Bald.in repertorio Inno.

2 Nota casum † singularem secundum Dyn.in quo persona libera capitur, & in carcerem detruditur pro debito ciuili, in l.fi.§.fin.ff.de his quæ in fraudem credi. Est & aliux C.qui bo.cedere pos.l.j.& ff.ad legem Iul.peculatus.l.Labeo.aliàs §.sub l.sacrilegii In contrarium est ius commone.vt no.C.de actio & obl.in l.obest.& C.de exactori. tributorum l.nemo.li.x.& de hoc est tex.in auth.vt nulli iudi.§.si verò.

3 Quid si sciam, quòd alius † vult te interficere, nunquid teneor hoc tibi reuelare? dic quòd non, nec punior, dum tamen aliàs non essem conscius, vel particeps: vt ff.ad leg. Pom.de par.l.j.in fin.& l. si sciente. secundum Guliel. de Cuneo.& de hoc consueuit notari in l.vt vim.ff.de iustitia & iure.

CCCCCV.

1 *Præscribere non potest excommunicatus.*

2 *Sententiam suam iudex an possit interpretari vel corrigere post eam latam.*

4 *Viarum ad refectionem quis teneatur.*

1 Excommunicatus † non potest præscribere. tenet Hosti. in c.cùm non liceat.extrà de præscrip.quia est quasi mortuus & ibi in d.c.gl.ponit duodecim casus, in quibus cessat præscriptio.

2 Vtrum † iudex post latam sententiam possit eam interpretari, vel eā emendare, supplere vel corrigere? vide glo. & Bar.in l.ab executore.ff.de appel.& in l.ij.C.de sen.ex periculo recitandis.

3 Creditor præfertur † pœnis fiscalibus: text.in l.in summa. ff de iu.fis.

4 Quis teneatur † ad refectionem viarum? vide plenè Cyn. in l.omnes prouinciarum.C.de operi.publi.

CCCCCVI.

1 *Operis noui nuntiatio, an & quando possit sperni.*

2 *Debitor cessione facta, an possit opponere cedenti quòd debiti cessionem fecit.*

3 *Quittantiæ instrumentum an facere creditor cogi potest.*

1 Vtrum † nuntiatio noui operis possit sperni. Bart. quòd sic, in l.j.in prin.ff.de noui operis nuntia.quando est certum denuntiantem ius non habere: ita ibi dicit post Rofredum circa oppositionem quam ipse facit de leg.ij.ff. ne quis eum qui in ius voca.est vi eximat.

Circa materiam legis tertiæ, C. de nouationibus, pone

2 quòd † facta cessione cedens agit contra debitorem: vtrum debitor possit opponere istam exceptionem, videlicet quod ipse cessionem debiti fecit, & sic cessionarius habet vtilem, que præfertur directæ: vide Bart. in l. facta.§.si hæres.ff.ad Trebel.vbi determinat istam quæstionem.vbi ponit plura notabilia & singularia in hac materia.vide j.sing.ccccxciij.nu.5.

3 Vtrum † creditor possit cogi facere instrumentum quittantiæ. Cyn. quod sic, in lege, obsignatio. C. de solutionibus.& Barto.in l.si finita.§.eleganter.ff.de damno infecto.

CCCCCVII.

1 *Testes in iudicialibus non est necesse apponere.*

2 *Vniuersitatis nomine potest accusare syndicus: & an vniuersitas possit delinquere.*

3 *Clerici in vxorem potestas.*

1 In his † quæ in iudicio fiunt, non est necesse apponere testes, per tex.in l.in donationibus.in prin.C.de dona.vide Inno.in c.post cessionem.extrà de proba.& Bal.in reper. Inno vide j.sing.ccccxlix.

2 Syndicus † nomine vniuersitatis potest aliquem accusare: vt dicit Bar.in l.j.ff.de accusa.in quæstione fina.Sed an vniuersitas possit delinquere, vide infra sing.dcclxxviij. §.impossibile.& sing.dcccxlviij.§.collegium.

3 Iure † canonico, si vxor alicuius clerici primæ tonsuræ adulterium committat, ipse habet potestatem præter necē eam custodiendi, & ligandi in domo sua ad ieiunia solitaria: non tamen mortiferè.ita ponit textus, xxxiij.q ij. c.placuit.

CCCCCVIII.

CCCCCVIII.

1 *Monetam falsam expendentis pœna: item falsificantis aliam monetam quam principis nu. 2.*

1 De illo † qui expendit falsam monetam qualiter puniatur? vide Bar. in l. lege Cornelia. in prin. ff. ad l. Corneliam de falsis.

2 Sed qua † pœna punietur falsificans aliam monetã, quàm principis? vide Bartol. in l. quicunque. ff. de falsis.

ADDITIO.

a Falsam monetam. Adde Pet. Rauen. sing. cccxviij.

CCCCCIX.

1 *Tractus futuri temporis an pertineat ad iudicem*

2 *Præscriptione interrupta contra principalem, an censeatur interrupta contra fideiussorem.*

1 Vtrum † tractus futuri temporis pertineant ad iudicem, vide Archi. in c. Romana. super verbo, In futuris. de sen. excõ. lib. vj. & ibi plenè est scriptum manu recolendæ memoriæ patrui mei domini Petri Papæ, leg. doct. in quadam sua apostil. in meo Archi.

2 Vtrum † interrupta præscriptione contra principalem, censeatur interrupta contra fideiussorem: vide Barto. in l. cùm quis. §. si quis pro reo. ff. de solu.

CCCCCX.

1 *Factum contra inhibitionem vel præceptum iudicis non valet.*

2 *Pœna iudicis extorquentis indebitè pecunias à subditis.*

1 De inhibitione † facta per iudicem, vel præcepto, si contrarium fiat, nõ valet, & quatenus de facto processum est, reuocatur. l. fin. ff. ne quid in loco publico. & in l. qui vetãte. ff. de re. in. & in c. j. de matrimonio contracto contra interdictum ecclesiæ. iuncto c. nõ solùm. §. j. de appel. li. vj.

2 Qualiter debeat † puniri iudex, qui extorquet pecunias indebitè à subditis, vel eos opprimit? vide l. iij cum gl. ff. ad legem Iuliam repe. & l. ij. C. de pœna iudicis qui malè iudi. cum glo. & inter cætera debet ab officio destitui, & nunquam admitti. l. iudices C. de dignitatib. lib. xij.

CCCCCXI.

1 Legitima † non potest detrahi de regno vel ducatu dicit Per. Iac. in ti. de succes. regni Franciæ, circa prin. in q. sed quid dum decesit ille Karolus, in ver. nec quarta est debita. allegatur c. licet. de voto & voti redemptione. & ibi gl. ord. & scripsi in deci. cu. par. q. cccclxxvj.

2 Ratio legis † non minus est attendenda, &c. vt suprà sing. cclxxiiij. nu. 2.

3 Quis ordo † debet seruari in vẽditione, &c. vt suprà sing. ccccxj. nu. 3.

CCCCCXII.

1 Communis † opinio in iudicando, &c. vt s. sing. ccxcj.

2 Quomodo † poterit fieri probatio centum annorũ, vide Bal. in auth. quas actiones. C. de sacr. san. eccle. & dixi in deci. cur. parla. q. ccclvij.

CCCCCXIII.

2 *Testis an possit puniri de his quæ testificando confessus est.*

1 An processus † factus coram inquisitore fidem faciat coram iudice seculari? vide Bar. in l. magistratibus. ff. de iuris. om. iud.

2 Vtrum testis † posit puniri de confessatis per eum in testificando? vide Inno. in c. cum super. de confes.

CCCCCXIIII.

1 *Ambiguitas seu obscuritas in multis reperitur.*

2 *Ambiguum seu obscurum verbum quando in dispositione reperitur, illud debet accipi vt res potius valeat quàm pereat.*

1 Obscuritas † seu ambiguitas quandoque reperitur in contractibus, quandoque in confessione, quandoque in iudicio, quandoque in sententia, quandoque in stipulatione prætoria, quandoque in priuilegiis, quandoque in verbis à lege prolatis, quandoque in vltima voluntate, prout ista deducit magistraliter Dy. in c. contra eum. de reg. iu. lib. vj. & tangit Bartol. in l. si quis intentione ambigua. ff. de iudic.

2 De obscuro † & ambiguo verbo, quãdo potest ad diuersa adaptari, illud debet accipi, vt res potiùs valeat quàm pereat. l. quoties in stipulationibus. ff de ver. oblig. l. cum quæritur. ff. de reb. dub. Inde dicit Iurisconsultus Paulus, quoties idem sermo duas sententias exprimit, i. ad duas snías potest referri, ea potissimè accipit, quæ rei gerẽdæ, i. gestæ aptior est. l. quoties. ff. de ver. sig. & pro hoc bene faciunt no. per gl. & Bar. in l. post mortem. ff. qñ ex facto tutoris. & per eundem Bar. in l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus. ff. de ver. ob. & quæ etiam no. per gl. & Bar. in l. ex facto. super verbo, Sententia. ff. ad Trebel. & l. cùm in testamento. ff. de auro & argento leg. & ista sunt singularia & notanda.

CCCCCXV.

Si protocollum & instrumentum, &c. vt s. sing. cccclxxij. Debet exhiberi protocollum, &c. vt suprà sing. cccclxxij. §. protocollum.

CCCCCXVI.

2 *Legitima supplementum locum habet in patre & matre.*

1 Si intentatur † simul petitorium & possessorium, &c. vt s. sing. cccclxxiij.

2 Supplementum † legitimæ locum habet in patre & matre, vt est tex. in l. omnimodo. iuncta gl. super verbo, Personis ibi dum dicitur, vel dic parentibus, &c. C. de inoff. testa. Nec in legitima eis relicta potest aliquod grauamẽ imponi. ita sentit glos. in l quoniã in prioribus. super verbo, Sanctionibus, &c. C. eod. tit.

CCCCCXVII.

1 *Effectus sigilli.*

3 *Verba vsu suo, qualiter accipienda.*

1 De sigillo † quem effectum habet? vide Bald. in l. quã ipse Bal glossauit, quæ incipit, Imperialis clementiæ, &c. circa princip. super verbo: Sigillo.

2 Vtrum † contra pupillum currat triennium, ex quo causam commissum? Et quid in adulto, vide quæ plenè dixi in decisionibus curiæ parlamenti, quæstione.

3 Concessum † est aliquibus, quòd posint ducere sine solutione potanagii vel gabellæ, de bonis propriis pro vsibus suis, qualiter hoc intelligatur? vide text. in l. in lege censoria. ff. de verb. signi.

CCCCCXVIII.

1 *Depositio testis examinati in turma, non valet.*

4 *Testamentum testatore viuente non debet glossare notarius, nisi testator eum requirat.*

1 Depositio † testis examinati in turma nõ valet, tenet Spe. in tit. de teste. §. nunc tractandum. versicu. sed pone & in principio dicti §.

2 Transactio facta † inter duos priores, censetur personalis & non realis: & hinc sequitur quòd non transit ad successorem: & si confirmetur a Papa, efficitur realis. tex. est notabilis, in c. veniens. extra de transactio.

3 Quæ sit † differentia inter transire, &c. vt suprà sing. ccccxciiij. nume. 2.

4 Notarius † non debet glossare testamentum viuente testatore, nisi testator eum requirat: ita tenet Bar. in l. tabularum. §. si dubitetur. ff. quemadmodum testamenta aperiantur.

CCCCCXIX.

1 *Naturalis obligatio oritur ex testamento nullo.*

1 Naturalis † obligatio oritur ex testamento nullo, quæ impedit repetitionem, si res sine vitio peruenerit ad legatarium. l. nemo potest. ff. de lega. j. circa medium.

2 Vtrum sit licitum † equum, &c. vt suprà sing. cccclxxj. numeto 2.

CCCCCXX.

1 *Appellatione pertinentiarum quid contineatur.*

1 Quid contineatur † appellatione pertinentiarum, & si petatur ca rum cum pertinentiis, vel ecclesia, quæ veniãt, & comprehendantur in tali petitione, vide Innocen. in c. cùm ad sedem de resti. spo. & Bar. in l. item apud Labeonem. §. conuitium ff. de iniuriis.

ADDITIO.

* Adde suprà sing.ccxviij.& . . . ccv.

CCCCCXXI.

1 *Donatio in contractu matrimonij hoc modo facta, videlicet. Do filio primogenito tale castrū vel alteri ex tali matrimonio nascituro, si maluero, nulla facta alia declaratione, valet in persona primogeniti insol dum, . . . si simpliciter dictum fuisset, primogenito seu alteri nascituro, non adiectis verbis, si maluero. nu. 2.*

1 Maritus facit † pactum in contractu dotali, quòd dabit primogenito filio suo tale castrum, seu alteri ex tali matrimonio nascituro, si maluerit: constante matrimonio nati sunt duo vel tres liberi masculi: deinde moritur pater nulla alia facta suæ voluntatis declaratione, insurgit dubium, vtrum primogenitus insolidum admittetur ad illud castrum, vel vtrum omnes pariter admittentur? Et licet dicendum videretur quod omnes æqualiter admitti debeant, arg. l. cum quidam. in prin. & l. cum pater. §. pe. ff. de leg. ij. & quod habetur in l. vtrum. §. cum quidam. ff. de rebus dub. attamen credo primogenitum admitti insolidum, supponendo tamen tale pactum fuisse stipulatione, & iuramento vallatum: iuxta ea quæ scribam, infrà sing. ccccxxiij. §. pactū, &c. Et est ratio: quia donatio respectu primogeniti fuit pura, & respectu alterius liberorum, qui inde esset nasciturus, fuit conditionalis, videlicet si plus mallet, tamen conditio non euenit ex eo, quia patet non declarauit aliū habere malle quod donauit primogenito: igitur remansit dicta donatio insolidū penes primogenitum, cui purè fuit facta, qui etiā pendente conditione in secundogenito adiecta totum habuit. Et quia deficit conditio, nunquam venit nec cessit dies obligationis respectu secundo geniti. l. cedere diem. ff. de ver. sig. ideò tota donatio pertinuit ad primogenitū. l. ij. & l. qui liberis. cum ibi no. ff. si pars hæ. e. pe. & quod no. per gl. & Bar. in l. si quis. ff. de hære. insti. & l. planè. §. si coniunctā. ff. de leg. j. constat enim quòd donatio respectu secundo geniti facta, censetur facta sub hac conditione, si maluerit: & ita donatio primogenito facta reperitur adiecta sub conditione, & concessa sub contraria, argu. l. si legatum. ff. de adi. leg. facit l. pecuniam. & quod ibi no. per gl. & doct. ff. si cert. pet. & cùm talis conditio non euenerit, quia nulla fuit voluntas declarata, quæ declaratio cessauit per mortem. l. iiij. ff. locari. & l. mandatum. C. mandati. restat dicere talem donationem nunquam sibi locum vendicasse in persona secundogeniti. ar. l. j. §. sin autem C de cad. tol. l. j. & quod ibi no. ff. de condi. & demonst. Vbi autem hæc
2 † verba, si maluerit, non fuissent adiecta, sed simpliciter dictum fuisset, primogenito, seu alii ex dicto matrimonio nascituro, tunc isto casu primo & secundogenitus simul concurrent. l. cum quidam. C. de ver. sign. l. cum quidam. & l. vtrū. suprà alle. quibus per hoc apparet esse responsum. Et si dicatur quod donatio facta primogenito fuit conditionalis tacita, videlicet si nasceretur ipse, tamen nato primogenito statim fuit purificata. l. interdū. in prin. ff. de ver. ob. quæ tamen non impedit ortum obligationis: vt ibi no. Et respectu secundogeniti fuit duplex cōditio, videlicet vna tacita, si nasceretur, & alia expressa, si pater magis de ipso vellet, quā de primogenito, quæ expressa tamen cùm non euenerit, ipsa habuit impedire tam ortum obligationis, l. cædere diem. alle. quàm etiam totam ipsam donationem infringere. l. j. §. sin autē. C. de cad. tol. considerato quòd talis conditio erat meræ & liberæ voluntatis ipsius donatoris, si mallet, vel maluerit alium nasciturum quàm primogenitum habiturū. l. cētesimis. § si. ff. de ver. ob. Ita consului. & est singulare.

CCCCCXXII.

1 *Donatio in contractu matrimonij hoc modo facta, Dono primò nato vltra portionem suam, vnam domum fortem, si primo nascatur filia, deinde filius, valebit in persona filij, & non filiæ: & quæ sit ratio, nu. 2. & 3.*
2 *Masculinum non porrigitur ad fœmininum, si de contrario appaaret.*
3 *Proximus est quem nemo præcedit.*

1 In contractu † matrimonii maritus donauit primò nato vltra portionem suam, & in auantagium, vnam domum fortē: ex quo matrimonio primo fuit nata vna filia Peroneta nuncupata: secundo vnus filius Ludouicus nūcupatus: Tertiò & quartò gradatim plures filii & filiæ, inter quos est quæstio, vtrum Peroneta primò nata appellatione eorum verborum, primo nato, cōprehendatur? Et videtur quòd sic. l. illa verbā. §. pueri. l. patroni. & l. liberti ff. de ver. sig. & est ratio, quia sexus masculinus etiam sexū fœmineum continet. l. qui duos mulos. vbi ista ratio ponitur ff. de leg. iij. Attamen credo contrarium in casu isto, in quo donator cēsetur intellexisse de filio masculo primò nato, & non de filia primò nata & potest † assignari ratio, quia filiabus talia non consueuerunt in auantagium & vltra portiones suas donari. argum. c. j. in prin. & §. j. de successio. feudi. in feud. ideò dicit Iurisconsultus Paulus, quod pronuntiatio sermonis in sexu masculino ad vtrunque sexū plerunque porrigitur. l. pronuntiatio. in prin. ff. de ver. sig. & notāter dicit plerunque: quia si appareat de cōtrario, tunc pronuntiatio sermonis in masculino sexu nō porrigitur ad fœmininū. l. Lucius. §. quæsitū. ff. de leg. ij. istud probari potest ex consuetudine talium nobilium, qui tales masculis & non femellis facere consueuerunt donationes. Aut etiā ex charitate. i. affectione, quam habent plus erga masculos quàm femellas: sicut hic habetur, l. si seruus plurium. §. fi. ff. de leg. j. l. si fuerit. ff. de reb. dub. in his enim scrutari debet voluntas donantis, in qua præsumptione sunt hi, qui tales faciunt donationes, vtrum de masculis vel femellis intelligere voluerunt: ac etiam modus cōmunis loquendi & intelligendi ipsorum. l. liberorum. § quòd tamen Cassius. ff de lega. iij. & l. cum delanionis. §. asinam. ff. de fundo instr. & instr. leg. l. Labeo. & ibi per Bar. ff. de supellec. leg. ita etiam dicit Ia. de Are. in d. l. Lucius. §. quæsitum. & ita sequitur dici debere Ludouicum primò natum, cum nullus alius masculus eum præcesserit. l. proximo. & l. proximi. ff. de verbo.
3 sig. quia † proximus est quem nemo præcedit, vt ibi habetur. Et primò natus dicitur respectu secundo vel tertiò nati. l. si fuerit. in fi. & ibi tex. de reb. dub & no. in auth. de hæred. & Falcidia. §. in ordinatum. iuncta gl. licet quandoque primò natus, vel secundò genitus etiam dicitur, vbi nullus alius reperitur natus, in c. Ioseph, extrà de ver. sig. & ibi bonus tex. Nun obstant iura in contrarium alle. & quod ponit Bar. in l. j. ff. de verb. sig. quia ipsa militant, vbi de contraria volūtate nō appareret, sicut hic apparet ex præmissis coniecturis. & ita consului.

CCCCCXXIII.

1 *Pactum factum & iuratum præsenti & stipulanti, quòd eo casu quo decederet sine liberis, voluit castrū suum remanere dicto stipulanti, importat donationem. & de ratione. nu. 2. & seq.*
2 *Verbum remaneat, importat donationem.*
3 *Voluntas contrahentium plus quam verba spectatur in conuentionibus*
4 *Donatio pacto nudo hodie fieri potest.*
Iuramentum validat pactum alias inualidum.
5 *Hæreditas non nisi in testamento datur.*
7 *L. vsusfructus. ff. de sl. pul. fruor. intellectus.*

1 Factum est † pactum, ac iuratum per Aynardum bastardum domino Vigniaci præsenti & stipulanti, quod eo casu quo ipse bastardus decederet sine liberis, voluit, ac cōcessit, quod castrum suum Vatilliem sit, ac remaneat exnunc in anteà, ac in perpetuum domino Vigniaci, & suis hæredibus & successoribus in castro Vigniaci, vtrum ex hoc censeatur donatio facta? & videtur quòd sic: quia
2 † verbū remaneat, tantū importat sicut si dixisset, donat vel legat. l. cū quis decedens. § nuptura. ff. de lega. iij. hoc etiam probatur in l. si cùm ante nuptias. iuncta gl. C. de dona. ante nup. vbi promissio per verbum remanere, tantum operatur ac si facta fuisset per verbum dare. & est ratio, quia in talibus plus sensum quàm verba inspicimus: & plus quod est actum quàm dictum, lege, tertia. §. conditio. ff. de adimendis legatis lege, sed Celsus. ff. de contrahenda emptione & venditione. In conuentioni-
3 bus † enim voluntatem contrahentium potius quàm verba

verba spectari placuit. l. in conuentionibus ff. de verborum significationib. quæ voluntas si consideretur, negari non potest, quin tale pactum operetur, & faciat donationem inter viuos factam, cum testamentum esse nō possit, cum septem testes non existant: neque codicillus aut donatio causa mortis, cum quinque testes non existant rogati, qui requiruntur. l. hac consultissima. §. j. & §. per nuncupatio. & §. codicillis. C. de testa. & l. fi. C. de codicil. Aot vltima voluntas de qua in l. j. C. de sacr. sanc. eccle. mentio habetur, pro eo, quod tunc in mortis articulo nō existebat, sicut requiritur antequam d. lex locum habeat: igitur erit donatio, cùm alium titulum importare nō possit, attento quòd nullo cogēte, tale pactum fuerit factum:
4 sicut dicimus in l. donari. ff. de dona. Et attento† quod hodie nudo pacto fieri potest donatio. l. si quis argentum. §. sed & si quis. versi. si verò. & hoc prætermissum fuerit, & c. C. de dona. & pro hoc bene facit iuramentum interpositum, quo validatur dictum pactum, vbi alias foret inualidum, & ad effectum donationis facit operari. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de lega. ij. Facit ad idem stipulatio interposita, per quam validatur ipsum pactum, si alias foret inualidum. in l. prima. C. vt actiones ab hæred & contra hæredes incipiant: notauit gloss. in l. hæreditas. C. de pactis conuent. sup. er dote, ibi, si autem à muliere bona eius post mortem suam aliquis stipuletur, valet, &c. Non obstat l. licet. C. de pact. quia ibi agebatu. de hæreditate
5 danda, quæ† dari non potest, nisi in testamento. l. prima. §. fina. ff. de condition. institutio. §. codicillis. ideo non potuit valere vt donatio causa mortis, in qua etiam hæreditas dari non potest, ueut nec in codicillis: vt dicto §. codicillis. ita etiam dicit Bartol. in dicta l. licet. hic verò agebatur de re singulari dāda, vt quia de vno castro, quod bene extra testamentum dari potest, vt in toto tit. de dona. ff. & C. Eodem modo potest responderi ad l. hæreditas. suprà allega. ita voluit dicere Bar. in d. l. licet. hoc probat clarè d. l. licet. & l. hæreditas. ita scripsi & consului, dum in facto occurrit mihi.

6 Pactum factum† est in contractu matrimonij, quod primus filius masculus nasciturus succedat in tali domo forti, seu castro, vel ipsum habeat præcipuum stipulatione per ipsum patrem futurum, vel notarium nomine ipsius interposita: Vtrum ex tali pacto, sic stipulatione vallato, sibi quæratur ius? Dic quod sic: vt videtur tex. expresse in l. diui. §. pactū. C. de natu: a. lib. l. si inter. ff. de pact. dota. hoc magis comprobatur, quia per pactum validum vel stipulatio potest quæri filio nato, l. si quis operas. ff. de operis libertorum. l. Paulus § Paulus respondit. ff de bon. libertorum. & d. l. diui. §. pactis. l. non aliter. ff de adop. l.
7 Gaius. ff. de vsuris. & l. si pupillus. ff. rem pu. sal. fo. Nō† obstat l. vsusfructus. ff. de stipul. seruorum. quia loquitur de valore substantiæ stipulationis, quæ non potest esse in pēdēti, an valeat, vel non valeat. Sed bene potest esse in pendenti cui acquiratur ipsa stipulatio, & deductum in ea, vt in casu isto Non enim fuit valor & substantia stipulationis in pendenti, quia interposita per notarium, qui fuit stipulatus: ideò fuit valida per dictas leges, non aliter, & l. Caius idem esset in ecclesia nondum ædificata, si adhiberetur notarius vel alia persona habilis ad stipulandum: vt ipsa ædificata eidem soluere teneretur: ita not Barto. in l. seruos ad custodiam. ff. de alim. leg. Nec obstat ca. ad audientiam. ij. de ecclesiis ædifi. quia licet ecclesiæ, quæ nondum est, vel capitulo priuilegium non possit concedi vt statim sit priuilegiata: verumtamen cùm erit ædificata, vel cùm erit capitulum, sicut seruitus, potest constitui ædificio futuro: & in futura aqua non vt statim sit seruitus: sed obligabitor constituens ad eam constituendam, cum fuerit ædificium. l. si seruitus. §. fin. & c. ad audientiam. suprà allega. & Bart. in l. seruos. suprà allega Sic in proposito valet stipulatio per notarium interposita ad opus filij nascituri. quod nota: quia singulare.

CCCCCXXIIII.

1 *Verba quicquid iuris, quid importent.* ?

1 De verbis † quicquid iuris, vide l. Titius Sempronii. ff. de act. empt. & l. locus. ff. de acqui pos. Et facta donatione aut legato, vel venditione sub prædictis verbis, qualiter procedat, & formari debeat libellus: vide Ioan. Fab. in tit. de acti. in. § curate. Et quid importent dicta verba, vide Bar. in l. si fit. §. fin. ff. de leg. j.

2 De verbis, † omne, quicquid, est textus in l. Lucius. ij. ff. de legatis ij.

3 Quicquid † iuris, est quæstio generalis. & cōplectitur omnia. l. eius qui. in princip. ff. si cert. pet. & l. quid tamen. § si arbiter. ff. de arbitris. Et quid importet, ponit Bald. in ca. j. de controuersia inuestituræ. Et vide l. si is qui quadringēta ff. ad legem falci.

CCCCCXXV.

2 *Monasterij ingressu non finitur vsusfructus.*

1 Licet † vasallus possit facere alium vasallum, non tamen ipse secundus vasallus debet seruire primo domino: vt tenet gl. in c. j. § similiter. de leg. Coradi. in feudis.

2 Si vsufructuarius † ingrediatur monasterium, non finitur vsusfructus. not. glo. in auth. idem est. C. de bonis quæ liberis. & vide plenius quæ dixi in decisionibus curiæ parlamēti Delphinalis, quæstione cccclxcv.

CCCCCXXVI.

1 *Verbum terra, est verbum iuris & quid comprehendat & num ?.*

1 Nota† quod verbum Terra, est verbum iuris, adeò quòd appellatione terræ, non solum regnum vel prouincia continentur: sed etiam castrum vel villa. casus est singularis in e cum in partibus extra de verbo. signi.

De terra supposita ecclesiastico interdicto, quæ veniant, & comprehendantur, vide Ioannem Calderinum in suo tracta. & ibi de leg.

2 Terra propriè† est vniuersitas locorum, castrorum, villarum & agrorum, sicut dicimus de prouincia, vel regione aliqua, quæ vniuersitatem de se importat, ac denotat. l. ij. circa principium ibi, sancimus itaque, & c. C. de officio præfecti prætor. Aphri. & l. j. iij. & iiij. ff. de offic. præsi. hoc voluit dicere gloss. in verb. contulit. in l. pupillus. §. incola. ff. de verborum significatio. ibi, dum dicitur, vnde Iaco. accolla fuit in terra Cham, & c. id est, in illa prouincia seu regione. Et à terra inde dicitur territorium, in d. l. pupillus. §. territorium. Licet verbum terra, quandoque sumatur magis strictè. videlicet pro terra quæ aratur, cultiuatur, & seminatur, sicut sunt terræ in quibus blada seminātur. de quibus in l. ij. §. pro limitaneis. ibi, dum dicitur, limites defendere & terras colere, & c. C de offic. præfe prætorio Aphri.

Territorium à terra dictum est: vt in d. § territorium. & facit l. extra territorium. ff. de iur. om. iud.

CCCCCXXVII.

1 Villa† dicitur locus, qui est extra muros ciuitatis. l. j. C. ne rustica. ad vllum ob se. deuoc. lib. xi. ita dicit Bart. in l. j. §. si quis ædificium. & ibi tex. de villa, dum dicitur in villis, & c. ff. de ope. no. nun.

2 Prouincia † dicitur vna patria seu regio, in qua constituitur, & debet constitui vnus Dux, seu Præses, pro tuitione imperij: ita ponit text. in l. ij. circa prin. ibi, sancimus itaque, & c. C. de offi. præfecti prætorio Aphricæ, vbi enumerantur multæ prouinciæ: præsertim Galliæ seu Frācorum. Et est ve um, quòd prouincia secundum temporalia constituitur secundum præsidatus. l. si eādem. ff. de offi. assesso. Et secundum spiritualia secundum episcopatus. l. j. C. de metro. Berito. li. xj. ita etiam no. per doc. in l. fin. C. de præscriptione x. vel xx. annorum. gl. super verbo, Prouincia. Et no. quia singulare.

3 Ciuitas † est quæ muris circundatur, quæ vt plurimū vrbs appellatur. l. ij. & l. pupillus. §. vrbs. l. bona ciuitatis. & l. seq. ff. de verb. signi. c. si ciuitas. de sent. excom. lib. vi. Licet quandoque ciuitas accipiatur pro municipio. l. antepen. gl. super verbo, Municipes ff. de re. diui. Et quādoque pro oppido: vt in procemio ff. o. um. §. hæc autem. ita dicit gl. in l. j. ff. ad municipales. super verbo, Propriè.

4 Castrum† autem dicitur a custodia, & allegat Bartol. in l. j. § si quis ædificium. de noui ope. nun. l. quicunque castellanorum C. de fund. limitro. lib. xj. Est tamen text. magis expressus in d. l. ij. §. pro limitaneis. ibi, milites qui per ca-

ſtra,&c.de offic præf.præt. Afr.

5 Vicus † propriè dicitur ſecundum Hugutium, qui viis non muris clauditur, vel qui nulla ciuitatis dignitate honoratur. l. ſi hæres iuſſus. §. j. & ibi gl. ff. de leg. j. & l. qui ex vico. ff. ad municipales.

6 Opidum † dicitur ab ope. quia eius rei cauſa mœnia ſunt constructa. l. pupillus. §. opidum. ff. de verborum ſignificationib. l. j. §. ſiue autem intra oppida. ff. de noui oper. nuntiat.

7 Burgus, † de hoc eſt text. in l. ij. §. in Sardinia. ibi, & clauſuris & burgis. &c. C. de offi. præſe. præto. Aphri. & in l. eum qui. C. de fund. rei priua. lib. xj. De verbo Burgenſis, habetur in cap. ij. extrà de his quæ vi metusve cauſa fiunt. vide ſupra ſing. cccxciiij. nu. 5.

8 Regio, † de hoc eſt text. in l. pupillus. §. incola. ff. de verbo. ſignific.

9 Fundus † eſt generale ad omne ædificium, & omnem agrũ: quia appellatione fundi, omne ædificium & omnis ager continetur. l. fundi appellatione. ff. de verborum ſignificationibus.

10 Verum † appellatione fundi, &c. vt ſuprà ſing. ccccl j. numero 1.

11 Ager † eſt locus ſine villa. ita ponit text. in l. ager. ff. de verb. ſign. facit d. l. fundi. in §. locus. Et eſt ſpecies fundi. l. quæſtio. eod. titu.

12 Prædium † in ſe continet proprietatem & poſſeſsionem. l. quæſtio. §. prædium. aliàs eſt verſi. de verb. ſigni.

CCCCCXXVIII.

1 *Proprietas quid*

2 *Poſſeſſionis acceptio: & eius diuiſio.*

4 *Pupilli a ſucceſſione non repellitur ſe excuſans à tutela teſtamentaria.*

1 Proprietas, † de hoc eſt text. l. Et quid ſit proprietas. in l. quæſtio. ff. de verb. ſign. Et eſt generale ad agrum & poſſeſſionem, quia ipſius appellatione continetur: vt ibidem dicitur in fine.

2 Poſſeſsio † quandoque ſumitur pro re poſſeſſa, vt pro domo, terra, prato, aut vinea, que poſſidentur. ita capit text. in l. quicunque. & in l. hi quibus. C. de fund. patri. lib. xj. & l. interdum. ff. de verborum ſignificationib. quandoque ſumitur pro vſu vel iure, vt l. quæſtio. ff. de verborum ſign. inde dicimus quòd poſſeſsio eſt pedũ poſitio. in l. j. in prin. ff. de acqui. poſſ. Et talis poſſeſsio eſt duplex: quia alia ciuilis, alia naturalis, de qua per gl & Bart. in d. l. j.

3 Area † eſt locus in villa vel ciuitate ſine ædificio. l. fundi. §. locus. ff. de verborum ſignificationib & l. locus. ff. de acquit. poſ.

4 Qui ſe † excuſat à tutela teſtamẽtaria, non repellitur à ſucceſsione pupilli. l. amicißimis. ff. de excuſa. tut. ponit Bartol. in l. poſt legatum. §. amittere. ff. de his quibus vt indig.

CCCCCXXIX.

1 De vicario † perpetuo, & quis dicatur vicarius perpetuus, vide Inn. & Hoſti. in c. G. perpetuus. extrà de fide inſtru.

2 De vicario † Chriſti & quare dimiſit eum nobis in terris. Et quare Epiſcopi & cæteri prælati vicarios conſtituunt, vide Innoc. in c. apoſtolicæ. de ſen. & re iudica.

CCCCCXXX.

1 Vnio † quibus modis fit, ac fieri poteſt vnio: vide quæ no. per Innoc. in c. j. ne ſe. va. aliquid immutetur.

2 De viſitatore, † & vtrum habeat iuriſdictionem: vide Inn. in c. in ſingulis. de ſtatu monach.

3 Vtenſile, quid † proprie dicatur vtenſile, vide l. quæſitum §. ſed ſi fundus. ff. de fundo inſtructo & inſtru. le. ibi dum dicitur, & ſi quid aliud vtenſilium, &c. Et appellatione vtenſilis, continetur quicquid vſus cauſa paratum eſt, vt ibi habetur.

CCCCCXXXI.

2 *Supellectilis appellatione quid contineatur.*

3 *Locus vacans quis dicatur.*

4 *Stylus.*

1 Quid autem † ſit garnimentum, dic vt ponit Bart. in l. j. ff. de ſupellecti. legat. nam hoc verbum ſe habet ſecundum idioma pat .æ.

2 De ſupellectili, † & quid appellatione ſupellectilis contineatur, dic vt per totum titulum ff. de ſupellectili legat.

3 Vacans † quis dicatur locus vacans, vide Inſti. de vſucap. §. quod autem. ij. per gl. in l. furtum. §. j. ff. eo. l. de eo. §. j. ff. de acqui poſſ. & ibi per Bartol. plenius per Io. Fab. in d. §. quod autem.

4 De verbo † ſtylus, habetur in l. j. C. de ſac. ſan. eccle.

CCCCCXXXII.

1 *Pars an ſit vocanda in viſitatione loci.*

1 Vtrum † in viſitatione loci debati debeat pars vocari? vide Bart. in l. Theopompus. ff. de dote præle.

2 Vſuſfructus † non poteſt per vſufructuatium dari, vẽdi vel alienari. Inſti. de vſufru. § item finitur. ibi: nam extraneo, &c. imò dando vel alienando perditur.

CCCCCXXXIII.

1 *Dictiones ſcilicet & videlicet declarationis vim obtinent. idem de dictione veluti nu 2.*

3 *Dictio vbi, conditionem denotat.*

4 *Dictio vel, quandoque reſoluitur in coniunctam: quandoque ſtat proprie in ſua natura.*

1 Videlicet, † & ſcilicet de iſtis dictionibus dic, quòd ſunt declaratoriæ & exemplificatiuæ actuum, in quibus ponũtur. l. videlicet ff. ex quib. can. ma. & l. ſi C. de leg. & l. ſcilicet. ff. ad leg. Aquil.

2 Veluti, † dic idẽ quod in præcedentibus dictionibus probatur, in l veluti. ff. de ſerui. ruſti. prædio. & l. veluti. ff. pro ſocio.

3 Dictio † vbi, facit conditionem ſecundum Bart. qui allegat tex. in l. ſi ita ſcriptum. §. ſi pater. ff de leg. ij. & vide l. vbi. C. de tranſact.

4 Vel, hæc † diſiunctiua poſita inter perſonas honoratas, reſoluitur in coniunctam. l. cùm quidam. C. de verb. ſig. vbi verò ponitur inter perſonas oneratas, tunc ſtat propriè in ſua natura. l. ſi ex toto. §. j. ff. de leg. j. & hæc vera, niſi appareret de voluntate teſtantis contrarium: quia tunc in ſua remaneret natura, licet eſſet poſita inter perſonas honoratas. l. ſi Titio aut Seio. ff. de leg. ij. ita dicunt Cyn. & Ia. de Bu in d. l. cùm quidam.

CCCCCXXXIIII.

1 *Alimentari extra domũ mariti debet vxor quæ fugit propter verbera ei a marito illata.*

2 *Portantes bladum, vel alias mercantias per viam tranſuerſam, præſumuntur contra vetitum portare extra.*

1 Si vir † verberet vxorem, licitum eſt vxori fugere, & debet alimentari extra domum mariti, ſecundum Dyn. & Cyn. in l. quod in vxorem. C. de neg. geſt. ſecus tamen ſi recedat ſua culpa. vt not. extrà de diuor. c. ſigni. ita ponit Bald. in l. quamuis. C. de leg.

2 Si reperiantur portantes † bladum, vel alias mercantias contra vetitum factum per viam tranſuerſam, præſumptio eſt contra eos, quòd voluerint portare extra, contra prohibitionem. vide Bartol. in l. qui fiſcales. §. de nauicularijs. lib. xj.

CCCCCXXXV.

1 *Iniuriarum tenetur dilanians ſcienter imaginẽ meæ perſonæ, vel arma mea.*

2 *Inquiſitionali in cauſa teſtes poſſunt recipi ante litis conteſtationem.*

3 *Executioni contra emptorem an poſſit mandari ſententia lata contra venditorem. qui defenſionem cauſæ ſuſcepit.*

1 Si quis ſcienter † dilaniat imaginem perſonæ meæ, poſſum contra eum agere actione iniuriarum, vt videtur caſus in l. ſi ſtatua. ff. de iniuriis. facit l. j. §. quoties. & l. item apud Labeonem. §. hoc edictum. ff. de iniuriis. & not. quia idem dicerem ſi quis arma mea in eccleſia, vel alibi depicta, dilaniaret

2 Teſtium † receptio in cauſa inquiſitionali etiam ante lit. conte. valet, vt ponit Inno. in c. veritatis de dolo & contu. quod eſt ſingulare. Sed curia parlamenti aliter ſeruat, & aliæ curiæ præſentis patriæ Delphi. quia teſtes repetuntur poſt lit. conteſt.

3 Vtrum †sententia lata contra venditorem, qui defensionem causæ suscepit pro emptore, possit mandari executioni contra emptorem? vide in l. si rem. §. j. ff. de euictionibus. De hac materia vide quæ dixi infrà sin. ccccccxxxix. in §. de illo, &c.

CCCCCXXXVI.

1 Iniuriarum an agant testes, si obiectus contra eos propositis probati non fuerint.

2 Testatus vel intestatus quis decesserit quomodo sciri potest.

1 Si dentur †obiectus contra testes, qui non probentur, an ipsi testes possint agere actione iniuriarum? vide in l. j. §. j. ff. de ventre inspi.

2 Qualiter †sciri potest quòd quis fecerit testamentum, vel quód decesserit ab intestato, vide Bartol. in l. is potest. in versic. qui incipit, quintò dicit glo. ff. de acquir. hæredi.

3 Vtrum †quis præsumatur decessisse testatus vel intestatus? dic vt in d. l. is potest per Bar.

4 De transmissione †hæreditatis, &c. vt suprà sing. cclxxxij, num. iij.

CCCCCXXXVII.

1 Sumptus litis debeo ministrare parti meæ aduersæ si non habet vnde litiget, & ego possideam bona de quibus agitur.

1 Vtrum †probatio per similitudinem facta sit valida, & sufficiens de iure, vt quia probatur quòd talis est similis tali viro, qui dicitur esse pater, vel tali mulieri quæ dicitur esse eius mater? dic quòd non. l. si §. penul. & ibi notabilis tex. ff. ad municipales. & facit quod no. gl. in l quæret aliquis. ff. de verb. signi.

2 Si pars †mea aduersa non habet vnde mihi litiget [a], & ego possideam bona, de quibus agitur, debeo sibi ministrare sumptus litis, & alimoniæ. l. fi. §. j. ibi, ita vt ex iisdem, &c. C. de ordine cogni. & plenè scripsi in decisi. parla. quæstione. & dixi etiam infrà sing. ccccclxxiij. num. 3.

ADDITIO.

a Litiget. Adde quòd si pars est adeo pauper, vt non habeat vnde se defendere possit, iudex debet sibi prouidere de aduocato & procuratore gratis. arg. l. fin. ibi, tantum & litis sumptus, &c. C. de ordin. cognit.

CCCCCXXXVIII.

1 Valor rei qualiter probetur.

1 Fideicommissum †non agnitum non transmittitur, sicut nec hæreditas non adita. Bart. in l. à testatore. ff. de condi. & demon. in fin. De transmissione hæreditatis non aditæ, vide plenè Bartol. in l. si infanti. C. de iure delib. vide quæ dixi in cxxij. consiliorum meorum. & suprà sing. cclxxxij. num. 3.

2 De probatione †valoris alicuius rei, vide plenè per Bart. in l. pretia rerum. ff. ad legem Falcid.

CCCCCXXXIX.

1 Reus debitor liberatur si alius voluntate creditoris causam susceperit.

3 Probationes in causa criminali an fidem faciant in ciuili, & contra.

1 De illo †qui suscepit in se causam nomine rei, an ipse reus liberetur? dic quod si fiat de volũtate creditoris, reus debitor liberatur, aliàs non: vide Bart. in l. solutionem. ff. de solutio. De defensore causæ tetigi suprà sing. cccxxxv. in §. vtrum sententia lata contra venditorem, &c.

2 Quomodo †quis ex subscriptione obligatur, vide notabiliter in l. cum lite. §. item senatus ff. iudi. solui.

3 An probationes † in causa criminali fidem faciant in ciuili, & econtra? vide plenè Bartol. in l. si quis ad se fundum. C. ad legem Iuliam, de vi publica.

CCCCCXL.

1 Interdictum recuperandæ competit spoliatori ab alio spoliato.

2 ex Refectione ecclesiæ non acquiritur ius patronatus.

1 Spoliator †ab alio spoliatus restituitur, & cõpetit sibi interdictum recuperandæ. in l. j. §. qui a me vi possidebat. ff. de vi & vi armat. & in c. in literis. de restitut. spoliator. De hoc vide in l. si quis ad se fundum. C. ad legem Iuliam, de vi publica.

2 Ex refectione †ecclesiæ nõ acquiritur ius patronatus. arg. in l. j. § vicinales. ibi: non vtique priuata est, &c ff. ne quid in loc. publi. de quo dic: vt in c. quoniam. extrà de iure patronatus.

CCCCCXLI.

2 Fama cum iuramento officiarij facit fidem.

3 Mortem viri qualiter mulier probare debeat antequam nubat.

1 Conuersi † non dicuntur religiosi, & possunt contrahere matrimonium, & habere proprium, vt dicit Bar. in auth. ingressi. ibi: expeditus de contrariis. C. de sacrosanct. ecclesiis.

2 Fama †cum iuramento officiarij facit fidem. Ita not. Bar. in l. hodie verò. C. de repudiis.

3 Qualiter †mulier debeat probare mortẽ viri sui antequàm nubat: & de probatione mortis, vide Cyn. Bar. & Doct. in l. siquidem. C. solut. matrim.

CCCCCXLII.

1 Ecclesia an restituatur aduersus præscriptionem & intra quod tempus.

2 Vendicare non possum hic mulum meum quem mulio per hanc ciuitatem transiens ducit: debet tamen satisdare.

3 Authoritas patris non sufficit in criminalibus, sed curator ad illam litem debet dari filio. & infrà sing. cccccxlvj.

4 Verbum omnes, est vniuersale.

1 An ecclesia † restituatur contra præscriptionem, & intra quod tempus, & quid si ecclesia succedat priuato: vide plenè distinctionem Bart. in auth. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles.

2 Si quis † mulio transiens per hanc ciuitatem Gratianopolis, ducat aliquem mulum ad me pertinentem, non possum in hac ciuitate vendicare: quia hic non dicitur esse, cum non sit nisi trãsitus: ita dicit Bart in l. actor. C. vbi in rem actio. & ibi Cyn. & vide Spec. in tit. de competentis iudicis aditione. in §. j. vers. quid si aliquis. j. vbi istam ponit quæstionem: subiungit tamen quòd ductor muli debet satisdare.

3 In criminalibus †authoritas patris non sufficit, sed debet filio dari curator ad illam litem. ita dicit Bar. in l. si infanti. C. de iure deli. vide plenè infrà sing cccccxlvj. in §. quidam sunt casus, &c.

4 Verbum †omnes, est vniuersale. l. á procuratore. C. mandati.

CCCCCXLIII.

1 Plebeiatus fines an probentur per instrumenta.

2 Mercantia licita portari confiscantur propter illicitas

3 Instrumenti tenor an possit probari per testes.

1 Vtrum †confines plebeiatus probentur per instrumenta, puta, per instrumentum quod facit mẽtionem de finibus, sic, factum in domo talis circa fines talis plebeiatus. dic quod talia instrumenta inter alios confecta non probãt, seu inter eosdem partes sic. argu. l. cùm aliquis. C. de iure delib. & ibi glo. & Bart. & facit l. optimam. C. de contrahenda & committenda stipulatione & l. prædiis. §. Titio. ff. de leg. iij. ista sunt verba Bart. in d. l. cum aliquis. De hac materia plenè tetigi in decisio. cur. parl. q cxciij.

2 De illo † qui non transit per iter consuetum causa fraudandi vectigal, vide Bartolum in l. penult. C. de nautico fœnore.

Et ibi Bartol. inducit dicta l. penult. C. de nautico fœnore, ad vnum aliud singulare dictum, videlicet, quòd si quis portet mercantias illicitas cum licitis, licitæ, propter illicitas confiscantur, de quo etiam tangit ipse Bart. in l. cotem ferro. §. dominus ff. de publi. & vecti.

3 Si perdito †instrumẽto eius tenor possit per testes probari, vide plenè Bart. in l. sicut. de fide instru.

CCCCCXLIIII.

1 Denuntiatio vel protestatio potest per iuramentum probari.

3 Vectigal, decimam eius exigendi, item exercendi iurisdictionem habet causam continuam.

1 Protestatio † vel denunciatio per aliquẽ facta, potest per iuramentum probari, vt videtur per Bart. in l. si quis vel pecunia. C. deposi.

2 De episcopo † qui non visitauit spatio xx annorum, an priuetur iure visitandi? vide Bart. qui dicit quòd sic, in l. fi. C. de serui. & aqua.

3 Ista tria, ius exigendi † vectigal, & ius exigendi decimam, & ius exercendi iurisdictionem, habent causam continuam, quia animo retinentur: ita tenet Inn. in c. de quarta. extra de præscri. & Bart. in l. iusto. §. non mutat. ff. de vsuca. quod not. quia singulare. De habentibus causam cōtinuam vel discontinuam, vide Barto. in l. si aquam. C. de serui. & aqua.

CCCCCXLV.

1 *Expensa modica probatur iuramento petentis.*

1 Si testis † deponat per verbum Credit, non est sufficiēs probatio. in c. cum causam. extra de testi. secus in positionibus: de qua responsione per verbum Credit, in positionibus.

2 De clausula † codicillari, vide Bart. in auth. ex causa. C. de libe. præteritis vel exhære.

3 Vbi agitur † de modica expensa, statur iuramento petentis. Cyn. in l. si quis pro redemptione. C. de dona.

CCCCCXLVI.

1 Quidam sunt † casus, in quibus filius merè obligatur, & authoritas patris nō sufficit: & ideò in causis criminalibus pater non potest præstare authoritatem filio minori: quia eius authoritas non est sufficiens ad obligandum: sed erit necesse quòd curator detur ad litem. ita dicit Bartol in l. si infanti C. de iure deli. vide suprà singulari cccccxlij. numero 3.

2 Quando † reus in parte condemnatur, & in parte absoluitur: qualiter fiet de expensis? vide Petr. Iac. in tit. de act. ex locato.

3 Qualiter † testes debent deponere, &c. vt suprà sing. cccclaxxiiij. num. 1.

CCCCCXLVII.

1 Canonici † spreti possunt collationem in eorum absentia factam petere irritari conditione ex canone. c. cùm in ecclesijs de præben. lib. vj. & ea decretali, quod sicut. de electi on. in antiquis, & vsque ad xxx. annos cum conditione sunt tanto tempore duratura.

2 Fama † inducit iustam causam credēdi: & sic inducit titulum putatiuum, qui sufficit ad præscriptionem. ita dicit Bar. in l. proprietas. C. de proba.

3 Non debet † torqueri habens dignitatem. not. in l. j. C. de aduo. diuerso. iudi. & facit text. in l. milites. C. de quæstionibus.

CCCCCXLVIII.

1 *Pars non citanda, visura iurare testes, qui examinantur ad perpetuam rei memoriam.*

2 *Indiciorum copia dari debet parti.*

3 *Iudex potest procedere super accusatione non obstante partium cōcordia.*

1 De materia † testium examinandorum ad perpetuam rei memoriam, vide text. & Bart. in l. si quis ab aliquo. C. de testi. & plene in l. lege Aquilia, si deletum. ff. ad leg. Aquil. Sed an pars debeat citari, visura testes iurare? dic quòd non: vt not. gloss. in l. laudabilem. C. de aduo. diuer. iu. & Host. in c. bonæ. extra de elect. tamen reseruatur parti cōtra quam producuntur, quòd potest dicere, & opponere contra ipsos testes, in c. quoniam frequenter. extra vt lit. non contest.

2 Debet † tradi parti copia indiciorum. Saly. in l. de tormentis. C. de quæstionibus. & ibi vide per eum quæ sint legitima indicia, quod tamen remittitur arbitrio iudicis, vt ibi dicit Sali. & qualiter indicia probentur, vide ibi per Salicetum.

3 Si partes † concordent pendente accusatione, iudex potest nihilominus super accusatione procedere, ne delicta remaneant impunita. ita dicit Sali. in l. abolitio. C. de abolitionibus.

CCCCCXLIX.

1 In actibus † qui fiunt in iudicio, &c. vt suprà sing. cccccvij. num. 1.

2 Si fideicommissum † ante conditionis euentum possit alteri remitti, vide l. muliet. § ex asse. de iur. dot. & per Bart. in l. à testatore. ff. de cond. & demonst. & vide quæ dixi in dec. curiæ parla. Delphi. q. ccxxxj.

3 Scripturæ † in lapide monumentorum licet plenam fidem non faciant: tamen faciunt rem notoriam. ita dicit Bal. in l. monumentorum. C. de relig. & sumptibus funerum, & de aleatoribus.

CCCCCL.

1 *Insinuatio in donatione causa mortis quinque testibus vallata non requiritur.*

2 *Delegatus iudex quando citat, debet mittere copiam suæ delegationis.*

1 Donatio † causa mortis licet olim ad instar donationis inter viuos erat generaliter insinuanda: vt C. de dona. l. donatio. hodie tamen si quinque testibus extitit vallata, non requiritur insinuatio: vt est hodie expeditum C. de donat. caus. mortis. l. fi. & no. gl. in l. si quis pro redēptione. C. de dona. & Spe. in titu. de instrum. edit. §. porrò.

2 Quando iudex † delegatus citat, debet mittere copiā suæ delegationis cum citatione: alias non tenetur citatus cōparere: vt dicit Bart. in l. ex quacunque causa. ff. si quis in ius voc. non ierit. & dicunt Inno. & Hostien. in c. præterea. extrà de dila.

CCCCCLI.

1 *Infames sunt, & à testimonio repellendi qui faciunt ludos periculosos per plateas*

2 *Actione qua agatur, an & quando debeat declarari in libello.*

3 *Aditio an inducatur ex comminatione de petenda portione.*

1 Hi qui † faciunt ludos periculosos per plateas sunt infames, vt dicit Bart. in l. j. §. bestias. ff. de postulando. Et ex hoc sequitur quod sunt à testimonio repellendi.

2 An sit † necesse declarare in libello qua actione agatur, an directa vel vtili. Bart. in l. actio. ff. de neg. gest. dicit, quòd si tendunt ad eundem effectum, non est necesse declarare: aliter si tendunt ad diuersos debet declarari & exprimi.

3 Si filia minata fuerit † fratribus suis de petenda portione hęreditatis, vtrum ex hac comminatione inducatur aditio, vt sic transeat ad hæredes suos petitio? videtur quòd sic, per l. quemadmodum. quæ est lex post l. posthumus. ff. de inoffi. test. in argumentum dico, non determino. ita dicit Bald. in dict. l.

CCCCCLII.

1 *Agi potest rei vendicatione etiam non facta restitutione fideicommissi pro rebus alienatis.*

1 Potest † agi rei vendicatione pro rebus alienatis, etiam non facta restitutione fideicōmissi. Bar. in l. vna. §. si nautem sub conditione. C. communia de leg. Idem tenet ipse Bart. in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebe. Quod facit ad limitationem l. facta. in prin. ff. ad Treb.

CCCCCLIII.

1 *Actionum translatio ipso iure fit à primo fideicommissario in secundum.*

2 *Causa pluribus delegata an alij sine alijs possunt procedere*

4 *Deceptio vltra dimidiam iusti pretij non potest allegari cum res minoris venditur cum subhastatione.*

1 A primo † fideicommissario in secundum ipso iure sine aliquali ministerio, & restitutione fit translatio actionum. l. sancimus in fi. & ibi casus ad literam. C. ad Trebel. & in d. l. ponuntur aliqui casus speciales, in quibus non est necessaria restitutio, &c.

2 Si delegetur † causa pluribus, an aliqui ex eis possunt procedere alii. non vocatis: vide Bart. in l. hæredes mei. §. peto. ff. ad Trebel.

3 De monstris † armorum, & qualiter quis armatus se tenere videatur. vide Bart. in l. si non sortem. §. liberus. ff. de cōdi. indebit.

4 Si res † minoris vel alterius vendatur cum subhastatione, non potest allegari deceptio vltra dimidiam iusti pretij. in l. j. de prædi. curialium. lib. x.

5 Verbu † pertinet, importat, &c. vt suprà sing. cccclxxiij §. verbum.

CCCCCLIIII.

CCCCCLIIII.

1 *Abutentes priuilegio illud perdunt.*
2 *Mora purgationem impedit iuramentum.*

1 Abutentes † priuilegio ipsum debent perdere. in c. priuilegia. extrà de priuileg. quod facit ad quæstionem, quòd abutentes libertatibus eis non debent iuuari.

2 Iuramentum † impedit purgationem moræ: ita dicit Salice. in l. pacto quo pœnam. C. de pact. & Bart. in l. si insulam. ff. de verbo. obliga.

CCCCCLV.

2 *Intellectus authen. res quæ. C. commu. de lega.*

1 Testator potest disponere, &c. vt suprà sing. cxxviij.

2 Authen. res quæ. C. communia de leg. quę disponit, † quòd filius rogatus possit alienare pro dote & donatione propter nuptias, intelligitur, quòd eidem filio imputabuntur in legitimã & Trebellianicã alienata per eum: quia in hoc potest ipsam legitimam & Trebellia. eligere: nec reuocabũtur per fideicommissarium etiam respectu eorum quæ subiacebunt restitutioni. ita dicit Bald. in l. filium quem habentem. C. fami. ercisc. in xxiij col ibi: item non obstat l. diuortio, &c. in ver. nam si est speciale pro dote & vide in decisio. curiæ parla. q. cccccxj.

CCCCCLVI.

1 *Monasterium an habeatur loco filij.*
3 *Falcidia an de singulis rebus detrahenda.*

1 An monasterium † habeatur loco filij, vt hæres intrãs monasterium faciat deficere fideicommissum. Ludo. Roma. dicit, quòd sic, in l. ex facto. ff. ad Trebellia. per authen. de sanctissi. episco. §. sed & hoc in præsenti. & in authen. nisi rogati C. eodem tit.

2 De alia † quæstione si testator dicat, si sine liberis ex corpore suo procreatis, vide Ludo. Ro. in d. l. ex facto.

3 An in singulis † rebus debeat fieri detractio Falcidiæ, vide Bartol. in l. in quartam. ff. ad legem Falcidiam. & in l. ij. C. eodem.

CCCCCLVII.

1 *Trebellianicã an hæres possit detrahere inuito fideicommissario in re quam maluerit.*
2 *Vendere maiorem partem habenti debet ille qui habet minorem partem in re communi.*
3 *Hospitalia gaudent eodem priuilegio quo ecclesia.*

1 An inuito † fideicommissario hæres rogatus possit detrahere Trebellianicam in re, quam maluerit alienare. vide plenè Sall. & Bal. in l. filium quem habentem. C. fa. ercis.

2 In re communi ille † qui habet minorem partem, debet vendere alteri, qui habet maiorem partem. l. sancimus. §. nc autem. C. de donatio. & not. Ludo. Ruma. in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebel. & facit l. si quæ fiut cautiones. ff. famil. erciscun.

3 Res hospitalium † gaudent eodem priuilegio, quo res ecclesiæ. l. omnia priuilegia. in fine. C. de episco. & cler. & ibi reputat casum Barto.

CCCCCLVIII.

1 *Executorum testamentorum potestas quanto tempore duret: quæ tamen non valet nisi hæreditate adita.*
2 *Annus de quo in l. nulli §. cum autem C. de episco. & cleric. quando incipiat currere.*
4 *Fiscus an possit agere reuocatoria ad ea quæ alienata sunt in fraudem delicti.*
5 *Dominij quæstionẽ an possit quis referre illi à quo causam habet.*

1 Quanto † tempore duret potestas executorum, vide tex. in l. nulli. §. cum autem. C. de episco. & cleric. quod ponit Specu. in titu. de instrumen. edit. in §. nunc vero. versic. illud etiam. & ponit Bald. in l. id quod pauperibus. C. eo. ti.

2 Sed à quo † tempore incipiat currere annus, de quo in dicta l. nulli. §. cùm autem? Dic, quòd à tempore admonitionis factæ executori per Episcopum. in c. nos quidem. & c. tua. extrà de testamen. Ita tenent communiter Doct. & specialiter Bal. in dicta l. id quod pauperibus. in versi. Venio ad tertium, &c. vbi ita dicit, & ponit formaliter. quod not. Et sic patet quod si executores non adimpleuerint voluntatem defuncti respectu piorum relictorum infra annum à tẽpore notificationis, quòd Episcopus potest ipsa pia legata adimpleri facere, per præmissa. Circa hoc nota, quòd

3 potestas † data executoribus, non valet nisi hæreditate adita. in l. ij. ff. de fideicommissariis liberta. & not. Barto. in sua repetitione in l. alio hærede. ff. de ali. & cib. leg.

4 De illo qui alienauit in fraudem delicti, si fiscus possit agere reuocatoria, vide Io. Fab. Insti. de actio. §. item si quis in fraudem. in quæstio quærunt Doct. &c.

5 An quis possit † referre quæstionẽ dominij illi à quo causam habet: vide plenè Io. Fab. Instit. de actio. §. omnium. in viij. col. in versi. item not. quòd quãuis rei vendicatio, &c. vide l. si quis conductionis. C. locati.

CCCCCLIX.

2 *Appellationem an teneatur prosequi procurator.*

1 Detrectare † vel differre æquiparantur. tex. in l. præsenti. versi. sed si hoc facere Detrectet, &c. C. de his qui ad eccle. confug. quod facit ad quæstionem, Si quis mihi conuenerit rem suam vendere & dum vendere vellet, denuntiauerit mihi, sed differo emere, quòd ipse potest alteri vendere. vide in decisio. parla. q. cccccl xix. in fi.

2 An procurator † teneatur prosequi appellationem? vide Bartol. in l. cùm procurator. ff. de noui operis nuntiatio. Et de materia appellationis, vide ibi multa singularia. Et si appelletur primò viua voce, & posteà in scriptis, quę appellatio debeat prosequi, vide ibi plenè Bar.

3 Nundinæ † perdũtur per non vsum decennij. l. j ff. de nundinis. ponit Ioan. And. in cap. nauiganti. de vsuris, super hoc verbo, Nundinas.

4 Quando † error est expressus in sententia, vide extrà de pur. vul. in c. ij. in fine.

CCCCCLX.

1 *Iurisdictio officialis expirat mortuo episcopo.*
3 *Appellare secundò non licet ab eodem grauamine.*

1 Mortuo Episcopo † expirat iurisdictio officialis. cap. j. de offic. vicar. secundum Archidiac. ibidem. nisi capitulum, quod succedit in iurisdictione, eum confirmet post mortem Episcopi.

2 Licet completa † præscriptione probetur mala fides præscribẽtis, nihilominùs potest talis res retineri in foro cõscientiæ, secundum Innocen. in cap. cura pastoralis. extrà de iure patrona. in fi.

3 Non est licitum secundò † appellare ab eodem grauamine etiam infra decem dies: & si fiat, videtur renuntiatum primæ appellationi & grauamini, vt dicit not. Inno. in c. solicitudinẽ. de appella. super verbo, contra Episcopum, &c. in fine. Et hoc verum, nisi appellans protestetur, quòd non intendit renuntiare primæ appellationi, sed quòd facit secundam adhærendo primæ. ita videtur velle sentire Innocen. vbi suprà.

CCCCCLXI.

1 *Executioni an possit mandari sententia contra illum qui habet causam ab illo qui dolo desiit possidere.*

1 Verum sententia † possit mandari executioni contra illum, qui habet causam ab illo, qui dolo desiit possidere? vide Bar. in l. is cui. §. qui in possessione. ff. vt in posses. lega. vel fideicommiss. Et circa hanc materiam hic duxi inferenda verba formalia Cyn. in l. vna. C. de alie. mutandi iudi. causa fa. quæstio. vij. ibi, Iuxta præmissa quæro, dixi in superiori quæstione, quando post litem contest. superuenit causa vel materialis vel formalis, quid iuris sit. Sed pone quando ante litem contestatam erat causa, posteà desiit, verbi gratia, quia reus desijt possidere, vel actor desijt habere dominium, quid iuris erit? nunquid procedet iudicium? Et primò ad primum, scilicet quando reus desiit possidere, Respondeo, quòd est casus legis, quòd aut desijt possidere dolo, aut sine dolo: si sine dolo, absoluitur: si dolo mediante, tũc habetur pro possessore iuris interpretatione. ff. de rei vendi. l. si autem. §. possidere. Sed si deficiat causa ex parte agentis, &c. ista sunt verba Cy. in dicta l. vna. C de alie. mutandi iudicij causa. Et sequuntur verba formalia domini Angeli vbi suprà, circa hanc materiam, qui dicit vt sequitur. Secundo not. quòd facta alienatione causa mutandi iudicij, ille cuius est res, potest agere tam contra alienãtem, quàm contra possiden-

tem potest intentare directam actionem in rem. Contra alienantem potest intentare vtilem in rem. quia dolo desiit possidere. l. qui dolo. ff de regu. iur. cum simi. ac etiam intentabit contra eum actionem in factum descendentem ex illo edicto, & ad suum interesse l. iij. §. vlti. ff. eodé. Plus dicit ibi Auge. quod antequam competat actio in factum descendens ex illo edicto, & tria requirũtur. Primò quòd alienatio sit facta animo & intentione mutandi futurum iudicium. Secundò quòd inde sit durior aduersarius cõstiturus. Tertiò, quòd mea intersit in aliquo alienationem factam non esse. Et quid istorum deficiat, cessat dicta actio in factum ad interesse. Ista sunt ibi verba Angeli. Angel. ibi, in fi. refert Cyn. dixisse, quod contra tertium possessorem causam habentem ab illo qui dolo desiit possidere, poterit fieri sententiæ executio. sed Bart. in hoc tenet oppositum & bene in l. iij. C. de pignori. & in repe l. cunctos populos. de sum. tri. & fide catho. ista sunt verba Angeli in d. l. vna. C. de alie. mu. iu. sed videatur super hac materia Hent. Boich in c. j. in j. dist. extrà de alienatione iudicij mutãdi causa facta. videatur etiam Bart. in l. à diuo Pio. § si super rebus. ff de re iudic.

a De verbis, † quòd filius vel filia nihil aliud i bonis paternis petere possit, &c. vide Bartol. in l. si liberti. ff. de oper. libert. vide Petrum helye, in l. si vnquam. C de reuoc. dona. in sua repetione, in fi.

CCCCCLXII.

1 An dicatur † moueri controuersia ex aliqua turbatione extra iudicium facta? vide Bart. in l. Mæuius. §. tres hæredes. ff. ad Trebellia. & Doct. in l. ampliùs non peti. ff. rem rat. habe. & an possit pœnitere & quando, vide Pet. Iac. in tit. de rei vend.

2 Volens † adhærere appellationi, debet eidem adhærere infra tempus quod posset appellare. Archid. in c. vt circa. de electio. libr. vj.

5 Si Episcopus † cõmittat causam, an appellabitur ad ipsum Episcopum delegantem, vel ad Archiepiscopum metropolitanum? Io. Mona. dicit quòd non debet appellari ad metropolitanum, sed ad Episcopum delegantem. in c. Romana. de appella. libr. vj. in princip. super verbo, & idem.

CCCCCLXIII.

1 *Agi criminaliter vel ciuiliter an dicatur, quando agitur ad pœnam fisco applicandam.*

2 *Obligare se quis potest sub pœna amissionis causa.*

3 *Missi in possessionem rei petita in odium mendacij an possit petere, qui prius petijt se admitti ad probandum.*

4 *Cautionem præstari per hæredem rogatũ potest petere substitutus.*

1 Quando † agitur ad pœnam applicandam fisco, an dicatur agi ciuiliter vel criminaliter? vide Salic in l. j. C. de sepulch viol. & plenè dixi in apparatu statuti, siquis per litetas. in gl. super verbo, fisci.

2 Quis potest † se obligare sub pœna amissionis causæ. vt dicit Ioan And. in nouel. in c. pen. extrà de testi. sicut potest quis stare relationi partis aduersæ, vel stare depositioni testium non iuratorum.

3 Circa l. fina. de rei vendi. quæro, † pars non petiit sibi prouideri iuxta remedium dictæ legis, sed petiit se ad probãdum admitti, an possit redire ad prouisionem dictæ l. fi. dic quod non. & super hoc vide quæ scripsit recolendæ memoriæ do. Petrus Papæ in margine libri sui nouellæ Ioan. And. super sexto. quem librum ab eodem do. Petr. habui. De hac materia plené scripsi infrà sing. cccccix. in §. circa materiam l. fi. ff. de rei ven.

4 Substitutus † potest petere cautionem sibi præstari per hæredem rogatum. in l. Archimedotam. C. vt in pos. leg.

CCCCCLXIIII.

1 *Compensatio potest opponi contra cessionarium.*

2 *Muros castri vel villa reficere pertinet ad incolas eorũ expensis.*

4 *ab Officio debet repelli iudex propter nimiam seueritatem.*

1 Compensatio † potest opponi contra cessionarium. ita tenet Petr. Iaco. in titu. de rei vendi. quæ competit ex cessi. idem Barto. in l. procurator ad exhiben. §. final. ff. rem ratam habe. idem Ioan. Fab. in §. in bonæ fidei. Instit. de actio. licet Dyn. videatur velle contrarium in dicto §. in bonæ fidei. in quæstione, sed quæro nunquid prælato petenti pecuniam.

2 Ad incolas † pertinet reficere muros castri, vel villæ eorũ expensis pro viribus singulorum. in l. omnes prouinciarum rectores. C. de oper. publi. licet habitent extra muros, dummodo habitent infra territorium vel mandamentum talis castri. vt not. Ioan. Andr. in additio. Specu. in titu. de censibus. § nunc dicendum. ibi, etiam alia quæstio de castro vel villa.

3 Citatio † non debet fieri, nisi mandato iudicis. Ioan. Fab. alleg. text. in §. quadrupli. Institu. de actio. vide suprà singu. lxxxij. nume. 5.

4 Iudex † propter nimiam seueritatem debet ab officio repelli, secundum Bat. arg. l. de iure. in fi. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & ibi ponit Bat.

5 Quod filiusfamilias † si efficiatur sacerdos, liberetur à patria potestate, videtur per cap in quorum. extrà de ætate & qualita. ita dicit Bartol. in l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur.

CCCCCLXV.

1 *Procurator si fuerit verus contumax, dominus nihilominus poterit appellare.*

2 *Processus contra patrem vel patronum quatenus valeat.*

3 *Iudex an possit cogere aliquem ad suspendendum damnatum ad mortem.*

1 Vtrum si † procurator fuerit verus contumax, dominus propterea repellatur ab appellando? certe non. quia constat contumaciam ab ipso principio esse delictũ: nisi dominus fuerit sciens & negligens. hoc tenet Inno. in c. j. extra vt lit. non contest. ista sunt verba Bart. in l. j. §. si procurator. ff. si quis ius dic. non obtempe.

2 Vtrum † processus factus contra patrem, vel patronum, filio vel liberto instante, non petita & obtenta venia, valeat? dicit Guli. de Cun. quod sic. vt l. quamuis. in fin. ff. de in ius voc. Quod verum intellige, si pater vel patronus cõparuerit, & prosecutus fuit causam, vt in dicta l. debuit enim a principio opponere, alias videtur consentire. vt l. fina. C. de exceptio. secus si processus erat factus contra cõtumacem vel inuitum, vel si patronus in ius vocatus non veniat, vt in fine dictæ legis. ista sunt verba Bartol. in dicta l. quamuis.

3 Vtrum † quis possit cogi à iudice ad hominem damnatum ad suspendium, suspendendum in furcis? videtur quod non. vt C. ne liberius aut ingredi. l. j. & in libro xj. & ne operea colla. exi. per totum. Breuiter Doctores determinant, quod sic: vt refert Barto. in l. fina. §. fina. ff. de pignorati. actio.

CCCCCLXVI.

1 *Pupilli bona si creditor vendat, non requiritur solennitas illa quæ requireretur, si pupillus venderet.*

2 *Testes super articulis diuersis, non autem super contrarijs poterunt examinari*

3 *Rerum mearum appellatione, an iura & actiones veniant.*

1 Pone, creditor † vult vendere bona pupilli sibi obligata: an requiratur illa solennitas, quæ requiritur si pupillus vẽderet? Respondeo non, vt l. si pupillorum. §. j. ff. de rebus eorum. non enim vendit nomine pupilli, sed vendit iure suo rem pupilli. ista sunt verba Bart. in l. Papinianus. §. sed nec impubes. ff. de inoffi. testa.

2 Pone, testes fuerunt † examinati super articulo cõtinente, quòd res valet centum: si post publicationem fiat articulus, quod res valet centum & quinquaginta, vtrum testes poterunt examinari? dic quod sic: quia articuli non sunt contrarij, sed diuersi. ista sunt verba Bar. in l. eum furti. ff de in litem iuran.

3 Vtrum si tibi † dono res meas, cõtineantur iura & actiones quas habeo contra Titium? gl. in l. omne ius. ff. de statu homi. videtur velle quòd sic. Guliel. de Cun. ibidem tenet, quia gl. procedit, quando donarem meas res. In quæstione proposita dicit dono res meas. & meas denotat meũ: vt l. suos. in princip. ff. de leg. iij. & l. solum. §. meum. de rei vendicat. quod non potest in actionibus verificari, quæ meæ non dicuntur: vt l. rei. in princip. ff. de legatis ij. & hoc tenet Guliel. & not. in l. si legati. §. si bona. ff. ad Trebellia.

bellia.& ibi dixi.& in l.rei.ff.de verbo.figni.& de bo.pof.
l.j.& die vt ibi not.in glo.& ista sunt verba Bartol.in d.l.
omne ius.

CCCCCLXVII.

1 *Dignitas vacans fungitur vice defuncti, non eius qui successurus est.*
2 *Iurisdictio non est apud populum, vel aliquam vniuersitatem.*

1 Nota quòd † propter negligentiam magistratus recurri-
tur ad populum istius terræ, qui iustitiam ministrabit, &
iurisdictionem exercebit. & est argu. quòd si vacat index
appellationum, debeat appellari ad populũ, non ad suc
cessorem: & est ratio. quia dignitas vacans sicut hæredi-
tas iacens non fungitur vice eius, qui successurus est: sed
hæreditas fungitur loco defuncti. l. nam & Seruius. §. j. ff.
de neg. gest. & l mortuo. ff. de fideiuſ. si igitur appellaretur
ad futurum successorem, appellaretur inepte: sed ad po-
pulum debet appellari: quia licet vacet dignitas magistra
tus, non tamen vacat iurisdictio, sed est apud ipsum po-
pulum: & hoc in iurisdictione contentiosa. idẽ in volun-
taria quando periculum est in mora, vt in dandis tutori
bus. ff. de tuto. & cur. dat. ab his. l. vbi. nec traho illam le-
gem ad actus merè voluntarios, sicut est adoptio & eman
2 cipatio. C. de adoptio. l. ij. & dicit Inno. ꝙ † nulla iurisdi-
ctio est apud populum, vel aliquam vniuersitatem: quia
isti debent eligere magistratus, non autem officium ma-
gistratus exercere, quem oportet à superiori confirmari.
in authen. de defenſ. ciui. in §. interim compellant. ita po
nit Bal. in c. j. si de inuesti. int. dom. & vaſ. lis oriat. Aduer-
te, ꝙ per illa supradicta apparet, ꝙ ineptè appellant illi,
qui appellant in curia romana ad futurum concilium.
3 Vtrum † sentẽtia lata testibus non publicatis sit ipso iure
nulla? vide Bal. in feudis, in tit. si de inuesti. int. domi. & va
ſal. lis oriat. in §. j. & tetigi in decisio. cur. parla. q.
4 Vtrum † vasalli possint prorogare iurisdictionem in aliũ,
quàm in dominum? vide Bal. de prohi. feud. alie. per Fede,
in §. præterea. ibi: sed quæro vtrum vasalli, &c.

CCCCCLXVIII.

3 *Extraneus dotans mulierem potest incontinenti sibi stipulari: pater verò non: & quare.*
4 *Pater non tenetur dotare filiam quæ propter adulterium dotem perdidit: sed cogitur eam alere.*
5 *Filia alimentis sibi à patre præstandis non potest renuntiare etiã cum iuramento.*
6 *Pater qui soluit legitimam fisco pro redemptione filij non cogitur eam relinquere filio in testamento.*
7 *Maritus quatenus lucretur dotem propter adulterium.*
8 *Mulier dotem viro adiudicatam propter adulterium, non repetit, licet probetur postea inter eos non fuisse matrimonium.*
9 *Donatio in dubio non præsumitur inter coniuges.*
10 *Maritus percipiens fructus rerum dotalium, tenetur collectas pro illis soluere.*

1 Nota, pactum † super dote à quocunque dante dotem in-
terpositum ante nuptias, vel incontinenti post, & quale-
cunque valet: ex interuallo in præiudicium mulieris etiã
ea cõsentiente non valet. ff. de pac. dotal. l. ob res. §. si ex-
traneus. l. quoties. ff. sol. ma. l. auia. C. de iur. dot. idem di-
co in patre, quãdo paciscitur sibi vel suis: quia nec in ipso
contractu potest pacisci in præiudicium mulieris, nisi ea
interueniente, vel ei succedente: imò nec ea consentiente,
vbi absorberetur dos in toto, vel in parte l. ij. & l. cũ dos.
& l. si ita. & l. aliud. ff. de pact. dotal. l. quamuis. & l. pater.
2 C. eo. Ratio autem quare † extraneus incontinenti potest
sibi stipulari, pater verò non, est, quia lex voluit prouide-
re extraneo: vtpote exercenti liberalitatem meram: & ne
à liberalitate se retardet. arg. l. ij. C. de bon. quæ lib. quod
non fuit necesse in patre: quia cogitur filiam dotare, etiã
si habet aliundè vnde se dotet. l. fi. C. de dot promissio. l.
cognouimus. l. qui liberos. ff. de ritu nuptiarum. & nota.
in d. l. auia.
3 Et per † præmissa dicunt Doctores, quòd pactum factum
per patrem, vt propter adulteriũ filiæ dos non cedat lu-
cro viri, sed ad eum reuertatur, valet: vt notatur in l. si do
tem. C. de iure do. in l. consensu. §. vir quoque. C. de repu-
diis. & in Speculatore in titulo de donationibus inter vi-
rum & vxorem. §. fi. versiculo, sed nũquid. quod non cre-
do verum, si tale pactum fieret inter coniuges: vt d. l. con-
sensu. in fin. Et quia vxor in tali pacto inuitaretur ad de-
linquendum, quod esse non debet. l conuenire. ff. de pact.
4 dotalibus. l. si vnus. §. illud. ff. de pactis. Circa hæc † quæ-
ro, an pater teneatur iterum dotare filiam, quæ propter
adulterium dotem perdidit? Dico quòd non. & est ratio,
quia quod pater dotet filiam, fuit in priuilegium filiæ: &
propter delictum quis perdit suum priuilegium. l. etiam.
§. licet. ff. soluto matrimonio. l. verum. §. tempus. ff. pro so
cio. Et videtur esse casus a contrario sensu in authentica,
quod locum. ibi: filiæ imputari. C. de collatio. & ibi per
Bartol. & Bald. & in l. si dotem. §. si post solutum. ff. soluto
mat. Sed an cogatur saltem eam alere? Dic quòd sic: quia
filius ingratum patrem cogitur alere. l. Imperator. ff. ad
Treb. & in authen. de incest. nupt. in §. j. multò magis pa-
ter filiam, cũ pater plus diligat filiam, quàm se. l. isti qui-
dem. ff. quod met. cauſ. & quia iure naturali pater tene-
tur alere filiam. Insti. de iur. na. gen. & ciui. in prin. & non
econtrà. vt l. si quis à liberis. §. à filio milite. §. parens. ff. de
agnoſ. lib. idem tenet Specul. in titu. qui fil. sint legiti. ver.
quid si filia.
5 Plus dico, † quòd si filia cum iuramento renuntiasset ali-
mentis, non valeret renuntiatio: vtpote, quia contra bo
nos mores. l. alia. §. j. ff. solu. matrimo. quia contra ius na-
turale, quod est immutabile. in §. fin. Institu. de iure na-
tur. gen. & ciuil. facit c. finale, extrà de consuetudine. Nec
iuramento firmatur: quia non posset seruari sine interi-
tu salutis æternæ, cum aliàs cogeretur meretricari, vel a-
liud delictum committere, in c. pactũ. extrà de pact. libr.
vj. & c. cùm contingat. extrà de iureiurand. & ita tenet
Bal. in l. pactum. C. de colla. in xix. quæsito.
6 Vlteriùs quæro † quid in patre qui soluit legitimam pro
redemptione filij fisco ex forma statuti, vtrum cogatur
illam sibi in testamento relinquere? Dico quòd non. & ra
tio patet per præmissa, & quia solutione eius quod debe-
tur, tollitur omnis obligatio. Insti. quib. mod. tol. obli. in
princ. & facit l. si ex noxali. ff. de pecu. & l. si cum dotem.
§. si post solutum. ff. solut. mat.
7 Quòd autem † dos debeat per maritum lucrari propter
adulterium, intelligo si maritus fuerit in vita sua conque
stus: nisi in vij. casibus not. per Roffre. in tit. de libel. sup.
matrim. contract. circa fin. nota. in l. si vxor. §. final. ff. de
adulter. & in capitul. intelleximus. de adulterijs. per glo.
& Inno. post mortem verò viri hæredes non possunt con-
queri, vt est tex. in l rei iudicatæ. §. j. ff. sol. matr. secundum
Dy. & Bar. licet Spe. dubitet in tit. de donatio. inter vir. &
vxo. §. fi. ver. sed quid si mulier.
8 Vnde dubitatur, si propter † adulterium dote adiudica-
ta viro posteà fuit probatum inter ipsos non fuisse ma-
trimonium propter affinitatem, an mulier possit dotem
repetere? dico quod non. & est ratio propter authorita-
tem rei iudicatæ: & quia in talibus non consideratur exi
tus. ita tenet gl. & Inn. in c. plerunque. extrà de donatio.
inter virum & vxorem. Circa præmissa non omitto vnũ
9 singulare, quòd nunquam in dubio præsumitur † donatio
inter coniuges: imò statur instrumento cuiuslibet con-
tractus initi inter eos, donec donatio probetur. casus in
l. quod autem. § si maritus. ff. de donatio. inter virum &
vxorem. & gloſ. in l. verum. ff. eodem. & Bartol in l. quæ
dotis. ff. soluto matrimon. Item circa hoc est aduerten-
dum: quia cum maritus lucretur fructus dotis, non valet
pactum in contrarium factum. l. si conuenerit. ff. de pactis
dotalibus.
10 Et ex quo † maritus facit fructus suos bonorum dotaliũ,
tenetur soluere collectas & tributa pro illis bonis. l. ne-
que. de impen. in reb. dota. fact. in l. hactenus. ff. de vsufru.
& l. quæro. ff. de vsufru leg.

CCCCCLXIX.

1 *Virginum aut aliarum mulierum raptores qua pœna puniantur.*
2 *Dominium an transferatur ex assignatione dotis.*
3 *Notarius condemnatus de falso an possit dispensari per iudicem vt conficiat instrumenta.*

1 Cum quæritur † qualiter rapto:es virginnm vel aliarum mulierũ puniautur? sic distingue: aut erat virgo, aut non. Si erat virgo, aut est honestè viuens, & tunc aut est nolens ab initio, & ex postfacto. aut nolens ab initio, tamen ex postfacto volens: aut semper volens. primo casu punitur pœna l. raptores. C. de episco. & cleri. & legis vnicæ. C de rapt. virgi. Si autem ab initio nolens, tamen ex postfacto volens, punitur vt in fi. dictæ l. raptores. & C. de raptu virgi. l. vnica & est ratio: quia initium spectatur in talibus. ff. ad l. Cornel. de sicar. l. diuus. Si verò sit semper volens, aut est Deo consecrata, aut non: primo casu punitur capitaliter: vt in auth de sanct. Episcopis. §. si quis autem raptores & l. si quis non dicam rapere. C. de episco. & cleri. Si non erat Deo consecrata: tunc punitur pœna statuta Insti. de pub. iud. §. Iulia. ver. sed eadem. Si antem nõ erat virgo, aut erat maritata, aut nõ. Si maritata punitur capitaliter. l. quamuis in secundo. C. de adulter. Si non erat maritata, sed talis quę faciebat gratiam sui corporis: aut est nolens, aut volens. Si nolens, punitur arbitrio iudicis: quia cùm lex dicat aliquem puniendum non statuendo pœnam, punitur arbitrio iudicis. l. sanctio legũ. ff. de pœnis. Si volens, non ponitur. quia princeps propter earum vilitatem non vult eas legum laqueis innodari. C. de adulte. l. adulterium do.

2 An ex † assignatione dotis quæ fit mulieri trãsferatur dominium: vide l. Titia ff de solutionib. & ibi Doct.

3 An iudex † posit dispẽsare cum notatio condemnato de falso, quòd posit conficere instumenta, vide Bart. in l. si quis in principio testa. ff. de lega. iij.

CCCCCLX.

1 *Effectus duodecim oblationis factæ cum consignatione & depositione.*

1 Nota quòd oblatio † qnando fit cum cõsignatione & depositione, habet duodecim effectus. Primus, quia tribuit liberationem. C. mand. l. qui mutuam. & de minori. l. ait prætor. §. j. Secundò facit cessare cursum vsurarnm. C. de vsur. l. acceptam. Tertiò impedit pœnæ legalis commissionem. l. ij. C. de iure emphyteutico. Quartò transfert rei periculnm in creditorem: vt l. qui decẽ. in prin. ff. de solu. Quintò tollit pignorum obligationem: vt d l. acceptam. Sextò inducit pignoratitiam actionem. ff de pig. act. l si rem. §. fin. Septimò acquirit rei oblatæ creditori persecutionem: vt d. l. acceptam §. fi. Octauò facit conditionem haberi pro impleta. ff. de condi. & demon. l. iure ciuili. & C de condi. insert. l. fi. Nonò confirmat rei emptæ persecutionem. ff. de act. emp. l. Iulianus. §. offerri. Decimò indncit moræ purgationem ff. de condict. furtiua. l. patui refert. & C. de fur. l. subtractum. Vndecimò inducit dominii recuperationem. ff. de cap. l. in bello. §. si quis seruum. Duodecimò actionem priuilegiatã tollit: vt d. l. qui decem. in prin. Cætera vide plenè per Cy. in d. l. acceptam. & aliqui ponunr in d. l. qui decem.

CCCCCLXXI.

Donatio an reuocetur per susceptionem nepotum aut naturaliũ.
Liberorum appellatione continentur nepotes & filij naturales.

Iuxta l si vnquam. C. de reuocan. don. dum dicit liberos,
1 fortè posset dici, quòd per † susceptionem nepotum & filiorum naturalium fieret reuocatio donationis. nã text. in prin. d. l. ponit filios. posteà in fi. dicit, susceperit liberos, non reepilogãdo filios, sed liberos: volens innuere ꝙ per susceptionem nepotum & filiorũ naturalium, fieret reuocatio: cùm appellatione liberorũ contineantur tam nepotes quã filii naturales. de nepotibus est casus in l. libernrũ. ff. de ver. sig. de naturalibus in l. cognoscere. §. liberorũ. iũcta gl. ff. de ver. sig. præterea quãdo in dispositione aliqua profertur verbum Liberi, quæ inspicit odium alterius, resultat tamen ab alia parte fauor, verbum Liberi, efficitur extensiuum ad naturales. l. hæredibus. § si & l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebell. sed sic est, quod in d. l. si vnquam ponitur verbũ liberi, Cuius legis decisio inspicit odium dnnatarii, resultat tamen inde fauor propter quartàm liberorum, dicamus verbũ Liberi, extendi ad naturales, posito tamen non cõcesso, quòd ex sui propria significatione non continetet. Item quò ad nepotes eadem ratione patet: nam verbum, Filii, nõ comprehendit nepotes. l. quid si nepotes. de testa. tut. & tamen si ponatur in actu inspiciente odium alterius, ex quo tamen resultat fauor, verbum Filii, amplectitnr nepotes. l filium habeo. ff. ad Macednnia. Et per istas rationes videretur ꝙ d. l. si vnquam. deberet extendi ad nepotes & filios naturales. Attamen posset respenderi ad dictas rationes sic. primò ad primam rationem, quòd ita fuit volnntas cedentis, non tamen volens designare iuris ministerium, & vide circa hoc Per. He. in sua repe. super versi. filios & liberos. Ad ij. non ob. qnoniam ibi constabar de mente testatoris, vt ibid. no. videtur. Ad iij. de l filiũ habeo. dic quòd hoc verum est: quia reperitur extensio facta per legem: vt ibi patet: secus est hic. & sic remanet hæc quæstio pro vtraque parte dubia. cogita ergo & nor. ista: quia alibi istam quæstionem non reperies motam. De materia d. l. si vnquam. scripsi etiam suprà singu. cccxxxix. in §. dispositio legis, &c.

CCCCCLXXII.

2 *Pretium potest imponere iudex arbitrio suo cum inter partes de eo est discordia.*

3 *Debitor an præsumatur liberatus si instrumentum debiti penes eum reperiatur.*

4 *Procurator inhabilis an possit habilem substituere.*

1 Paria † sunt rogare venientes ab intestato: vel dicere, si nõ valet iure testamenti, valeat iure codicillorum, vt tenet glo. & Cyn. in l. si iure. C. de testa. manu.

2 Cùm inter † partes est discordia de pretio, iudex potest imponere atbitrio suo. l. j. C. de communi seruo ma. secũdum Bart. & facit l. fina. in fin. C. de iure do. impe. & vide quæ no. Bart. in l. rem maioris pretij, &c. In creatione syndici requiritur authoritas superioris: secundum Barto. in l. j. C. de serui s reipublicæ manu. & ibi videtur casus. Et ideò vniuersitates & alia loca præsentis patriæ Delphinalis, quæ de antiqua consuetudine non consueuerunt creare syndicos, consueuerunt licentiã petere creandi syndicos à curia parlamen. Delphin. vide suprà sing. cccxxxv. nume. 1.

3 Si instrumentum † debiti penes debitorem reperiatur, vtrum præsumatur liberatus, vide gloss. Cyn. & Barto. in l. j. §. similiqne modo. C. de lati liber. tollend & vide Bartol. in l. fullo. § qui tabulas. ff. de furtis. & vide Specul. in titul. de instru edit. §. postquàm. versicul. quid si debitor. & versicul. porro. & vide in l. Labeo. ff. de pact. vide suprà singu. clxix.

4 An procurator † inhabilis constitutus posit aliúm habilem substituere. facit in argumen. quòd non l. si minor. C. qui manumittere non possunt. super quo vide Bart. in l. j. § per eum. ff. de acquiren. possei. & gloss. in clemen. religiosus. de procuta. & vide Cyn in l. quod quis. C. de procuratorib.

5 De materia † l. diffamari. C. de inge. mannmis. vide Inno. in c. dilecto. de præben. & qualiter in materia dictæ legis debeat senrentia formari, vide Pet. Iac in titu. de condi. sine causa. circa fin.

CCCCCLXXIII.

3 *Iudex parti pauperi prouidet de aduocato & procuratore gratis.*

4 *Maritus possidet res dotales.*

1 Nnta † mirabilem tex. in l. interrogata. C. de liberali causa. pro cautela quam quidam sibi assumũt, qui vt clerici conueniuntur, & in veritate sunt clerici, ꝙ possunt negare se clericos: & si postea per curiam temporalem conueniantur ratione eorum confessionis, ꝙ si probent se esse clericos, non poterunt ibi in curia temporali conueniri: nam talis confessio non potest veritati præiudicare

2 Confessio † facta coram iudice non in figura iudicii, sed coram notario causæ, non præiudicat, vt dicit gl in l. iubemus. circa fi. C. de liber. cau.

3 Si pars sit † adeò pauper vt non habeat vnde se posit de-
2 fendere, iudex debet sibi prouidere de aduocato & procuratore gratis. facit tex. in fi. ibi: tãrùm & litis sumptus, &c. C. de ord. cogni. & plenè circa hãc materiã scripsi in decisio. cur. parla. q & vide s. sing. cccccaxxvij. nu. 2.

Maritus

4 Maritus † possidet res dotales.l.j.ff.pro dote.quia si non possideret non vsucaperet, prout tamen vsucapit:vt in d. l.j.Et ideò formari debet libellus in rei védicatione contra maritum, alias libellus est ineptus.

ADDITIO.

a Prouidere. Nota tamen quòd si possideam bona de quibus est quæstio, debeo ipsi parti ministrare sumptus vt litiget me cum.d.l.fi.ibi,ita vt ex iisdem &c.

CCCCCLXXIIII.

1 *Sententia non valet quam citatio legitima non præcessit.*
2 *Præscriptionem an impediat mala fides superueniens.*
3 *Intellectus l.quid ergo §.pœna grauior.ff.de his qui no.infam.*

1 Nota quòd † sententia nõ valet, vbi legitima citatio non præcessit, per gl.in l.si pater.C.ne de statu defunctorum. in gl.fi.ibi, nota hic.facit l.si cum nulla.ff.de re iudica.& iudi.solu.l.vir bonus.hoc tenet Innocen.in c.querelam. in fin.de procurator.imò dicit alibi Innocent.quòd vbi citatio est nulla, sententia etiam est nulla, in c.præsenti. extrà de rescrip.

2 Vtrum † mala fides superueniens impediat præscriptionem, quid de iure ciuili, & quid de iure canonico? vide Docto.in l.vna.C.de vsucap.transfor.manda.& Bart.in l. naturaliter.ff.eo.& Inno.in c.fi.de præscri.

3 In l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui notan. infamia.in ver.quamuis.dicit Bartolus, quòd si fuit actum ciuiliter ad pœnam dupli vel quadrupli, quomodo potuit imponere corporalem cõtra ius partis.l.id quod nostrum.ff.de regu.iur.Gulielmus intelligit dictam l.quando fuit imposita pœna pecuniaria & corporalis, vt l.interdum.§.qui furem.ff.de furtis.vel pone exemplum in l. medicos.ff.de variis & extraor.cog.& de calum.l.penul. istud exemplũ non placet:qoia in dictis legibus imposita est pœna ciuilis & criminalis, eo casu quo vtraque potest imponi.& si pœna non dicitur aucta vel minuta: vt habuistis not.in 1.gloss.sed solùm potest reus dicere se grauatum:quia iudex fecit ea officio suo, tamen de hoc nouum processum facio. Nota ex istis verbis, quòd si agatur furti ciuiliter, videtur, quòd ex eisdem actis, & ex eodem iudicio possum eum criminaliter punire. Sed grauamen quod fit circa processum, non inducit dispẽsationem in infamia:vt l.ictus fustium.ff.de his qui no infa.sed solum grauamen, quod fit circa pœnam corporalẽ: vt hic. Vnde alii ponunt exemplum, quando imponitur pœna pecuniaria pro corporali in defectum, quia soluere nõ potest:vt l.fi.ff.de in ius voc. Istud exemplum videtur contra casum dictæ l.ictus fustium.secundum secundam lect.Et ideò aduertendum, quandoque pro pœna pecuniaria applicanda fisco imponitur corporalis, & tunc est dispensatum cum infamia:vt in prin.§.quandoque imponitur pœna pecuniaria applicanda parti, tunc quandoque iudex imponit vtranque pœnam pecuniariam & criminalem, isto casu, si est de casibus in quibus ciuilis pœna concurrit cum criminali, vt quãdo non agitur ad vindictã, facit quòd videtur dispensatũ cũ infamia:quia imposita pœna grauior vltra legẽ. Et potest intelligi iste ver.quamuis, non referendo ad præcedentẽ. Sed si est de casibus in quibus pœna ciuilis concurrit cum criminali: vt quando agitur ad vindictã, tunc non aggrauat partẽ, nisi ad processum:& ideò non videtur dispensatum cum infamia:vt s.dixi, nisi poneres pœnam corporalem grauiorem delicto quia tunc dispensatur per principẽ. Quandoque imponit corporalem, & omittit pecuniariam:& hoc quandoque facit post sententiam latam in pœnam pecuniariã: quia nõ potest soluere, punitur in corpore:vt l.fi.de in ius voc. cum si tunc non videtur dispensatum cum infamia, quæ per sententiam fuerit confirmata & per executionẽ, quia iudex postea dispensare nõ potest quia solum hoc potest iudex & statim. vt ff.de postul.l.j §.de qua re.& hic est casus.& l.ictus fustium.secundũ primam lectu Sed si iudex hoc fecerit in ipsa sententia condemnando corporalem, cum peteretur pecuniaria, videtur cũ infamia dispẽsare: vt l.in seruorũ.in fi.ff.de pœn. Et si dicis, quomodo potest iudex auferre ius partis? Rñdeo, potest ea cauta. primò si vider reum laborare infamia, tunc non videtur grauare partẽ: quia inanis est actio, &c. Et in hoc casu aduerte, quòd si reperiatur, quòd ille commisisset delictũ istud, præ est, quia pœnã pecuniariã soluere nõ põt, imponetur pœna corporalis. Et prosequere verba Bar.in d.§. pœna grauior.

CCCCCLXXV.

1 *Tertius possessor quatenus præscribat actionem hypothecariam.*
3 *Intellectus auth.malæfidei.C de præscrip.long.temp.*
4 *Possessionem continuatam allegans eam probet.*
5 *Præscriptionis exceptio an impediat litis contestationem.*

1 Licet † tertius possessor præscribat hypothecariã actionẽ cum bona fide & iusto titulo.l.j.C.si aduer.credi. hoc verum credo in priuato:secus autem crederem in ecclesia vel minore, per auth.quas actiones.C.de sac.san.ecc.iuncta l.fi.C.in quib.cau.in integ.resti.non est neces.

2 Excommunicatus † non præscribit.ita tenet Hosti.in ca. cùm non liceat.extra de præscri.& ibi gl.enumerat xij.casus, & vltrà in quibus cessat præscriptio.& no.dictam gl. quia alibi non reperies.

3 Circa † auth.malæ fidei possessore alienante.C.de præscr. lon.tem.x.vel xx.ann.intellige illud authẽ.locum habere in re immobili.Itẽ in primo emptore.Item quando præscribitur eo ignorante:quoniam secus censetur in re mobili, quando in eis nihil est immutatum :ergo iuri antiquo standum.l.sancimus.C.de testa.l.præcipimus.de appel.Item secus in secundo emptore ratione prædicta. Itẽ secus, si domino sciente res possideretur, quãdo in his nihil est immutatum, vt ibi patet, & tenet Azo in sum. in d. auth.malæfidei.& sic d.auth.malæfidei.& in corpore vnde sumitur, istam materiam declarant & limitant, & nõ corrigunt:ita tenet Bar.in l.Põponius.§.cùm quis vtitur adminiculo.ff.de acqui.pos.& no.quoniam singu.

4 Ille qui possessionem † continuatam allegat, debet eam probare.casus est in l.emptor.C.de præscri.long. tempo. quia non præsumitur continuata, nisi probetur:vt ibi.

5 Vtrum † exceptio præscriptionis impediat litis contesta. vide Bar.plenè in l.emptor.C.de præscri.long.temp.

CCCCCLXXVI.

1 Nunquid ius † vsusfructus possit præscribi? vide Bartol.& Docto.in l.fi.in fi.C.de præscri.long.temp.Et quid de iurisdictione, dic vt ibi.Et quid de iure exigendi vectigal, dic vt ibi.

2 Creditor † tenetur facere debitori instrumentum contractationis debiti soluti, per auth.de non alie.reb.eccle. §.emptoribus.ij.colla.§.pro secundo.

CCCCCLXXVII.

3 *Præscriptio an aliquo casu dormiat.*
4 *Præscriptio interrupta contra principalẽ an interrumpatur contra fideiussorem, &c.*

1 Vtrum † quis possit tenere rem francham quam non teneat ab aliquo? videtur quòd sic, per text.in l.bene à Zenone.in princi.ibi, & ad dominium & hypothecam, &c. C.de quadr.præscri.si tenuerit xxx.ann.in natiuitate recognoscendo.facit auth.si verò.C.de hæreticis.Sed Galli abutuntur dicentes, quòd omnia mouentur de feudo vel emphy.Regis Franciæ:pro quibus facit ff.de offi.præfect. vrb.l.j.§.cum vrbem.

2 Vtrum † iuramentum impediat currere præscriptionem respectu debitoris iurantis debitum soluere? vide plenè quæ scripsi in decisi cur.parla.q.

In l.sicut.de præscri.long.temp.in glo super verbo, Mili-
3 tia.circa d.gl.quæritur, † an præscriptio aliquo casu dormiat? certè de præscriptione dormiente non habemus expressum de iure ciuili, nisi in illa præscriptione xxx.an. vt in d.l.sicut.tamen de iure canonico videtur, quod talis præscriptio dormiat tempore hostilitatis & exercitus, si tantus exercitus esset, quod iura in ciuitate nõ redderentur.extra de præscrip.c.ex transmissa.tamen Inno. ibi dicit, quòd istud etiam est verũ de iure ciuili:sed ipse nihil allegat. Sed quod possit esse verum in l.final.C.de fund.limi.libro xj.habemus hodie expeditum in extrauagante Imperatoris Federici de pace Constant.Et aduerte, quòd licet in aliis casibus quis impediatur agere, præscriptio tñ currit contra eũ, sed restituitur:vt in ti.ex qui.cau.maior per totũ, maximè in l.sed si per emptorẽ.

§.si fortè.tamen in isto casu,ide.l,in ista præscri.xxx.an. ipso iure non currit,sed dormit,quod est notabile.Item etiam præscriptio dormit contra ecclesiam vacantem, in c.j.& ij.eo.ti.& ita no per Bar.in l.naturaliter.ff.eo.& idem Bart.in l.fi.C.in quib.caus.in integrum restitu.non est neces.

4 Vtrum interruptio† præscriptionis contra principalem censeatur interrupta contra fideiussorem,aut cōtra coreum,vel contutorem vide Barto.in l.cùm quis.§.si quis pro reo.ff.de solutio.

CCCCCLXXVIII.

1 *L.comperit C.de præscri.xxx.vel xl annor.intellectus.*
2 *Actionem personalem xl.annis facit durare litis contestatio.*
3 *Tertius possessor ignorans rem esse emphyteuticariam, eam præscribit.*

1 In l.comperit †C.de præscri.xxx.vel xl.an.attēde & no. quòd d l.loquitur in tributario faciēte functionem fisco ratione alicuius rei se tributariū recognoscente seu confitente:hoc videtur dicere gl.in l.cùm notissimi.in § fi.in fi.C.eo.iunct.gl.fi.dictæ l.comperit.quæ parificare videtur quò ad præscriptionem emphyteutam & tributariū. ex quo intellectu potest inferri,quòd vbi quis nullam functionem,seu ciuilem canonem facit pro aliqua re,quæ emphyteuticaria aut tributaria prætenditur , ipse talem rem præscribere potest.Item potest intelligi d l.comperit.& magis generaliter,quòd d.l.loquitur in casu respiciente fiscum vt fiscum,& hoc apparet ex tenore ipsius l.comperit Vbi verò ageretur de aliqua re,quę respiceret Regem.vel dominum nostrum Delphinum,non vt fiscū, sed vt priuatum,vtpotè dominum feudi, habeter locum præscriptio.hoc videtur sentire domin.Cyn.in d.l.comperit.quod not.

2 Litis contestatio† actionem personalem facit durare xl. ann.vt in l.fi.ibi,sed licet personalis actio, &c.C.de præscrip.xxx.vel xl.anno.facit l.j.circa medium.C.de annal. excep.Quod intellige dummodo lis fuerit contestata coram competenti iudice.in l.si pater.C.ne de stat.defunct. tenet gloss in c.vt debitus.extrà de appel.in c.illud.extrà de præscrip.

3 Nota †gl.mirabilem.l.cùm notissimi.C.de præscri.xxx. vel xl.ann.in gl.fi.in fi.quæ videtur velle,quod tertius possessor ignorans rem emphyteuticariam,eam rectè potest præscribere.Item etiam in d.gl.ponuntur duo alii casus, in quibus res emphyteuticaria potest præscribi·attamen dic primum hodie fore correctum per c.malæfidei.extrà de reg.iur.lib.vj.

CCCCCLXXIX.

1 *Reo qui succurratur contra quem est interpositum primum decretum.*
2 *Processus ex libello incerto valet si fuerit admissus.*
3 *Iudex qui assignauit partibus diem certum ad audiendum sententiam,potest illam proferre altera partium absente.*

1 Qualiter† succurratur reo contra quem est interpositum primum decretum?vide tex.& Docto.in l.si quis emptionis.§ fi.C.de præscri.xxx.vel xl.ann.& Barr.in l.si priusquam.ff.de no.oper.nun.& per eundem Bart in l.si finita. ff de dam.infect.

2 Libellus † incertus si fuerit admissus, nihilominus valet processus,vt videtur gl.in l.si ex multis.in gl.j in fi.de annal.exceptio.& Io.Fab.Inst.de actio.§.curare.

3 Licet† peremptorium requiratur ad audiendum sentētiā iuxta l.cessante.C quo.& quan iud.tamen vbi iudex assignat partibus præsentibus certum diem ad audiendum sententiam,ipse potest eam illa die proferre altera parte absente,per d.l.cessante.& ita no.per Pe la.in ti.de cōsili. pec.circa fi.tu no.quòd omnes termini de sui natura intelliguntur peremptorii,licet non exprimatur in citatio ne.ita no gl in c.j.de except.in cle.& in c.consuluit.extr. de offi.deleg.& ibi Inn & vide quæ no.in l.si finita.§.Iulianus.ff.de dam.infect.

4 Nota ꝙ comminatio† quæ fit in peremptoriis,videlicet, ꝙ si non venerit, in eius contumaciā procedetur contra eum secundum actoris petitionem,vt probatur in l.consentaneum.ibi,si in eadem contumacia perseuerauerint præsentes,&c.Vel secūdum quòd fuerit rationis &c.in fi. Ex isto vltimo modo hodie debent fieri citationes : vt hic in fi.legis,secundum Bar.

5 Inno† dicit vnum notabile,quòd citatio,&c.vt suprà singu.ccxcix.nu.2.

6 Vtrum† citatio sufficiat fieri ad domū[a]?vide Bar.& Doc. in auth.qui semel.C.quo.& quan.iud.

ADDITIO.

a Ad domum.Adde s̄.sing.cclxxxiij.nu.3.& singul.cccliij.nume.2.

CCCCCLXXX

1 *Interlocutoria necessariò non debet ferri in scriptis.*
2 *Principis sententia est ferenda in scriptis.*
5 *Iudex male iudicans tenetur parti inquantum eam læsit.*
6 *Iudex post sententiam latam,an possit ei addere,vel eam corrigere aut emendare.*
7 *Actio fit transitoria ad hæredes per litis contestationem.*

1 Non est necesse,† quòd sententia interlocutoria feratur in scriptis:vt no.gl.in l.ij.C.de app.reci.tamē securius est vt feratur in scriptis.

2 An sententia† principis debeat ferri in scriptis?dic quòd sic:vt no.gl.in auth.in medio litis non fieri factas for.

3 Etiam† in causa matrimoniali non est necesse sentētiam ferre in scriptis:secundum Inno.in c.Albericus.extrà de testi.Regulariter contra,in l ij.C.de sen.ex peric.reci.

4 Libellus † in quo reus non petitur condemnari,est ineptus & debet reiici.ita dicit Bart.in l.si cum nulla.ff.de re iudi.

5 Iudex† quando malè interloquitur,tenetur parti,inquantum eam læsit.ita dicit Bar.in l.quod iussit ff.de re iudic. Item si totam causam diffiniendo male per impetitiam iudicet,tenetur parti:secundum Bar.in l fi.C.de pœna iudicis qui male iudi.vide infrà singu dcxiij.nu.4.

6 Vtrum iudex† post sententiam latam possit eam interpretari,vel emendare,supplere aut corrigere,vel eidē addere,vide per gl.& Bar.in l ab executore ff.de appel.& in l.ij.C.de sen ex peric.reci.& in l.a ctorum ff.de re iud.docto.in l.sæpè.ff.de re iudic.

7 Nota,quòd† per litis contesta.fit actio transitoria ad hæredes.l.ij.in fi.C de fructi.& lit.expens.quod verum intellige,nisi à lite consensu partium sit recessum, iuxta nota. per gl.& Bar.in l.cùm mota.C.de transact.quod no.

8 Iudex† delegatus extra suam delegationem excommunicari non potest.Innocen.in c.cùm olim.extra de offic. delega.

CCCCCLXXXI.

2 *Appellari an possit à sententia absolutionis.*
3 *Appellari an possit si pars non citetur in executione sententia.*
Sententia contra hæredem non debet exequi nisi eo citato.
4 *Sententia nulla an confirmetur per appellationem.*

1 Glo.in l.fi.C.si à non competenti iudice.dicit,† quòd appellans ab excommunicatione non est excommunicatus.Sed dic contrà.quia est casus in c.pastoralis. de appel.& ibi hoc tenet Bernar.

2 Sed an à sentētia † absolutiōis possit appellari?dic quòd non,vt no.in c.ab excommunicato . extrà de rescriptis. per Inno.

3 Vtrū† in executione sententiæ sit pars citāda,& si nō citetur,an possit appellari?vide Bar.in l.ab executore.C.quorum appel.non recipi.& per Inno.in c.ex ratione.de appel.& plenius Barto.in l.à diuo Pio.§.j.ff. de re iudi. Attamen dicit Inno in c.quia v.de iudicijs, quod sententia contra hæredem non debet exequi,nisi ipso citato.De materia executionis rei iudicatæ plenè vide per Specul. in titu de executio.rei iudica.i.§ postremò.& ibi ponūtur xvij.casus.

4 Vtrum † per appellationem sententia nulla confirmetur?vide gl.in l.ij.C.si ex falsis instrumentis.super quo aut sententia est nulla defectu consensus, & tunc appellatiōe confirmatur:vt l.iij.§.fi.in d.gl. Quandoque sententia est nulla per alium defectum , & tunc non confirmatur per appellationem.l.si expressim. ff.de appellationib. Et ita dicit Barto.in l.ij.C.si ex falsis instru.& in l.ij. quando prouo.non est necel.

CCCCCLXXXII.

1 *Exceptio quæ opponitur contra executionem sententiæ quatenus impediat executionem fieri.*

1 An sententia † ex falsa causa lata valeat, vide plenè distinctionem Bar. in l. si is ad quem. ff. de acqui. hæt. & ponunt aliqui in l. falsam. C. si ex falsis instrumentis. vide suprà sing. cclxxxvj. nu. 3.

2 Exceptio † quæ opponitur contra executionem sententiæ, impedit executionem fieri. l. fi. C. si ex falsis instru. Quod verum intellige, si probationes essent in próptu, & essent plenę: vt in d. l. fi. ibi, manifestis probationibus, &c. Si autem requireret altiorem indaginem, tunc non impediretur executio. Secus si exceptio reseruaretur præstita cautione de reddendo, quod exigitur, vt C. de falsis l. ij. & l. fi. C. de ordi. cogni. & in auth. quæ supplicatio. C. de precibus Imper. offe. & extrà de in integr. resti. in c. suscitata. & Barto. plenè ponit in extrauag. ad reprimendum, quæ est sua extrauagans.

3 Si cui committitur † causa consulenda, vtrum ipse poterit recipere nouas probationes? dic quòd non. l. j. C. de rela. & ibi tex. secundum Bar.

CCCCCLXXXIII.

1 Si ex falsa, † vel in qua causa iudex Titium condemnat, qui tamen aliàs per processum erat condemnandus, iudex appellationum debet sententiam confirmare, & veram causam in sententia sua exprimere. de hoc est casus aureus in l. fi. ff quod cum eo. & ibi glo. & Guliel. de Cun. quod tene menti: quia alibi non reperies.

2 Si iudex † aliquid innouet pendente appellatione, qualiter debeat puniri? dic quòd lege Iulia de vi public. & est casus in l. lege Iulia. ad legem Iuliã de vi publi. quod intellige verum, quando est appellatum à diffinitiua: secus si appellaretur ab interlocutoria. Nam appellatione interposita ab interlocutoria, iudex potest procedere donec sit inhibitum: & interim acta valent. vt in capitu. non solùm. de appella. lib. vj. quod tene menti: quia quotidie contingit in facto. De materia attentatorum pleniùs tetigi infrà sing. dcix.

3 Quis debeat † probare sententiam bene latam, aut malè latam in causa appellationis? vide Bar. in l. hi qui. C. de appel. & ibi latè per Spe. in tit. de prolatione sẽtẽtiæ, in §. fi. & dixi in decis. curiæ parla. q.

CCCCCLXXXIIII.

1 *Iniuriam inferre contra iudicem à quo non debet appellans.*
2 *ad Executionem sententiæ quando possit procedere iudex nõ obstante appellatione.*

1 Appellans † non debet iniuriam inferre contra iudicem à quo. gl. in l. & in maioribus. C. de appel. in fi. gl.

2 Vtrum & quando † iudex non obstante appellatione possit procedere ad executionem suæ sententiæ? vide Inno. in c. pastoralis. extrà de offi. delega. & ibi ponit sex casus, in quibus potest procedi ad executionem non obstante appellatione, videlicet quando appellationi non est delatum.

3 De incarcerato † appellante vtrum debeat per iudicem à quo custodiri vel remitti iudici ad quem, plenè hanc materiam tractat Franc. de Zabarel. in c. frequens. de excess. præla. in clem. in vj. q.

CCCCCLXXXV.

1 *Iudicum mandata an & quando transeant in rem iudicatam.*
2 *à Grauamine futuro potest appellari.*
3 *Appellatio infra quod tempus intimanda, & cui.*
4 *Princeps solus potest releuare partem negligentem in appellando.*
6 *Appellationem prosequi sufficit tali tempore quòd infra annũ possit diffiniri: nisi iudex a quo statuerit breuius tempus.*

1 Vtrum † mandata iudicum transeant in rem iudicatam? Inno. in c. cum venissent. extrà de appel. dicit quòd non, nisi emanauerint cum causæ cognitione. & no. quia sæpè contingit in istis præconizationibus quæ fiunt ad mandatum iudicis.

2 A futuro † grauamine potest appellari. l. & in multis. C. de appel. vide in auth. de colla. §. si quis autem.

3 De appellatione † intimanda infra quod tempus, & cui, vide clemen. licet causam. extr. de ele. & dixi infrà singu. cccccxcv §. appellatione interposita, &c.

4 De releuamento † temporis an & à quo debeat dari, si pars fuerit negligens in appellatione interponenda, introducenda, aut prosequenda? dic quòd princeps hoc potest facere, per tex. in l. ij. §. quòd si ita cõtigerit. ibi, à nostro numine reparationem peti præcipimus, &c. debet esse. C. de tempo. appel. & ibi dicit Azo, quod ita seruatur in curia Franciæ, quòd vbi quis non fuerit prosecutus appellationem infra tres menses, ꝙ petitur releuamentum à Rege.

5 Multa † alia singularia in materia appellationis, vide quæ plene dixi in decisio. curiæ parla. q. cccexxxv.

6 Sufficit † appellanti incipere prosequi eius appellationem tali tempore, quod infra annum ipse possit petere diffiniri: ita dicit Inn. in c. ex ratione. extrà de appel. Sed hoc intellige, nisi iudex à quo statuerit appellanti tempus breuius ad introducendum eius appellationem, quo tempore si non introducat, appellatio erit deserta: secundũ Inn. in c. personas. extrà de appel.

7 Si quis † non potest soluere, per quantum tempus debeat stare in carcere, vide gl. in l. fi. circa fin. C. qui bon. cedere possunt.

CCCCCLXXXVI.

1 *Debitor fiscalis si sit contumax in soluendo, non habet locum titul. qui bonis ceder poss*
2 *Executioni mandari contra fideiussorem sine nouo processu potest sententia lata contra principalem.*

1 Vtrum in † debito fiscali habeat locũ ille titulus, qui bo. cedere poss. dic quòd non, si debitor sit contumax in soluendo. l. nemo. C. de exac. tributorum. lib. x & tenet Bar. in l. sacrilegi. §. cum eo. ff. ad l. Iul. pecu.

2 Sententia lata † contra principalem potest mandari executioni contra fideiussorem sine nouo processu. gl. singu. in l. fi. C. de vsur. rei iud. in gl. pe. in fi. vide tamẽ super hoc Bar. in l. in stipulatione. ff. iud. sol.

CCCCCLXXXVII.

1 *Actione peculatus tenentur perforantes muros ciuitatis, vel de illis aliquid auferentes.*

1 Vtrum liceat † aliquid facere [a], perforare, vel auferre de
2 muris, seu mœniis ciuitatis, vel alicuius villæ? dic ꝙ non, & talia faciẽtes tenẽtur actione peculatus. in l. qui perforauerit. ff. ad l. Iul. pecu. & vide l. ædificia. C. de ædifi. publ. & ideò priuato non est licitum in muris villæ, vel ciuitatis aliquid facere, aut construere sine licentia domini: secus est in vniuersitate, quæ hoc potest facere, vt tenet glo. in l. sacra. §. muros. ff. de re. diui. & l. opus nouum. ff. de operi. publi. vbi dicit Bar. quod illæ glossæ communiter tenentur. & gl. posita in l. omnes prouinciarum. C. eo. ti. de operi. publ quod no. ista faciunt contra vnum ex hominibus meis, qui in villa mea sancti Albani in baronis cõstrui fecit quandam fenestram in mœniis dictæ villæ sine mei, aut officiariorum meorum licentia.

2 Iudex † ordinarius, & non alius potest citare realiter, hoc est personaliter. in auth. ei qui iurat. C. de bo. autho. iudi. possi. secundum Bar.

ADDITIO.

a Facere. Adde Ange. Aret. & ibi dixi, in §. sanctæ quoque res. Insti. de rer. diui.

CCCCCLXXXVIII.

1 *Possidens rem meam si ab alio deijciatur sine mei voluntate debet reintegrari.*
2 *Habitantes extra muros villæ vel ciuitatis tenentur ad refectionẽ murorum*
4 *Obligatione generali an veniant lecti, & alia supellectilia.*

1 Si quis † probet se possidere rem meam, quam prætendo possidere, & ab alio deiiciatur sine mei voluntate aut mandato, nunquid debeat reintegrari? dic quòd sic, per l. meminerint. in fi. ibi, sed illicò quidẽ possessio ei à quo est ablata, reddatur. C. vnde vi. iuncta glo.

2 Vtrũ habitãtes † extra muros villæ vel ciuitatis teneantur contribuere in refectione eorundem? vide l. ad portus. &

ibi Docto.C.de operibus publicis.

3 Si via † publica aut fossata possint præscribi, vide l.præscriptio. C.de operib.public.

4 An in obligatione † generali veniant lecti, panni, & alia supellectilia? gl.in l.j.C.quæ res pig.obli.pos.super verbo, rationis est. videtur velle quod non: quia in generali obligatione non veniunt ea quæ quis verisimiliter non esset obligaturus. vt in d.l.j.

5 Si quis obliget † bona sua præsentia & futura duobus diuersis temporibus, an prior erit potior in postea quæsitis, vel an concurrant simul? vide Doc.& Bar.in l.licet.C.qui potio.in pigno.habean.

CCCCCLXXXIX.

1 *Matrimonio constante creditores viri eius bona non poterunt occupare offerendo dotem vxori.*

2 *L.assiduis.C.qui pot.in pignor.an habeat locum in dote confessata.*

1 Nunquid † constante matrimonio creditores viri poterunt occupare bona mariti offerendo dotem vxori? certè non: quia adhuc actio de dote non competit. Nec est casus in quo constante matrimonio dos debeat solui: tamen soluto matrimonio hoc bene posset fieri: vt l.si cum tibi.C.qui potio.in pig.secundum Iac.de Are.quod tene menti secundum Bar.

Vtrum l.assiduis.C.qui potior.in pigno. habeat.habeat
2 † locum in dote confessata? glos.in d.l.super verbo, Dote, dicit quòd non: tamen contrarium seruatur: vt ibi Barto.plenè.

CCCCCXC.

1 *Pactum quòd creditor lucretur fructus rei hypothecatæ, valet.*

3 *Pignorum in venditione debet citari debitor.*

1 Si debitor † faciat pactū creditori, quòd ipse lucretur fructus rei hypothecatæ, valet pactum: vt dicit gl.in l j.C.de distract.pigno.

2 Nota † quod facit index, facere videntur partes. inducitur ad hoc l.j.C.si in causam iudi.pig.captum sit.in fi.secundum Bar.

3 Debitor † debet citari in venditione pignorum.text. videtur in l.creditor.C.de distract.pign.& ita vidi seruari in Auininne, sed non ita seruatur in hac patria Delphi. quia facta pignoratione bona in inquantibus venduntur non vocato debitore. & ita seruat stylus huius patriæ Delphi.

CCCCCXCI.

1 *Ordinis exceptio vt prius conueniatur principalis quàm fideiussor, an sit dilatoria.*

1 De exceptione † ordinis vt priùs conueniatur principalis, quam fideiussor, an sit dilatoria vel anomala? vide Bart. in l.iij.ff.de exceptio.& Cy.in l.exceptionem.C.de prob. & vide in decis.q.clxxj.

2 Quando † inter aliquos est controuersia, debet deputari auditor eorum computorum: per l.si præsidium.C.de distract.pig.& ita seruat curia parlamen.Delph.pro abbreuiatione causarum.Et vide l.si cui libertus.ff.de condi. & demonstra.

3 Si quis † deprehendatur cum aliqua muliere, & dicat se eam iurasse: pro veritate accipitur.gl.in l.pe.in gl.j.in fi. C.de fideius.

CCCCCXCII.

1 *Denuntiatio de qua in l.iij.C.de nouat. qualiter debeat fieri debitori.*

2 *Scientia in materia l.iij.C.de nouat.non sufficit sed requiritur denuntiatio.*

1 Denuntiatio † qualiter debeat fieri debitori facta delegatione, de qua denūtiatione habetur in l.iij.C.de noua. circa hoc dic, quòd in denuntiatione debet exhiberi debitori, & declarari delegatio, iuxta c.causam quæ. de elect. in cle.& facit quod ponit Bar.in l.non solùm.§.morte.in q.quæ incipit, Secundò principaliter est videndum, &c.ibi, quandoque fit ex causa iusta, &c.ff.de no.ope.nū. & bene facit l.nomen.C.quæ res pig.obli.pos.ibi: nōdum certiorāte, &c.ita dicit Bar.in d.§.morte.& vide eūdem Barto.in l.facta.§.si hæres.j.ff.ad Trebel.vbi ponit multa notabilia in materia d.l.iij.C.de noua.& vide Sali. in sua repet.l.si ex legati.in q.quæ incipit, ex prædictis collige, &c.ff.de ver.ob.qui idem tenet.

2 In hac † materia l.iij.C.de noua.non sufficit scientia, sed requiritur denuntiatio: ita tenet Pe.Iac.in tit.de rei ven. quæ compe.ex cessione.in §.item est notandum, quòd dominus qui cessit, &c.

3 An valeat † legitimatio de infante? vide Bar.in l iubemus. C.de emancipa.libero.De materia legitimationis scripsi suprà §.quid operetur legitimatio.& §.sequen.singul. cccclaiiij.

CCCCCXCIII.

1 *Pater quod soluit pro filio capto ab hostibus, non computatur filio in legitima mortuo patre.*

3 *Fideiussor potest interuenire pro eo qui neque ciuiliter neque naturaliter tenetur.*

1 Si pater † soluit pro filio capto ab hostibus cētum, vtrum mortuo patre fratres possint ei computare in legitima sua seu portione sua.text.quòd non, secundum Bart. in l.liberi.C.de capti.

2 Pone, † quòd facta cessione.&c.vt s̄. singu. cccccvj. nu.2.

3 Pro illo † qui nō tenetur naturaliter neque ciuiliter, potest fideiussor interuenire Bart.in l.Marcellus.ff.de fideius.

4 Si quis † mihi teneatur in centum ex mutuo soluendis in festo paschæ, & medio tempore moneta mutetur, in qua moneta debeat fieri solutio? vide Bart.in l. Paulus. ff.de solutio.& plenè tetigi in deci.curiæ parlament.q.

CCCCCXCIIII.

1 *Consuetudo dominatur in contractibus feudalibus & emphyteuticarijs.*

1 Nota, & est bonum † dictum, quòd in contractibus feudalibus & emphyteuticarijs cōsuetudo maximè dominatur. De feudalibus est tex.in c. Obertus de Orto. cum ibi not.de feud.cognit.quod no.gl.in l.de quibus . super verbo, Vtimur.ff.de legi.De emphyteuticarijs est text. in l.j.& ij.C.de iur.emphyte.

2 Quando † liber videlicet, Codex, vel.ff. vetus traditur licentiato, quando doctoratur, videtur ei tradi tota scientia, iuris ciuilis.ita dicit Bart.in l.j. C.de donatio.

CCCCCXCV.

1 *Causa cognitio, & decretum iudicis an requirantur in donatione.*

1 Vtrum in † insinuatione requiratur causæ cognitio: itē vtrum decretum iudicis requiratur in insinuatione: item an in donatione quæ incipit à traditione, & an insinuatio possit fieri post donationē? de istis quæstionibus vide plene per Bar.in l.data.C.de dona.

2 Appellatio interposita † in partis vel iudicis absentia, intimari debet infra mensem, vel priùs quā cito fieri potest parti aduersæ: aliàs appellatio efficitur inualida.in ca.licet causam de elect.in cle.& vide ibi Fran.de Zabar.

CCCCCXCVI.

1 *de Meritis debet constare aliter quam ex verbis descriptis in donatione.*

Nota quòd Guli.de Cun.in l.illud.C.de epis.& cle. dicit,
1 † quòd in donationibus factis propter merita, requiritur quòd de meritis ipsis constet aliter quam ex verbis attertis & descriptis in donatione: aliàs leue foret fingere causas in fraudem legis insinuationem requirentis quod nō est admittendum.arg.ff.de transac.l.cùm hi.§.sed cū lis. & de proba.l.qui testamentum.& ibi no.& de leg.iij.l.cū quis decedens.§.Titia honestissima.de castrē.pec.l.si forté.& l.castrēse.& C.e.ti.l.j.& no.gl.in simili.C.de do & per Bar.in l.Seius & Augerius.ff.ad l.Falc.Inuenta enim fuit insinuatio, ne fraus cōmittatur, ita q̄ leges insinuationē requirētes illud statuerūt pro cautela ad tollēdū talia fictitia merita, sic q̄ propterea aliqua sibi cōtraria nō sint admittēda, ne verbis & nō rebus reperiretur lex impusita, qd̄ esse nō debet.l.nā nec.ff.de præscrip.verb Ad quod specialiter inducit idem Guli. de Cun.d.l.illud. cum sua gl.dum ibi dicitur, quòd amico facto non potest donari causa pietatis: non igitur secundū eū valent tales dunationes

tiones aliquo modo: imò oportet, quòd donatarius illas causas probet fore veras. C. de sac. sanc. eccl. l. iubemus. §. pe. & auth. hoc ius porrectum. & ita per eum ibi no. ad plenum. Et si dicatur, quòd huiusmodi donatores præterita fuisse merita confitentes erant tempore donationis maiores, & tales qui confitendo poterant sibi præiudicare: meritò eorum confessio saltem plenariã inducit huiusmodi meritorum probationem, quamuis non inducat dispositionem. ff. depositi. l. publia. §. fi. Et legitur in simili per Cy. in l. cum falsa. C. de iuris & fact. ign. ad quod pulchrè & eleganter respondet Bal. in d. l. distinguendo: quia aut in instrumento fit mentio certorum meritorũ in specie: & tunc standum est instrumẽto. l. Aquilius. ff. de don. quasi in confessione speciali insurgat donatio. l. publia. §. fi. suprà alleg. & quod no. in d. l. cum falsa. Aut fit mentio meritorum in genere, tunc per talia instrumenta non probantur merita: quia ista generalitas obscuritatem generat. ad quod facit quod notatur in l. si donatione. C. de colla. & in authen. vnde si parens. C. de inoffic. testa. & isto modo limitantur iura de hac materia loquentia. Licet Bart. aliter militet, in l. si fortè. suprà alleg. Sed mihi non multum videtur vrgere dicta distinctio dom. Bal. quia in vtroque casu dictæ suæ distinctionis, siue in specie declarentur merita, siue in genere, semper subest occasio fraudandi legem: quia vt donatio non indigeat insinuatione, posset quis in instrumento donationis specificè declarare aliqua merita, quæ tamen non essent vera, quod non esset tolerandum. arg. l. conuenire ff. de pact. dota. & in d. l. qui testamentum. cum ibi not. ff. de probatio. De probatione meritorum, vide quæ dicit Ioan de Aremone in sua repeti. l. pactum. C. de colla.

CCCCCXCVII.

1 Illa verba † quæ quotidie ponuntur in instrumentis, videlicet, & volo tot esse donationes, quot possunt consistere inter legitimam summam, &c. nullius sunt effectus: secundũ Cyn. in l. sancimus. §. si quis autem. C. de donatio. quem ibi sequitur Bar. & facit pro hoc, quia non potest renuntiari insinuationi.

Francis. de Zabarel. in clemen. j. de appel. in xxiiij. quæsti.

2 quærit, † Si iudex à quo assignauit terminum appellanti ad se præsentandum coram iudice ad quem: & alium terminum ad fidem faciendam iudici à quo, quòd se præsentauit coram iudice ad quem: Si appellans fidem non fecerit, an appellatio sit deserta? dicit Lapus, quòd licet ex hoc veniat puniendus, quia non paruit, non tamẽ appellatio debet censeri deserta, cum hoc non sit in iure expressum. facit de senten. excommu. c. is qui. primo responso. lib. vj. idem tenet Feder. de Sen. consi. cxxvij. dicit tamẽ Lapus, quòd si iudex cõminatus fuisset, quòd nisi in termino sibi assignato fidem de dicta præsentatione fecisset, haberetur appellatio pro deserta, tunc secus. Pet. de Anchar. dicit, quòd iudex à quo, non potest pronuntiare appellationem desertam esse hoc vltimo casu: quia hic comminatio cõfertur in tempus quo futurus est non iudex, cùm sit transitura iurisdictio in iudicem ad quem. argu. de offic. delega. in cap. præsenti. lib. vj. dictum hoc placet dixit de Zabarel. sed ratio non vrget, quod si appellatio est frustratoria, nec iudex detulit, non est in superiorem transfusa iurisdictio. eo. titu. in cap. cum appellatio. libr. vj. Sed verior est ratio, quia beneficium appellationis pendet in cognitione superioris: non potest ergo iudex à quo in parte ipsam tollere, nisi vbi reperiretur ei à iure concessum. facit de confirmatio. vtili vel inutili. cap. j. lib. vj. tamen tutum est appellanti, quòd fidem faciat, ne se ingerat in diuersitatem opinionum.

3 Quid si iudex † non detulerit appellationi, an possit terminum præfigere appellanti ad introducendam appellationem? Inno. in c. vlti. de accu. dicit, quòd non. contrariũ tenet Specu. de appellatio. in quarta parte. §. sequitur. Francisc. de Zabarel, in clementi. prima. de appellationib. tenet opinio. Specul.

CCCCCXCVIII.

1 Sacramento † executoris testamenti dicentis se adimpleuisse ordinata in testamento, debet eidem credi, per text. secundum Bar. in l. pe. §. fi. C. de dona.

2 Ad quantum valeant † quingenti solidi, de quibus in dicta l. penulti. §. fina. C. de donatio. quidam stultus, vt refert Rofredus, intelligebat de solido vulgari: sed certe planum est, quòd de solido legali debet intelligi æquiualenti vno aureo, quorum septuagintaduo faciũt libram: vt C. de susceptor. & archa. l. quoties. & not. C. de ser. fugit. l. quicũque. istud idem videtur dicere gl. in §. fi. Insti. de pœn. teme liti. ita dicit Cy in d. l. pen. §. fi. C. de dona. & tetigit idem Cy. in l. illud. C. de sacrosan. eccle.

CCCCCXCIX.

1 *Iuramentum an validet donationem excedentem quingentos aureos si non fuerit insinuata.*

2 *Donatio causa mortis facta per filium de consensu patris, an sine eius consensu possit reuocari.*

1 Vtrum † donatio excedens 500. aureos validetur iuramẽto si non fuerit insinuata? Bald. tenet quòd non, in l. illud. C. de sacrosan. eccle. contrarium tenet Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. pleniùs dixi in decisio. curiæ parla. Delphi. q. cccl. & latius scripsi suprà singu. cccxlj. in § donatio sine insinuatione, &c.

2 An donatio † causa mortis facta per filium de consensu patris possit reuocari sine consensu patris? Et videtur quòd non: quia nihil tam naturale, &c. ff. de regulis iur. l. nihil. Quidam contrà per l. do. ff. de donat. inter virum & vxo. facit l. nec fratris. C. de dona. causa mortis. & ff. de pecu. l. non statim. est argu. ff. de adop. l. adoptiuam. Alij dicunt quòd non potest, in authen. de defensorib. ciui. §. & not. in authen. contra si filij. C. de repud. & ff. de rei vendic. l. si id quod. §. j. vers. quòd si.

DC.

1 *Sententia quæ in rem transiuit iudicatam potest retractari si æquitas suadeat.*

2 *Executioni sententiam non mandat ille cuius iurisdictio est prorogata.*

1 Sententia † quæ in rem transiuit iudicatã bene potest retractari, si æquitas suadeat, vel erronea probetur. ca. cum inter cætera. extrà de re iudi. in antiquis. & ita tenere videtur Spe. in titu. de sententia. §. fi. versi. vel si sit lata cõtra ius litigatoris, &c. & pro hoc vide quod dicit Bar. in l. illicitas. ff. de offic. præsid. facit l. planè. circa medium ff. de peti. hæredi. & quod not. Barto. in l. j. § hoc interdictum. ff quod vi aut clam.

2 Ille cuius † est iurisdictio prorogata, non mandat sententiam executioni: quia ipse non est iudex, nisi vsque ad sententiam. no. glo. in l. ij ff. si quis in ius voc. non ierit. facit l. episcopale. in fi. C. de episco. audi.

DCI.

1 Si medici † huius ciuitatis Grationop. aliquid faciant ad requisitionem consulum, quod concernat vtilitatem publicam, videlicet, visitare leprosos, vel simile, solutio spectat ad fiscum. allegatur tex. in l. mulier in opus. iuncta gl. ff. de capti. & postli. reuer.

2 Seruiens † non potest quem citare sine iussu iudicis. in l. cum clericus. C. de episco. & cleri. vide Barto. in l. final. de requirendis reis.

DCII.

1 *Verborum, recusare, renuere, & renuntiare effectus. 2. 3.*

1 De verbis † recusare, renuere, & renũtiare: verba ista præsertim renuntiare, & renuere, sunt animi declaratiua, vnã resistentiam seu contradictionem verbi aut facti de non faciendo, vel adimplendo aliquem actum, vel onus iniunctum, importantia. de hoc est tex. in l. recusare. in prin. & l. qui poterat. circa medium. ff ad Trebel. l. recusari. ff. de acqui. hære. l. si non solus. §. 1 ff. si quis omis. cau testa. facit l. actione. §. renũtiare. ff. pro socio. quod facit ad quæstionem, si institui Titium, & ordinaui quòd faciat fieri vnã capellã, vel vnã donã salis, & si facere renuerit, & præmissa attendere recusauerit, in eum casum sibi substituo Caium. Certè si ipse requisitus non fuerit de faciendo præmissa, & ita non recusauerit facere per vnam resistentiam facti aut verbi, credo non esse locũ substituto. & hoc importat significatio dictorum verborum.

2 De verbo † recusat, vide tex. in l. j. C. de his qui ante apertas tabu. Et dicitur propriè recusare, quando aliquis requisitus contradicit facere sine causa rationabili id de quo faciendo est oneratus. in authent. vt exactio. inst. do. §. illud. colla. vij.

3 De verbo † renuere. est tex. in c. j. §. hic finitur lex Fe. & incipiunt constitutiones regni. in feu.

DCIII.

1 *Principi supplicare lite pendente non licet.*

1 Non est licitum † supplicare principi lite pendente. l. ij. C. vt lite pendente, vel post prouocationem, aut diffinitiuã sententiam nulli liceat Imperatori supplicare. Et hoc verum, nisi in certis casibus, de quibus per Specu. in titu. de supplicatione. in §. j.

DCIIII.

1 Qualiter debeat † formari libellus, quando agitur contra vnum ex correis, & qualiter in eo debeat concludi ad hoc vt valeat? dic quòd debet poni in conclusione libelli, quòd vno soluente alij liberentur: aliàs si non ponatur, libellus reiicitur: ita tenet & ponit Bar. in l. si pluribus. ff. de leg. ij. & idem quando sunt plures fideiussores quilibet in solidum. & ita pluries practicaui & consului.

2 Pone quòd † ego fideiussi pro Titio, & obligaui me vt principalis in instrumẽto, nunquid nihilominus habebo exceptionem ordinis, scilicet vt principalis post conueniatur quàm fideiussor? dic quòd sic, vt in authen. de fideiussoribus. in §. j. & ibi gl. not.

DCV.

1 *Princeps semper præsumitur motus iusta causa.*

1 Causa iusta † & legitima semper in principe præsumitur. l. relegati. in gloss. fina. ff. de pœnis. quæ est notabilis: idem ponit Iaco. de Butr. in procemio Digestorum. & pleniùs ibidem Alberic. tangit Cyn. in l. rescripta. C. de precibus Imperatori offer. & Ioan. Fab. Instit. de iure natura. gent. & ciuili. §. sed & natura ia. quod facit pro rescriptis, quæ à Rege conceduntur: quia in dubio ex causa iusta concessa præsumuntur. & de hoc etiam tetigi in tractatu meo de præsumptio.

2 Quando, † & qualiter, & per quem causa possit aduocari, vide l. iudicium soluitur. & ibi Bar. ff. de iudi.

DCVI.

1 *Actionis cessio vi facta an possit alteri fieri.*

2 *Iudicis officium potest cedi.*

1 Vtrum cessio † actionis vi facta possit alteri fieri? dicit Bartio. quòd non, in l. non quocunque. §. fina. ff. de legatis j. & in l. re coniuncti. ff. de lega. iij. & de vsufructu accrescẽdo l. ij in princip.

2 Officium † iudicis potest cedi. vide Bar. in l. . §. vsusfructu. in j. & ij. quæstionibus. ff. de noui ope. nun.

DCVII.

1 *Bastardorum nomine facta emptio an valeat.*

2 *Articulus negatiuus probandus per instrumentum, debet admitti: & qualiter probetur. nu 3*

4 *Iudex a quo semel appellatum est an sit in alijs causis suspectus.*

5 *Iudex à quo sententiam suam absque citatione partis mãdat executioni per lapsum primi fatalis.*

1 De emptione † nomine bastardorum per patres suos facta, vtrum & quando valeat, vide Cyn. & Bartol. in l. filia cuius. C. fami. ercisc. Et de successione bastardorum dixi suprà sing. cccxcj. § si bastardi.

2 Articulus † negatiuus probandus per instrumentũ est admissibilis. tenet gl. j. & Bar. in l fi. C de rebus etc. & iureiurando. & in l. Titiæ textores. ff. de leg. j.

3 Et probatur † talis articulus negatiuus eo ipso, quòd cõtrarium non probatur. in l. qui sub conditione. ff. de conditio. & demonstratio.

4 An iudex † à quo semel appellatur, sit in alijs causis suspectus? vide Innocen. in cap. cùm sit Romana. circa medium, de appellatio.

5 Per lapsum j anni, videlicet primi fatalis, iudex à quo sine citatione potest mandare sententiam suam executioni absque citandu partem appellantem: ita tenet Inno. in c. ex ratione. de appellatio.

6 Vno die impeditus † habet secundum fatale, videlicet vnum annum integrum. Sed impeditus aliquo tempore in secundo fatali non habet annum integrum, sed restituitur duntaxat ad tempus quo fuit impeditus. ita dicit Inno. in d. c. si duobus. in gloss. penul. ibi: & videtur quòd si tantum per vnum diem, &c.

DCVIII.

1 *Appellationis & prouocationis differentia.*

2 *Iudici deneganti facere iustitiam bellum potest moueri.*

1 Differentia † est inter appellare & prouocare: quia appellatio propriè & stricto modo loquendo dicitur illa, quæ fit in iudicio: prouocatio verò dicitur illa, quæ fit extra iudicium. Ita dicit Innocen in cap. cùm sit Romana. circa princ. extrà de appella.

2 Si ille qui subditus † est iurisdictioni meæ iniuriam ab aliquo patitur, si iudex iniuriantis non faciat satisfieri de iniuria homini meo, ego possum sibi iudici denegãti iustitiam bellum mouere. ita expressè dicit Innocen. in ca. dilecti filij. super verbo, ciuitatis. circa mediũ ibi, de hoc autem non est dubium, &c. extrà de appella. & hoc facit pro materia marchæ de qua pleniè scripsi in decisionibus curiæ parlamenti, quæstione.

DCIX.

1 *Actor in odium mendacij mittitur in possessionem rei petitæ.*

Via ordinaria semel electa non potest rediri ad extraordinariam.

2 *Attentata post appellationem ab interlocutoria non reuocantur, nisi prius cognitum sit de causa appellationis.*

4 *Iudicis nulla sunt partes nisi in pronuntiando postquam est conclusum in causa.*

1 Circa † materiam l. fina. ff. de rei vend. vbi habetur, quòd si reus neget rem possidere, & probetur contrarium, quòd actor mittitur in possessionem rei in odium mendacij. Sed iuxta hoc quæro, actor tradit in iudicio suam petitionem in rei vendicatione, & petit suæ petitioni responderi, & si negetur, se ad probandum admitti: cui petitioni reus respondit litem contestando, negando etiã se possidere, actor petiit se admitti ad probandum, & factis ac publicatis attestationibus actor videt, quòd probauit reum possidere. Actor hoc videns vult redire ad remediũ dictæ l. fina. petendo se mitti in possessionem rei petitę in odium mẽdacij: quia reus negauit se possidere: quæro an ad hoc debeat actor admitti? credo quod non. pro quo adduco in simili, quæstionem motam per Archidiaconũ in cap. non solum. de appellat. lib. vj. ibi dum dicit & notat, quòd si facta est petitio, qua petitur sententiam tanquam iniustam reuocari, & attentata post appellationem emissam retractari, & super ea fiat litis cõtestatio: postea petio attentata ex officio reuocari, audiri non debeo: vt not. in Specu. in titu. de appella in §. penulti. versic. sed pone petij. vbi dicit se sic obtinuisse. Sed Ioan. And. in nouella in dicto cap. non solum, dicit cõtrarium. videlicet, quòd etiam lite contestata super attentatis debent nihilominus attentata reuocari ante sententiam diffinitiuã. ita sequitur Bal. in l. iij. C. de appellatio. quem sequitur Salicetus. idem tenet Ange. de Are. in l. vna. ff. nil noui appellatio. pen & Rapha. vt ibi refert de Are. Et inter alias rationes Speculator ponit rationem. quia contestando litem videor elegisse viam ordinariam: ideò illa est sequenda: vnde nil debet ex officio reuocari, nisi in causa ordine iudiciario fuerit hoc probatum. argu. in ca. significante. de appellatio. Ad propositũ, quia dictus actor elegit viam ordinariam, dando libellum in rei vendicatione, & petendo se admitti ad probãdum negata per reum, videtur elegisse viam ordinariam. ideo non potest posteà ipse actor ad viam extraordinariam regredi, per præmissa. De hoc etiam tetigi suprà singu. cccclxiij. in § circa l fi. ff. de rei vendi. &c. Partis aduersæ faciunt rationes sequentes. Primo, quia licet non solùm innouata post appellationem à diffinitiua sententia debeant reuocari: imo ea etiam quę medio tempore contigerit innouari: vt in ca. non solum. de appellatio lib. vj. tamen ibi in text excipiuntur casus, in quibus iura prohibent appellare. hoc etiam dicit glos. ibidẽ, super verbo, Casibus. Sed de iure à iudice qui pronuntiat

nuntiat super executione sententiæ, cùm talis pronuntiatio sit pars executionis, à tali pronuntiatione non potest appellari: vt ponit Specu. in titu. de executione sententiæ. in § breuiter. versi. sed secundum eum quæritur, &c. quòd sic est in casu, de quo in hac causa agitur: quia dict. domi. Germa. appellauit à concessione literarum missionis in possessionem bonorum in quantatem captorum in executionem sententiæ: quæ appellatio prohibetur: vt ibi per Specu. & per consequens nec attentata debent reuocari: vt in dicto c. non solū. ibi, exceptis casibus in quibus, &c.

2 Præterea † quādo non appellatur à diffinitiua, sed ab interlocutoria, vt in casu isto, attentata post talem appellationem ab interlocutoria non reuocantur, donec cognito de causa appellationis, nisi foret attentatum post inhibitionem. text. est ad literam, in dicto c. non solum. ibi, illa verò quæ post, &c. de appel. lib. vj. sed constat ex productis in causa, quòd dictus do. Germa. non appellauit, neque supplicauit à sententiis diffinitiuis, de quarum executionibus agitur: sed tantummodò appellauit à pronūtiatione iudicis Buxi, qui pronuntiauit super executione ipsarum: quæ pronuntiatio est quædam interlocutoria. Item & posito quòd fuisset appellatum à diffinitiua, prout non fuit adhuc, non deberent attentata, si qua essent, reuocari. pro quo facit quod notabiliter ponit Innoc. in cap. pastoralis. super verbo. suspendatur. ibi: sed si non est dubium, sed certum appellationem iniustam, exequatur sententiam iudices, &c. extrà de offic. delega. hoc idem etiam not. ff. nil noua. app. pendē in gl. ii. ibi, Item si patenter appareat, &c. quam gloss. ibi sequitur Barto. Sed ex actis præsentis causæ apparet euidēter dictam appellationem domi. Germa. esse iniustam, & ipsum sine grauamine appellasse. igitur non debent attentata si qua essent, reuocari. Facit etiam ad hoc, quod tenet Ioan. Mona. in cap. cupientes. in §. penulti. de electio. libro vj. vbi dicit, quod
3 † quando est appellatum à diffinitiua, & non est inhibitum, quòd executio sententiæ non reuocatur per iudicem appellationis, quādo constat appellationem nullam vel iniustam. ita dicit ipse Ioan. Mona. & ideò cum non fuerit inhibitum in hac causa: & constet ex actis dictam appellationem domi. Germa. esse iniustam, & sine grauamine interpositam, merito dicendum est attentata non fore reuocanda. & in hoc resident Innocen. & Ioan. Mona. vbi suprà. ac gloss. & Barto. etiam in locis suprà alleg. De materia attentatorum dixi etiā suprà sing. cccclxxxiij. in §. si iudex aliquid innouet, &c. & in decisio. curiæ parlamen. q. ccxiij. Præterea hoc idem fuit determinatum, vbi constat ex actis de desertione appellationis, per decisionem Rotæ: per regulam dolo petit, &c. & per l. si is à quo. ff. vt in possess. lega. hodie agatur, de re iudi. cap. cùm olim. de restitu. spolia. c. literas Præterea etiam vt legitur in actis dictæ causæ dictus do. Germa. durante processu ipsius causæ appellationis non petiit attētata reuocari: sed tantummodò suam petitionem in causa fecit, petendo pronuntiari male iudicatum, & bene fuisse appellatum: super qua petitione dictus domi. Guido litem fuit contestatus. Et in ipsa causa vsque ad conclusionem & renuntiationē, & assignationem ad diffiniendum inclusiue fuit processum: vt potest videri in processu dictæ causæ appellationis. fo. 118. versi Ex quo infertur, quod cum ipse dom. Germa. elegerit viam ordinariam, petendo cognosci super negotio principali, non potest post assignationem factam ad diffiniendum recurrere ad viam extraordinariam: nec aliquid debet reuocari ex officio iudicis, donec de meritis causæ principalis fuerit cognitum. Et ita se obtinuisse dicit Specu. in titu. de app. in §. pen. ver. sed pone petij, &c. quem sequitur Archidia. in dicto c. non solum. ibi, & not. quòd si facta est petitio, qua petitur sentētiam tanquam iniustam reuocari, &c. Et sic circa hæc prætensa attentata non debet ipse domi. Germa. audiri: attento maximè, quòd fuit in dicta causa appellationis renuntiatum & cōclusum, iuxta ca. cùm dilectus extrà de fide instrumen. in
4 princi. Et alibi dicit Innocen. quòd † vbi in causa est cōclusum, nullæ sunt partes iudicis, nisi in pronūtiando sententiam, & est clausus processus, adeò quòd nulla allegatio deinceps fieri debet, nec in iure, nec in facto: secūdum Inno. in cap. pastoralis. extrà de accusa. & de materia attentatorum vide quæ scripsi in decisio. curiæ parla. quæstio. ccxiij. In quo rescripto mandatur dicta attētata reuocari. Tum primò, quia tacuit ipse impetrans in dicto suo rescripto, quòd in dicta causa appellationis elegerit viam ordinariam, prout fecit, vt suprà declaratur. Tum etiam, quia ipse ibi tacuit, quòd fuerit renuntiatum & cōclusum in ipsa causa appellationis tempore impetrationis dicti rescripti: qua pendente non petiit attentata reuocari: sed longe post renuntiationem & conclusionē in ipsa causa appellationis factam, quod facere non potuit, cùm elegerit viam ordinariam: vt suprà fuit declaratum. & sic dictum rescriptum contra ius elicitum, & tacita veritate impetratum, non venit obseruandum, in l. ij. & l. penul. C. si contra ius vel vtil. publi. Tum quia dictum rescriptum domi. Germæ non debet sortiri effectum, cum domi noster tunc Delphin. & Rex Delphi. modernus postea declarauerit animum suum, quòd dictum rescriptū concesserat dicto domi. Germa. per inaduertentiam: vt patet in rescripto dicto domi. Guido. concesso Gratianopoli, die xix. mensis Septemb. anno domi. 1453. Et sic cùm princeps non ex certa scientia, sed erroneè per inaduertētiam dictum rescriptum dicto domi. Germa. concesserit, sequitur ipsum non fore obseruandū: quia in errante non est consensus: vt dicūt iura. Tum quia ipse domi. Germa. tacuit. quòd ipse dedisset, & remisisset dicta bona eius filio: vt infrà dicetur. Præterea ann. 1454 & die xxiiij. mensis Martii pendente illo processu donauit, cessit & remisit nobili Gerardo Adhemarii eius filio, tunc præsenti, & stipulanti. omnia bona mobilia & immobilia, iura, res, actiones & rationes, quæ & quaa, & quicquid iuris vel actionis habere prætendebat in dictis loco, & mandamento sancti Albani, de eisdem bonis donatis se deuestiēdo, & dictum eius filium donatarium, & cessionarium inuestiendo, nihil iuris aut actionis sibi retinendo, sed penitus in ipsum cessionarium transferendo cum iuramento & retentione vsusfructus pro vna die: vt latius cōstat instrumento in processu producto & inserto, singul. prout hæc fuerunt opposita contra dictum dnmi. Germa. per dictū domi. Guido. Papæ in suis articulis incipientibus: Vt appareat vobis venerabili, &c. maximè in xxxiij. xxxiiij. & xxxv. ipsorum articulorum. Ex quibus propterea infertur, quòd cum ipse alteri cessisset iura, & actiones, quæ sibi competere prætendebat in dictis bonis sancti Albani, de quibus in hac causa agitur, debet ipse domi. Germa. repelli à petitione per eum in hac causa facta. Ratio secundum Barto. & Docto. quia d. cessio facta fuit in commodum dicti cessionarii, & cessionarius habet vtilem actionem, quæ præfertur directæ. ita notabiliter ponit & tenet Bar. post Iac. de Are. & Old. in l. facta. §. si hæres. ibi, quarto de quæst. notabili, &c. ff. ad Trebel.

5 In materia † cessionis actionis vide plūres quæstiones per Bar. in d. l. facta. ff. ad Trebel.

DCX.

1 *Substituere procuratorem in causa appellationis non potest procurator causæ principalis.*

1 An procurator † qui litem est contestatus in causa principali, possit ex virtute dictæ contestationis procuratorem substituere in causa appellationis à diffinitiua? credo quod non: quia ideo procurator post litem contestatam procuratorem substituit: quia per contestationem efficitur dominus. C. de procuratoribus. l. procuratoribus. & l. nulla. dominus quidem non rei sed litis: id est instantiæ ff. de except. doli. l. si procurator. & ibi not. sed sunt diuersæ instantiæ scilicet, principalis & appellationis. patet, quia in eisdem statuuntur diuersa tēpora. C. de iudi. l. properandum. C. de temp. app. auth. ei qui. ideò diuerso iure censeri debent. & per consequens, quòd nō possit in causa appellationis procuratorē substituere. pro quo facit etiam, quia videmus, quòd procurator non cogitur causam appellationis prosequi, in l. inuitus. C. de procur. & not ff. au per alium cau. appel. in l. fi.

DCXI.

2 *Obligatus solum naturaliter, si postea dicat: soluam vobis, teneb-*

tur actione de constituta pecunia.

2 *Constituens se pro alio soluturum, non conuenietur ante decẽ dies: nec nisi prius discusso principali nu. 3.*

3 *Iuramentum regulatur secundum naturam contractus.*

Per. Iaco. in titu. de consti tu. pecu. libellus. circa prin. ibi,
1 ex prædictis apparet. &c. dixit, quòd si † quis esset naturaliter obligatus, forte ex minus solenni volũtate, & sic non posset agi contra eum actione ex testamento: si solum ille diceret, benè soluam vobis, posteà posset agi contra eum actione de constituta pecunia: licet ante nulla actio ne posset agi.

2 Item plus vbi suprà, dicit ipse Per. Iac. quòd qui † cõstituit se soluturum pro alio, non potest ante decem dies conueniri actione de constituta: vt ff. de constituta pecunia. l. promissor.

3 Item nec etiam posteà † potest constitutor cõueniri, nisi priùs discusso principali, cùm pro alio sit constitutum: vt in authen. de fideiusso. § j. ita dicit Per. Iaco. vbi suprà De hoc plenius scripsi in decisio. curiæ parlamẽ. quæ . xciiij. Sed quid si constitutor iuret soluere, an teneatur seruare iuramẽtum, etiam non discusso principali? videtur quòd sic, per cap. cùm contingat. extrà de iureiuran. In cõtrarium videtur, quia iuramentum regulatur secundum naturam contractus, in l. ij C. de non nume. pec. Item si quis constituat se soluturum plus, quàm sit debitum: non tenetur constituens in eo, quod plus est ff. de constitu. pecun. l. hactenus. in . . n Fideiussor autem in nihil teneretur. ff. de fideiuss. l. græcè. §. illud. Vterque tamen si esset sciens, videretur donare. ff. de oper. liber. l. Campanus. De fideiussore tamen contrarium notatur. ff. de fideiussoribus. l. si à reo § si a furioso.

DCXII.

2 *Sententiæ nomine intelligitur de diffinitiua.*

3 *Sententia super executione sententiæ lata est interlocutoria.*

5 *Appellari ab interlocutoria quibus casibus possit de iure ciuili.*

1 Sententia † non potest ferri sine lit. contestatione, nisi in causis, in quibus lis non contestatur, puta in causa appella. in causa in integr. restit & in priuatis delictis. ita dicit Per. Iac. vbi suprà de consti. pecu.

2 Quando in iure † loquimur de sententia, intelligimus de diffinitiua, & non interlocutoria. glo. in l. j. §. biduum. super verb. latę. & §. quod in sententiis. ff. quando appel. sit. verbum enim simpliciter prolatum, debet intelligi in sua propria natura, & rudi materia. l. quæsitum. §. illud. ff. de leg. ij. & l. legatis seruis. in princ. ff. de leg. ij. idem in dominio: vt ff. si ager vect. vel emphyt. peta. l. j. § quod in perpetuum.

3 Omnis † pronuntiatio siue sententia in executione sententiæ diffinitiuæ lata, dicitur interlocutoria. Bart. in l. ij. ff. de appel. recipien. vide Bald. in l. ij. C. de episco aud. vide quæ scripsi infrà singul. dcxvij. & suprà singul. axxij. numero 26.

4 Sententia lata hoc modo, † pronuntio non fuisse probatum, est interlocutoria, & non diffinitiua. gloss in l. fi. C. de sen. quæ sine cer. quanti. profer & non est alibi.

5 Casus † in quibus de iure ciuili appellatur ab interlocutoria, posui in decisio. curiæ parla. q. lxxv. & ponit alios casus Spe. in tit. de primo & secundo decreto.

6 Sententia lata † in confessum est interlocutoria: vt suprà scripsi singular. cxxiiij. in §. valet sententia lata in confessum, &c.

DCXIII.

1 Si iudex † interloquendo. &c. vt suprà sing. cxxv.

2 A sententia † interlocutoria oritur actio in factum, sicut à diffinitiua. Bart. in l. licet. ff. de pecul. ibi, itẽ quæro, &c. Et quæ alia remedia & auxilia comperant ex sentẽtia interlocutoria? vide Specu. in titu. de sententiæ executio. in §. breuiter. in fin.

3 An sententia † lata super nullitate processus sit interlocutoria, vel diffinitiua: vide quę dixi in decisioni. curiæ parlamenti, quæstio cxx.

4 An sententia † lata super desertione appellationis sit interlocutoria? vide quæ scripsi in decisio. curiæ parlamen. quæstio. xj. & vide quæ scripsi infrà proximè in §. sententia super desertione, &c.

5 Si iudex † pronuntiet se iudicem cõpetentem, vel non cõpetentem, an talis pronuntiatio sit interlocutoria? vide quæ scripsi in deci. curiæ parla. q. x.

6 An debeat † appellari in scriptis ab interlocutoria quæ habet vim diffinitiuæ, vide quæ scripsi in decisioni. curiæ parlamen. quæstio. xij.

7 Sententia † lata per iudicem appellationum, in qua pronuntiat per iudicem à quo nulliter fuisse iudicatum, est interlocutoria, vt vide in decisionibus curiæ parlamen. quæstio xvi.

8 Sententia † super desertione appellationis lata est interlocutoria. in c. sua nobis. extrà de appel. cùm dicit, interlocutus fuerit illos non potuisse de iure tertij appellare, &c. facit c. dilecto. eo. titu. & c. cùm dilectus. in fi. extrà de electio. Et quòd sententia super desertione lata sit interlocutoria, tenet Bal. in l. si præses. C. quomodo & quando iudex. & Per Iaco. in titu de constituta pecunia, circa finẽ. super libello. in causa appellationis. & in decisionib. Tholosanis, decisione cclxxx. habet tamen vim diffinitiuæ sententiæ, vt tenent doct. prædicti: & vide quæ scripsi in decisionibus curię parla. q. xj.

9 Item sententia lata † super exceptione peremptoria est interlocutoria, vt probant docto. in dicto cap. cùm dilectus. de elect. & probat clemẽ. cùm à repulsione. de appella. vbi est bona glo. & allegat rationes, & fuit decisum in capella Tholosana.

10 Item si fuerit † appellatum ab interlocutoria, & iudex ad quem pronũtiet benè vel malè appellatum, ista est interlocutoria, secundum Henri. Boich in cap. in literis. extrà de offic. deleg. in prima distin & erit appellandum in scriptis, iuxta c. cordi. de appel. lib vj.

11 Si iudex † pronuntiet partem non potuisse appellare, est interlocutoria. Francisc. de Zabarel. in clemen. cum à repulsione. de appellationibus. Etiam pro modico grauamine appellatur ab interlocutoria, vt dicit de Zabarellis, in dicta clementi.

12 Omnis † pronuntiatio super dilatoria vel peremptoria exceptione, & etiam quando pronuntiatur aliquem non potuisse appellare propter aliquam causam, vel exceptionem peremptoriam, quæ obstabit, est interlocutoria: vt probatur in c. cùm dilectus. ad fi. de elec &c. ista sunt verba Archi. in c. cupientes. de elec. lib. vj.

13 Omne præceptum † quod facit iudex ad causam, est interlocutoria. gl. in authen. de litigio. in princi. super verbo. interlocutionibus.

14 Iudex qui † malè interloquitur, &c. vt suprà singulari cccccl xxx.

DCXIIII.

1 *Appellari in scriptis debet a sententia super possessorio lata.*

3 *Appellari quibus casibus possit ab interlocutoria.*

5 *Appellare etiam post decem dies possum, si peto interlocutoriã reuocari, & iudex non reuocet.*

6 *Appellari non debet, antequam iudex interloquatur, vel comminetur.*

8 *Interlocutoria necessariò non est ferenda in scriptis.*

9 *Interlocutoria vim habet terminus peremptorius datus reo ad proponendum omnes suas exceptiones.*

10 *Appellari quibus casibus possit à futuro grauamine.*

1 Licet sententia † super possessorio lata sit diffinitiua, tamen ab ea debet appellari in scriptis, sicut ab interlocutoria, vt plene dixi in deci. curiæ parla. q. xxxvij. in fi.

2 In statuto, si quis per literas, iudex † appellationum debet procedere ad instar interlocutoriæ vt scripsi in decisionibus curiæ parlamenti, quęstio. xxxvij. & plenè dixi in apparatu meo, quem feci super statuto, si quis per literas. in gloss super verbo.

3 An hodie † appelletur ab interlocutoria, & casus in quibus de iure ciuili appellatur ab interlocutoria, vide quæ scripsi in decisi. curię parla. q. lxxv.

4 Appellans † à simplici interlocutoria non potest de nullitate coram ipso iudice appellationum agere. in cap. dilectus. extrà de appella. hoc ponit Inno. in cap. dilecto filio. extrà eodem titu. sed crederem contrarium in interlocutoria habente vim diffinitiuæ.

5 Si ab interlocutoria † non appello, ſed eam peto contrario imperio reuocari, & iudex non reuocet, poſſum etiam poſt x dies à tali grauamine appellare, & totam cauſam poſſum introducere coram iudice ad quem, ſecundum Inno. in c. fin. extrà de noui operis nun. & vide in lxxxix. conſiliorum meorum.

6 Non debet † appellari antequam iudex interloquatur, vel comminetur, in c. ij. gl. fi. in fi. extrà de appella. vnde reprobatur practica quorundam aduocatorum, qui petunt admitti exceptiones, vel reuocari grauamina, & non expectata interlocutoria, vel ordinatione conditionaliter appellant dicendo. Si verò prædicta facere recuſaueritis, appello, quia debent expectare interloqui, vel ordinari antequam appellent: nam appellari non poteſt, niſi ab illato grauamine, vel comminato: vt ſuprà in c. dilecto filio. extrà de appellat. & c. cum cauſam. eod. titu.

7 Ordinatio † facta per iudicem de citando, eſt interlocutoria. l. cùm clerici. cum ibi notatis. C. de epiſco & cleri.

8 Non eſt neceſſe, † quòd ſententia interlocutoria feratur in ſcriptis. glo. in l. ij. C. de appel. recipien. tamen ſecurius eſt quòd feratur in ſcriptis.

9 Terminus † peremptorius datus reo ad proponendũ omnes ſuas exceptiones, vel aliud, habet ille terminus peremptorius vim interlocutoriæ. ita dicit Specu. in tit. de dila. in §. nunc videamus. ver. & ſunt hæc in argumẽtum, &c.

10 In quibus † tamen caſibus à futuro grauamine, vel comminatione poſſit appellari: vide Spec. in tit. de appella §. ij. ver. xxxvij. & in §. qualiter. ver. deeſſe. & vide Inno in c. ſignificauerunt. in gl. ſuper verbo, Interlocutoria, extrà de teſtibus.

DCXV.

1 *Fatale primum computatur à die interpoſita appellationis.*

2 *Appellationis cauſam infra annum tempus inchoandi arbitrio iudicis relinquitur.*

3 *Annus ſecundus datur appellanti impedito finire cauſam in primo anno, probato tamen impedimento.*

4 *Cauſe iuſta concedendi ſecundum fatale.*

5 *Appellanti tertius annus non datur à lege. ſed per officium iudicis per reſtitutionem in integrum ex clauſula generali ſi qua mihi iuſta cauſa: & ad quantum tempus detur. num. 6.*

1 Primum † fatale computatur à die interpoſitę appellationis, & non à tempore ſententiæ, per text. in auth. ei qui appellat. C. de temporibus appellationum. dum ibi dicit, ei qui appellat, &c. & erit appellatio deſerta, niſi intra annũ primi fatalis fuerit appellatio diffinita, per dictam authen. ei qui appellat. ita dicit Pet. Iac. in titulo, forma libelli ſuper nullitate ſententiæ, in §. nunc eſt notandum, &c. qui titulus eſt poſt titulum, de conſtitura pecunia.

2 Sed quo † tempore infra annum teneatur appellans cauſam appellationis inchoare, vt ſic appellatio non videatur deſerta, ſi poſtea cõtingat cauſam appellationis non eſſe finitam intra annum, non eſt iure cautum: ergo arbitrio iudicis relinquendum eſt. argu. ff. de iure delibe. l. j. in fi. & de verbo. oblig. l. continuus. § cùm ita. Et ſufficiet venire coram iudice appellationum tali tempore, quòd ſuperſit tantum de anno quod ſit veroſimile cauſam finiri poſſe intra annum. arg. ff. ſi quis cautionibus. l. ij. §. ſi quis. iſta ſunt verba Petr. Iaco. in dicto titu. forma libelli ſuper nullitate ſententiæ in §. nunc eſt notandum, &c.

3 Item ſi appellans † fuerit impeditus in illo primo anno finire cauſam, datur ei alius annus, vt in dicta authẽ ei qui appellat. & datur à lege ex iuſta cauſa. iudex ergo nõ dat ſecundum annum, ſed cauſa impedimenti ſibi probata, declarat eum ſibi competere. Per quod apparet, quòd iudex non poteſt infra annum declarare eum, quia nõdum eſt datus à lege. quod autem non eſt, declarari non poteſt eſſe. arg. ff. de iniuſt. rup. & irrit. teſta. l. nam & ſi. §. poſt defectum. Item quia tractus futuri temporis non ſpectat ad iudicem. ff. de vſufruct. l. j. §. j. ſed finito illo primo anno appellans debebit probare cauſam impedimẽti, qua probata ſi iuſta ſit, iudex declarabit ſecundum annum à lege datum competere. iſta ſunt verba formalia Petr. Iacob. vbi ſuprà.

4 Sed quia vt concedatur † ſecundum fatale debet ſubeſſe iuſta & ineuitabilis cauſa, vt dicta authen. ei qui. Quæro, quæ ſunt illæ iuſtæ & ineuitabiles cauſæ? Dic ſecũdum Pe. Iaco. vbi ſuprà, videlicet, Immenſitas ventorum: nec licuit nauigare propter contrarietatem ventorum, nec per terram potuit appellãs venire, fortè propter inopiam. Item acerbitas tempeſtatum, vel languor ineuitabilis. Et ſic de pluribus, quando appellantes per talem quandam fortunæ circumuentionem læduntur, vt ibi habetur. Sed ſi ſufficiens procurator mitti potuit, non credo quòd excuſatio ſibi prodeſſet. ita dicit Pet. Iaco. vbi ſuprà. Item iuſta cauſa eſt, ſi teſtes in primo anno ſibi neceſſarios, vel inſtrumenta habere non potuit, iuxta illud dictũ, quod per me non ſtat, &c. Idem erit ſi appellatus tam longas, & tot dilationes habuit, quòd finitus fuit primus annus. Item ſi probata iuſta cauſa impedimenti primi anni appellator nõ currat, vel non veniat in ſecundo anno vt deberet: vel venit, ſed relinquit examinationem cauſę in medio certaminis. iſta ſunt verba Pet. Iac. vbi ſuprà.

5 Hodie ſunt † tantùm duo fatales termini cauſæ appellationis: ſcilicet, primus annus & ſecundus. Nec lex dedit vlterius aliud tempus ad cauſam appellationis finiendã, fortè ne lites eſſent immortales. Attamẽ ſi appellans fuerit impeditus in ſecundo anno, ipſe poterit habere tertium annum per reſtitutionem in integrũ, non à lege, ſed per officium iudicis ex clauſula generali ſi qua mihi iuſta cauſa, &c vt ff. ex quibus cauſis maio. l. j. in fin. & not. in dicta authen ei qui appellat. nec tunc tertius annus competit. niſi in integrum reſtitutione obtenta: quia quando ad agendum vel excipiendum datur reſtitutio in integrum, actio vel exceptio non habet locum nec effectum, niſi in integrũ reſtitutione obtenta. ff. ex quib. cau. maio. l. nec non. §. exẽplo. & de iureiur. l. nam poſtea. §. ſi minor. Iſta ſunt verba Pet. Iac. vbi ſuprà.

6 Item, quia † primum fatale eſt primus annus integer, & ſecundus annus eſt annus integer: ideo ſi appellans fuerit impeditus in ſecundo anno ſolùm per vnũ diẽ, ſic quòd cauſa nõ poterit finiri, debebit ſibi dari tertius annus integer per in integ. reſtit. & ſic de aliis annis. & ita videtur notari in authen. ei qui appellat. ſuprà allegat. ibi, dum dicit glo. & ita primus & ſecundus annus dantur à lege, & alij per reſtitutionem in integrum, &c. Ex gl. illa credunt multi prędicta eſſe vera, ſcilicet quòd tertius annus ſemper debeat dari integer per reſtitutionem in integrum, & fortè non malè, ſi in aliquo text legis iacerent illa verba, in d. gloſſ. poſita. Sed non ſunt ita in aliqua lege. Eſt ergo dicẽdum, quòd appellanti datur primus annus integer ad cauſam finiendam. Et ſi iuſto impedimento interueniente cauſa non fuit finita, etiam ſi impedimentum fuerit vnius diei, datur ei à lege ſecundus annus integer. Et ſi tunc in ſecũdo anno cauſa non fuerit finita, ſiue appellans habuit iuſtam cauſam impedimenti, ſiue non: attamen lex non dat ei vlterius aliquod tẽpus, ſed appellatio eſt deſerta, & ſententia à qua fuit appellatum debet mandari executioni, ne lites ſint immortales: attamẽ de æquitate prętoria reſtituitur in integrum ſolùm ad tantum tempus, per quãtum probatũ fuerit ipſum habuiſſe iuſtũ impedimẽtum. Et ſic ſi læſio anni integri ſit vnus annus integer, reſtituetur ei, qui poterit dici tertius annus: & ſic poterit intelligi illa gl. in dicta auth. ei qui appellat. Sed ſi læſio fuerit tantũ de vna die, vel vno mẽſe dicti ſecũdi anni, tunc vna ſola dies, vel vnus menſis reſtituitur ei. vt ff. ex quibus cau. maior. l. ſed & ſi. §. ſed cum forte. & § quoties. iſta ſunt verba formalia Pet. Iaco. vbi ſuprà.

7 Et ſi fuerit † negligens appellans in petenda dicta in integrum reſtitutione, cùm ingreſſus fuerit tertium annum: tunc tempus negligentiæ compẽſabitur ſibi cum tempore læſionis pro rata temporis: vt ff. ex quibus cauſis. l. ab hoſtibus § ſed quòd ſimpliciter. hæc ſunt verba Petr. Iacob. vbi ſuprà.

8 Item circa prædicta multi deficiũt † credẽtes, quòd poſtquam concluſit in cauſa, & petiit ſententiam ferri, quòd propter hoc ſe poſuerit in tuto, & quòd fatales termini ſibi non currant, nec ſit curandum an poſteà iuſtum impedimentum habeat vel non: ſed non eſt verum: cauſa enim tunc eſt finita: imò erit quærendum, an iuſtum habuerit

impedimentum,quare non fuit post conclusioné lata sententia.ista sunt verba formalia Pet.Iac.vbi suprà.

9 Sed quid † erit si steterit per iudicem appellationis? videtur,quòd currit tempus fatale:sed quòd debeat tunc dari restitutio.& ita not.C.de tempo.appel.authen. item si.& in corpore,vt sponsalitia largit.§.hæc quorum.& de his qui ingrediuntur ad appellationem.§.j.currit enim tempus,si per iudicem steterit,vt notatur in distinctione Placentini in summa sua de tempore appellationis.Sed ecótrà,quòd tépus fatale non currat,si stetit per iudicem,facit in corpore,vt sponsa.larg.§ hoc quoque.& not. in corpore de his qui ingredi. ad appellationem.§.quia enim vir.& in authen de appel.& intra quæ tempora.§.ad hæc sancimus.Et idem notat dom.Azo in summa,& extrà de appel.c.ex ratione.Sed in hac quæstione videntur tempora esse distinguenda:vt si in primo anno steterit per iudicem,quare causa appellationis non fuit finita,quòd tunc currit tempus,non tamen indigebit appellans aliqua restitutione:quia lex datei secundum annum integrum: vt videtur expressum in corpore,de his qui ingrediuntur ad appellationé §.j.vbi dicit dari secundum annũ siue propter occasionem iudicis appellatio prolongatur: aut per aliam quamlibet causam.Si autem stet per iudicem in secundo anno,aut stetit per eum ante finem illius secundi anni,seu ante vltimam dilationem,seu ante vltimos dies:sic quòd causa non possit finiri,& tunc etiam currit tempus,sed appellans,cùm ingressus fuerit tertium annũ,habebit petere restitutionem in integrum,nec aliàs succurreretur ei:& sic habet locũ prima opinio suprà posita domi.Placentini.Si autem stetit per iudicem in vltimis diffinitiuis secundi anni,tunc ipso iure non currit tépus fatale:& sic loquitur in corpore:vt spon.larg.§ hoc quoque. Et sic potest intelligi dicta secunda opi.do.Azo. ista sunt verba Pet.Iac.in tit.præalleg.

10 Item est notandum,† quòd in duobus casibus tempus fatale non currit appellanti.Primus est,si lis speratur inferri in consistorio principis:vt in authen.de appel & intra quæ tempora.§.ad hæc.Secũdus casus est,si partes veniãt ad arbitros:quia quâdiu causa tractatur coram arbitris, non currit tempus fatale.vt in authé.de appella.& in cle. quandiu.de appellatio.

11 De materia † appellationum,secundum Pet.Iac.etiam suprà tetigi sing.ccclviij.§.si non appelletur viua voce,&c. & io xx.§§.ibi sequen.

DCXVI.

1 *Excusatio constituti in mortis articulo,vel existentis in patibulo,an prosit ei quem prius accusauerat.*

2 *Acta falsificans vel corrumpens cadit causa.*

3 *Præconisationes fieri faciens contra consuetudinem ecclesiæ est excommunicatus.*

1 Aliquis in mortis † articulo constitutus, dicit per Deum verum:vel cùm est in patibulo dicit,per illum Deum,qui potest me saluare,ego excuso illum, quem ego accusaui: deinde moritur:nunquid illa excusatio valet, & prodest illi, quem primò accusauerat? & videtur prodesse: vt l.si quis in graui.§.j.ff.ad Sillanianum.& l.j.§.fina.& l.diuus. ff eodem titulo.

2 Si duo † inter se litigant,& alter acta inter se habita corrupeit,vel falsificauerit,ille talis cadit à causa,in l.in fraudem.§.quoties.de iure fisci.ita notat Petr.Iacob.in tit.de actio. in factũ ex iureiurando, ibi : item est notandũ, &c.

3 Facientes † fieri praconisationes contra consuetudinem & iurisdictionem ecclesiæ,sunt ipso iure excommunicati. in c.pe.de immu.eccle.lib.vj.ita dicit Pet.Iac.in tit. de feu.in additione,Philippus.

DCXVII.

1 Suprà dixi,in sing.xxiij.nu.26.& singu.cccccxij.§.omnis pronuntiatio siue sententia,&c.quod pronuntiatio & sententia lata in executione sententiæ diffinitiuæ est interlocutoria:allegaui Bar.qui hoc videtur innuere,in l.ij.ff.de appel.recip.Adde dictum Pet.Iac in tit.de act.in fact.ex re iudi.in §.sed quid erit præses,vel alter iudex mixtũ,&c. in fi.ibi:licet secus sit,cum appellatur à diffinitiua,&c.vbi clarè videtur dicere,quod pronuntiatio super executione sententiæ est interlocutoria.

DCXVIII.

1 *Viri consuetudo attenditur in lucrando partem dotis,vel donationis propter nuptias. & infra sing.cccccclxxviij nu.2.*

2 Vbi est consuetudo † in lucrando partem dotis,vel do-
1 nationis propter nuptias in domicilio viri :& alia, vbi contractum est matrimonium & celebratus contractus dotis,quòd inspicitur cõsuetudo viri:vt dicit Bar.in l.exigere.ff.de iudic.& in repeti.l.cunctos populos.C.de sum. trini & fide catho.

2 Consuetudo † loci contractus est attendenda, & non consuetudo loci,vbi solutio est fienda.in l.si fundus.ff.de euictiu.& l.j.ff.de vsuris.

ADDITIO.

2 Consuetudo.Adde infrà sing. cccccclxxviij.§.quidã homo.

DCXIX.

1 Facilius † creditur testi in affirmatiua sine redditióe causæ,quàm in negatiua:quia negatiua non ita se offert sensui.ista est ratio,quare magis creditur testibus affirmantibus,quàm negantibus:quia hoc est propter redditioné credibiliorem causę:vt noe.ff.de arbi.l.dies.§.si pluries.in c.j de præscriptionibus.lib. vj.in gl.or & ibi videas.

2 De testibus † deponentibus contra instrumentum notarij,cui potius credatur, vide Bald.in l.presbyteri.C.de episco.& cleri.& plené scripsi in decisionib.curiæ parlamen. in quæstio.cccccx.

3 Probatio † nihil est,quàm quędam demonstratio veritatis.Bal in l.si iam.C.de proba.

4 An,qualiter † & quãdo credatur testi sine redditione causæ,vide Bald.in l.solam.C.de testi.& Inno.in c.cum causam.extrà de testi.

5 Opinio doct. est probabilis.no.in l.j.de legi.

DCXX.

1 *Legalis pœna in foro conscientiæ non potest peti.*

3 *Pœna l.si quis maior.C.de transactio.solum habet locum contra dolosum.*

Mandatum superioris excusat à dolo.

1 Pœna legalis † non potest peti in foro conscientiæ, vt dicit,& tenet Ange.de Are.post Anto.de Butr.in l.sequitur. §.si viam.ff.de vsucap.& alleg.xij.q.ij. in cap.fraternitatis.& ibi gloss.singularis.

2 Si aduersarius † meus fecerit contra hanc legem, & ego postea,ego non incido in pœnam,ex quo ipse primò fecit contra ipsam legem:secundum Bald.in l.cùm proponas. C.de pact.& Ange.de Aret.in tracta.suo de excep.§.idem si in iudicio.in fine.

3 De materia legis,† si quis maior.C.de transact tangit Specu.in titu.de act.seu petitione in §.ij.in ver.quid si pœnalis stipulatio,&c.Sed iuxta materiam istã quæro, an pœna dictæ legis locum habeat, vbi princeps meus mihi mandaret,quod venirem,vel facerem cótra talem transactionem iuratam? crederem quòd nó:quia non habet locum nisi contra dolosum. Moueor, quia ibi imponitur pœna periurij,quæ non habet locum nisi contra dolosum.l.ij. in prin.iuncta l.fi.ff.de crimi.stel.Item quia mandatũ superioris excusat à dolo,per not in simili per Bar.in l.mulier.ff.de leg commissoria.facit in simili c.significauit. de censib.Item quia causa quæcunque etiam iniusta excusat à dolo.gl.singularis in l.j.in fi.ff de abigeis.& est text. in l. igitur.§.potest ff.de libe.can.Item facit,quia si accusator ex permissione principis desistat ab accusatione,non incidit in pœnam Turpil.gl.in l.abolitio autem.ff.ad Turpilianum & refert Ange.de Are.in suo tracta. de malefic. in gl.super verbo,nec ad querelã,&c.in xxx.col. ibi, quæro an abolitio publica d.l.si quis maior.habet locum in qualibet promissione iurata.gl.singularis in l.pe.C.de digni.lib.xij.& dicit Io.Ferra.in tit.forma opponendi contra testes post publicationem,in gl.super verbo,& periurij.Et in forma libelli vt pacta seruentur.in gl.fi. circa fin. De materia d.l.si quis maior.tangit aliqua singularia Ioan.Ferrarij doct.nouissimus in forma libelli vt pacta seruentur,in glo.fi.circa fi.

DCXXI.

2 *Iudex debet interloqui super discussione facienda.*

Confessio

5 *Confeſſio iudicialis poſt litem conteſtatam non retractatur.*

1 Exceptio † quæ obſtat deleganti, obſtat & ei, cui facta eſt delegatio. Bar in l. ſi cùm filius. ff. de dona.

2 Quando † fit diſcuſsio bonorum, iudex debet ſuper ea interloqui legitimè facta. Barto. in l. exitus. ff. de acqoir. poſſeſsio.

3 Confeſsio † in iodicio erroneè poſt lit conteſt. facta, non poteſt retractari, etiam ſi error probetur: ſecus ſi ante lit. conte. glo in l. quidam in iure. ff. de do. in gl. ſuper verbo, Non poſſe.

4 Sexdecim † caſus in quibus quis agere cogitur, ponit Ioã. And. in nouella, in c. frequens. de reſti. ſpolia.

DCXXII.

1 *Excipi de iure tertij an & quando poſſit.*

2 *Appellatio poſt decem dies interpoſita non valet.*

1 An poſsit † excipi de iure tertii? vide diſtinctionem quam ponit Io. Ferrarii in forma libelli, ſuper actione negatoria. ſuper verbo, Spectat & pertinet, &c. & vide plenè per Bar. in l. iij in prin. ff. de excep. tit. generali. vbi plenè diſtinguit. & facit l. ſi. C. de rei vendi. & ibi docto. vide ſ. ſingu. dccxxiij. nu. 1.

2 Si appelletur post x dies, etiam de conſenſu partis, nihilominus appellatio eſt deſerta. & non valet appellatio. gl. in cle. ſi appellationem. de appel. & in l. præſes. ff. de re iudic. & dicit Ange. de Are. in l. j. §. dies autem. ff. quando appellandum ſit.

DCXXIII.

1 *L. dos à patre. C. ſolu. matri. intellectus*

2 *Harum rectorum eccleſia non tenetur pro fructibus venditis ad certum terminum.*

1 L. dos à patre profecta. C. ſol. ma. non habet locum, † etiã ceſſante conſuetudine, quando in conſtitutione dotis pater patitur quòd filia ſibi vel ſuis liberis ſtipuletur dotem ſibi reſtitui. tantum enim remanet filiæ vel liberis iuxta formam conuentionis & ſtipulationis, & non redit ad patrem ſoluto matrimonio, iuxta ea quæ ponit notabiliter Bar. in l. quæ dotis. & in l. Caius. ff. ſol. ma. & faciunt no. in l. vxoris. § teſtamento. ff. de leg iij. Item etiam facit, quia filiusfamiliâs hodie habet hæredem etiam in profectitiis: vt ſcripſi in deciſio. cur. par. q. cxlvij.

2 Si rector † eccleſiæ vẽdiderit fructus ad certos annos, &c. & decedat ante finitum terminum, quod hæres non tenetur. arg. in l. ſi quis domum. §. j. in fi. ff. locati.

DCXXIIII.

1 *Teſtes in iudicio ſummario recepti an & quando fidem faciant in plenario.*

2 *Teſtes examinare non poteſt iudex in ciuilibus poſt publicationem.*

1 An teſtes † recepti in iodicio ſummario fidẽ faciant in plenario? dixerunt quidam quod aut teſtes vel probationes fuerunt receptæ ante litis conteſtationem, vel poſt ſuper aliqua exceptione dilatoria, & tunc non faciunt fidem in iudicio plenario. argumento in c. veniens. extra de teſtibus & quod no. per Inno. in c. conſtitutus. extra de ordin. cogn. Aut fuerunt producti ſuper aliqua exceptione peremptoria, & tunc faciunt fidem in plenario iudicio ſecundum notata per Inn. in c. ſuper ſpoliatione. extrà de ordi. cogni. Alii autem diſtinguunt aut ſententia lata in ſummario nocet et in plenario iudicio, & tunc nocent & proſunt, & nocent probationes & cæteræ atteſtationes. Aut ſententia non noceret, & tunc nec teſtes nec probationes nocebũt. in d. c. inter dilectos. § porrò. & argumento eorum quæ notantur in l a diuo Pio. § ſi ſuper rebus. ff. de re iudi. & in l ſi ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. de quo notatur per Barto. in l. ij. ff. vi bo. rap. Præmiſſa ponit Io. Ferrarii in tit. Forma opponẽdi contra teſtes poſt publicationem. in gl. ſuper verbo, Sũtque public. iam atteſt. aliis receptis, &c. ibi quid ergo dicendum, ſi fuerint recepti in iudicio ſummario, &c.

2 Iudex in cauſa † ciuili non poteſt teſtes ex officio ſuo examinare poſt publicationem, ſecus in criminali, vt dicit Bal. in l. presbyteri. C. de epiſc. & cler.

3 Cui competit † diffinitio & eius diffinitũ. l. j. §. j. ff. de dolo. & l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur.

DCXXV.

1 Cancellatio † tollit diſpoſitionem vel actum, vt l. ſi præſes. in verſi. circunduxerit, id eſt cancellauerit. & ibi Bal. C. quomodo & quando iudex. De qua cancellatione & interlineatione, vide Ioann. Ferrarii doctorem nouiſsimum, in titu. Forma libelli, quo petitur hæreditas ex teſtamento. in glo. ibi, abolitum, nec cancellatum. Et vide in forma opponendi contra inſtrumenta. in gl. tum quia eſt abraſum. Et not. quòd cancellatio ſuperlineata maximè in loco ſuſpecto facta, vitiat inſtrumentum. text. in c. cùm venerabilis. circa medium, extrà de religioſis domibus. & bonus tex. cum glo. in l. ſi vnus. C. de teſta. & ibi per Bart. & Bal. De materia iſta vide Bart. in l. j. §. inter filium. ff. de ſal. An ſit differentia inter inducere & cancellare, vide l. inductum. & ibi gl. ff. de ſolutionibus.

DCXXVI.

1 *Scriptura priuata probat in præiudicium ſcribentium.*

3 *Capones qui dare tenetur, eos debet tradere viuos.*

4 *Via publica impetu fluminis deſtructa, vicinus eam debet præſtare per fundum ſuum.*

5 Apodiciæ † quas faciunt debitores ſuis creditoribus ſine teſtibus, probant in præiudicium ſcribentium, dummodo conſtet ſuam ſcripturam eſſe. Inn. in c. j. circa prin. extrà de fide inſtrumen.

2 Dominus † tenetur de damno qui aprum, vel vrſum tenet. xxiij. q. vj. c. de occidendis. per Archi.

3 Si aliquis † teneatur dare capones, debet eos tradere viuos. l j. §. noxæ autem. ff. de pauperie.

4 Vicinus † tenetur præſtare viam per fundum ſuum, ſi impetu fluminis, vel ruina, via publica ſit deſtructa. l. ſi locus. ff. quemad. ſerui. amittantur.

DCXXVII.

1 *Hoſpitandi in aliqua domo poſſeſſionem habenti an liceat oſtia domus frangere, ſi ei claudantur.*

2 *Dotem conſtante matrimonio non poteſt repetere mulier quæ cũ viro egeno & inope matrimonium contraxit.*

1 Si ego ſum † in poſſeſsione habendi hoſpitalitatem in domo tua, vel immittendi ad depaſcendum animalia mea in tua terra, vel habẽdi ſeruitutem aliam itineris, viæ, vel alterius: & tu claudis domum vel terram ſepibus, vel alia clauſura murorum, an ſit mihi licitum rumpere vel frangere oſtia domus, vel ſepes & muros, ſeu clauſuras terræ? vide pulchrè per Io. And. & Inn. in c j. de immunitate eccleſi. vide ff. ſi ſeruitus vendicetur. l. ſi eo loco. in princi. & Pau. de Leaza. in c. ij. de cenſibus. De ſepibus facit gl. mentionem in l. iubemus. C. de ſac. ſan. eccl. vide Bar C. de agricolis & cenſitis. l. quemadmodum. lib. xj.

2 Si mulier † contrahat matrimonium cum viro inope & egeno, non poteſt poſtea dotem conſtante matrimonio repetere: quia hoc caſu non habet locum l. vbi C. de iure dot. ita dicit Cy. in d. l vbi. in iii. q. cõtrarium tenet Bar. in l. ſi conſtante. in vj. q. ff. ſol. ma. & Bal. in auth. quod locum habet. C. de colla.

DCXXVIII.

1 *Actio an competat emptori ante pretium ſolutum.*

2 *Venditor an debeat offerre rem venditam.*

3 *§. Offerri. l. Iulianus ff. de actio emp. intellectus. & nu. 1. & 4.*

1 In §. offerri. l. Iulianus ff. de actio. empt. quæro, † nunquid eſt nata actio emptori antequam pretium ſoluat? & videtur quòd non, vt hic in verbo actio, &c. & de verb. ſign. l. cedere. E contra videtur, quia exceptio eſt actionis excluſio. l. ij. de exceptionibus. & lex dicit, ꝙ ſi ante petat, repellitur per exceptionem. C. e. l. ſi pater. Quid dicendũ? Iac. de Rauenna tenet ꝙ nulla competit actio antequam ſoluat. ſic intelligit dictum §. offerri. Sed Petrus dicit, ꝙ ſtatim oritur actio, etiãſi nulla traditio pretii ſequatur. probat ſic, lege cauetur, ꝙ conuentiones nominatæ iuris gentium differunt à conuentionibus innominatis: quia

quæ cadunt in speciale nomen contractus statim perimunt actionem, sed aliæ non, nisi re secuta. ff. de pact. l. iurisgentium. §. j. & facit in l. qui pendentem ff. de actiou. emp. Cy. in l. si tradito C de actio emp.

2 Quid de venditore † an debeat offerre rem vēditam? vide de vtroque videlicet de emptore & venditore in Spec. in tit. de actore. ver. item repellitur venditor. & not. in d. §. offerri. in gl. super verbo, potest. in fi.

3 Dictus §. offerri. habet locum † etiam in locatione, & in aliis contractibus: vt vide plenè per Henri. Boich in c. in causis. in j. dist. extrà de re iudi.

Hic in d §. offerri. dicitur, quòd debet offerri contra l. diuersum. §. quod ait. ff. quo. leg. vide Bar. & Dy. in l. stipulatin. ff. de no. ope. nun.

In §. cum per venditorem. l. si sterilis ancilla. ff. de action.
4 empt. ibi, & lucrifacere, &c. hic † non attenditur lucrum, quia iste non consueuerat mercari: secus si consueuisset mercari: quia tunc haberetur ratio lucri, vt ff. de eo quod certo loco. l. ij. §. si qui. qui incipit in hanc arbitrariam. & hoc tenet Bar. in l. j C. de sentent. quæ pro eo quod inter. profe. in vers. venio ad quintam & vltimam partem, &c. Sed contra istam opi. do. Bar opponitur fortiter de l. fin. ff. de peric. & commo. rei vendi. in qua l. non habetur ratio lucri, sicut hic, licet ibi sit persona quæ consueuit mercari & lucrari. hanc oppositionem facit do. Petrus Papæ, sed non soluit.

DCXXIX.

1 Nota, quòd habemus † triplex interesse: singulare, commune, & conuentum: vt no. C. de senten. quę pro eo quod inter. profer. in l. j. in prin.

2 Sed quæro, † quotuplex est interesse conuentum? Dic ꝙ duplex: intrinsecum & extrinsecum.

3 Sed quid † est intrinsecum? dic quòd intrinsecum est verū rei pretium & valor ipsius rei. l. qui iumenta. iuncta glo. ff. de furtis.

4 Extrinsecum † interesse est lucrum cessans, vt quia res vel species, vel quantitas non est tradita: ideo aliquid non est lucratus, vt in d §. cùm per vēditorem. cum sua gl. & leg. Iulianus. in prin. ff. de act. emp.

5 Quæro, † qualiter hæc duo interesse veniant? distingue: quia aut quis fecit quod facere non debet. aut non fecit quod facere debuit. Primo casu venit vtrunque. l. j. §. rectissimè. ff. de vi & vi armata. & est ratio, quia tunc multū delinquit, vt in d. §. cùm per venditorem. no. in gl. ij. Secundo casu refert, quia aut agitur ad res, in quibus cadit intrinsecum interesse, vt oleum, frumentum, vinum & similia: & tunc venit intrinsecum interesse, vt in d. §. cùm per venditorem. Aut agitur ad res quæ non recipiūt interesse intrinsecum, & in quibus nō cadit affectio, vt in pecunia & tunc extrinsecum venit. l. nummis ff. de in litem iurando. & ff. de eo quod certo loco. l. iij. in fin. & sequent. & l. liber homo. ff. de verborum obligatio.

DCXXX.

1 *Pactum de futura successione quando valeat.*

2 *Publicianam potest intentare qui succubuit in rei vendicatione.*

1 Valet pactum † de futura successione, quod venit ex necessitate præcedentis contractus. in l. si quis seruum. ff. de actio. emp & ff. de hæredi. vel act. vendi. l. ij. §. illud quæri potest. & no. Hostien. in summa, in titu. de pactis, in quo sunt. circa fi. ver. item vt quis, &c. verumtamen Cy. in l fi. C. de pact. in v. oppositione dicit, quod hæreditas viuentis non potest venire principaliter in contractu, sed bene accessoriè. vt d. l. si quis seruum. & d. §. illud quæri potest. tamen est differentia inter d. l. si quis seruum. & dictum §. illud quæri potest. quia in d. l. si quis seruum. venit accessoriè hæreditas ex necessitate præcedentis cōtractus, sed in d. §. illud quæri potest. venit accessoriè hæreditas viuentis non ex necessitate, sed ex volūtate ratione præcedentis contractus: aliàs enim ex voluntate non posset præcedere: at. ff. de contrahend. empt. l. in modicis. & ibi not. Cyn.

2 Succumbens † in rei vendicatione potest posteà intentare publicianam. glo. in l. minor xxv. annis. in §. primo. ff. de euictionibus.

DCXXXI.

1 An instantia † litis transeat in successorem ante sententiā diffinitiuam? distingue secundum Batt. in l. si eum hominem. ff. de fideiussorib. aut est successor vniuersalis, & tūc transit: vt d l. si eum hominem. & facit l. si is qui Romæ. ff. de iudiciis. & l. si familiæ. ff. famil. ercisc. Aut est successor singularis, & tunc non transit, vt l. ij. C. de hæredi. vel act. vend. & not per Io. And. in c. quia G extrà de iudiciis. ponit Io. Ferrar. in tit. form. execut. sen. gl. j. in fi.

DCXXXII.

1 *Iudex ex suo officio debet actorem repellere quando ex productione per eum facta apparet exceptionem reo competere.*

2 *Sententia executio an impediatur per in integrum restitutionem aduersus sententiam postulatam.*

1 Quoties † ex productione facta per actorem ex sui lectura apparet nata exceptio reo, etiam si per reum nihil opponatur, tamen iudex ex suo officio debet actorem repellere: & sufficit quòd in allegationibus iuris reducatur ad mentē iudicis: vt no. Bar. in l. eum qui ita. §. qui ita. ff. de verb. oblig. ita refert. Ange. de Are. in l. iiij. §. condemnatum. ff de re iudica. & in l. quæsitum. in v. col. ibi, tertiò limitat Bald. in versi. tu addas. ff. à quibus appella. nō licet. De hac materia scripsi plene in decisi. curiæ parlam. quæstio.

2 An executio † sententiæ impediatur per in integrū restitutionē postulatam aduersus sententiā, vide plenè opiniones Doct. per Ange. de Aret. in l. quarta. §. condemnatū. in priu. ff. de re iud.

DCXXXIII.

1 *Statutum si admittit tantum certas exceptiones, an alias excludat.*

2 *Partes quæ dederunt arbitris potestatem donandi de iure vnius alteri non poterunt recurrere ad boni viri arbitrium.*

1 De statuto † quod admittit certas exceptiones tantūmodò, an aliæ admittantur: de quo per Bar in l. j. §. j. ff. ꝙ vi aut clam. plenissimè tractat Ange. de Aret. in l. fi. ff. à quibus appellare nō licet. Bal. in l. ita nobis pudor. C. de adulterijs. vbi Baldus tenet, quòd aliæ exceptiōes non admittuntur. sed Ange. vbi suprà reprehendit. vide ibi plenè, vide pleniùs in apparatu quem ego Guido feci super statuto Delphinali, de literis compulsorijs & præcisis concedendis.

2 Si partes † cōcedant arbitratoribus, vel arbitris potestatem donandi de iure vnius partis alteri, non poterunt partes recurrere ad arbitriū boni viri. Sed modū practicandi & verba adijciendi in compromisso, vide plenè per Ange de Are. in l. j. §. j. ff. à quibus appellare non licet. ibi, & modus practicādi. & ibi tractat Ange. an possit renunciari recursui ad arbitrium boni viri. ibi: sed quæro an sicut, &c. De hac materia tetigi in decisio. quæstio. dcix.

DCXXXIIII.

1 *Nullitatis via non videtur sublata per remotionem appellationis ex pacto partium.*

1 An remota † appellatione ex pacto partiū videatur sublata via nullitatis? vide Ange. de Are. in d. l j. §. j. ff. à quibus appel non licet. ibi: quid si promitto, &c & ibi concludit Ange. quòd non est sublata nullitas, quin possim intētare. & de hoc tetigi in apparatu meo quem feci super statuto, si quis. in glo. super verbo, Omni allegatione, &c. & in tractatu quem feci super statuto Delphinal. sub rubrica de compulsorijs & præcisis.

DCXXXV.

2 *Soluti repetitio per condictionem sine causa competit quādo causa reducitur ad non causam.*

3 Rescripta † principis sunt stricti iuris: ideò non debent extendi. in c. Rodulphus extra de rescript. & not. Ange. de Are. in l. j. §. interdum. ff. a quibus appellare non licet.

2 Quando † causa reducitur ad non causam, competit repetitio soluti per condictionem sine causa l. si fullo. ff. de condictio. sine causa. & quod ibi notat Barto. & pro hoc est casus apertus secundum vnam lecturam glossæ in l. Iulianus verum debitorem. ff. de condictione indebiti. in gl. j. ibi,

ibi,& multominus. Et postea subdit, videtur redire ad non causam,&c.& hoc ibi sequitur Bar.ad literam in octaua col.in versi.& pro hoc dico,statutum est hic.&c. & de hoc casus apertus in l.eleganter.§.si quis post.ff.de condict.indebiti.in versicul.ideò condemnatus. Sed hic non videtur causa sequuta,cùm transactioni non stetit, &c.& facit bene d.l.si fullo.ista ponit Ange.de Aret.in l. fi.in fi.ff.à quibus appellare non licet.

DCXXXVI.

2 *Crimen obijciens si non probet, iniuriarum actione tenetur.*

1 Materiam † degradationis & modum qualiter fiat degradatio clerici vel presbyteri,plenè ponit ibi Angel.de Are.in tractatu suo de maleficiis,in glo.super verbo ibi: caput à spatulis.in versi.quid autem.& si est clericus qui commisit tale crimen,&c.

2 Ille qui obiicit † crimen contra aliquem, si non probet, tenetur actione iniuriarum:secundum Ange.de Perusio in l.iij.C.qui accusare non possunt.vt refert Ang.de Aret. in dicto tractatu suo de maleficiis.in gloss. super verbo, Necnon ad querelam,&c.& ibi dicit idem de Aretio, in principio dictæ glossæ,quòd ille qui instigat iudicem ad inquirendum,tenetur pœna Turpilliani:& cōdemnatur in expensis,si non probetur inquisitio.

DCXXXVII.

1 *Fructus percipit habitans in domo.*

2 *Litigantes pro litigando non debent exire de patria.*

1 Habitando † in domo quis dicitur fructus percipere.ff. communi diuidundo l.si quis præsentis.§.fine autē.not. Bald.de prohibi.feudi aliena.per Federic.in § præterea. ibi,pone,Comes decessit.

2 Iniquū † est quòd litigantes cogantur de patria exire pro litigando.vt dicit Bal.de prohi.feu.alie.per Fede.§.præterea.ij.vbi allegat multa iura.

DCXXXVIII.

1 *Suspicionem & fraudem facit cessare adiunctus iudici suspecto.*

2 *Leges & consuetudines generales nemini licet ignorare.*

1 Adiunctus † iudici suspecto facit cessare fraudem & suspicionem.no.Bal.vbi suprà proximè in quæstione,quæro si pares sunt suspecti,&c.

2 Sicut non licet † ignorare generales leges, sic non licet ignorare generales consuetudines·dicit Iac. de Are.in l. cunctos populos.C.de sum.trini.& Bal.in feudis, in titu. de consuetudine feudi.in rubrica.

DCXXXIX.

1 *Locationi duorum tenetur stare tertius.*

2 *Castra cum iurisdictione potest emere rusticus.*

1 Si tres † habent molendinum, duo volunt locare, alius nō vult:an ipse tertius habeat stare locationi duorum:dic q̄ sic.tamen si ipse velit ibi molere pro sua tertia parte, poterit.Sed si ipse nolit molere, tenebitur stare dictæ locationi:vt dicit Bal.in feudis, in tit.incipiunt constitutiones feudorum.

2 Rusticus † potest emere castra, etiam cum iurisdictione. dicit Bal.in feudis,in titulo de lege Conradi, in §.ex eadem.l.

DCXL.

1 *Auxilium bannito præstare dicitur aduocatus qui pro eo patrocinium præstat, & incidit in pœnam.*

3 *Falsum committit aduocatus qui reuelat secreta suæ partis.*

1 Aduocatus † qui præstat patrocinium pro bannito, dicitur præstare auxilium,& incidit in pœnam.Bar.in l.post legatum.§.sunt qui putant.ff.de his quibus vt indignis. & recitat Ang.de Are.in tractatu suo de maleficiis in gl. super verbis:& Andræam auxiliatorem,&c. circa principium.Et hoc facit contra vasallos qui aduocant contra dominum.ideò ibi dicit de Aretio, quòd sit cautus aduocatus, quòd petat licentiam præstandi patrocinium à iudice,vt euitet pœnam:idem in procuratore.

2 Crimen † læsæ maiestatis, hæresis, & simoniæ æquiparantur.notat gloss.in c.j.de censib.libro vj.in gloss.fin.notat Ange.de Are.in dicto suo tract.de malefic.super verbo: che hai tradito.

3 Aduocatus † qui reuelat secreta suæ partis, committit falsum. Angel.de Aret.ita dicit vbi suprà proximè.in fine gloss.

DCXLI.

1 *Interlocutoria est sententia super banno in crimine lata.*

2 *Tradere rem venditam tenetur venditor, si eam habeat penes se.*

1 Sententia † super bannimento in crimine lata,dicitur interlocutoria.Ange.de Aretio in tractatu suo super maleficijs,in gloss.super verbo,qui iudex videns, &c. & ibi tractat de annotatione bonorum.

2 Veritas est † quòd venditor tenetur præcisè rem tradere, si habet penes se,aliàs liberatur soluendo interesse:& opiniones circa hoc varias recitat Abb.Panor.in c.cùm Io. Eremita.extrà de fide instru.ibi,venio nunc ad gl.

DCXLII.

1 *Probare quis debet id ad quod se adstrinxit.*

2 *Visus sensus adaptatur ad omnem sensum.*

1 De clausula,circa † onus superfluæ probationis,facit mentionē Bar.& ibi dicit,quòd est vtilis,in l.diuus.ff.de re iudi.Et debet quis probare illud ad quod se adstrinxit, aliàs succumbere debet:vt ibi per Bart.& Doct.

2 Sensus † visus * adaptatur ad omnē sensum:ideò testis qui dicit,quia vidi,probat in vtroque sensu.glo.singul.in capit.testes.iij.q.ix not.Ange.de Are.in l.quod meo.§.si venditorem.ff.de acquir.possessio.

ADDITIO.

2 Sensus visus. Adde eundem Guido.infrà sing.dccxcv.nu.2. & Alud.de Albert.sing.clvj.

DCXLIII.

1 *Interpretationem de iure communi recipit statutum, licet loquatur generaliter.*

2 *Dominus agit pro damno dato in fructibus rei locatæ, & non colonus.*

1 Statutum † licet generaliter loquatur, recipit interpretationem de iure communi,per tex.cum glos.super verbo, per nuntiationem.in l.j.in prin.ff.de no.oper.nun.& ibi hoc no. Ange.de Aret.facit l.fi.§.in computatione.C.de iur.deliber.& l.vt gradatim.ff.de mune.& hono.

2 Colonus † non potest agere pro damno dato in fructibus rei per eum conductæ, sed debet dominus agere: veritas tamen est,quòd imò pro suo interesse:secundum Ang.de Are.ff.de no oper.nun.super rubric.& ibi recitat Bart. de hoc tetigisse,in l.si fur.ff.de vsufructu.

Et ibi plenè loquitur Angel.de Aret.de communi vsu loquendi:& dicit,quòd debet articulari:quia significatio verbi impropriatur ex communi vsu loquendi:vt ibi de Aretio.

3 De genitiuo † an denotet dominium, etiā in statutis, ponit plenè de Aretio, vbi suprà.

DCXLIIII.

1 Monitus † soluere infra certum terminum sub pœna excommunicationis, pars potest terminum prorogare, & ante terminum prorogatum licet non soluat, nō erit excōmunicatus.Bart.& de Aretio in l.j.§.& post operis.ibi: tertio adde.ff.de ope.no.nun.

2 Sententia † quæ continet falsitatem facti, expressè est nulla.de Sabaiaco in sua repetitio.l.more maiorum.ff de iurisd.omn.iudic.

DCXLV.

1 *Verba in statutis propriè accipienda.*

3 *Interpretatio stricta in statutis pœnalibus facienda.*

5 *Dictiones olim & quondam, tempus præteritum denotant.*

1 In statutis † verba debēt accipi in propria significatione: vt dicit Ange.de Are.ff.de no.ope.nun.super rub.

2 Statutum licet generaliter loquatur,&c.vt s.sing.dcxliij.

3 In statutis † pœnalibus debet fieri stricta interpretatio.l. constitutionibus.ff.ad munic.no de Aret.vbi suprà.

4 Consuetudo † cùm non sit certa, debet probari.Ange.de Are.vbi suprà.

5 Dictiones,† olim,& quondam,de proprio significato significant tempus præteritum.l.eius qui in prouincia.ff. si cer.pe.notat de Aretio in l.j.§.opus nouum.ff.de noui operis nuntia.

DCXLVI.

1 *Libellus nouus dicitur quando in eo detrahitur vel additur de substantialibus.*
2 *Iniuria an dicatur personalis si quis aliquem arripiat per vestē vel capillos.*
3 *Donandi animum an videatur habere ædificans in re aliena.*

1 Quando in libello† detrahitur,vel additur de substantialibus,dicitur nouus libellus.de Aretio in l.j.§.opus nouū.ff.de oper.no.nun.
2 An dicatur† iniuria personalis, si quis arripiat aliquem per vestem vel capillos,vide de Aretio in l.j.§.hoc autem edictum.ff.de ope.no.nun.
3 An ædificans† in re aliena videatur habuisse animum donandi?vide de Aretio in l.j.§.nunc videamus.ff. de noui ope.nuntia.

DCXLVII.

1 *Testes ex officio iudex non dicitur examinasse post didicita testificata,quando pars eos nominauit.*
2 *Iudex in causis piis potest supplere in facto.*

1 Iudex† non dicitur ex officio suo testes examinasse post didicita te[st]ificata.quando pars nominat testes iudici: secundum Roma.vt refert de Aretio in l.iij.§.hoc autem iudicium.ff.de dam.infect.licet Bal.dixerit contrarium, vt ibi refert de Aretio.
2 Causa ecclesiæ † dicitur pia causa: & ideò iudex in causa ecclesiæ sicut in alia pia causa potest supplere in facto, secundum Roma.vt refert Ang.de Are.in l.iij.§.hoc autem iudicium.ff.de dam.infe.ibi,quinto addes.Vltra ibi dicit in versiculo,loquitur aliud secundum Ludoni.ꝙ cùm minor & respublica æquiparentur ecclesiæ.l.imperatores.ff.de re iud.& ibi gl.ꝙ in causa minoris vel reipublicæ tanquam pia,iudex posit supplere de facto.quod non recordatur aliàs legisse de Aretio.

DCXLVIII.

1 *Processus an poterit inchoari contra procuratorem qui acceptauit mandatum generale in vna causa.*

1 Si procurator† acceptauerit mandatum generale in vna causa,an poterit postea inchoari processus contra eundem procuratorem,vel an sit necesse quòd dominus citetur?Dic quòd processus potest hoc casu inchoari in personam procuratoris.ita tenent Bar.& Ange.de Aret.in l.si finita §.Iulianus.ff.de dam.infect.Et ibi tractat de Aretio materiam citationis.
2 Sub amisione† causæ quis potest se obligare.tenet Ioan.And.in nouella,in c.præsentium.in j.col.

DCXLIX.

2 *Creditor an dicatur,cui debetur ex delicto vel legato.*
3 *Dictionis mox,acceptio.*
4 *Solui aliud pro alio an possit creditore inuito.*

1 Si testis† dicat scio,quia vidi instrumentum debiti, non probat eius depositio,nisi doceatur de instrumēto.Bart. in l.j.ff.si cer.pe.ibi,iuxta prædicta quæro,&c.
2 An ille cui† debetur ex delicto vel legato dicatur creditor, vide Bartol.vbi suprà proximè, ibi ;iuxta prædicta quæro.
3 Dictio mox†,accipitur pro statim, nisi causa cōtrarietatis euitandæ Bar.ita dicit in d.l.j.si cer.pe.in fi.
4 Vtrum† aliud pro alio solui posit inuito creditore? vide plenè per Bar.in l.ij.ff.si cer pe.in prin.

DCL.

1 Qualiter debeant† testes concordari, si vnus testis dicat ante nuptias,alius dicat post nuptias.vide Bar.in l.ij.§.fi. ff.si cer.pe. ibi:secundo modo potest intelligi.
2 De habente† mandatum ad recipiendum pecunias mutuo,an sufficiat quòd procurator cōfiteatur habuisse mutuum,vt posit agi contra mandantem.Barto.quòd non in l.ij.§.fi.in fi ff.si cer.peta
3 De illo† qui recipit pecuniam mutuo vna manu, & alia manu ibidem restituit,vide plenè per Bar.in l.singularia. ff si cer.peta.
4 De pecunia† quam capiunt consules mutuo nomine vniuersitatis,qualiter conueniantur ciuitas vel cōsules,vide l.ciuitas.& ibi Bar.ff.si cer.pe.
5 Instrumenta† de nouo reperta possunt produci in causa etiam post conclusionem : & probatur de nouo reperta per iuramentum:ita dicit Bart.in l.admonendi.ff.de iureiur.circa prin.
6 Si debitor † sit alternatiuè obligatus soluere, vel tenere hostagia,creditor potest nihilominus compellere debitorem ad soluendum :quia illa clausula de hostagiis est apposita in fauorem creditoris:ita dicit Barto.in l.j.ff.de leg.commissoria.

DCLI.

1 Quòd inhibitiones† quæ quotidie fiunt per curiales,qui prohibent debitoribus debitorum, ne eis soluant ,quæ prohibitiones seysinæ appellantur, valeant tales inhibitiones,quando persona debitoris est suspecta:dicit Bar. in l.mulieri.in princip.ibi:& est ista lex in ar.&c.ff.de leg. cōmissoria.Nec dicitur ista inhibitio sequestratio ,quia non ponitur penes certum:si enim debitu poneretur penes certum,tunc esset sequestratio,vt ibi dicit Barto.Sed cum cautione per debitorem præstanda inhibitio quæ seysina appellatur,debet tolli,vt ibi dicit Bar.in d.l.mulieri.ibi:sed pone quòd præcedente,&c.
2 Nota† pro seysinis quæ quotidie fiunt quòd valeāt,quando persona est suspecta,sed cum cautione tollitur.Viij casus,in quibus non sunt prohibitæ seysinæ,vide Io.Ferrarii in titu.forma sequestri.
3 Causę propter† quas iudex procedere potest ad talē prohibitionem quæ seysina appellatur,sunt,si debitor meus sit magnus bararator,vel est in fuga,vel est prodigus,vel propter inopiam:ita dicit Bar.in d.l.mulieri.ibi, quæro, an baonum sit de iure communi,&c.
De hac materia vide in decisionibus parlamenti, quæst. ccxlvj.
4 Si aliqua† res ponatur in aresto,quod vulgariter dicitur sequestrum per iudicem ex aliqua ex dictis causis, si fiat interim alienatio:talis alienatio est nulla,vt dicit Bar. in d.l.mulieri.ibi,& ita &c.
5 Durāte† aresto facto in pecunia per me debita,quòd arestū seysina appellatur,non possum conueniri à creditore meo:secundum Bar.Oldra.Iac.de Are.& doct.in d.l.mulieri.in fine.

DCLII.

1 *Bona fides inter mercatores prædominatur.*
3 *Monasterium succedit illud intranti si moriatur infra annum.*

1 Inter mercatores† debent negotia decidi bona æquitate,nec debet opponi contra eos illa exceptio,ꝙ non interuenit stipulatio ,sed fuit pactum nudum:ita notabiliter dicit Bar.in l.qui.atus ff.manda.in fi.
2 De medico† qui promisit aliquem sanare,si morbus reuertatur,an debeat habere totam mercedem: vide Bart. in l.Martius.ff.locati & conducti.
3 Ille† qui intrat monasterium potest exire infra annum,& recuperat bona:sed quid si moriatur intra annum:dic ꝙ succedit ei monasterium.Bartol. in l.quoniam. ff. de in diem adiectione.

DCLIII.

1 *Matrimonio constante non currit præscriptio contra vxorem in rebus dotalibus.*
3 *Ratio naturalis pro lege habetur,quando est præter legem.*
4 *Mulier in codicillis potest esse testis.*

1 Præscriptio† non currit contra vxorē cōstante matrimonio in rebus dotalibus C.de iure dot.l.in rebus.§.omnis.& no.Goffredus in summa in tit.de præscript.in §. item matrimonium impedit.
2 Videor † fecisse, quod fecit ille cuius sum hæres.in l.Titius.§.pen.in fi.ff.de aqua plu.arcen.
3 Nota† ꝙ sufficit allegare rationem naturalem, & ꝙ pro lege

lege habetur. in l. In summe. §. denique. ibi, hoc æquitas suggerit, & si uti stricto deferamus. ad hoc facit. ff. de bonis damna l. cum rario. & ff. de excusa. tuto. l. scire oportet. §. sufficit. ibi, notabilis &c. & ff. de leg. j. l. si seruus legatus. §. qui quandoque. & extra de elect. c. j. in cle quod est verum, quando est præter legem: secus si cōtra legem. ff. qui & a quibus. l. prospexit. & ita no. per Io. And. extra de elect. c. ex eo. lib. vj.

4 Licet mulier † non possit esse testis in testamento, tamen potest esse testis in codicillo. gl. in l. qui testamento. §. mulier. ff. de testa.

DCLIIII.

1 *Absolutoria sequi debet contra non probantem.*
2 *Valorem rei non probat testis deponens quòd tantum dedisset.*

1 Si quis † agat ex mutuo, & non probet quòd numerauerit, vt proposuit, sed probet quod per alium numerari fecit, sequi debet sententia absolutoria. arg. in l. j. § deieeisse. in fin. ff. de vi & vi armata. & ibi Dy. in quadam postilla lib mei.

2 Testis † qui deponit super valore rei, quod tantum dedisset, non probat valorem, nisi essent x. testes ita deponentes, quia tunc commune pretium diceretur: ita dicit Io Ferra. in tit. libellus in act. reali. in ix. col. super verbo, in florenis x. pro damno. & vide infrà sing. dcccxxxvij.

DCLV.

* De hominibus † qui se congregant, & machinantur contra eorum dominum, facit mentionem Archi in c. constitutionem. de verb. sig. & dicit quod non est licitum, sed prohibitum: licet ibi loquatur de religiosis. sed illud trahitur in simili ad homines bene meritos. vide de Zabarel. in cle. pastoralis. de sententia & re iudi.

* An valeat † sententia in absentem lata, si pro absente proferatur: vide plenè per Ange de Aretio, in l. furioso. ff. de re iudic.

DCLVI.

1 *Iuramento possunt terminari causæ summariæ.*

1 Causæ summariæ † modici aut nullius præiudicii possunt iuramento terminari, secundum Barto. vide pleuè Ang. de Aretio in l. à diuo Pio. § si super rebus. ff. de re iudicata. & Cyn. in l. si quis pro redemptione. C. de donatio. & de hoc iure scripsi in decisionibus parlament. q. dciiij. & quæstio. dcxiiij.

2 In pari causa † melior est conditio eonuenti. ff. de verbo. oblig. l. si seruum. §. sequitur.

3 Appellatio † suspendit pronuntiatum. ff. ad Tert. l. j. § fi. & in l. iij. C. de appella.

DCLVII.

1 *Exceptiones executionem sententiæ impedientes.*
2 *Sententiæ executio impeditur si instrumentum solutionis reperiatur.*

1 Octo † vel nouem exceptiones quæ impediunt executionem sententiæ, ponit Spe. in tit. de exceptiou. §. dicto de dilatoriis. versi. sed quid si in principali. ponit etiam glo. in l. j. C. de iur. & fact. ignor.

2 Si post sententiam latam † quæ transiuit in rem iudic. reperiatur instrumētum solutionis debiti, an possit repeti. Spe. in tit. de senten executio. in §. postremò. iu versi. illud autem. tenet quod sic. & dicit quòd non solutum potest retine ... & sic impeditur executio sententiæ.

3 Si debitor † non habeat pecunias a pro soluendo credito-
a ri, an offerendo de bonis suis ad electionē creditoris liberetur: vide plenè Io. Ferra. in tit. forma libelli responsionis in actione hypothecar. in gl. super verbo, exceptionem solutionis. vbi tenet quòd sic. Et ibi vide, an possit renunciari cessioni bonorum.

ADDITIO.

a Non habeat pecunias. Adde eundem j. sing. dcccexlj.

DCLVIII.

1 *Testes duo sufficiunt in declaratione voluntatis testatorum.*
2 *pro Debito fiscali an quis incarceretur.*

1 Coniectura † in vltimis voluntatibus probatur per duos testes: Similiter in declaratione voluntatis testatorū sufficiunt duo testes. Bal. Salic. in l. quamuis. C. de impube. & aliis substit.

2 An pro debito † fiscali vel priuato quis possit incarcerari, vide plenè Io Ferra. in titu. forma executionis sententiæ, in ix. col. ibi: Addo & quintum remedium, &c. & ibi plenè distinguit. & Auge. Are. Insti. de actio. § eo quoque. Vide j. sing. dccxxxv. nu. 2.

3 Iuramentum succedit † in locum probationis testium vel instrumentorum. tex. in l. in contractibus. §. illo. C. de fide instru.

DCLIX.

1 *Executionem an mandari possit sententia contra procuratorem. 3.*

1 An instantia † ante sententiam, &c. vt suprà singulari cccccxxxj.

Quærit Io. Ferrarii in tit. form. execut. senten. iu glos. j. an

2 sententia † possit mandari executioni contra procuratorem litis: & dicit quod non, sicut & contra tutorem, & curatorem, vel similes. l. iiij §. tutor. ff. de re iudi. & l. Paulus. & l. procurator. ff. de procur.

3 An sententia † possit mandari executioni contra procuratorem, vide Ange de Aret. in l. si fe non obtulit. ff. de re iudi. vbi dicit quòd cōtra procuratorem, vt in rem suam potest sententia mandari executioni. Item etiam potest sententia ferri contra illum, qui suscepit defensionē causæ. vide Ioan. Andreæ. extrà de fide instrumen c. inter dilectos.

4 Vide hoc † per Spec. in tit. de sentent. executio. § sequitur. versi. sed pone. & per gl. & Bar. in l. qui solidum. §. etiam. ff. de lega. ij.

DCLX.

1 *Executioni potest mandari sententia contra illum qui se sponte liti obtulit.*
2 *Lites abbreuiare boni est iudicis.*

1 Si quis sponte † obtulit se liti sine mandato pro alterius defensione, potest contra eum sententia mandari executioni: vt d. l. iiij. in prin. ff. de re iu. facit l. si qui se obtulit. ff. de rei vend. hoc ponit Io. Ferrarii, vbi suprà pro xi. iu fi. Circa hoc dicit Bar. in l. liberto. ff. de neg. gest. nor. quod ille qui venit ad plenam defensionem causæ, condemnatur in eius personam, & debet dicere iudex, cōdemno te defensorio nomine Titii. idem dicit Innoc. in c. cūm super. de re iudi. vt refert Bar. vbi suprà. Et dicit Ange. iu auth. vt omnes obedient iudicibus. in fi. quòd quando post litem contest. quis se obtulit liti pro alio, & non comparet principalis, debet sententia contra vtrunque ferri. Et hæc dicta Bar & Inno. possent intelligi, quando quis se offert liti de mādato partis, alioer si quis offerat se liti sine mandato, sententia non esset ferenda contra illum qui se obtulit liti. sed contra principalem: ita intellige dictum Ferrarii vbi suprà.

2 Boni † iudicis est lites abbreuiare. ff. si cer. pe. l. quidā. extrà de resti. spol. c. frequens primo responso.

DCLXI.

1 *Præfecti prætorio dignitas & excellentia.*
2 *de Iurisdictione regis intelligitur esse quicquid est in regno.*

1 Præfectus † prætorio secundū aliquos est, qui immediatè subest principi, & præest omnibus iudicibus aliis, & excellentior est omnibus magistratibus. Et ista trina specialitate lætatur. Primò, quia ab eo non appellatur. secundò, quia minores contra eius sententiam non restituuntur. tertiò, quia potest condere leges & cōstitutiones. Ista ponit Spe. in tit. de iurisdi. om. iudi. circa prin.

2 Quicquid † est in regno, vel comitatu aliquo, intelligitur esse de iurisdictione Regis vel Comitis, nisi contrarium ostendatur. istud ponit Spec. in dicto titu. de iurisdi. om. iudi. circa prin.

DCLXII.

1 *Mitti in possessionem ex testamento vel ab intestato petitur per officium iudicis.*
2 *Officium iudicis dilatione pendente cunque quæsitis.*

1 Per officium † iudicis petit quis se mitti in possessionem ex testamento vel ab intestato. ff. de bonorū possef-

ßo.l.ſi cùm patronus.§ bono.poſſeſ.no.Spe.in tit.de officio omni.iudi.io§.ij.verſicu.item quando petitut dari coadiutor,&c.

2 Pendente dilatione[a]†officium iudicis conqnieſcit.in c. ſignificante.de appella.

ADDITIO.

a Pendente dilatione. Adde quòd licet pendente dilatione officium iudicis conquieſcat.l.à procedente.C.de feriis. nihilominus tamen iudex poteſt prima dilatione durãte dare aliam dilationem,quæ incipiat poſt terminum primæ dilationis. vt no.ff de acquiren.hæredit.l.quandiu.per gloſſ.ordi.& latius per Bartol.

DCLXIII.

1 De inuocatione†auxilii iudicis alterius territorii in qno res eſt ſituata,& de quibus ipſe poterit cognoſcere, vide plenè per Io.Ferrarii in titu.de forma executionis ſententiæ.io iiij.col.verſi.v.quæritur.& q.ſequen.& dixi in deciſio.parla.q.dclxxiij.

2 Quoties † competit ordinarium remedium, ad extraordinarium non eſt tecurrendnm.ff.de minoribus.l.in cauſæ.

3 Iudex debet†cuncta rimari.extrà de fide inſtrum.c.cùm Io.eremita in fi.C.de iudic.l.iudices.

4 Iudex debet†ſemper habere æquitatem præ oculis.l.quæ ſi Epheſi.ff.de eo quod certo loco.

5 Iudex†debet punire eum,qui impedit ſuam iuriſdictionem.Specu.in titul.de offic.omnium iudi.in §.deſeruit. in fine.

DCLXIIII.

1 *Spoliatus ante omnia reſtituendus.*
2 *Dominium ex inutili contractu transferri.*
3 *Fama mortem probari.*

1 Qui ſpoliat†reum aliqua re, reus non reſpondebit, niſi reſtituatur:& hoc ſiue cauſa ſit criminalis ſiue ciuilis. in c.frequens de reſti.ſpo.& in c.conquerente.

2 Ex inutili†cootractu transfertur dominium.no.ff.de dolo.l elegantet.§.j.

3 Mors†alicuius probatur per famam.no.Spe.in tit.de actore.§.j.verſi.ſed quid ſi ille eſt alienigena.

DCLXV.

1 *Retinere an poſſum animalia donec mihi ſit ſatisfactum de dãno.*
3 *Falſi tenetur vtens ſcienter falſo inſtrumento.*

1 An poſsim†retinere animalia capta in poſſeſsione mea damna inferentia, donec ſit mihi ſolutum de damno? vide Specu.in titul. de acto.§.j.verſicul. ſed pone, inuenio pecudem.

2 Epiſcopus†diſpenſat ſuper iuramento. vide Spe.in tit.de legato.§.nunc oſtendendum. verſi.item Pap.no.& ſcripſi in deciſio.parla.q.

3 Qui ſcienter†vtitur falſo inſtrumento, an teneatur de falſo. Spe.in tit.de inſtrumen.edi.§.nunc autem.

4 De ſcriptura†priuata, vide Spe.in tit.de inſtru.edit.in §. nunc dicendum.verſi.illud etiam no.

DCLXVI.

1 Si duo†tutores citati, vnus neget,& alius confiteatur, cuius confeſsioni ſtabitur? vide Specu.in tit. de tutore.§.fina.in fin.

2 De ſex caſibus†in quibus vaſallus debet iurare domino, facit mentionem Spe.in tit.de feudis.§.j.verſi.& nota quòd vaſalli comitum.

3 Qualiter†accipiatur verbum, ſæpè?[a]dic quòd de duabus
a vicibus.vt not.Specu.in tit.de inquiſitione.§.primo.circa princip.

4 Pro iuribus†ſingularium perſonarum non eſt procedendum per inquiſitionem, ſed via accuſationis.Spec. in titu.de inquiſitione.§.quanto.verſic.item fit inquiſitio in caſibus.

ADDITIO.

a Verbum ſæpè. Adde eundem Guid.P.ſing.xciij & ſing.ccclix.

DCLXVII.

1 *Ratificari poteſt ſententia lata cum falſo procuratore.*

1 Sentẽtia lata†cum falſo procuratore, ſiue ſit lata pro me ſiue contra me, poteſt ratificari: vt plenè per Ang.de Are. in l.ſi ſe non obtulit.ff.de re iudi.& iſta eſt communis ſententia ſecundum Rapha.vt ibi refert de Are. licet gloſſ. tenuerit contrarium, in l.ſi tutor. C. in quibus cauſis in integrum reſtitu.non eſt neceſſaria. quæ probatur vt ibi per de Areti. vide Bart.in l.licet.ff.de iudi.in libr.meo in margine.

2 Ille qui†promiſit aliquem indemnem ſeruare, non poteſt conueniri, niſi prius principali excuſſo: vt dicit de Aretio poſt Bartol.in l.ſi ſe non obtulit.§.final.in fin.ff.de re iudic.

DCLXVIII.

1 *Proceſſus quando reddatur nullus ob iuramentum calumniæ non præſtitum.*
2 *Secundum decretum poteſt concedi in alia re debitoris, creditore miſſo in poſſeſſionem in vna re.*

1 De iuramento†calumniæ quando reddat proceſſum nullum, dic quòd poteſt remitti facilè.in c.j.de iuramen.calumn.libro vj.ſed ſi pars petat præſtari, & non præſtetur, proceſſns redditur nullus.Bartol.& Ange.de Are. in l. in prouinciali.§.qui opus.ij.ff.de ope.no.nun.vide quæ plenius infrà ſcripſi ſing.dccxxxi.§.ſed quid reſpondebitur.

2 Creditor†miſſus in poſſeſsionem in vna re debitoris, poteſt in alia re debitoris fieri,& concedi ſecundum decretum. ita dicit Bar.poſt Iac.de But.in l.cùm vnus.§.fin. cũ l.ſequenti.per illum tex.ff.de bonis authoritat.iudi.poſſiden.idem dicit Bar.in l.ſi finita.§.Iulianus. ff.de damn. infect.idem tenet Ange.de Are.in l.ſi ſe non obtulit.§.ſi ex conuentione.ff.de re iudi.

DCLXIX.

1 Quomodo † & quando poſsit ſtatui terminus alicui ad agendum vel accuſandum:& ſi fuerit contumax in termino, an amplius audiatur: vide l.Titia.& ibi Bart.ff.de accu.& l.ſi ea quæ.C.qui accuſare non poſſunt.& ibi gl. Cy.& Doctor.& Inno.& Canoniſtæ in c.tua.de ordi.cognitio.& plenè per Ange.de Are.Inſtitu. de exceptionib. ſuper rubric.

Cyn.Bar.& Bal.in auth.& qui iurat.C.de bon.autho.in-
2 di.poſsi.tenent,†quòd poteſt ſtatui terminus vlterius nõ auditutis.Sali.ibi tenet contrarium.

DCLXX.

1 *Verborum dedit, vendidit, & tradidit, ſignificatio, & effectus.& nume.2.*

1 De ſignificatione†horum verborum, dedit, vendidit, & tradidit, vide Barto.& Docto.in l.poſt dotem.ff.ſol.matrimon.& Bald.in l.prædia.ff.de acquirend.poſſeſsio.vbi dicit, quod per illa verba videtur data licentia emptori ingrediendi poſſeſsionem propria authoritate:& ſi res eſſet præſens, videtur tranſlata poſſeſsio. vide etiam de dictis verbis Albericum,& Doctor.in l.traditionibus.C. de pactis.vide Ioan.Ferrarii in forma libelli in cauſa venditionis.

2 Bar.in d.l.prædia.ff.de acquir.poſſeſ.dicit,†quòd illa verba, dedit,& tradidit, reſoluuntur, id eſt, confeſſus eſt ſe habuiſſe, recepiſſe,&c.ne notarius incurrat pœnã, iuxta gl.in l.ſi ex cautione.C.de non nume.pecu.

DCLXXI.

1 Iudex†poteſt partes inducere ad compoſitionẽ.no Spe. in tit.de offi.om.iudi.in §.deſeruit.ver.& generaliter.ibi, partes ad compoſitionem,&c.

2 Temerè†appellans efficitur infamis.no.Spe.in tit.de appel.§.nunc dicimus.in prin.

3 Continentia†cauſæ non debet diuidi.in c.j.de ſequeſtratione poſ.& fructuum.& l nulli.C. de iudiciis. vide infra ſing.dclxxv.nu.1.

4 Appellatione†creditoria etiam continentur illi quibus per fideicommiſſum debetur.l.j.in fin.C.qui manumit. non poſſunt.

DCLXXII.

1 Verba†debent intelligi ſecundum ſubiectam materiam. in l.fi.C.qui nõ poſſunt ad libertatem peruenire.ibi,non

priore

priore casu.

Donator † antequam tradat rem donatam, remanet dominus, in l.iij.C.de his qui à non domino manum. sunt.

3 Socer † non potest esse testis in causa generi vel nurus. Ange.de Are.in l.rei iudicatæ.§.socero.ff.solu.mat.quod credo procedere in causa criminali.

DCLXXIII.

Ange.de Are.in dicta l.rei iudicatæ § hæredi ff.solu. ma-
1 tri.dicit, † quòd si vasallus committat delictum propter quod debeat perdere feudum, quòd hæres domini non poterit opponere. Et ibi tractat de Aretio, si maritus nō opponat de adulterio, an hæres poterit contra vxorem opponere.

De dictione siue, vide Barto.in l.si quis ita stipulatus.ff de verborum obligatio.

2 Diuersitas † rerum facit obscurum legatum.in l ita fidei. ff.de iure fisci.ibi, cùm diuersitas rerum obscurum faciat legatum, &c.

3 Quòd lex tollatur † per desuetudinem, facit l.vetustissimam.C.de iur.domi.impe & ibi Cy.& doctor.

DCLXXIIII.

1 An mercatores † qui tenent notarios in earū familia possint facere recipi pro eis instrumenta vt valeant, & fides eis adhibeatur? dic quòd sic.arg in l.Lucius. in prin.ff.de milita.testa.& rationem huius vide per Bart. in l.si pater. ff.de fal.de hac materia vide in mercuriali Ioan. And.in c.cùm quis vna via.

2 Hæres † particularis, &c.pleniùs infrà singula. ccccccij. numero 2.

DCLXXV.

1 Termini extraiudiciales, † puta termini, quibus statuuntur inquātum fieri & posse redimi, sunt peremptorij & similes licet non dicatur per iudicem vel statutum: ita no. singulariter Barto.in l.si tempore.C.de conueniendis fisci debitoribus.lib.x.

In l.fin.C.de his qui ex publicis rationibus. lib.x.in text.
2 ibi, commodauerit.illud verbum † exponitur, id est mutuauerit, & sic impropriè. quod facit pro sustinendis libellis, & depositionibus testium, vel dictis mercatorum, qui proprio vocabulo non vtuntur: vt ibi dicit Bar.

DCLXXVI.

1 *Positiones quibus pars noluit respondere an habeantur pro confessatis.*

2 *Hæres institutus in vita sua censetur proprietarius.*

1 Si pars † nolit respondere positionibus, an debeant haberi pro confessatis? Cy.arguit pro & contra, & determinat in l.ij.C.de iuramen.calum. circa fi. & vide in c.ij.de confessis.lib.vj.

2 Si quis instituatur † hæres in vita sua, ex hoc non censetur vsufructuarius, sed proprietarius. vide plene per Bart. & doct. in l.fi.ff.de vsufructu earum rerum quæ vsu cōsumūtur vide l.fi.C.de lega. Item si alicui legetur proprietas, licet adiiciatur ad vitam, nihilominus dicitur legatū proprietatis, per tex.in d.l.fi.ff.de vsufructu earum rerū quæ vsu consumuntur.

DCLXXVII.

1 *Forum non sortitur viator ratione contractus.*

1 Viator † non sortitur forum ratione contractus, per tex. in l.hæres absens.in §.j.circa finem.ff.de iudic.ibi, durissimum est quotquot locis quis nauigat, vel iter faciens delatus est, tot locis se defendere.& not.per docto.in c.fina. extrà de foro competen.de consuetudine tamen possunt arrestari in loco contractus, donec præstiterint ibi cautionem de soluendo.

2 Testamentum † non potest rescindi conuentione partiū, nisi per iudicem hoc pronuntietur, vt not.gloss. & Bartol. in l.controuersia.ff. de transactionibus. Adde infrà singular.ccccccxlix.

DCLXXVIII.

1 *Sententiæ executionem impedit restitutio in integrum.*

1 Restitutio † in integrum impedit executionem sententiæ. quod intellige, nisi haberet altiorem indaginē.C.de sal.l. ij.& dixit Bar.in l.ij.C.si ex sal.instru.& in c.auditis. extrà de resti.in integ.& ibi bonus tex.

2 Quidam homo † de partibus Franciæ, vbi est cōsuetudo, quòd vxor lucretur medietatem acquisitorum per maritum, contraxit matrimonium in hac patria Delphi. in qua non est illa cōsuetudo: modò quæro, an marito mortuo vxor lucrabitur medietatem acquisitorum in Francia, & in hac patria per maritum? dic quòd sic: quia spe-
a ctatur locus mariti, & cōsuetudo loci mariti: [a] vt in l.exigere dotem.ff.de iudi.& ibi Bar.loquitur de statuto, &c.& ibi speciale: licet aliàs secus: quia semper debemus inspicere locum contractus.in l.fundus.ff.de euict.& dic plenè per Bar.in l.j.C.de sum.tri.& fide catho. in j.q.vide Ioan. Fab.in proœmio Insti.vbi loquitur de consuetudine: & ibi dicit, quòd appellatione acquisitorum non veniunt donata, vel quæ ex successione obuenerunt: quia appellatione quæstuum non veniūt nisi illa quæ veniunt ex opera.in l.quæstus.ff.pro socio.

ADDITIO.

a Loci mariti. Adde suprà singular.cccccxviij §.vbi est consuetudo.

DCLXXIX.

1 *Iudicem laicum declinat clericus succedens laico.*

3 *Præiudicialis quæstio prius determinanda.*

1 Si clericus † succedat laico, potest declinare iudicem laicum per text secundum Barto.in l.hæres absens.in princi.ff.de iudiciis.

2 Quæstio † præiudicialis primò debet determinari. vt not. in l.ij.& iij.C.de ord.cogn.& C.de ordine iudiciorum. in l.j.& ij.not.Cy.in l fi.in fi.C.de fide instru.alleg.C.qui accusare non possunt.l.j.

DCLXXX.

1 *Restitutio in integrum denegatur minori renuntianti beneficio.*

1 Si minor xxv.annorum † renuntiauerit beneficio, non restituitur in integrū: quia in beneficialibus vt maior admittitur, & agit, & conuenitur, vt notat gl.in l.ait prætor. in prin.super verbo, aliud.ff.de minoribus. Idem not. in cap.ex literis.extrà de restitutio.spolia. & ibi vide casus, in quibus minor reputatur maior. Et vide per Innocent. in cap.indecorum.extrà de ætate & qualitate qualiter minores beneficiati possunt agere & conueniri, & an sint in potestate patris.

2 Continentia causæ, &c.vt s̄.sing.dclxxj.nu.3.

3 Reus † debet respondere per se sine instructione aduocati. not.Specu.in titu.de interrogationibus quæ fiunt ante litis contesta.in §.j.in fi.

DCLXXXI.

1 Testis † debet dicere pro vtraque parte, nisi super certo articulo sit receptus.not.Spe.in tit.de teste.§.iam de interroga.in ver.in summa no.&c.allegat C.de episco.& cler. authen.sed iudex.xiij.q.v.non sane.

2 Qualiter debeant † deponere testes ad probandum interesse singulare, vel commune, vel etiam expēsas? no. in Specul.in titu.de fructibus & inte.esse.§.viso. versic. sed qualiter.& sequen.

DCLXXXII.

1 *Tutrix filiorum suorum non remanet mater conuolans ad secundas nuptias.*

1 Mater data † fuit tutrix in testamento suis liberis quandiu vixerit, & fuerit in humanis, ipsa conuolauit ad secūdas nuptias, vtrum remanere debeat tutrix? credo quòd non: quia postquam ipsa cōuolauit ad secundas nuptias, mox repelli debet a tutela in authen. vt sine prohibi.matres debitric.& credi.tut. mino.um gerant.§.quia verò. ibi mox, &c.in authen. sacramentum.C. quando mulier tutelę officio fungi potest.& est ratio, quia lex amplius de ea non confidit: imò præsumit, quòd vitæ liberorum insidiabitur.l.lex quæ tutores.§.fi.C.de admini tut.& ideò petat ne ex post liberi sui penes eam, postquam ad secundas conuolauit nuptias, & ita vitricum eis induxit, educantur.l.j.iuncta gloss.ij.C.vbi pup.educari debeat. Nec

iudex habet isto casu sequi volūtatem testatoris, qui eam decreuit nutricem quandiu vixerit, pro eo, quod lex tali casu de matre dissidit.l.in confirmando.& l.vtilitaté.ff. de confirmando tutore. vtilitatem enim pupilli prætor sequitur, & non scripturam testamenti, vel codicillorum. Si enim testator cogitasset, quòd ipsa ad secundas nuptias conuolasset, ipse sic de ea quandiu ipsa viueret, non prouidisset: quia igitur in eodem statu non remansit, sibi tutela remanere non debet. argumen. in l.cùm quis.in princip.ff.de solut.

2 Ex affectione † rei cadit æstimatio. in l.libertus. in fi. ibi, sed affectu sit æstimandum, &c.ff.de bo.liber.

DCLXXXIII.

1 Qualiter † absens possit cōdemnari, vide Bar. in l.pen.§. ad crimen.ff.de publ.iudi.& vide Ang.de Are. in tractatu suo de maleficiis. in glo. super verbis, qui iudex videns, quòd inquisiti non comparent, &c.

2 Filius † nō habet ius in legitima viuēte patre. Bar. in l.j.§. si impuberi.ff.de colla.bonorum.

3 Libellus † talis, à te peto x. quia promisisti: vtrū valeat? dic quod non: quia promissio non est causa. ita dicit gl. in l. ij.§.circa.ff.de excep.dol. idem ibi Bar. vide Bar. in l.cùm de indebito. in fi ff.de probatio.

4 Si quis scribat se debere † ex aliqua causa, licet non promittat, tamen videtur promisisse soluere. Bar. in l.tutoré. in n.ff.de testamen.tutela.

DCLXXXIIII.

1 De submissione † per aliquem facta quòd possit conueniri in omnibus curiis, vide Bartol. in l.Titium. in q.j.ff.de admi.& peri.tut.

2 Vbi excommunicatio † non tenet, se ingerens in diuinis non incurrit irregularitatem, secundum Inno. in cap.ad præsentiam. extrà de appel.

3 Excommunicatus, † &c. vt suprà sing.cccxcv.nu.3.

DCLXXXV.

1 Iniuria æstimatio an debeat fieri per iuramentum agentis.

2 Interesse & expensa sunt diuersa.

3 Aetas legitima qua dicatur.

1 Aestimatio † iniuriæ an debeat fieri per iuramentū agentis, vide in l.iniuriarum.ff.de iniur.

2 Expensæ[a] sunt † vna species separata ab interesse. not. Specu. in titu.de fructibus & interesse §.viso. versi. in summa. cap.cum olim Abbas.de offic.delega.cap. ad nostram.j. de iureiurand.

3 Legitima † ætas in contractibus dicitur in xiiij. anno in masculo, & in femella, in xij. in iudiciis verò dicitur in xxv anno. ista probantur in l.si curatorem, C in quib.causis in integrum restitutio non est necessaria.& in l.qui ætate ff.de testa.iuncta l.j.& ij.C.qui leg.person.stan.in iudicio habeant.

ADDITIO.

a Expensæ. Adde eundem Guido. infrà sing.dccciiij.

DCLXXXVI.

1 Si quis † fuerit oblitus interrogationem facere ante litis contestationem potest post litem contestatam petere. gloss. in l.qui petitorio.ff.de rei vendicatio.& Barto. in l. j.de interroga.actio.

2 De iocalibus an debeant † remanere vxori viduæ. Bart. in l.sed si plures.§.in arrogato.ff de vulga.& pup.& melius in l.in his.§.seruus.ff.solu.matri.

DCLXXXVII.

1 Quid de strenis † &c. vide suprà sing.cccxxvij.nu.1.

2 An pœna † criminalis possit in pecuniariam cōuerti. tex. quod sic, in l.quinque.de decurio.lib.x.

3 Commentariensis † qui cognoscit carnaliter mulieré sibi commendatam, debet capite puniri. Ioan. Fab. Instit. de public.iudic.§.item lex.

4 Testium † receptio etiam ante litem contesta. in causa inquisitionali valet, vt ponit Inno. in ca.veritatis. de dolo & contu. quod est singulare.

5 Dictio † vbi, facit conditionem. l.si ita scriptum.§.fin.ff. de lega.ij.

DCLXXXVIII.

1 De agente sine actione, † &c. vt suprà sing.ccclxxxv.nu.2.

2 De actione † inepta, vide gl. in l.sed si pupillus.§.si.& ibi gl. ff.de institoria & ibi dicitur, quòd agens actione inepta, debet in causa succumbere.

DCLXXXIX.

2 Testamenti solennitas an probetur per duos testes.

1 Notarius † condemnatus de falso, &c. vt infrà pleniùs singu dcclxxx.nu.2.

2 An solennitas † testamenti possit probari per duos testes, dic vt not. per Barto. in l.hæredes palàm. in princip.& ibi etiam per gl. ff.de testamen.& per gloss.& Iacob. de Butri. qui illam gloss. tenet. C. de bonorum possessio. secundum tabulas.

3 Sterilitas † quæ & quando dicatur aut etiam exiguitas, vide Bar. in l.si vno anno.§.vbicunque.ff.locati.

DCXC.

1 Sententia lata in rei vendicatione potest mandari executioni contra nouum possessorem.

4 Defensor si interuenerit, qualiter sententia concipietur.

1 Sententia lata † in rei vendicatione contra illum qui dolo desiit possidere, potest mandari executioni contra nouum possessorem. not. Cy. C.de alie.mut iud. causa facta. in l.j.in viij.q.& in l.& in certa forma.ff.vt in posses. legatorum.& l.iiij.circa fin.C.de pigno. vide de hac materia supra singu.ccccclxj.

2 Sententia † est nulla, si processus fuerit nullus. not. Specu. in titu.de sententia.§.penulti. versicu. item est nulla ratione processus.

3 An sententia † possit pro parte valere & pro parte non, vide tex. gl.& Bar. in l.etiam.j §.j.ff.de mino.

4 Si defensor † in causa interuenerit, qualiter debet sententia concipi, vide Bar. in l.j.C.de sen.& interlo.om.iudi.& Inno. in c.cum causa.ii. extrà qui filij sint legi.& Aug. de Aret. in l.si se non obtulit.ff.de re iudi.

DCXCI.

1 Si per modum † exceptionis fuit quæsitum de compensatione, non potest amplius excipi de compensatione, aliàs sic.ff.de compensa l.quòd si in diem.§.j.

2 Habetur † ratio lucri, quando quis cōsueuit mercari. de quo plenè supra scripsi, singu.cccccxxviij §.in §.cùm per venditorem, &c.

DCXCII.

1 Articulus † negatiuus probatur eo ipso quòd cōtrarium non probatur. text. in l.qui sub conditione.ff.de cōditio.& demonstration.& ibi vide plenè scripta per dominum Pet. Papæ.

2 Ablatiuus † absolutus facit conditionem. l.si testator.ff. de conditio.& demonstratio.& in l.si quis ita.§. si duo.ff. de statulibet.

3 Iudex nullitatum † potest absoluere, vel condemnare. l. verum.§.ex facto. in fi.ff de mino.

DCXCIII.

1 Licet in possessorio † non appelletur à diffinitiua, tamen appellatur à grauamine, vt si iudex nō velit recipere probationes, secundum Inno. in c.cùm olim. de testi. Attamen subiungit, quòd ab interlocutoria lata in possessorio iudicio bene appellatur.

2 Pendente † etiam termino compromissi, partes, aut altera ipsarum potest redire ad iudicem. ita vult gl. in c.significantibus. super verbo, infra terminum. extra de offi.deleg & ibi not. Io. de grassis in meis recollectis. tamen ibi dicit gl & idem de grassis, quòd redeundo ad iudicē pœna committatur, vide ibi pleniùs per eum.

3 Non est locus † pœnæ compromissi vtraque parte petente diffiniri coram iudice. iuxta l litigatores. in princip.& ibi sentit gloss.j.ff.de arbit.& Specu. eo. titu. in §.finitur. versi. item si litigatores.

DCXCIIII.

1 Si res † minoris, vel alterius, &c. vt suprà singula.ccccclxij. numero 4.

Vtrum † & quando omiſsio eſt neceſſaria ad aliquem actum ipſo iure, vel ope exceptionis? vide Bartol. in l.j.ff. de teſtamen.

DCXCV.

1 *Bona ſingulorum obligare non poſſunt conſules.*

1 Conſules † non habent poteſtatem obligandi bona ſingulorum, vt per Bar. in l. donationis. ij C. de dona. inter virũ & vxo. niſi expreſsè eis concedatur.

2 Si procurator † aliquem ſubſtituat, cuius periculo ſui aut domini dicatur ſubſtituiſſe? dic quòd periculo ſui: vt tenet Inno. in c. j. extrà vt lite non conteſta. Idem Bal. in l. q̃ quis. C. de procurator.

DCXCVI.

2 *Atteſtari debet notarius de additione quam facit inſtrumento.*

3 *Cognitioni ſummariæ renuntiatur per litis conteſtationẽ, & quando procedendum ſit ſummariè.*

1 Si notarius † faciat aliquam additionem inſtrumento, debet atteſtari idem notarius de dicta additione, ad hoc vt ſit probatoria. ita not. per gloſſ. & Barto. in l. j. verſicu. & ideò gloſ. ſuper verbo, ſuperſcripſerit. ff. de his quæ in teſtamen. delen.

2 De illo † qui ſe ſubmittit omnibus curiis, vide Bart. in l. Titium q. 1. ff. de admi. & peric. tut.

3 Per litis † conteſta. ſi fiat, renuntiatur ſummariæ cognitioni. vide Bar. in l. Chirographis. §. eo. ff. de admi. tut. ponit Archi. in c. non ſolùm. ſuper verbo, Innouata. de app. lib. vj. Vtrum & quando ſit procedẽdum ſummariè, & de plano, vide Dy. & Bar. in l. j. ff. de præto. ſtipu. & in extrauagan. Bar. ad reprimen. Quando cauſa patit plenum præiudicium parti, ipſa inuita non poteſt procedi ſummariè, Bar. in d. l. j. de præto. ſtipu.

DCXCVII.

2 *Citatio facit litem pendere.*

2 *Retractari debet ſententia lata cõtra ius litigatoris ſi æquitas ſuadeat, vel erronea probetur.*

2 Supplicatio † facit rem litigioſam, vt dicit Henri. Boich in c. cauſam. de teſti. Et citatio facit litem pendere, in cle. fi. vt lit. penden nihil innoue.

2 Sententia lata † cõtra ius litigatoris, ſi in rem tranſiuerit iudicatam, ſi æquitas ſuadeat, vel erronea probetur, retractari debet. in c. cùm inter. circa fi. extrà de re iudi. quod ſic tenere videtur Spec. in titu. de ſententia. §. fi. verſi. vel ſi lata contra ius litigatoris. pro hoc vide quod dicit Barto. in l. illicitas. ff. de offic. præſid. facit l. planè. circa medium. ff. de petitio. hæredita. & quod notat Barto. in l. j. §. hoc interdicto. ff. quod vi aut clam.

DCXCVIII.

1 *Cauſæ ſummariæ litis conteſtationem non requirunt, & quæ dicãtur cauſa ſummaria.*

2 *Verbum ſummariè, quid operetur.*

3 *Salarium ex iuſta cauſa iudex poteſt de nouo conſtituere.*

1 In cauſis † ſummariis non requiritur litis conteſtatio: Sed in cauſis ordinariis, in quibus ſummariè proceditur, requiritur litis conteſtatio, ad hoc vt proceſſus valeat. Idẽ tenet Barto. in l. dies cautioni. § penulti. in vij. q. de dam. infect. Et facit determinatio Rotæ Et ſunt cauſæ ſummariæ quæ habentur in l. iij §. ſciendum. in gloſſ. ff. ad exhibendum. & in clementin. diſpendioſam. de iudiciis. Et vide de hac materia in clemen. ſæpè. de verborum ſignificatio. Franciſcum de Zabatellis, in verſicu. porrò. in xiij. & xiiij. quæſtionibus.

2 Quid operetur † verbum ſummariè, quod in reſcriptis apponitur, vide Bar. in extrauag. ad reprimen. in Spe. in tit. de inquiſition. §. nunc tractemus. ver. quid igitur ſi in litera. & de Zabarellis, in cle. ſæpè. de verb. ſigni.

3 Iudex † de nouo poteſt conſtituere ſalarium ex iuſta cauſa. Bar. in l. comperimus. C. de naucula. lib. xj.

DCXCIX.

1 *Doli præſumptionem tollit proteſtatio.*

2 *Factum legitimè non vitiatur ex caſu ſuperueniente.*

3 *Expreſſum ſatis videtur, quod poteſt conſtare ex coniecturis.*

1 Proteſtatio † tollit doli præſumptionem, vt not. C. vti poſſidetis. l. j. & ff eo l. ſi duo. & in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. not. Bald. in authen. ſed cùm teſtator. C. ad legem Falcidiam. circa finem.

2 Quod legitimè † factum eſt, ex ſuperuenienti caſu non vitiatur. arg. in l. quid ergo. in prin. ff. de his qui not. infam. not. Bart. in authen. ſed cùm teſtator. C. ad legem Falcid. circa fin. etiam ſi res perueniat ad caſum, à quo incipere non poteſt, in c. x. de reg. iur. lib. vj.

3 Illud videtur † ſatis expreſſum, quod etiam per coniecturas conſtare poteſt. l. licet. in prin. ff. de lega. j. & de manu. teſta. l. ſi quis locuples. & vide conſi. cxxxv. Guido.

DCC.

1 Si fuerit † minor læſus defectu tutoris vel curatoris non reſtituetur ipſe, donec prius egerit ad intereſſe contra tutorem vel curatorem, ſi ſit ſoluendo. not. Ang. de Peru. in authen. de hæred. & fal §. illud quoque.

2 Agens ſimpliciter † quis præſumitur ſuo proprio nomine facere. ff. de iure fiſci. l. de eo. & not. ff. qui ſatiſda. cog. in l. ſciendum. §. toties.

DCCI.

1 De dolo † præſumpto, in l. dolus. ff. mandati. ff. de admi tuto l. qui ad peremptorium. in princ. ff. de pact. l. reſcriptũ. in fi. & l. tres fratres. & ff. de exceptione doli. l. j. in fi. & l. dolo facit. vbicunque deeſt bona fides, ſemper præſumitur adeſſe dolus. ff. de ſponſ l. bona. ex qua præſumptione fit condemnatio. vt ibi no.

2 Præſumitur † de præterito ad præſens. ff. quib. mod. pign. vel hypo. ſoluitur. l. ſuperuacuum.

DCCII.

1 *Trebellianicam an detrahat inſtitutus in re certa.*

3 *Facto probato præſumitur fuiſſe factum expenſis facientis.*

1 An inſtitutus † in re certa detrahat Trebellianicam, vide plenè per Bal. in auth. ſed cùm teſtator. C. ad le. Fal.

2 Et quando † hæres particularis habeatur loco hæredis, vel legatarij: vide plenè per Cy. & doct. in l. fi. C. de edicto diui Ariani tollendo. in hac materia vide Ioan. Ferrarij in titulo, libellus quo petitur hæreditas ex teſtamento. in gloſ. ſuper verbo, in omnibus eius bonis. vide ſuprà ſingular. cccccclxxiiij. nu. 2.

3 Probato facto † præſumitur factum fuiſſe expenſis facientis. not. Bald. in l. ſcimus. in §. in cõputatione. circa princ. C. de iure deliberan.

DCCIII.

1 Decima debet ſolui de palea: quia paleæ ſunt etiam de fructu. ita dicit Spe. in tit. de decimis. in §. vno. circa fi.

2 Ad verificationem † diſiunctiuæ ſufficit alteram partem eſſe verã. tex. & ibi Bar. in l. ſi ita quis ſtipulatur. ff. de verbo obli. & ibi dicitur, quòd dictio ſiue, eſt diſiunctiua. Et ad verificationem coniunctiuæ non ſufficit alterum fieri, ſed debet vtrunque adimpleri. ff. de verborum obliga. l. ſi quis ita ſtipulatus.

3 Negatiua † debet probari, quando eſt fundamẽtum intentionis eam proponentis. Bar. in l. in illa ſtipulatione. ff. de verborum obligationi.

DCCIIII.

1 Varians † condemnatur in expenſis. Bar. ff. de verb. oblig. in l. ſi quis ſtipulatus ſit. in principio. & Spe u. in titulo de libelli conceptione. in §. nunc contendemus. verſicu. item varians.

DCCV.

1 *Præueniſſe in proceſſu quis dicatur.*

2 *Proceſſus an valeat ſi procurator admittitur in cauſa criminali.*

1 Quis dicatur † præueniſſe in proceſſu, an ille qui verbaliter citauit, an ille qui perſonaliter dilationem cepit? dic quòd ille qui fecit realem citationem, vt per Ang. de Aretio in tractatu ſuo de maleficiis, in gloſſ. ſuper verbis, iudex commiſit quòd Caius prædictus citaretur. in fi. & vide de præuentione quæ plenè dixi in deciſionibus parlamenti quæſtio. ccij.

2 Procurator † qui non debet admitti in cauſa criminali,
2 iuxta l. penul. in §. ad crimen. ff. de publi iudi. ſi non fuerit repulſus, an valet proceſſus? ibi de Aretio in tractatu ſuo

maleficiorum, in gl super verbis, qui iudex videns quòd inquisiti,&c.in fi.dicit,quòd fit in fauorem inquisiti. alleg.gloss.in c.j.de iudi.lib.v.in verb.criminales.

ADDITIO.

a Procurator. Adde Bald. singular. lxxiij. Guliel. de Lud. singular.xcij.

DCCVI.

1 *Legatum factum pro filia maritanda potest peti præstita cautione de nubendo.*

2 *Contraria allegans agendo non est audiendus: secus defendendo.*

3 *Iudici licet suam iurisdictionem defendere.*

1 Si fiat legatum † pro filia maritanda, potest legatum peti præstita cautione de nubēdo.in l.sancimus.C.de nupt. & ibi vide Per.de bellapertica,& doct.

2 Allegans † contraria agendo non est audiendus : secus in defendendo, vel excipiendo. vide in l.j.& ibi docto.C. de fur.vide Dyn. in cap.nullus pluribus.de regu.iur. lib.vj.& in l.nemo.ff de regu. iur. & vide quæ dixi infrà singular. dcclxj.§.contrarius.

3 Licitum est † iudici suam iurisdictionem defendere.l.j.ff. si quis ius dicen.non obtemp.

DCCVII.

1 De monitione generali faciunt gloss & doct. mentionem in l.ciuile.C.de furtis. Sed quia quandocunque pars quæ impetrauit talem monitionem generalem pro aliqua re sua perdita, vel aliquo damno sibi illato in suis bonis, & possessionibus, postea impetrat literas ab officiali, in qua facit citare aliquem specialiter dicturum, cur nominatim non debeat excommunicatus pronūtiari: quæro an hoc possit de iure fieri? dic quòd non, causis subscriptis. Primò, quia fortè ille qui citabitur, non est de foro ecclesiastico. Item furtum, rapina, damnum illatum impetrāti, non sunt crimina ecclesiastica: vt patet in c.cùm sit generale.de foro compe. Item si per indirectum ecclesia traheret ad se omnem iurisdictionem secularem, contra c. nouit.de iudic. Item tales literæ generales monitoriæ, & excommunicatoriæ sunt ad conscientiam, non autē ad effectum exactionis, vt quis possit inuitus trahi ad forum ecclesiasticum. Item exemplo seruatoris Iesu Christi non est aliquis nominandus in specie. in c.si sacerdos. de offi. ordi. Ideò dicunt Innocen. Hostien. Ioan. And. & Butr. in d.c.nouit. quòd quando fiunt tales monitiones generales, sufficit ad euadendum de manibus iudicis ecclesiastici, quòd quis compareat, & dicat, ego teneo rem illā.illa ponit do. Ambro.de vignate in d.l.ciuile.stylus tamen curiæ officialatus Grationop.seruat contrarium.

DCCVIII.

1 *Fideicommisso vniuersali an veniat quod quis capit ex substitutione pupillari.2.*

2 *Testator non præsumitur velle filium duplici onere prægrauare.*

3 *Hæreditatis appellatione non continentur prælegata, nec pupillaris substitutio.*

1 An quod † quis capit ex substitutione pupillari, veniat in fideicommisso vniuersali? Sciendum est quòd cùm hæc quæstio accidisset in ciuitate Perusij, fuit commissa consulenda domino Raynerio.& eam refert Bald. in l.ex tribus.C.de inoffi.testa.& idem Bald.& Ange. in l.cum virum.C.de fideicom.& aliqui etiam in l.Marcellus.§ quidam ex disparibus.ff.ad Trebel.& in l.ita tamen.§ qui suspectam.eo.titu.& alij in l.Scæuola.ff.eo.ad Trebel.& arguendo ad partes, primò videtur quòd sit restituendum quicquid percipitur ex pupillari substitutione. primò per casum dictæ l.cum virum. arguendo de eo quod percipitur ex prælegatis ad id quod capitur ex pupillari substitutione. secundò per dictum §.qui suspectam. Tertiò per l.Marcellus.§.quidam ex disparibus.eo.titu. & l.Lucius. §.tres hæredes.eo.titu.cum simi. In contrarium facit l.si Titius ex parte.ff.de lega.iij.& argu. in l.pater.§.quindecim.de leg.iij Breuiter pro concordia iurium suprà allegatorum concludit Ange. in d §.qui suspectam. aut per verba vniuersalia quis est rogatus restituere quicquid &c. & hoc casu restituendum est etiam quod capitur ex pupillari substitutione. ita intelligitur d.l.cùm virum.suprà alleg.& ad idem l.Lucius.§.tres fratres.suprà alleg. Si verò verba essent particularia, non egrederentur particularitatē.l.si vnus.§.ante omnia.ff.de pact. Si verò verba essent indefinita, puta quia dicit testator Et si dictus filius meus decesserit sine liberis, bona mea deueniant ad talem: tūc perinde est, ac si dixisset portionem suam &c. ideò hoc casu non veniet quæsitum ex pupillari substitutione: quia non fuit portio sua. sed portio pupilli. allegat l.qui fundū. § qui filius.ff.ad legem Fal. melius facit d.l.pater.§.quindecim.ff.de lega.iij.& quod not.Bart.in dicta l.Scæuola. ad finem ff.ad Trebel. Et pro hoc etiam facit secundum

2 Ange. quia non est † verosimile testatorem voluisse filium duplici onere prægrauare.l.licet Imperator.ff. de lega.j l. Titia.§. quod inuita.ff.de legat.ij. Et maximè hæc vera, quando solùm vltimus moriens per fideicommissum erat grauatus: quia per illa verba indefinita videtur solum rogatus de restituēdo portionē suam.vt l.Marcellus.§.quidam.ff.ad Trebel Et per præmissa etia videtur clarum, quòd etiam vbi testator diceret, quòd hæreditatē tali re-

3 stituat: Nam hæreditatis † appellatione non continentur prælegata, vel fideicommissa: & per consequens nec pupillaris substitutio l.si Titius.ff.de lega.iij.licet dubiū staret, quando substitutio esset facta per verbum substituo, vel per verbum commune, vel aliàs obscurum, an tunc in restitutione huius fideicommissi veniat captum ex pupillari substitutione: & hoc casu adhuc cōcludit Raynerius, quòd non restituatur quod capitur ex pupillari. argumēto in l.qui concubinam.§.cùm ita ff.de legat.iij. Et quia tanquam hæres videtur quis grauatus de restituēdo, & sic de portione hæreditaria.l.qui plures.ff.de vulga. & pupil. l.Pamphilo.in prin.ff.de lega.iij. Et sic patet quòd considerãda sunt verba fideicommissariæ substitutionis, an sit facta per verba vniuersalia, vel particularia, vel indefinita. Et hanc opinionem etiam voluisse videtur Barto. in l.Scæuola.ff.ad Trebel.licet contrarium dixisse visus fuit ipse Barto.in dicto §.qui suspectam.& in l.hæredes mei.§. cum ita.in contrarium.l.Titia.& l.Marcellus.§.quidā.ad Trebel vbi voluit Barto.quòd si grauamen sit factum de restituendo portionem suam, dummodò non dicat hæreditariam, vel si sit factum per verbum indefinitum bona sua,&c. quòd tunc veniunt quæsita ex pupillari substitutione, vel fideicommissaria. Sed §.qui suspectam. qui solet esse eius fundamentum, facit potiùs in oppositum. ibi Rapha Cuma. est etiam contra Barto.& pro hac parte cōtra Bar. etiam facit ratio quam allegat Bal.in l.ex tribus. C de inoffi.testa.quia sequeretur quòd venirent etiā bona pupilli, si quæ habuisset, quod est absurdum, & cōtra l. cohæredi.§.cum filiæ.ff.de vulga & pupil.

DCCIX.

1 An filia † quæ quittauit bonis paternis, cōputetur in numero liberorum, vt faciat partem, licet non admittatur ad partem? dic quod facit partem, & ponitur in computatione legitimæ cum aliis liberis: sed non admittitur ad partem: vt plenè dixi in tractatu meo, qui intitulatur, tractatus super detractionibus fiendis in restitutione fideicommissi. &c.

2 Donatarius † non tenetur subire onera hæreditaria.l.mulier bona.ff.de iure do. vide de hac materia, in l.hæres alieni.C.de donatio.

DCCX.

1 *Missio in possessionem non habet locum, vbi aliter quæstio principalis potest determinari.*

2 *Iudex an debeat impartiri officium parte non petente.*

1 Mittere † in possessionem est extraordinarium auxilium, nec vnquam habet locum missio regulariter, vbi potest aliter principalis quæstio expediri. Archi. in c vno. de eo qui mit. in poss. causa rei seruan. lib. vj.

2 An iudex † debeat, siue possit impartiri eius officium parte non petente? vide plenè Ioan. Ferrarij, qui distinguit in primo libello sui libri in gloss. super verbo, Quatenus ex officiis.

DCCXI.

1 *Testamento rupto an rumpantur codicilli.*

Expensarum

2 *Expensarum taxationem per seipsum non reuocat iudex qui eas taxauit.*

1 An codicilli † rumpantur rupto testamento : vide plenè Ioan. Ferrarij in titulo, forma libelli super legato rei singularis. in gl. super verbo, non valet vel valebit. & ibi tractat plenè de materia dictæ clausulæ codicillorum, super verbo, valere debeat iure codicillorum.

2 Si iudex † videat, quòd malè vel iniquè taxauerit expēsas, ipse nec potest per seipsum dictam taxam reuocare: secūdum Innocen. vt refert Ioan. Ferrarij, in titu. in actione reali forma libelli, in gloss. super verbo, in floren. decem pro damno. in fio.

DCCXII.

1 *Tabellionibus pluribus magis creditur quàm totidem testibus.*

1 Magis † creditur pluribus tabellionibus deponentibus, quàm totidem testibus non tabellionibus. not. singu. Bal. in authen. sed cùm testator. C. ad leg. Falc.

2 De filio † qui abstinet ab hæreditate patris, vt non sit homo illius cui pater fecit homagium: vide Specu. in titu. de feudis. §. ij.

DCCXIII.

1 Argumentū † à sufficienti partium diuisione: vt facit Bar. in l. re coniuncti. ff. de leg. iij. & probatur in l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur.

2 Successores † appellantur etiam qui tantummodo in vnā rem succedunt. l. fina. ff. de exceptio. rei iudica ff. quorum lega. l. j. §. quod ait. faciunt quæ not. Specul. in titu. de testamen. §. j. versus fin. vide Dynum, in cap. priuilegia. de regulis iuris. lib. vj.

DCCXIIII.

1 Domini † regales Franciæ per l. ij. ibi miles vel clericus, & sequitur, executores qui huius legis omnes iudices esse oportere. C. vt nemo priuatus titulos prædiis suis. à contrario sensu se fundant, quòd iudex secularis possit punire clericum infringentem saluam gardiam Regiam. Sed qualiter possint punire: vide C. de episco. audien. l. addictos. gl. super verbo, vindicetue.

De petitione alternatiua, vide Bal. & Docto. in l. fina. C de condi. inser.

DCCXV.

1 *Actione reali an possit conueniri clericus coram iudice seculari.*

2 *Quinquennales literæ quando currere incipiant.*

1 An clericus † actione reali possit conueniri coram iudice seculari aliqui Doct. dicunt quòd sic: & pro eis allegant l. primam. §. si alter fundus. ff. finium regundo. & pro hoc ff. de nego. gest. l. qui aliena. §. fin. Sed contrarium not. per gloss. in authen. vt om. obed. iudic. §. hoc considerantes. gloss. super verbo, subiaceat. iuncta cum text. Sed contrà xj. q. iij §. cum ergo. vide Pet. Iaco. in titu. de duello. & vide etiā quæ scripsi in decisio. parlamen. q. lxxvj. circa medium. Vide suprà sing. cxlj.

2 Literæ † annales, vel quinquennales incipiunt currere, nō à tempore præsentationis, sed à tempore datæ ipsarū. hoc probatur arg. in c. eam te. extrà de rescript. & de præben. c. dilectus. & in cap. ij. de decimis. & de rescriptis. in cap. si propter. lib. vj. & ibi Archidiaconus.

DCCXVI.

1 *Filio debet relinqui iure institutionis: nec sufficit quoquo relicti titulo.* 2.

2 *Verba communia directa ad filium debent intelligi secundum eius conditionem.*

3 *Verbi lego acceptio duplex.*

1 Non sufficit † relinquere quoquo titulo, sed iure institutionis: vt in authen. vt cùm de appel. cogn. in §. aliud quoque capitulum. & per Barto. in l. his verbis. ff. de hæredi. instit. & in l. illa institutio. eo. tit. Sed pone, quòd pater dicat sic: relinquo filio meo: sed non dicat iure institutionis, an dicatur præteritus vel institutus? Dic, si relinquat sibi omnia bona, quòd videtur institutus: vt not. in d. l. his verbis. Idē si certam quotam, dūmodò totam hæreditatem in alios non distribuisset: aliàs videtur per fideicōmmissum: vt ibi not. Sed si reliquisset certam rem, vel summam per verba ista, relinquo filio talem rem: non videtur relinquere iure institutionis: quia tale verbum commune adiectum certæ rei, vel quantitati non trahitur ad institutionem. in l. cogi in §. j. ibi, & generaliter. ff. ad Trebel. & sic testamen-
2 tum non valet. Tamen † contrà videtur dicendum, scilicet quòd valeat: quia verba communia directa ad filium, debent intelligi secundum eius conditionem: vt l. ex militari. ff. de testamen. mili. & l. plenom. §. equitij. ff. de vsu & habi. sed conditio filij est, vt debeat sibi relinqui iure institutionis: cum ergo verbum commune de sua natura possit hoc importare etiam in certa re, arg. eius quod not. in l. si quis priore. ff ad Treb. quæ est illa æquitas quæ dictet, quòd non debeamus hanc interpretationem facere pro sustentatione testamenti, cùm verbis hoc conuenire possit, & voluntati testatoris non repugnet? certè nulla. argu. ff. de lega. j l. ab omnibus. in princi. Prætereà etiam videtur isto iure relinquere quo tenetur. argu. ff. de solut. l. j. cum sequen. nec videtur testator eligere viam, per quam impugnetur suum iudicium. argu. ff. de testa. milita. l. miles qui Prætereà quilibet nescit dicere iure institutionis: vt not. in l. quoties. C. fami. ercisc und. Bald. hoc tenet in l. quoties. C. de hære. insti. Idē dicerem in verbo lego: quia est verbum generale. l. verbis. ff. de verborum signific. Sed quid si dicatur, lego filio meo iure institutionis decem? videtur non valere propter repugnantiam, quomodo enim potest dici instituere, vbi expressè vult legare, & maximè
3 certam summam? Dic contrà, quia † verbum lego, est verbum generale: vt d. l. verbis legis. ff. de verb. sign. & no. Bar. in l. filium. §. j. ff. de lega. præstan. contra tabu. bon. posses. licet strictè pro titulo legati accipiatur: vt d. l. verbis legis. & ideò per adiunctum, scilicet iure institutionis, &c. declaratur & exponitur. argu. l. vxori. in prin. ff. de leg. iij. & restringitur. argu. in l. legata. in prin ff. de supellect. leg. & facit bene ff. pro so io. l. sed si adiiciatur. in gloss. Pone, pater habens duos liberos impuberes, vnū instituit in certa quantitate pecuniæ, alium in vniuersum, & quòd si dictus hæres vniuersalis decederet quandocunque sine liberis, talis domus deueniat ad fratrem alterum filium. contingit, quòd decessit dictus hæres vniuersalis in pupillari ætate, nunquid substitutio per verbum commune adiectum certæ rei alio filio substituto trahetur ad institutionem, vt sit pupillariter directè substitutus, & excludat matrem? videtur quòd sic, per ea quæ suprà dixi circa primā quæstionem. nec obst. dict. §. j. versic. & generaliter. quia in extraneo nō in filio substituto loquitur. pro hoc quod not. per gl. in l. precibus. in fi. C. de impub. & aliis substi. & per Bar. in l. Centurio, &c. de vulg. & pup.

DCCXVII.

1 *Fideiussor potest conueniri principali difficili in conueniendo.*

2 *Nouatione non liberatur fideiussor, nisi debitum in aliam personam transferatur.*

1 Si principalis † debitor sit difficilis in conueniendo, potest fideiussor conueniri, etiam si non renunciauerit, per ea quæ habentur in l. ij. ff. qui satisd. cog. & in l. si. C. si cer. peta. cum ibi nota.

2 Non dicitur † nouatio legitimè facta, vt liberetur fideiussor, nisi debitū in aliam personā trāsferatur. in l. nouationi. C. de fideius. facit l. j. C. ob chiro. pecu. De materia nouationis vide in l. iiij. §. si ex cōuentione. ff de re iudi. Odofredus in l. fin. C de nouatio. dicit, quòd nouatio non fiet nisi dicatur, per d. l. fin. sed dicit hoc esse verum ipso iure, sed ope exceptionis sic, vbi idem debitū deducitur in secunda obligatione.

DCCXVIII.

1 *Iniuriarum actio & cedi & vendi potest.*

2 *Vtens re vt dominus præsumitur dominus.*

1 Actio † iniuriarum potest cedi & vendi. ff. de hæredi. vel actio. vendi. l. si nouem. & not. Pet. Iaco. in tit. de act. iniuria. ex l. Cornelia.

2 Si quis vtitur † re vt dominus, præsumitur dominus. not. gloss. in l. quidam in suo. super verbo, moueri. ff. de condi. insti. contrarium tamen dicit Innocen. in cap. illud. in fi. omnium glossarum de præsumpt. vide Innoc. in c. cum causam. extrà de testi. vide Bar. in l. Titia. ff. de solutio. &

C.de agric.& censi.l.litibus.vide omnes gl.& Doct.in l solennibus.C.de rei ven.vide C.ne vxor pro mari.l.ob maritorum. An aotē ad probationē dominij sufficiat probare quē possedisse,tetigi in apparatu statuti,si quis per literas.in gloss.super verbo,possessione.tangit etiam glo. in dicta l.quidam in suo.

DCCXIX.

1 *Locationi coloni stare non tenetur emptor.fallit nu.2.*

3 *Vxor perdit dotem suam si maritus committat crimen læsæ maiestatis.*

1 Emptor † non habet necesse stare locationi coloni.l.em
2 ptori quidē.C locati.Sed pone,quòd † colonus sibi prouidit,quòd pro manutentione rei locatæ ipse colonus fecit sibi obligari omnia bona domini locantis,an hoc casu emptor habebit stare locationi?Bar.quòd sic,in d l.emptori.Et ex hoc colligitur,quòd creditor vel alius ius habens in re qui possidet,habet ius retentionis iure hypothecæ aduersus alios ius habere prætēdentes etiam anteriores creditores.Bar.C.qui pot.in pig hab.

3 Si maritus † committat crimen læsæ maiestatis,vxor perdit dotem suam.Ita notat & dicit Odofr.in l.ob maritorum.C.ne vxor ꝑ marito.& ibi ponit alios casus, in quibus vxor perdit dotem propter delictum mariti.

DCCXX.

1 *Expensarum condemnatio quando interlocutoria.*

1 Condemnatio † expensarum quæ fit pendente causa est interlocutoria:secus si fiat in sentētia diffinitiua:vide plenè per Ang.de Are.in l.quod iussit.ff.de re iudi.
De aliis interlocutoriis,vide suprà singular. cccccc xij.§. quando in iure.& §§ sequent.Vide etiam in lxvj.consiliorum meorum.

2 Interlocutoria † dicitur habere vim diffinitiuæ quando cōtinet aliquid dari vel fieri:vt scripsi in tractatu meo de appellationibus.circa finem.

3 Alia ratio † reformat pactum,vt dicitur in l.si se nō obtulit.in prin.ibi:nam hic alia ratione,&c.ff.de re iudi. & ibi not.Ange.de Are.

DCCXXI.

1 De materia † iuramenti calumniæ vide plenè per Ioan. Ferrarij in titu.forma libelli in actione reali.in fi. in glo. super verbo,per sacramētum calumniæ.tetigi etiam infrà singul.dccxxxj.

2 Materiam † cumulationis actionum tangit plenè Ioan. Ferrarij in tito.forma libelli in actio.real.in gl. super verbo,saluo iure addendi.

DCCXXII.

1 De libello † incerto & obscuro,vide plenè Io.Ferra.in titu.forma respon.rei conuēti.super verbo, libellus est incertus.& super verbo,generalia & in gl seq.

2 Materiam † donationum inter viuos,& causa mortis, tractat plenissimè per plures quæstiones Ioan. Ferrar. in titu.forma libel.quo agitur contra donantem.& ibi dicit, quòd licet donatio causa mortis pœnitentia reuocetur, hæres tamen non potest reuocare.

3 Materiam † præscriptionis,& quando, & qualiter aduersus eam fiet restitutio in integrū,ponit Ioan.Ferra. in titu.for libelli in integrum restitutionis,super verbo, præscripsisse.& in tit for.respon.rei conuenti.in gl.super verbo,præscrip.vbi inter cætera singu.ipse ponit circa xxx. casus,in quibus cessat præscriptio.

DCCXXIII.

1 Si in instrumento † repetiatur aliquod verbum rasum,& inde emendatum,an sit suspectum,plenè distinguit Ioan. Ferra.in tit.forma libelli,quo petitur hæreditas ex testamento.super verb. non abolitum &c.

2 An singularis † successor poterit excipere de iure , quod competebat illi à quo causam habet?vide plene per Dyn. in cap.si quis in ius succedit alterius.extrà de regulis iuris,libro sexto.& de hoc etiam tangit Ioan. Ferrar. in titu.forma libelli in negatoria. in gloss. super verbo, spectat & pertinet. De successore autem vniuersali non est dubium,vt ibidem plenè tāgit. & vide supra sing.cccccc xxij.in §.an possit,&c.

DCCXXIIII.

1 Materiam † expensarum soluendarum ante litis contestationem vel post,ponit plenissime Ioan.Ferra.in tit.for.libel.in act.reali. super verbo,& expensis.

2 De † causis spectantibus ad forum ecclesiasticum & temporalem,plenè per Io.Ferrarij in titu. forma opponendi contra iudicem suspectum.in glo.super verbo, Nec fuisse iudicem competentem.

DCCXXV.

1 *Vexationem suam redimere an liceat in beneficialibus.*

1 An † in beneficialibus sit licitum redimere vexationem suam?dic quòd sic vno casu,videlicet quando quis canonice habet plenum ius in re,& sit in possessione beneficij, tunc potest,& non peccat redimendo vexationem suam, puta pecuniam soluendo.c.dilectus.ij.de simonia. vbi autem non habet plenum ius in re,sed ad rem, puta in expectatiuis,tunc non posset redimere vexationem,nec etiam si haberet plenum ius in beneficio, & non fuisset adeptus possessionem,non posset redimere vexationem suā , quia nōn redimeret tantum vexationem, imò etiam possessionem:secundum Innocen.Hostien. Ioan.Andr. Anton. de Butr.in cap.ad aures. de simonia. licet gloss. vt refert Archidiaco.in cap.decimas.ij.xvj.quæstio.vj.teneat contrarium,& male,vt dicit Martin. de Laud.in suo tracta. de conscientia.

DCCXXVI.

1 *Vectigalia & gabellas fraudare quibus casibus liceat.*

1 Regulariter † non est licitum fraudaré pedagia [a] vel ga-
2 bellas.Fallit primò,quando imponens non habet iurisdictionem imponendi : & hanc regulam & fallentiam ponit Barto.in l.vectigalia.ff de publica.Secūdò fallit,quando gabella esset nimis excessiua, ita vt sonaret in extorsionem indebitam:secundum Barto.in l fin.C.de iure annulo.aureorum.quem allegat Innocen. in c.plerique. de immunita. eccle. Tertiò fallit, quando Rex vel Princeps imponit noua vectigalia sine causa:quia cum causa posset,puta pro defensione patriæ:secundum not.Innocen in c.innouamus.de censi.& ibi Hostien. Quartò fallit,quando gabella vel vectigal esset impositum ob illam causam, scilicet vt transeuntes essent securi pro rebus & persona: & princeps,vel communitas non custodiret itinera ecura:quia tunc nedum esset licitum fraudare gabellas , sed etiam princeps tenetur ad restitutionem damni:secundū Hosti in sum.de censi.ista ponit Marti.de Laude in dicto suo tractatu,de conscientia.

2 Aduersa fortuna † non est consideranda.l. inter stipulantem.§.sacram.ff de verbo.oblig.

3 Ille est primus † & proximus quē nemo præcedit.ff.de suis & legitimis hæredibus.l.ij.§.hæreditas. & vnde cognati.l. ij.§ proximus.not. Ioan.de Are.in l.pactum.C.de col. in sua repetitione,in fi.

ADDITIO.

a Fraudare pedagia. Adde quòd etiam licet fraudare , quando cessat causa licita ab initio illius impositionis : vt pote si pro refectione pontis fuerit imposita,quo refecto si adhuc exigatur,licitè poterit fraudari secundum Hostien.in sum. de censib.§.ex quibus.versic.sed quid si mercatores. Tu vide etiam Ioan. Trigon.singu.lxxxv.

DCCXXVII.

1 *Verborum, iuro habere ratum & gratum, nec contrauenire,vis.*

1 Illa verba, † iuro habere ratum & gratum, important,quod non contraueniatur neque de iure neque de facto : vt est gloss.singu.in l.id quod pauperibus.C de episco. & cleri. Alia autem verba iuramenti quibus quis iurat non contrauenire aliqua ratione vel causa,important vt omne remedium tollatur.ista est no.sing Bar. in auth sacramenta.C.si aduer ven. & primò fuit Cy.in l ij.C.de rescin.vendi & ponit ista domi. Ambr.de Vignate,in c.illo vos.extrà de pign.circa finem.

2 In foro † conscientiæ hæres non conficiens inuentarium, non tenetur vltra vires hæreditarias:vt not.Bartol. in rubri.de acquirenda hæredita. & Bald.in l.final C de iure deliberand.

In terris

DCCXXVIII.

1 *In terris ecclesiæ testamentum coram duobus testibus factum valet in foro conscientiæ.*

2 *Ciuiles leges an & quando seruandæ in foro conscientiæ.*

1 In terris † ecclesiæ non est dubium, quòd testamentũ factum coram duobus testibus valet, secundũ c. cum esses. extrà de testa. Sed quid in terris imperii? dic quod seruandum est tale testamentum in foro conscientiæ. ita dicit dom. Martinus de Laude in suo tract. de conscientia. ibi, quæro, an in foro conscientiæ in terris, &c. & ibi videtur innuere, quòd non debeat seruari in foro contentioso in terris imperii. ista ponit Martinus de Laude, in d. tracta. suo de conscientia.

2 Quæro, an leges † ciuiles sint seruandæ in foro conscientiæ? respondeo regulariter eas esse seruandas vniuersaliter secundum Bal. in repetition. l. j. C. de sacrosanctis ecclesiis. & secundum Petr. de Ancha. in c. j. de constit. libro vj. Fallit secundum ipsos, nisi lex ciuilis foueret iniustum & iniquum. Secundò fallit, nisi canones contradicant legi ciuili: de quo per gl in c. possessio. de reg. iu. lib. vj. Sunt aliæ fallentiæ, de quibus per Innoc. in c. quia plerique. de immu. eccle.

DCCXXIX.

1 An iudex † in foro conscientiæ possit concordare partes coram eo litigantes, & facere eas componere, vide dom. Marti de laude in suo tract. de conscientia.

De quæstione quæ est inter Regem Franciæ & Angliæ, vide plenè per Bal. in l. j. ff. de senatoribus.

2 Super † rebus iam iudicatis non potest fieri compromissum. no. Archi. In c. j. de lit. contest. lib. vj.

3 An excipiens † qui non probat, debeat condemnari, vbi actor nihil probat? vide plene Archi. in dicto capitu. j. de lit. contesta.

4 Quis † non debet audiri, si dicat se ignorare quæ tractauit. no. gl. in l. ij. §. Seruius autem. super verbo, Patritio. ff. de ori. iur. Et est turpe alicui ius in quo versatur, ignorare. xxvj. dist. c. qui de mensa. & no. Io. Mo. in c. ignorantia. de reg. iur. lib. vj.

DCCXXX.

1 *Canon reintegranda. iij. q. j. locum habet pro rebus prophanis: & datur quondam possessori, &c.*

2 *Fidem an faciat testis deponens vltra articulum.*

1 Remedium † canonis reintegrãda. iij. q. j. competit etiam laicis, & pro rebus prophanis, vt no. Io. Andr. & Anto. de Butr. in c. sæpe. de resti. spol. & no. Bart. in l. si coloni. C. de agr. & censi. lib. xj. Et competit illud remedium olim possessori quantumcunque & qualitercũque ceciderit à possessione: & siue detineatur res à bonæfidei possessore, siue à malæfidei, & siue possessor habeat titulum, siue non: & siue habuerit authorem bonæfidei siue malæfidei, vt not. Anto. de Butr. & Abb. Siculus in d. c. sæpe. vide quæ plenè dixi in apparatu statuti, si quis per literas. in gloss. super verbo, clandestinè.

2 De teste † qui deponit vltra articulum an fidẽ faciat, vide plenè per Bar. in l. si duo §. idem Iulianus. ff. de iureiu. idẽ dicit Inno. in capit. per tuas. extra de testi. videlicet quòd si iurauit super articulis & tota causa, valet eius dictum, aliter non: vide reportata in meo. ff. si mensor falsum modum dixerit.

DCCXXXI.

1 *Occidisse ad suam defensionem, potest probare frater pro fratre.*

2 *Sententia est nulla si in causa exigatur calumniæ iuramẽtum, & non præstetur. & nu. 3.*

1 Frater † pro fratre potest probare quòd ipse occidit aliquem ad eius defensionem: ita dicit Ang de Aret. in tracta. suo de malefi. in gl. super verbo, Dictus Titius se defendendo. idem dicunt Bal. & Salı. in l. parentes. C. de testi. vt ibi refert de Aretio.

2 Si in † causa exigatur calumniæ iuramẽtum, & non præstetur, sententia est nulla: vt dicit gl. Io. And. in c. j. de iura. cal. lib. vj. super verbo, annullandus. ibi: quam intellige, si fuit ea actum. &c. idem expresse tenet Archi. in d. cap. j. super verbo, annullandus. idem Spe. in tit. de iura. cal. in §. sequitur. verb. & no idem tenet glo. in l. prolatam. C. de sen. & interlo. om iud. idem tenet Bar. quem ibi sequitur Ange. de Aret. in l. de pupillo. §. qui opus. ij. ff. de ope. noui nun. De materia iuramenti calumniæ, vide plenè per Ioã. Ferrarii in tit. forma libelli in actione reali. in gloss super verbis, per iuramentum calumniæ. vide etiam Ægidium in eo. titu.

Sed quid respondebitur ad c. fi. de iura. calumniæ, in an-
3 tiquis. † vbi dicit tex. quòd si actor non præstet tale iuramẽtum, cadit ab actione instituta: reus vero habetur pro confesso. ex quibus videtur colligi, quòd sententia non sit nulla: quia si esset nulla, nõ deberet aliquis effectus sequi. Posset dici quòd aliud de iure nouo, in d. c. j de iura. calũ. lib. vj. vbi videtur velle tex quòd processus nõ est nullus, si tacitè omittatur: ergo à contrario sensu, si petatur & non præstetur, venit annullandus. & istud etiam est vnum fundamentum Archi. in dicto cap. j. cogita tamen super præmissis: quia glo. in d. c. fin. nihil de hoc dicit, sed confirmat text.

DCCXXXII.

1 Inuestitura † operatur institutionem in beneficialibus. gl. in c. auto. extrà de insti. in antiquis. & Henr. Boich in ca. ex transmissa. de elect & idem forte posset dici in inuestitura rei feudalis. vide super hoc quæ latius dixi infrà singu. dccxlvij. in § iudex.

2 An filiusfamiliás possit pro alio in iudicio comparere vt procurator? Odofr. dicit quod sic. Fran. Accurs. & quidã alii dicunt contrarium: vide plenè in ff. meo veteri, in tit. de his qui sunt sui vel alie. iuris. super. l. si filiusfa.

3 An filiusfamilias † debeat petere licentiam standi in iudicio à patre ingresso in religione? vide doctores in l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris.

DCCXXXIII.

1 An sententia, † transactio, testamentum & similia possint de nocte fieri: vide tex. & doct. in l. ij. §. & quia magistratibus. ff. de origine iuris.

2 An copia indiciorũ † debeat tradi delato, vide plenè per Ange. de Aret. in suo tractatu de malefic. in gl. super verbis, quod fama.

DCCXXXIIII.

1 *Iudex potest dare licentiam priuato aliquem capiendi.*

2 *Affectio maior habetur ad hæredem primò scriptum.*

1 Iudex † potest dare licentiam priuato aliquem capiendi, causa incarcerandi: sed si capiendo occiditur, an capiẽs teneatur: vide Ange. de Aret. in d. glos. super verbis, quòd fama.

2 In dubio † maior affectio habetur ad hæredẽ primò scriptum, vel primo substitutum, quàm ad alios. not. in l qui soluendo. super verbo, primo loco. ff. de hære. institu. pro hoc facit, quod no. extrà de elect. in c. si quis. glo. ij. & per alias gl. ff. de leg. ij. in l. cum pater. §. j.

DCCXXXV.

1 *Exceptio quæ non repugnat sententiæ potest opponi post sententiã, item & exceptio, ne quis conueniatur nisi inquantum facere potest.*

1 Omnis † exceptio quæ non repugnat sententiæ, potest opponi post sententiam, quæ in rem transiuit iudicatam. l. j. C. de iur. & fact. ignor & l. si fullo. ff. de condi. sine cau. & l. eleganter. §. si quis post. ff. de condi. inde. no. Ang. de Are. Insti. de actio in §. sed si quis. in fi. & Bar. in l Nesennius. ff. de re iudi. & ibi dicit Ang. de Are quòd exceptio, ne quis conueniatur nisi inquantum facere potest, potest opponi etiam post sententiam, quæ in rem transiuit iudicatam. l. ex diuerso. §. fi. cum l. seq. & ibi Bar. ff. sol. matri. & idem Bar. in l. Nesennius. ff. de re iudi.

2 Si quis † pro debito ciuili &c. vt 3. sing dclviij. nu. 2.

De petitione alternatiua, vide plenè Ang. de Are. Insti. de actio. in § huic autem.

3 An incarceratus † pro debito fiscali poterit recommendari pro debito priuati. Ang. de Are. in d. §. cum quoque. Insti. de act. dicit, quòd sic.

DCCXXXVI.

1 *L. ij. C. de rescind. vendit. habet locum in omni contractu bonæ fidei.*

2 *Restitutio in integrum datur maiori iustam ignorantiæ causam habenti.*

1 Lex ij. C. de rescin. ven. non solum† locum habet in venditione, sed etiam in transactione. gl. sing. & ibi Dy. Bart. Ang. de Peru. in l. Lucius. §. fi. ff. ad Trebel. & etiam habet locum in omni contractu bonæ fidei. tex. sing. iunct. glos. in l. maioribus. C. commu. vtriusque iudic præmissa dicit Ang. de Are. Insti. de actio. in §. si quis agens. & ibi format duobus modis libellum in materia d. l. ij. & in materia d. l. inspicitur valor rei tempore contractus, & non tempore dati libelli l. si voluntatem. in fi. C. de rescinden. vendi. ita ibi dicit de Aretio. vide etiam Odofredum in d. l. ij. vbi plenè.

2 Vbi maior† habuit iustam causam ignorantiæ, datur sibi in integrum restitutio. Ang. de Are. Insti. de actio in §. si quis agens. in xiij. col. ibi, potest etiam dictum beneficium, &c.

DCCXXXVII.

2 *Exceptionem ineptam opponens, debet succumbere.*

1 De† pretio rerum qualiter in eis est habenda consideratio? vide plene Ang. de Are. in d. §. si quis agēs. in xiij. col. vide quæ dixi in decisio. parla. q. dcliiij.

2 Reus† opponens ineptam exceptionem debet succumbere. alle. Doct. tex. in l. j. §. Labeo scribit. ff. de flumi. & ne quid in flu. publi. pro quo vide quod no. per Spe. in tit. de excep. §. visio. circa prin. & quod not. Cyn. in l. domum. C. de rei vendi. & Bar. in l. j. ff. de except. Sicut actor proponens actionem ineptam succumbit. l. j. §. j. ff. si mens. fals. mod. dixer.

ADDITIO.

2 Idem si exceptionem vel actionem obscuram. supra singul. cccxxxuij.

DCCXXXVIII.

1 *Consuetudo quibus modis inducatur & probetur.*

2 *Pater decem casibus non habet vsumfructum in bonis filij.*

1 De modis† probandi & inducendi consuetudinem, vide plenè per Pet. Iacob. in tit. de seruitute pecoris pascendi, circa fin. & in tit. ibi seq de conditione ex consuetudine libellus.

2 Decem casus† in quibus pater non habet vsumfructum in bonis filij: vide in authen. idem est, & in tribus authen. ibi sequentibus, cum ibi no. per glo. Odofre. & Docto. C. de bon. quæ liber.

DCCXXXIX.

1 Si quis† vocet me debitorem suum, & non sit verum, ipse tenetur mihi actione iniuriarum. ita dicit Petr. Iacob. in titu. de actio. iniuriarum prætoria, circa princip. ibi, & facit ad hoc, &c. vide plenè in lxxiiij. dubitanc. consiliorum meorum. Guid. Pap.

2 Qui sibi† specialiter prouider, videtur recedere à prouisione legis generalis. in l. si mulier. §. sancimus. ibi, & siquidem in dotali instrumento, &c. & not. per Pau. de Leaza. in capitu. ij. de sepultu. in clemen. secundum Ioan. Mon. & not. Innoc. in capit. Raynaldus. extrà de testa. in gloss. fin. in fin.

DCCXL.

1 *Absolutoria sententia non nocet agenti ex alia causa.*

1 Medico† creditur, & de multis aliis quibus in arte sua creditur, vide in C. meo, de aduoc. diuersorum iudiciorum. in l. nemini licere. per Doct.

2 Sententia† absolutoria non nocet agenti ex alia causa: quia commutatione litis alia res esse incipit. in l. ij. C. ad exhibend. quod facit pro facto molendinorum, de quibus agitur contra Plenorii & capitulū Valentiæ, qui opponunt de sententia absolutoria lata pro eis contra Michael. Hero quia in hac causa noua agitur ex alia causa.

DCCXLI.

1 *Citatus siue iustè siue iniustè comparere debet.*

1 Citatus† iustè vel iniustè debet comparere, alias vt contumax est puniendus. gl. in c. veniens extrà de accusat. & ibi de intellectu l. si quis ex aliena. ff. de iudi.

2 Ista duo † æquiparantur, scire, vel scite debere, in l. quod in hæredem. §. eligere ff. de tribu. & in l. quod te. ff. si certum petatur.

DCCXLII.

1 Negatiua† vel affirmatiua quę æquipollet negatiuę, probatur eo ipso, quòd contrarium non probatur: per tex. & ibi Barto. in l. quæ sub conditione. ff. de condi. & demonstra. & ibi plene scripsit super text. domin. Petr. Papæ patruus meus.

2 Sententia† inter alios lata aliis nocet, videlicet illis qui sciuerunt causam agi, & non se opposuerunt not. Innoc. in c. cùm super. de re iudi. vide materiam in l. sæpè. ff. de re iudic.

DCCXLIII.

1 Materiam† confessionis factæ in iudicio vel extra, vel in vltima voluntate, an & quando possit reuocari: etiam de illa confessione quæ fit in foro spirituali vel pœnitentiali, ponit plenè Io. Ferra. in prima rubrica sui libri.

2 Hæreditas† paterna quę obuenit fratri ex successione fratris non dicitur paterna, sed fraterna. text. l. fiis qui ff. de vulga. vide quæ super hoc dixi in xv. consiliorū meorum.

DCCXLIIII.

1 De condemnatione† expensarum fienda in causa appellationis, quando & qualiter fieri debeat, vide plene per Ange. de Are in l. negotiorum. ff. de appell. & ibi recitat omnes opin Doct. antiquorum & nouissimorum. tetigi etiam in decisio. parla. q. cxvij.

2 De dictione† postea, videl. duo socii. § si quis ita scripserit. ff. de hæredib. insti. & ibi reportata in libro meo.

DCCXLV.

1 De materia† iuris accrescendi in vltimis voluntatibus, vide Barto. & Doct. in l. duo socii. §. si duo sint hæredes. ff. de hære. insti. & in l. seruus communis. in glo. iubentibus. ff. de acquiren. hære. & ibi reportata in libro meo. & in l. cùm solus seruus. in gloss fina. ff. eodem titu. De materia iuris accrescendi in contractibus, vide quæ scripsi in decisio. parla. q. ceiiij

2 Quando† requiritur consensus plurium vt singulorum, sufficit separatim adhibere consensum: in l. cùm solus seruus. ff. de acqui. hære. vide Spe. in tit. de syndico, in princ. ver. quid si vnus hodie, &c.

DCCXLVI.

1 *Talliarum peræquatores grauantes aliquē, & eorum notarij qualiter puniantur.*

2 *Possessione sua nemo debet expelli, nisi parte vocata.*

1 Peræquatores† talliarum si grauauerunt aliquem per negligentiam, vel per gratiam, puniuntur secundum formā traditam in l. peræquatores. C. de censi. & notarii etiam eorum puniuntur secundum formam traditam in l. j. C. eo. tit. in glo. vlti. & si aliquem grauauerint, illud granamen redundat contra eos, & ipsi illud soluunt. in l. j. C. de discus. lib. x & grauati soluant, vt per ante consueuerant, in d. l. j. C. de censi.

2 Nemo debet† expelli à sua possessione, etiā si iniusta sit, nisi parte vocata: & si inde vnde fieri præcipiat, debet reuocare. Et si pars priuata etiam hoc faciat, debet spoliatus restitui in sua possessione etiam si sit iniusta. Ita ponit plenissimè Bal. in l. j. C. si propter publicas pensitationes vendi. cele fuerit. & faciunt quæ leguntur & no. in ca. licet Episcopus. de præbend. lib. vj. & ibi plene Archidia. Et ponit Ang. de Are. in l. à diuo Pio §. si super rebus. in ij. col. ibi, tu addas, &c. ff. de re iud. vbi dicit, quod quilibet etiā iniustus est citandus, antequam priuetur sua detētione, sicut quilibet alius possessor. alleg. dictum c. licet Episcopus. facit l. j. §. si vi a me. ff. de vi & vi armat. De hoc etiam tetigi in apparatu meo staruti, si quis per literas. in gl. super verbo, absque violenti euocatione.

3 An percutiens† clericum intonsuratum sit excōmunicatus? dic vt no. C. de epis. & cle. l. si qua per calumniam.

Et quis

4 Et quis† debet probare ignorantiam, dic vt in ca. si verò. ij. de sentent. excommunic. & in cap. in audientia. & ibi not. per Doct.

5 De iudice† siue officiali qui fecit litem suam, facit métionem Spe. in tit. de compet. iudi. aditio. in §. videamus. in ver. & no. &c. & de hoc vide suprà sing. ccccclxxx.

DCCXLVII.

1 Sententia† lata præcipitanter dicitur nulla. per text. in l. ij. C. de sen. ex peric. recit. ibi, non subitas, sed deliberatione habita, &c. & facit c. Deus. ij. q. j. & faciunt not. per Inno. in c. ij. de in integ. resti.

2 Iudex† pro cedendo ad vlteriora causæ admittédo proposita partis, vel aliàs, videtur pronuntiare super competentia iudicii: vt dicit gl. in l. ij. §. sed si dubitet. super verbo, tueri. ff. de iudiciis. pro quo est casus in l. quod in dié. §. si rationem. ff. de compensati. facit c. ex parte. extra de appel. Ad idem si Episcopus, vel ab eo delegatus inuestiat aliquem de beneficio, videtur eum instituisse. gloss. in ca. autem. extrà de insti. in antiquis. & Henric. Boich in capit. ex transmissa. de electio. Ex quibus consulendo, aliàs dixi, quòd fortè si pars petat expensas adiudicari & taxari, quòd iudex ordinando taxari, videtur ipsas expensas adiudicasse & pendet super hoc causa in curia Graysinodani. pro hac parte facit l. ad rem petendam. cum ibi no. & in l. ad legatum. ff. de procur.

DCCXLVIII.

1 *Amicus pro amico an & quando admittatur in testem.*

1 Intimus† amicus partis producentis repellitur à testimonio. in l. iij. circa princ. ibi, vel amicus, &c. ff. de testib. nã si amicus pro amico producatur in testem, tãtam fidem non facit sicut alius. ita tenent Petr. & Cyn. in l. eos. C. de testi. Imò alibi dicitur, quòd amicus magna amicitia testis esse non potest. iiij. q. ij. ver. si testes. & versi. testium fides. & hoc, videlicet quòd quis propter amicitiam repellatur à testimonio, legitur expressè in c. quoties. extrà de testib. & de testi. cogen. c. cæterum. ista sunt verba Specu. in tit. de teste. §. j. ibi dum dicitur amicus etiam &c. ibi ego dico.

2 Arbitri non possunt† causam audire, nec partes citare extra locum, in quo fuit receptum compromissum, nisi aliud fuerit in ipso compromisso actum. textus nota. ff. de arbi. l. si cùm dies. §. si arbiter.

DCCXLIX.

1 *Procuratoris generalis constitutio non comprehendit lites futuras.*

1 Constitutio† generalis procuratoris non comprehendit futuras lites. l. omnium. & quod ibi no. ff. de procur. & l. nam Seruius. §. si viuo. ff. de neg. gest. l. damni. §. si is. ff. de damno infect. not. in cle. j. de procura. & faciunt not. in c. non instè. extrà de procu. in antiquis. & in l. si de certa. C. de transact.

2 De dictione† vel. ad quæ referatur, vide tex. in l. hæredes mei. §. si. ff. ad Trebel.

3 Testamentum† non potest conuentione, &c, vt suprà singu. dclxxvij. §. ij.

DCCL.

1 Omnis† periurus repellitur à testimonio. glo. in l. ij. §. miles. ff. de his qui notan. infa. super verbo, Sacramento. & vide plenè in consiliis meis cõsil. ccxxviij. Et ibi plenè an periurus sit infamis, & de materia l. si quis maio. C. de transact.

2 Consuetudo† ciuitatis se extẽndit ad loca & castra adiacentia. gl. in l. ex ea. glo. fi. ff. deposi. Et ibi vide an cõsuetudo generalis patriæ vel ciuitatis liget clericos. & ibi dicitur quòd sic, non vt consuetudo laicorum, sed vt consuetudo clericorum. vide ibi reportata in ff. meo.

DCCLI.

1 Non dicitur† posse fieri quod commodè fieri non potest. no. Odofr. in auth. generaliter. C. de epis. & cler. arg. in l. nepos Proculo. ff. de ver. signi.

2 Ille cui petitur† ꝙ caueat de expensis refundendis, sufficit quòd iuret quòd non credit posse reperire fideiussores: nec requiritur quòd iuret se non posse dare, seu reperire. ita dicit Odofred. in authenti. generaliter. C. de episcop. & cleric.

3 Petitio debet† continere certam quantitatem, vel rem petitam: aliàs non est admittenda. vide plenè per Odofr. in auth. generaliter. C. de epis. & cleric.

DCCLII.

1 Testes† possunt examinari post publicationem testiũ super aliis diuersis articulis. ita dicit Odofr. in auth. at qui semel. de proba. qui allegat l. pen. C. eo. idem dicit Bart. quando articuli non sunt contrarii, sed diuersi, in l. cùm furti. ff. de in lit. iuran. Et de hac materia plenè scripsi suprà singu. cix. §. ij.

2 De illo† qui dicit, omnia bona mea sunt vestra, an possit prætendi donatio. Bar. quòd non, in l. si non remunerandi. ff. mandati.

DCCLIII.

1 *Gabella non debetur pro annulo qui portatur in digito, vel pro vestibus pretiosis.*

3 *Fundus traditus mulieri in solutionem dotis marito vergente ad inopiam, dicitur dotalis: nec poterit alienari.*

1 Pro annulo† qui portatur in digito, vel pro vestibus pretiosis quæ portantur, non debetur gabella. Barto. in l. j. ff. ad leg. Rhodiam de iactu.

2 Differentias† inter pignus prætorium & conuentionale, vide per Bar. in l. j. ff. de pig. acti. & ibi ponit Barto. de dictione præter.

3 Si marito† vergente ad inopiam tradatur fundus mulieri in solutionem dotis, an ipsum prædium dicetur dotale, vt non possit alienari. Bart. quòd sic, in l. ita constante. ff. de iure dotium.

DCCLIIII.

1 Si hæres† mariti tradat prædia vxori pro dote tenẽda, an computabit sibi fructus in sortem mulier. Bart. quòd sic, in d. l. dotis fructus. ff. de iure dot. & ibi dicit Barto. quòd hæredes viri tenentur alere vxorem anno luctus: vide etiam suprà singu. cxj.

DCCLV.

1 Si quis aufugiat† furore familiæ, & posteà citatus compareat, non videtur fuga quæ contra eum præsumptionem inducat. Bar. in l. j. ff. de ædi. edict.

DCCLVI.

1 Protestatio† non prodest, vbi ipse protestans facit actum contrarium protestationi. in c. solicitudinem. extrà de appel. & in c. cum M. Ferrari. de consti. & no. in l. in emen tis. C. de contrahen. emp.

2 Mendacium† non vitiat rescriptũ, si tale vitium est, quod si expressum fuisset, non impediuisset eius impetrationé. l. ij. C. si contra ius vel vtilitatem publicam.

DCCLVII.

1 Restitutio† dotis est fauorabilis, sicut constitutio. Odofr. hoc dicit in auth. res quæ. C. com. de lega.

2 Rescriptum† interpretatur, & debet intelligi secundum voluntatem concedentis. idem de priuilegio. vt dicit gl. in c. dilecti filij. extrà de decimis.

3 Vtens† falso instrumento perdit causam suam. tex. in l. in fraudem. §. quoties. & ibi Bar. ff. de iure fisci. & in l. j. & ibi Bar. ff. de his quæ in testamento delentur.

DCCLVIII.

1 De iocalibus† datis à viro vxori & vestibus, vide in l. quæ adipiscẽda. ff. de dona. inter vi. & vxo. cum reportatis ibi per d. Pet. Papæ, & Bar. in l. in his. ff. sol. ma. & Bald. in l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulga. & pupilla. Bald. reprehendit Barto. in hoc, vt plenè dixi in cxj. consi. meorum. Guido.

DCCLIX.

1 An sentẽtia† inter alios iudicata aliis noceat, vide l. sæpè. ff. de re iudi. vide extrà de testi. c. veniens. & c. P. de re iud.

& per Archi.in ca.qui ad agendum.de procur.lib.vj.vide Inno.in cap.cum super.de re iudi.vide quæ not.in capit.quamuis.extrà de re iudi.vide Hosti.in sum.in tit.de sententia & re iudi.§.quibus noceat.versi.hæc tamen regula,&c. vide Inno.in c.inter dilectos.extra de fid.instru.in gloss.sed nonne.vide ff.de exceptione rei iudicatæ.in l.j.& sequen.

2 Separatorum † separata esse debet ratin.l.tutorem.ff.de his quibus vt indignis & l.fina.de calumnia. Vide suprà singu.lj.

3 Verba†præsentis temporis non comprehendunt futurũ. l.si à colono.ff.de verb.oblig.

DCCLX.

1 An illa†regula,non oppositum opponam,&c.locum habeat in obiectionibus contra testes? vide in ca.j.extrà de excep.& de hoc plenè scripsi in deci.parla.q.ccccc.

2 De dictione†item,vide ff.de leg.iij in l.in repetendis.vbi dicit Bar per dictam l.quòd vbi est identitas personarum vel rerum, dictio item, inducit repetitionem præcedentis qualitatis:vide Bar.in l.Gallus.§.idem credendum.ff.de libe.& posthu.

DCCLXI.

1 Si iudex†recusatus procedat vltrà non obstante recusatione,an processus sit nullus,vel annullandus? vide Bart.in l.quia poterat.ff.ad Treb.ibi,quæro,&c.

2 Contrarius†solet à iudicio tũ lumine repelli.l.j.C.de furtis.vide plene Io.Fer.in tit.forma recipiendi contra positiones.in gl.super verbis,sibi ipsis contrariæ. vide quæ dixi s.sing.dccvj.§.allegans contraria.

DCCLXII.

1 *Sequestrum potest fieri voluntate partium: & per illud transit possessio.*

2 *Præscribi non potest res litigiosa.*

1 Sequestrum†potest fieri de voluntate partium.l.si soluturus.ff.de solut.& l.sequester.ff.de verb.sign.& per tale voluntarium sequestrum transit possessio in illum, cui res traditur.l.interesse puto ff.de acquir.pos.in c.examinata.de re iudi.& ibi per doct.vide Guil.de Mon.lau.in cle.vna.de seq.pos.& fru.& finita causa sequestri cõpetit domino rei vtilis sequestraria ad rem repetendam à possessore.l.ei apud quem.§.in sequestrum.& in l.si in Asia.§.cùm sequestro.ff.depo.& in l.si oleum.ff de dolo.

2 Res litigiosa†nõ potest præscribi.l.fi.& l.cum notissimi. C.de præscriptione xxx.vel xl.annorum.& facit.l.si duobus.cum aut.ibi posita.C.de fideicommis.

DCCLXIII.

1 *Dos,& donatio propter nuptias,& donatio facta emancipato computantur in quartam debitam iure natura: & quid de donatione facta per patrem filio inter viuos?*

2 *Donatio inter viuos facta per patrem filio an confundatur per aditionem hæreditatis.*

3 *Intellectus l.debitori C.de pact.*

1 Donatio†facta per patrem filio inter viuos tanquam be
2 nemerito,ᵃnon computatur filio in quartam debitam iure naturæ,nisi hoc fuerit expressum per donantem, vel per testatorem.Dos autem & donatio propter nuptias,& etiam donatio facta emancipato,bene computantur in quartam.l.si quando.§.& generaliter.& l. quoniam nouella.& l.omni modo.l.fi.C.de inof.testa.nisi donatio inter viuos haberet vim relicti:quia tunc bene computaretur,secundum quod ponit Cy.in d.l.si quando.& propræmissis faciunt no.per Hen.Boich,in c.Raynutios.in v.distin.de testa & per Collecta.in c.relatum eo.tit. Bart.tamen in d.l.si quando.§.& generaliter.dicit quòd si pater dicit filio,do tibi pro parte tua,licet sit donatio inter viuos,computatur in legitimam:quia tunc habet vim re-
2 licti.Cùm autem†quæritur,an talis donatio sit confusa per aditionem hæreditatis,si talis filius instituatur hæres per patrem donantem? & videtur quòd non:quia tanquã æs alienum remanet in obligatione: & ideò obligatio non est confusa.propter quod dicit Bart.in l.debitori.C.de pactis.quòd quando debitor hæres transfert hæreditatem ad alium absque dolo vel culpa, quod tunc durat debitum.l.indignum.& l.hæredem.ff.de his quibus vt indig.& etiam ponunt gl.& doct.quod si reus succedat reo promittendi,vel reo stipulandi, quod tunc non extinguuntur actiones vel stipulationes,maximè quando hæres facit inuentarium:vt l.sancimus.§.si vero.& §.in computa-
3 tione.C.de iur.deli.Nec obst.d.l.debitori.†quia loquitur quando creditor succedit debitori vel econtrà: sed quando hæres succedit donanti, tunc donatio remanet vt æs alienum.

ADDITIO.

a Benemerito. Adde quòd donatio facta filio in potestate propter merita,valet,dummodo merita non sunt infra dimidiam rei donatæ,vt singulariter voluit Bal.in authen.ex testamento.col.ij.versi.sed contra hoc facit.C.de colla.argu.l.ij.cum simil.C.de rescind.vendi.& pro singu.& notab.citat Ias.in l.ex hoc iure.ff.de iustit.& iur.vbi tamen non putat verum.& in l.petens.col.penul.versic.tertiò nota.C.de pact.& in l.frater à fratre.versi.circa istam secundam fallentiam.ff.de condict.indeb.licet contrarium teneat.& contra Bal.in hoc etiã tenuit Alex.in l.si donatione.versic.iuxta prædicta quæritur.C.de colla.quia requiritur quòd benemerita æquipolleãt donationi in totum:aliàs esset profectitia & non aduentitia: vt consuluit Corn.consi.cclxxxia.circa primum.lib.iij.& Soc.tradit consil.xxij.visa prædicta.libr.iiij.Sed an merita sint in specie probanda per donatarium,an verò stetur confessioni donantis? & Bal.singu.in l.vlti.ff.de exercit.act.tenuit sufficere talem confessionem,& ei standum esse contra se,inter personas non prohibitas à legibus donare.quod dictum pro singu.citat Ias.licet non sit ausus firmare in dicta l.ex hoc iure.versi.tamen collige.post Alex.qui latè contrarium tenet in d.l.si donatione.versi.item & secundò limitatur.& in effectu etiam damnat Corn.d.consi.cclxxxix.col.vlt.lib.iiij.& quòd stetur generali assertioni meritorum consulit Dec.consilio xx.in causa istorum fratrum.vbi multis fundamentis respondet,quæ in contrarium facere videntur.

DCCLXIIII.

1 *Trebellianica semel de hæreditate detracta, amplius non detrahitur.*

1 Vbi hæres†semel detraxit quartam Trebellianicã de hæreditate,vlterius fideicommissarius nõ detrahit: nec vltrà tenetur fideicommissarius, quàm habeat de hæreditate vt plenè per Bart.in l.j.§.denique.& §.idẽ Neratius.ff.ad Trebel.licet Dyn.ibi distinguat,aut hæres nõ detraxit,ideò quia non potuit: aut quia noluit,aut quia de eo non cogitauit:sed per errorem totum restituit.

2 Inducta†ad augmentum non debent operari diminutionem.l.falsa.§.j.ff.de condi.& demon. Itẽ inducta ad vnum effectum non debent operari contrarium.l.ij.in fin C.de iura.calum.l.cùm tale.§.falsam.ff.de condi.& dem.

DCCLXV.

1 *Intellectus authen.hoc si debitor.C.de pignor.*

2 *Curiæ stylus habet vim consuetudinis.*

1 In materia†auth.hoc si debitor.C.de pig. attende, quia si prima discussio bonorum hæredis non videatur plenè vel benè facta,potest iteratò alia discussio fieri,& stabitur secundæ discussioni.& not.Bald.in l.si quis.in fin.C.
2 de bon.damna.Et ibi dicit ipse Bald.quòd stylus † curiæ habet vim consuetudinis.idem etiam dicit Cyn.in l.ij.C.quæ sit long.consuet.De modo probandi stylii, vide quæ dixi in 24.consi.meorum ibi:vlterius si attendatur.&c.

DCCLXVI.

1 Si princeps†restituat bãnitum ad patriam,& bona alienata,an ea per principem videantur restituta? vide Bar.in l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de lib.& posthu.& gl.& Francis.de Zabarel.in c.quia diligentia.extrà de electio.in antiq.

2 Si quis†promittat non contrafacere in aliquo cõtractu, intelligitur quòd non contrafaciet de iure,nec de facto. gloss.& ibi Bald.in l.id quod pauperibus.C.de episcop.& cleric.

DCCLXVII.

1 Conditio†apposita in testamento non extenditur ad codicillos;

dicillos:pro quo facit tex.in l.si.circa me.ibi, repetitam non videri.ff.de fideicom.libertatib.

2 Res vendita †non cadit in commissum,nisi tradatur.alle. in arg l.Arethusa.ff.de statu homi.

DCCLXVIII.

1 Precarium in alium transfert naturalem possessionẽ,nisi aliud sit actum.gl.hoc probat in l.& habet æquitatem.super verbo,possessione. ff.de precario.idem tenet Cy.in l. malè agitur.C.de præscri.xxx.ann.

2 Exceptio,†quòd causa sit iuramento finita, impedit litis contest.sicut quælibet alia exceptio litis finitæ. no. & tenet Panormit.in c.& si Christus.extrà de iureiur. ibi,no. quartò,&c.

3 An recipere†pecunias pro sacramentis ecclesiæ sit simoniacum,vide plenè Panormita.c.& si Christus.circa fin. de iureiuran.

DCCLXIX.

1 *Concubinarius repellitur à testimonio.*

1 Laicus†concubinarius repellitur à testimonio: vt dicit Panor.per verbum fore,in capit.testimonium. extrà de testib.in princip & alleg. text.notabilem in capit.nemo sibi blandiatur.xxx. q.iij.Idem in clerico cõcubinario: vt dicit ipse Et ibi vide,quæ infamia repellat à testimonio:& vide Barto.in l.cunctus populos.C de sum.trinit. & fid.cathol.

2 De materia † degradationis vide plenè Iac.de Butr.in l. presbyter.C.de sac.san.eccle.

3 Valet†citatio facta in ecclesia:vt dicit Cyn.in l.præsenti. C.de his qui ad eccle.confug.

DCCLXX.

1 Condemnatus†ex præsumptione iuris & de iure non potest appellare,nota.Bald.in authentic.si quis ei.C.de adulteriis.

2 Episcopus † nullam sententiam potest mandare executioni.l.Episcopale.C.de epi.aud & in auth.de sanc.episc. §.si quis contra aliquem clericum.

3 Consuetudo†non introducitur nisi ex certa scientia.no. ff.de iniur.in l.iniuriarum.§. si. super verbo, vsurpatum. & ibi,an consuetudo debeat esse generalis apud omnes, vel an posit introduci inter singulares personas.

DCCLXXI.

1 Appellatio†extinguit iudicatũ,& omnia reducit ad pristinum statum.tex.in l.j.§ fina.ff.ad Turpil. & in l.iij.C. de appel.

2 Iuramentum†calũmniæ etiam in causa criminali præstatur gl ff.ad Turpil.in l.si quis repetere.in §.si.super verbo,vel iniuriarum.

DCCLXXII.

1 *Attentatorum materia non habet locum in appellatione extraiudiciali.*

2 *Sapiens qui corrigit instrumentum non potest mutare mentem contrahentium.*

3 *Declarans nihil de nouo ponit.*

Possessionem primam continuans nihil de nouo facere dicitur.

1 In appellatione†extraiudiciali non habet locum materia attentatorum,vide reportata in libro meo.ff.ad Turpil.in l j.in fi & quæ dixi in apparatu statuti,si quis per literas.in gl.super verbis,appellatione cessante.in fi.

2 Si partes†voluerint,quod instrumentum corrigatur dictamine sapientis, sapiens potest mutare verba, sed non mentem contrahentium.Ia.de Bur.in j.constitutione C. vide Bar.in l.illa institutio.ff.de hære.insti.
Et ibi vide de dictione imò,& de dictionibus copulatiuis & ampliatiuis.

3 Qui declarat†non dicitur de nouo ponere.not.Bald.in j. constitutione C.in §.quibus specialiter.& not.etiam Io. Andræ & Docto.in prooemio sexti,super verbo, filioque procedit.Et qui continuat suam primam possesionem, non dicitur de nouo facere.Innocen.& Doctor.in capitul.primo,extrà vt lit.penden.& nor.Ioan.Andr.& Ioan. Mon.in c.cupientes.§.quòd si per xx.dies.de elect.li.vj.vide infrà sing.dcclxxxij.§.qui continuat.

DCCLXXIII.

1 De causa†nullitatis sententiæ coram quo debeat agi, an coram eodem iudice vel coram superiore,vide gl.& Docto.in l.si accusatoribus.C.de accusatio.

DCCLXXIIII.

1 Septuagintaduosolidi †faciunt librã auri,& libra auri valet duas marchas auri:& sic in moneta de huc anno currente domini,1466.cursum habente in hac patria Delphin. dicti quingenti aurei valent mille & quingentos florenos:& vide quæ circa hæc latiùs dixi in apparatu statuti,si quis per literas. in gloss.super verbis,marchis argenti.

DCCLXXV.

2 *Filius præteritus quanto tempore possit dicere testamentum nullum.*

1 Viuo filio†præterito,alii fratres nõ præteriti possunt statim venire ab intestato.l.j.§.fin.ff.si tab.testa.null.extab. ergo interim non est aliquod testamentum:quia quãdiu est locus testamentariæ successioni,non est locus ab intestato.l.quandiu.ff.de acqui.hæredi.not.Barto.in l.filio præterito.ff.de iniust.rupt.& irrir.testamen.& Cyn.l.j.C. de posthu.hæredi.institu.tamen gloss.in d.l.filio præterito.dicit quòd leges quæ dicunt filio præterito testamentum esse nullum,debent intelligi filio volente dicere nullum,vel si semper taceat Sed domin Ioann.Agalionis in
2 quodam suo consilio dicit,quòd illa†glo.semper intelligitur per Doctor.quando tacuit per tantum tempus, quòd exclusus esset præscriptione à iure adeundi vel immiscendi,puta xxx.ann.iuxta l.ij.§.expectandi.ff de bono.posses.secund.tab.& in l.si impubes.§.fina.ff.de Carb. edict.secus si tacuit minori tempore,& sic mortuus est: quia remanet testamentum nullum:vt l.prima.§.fina.ff.si tabu.testa.nul.extab.Vide quæ scripsi in decisio.parla. quæstio.ccccxxvj.

DCLXXVI.

1 *Testamentum patris est nullum si non relinquatur filys iure institutionis.*

2 *Testamentum præteritione quatenus nullum.*

3 *Filij omnes æqualiter succedunt patri ab intestato testamento per præteritionem nullo.*

1 Si non relinquatur†filio vel filiæ iure institutionis, testamentum patris est nullum in auth.vt cum de app.cog.§. aliud quoque capitulum.Sed quid si pater substituit vniuersaliter hæredi suo filium cui non relinquitur iure institutionis,an videatur institutus vt valeat testamẽtum, an tale testamentum sit nullum?dic quod sic.nam lex vult vt iure institutionis relinquatur aliquid filiis vt testamentũ valeat:nec sufficit hodie relinquere iure substitutionis fideicommissariæ vniuersalis.vt est tex.in d.auth.vt cũ de appel.cog.in §.aliud quoque capitulũ.ibi dum dicit tex. nec si per quamlibet donationem,legatum, vel fideicommissum,vel quemcunque alium modum,&c.& sic excludit fideicommissum vniuersale,& quemcunque modum relinquendi,quam institutionis directæ.& hoc no gl.in l. sancimus.§.cùm autem C.de inof testa.nec obst.§.restituts.Insti.de fideic.hære.per d.§.aliud.qui excludit fideicommissum,& quemcunque alium modum,& sic vult se referre ad solam directam institutionem.

2 Per præteritionem†hodie testamentũ est nullũ,quantum ad institutiones:alia verò relicta in testamento firma remanent.vt in auth.ex causa.C.de lib.præte.vel exhære.Et sic fideicõmissum vniuersale remanet validũ:vt in corpore vnde sumitur d.auth.ex causa.in §.si tñ cõtigerit.maximè qñ testator scit se habere talem filium,quẽ prẹterit: iuxta not.per Bar.in d.l.filio prẹterito.Et quod conseruetur fideicõmissum vniuersale,tenet Bar.in d.auth.ex causa.& in l.ita tamen.§. quoties ff.ad Trebel.& ibi textus pro hoc.Attamẽ licet relicta alijs personis conseruentur, relictũ tñ filio præterito,vel filiæ prẹteritæ,ex cuius persona testamentũ rumpitur,non conseruatur tali filio præterito.arg.l.si non solus.§ ,.ff.si quis omis.cau.testa & hoc tenet Bal.in d.l.filio præterito & hanc opi.sequitur Martinus Silima vt refert Cy.in d.auth ex causa.licet ipse Cy. ibi videatur tenere contrarium.& de hoc not.per gloss.

in l. maximum vitium. C. de libe. prære.

3 Ex testamento† nullo ex causa præteritionis, vt suprà dictum est, omnes liberi succedunt æqualiter patri ab intestato. in auth. vt cùm de appel. cog. §. finautem hæc observata non fuerint.

4 Filius præteritus† licet moriatur nô adita hæreditate patris, cum sit suus hæres patri, transmittit portionem hæreditatis paternæ sibi delatam, etiam non aditã, ad matrem & fratres, & sorores æqualiter: nam eam transmisit ad quoscunque hæredes. l. apud hostes. C. de suis & legiti. hæredi. l. ventre. ff. de acqui. hære. & l. ex militari. §. fi. cum l. seq. ff de testa. mili. no. per Bar. in d. l. ventre. & per Cyn. in d. l. apud.

DCCLXXVII.

1 *Substitutio pupillaris facta filio præterito, est nulla.*

1 Licet verba† in substitutione adiecta per verba, deveniant, reuertantur, &c. sint obliqua, tamen propter verba, omnia, vniuersa, &c. videtur testator voluisse q̃ operentur effectum directè substitutionis pupillaris infra tëpora ætatis pupillorum. quia qui omne dicit, non excludit aliquid. l. hoc articulo. ff. de hæredi. insti. & non potest substitutus omnia habere, nisi ex vigore pupillaris directæ: aliâs detraheretur legitima: igitur est ibi pupillaris ex præsumpta voluntate testatoris. hoc no. Bar. in l. Centurio ff. de vulga. licet pupillaris substitutio facta instituto vel exhæredato filio, per auth. ex causa. secundum opin. Bar. positam in l. j. §. fi. ff. de vulg. licet Dy. teneat contrarium. & Cyn. sub dubio relinquit in dicta auth. ex causa.

2 tamen† substitutio pupillaris facta filio præterito nô valet, quia requiritur de substantia pupillaris substitutio. quòd ille cui fit, sit institutus vel exhæredatus, aliâs nulla est. l. moribus. versi. sed si is. ff. de vulga. & pupill. & ibi per glo. & Barto.

3 Portio legitimæ† filiæ quæ quittauit bonis paternis cum iuramento, remanet aliis liberis, qui non quittauerunt. Petrus Iacob. in titu. de condi. ex lege omnino ex testa. col. in q. j.

4 Vxor† conuolans ad secunda vota, priuatur bonis sibi à viro relictis. authen. cui relictum. C. de indicta. viduitat. tollend.

DCCLXXVIII.

1 *Substituto non nocet præscriptio viuente instituto.*

1 Inter coniunctos† re & verbis, non habet locum materia caduci: quia vno præmoriente etiam ante conditionis euentum, portio præmorientis deuenit ad aliũ sibi coniunctum. l. vnic. §. finautem sub conditione. C. de caduc. tol. per ius accrescendi, vel saltem non decrescendi, per l. j. C. quando non petentium part. pe. accres. & l. j. §. his ita. C. de cadu. tol. & l. re coniuncti. ff. de leg. iij.

2 Præscriptio† viuente instituto non deberet nocere substituto. arg. in l. fin. §. finautem. C. communia de leg. & l. j. C. de annali excep. & ḃcùm notissimi. §. illud. C. de præscri. triginta vel quadra. annot. tamen ex abundanti institutus & substitutus possent constituere procuratores ad interrumpendum præscriptionem in actionibus personalibus contra debitores, per not per Spec. in simili in tit. de syndico. §. j. ver. illud etiam quæritur. Et ad hoc faciendum potest cogi institutus per substitutum, cum sibi non noceat, & alteri prosit. l. in creditores. ff. de euictionibus.

DCCLXXIX.

1 Bona quæsita† per fratres durante communione, sunt acquirentis, cuius nomine sunt quæsita: nec veniunt in communione. l. si patroni. C. communia vtriusque iudi. Sed si ex pecunia communi sunt quæsita, vnus contra alium acquirentem habet actionem ad partem pecuniæ: sed agenti incũbit onus probandi illam pecuniam fuisse quæsitam ex communibus bonis: per l. multum interest. C. si quis alteri vel sibi, cum ibi notat. per doctores. facit ff. de furtis l. qui vas §. si. faciunt not. per Barto. ff. de administ. tut. l. Titium & Mæuium §. altero. & ibi plenè per eum. Et res emptæ durante communione per alterum fratrum non præsumuntur emptæ de pecuniis propriis, nisi probaretur. arg. in l. si defunctus. C. arb. tut.

2 Filia† præterita, quæ quittauit bonis paternis, non potest dicere testamentum nullum. Nam filia quæ iurauit non succedere, cogitur iuramentum seruare omnino. in cap. quamuis. de pactis. lib. vj. & ibi dicit text. omnino seruari debere.

DCCLXXX.

1 *Communis res in emptione socius quatenus præferendus.*

2 *Instrumenta non potest conficere notarius condemnatus de falso.*

1 In emptione† rei communis de æquitate socius præferri debet. in l. officium. ff. cõmuni diui. & l. si nemo in prin. ff de testa. tu. dummodo tantum det quantum ab aliis reperitur: vt dictis legibus, & argu. l. si in emptione. ff. de minoribus. & l. necesse. cum ibi not. ff. de in diem adiectione. secus de rigore iuris l. dudum. C. de contrahen. empt. & vendi. nisi in licitatione alios superatet. l. iij. C. de vecti. & commiss.

2 Notarius† condemnatus de falso^a, non potest instrumẽ-
a ta conficere, tamen si conficiat, probant, vt tenet gloss. in corpore de tabellionibus. §. pe. in glo. magna, quæ incipit, hic est argumentum, &c. in fi. glo. & in Spe. de instrumento. edit. §. restat. ver. quid si tabellio perdit officium. & vide Bar. in l. eadem §. hac lege. ff. ad leg. Iul. re. secund. Tamen quia condemnatus de falso, est infamis, quæro si ea ratione poterit conficere instrumenta? & dic quod non. & probatur per l. si aliquid. C. de sacros. ec. & Archa. lib. x. vbi dicit tex. quòd non potest exercere officium illud in quo deliquit aliud autem officium exercere non reperitur prohibitum. Vide quæ scripsi in apparatu statuti, si quis per literas. in gl. super verbo, communi æstimatione fide digna.

ADDITIO.

a Condemnatus de falso. Adde eundem Guido. suprà singula. dcclxxiij. nu. j. & Anto. Corset. sing. ccclxxi. in verb. tabellio. j. incip. si notarius. & Hippo. de Marsi. singu. ccccxciij. vbi limitat nu. 3.

DCCLXXXI.

1 *Debitum iustè recusat recipere creditor, si totum non offeratur: nẽ si non offeratur interesse creditoris.*

1 Creditor† iustè recusat debitum recipere, si totum non offeratur. ff. de vsuris. l. tuto. §. Lucius. & si certum peta. l. quidam æstimauerunt. cum materia. & l. plane. ff. famil. ercisc. Et idem si totum offeratur, sed non interesse creditoris. & no. gl. menti tenenda, in l. Item illa. gloss. ij. de consti. pec. idem not. in l. qui Romæ. in prin. ff. de verbor. oblig. idem si res oblata non esset. Hoc facit contra illos, qui capiunt pecunias mutuo pro redimendo bona vendita sub reacheto offerentis. ff. mand. l. si pro te. & de nego. gest. l. soluendo. Præmissa ponit Ricardus Saliu. l. si ex legati causa. ff. de verboru obli. circa prin. in sua repetitione, vbi ponit multos alios casus, in quibus creditor iuste recusat debitum recipere. In hac l. tractat Salic. plenè materiam moræ.

2 Curia temporalis† non debet se intromittere de interdicto adipiscendæ possessionis in beneficialibus, sed bene de interdicto recuperandæ, vt scripsi in decisionibus parlamenti, quæstione. j.

3 Item in interdicto† recuperandæ in beneficialibus sufficit titulus coloratus: qui dicitur coloratus, quando processit ab habente potestatem conferendi: nec exigitur, q̃ alias ordinetur validitas tituli, nisi quo ad formam extrinsecam: nec admittitur quæstio de validitate, vel inualiditate tituli, ex quo prima facie se validum ostendit: ita tenent canonistæ in c. super literis de restitut. spoliato. id quod ponit Ioan. Andr. in addi. Spe. tit. de resti. spolia. & gl. in cle. j. de causa pos. & propri. imò secundum Inno. & Ioan. Andræ. sufficeret probare se authoritate superioris inductum fuisse in possessionem ad obtinendum restitutionem.

DCCLXXXII.

1 Vbi apparet† manifestè de non iure petentis restitutionem in beneficialibus, vt quia confessus est se ius non habere,

habere, vel aliàs legitimè, tunc non est restituendus: quia beneficium ecclesiasticum, &c. Ita tenet Ioan. And. vbi suprà & post eum Innoc. in cap. in literis. de restitutio. spolia. Nam peius est quando constet de titulo infecto, quàm quando de nullo constet, vt dicit Innocē. in cap. dudum. de decimis.

2 Invi turbatiua † quam intentant aduocati Franciæ, vt ponit Ioan. Fab. Instit. de interdictis, in §. consequens. ei debet possesio adiudicari, qui potiora iura ostēdit: vt l. edicto. C. de edict. diui Adriani tollendo. & vide gloss. in cap. licet. extrà de probation.

DCCLXXXIII.

1 In causis † beneficialibus inter contendentes attenditur titulus iustior, iuxta not. in cap. cùm venissent. de in integrum restitutio. & in c. ex insinuatione. de procurator. & in cap. in literis. suprà alleg. & faciunt nota. in l. si duo. ff. vti posid. & in l. j. C. eodem titu. faciunt quæ ponit Bart. in l. quoties. C. de rei vendi. & Salice. ibidem. & Io. Andr. in regu. iur. qui prior. faciunt c. ei qui. de rescriptis lib. vj. & ca. ei qui. de præben. eo. lib.

2 Coniuncta † persona pro coniuncto non admittitur, nisi cum cautione de rato ff. de procurato. l. Pomponius. §. fi. & not. Spec. in titu. de coniuncta persona, circa princ. faciunt not. per gl. extrà de procur. c. j.

DCCLXXXIIII.

1 In actione † de pauperie cōcluditur alternatiuè ad duo, scilicet aut ad æstimationem noxæ datæ, aut animalis quod nocuit pro noxa traditionem: vt habetur in l. j. in princ. ff. si quadru. paupe. fecisse dicatur. & ita format Specu. & alij practicantes.

2 Religiosus † non potest constitui procurator sine licentia sui superioris a. clem. religiosis. de procur.

DCCLXXXV.

1 Nobilitas † est antiqua virtus, & antiquę diuitiæ, vt inquit Philo. in iij. politicorum in fi. vt refert Barbat. in l. si certis annis. C. de pact.

2 De interpellatione † extraiudiciali an constituat quem in mora, vt committatur pœna, vide Barba. & doc. in l. si pacto quo pœnam. C. de pact. circa fi.

DCCLXXXVI.

1 *Appellans ab interlocutoria, videtur renuntiare appellationi cōparendo coram iudice à quo.*

4 *Petitio generalis in realibus admittitur: secus in personalibus.*

1 Si appelletur † ab Interlocutoria, & appellans compareat coram iudice à quo, videtur renuntiare suę appellationi. in c. gratum. de offic. delega. in cap. cùm venissent. de restit. in cap. si à iudice. de appellat. lib. vj. quod est verū, si ille actus impugnetur à parte aduersa, vel à iudice à quo. gloss. fina. in c. cùm venissent. extrà de eo qui mitti. in possess. causa rei seruandæ.

2 Si iudex † concedat apostoloa simpliciter, videtur cōcessisse reuerentiales, & non refutatorios: ita dicit Abb. & docto. in c. dilectis. de appel.

3 Licet rigor † iuris aliquid disponit, tamen æquitate suadente cōtra rigorem toleratur æquitas. in c. Abbate. §. j. de re iudica. lib. vj.

4 Petitio † generalis in realibus admittitur: secus in personalibus, vt plenè per Archi. in c. Abbate sanè. extrà de re iudi lib. vj. hinc dicit Arch. quòd sententia est nulla, si iudicetur super alio, quàm super quo lis est cōtestata. & hoc facit pro libellis qui quotidie fiunt in rei vēdicatione, in quibus etiā de stylo curiarū non declaratur causa dominij, vel quia narratur in genere res pertinere actori iure dominij vel quasi.

5 De irregularitate † plenè tractat Archi. in c. j. de re iud. li. vj. & tetigi in decisi. parlamen. q. cccccclviij.

DCCLXXXVII.

1 An possit † sententia ferri pro actore ex causa sibi superuenienti post litis contest. vide plene per Archi. in d. cap. Abbate. de re iudi. lib. vj super verbo, inte. sit.

2 An ille † qui venit ad rescindendum sententiam cōtra se latam, dicatur reus vel actor? vide Bart. in l. de pupillo. §. si procurator. ff. de noui ope. nun. quod facit ad materiā illam, in qua dicitur, quòd actor originarius debet in causa appellationis acta producere.

3 Qui continuat † suam possessionem &c. vt suprà singul. dcclxxij. nume. 3.

DCCLXXXVIII.

1 *Expensarum condemnationem an possit sibi reseruare iudex.*

2 *Delinquere vniuersitas non potest.*

1 An iudex † possit sibi reseruare condēnationem expensarum in interlocutoria, & quid in diffinitiua. vide Ioan. Andr. in capit. j. de sequestratio. possessio. & fructuum. Et vide de hoc suprà singul. cxxv. Et ibi tangit etiam de materia protestationis.

2 Impossibile † est, quòd vniuersitas delinquat: vt not. Archid. in c. Romana. circa finem super verbo vniuersitatē. de sen. excom. lib. vj. quod facit quòd vniuersitas Grationo. non potuerit inquietari, quòd gueyto, &c, vide suprà singular. cccccvij. §. syndicus. & infrà singula. dcccxlviij. §. collegium.

DCCLXXXIX.

1 Beneficium † l. edicto. C. de edic. diui Adria. tol. nō habet locum, nisi in hærede scripto: vt ibi apparet tex.

2 Non potest esse † quis legitimus contradictor in materia dictæ legis, nisi qui possidet, licet ius habeat in re: tamē potest opponi agēti, quòd ipse non habet actionem in re: & quòd agit sine actione.

3 Ille est legitimus † contradictor, qui allegat iustum titulum, etiam dissimilem testamento, ante mortem defuncti in re sibi competente quem titulum paratus sit probare incontinenti: vt not. per Cy. in d. l. edicto. versic. tertio loco principaliter quæritur. Et incōtinenti remittitur arbitrio iudicis, vt dicit Pet. Iaco. in tit. de edic. diui Adria. tol. in secundo libello. Qui exhibet vltimum testamentum, & possidet. est legitimus contradictor: vt in dicta l. fina. C. de edict. diui Adrian. tollen. & per Pet. Iaco. in titu. de actio. ex testamen.

DCCXC.

1 *L. fina. C. de edict. diui Adria. tollen. beneficium quando & quibus competat & nu. 2. 3. 4 5.*

1 Beneficium † dictæ l. edicto. C. de edict. diui Adria. toll. est possessionis adipiscendæ. vt tenet Azo in summa, eodem titu. & Pet. Iaco. in summa sua de nouationibus, & in eo. tit. C. de edict. diui Adria. tol.

2 Dicit † Bal. quòd si fideicommissum debeatur ex clausula in testamento apposita à testatore, vel à lege, licet habet locum remedium dictæ legis.

3 Instituto † in re particulari qui habetur loco legatarij, nō competit beneficium dictæ legis.

4 Officium iudicis † competit ad obtinendum in dicto beneficio l. edicto. vt dicunt Doct. in dicta l. & Petr. Iaco. in titu. de edicto, &c.

Materiam dictæ l. edicto. tractat Io. Ferra. in tit. forma libelli, quo petitur hæreditas ex testamento.

5 Vt quis † mittatur in possessionem ex testamento, ex beneficio dictæ l. edicto. competit officium iudicis. vt videtur not. gloss. in dicta l. fina. & ita tenet & practicat Pe. Iaco. in titu. de edict. diui Adria.

6 An creditores † possessoris dicantur legitimi contradictores iure retentionis, donec eis solutum sit per hæredem hæredis rogati? Videtur quod sic: quia fideicommissarius vtilis si possidet, habet iure retentionis donec factis sibi solutionibus de iuribus hæreditariis: vt dicit gloss. in dicta l. fin. C. de edict. diui Adria. tol. super verbo, legitimo. ibi, an fideicommissarius est legitimus contradictor, &c. dummodo incontinenti probet.

DCCXCI.

1 De illo † cui committitur, quòd mittat aliquem in possessionem remoto quocunque illicito detentore, facit mentionem Specu. in titu. de executione sententiæ. in §. nunc dicendum. versi. quid si mandatur alicui. & ibi de quibus ipse habet cognoscere.

2 Licet † Legatus sedis Apostolicæ habeat potestatem legem

condendi eriam perpetuam, in c. fina extrà de offic. lega. non tamen potest derogare statutis per summum pontificem factis: quia inferior iura superioris tollere non potest, extrà de maiorita. & obedien. in cap. cùm inferior. & extrà de iureiuran. in cap. veniens. & in clementi. j. de electio. vbi gloss. alleg. concordant. quia in hoc requireretur speciale mandatum, vt plenè per Barto. & Lud. C. qui admi. ad bo. poss. poss. super rubri.

DCCXCII.

1 Decretum † iudicis ex falsa causa appositum est ipso iure nullum. not. Bar. & Lud. in d. rub. C qui admit. ad bo. pos. poss. Sed quid de falsa causa adiecta in sententia: vide in lxj. consiliorum meorum, Guido.

2 Depositio † testis qui dicit, scio, quia ita credo, non valet. in l. testium. C. de testi.

DCCXCIII.

1 *Litigans contra vniversitatem an contribuat in expensis vniversitatis pro illa causa factis.*

1 Nunquid † singularis litigans cõtra vniuersitatẽ tenetur cõtribuere in expẽsis ipsius vniuersitatis pro illa causa factis? vide in argu g'nss. in l. fina. C. de ordi. cogni. & in l. si institura §. de inofficioso ff. de inofficio. testamen. & vide not per gloss. in cap. ex parte extrà de accusatio. & in cap. cum super. § j. de causa possessio. & proprieta. & vide l. tam collatores. C. de re militari. libro xij pro hoc facit quod not per Innocen. in cap. j gloss fina. in fi. de dona. inter virum & vxorem.

2 Si testis † dicat Titium mutuasse pecunias, sed non dicit de certa quantitate, Barto. in l. admonendi. ff de iureiuran. in sua repetitio. dicit, quòd non valet: sed si sit aliqua coniectura de certa quantitate, iudex debebit deferre iuramentum actori, per cap. ex literis. extrà de iureiurand. ita dicit Barto. in dicta l. admonendi. ff. de iureiurand.

3 Per † verbũ dubito, fit litis contestatio: vt not. gl. in auth. de exhib. & introduc. reis. § sancimus.

DCCXCIIII.

1 Pœna † extraordinaria arbitrio iudicantis relicta nunquam tangit corpus. c. qualiter & quando. & c. inquisitionis. extrà de accusa. & ibi not. idem dicit do. Io. de Gras. in l. nullum. C. de testib.

2 Pœna † extraordinaria non tollit accusationem ordinariam: vt voluit gloss. in l. nullum. in gloss. fina. in fin. C. de testi. & ibi vide dom. Ioan. de Gras. in suis repurtatis: quia de delicto vnius hominis non est incõueniens sæpè quæri. l. penul. ff. nau. caupo. stab. vidè plenè Io. de Grass. quod facit pro assisiis quæ per iudices tenentur in assisiis: quia quando quis cõdemnatur pro furto, vel alio debito propter cridas seu pœnas in cridis appositas, quòd nihilominus poterit contra talem condemnatum agi ad pœnam ordinariam.

DCCXCV.

1 Iuramentum † tollit malam suspicionẽ: quia nemo præsumitur esse immemor suæ salutis. l. fi. C. ad leg. Iul. repe. nec est præsumptio, quòd quis plus diligat amicum suũ, quàm animam suam. in l. præses. C. de serui.

2 Vbi duo † requiruntur ad vnum actum, destructo vno, necesse est totum destrui. vt ff. ad exhib. l. Iulianus. §. sed & si quis. & vide Cy. super hoc in l. vna. C. de alie. iud. mu. cau. fact. ibi, quarto quæro.

DCCXCVI.

1 *Ius quod superuenit actori post litis contestationem an veniat in sententia.*

2 *Delegantis & delegati idem est tribunal.*

1 Si ius † superueniat actori post litis contestationem, an illud possit venire in sententia. tex. videtur quod non, in c. Abbate sane. de re iudi. lib. vj. & super hoc vide Cyn. in l. vna. C de alie. iud. mut. cau. fac in vj. q.

2 Delegantis † & delegati idem est tribunal. l. fi. C. vbi & apud quem. Et factum vnius est factum alterius: vt ibi. Et delegatus fungitur vice delegantis. not. Barto. in l. plebiscito. ff. de offic. præsi. & nihil proprium habet delegatus, sed eius qui mandauit, iurisdictione vtitur. l. j. §. qui mandatam. ff. de offi. eius cui manda. est iurisdic. & vide infrà singu. dccxcix. §. delegatus.

DCCXCVII.

1 A sententia † qua quis pronuntiat se iudicem competentem, appellatur: vt not. C. ne fil. pro pat. authen. habita. & nisi appelletur, transit in rem iudicatam, etiam si re vera non sit iudex. & not. in l. eius qui. ff. de appel. recip. & in c. pastoralis. in prin. extrà de rescrip. nisi doceatur de falsitate rescripti. c. super literis. hoc ponit Pau. de Cast. in sua repetitio. l. j. ff. de iud. vide suprà sing. ccxcix.

DCCXCVIII.

1 Testamento † nullo [a] per præteritionem vnius filiorum,
a alij liberi statim possunt dicere testamentum nullũ: quia est nullum quò ad omnes. in l. j. §. fina. ff. si tabu. testamẽ. nul. extab.

2 Iudex † qui exequitur sententiam, non habet potestatem cognoscendi, si benè vel male fuerit lata, etiam si pars appellet. l. si vt proponis. & l. executorẽ. C. de execu. rei iudi.

ADDITIO.

a Testamento nullo. Adde Marc. Mant. singular. clxxviij. vide suprà singu. dcclxxvj. nu. 3.

DCCXCIX.

1 Differentia est † dicere aliquem actum in se continere cõtrarietatem, & aliquid facere, quod contrarietur ipsi actui, qui geritur. Nam primo casu constat actum non valere l. vbi repugnantia. ff. de regu. iur. & l. scripturæ. cũ ibi not. per gl. C. de fide instru. secundo verò casu valet. arg in l. iij. §. falsus procurator. ff. rem ra. hab. quod clariùs probatur in l. vbi ita donatur. ff. de dona. cau. mor. hoc idem probatur in l. cùm precario. & l. j ff. de preca.

2 Delegatus à Papa † maior est quocũque ordinario in parte, vel causa sibi commissa. in c. sanè quia. & c. pastoralis. §. j. de offic. delega. Et nihil proprium habet delegatus, sed eius quidem qui mandauit, iurisdictione vtitur l. j. §. qui mandatam. ff. de offic. eius cui manda. est iurisdic. & vide suprà singu. dccxcvj. nu. 2.

DCCC.

1 Si super aliquo † passu sint opiniones diuersæ, si iudex eligat vnam, licet malam, quam in sua sententia exprimat, non tamen sententia erit nulla: ita dicit Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. obli. in vj. oppo.

2 Genitiui † casus, &c. vt suprà sing clx.

DCCCI.

1 *Filijs non potest præiudicare pater in iure quod antea eis competebat, nisi filius esset hæres patris.*

1 Pater † non potest præiudicare, siue pactum facere in præiudicium liberorum suorum natorum, vel nascendorum in iure, quod antea liberis competebat. alleg. l. vt iurisiurandi. § si liberi. ff. de ope. liber. nisi filius esset hæres patris paciscentis. facit l. cum à matre C. de rei vend.

2 Hæres † rogatus faciendo hæredem fideicommissarium, videtur sibi facere gratiam de Trebellianica & legitima; & de aliis de quibus poterat testari hæres. l. j. in fin. & l. sequen. ff. ad Trebel.

DCCCII.

1 *Consuetudo & lex parificantur. & nu. 5.*

3 *Consuetudo prior lege regia.*

6 *Consuetudinis vis. & nu. 7.*

1 Quod potest † facere lex, vel princeps, potest facere cõsue-
a tudo. [a] l. de quibus. §. inueterata. ff. de legi. & l. non impossibile. ff. de pactis.

2 A consuetudine † nata sunt imperia. l. ij. in principio. ff. de origine iuris.

3 Primo fuit † consuetudo, quàm lex regia: ideò lex regia cõsuetudinis est filia & alumna. Et non est mirum, quia consuetudo potest dare iurisdictionem, & merum & mistum imperium, & gladij potestatem. l. viros. C. de diuersis officiis. libro xij. & de officio Archid. c. dilectus. & c. cum cõtingat. de foro competen. Et pro tanto dicit Bald. notabiliter in titu. de pace constant. quòd cõsuetudo habet potestatem in sanguinem hominis: vt ff. de extraordin. cri. l.

sunt quædam. ideò in criminibus puniendis attenditur cõsuetudo, sicut lex scripta. secundum Bald. in l. & si seuerior. versi. oppono quòd iudex. C. ex quibus causis infam. irrog. & facit quod not. Innocen. in c. j. de consuetudine. & etiam habet tantam potestatem consuetudo, quòd priuilegiat aliquem, sicut principis priuilegium: nam cõsuetudo vice principis fungitur: vt in c. super quibusdam. §. præterea. de verb. signi.

4 Et dicit Bald. alibi, † quòd tales consuetudines quò ad ipsum locum, dicuntur ius commune, vt in c. cùm venissent. de eo qui mittitur in possess. cau. rei ser. ratio, quia iure communi confirmatur. ff. de iusti. & iure. l. omnes populi. & princeps videtur cõfirmare eas, eo ipso quòd sunt tolerabiles. C. de re militar. l. tam collatores. lib. xij. & C. de agri. & censi. l. domini prædiorum. C. de fundis limitr. l. j. & l. quicunque castellorum. & l. fi. C. de iure fisci. l. super creandis. & C. de venden. re. ciuita. l. j.

5 Omne ius † aut legibus aut moribus constat, vt j. distin. c. omnes. & Instit. de iure natu. gentium & ciuili. §. constat. Et sic à pari potestate & authoritate procedit consuetudo. & lex: ideò multum est fauorabilis consuetudo, quia in ea non requiritur titulus: vt not. gl. in cap. fi. de consuetudine, circa medium.

6 Et habet † vim legis & canonis & etiam vim cõstituti: ideò causa non requiritur. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æsti. & in l. j. in fi. ff. de aqua plu. arcen.

7 In pactionibus † & legitimis, ac etiam hæreditatibus quæ debentur filiis, attenditur consuetudo & statutum. vt no. plenè in l. Titio. §. fi. ff. de condi. & demonst. per Barto. & per Dy. in c. indultum. de reg. iur. lib. vj. & per Cy. in l. sancimus. C. de nuptiis.

8 Consuetudo † est forma rei, & quasi alterum ius naturale. vnde consuetudo transmutari non potest. ff. de pollicitationibus. l. imperatores.

ADDITIO.

a Consuetudo. Adde quòd tanta est vis consuetudinis, vt faciat licitum quod aliàs non permitteretur: vt consuluit Alex. consilio xxxix. visis & consideratis. lib. iij. & Aret. consi. xj. col. penul. & dicit notab. Barto. in l. si pignore. §. vlti. ff. de pignorat. act. quòd qui facit illud quod solet fieri ab aliis, non solùm non est in dolo, imò nec in aliqua culpa. & illum text. ad hoc dicit singularem, & commendat Ias. in l. certi condictio. §. si nummos. nj. notab. ff. si certum peta. Hinc dicitur quòd consuetudo & stylus notariorum excusat eos à pœna falsi, secundum Bald. in l. voica. col. xij. versi. quæro verum. & versi. modò sequitur alia conclusio. C. de confess. & in c. j. de feud. cognit. tradit Alexan. consi. lxx. viso processu inquisitionis. versicu. & licet Odoricus. & consi. cxxxj. vila facti narratione. libro j. & consi. cvij. pro inuestigatione col. fi. lib. ij. & consil. clxxxj. post medium. eod. lib. Dec. consi. clxxv in causa. vertic. tertio. vbi citat etiam aliud simile dictum Bald. in rubri. C. de fide instru. versi. quæro ergo. cum simi. adductis per Ias. in l. singularia. col. penul. ff. si cer. peta.

DCCCIII.

1 *Vsus boni qui dicantur. 2.*

Sequuntur leges loquentes de consuetudine, in quibus dicitur consuetudo seruanda, quas leges allegat dominus Hugo de Carolis in quodam suo tracta. in materia consuetudinis. & sequuntur verba sua formalia.

Nota consuetudinem esse seruandam.

Instit. de iure natu. gentium & ciui. § ex non scripto.
Et ff. de legi. l. de quibus. cum seq. vsque ad l. fin.
Et ff. de vsufructu. l. si quis donaturus.
Et ff. communia prædiorum. l. venditor. § si constat.
Et ff. de adi. edi. l. quòd si nolit. § quia assidua.
Et [illegible] de euictionibus. l. si fundus.
Et ff. de testib. l. iij. § vltimo.
Et ff. de administra. tutorum. l. sine hærede. § l. ucius. aliàs est sub lege tutoris.
Et ff. de fundo instruct. l. cùm de lanionis. § asinam.
Et ff. de leg. [illegible] l. si seruus plurium. § fi.
Et ff. de publica. l. si publicanus in fi. & l. licitatio. § eadem.
Et l. non tamen. ff. de donationibus.
Et C. de episco. audien. l. iij.
Et C. de Iudeis. l. Iudæorum.
Et C. de veteri iure enucle. l. j. § sed & si qua leges.
Et C. noua vecti. l. fi.
Et C. de testa. l. testamen. & l. si non speciali. eo titu.
Et C. de ædifi. priuatis. l. an in totum.
Et C. de emancipa. liberorum. l. j. in fine.
Et C. quæ sit longa consuetu. per totum.
Et C. de iure fisci. l. super creandis. lib. x. & l. defensionis. in fi.
Et C. de decurioni. l. exemplo.
Et C. de exactoribus tributorum. l. missi.
Et C. de excusationibus mu. l. negotiantes.
Et l. maximarum. C. de suscepto. & arcariis.
Et C. de auro cor. l. vna.
Et C. de metallis. l. ob metallum. lib. xij.
C. de iure reipublic. l. fin.
C. de aquæductu. l. vsum aquæ.
C. de agricolis. l. cum satis. § cum autem.
C. de pascuis publicis. l. j.
C. de ero. mili. anno. l. per hanc. versi. si qua tamen.
Et l. cum alimenta. ff. de ali. & cib. legatis.
Et ff. de pollicitation. l. nummus.
Et ff. de lega. iij. l. semper.
Et ff. de re iud. l. non tantum. § nonnunquam.
Et ff. de decurio. l. j. circa principium.
Et ff. de albo scribendo. l. j. § j.
Et l. vt gradatim. § & si lege. l. honor. & l. munerum. § mixta. ff. de mune. & hono.

1 Dicuntur † boni vsus, & consuetudines, omnes illi qui iuri diuino, aut reipublicæ non repugnant, seu aduersantur, secundum quod in simili dicitur in l. fi. C. si contra ius vel vtilitatem publicam. Nam si aliquis vsus, seu cõsuetudo iuri diuino, aut reipublicæ aduersaretur, seu repugnaret, talis vsus seu cõsuetudo non mereretur dici bonus. l. eos. C. de vsu. auth. nauigia. C. de fur. & auth. omnes peregrini. C. communia de successionibus.

2 Secundò dici † possunt boni vsus, seu consuetudines, qui authoritate legis tolerantur & coadiuuantur, secundum quod dicitur in l. si fundus. ff. de euict. l. venditor. §. si constat. ff. communia prædi. l. apud Iulianum. §. j. ff. de lega. j. Et generaliter in omni consuetudine quæ à lege non dãnatur, iuxta l. non dubium. C. de legib.

3 Consuetudo † loci contractus attenditur, non forus vbi causa agitur. not. Specul. in titu. de sententia. §. qualiter. versi. u. debet etiam ferri. vide latius in decisio. parlamen. quæstio. cclxij.

DCCCIIII.

1 Expensæ † dicuntur &c. vt suprà sing. dclxxxv. nu. 2.

2 Quod nullum † est rumpi non potest. l. nam & si sub conditione. ff. de iniusto rupto & irrito testa.

3 Id ratum est, † quod vltimum approbatur. l. sancimus. C. de testamen. pro quo l. ij. §. diem. ff. quemadmodum testamen. aperiantur.

4 Bona † est argumentatio à sufficienti partium enumeratione. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur.

5 A nobiliori † denominatur res. l. quæritur. ff. de sta. ho.

DCCCV.

1 *Verba, quòd hæres portet nomen & arma testatoris, important cõditionem honestam, qua non impleta hæres non poterit agere.*

1 Quòd hæres † portet cognomen & arma testatoris, illa verba important cõditionem honestam: & quæ propterea est adimplenda. l. facta. §. si in danda. ver. si verò nominis. ff. ad Trebel. & cõditione possibili & honesta non adimpleta hæres non potest agere. l. vna. §. sin autem aliquis sub conditione. C. de cadu. tollen. & l. j. ff. de condi. & demon. imò hæreditas conditione pendente non potest adiri. l. is qui hæres. ff. de acquiren. hære. & in l. is potest. in primo ver. ff. eo. titu. Nec præsumitur ipsa conditio impleta, cùm sit in facto. l. qui hæredi. & l. Mæuius. ff. de conditio. & demonstr. & facta non præsumũtur, nisi probentur. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. & postlimi. reuersis. & l. denique. ff. ex quibus causis maio. Et posito quòd non esset conditio, sed modus: tamen idem est in effectu quod in conditione, cum modus etiam sit adimplendus saltem ex post facto: & tamen cauere debet hæres de modo adimplendo

antequam actiones hæreditarias exerceat.& not. per glo. C. de his quç sub modo.in l.j.aliàs hæres ab hæreditate remoueretur.l.quibus diebus.§ fina.& ibi plenè per Dyn.& Barto.ff.de condi.& demonstra.& l.huiusmodi. in princ. & ibi not.ff.de lega.j.

2 Charitas † bene ordinata incipit à seipso.l.si præses.C.de seruitu.& aqua.

DCCCVI.

1 *Iuramento probatur quem esse vsum iure seruitutis.*

Pone in l.j.§.æstiua autem. in text. ibi, puto probandum ex proposito vtentis,&c.ff.de aqua quoti.& æstiua. Not.

1 † argum.huius literæ, agentem pro aliqua seruitute posse probare sun sacramento hoc, scilicet quòd vsus est iure seruitutis. Nam vsum debet probare per testes: sed quòd iure seruitutis, per sacramentum. Quia illa quæ sunt in conscientia,per solum sacramentum possunt probari.notatur extrà,de testi.c.præsentium.& de senten.excommu. c.iiii.gloss.soli.&c.xxxiiij.quæstio ij.c.in lectum. per glo. & de electione.c.innotuit & extrà de rescriptis.c.ad audientiam.ij glos.fin.post medium.& de homi.cap.significasti.in gloss.sed qualiter. Vide l.præsenti.§. sed sic.C.de his qui ad ecclesias confugiunt.vbi notatur, quòd ignorantia probatur per iuramentum:notatur per glos.in ca. eos.de tempor ord lib.vj & c.innotuit.de elect.& vide capit.accedens.extrà de crimine falsi.& xvj.q.iij.dilectis.vide plenè Henr.Boich in c.si verò.in vlti.distinct. extrà de sen excom.de hoc & notatur ff.de itinere actuque priua. in l.j.§.ij.in gl.iure seruitutis.Dy. imò gl. super hoc verbo videtur tenere,quòd per testes debeat probari seruitus.

De his quæ probantur per iuramentum, dixi in apparatu statuti,si quis per literas.in gl.super verbo,clandestinè.in q quæ incipit,sed qualiter probatur.

Pone in d.l.j §.quod autem.in tex.ibi,quotidie duci possit.ff.de aqua quotid.& æstiua.Nota argumentum † ad

2 quæstionem:aliquis ponit se continuè possedisse domum illam spatio decem annorum,vel xx.aduersarius probat illum non possedisse medio tempore, fortè per mensem: dico quòd huic dictæ positioni non nocet:quia nihilominus reputatur continuè possedisse.argu. huius literæ. ad quod ff. de fluminib.l.j.§.item fluminum.& d.l.j §.quotidiana.pro hoc facit l.Mæuia.ff.de testamen. manu. cum his quç ibi scripsi.Et idem notatur per Io.And in procem. decretalium super verbo,quotidie.& per Henr.Boich, in c.ex parte.de clericis non residen.

DCCCVII.

1 *Testes decem requiruntur ad probandum communem rei valorem.*

4 *Condemnatus actione reali ante executionem debet moneri quòd rem restituat infra certum tempus.*

1 Ad probandum † quod res tantum communiter valeat, requiruntur decem testes:ita dicit Ioan. Ferrarij.in titu. libellus in actione reali,in ix.col.in gl.super verbis,in florenis decem pro damno,&c.

2 Sufficit † mittere acta signata notario,vel quòd sint sigillata,& alterum sufficit.vt dicit Spe.in tit.de remissionibus.in §.penul.in fi.

3 An credatur † iudici,nisi inquantum constet de actis, tangit Spe.in tit.de teste,in §.j.in xvj.& probat tex.in c.quoniam contra falsam.extrà de probat.

4 Condemnatus † actione reali debet priùs moneri, qoòd rem restituat infra certum tempus, antequam fiat realis executio.Insti.de offic.iudi.§.j.& l.qui restituere.ff.de rei vendi.ita dicit & tenet Barto.in l à diuo Pio.in §.in venditione.in ij.col.ibi,in actione verò in rem.&c. idem de Butrio in c.ex ratione.de appel.in fi.& Ang.de Perusio, in l. iudicio cœpto.C de iudi.& ibi plene ponit materiam nouationis.Et sequitur talis effectus,quòd si aliter procedatur,quòd potest appellari,quasi excedatur modus, vt videtur sentire Bar.in d.§.in vẽditione.ibi,sed quçro,quid si facta fuerit,&c.

5 An exceptio † quæ obstat cedenti,&c.vt suprà sing.cxliiij. & infra singu.dcccclxvij.

DCCCVIII.

1 *Positione per me negata non possum me iuuare.*

1 Non possum † me iuuare positione per me negata, vt dicit Archidiaconus in c. idem tenet Bar.in l.non vtique.ff.de excep & præscrip.Et ibi dicit Bar. vnum notabile.quòd si ego negem solutionem per ipsum tenm allegatam, quòd non possum dicere intẽtionem meam esse probatam ex illa allegatione solutionis.tamen allegando solutionem an videatur debitum fateri.textus quòd non,extrà de exceptionibus.cap.

2 Quãdo † videatur electa industria personæ,vide plenè per Bar.in l.fi.ff.de diuer.& tempor.præscrip.

DCCCIX.

1 De præscriptione † rei fiscalis qualiter & quando præscribatur,vide plenè per Bar.in l.in omnibus.ff.de diuersis & temporalibus præscrip.

2 Si fiscus † succedat priuato vtitur iure priuati circa rem, in qua successit.tex.ad literam ff.de vsuris,in l.cùm quidam.§.fiscus.

3 Si priuilegiatus † succedat non priuilegiato, vtitur priuilegio suo,vide Hen.Boich,in c.dilectus.de præben.

Materiam protestationis plenè posuit Barto.in l.non solùm.§.fi.ff.de no.oper.nun.

DCCCX.

1 Vitium † litigiosi cõtrahitur, vbi est quæstio de proprietate:secus si de possessione.gl.in c.j.de confir.vti. vel inuti.de vitio litigiosi vide infrà sing.dcccxxvj.

2 Qualiter † mensis intelligatur seu computetur, vide Barto.ff.de diuersis & temporalibus præscriptio.l.in tempore constituto.

DCCCXI.

1 An pœna † sæpius committatur per reiterationem, vide in l.etiam.§.quçsitum.& ibi doctor.ff.si cui plusquam per legem Falcid.

2 De materia † securitatis vide per docto.in l.hæc autem.ff. si cui plus quàm per leg.Falcid.& Cyn.in l.denuntiamus. C.de his qui ad eccle.confu.vide suprà sing.cccxiij.

3 Dictio † quandiu,facit conditionem.vide in l.pater Seuerinam §.fi.ff.de condi.& demon.& ibi extraordinariè in lib.meo. vide suprà sing.cccix.nu.ij.

DCCCXII.

1 Hæres † non tenetur implere voluntatẽ defuncti,vbi eius voluntas est contra legem.tex.in l.si quis eum quem.ff.de condi.& demonstra.

2 Hçres † rogatus tenetur cauere de hçreditate restituenda. in l.cum Archimedorã C.vt in pos.leg.nisi testator prohibuerit.glo.in l.cùm tale.in §.j.super verbo,non interponendæ.ff.de condi.& demonstra. Etiam debet reddere rationem fideicommissario, nisi testator prohibuerit, vt ibi gloss.super verbo,non interponendç.in fi.Io.And. in c.Ioannes.de testa.in vij.col.

DCCCXIII.

1 Verbum † credit,non est assertiuum,nec pręcisum, vt dicit Ange.de Perusio,in l.fina.C.arbi.tutelæ.Quod facit ad impugnationem testis, qui deponit per verba credit, vt non plenè dicatur deposuisse:de quo vide infrà sing.dcccxxxiij.§.non valet.

2 Ioannes † Fabri in suo breuiario, in l.ad solutionem.C. de re iudic ponit ad dictam legem vnam limitationem, quòd illa lex loquitur in illo qui sponte soluit:secus si mãdato iudicis compulsus soluat,per l.cùm ex causa iudicati.ff.de appellatio.

DCCCXIIII.

1 Si producam † vnum instrumentum in iudicio, an potero ei pro parte stare,& pro parte non, vide reportata Barto.ff.de libe.lega.in l.Aurelius.§.idem. in libro meo. Vide gloss.in l.j.§.editiones.ff.de eden.quæ dicit, quòd instrumentum productum potest acceptari inquantum facit contra producentem.& Inno.in c.cùm olim. de censi.vide Archi.in c.j.& i.de confes.lib.vj.

2 De domo † quæ est in duabus parochiis, vide in l.prędiis. §.balnea.ff.de leg.iij.& ibi extraordinariè in lib.meo.

DCCCXV.

1 *Confines villarum vel curarum non probantur per instrumenta venditionum*

venditionum, & emptionum.

1 Per instrumenta † emptionum & venditionum non probantur confines villarum vel curarum: vide extraordinariè in lib. meo. ff. de leg. iij. in l. prædiis. §. Titio. vide de materia suprà sing cccccxliij.

2 Nota † argumentandum ex proverbiis antiquorum. in l. si chorus. in §. j. ff. de legatis iij. & ibi extraordinariè in libro meo.

DCCCXVI.

1 *Dictio vsque, an inclusiua an exclusiua.*

2 *Moneta si mutetur post contractum pendente dilatione solutionis, de qua moneta solui debeat.*

1 Dictio † vsque, an sit inclusiua vel exclusiua, vide plenè. in l. cùm patronus ff de leg. iij.

2 Si mutetur moneta † post contractum pendente dilatione solutionis, de qua moneta solui debeat, vide extraordinariè in l. vxori. §. vxori ff. de leg. iij.

DCCCXVII.

1 Compositio † facta per carceratum cum domino, nô valet. allegatur tex. in l. j. §. fi. ff. de authoritate tutorum. vide in decisio. parlamen q. cccxxvj. & q. cxij.

2 Nota † quòd vbicunque requiritur scriptura, si probetur intercessisse, & esse amissam, sufficit. extrà, de priuilegiis. c. cùm olim. & ibi per Innoc. & C. de fide instru. l. emancipatione. ita no. Io. Fab. C. de manda. prin. l. vna.

DCCC XVIII.

1 *Reconuentio potest fieri quandocunque pendente iudicio.*

1 Conclusio doctorum est, quòd † reconuentio[a] potest fieri quandocunque pendente iudicio ante sententiam, etiam prope finem causæ: ita dicit Ioan. Fab. in authen. & consequenter. C. de senten. & interlo. om. iud. vbi plenè tractat materiam reconuentionis.

2 De legitimatione † liberorum, an Papa possit legitimare quò ad successiones hereditatû. & an Reges possint legitimare: & quo casu, vide plenè per Ioan. Fab. C. de nupt. l. imperialis.

ADDITIO.

a Reconuentio. Mathesilan. tamen in dicta authen & cõsequêter. nu. 2. tenet arg. d. authen. quòd reconuentio potest fieri solùm in exordio litis, id est, in ipsa litis contestatione, vel ante, vel parum post. pro quo dicit facere tex in l. cùm Papinianus. eo. titu. & in c. j. de mut. peti & meliùs in clemen. sæpe. verb. verum. de ver. sig. quod putarê verum, quantũ ad simul procedêdum in vtraque causa: sed quantum ad consequendum eum iudicem, posse fieri vsque ad sententiam. per not. Ioan. Andr. in d. clem. sæpè. in gl. super verb. exordio. & Archidia. in c. dispendiosa. §. reus quoque. de rescrip. lib. vj.

DCCCXIX.

1 Meretrix † est infamis. probatur in dicta l. imperialis. C. de nupt ideo dico, quòd a testimonio est repellenda. qualiter infamis infamia facti, & an & quomodo repellatur à testimonio: vide plenè per Ioan. Fab. C. de sum. trini. & fide catho. in prin in viij. col.

2 An quis possit † venire propria authoritate contra proprium iuramentum, licet temerarium: vide Ioan. Fab. C. de nup. in l. quod eis.

3 An compaternitas † possit contrahi per procuratorem, vide pro & contra, Io. Fab. in l. fi. C. de nup.

DCCCXX.

1 Authen. sed qui nihil. C. de pact. conuen. non † habet locum vbi alter promittit dotem, quàm mulier: quia tunc nihil possit mulieri imputari. ita dicit Ioan. Fab. in dicta authen. sed qui nihil plus dicit ibi Ioan. Fab. quòd d. authen. non seruatur de consuetudine.

2 Hodie † verò videtur, quòd si princeps recitet & fundet intentionem suam super eo, quod recitat, standum: ista sunt verba Ioan Fab. C. de donationi. inter virum & vxorem. in l. ex verbis.

DCCCXXI.

1 *Procuratores vel iudices fiscales calumniosè vexantes partes, tenentur ad damna & expensas.*

1 Iudices † vel procuratores fiscales qui ex officio calũniosè vexant partes, debent condemnari de proprio in damnis, expensis, & interesse partis priuatæ: ita dixit Io. Fab. C. de admi. tuto. l. non est ignotum. Idem etiã dixit Gul. de Monte Lauduno, in cle. sæpè. §. fi. de verbo. signi. & ibi plenè per eum. vide etiam l. j. C. de curiosis & statio. li. xij. vbi videtur tex. de hoc.

DCCCXXII.

1 *Cedens bonis satis videtur excussus.*

1 Si debitor † cessit bonis, videtur satis excussus, si tamen in bonis cessis non possit satisfieri: vt dicit Io. Fab. in auth. hoc si debitor. C. de pign. Et ibi dicit, quòd si debitor donauerit bona sua, quòd debent creditores agere reuocatoria contra donatarium, vel agere contra debitores, antequàm contra tertium possessorem rei hypothecatæ. alleg. C. de magist. conuenien. l. j.

2 De materia † auth. hoc si debitor. & distinctiones vide per Io. Fer. in tit. forma responsionis libelli in actione hypothecaria, super verbo exceptione excussionis.

3 Plus dicit Io. Fab. in d. authen. hoc si debitor. † quòd licet debitor sit excommunicatus pro debito, adhuc non videtur discussus: ideò debet realiter discuti & requiri officiũ laici, vt compellat ad soluendum, &c.

4 Sed quid † si debitor renuntiauerit dictæ authê. dic q̃ non præiudicat emptori: vt ibi Io Fab.

5 Dicta auth. hoc si debitor. † nô habet locum, vbi nomine debitoris est obligatus: quia potest agi cõtra debitorem debitoris facta discussione: vt dicit Io. Fab. in authen. hodie. C. de actio. & obli.

DCCCXXIII.

1 Licitũ † est recuperare ius suum cuilibet authoritate propria, quãdo per superiorem non potest recuperari: vt not. Io. Fab C. de sum tri. & fide catho. circa prin. & plenè in l. j. C. vnde vi. per eundem.

2 Omnia † censentur teneri à domino territorij: vt dicit Io. Fab. C. de sum. tri. & fide catho. in ij. col. qui allegat Spe. in titu. de locato. §. nũc aliqua. versi. lxxxvj. & videtur quasi expressum viij. distin. c. quo iure. ista sunt verba Ioã. Fab. vbi suprà, & vide suprà sing clxxvj.

DCCCXXIIII.

1 *Antiqua facta qualiter probentur.*

1 Facta † antiqua quæ excedunt memoriam hominis, probantur per communem relationem antiquorum, & per libros antiquos, & per historias antiquas. & habet talis antiquitas vim legum. ista sunt verba Ioan. Fab. vbi supra proximè.

2 An iudicium † ceptum per patrem transeat in filium, vide ff. de oper. libert. l. si operarum. & ibi extraordinariè in lib. meo. Et vide ibi an instantia possit cedi.

DCCCXXV.

1 *Iudex appellationũ solùm potest cognoscere super deductis in causa principali.*

1 An curatus † possit petere æstimationê pro recepto suo, si non fuerit ad pretandendum semel in anno in domo parochiani? dic quod non. & vide extraordinariè in libr. meo ff. de op. et. libert. l. hoc opere. §. si patroni.

2 Iudex † appellationum non habet potestatem cognoscêdi, nec iurisdictionem, nisi supe. deductis in causa principali: si faciat contrarium, sententia est nulla: vt not. Ioan. Fe. rat. in titu. forma sentent. æ diffinitiuæ. in glo. prima. in tertia colum.

DCCCXXVI.

1 Litis pendentia † in alio iudicio impedit litis contestationem, sicut est iudicata. no. Io. Fer. in tit. forma responsioni rei conuenti. in gl. super verbo, exceptus, lite pedente. & ibi ponit quinque modos, per quos lis dicitur pendere, & ibi de vitio litigiosi ponit aliqua sing. & ibi dicit quod per hypothecariam res non efficitur litigiosa. itê per confessoriam vel negatoriam.

DCCCXXVII.

1 Ratio † testis magis attenditur, quam eius dictum: vt not.

Ioan.Ferra.in titu.forma opponendi contra testes post publicatio. testiom. in gloss. super verbo, reddunt rationem & non eandem,&c.

2 Illa clausula.† amoto quocunque illicito detentore, tollit dispositionem cap.eum nostris. de concess.præben.ita dicit Franc.de Zabarel.in clemen.j.de præben. ita q per dictam clausulam videtur facta mentio de possessione tertij.ita dicit de Zabarel.Idem tenet Panor.in d.c.com nostris.post Io.And.& Io.de deo.Et hoc verum in literis gratiæ papæ:secus autem in literis executoriis, vel in executione gratiæ:quia ea quæ ponuntur in executione gratiæ non firmant gratiam aduersus vitium subreptionis. facit clemen.j.de præben.ista sunt verba Panor.vbi suprà.si verò nó est apposita illa clausula,literæ sunt subreptitiæ, per dictum c.cum nostris.

DCCCXXVIII.

1 Quid† autem si per Episcopum fiat collatio de beneficio non requisito patrono & sic eo contempto, an talis collatio erit nulla,vel annullanda? videtur quòd esset nulla, per c.decernimus.xvij.q.vij.sed contrarium qoód sit aliqua,& irritanda,est tex.expressus,in c.illud. de iure patr. & facit quòd ad episcopum videtur principaliter spectare prouidere de beneficio.Hinc est quòd per institutioné Episcopi confertur titulus,& non per præsentationé patroni. extrà de iurepatrona. c.pastoralis. & de insti.c.iij. & sic non videtur esse defectus ex parte conferentis titulum,licet male faciat contemnere patronum · & propter hoc ad petitioné patroni potest cassari collatio.Hunc articulom non reperio tactum,nec bene declaratur per dicto.tamen satis videtur,quòd de iure procedat,scilicet q collatio non sit nulla,sed annullanda.pro quo text.ad literam in d.c.illud.cui textui standum tanquam posteriori potius est.quàm d.c.decernimus.per ea quæ not.in c.j. de consti.lib.vj.& in c.j.de cogn spiri. & quod plenè not. per Bar.in l.omnes populi.ff.de iustitia & iure.in materia statutorum.ista sunt verba Federici de Senis in suo tractatu permutationum.

DCCCXXIX.

1 Per præsentationem † patroni clerici queritur ius presentato,ita quod si Episcopus aliom instituat, poterit ipse præsentatus agere ad interesse cótra ipsum Episcopum. Quod idem est in patrono laico,qui non variauit:quia hoc casu quæritur ius præsentato. secus si variat laicus: quia si variet non quæritur ius præsentato·vt hæc dicit gl. in cap.dilectus. de offic.legati. in antiquis. super verbo, plus iuris.

2 An cedens† possit esse testis pro cessionario,vide in decisionib. parlament. quæstio.ccccccxxx & plené in lxxxiij. consiliorum meorum, & infrà singular.dcccxxxiiij. nu.1. & suprà singu.lxxxvj.

DCCCXXX.

1 Quid si vnus† ex permutátibus non habet ius, puta, quia simoniacus,vel aliter non habet titulu in beneficio,nunquid acquiret ius in beneficio,quod consequitur ex causa permutationis?Dic quod nou, duplici ratione:primò, quia alias sequeretur absurdum : nam quis per fas & nefas cogeretur acquirere beneficium:& videns se illud non posse tenere salua conscientia, permutaret cum ius habente. Secunda ratio est,quia dans rem alienam non contrahit permutationem. de except.c.cùm venerabilis.ibi, nec cum alio quàm cú vero domino permutatio valeat ritè celebrari,&c.Et pro hoc etiam, quia Episcopus qui confert sibi beneficium,intendit illud conferre loco alterius quod amittit,sed nihil amittit,ex quo non habet ius in beneficio quod permutat:ideò posito quòd Episcopus alias potuisset illi conferre beneficium : quia tamen non contulit simpliciter, sed ex causa permutationis, ille nihil consequitur,& habebit locum illud vulgatú,quod potuit & noluit. de offic delega.c.cum super.& l. nullus.C.si quis alteri vel sibi.& hoc tenet Ioan.And.in c.j.de rerum

2 permuta.lib.vj.Ex prædictis patet,quod † si vnus ex permutantibus non habet ius in beneficio,non consequitur ius in collatione Episcopi sibi facta de alio beneficio loco illius. Et sic tradens beneficium per eum canonicè possessum ex causa permutationis,in beneficio qood recipit non canonicè possesso per illum à quo recipit, non acquirit canonicum titulú ex collatione Episcopi : & sic poterit suum recuperare. ita dicit Fede.de Senis in suo tractatu permutationum,in x.q.

3 Contra † illos qui impetrant literas citatorias à curia Romana ad locum non tutum,vide gloss.in l.de ætate.ff. ad Trebellianum.

DCCCXXXI.

1 *Dominium sententia iudicis transferri.*
2 *Interesse iuramento probari.*

1 Nota ex sententia † iudicis dominium transferri,si est in missione quæ fit ex secundo decreto. vt ff.de acquir.poss. l.iij.§.fi.ff.si ex noxa.cau.agatur.l.ij.in fi.ff.commu. diui. l.sed si res.quæ sic accipe,si facta fuerit missio per ipsum prætorem . nam sola sententia non facit dominium sed traditio :vt C.de pactis.l. traditionibus. predicta dicit gloss.in §.fina.in verbo,iudicatum. Institu.de offic.iudicis.quod not.

2 An interesse † probetur iuramento & qoando, vide gloss. notabilem ff. quod vi aut clam.in l.semper.§.in hoc interdicto.soper verbo,Iurauerit.

DCCCXXXII.

1 An mutua † delicta compensatione tollantur, vide reportata in ff.meo veteri,in secundo folio.

De cófessione procuratoris an noceat domino, vide plené in ff.meo veteri.de offi.præfect.vrb.scripta manu propria domini Pet.Pap.

2 Instantia † causæ transit in filium heredem.ff. de iniur.l. sed si vnius.§.fi.in gl.fi.

DCCCXXXIII.

1 De alimentatione † liberorum an possit peti á patre viuo auo in cuius est potestate vide in reportatis meis ff.de iniur.in l.sed si vnius .& vide Cy.C.de alend.liber.l.j.

2 Deiectus † debet probare se possedisse tempore spoliationis.ff.de vi & vi arma.l.j.§.interdictum autem.

3 Non valet † testimonium de credulitate.Spec.in titu.de teste.§.j.versi item qood deponit de credulitate. & vide suprà singular.dccexiij.

4 Ea quæ † liquidò probari non possunt,probantur per cóiecturas.l.non omnes.§.à barbaris.ff de re mili.

DCCCXXXIIII.

¶ De materia cessionis actionis sequuntur aliqua quæ dicit Pet.Iaco.in titulo,de rei vendi.quæ componit ex cessione.

1 Dicit Pet.Iaco.in hęc verba.Item † cedens dominus potest esse testis in causa pro eo,cui cessiooem fecit, si tamé de euictione non teneatur:iuxta id quod not.ff.de testibus.l.nullus.contrarium oot. C.de procuratoribus.l. fina.Specu.tamen tenet idem quòd hic,in titu. de procuratoribus.in fine.

Vide circa hoc Specu.in titu.de procur.§.fi.in fi.ibi, cùm

2 dicit † nota cautelam,&c.& allegat l.stipendia.C.de procura.cótrarium puto,ne detur materia fraudis.ff.de rei vendi.l.ne fraudem in fundom.secundum Iaco.But. vide Cy.C.de testibus.l.omnibus.

3 Sed an † cessionarius teneatur fidem facere de cessione ante litis contestationem?dic vt in Specu. in tit. de instru. editiooe.§.nunc dicemus.versicu.sed quis. & per Archid. de procura.c.j.lib.vj.

4 Si quæratur,an ille † cótra quem est cessa actio, possit exceptis compensationibus oppooere de eo quod cedens sibi debet? credo quòd indistinctè possit. arg.ff.de diuer. & tempo.præscrip.l.creditor.

Specu.in titu.de teste.§.j.versi.sed pone, mutuaoi tibi, &c.

5 † facit mentionem de cessione ex causa dooationis & ibi distinguit, quando fit ex causa donationis.ff.communi diuid.l.in hoc iudicio.§.penulti.compensatio enim pro solutione haberi videtur.C.de compen l.si constat. idem tenet Specu. in titu.de procura.§.fi.versi.sed nunquam.& Cy.de compen.l.eius.& Dy.de regu.iur.c.si quis. Item sequitur Bar.in l.procurator ad exhibendum.§.fin.ff.rem ratam haberi licet contrarium videatur tenere Dy. in §.

in bonæ

in bonæ fidei Insti. de actio.

6 Item est notandum, quod † dominus qui cessit actionem, potest facere pactum de non petendo. Item agere & transigere non obstante cessione, & reuocare illum in quem est facta cessio, nisi in tribus casibus, scilicet si ille in quem est facta cessio, litem fuerit contestatus, vel aliquid accepit de eo super quo facta fuit cessio, vel possessori denuntiauerit, ne rem domino restituat, pro eo quòd dominus iam cessit sibi actionem, vt C. de noua. l. iij. & facit ff. de transact. l. fi. & de pac. l. si cum emptore. & de procu. l. quæ omnia. §. planè. & de compen. l. in rem. Nec scientia possessoris sufficeret ad impediendum prædicta, nisi vnus de illis tribus casibus interueniret. ad hoc facit quod no. per Roffre. in tit. de actione. licet no contra. ff. de transactio. in fin. vide plenè de materia cessionis per Pet. Ia. in dicto tit. de rei vendi. quæ competit ex cessione.

DCCCXXXV.

Alienationem an possit in totum reuocare, qui ei non consensit.
Creditor an teneatur ire quæsitum debitum ad domum debitoris.

1 Si sint plures † domini directi, an vnus qui non consenrit alienationi, possit alienationem in totum reuocare: vide Albericum de Rosa. in l. cum colonus. §. nauem. ff. locati.

2 Confessio † testatoris non valet, nisi sit iurata: vt plenè per Hen. de Bouenco, in auth. sacramenta. in materia causæ formalis, circa fi. C. si aduers. vendit.

3 An debitor † teneatur portare debitum ad domum creditoris, vel creditor ire quæsitum ad domum debitoris? vide plenè per Bar. in l. item illa. ff. de cōsti. pec. & Panor. in c. significante. extra de pig.

DCCCXXXVI.

1 *Mala fide superueniente post completam præscriptionem an præscribens teneatur in foro conscientiæ.*

1 Si post completam † præscriptionem superueniat mala fides an teneatur præscribens rem restituere in foro conscientiæ? Et super hoc sequuntur verba de verbo ad verbum magistri Io. lectoris in summa sua confes. lib. ij. tit. j. q. xxxj. vbi sic dicit, Diuersi diuersa dixerunt mihi: tamen videtur saluo meliori iudicio sic distinguendū: quia aut ille possessor post completam præscriptionē habet conscientiam remordentem, scilicet quod non possit rē sine peccato mortali retinere: & tūc dicerem ei præcisè quòd restituat: quia qui facit contra conscientiam erroneam, ædificat ad gehennam. aj. q. ij. aut est illata. & extra de simonia, per tuas. ij. Aut non habet super hoc conscientiā remordentem, sed credit quòd iuste possidet iuris authoritate: vel si habuerit aliquando super hoc conscientiam remordentem post completam præscriptionem, tamen consilio peritorum deposuit omnem scrupulositatē conscientiæ: tunc consulerem ei vt restitueret saltem propter ambiguum damnationis, & ne cupiditas excæcauerit eum. Et quia etiam vix potuerunt cōcurrere omnia, quæ exiguntur ad præscriptionem: & si nollet acquiescere, nō audeo sibi dare securitatem quòd sit in statu saluandorum. Non audeo etiā diffinire eum teneri, vel esse in statu damnandorum propter iura, quæ hoc concedunt, præsertim cùm sic videatur seruari per vniuersum orbē quocunque se defendit ecclesia.

DCCCXXXVII.

1 Quando † aliquid conceditur, an omnia videantur concessa per quæ peruenitur ad illud, vide plenè Bar. in l. ij. ff. de iurisdi. om. iudi.

2 In delictis † omnes tenentur in solidū, & vno soluente alter non liberatur. ff. de iurisdi. om. iudi. l. si quis id quod. §. finali.

3 Coram † arbitro non est locus recōuentioni.[a] Bart. tenet
a ff. de iuris. om. iu. in l. est receptum. & ibi dicit Bart. quòd principes non recognoscentes superiorem, possunt esse iudices in eorum propriis causis.

ADDITIO.

a Reconuentioni Idem Ludouic Roma. sing. cl. & dcclxxxiij. quamuis contrarium teneat Marian Soci. in c. j. versi. sed maius dubium est. extrà de mut. petit.

DCCCXXXVIII.

1 *Absenti ex iusto metu datur restitutio in integrum: & quis dicatur iustus metus. & nu. 2 & etiam via nullitatis subuenitur. infra sing. proximo nu. 1.*

1 Si quis se absentet † ex iusto metu, qui potest cadere in constantem virum, & mulctæ contra eum declarentur, quia mulctatus non comparuit, subuenitur ei per viam restitutionis in integrum ex clausula generali, si qua iusta causa mihi videbitur, à prætore edita. l. ij. §. j. ff. ex qui. cau. maio. ibi dum dicitur, hoc autem capite adiuuātur inprimis hi qui metus causa abfuissent. Et sequitur l. iij. vbi sic dicitur: metus causa abesse videtur, qui iusto timore, vel cruciatu corporis conterritus abest. & hoc ex effectu eius intelligitur, sed non sufficit quolibet terrore, vbi dicit glo. quòd minæ sufficientes faciunt iustum metum: & allegat l. interpositas. C. de trans. abductū timuisse, sed huiusmodi rei disquisitio iudic. est, &c.

2 Et minæ † illatæ à potentre inducunt iustum metū, & iustum terrorem. vij. dist. fuerunt. & xxiij. q. viij. conuenior. vbi verba iracunda iudicis, metum iustum important, & excusant. facit bene c. in primis. ij. q. j. vbi dicitur, quòd mandatum iudicis est, &c.

DCCCXXXIX.

1 Via etiam † nullitatis, tali qui iusto metu nō comparuit, subuenitur: quia non potest dici eo casu cōtumax, iuxta l. metum. ff. quod me. cau. & d. l. interpositas.

2 Ideò dicitur, quòd † citatus ad locum non tutum, vel coram iudice de via facti suspecto, vel qui minas ad terrorem sufficientes protulit, venire aut comparere non tenetur & in non comparendo non dicitur contumax. ca. ad supplicationem. in prin. extra de renūtia. in antiquis. hoc tenet Bar. expresse, qui dictum c. allegat, in l. recusare. in fi. quæstion. ff. ad Trebel. facit benè c. ex parte. & ca. fina. extra de appella. præsertim dum in dicto ca. ea parte. dicitur, ad quorum præsentiam nobis periculosum est ire, &c.

DCCCXL.

1 *Conuentio in carcere, aut metu carcerum facta, non valet. nu. 3. & 4. fallit nu. 2. nec firmatur iuramento. infra sing. proxi. numero . & 2.*

1 Item conuentio † in carcere[a], & metu carcerum facta, est
a nulla, & de iure non valet. l. qui in carcerem. ff. quod me. caus. vbi dicitur, qui in carcerem quem detraxit vt aliquid ei, id est ab eo extorqueretur, quidquid ob hāc causam factum est, nullius momenti est.

2 Nisi esset † detentus ex iusta causa, quia tunc valeret compositio etiam cum illo, qui eum detinebat. vt dicit expresse Barto. in l. quia latronibus. ff. de testa.

3 Sed quid si postea † talis compositio facta in carcere ratificetur, & de nouo fiat extra carceres, puta quia post relaxamentum à carceribus incarceratus fuit positus in domo sua in arresto, an talis ratificatio facta in domo sua in arresto existente valeat? credo quod non: quia talis de nouo promissio censetur etiam metu carcerum facta. & pro hoc allego tria iura quæ hoc clarè probant. primo per l. in eadem. ff. ex quib. cau. ma. dum in eadē l. dicitur, in vinculis autem, etiā eos dicimus, qui ita sunt alligati, vt sine dedecore in publico apparere non possunt, licèt detur facultas abeundi, vel quia iurauerunt, vt porenon recedere, vel arrestum tenere, vel fideiussores dederant. & alle. l. nec non. ff. eo. titu. & est secundum ius, vbi sic dicitur.

4 Item si quis † nec in custodia nec in vinculis sit, sed sub fideiussoris datione, dum propter hoc recedere nō potest, captus sic restituitur, & aduersus eum dabitur restitutio: inde dicitur in l. solutum ff. de ver. sig. & istud est tertium ius. solutum non eum intelligimus, qui licet vinculis leuatus sit, id est liberatus, manibus tamen tenetur. & sequitur ad propositum. nec eum quidem intelligimus solutum, qui in publico sine vinculis seruatur. sed custoditur à nuntiis & sequitur prout ibi dicit gloss. quòd illud quod interim promittit quasi in carcere sit, non tenet, vt d. l. qui in carcerem.

ADDITIO.

a In carcere. Adde Hippoly. Marsil. latè singul. cccvj. & Bouer. sing. verb. carcer. nu. 2.

DCCCXLI.

1 Nec obstat† iuramentum, cùm ibi interuenerit metus. & videtur casus in c. j. §. item sacramenta. de pa. iura. fir. in feudis. & in auth. sacramenta. C. si aduersus ven. ibi dũ dicitur, per vim autem vel per metum iustũ, &c. & ita in d. auth. sacramẽta. videtur residere Bar. super verbo, sponte, iuncta quæstione si. ibidem per eum mota.

2 Item si talis† promissio metu facta iuramento firmaretur, ipsum esset vinculũ iniquitatis, maximè vbi non constat promissionem fuisse ex iusta causa factam: quod tamen esse non debet, in c quanto. de iureiu.

3 Restat† respondere ad c. si verò. de iureiur. & alia similia iura, quòd ipsa loquuntur in iuramento aliquo leui metu præstito Sed credo, quòd tale iuramentum etiam nun leui metu præstitum sit seruandum, sed quód dispẽsetur: vt plenè per Henr. de Bouen. in d. authen. sacramenta in sua repetitio.

DCCCXLII.

1 An confessio† facta inter coniuges constante matrimonio præsumatur facta ex communi donatione. vide Ioã. Ferrar. in margin. fol. 113. & de Bonenco in d. authen. saeramen. puber.

2 Confessio† facta extra iudicium ad liberandum non inducit aliquam exceptionem. vide plenè pro & cõtra per Io. Ferra. in j. rub. libri sui fo. 1.

DCCCXLIII.

1 *Procurator generalis non intelligitur constitutus ad causas criminales.*

2 *Dispositio ad certum casum limitata, extra illum non sortitur effectum.*

3 *Culpa debet præcedere pœnam.*

1 Procurator† ad omnes causas generaliter constitutus, non intelligitur constitus ad causas criminales, ex quibus pœna imponitur, sed tantummodó ad ciuiles. C. de epis. & cleri. l. cum clericus. & auth. clericus. quia in illis requiritur speciale mandatum, in quibus pœnæ domino applicãtur: vt tenet Spec. in tit. de procur. §. j. ver. sed nunquid.

2 Dispositio† certo modo & ad certum casum limitata, extra illum casum non debet sortiri effectum: vt videmus in dispositionibus modalibus & conditionalibus. in l. j. ij. & iij. C. de dona. quæ sub modo. l. hæc venditio. ff. de contrahen. empt. & ven. c. super eo. & c. per tuas. de condi. apposi.

3 Vbi† non est culpa, ibi non debet esse pœna. l. si putator. ff. ad legem Aquil. c. cognoscentes. extrà de consti. l. sancimus. C. de pœnis.

DCCCXLIIII.

1 *Bonorum omnium præsentium & futurorum donatio an & quatenus valeat.*

2 *Intellectus l. sancimus. C. de donation.*

Extractum à lectura domi. Iacobi de Aurelianis, in l. j. C.
2 de sacr. sanct. eccle. Aut donat† omnia bona sua præsentia & futura, & tunc talis donatio non valet: quia per indirectum aufertur donanti libera facultas: & quia nemo vellet esse hæres, & reddit se inhabilem ad acquirendum: & ita non poterit testari. faciunt quæ leguntur & notantur in auth. ingressi. C. de sacrosan. eccle. Sed Ang. & Bal. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obliga. dicunt donationem omnium bonorum præsentium & futurorum valere, per ea quæ leguntur & notantur in l. quidam cùm filium. ff. de verb. oblig. vbi non attenditur id quod fit per indirectum: nam licet donet omnia bona sua, non ideò sibi tollit testamẽti factionem quin testari posit. Nec obstat quòd ex quo nulla bona habet, nemo volet esse eius hæres: quia respondetur, quòd donatio ad illud non ordinatur. nam sic in simili testamentũ non vitiatur, licet hæres nihil retinere posit. in auth. de hæredi. & falci. §. si verò non implens. Non obstat dicta alia ratio, quia constituit se in statu extremæ paupertatis: nam considerata ista ratione, secundum Bald. ille qui nun est soluendo, non posset testari, quod est contra l. ei qui soluendo non est. ff. de hæredi. instit. Item non est verum, secundum Angel. quòd ille qui donat omnia bona sua præsentia & futura, non posit sibi acquirere: quia imò potest sibi legari vel donari ea conditione, ne illud acquiratur donatario, sicut in simili habetur, & notatur in authen. excipitur. C. de bon. quæ lib. Et per ista dicit Ange. quòd super hoc passu nũquam sibi placuit opinio magistri sui, s. Bar. Cuma. tñ, Ang. & Io. de Imo. eũ sequũtur. quanquam dicant, quòd talis donatio censetur facta vi testamenti: quod est prohibitum per dictam legem, hæreditas. Concluditur ergo super hoc passu huiusmodi donationem secundum communem sententiam esse inualidam, nisi fieret in pias causas. ita etiam censent doctores post Bar. in d. l. fi. Sed an saltem talis donatio valeat respectu aliquorum bonorum, puta præsentium tantum? Bal. in d. l. fi. dicit quòd non valet in aliquu, dicens communem esse conclusionem. Sal. tamen ibidem videtur tenere talem donationem valere respectu præsentiũ: quia vtile per inutile non vitiatur, quãdo est ab illo diuisibile. l. sancimus. C. de do. vitiaretur tñ respectu filiorũ: per no. in l. si vnquã. C. de reuo. do Facit pro hoc, quia licet donatio inquantum excedit summam quingẽtorum aureorum, nõ valeat sine insinuatione: tñ infrà valet. vide
2 in xxxij consi. meorum. Sed secundum Bald. non obstat d. l. sancimus. quia ibi permissam habet certam quantitatem determinatam à lege: sed hoc casu non est determinata quantitas: ideò tota donatio vitiabitur: alioqui pari ratione dici posset, quòd valeret tota donatio, saluo aliquo de quo posset donator testari, quod esset ridiculum. de quo per ipsum Bald. in d. l. fin. ibi: sed pone quod adiectum est in donatione, &c. Si autem talis donatio omnium bonorum præsentium & futurorum fuisset iurata, tunc secundum Ioan. de Imola talis donatio non valeret respectu bonorum futurorum: valeret tamen respectu bonorum præsentium: quia iuramentũ habet vim illius clausulæ: si non valeret vt agitur, &c. ita dicit in d. §. filius matrem. vnde propter omnia præmissa bonum est consilium, quòd donans omnia bona sua præsentia & futura sibi aliquod modicum retineat, de quo testari valeat & inde donatarius securior existat.

DCCCXLV.

1 Si post† confiscationem bonorum fiscus restituat delatum ad bona, non recuperabit bona interim per fiscum alienata: quia restitutus non recuperat locum per alium occupatum. l. j. ff. de decurio. & l. si fine. §. sed quid. ff. de minoribus.

DCCCXLVI.

1 Appellatio † extinguit seu suspendit iudicatum. l. iij C. de appella. Fallit in sententiis censuræ, & in sententia excommunicationis, suspensionis vel interdicti, vel absolutionis secundum Inno. in c. si mandatum. de rescrip. & est casus in c. pastoralis. de appel. & in capi. his. cum glo. de sententia excommunic. libro vj. Sed hoc verum, vbi sententia excommunicationis est purè lata, secus si sub conditione, si non solueris infra tale tempus: per c. præterea. de appel. & tetigi de hoc in tractatu meo de appel. in quæstio. xc.

2 Quis potest † in se suscipere periculum casus fortuiti: vt plenè per Io. Fer. in ti. forma libelli in actione hypothecaria. super verbo, in deposito.

DCCCXLVII.

1 Furtum† quod fit de nocte, nõ est casus fortuitus: videtur tex. in l. cum duobus. §. damna. ff. pro socio. vide gl. in l. quæ fortuitis C. de pig. acti. secus in latrocinio, quod fit in nemoribus & itineribus. vt in d. §. damna. & gl. in d. l quæ fortuitis.

2 Furtum† est casus fortuitus si ab extraneo fiat furtum. Cyn. in l. j. C. depositi.

DCCCXLVIII.

1 An ecclesia † teneatur ad refectionem murorum ciuitatis? vide Ioan. Fer. in tit. forma libelli in actione reali. in gloss.

in gl. super verbo, Iure dominii.

2 Res fiscales† non tenentur soluere pedagia. gl. Io. And. in c. quanquam. de cen. lib. vj.

3 Collegium† vel vniuersitas non possunt excommunicari, vt dicit gl. in d. c. quanquam. de censib. & ratio, quia vniuersitas non potest delinquere, vt dicit Archi. in cap. Romana. circa fi. verb. vniuersitatem. de sen. excom. libro vj. & scripsi suprà singula. cccccvij. §. syndicus. & singula. dcclxxxviij.

DCCCXLIX.

1 Si non fuerit appellatũ† insta x. dies ab interlocutoria, & pars petat posteà reuocari cõtrario imperio, & iudex non reuocet, potest tunc appellari. Nam si exceptio quæ negotio principali præiudicat, vel iudicium nullum reddit, fuerit repulsa, & post diffinitiuam sententiam appellari contingat, iudex appellationis ipsam interlocutoriã potest reuocare, eo quia ipse succedit in iurisdictione iudicis à quo. extrà de appel c. fi. libr. vj. multò ergo fortius iudex qui ipsam tulit. Et hoc verum secundum Ioan. And. & Inno. in c. quod ad consultationem. de re iudic. si non fuerit appellatum: quia si fuerit appellatum, & appellatio sit deserta, tunc potest reuocari. & de hoc videtur esse casus in cle. fi. de appel.

2 De appellatione† ab interlocutoria, an possit iustificari ex nouis actis coram iudice appellationis: vide plenè per Bar. in l. eius qui. ff. de appel. recipiendis.

DCCCL.

1 An vxori† repetenti dotem obstet exceptio adulterii ciuiliter opposita? Sali. quòd sic, in authen. & consequenter. C. de sen. & interlo. om. iudi. ibi, quæro vj. Pro ista materia vide Sali. in l. omnimodò. C. de inof. testa. in prin. q. fi. vbi quærit de felonia.

2 Materiam† reconuentionis ibi tractant Sali. & docto. in d. authen. & consequenter.

3 In causis† summariis de eorum natura nõ habet locum reconuentio, vt ibi plenè per Sal. ibi, quæro iiij.

4 Coram† delegato habet locum reconuentio: vt ibi Sali. ibi, iiij. quæro. Vide Roma. sing. cl.

DCCCLI.

1 Missio† in possessionem nõ seruato iuris ordine, est ipso iure nulla, & ex ea non tribuitur possessio. ita no. Sal. post gl. C. quibus res iudi. non nocet.

2 Prætores† & episcopi assimilantur quò ad eorum potestatem. Sali. in l. programma. C. commi. epist. & c. quæ est post dictam rubricam quibus res iudi. non nocet.

DCCCLII.

1 *Obligatus ad carceres an cedendo bonis liberetur.*

1 Si quis† expressè se obliget ad carceres, an cedendo bonis liberetur? videtur quòd non: quia verba de aliquo operari debent. l. si quando. ff. de leg. j. & hoc tenet expressè Pe. Iac. in tit. de cessione bonorum, propè fi. sed Henric. Boich in c. Odoardus. de solu. tenet per l. j. C. qui bo. ced. pos. & per d. c. Odoardus. quòd debitor cedẽdo bonis ab hostagiis liberatur.

2 Vbi agitur † super nullitate sententiæ, illa nullitas non impedit executionem sententiæ. Sali. in l. j. C. ne liceat in vna eadémque causa tertiò prouocare. & hoc verum credo, nisi de nullitate constaret in promptu ex actis. vt dicit Bar. in l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iudi.

DCCCLIII.

1 Interlocutoria† quæ est mandata executioni non reuocatur, nisi vtraque parte cõsentiente, vel altera inuita ex iusta causa: vt dicit Sali. in l. cùm proponas. C. de bo. authori. iudi. possi. in vij. col.

2 Materiam† primi & secundi decreti tractat Sali. in auth. ei qui iurat. C. de bo. au. iud. pos. & ibi dicit, quòd à primo decreto non appellatur, in xxiiij. col.

DCCCIIII.

1 An missus† in possessionem ex secũdo decreto possit petere, quòd reus citetur, edocturus de dominio infra certum tempus, aliàs lapso termino non audiatur? doc. dicunt quòd sic, videlicet Cy. Bar. & Bal. Sed Sal. tenet contrarium in auth. ei qui iurat. C. de bo. au. iud. pos. vbi tractat materiam primi & secundi decreti.

2 Glo.† in authen. si quas ruinas. C. de sacr. san. eccle. super verbo, debet. ibi, debet fieri renouatio. ponit regulã seu doctrinam dicens, quòd dominus directus potest compellere emphyteutam ad renouandum contractum emphyteuticarium, seu cẽsuarium de nouo. & hoc pluribus de causis, quas ibi ponunt Bal. & doct. & an possit agi vt fiat mihi instrumentum de annua pensione. vide reportata in ff. meo veteri per do. Pe. Pap. super l. non quemadmodum. ff. de iudic.

DCCCLV.

1 *Iuramentum excommunicato non defertur in supplemẽtum probationis.*

2 *Bonorum appellatione continentur nomina.*

1 Excommunicato† non defertur iuramentum in supplemẽtum semiplenæ probationis, quia in sui commodum iurare videtur. gl. in c. cùm inter. extrà de excep.

2 Appellatione† bonorum continentur nomina. tex. in l. si legatus. in §. j. ff. ad Trebell. & vide ff. de auro & argen. leg. in reportaris per domi. Pet. Pap. vide de hoc in consiliis meis consilio iij. & consi. lx. & in singularibus meis singu. cccccxx.

DCCCLVI.

1 Qui substituit† sibi proximiorem in gradu, non videtur sibi substituisse proximiorem in successione: quia inter eos est differentia, vt vide secundum Bald. in reportatis per domin. Petr. Papæ in fine infortiati mei, propè per tria folia.

2 Valet† collatio ordinarii, qui ignorabat alteri gratiam per papam factam, in c. dilectus. ij. de præben.

DCCCLVII.

1 *Feudalia non veniunt in generali hypotheca: secus in rebus emphyteuticariis.*

1 In generali† hypotheca non veniũt feudalia: secus in rebus emphyteuticariis: vide plenè per Ioann. Ferra. in rit. forma libelli in hypothecaria: super verbo, ex memoratis caus. circa fi. gloss. & vide latiùs in iij. parte consiliorum meorum.

2 Quando† duo auxilia competũt, videlicet ordinariũ, & extraordinarium, quod præferatur, vide Bart. ff. de noui ope. nuntia. in l. in prouinciali.

DCCCLVIII.

2 *Index secularis an possit cognoscere de vsuris.*

1 An possit† esse iudicium de eo quod nondum debetur, sed speratur deberi? vide plenè per Salice. in l. j. C. de senten. quæ sine cer. quant. proferuntur. Et ibi in d. l. j. tractat
2 Salic. an iudex† secularis possit cognoscere de vsuris. super quo vide Io. And. in c. dispendiosam. extra de iudi. in cle. super verbo, vsuris.

3 An statutum † possit tollere appellationem, vide plenè per Sali. in l. fi. C. de sen. & interlo. omni. iudic. quod facit pro statuto, si quis per literas.

DCCCLIX.

1 Iudex non debet† admittere ineptam petitionem, si tamen admittat, reus condemnabitur, si petitio possit adaptari intentioni actoris, & sententia erit valida. ita dicit de Zabarell. in cle. fi. de app. in fi. & ex hoc dico ego quòd interlocutoria per quam dicta petitio inepta fuit admissa, fuit interlocutoria habens vim diffinitiuæ: quia parat præiudicium in negotio principali. & istud est magni effectus, quando interlocutoria habet vim diffinitiuæ, de quo effectu vide quæ dixi in lxxxix. consiliorum meorum.

2 Quærit de Zabar. in d. cle. fi. an appellans† ab interlocutoria, qui secundò succũbit, possit audiri per viam nullitatis. & ibi vide plenè per eum.

DCCCLX.

1 Vitiũ† litigiosi locũ habet, etiã in corporalibus: vt dicit Ion. extrà de arbitris c. ex parte. ibi: sed melior ratio. &c.

De purgatione quæ fit per iuramentum, vide in c.accedens.& ibi Inno.de purga.cano.

DCCCLXI.

1 *Beneficium diuisionis competit pluribus reis debendi simul condemnatis.*

1 Si plures † rei debendi fuerint simul condemnati, quilibet in solidum, an eis competat beneficium diuisionis. Bar. q. sic.ff.de re iudic.l.Paulus.ij.Etiam si illi beneficio renunciauerunt in contractu.vide Sali.C.si plures vna sententia condemnati sunt.

2 Iudicium † vniuersale trahit ad se particulare, in l.solemus.ff.de iudiciis.& in l.iiij.ff.de peti.hære.facit pro causis declarationum, an illa declaratio trahat ad se alias causas.de quo scripsi in decisionibus parlamenti, quæstio.ccccxxviij.

DCCCLXII.

1 *Inquisitionis via quibus casibus proceditur ad vtilitatem priuatam.& infrà sing.proxi.*

1 Salic.† in l.ea quidem.C.de accu.in materia inquisitionis in prin.& Ang.de Perusio in l.si vacantia.C. de bon. vacan. libr. x.vbi etiam materiam inquisitionis tractat, in ij. arti.principali, vbi sic dicit ad literam. Ad priuatam vtilitatem non inquiritur regulariter: quia omnia quæ in iudicio aguntur, agitanda sunt ad partis postulationem, non autem ex officio.C.vt quæ desunt aduo. par.l.j.ff.de iudi.l.ad peremptorium.authẽ. qui semel.C. quo.& quan.iud.l.sancimus.C.ad Trebel.& ibi loquitur in ciuili causa, seu pecuniaria, in qua dicit esse regulare, quòd non proceditur per inquisitionem ad priuatã vtilitatem, nisi in certis casibus, vt in suspecto tutore.l.j.& iij.§.prætereà.ff.de suspec.tut.& datione tutorum.l.credendũ.ff.qui pe.tut.& Inst.de excu.tut.§.sed hoc iure.Itẽ censitor inquirit ad vtilitatem priuatorum l.forma.ff.de censi Et præses officiarios publicos, in auth.de man.prin. §.coges.& in alijs certis casibus specialibus, quos colligit idem Salic.in loco præalleg.& ibi assignat rationem specialitatis.

DCCCLXIII.

1 Pro iuribus † principis potest via inquisitionis procedi, secundum Inno.in c.ad nostram.ij.de iureiur.De iuribus autem inferiorum non potest etiam de iure communi via inquisitionis procedi vt ibi per Inno.dũ dicit, quòd non licet episcopis & alijs inferioribus inquirere, quia tenentur iura seruare: etiã ratione cridarum seu præconisationum: ne vna via concedatur quod alia prohibetur. ca.j.de cle.coniug.lib.vj.aliter fieret fraus legi, quod non est tolerandum.l.contra legem.& l.sequen ff.de legib.

DCCCLXIIII.

1 De appellatione, † quæ traditur pro libello appellatorio, vide Salic.qui dicit quòd potest dari in l. ampliorem. §. in refutatorijs.C.de appel.& ibi facit mentionem Salic. de clausula, & sibi debitam iustitiam ministrari. de qua per Inno.extrà de ordi.cog.

DCCCLXV.

1 Sententia † excommunicationis opposita contra iudicẽ post sententiam non reddit sententiam nullam, nisi ante sententiã illa sententia excõmunicationis fuisset manifesta: vide in li.repetitionum domini Ste.Guli.fol.66.

2 Si fecero † saisiri debitũ debitoris mei, nõ impedior quin possim ipsum debitorẽ conuenire, vt mihi soluat debitũ meum.alle.in arg.l.qui legati.C.vt in possessionem legatorum.Et idem dicerem in excõmunicato, quem feci excommunicari, q. nihilominus possum debitum meum petere, vel alteri cedere: de quo tetigi in xcix.consiliorum meorum.

3 An saisina † impediat ne debitum petatur? Bar. & Doct. tenent contrarium, vt vide suprà singu.651.

DCCCLXVI.

1 Exceptio † diuidendarum actionum quæ competit duobus vel pluribus reis, potest opponi etiam post litem contestatam.per tex.cũ gl.in l.fideiussor.C.de fideius. & idẽ Spec.in titu.de renun & conclu.§.i.ver.in primis. & ver. seq.idem tenent Dy.& Bar.in l.si dubitetur. ff.de fideiuss. idem tenent Bal.& Sali.& Io.Pa.in d.l.fideiussoribus.reprobata opinione Pe.& Cy.

Materiam bannitorum vide plenè per Bald.in l.j. C. de hær.insti.

2 Excommunicatio † æquiparatur deportationi: vt tenet gl.Instit.de cap.diminur.in §.omnes.& videtur casus in feudis, in c.j.in fi.hic finit.lex Fede.& incip. cõsuetudines reg.col.j.& tenet gl.in l.eius qui.§.j.ff.de rest.

3 Excommunicatus † & bannitus non possunt opponere compensationem.ita dicit & tenet Alb.de Rosa in l.cum aliter.ff.de compensa.nec etiam potest bannitus agere, vt dicit Bartol.in l.de pupillo.§.si plurium. ij. ff. de noui operis nuntia.vide de hoc in cviij. consil. meorum. Guido Papæ.

DCCCLXVII.

1 Debet nigrum † conuenire rubro: vt no.gl.in c. tibi qui. de rescrip.lib.vj.& in c.bonæ.de confir.vti.vel inuti.& in c.si super gratia.de offi.deleg.lib.vj.no.etiam Panormita.in cap.si sacerdos.extrà de offic.ordi.Et hoc facit pro aliquibus legibus, quæ loquuntur de alia materia quàm rubricæ: vt pote in l. vim facit.ff de vi & vi arma. quæ lex loquitur in vi turbatiua, vt ibi dicit gl.& tamen rubrum loquitur de vi expulsiua.Et sic non semper conuenit nigrum cum rubro.Guido.

DCCCLXVIII.

1 Iuramentum † in supplementum probationis nõ est deferendum ei qui ignorat factum, iuxta l.Marcellus.ff.rer. amo.& l.maritus.ff.de quæstio.& Bal.& Doct.in l.in bonæfidei.C.de iurein.& Io.Fa.in tit.

2 Valet † pactum, quòd fiat inquisitio contra debitorem suspectum sine libello & absque alia solennitate iuris. vide scripta per do.Pet.Papæ.ff. communi diui. in l. iij. §.fin.

DCCCLXIX.

1 Si non fuerit † appellatum infra decem dies, an admittatur non appellans ad remedium querelæ? Io.Mon. videtur dicere quòd non in iudicijs, in c.consultationem. de appel.lib.vj.

2 Quis dicatur † prodigus, & de modo articulandi, quòd quis dicatur prodigus, vide Ange.in auth.vt determinatus sit nu.cleric.

DCCCLXX.

1 Panor.in c.dudum.de elec.dicit ibi, vltimò no.q. † potest renuntiari liti quandoque ante sententiã: sed non videtur cessum iuri postea competenti. vltrà ibi dicit, quòd lex refertur tantummodo ad instantiam iudicialẽ: quia propriè instantia iudicialis dicitur lex. Quid si simpliciter cedit liti? dic quòd in duobus verbum litis, stat largo modo, & refertur ad instantiã iudicialem, & ad causam: vt probatur in l.postquam liti.C.de pact.

2 An filius † institutus à patre in re certa habeat onus soluendi legitimam aliorũ liberorũ cum hærede. vide plenè per Salice.in l.omnimodò.C.de inof.test.in prin.ibi, quæro tertiò, &c.

DCCCLXXI.

1 In quibus † differt hæres particularis à legatario, & in quibus non: vide Bald.& Doct in l.fin.C. de edicto diui Adria.tol.

2 Non statur † dicto seruientis asserentis se aliquem citasse de mandato iudicis: nisi per acta cõstet de mandato iudicis.Salic.in l.cùm clericus.C.de epis.& cleric.

3 De illo † qui debebat x.solidos de bona moneta, & soluit xxx.an.de debili.vide Bart.in l.si prius.in princ.ff. de aqua plu.arcen.

DCCCLXXII.

1 Statuto Delphi.cauetur, † quòd lapsis terminis ad retinendum pignora, non audiatur debitor per viam nullitatis; an intelligitur de nullitate quæ prouenit defectu iurisdi-

iutiſdictionis? Dic quòd non. pro quo allegatur gloſſ. in cle. j. de ſequeſt. poſ. & fruct. & vide Bart. in l. j. §. j. ff. quod vi aut clam.

2 Facta contra † abſentem qui venire non potuit, ſunt nulla, ſeu annullanda conſtito de impedimento. in cap. cùm Berthold. de re iudi. in l. iiij. §. ſi fortè. ff. de damno infect. & c. querelam. de procu. ſed ſi potuerit mittere procuratorem ſecus eſſet.

DCCCLXXIII.

1 Si res vendatur, & detur terminus vnius anni à tempore contractus ad ſoluendum pretium, ille annus non incipit currere à tempore cõtractus, ſed à die traditionis rei venditæ. Bar. in l. ſi quid legetur. in princip ff. de lega. j. in fine verborum ſuorum per l. talis ſtipulatio. in prin. ff. de iure dotium.

2 Si teſtis † in ſua depoſitione ſit ſibi contrarius, non valet eius depoſitio: ſecus ſi teſtes inter ſe contrarientur. Inno. in c. licet cauſam. de proba.

DCCCLXXIIII.

1 Qui probatur † poſsidere tempore litis conteſtatæ, præſumitur poſsidere tempore ſententiæ: vt no. in l. non ignorabit. C. ad exhi. de quo vide per Bar. in l. ſiue poſsidetis. C. de proba. & in l. Celſus. ff. de vſucap.

2 Si lex noua † imponat pœnam nouam pro delicto, nõ tollitur pœna antiqua. alleg. Docto. l. ſi quæ ſepulchra. C. de ſepul. viola. & l. quoties de actio. & obliga. facit l. in eum. C. de furt.

DCCCLXXV.

1 *Pedagium frangitur per tranſitum loci in quo ſoluitur.*

1 Mercator dicitur fregiſſe pedagium tranſeundo locum, in quo pedagium ſolui debet. alleg Doct. l. fi. §. diuus quoque Marcus. ff. de public. & præſcribitur quinquẽnio ius agendi ad commiſſum propter vectigal non ſolutum. l. ij. C. de vecti. & commiſſ. iſta ponit domi. de Mirabel. in l. ſerui fugitiui. C. de ſer. fugi. in recollect. domi. Ioan. Fab. de eccle.

DCCCLXXVI.

1 Si homo ſe recognoſcit † hominem alterius vnica recognitione nõ nocet, niſi ſaltem duæ recognitiones interuenerint: quia cõtra libertatem hominis: per l. cũ ſcimus. C. de agri & cen. lib. xj. vbi vult tex. quòd ſcriptura originalis contractus initi inter colonum & dominum, ſola non facit probationem, niſi conſtiterit per alias probationes, videlicet per aliud inſtrumentum recognitionis, vel per teſtes. Item etiã confeſsio ſiue recognitio non valet, vbi nulla inſeritur cauſa, quare ſit recognitio. l. cum de indebito. §. fi. ff. de prob. & c. ſi cautio. de fid. inſtr. Fallit in tribus caſibus. Primò, ſi confeſsio ſine cauſa facta fuerit in iudicio. l. de ætate. §. qui interrogatus. ff. de interr. actionib. Secundò, ad liberandum. per l. tale pactum. in prin. ff. de pact. Tertiò, in reali: ſecundum Anr. de But. in d. c. ſi cautio. & iſta iij fall. facit quòd ſi quis recognoſcit à me tenere in emphyteuſim aliquam proprietatem, quòd ſufficit vna recognitio. Sed aduerte hoc verum, ſi à domino rei fiat, & conſtet ipſum fuiſſe dominum tempore talis recognitionis. & pro hoc doc. alle. l. cẽſualis profeſsio. C. de dona.

DCCCLXXVII.

1 De reuocatione † attentatorũ lite pendente in caſu principali, vide plenè per Guli. de Monte lau. in cle. fi. vt lit. penden. nihil inno.

2 In octo caſibus † in quibus ordinarius à quo eſt appellatum, poteſt ſe intromittere de iure: vide dictum de Mõte lauduno in cle. vna, & ſeq. de cauſa poſ. & proprie.

Et quando appellatio eſt deſerta, quo caſu iudex ordinarius poteſt procedere, vt dixi in deci. par. q. ccxiiij.

DCCCLXXVIII.

1 Donatio † mutua inter coniuges valet. Bal. Sali & doct. in l. ſi pater puellæ. C. de inoffi. teſta. & licet fiant in diuerſis inſtrumentis, tamen dicuntur mutuę donationes, quando incontinenti coram eiſdem teſtib. fiunt. Bald. in l. petens. C. de pact. quia quę incontinenti fiunt, ineſſe videntur. l. lecta. §. dicebam. ff. ſi cer. pe. cum ſimi.

2 Si duo † donent ſibi adinuicem bona ſua, potius dicitur venditio quàm donatio. Io. Fab. in l. j. q. fi. C. de inoffi. dona. & iſtud facit pro dominis directis, vt habeant laudimia ex tali donatione. vide alium caſum in quo præſumitur venditio, in cxxiij. conſi. meorum.

DCCCLXXIX.

1 Certa ſcientia † principis operatur diſpenſationem in illo actu. ff. de excu. tut. l. ſed in hoc. aliàs incip. idem Iulianus.

2 Si quis † emat pro ſe & ſuis liberis, poteſt eligere quẽ voluerit de ſuis liberis cui relinquat: idem ſi teſtator relinquat Titio, & ſuis liberis, in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebel.

3 Detractio † in petitione facta, debet eſſe clara ſicut petitio: vide in deciſio. parla. q. cclxxxix.

DCCCLXXX.

1 An ſtatutum † de lucranda dote habeat locum, vbi maritus non ſuſtinuit onera matrimonii? vide do. Iac. de in l. ſi cum dotem. in §. tranſgrediamur. ff. ſolu. matri. & ibi tractat an pater filii cogatur dotem datam vxori filii reſtituere Et ibi etiã habetur quòd vbi pater conſentit in matrimonio filii, poteſt conueniri pro reſtitutione dotis ipſe pater: quia intelligitur eo caſu ſe obligare pro filio.

2 Plenum † non recipit magis plenum. l. ſi te ſolum. ff. de hæredi. inſti.

DCCCLXXXI.

1 De materia † confiſcationis bonorum, & multa alia de iuribus fiſcalibus, vide plenè per do. Ia. de Put. in l. ſi conſtante §. ſi bona. ff. ſol. matri.

Vitium litigioſi non impedit publicationem bonorum, vt ibi.

Et an inſtantia tranſeat ad fiſcum, dic vt ibi.

Fiſcus non eſt hæres, licet ſit ſucceſſor vniuerſalis.

Tranſit iudicium in ſucceſſorem vniuerſalem, licet non ſit hæres, vt ibi.

DCCCLXXXII.

1 Creditor † eſt miſſus in poſſeſsionem ex ſecũdo decreto in actione perſonali, debitor offert debitum: nũquid recuperabit? videtur quòd nõ, per §. poſteaquam autem. in l. ſi finita. ff. de dam infec. ſed doc. dicunt quòd ſic, vſque ad biennium. arg C. de iure domi. impe l. fin. §. ſin autem. nec obſtat præal. §. poſteaquam autem. quia in præall. §. ſin autem. offertur debitum: in præal. vero §. poſteaquam autem. offertur cautio. & de hoc vide in Spe. titu. de contumacia. §. ſequitur. ver. porro. & de primo & ſecũdo decreto. §. fi. ver. ſi iam. §. nunc dicamus. vide Doc. in præalleg. l. ſi finita. §. poſteaquam autem.

DCCCLXXXIII.

1 Vxor † habet ius retentionis in rebus hypothecatis pro ſua dote. vide Iac. de Put. in l. ſi filio. in prin. ff. ſol. matri. & in cxxix. conſi. meorum.

2 Statur † opinioni quæ magis fauet doti. do. Iac. de Put. in l. ſi conſtante. in x. col. ff. ſol. matri.

3 Excommunicatus † non poteſt opponere exceptionem excommunicationis contra excommunicatum. vide Ia. de Put. ff. ſol. matri. in l. viro quoque.

DCCCLXXXIIII.

1 Exceptio † non elidit actionem niſi opponatur. do. Iac. de Put. ff. ſol. matr. in l. viro quoque.

2 Quando † aliquis actus fit ſub duabus conditionibus copulatiuè, illę conditiones poſſunt haberi pro vna. Iac. de Put. ff ſol. mat. in l. poſt dotem.

3 Non entis † nullæ ſunt qualitates. c. ad diſſoluendũ. extrà de deſpon. impu. l. eius qui in prouincia. ff. ſi cer. pe.

DCCCLXXXV.

1 An debitor † poſsit cogere creditorẽ, ꝙ accipiat in ſolutum nomen debitoris? dic ꝙ non. in l. non aduerſus. C ſi cer. peta. niſi debitor eſſet omninò non ſoluendo. l. eum à

quo & auth ibi posita. C. de solu. hoc dicit do. Iac. de Put. in l. si maritus. ff. sol. matri.

2 De dote† quam maritus lucratur propter adulteriũ vxoris, & de modo exigendi illo casu, vide Iac. de Put. in l. si dotali. ff. so. ma.

3 Licèt vxor† priuetur dote propter adulterium, nõ tamen maritus perdit donationem propter nuptias, vt dicit Iac. de Pu. in l. cùm mulieri. ff. solu. matri.

DCCCLXXXVI.

1 De instrumento† debiti penes aliquem reperto, quid præsumatur, vide Ia. de Put. in l. Mæuia. ff. solu. matr.

2 An confiscatio† pertineat vsufructuario, vel domino proprietatis, vide quandam postillam in C meo, in tit. de rei vxo. actio.

3 Actus† celebratus per administratorem qui est loco domini, durat post finitam administrationem. l. si tutelæ. ff. de admi. tutorum.

4 Consuetudo† vnius loci non extenditur ad alium. l. venditor. §. si constet. ff. communia prædiorum.

DCCCLXXXVII.

In l. idẽ est. ff. de vulg. † colligit Bal. in arg. ad illam vulgatam

1 quæstionem: si maritus† relinquit vxorem suam dominam & vsufructuariam omnium bonorum suorũ dum vixerit: & post eius mortem instituerit aliquem: quòd hæc dispositio debet intelligi hoc modo effecta, vt ille dicatur institutus in vita vxoris in proprietate, posteà autem post mortem vxoris succedat in totum. de quo habetur in l. ex die. ff de hæredi. insti. & per Bal. & doct. in l. filius à patre. in fi. ff. de libe. & posthu

2 Voluntas† quæ colligitur ex coniecturis dicitur euidens & expressa. no. do. Iac. de Put. in l. quidam testamento. ff. de vulgari.

3 Hæreditas† potest adiri vsque ad xxx. annos, postea non. vide do. Ia. de Put. in l. quandiu. ff. de acqui. hære.

DCCCLXXXVIII.

1 Creditor† qui non habet dominium pignoris, si vendat pignus, transfertur dominium virtualiter: ita dicit dom. Mar. de Laud. in suo tractatu, de primogenitura, in iij. column.

DCCCLXXXIX.

1 De verbo† præcisè, vide Panor. in c. ex parte. extrà de rescri. in j. col. & ibi dicitur, quòd illud verbum habet vim clausulæ derogatoriæ.

2 Libellus† debet attendi in conclusione, non in narratione: quia quæ narrantur, non ampliant conclusionem libelli. ita no Panor. in c. ex parte. de rescri. in j. col & vide s. sing. cccclxvj. §. j. & j. sing. dcccexliij. §. conclusio.

DCCCXC.

1 Genus† sequens enumerationem specierum restringitur ad species pares expresśis: & sic species præcedens restringit genus sequens. ad hoc allegatur c. sedes apostolica. & ibi no. Panor. de rescriptis.

2 Processus† nõ valet factus super rescripto surreptitio. no. Panor. in c. constitutus. in fi. de rescrip.

DCCCXCI.

1 Vbi dubitatur† de iurisdictione, idem iudex cognoscit, si ad eum pertineat, vel ne. Panor. in c. super literis. de rescrip. in j. col.

2 An sententia† transeat in rem iudicatam in beneficialibus, vide plenè Panor. extrà de rescrip. in ca. ad audientiam. in quarta col.

DCCCXCII.

1 Etiam † tacita pupillaris excludit matrem. vide in lxxv. consi. meorum. & de pupillari expressa, vide in decisi. parla. q. ccccexxxiij.

2 Existentia† sui hæredis sufficit ad confirmandum fideicommissum etiam vniuersale, id est, quòd licet filius rogatus non adiret hæreditatem, tamen fideicommissum valet propter illam existentiam hæredis: vt l. ita tamen. §. si pater. ff. ad Trebellia. cum ibi nota. per gloss. & Bartol. & latius per Barto. in l. si filius qui patri. ff. de vulgari & pupillar. idem dicit Iaco. de Put. in l. in suis. ff. de liber. & posthumis.

DCCCXCIII.

1 *Dictiones, sola, & insolidum sunt dictiones expulsiuæ.*

2 *Hæres potest interpretari voluntatem testatoris citra præiudicium alterius.*

1 Illæ dictiones, † Sola, & Insolidum, sunt dictiones expulsiuæ, & auferunt cuiuscunque alterius concursus, iuxta no. per Barto. in l. vna. ff. si quis ius dicenti non obtemperauerit.

2 Hæres† potest interpretari voluntatẽ testatoris citra præiudicium alterius, maximè vbi est dubium circa personas oneratas. l. si quis seruum. §. si interdum. ff. de leg. ij. & l. si quis à fi. §. si quis plu. ff. de leg. j. & hoc facit pro illis qui in eorum testamentis insequuntur voluntatem suorum prædecessorum.

DCCCXCIIII.

1 De exceptione non numeratæ dotis, & an secunda promissio illam exceptionem excludat, vide Iacobum de But. ff. sol mat. in l. in his. §. si vir. de hoc vide in ccuij. cõsi. meorum Guido.

DCCCXCV.

1 Dictum testis† de credulitate vel opinione sua non probat: vnde si testis diceret, hoc mihi videtur, vel ita crederem: hoc dictum non probat. & hoc verum, nisi ratio testis concluderet super veritate: quia tunc attenderetur ratio, non autem dictum, vt voluit Bart. in tractatu suo de testibus, circa principium: & Bald. in l. hæredes palam. in fine apparatus sui. ff. de testamen. hoc ponit Iacobus de Puteo. ff. de testamentis. in l. qui testamento. §. finali. in fine.

2 Dicit† Bart. in l. testium. C. de testi. & fuit gl. in c. testes. iij.

a quæst. ix. quòd sensus visus[a] in teste est generalis ratio ad omne testimonium. Et testis deponens, & reddens rationem, quia vidit, reddit rectã rationem de omnibus quæ sensu corporis percipiũtur, licèt sensus corporei sint quinque, quos gl. enumerat in l. quòd meo. §. furioso. ff. de acquirend. posses. hoc ponit Iac. de puteo in l. hæredes palã. in iij. col. ff. de testa.

3 Plus dicit idem de Puteo, vbi suprà, quòd si testis† interrogatus de aliquo actu dicat se interfuisse illi actui, & quod Titius & Sempronius similiter interfuerunt, quod licet posteà Titius & Sempronius deponant se nihil scire de agitatis in illo actu, quòd isto casu dicti testes non dicantur contrarij: quia stat simul, quòd ipsi interfuerunt, non tamen intellexerunt quæ ibi gerebantur, vnde interfuerunt corpore, & absfuerunt mente. & hoc probatur bene in tex. d. l. hæredes palam. in princ. ff. de testam. Bar. tamen in l. j. §. pe. ff. de authoritate tuto. dicit, quod vbi testis dicit, aliquos fuisse præsentes, debet intelligi de præsentia & mentis & corporis, vt etiam fuerint intelligentes: facit l. diem. §. coram. ff. de arbit. & l. nihil interest. ff. de capti. & post li. reuersis.

ADDITIO.

a Sensus visus. Adde eundem Guidon. suprà singu. dcxlij. nu. 2. & Alui. de Albert. sing. clvj.

DCCCXCVI.

1 Licet libellus† post litis conte. non posśit mutari, vel emendari, tamen post litiscontest. potest declarari: & pro hoc dictus dominus Iacob. de put. adducit l. hæredes palam. §. si quis post ff. de testa. cum ibi no. facit l. idem Pomponius scribit. §. fi. ff. de rei vendi.

2 Vbi pater † est extra territorium, filiusfamiliàs potest esse in iudicio sine licentia patris. Bald. C. de bo. quæ liber. in l. cùm non solùm. §. necesśitate. & istud est primum membrum distinctionis quam ipse ibi ponit.

DCCCXCVII.

1 An pater† posśit ratificare iudiciũ filii, vide ple. Bal. in d. §. necesśitate. Baltardus nõ dicitur propriè de agnatione, &

ne,& nõ debet portare nomẽ nec arma agnationis:dicit Bald.in l.generaliter.C.de Iusti. & substi.sub condi.fact.

DCCCXCVIII.

1 Filiusfamilias† potest eligere sepulturam sine cõsensu patris:item ipse potest testari ad pias causas de aduentitiis de consensu patris.vide plenè per Ludo.Rom.in l.senium. C.qui testa.face.pos.vide de hac materia Bar.& Bal. in l.j. C.de sacrosanct.eccle.

2 Fideicommissario† competit beneficium l.fi. C.de edic. diui Adria.tollen.videlicet de directò sit substitutus, ita quòd non debeat capere per manus alterius. Secus autẽ si sit substitutio fideicõmissaria,quòd debeat capere per manus alterius:ita dicit Bal.vt refert domi. Iaco. de Puteo,in l.Centurio.in ix.col.ff.de vulgari.vide in decisionibus parlamen.q.xxxij.

3 Sed quid † de hærede in re certa, vide Barto.in l.ex facto. ff.de hæredibus institnend.vbi dicit, quòd sic, tamen per verbum fortè.

4 Nullum† simile est idem.l.quod Nerua ff.depositi.

DCCCXCIX.

2 *Vestes quotidianæ vxoris ei remanere debent mortuo marito.*

1 Dispositio† quæ refertur ad personam,debet intelligi secundum qualitatem personæ ad quam refertur.l.quibus diebus.§.dominus.ff de condit. & demonstra.l.plenum. § equitij.ff.de vsu & habi.

2 Vestes† quotidianæ vxoris remanent vxori mortuo marito:aliæ pretiosæ remanent viro.Iaco de Puteo post docto.in l.sed vsusfructus.ff. ad legem Falcidiam. Et ibi dicit,quòd hæres mariti tenetur facere sumptibus suis vxori vestes lugubres.

DCCCC.

1 An excommunicatus† possit esse arbiter vel arbitrator, sunt diuersæ opiniones:vide plenè Iac.de Puteo.ff.ad Trebel.l.ex facto.§.si quis rogatus.Adde Aluis.de Albert. singular.lxxiij.

2 Monachus † non potest esse arbiter nec arbitrator sine licentia sui superioris.Ange. de Aretio, Institu. de except. in §.præterea.

DCCCCI.

1 De dictione † postea,vide Bart.ff.de hære.insti.in l.quoties.§.si quis ita.

2 An fuga† probet maleficium, vide Bartol. in l.lege.ff.ad Sylleianum.

3 Via simplicis† querelæ non habet locum post x.dies:sed debet infra x.dies interponi.Ioan.Mona.in c.j.de appel. lib.vj.super verbo,in indicio.

DCCCCII.

1 Si appellatio † fit deserta lapsu fatalium,iudex à quo etiã parte vocata,potest procedere ad executionem. Ita dicit Inno.extrà de appel.in c.ex ratione.

2 Iudex† appellationis non debet absoluere, nisi prius cognito de appellatione.in c.Romana.de app.lib.vj.in versicu.sententias quoque.

DCCCCIII.

1 De authoritate† personæ eorum qui debent appellari, in c.vt circa.de elect.lib.vj.& in cle.causam.de elect.per Guliel.de Monte Laudu.

2 Si iudex † recusetur vt suspectus, & nihilominus vlterius procedat,processus est nullus,vt plenè per Auge.de Aret. Institu. de actio. in §. præterea.vide Bart.in l.quia poterat.ff.ad Trebel.ibi quarto.

DCCCCIIII.

1 Sententia † per quam quis pronuntiat se non esse iudicem competentem,est interloquutoria,habens tamẽ vim diffinitiua:quia prorsus extinguit iurisdictionem pronũtiantis,adeò quod per illam interlocutoriam amplius illam reuocare non potest,vt in c.significantibus. in fin.de offic. delega. Ex quo infertur, quòd interlocutoria per quam finitur iudicis iurisdictio,non potest per eundẽ iudicem reuocari.sic limita ca.cum cessante.de appel. & l. quod iussit.ff.de re iudi.idem dicit gl.in auth. habita.C. ne fil.pro pat.quòd à sententia qua quis pronũtiat se non iudicẽ,potest etiam de iure ciuili appellari. præmissa dicit Panor.in d.c.significantibus.

2 Iudex† qui pronuntiat se iudicem,qui non est,sibi acquirit iurisdictionem,& est iudex competens si non appelletur. iuxta not.per Pan.in c.super literis.extrà,de rescrip. & in d.c.significantibus.circa fi.de offi.deleg.

3 De iudicibus † delegatis cum clausula, quòd si non omnes,&c.vide text.extrà de offic. delega. in cap. cùm causa.& ibi Panormi.

DCCCCV.

1 An statutum † trahatur ad præterita, vide plenè Bartol. in l.omnes populi.ff. de iusti.& iure.in prima col.quod facit pro statuto de donationib⁹, an potuerit fieri quòd trahatur ad donationes præcedentes:& ibi plenè de materia statutorum:Dic quod sic,vt probat text. in extrauaganti,ad reprimendam.

2 Si clericus† trahat clericũ ad forum seculare, perdit causam.in c.inolita.xj.q.j.cuius verba sunt hæc:inolita præsumptio vsque adeo casibus aditũ patefecit, vt clerici clericos relicto suo pontifice ad iudicia publica trahãt:proinde statuimus vt hoc de cæterò non præsumatur. Si quis hoc præsumpserit facere,conuictus & causam perdat, & à communione fiat extraneus.

DCCCCVI.

1 Non valet† impetratio beneficij,nisi impetrans faciat de alio suo beneficio,quanquam minimo,mentionẽ in bulla.in cap.cum adeò & cap. ad audientiam. in ij.in cap. postulasti.& cap.si proponente.de rescrip.cum ibi no. & voluit gloss.in c.super literis.eo tit.& facit c.si motu proprio.de præben.lib.vj.

2 Ius † offerendi non præscribitur : secundum communem opinionem,vt refert Cyn.in l.cum notissimi.§.sed illud. C.de præscript.triginta vel quadraginta anno. & ibi idẽ Iaco.de But.Barto.& Bald.& Barto in l.pignori. in princip.ff.de vsucap.

DCCCCVII.

1 Quòd † pluralitas beneficiorum est odiosa, habetur in cap.quia nonnulli.de cleric. non residen.cap.j.c.de multa.extrà de præbend.

2 Beneficium† non debet inter duos diuidi. cã.maioribus. cum ibi not.extrà de præben.

3 Præcellit† veritas fictioni:vt not.in c.ferrum 50.dist.

DCCCCVIII.

1 An consors † litis possit causam pro suo consorte prosequi sine mandato:vide de Zabarel.in clement.religiosus. de procurato:ib.

2 Si quis vendat† quidquid iuris habet in tali re, & nullum ius habeat,non tenetur parti de euictione: secus si vendens sciebat nullum ius sibi competere, vt dicit Angel.de Peru.in l.si sit legatum.§.j.ff.de lega.j.& Iaco.de Butr. in l.j.C.de euictio.

DCCCCIX.

1 Hæreditas † alicuius non defertur in alium pacto,vel cõuentione,sed lege ex testamento, vel ab intestato. in l.fina.ff. de suis & legiti hæredi.& l.lege obuenire.ff.de verborum significatio.& l.hæreditas.C.de pactis conuen & l.licet.C.de pact.

2 Licet hæreditas† descendẽtium non adita trãsmittatur. l.j.C.de his qui ante aper. tab. attamen hæreditas transuersalium non adita non transmittitur. in l.j.§.in nouissimo.C.de cadu.tollen.

3 Dos succedit† loco legitimæ:vt per Bar.in l.Titio cẽtum. §.Titio.ff.de condi.& demon.

DCCCCX.

1 *Statutum & pactum à pari procedunt.*

1 Pactum† & statutũ à pari procedunt:vt dicit gl.de decret. decur. super rubr.lib.x.sed illa gl.non procedit nisi negatiuè.sed non affirmatiue:vt est gloss.in l.nec ex prætorio. & in l.neque pignus.§.priuatorum.ff.de reg.iur.quod patet,quia pacto potest tolli appellatio, & tamen non potest tolli statuto.l.fina.in fine.C.de tempor.appellat. inu-

cto cap. venientes. de iureiurãn. & dicit Albert. super rubri. C. quæ sit longa consuetu. quòd illa gloss. C. de decre. decurio. communiter reprobatur.

DCCCCXI.

1 *Filia succedit patri ab intestato nullis masculis existentibus, licet renuntiauerit bonis patris filijs superstitibus.*

2 *Transigere potest procurator in rem suam.*

1 Si filij † masculi quorum contemplatione pater fecit quittare filiam, decedant superstite filia, quæ quittauit, ipsa filia succedat ab intestato patri: quia cessat causa quare filia quittauit per mortem fratrum: ita dicit Salice. in l. pactum. C. de pact. idem Bald. in l. pactum. C. de collatio. vide de hac materia in clviij. cõsiliorũ meorũ. in clxij. cõsil.

2 Procurator † in rem suam potest transigere, quia talis dominus præsertur. ff. de procur. l. procurator in rem suam. & hæc dicit Hostien. in summa, in titu. de transactio. in §. ij. in principio.

3 De illo qui ponit † alium in loco suo, vide Bartol. ff. ad Trebellian. l. qui quadringenta. in fine & ibi dicitur quòd videtur cadere & remittere, & procuratorẽ in rem suam constituere.

DCCCCXII.

1 *Dominium aut proprietas non potest quæri ex pluribus causis.*

2 *Dominium & possessio an probentur ex locatione.*

1 Non potest † quæri proprietas siue dominium ex pluribus causis: vt plenè per Dy. in reg. possessor. de reg. iur. li. vj. Ex quo infert gloss. in arg. c. inter dilectos. in §. porrò. de fide instrumen. quòd si aliquis allegat plures titulos debet succumbere: quod fatetur agendo: secus in excipiendo. pro quo in cap. si quis duas. de electio. libro vj. & est ratio glo. quia nullus prohibetur pluribus exceptionibus vti. de regu. iuris. cap. nullus pluribus. libro vj. præmissa ponit Anton. de Butr. in dicto cap. inter dilectos. in §. porrò. de fide instrumentorum.

2 An dominium † vel possessio probentur ex locatione, vide plenè per Anto. de But. in d. §. porrò.

DCCCCXIII.

1 An acta † in vno iudicio probent in alio, vide gloss. in dicto cap. inter dilectos. in §. porrò. de fide instrumento. & Imol. in c. causam. de test. & in l. ij. ff. iudi. solui. Cyn. in l. is apud quem. C. de eden.

2 Rescriptum † à principe obtentum non habet effectum, donec iudici seu commissario cui dirigitur, fuerit insinuatum, per l. j. & ibi Cy. C. de litig.

DCCCCXIIII.

1 Non est procedendum † ad torturam, nisi adsint sufficientia & legitima indicia. ff. de quæstionibus. l. j. & l. edictũ. & l. fi. & l. mariti & C. eo. titu. l. milites.

2 Pœna † debet sequi suos authores. Ezech. xviij. ca. & C. ne vxor pro marito. & C. de pœnis. l. sancimus.

DCCCCXV.

2 *Probandi sunt diuersi modi. & infrà singu. proxi. nu. 1.*

1 Antequam † ad condemnationem vel torturam procedatur, debet constare de crimine. l. si is qui rem pignori. §. si ru Titium. ff. de fur. & per Bar. in l. fi. ff. de quæstionibus. igitur cùm de casu constaret, erat specialiter contra aliquem procedendum, vt ibi Bar. vide s. sing. cccxvj.

2 Diuersi † sunt modi probandi: videlicet, per testes, per instrumenta, per confessionem, & per facti euidentiam. in c. cùm ad sedem. de resti. spol. in tex. & per violentam præsumptionem. vt ibi dicit gl.

DCCCCXVI.

1 Quia quandoque † probatur per indicia. l. indicia. C. de rei vendi. quandoque per famam, quæ aliquando probat sola, quandoque cum aliis iuncta: vt not. in l. proprietatis. C. de probatio. l. iij. §. cui si quidem. ff. de testib. habetur per Angel. in l. at qui natura. §. cum me absente. ff. de nego. gest. Aliquando probatur per cõiecturas, & per adminicula, & præsumptiones. c. præterea. cùm quis. de testi. de præsump. c. cum literis. & c. tertio loco. Aliquando probatur per solam violentam præsumptionem, quæ habetur loco probationis. xxxij. q. j. dicit dominus. & argu. ad hoc de accusationibus. c. repellantur. & c. afferte mihi gladium. de præsumptio.

DCCCCXVII.

1 *Solitudo vehementem præsumptionem inducit.*

1 Ex solitudine † colligitur vehemens præsumptio, quando solus cum sola, solus cum infecto noctis tempore, &c. & ista est plus quàm violenta præsumptio, secundum Hosti. in c. literas. de præsumptio.

2 Vicinus † creditur & præsumitur scire facta vicini. l. si vicinis. C. de nup. not. in l. de tutela. C. de in integ. resti. minorum. & in l. fi. per Bar. ff. de quæstio.

3 Quæ non prosunt † singula, multa iuuant. l. rationes. & l. instrumenta. C. de probatio.

DCCCCXVIII.

1 Alleganti † defensiones non creditur, nisi probetur. ff. de probat. l. in exceptionibus.

2 Mendacia † inducunt præsumptionem contra delatum, vt per Bar. in l. fi. ff. de quæstionibus.

3 Qui malè † agit, odit lucem. Ioan. iij. c. & in ca. consuluit. de offi. deleg. quia tenebræ sunt aptissimæ ad committendum delictum. ff. de ven inspi. l. j. §. mulieri.

DCCCCXIX.

1 Præsumptio † est contra illum penes quem res furtiua est reperta. Bar. in l. fi. ff. de quæstionibus.

2 Ex modo, † vel ex loco coniectura & violenta præsumptio præsumitur. cap. præterea. de test. & cap. ex literis. c. ter tio loco. de præsumpt.

3 Ex vno solo † indicio potest quis torturæ subiici, secundum gloss. & Barto. in l. fina. ff. de quæstionibus. & gl. in l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest. maximè quando indicium est ita propinquum. &c.

4 Intitulatus † de crimine capitali, debet detineri in carcere, nec admitti debet per procuratorem, sed debet facere suam defensionem in vinculis. l. penultima. § ad crimen. ff. de public. iudiciis. l. non solùm. & l. sed & hæ. ff. de procuratoribus.

DCCCCXX.

1 Reseruatio † Papæ cum decreto irritante, non solùm inficit titulum ordinarij, sed etiam possessionem. arg. eorum quæ leg. & not. extra de appel. c. vt nostrum. de elect. cap. si eo tempore. lib. vj facit etiam decretum Papæ, quòd possessio contra reseruationem obtenta, est merè fatua, & caret omni effectu etiam possessorij, vt etiam videmus in possessione beneficij litigiosi, quæ licet tradita per ordinatium, nullo iuris adminiculo iuuatur propter decretum appositum. c. j. insi. vt lite penden. lib. vj. vnde non dicitur possidere ille, cui est tradita talis possessio. ita etiã deciditur in decisio. Rotæ q. xv. & not. per Inn. in c. ex parte. extra de resti. spo. & de eo qui mit. in pos. in c. vno. lib. vj. per Archi. & in cle vnica. de causa pos. & proprieta per Io. And. quia ingressus in beneficio cõtra dispositionem illius ad quem pertinet collatio, dicitur ingressus & non possessio. c. quia diuersitatem. de concess. præben. & c. tanta. de exces. præla. cum ibi not.

2 Titulus † infectus inficit possessionem in beneficialibus: ita tenent domini de Rota, xv. decisio. vide in ccxxxij. cõsiliorum meorum.

DCCCCXXI.

1 *Sententia executio potest fieri die feriato in honorem Dei.*

2 *Bona committentis crimen læsæ maiestatis existentia in alio territorio an intelligantur confiscata.*

1 Quòd executio † sententiæ possit fieri die feriato etiã ob honorem Dei, si fit executio in re iudicata: secus si aliæ res caperentur in executione iudicati, in quibus requireretur causæ cognitio: tenet expressè Anto. de But. in c. fin. de iudi. & alleg. idem tenere Feder. de Senis in suis consiliis. Vide plenius de hoc in decisionibus parlamenti. q. ccxv. & clxxviij. consiliorum meorum. & supra sing. cxxxj.

2 Committentis crimen † læsæ maiestatis an bona existentia in alio territorio sint etiam confiscata? vide Ant. de But. in ca. postulasti, extra. de foro compet. in vj. col.

Testes

DCCCCXXII.

1 Testes deponentes eodē sermone, non probāt: quia præsumuntur subornati. Anto. de But. in c. licet. de foro cōpetenti, in ij. col.

2 Limitationem † ad dictum Bart. in dicta l. deferre. §. iidē decreuerunt. ff. de iure fisci. vide Ioan. Ferra. in titu. forma opponendi contra testes post publicationem. in gl. super verbo, in facto eorum proprio. in fi. vbi dicit quòd testes in illo casu faciunt semiplenam probationem: tamen ipse nihil allegat. Et ibi dicit Ioan. Ferra. quòd proxeneta facit semiplenam probationem. Vide de hoc in consiliis meis, consi. lxxiiij. in fin.

DCCCCXXIII.

1 An sentētia † super possessorio lata diffinitiua sit vel interlocutoria, vide plenè per Anto. de But. in c. fi. de iudi. in vij. col. Vide de hoc in consiliis meis consi. ccxxxij.

2 Quòd causa † possessorij in beneficialibus sit temporalis, & non spiritualis, tenent Vincen. Archi. & Inno. in c. fin. de iudi. tamen do. Ant. de But. ibi tenet contrarium, in v. col. ibi, no. tamen dictum Vincentij, &c. De hoc vide plenius in decisio parlamen. q. j.

3 Sententia † dicitur interlocutoria, quæ non diffinit negorium principale, sed speratur alia sententia. ita dicit Anto. de Butr. in dicto c. fina. de iudic. in vj. col. ibi gloss. in fi. colligit, &c.

4 An ex contractu † à iure reprobato venditor teneatur de euictione? videtur quòd sic, si stipulatióe de euictione fuerit stipulatus, vt plenè per Cy. in l. fi. C. de litig.

5 Interlocutoria † quæ obtinet vim sententiæ diffinitiuæ, non potest per iudicem contrario imperio reuocari: ita reperio scriptum in libro meo, super l. quod iussit. ff. de re iudi. super vltimo verbo dictæ legis. & ita expressè dicit, & tenet Ange. de Perusio in authen. de hæredi. & Falci. in §. illud quoque.

6 Si actor † lite pēdente dicat, nolo amplius venire ad causam istam, vel, nolo amplius litigare, tunc de cætero non poterit actor causam instaurare, vt C. de pact. l. postquā. & facit. ff. de verbo. signifi. l. liti verò videtur. & C. de præscrip. long. tempo. l. j. Ita expressè tenet Petr. Iaco. in titu. de rei vendi. libellus ex consuetudine. probatur in §. positiones rei. in prin. ver. item facit reus, &c.

DCCCCXXIIII.

1 Causæ † propter quas iudex potest recusari, vide in tractato de reprob. testi. fo. 122. versi.

2 Ad dandum † obiectus contra testes non debet dari nisi vnica dilatio. in c. licet. circa fin. extrà de probatio. & in c. licet dilectus. de testi.

DCCCCXXV.

1 De illo † qui citatur ad locū non tutum, vide plenè Bar. ff. ad Trebel. l. recusare. §. fi.

2 Pater † potest ratificare gesta per filium, etiam quæ non fuerunt gesta nomine patris. Bald. in l. j. C. qui ad bonorum possess. admitti poss. vide l. mater. C. de rei vendicat. & ibi text. & Bald.

3 An res furtiua † possit in domum alterius perquiri, vide Bar. in d. l. requirendi.

DCCCCXXVI.

1 Generalis † consuetudo non indiget probatione: not. Barto. in l. si fugitiui. C. de seruis fugiti. De materia consuetudinis plene scripsi in xxxj. consiliorum meorum. Guido Papæ.

2 Et ibi vide Bal. † de illo qui contra vetitum voluit portare bladum extra territorium, si fuerit deprehensus in territorio, an debeat puniri: ibi etiam dicit Barto. quòd in pœna sanguinis iudex debet esse mitior: sed non in aliis pœnis.

DCCCCXXVII.

1 *Testium depositiones singulares redduntur ex diuersitate loci vel temporis: & quandoque etiam contrariæ aut falsæ.*

1 Diuersitas † loci vel tēporis reddit depositiones testium singulares, & quandoque contrarias, vel falsas. vt not. in l. testium. C. de testi. & in cap. cum Ioannes. de fide instrumento. not. Bald. C. de seruis fugitiuis. in l. quicunque. in tertia columna.

2 Si fiat † proclamatio, quòd quilibet debeat ire ad armatam seu militiam, debet intelligi, quòd quilibet vadat secundum suam possibilitatem: ideo rusticus ibit pedes, & nobilis eques secūdum suam possibilitatem: ita dicit Bal. C. de oper. libert. in l. liberi. in vj. col.

DCCCCXXVIII.

1 Protestatio † non valet nisi exprimatur causa, quare fit protestatio: sicut nec valet petitio sine causa: ita dicit Bar. in l. edicto. C. de edi. diui Adr. tol. in viij. col.

2 Incendium † an sit casus fortuitus, & qui debent probare, vide reportata per dominum Petrum Papæ, in l. iij. ff. de offi. præfec. vigil.

DCCCCXXIX.

1 Quòd † vasallus teneatur demonstrare confines rei feudalis domino, vide plenè reportata in l. Titia. ff. de act. empti. & ibi qua pœna puniatur, nisi faciat.

2 De assignatione † facta mulieri pro dote sua, an ex ea transferatur in eam dominium, vide reportata per dominum Petrum papæ. ff. de assignand. liber. in infortiato meo.

3 De illo † qui emit hæreditatem cum onere soluendi creditoribus, vide plenè per Cy. in l. debitori. C. de pact.

DCCCCXXX.

1 An rotuli † talliarum Delphina. probent quòd ibi descripti sint contribuibiles, vide text. & doct. in l. scriniarioa. C. de testa. mili. & ibi plenè per Lud. Roma.

2 Filiusfamiliàs † potest testari de consensu patris ad pias causas: idem de aduentitiis. Barto. in l. j. C. de sacrosanct. eccle. & Bartol. in l. senium. C qui testamen. facere poss. ibi vide Ludo. Roma.

3 De dictionibus, † ex tunc, & ex nunc, vide Bar. in authen. qui rogatus. C. ad Trebel.

DCCCCXXXI.

1 Cum iuratoria † cautione requiritur etiam hypotheca, vt ipse iuret attendere promissa cum obligatione bonorum suorum. Bald. in authenti. cui relictum C. de indicta viduitate tollen.

2 Non defertur † iuramentum moribus corrupto. Bald. in dicta authē. in iij. col. item etiam potest opponi, quòd ipse est excommunicatus, vt scripsi suprà sing. dccclv.

DCCCCXXXII.

1 Factum † antiquum dicitur ex quo lapsum est biēnium, secundum Hostien. & Anto. de But. in c. cùm inter. extrà de re iudi. in fin.

2 Loquendo † de liberis debent intelligi naturales & legitimi. l. iij. C. de adulte. & plenè per Albe. de Rosa. in l. parentis. de in ius vocan. Sed si sint duo filij naturales, dic quòd vnus succedit alteri, vbi sunt ex eadem matre: secus si ex eodem patre, vt ibi Alber.

DCCCCXXXIII.

1 Protestatio † operatur suos effectus, siue fiat in principio siue in fine, dummodo fiat ante consummationem contractus. pro quo l. contractus. C. de fide instru. secus autem si post consummationem contractus fieret protestatio. l. concubina. cum ibi no. ff de concub.

2 Quis paciscendo † pro se, intelligitur etiam pro suis hæredibus, etiam si non dicatur. l. si pactum. ff. de probat. l. sicut. §. si debitori. ff. quibus modis pign. vel hypothec. soluitur. Et etiam intelligitur singularis successor. not. gloss. ff. de acquiren. possessio. l. Pomponius. §. cum quis adminiculo. gloss. j.

DCCCCXXXIIII.

1 Nullum † esse, vel non esse, seu esse insufficienter, ad paria iudicantur, & eadem merentur dicit ita Albe. in l. si curatorem. circa princ. C. de in integrum restitutio. pro quo inducitur l. j. §. fina. ff. quod cuiusque vniuersita. & l. quoties. qui satisdare cogantur. facit c. continebatur. & quod illic not. de Ancharano in iiij. not. extrà de his quæ fiunt á prælatis. vbi dicitur, quòd quando contractus super aliqua re initus est nullus, potest statim super eadē re con

tractus vtilis & validus celebrari per eandem personam, quę primò contraxerat. not. Dominicus de sancto Geminiano in c.ei qui.de procur.lib.vj ibi, sed pone quòd substitutio procuratoris non tenuit,&c.

DCCCCXXXV.

1 Iudex † requisitus sententiam exequi latam in alieno territorio, non tenetur exequi, nisi Iudex requirens & requisitus sint sub eodem dominio: quia si non sint sub eodem dominio, non tenetur exequi, nisi de vrbanitate. ista ponit Barto. in sua repetitione l.extra territorium.ff.de iurisdictio.omnium iudi.

DCCCCXXXVI.

1 Dictiones † maximè,& pręcipuè, sunt dictiones inclusiuę, vt not.gl.in l.illud.ff.ad leg. Aquil.

2 Ad hoc vt pensio † dicatur iusto pretio vendita, oportet quòd collecta viginti annorum non contineat vltra sortem, vt dicit gloss.in authenti. perpetua.C. de sacrosanctis ecclesiis.

DCCCCXXXVII.

1 Iudex † secularis incidenter cognoscit de contractu vsurario, vt tenet Bald.in feudis in ritu.de controuersia inuestitu. in cap.j.§.similiter. Vide plenè in clxxx. consiliorum meorum.

2 Contractus † simulatus[a] non firmatur iuramento, secundum gloss.in l.iij.C.plus valere quod agitur.quam ibi sequuntur Salice.& Barto.in l.si quis pro eo.ff de fideiuss. idē Francis.de Zabarel.in c.ad nostram.de emp.& vend. & vide Hostien.Ioan.And.Ludo.Roma.& Imol.in c.illo vos.de pigno.

ADDITIO.

a Contractus simulatus. Adde Pet Rauenna.sing.cviij.& Hippoly.Marsi.sing.cccxxvij.incip.exceptio.nu.4.& sing.cccclxxiij.incip.contractus simulatus.vbi limitat nu.2.

DCCCCXXXVIII.

1 *Contractus vt dicatur simulatus vel vsurarius quando dicatur modicum pretium.*

1 Quando dicatur † modicum pretium vt contractus dicatur simulatus, vel vsurarius, Ioan.de Grass.in cap.ad nostram. de empt.& vend. In effectu dicit, quòd de hoc sunt tres opiniones: vna videlicet, quòd sit deceptio vltra dimidiam iusti pretij: quam videtur tenere Goffre. sed ista opi. vt ipse dicit, non est vera: quia tūc competeret aliud remedium contra talem venditionē, hoc est remedium l.ij.C.de rescin.vendi.& cap.cum dilecti.de emp & vendi. Alia est opinio, quòd modicitas pretij dicatur, quando est prope dimidiam, vt scilicet sit medietas pretij integra,& etiam plus, vt si res valeret centum, & venderetur pro quinquaginta. & hāc opinionē tenet Host. in d.c ad nostram.& videtur etiam tenere Ioan.And. post Abbatem. Alia & tertia fuit opinio quorundam aliorum docto. vt refert ipse Ioan.de grass. quod recurrendum sit ad ea, quæ habentur in c.quintauallis.de iureiurand. & per Barto.in l.si societatem.§.arbitrorum.ff.pro socio.videlicet, quòd si sit deceptio in sexta parte pretij, dicatur modicum pretium:& vt dicit ipse Ioan.de grass. vbi suprà, secundum istam opinionem ipse communiter consulere consueuit, licet dicat modicum pretium in ista materia secundum communem sententiam esse arbitratium iudicanti, per ea quæ habentur in c.de causis.de offic.delega.& facit l.j.ff.de iure deliberan. Et hanc opinionem quòd sit arbitratium, videtur tenere Hostien.in dicto ca. ad nostram. dum dicit super verbo, vix tamen contingebat,& forsan excedebat,&c. volens dicere quòd in casu dict.cap. interuenit medietas iusti pretij:& sic dictio, vix, in illo text. non denotat diminutionem: quia ibi non erat deceptio medietatis pretij, imò bene aderat medietas pretij: quoniam illud quod vix fit, nihilominus etiam fit.l.vix.ff.de iudic.& cap.cum contingat. in §.in eo verò.de offic.delega. Et fortè ibi excedebat medietatē iusti pretij: vt dicit Hostien. vnde ex hoc colligit illum textum procedere, etiam si excedat medietatē: ideo potest iudex arbitrari super pretio excedente medietatē pretij. Nam in illo textu fortè dicitur vix, propter cōtingentiam facti. Et hanc opinionem videtur sequi Ioan. Andr. in dicto c.ad nostram. post Abbatem, dicens in effectu quòd illum text. intelligebat Abbas, quando iustum pretium non fuerat datum:& istam dicit vbi suprà do. Ioā. de grass. esse communem sententiam. & sic sentire videtur Ioan.And. post Abbatem, sufficere, quòd iustum pretium non sit datum. quod etiam tenet frater Ray. in summa de vsur.§.item quid si vendidi. vbi dicit præsumi cōtractum vsurarium ex eo, quòd modicum est pretium respectu valoris rei.& sequi videtur Henr.Boich, in dicto c. ad nostram. referens ipsum Raym. Nec obstat clausula, si emptor donauerit plus valens, quia vt voluit dictus de grassis in dicto ca.ad nostram. etiam præsumitur contractus vsurarius per ea quæ ibi no.glo.pen. idem etiam tenet do.Ambro.de vignate in sua repetitione dicti ca. ad nostram. dicens etiam quòd quanto plures cautiones apponuntur in talibus contractibus suspectis, tanto magis præsumuntur simulati, per c.super hoc.de renuntia. in gloss.& in l.si quis sub conditione.ff.de condi.insti. & quæ volunt doct.in simili de iuramento, in ca.illo vos.de pigno. dicentes quòd iuramentum exactionis ab vsurario in contractu facit pręsumi contra ipsum vsurarium, & eius contractum.

2 Vsque ad xxx. annos † potest de nullitate agi, secundum Sali.in l præses.C quomodo & quando iudex. & faciunt not.in l.si ur.C.de præscrip.xxx.annorum. & Bart.in l.si expressim.ff.de appel.

DCCCCXXXIX.

1 Legitima † est quota bonorum,& non quota hęreditatis: vt dicit Bartn.in l.ex facto.ij.ff.de hæredi.insti.in versic. istud displicet mihi plus, nam legitima filij,&c. idem tenet Bal.& Iaco.de But.C.de hæredi. instituen. in l.quoties.circa finem vbi habetur, quòd legitima semper intelligitur deducto ære alieno l. Papinianus.§.quatra.ff. de inoff.test. ideo dicitur pars bonorū & nō hæreditatis. de quo per Guli.in l.si quis in suo.C.de inoffi.testa. idē tenet Imol.in l ita tamen § si patronus ff ad Trebel. idem tenet Bal.in dicta l.ex facto. vbi dicit, quòd institutus in legitima est hæres quò ad commoda,& non quò ad incōmoda & facit deficere fideicommissum, vt tenet Spec.in d.tit.& ista est communis opinio, vt dicit Ang.de Are.in §.actionum autem. Insti.de act.in ver.quarto cui competat ista actio. ibi, quia cum legitima non sit quota hæreditatis, sed quota bonorū,&c. licet Ang. de Peru. teneat contrarium, in d.l.ita tamen.§ si patronus.

DCCCCXL.

1 Verbum † volo, aliquando est verbum directum, & aliquando verbum obliquum, secundum subiectam materiam, vt dicit Barto. in l.apud Aufidium.ff.de optio. leg. & in l.cūctos populos.C.de summa trinitate. de quo verbo volo, habetur in l.quoniam indignum.C. de testa. vbi dicitur, quòd de se non est directum nec obliquum: sed tantummodo ratione adiuncti.

DCCCCXLI.

2 *Victus non appellando confirmat sententiam contra se latam.*

1 Si debitor † non habeat pecunias,&c. vt suprà singular. dclvij.nume.3.

2 Non appellando † victus facto suo confirmat sententiam contra se latam. in cap. quod ad consultationem.& cap. cùm inter. extrà de re iudi.& sententia habetur pro veritate.l.j.ff.de re iudi.& l res iudicata.ff.de regu.iur. & non appellando acquiescit sententiæ.l.iij.C.de re iudi & sententia facit notorium iuris.l.emptorem.ff.de act empt. & Sali.in l.ea quidem.C.de accusa.

DCCCCXLII.

1 *Præscriptio contra ignorantem currit.*

1 Dominium † directum non præscribitur: vt habetur per Cy.in l.competit.C.de præscript.xxx. vel xl.anno.& per tex.in l.cùm notissimi.in fi.co.titu. nisi per interuersa possessio per emphyteutam, vel feudatarium non admittēdo reuertentem, vel tradendo alij: ita dicit gloss. in dicta l.cùm notissimi.§.final. in gloss. final. Nec obstat ignorantia

rantia domini directi, quia cõtra ignorãtem currit præscriptio.l.fi.C.de long.tẽpo.præscriptio.nec potest ignorans restitui ex clausula generali, maximè cum post cõpletam præscriptionem transierit quadriennium.l.fi.C.de tempo.in integ.restit.petend.

2 Per protestationem † probantur impedimenta. vt not. Panormita.in cap.plerunque. extrà de rescript. & dicit notandum esse.

DCCCCXLIII.

1 De materia † cessionis actionis, & quãdo valeat, & quando non, vide plenè Panormita.in cap.ex parte. extrà de alienatione, &c.

Conclusio libelli debet attendi, &c. vt suprà singu. dccclxxxix.nume.2.

DCCCCXLIIII.

1 Gratia à Papa † concessa, non expirat morte Papæ etiã re integra, vt per Panor.in c.relatum.de offic.deleg. allegat c.si cui.de præben.lib.vj.de quo vide plenè per Ioan. Fab.Insti.manda.§.iij.

2 An sola citatio † emanata à delegato perpetuat sibi iurisdictionem, licet pars fuerit citata, not.Panorm.extrà de offi.deleg.in c.gratum.circa prin.in j.col.de hoc vide in lxx.consi.meo.

DCCCCXLV.

1 Interlocutoria † lata sine causæ cognitione, nunquam transit in rem iudicatam: ita not.Bal.in l.ex stipulatione. C.de sen.& interloc.om iudi.

2 Citatio † nulla & temeraria non arctat citatum. Panor. in c.prudentiam.de offi.deleg.& ibi dicit, quòd citatio est actus iurisdictionalis.

DCCCCXLVI.

1 Granatus † comparendo coram iudice infra tẽpus quo potest appellare, non videtur eius appellationi interponendæ renuntiare: secus in iam interposita. vide plenè Panor.extrà de offi.deleg.in c.gratum.

2 Citatio † valet per edictum, vbi nescitur quis sit citandus.not.Panor.post Innocen.in dicto c.gratum.de offic. delega.circa prin.

3 Pars † non potest se iuuare de eo, quod impugnauit. Pan. in d.c.relatum.de offi.deleg.

DCCCCXLVII.

1 Si citatus † dicat, quòd non comparebit, non debet sequi trina citatio, etiam in casibus in quib⁹ trina citatio, vel vna peremptoria requiritur: ita dicit Panor.in c.consuluit.de offi.deleg.circa fi.

2 Plus ibi dicit Panor.quòd † non requiritur trina citatio, vbi iudex partem assignat personaliter comparentem.

DCCCCXLVIII.

1 Interlocutoria † per quam quis pronuntiat se non esse iudicem competentem, non potest contrario imperio reuocari.in c.significantibus de offi.deleg & ibi plene per Panor.quia habet vim diffinitiuæ quæ non potest cõtrario imperio reuocari, vt ibi per Pan.de quo vide etiã quę dixi in tractatu meo de appel.circa fi.

2 In interdicto † vti possidetis, vbi probationes sunt pares, ille debet obtinere, qui docet de titulo. vt dicit Bald.in l. ordinarij.C.de rei vendi.

DCCCCXLIX.

1 *Possessio & quasi possessio retinetur animo.*

1 Qui semel † possedit, pręsumitur semper possidere.& ista est communis opinio, de qua per Bal.& Sal. in l.siue possidetis.C.de proba.& in l.non ignorat.C.ad exhib. & ratio est, quia possessio retinetur animo.l.si quis vi §.differentia.ff.de acqui.poss.& quasi possessio etiam retinetur animo, vt per Bar.in l.si quis.§.fi.de dam.infec. & in l.j.ff. de acquiren.possess.

2 Petitorium † absorbet possessorium.in ea.cùm dilectus. extrà de ordi.cogni.

DCCCCL.

1 *Scire quis præsumitur ea quæ continentur in instrumento penes se reperto.*

2 *Verba narratiua in instrumento fidem faciunt inter cõtrahentes.*

1 Quis præsumitur † habere scientiam eorum quæ cõtinentur in instrumento penes se reperto.argu.in l.inter chartulas.& ibi bene probatur.C.de fide instrumen.& iure hast.fiscalis.lib.x.

2 Verba narratiua † in instrumento fidẽ faciunt inter partes contrahentes.l.optimam.C.de contrahen.& cõmit. stipul.Imò etiam staretur tali narratiuæ inter alias partes, vbi res esset de antiquo: & similiter statur instrumento enarrato in alio instrumento, vbi de re antiqua ageretur.argu.in d.l.optimam.& habetur in clemen.j.de probatio.& in l.si arbiter. cum ibi not.ff.de probatio.& in c. Albericus.de testib.

DCCCCLI.

1 *Successorum appellatione qui contineantur.*

2 *Dictio hæredibus iuncta post verbum filijs, ampliat.*

1 Appellatione † successorum etiam in feudalibus nedum intelligũtur filij & hæredes, sed etiam legatarij, & alij extranei: vt determinat Bald.in titulo de prohibit.feud. alien.per Feder.in vltima columna sui commenta. in capitu.j.in princip.

2 Si priuatus † concedat in feudum alicui stipulanti pro se & filiis, & hæredibus suis: quia ista dictio ampliat, intelligitur nedum de filiis, sed etiam de quibuscunque hæredibus descendentibus: ita determinat Sali.in l.ij.in ax.q. C de iur.emphy.alleg.l.in conuentionibus.ff.de verb.signi.ratio, quia illa dictio, hæredibus, iuncta post verbum filiis, ampliat.c.in præsentia.de procurat.

DCCCCLII.

1 *Consuetudo notoria ne cessariò non est probanda.*

2 *Dominium ex possessione quando præsumatur.*

1 Consuetudo † notoria licet sit proponẽda, tamen non est necessariò probanda: vt dicit gloss.in ea.ad nostram.iij. extrà de iureiuran.& est ratio secundum Salicet in l.ea quidem.C.de accusatio.in xxxiij.colum.materia notorij, quia notorium prouinciæ videtur innotescere iudici, vt personæ publicæ.

2 Ex possessione † præsumitur dominium, quando ipsum dominium deducitur incidenter in iudicio in aliqua causa gloss.in l.sicuti.§.si quæratur.ff.si serui.vendi. & in l.j cum gloss.ff.famil. erciscun. ita determinat Bald. Institu.de iure nat.in §.ex non scripto.vbi dicit quòd quotiescunque aliquid deducitur in iudicio incidenter, sufficit semiplena probatio.

DCCCCLIII.

1 Agens interdicto † restitutorio vel adipiscendæ, vel retinendæ, vel vti possidetis, non potest negatoria reconueniri. ita videtur velle Hostien.in summa, in titu. de mutuis petitionibus. in fin.super quo vide quæ scripsi infrà sing.dcccclxiij.& suprà sing.ccccclxij.

2 Ex simulato † contractu non transfertur possessio. alleg. doct.l.emptor.ff.de aqua plu.arcen.

3 An per instrumentum † locationis vel inuestituræ probetur possessio, vide Io.Fer.in tit.forma libelli pro possessione turbata, super verbo, hodie tenet & possidet.

4 Emphyteuta † negando rem emphyteuticariã esse, an possit ab ea repelli, & contra ipsum agi ad commissum. vide Spe.in titu.de locato.§.nunc aliqua. versi.lxv.

DCCCCLIIII.

1 *Intellectus c.j.de cleri.coniuga.lib vj.*

1 Clericus † coniugatus cum vnica virgine, mortua vxore gaudet priuilegio fori, tã in ciuilibus quàm in criminalibus causis, & similiter gaudet priuilegio clerici in omnibus, vt ponit Zenzelinus in cap.vnico.§.in cæteris.in j. quæstio.de cleri.coniuga.lib. vi.qui allegat Ioan.And. & doctio.ita tenere. Addas rationem, quia dictum ca. vnicum, quod priuilegiat clericos coniugatos solum loquitur, quando ambo coniuges viuunt, vnde mortua vxore amplius non dicuntur coniuges, sed dicitur solutus: ideo gaudere debet tali priuilegio clericatus facit quod voluit Ioan.Andr.in rubri.de cleri.coniuga.in antiquis, vbi dicit, quòd mortua vxore clericus potest promoue-

ri ad maiores & sacros ordines absque eo, quòd de nouo recipiat minores & primæuos ordines: nam character impressus remanet.

DCCCCLV.

1 *Præscriptione longi temporis decem annorum dominium vtile acquiritur.*

3 *Titulus putatiuus sufficit in præscriptione.*

1 Per præscriptionem † longi temporis x. ann. inter præsentes cum titulo & bona fide acquiritur vtile dominium, secundum communem sententiam Ioan gloss. & communiter doct. in authen. nisi. C. de bon. mater. & Bart. in l. traditionibus. C. de pact. & per l. emptor & l. super longi. C. de præscrip. long. tempo. quàuis secundum opinionem Mar. in d. authen. nisi. quem sequitur Pet. & sequi videtur Cy. acquiratur etiam dominium directum.

2 Vtilis † actio in rem quæ competit præscribenti cum bona fide, præfertur directæ actioni competenti ei, contra quem præscribitur. l. si quis emptionis. C. de præscri. xxx. vel xl. ann. & habetur per doct. maximè Ang. in l. si procurator meus. ff. de procur.

3 In re † præscribenda sufficit titulus putatiuus, & non requiritur verus titulus. l. clanibus. ff. de contrahen. emp. & ven. & voluit Io. And. in c. de quarta. de præscrip. cùm aliàs iustus error habeatur pro titulo: vt not. glo. super rubric. C. quorum bonorum.

DCCCCLVI.

1 *Iuramentum metu vel dolo extortum potest dissolui per iudicem secularem. & nu. 2.*

2 Iudex † etiam secularis potest compellere recipiẽtem iuramentum metu vel dolo extortum, ad remittendum iuranti tale iuramentum, ne sit iniquitatis vinculum: vt tenent doct. in c. j. de iureiur. & hoc dicit singulariter Pet. Brixien. episcopus dicens, quod vbi iuramentum est illicitè extortum ex parte recipientis, potest compelli recipiens dissoluere, & ad dissoluendum & relaxãdum hoc iuramentum illicitè extortum: subdens quod in tali cõpulsione iudex secularis est iudex competens: & idem Petrus Brixiensis Episcopus in suo aggregario hoc dicit in verbo iuramentum, in litera .cccxiiij. versicu. cccxxv. allegans mirabiliter hoc tenuisse Federicũ de Senis in consilio clxvj. per multas rationes, & inter cæteras rationes, quia iudex debet esse vt calumniantium iniquitates expellat etiam laicus. Insti. in proœmio. & corã se & in oculis semper habeat æquitatem, quæ est contraria iniquitati. l. quòd si Ephesi. ff. de eo quod certo loco. & debet iudex laicus etiam maleficiis hominum obuiare. l. in fundo. ff. de rei vendi. & turpia & calumniosa lucra remouere: vt per totum de calumniatoribus.

2 Et quòd iudex † laicus possit iuramentum dissoluere, & super eo dispensare, probatur in l. fi. in prin. ff. ad munici. & facit quod etiam alibi dicitur, quòd lex vim apostolici obtinet, vt iuramentum remittat: ita dicit gloss. in l. adigere. §. fin. ff. de iurepatro. & not. Bal. in l. nec patronatus. C. de operis libert.

DCCCCLVII.

1 *Effectus clausulæ saluo iure impertinentium.*

1 Clausula † saluo iure impertinentium, &c. operatur, quòd testes qui non debuerunt examinari, non faciant fidem, seu admissio articulorum impertinentium sit ipso iure nulla: vt voluit Bar. quem sequitur Ioan. de Imo. & doct. in l. ille à quo. §. si de testamento. ff. ad Trebel. per ea quæ habentur in l. prætor. in princ. & in l. qui vias. §. j. ff. de dã. infect. & idem Bar. & post eum de Imol in l. si quando. ff. de lega. j. idem docto. iuris canonici in cap. si diligenti. extra de offic. delega.

DCCCCLVIII.

1 Licet † causa vniuersitatis non sit singulorum. l. in tãtum. §. vniuersitatis. ff. de rerum diui. l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocan. xij. q. ij. c. qui manumittitur. in c. eum nuntius. extrà de testi. tamen quando agitur de nemoribus & pascuis, quia singuli sunt habituri & percepturi commodum, singuli de loco non sunt idonei testes. vt not. doct. maximè in dicta l. in tantum. §. j. & d. §. qui manumittitur: quia tunc causa dicitur propria, ideo non sunt idonei testes. l. nullus. de testibus. & l. in omnibus. C. eodem titu.

2 Item testes sunt † reducendi ad concordiam quantum fieri potest. cap. cùm tu. de testibus. xij. quæstio. ij. antecessor. & cap. quòd prædecessor. & not per Barto. ff. si certum petatur. l. ij.

3 Aliquid † præsumitur potius factum fuisse tempore licito, quàm tempore illicito. l. merito. ff. pro socio.

DCCCCLIX.

1 In facto † antiquo potius statur instrumentis & scripturis quàm testibus: probatur in l. si arbiter. ff de probatio. not per gloss. & doct. in cap. tertio loco. de probatio. & ibi ratio ponitur.

2 Statur instrumentis † antiquis etiam enuntiantibus aliud. gloss. & doct. in l. cùm aliquis. ff. de iure deliberandi. & vide suprà sing. dcccclі.

3 In factis † antiquis omnia solennia præsumuntur interuenisse, vt habetur in c. Albericus. & in c. significauit. de testi. per Bar. in l. si filius. C de peti. hære.

DCCCCLX.

1 Partibus † litigantibus in possessorio in materia interdicti vti possidetis, iste debet obtinere, qui habet antiquiorem possessionem, seu qui habet titulum, seu qui habet possessionem iustiorem hæc omnia habentur & not. in c. licet. de probatio & in l. j per gl. Cy & doct. C. vti possi & in l. si duo. ff. vti possi.

2 In materia † interdicti vti possidetis, probatur turbatio ex sola contradictione in iudicio. vt voluit Bar post Cy. in l. si prius. in vlti. oppositione. ff. de noui ope nuntia. & Specu. in tit. de actione & petitione. §. superest. ver. quare. ideo dicit Barto. post gloss. in l. i. §. huius autem interdicti. ff vti possi. quòd hoc interdictum competit contra eum qui contendit possidere. & probatur in illo text. ibi: se possidere affirmat: datur etiam contra illum qui turbat, licet non contendat se possidere, vt dicit ibidem Bar. probatur in l. si duo. § si vicinus ff. vti possid. hoc dicit glo. in l. .§. retinendæ & in l si duo. in princ. eo. titu. & probatur in l. vim facit. ff. de vi & vi arma. datur etiã contra diffamãtem, qui dicit me non habere ius in re, vel me non esse bonæ fidei possessorem ita ibi dicit Bart. alleg. Inno. in c. ij. de in integ. resti.

3 Qualiter † probetur turbatio possessionis, vide Ioan. Fer. in tit. libellus super turbata possessione. & in gl. super verbo, præsentialiter turbat & molestat.

DCCCCLXI.

1 Debet † responderi positionibus per verbum credit, vel non credit, vt dicit Spe. in titu. de iura. calum. in § restat. ver. ibi. vel dic quòd hoc non est, &c.

2 An bãnitus † possit testari, & an possit succedere ab intestato, vide Barto. in l. qui deficiunt. ff. de capitis diminutione.

3 De dictione † publica, vide plenè per Bar. in l. sed quòd simpliciter. ff. ex quib. cau. maio.

DCCCCLXII.

1 An procurator † possit iurisdictioné prorogare sine speciali mandato. Pau. de Cast. in sua repetitione l. si se subiiciant. ff de indic. dicit sic, de re ad rem non, cùm super eo non habeat mandatum, vt in cap. cum olim Abb. de offic. deleg. sed de tempore ad tempus vel de loco ad locum, vel de persona ad personam sic: quia ex quo principale negotium est sibi commissum: videntur sibi cõmissa omnia ab eo dependentia. ff. de procurato. l. ad rem mobilem & l. ad legatum. eodem titu. facit de restitutio. in integrum. cap. suscitata. & quod ibi not. Innocen. facit optimè l qui procuratorem dat, aut confestim agit. de procu adde hic quod not. Spe de cõpe. iud. adi. §. j. versic. quid si duo. cum sequen. Vide suprà sing. cclxx.

2 Ratio † restringit & limitat dictum. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de lega. ij.

DCCCCLXIII.

1 *Domini exceptio an opponatur contra agentem interdicto retinenda.*

Exceptio

1 Exceptio† dominii an posit opponi contra agentem interdicto retinendæ, vide Ang. de Are. Institu. de actionibus. §. quadrupli. versi. Viso de possessione recuperanda. qui videtur concludere quòd non. Ex quo dico, quòd aduocati errant opponendo negatoriam contra agentem interdicto retinendæ, vel recuperandæ possessionis. de quo etiam tetigi suprà, singu. dccccliij. De materia negatoriæ, vide in primo consiliorum meorum.

DCCCCLXIIII.

s *Obligatio personalis non est alienatio.*

1 Qui non † potest alienare, potest tamen se personaliter obligare: ita dicit Bald. in l. emptorem. C. communia de leg. circa fi. quia personalis obligatio non dicitur alienatio. l. alienatum. ff. de ver. signi. & in leg. si pro fundo. C. de transactionib.

2 Malè petit, † qui petit quod intus habet. leg. si quis ex argentariis. §. prohibet. ff. de eden. in ca. examinata. extrà de iudiciis.

DCCCCLXV.

s *Debitum fateri non videtur opponens exceptionem solutionis.*

1 An ille qui opponit † exceptionem solutionis [a] simplici-
2 ter, videatur debitum fateri: canonistæ dicunt quòd non. per c. cum venerabilis. de excep. de quo tamen vide plenè per Bar. ff. de excep. l. non vtique.

2 De præscriptione † iurium fiscalium, vide plenè per Bartol. ff. de diuersis & temporalibus præscriptio. in lege, in omnibus.

ADDITIO.

a Exceptionem solutionis. Opponens exceptionem solutionis non videtur fateri debitum, quando aduersarius negat talem solutionem esse factam: secúdum gl. no. in l. Iulianus verum debitorem ff. de condi. inde. quam gl. no. Bart. in d. l. Iulianus. versi. item aduertas ad istam lecturam. & Alex. consi. clxxxiij. inci. in causa & lite. col. vlt. vol. vj. Pro quo facit, nã quis non potest se iuuare ex positione negata. secundum Archid. in c. j. de conse. eccle. vel altar. lib. vj. & Spe. in tit. de positio. §. octauo. ver. j quem refert & sequitur Bartol. in l. post legatum. in prin. col. pen. ff. de his quib. vt indig. & in l. naturaliter. §. j. colum. vlt. ff. de aequi. pos.

DCCCCLXVI.

s *Interesse per iuramentum probari.*

1 Licet † decimæ, quæ debentur Deo in signum vniuersalis dominii, in c. tuo. j. de decimis. præscribi in totum non possint, per ea quę no. in c. in aliquibus. de decimis. & per Io. And. in c. j. de decimis. & Guli. de monte Lauduno, in c. ij. de iudi. & per doct. in l. comperit. C. de præscrip. xxx. vel xl. annorum tamen quota bene potest præscribi secundum Thom. de aqui. cuius opinio est approbata de consuetudine generali, vt refert Bald. in d. l. comperit. & Hosti. in sum. de decimis.

2 Interesse † probatur per iuramentum. Bar. ff. de vi & vi ar. in l. interdicto. in prin.

DCCCCLXVII.

1 Exceptio † excommunicationis quæ obstat cedenti, &c. vt suprà sing cxliiij.

2 Si petantur † decem, & non debeantur nisi quinque, qui iurat se nihil teneri, est periurus. Bar. in l. ij. ff. de exceptio. rei iudicatæ.

3 An & quando † posit opponi de iure tertii, vide plenè Bart. in l. fundum titianum. ff. de exceptionibus & præscriptionibus.

DCCCCLXVIII.

s *Legitima supplementum à quibus petendum.*

1 Supplementum † legitimæ debet peti non solùm ab hæredibus, imo etiam à legatariis: vt dicit Bar. licet dominus Rapha. dicat contrarium, vt refert dominus Ioã. de Gras. in recollectis suis quas habet dominus Io. de Syzero. in l. omnimodo. C. de inof. testa.

2 Materiam † protestationis &c. vt s. sing. clviij.

DCCCCLXIX.

1 Statuta † recipiunt interpretationem extensiuam vel restrictiuam, & quomodo, & quando, & qualiter, vide Bal. post Bar. in l. non dubium. C. de legi.

2 Ad probandum † matrimonium metu fuisse factum, sufficit vnus testis, & creditur magis illi soli, quàm pluribus aliis deponentibus de volútate. ita dicit Bal. in l. obseruare. §. proficisci. xiij. q. ff. de of. procó. & leg. & Lud Roma. in rub. de arbi. in vj. col. post Inno. in ca. cum super. de re iud. nec refert an metus præcesserat ante tempus contracti matrimonii, per no. in l. j. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio non datur. & per Bartol. in l. finali. ff. si quis aliquem testari prohibuerit. & per Bald. in l. j. C. eod. titu. ita dicit domin. Bartholomæus Cæpo. de Verona in suis singularibus.

DCCCCLXX.

1 Dominus † appellando ratificat sententiam latam contra falsum procuratorem. l. iij. §. falsus. ff. rem ratã hab. & dicit Bar in l. filio præterito. ff. de iniusto rupto testa. in sua repet & glos. in l. licet. C. de procu. licet sub dubio forte ibi gl. loquatur. Bar. ibi dicit, quòd non approbat per appellationem, ne extinguantur si malè fiunt. l. j. in fi. ff. ad Turpil. vult ergo Bar. dicere quòd sententia non potest dici nulla per dictam ratificationem, sed si sit indebitè lata, reuocabitur.

DCCCCLXXI.

1 Si procurator † fuerit verus contumax, &c. vt s. plenius. sing. cccccLxv. nume. 1.

2 Processus † factus per filium, &c. vt suprà singul. cccccLxv. nume. 2.

DCCCCLXXII.

1 Citatus † coram delegato non tenetur compatere, nisi copia rescripti sit inserta in citatione. Bar. in l. ex quacunque causa. ff. si quis in ius voca. non ierit. vide suprà sing. ccccxvij. num. 1.

2 Beneficium † restitutionis in integrum potest cedi. Bart. in l. non solum. ff. de in inte. restit. alle. l. si minorũ. ff. de admin. tuto.

DCCCCLXXIII.

1 Pone, testes † fuerunt examinati super articulo continente, quòd res valet centum, si post publicationem fiat articulus quòd valet centum & quinquaginta, vtrũ testes poterunt examinari? dic quòd sic: & est ratio, quia articuli non sunt contrarij, sed diuersi: quia potest esse vnum & aliud. decretistæ de hoc habẽt extrà de testi. c. per hãc. verba sunt Barto. in l. cum furti. in princi. ff. de in litem iurando.

DCCCCLXXIIII.

s In materia † feudali dum dicitur, quòd pares Curiæ debent cognoscere, id est, per alios vasallos à domino sub debito fidelitatis iuratos, vt rectè diffiniãt: ita dicit Bal. in feud. in § præterea. de prohi. feu. alie. per Fede. vbi quærit, quis hodie debeat cognoscere de causa feudali.

DCCCCLXXV.

1 Si possideam † parietem cũ vicino meo pro indiuiso, an possim eum perforare? vide reportata per Dominũ Petr. Papæ secundum Bartolum in libro meo. ff. communi diuidundo.

2 Vasallus † non debet esse aduocatus contra eius dominum, vt dicit Andr de Ysern. in tit quibus mod. feu. amittatur. in princip.

DCCCCLXXVI.

1 Si flumen † mutet alueum naturalem antiquum, & transeat per nouum, cuius erit terra quæ est in medio? vide Andr. de Ysér. in feu. titu. de controuersia inuestituræ, in quæstione fin.

2 Si quis aliquid neget, an postea poterit ponere ad sui defensionem, puta de illo qui accusatur hominem occidisse, & negat, an posit postea dicere quòd ad sui defensionem illud fecerit? vide And. de Ysern. vbi suprà proximè & ibi concludit quòd sic. idem Bar. in l. cùm de indebito. ff. de probationibus.

3 Valet † confesio sine causa, quando est facta in iudicio. Bar. in dicta l. cùm de indebito. in princip.

DCCCCLXXVII.

1 SI creditor † proroget terminum debitori, fideinssor liberatur. Ioan. Ferra. in tit. forma libelli contra plures reus debendi. in gloss. super verbis, solutionem facere recusauerit.

2 Beneficium † diuidendarum actionum an possit opponi post litis contesta. idem Ferrar. in dicto titul. in gloss. super verbis, beneficio nouarum constitutionum. tenet quòd sic.

DCCCCLXXVIII.

1 Qualitas † adiecta in præcedentibus, vel in aliqua dispositione an censeatur repetita in sequentibus, vide Bar. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de ver. oblig.

2 Si notarius † dicat se errasse, an sibi credi debeat? vide plene Bar. in l. si librarius. ff. de reg. iur. & in l. de tabulis. ff. de tabulis exhibendis.

DCCCCLXXIX.

1 *Intellectus l. iurisgentium. in prin. ff. de pact.*

1 Lex iurisgentium. † in principio ibi, & cæteri similes contractus. ff. de pact. inducitur ad quæstionem, qua quæritur: si tabellio in instrumento ponit, &c. scilicet dum recipit instrumentũ inter aliquos, an possit postea renunciationes & alia ponere propter illud, &c. & dicitur quòd sic, dum tamen nil mutet de substantia. argum. huius l. & argumento ff. de vulg. & pupil. subst. l. ij. secundo respon. & ff. de euictio. l. si quis.

DCCCCLXXX.

1 Qualiter † puniatur ille qui suadet & dat consilium, vide Andræ. de Ysern. quibus modis feudum amittatur. in v. columna.

2 De iusto † metu, vide Andr. de Yser. in tit. quo tẽpore miles inuestituram petere debeat. in iiij. colũ. de metu vide in ccix. consi. me. pa. & sing. ij.

3 Pactum legis † commissoriæ non reprobatur inter alias personas, nisi inter debitorem & creditorem. vide Andræam de Ysernia. de feudo dato in vicem legis commissoriæ.

4 An per inuestituram † transferatur possessio, vide Andr. de Yser. in titulo, quid sit inuestitura.

5 Si vasallus † inducatur in possessionem vnius rei, an sit acquisita possessio omnium rerum, vide de Ysernia vbi suprà.

6 Ad acquirendam † possessionem annuæ præstationis sufficit vnicus actus. Andræ. de Yser. vbi suprà in capitu. si vnus vasal.

7 Per quæ verba † fiat homagium, vide de Ysern. in titu. de noua fidelitatis forma, in iiij. col.

8 An feudum nobilitet, vide de Yser. in titulo, quis dicatur dux, &c.

9 Ius agnationis † inter naturales & bastardos non consistit. de Yser. in tit. si de feudo defuncti militis, &c.

10 Qui dicantur † famosi latrones, vide de Ysernia, de pace tenenda. & eius violatoribus.

11 An vasallus † debeat ostendere domino rem feudalem, & cui incumbat onus probandi rem esse feudalem, vide plenè per Andr. de Yser. in titulo, de controuersia inter vasal. & fœmi. &c.

12 In generali † alienatione non veniunt feuda, nisi dicatur. in capitu. primo, de capitaneo qui curiam vendidit, an intelligatur, &c. & in ca. in generali. si de feudo controuersia fuerit.

DCCCCLXXXI.

1 Ius patronatus † transit cum vniuersitate: sed intellige si probetur ita voluisse contrahentes: vbi autem non probaretur, non transit cum vniuersitate. ita sentit de Ysern. in feudis, in tit. si de feudo controuersia fuerit. in §. in generali. circa medium.

DCCCCLXXXII.

1 Aduocatus † aduersarii potest cogi deponere in causa contra illum, cuius est aduocatus. vt dicit de Yser. in titu. de inuestitura si inter dominum & vasallum quæstio oriatur. Et ibi est quæstio an vasallus possit esse testis in causa vasalli.

2 Non committitur † ipso iure feudum, si vasallus non petat inuestituram infra tempus debitum, sed per sententiam. vt in feud. quo tempore miles inuestituram petere debeat. in ix. colum. per And. de Ysernia.

3 Item licet † vasallus qui iurauit fidelitatem non teneatur successori præstare, tamen tenetur ipse successor petere infra annum, & dicere inuestiturã à domino: aliter res feudalis committitur. Io. de Gras. in recollect. meis, in capitul. ego Episcopis, de iureiurando.

DCCCCLXXXIII.

1 Dies incipit † à media nocte vsque ad aliam mediam
2 noctem. l. more Romano. ff. de feriis. & potest fieri solutio de nocte: & valent pacta, & transactiones, & sententiæ latæ & factæ nocte. l. non minor. C. de transact. ita dicit de Yiern. in loco præalleg. suprà.

2 Quando diuersa † iura concurrunt circa eandem personam, quid agendum in actore reo? vide plene de Ysernia in titulo, de contentione inter Dominum & fidelem de inuestitura feudi, in quarta columna.

ADDITIO.

2 Dies Adde diem more Romano à media nocte incipere, & sequentis noctis media parte finiri cõstare. itaque quod in his vigintiquatuor horis, id est duabus dimidiatis noctibus, & luce media actum est, perinde est, ac si quali quod quauis hora lucis actum est: ita memoriæ commendauit Paul. in d. l. more Romano. ff. de fer. cuius meminit tex. in c. consuluit de offic. delegat. Hanc autem decisionem non carere dubitatione, nec omnino esse inutilem, vel ex Plutarcho liquere potest. qui in quæstionibus in hanc sententiam, Cur diei (inquit) principium à media nocte numeratur? An quòd respublica ab initio militari more & instituto constituta est. In re militari autem multa noctu vtiliter occupantur. An diei ortum agendi principium esse voluerunt: noctem verò consilii & apparationis: oportet autem præparatos rem aggredi, non agentes præparari. An quemadmodum meridies finis est multis reipub. agendæ, sic noctem intempestam actionem omniũ initium oportere statuerunt. Cuius rei maximum argumentum est magistratum Romanum post meridiem fœdus facere nõ solere. An occasu quidem & ortu principium & finem diei capere licet. nam si multitudinis iudicio principiũ diei, cùm sol emergere cœperit: finem verò, cùm penitus occiderit, terminauerimus, æqualitatem diei & noctis, quod æquinoctiũ dicimus, non habebimus. Quare cùm ortus diei & occasus principium difficillimè capi possit, relinquitur, aut vt medium diem, aut mediam noctem principium diei statuamus: potius autem secundum. Aulus quoque Gellius noct. Attic. lib. iij. Quæri (inquit) solitum est, qui noctis hora tertia, quartáve, siue qua alia nati sunt, vter dies natalis haberi, appellaríve debeat. Isne quem nox ea secuta est, an qui dies noctem consecutus est. M. Varro in libro rerum humanarum, quem de diebus scripsit: Homines, inquit, qui media nocte ad proximam mediam noctem in his horis xxiiij. nati sunt, vna die nati dicuntur. Quibus verbis ita videtur dierum obseruationem diuisisse, vt qui post solem occasum ante mediam noctem natus sit, is ei dies natalis sit, à quo die ea nox cœpit. Cõtrà verò, qui in ses horis posterioribus nascitur, eo die videri natum, qui post eam noctem diluxerit. Athenienses autẽ aliter obseruare diem, Varro in eodem libro scripsit: eósque à sole occaso ad solem iterum occidentem, omne id medium tempus vnum diem esse dicere. Censorinus quoque in suo opusculo de die natali, tit. de dieb. sic inquit. Superest pauca de die dicere: qui vt mensis, aut annus, partim naturalis, partim ciuilis est. Naturalis dies est, tempus ab exoriente ad solis occasum: cuius contrarium est tempus, nox, ab occasu solis ad ortum. Ciuilis autem dies vocatur tempus, quod fit vno cœli circumactu quo dies verus & nox continetur, vt cùm dicimus, aliquem dies triginta tantùm vixisse: relinquitur enim, etiam noctes intelligere. Aduertendum est insuper quòd Iason in d. l. more Romano. aliter declarauit præsentem materiam dum faciendo quinque diuisiones diei primò diem naturalẽ constituit eũ qui à media nocte incipit, & media sequenti finitur, secundum morem Romanorũ, & tamen

Gellius

Gellius & Censorinus dicunt, hunc potius appellari diem ciuilem: & naturalem eum esse qui incipit ab exoriente sole, vsque ad solis occasum. Itē Iason appellat diem artificialem à mane: & sic quando sol est super terram vsque ad vesperas, & sic nihil comprehendet de nocte: cùm tamen Censorinus eum putet debere dici naturalem. Ciuilis verò qui idem est quòd artificialis, vocetur tempus quod fit vno cœli circum actu, quo dies verius & nox continetur.

DCCCCLXXXIIII.

1 Verba † simpliciter prolata intelliguntur secundum ius commune. Bal. ff. de condi & demonstr.

2 Ad probandum † continuam mansionem, vel cōtinuam possessionem sufficit probare pro maiori parte temporis. Bald. in l. mutianæ. §. si quis ita. ff. de conditio. & demonstratio.

DCCCCLXXXV.

1 Si quia † incipit probare ordinariè, postea videns quòd non probat, an possit redire ad extraordinarium remedium, petendo, quòd eius aduersarius iuret: & an in defectum probationum possit petere probatis indiciis, vt torqueatur: cum non habeat locū turtura, nisi cum probationes non subsunt: quia aliter explorari & inuestigari non possunt facinora. ff. de quæstionibus. l. edictū. hoc quantum ad illum contra quem probationes sunt plenæ: quantum ad alios vt scientur socii emēdatores, fiunt etiam quæstiones probatione plena. ff. ad exhibendum. l. penul. ff. ad Sylleia. l. prius. vnde quando agit vel accusat, debet esse certus de probatione. C. de edend. l. j. non enim locum habet extraordinarium, quum cœpit probare per ordinarium modum. ff. de minoribus. l. in causæ. si agit vel accusat, & prosequitur causam ordinariè inducendo probationes legitimas, non videtur ꝙ possit recurrere ad sacramentales, vel quæstionem: sicut cùm quis eligit ex testamento, non potest recurrere ad viam intestati C. de codic. l. fina. videtur sibi dari electionem hoc casu: vt expressè videtur innui. ff. rerum amot. l. Marcellus. §. j. prout dictio magis, accipitur ibi electiuè sicut accipitur. ff. de lega. ij. l. si Titio & mihi. ideo dicunt multi quòd debet protestari, vt si in probatione plena deficeret probatis indiciis, possit impulsare sacramentales, aut petere quæstionem fieri. argumēto pro ista protestatione. C. de præscrip. longi temporis. l. emptore. C. de exce. l. siquidem. item dicunt quòd quando proponitur exceptio contra intentionem agentis, videtur agnoscere & confiteri id quod petitur, vt postea incumbat ei probatio eius quod continetur in exceptione argument. ff. de fideicōmissa. liber. l. si debitor. ff. de contra tab. l. si præteritis. Verius videtur vt purgatio cum sacramentalibus locum habeat, vbi sunt illa quæ iudicem mouere debēt iudicare etiam si nō protestetur. Item quòd probatis indiciis perueniat ad quæstionem quantuncunque cœperit probare per testes. Ista & plura alia quæ hic nun sunt perfectè scripta, ponit de Yser. in feudis, in titulo, de controuersia inter dominum & fidelem de inuestitura feudi, circa finem sui apparatus.

Quando deferatur sacramentum purgationis, vide de Yser. vbi suprà proximè.

DCCCCLXXXVI.

1 De sententia † quando est nulla per errorem, vel aliàs, qualiter debeat procedi, vide Ang. de Are. in l. seruo inuito. §. cùm prætor. ff. ad Trebellianum. & ibi etiam Bartolum.

DCCCCLXXXVII.

1 *Libellus in omnibus causis edendus reo.*

1 In omnibus † causis ciuilibus, siue super petitorio, siue super possessorio etiam retinendæ, vel adipiscendæ, edendus est libellus in scriptis ei, qui in ius vocatur, iuxta no. in cle. sæpe. de verbo. signi. & in cle. dispendiosam de iudi. facit authen offeratur. C. de litis contesta. cum ibi no. per Barto. & doct. in l. prima. ff. de eden. & no. Barto. in l. si duo. ff. vti possi. & in l. prima. C. de eden. nam etiam in interdictis dandus est libellus. Idem no. Bar. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infe. Etiā si factum esset notorium, iuxta not. per Ioann. Fab. in §. ex non scripto. Institu. de iure naturali. & in c. tua. & c. si. extrà de coha. cler. & muli. per Inno. & doc. etiam in minoribus causis est dandus libellus. in authen. nisi breuiores. C. de sent. ex peri. recit. & l. j. ff. si mensor fal. modum dixerit. & in cap. j. de offi. iudi. per Innocen.

2 Aliud † est legitimare causam, & aliud legitimare & integrare instantiam iudicii: vt no. Ioan. And. post Innoc. extrà de prob. c. j.

DCCCCLXXXVIII.

1 Beneficium † l. edicto. C. de edict. diui Adrian. non competit fideicommissario ante restitutionem hæreditatiæ re vel verbo. l. restituta. & l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. ff. ad Trebellianum. no. in l. cùm hæredes. ff. de acquirend. possess.

2 An instrumentum † debeat edi, de quo fit mentio in libello, vide Bartol. ff. vt lega. nomine caue. in l. postquàm. in §. final.

DCCCCLXXXIX.

1 Qualiter † quis probabit se proximiorem testatori, vide plenè per Iacobum de Puteo. ff. de acquiren. hæredita. in l. is potest.

2 Illud † quod potest intelligi, habetur pro expresso. ff. de lega. iij. l. fideicommissa. §. si filio.

DCCCCXC.

1 Ille † qui debebat recipere meliorem monetam, putà veterem, per errorem iuris recepit deteriorem monetam, putà nouam: licet in isto errore longo tempore perseuerauerit, non præiudicat sibi. quòd tene menti. dicit Bald. in l. qua fideicommissarii. ff. de leg. ij.

2 An compater † repellatur à testimonio pro compatre, vel à iudicando, vide Spe. de elec. § qualiter. versicu. quid iuris de compatre spirituali. & Guli. de Cug. ff. de in ius vocan. l. generali. vide in tract. de repro. testium.

DCCCCXCI.

1 Casus † in quibus iudex potest vt suspectus recusari, vide in d. tractatu de reprobatione testium.

2 Si processus † sit nullus, attestationes etiā & omnia sunt nulla tanquam accessoria. vide in d. tract. de reprobatio. testium.

DCCCCXCII.

1 Debet fieri copia interrogatoriorum parti petenti, vt in tract. de repro. testium. In dicto tractatu de reprobatione testium enumerantur xxvij. casus, quibus vnus testis plenè probat.

DCCCCXCIII.

1 Sententia † quæ in rem transiuit, &c. vt suprà singulari cccccc.

2 Malè † petit qui petit quod intus habet. in cxxviij. consiliorum meorum.

3 Dominus † directus potest, &c. vt suprà singulari dcccliiij. §. secundo.

4 Missio † in possessionem non seruato &c. vt suprà singulari dcccl j.

5 Delegantis † & delegati &c. vt suprà, singula. dccxcvj. §. delegantis.

6 De expensis † soluendis ante litis contestat. suprà singula. dccxxiiij.

DCCCCXCIIII.

5 Qualiter † puniantur vendentes cum falsis mensuris, vide Io. Fer. in tit. forma libelli in causa venditionis.

DCCCCXCV.

1 Si inserantur † plures causæ in appellatione ab interlocutoria, sufficit vnam probari. Salicetus. C. de appella. in l. eos. in xvij. col.

2 Facundia † aduocati est attendenda in taxatione expensarum per iudicem. Salice. in l. non ignoret. in ij. col. C. de fructibus & litis expen.

3 Succumbens † in interlocutoria debet in expensis condemnari. Sali. in d. l. non ignoret.

4 Non solùm veniunt in taxa expensarum expensæ litis, imò etiam dispendia & expensæ itineris, & expēsæ via-

giorum testium.

5 An factura † instrumenti debiti veniat in taxatione expensarum. Salicetus quòd sic. in dicta l. non ignoret. circa finem.

6 In causa † criminali veniunt expensæ ad commodũ partis priuatæ, & non ad cómodum fisci. Salicetus in l. cum quidam. C. de fructi. & lit. expensis.

7 De bonis † publicatis debent solui expensæ. Salicetus in d. l. cùm quidam.

8 An expensæ † pro patrocinio debeant aduocato taxari. Sali. quòd non, in d. l. cùm quidam.

9 De præceptis † quæ fiunt per iudices ex abrupto, vide Salicetum in lege, interlocuto. C. quibus res iudicata non nocet.

10 Clausula † reseruationis adiecta in fine sententiæ diffinitiuæ, nihil operatur. Sali. in l. ea quæ. C. quibus res iudicata non nocet.

11 Non sufficit † inhibitio facta parti, nisi etiam fiat iudici in causa appellationis ab interlocutoria. vide Salic. qui ita dicit post Ioan. And. in l. appellatione C. de appell. in v. columna.

12 An pendente † appellatione possit in integrum restitutio peti? dic quod sic, non tamen vt appellatio suspendatur. vide Sali. in d. l. appellatione. in v. col.

13 Impedimentum † probatur per iuramentum in materia appellationum. Sali in l. præses. C. de appel.

14 De appellatione † nõ introducta coram iudice ad quem infra terminum statutum defectu nuntii vel procuratoris: an sit deserta, vel quomodo succurretur domino, vide Sali. in d. l. præses.

15 Si appellatio † sit deserta, iudex appellationum non potest pronuntiare super negotio principali, quia iurisdictio est reuersa ad iudicem à quo, sed debet pronuntiare appellationem desertam, & partem in expensis condemnare. Sali. in l. eos. C. de appel. in vj. col. Et ibi dicit Salicetus, quòd sententia super desertione appellationis est interloquutoria.

16 Si sit appellatum, † & iudex appellationum cognoscit sententiam nullam, quid debet pronuntiare iudex appellationis? quidam dicunt, quòd debet pronũtiare malè appellatum, quia sententia est nulla. Et non mirandum, si de nullitate cognoscit, cùm in appellatione insit nullitas. alii, vt Iac. de Are. & Iaco. de Butr. quòd melius est, ꝙ iudex pronuntiet frustratoriè, vel superuacuò appellatum, ex eo quòd sententia est nulla. ista ponit Sali. in l. eos. C. de appel. in vij. col.

17 Interloquutoria † etiam deseritur per lapsum fatalium, & iurisdictio reuertitur ad priorem iudicẽ. Sali. in l si contra maiorem. C de appel.

18 Ab actu † nullo non est necesse appellare. l. donationes. C. de appel. & ibi Sali. & l. si constat. ff. eo.

19 Inter † præsentes lis contestatur in causa appellationis. l. j. C. ne liceat in vna eadémque causa. no. Sal. in l. ampliorem. C. de appel. circa prin. Et appellatus potest exercere appellationem, sicut appellans. vt in d. l. ampliorem. quia appellatio est communis vtrique parti.

20 Quæ dicantur † connexa, & quæ separata. vide Sali. in d. l. ampliorem.

21 Interrogationes † non debent sæpius fieri super eodem, sed sufficit semel respondere. not. Sali. in l. in refutatoriis. C. de appella.

22 De appellatione † ab interloquutoria, an posit iustificari, vel infirmari ex nouis actis. vide Salic. in l. per hanc. C. de tempo. appellationum. in xj. col.

23 De procuratore † qui non produxit mandatum suum in prima instantia, & succubuit, an poterit producere in causa appellationis. vide Sali. in d. l. per hanc. de tempo. appel. in fin.

24 Appellatio † est communis, ita quòd vno negligente prosequi, alius prosequitur. Salicet. in dicta l. per hanc. in fine.

25 Nullitas † deseritur per lapsum fatalium sicut iniquitas, vbi de nullitate cum iniquitate simul agitur. Salicetus in l. cum antiquioribus. §. illud. C. de temporibus appellatio. in fin.

26 Statutum † tollens appellationem non videtur nullitatẽ remouisse. Sali. in l. cum antiquioribus. §. fi. C. de tempo. appel. Et vide in ccxxj. consiliorum meorum.

27 Causa nullitatis † potest principaliter agi absque appellatione. Sed coram quo, an coram eodem iudice, vel iudice superiore? vide Sali. in l. si vt proponis. C. quomodo & quando iudex. vide in l. j. C. de sent. quæ sine certa quantitate proferuntur.

28 Iurisdictio † castellorũ an posit prorogari. vide Sali. in l. certa ratione. C. quando prouoca. non est necesse. & ibi videtur tenere quod sic.

29 Potest appellari † à taxatione expensarum excessiuè, vel aliàs minus debitè facta. Sal. in l. fi. C. quando prouocare non est necesse.

30 Amicitia † cõmunis & ordinata nõ repellit à testimonio, sed tãtùm illa quę est priuata, aut aliàs singularis, & inordinata. l. sciendum. cum gl. ff. de vsuris. & facit gl. in c. nõ oporteat. de accusationibus.

31 Paritas † affectionis suspiciones remouet. in l. non solũ. §. j. ff. de ritu nuptiarum. & no gl. in capitul. postremo. de appel. & doct. in l. testis idoneus. ff. de testi.

DCCCCXCVI.

1 *Vsuræ veniunt officio iudicis.*

1 Facta cõdemnatione † super restitutione depositi tacito de vsuris, non cõpetit postea actio ad vsuras: quia non est alia petitio sortis, & alia vsurarũ: quia vsuræ veniũt officio iudicis. Odofre. ibi. ex quo potest dici, ꝙ attentata in præiudiciũ appellationis reuocantur officio iudicis, nõ debent reuocari, si iudex diffiniat causam principalem tacito de attentatis. quod facit pro causa mea contra de plastro. C. depositi. in l. si deposita pecunia. vnde sublata actione sortis tollitur accessorium. l. eos qui. C. de vsuris. idem in expensis: vt not. Innocent. in capit. finem. in fin. de dolo & contuma. facit l. terminato. C. de fructi. & litium expen.

2 Si laicus † efficiatur clericus, quis cognoscet de delicto, an iudex ecclesiasticus vel temporalis? vide Guli. de Monte Laud. in c. j. de censi. in clemen.

DCCCCXCVII.

1 Per nouationem † & delegationem tollitur ipso iure prima obligatio. l. j. & l. rem. in fin. de nouatio. ponit Bart. in l. si cum dotem. ff. solu. matrimo. Præsumitur patrem prædilexisse filium suum natum, quàm eius liberos nascituros. not. Bartol. in dicta l si constante. ff. soluto matrimonio.

2 Modum † procedendi circa annotationes bonorum. ponit Bart. ff. de requirendis reis. in l. j.

DCCCCXCVIII.

1 Octo † requiruntur ad hoc, vt valeat depositum à debitore factum: vide quandam postillam in C. depositi.

2 Statur † protocollo &c. vt suprà singulari cccclxxij. §. primo.

3 De citatione † facta ad domum, an valeat, vide Bart. ff. de lega. ij. l. si tamen.

DCCCCXCIX.

1 Si sit prohibita † alienatio per testatorem, & vnus filiorum alienat, & similiter alius, an superuiuens posit agere ad fideicommissum: Barto. tenet expresse quod non, in l. cùm pater. §. libertis. ff. de lega. ij.

M.

1 Sicut pendente † causa appellationis nihil est innouandũ ita nec etiam pendente causa principali nihil est innouandum: secundum Innocentium in capitu. bonæ. de appella. & Bald. in cap. fi. quo tempore mil. inuestituram pe. in vsibus feudorum. facit cle. fina. cum sua gloss extrà vt lite pendent. nihil innouetur, & ibi Guliel. de Monte Lauduno plenè.

2 Fauor præfertur odio. no. Io. Andr. in nouel. de rescri. in c. duobus. de rescri. lib. vj.

M I.

1 An fideiussor † excõmunicatus posit opponere cõpensationem, & an ipse excommunicatus posit compensare? Vide

re? Vide Albericum de Rosa. in suis quæstionib. quæstione xcv.

MII.

1 Non valet † obligatio facta in carcere ad vtilitatem illius, qui detinet in carcere. Bart. & Imo in l. qui à latronibus. ff. de testa. & idem gloss. & Barto. in l. qui in carcerem. ff. quod metus causa. Idem Innocen. in cap. cum locum. de spons. quòd detentus in carcere non potest dispo nere super eo, super quo est detẽtus. Vlterius dicit Bar. in dicta l. qui in carcerem. & Imol. in dicta l. qui à latronibus. quòd cantela vel consuetudo qua vtũtur aliqui, qui faciunt extrahere detentos à carcere, & cum ipsis contrahunt, non valet: quia ex quo tales non possunt liberè recedere, censentur esse in carcere. allegat Bartol. quod Iacob. de Are. ita tenuit, in l. qui neque. ff. de verborum significatio.

ADDITIO.

Adde eundem Guido. Pap. suprà singula. dcccxl. & singula. dcccclxxx. Hippo. sing. cccvj.

MIII.

1 In conclusione † attenditur modus agendi potius quàm narratiua. not. Innocent. in capitul. super literis. extrà de rescript & Baldus in l. edita. C. de edend. & in iuribus ibi per eum allega. & vide in consiliis meis, consilio ccxxix.

2 An annus † inceptus habeatur pro completo, vel dies incepta pro completa, vide l. anniculus. & ibi gloss. ff. de verbo. significa.

MIIII.

1 *Donatio antea facta confunditur per aditionem hæreditatis sine beneficio inuentarij.*

2 Si filius † vel alius extraneus institutus hæres adeat hæreditatem sine beneficio inuentarii, confunditur donatio antea sibi facta & venit in restitutione fideicommissi. ita dicit Dominus Iacobus de Aurelianis, in l. filium quem habentem. C. familiæ erciscundæ. in recollectia suis, quas habet Dominus Petrus de dolis De hoc vide in cciij. consiliorum meorum in quinto quæsito, & consilio ccxxvj.

MV.

1 Valet pactum † quòd arbitri possunt procedere partibus præsentibus vel absentibus. l. diem proferre. §. si quis ex litigatoribus. ff de arbitr. an si non citetur pars, valeat sententia? Dic quòd sententia est nulla. vt notat singulariter Specul. in titul. de arbitris. §. exequitur. versi. sed pone quid si sctum est. quod nota. istud reperi in singularibus Ludouici Roman. singulari xxv. singu. ccccviij. & cccccclxxv.

MVI.

2 *Limitationes ad clem appellanti. de appella.*

1 Cle. appellanti. † de appellationibus, quæ vult quòd appellatio ab interlocutoria non possit iustificari ex nouo producendis habet quatuor limitationes secundũ Bald. in l. per hanc. C. de tempor. appella. vt refert Ludo. Roma. singular. cclxxxij. incip. clement. appellanti. Prima, quando nouiter allegata superuenerunt de nouo ad notitiam appellantis, secundum Dyn. & Bald. in l. inuitus. C. de procura. Secunda, in interlocutoriis quæ non possunt reparari in diffinitiua tertia, nisi in his quæ ortum habuerunt à facto aduersarii. quarta, nisi in his, in quibus appellatur à repulsione articulorum per appellationem in prima instantia traditorum illa enim possunt etiam deduci & probari in causa appellationis. Aliam limitationem ponit idem Roma. sing. ccccciiij.

MVII.

1 *Virginis raptus quando dicatur fieri.*

1 Raptus † virginis est, quando per vim mulier rapitur, & traducitur de loco ad locum. C de rapt. l. prima. & ff. ad legem Iuliam de vi public. l. qui cœtu. §. qui vacantem. Sed si per vim virgo cognoscatur, & non rapiatur, tunc est propriè stuprum, vt colligi potest Institu. de public. iudic. §. item lex. & de adulteriis. l. mariti lenocinium. §. finali.

2 Honor † est præferendus lucro. gl no. in l. antepenulti. ff. si quis omiss. causa testa.

MVIII.

1 Taciturnitas † non habetur pro consensu, quando agitur de præiudicio tacentis, nisi expresse consentiat. l. qui vas. §. verare. ff. de furtis. l. filius famil. §. inuitus. ff. de procurat. Innocen. in capitu. in Genesi. de elect. libr. vj. l. Caius. ff. de pigno.

MIX.

1 Donatio † facta filio, confunditur per aditionem hæreditatis, & venit in fideicommisso vniuersali. vide in recollectis Domini Iac. de Aurelianis, in l. filium quem habentem. in fi. C. famil. ercisc.

MX.

1 An ex diuisione † inter socios debeatur laudimium, vel inter duos fratres, vel ex missione per vnum alteri facta, vide scripta per do. Petr. Papæ, manu sua in C. meo. C. de bonis quæ liberis. in l. fi. in postilla quæ incipit: quæstio de facto, &c.

MXI.

1 Testes † possunt repeti post publicationem testium, si non fuerint interrogati iuxta interrogatoria tradita per partes. Antonius de Butri. in capitul. per tuas. de testibus, in ij. notabili.

2 Quando † testes sunt publicati, pars præsumitur didicisse testifi. ata, postquàm habuit facultatem videndi: ita dicit Ant. de But post Guliel. de Monte Lauduno in ca. fraternitatis. extrà de testi. in xv. col.

MXII.

1 Aliquis † in suo primo testamento legauit Titio fundum, vt non possit alienare extra familiam, postea in secundo testamento est relictum simpliciter non facta mentione, quòd non potest ponere extra familiã, an illa videantur repetita in secundo testamento? Bat. concludit quòd non, in l. Statius. ff. de iure fisci.

2 Si petantur † decem, & iudex condemnet in quinque, an de aliis quinque videatur pars absoluta? vide Inno. de te iudi. in c. cùm inter.

3 Etiam in materia † possessorii debet libellus offerri, lis contestari, & iuris ordo seruari. probatur in cap. fi. vt lite pendente nihil innouetur, in clemen.

MXIII.

1 Sententia † an possit ferri contra defensorem causæ. & qualiter, vide suprà singu. cccccclx. & singula. cccccxl. §. ex refectione.

MXIIII.

1 Siquis † nolit respondere, an sit hæres, interrogetur, an sit possessor hæreditatis, quia si respondeat quòd sic, potest conueniri actione personali, vt plenè per Barto. in l. controuersia. ff. de transact.

MXV.

1 Literæ † impetratæ à Papa ad beneficia obtinenda. in quibus impetrans tacuit beneficium incompatibile quod prius obtinebat, licet minimum, non valent in cap. cùm adeo. & c. ad audientiam. in fin. in capit. postulasti. & capit. si proponente. de rescript. cum ibi not hoc voluit gl. in cap. super literis. eo. titu. ad hoc facit c. si motu proprio. de præben. lib. vj.

MXVI.

1 Si testis † dicat aliter deposuisse quàm notarius scripserit, cui potius credatur? vide quandam apostillam in libro meo. ff. de rebus eorum qui sub tut. vel cura. in l. magis puto. in fin & vide in decisionibus Curiæ Parlamenti, quæstione cccccclx.

MXVII.

1 In libello † actionis iniuriarum licet ciuiliter agatur, debet locus & tempus inseri in libello, vt dicit Bart. in l. ait prætor. ff de iniuriis. quem sequitur Salice. in l. actorem. C. eodem titul. Sed hoc verum, si à reo opponatur, aliter procedit libellus, vt dicit Bal. in feudis in tit. quibus modis feudum amittatur, in vij. columna, versic. quæro cùm ciuiliter agitur, &c. idem Bald. etiam in sua repetitione paduana legis edita. C. de edend. qui allegat Innocentium & Hostiensem ita tenere, in capitu. fina. de purga. cano.

MXVIII.

1 Quando sunt † plures iudices, an vnus sine alio possit procedere, vide in paruo lib. meo rubeo. fo. 112. in repertorio, super l. cùm magistratus.

2 Ex quibus † contractus præsumatur simulatus. vide Iacobum de puteo, in l. si cum dotem. §. si mulier. ff. solu. matrimonio.

MXIX.

1 Quando † quis dicatur ciuis, & quis dicatur continuus habitator in villa, vide reportata per dominum Pet. Papæ, in infortiato meo. ff. de fundo instru. & instru. le. in l. cum de lanionis.

2 Dictio † item, est repetitiua. Ioan. Fa. Insti. de le. Aquilia. in §. fi. in fi. & ibi vide plenè quæ faciunt videri præcedentia non esse repetita.

MXX.

1 Quid dicatur † prouincia, vt quis videatur absens vel præsens, vide Ioan. Fa. Insti. de vsuca. in §. j.

2 Si superueniat † mala fides post præscriptionem, an teneatur restituere in foro conscientiæ, vide Io. Fab. vbi suprà proximè.

3 An feudalia † veniant in generali alienatione, vide Ioan. Fab. Inst. de rerum diuisione, in prin.

MXXI.

1 In generali † alienatione non veniunt bona subiacentia restitutioni. hoc voluit Bar. in l. filius patroni. ff. ad Treb. & post eum Ange. in l. Aufidius. ff. de priui. cred. & Ioann. Fa. Insti. de re. diui. in prin.

MXXII.

1 Legitimatio † filii non nocet aliis successoribus. vide Ioann. Fab. Insti. de iure personarum. in §. sed naturalia iura, &c.

2 Princeps † per suum rescriptum potest tollere filio quartam iure naturæ debitam. ita dicit Ioannes Fab. post Dynum Institu. de iure personarum. §. sed naturalia iura. circa finem.

MXXIII.

1 An agens † interdicto retinendæ possit recoueniri interdicto recuperandæ possessionis. vide Ioann. de gras. in recollect. meis extra de præscript. in capitul. veniens. in fine.

MXXIIII.

1 Materiam † expensarum soluendarum ante litis contestationem vel post, vide plenè secundum Iacob. de Arena in quadam postil. in libro meo Ioann. Ferr. in titu. de actione reali.

MXXV.

1 Verbum † positum post plura verba ad vtrumque refertur. not. Bartol. ff. de seruo corr. l. doli verbum. quod est notabile. vide reportata per dominum Pet. papæ in dicta l. doli.

MXXVI.

1 Propter † infamiam vnius de domo vel progenie, omnes infamantur. vide reportata per do. Pet. pa. ff. de seruo corru. in l. vtrum. in lib. meo.

MXXVII.

1 Quando † duo vel plura in aliquo actu requiruntur, alterum adesse non sufficit: sed omnia requiruntur fieri. not. ff. de iti. actuque priua. in l. iij. in §. hoc autem à superiori. super verbo competere.

MXXVIII.

1 Bona vnius † pro alienis debitis siue priuatis siue publicis non debent exequi. l. nullam. C. de excusat. & exceut. libro xij.

MXXIX.

1 Paris † effectus sunt casuum expressio, & simplex & generalis comprehensio, quia tantum valet generale in omnibus, quantum specialia in singulis. vide in lib. statutorum meorum. fo. 504. verso.

FINIS.

SINGVLARIA DO. FRANCISCI CREmensis, Iuris vtriusque Doctoris & Interpretis acutissimi,

Additionibus Domini Ioannis Baptistæ de Castilliono Genuensis, ac Domini Gabrielis Sarayne Iurisconsulti Veronensis, & aliorum illustrata.

I.

1 *Ecclesia an teneatur alimentare donatorem, re donata cõbusta.*
2 *Intellectus l. j. C. de iure emphyt.*

1 QVaero primò de ista quæstione: Dedi ecclesiæ domum, vt me alimentaret, posteà domus † est combusta, vel alio casu fortuito est destructa, an ecclesia teneatur vlterius me alimentare? Videbatur dicẽdum quòd non: quia deficit causa, propter quam tenebatur me alimentare: arg.
2 l. j. C. de iure emphy. In contrarium a singulariter determinat Bald. in dicta l. j. ea ratione, quia translato dominio periculum est emptoris, siue acceptatoris, non autẽ ipsius dantis. ff. de euict. l. Lucius. ff. de pericu. & commodo rei vendi. l. necessariò. ff. de condictio. ob causam. l. si
2 pecuniam. §. 1. Non obst. modò text. † in dicta l. j. suprà allegata, quia ibi res non transiuerat in dominium saltem directum accipientis.

ADDITIONES.

a In contrarium. Ad hoc facit quod dicit idem Bal. in rubric. C. de pericu. & commodo rei vend. in ij. quæstio ibi, nudo pacto sine traditione. ergo si interuenit traditio, vt in casu isto, videtur secus esse.

Sed an si quis, quod habet, tradat ecclesiæ, vel monasterio, cum hoc, quòd monasterium debeat sibi perpetuò alimenta, an dicatur contractus vsurarius? vide do. Alexand. remissiuè, in l. item. circa si. ff. de pact. & plenius per Albe. de Rosa. in l. ubi sumus nulli. col penul. versi. noueritis. C. de sacrosanc. eccle. Pau. de Cast. in l. de fideicommisso. C. de transact. Io. And. in c. peccatum. de reg. iur. in vj. in mercu. G. S.

II.

1 *Hypotheca an contrahatur per hæc verba. videlicet, quòd si non solueris debitori pecuniam debitam, licitum esset eius bona propria authoritate ingredi?*

1 QVid si feci † tecũ pactum, vt si non solueres mihi pecuniam debitam, licitum sit mihi ingredi bona tua ꝓpria authoritate: & nihil dixi de hypotheca, an per ista verba sit contracta hypotheca? Est singularissimum dictum Bal. quòd sic, in l. creditores. in fin. C. de pign. alleg. text. qui optimè probat in l. creditor. §. post diuisionem. ff. qui pot. in pig hab. vbi etiam probatur ex illo §. idem esse, si feci pactum cum fratre meo, vt liceret mihi vendere rem suam, casu quo non solueret creditori in pignus datum, quòd erit contracta hypotheca. qui text. est menti tenendus ad ista dicta.

ADDITIO.

Quid si feci, &c. Ad hoc vide etiam Bar. in l. creditor. §. post diuisionem. hic alleg. & pro isto dicto bene facit l. si. in prin. & quod ibi notat Bal. C. quæ res pig. oblig. pos.

III.

1 *Legatum factum filiæ, an in dubio dicatur factum causa dotis, vt filia excludatur a statuto repellente à successione filiam dotatam?*
2 *Dos an possit esse sine matrimonio?*

1 STatuto cauetur, † quod extantibus masculis filia dotata non succedat: pater legauit centum filiæ in testamento, an in dubio intelligatur causa dotis, vt repellatur filia vigore statuti à successione paterna, & per consequens dicatur dotata? Videte singulare dictum Barto. quòd excluditur à statuto, in l. quod antè. per illum text. ff. de iure dot. Et si dixerit aliquis. Qualiter filia potest
2 esse dotata sine matrimonio, cùm † dos sine matrimonio esse non possit? l. iij. ff. de iure dot. Respondeo, quòd quando pater legat dotem filiæ in testamento, illa filia dicitur dotata, etiam si non sit in matrimonio, sed in virginitate. l. qui pupillam. ff. de adulte. per quem text. ibi firmat Bar. & Bald post gloss. in l. cùm plures. §. cùm tutor. ff. de administra. tuto & idem Barto. in l. non est matrimonium. ff. de ritu nup. in l. Titio centum. §. Titio genero. ibi, ante nuptias. ff. de condi. & demonst. & refert Bal. in l. non sine. C. de bon. quæ libe. & idem Bald. in l. si plures. in antepenul. col. C. de condi. inser.

ADDITIONES.

Statuto cauetur, &c. Ad hoc vide quod dicit Bal. in l. j. in ij. col. ff. solu. matri. vbi vide per alios, & per Bal. in sua disputa. quæ incipit, quæritur mulier. Sed istud simpliciter nõ placet Alexan. in l. quod autem. hic alleg. ideo distinguit, quòd aut filia est nubilis ætatis, quam tunc pater habet necesse dotare, & procedat istud dictum. Aut non est ætatis nubilis, & tunc, secus, per iura per eum allegata.

Latè tradit Bal. Nouel. in tract. de dote in vj. parte, priuile. xiiij. Et do. Andr. Tiraquel. in tract. de retract. conuent. in fine. numero 39. Gabr. Saray.

IIII.

1 *Donare potest vxor viro, vt filia communis maritetur.*

1 QVanquam † donatio inter virum & vxorem non valeat. l. donationes. C. de donation. inter virum & vxorem. Tamen fallit quando vxor donaret marito, vt maritaretur filia communis. casus est, quẽ dicit ibi Barto. singularissimum in l. siue vxor. ff. de donatio. inter virum & vxorem.

ADDITIONES.

Quanquam, &c. Vide Bar. in l. ij. de donat.

Hoc latè tractat Palatios Rubios in rubri, extrà. de donatio. inter virum & vxorem. §. xlix. vbi docet etiam quomodo hoc sit intelligendũ. Adde tamen quòd hoc singulare potest probari per tex. in l. cùm vxor virum. ff. de dona. inter vir. & vxo. & l. Lucius. ff. quib. mod. pig. vel hypot. sol. Hoc tamen singulare ipse Crementis sumpsit à Romano singu. dccccxxj. Tu habes, quòd donationes. Gab. Sar.

V.

1 *Dotis debitæ vsuræ an ab hæredibus mariti peti possint?*
2 *Maritus legans dotem vxori an videatur etiam ei legare vsuras dotis?*

1 SI maritus † viuus petiit vsuras dotis sibi debitæ, & dilatæ, ita quod passus fuerat maximam moram, an posteà mortuo marito poterunt hæredes eius petere vsuras dotis? Quilibet diceret quòd sic: quia hæres & defunctus vna & eadem persona censentur. authen. de iureiurã. à mor. præst. §. j. Tamen in contrarium est doctrina Bart. valde singularis, quia moriẽdo videtur remisisse vsuras. ita pulchrè dixit Bar. in l. vir vsuras. ff. de donatio. inter viru & vxo. Et notetis bene illud dictum Bar. quia non fuit re-
2 pertum alibi, sed tamen legando † dotem non videtur legare vsuras dotis, vt ibi est glos.

ADDITIO.

Si maritus, &c. Ad hoc vide singularissimum consil. Bald. clvj. incip. in Christi nomine post biennium. vbi allegat text. singu. in l. cùm quidam. §. diuus. ff. de viur. & dictum Bal. ita singularissimum commendat Salice. in l. vir vsuras. hic alleg. & Ange. in dicto §. fuerat. colum. ix. Institu. de actio. quicquid

in sequen.dixeri. Pro quo dicto vide etiam magistrũ meum in dicto §.fuerat.col.v.

VI.

1 *Vxor quicquid acquirit, præsumitur de bonis mariti acquisiuisse. Et quid sit in vidua, & concubina, & tutore, vel curatore?*

1 TV scis, quòd † quicquid acquirit vxor, præsumi-
* tur acquisiuisse * de bonis mariti, vt euitetur suspicio turpis quæstus.l.Quintus Mutius.ff.de dona.inter virum & vxo.l.etiam.C.eo. Quid erit in vidua acquirente post mortem mariti? Alber. singulariter ponit istã quæstionem singularem in dicta l.etiam. quòd aut ipsa vidua incontinenti post mortem mariti acquisiuit, vt putà, fundum vel agrum, & tunc præsumitur ex illis bonis mariti. Aut ex interuallo, & tũc non habebit locum ipsa præsumptio: quia ex his quæ incontinenti fiunt, præsumptio colligitur.l.si ventri.§ in bonis.ff de priuileg.credi. l.si quis posthac.C.de bon.dam.& l.post contractum.ff. de dona.& ita etiam consuluit Ange.in consi.xiiij.tacito tamen Alber. Addit tamen ipse quid in concubina, an præsumatur acquisiuisse ex bonis amasij, habetis singularem decisionem Bald.in l.j.C.de natural.liber.quòd habebit locum dicta præsumptio d.l. Quintus Mutius. Sed quid in tutore vel curatore paupere, qui pendente administratione effectus est diues, nunquid præsumatur ex bonis adulti, vel pupilli acquisiuisse? Dic quòd nõ: quia pauperibus industria, vel patrimonij augmentum quod laboribus & multis casibus quæritur, non est interdicendum.l.si defunctus.& ibi est text.familiaris ad hoc.C.arbit.tutel.quem not.

ADDITIONES.

Tu scis,&c. In princi.ad hoc vide Bal.consi.xxviij.incip.proponitur.& consil.lv.incipi. à libello incipiendum est. in quarta parte. Et ad hoc vide docto.in cap.significauit.de dona.inter vi.& vxo. Ang.consi.clxj.& consi.cxlij.in fi.in j.parte.

* Præsumitur acquisiuisse. Intellige tamen nisi mulier publicè negotiaretur: quia tũc potius ex quæstu præsumeretur acquisiuisse, quàm ex bonis mariti: secundum Bal. qui exemplificat in chirurga vel obstetrice, in l.si vxorem.col.penul.versicu.cæterum.C.de condit.insert.quod commendat & sequitur Andr.Sicul.in tracta.de præstant.Cardin.in iij.quæstio.j. partis.Cotta,verb.concubina.

VII.

1 *Verbum præsentis, vel præteriti temporis intelligitur ipso iure, & an secus sit in verbo futuri temporis, maxime si a testatore proferatur.*

1 TV scis quòd verbum † præsentis vel præteriti temporis intelligitur ipso iure: secus in verbo futuri
* temporis, quia intelligitur per sententiam,* vt puta, priuetur, vel cadat.glo.in l.iubemus.§.œconomus.C.de sacrosan.eccle.in l.in criminali.C de iurisdi. omnium iudi.aliæ glos.in l si quis in tantam.C.vnde vi.& in l j.C. de pœn iudi qui male iudi. Quod tamen intellige, nisi verbo futuri temporis addatur verbum, mox, illico, vel funditus, & similes dictiones, quia tũc intelligeretur ipso iure.gloss.singul.in authen.de incest.nup.in gloss.in verbo, mox & alia gloss.de verbo funditus, in l.decernimus.C. de sacrosan.eccl.& est alia gl.secundum vnam literam in l.j.§.si pecuniã.quæ loquitur de verbo omnino.ff.deposi. Quid autem si tale verbum futuri temporis proferatur à testatore, vt puta, si hæres molestauerit vxorem meam, priuetur hæreditate, & sit sine aliqua dictione: dic quòd intelligitur ipso iure, nec requiritur sententia. ista est doctrina Bal.in l.j.vij col.C.de his quæ pœ.nomine.

ADDITIONES.

Tu scis quòd verbum,&c. In fi.ad hoc vide Roma.singu.j. & ij. & quæ ibi satis plenè addidi. vide Matth.not.cxj.incip. Not. quòd vbicunque & iij.sequen.cum his quæ vtrobique addidi.& quæ similiter addidi in dictionario Albe.in verb. verba futuri temporis.

Idem tradit Catel.Cot.in memor.in ver.Mox dictio. & in verb. verbum futuri temporis.Deci.in authen.cassa.in princ.C.de sacrosanct.eccle.Mari.Socin.Iunior consi.cxxxiij.col.iij.volumi.j.& latè dixi in meis annotationibus ad sing.cxj.Matth. Mathe.incip.nota quòd vbicunque per legem. Gab.Sar.

* Per sententiam. Fallit si lex geminatè loqueretur: secundum Bal.singu.in titu.de pac.Constant.§.priuilegia. in verb. & in irritum deducantur.

VIII.

1 *Maritus si sub nomine appellatiuo in testamento dixerit, relinquo vxorem meam dominam, massariam, & vsufructuariã, & prima vxor moriatur, an secunda vxor erit domina, vel vsufructuaria si maritus testamentum non mutauerit?*

2 *Vxor relicta domina, massaria & vsufructuaria, extantibus liberis, alimenta tantum consequitur: & quid si filij non sint eiusdem matrimonij?*

1 QVid si maritus † sub nomine appellatiuo dixerit, relinquo vxorem meam dominam, massariam, & vsufructuariam: & sic sub nomine appellatiuo: postea mortua prima vxore accepit aliam, neque mutauit testamẽtum ipse maritus, an secunda vxor erit domina, massa-
a ria & vsufructuaria? Bald.singulariter tenet quòd non,ª
* * in l.fina.C.de indic.vidui.tollen. Sed quid si † ipsa vxor*
2 relinquitur domina, massaria, & vsufructuaria (quo ca-
b su si sint filij ex consuetudine ipsa mulier percipiet solum alimenta: si autem sint instituti extranei, & tunc recipit vsumfructum, vt dicit gloss.communiter approbata in authen quod locum.C.si mu.secundò nups. & in l.Titia
c cum testamento.§.fina.ff.de lega.ij.) & sint filij,ᶜ sed non eiusdem matrimonij: an ad dictos extendatur consuetudo? dictum est Bal. quòd non extenditur consuetudo ad tales filios primi matrimonij: quia cùm consuetudo est strictissimi iuris, & loquatur de filiis eiusdem matrimonij, non extenderetur ad filios alterius matrimonij, & sic vxor habebit vsumfructum: quod est valde notandum.

ADDITIONES.

a Quid si maritus,&c. ibi, Bald.singu. tenet quòd non. Ad hoc facit l.si auguste.de leg.ij.contra Bald.facit l.si cognatis.ff.de rebus dubiis.& quod not.Oldr.in consi.ccxij.incipi.quidam in suo testamento. sub rubrica, de verborum significat.& titu.de libe.& posthu.facit etiam quod not. Alexand. consilio clxvj.in tertio volumi.& idem Alexand.in l.fina.hic alleg. in additio.ad Bald. dicit se consuluisse contra Baldum, apud Cæsenam.

* Adde Alex.consi.clxxj.viso processu. ver. non obstat etiam. lib.ij.de quo admiratur Ias. vbi Bal.sequitur in l.diuortio.§. quod in anno.colum.penulti.ff.soluto matrimo. & in l.duobus.§.si ei qui.ff.de iureiuran.licet ad eius rationes aliter non respondeat.sed respondet Dec.in c.quoniam Abbas.in xj.q. de offi.dele.& cum Bal.etiam videtur transire Feli.in c.vlti. de treug.& pac.dum examinat regulam l.boues.§.hoc sermone.de verbo.significatio.

b Sed quid si ipsa vxor. Vide ea quæ addit Alexand. in l.Titia. hic alleg.& vide Bar.consi.incip. in Christi nomine, Bertoldus fecit testamentum. & in consil incip. Petrus Mattioli. Cano.in cap.si pater.de testamen.in vj. Limitatur primò ista materia, nisi testator specialiter legasset alimenta, & etiã eam simpliciter reliquisset vsufructuariam, secundum Pau.de Castro, cõsi.ccclxxxvij.incipien. In Christi nomine, quòd vxor &c. Secundò limitatur, quando diceretur solummodo, relinquo vxorem meam vsufructuariam extãtibus filiis: quia tũc venit vsusfructus, secundum Bal.in l.si pater.C.de vsufruct. per tex.in dicta l.Titia.& vide etiam in dicta l.fi. & vide Alexan.rectè distinguentem in l.& si contra.colum.vij.versic.& Bar.inducit ista.de vulga.& pupil.Bartol.in l.sicut in anno. ff.ex quibus causis vsusfruct.amit.Bartho.Cæpol.in tract.de serui.vrba. prædio.in titu.de vsufruct.Specu.in titu. qui filij sint legi.versicu.quid si quis ita dixit.per Alexan. consi.iiij.in prima parte.& omnino per eum consi.xxij.secunda parte. & consi.xxviij.quarta parte.Pau.de Cast.consi.cccxix.in nouis. & consi.clxxj.in eisdem.Bald.consi.cccxvij.incip.factum. in prima parte.& consi.cccc ix.incip.illa verba, quòd si domina.in eadem parte.& consi.ccccxxxj.post princi. incip.quædam vidua.in versi.quæritur.& in pulchro consi.lvj.inci.manens Panolpii.& consi.lxxix.post princi.incip. punctus omnibus, in ij.parte.& breui consi.ccccxix.incip. quidam instituto

tuto hærede, in tertia parte. & consi. ccccxxvj. incip. dicta particula, in iuj. parte. Ange. consi. xcvj. in prima parte per Abb. consi. lxviij. in secundo volu. Signo. consi. clxxxj. Franc. de Aret. consil. lxxiiij. Bened. Capr. cõsi. iuj. in j. dub. & cõsil. lix. & melius consil. liuj. per totum. & consil. lviij. in primo dub. Ioan. de Ana. consi. xuj. & in addi. Ludu. Bolog. ibi. Francisc. Cur. consi. xj. in fi. & notabilius consi. xiiij. col. j. Ioan. Bertachin. in suo repertorio in verbo, vxor vsufructuaria. versic. xxiij. licet prædicta non alleget.

e Et sint filij &c. Adde Pau. de Castr. consi. cxj. incip. super primo quæsito dicendum. & super alleg. consil. cccxc. incipien. quod vxor. Cæpol. dicto tractatu de seru. vrbano. prædior. titu. de vsufruct. vbi etiam ponunt quid si attinentes sunt instituti, vel collaterales, & quid si filij, & quid si extranei. de quo etiam per Ange. consi. cclxiiij. & consi. ccccxxj. Bal. in al leg. consi. ccccvj. incip. illa verba. & d. consi. cccxvij. incip fa ctum. & quid si instituatur frater testatoris? vide per Franc. Curt. d. consi. xiiij. col. fina. & Benedi. Cap. consil. lxxiij. in primo dubio. & ibi quid si sit superstes filia dotata? Quid si instituti filij ex fratre sunt. Pau. de Castr. consil. ccccxv. quid si nepotes ex filio. Benedi. Capr. consi. cliiij. per totum. Idem si eone ubina, vel mater, vel soror sit relicta vsufructuaria, domina vel massaria, vt habeat vsumfructum non extantibus filijs, aliàs alimenta tantùm. Bald. in dicta l. fi. col. iij. versi. idem dico, si legetur concubinæ. C. de indic. vidui. tollen. de sorore & nuru, in dicta authen. hoc locum. col. uj. C. si secun. nu. de matre, Ange. consi. xcvj. Pau. de Cast. consi. ccx. & intellige de toto vsufructu deducta Falcidia de fructibus. Bal. in dicta l. fi. in lectura antiqua. Bar. in dicta authen. hoc locum. co lum. iuj. ver. ad secundum. & d. l. Titia. §. fina. col. ij. versi secundò aduerte. Adde tamen limitandum, quòd mulier propter illa verba poterit talia alimenta propria authoritate capere sua manu, licet aliàs deberet capere de manu hæredis. ita tenet Ange. in l. rerum amotarum. ff. rerum amota. ideal legit Io. an. And. in additio. Specu. in titu. qui filij sint legit. §. ij. & dicit quòd non reperit alium doctorem, qui ponat istam limitationem. sed ties doct. addit idem tenentes Mag. meus in l. nemo potest. col. ax. in prin. de leg. j.

IX.

1 *Falcidia non detrahatur de legatis factis ad pias causas: & an detrahatur de legato facto a filio patri, vel econuerso? Et quid de legato facto matri, vel monacho?*

1 TV scis, † quòd de legatis factis ad pias causas non detrahitur Falcidia. authen. similiter. C. ad legem Falcid. & in corpore vnde sumitur. Quid si legatur à filio patri, vel econuerso, an istud dicatur legatum pium, & per consequens non detrahatur Falcidia? Videbatur dicendum quod sic, per rext. in l. nam & si parentibus. ff. de inoffic. testa. ibi, non minus piè, &c. & ita vidi vnum magnum doctorem consuluisse per rationem illius tex. Sed tu determina contrarium per singu. doctrinam Ange. in dicta l. nam & si parentibus. vbi dicit, quòd poterit detrahi Falcidia. Adde quod dixit Ioan. Aud. in addit. ad Specu. in titu. de instru. edi. §. nunc verò. versic. & idem scias, quòd de legato facto matri detrahitur Falcidia: ergo nõ dicitur pium, nisi sit paupercula. Facie quod dicit Bal. in authen. similiter. vbi, si sit legatum filio monacho, nõ detrahitur Falcidia: ergo sentit Bald. quòd si non fuisset monachus filius, detrahatur ipsa Falcidia. & pro hac parte allego tex. inc ap. Raynutius. extra de testa. qui tamen loquitur de Trebellianica. Sed eadem est ratio de Falcidia ad Trebellianicam, per ea quæ habentur in l. Marcellus. in §. quod autem. ff. ad Trebel.

X.

1 *Hæres non potest grauari, nisi pro portione hæreditaria.*

1 TEstator fecit tres hæredes, † Titium, Seium, & Sempronium, & grauauit Titium, vt restitueret fundū tertio, an legatarius consequatur totum fundum? Dic, q solam tertiam partem fundi consequitur: quia non potuit grauari Titius, nisi pro portione hæreditaria: casus est singularis in l. si fundum sub conditione. §. si libertus. ff. de legatis j.

XI.

1 *Promittens præsentare in iudicio totiens quoties, intelligitur vsque ad sententiam tantùm. Et quid si dixerit, quandocunque.*

1 SI quis † promiserit repræsentare Titium toties quoties, &c. intelligitur vsque ad sententiam tantùm, adeò quòd lata sententia erit liberatus. l. Græcè. §. & post. ff. de fideiuss. etiam si fuerit à sententia appellatum. in authen. de his qui ingred. ad appella. in princip. Sed quid si adiecerit, quandocunque? Dic quòd tunc tenetur etiam vltrà etiam post sententiam, ad hoc, vt illud verbum aliquid operetur. ista est doctrina Bald. in l. iij. §. fin. ff. qui satisda. cog. casum dicit esse singularem in l. quod si nolit. §. si autem. ff. de ædil. edic.

ADDITIO.

Vide Socin. in l. j. col. fi. & ibi Deci. col. j. C. de sentē. quæ pro eo quod interest. Hippoly. de Marsi. in l. vnius. §. cognitum. nu. 35. ff. de quæstio. & in rubri. q. ix. & xv. Ias. consil. xxx. vol. j. & Alexan. consi. cxlv. quoniam. col. j. nume. 2. versi. sed hoc non obstante. volu. ij. Gab. Sarai.

XII.

1 *Fiscus succedens filio præterito, an ex persona filij possit dicere testamentum patris nullum?*

1 QVid si † filius fuerit præteritus, quo casu poterat dicere testamentum nullum. l. Gallus. §. in omnibus. & l. inter cætera. ff. de libe. & posthu. an si postea fiscus succedit filio propter aliquod delictum, ex persona filij possit dicere testamentum nullum? Quilibet diceret quòd sic, quia fiscus habetur loco hæredis. l. ij. C. ad le. Iul. de vi pu bli. & l. inter eos. §. fi. ff. de fideius. In contrarium singulariter est doctrina Bal. quòd nõ possit dici nullum a fisco, vt in l. si qua pœna. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur.

ADDITIONES.

Quid si filius, &c. Vide quæ dixi infrà not. xc. incip. pone quòd filius vbi repetitur istud dictum Bal. hic recitatum.

Refert & sequitur Curtius Iunior in l. posthumo. colum. final. in fi. verbis. C. de contra tabu. & Arnon. dialogo vij. & dom. Hiero. Gigas in suo tracta. de crimi. læsæ maiesta. in rubri. de var. quæst. q. xix. Gab. Sar.

XIII.

1 *Conductio rei continuata nullo expresso pretio, intelligitur eodem pretio quo antè contineatur.*

1 SI conduxi † domum pro decem, & finito anno posteà etiam reconduxi sine expressione pretij, intelligitur eodem pretio quo antè. Bald. in l. cum quidam. ad finē. C. de iure dot. vbi dicit etiam idem esse in famulo. l. qui ad certum. ff. loca.

XIIII.

1 *Donatio causa mortis inualida iure fideicommissi sustinetur, & tunc an aditio hæreditatis requiratur?*

1 TV scis, quòd † quando donatio causa mortis non valet, nec tener. l. inter mortis. ff. de donatio. causa mor. tamen sustinebitur iure fideicommissi. ff. de leg. ij. in l. miles ad sororem. an tunc vt cõfirmetur, requiratur aditio hæreditatis? Dicite quòd nõ requiritur aditio. Ita singulariter tenet Bal. in l. j. C. de dona. cau. mor.

ADDITIO.

Tu scis, &c. In fine. Adde quòd Bartol idem tenet in l. sequens quæstio. ff. de lega. & in l. j. hic alleg. vide si faciunt nota. per Sali. in l. fi. in uj. col. C. de pact. & per Alex. in l. j. §. mortis causa. ff. de donatio. causa mor. & in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verbo. obligatio. alios locos adducit Firmanus, vbi tamen prædicta omnia non allegat in repert. in verb. donatio causa mortis. versi. xxx.

XV.

1 *Emphyteusis accepta pro se, & filijs, & hæredibus, ad filios trāsit, si sint hæredes saltem in vna parte. Et quid si dictum fuerit, Pro hæredibus suis masculis?*

1 TRaditur pro regula, quòd † si pater accepit emphyteusim pro se & filijs & hæredibus, non solum requiritur quod sint filij, sed etiam quòd sint hæredes saltē in vna parte. l. vt iurisiurandi. §. si liberti. vbi ponit bar. ff. de oper. lib. & l. si tibi. §. si pactus. ff. de pact. & plene Bal.

in l.liberti libertæque.C.de oper.lib.Sed quid si dixerit, pro hæredibus suis masculis, an tunc sufficiat esse de liberis, etiam si non sint hæredes? Bal singulariter tenet quòd sic, quia sufficit esse de liberis, vel de filiis, in l.Caius.ff.solu.matr.quia illud verbum hæredibus, exponitur, id est, filiis.l.ex facto.§.si.ff.ad Trebel.

ADDITIONES.

Traditur pro regula, &c. Ad hoc, facit optimè dictum Bartol. post glos.loquentis in fortioribus terminis in l.ex facto.§ si. ff.ad Trebel. quòd si in instrumento dicatur, quòd quis acquirit emphyteusim vel feudum pro se & hæredibus, illa dictio hæredibus, intelligitur, id est, filiis. glossa est ibi ordinaria, & sic liberi admitterentur, licet non essent hæredes.& istá decisionem refert & sequitur ampliando vnam doctrinam Bar.Magister meus in l.si non sortem.§.libertus.col.pen.ff.de condict.indeb.Adde Anto.Trigo.sing.xcix.

Vide Ias.in l.Gallus.§.j.colum.pen.ver.amplia.nu.45 ff.de libe. & posthu.& latius per eundem in §.& quid si tantum.col.18. versi.septimo.nu.108.& latissimè per Arium Pinelum Lusitanum in repeti.l.j.C.de bon.mat.in iij.parte.nu.88.versic.ego autem puto. Gab.Sar.

XVI.

1 *Legatum solutum per testatorem viuentem potest reuocari, & an fructus percepto repeti possint?*

2 *Donata causa mortis possunt cum fructibus repeti.*

1 SI legatum † soluitur in vita per ipsum testatorem, sicut aliquando soluitur per testatores vt in l.Lucius.ff.de leg.ij.tamen poterit reuocari per ipsum testatorem, vt dicit Bal.in l.fina.C.de vsur.& fru.leg. Sed an poterunt fructus percepti etiam ante reuocationem repeti? Dicite quòd sic, quia quando titulus est reuocabilis, ex quo possum repetere rem principalé, possum etiam repetere fructus
2 perceptos. † exemplum in re donata causa mortis & tradita in vita donantis, quia potest repeti res donata cum fructibus.l.cùm quis.vbi est casus.ff.de cõdic.ob causam. & l.videamus.§.j.ff.de vsur.nam tunc istud legatum solutum æqoiparatur donationi causa mortis.ita singulariter dicit Bald.in rubri.C.si quis omiss.causa testa. & in l. fina.de vsu.& fruct.leg.

ADDITIO.

Si legatum, &c. In fine. Vide Bald.in l.final.hic alleg.vbi videtur velle contrarium eius, ad quod hic allegatur pro quo facit gl.in l.legatum.prima ff.de leg.ij.Sed contrà faciunt not. per eundem in l.quod seruus.eo.tit.de leg.ij.

XVII.

1 *Legitimatio bastardi fieri potest à patre. sub conditione. quòd is in hæreditate non succedat.*

1 PAter potest legitimare † filium suum bastardum, cum hoc quòd non succedat in hæreditate paterna, & valet talis legitimatio quò ad alia, sed taliter legitimatus non poterit succedere obstante illa conditione posita à patre, quæ erit valida.ita singulariter dixit Bal in l.quæsitum.in reportatis antiquis ff.de acquiren. hæredit. refert & sequitur Ludo.Roma.in duobus locis, scilicet, in l.qui superstitis.ff.de acquiren.hære.& in l.pactum quod dotali.C.de collat.

ADDITIO.

Pater potest, &c. Et aduerte, quòd hoc modo legitimatus, videlicet, vt non succedat, nisi quatenus patri placuerit, dicitur potius dispensatus.Pau.de Cast.in l.solet.ff.de iurisdict.om. iud.& in l.pactum quod dotali.versi.vt eadem ratione.C.de collat.vbi dicit se cum pluribus consuluisse, & quòd reperit consultum per Ray.de Forli.in ciuitate Pisarum.idem tenet Ludo.& alij, in l.qui superstitis.hic allegata.versi.viij. limita.& Barto.singulariter in l quæsitum.in lectura antiqua. hic alleg.Anto.de Bu.in c.per venerabilem.col.xxvij.qui filij sint legi.vbi etiam alij.Alex.consi.xxix.iiij.volu.Et ad ista vide etiam Bartho.Veron.cautel.cxiiij.incipien. cautela est, quam sæpè dedi parentibus, &c.

XVIII.

1 *Emptor probans venditionem sibi factam, & pretium à se solutum, obtinere non debet contra venditorem, nisi & tempus probet.*

1 POne, † quòd egi contra te, quia vendidisti mihi fundum.& probaui quòd vendidisti, & etiam probaui solutioné pretij, tamé non probaui de tempore, an nũc debeam obtinere? Dicite quòd non, quia non probaui de tempore ante litem contestatam. ita singulariter firmat Bal.in l.j.quasi ad fi.C.si plur.vna sen.&c.

ADDITIO.

Adde Catel.Cot. in memoralibus, in verbo, probatio sine tempore.& eundem Cremens.infrà sing.cx.in fi.

XIX.

1 *Dotalis fundi æstimatio in dubio facit emptionem, & an id procedat si maritus non sit soluendo?*

1 HAbebis millies istud dictum in facto. Tu scis, quòd † fundus inæstimatus in dubio datus in dotem habetur pro empto.l.quoties.& l.si inter.C.de iur.dot. quo casu maritus poterit soluere æstimationem, quia talis fundus desinit esse dotalis, nec talis fundus habebit priuilegia legis Iuliæ de fundo dotali, vt ibi habetur. Tamen dicite, quòd si maritus non est soluẽdo, non desinit esse dotalis, nec poterit alienari, nec obligari per maritum. est dictum Bal.aureum in l.interest.ad fi.C.de vsufruc.

ADDITIO.

Eandem opinionem tenet Palatios Ruuios in repeti.rubri. in §. xvij.nu.8.& c.per vestras de donatio.§.xxv.nu.30.versicu.ex his inferes.Ias.& Deci.in l.ex conuentione.C.de pact. Idem Ias.in §.actionum nu.84.Institu.de actio.Alexand.in l.Mæuia.§.fundus ff.soluto matrimo.Soci.Iunior consil.cxlj.volu.j.nu.12.Et alij relati per Anto. Hispa.in ll.quinquagesima Tauri.nu.44.versicu.quod tamen. Hippoly. de Marsil.sing. dcxcj.& nouissimè Arius Pinelus Lusitanus in repeti. rubri. C.de bon.mater.in tertia parte.nu.15.Sed adde, quòd Bal.in dicta l.interest.C.de vsufruct.non dicit id, ad quod allegatur per Cremens.& alios, sed tantùm dicit, quòd mulier potest vtili rei vendicatione agere ad rem æstimatam, etiam ea æstimatione, quæ facit emptionem in subsidium, quoties maritus, aut eius hæres non habet bona, ex quibus soluatur dotis æstimatio ipsi vxori.quod not.gloss.in l.in rebus.in ver.æstimatæ.ff.de iure dot.quam ibi doct.sequuntur. & Bald. Nouel.in tracta.dot.parte vij.priuileg.xxiij.& parte viij. priuileg.vij. Et ideo hæc conclusio per Cremen. hic firmata non videtur vera, nec in iure probari.& in specie contra eam tenet Didac.Couar.in practicis quæstio. cap.xxviij. numer.8. versicu.octauò.vbi ad hoc multa allegat. & Carol. Molin. in secunda parte commentar.in consuetud. Paris.§.lv.in gl. j.nume.106. Gab.Sar.

XX.

1 *Alimenta ex iisdem causis possunt denegari filio, ex quibus potest exhæredari. Et an ex eisdem causis filius legitimatus possit ad spurietatem reuocari?*

1 TV scis, † quòd ex omnibus causis, ex quibus filius potest exhæredari, de quibus in §.aliud quoque capitulum. in authen. vt cum de appellatio.cog eisdem ex causis possunt alimenta denegari.vide gloss. singularem in l si quis à liberis.§. quis ex his.ff.de libe.agnoscen. &
a hoc sciunt lapides & tonsores.Sed quid[a] an ex eisdé causis possit reuocare filium legitimatum ad spurietatem primam? Dicite quòd sic.istud est dictũ aureum Bald.qui nihil vnquam ignorauit, in cap.omnes filij.si de feud. fuerit contro.in vsib.feud.facit quod in simili dicitur, quòd exemptus ab omnibus, vt pura, à principe, vel à communitate poterit reuocari ad primum statum propter in-
* gratitudinem. * ita singulariter Bald.ipse tenet in l.final. in fin.verbis.C.de liber.& eorum libe. quod est perpetuò notandum.

ADDITIONES.

a Sed quid. Istud dictum Bald.prius sciuit Roman.& recitauit singulari ccxxv.incipien.vltimò quæritur.vide quæ ibi satis plenè dixi.

Adde Ioan.de Arno.dialog. ix.Carel.Cot. in memoral. in verb. exemptus ratione ingratitudinis. Hippoly. de Marsil. singul. cccc xiij.ingratitudo. & Ioan.Francisc.de Ripa in l.si.in princip.C.de reuocand.donat.Ias.in l.ex hoc iure.nume.54.ff.de iusti.&

iusti.& iure.Gerard.de Petrasancta in sing.j.And. Tiraquel. in l.si vnquam.C.de reuoc.donatio.in versicu. donatione largitus.nume.234.Carol.Molin.in consuet.Paris titu.j.§.xxx. nume.3 atque hæc opinio procedit in his,quæ ipsum patrem cuiusque bona respiciunt: nam in cæteris adhuc iudicatur filius ille legitimus,etiam si patri ingratus extiterit. ex his quæ notat Pau.de Cast.in l.ex facto,ff.de vulga.& pupilla. Et hæc intelligenda sunt in legitimatione, quæ ex rescripto principis,similíve pacto fit. illa enim quæ ex ratione matrimonij subsecuti à iure canonico statuitur, ob ingratitudinem non reuocatur,secundum Roma.singular.ccxxv.& ibi in additionibus dixi. Gab.Sar.

* Propter ingratitudinem. Adde istud non habere locum si tale priuilegium fuisset latum propter benemerita: quia tunc non poterit reuocari etiam propter ingratitudinē secundum gloss.singula.per illum text.in l.si pater.§.j.ff.de dona. quam sequitur Ias.consi.cj.col.iij lib.iiij.& alibi sæpè.

XXI.

1 *Nepos masculus ex filia an dicatur de liberis masculis ad excludendum substitutum?*

TEstator instituit fratrem suum,& si decesserit sine liberis masculis substituit Titium.frater decessit superstite masculo nepote ex filia , an talis † nepos excludat substitutum? Videbatur quòd sic, quia est de liberis masculis. In contrarium singulariter determinat Ioan. Andr.in additio.Specu.in rubrica detesta quia filia quę est in gradu propinquiori non excludet substitutum,multo minus filius filiæ,qui est in gradu remotiori, & minus dilectus à testatore.ad quod bene facit text.in ca.j §.hoc autem not.qui feud.dare poss.vbi exclusa & infecta radice omnia descendentia à radice sunt exclusa,vt puta à filia, quæ dicitur esse infecta & exclusa. quod nunquam tradas obliuioni. & est text. in cap.causam quæ. de dolo & contuma.

ADDITIONES.

Testator.&c.Istud dictum fuit prius Math.ant.cxxix.not.vnum dictum singulare.vide quæ ibi dixi.

Adde do.And. Tiraquel.in tracta.de iure primigenio. in xiij.q. nume.6.versicu.contrarium tamen.& plenè addidi in annotationibus meis ad Mathesil. singular.cxxix. nota vnum dictum singulare. Gab.Sar.

XXII.

1 *Exceptio peremptoria pacti de non petendo principali cōpetens, competit & eius fideiussori.fallit.*

1 VNus tex.me fecit aliàs laborare:nam scis † quòd exceptio peremptoria pacti de non petendo,quæ competit principali,competit etiam eius fideiussori.§.penul. Insti.de repli.l.fina.ff.de pact.quod tamen fallit, nisi maior pars creditorum faceret pactum de non petēdo, nisi certam partem hæredi futuro debitoris.ff.de pact.l. maiorem.tunc enim pactum maioris partis prodest principali,si pauciores velint agere contra ipsum hæredē principalis debitoris,vt ibi habetur.Non autem proderit fideiussori casu quo pauciores velint agere contra fideiussorem.casus est singularis in l.si præcedente §.Lucius Titius.ff.man.quia prouisio ipsius creditoris de eo fideiussore accepto,non debet officere ipsi creditori.laborate omnino super illo tex.& faciet vobis honorem.

ADDITIO.

Vnus text. &c. Math.prius tenuit illud vt in not. suo ciiij.vide ibi quæ diximus Idem Ias.in l.iurisgentium.§.si ante aditam.col.iij.versi.tertiò limita.ff.de pact.

XXIII.

1 *Fiscus an in integrum restituatur, si iudex errauerit in criminalibus?*

2 *In integrum restitutio in criminalibus non datur.*

1 QVid si † iudex errauerit in criminalibus, an fisco detur in integrum restitutio?videbatur dicendum q sic,quia fiscus,minor,& respublica æquiparantur: vt habetur in l.respublica.C.ex quibus causis ma.Dic tamen quòd non poterit peti in integrum restitutio etiam in pu-
2 blicis pœnis,quia in † criminalibus non datur in integrum restitutio.l.auxilium.ff.de mino.ita singular dixit Bal.in additio.ad Spec.in tit.de accusa.versic.sed quid si ipsum.in fi.ij.colum.

ADDITIO.

Adde Ioan.de Arno.epithom.xxxvij. Gab.Sar.

XXIIII.

1 *Diues legās dimidiam paupertatis suæ, dimidium hæreditatis suæ legasse censetur.*

QVidam ditissimus,vt puta,Cosma de Medicis,legauit tibi dimidiam paupertatis suæ,quia ita dixit testando,Lego dimidiam paupertatis meæ. dic quòd ve-
1 nit † dimidium hæreditatis. istud est singulare dictū Bal. in rubri.C.de verbo.sig.in fi.verbis.& alleg. in l.Lucius. §.hæredum.ff.ad Trebel.

ADDITIO.

Quidam ditissimus,&c.Adde Bart.in l.Lucius.§ hæredum. hic alleg.Idem sequitur Catel.Cot.in memor.in verb.paupertate legata. Gab Sar.

XXV.

1 *Maritus qui promisit restituere integram dotem, potest retinere portionem sibi a statuto concessam.*

1 STatuto cauetur, quòd † mortua vxore in matrimonio maritus lucretur tertiam partē dotis:postea maritus recipiendo dotem promisit in casu soluti matrimonij restituere integram dotem,an illo casu poterit retinere portionem statutariam? Videtur dicendum quòd non: quia non est integra dos. In contrarium singulariter determinat Bal.in l Neratius.ff.de relig. & sump.fune.per vnam glossellam ibi,vbi maritus debet restituere integram dotem:& tamen potest deducere iustam retentionem,puta,expensas funeris.sed portio statuti est iusta retentio,ergo,&c. quod tene menti.

ADDITIO.

Vide Ioan.de Arno. epithom.xxxix. & decisio. ccxliij. nume-108. Gabriel Saray.

XXVI.

1 *Ciuitas quæ fecit expensas in reparando castro alicuius sui nobilis,vt se ab hostibus defendat,an expensas repetat?*

1 SI princeps,vel rex † fortificauit castrum alterius nobilis diruptum,ad hoc vt hostes non caperent illud,ille nobilis finita guerra repetit illud castrū ita aptatum, princeps excipit,& repetit expensas quas fecit in reparatione castri,an poterit repetere dictas expēsas? Dic quòd
* ille nobilis obtinebit illud castrum sine solutione * alicuius expensæ,sed solùm tanquam vnus de populo confert ad illam impensam.Ita singulariter dixit Bald. in l. si in aliquam.ff.de offic.proconsul.& legat.& clarius poneretur exēplum in ciuitate quæ fecisset talem impēsam.

ADDITIO.

* Sine solutione.In contrarium videtur quod consuluit Bald. consi.clviij.proponitur quòd quidam locus.lib.iij. vbi concludit quòd potest princeps mādare cuiquam qui sit dominus alicuius castri,vt castrum suum muniat & custodiat: imò in eius negligentia posset hoc princeps facere. Cauendum tamen est secundum eundem Bald.ne fingatur occasio propter quam ciues priuentur possessione castrorum suorum:quod est memoria dignum.Catel.Cot.in verb.castrum.

XXVII.

1 *Ciuium appellatione in materia odiosa non veniunt oppidani.*

1 COncessæ sunt † represaliæ* contra omnes ciues Thu-
* scos,an poterunt capi illi de Prato, quod est castrū, vel poterunt capi illi de castro sancti Miniati? Dic quòd non poterunt capi,cum illi non sint ciues Thusci, & ex ciuitate orti non sint.est singularissimum dictum Baldi in dict.l si in aliquam.ff.de officio proconsul.& lega. & de materia represaliarum vide in l.& omnino. C. ne vxor pro marito.

ADDITIONES.

Ioan.de Arno.tradit dialog. xxx. & Catel. Cot. in memoral. in ver.represaliæ. Et quid in fauorabilibus? vide multa ad pro-

positum per Guido. Papæ decis. Grationop. cclxv. & consil. cxxxiiij. nu. 1. Gab. Sar.

Represaliæ. Adde vltra hic dicta per Cremēs. quòd cōcessis represaliis contra Mediolanenses non veniunt oppidani vel castellani ducatus Mediolan. secūdum Bal. in authen. & omnino. col. penul. versicu. sed hic dubitatur. C. ne vxor pro marit. quem sequitur Feli. in c. Rodulphus. versi. faciunt etiam. extrà de rescript. Non obstat quod aliàs dicimus, quòd qui ex vico ortus est, eam patriam intelligitur habere, cui Reipubli. vicus ille respondet. vt inquit Iureconsul. in l. qui ex vico. ff. ad municip. & declarat latè Barto. in l. j. eodem tit. cum multis concordan. quia respondetur, quòd hoc ideo statutū videtur, quia represaliarum materia cùm sit odiosa, strictè debet interpretari, cùm per eas vnus grauetur pro debito alterius. quod est contra omnes regulas iuris. toto titu. C. ne vxor pro marit. & C. ne filius pro pat. & consuluit Corn. post Bald. Nouel. consi. lxij. lib. iij. Quid autem si Mediolanensis alibi habitet, an poterit capi vigore represaliarum concessarum contra Mediolanenses? vide Socin. in rubri. ff. solu. matrimo. Et quid si post concessionem natus sit aliquis, an lege comprehendatur? vide Pau. consi. cccxiiij. super eo. in secundo dubio. in antiquis.

XXVIII.

1 *Maritus legans vxori vsumfructū fundi, cum hoc quòd non possit fundum alienare, an videatur legare vsumfructum, vel proprietatem?*

1 MAritus † legauit vsumfructum fundi suæ vxori, cum hoc quòd non posset alienare ipsum fundū seu proprietatē, an dicatur proprietaria vel vsufructuaria? Dic quòd erit ꝓprietaria, vt illa verba aliquid operētur: quia etiam si non fuissent adiecta illa verba, quòd non posset alienare, tamē vsufructuaria nō potuisset alienare. Istud est singulare dictum Bald. in l. Proculus. ff. de vsufruct. Ludo Roma. reprobat Bald. in l. donationes. §. species. ff. de dona. Sed tu vide eumdem Lud. Roma. qui consuluit pro opinione Bal. in consi. suo ccviij. per illum tex. in dicta l. Proculus. & hoc est, vt verba aliquid operentur. c. si Papa. de priuileg. lib. vj. & l. si quando. ff. de leg. j.

ADDITIONES.

Idem tradit Brunus in tractatu de diminut. vj. cōclu. nu. 15. & cū Baldo responderunt in praxi Cuman. & Fulgo. quorum cōsilia citantur à Pansio consil. lxxj. libro ij. Picus in l. Titia. §. Titia cùm nuberet. nu. 171. ff. de leg. ij. & Bauer. in repe. l. cum filio. nu. 48. ff. de leg. j. & Matth. de Afflict. in præludiis feud. nu. 128. & Riminal. senior, & alij, quos refert Riminaldus iunior in princi. Instit. de donatio. nu. 357. & Hispanus à Castello l. x. Tauri, col. penulti. & Thomas Ferrat. cautel. ij. col. j. Hippol. de Marsil. singul. cccclxj. & Loaz. in repeti. §. diui. nu. 5. l. filiusfamiliàs. de lega. j. & Soci. consi. cxxxj. nu. 15. volu. j. Barb. consi. lxiij. col. fi. volu. ij. Curtius senior consil. lj. nume. 13. volu. ij. Idem tradit Bellonus consi. vj. nu. 8. & 11. Curt. iunior consi. xiiij. col. j. Roma. consi. ccvj. nu. 4. Corn. consil. lxiij. nu. 2. lib. iiij. & Carol Ruinus consi. xxxix. nu. 3. volu. ij. & idem sentit Deci. consi. xlj. nu. 2. Et facit quæ scribit idē Cremē. infrà sing. xxxiij. lego. Et licet hæc sit cōmunis doctorum opinio, eam tamen validis argumentis & rationibus nititur impugnare Arius Pinelus Lusitanus in repetit. l. j. in iij. parte. C. de bon. mater. nu. 41. & seq. qui dicit tex. in d. l. Proculus. hanc opinionem non probare. & ibi latè insistit circa eius intellectum. Gab. Sar.

Adde alium modum relinquendi vt legatum vsusfructus trahat secum legatum proprietatis, vt scilicet in testamento dicatur, item legauit tali personæ talem fundū ad vsufructuandum seu ad alimēta: quia per talia verba hoc modo cōcepta intelligitur legatus non solùm vsusfructus, sed etiā ipsa proprietas: adeo quòd legatum est perpetuum, & transmissibile ad hæredes. iste est casus, & hoc ibi notant Barto. Ang. Pau. de Cast. & Ias. reprobata ibi opin. gloss. & Oldr. in l. cùm hi. §. si vni. ff. de transactio. Barto. in l. libertus. j. ff. de aliment. & cibar. lega. Barto. & alij per text. ibi in l. donationes in concubinam. §. species. ff. de donat. Cyn. Bald. & Salice in l. si mulier. C. de iure dot. Alexan. consi. penul. incip. visis verbis testamenti. circa finem. libro ij. Istud idem procedit & habet locum si dictum sit, item legauit in gaudimentum: quia similiter intelligitur legata proprietas, prout dixit singu. Bal. in l. si habitatio. § sed si. ff. de vsu & habit. quem refert & sequitur Ias. in dicta l. cùm hi. ff. de transactio. sequitur etiam idem Cremens. infrà singular. xxxiiij. lego vxori meæ. & prout tenet Ang. in auth. hoc locum. circa fi. C. si secun. nup. mul.

XXIX.

1 *Minor xxv. annis restituitur in integrum aduersus concordiam omissam.*

1 OBtinui semel in ardua facti quæstione Minor † xxv. annis potuerat habere concordiam cum aduersario, putà, in mille ducatis deinde minor noluit concordiam, sed eam refutauit, posteà fuit condēnatus in duobus millibus, an sibi noceat talis sententia, etiā si transierit in rem iudicatam? Dicite quòd non nocebit sententia, imò habebitur pro transacto: & quia ex consequenti sententia condemnatoria apparet de euidenti læsione. Restituitur ergo minor in integrum aduersus concordiam omissam: fuit allegata glossa singularis & lectura Bal. & Bar. & Alber. in l. si ex causa. §. nunc videndum. ff. de minorib. posteà reperi Bal. idem dicentem in repeti. l. ij. in ij. col. C. de rescin. vend.

ADDITIONES.

Obtinui, &c. Ad hoc vide Baribo. Veron. caute. vj. incip. quando aliquis litigat, vel litigare vult cum minore. & dic quòd ista cautela fuit prius Ludoui. Roma. singu. cccciij. incip. volo tibi dare cautelam.

Adde Nicol. Boër. decis. lxiij. minor. col. ij. post Bal. in c. fi. & ibi tradit Feli. in fi. extrà de proba. Gab. Sar.

XXX.

1 *Minor portans res contra prohibitionem statuti an cadat in cōmissum?*

1 QVid si minor † portat res, de quibus solui debet gabella, vel sit prohibitus, stante fortè statuto, quòd nullus posset portare tales res, &c. an minor cadat in cōmissum? Dicite quòd beneficio ętatis sibi succurritur, nec cadit in commissum. tex. est, quem credo singularem in l. si ex causa §. si in commissum. ff. de minor.

ADDITIO.

Vide latè Roma. singu. dcccxvj. tu audiuisti titulum. C. si aduer. delict. & ibi in apostil. Gab. Sar.

XXXI.

1 *Emptor faciens compromissum voluntarium super controuersia sibi mota in re empta, si succumbat, non habet regressum de euictione contra venditorem: Et quid si compromissum fuerit in ipsum venditorem?*

1 TV scis, quòd † si emptori mouetur controuersia in re empta, & ipse facit compromissum volutarium cum aduersario, quòd si posteà per sententiam, vel per arbitrium succubuerit, quòd non habet regressum de euictione. l. si dictum. §. si compromisero. ff. de euictio. Quid si emptor compromisit in venditorem? Dic quod tunc habebit regressum de euictione, ex quo ipsemet vēditor iudicauit dictum est singulare Spe. in tit. de arbitr. §. potest. versi. sed pone. habui ab Ang. in d. §. si compromisero. & dicit non reperiri alibi hoc.

ADDITIO.

Alexand. sequitur in l. si domus § de euictione. in princi ff. de lega. j. & Bald. & Ange. in dicto §. si compromisero. & Roman. singula. cccclxviij. incip. emptor succumbens. & idem Cremen. infrà singu. cxv.

XXXII.

1 *Venditor, qui dixit se velle teneri ex suo facto, vel dicto tantum, an si res vendita euincatur facto sui authoris, de euictione teneatur?*

1 SAepe istud quotidie contingit. Reperitur † in vno instrumento venditionis qualiter ipse venditor dixit solùm se velle teneri ex suo facto & dicto tantùm. quid si euincatur ex facto sui authoris, an tunc teneatur ipse venditor de euictione? Breuiter dicite quòd sic: quia per illam dictionem taxatiuam non videtur excludi factū authoris. Istud est singulare dictū Bart. in l. si seruus. lj. ff. de condict.

condic.furtiua.refert & sequitur Lud.Roma.in l.stipulatio ista.in prin.ff.de ver bo.oblig Tu vide Bal.qui vacillando videtur inclinare in contrariam partem, in cap.j. qui succes.tenean.in feud. vnde dictum Bar.est commune, vt dicunt nouiores in d.l.stipulatio ista.

ADDITIO.

Sæpe istud,&c. Adde Bald.in l.si seruus.hic allega.& vide notata per eum in l.si seruum.§.item si homo.ff.de verborum obligatio. Alexand.tenet cum Francisc hic in l.stipulatio.hic alleg.versi.econtrà. Videtur tamen quòd contraria opinio possit sustentari:quia Bart.vbi suprà, non loquitur cum dictione taxatiua,sed simpliciter ex suo facto & dicto,&c.& dato, quòd loqueretur cum taxatiua,videtur esse textus in oppositum in l.non solùm.§.tale ff.de liber.agno. Quapropter Frãcisc.Are.præstans doctor in dicta l.stipulatio. videtur tenere istam secundam opinionem,& alleg.Bald.in ca.j.quid iuris si de re aliquis fu.inuestit.& se aliàs tetigisse istum articulum in titu.de acquiren possess.Et quamuis Ludo.Roma.in loco hic allegato,tenendo primam opinionem dicat se pro ea allegare textum nouum in clemen.exiui. versic.ius autem.de verbo rum signi.quòd dictio taxatiua non excludat authorem, nec etiam hæredem.probatur enim in illo textu, quòd terminus restrictious non excludit similia & connexa. Ad quem text. respondet Aretin.vbi suprà,quem omnino vide. Vnum tamen quod Doctor.in ista materia quos viderim, non dicunt, notandum est, videlicet, quòd dictio taxatiua in his verbis, promitto pro facto & dicto meo tantùm,facit vt non tenear de euictione extranei:non facit tamen quominus tenear pretium restituere. Et bene nota ad practicam, quia multi dicerent oppositum: ita tamen consulut grauissimus doctor Alex.de Imo.consi.clxxxviij.incip.si vendo.& vnam limitationem ad istud dictum posuit Francisc.Cremen.infrà not. clviij.incip.vnus socius.vt procedat illud quod hic dicitur, quòd tenetur ex facto sui authoris,&c.in authore vniuersali,non autem in singulari,per gloss.fina.quam dicit esse singul.relatam ad illum tex.in l.si cum fundum.ff.de verborum significatio.

XXXIII.

1 *Nepotes ex filio naturali prædefuncto,si pater posteà concubinam ducat in vxorem,per subsequens matrimonium an legitimati dicantur?*

1 ECce† habebam concubinam, ex eá habui filium, & ea filio nepotem,desponsaui istam concubinam filio tamen præmortuo,an tunc dicti nepotes dicantur legitimati per subsequens matrimonium: Quilibet diceret quòd sic,per authen.quib.mod.natu.effi.sui.vbi non solum filii,sed etiam nepotes dicuntur legitimati. In con-
* trarium * tamen determinat Bald.post Guliel.de Cun.& Alberic.in l.benignius ff.de legib.

ADDITIONES.

Sequuntur do.And. Tiraq.in tract.de iure primigen.in q.xl.nu. 112.versi.quintò legitimatio.& Nico. Boër. decisio.cexl.nu. 16.& Catel.Cot.in memoralib.in ver.legitimatio,quę fit per subsequens. Gab.Sar.

* In contrarium. Huius decisionis ratio est, quia inhabilitas extremi impedit:cùm ista fictio requirat personam filii. & hæc decisio Bald.communiter tenetur,vt latè per Ias.in l.si is qui pro emp.versi.ista conclusio Bar ff.de vsucap. quamuis de ea dubitauerit Soci.in l.Gallus.§.si eius.ver.secundò aduerte. ff.de libe.& posthu.Et idem etiam dicendum est de legitimatione spuris facta sine iusta & rationabili causa:prout no.Albe.post Ant.in c.per venerabilem.iij.no.per illum text.in § j. in verb.diuersis causis inspectis.extrà qui fil.sint legit.& commendat Anto.Rosel.in tract legitima.lib.ij.rub.de causa materiali vel subiectiua.vbi dicit,quòd per hoc poteris destruere multas legitimationes factas per Comites Palatinos.adde concord.per Ias.in l.filiusfamilias.§.diui.versi.similiter legitimatio.de leg.j.in posterioribus.scriptis.vbi refert singu.limitationem circa hoc iunctis his quæ scribit Corn.consi.j.libr. iij.& potest confirmari ex his quæ in notab.quæst.scribit singu.Bal.in l.eam quam.col.ix.versic.sed pone,quidam erat ex adulterio.&c.C.de fideic. vbi inter alia dicit,quòd si clausula non obstante,quæ in legitimatione ponitur, esset in nube posita,& ille qui legitimatur,esset plurimum odiosus, vt quia ex sacrilegio,vel monachatu,talia verba generalia non sufficerent:quia tam odibiles non comprehẽduntur.& hanc decisionem Bal.pro singulari sequitur & declarat Alex. consil. lx. visa legitimatione.col.vlt.libr.ij.& consi. xxxvij. in causa mota per Ange.col.vlt.lib.j.& consi.lxij.assumam in consultatione.versi.his consona.lib.j.& ante Bald.consuluit Oldra. consil.ccxlvij.factum tale est:quidam Rex. de quo consilio Oldrad.plura scribit Felin.in capi.postulasti.versi.cæterum. de rescript.

XXXIIII.

1 *Legatum domus ad gaudimentum an morte finiatur, vel sit perpetuum? Et quid si legetur ad alimenta? Item quid in donatione, vel venditione?*

1 LEgo† vxori meæ domum ad gaudimentum, quilibet diceret, quòd finietur morte, quasi sit legatum habitationis. In contrarium tamen est singulare dictum Bal. quod est perpetuũ, in l.si habitatio.ff.de vsu & habi.quia modus vel causa de futuro adiecta legato in fauorem legatarii non restringit ipsum legatum.l.iiij.ff.de ali.& ciba.leg. Videamus etiam simile,quid si testator legat fundum ad alimenta ,quod tale legatum dicitur perpetuum & transmittitur ad hæredes.Bar.in d.l iiij.§ fi. & Bart. & Ang.in l.cùm hi.§.si vni.ff.de transactio.vbi dicit esse casum.& Bal.in l.j.C.de fruc.& li expen.& l.Titia cum testaméto.ff de lega.ij.in §.fi.Sed quid diceres in donatione? donaui tibi fundũ ad vsum tuũ, an talis donatio trãseat ad hæredes? Bal.sing.dicit quòd sic, in l.ij.quasi ad fi.C.de inoffic.dona.Sed quid diceres in venditione, vendo tibi fundum ad vsum tuum: dic perit libera venditio: quia illud verbum, ad vsum tuum, non ponitur taxatiuè, sed demonstratiue. Istud est singulare dictum Bal.in rubr.C. de iure emphyt.

ADDITIONES.

Lego vxori meæ &c. Ad ista omnia vide illustrem doctorem Magi.meum do.Iason.in l.cùm hi.§.si vni.in fin.j.column.& prin.seq.ff.de trãsact. vbi facta mentione de istis omnibus ex duabus conclusionibus glo.ibi facit vnam regulam, quòd ille cui relinquitur fundus ad alimenta, vel ad gaudimentum, vel ad vsumfructum,habet plenum dominium,& non finitur morte. Istam regulam limitat ibidem Ang. vt procedat quando relinquitur ei qui est capax dominii & proprietatis:sed si fieret alicui qui tantùm esset capax alimentorum, secus esset, vt in fratribus minoribus:per clemen.exiui.de verbo.signific. alleg. l. seruos.ff.de ali.lega.& vltra eum secundum Magist. meum Ias.facit,quia verba in dubio sunt intelligenda secundum conditionem personarum.l.plenum.§.equitii.ff.de vsu & habi.

Ibi,ad gaudimentum. Vide Curt.Iunior.in l.cùm quid in fin.ff. si certum petatur. vbi dicit se consuluisse pro hac parte. Gabriel Sarayna.

* Vide quæ scripsi suprà sing.xxviij.maritus.

XXXV.

1 *Instrumentum in quo promissum fuit salarium doctori, præsumitur anterius omni alio.*

1 REperiuntur duo † instrumenta eadem die confecta cum hypotheca, nescitur quod prius, & quod posterius. & in vno erat promissum salarium doctori: in alio erat alia causa priuata quod præsumetur anterius? Dic quòd illud præsumitur anterius in quo est promissum salarium doctori. istud est singula. verbum Bald.arguendo de doctore ad salarium.ff.sol.mat.l.j.

XXXVI.

1 *Contractus facti coram principe habent naturam bonæ fidei.*

1 OMnes contractus † de mundo facti coram Principe habent naturam bonæ fidei, quia nihil est quod magis in Principe fulgeat, quàm vera religio. & recta fides. epistola.inter claras.C.de summa trinita.& fide cathol. Istud est singulare dictum Bald.in capit.j.§.si qua.de pace Constantiæ.

XXXVII.

1 *Filii repudiantes hæreditatem paternam an teneantur ad mutuũ a patre acceptum, & in eorum alimenta consumptum?*

1 TV mutuasti † pecuniam pauperi, & ipse expēdit pecunias in alimenta vxoris & filiorum: deinde filii volunt repudiare hæreditatem paternam, an potero conuenire eos ad dictum mutuum, etiam si repudient hæreditatem paternam? habetis singularem doctrinam Bar. in l. his solis. ff. de condi. indeb.

ADDITIONES.

Tu mutuasti, &c. Vide plenius per Bal. in l. fi. C. ad Maced. & licet Bar. in loco hic allega. super hoc reliquerit cogitandum: Angel. tamen ibi videtur tenere quòd filii teneantur, per l. final. ff. de eo per quem fac. erit. & l. j. §. j. ff ad legem Rhod. de iact. & pro ista opinio. facit text. in l. ei qui. ad finem. C. quod cum eo. quem pro notabili alleg. Bartol. in l. si pupilli. §. j. ff. de nego. gest.

* Adde Rom. singu. ccxiij. Cæpol. caut. ccxlvj. vbi tenent quòd filii teneantur. Dec. tamen & Alci. in l. si eum seruum. in prin. ff. si cer. pet. tenent contrarium.

XXXVIII.

1 *Sententia præsumitur lata ex leuiori causa, & minus infamante.*

1 POne quòd sententia poterat † ferri ex pluribus causis, quarum aliquæ infamabant, aliquæ non. fuit lata simpliciter sententia non exprimendo aliquam causam. Dic quòd in dubio præsomitur lata ex leuiori causa, & minus infamante, vt dicit gloss. sing. l. hoc enim. ff. de execu. tut.

XXXIX.

1 *Pecunia si ad vnum tantum ex pluribus insolidum obligatis peruenisse probetur, præsumitur, quòd alij fideiussores extiterint.*

1 IN eodem instrumento † reperiuntur plores insolidum obligati: probatur pecuniam ad vnum peruenisse: præsumitur quòd alii fuerint fideiussores. vide gl. singularem in l. sed Iulianus. §. item si duos. in ver. ad quem. ff. ad Mace. secundum quem consoluit Ludo. Ro. prout ipse refert in l. generaliter. ad fi. ff. de fideiusso.

ADDITIO.

Tradit do. Andr. Tiraquel. in tract. suo de retractu cosangui. in §. xxx. in gl. j. nu. 8.

XL.

1 *Statutum nouum an deroget pacto priori?*

1 POne, duæ villæ † vel communitates habent pactum inuicem, quòd vna conferat plus, quàm alia, & ita habēt ex pacto. pone quòd postea fiat renouatio noua per principem, vel cōmunitatem, sub quibus forté erant illæ villæ, vel communitates, quod omnia castra, & villæ conferant æqualiter ad collectas & taxas ipsi principi, vel cōmunitati: an per istud nouum statutum videatur derogatum pacto priori, quod erat inter illas duas villas de non conferendo æqualiter? Pridie consului non derogari pacto. allegaui gl. quæ videtur mihi singularis in clem. dudum. in ver. pacta. de sepul.

ADDITIO.

Pone, duæ villæ, &c. Dic quòd glos. hic allegat. non videtur bene probare istud dictum Franc. quia loquitur in pacto sententia pontificis confirmato, quod non videtur tolli de æquitate per constitutionē secutam, quæ nihil dicit de sententia præcedente contraria, nec habet locum ratio glo. quòd plus potest hoc tale, quàm hoc simpliciter: cùm velit dicere quòd maiorem efficaciam habet aliquid iunctum cum aliqua qualitate quàm sine illa, & sic plus potest pactum cum sententia confirmatoria quàm sine ipsa. & sic videtur illa glos. probare oppositum, scilicet quòd in terminis Franc. hoc tollat istud pactum simplex. & ita videtur tenere Zaba. non tamen ita declarando in clem. fin. hic alle. in versicu. nos & enun. col. iij. in prin. in viij. quæstio. in fi.

XLI.

1 *Offerens in subhastatione certum pretium, an liberetur à secundo maius pretium offerente?*

2 *Intellectus l. Sabinus. ff. de in diem adiect.*

1 TV scis, quòd † forma incanti & subhastationis fit hoc modo, vt plus offerens rem consequatur. &c. pone nunc, quòd vnus licitator obtulit mille, deinde secundus obtulit mille & centum, an à secundo videatur primus liberatus esse? Iste casus accidit Bald. in ciuitate Aretina, dum quidam princeps Malestata incātaret omnia sua daria, primus obtulerat plus, secundus aufugit, qui forte fuit indiscretus, princeps volebat cogere primum. Bar. dixit posse cogi, nec esse liberatum per oblationem factam à secundo: ita dixit Bart. in l. licitator. ff. de publi. per text. in argu. l. Sabinus. ff. de in diem adiec. Contrarium consuluit Bal. in consilio suo Perusino, quod incipit, Quidam Titius de Arimino, quòd primus esset liberatus. allegat tres leges: primò allegat tex. in l. Valerianus. ff. de prætoriis stipulat. & in l. stipulatus es opus. ff. fideiussorib. & in l. cùm plures. §. lege dicta. ff. loca. vbi per secundum actum aute rem prefectam videtur recedi à primo actu. & respondit Bald. ad d. l. Sabinus. quod
2 † loquitur in actu perfecto & iam consummato: vt putà, in venditione perfecta cum pacto adiectionis in diem: quia tunc verum est me creditore in illo per oblationem factam à secundo non rescindi primum actum venditionis perfectæ: secus in casu nostro, vbi venditio non erat perfecta, sed stabat in suspenso, donec plus offerebatur ab alio. & ita ibi finaliter respondit Bald. in præallegato consilio. & lucratus fuit centum ducatos aureos.

ADDITIONES.

Tu scis. &c. Ad hoc possent allegari aliqui text. qui videntur facere ad decisionem istius quæstionis, vt text. in capit. nosti. de electio. in c. cùm autem & c. pastoralis. de iure patro. & in c. cùm laici. eo. tit. vbi gl. quamplures addit in verbo, pœnitentia, quam omnino vide. Considera tamen, quia posset dici illos tex. nihil facere in proposito.

Hoc refert & sequitur Hippolyt. de Marsil. in l. j. in §. si serui quasi. num. 10 in fi. ff. de quæstio. & Nicol. Boër. decis. ccxlviij. in prin. nu. 2.

XLII.

1 *Fideiussor non potest obligari in plus, quàm principalis. Et quid si iuramentum interueniat?*

1 TV scis, quòd † si fideiussor obligetur in plus, quàm principalis debitor, in nihilo tenetur fideiussor etiam in summa debita: quia tunc vtile per inutile vitiatur. l. Græcè. §. illud. ff. de fideiusso: Fallit, nisi interueniat iuramentum: quia ex quo iuramentum habet aliam clausulam, vt actus valeat omni meliori modo. lege, cum pater. §. filius. de legatis secundo. & Baldus in lege, eam quam. C. de fideicommissis. tunc vigore iuramenti tenebitur non vt fideiussor, sed vt principalis. ita singulariter dixit Bartol. in l. si quis proco. ff. de fideiuss. in materia iuramenti.

ADDITIONES.

Tu scis, &c. Ad hoc vide Bald. in l. si prædium. in vltima colum. versicu. sed pone. C. de iure dot. & vide gloss. in capitu. ex rescripto. in gloss. fi. de iureiur. & sequuntur Bal. Ludo. Alex. & Are. in l. j. §. si quis ita. de verbo. oblig. vide etiam Auge. in l. hi qui. ff. de fideiussor.

Adde quæ latius dixi in annotat. meis ad singular. Mathesilan. lvj. nota hanc regulam. & ibi dictis adde Decium consilio ccclxxix. columna penultima. Paulum Parisi. consilio xij. numero 70. versicu. quartum dubium. volumin. j. & Syluanum consilio xcvij. incip. præsupposito. columna vj. numero 14. Gabriel Sarayna.

XLIII.

1 *Statuto disponente, quòd debitum non possit per testes probari, si super credito examinari fecit testes, & non opposuisti, an videaris renuntiasse statuto?*

1 SI statuto caueatur, quòd † debitum non possit probari per teste, sed per instrumentum: quid si ego feci examinare testes super credito meo, & non opposuisti de statuto, videris renuntiare ipsi statuto, & amplius non poteris

poteris opponere. dictum est Baldi singulare, nec memini vidisse alibi, in l. certi condictio. §. si nummos. ff. si certum petatur.

ADDITIO.

Si stat uto caueatur, &c. Ad istud dictum facit gl. in l. j. in verbo, sententia ff. de fer. Et ad istam materiam, quod multa valent parte non contradicente, quæ aliàs non valerent, per Felin. in capitu. pastoralis. colum. vln. de excep. & vide elegans consilium Alexan. cxxij. incip. viso processu. in ij. volumi. Et adde quòd istud idem dictum positum est infrà singulari clij. inci. statuto ciuitatis.

XLIIII.

1 *Fideiussor fisci an habeat beneficium excussionis?*

1 AN fideiussor † fisci habeat beneficium excussionis? quolibet diceret quòd non, per ea quæ habentur in l. fi. ff. si cer. pe. & in l. ij. ff. qui satisd. cog. vbi quando principalis est potens, vel castellanus, vel difficilis ad exigendum, quod tunc fideiussor non potest opponere, quod prius excutiatur principalis. Tamen de fisco habetis gl. singularem, quòd possit opponi dicta exceptio excussionis, in l. sententia. C. de fideiuss.

ADDITIO.

Alex. Ias. Deci. & Moder. sequuntur in l. fin. ff. si certum petatur. Roma. consil. xciij. vilis quæ superius. & in singul. dcxlj. incip. scis quòd hodie. & Bartho. Chassæ. in commenta. consuetud. Burgun. in quinta rubric. *le creancier peut poursuiure*. §. ij. in ver. *Son principal obligé*. numero 2. verius. mihi videtur. in ti. Gabriel Sarayna.

XLV.

1 *Conculcatio verborum in instrumento nihil operatur.*

1 POne, dicitur † in instrumento, confessus fuit recepisse & habuisse, & etiam habere, an illud verbum, habere, additum, importet aliud etiam vltra simplicem confessionem, quòd interuenerit numeratio? est dictum singulare Ange. quòd nihil operetur, in l. si ex pluribus. in ver. & habere. ff. de solo. per illam gloss. valde notabilem, quæ dicit, est conculcatio verborum. tene menti perpetuò, quia pulchrum est.

ADDITIONES.

Pone, dicitur, &c. Istud dictum excussit prius à Ludo. Roma. singu. suo dcxlij.

Alexand. sequitur in apostil. ad Bartol. in l. si ex pluribus. ff. de solut. & Bal. in l. si ex cautione. col. iij. C. de non numer. pecu. Gabriel Sarayna.

XLVI.

1 *Verbum, Super, an importet hypothecam?*

1 MVtuaui tibi † centū super tali fundo, vel domo, quid importent illa verba, super? dic quòd importāt hypothecam, vel pignoris nexum: tex. est forte sing. in l. codicillis. §. instituto. ff. de leg. ij. quem tex. ad hoc ponderauit Bar. in l. fundus. ff. de an. leg.

ADDITIONES.

Mutuaui, &c. Istud dicas priùs sciuisse Ludo. Roma. singula. suo dcxxxj. incip. cùm dicu præsta mihi centum.

Adde Roman. consilio cclxxxviij. in casu. in princip. & consilio cccccviij. præsens. in princip. Alexand & Ias. in l. rescriptum. §. si pacto. in fin. ff. de pact. Ioan Francis. de Ripa in rubric. de pig. colum. ij. Ludo. Gomel. in §. item Seruiana. nume. 34. Instit. de actio. Gab. Sar.

XLVII.

1 *Stipulatio debet fieri vtroque loquente, & an vtroque vidente?*

1 TV scis, † quòd stipulatio fit vtroque loquente. l. j. ff. de verborum obliga quæro an dicetur confici vtroque vidente, & an requiratur visus vtriusque contrahentis, vtputà, si promittens sit in turri, & promittat x. mihi stipulanti extra turrim existenti? gl. habetis sing. quod valebit stipulatio, nec requiritur visus, in §. item verborum. Insti. de inutil. stipul quam glo. Bald. dicit esse singularem in quibusdam apostillis, quas habeo in l. j. in prin. ff. de verbo. oblig.

ADDITIO.

Tu scis, &c. Facit dictum Bar. in l. j. in princip. hic alleg. vbi dicit quòd si duo essent in duabus ciuitatibus, & se ex turribus exaudirent, dicerentur sanè esse præsentes quò ad celebrandam stipulationem. & adde gl. concordantem ad istam hic allega. in c. testes. in ver. præsentia. iij. q. ix.

XLVIII.

1 *Confinatus in quinquennium an finito quinquennio sine licentia superioris possit liberè & impunè reuerti in ciuitatem?*

1 COnsuluimus † heri famosissimus doctor domi. Mansuetus, & ego in quadā pulchra causa. Quidam fuit confinatus vel relegatus ad aliquem locum vsque ad quinquennium, an finito quinquennio sine aliqua licentia superioris possit reuerti ad ciuitatem liberè & impunè? Consuluimus quòd sic, quia vltima dies quinquennii licentiat. pro hoc facit C. de testi. l. si quando. ita punctualiter refert Bald. in proœ. Dig § hæc autem tria. & firmat Ange. in lec. antiq in l. si vnus §. si cum reo. ff. de pactis. & Bal. in l. actione. §. Labeo. ff. pro socio.

ADDITIO.

Consuluimus, &c. Adde quòd idem tenuit Baldus in capitul. ex literis. de constitu. & in consilio xxiij. incip. casus talis est. in j. volum.

XLIX.

1 *Pactum de non petendo factum post contractum non tollit obligationem ciuilem nec actionem ipso iure: secus si in contractu fiat.*

1 PActum de non petendo † factum post contractum non tollit obligationem ciuilem, nec actionem ipso iure. l. si vnus. §. pactus ne peteret. & ibi habetur. ff. de pactis. Tamen si ipsum pactum fiat de non petendo in ipso contractu principali, id est, antequàm contractus habeatur pro absoluto, tunc non oritur actio ipso iure: quia impedit actionem oriri ab initio iste est textus singularis, de quo exclamat Baldus in lege, rogasti. §. si tibi. ff. si certum petatur. ibi, non amplius ipso iure, &c. quod dictum non videbitis relatum in dicto §. pactus ne peteret. & de vtilitate istius dicti dixi in dicto §. si tibi dedero. præalleg.

ADDITIO.

Pactum de non petendo, &c. Adde, quòd dictum Baldi, in l. si tibi. hic allega. sequuntur communiter docto. per illum textum. & facit lex, non omnis. in principio. eodem titulo. & l. obligationum substantia. ff. de actionibus & obligationibus. & bene facit vulgata regula, quia facilius quid impeditur fieri, quàm tollatur iam factum. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris & c. quemadmodum. extrà de iureiur. & allegatur ad limitationem l. si vnus. §. pactus ne peteret. cum glo. ff. de pact.

L.

1 *Statutum si dicat, Si quis voluerit venenare, intelligitur, id est voluntariè venenauerit.*

1 DEfensaui semel vnum captum à pœna mortis. Dicebat statutum, Si † quis voluerit venenare aliquem, vel interficere, pœna capitis mulctetur. Quidam præparauerat venenum in aliquem, & antequam daret bibere, fuit detectus: ille officialis volebat facere illum decapitari. allegaui singularem doctrinam Bartol. in lege, finali. ff. de rerum diuision. vbi concludit, quòd statutum debet intelligi, id est, si voluntariè venenauerit, vel interfecerit, per illum textum. cum glossa optimè probante. Sed nunc addo gloss. in lege, quòd si ab initio ff. si certum petatur. vbi dicit gloss. si voluerit vti, id est, si voluntariè visus fuerit. l. sæpe. in fine. ff. de verborum signification.

ADDITIONES.

Defensaui,&c. Quando quis dicatur velle vel nolle? Bartol. in l. prædium. C de ædil. edicto.

Vide Deci. in l. certi condictio. §. deposui. col. ij. nu. 8. ff. si cer. pe. qui hoc singulare reprobat, & Bar. in d. l. si. ff. de rerum diuis. & ibi in apostil. per ea de quibus ibi per eum. Et latius in l. nó vult hæres esse. nu. 2. ff. de regu. iur. Sed do. Thò. Gram. decis. ij. inci. Franceschella. col. iij. nu. 12. & 19. ipsum singulare defendit. Et in voto iij. & xxx. & Cæpol. consi. vlt. crimi. & Ant. de But. in c. j. de rescri. & latius per Carrer. in sua pract. cri. in §. homicidii. nu. 97. & Catel. Cot. in memoral. in ver. homicidium vt possit puniri. ver. proinde. G.S.

L I.

1 *Primogenitus Regis, qui debet succedere in regno, dicitur ille, qui post regiam maiestatem adeptam ortus est, non ante.*

VIdi pulchram disputationem ad mensam Ducis Mediolani, quia stat ibi consuetudo, & statutum, quòd
* primogenitus *Ducis succedat in ducatu, & Dux Mediolani antequam esset dux, progenuit aliquos filios, & post-
1 quàm fuit dux, genuit aliquos. Ego dixi, † quòd secúdogenitus natus in ducatu dicebatur primogenitus, nó autem alius ante ducatum ortus: allegaui doctrinam Bald. valde singularem in l. imperialis. §. fi. C. de nupt. vbi Bald. arguit ad consuetudinem, vel statutum de primogenito Regis: nam Rex habebat duos filios, quorum vnus natus erat ante adeptam regiam maiestatem, alius autem post regiam maiestatem, & concludit secundogenitum esse primogenitum Regis, per illum textum optime probantem, & l. senatoris filium. ff. de senat quia debet esse primogenitus Regis, & à Rege procreatus. Adde Bar. in l. cú satis in vlti. col. C de agricol. & censi. lib. xj quia qualitas adiuncta verbo significat secundum verbi tempus. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxal. l. ex facto. §. si quis autem. vbi vide. ff. ad Trebel. & vide Bart. latius loquentem in materia in l. senator. C. de dig lib. xij. & gloss. in dicta l. imperialis.

ADDITIONES.

Vidi pulchram, &c. Istud aliàs secundo studii mei anno publicè disputaui, de quo vltra locos hic alleg. vide per Abb. in c. ex insinuatione. de iure patr. plenissimè per do. Mar. Caractum Laudensem in suo tract. de primogenitura. posui aliqua in addition. meis in dictionario Albericin verbo primogeniti. An primogenitus succedat in feudo, in dicto cap. ex insinuatione. & in cap. dilecti. de arbi. Item an in Regno succedat filius primogeniti & non patruus. Panormi. in cap. licet. de voto. plenè per Bal. in l. cùm antiquioribus. C. de iure deliber. & per Caractum vbi suprà satis congruè distinguentem. quam distinctionem videtur approbare Ant. Cor. vbi plenè loquitur de ista vltima quæstio. in repeti. c. grandi. colum. xxvij. per totam. & xxviij. etiam per totam. de sup. negli. prælat. in vj. de qua etiam per Oldr. consi. xciij. incip. eleganter circa negotium. in ix. col. ibi, sed certum est. & consil. cexsuij. incip. istæ sunt allegationes, cuius motiua refert Anchar. in d. c. licet. de voto. vide etiam consi. Panormita. lxxxvij. & quoddam aliud consiliú Paul. de Castro cxlviij. secundum veterem impressionem.

Adde do. Andr. Tiraq. in tract. primogeni. in quæstio. xxxj. nu 8. ver. præterea. & Catel. Cott. in memoral. in verb. primogenitus excludit. Gab. Sar.

* Primogenitus. Quid autem si duo eodem instanti nascerentur, & de ordine vel prioritate non appareat, quis eorum tanquam primogenitus regnabit? Istam quæstio. format Bald. in procem. Digesto. §. si itaque. col. vlti. versic. item consuetudo. &c. vbi arguit ad partes: & postea concludit, quòd ambo regnabunt eodem tempore: nisi ex aspectu corporis posset colligi, quis primò in lucem fuerit editus: vt si eorum alter esset formosior, vel robustior. & hoc dictum Bal. refert Aret. consi. clxiij. diligenter & maturè. versi. & pro istorum. & latè scribit Felin. in c. capitulum sanctæ crucis. versi. de duobus natis. extra de rescrip. & in capit. licet causam. in fi. de proba.

L II.

1 *Legitimatus non potest plus consequi à patre, quàm alter filius legitimè natus, cui pater minus reliquit.*

1 FIlius legitimatus † non potest plus consequi à patre, quàm alter legitimè natus, etiã cui pater reliquit minus. & ideo si pater habet tres filios, duos legitimos, & vnum legitimatum. & mille legauerit legitimato, & alteri filio legitimo vnum denarium, ab vno supra vsque ad mille auferetur à legitimato, & pro æqualibus portionibus diuidetur inter alios filios legitimos, & naturales. vide textum singularem in §. & quod variè. in authentic. quibus modis natu. effi. leg Cogita, quia iste legitimatus erit peioris conditionis, quàm quilibet alius extraneus.

ADDITIONES.

Filius legitimatus, &c. Facit illud quod dicitur, quòd stante statuto, quòd filia succedat in vna vncia tantùm, quòd legitimatus succedet pariter in vna vncia tantùm. ita Bal. in cap. per tuas. de maio. & obe. Alexan. in l. sed si hac. §. patronum. de in ius vocan.

Hoc idem refert & sequitur Ias. in l. j. colum. antepenul. ver. item attende. num. 31. C. quando non peten. part. vbi plura de hoc ponit. & Anto. Rote. in tract. de legitimat. Et Catel. Cott. in memora. in versicul. legitimatus per oblationem. Gabriel Sarayna.

L III.

1 *Statutum si disponat, quòd mortua vxore in matrimonio, maritus lucretur tertiam partem dotis, an status locum habeat locum, si ambo simul pereant?*

1 STatuto † cauetur, *quod mortua vxore in matrimo-
* nio maritus lucretur tertiam partem dotis, quid si ambo simul moriantur, vt puta ex naufragio, vel ex domus ruina, & nescitur quis anterior, & quis posterior fuit mortuus, an isto casu habebit locum statutum. Breuiter dicite quod sic, fauore lucri ipsius dotis. ita singulariter dicit Bal. in l. si possessor. § si eodem. ff. de religio. & sump. fune. per illum tex. cum glo sua. Sed vltra Bald. ego allego optimum tex. in l. cum hic status. §. si ambo. ff. de donat. inter virum & vxorem. vbi si maritus & vxor simul moriantur, ad donationem validandam præsumitur præmortuus donator, siue donans fuerit maritus, siue vxor. quod nota.

ADDITIO.

* Statuto cauetur. Contrarium in hoc tenet Bar. in l. qui duos. §. si maritus. & in l. quod de pariter. ff. de reb. dub. Ioan. Andræ. in cap. nu. fina. in fin. princip. extrà de donat. inter virum & vxorem. & consulum Signor. de Homod consilio ix. incip. in nomine domini, quæstio præsupponitur in hac form. Et prædictum statutum intelligitur de morte naturali, non ciuili, puta ingressu monasterii: secund. Ioannem Andr. & Præpos. Alexand. in dicto capitu. fina. Item non habet locum prædictum statutum, si vir vxori infirmæ medicú non adhibuit, vel si imperitum adhibuit, vel alter eam dereliquit ar-gumen. l. Marcellus. § si mancipium. ff. de ædilic. edict. & per Angelum Aret. in §. fuerat. colum. viij. versicul. quæro, quid si in casibus in quibus. &c. vbi allegat gloss. in l. fina. ff. sol. matrimon. & facit gloss. & quod ibi Docto. in l. si ab hostibus. § primo. ff. soluto matrimon. Item non habet locum in dote promissa. vt not. Bartol. in l. iubemus. §. sanè. C. de sacrosanctis ecclesiis. refert Mathesil. singula. lxxiij. nota, quòd statutum.

L IIII.

1 *Obligatio rei specialis, & posteà omnium bonorum, an dicatur conditionalis, si res specialiter obligata non sufficiat?*

1 OBligaui tibi † domum meam specialiter, & etiam omnia alia bona mea præsentia & futura, an tunc illa obligatio totorú bonorú dicatur pura vel conditionalis, casu quo domus non sufficiat ad totum creditoris debitum: Casus est fortè singularis in l. ij. C. de pignorib. vbi dicitur, quòd est conditionalis & subsidiaria: ex quo infero, quòd talis obligatio continet minorem vtilitatem, quàm si solùm fuisset generalis. per text. in l. qui generaliter. ff qui pot. in pig hab.

ADDITIO.

ADDITIO.

Obligaui.&c. Ad hoc vide Alex.consi.cxviij.circa fi.col.penul. in quinto volumine.

LV.

1 *Pignus æquè idoneum potest surrogari in loco pignoris prius Iudæo dati.*

2 QVæritur, si†penes Iudæú sit pignus, vtputà, Digestũ vetus, an, ipso inuito possim subrogare æquè idoneum pignus? habetis glo. singularem quód sic, in l. Titio. ff. de pignor.

ADDITIO.

Adde Hieronymum Cagnol. in l. plus cautionis in rem. nu. 6. ff. de reg. iur. Gab. Sar.

LVI.

1 *Vulnerans antea vulneratum, & iam animam exhalantem, tenetur de occiso, & primus qui percussit de vulnerato tantum.*

1 QVidam†malus aduocatus etiam modicæ conscientiæ euasit quendam amicum suum à pœna mortis. Ecce quidam nobilis quasi interfecerat suum inimicum vulnere mortalissimo, ita quòd illico fuisset moriturus: aduocatus consuluit, quòd vnus famulus reiteraret ictũ cum excussione vitæ: euasit ille nobilis, quia solum tenebatur de vulnerato, secundus autem de occiso: vide text. in l. item Mela. §. Celsus. ff. ad leg Aquil. Adde casum in l. huic scripturæ. §. si seruus. ff. eo. titu.

ADDITIONES.

Adde Roman. singular. cclx. quidam fuit vulneratus. vbi idem tenet.

Idem sequitur Cæpola caute. v. versi. quidam. Feli in c. de extero. de homicid. Alex. & Ias. in l. si ab hostibus ff. sol. mat. Hippol. de Marsil. in practi. in § opportunè. nu. 5. & in l. j in xv. limitat. ff. ad leg. Cornel de sicar. & in l. nihil interest. nu. 18 ff. eod. titul. Et latè Carrer in tractatu homicidii, in § j. in iiij. q. Vide tamen Andr. de Ysern. in constitut. Regni incip. terminum vitæ. in rubr. de homici. punien. in verb. aliter comprehendere. versic. secus de illo. qui videtur tenere, quòd ambo teneantur de occiso. Gab. Sar.

LVII.

1 *Legatum factum de Digesto seu Infortiato, an dicatur alternatiuum?*

2 *Dictio, Siue habet vim copulæ.*

1 LEgo Digestum, †seu Infortiatum, an dicatur legatũ alternatiuum, an autem vtrunque debeatur? Vide tex. quem credo singularem, quòd vtrunque debeatur, in l. si ita. ff. de auro & argen. leg. quia exponitur seu, pro &. Dicas idem si legatur Digestum vetus, siue Infortiatum. vide tex. sing. in l. cùm quis decedens. §. fi. de leg. iij. quod
2 habet†vim copulatiuæ illa dictio siue.

ADDITIO.

Vide quæ scribit Lanfr. de Oria. in repetitione elemen. sæpè. de ver. sig. in ver. sine figura iudicii. in princi. & ibi Celsus Hugo in additio. incip. adde pro hoc tex. Gab. Sar.

LVIII.

1 *Legatum si vni fiat de proprietate rei sub conditione, & alij de eius vsufructu, an si vsufructuarius proprietatem ab hærede acquirat & postea conditio legatæ proprietatis eueniat, vsufructuarius possit vsumfructum separare? Et quid de emptore rei, quæ per retractum consanguineorum auocatur?*

1 TEstator legauit†tibi fundum sub conditione, idest proprietatem: alteri autem, scilicet Titio, vsumfructum. Item iste Titius pendente cõditione acquisiuit ab hærede proprietatem, postea euenit conditio proprietatis: ille Titius vult separare vsumfructum, quia dicit vsumfructum durare vsque ad mortẽ suam. l. corruptionem. C. de vsufr. §. fi. insti. e. ti. Dic quod nihil poterit retinere, quia facto suo fuit consolidatus ipse vsusfructus cum proprietate. casus est sing. in l. si tibi fundi vsusfructus. ff. qui. mo. vsusfr. amit. Lud. Roma. sing. lxj. dicit esse singularem. Sed tu vide Bal. allegantem plures consimiles in l. si maritus. C. de inof. test. Sed vltra Lud. quid si statuto caueatur quod proximior infra annum possit recuperare rem alienatam per consanguineũ: vsufructuarius emit à quodam tertio proprietatem, quo casu vsusfructus fuit consolidatus cum proprietate: pone proximior infra annũ vult retrahere rem alienatam, & recuperare, an iste emptor poterit separare vsumfructum? quilibet diceret quod non, per text. in d. l. si tibi fundi. Sed reperio singulariter Bal. contrarium determinasse in illo casu de statuto in d. l. si maritus. C. de inoffi. testa.

ADDITIO.

Adde Andr. Tiraquel. in tract. de retractu consang. §. j. in gl. vij. nu. 62. & seq. Doctor in l. si maritus. C. de inoffi. testa. & Ro. singu. lxj. incip. fuit cuidam vsusfructus. G. S.

LIX.

1 *Compromissum acceptare nemo cogitur, nisi sit coniuncta persona vtrique litiganti.*

1 NEmo†cogitur acceptare compromissum l. iij. § tametsi. ff. de arbi. fallit nisi sit cõiuncta persona vtrique litiganti. Bal. singulariter in l. j. §. quamuis. per illum text. ff. vbi pup. educa. debe. de quo tex. ibi exclamat Bal. & ille tex. optimè probat, vbi coniuncta persona cogitur suscipere educationem pueri, quia aliàs non cogeretur si non esset coniuncta persona ipsi puero.

ADDITIO.

Adde quæ d. ff. ... è scribit Hipp. de marsi. in l. j. §. seruũ municipum. nu 6. ff de quæstio. & in l. de minore. §. tormenta. nu. 15. & in l. extraneo. §. de quæstione. nu. 2 ff. eo. tit. Ioan. de Arn. epit. xxvij. Gab. Sar.

LX.

1 *Pecunia est de his rebus, quæ seruando seruari non possunt, nisi sit ad emptionem prædiorum deposita.*

1 PEcunia est de his rebus†quæ seruando seruari nõ possunt: ideo poterit alienari per minorẽ sine alio decreto. vide gl. & Bar. ff. ad Treb. in l. j. §. fuit quæsitũ. fallit nisi sit deposita ad emptionem prædiorum, quia tunc dicitur de pecunia, sicut de ipsis agris. vide text. valde singularẽ in l. iij. §. quid ergo ff. de contrario iudi. tute.

ADDITIONES.

Pecunia est de his rebus, &c. Ad hoc vide plenissimè per eximiũ doctorem Alex. Imo. in l. j. § fuit quæsitum. col. j. quod tamẽ singulariter limitat. ff. ad Treb. sed de hoc dixi plenius in sing. Lud. Ro. nu. 104. inci. Tu habes quòd pecunia est. &c. à quo Fran noster subtraxit istud quod suũ facit dictum. vide etiã Ant. Cors. sing. ccxxij. in ver. pecunia. vbi addit duas quotas.

Sequitur Rom. consi. clxxxviij. in hac vltimo dubio. Io. Fran. de Ripa, in d. l. j. §. fuit quæsitum. Io. Dilectus in tract. de arte testandi in rub. de varijs testa. præceptis, cautel. v. & xiiij docto res pro hac parte allegat Nic. Boër. deci. ccix. additio. In contrarium est cõis opinio, vt per Matth. Soci. Iunior. consi. cxx. circa princ. co. ij. vol. j. & xxv. qui doct. hãc opi. tenere refert. quos refert etiã d. And. Tiraq. in tract. de retractu consangui. § j. gl vij. nu. 103. & 106. & vide Alex. cõsi. xcvij. aliàs de facto cõtul. col. ij. ver. & non obst. quod destinatio. nu. 6. vol. iij. G. S.

LXI.

1 *Seruitus ducendi aquam, an transeat ad hæredes si dictum fuerit, quod ducere possim aquam per fundum tuum vbicunque & quomodocunque voluero?*

1 COnstituta est seruitus†mihi de ducẽdo aquã per fundum tuum ad fundum meum, & vbicunque & quomodocunque voluero, an talis seruitus transeat ad meos hæredes? Videbatur quod sic, quia seruitus realis est perpetua cum ipsa re, quia seruitus realis debetur a fundo. ita dicit tex. in l. qui aliena. §. fi. de neg. gest. casus sing. est in cõtrarium quod seruitus talis est personalis, & solum durabit vsque ad vitam meam. vt in l. pe. ff. de serui. rusti. prædio. & dicit ibi Bal. quod quilibet diceret contrarium, nisi videret illum tex. quia natura seruitutis alteratur ex illis verbis, & vbicunque voluero.

ADDITIO.

Adde Alciat.in libro dispunctio.ij.capitulo xij.Gomes.in §. æquè.numer.9.Institut.de actio.Ioan.Corasi.in l.j.in versic. aquæductus.ff.de seruitu.rusti.prædi.& in l.vt pomum.ff.de seruitu.Deci.consi.cclxij.in causa.pertotum.& demum Cæpol.in tracta.de seruitu. rustico.prædio.capitul.iij. & vij.in principio.Rom.sing.lxx.

LXII.

1 *Tertius possessor cum titulo & bonafide decem annis hypothecariam præscribit: & qua cautela vsque ad xxx.annos possit auocare rem præscriptam à possessore.*

VOlotibi dare vnam cautelam, quam fortè nunquam
1 audiuisti. Tu scis quòd tertius † possessor cum titulo & bona fide præscribit hypothecariam x.annis.l.j.& ij.C. si aduer.cred. quia semper subintelligitur instrumétum hypothecarium, vel precarium, secundum formã l.quod meo.in prin.& l.interdum.ff de acqui.poss.Tamen quia vltra hypothecariam etiam tibi competeret cõdictio ex lege.l.fi.C.de acqui.pos.& pulchrè dicunt Ange Imol.& Roma.in l.exitus.ff.de acquiren.poss.Bald.in l.j C.de reuo.his quæ in frau.credi.& in d.l.fi.& consuluit Ludoui. Roma.in consi.ccccxxxix.tum quia condictio ex lege est personalis,& durat vsque ad xxx.annos:vt l.ij.C.de consti.pecu.& habetur in l.j per Barto.& doct.C.de condi.ex leg tunc vsque ad xxx. annos poteris reuocare à tertio possessore per condictionem ex d.l.fi quam cautelam omnino pondera.

ADDITIONES.

Volo tibi,&c. Ad dictum istud vide etiam Flori.in authen.hoc si debitor.C.de pigno.& Iacob.Butr.& Moder.in l.fi.hic allega.& Iac.in authen.sed hodie.C.de actio.& obligatio.& Bal. ibi in princi.idem dicentem quando proceditur contra tercium possessorum possidentem nomine debitoris,& etiam in pignore prætorio,secundum Baldum in l.j.C.de reuo.his quę in fraud.credi.hic allega.Quid autem in hypotheca legali, per Ias.in §.item seruiana.Institut. de actio. per Modernio. vbi suprà.

Hoc singulare refert,& illud reprobat Curt.Iunior in rubr ff.si cer.pe.col.v.ver.& ideo reputo.nu.17.Et vide Matth.de Affl. deci.cxxxix.nu.6. Gab.Sar.

LXIII.

1 *Statuto disponente quòd potestas in officio reformari non possit, an eius familia poterit reformari?*

1 STatuto † cauetur, quòd potestas non possit reformari in officio, dubitatur an poterit familia eius saltem reformari? Bal.singulariter in l.j.C.si rector prouin.dicit q̃ non obstãte tali statuto, poterit fãmilia reformari.quod est notandum.

LXIIII.

1 *Vestes, quas habet domi, si vxori legẽtur, an veniunt illa, quæ sunt apud sartorem?*

TEstator legauit † vxori suæ vestes, quas habebat in domo: aliquæ erant penes sartorem fortè incisæ, sed nondum confectæ, an tales vestes veniant in legato? Breuiter dicite quòd sic: quia quãquam penes sartorem essent, tamen destinatio animi mariti erat.vt factis vestibus reducerentur domum.ita pulchrè dicit Bart.in l.ex facto.§.uerum.ff.de hære.insti.

ADDITIO.

Adde quæ in simili notantur decisio. Tholo.cclxxxviij. & seq. Gabriel Saray.

LXV.

1 *Vestes prohibitæ portari an veniant in legato vestium.*

STatuto huius ciuitatis cauetur, quòd vestes cum margaritis non possint portari, & sic aliquæ vestes erant prohibitæ portari, aliquæ non. maritus legauit vestes v-
1 xori, indistinctè legando, † an videantur etiam relictæ dictæ vestes cum margaritis, quæ erant prohibitæ portari per statutum? Bartolus singulariter dicit qòòd non venient in legato, in l.quamuis.ff.de auro & argento lega.Illud videtur mihi durum, quia saltem posset deberi æstimatio, quamuis sint aliter prohibitæ: & ideo reperio Bald.in l cum te.C.de dona.ante nuptias.& in rubri. C.de condictio.furt.quod saltem debebitur æstimatio. quod videtur verius.

ADDITIONES.

Statuto,&c. Adde Barto.in l.j.C.ne liceat in fræ.eque.libro xj.& in l.prima.C de vesti.olo.eod.lib.quòd autem debeatur æstimatio, potest decidi ex his quæ not. per Romanum & Modern.in l.multum.ff.de verborum obligationib. vide etiam Baldum in l.in legatis.C.de legatis.& quid in perlis siue Zotis fictis? Barto.in l.prima.§ hoc interdictum de cisterna.ff. de fonte.ad ista vide etiam per scribentes in capitu.indicante.de testi.

Et an Episcopus possit condere statutum, quòd mulieribus certa ornamenta deferre non liceat, tradit Ioannes Andræas, in capitul. ea quæ fiunt.de regulis iuris, in sexto, in mercurii. quem refert Alexand.in l.prima.in princip. columna prima. numero 7.in fin.ff.quod quisque iur. Et adde quòd statutum quo cauetur, quòd mulieres non portent perlas, est præter rationem, ideo non extenditur secundum Bald.in l.fin.ff.de legib. Gabriel Saray.

LXVI.

1 *Alimenta an matri debeantur, quando testator iussit filios suos alimentari penes matrem?*

1 TEstator iussit filios † suos educari, seu alimentari penes matrem, nihil dixit de alimentis dandis matri, an tunc per illa verba videantur tacite relicta alimenta? Habui nunc istam quæstionem.decidi deberi alimenta matri, propter theoricam notabilem Bald.in l.si mulieri.ff.de vsufruct.accre.Fortius etiam dixi quòd si reliquisset vxori habitationem cum filiis, quòd tacite videntur legata alimenta ipsi vxori.allegaui dictum Bald. quod videtur mihi singulare in l.finali C.de edicto diui Adria.tollen.

LXVII.

1 *Statutum domicilij viri, & non vxoris attenditur ad lucrandam dotem, nisi vxor virum ad eius domum traducat.*

STatuto Florentino cauetur, quòd mortua vxore in matrimonio maritus lucretur dotem. vxor est Florentina,& maritus Senensis,& sunt contraria statuta his:
1 & ibi moritur vxor in matrimonio. † quæritur quod statutum tunc attendetur? Dic quod attenditur statutum domicilij viri, & non vxoris ad lucrandam dotem.l. exigere dotem.& ibi Barto.& Bal.& Ange.ff.de iudic. Bart. in l.cũctos populos.C.de summa tri.pulchrè Bal.in auth. omnes peregrini.C.cõmunia de succes. pulchrè in cap. fi.de foro compe.Fallit quando vxor duceret maritum
* ad domum vxoris*, quod esset signũ maximæ tristitiæ: quia tunc inspicietur statutum vxoris. ita singulariter dixit Bald.in l.final.versicu.sed si vir.C.siã non competen. iudic.

ADDITIONES.

Statuto Florentino,&c.Ibi,fallit quando vxor. Adde quòd dictum Bal.in loco hic alleg.col.ij.ver.modo ego quæro quate actor.est intelligendum secundum Moder in c.fi.col.penu. versicu.tertiò limita.de sponsalib.dummodo appareat quod maritus intendat ibi perpetuò velle habitare:per docto. in lex Cornelia §.j.ff.de iniur.facit quod no.glo.in l.ij §.j.C. de incolis.lib.x.facit etiam tex.in l.nihil.ff.de cap.sed vltra illam fallentiam vide alias sex notabiliter accumulatas per Moder. in d.c.fi.col.pen.& vlti.

Tradunt hoc etiam Catel.Cot.in memoral.in verb.dos reperitur circa fin.& Ioan.de Arno.epito.xxviij.& pulchrè Barth. Chassæn.in commenta.consuetud.Burgundiæ.in rubr.iiij in §.*Femme mariée*.in versi.*au duché de Bourgongne*.nu.7 Deci. consilio ccccij.in princip.Parisius consilio xxxiiij. numero 14.volumine iij.Barba. consilio lvj. volumine secundo. Riminald.consi.ccxxvij.in prin.& consi.cccccxcij. in princip. nu.2. Gab.Sar.

* Ad domum vxoris. Intellige hanc limitationem, dummodo appareat quòd maritus intendebat in domo vxoris perpetuò habitare.& hoc dictum Bald.pro singul.approbat Ias. in l.j.versicu.secundò limita.C.de summa trini.& fid.cathol. in lectu.& in repetit.& consuluit Dec. consilio cclxxxij.per totum.

totum. & est memoria dignum ad limitationem l. exigere dotem ff. de iudic. Et not. quòd regulariter dos reperitur in domicilio viri, & non in loco contractus celebrati. per tex. singu. in d. l. exigere dotẽ. ff. de iudic. & ibi scribent. & consuluit Bal. consi. cccclxxj. quæritur vtrum hæres. lib. j. & consi. xxxj. statuto ciuitatis Astensis. lib. iij. & ideo statuto in ciuitate mariti disponente, quòd vxore sine filiis decedente, maritus dotem lucretur, licet in foro vxoris cõtrarium statutum disponat, tamen seruatur statutum domicilij viri: vt concludunt Bar. & omnes in d. l. cunctos populos. C. de summa trinita. & fide catho. & consuluit Bald. consil. liij. quædam domina Richabella. lib. v.

LXVIII.

1 *Statutum domicilij viri attenditur ad lucrandam dotem, & si vir domicilium mutet, an statutum primi domicilij attendatur, an secundi?*

VNus scholaris meus semel mihi fecit magnum honorem, quia allegando inuenit vnum meum cõsilium. Statuto mariti cauebatur, quòd mortua vxore in matrimonio vir lucraretur dotem: quo casu dixi attendi statutum loci mariti in dicto superiori. ille maritus mutauerat domicilium, ita quòd nũc tempore mortis vxo-
2 ris erat cum vxore in alio domicilio. fuit dubitatũ † quò ad dotem lucrandam quod statutum attẽderetur, an primi domicilij, an secundi, in quo residebat tempore mortis vxoris? Consului inspici statutum primi domicilij, & istud debere seruari quò ad dotem lucrandam. allegaui singularem doctrinam domi. Ant. de Bur. & do. Abb. Sicol. in terminis, vbi decidũt istam quæstio. in finalibus verbis in c. j. de sponsa. & ita fuit obtentum cum magno suffragio dicti scholaris.

ADDITIO.

Vnus scholaris, &c. Ad istud vide quàm plures authoritates accumulatas per Moder. in c. j. colum. pen. versi. secunda cõclusio. de sponsalib. vbi vltra limitationem de qua in præcedenti not. aggregauit alias sex multum notabiles per prædicta sub sequen. colum.

LXIX.

1 *Maritus si consecutus sit pœnam dotis non solutæ, an soluto matrimonio eam restituere debeat?*

2 *Quærendum non est an de aqua fiat acetum, & quot requirãtur ad faciendum salsam.*

1 SI maritus † consecutus est pœnam, quia non soluebatur sibi dos, an soluto matrimonio debeat restituere vxori pœnã cum dote, an autẽ possit pœnã præcipuã retinere? Breuiter, aut ista pœna fuit exacta à muliere, vel à patre mulieris, & tunc tenebitur eam restituere. ff. soluto matrimo. l. quoties. ff. de iure dot. l. non solum. Aut recepit illam pœnam ab extraneo, & tũc non tenebitur restituere illam pœnam exactam, cùm illa incrementa tantũ pertineant ad maritum. ff. de iure dot. l. dotis fructus. in princi. & l. de oneribus. C. de iure dotium. ita pulchre Ange. in l. & vbi. ff. de petitio. hæredi. & istud est valde notandum. Nec omnia quæ affero, dico esse singularia, sed pollicitus fui vobis omni lectione dare tria dicta vtilia, &
2 notanda. quia non est quærendum † an de aqua possit fieri acetum. quidam allegant gloss. singular in l. in venditionibus. ff. de contrahenda emptio. nec etiam quot requirantur ad faciendum salsam. gloss. est in l. quidam. ff. de vino tritico & oleo leg.

ADDITIO.

Adde domi. Andræ. Tiraquel. in tractat. de retractu consangui. in fin. nome. 107. Gab. Sar.

LXX.

1 *Donatio causa mortis potest fieri per filiumfamiliàs cum consensu patris, & an ille consensus postea ex interuallo possit adhiberi?*

1 DOnatio causa mortis † potest fieri per filiumfamiliàs cum consensu paterno. l. tam is. §. j. ff. de donat. causa mortis. Quid si filiusfamiliàs donauit, non tamen accedente consensu paterno ab initio, sed postea ex interuallo consensit pater, an posteà confirmetur dicta donatio causa mortis? Videtur dicendum quòd non, quia ille cõsensus paternus debuit interuenire in primo actu donationis, non autem posteà. ita singulariter dixit Bal. in l. si vxor. C. de condi. inser.

ADDITIONES.

Donatio causa mortis &c. Quòd authoritas ante actum, vel in actu, vel post incontinenti interponi debeat, multas authoritates adducit Firma. in suo reper. in verbo authoritas. versic. xxv. & in verbo ratificatio. versi. secundo, cum quinque seq. & ver. centesimo. Sed vide plenam remissionem in l. qui bona. §. iussum. ff. de acquiren. hæredi. vbi excellens doctor Alexan. de Imo. in vj. col. ver. & ex istis infertur ad quæst. cum concor. ibi per eum signatis post Bar. Ang. & Imo. satis plenè loquitur Bal. vbi dicit in prin. esse apponendã in l. quæcũque. j. col. ver. sic quæritur. C. de bon. quæ libe. per cano. post Inno. in c. prudentiam. de offi. deleg.

Refert do. Hippoly. de Marsi. in practi. crimi. in §. secunda quæstio. nu. 5. vbi multa similia adducit, quibus probatur, quòd actus nullus à principio ex aliqua causa, non reconualescit cessante illa causa, & superueniente habilitate. & idem ponit in l. quæstionis habendæ. nu. 30. ff. de quæstio. & Trigona singul. xxxvij. Et quatuor requisita ad hoc, vt filiusfa. donare possit, ponit Guido papæ decis. Gratianop. ccxxiij. Itẽ in causa nu. 2. vbi etiam ponit quid iuris sit, si filius donet patri: & an mors vtriusque ad donationis huiusmodi confirmationem requiratur: & an sine consensu patris possit reuocari. Et vide Didac. Couar. in iij. parte rubric. extrà de testa. nu. 7. vbi plenè ponit de consensu patris in donatione filij requisito, & quando præstari debeat. Gab. Sar.

LXXI.

1 *Fœminæ an simul cum masculis veniant, si pater accepit feudum pro se & filijs masculis, & fœminis? Et quid si dixerit, pro filijs masculis cum fœminis?*

1 QVidam pater accepit † feudũ pro se & filiis suis masculis & fœminis, an fœminæ simul veniant cum masculis? Dicite quod non, imò solùm in defectum masculorum ex natura consuetudinis feudorũ rigorosa, per text. in c. j. §. si filia. de suc. feu. in c. j. §. quoniam. in titu. episcopum vel abbatem. in vsi. feu. & de capita. qui cor. vend. c. si mulier. Sed quid si dixerit, pro se & filiis masculis cum fœminis? Dic quòd tunc æqualiter admittũtur cum masculis. singulare est dictum Bal. iudicio meo in l. quoties. C. de suis & legiti.

ADDITIO.

Quidam pater, &c. In fi. vide omnino Bal. in l. quoties. hic alleg. in j. col. versi. cæterum si de ea. vbi ponit tres vel quatuor modificationes ad illud quod communiter dicitur, quòd fœmina non solet succedere in feudo. videas etiam eum in ver. præced. inci. aduerte tamen. ad dictum verò de quo hic per Cremens. adde eundem Bald. in l. liberti. in vij. colum. C. de ope. liber. Salice. in l. iij. C. de iure emphy. Bar. consi. inci. quæstio ista habet duo dubia. & in consi. incip. dominus amate.

LXXII.

1 *Inquilinus potest expelli pro domo reficienda: & an refecta domo possit cogere locatorem ad sibi dandum domum refectam, vt ea vtatur vsque in finem locationis.*

* TV scis quod possum expellere inquilinum * † de do-
1 mo conducta, quando ego volo reficere domum. l. æde. C. loca. Sed an facta refectione domus poterit me inquilinus compellere, & petere ipsam domum refectã, vt ea vtatur vsque ad finem locationis? vide gloss. quòd sic, in l. si duo. §. cum inquilinus. in verb. dominum. ff. vti possidetis.

ADDITIO.

* Expellere inquilinum. Adde Hippoly. de Marsil. qui plura similia adducit in l. vnica col. vj. C. de rapt. virgi. & in l. etiam si redhibitus. ad fin. ff. de quæst. & in rubric. de fideiussorib. q. xxxj. col. xxxiiij. Roma. sing. ccxxv. vbi idem tenet.

LXXIII.

1 *Mandans expendi decem in emptione rei, si expendantur viginti, quia tanti res valebat, & simpliciter res emptori mandanti tradatur, an possit conueniri ad illud plus quod est expeditũ?*

5 SI dedi † tibi mandatum, quòd emeres Codicẽ pro decem, expendisti viginti, quia fortè tantum valebat, & plus tradidisti mihi Codicẽ simpliciter, an vltra decem poteris residuum a me petere? Quilibet diceret quòd sic, quia tantum valebat Codex, & negotium meum gessisti vtiliter. In contrarium tamen determinat Bal. in l. fin. C. de nego. gest. allegat tex. quem dicit esse singu. & optimè probat in l. qui aliena. §. liberos. ff. de nego. gest. Sed quid si nondum tradidisti, an poteris vti retentione, nisi solnam integrum pretium? Bald. singulariter dicit quòd sic, in dicto §. libertos. & respondet ad illum § quia ibi non poterat vti retentione ille, qui tantam fecerat expẽsam monumenti, de quo in illo text. secus in casu nostro vbi poterat esse locus retentioni, ex quo libet erat penes mãdatarium.

LXXIIII.

1 *Filius post mortem sub conditione grauatus detrahit duas quartas. Et quid si fuerit institutus in re particulari, quæ fortè valeret dimidiam hæreditatis?*

1 * FIlius post † mortem, vel sub conditione grauatus detrahit duas quartas,* scilicet legitimam & trebellianicam. cap Raynutius. & c. Raynaldus. de testa. quod etiam seruatur in foro ciuili. gloss. Bartol. & Bald. & doct. in l. quanquam. C. ad legem Falcid. & in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inofficio. testamen. vbi Barto & Bald. in l j. §. interdictum. ff. si cui plusquam per legem Falcid. & in l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de vulgar. & pupil. Bald. in l. quoniam in prioribus & in l. ex tribus. ad fi. C. de inofficio. testamen. Bald. in authen res quæ. & ibi etiam Ange. C. communia de leg. & Ang. in §. si quis autem in plures. in authen. de hæred. & falcid. cum similibus. Sed quid si filius fuit institutus in fundo particulari, qoi fortè valebat dimidiam hæreditatis vel plus, & fuit grauatus de restituendo illum fundum post mortem, vel sub conditione, an tũc poterit detrahere duas quartas? Dic quòd tũc solùm poterit detrahere legitimam: quia non est hæres vniuersalis. ista doctrina est pulchra, & menti tenenda Bald. in l. filium quem habentem. in xv. colum. versic. sed hic quæro, præsupposita. C. fami. ercisc. & lucratus fui sex ducatos in ciuitate Bononiæ.

ADDITIONES.

Filius post mortem, &c. In princi. adde quòd Bal. dicit istã quæstionem esse expresè decisam per cap. Raynutius. & c. Raynald. hic alleg. licet antiquitus haberet magnam dubitationẽ, & dicit quòd totus mundus seruat decisionem illorum textuum in consi. lxxxviij. incip. Pepus Nicoluij. in versi. porro. in prima parte. ibi, sed quid si filius. & quòd hæres ex re certa grauatus non detrahat trebellianicam, dicit Panor. in cap. Raynutius. colum. vlti. hic alleg. ideo quia non est hæres vniuersalis. & aduerte quòd appellat hæredẽ vniuersalem cum qui in tertia, vel quarta, vel in dimidia est institutus. sed si res certa ascenderet ad tertiam, vel quartam, vel dimidiã vt hic dicitur, quid iuris, cùm non referat quid ex æquipollentibus fiat. l. mulier. in §. Brasidas. ff. ad Trebel. l. in executione. §. j. ff. de verbo. obliga. l. fina. § j ff. manda. cum simil. Sed posset responderi quòd æquipollens non sufficit vbi data est certa forma, vt in elemen. j. de vita & honestate clericorum. & per Bal. in authen. qui semel. in iiij. col. C. quomodo & quando iudex. & Barto. in l. non sunt liberi. ff. de statu homi. cum concord. quas adducit Alexan. in l. ij. circa finem penul. colum. ff. de libe. & posthu. & Feli. in cap. cùm dilecta. col. xvj. versic. amplia vndecimò. de rescrip. Et pro clariori veritate eorum quæ dicit Panor. in loco superiùs allegat. vide omnino tex. & gloss. ibi, in verbo retinetur. in l. mulier. §. fina. ff. ad Trebel. Et an Falcidia detrahatur per hæredem in re certa institutũ, vide Ange. in authenti. de hæred. & falci. §. si verò expressim. colum. vij. collat. j. Et an econtra Falcidia detrahatur contra hæredem in re certa institutum, vide per Barto. in l. quoties. ff. de hære. institu.

* Detrahit duas quartas. Vltra hic adducta per Cremen. & apostil. adde Alexan. consi. xliij. attenta. lib. ij. & consi. cxlij. circa primam dubitationem. in secundo dubio. eodem lib. & in l. mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad Trebel. Mathesi. singula. clxiij. nota pulchram. Picbum in repetitio. l. in quartam. in v. conclusio. ff. ad legem Falcid. Et est communis opinio secundum Curt. consi. lxxv. versicu. sed quid plus. Et Dec. consilio ccxxxvj. in quarto dubio. nisi tamẽ onus fideicommissi esset iniunctum succedentibus ab intestato: quia valeret fideicõmissum, nec legitima detraheretur, secundum Alexan. consi. xij. attentis. ad fin. lib. iij. An autem in casu quo Trebellianica deducatur, fructus percepti per grauatum eam extenuent, est doctrina Barto. in l. quod de bonis §. quod auus. ff. ad legem Falcid. vbi facit differentiam inter filium & nepotem. & tradit ibi Alexan. & sequitur Ias. consi. cviij. colum. pen. libro iiij. Sed Pau. de Cast. in dicta l. mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad Trebellian. tenet indistinctè quòd fructus debent computari & sequitur ibi Alexan. col. viij. & Ias. sibi cõtrarius consi. xliij. videretur. col. penul. lib. iij. & consi. ccxxxj. libro ij. latè Pichus in dicta l. in quartam. numero 98. Vlterius etiam est notandum quòd filius prohibitus alienare simpliciter, licet possit alienare vsque ad legitimam & Trebellianicam, vt consuluit Bal. consi. xcix. factũ tale est. Nicolaus. lib. ij. & consi. clxj. super eo quod quæritur. lib. iiij. declarando tamen vt singul. tradit idem Bal in l. filium quem habentẽ. versicu. vlterius quæritur. C. fami. erciscun. tamen non procedit quando filius est prohibitus alienare ad tempus: puta cùm xxx. annos compleuerit. ita consuluit singular. Pau. de Cast. consi. ccxxxiiij. vi is & consideratis omnibus. & pro singular. citat Ias. in l. filiusfamilias. §. diui. notab. v. in post. com. lib. scriptis, & in prioribus scriptis in fina. lib. verb. & vero vsque cõtra hanc prohibitionem ponit remedium Angel. vt scilicet filius repudiet hæreditatem paternam cum iuramento: quia tunc poterit alienare vsque ad legitimam. quamuis tale remedium mihi non videatur tutum, maximè per ea quæ traduntur per Alexand. in l. quia poterat. ff. ad Trebel. Et hanc Pau. decisio. sequuntur Crott. & alij repetentes in dicto §. diui. & super ea latè insistit Pichus in dicta l. in quartam. in viij. limitat. vbi concludit, quòd in prohibitione debet exprimi causa, quia scilicet sit prodigus, vel minus industrius. iuxta text. in l. Titio centum. in princip. ff. de condit. & demonstra. Quid autem si pater grauetur à filio fideicõmisso? Dic quòd vnam tantum quartã detrahit, cùm non reperiatur iure cautum. ita sing. decidit Bal. in l. si à milite. §. patre. ad fi. ff. de testamen. milit. & pro singul. citat Ias. in l. filium quẽ habentem. col iiij. versicu. limita eam. C. fami. erciscun. vbi hoc dictum Bald. confirmat tribus medijs. & idem Ias. in l. qui se patris. versi. quintò facit. C. vnde libe. & in authen. si qua mulier. col vij. versi. & hoc modo. C. de sacrosan. eccle.

LXXV.

1 *Maritus si legat mille vxori si vitam vidualem seruet & quingentos si nupserit an si ad secunda vota transeat teneatur cõseruare illa mille filijs primi matrimonij?*

2 *Mulier transiens ad secunda vota de licentia viri defuncti. vel filiorum primi matrimonij, euitat pœnas transeuntium ad secunda vota*

1 SI maritus † legauit mille vxori, si vitam vidualem seruauerit, & quingẽtos casu quo nupserit, an postea mulier transeundo ad secunda vota teneatur conseruare illa mille filiis primi matrimonij? Quilibet diceret quòd

* sic, per l. fœminæ. & l. generaliter. C. de secun. nupt. vbi omnia percepta à marito tenetur mulier transiens ad secunda vota conseruare filiis primi matrimonij. In contrarium singulariter determinat Bal. quòd e cum propria ipsius vxoris, in l. j. C. de secun. nup. & dicit se consuluisse in persona Domini Malateste de Arimino. & per hoc fuit effectus suus seruitor. Mouebãtur Bal. pulchra ratione, quia ita dicendo maritus videtur licentiare vxorem de maritando se, & de transeundo ad secunda vota, quo

2 casu † licentia mariti facit cessare dictas pœnas transeuntium ad secunda vota. ita dicit gloss. in §. duo. in authen. de nup. Bal. in l. filium quem habentem. C. famil erciscũ. in l. j. C. de hære. li. institu. in l. j. C. de his quæ pœn. nomi. Idem si esset data licentia nubendi à filiis primi matrimonij. ita pulchrè dicit Ange. in l. non est. ff. ad Tertul. & idem Ang. in auth. de non elig secũ. nub. in prin. vbi dat cautelam aduocato mulieris transeuntis ad secunda vota, vt faciat consentire filios primi matrimonij; quia tũc cessabunt dictæ pœnæ, de quibus suprà.

ADDI

ADDITIONES.

Latè scribit Ioannes de Garton in rubri. C. de secun. nup. in secunda parte. in remediis euitandi pœnas secūdò nubentium, col. iij. ver. ad idem potest induci tex. & nu. 5. & in l. j. C. eo. titu. nu. 65. & Catel. Cot. in memoral. in verb. nup. causa. & Roma. singu. celj. tu scis, quòd si mulier. & Dominus Bermondus Chouetonius in eius commentariis in titul. de publicis concubinariis, in cōcordatis. in ver. iuxta Apostoli cōsilium. char. cccevj. Gab. Sar.

* L. Fœminæ. Adde quòd pœna d. l. fœminæ. C. de secun. nupt. est, quia si moriatur vnus filius ex primo matrimonio mater succederet pariter cum filiis, & fratribus defuncti vtrinque coniunctis in plena proprietate pro virili portione, vt in authen. de hæredita. quæ ab intesta. defer. § j. & in auth. in successione. C. de suis & legiti. & in authentic. defuncto. C. ad Tertullianum. & hoc procedit si non transiuisset ad secunda vota: sed si transiuit antequam succederet filio, vel etiam postea, efficitur de proprietaria in effectu vsufructuaria: & ea mortua omne id in quo successit, acquiritur filiis primi matrimonij: nec de eo potest testari, vel aliter disponere, vt est casus in dicta l. fœminæ. & in authen. de non eligen. secun. nuben. § j. cum simili. Et non solùm id procedit in matre, verum etiam in patre transeunte ad secunda vota, vt teneatur reseruare filiis primi matrimonij id in quo successit filio. vt not. gloss. in rubri. prædicta de non eligen. secun. nub. & not. Azo in summa C. de secun. nup. & Bar. in dicta l. fœminæ. Item nota quòd quando alter coniugum vult transire ad secunda vota, & euitare pœnam d. l. fœminæ. cautela est, vt petat licentiam ab altero, qua concessa si transit ad secunda vota post annum à morte cōiugis, non incidit in aliquam pœnam: secus si intra annum: vt singulariter not. Bald. in dicta l. j. C. de secun. nupt. Ista omnia clarè procedunt de iure ciuili: sed de iure canonico secus, secundum Bal. in rubri. de consti. in vlti. quæst. & latè tradit Feli. in c. quæ in ecclesiarū. & in c. ecclesia sanctæ Mariæ. eo. titu. versicu. quarta declaratio. Tamen in contrarium fortiter vrgere videtur aliud singul. dictum Bald. in l. omnem. C. ad Tertul. vbi decidit, quòd licet non valeat statutum laicorum, puniens contrahentē matrimonium cum filiafamiliàs sine consensu patris, vt tradit Ioan. And. in cap. statutum. de hæreti. lib. vj. & firmat Alexā. consi. lix. viso instrumento & titulo quæstionis. libr. j. tamen quia tale statutum concernit bonos mores omnium, & maximè prudentum, tenet. quod Bal. dictum pro singu. commendat & sequitur And. Sicul. in tracta. de præstant. Cardinal. in ij. quæstio. j partis. cum his quæ latè tradunt Alexan. & Barba. in addi. ad Bal. in d. l. omnem. & latè consuluit Alex. cōsil. xcvij. principalis dubitatio. lib. j.

LXXVI.

1 *Redditus legatum an & quando dicatur legatum annuum?*

1 HAbebam † redditum annuum ex Monte Senensi, puta centum omni anno: Legaui Titio sextam partem redditus quem habeo in Monte Senensi, an istud dicatur legatum annuum, an autem finiatur prima solutione in primo anno? Videbatur dicendum quòd prima solutione finiatur, per l. boues. § hoc sermone. de verborum significatio. & quod dicit Barto. in l. cum quidam. ff. de annuis legat. Tu dic quod erit legatū annuum, quia omne relictum quod præstadū erit ex redditu certæ rei dicitur esse annuum ex natura ipsius rei. vide text. pulchrum & singularem in l. defuncta. § fi. de vsufruct.

ADDITIO.

Sequuntur Pau. de Cast. Alex. & Ias. & Moder. in l. si Stichum. §. stipulatio. ff. de verb. obli. & Roma. sing. ccxcvj. legaui Titio sextam partem. Gab. Saray.

LXXVII.

1 *Dominus an possit ratione contractus conueniri in loco vbi eius procurator contraxit?*

1 AN ratione contractus † celebrati per meum procuratorem, puta Romæ, possim ego dominus Senensis ibi conueniri, si ibi reperiar? Breuiter dicite quòd sic, sicuti si ego personaliter contraxissem Romæ. ista est text. fortè singularis in l. hæres absens. § apud Labeonem. ff. de iudic. quod nut.

ADDITIO.

Paulus de Castro & Alexan. in d. § apud Labeonem. sequuntur Moder. Arimi. in tractat. de mercatu. in titulo vltimo. ij. parte vltimæ partis princi. nume. 21. & Boër. decisi. cxiiij. Florentinus. & Roma. singul. ccxl. procurator meus. & quid econtra, an & quando dominus possit agere vtili sine cessione ex cōtractu à procuratore suo facto. traditur decisio. Tholos. clij. & ibi Aufre. Gab. Sar.

LXXVIII.

1 *Alimenta relicta puero, vel puellæ vsque ad pubertatem, vsque ad quantum tempus debeantur.*

1 REflicta sunt alimenta † puero, vel puellæ vsque ad pubertatem, vsque ad quantum tempus percipient alimenta? Quilibet diceret quòd masculus vsque ad xiiij. annum: fœmina vsque ad duodecimum. In contrarium est casus singu. specialissimo fauore alimentorum inductus in l. Mela. * in princi. ff. de alimen. & ciba. leg. quòd masculus habebit vsque ad decimumoctauum annum, fœmina verò vsque ad decimumquartum annum completum: & si est casus singul. & specialis quòd pubertas non finitur in xiiij anno in masculo, nec xij. anno in fœmina fauore speciali vt suprà.

ADDITIO.

* L. Mela. Hanc legem singu. dicit Barto. ibi. Dec. in l. fin. C. de Carbon. edict. & not. quòd ætas xviij. annorum in masculo, & xiiij. in fœmina, dicitur plena pubertas. l. arrogator. § non tantum. ff. de adoptio. § minorem. Instit. eo. titu. & adde Roma. sing. dcuij. in materia. vbi idē tenet quòd Cremens. hic. & eundem Roma. singu. cxxiij. vltimò fit altis.

LXXIX.

1 *Emphyteuta probans se tribus proximis annis præteritis soluisse pensionem, præsumitur soluisse semper in præteritum etiam annos xl. Et idem in colono.*

a- TV scis,[a] qui es emphyteuta, † vel tributarius, & non
1 potes probare solutionem fortè xl. annorum, cautela est, vt probes te soluisse tribus annis immediatè vsque ad xl. annos, & vltra. iste est textus valde singularis de tributo loquens, quem ibi Bartol. inducit ad emphyteutam in l. quicunque. C. de apo. publi. lib. x. & idem tenuerūt Guliel. Cyn. Barto. & Bald. & Alb. in l. ij. C. de iure emphy. idem firmat Bald. in additio. ad Specu. in titulo, de locat. versi. xxxviij. & sensit Bal. in l. j. in xix. col. C. qui admi. idem dicite in colono simplici qui colit. ita singulariter firmat Ange. in authen. de non alie. Prædicta intel
b lige,[b] dumtamen probes illam solutionem tribus annis diuersis factam: secus autem si probares vnico contextu, puta quia probares per vnicam cōfessionem factam de tribus annis. istud est singulare dictum Bald. in dicta l. j. C. de dotis promiss.

ADDITIONES.

a Tu scis, &c. Adde quòd vltra Sali. qui dicit Dy. ita consuluisse, quòd ipse obtinuit in l. ij. colum. xj. C. de iure emphyt. hic alleg. Magist. meus colum. lxxxviij. per l. quicunque. quam reputant docto. communiter vbi suprà singul. & Barto. in dicta l. quicunque. eam etiam dicit auream Bal. in capitu. literæ. ad finem de dilatio. istud idem tenet etiam gloss. in capit. cum ecclesia Sutrina. de causa possess. & proprieta. cum concordan. traditis per Magistrum meum vbi suprà post gloss. ibi idem tenentem.

b Prædicta intellige. Adde quòd Bald. istud dicit post Cy. in l. ij. de do. promiss. & idem Bal. in d. l. quicunque. faciunt quæ adducit Magi. meus vbi suprà, & ibi tradit aliam limitationē quam postea in colum. sequen. eleganter reprobat. Et demū in eadem colum. versicu. tertiò aduerte. affert notabilem declarationem ad istum articulū. vide omnino illum egregium doctorem egregiè loquentem.

Idem tenet Angel. in authen. de non alien. aut permut. § scribe. colum. ij. Alexand. consilio cv. volumi. iij. Hierony. Grat. consilio cxxj. colum. ij. libro ij. & Ioan. de Arno. problema. xlvj. sed an hoc sit verum, & in qoibus casibus procedat, latè & eleganter terminat Domin. Carol. Molin. in secunda parte commentar. in consuetudi. Parisiens. § lxij. nume. 44. vbi per iij. colum. instat circa intellectum dict. l. quicunque.

& dixi in annotationibus ad Matbesilan. singular. cxvj. Gabriel Saray.

LXXX.

1 *Soluens tribus annis præteritis diuersis, an præsumatur in præteritum quandocunque soluisse, quando promisit certam pensionem singulis annis?*

a ITem quæro † an præsumptio de tribus annis immediatè præteritis habeat locum, quando promisisti mihi x. singulis annis, vel grauaui te mihi ad decem singulis annis, an ex solutione trium annorum præsumaris in præteritum quandocunque soluisse? Dicite quòd non, quia hæc præstatio non est canonica, id est, regularis, sed contingens, & respiciens grauamen personæ, non rei, sed canon ex natura sui non ex accidenti præstatur singulis annis. ita singulariter Bald. in l. quicunque. C. de apo. publ. lib. x. quod est singulare verbum.

LXXXI.

1 *Ruina domus an debeat emendari ab eo qui conductus est ad operandum in ea dietim?*

1 PRomisisti domum, † vel palatium facere te mihi, cum conuentione quòd singulo die soluam tibi x. ita quòd de die in diem eras conductus: fecisti domum vel palatium, vitio operis, & vitio tui fuit domus, vel palatium, an tenearis mihi ad emendam damni? Quilibet diceret quòd sic, quia vitio operis & vitio tuo. In contrarium est
* casus singularis, quòd ad nihil teneris * in l. ea lege. §. locaui. ff. loca. & ratio est, quia de die in diem approbasse videor tuas operas. ideo quod semel approbaui non possum amplius reprobare.

ADDITIO.

* Ad nihil teneris. Idem tradit Roma. consi. ccxcvij. in casu. in prin. & singu. xxxj. si quis conduceat. & Bal. in l. ij. C. locat. Et quod hic dicitur de vitio operis, dic esse intelligendum si sine dolo fecit: aliàs secus, per regulam, quia non debent contrahentes se dolo decipere. l. sed & si pupillus. § sed etiam. ff. de institor. & not. in l. item si pretio. §. quemadmodũ. ff. loca.

LXXXII.

1 *Iudæorum priuilegium, quòd possunt retinere res furtiuas, donec sibi soluatur pretium, an afficiat scholares?*

a POne, Iudæi istius † ciuitatis habent istud priuilegium à communitate, vt possint retinere res furtiuas sibi pignoratas, donec eis per veros dominos soluatur pretium exbursatum. fortè famulus scholaris Senensis surripuerat libros domino, & subpignorauit hebræo pro centum, an virtute dicti priuilegij poterit hebræus libros retinere, donec scholaris dederit sibi pecunias exbursatas per Iudæum tali famulo? Breuiter dicite quod non poterunt retineri, nec tale priuilegium afficit scholarem forensem, Istud est singulare dictum do. Abb. Sicu. in c. quod clericis. de foro compe. bene inuenietis in multis locis an statuta ligent forenses, sed non inuenietis fortè alibi de tali priuilegio, quod non afficit scholarem.

ADDITIO.

Pone &c. An & quando scholares vel peregrini teneantur sequi statutum vel consuetudinem illorum inter quos commorantur: vide per gloss. Do. & Cardina. Alexand. in cap. quæ contra viij. distinctio. per Zabar. in clemen. dignum. v. quæstio. de celebra. miss. per Gem. in c. eos. col. j. de tempo. ord. in vj. gloss. in §. item si quis de prouincia. xiij. q. j. per Moder. in ca. quod clericis. hic allega.

LXXXIII.

1 *Donaria, & lucra percepta ab vxore contemplatione viri an debeant conseruari filijs primi matrimonij, si mulier transierit ad secunda vota?*

2 *Statutum vetans subditos portare margaritas, intelligitur de veris & non de falsis.*

1 MVlier † transiens ad secunda vota perdit omnia lucra percepta à marito, saltē quò ad dominiũ: quia debent filiis primi matrimonij conseruari. l. fœminæ. & l. generaliter. C. de secun. nup. Pone, quòd multa donaria facta fuere vxori contemplatione mariti: posteà mortuo marito vxor transit ad secunda vota, an perdat dicta donaria, & lucra, & debeant conseruari filiis primi matrimonij? Quilibet diceret quòd sic, quia si contemplatione mariti, ergo videntur profecta de bonis mariti. l. sed si plures §. in arrogato. ff. de vulg. & pupilla. l. aditio. ff. de acquiren. hæredita. l. cùm oportet. vbi gloss. C. de bo. quæ libe. Reperio tamen Ludo. Roma. consuluisse contrariũ, nec memini alibi me legisse, in consil. suo cccexciiij. per pulchras rationes. nam primò dicit, illa lex, quæ est constitutio puniens vxorem transeuntem ad secunda vota, dicitur esse pœnalis §. si verò. in authen. de nupt. sed pœna debet habere locum in actu vero, & non in ficto. l. iij. § hæc verba. ff. de negot. gest. l. j. §. hoc interdictum. ff. de
a fonte. vbi dicit Barto. quòd si statuto † cauetur, quòd mulier non possit portare margaritas, intelligitur de veris margaritis, non autem de fictis. & ideo mulier portans fictas margaritas non punitur. Secundò dicit Roma. nam ista lex pœnalis est odiosa, vt suprà, quæ punit dictã mulierem transeuntem ad secũda vota: ergo non debet extẽdi vltra quam loquatur. ideo cùm solum loquatur illa de bonis mariti, non extendetur ad alia donata viri contẽplatione. Et quòd iste actus sit fictus vt suprà dixi, apparet per tex. in dicta l. aditio. vbi ita intelligitur. Et sic non verè sed per fictionem dicuntur bona mariti. similiter glo. in dicta l. cùm oportet. loquitur per verbũ, videtur esse, ergo per fictionem. Tertiò etiam dicit ponderasse text. à nemine animaduersum in § si verò expectet. ver. & quod decernimus. in authenti. de nupt. inducendo isto modo: quia dicitur ibi ante ver. decernimus. quia si donata & lucra facta à marito debent conseruari filiis primi matrimonij, quòd etiam debet conseruari donatio ante nuptias, siue fuerit propria, siue eius contemplatione fuerit tradita. ecce ergo quòd ponit specialitatem in donatione ante nuptias, non autẽ in aliis donatis, de quibus suprà dixi, etiam si contemplatione mariti: ergo eius quod est singulare in contrarium est ius commune. l. j. in fin. ff. ad municip. l. ius singulare & l. quod verò. ff. de legi. & ita residet Ludo. in præfato consilio suo.

ADDITIO.

Hoc idem tenet idem Cremen. suprà singu. lxxv. & infrà singul. vlti. & Bartholom. Chassæn. in commentar. consuetudi. Burgund. in vj. rubri. §. j. in ver. *si l'homme ha enfans*. nume. 2. ver. sed consuetudo. Gab. Sar.

LXXXIIII.

1 *Pauperi si vsus vnius magni palatij relinquatur, an toto palatio vti possit?*

1 RElictus est † vsus cuiusdam domus magnæ, seu palatij magni pauperi, in quo fortè sunt quatuor cameræ: quantum ad vsus pauperis sufficeret vna camera vel duæ, an restringatur tale legatum modo prædicto? Breuiter dicite quòd non, imò poterit vti toto palatio, quia aliquando potest vna camera, & aliquãdo altera ad suũ beneplacitum vti. tex. est iudicio meo singularis in l. diuus. §. licet. ff. de vsu & hab. quod tenete semper menti.

ADDITIO.

Vide Bar. & ibi Ioan. Coras. in l. si cui. ff. de seruitu. & Roma. singu. lxix. legatus est. Gab. Sar.

LXXXV.

1 *Debitor alternatiuus perempta vna re, ad aliam remanet obligatus.*

VOlo te docere vnum, quod fortè nunquam audiui-
1 sti. Vendidi tibi † fundum citra dimidiam iusti pretij, quo casu alternatiuè poteram agere contra te per remedium l. ij. C. de rescinden. vendi. videlicet, vel vt suppleas iustum pretium, vel vt oblato tuo pretio rescindatur. Quid si ille reperiatur peremptus, vtputa casu fortuito, & sic mea & tua culpa, an tunc cõperat mihi aliquod remedium? Quilibet diceret quòd non: quia quilibet debitor perempta specie ante moram liberatur. l. si ex legati causa. ff. de verborum obliga. vidisti in l. quod te. ff. si cer. pe. tamẽ isto casu dabitur mihi remedium agẽdi simpliciter ad suppletionẽ iusti pretij. istud est singulare verbum domini Abb. Sicu. quod non memini me alibi vidisse in c. cum dilecti. in fi. extra de emp. & vend. & ibi ponit pul-

nit pulchram quæstionem nam ex quo tu eras debitor alternatiuus, perempta vna re, remanet obligatio in alia. l. si in emptione. §. emptor. ff. de contrahenda emptio. & not. in l. Stichum aut Pamphilum. in princip. ff. de sol. Et sic quanquam non posis agere alternatiuè vt suprà, quia non habes facultatem rei restituendæ, tamen superest obligatio ad suppletionem iusti pretij, vt suprà. quod dictum valebit tibi ad centum ducatos, ideo tenementi.

ADDITIONES.

Volo te docere &c. Adde quòd tex. allegati per Abb. in ca. cùm dilecti. de necessitate non probant dictum suum, & ipsemet in versi. ibi seq. dicit, quòd ex eo sequeretur vnũ absurdum. & veritas istius dependere videtur ab illo articulo, nunquid quantitas debita respectu certæ speciei desinat esse debita perempta illa specie, de quo per Alexandrum, & communiter alios in l. quod te. ff. si certum petat. & in l. fundum Cornelianum. ff. de noua. vbi dicitur, quòd quando quantitas venit iure obligationis siue sit certa, siue incerta, nunquam liberatur debitor quantitatis respectu speciei, etiam si species ipsa pereat. ita probat ille notab. tex. Et contra dictum Panor. videtur facere dictum Bart. per modum limitationis positum in dicta l. quod te. quòd debitor quãtitatis respectu certæ speciei perempta illa specie etiam liberatur à quantitate. & allegat ad hoc quinque tex. quos vide. quod dictum dicit tamen Alexan. ibi col. vj. intelligendum, dummodo illa species posset solui inuito creditore, & in eadem & ex eadem causa. quo casu conclusio Barto. seu limitatio procedet sine disputatione, aliàs secus. & ita videntur communiter tenere docto. in dicta l. quod te. & in l. si ex legati causa. de verbo. obligat. imo videntur esse tex. de hoc in l. quidam. § si tibi. l. filiusfamil. §. fina. & l. Titiæ textores. §. fina. ff. de legatis j. Facit etiam pro nunc contra dictum Panor. quia dicta limitatio Barto. procedit quotiescũque species est causa finalis vt debeatur quantitas vel genus, tunc perempta specie liberatur etiam debitor à quantitate. ita magistraliter dixit Bald. in l. incendium. C. si certum peta.

Adde domi. Andr. Tiraquel. in tracta. de retractu consangui. in fin. nume. 70. Gab. Sar.

LXXXVI.

1 *Emphyteuta non potest rẽ alienare domino irrequisito. aliàs cadit à iure suo, & an in ea re saltem possit alteri vsumfructum constituere?*

1 EMphyteuta † non potest rem alienare domino irrequisito, aliàs cadet à iure suo. l. fina. C. de iure emphyt. An in ipsa re emphyteutica saltem posit constituere alteri vsumfructum. Reperio singulariter Bald. quòd sic, in l. j. §. item in fundo. ff. quib. mod. vsusfruct. amit. Tamen nihil allegat, sed solum nititur sua simplici authoritate. Tu aduerte, quia puto dictum Bald. esse falsissimum: quia quoties lex prohibet alienationem, videtur prohibere, * vt etiã in ipsa re vsusfructus constitui non posit. iste est textus, qui non potest cauillari in l. fina. C. de rebus alienis non alienan.

ADDITIONES.

Hæc opinio primum fuit Ludo. Roma. in singular. ccccccxxvj. tu scis quòd emphyteuta. quem sequutus est Domi. And. Tiraquel. in tracta. de retractu consangui. §. j. nu. 41. & 48. & dominus & præceptor meus Dominus August. Berouis in quæstio. familiar. xcv. an feudatarius. & Hippoly de Marsil. in l. j. §. cum quidam deponere. num. 5. ff. de quæstio. & Catel. Cot. in memoral. in ver. emphyteuta non potest. Opinionem tamen Bald. sequutus fuit Alexan. consilio cxx. super eo. in fin. volum. j. & in l. iij. §. ex contratio. col. xiij. & penulti. & ibi Iason. ff. de acquirenda possessio. & idem Ias. in l. ii. col. xxxiij. C. de iure emphyteu. & Ruyn. consilio cl. in causa & lite. colum. iij. nume. 14. volu. iij. de quo tamen vide Arium Pinelum in repetitio. l. j. C. de bonis mater. in tertia parte. nu. 69. versi. ex his. Gab. Sar.

* Vsusfructus constitui non posit. Sed nunquid poterit compromittere de re emphyteutica? Bal. sing. tenuit quòd sic, in l. vlti. §. vlti. ad fi. C. commu. de leg. quia per sententiam arbitri non transfertur dominium. sequitur Alex. consil. j. col. ij. lib. v. & pro sing. commendat Ias. in l. iusiurandum quod ex conuentione. §. pupillus. notab. j. ff. de iureiur. & in l. vlti. in ix. q. C. de iure emphy. vbi tamen contrarium concludit.

LXXXVII.

1 *Dos ob adulterium vxoris an debeat applicari marito, vel filijs primi matrimonij reseruetur?*

1 STatuto cauetur, quòd si vxor commiserit † adulteriũ, maritus lucretur dotem, quod est etiam de iure communi. l. cum mulier. ff. solu. matrimo. An si dicta mulier committens adulterium habeat filios primi matrimonij applicabitur dos ipsi marito? Breuiter defensaui plures filios primi matrimonij. istud est autem dictũ Bald. quòd reseruetur filiis, in l. hac edictali. in iij. colum. C. de secundis nupt. de quo dicto exclamat Do. Flor. in sua dispu. quæ incipit, Mulier primo viduata cõsorte, &c. quod dictum potest optima ratione comprobari, quia quod quis non potest facere paciscendo, vel aliter alienando, non potest committere delictum vt alienetur. l. Imperator. ff. de fideicom. lib. vbi illud generale fecit Bal. in l. vnica. C. de condi. ob tur. cau. quòd not.

ADDITIONES.

Statuto cauetur, &c. Ibi, quod dictum. adde pro hoc not. glos. & ibi doct. in l. si ita quis §. ea lege. ff. de verb. obli. & est gl. ordi. & communiter approbata.

Hoc est verum vxore mortua, sed donec viuit, filij primi matrimonij non habent potestatem vendicandi, secundum Bal. in dicta l. hac edictali. nam beneficium illius legis non competit filiis viuo alienante, secũdũ Cy. ibi in j. quæst. & optimè faciunt quæ voluit Bal. & doct. in c. j. vt lit. non contest. vbi Barba. in xiij. col. vbi post gl. ibi volũt, quòd illud quod dicitur, quòd sicut per adulterium vxoris maritus lucratur dotem: ita per adulterium viri mulier lucratur donationem propter nuptias, quia non debent ad imparia iudicari: debet tamẽ seruare filiis primi matrimonij. Subdit ibi Barbat. Tu intellige istam gloss. quòd debet seruari filiis post mortem vxoris: sed in vita mulier ipsa debet habere dotem, & donationem propter nuptias. Sed in contrarium facit quod vult Bal. in l. j. C. de impon. lucrati. descriptio. libr. x. vbi videtur velle, quòd si vir lucretur dotem vxoris ex delicto, vt quia cõmiserit adulterium, non tenetur soluere quatuor siliquas debitas pro acquisitione lucrorum: & sic videtur sentire, quòd tale non sit lucrum penes maritum. Idem vult ibi Ange. in aliquibus lecturis prout ibi refert Alexan. in apostil. ad Bartol. dum dicit, nota quòd maritus qui lucratur dotem propter adulterium vxoris, nõ dicitur eam habere ex causa lucratiua. & idẽ vult ibi gloss. iuncto tex. in ver. ad lucrum. Sed ad hoc potest responderi, quòd licet lucrum dotis inspecto priuilegio dotis ex parte mariti non sit lucrum: tamen ex postfacto inspecto casu, quo maritus lucratus est ex pacto, vel ex delicto, quia tunc est penes eum sine onere, dicitur lucrum. & ita etiã hoc vult ibi Ioan. de Platea post glo. & Bald. in consi. ccclxvj. incip. verba statutorum. col. j. volu. iij. post alios quos allegat Do. Stepha. Bertrand. in dicta l. hac edictali. nu. 37. & Nicol. Boér. decisio. cccxxxviij. nu. 6 & Io. Arno. problema. xxvij. & Bartho. Chass. in commen. consuetu. Burgun. in iij. rub. in §. *le mari & femme.* in ver. *& sera tenue.* nu. 25. & in vj. rubri. in §. j. in veris *si l'homme ha enfans.* nu 9 & eleganter tradit do. Palatios Ruuios in repe. rubr. extrà de dona. inter vir. & vxo. in §. xx. ver. intellige tamen. Gab. Sar.

LXXXVIII.

1 *Emptor à tertio pro re citatus in iudicium, non comparens, an habeat regressum de euictione contra venditorem?*

1 SI emptor † citatus non comparuit ad sentẽtiam, præsumitur sententia lata ex culpa sua, adeo vt non possit postea habere regressum de euictione contra venditorem, etiam si prius denuntiauerit litem ipsi venditori, & etiam ipse venditor comparuerit, quia præponderat culpa ipsius emptoris non cõparentis. istud est singulare dictum Bal. in l. j. C. de peri. & commo. rei vendi. & si cõtingat vos lucrari aliquid ex isto dicto, solum detis mihi vnum par caponum.

ADDITIONES.

Si emptor, &c. Ad intellectum l. j. hic alleg. vide Alexan. in l. venditores. post Imol. in l. ij. circa medium. ff. de verb. oblig. text. gl. & doct. in l. emptor. C. de euictio.

Vide Ioan. de Arnon. soliloquio .cxiij. Gab. Saray.

LXXXIX.

1 *Dispositio l. hac edictali. C. de secund. nup. an habeat locum in filijs vulgò conceptis?*

1 AN† l. hac edictali C. de secun. nup. habeat locum in filiis vulgò conceptis, de qua l. suprà feci mentionem? Breuiter dicite quòd non. istud est singulare dictum Bal. in l. cùm pater. §. mater filiis. ff. de leg. ij.

ADDITIO.

Idem tradit Iacob. Zoch. in c. per venerabilem. qui filij sint legiti. & Roma & Alex. in l. mulier quæ. in princ. ff. soluto matrimonio. & idem Roman. singular. cc xxxj. an l. hac edictali. & ibi dixi. Gab. Sar.

XC.

1 *Fiscus succedens filio bannito præterito, an ex eius persona possit dicere nullum testamentum patris?*

1 POne quòd filius † tempore testamenti fuit præteritus à patre: posteà viuo patre est capitaliter bannitus, an fiscus ex persona filij, cui successit propter delictum, possit dicere testamentum nullum? Quilibet diceret quòd sic, quia fiscus loco hæredis habetur. l. ij. C. ad legem Iuliam de vi publi. l. inter eos. §. fi. ff. de fideiusso. Sed tu dicas contrarium, quia filius bannitus non poterat dicere testamentum nullum, ergo nec fiscus ex persona banniti, quia fiscus prætendit causam illicitam, ergo ei exceptio doli obstat ex persona banniti. l. apud Celsum. § authoris autem dolus. ff. de except. doli. est singulare dictum Bald. in l. si qua pœna. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris.

ADDITIO.

Pone quòd filius, &c. Pro isto dicto Bal. facit tale argumè nemine plus iuris in alium transferri potest, quàm ipse habeat. l. nemo potest. de regu. iur. l. traditio. ff. de acqui. rerum domi. sed filius damnatus reputatur mortuus ante patrem, vt in l. si qua pœna. hic alleg. in l. Gallus. §. & quid si tantum. de lib. & posthumis. ergo nihil in fiscum transmittit. facit l. quoties. in fine. de noua. & vide suprà notab. xij. Quid si filius. vbi repetitur istud dictum.

XCI.

Clausula codicillaris inserta in testamento fratris instituentis turpem personam, an operetur, vt soror videatur grauata de restituendo hæreditatem per fideicommissum illi turpi personæ hæredi institutæ?

TV scis, quòd fideicommissum vniuersale ex causa præteritionis sustinetur per authen. ex causa. C. de libe præte. vbi etiam dicunt doctores, videlicet Bar. & Bal. quod virtute clausulæ codicillaris institutio vniuersalis transfunditur in vim fideicommissi. & etiam Bartolin l. j. ff. de iure codicil. & Angel. in l. Titia. ff. de inoffic. testa.
1 Pone nunc talem casum. Frater † præterita sorore instituit turpem personam, in quo testamento erat clausula codicillaris, quo casu soror expugnauit testamentum per querelam inofficiosi testamenti, an tunc clausula codicillaris operetur, vt soror videatur grauata de restituendo hæreditatem per fideicommissum illi turpi personæ hæredi institutæ? Pau. de Castr. consil. lix. consuluit super isto puncto, & dicit se nullum laborem, & finaliter nullum doctorem reperit, qui tetigerit istam quæstionem, & tunc erat huius opinionis, quod clausula codicillaris nihil operaretur isto casu. Postea finaliter reperit solum Angel. tetigisse in § aliud quoque capitulum. in auth. vt cum de appel. cog. vnde sumitur dicta authen. ex causa. quæ solum loquitur quando datur querela liberis contra testamenta parentum, vel econtra. Et quanquam. §. casus. eodem titu. loquatur de fratribus, tamen illa constitutio noua vnico casu corrigens ius commune non extenditur ad correctionem aliarum legum veterum de fratribus loquentium. argumè. l. quod contra. ff. de legib. cum similibus. & ita etiam sentit quòd fideicommissum vniuersale relictum in testamento fratris non sustinetur per dispositionem dict. authentic. ex causa. quod dictum no tetis, quia nouum, & non reperietis tactum in locis suprà allegatis.

ADDITIONES.

Tu scis quòd fideicommissum, &c. An fideicommissum vniuersale relictum in testamento fratris confirmetur per d. authen. ex causa? Bald. & Salice. in l. fratres. C. de inoffi. testa. tenent quòd sic. Ang. in § si. in authen. vt cùm de appel. cognosc. tenet quòd non. quam opinionem putat esse veriorem Alex. in dicta authen. ex causa col. xiij. quando autem adest clausula codicillaris, concludit Alex. in dicta authen. col. vij. quòd veniètes ab intestato generaliter intelligantur grauati ad fideicommissum. & ita dicit esse magis communem opinionem: quam etiam sequitur post satis longam disputatio iem Ias. in dicta authentic. eolum. penult. & fin. & eam duobus notabilibus modis limitat.

Adde latè per Barthnlo Chassan. in commentar. consuetudin. Burgund. in vij. rubric. §. *vn chacun habile.* in ver. *sa vraye legitime*, nume. 7 in fin. versicu. secus limita. & quæ dixi in annotationibus meis ad Mathesila. singular. xlix. nota quòd omnes vsurarij. Gab. Sar.

XCII.

1 *Nepotis appellatio intelligitur de filio filij, & an intelligatur de filio fratris ex consuetudine: & quid in statuto?*

1 TV scis, † quòd appellatione nepotis intelligitur de filio filij, vt habetur in l. liberorum. de verbo significatio. cum simi. Tamen de vsu communi loquendi intelligitur de filio fratris. Quid autem si non probetur talis consuetudo? Dicite quod non expedit probare istam consuetudinem generalem, & ideo etiam istud verbum prolatū in statuto intelligeretur de filio fratris, sicut de alia probatione consuetudinis. istud est singulare dictū Io. And. in c. fundamenta. de elect. lib. vj.

ADDITIONES.

Tu scis, &c. Et quòd licet aliàs de propria vocabuli significatione appellatione nepotis non veniat filius fratris, vel sororis, & dicit Barto. in l. si instituta. §. fina. ff. de inofficio. testamē. se credere quòd istud non reperiatur de iure ciuili. Dicunt tamen docto. in c. fundamenta. §. proinde. hic alleg. quòd secus secundum communem vsum loquendi qui est sequendus, secundum Gemini. ibi. & ita etiam dicit Feli. in procem. decret. col. ij. & latius examinat, vbi dicit quòd quidam iex. qui allegantur ad hoc de iure canonico parum faciunt subdit tamen quòd contrariam opinio. tenuit Abb. in ca. tua nos. de consangui. & affini. & quamplures alios quos ipse refert inc. per tuas. col. ij. de probatio. & Feder. de Sen. consil. xxxix. incip. viso puncto. consuluit, quòd statutum excludens extante nepote non intelligitur de nepote ex fratre. Ad iura canonica respondet, quòd impropriè loquitur, & quòd sunt verba narratiua Papæ, quæ non disponunt. cap. si papa. de priuileg. in vj. & propterea quia in statutis videtur attēdenda propria & non abusiua vulgi significatio, vt expressè not. Bal. in dicto c. j. in prin. in tertia col. de succes. feu. & in l. j. versic. nec puto. de succes. edict. & nonnulli, quos refert Saude. vbi supra. Idcirco videtur ipse inclinare in opin. Federi. limitando dupliciter. firmus tamen adhæret primæ opin. quia tenendo illam communem conclusionem quam ipse tenuit in proce. decre. col. ij. quòd in statutis, quamuis strictis & pœnalibus, communis vsus loquendi præualeat propriæ naturæ vocabuli. quam etiam tenuit Mag. meus in rubri. ff. de oper. no. nuntia. Andr. Sicu. consi. xxx. incip. scribitur præclarè. col. vij. circa medium. in prima parte consiliorum. & in cōsi. lvij. verba debent. & consi. xxxv. in quibus etiam satis plenè loquitur. quamplures possem referre quos silentio supprimo breuitatis gratia.

Adde Ioan. de Arno. peoblema. xxviij. Gab. Sar.

XCIII.

1 *Tenuta data ex processu nullo, an possit retineri, donec verum debitum soluatur?*

1 TEnuta fuit † mihi data ex inordinato processu, & per cōsequens nullo, an poterit retineri donec soluatur verum debitum? Breuiter dicas quòd sic: quia loco pignoris potero retinere, & si modo ante erat mihi adscripta vel obligata ipsa res propter debitum. istud est singulare

singulare dictum Bal.in l.fundus qui Lucii Titii.ff.de rescin.vend & ita habebit locum hoc casu l.si non sortem. §.si centum.ff.de condi.indebit.quod no.perpetuũ,quia multoties vidi de facto dubitari.

ADDITIONES.

Tenuta fuit &c.Pro isto dictu facit,quia habens quasi pignus in re,potest vti retentione.l.Iulianus.§.offerri.ff.de acti.emp.& l.hæreditatis.de hæredita.vel actio.ven.fallit nisi talis res peruenerit vitio vel delicto.l.j.§.redigit igitur.ff.quorum lega.c.fi.de ordi.cog.

Diffusè scribit Hippo.de Marsi.in pract.crimi.in §.secunda.nume.38.vbi tractat quòd quando constat de veritate rei,non curantur solennitates,nec iuris ordo,sed fit executio,nõ obstante illarum prætermissione.pro quo allegat text.sing.in l.fi.§ si.ff.quod me.cau.& idem Hippol.in l.patre vel marito.nu.58.& 59.ff.de quæstio. Gab.Sar.

XCIIII.

1 *Hæres mariti an possit petere lucrum dotis proueniens ex statuto quod maritus viuens non petyt?*

STatuto cauetur quòd mortua vxore in matrimonio,
1 maritus lucretur† tertiam partem dotis.mortitus maritus,& nihil dixit in vita cùm vxor esset præmortua in vita,an hæres mariti poterit petere tale lucrum: an autẽ videatur remisisse? Dicite quòd hæres poterit petere tale
* lucrum proueniens ex statuto.ita singulariter dicit Bal.* in l.si arrogatur.ff.de adoption.

ADDITIO.

* Dicit Bald. Adde Ioann.de Arno.epit.xl.& nota quòd hanc Bald.decisionem latè prosequitur & commendat Ias.ibid.versic.ex hac consultatione.cum concord.adductis per Alexan.& Ias.in l.cum antiquioribus.super gloss.in verb.fuisse.C.de iur.deliber.Alexan in l.si vir.ff.ad legem Falcid.& per Socin.in l.qui duos.§.pen.ff.de reb.dub.Sed quæritur an dictum statutum procedat,si mulier steterit in matrimonio solùm per vnum diem,& postea mortua sit.In hoc est singula.decisio Bald.quòd sic,in l.non tantum.C.de legat.Quid autem dicendum esset eo casu,quo simul ambo mortui essent,puta ex naufragio,vel domus ruina? vide gloss.singula.in l.si possessor.§ j ff.de religios.& sumpt.funer.quæ concludit quod vxor præsumitur prædecessisse.& sic habebit locum statutum.Sed vide optimum casum in l.qui duos.§.si maritus.vbi gloss.& Bartol.in terminis statuti.ff.de reb.dub.cum simili.ibi traditis per Soci.

XCV.

1 *Aestimatio quanti plurimi proueniens à tempore moræ.inspicitur,quando debitor vini vel frumenti est in moræ. Et quid si creditor fuerit in mora, an æstimatio quanti minimi inspiciatur.*

1 VIdisti† in l.vinum.ff.si cer.pet.quòd quando debitor vini,vel frumenti est in mora, inspicitur æstimatio quanti plurimi proueniens à tempore moræ, per illum tex.in l.si sterilis.§.si per venditorem.ff.de acti.empt.& l.ratio.§.cum per venditorem.eo.titu.Quid econtra si creditor fuit in mora recipiendi? Dic quod a tempore illius moræ inspicitur æstimatio quanti minimi.istud est singulare verbum Bal.per illum tex.in l.si hominem.ff.manda.quod adde ad d.l.vinum.

ADDITIO.

Vidisti &c.Istam quæstionem tetigit Cy.& Pe.de Bellaper.in l.in numerum.col.ix.C.in quib.cau.in integ.resti.vbi post disputationem quam refert Mag.meus in d.l.vinum.colũ.viij.in fi.& princip.seq.videntur tenere quòd d.l.vinum.vendicet etiam sibi locum in isto casu contrario,videlicet quando creditor fuit in mora.& idem tenuit Alber.in d.l.vinum.col.pe.& pro ista opi.secundum Mag.meum vbi suprà,videtur text.in l.ratio.§.si per venditorem ff.de actio.empt.& ibi glo.expressè in verbo,cùm agatur. Nisi subtiliter respondeatur,quòd loquitur quando vterque tam debitor quàm creditor fuit in mora.& ad idem facit bonus text.in l.si hominem.hic alleg.vbi tex.loquitur de mora vtriusque,& dicit quòd sua mora neutri debet prodesse.vbi Bal.& idem Bal.in l.acceptam.col.xvj.C.de vsu.& Alexan.in l.semel mora.ff.de vsu. breuiter secundum Mag.meum Bar.posuit doctrinam satis æquam,per quam opiniones in isto articulo possunt concordari in l.iij.§.in hac.in vlti.col.ff.commo.per tex.cum gl.in l.si mora.ff.solu.matri.

XCVI.

1 *Forensis emens in territorio prohibito,an pretium perdat?*

1 STatuto† cauetur,quòd nullus forensis possit emere in territorio Senensi,an si emat forensis perdat pretium exbursatum? Dicatis quod non, vt in l.j.C.ne lic.hab.metr.loc.su.ad extra.trans.lib.xj.quem text.ad hoc singulariter ponderat Bal.in lectura ordinaria in l.fi.§.fi.C.commu.de lega.vbi subdit Bal.quod forensis poterit retinere rẽ emptam,donec ei restituatur suum pretium,per tex.in l.si non sortem.§.si centum.ff.de condictio.indebi.

ADDITIONES.

Statutu cauetur &c.Facit quod dixi supra notab.xcij.

Ad hoc vide do.Andræ.Tiraquel.in præfatio.tracta.de vtroque retractu.nu.16.in fi.& Catel.Cot.in memora.in verb.pœnã petens ver.& propterea.& Roma.sing.dcclj.an obligatio naturalis,vbi dictam l.vnicam dicit singularem. G.S.

XCVII.

1 *Solicitator non potest venire contra illud quod solicitauit.*

1 CVrator† prodigi & alii fortè consanguinei qui fuerunt solicitatores ad obtinendum interdictum contra illum,qui asserebatur prodigus:postea ipsi curatores & solicitatores fuerunt instituti hæredes ab ipso prodigo.deinde venientes ab intestato volebant illam hæreditatem,dicentes quòd prodigus non potuit condere testamentum,per l.is cui.ff.de testa.nunc iste curator & solicitatores volunt probare,quod non erat prodigus,& per consequens interdictum fuisse nullum,an admittantur ad dictam probationem? Dicite quòd non,& ita non poterunt obtinere dictam hæreditatem: quia non possunt venire contra illud quod solicitauerunt.ita singulariter determinant Domi.de Rota per pulchras rationes,quas esset longum referre in decisionibus antiquis decisione iiij.in titu.de testa.

ADDITIO.

Videnda sunt ea quæ latè posuit Hippo.de Marsi.in l.j.§.cũ quis latrones.nu.7.in fi.ff de quæstio.& Nicol.Boër.decis.xxxiij.nu.82. Gab.Sar.

XCVIII.

1 *Molendinum cõmune transit in reficientem,si alius illud pro parte sua reficere non curet.*

DEcidi pulchram causam in ciuitate Lucensi:quidam
1 habebat molẽdinum† cõmune cũ altero socio,molendinũ egebat refectione,& alter socius fuit requisitus vt contribueret in refectione,& fuit contumax,vnde alter socius in totum refecit sua expensa:& postea erant lapsi quator menses.Dixi dictum molendinum trãsiuisse in socium reficientem:quia ille non soluerat partẽ suam infra quatuor menses.allegaui tex.quem credebam esse singularem in l.cum duobus.§.idem respondit socius qui cessantis.ff.pro soc.sed postea reperi consimilem in l.si vt proponis.C.de ædi.priua.

ADDITIONES.

Decidi pulchram,&c.Ad istud vide Ang.de Are.idem tenẽtem in § sequens.in penulti.colum.in prin.Instit.de actio.vbi dicit,quòd isti duo tex.hic allegati,sunt singularissimè notandi contra socium negligentem reficere rem communem,&c.Barth.Cæp.idem tenuit tract.vrba.prædio.in tit.de refectio.nu.8.& in cautel.sua lxxxv.incip.sæpe contingit.idem tenuit Ang.in l.quidam Iberus.col.ij.ff.de seruit.vrb.prædi.& Bar.vbi alleg.istos text.in l.quominus.quæst.xvij.ff.de flumi.vbi idem sequens Magist.meus dat duas notabil.limitationes in colum.xxiij.

Idem tradit Catel.Cot.in memoralib.in verb.puteus qui seruit.Gabriel Saray.

XCIX.

1 *Coquus an sit artifex.*

1 STatuto † cauetur, quòd quilibet artifex debeat soluere decem, an coquus soluat dicta decem? dubium videbatur an coquus esset artifex. dicas quòd sic tex. est in l. si quid venditor. §. fi. ff. de ædi. edict.

ADDITIO.

Statuto, &c. Ad istud vide Roma. singu. dclv. incip. nunquid esse coquum, & ea quæ ibi addidi.

C.

1 *Custos carceris tenetur de fuga carceratorum, & an teneatur de fuga concustodis?*

1 ERant duo † custodes carceris, vnus custos aufugit cum carcerato, an alter teneatur? Quilibet diceret quòd sic, quia custos carceris tenetur de fuga ipsorum carceratorum, vt habetur in l. ad commentariensem. C. de custo. reo. Sed tu dicas contrarium, quia adscribitur casui fortuito, ex quo ipse custos debebat confidere de altero socio. casus est singu. in l. fin. §. interdum. ff. de cust. & exhib. reo.

ADDITIONES.

Erant duo, &c. Ad istud vide Roman. qui prius sciuit text. in dicta l. fi. §. interdum. in singu. suo xxx. incip. si dictat.

Et Roma. consi. ccxcv. vt res. col. fi. ver. secundum doct. in d. l. fi. Nico. Boër. decisi. cxvij. quò ad tertiam. Hippol. de Marsil. in rubr. ff. de fideiussor. q. xvij. & per Aret. in tract. maleficio. in ver. fama publica. nu. 91. & per Parid. de put. in tract. syndica. in verb. licet dicatur quòd carcerarius. nume. 3. & in versicu. Pone quòd carceratus aufugit. circa prin. Gab. Sar.

CI.

1 *Consuetudo inducitur per binum actum, & an inducatur per sententiam arbitratorum?*

1 TV scis † quòd binus actus secundum diuersas opinio. inducit, vel infert consuetudinem, vt habetur in l. ij. C quæ sit long consue. & in l. de quibus ff. de legib. & in capitul. fina. de consuetu. Quid erit in sententia arbitratorum, vt puta quia bis, ter, imò decies fuerit iudicatum, an tunc inducatur, & confirmetur dicta consuetudo? Quilibet diceret quòd sic: quia redacta sunt arbitria ad instar iudiciorum. l. prima. ff. de arbitr. Sed contrarium dicas, etiam si essent mille sententiæ arbitratorum non induceretur consuetudo. istud est singulare dictum Baldi in capitulo primo. de feud. cogni. & allegat Ioannem Andræam in capit. Abbate sané. de re iudi. libro vj.

ADDITIONES.

Tu scis, &c. Aduerte quòd istud dictum fuit priùs Ludou. Roma. singula. xlij. incip. An sicut sententia iudicis. & vide quæ ibi dixi.

Idem Ias. in l. de quibus. post Guliel. de Cun. column. xxvj ff. de legibus. & Innocen. in dicto capitu. Abbate sané. & ibi Ioan. Andræ. in nouel. & Catel. Cot. in memor. in ver. consuetudo non confirmatur. Gab. Sar.

CII.

1 *Præscriptio decem annorum interrumpitur per litis contestationem: vsucapio per sententiam, & an hodie de æquitate canonica interrumpatur per solam citationem?*

1 TV scis, † quòd præscriptio x. annorum interrumpitur per litis contestationem. l. moræ litis. C. de rei vendica. vsucapio autem per sententiam. vt l. si post acceptum. ff. de rei vendi. Dicas quod hodie de æquitate canonica omnis vsucapio, vel præscriptio interrumpitur per solam citationem: quia cum constituatur in mala fide, succedit regula, quod nullus malæ fidei possessor præscribit. capitu. final. de præscription. capitul. malæ fidei possessor. de regulis iuris libro sexto. istud est singula. verbum Baldi, à nemine ponderatum in repetitio. l. secundæ. in iiij. colum. C. de serui. & aqua. & istud erit de pane lucrando.

ADDITIONES.

Tu scis, &c. In fi. adde quòd istud dictum refert simpliciter nihil addendo Firm. in suo repet. in verbo, citationis effectus, versi. vj. in fin. vbi plené tractat de materia interrumpendæ præscriptionis per citationem.

Adde domi. Andr. Tiraquel. in tracta. de retractu consangui. §. j. versi. intra annú. nu. 83. & plené per Guid. Papæ decisio. Grationopol. cccc xvj. nu. 2. Gab. Sar.

CIII.

1 *Iudex an possit amplecti pœnam pecuniariam & relinquere pœnam corporalem, quam incurrit reus ob solutionem in tempore non factam: etiam si reus vellet corporaliter puniri, potiusquã pecuniariter?*

1 TItius † cõdemnatus fuit in centum, quæ si non soluerit infra mensem, amputetur sibi pes, prout cõmuniter fiunt statuta. Lapsus est mensis, & ita incidit in pœnam pedis, an nihilominus si iudex velit, possit amplecti pœnam pecuniariam, & non velle pœnam pedis, etiã si reus ipse vellet perdere pedẽ? Breuiter dicite ꝙ poterit omittere pœnam pedis, & exequi pœnam pecuniariam. istud est aureum dictum Bartol. in l. cum duobus. §. idem respondit. ff. pro socio. vbi etiam dicit ita consuluisse per illum textum, qui est maximæ authoritatis. quod plus placet, quàm illud quod dixit Bald. in l. commissoriæ. C. de pact. inter empto. & vendit. vbi dicit quòd hoc solum poterant facere administratores reipublicæ, vt puta, anciani, vel priores habentes authoritatẽ à consilio generali. sed plus placet opi. Barto. per illum tex. vbi supra.

ADDITIO.

Titius condemnatus, &c. Adde quòd Bal. tenuit idem quod in l. commissoriæ. hic alleg. in l. quamuis. j. C. de vsu. forté considerans rigorem statuti in quo strictius proceditur quàm in iure communi. Aduerte tamen quòd pœna mutilationis mẽbri per statutum imposita potest per iudicem commutari in sene vel puero in pecuniariam. vt dicit idem Bal. in l. quicunque. col. vj. in fi. C. de ser. fugit. & sequitur Alex. in l. quid ergo. §. pœna grauior. de infa. vbi post Bart. late plené de ista materia. & per eundem post Bart. in l. hos accusare §. omnibus. ff. de accusatio.

CIIII.

1 *Exactio antecedens facit legatum nominis debitoris, seu liberationis non valere, sicut exactio subsequens.*

1 EGo habebam † debitorẽ Romæ forté in mille, & ipse iam soluerat procuratori meo forte Romæ existenti me domino ignorante, postea ille debitor meus videns legatum meum liberationis, volebat repetere illud solutum ab illo procuratore, vel hærede, an possit? Dicite quòd non, quia antecedens exactio facit legatum nominis debitoris seu liberationis non valere, sicut exactio subsequens. istud est singu. dictum Bal. in l. qui post. in fine apparatus. C. de lega. & de ista exactione antecedenti allegat tex. singu in l. fi. in prin. ff. de liber. lega. & de exactione subsequente allegat tex. in l. fideicõmissa. §. si rem. ff. de legat. iij.

CV.

1 *Confessio depositi recepti facta parte absente, an præiudicet confitenti, vt ab eo ab asserto deponente depositum inter alios confessatum exigi possit?*

1 APparet † instrumentum, in quo mutuo tibi centum, quæ dico habuisse in depositum à Titio: & præsupposito quòd ille Titius esset absens, an postea Titius veniens ex tali instrumento habeat fundatam intentionem suam contra illum deponentem, qui ita asseruit pecuniã esse Titii? Quilibet diceret quod non, quia res inter alios acta, &c. & etiam quia confessio facta absente parte non probat. l. certú. §. si quis absente. ff. de confes. in contrarium est casus sing. de quo ibi exclamat Bald. in l. desiderium. C. depos. quem Bart. in l. admonendi. ff. de iureiurand.

ADDITIO.

Apparet, &c. Ad hoc vide Bald. in rubric. C. res inter alios acta. in fin. Bald. in l. admonendi. ff. de iureiurand. ver. etiam quæro quid si instrumentũ. vbi dicit quòd semiplené probat. vide tamen

tamen glo. in l. desiderium. hic alleg. secundum cuius lectur. minus probaret. vide etiam Bal. in l. is apud quem. & ibi Magist. meus post eum. C. de eden. & per eundem Magist. meum in dicta l. admonendi. post Bar. cum quo transit Ant. de But. & Modern. in capitu. fina. de iureiur. postea reperi Felin. qui satis late tangit allegando istud dictum in capitu. examinata. columna ij. vers. sic. in quantum dicitur. & vide ibi in quadam additione quamplura consilia & authoritates quas in proposito allegat.

CVI.

1 *Impensa necessaria facta ab herede in re subiecta restitutioni, an computentur cum fructibus?*

2 *Intellectus l. sumptus. ff. de rei vendica. & eius regula in quibus casibus procedat?*

1 SI feci impensas † in re subiecta restitutioni, quia fortè erat subiecta fideicommisso, percepi ego heres multos fructus ex illa re subiecta restitutioni: & etiam feci impensam, fortè domũ necessariam in fundo, vel fortè feci plantare vineas: vult postea retinere istas impensas, an computabit impensas cum fructibus? Quilibet diceret quod sic, per l. sumptus. ff. de rei vendi. In contrarium est gl. ordinaria & singularis iudicio meo in l. emptor. in gl.
2 magna ad fi. ff. de rei ven. vbi habetur, † quòd regula l. sumptus. intelligitur quando percepi fructus ex re aliena. secus si ex re mea propria quàquam restitutioni subiecta, de qua gl. ibi exclamat Ang.

ADDITIO.

Si feci &c. Adde Moder. post Bald. in l. domos. ff. de lega. j. licet aliàs sit regulare quòd expensæ cum fructibus compensentur, vt est gloss. ordin. Bald. & doct. in l. insulam. § fructus. ff. solu. matri.

CVII.

1 *Rescriptum Papæ, quo emphyteutæ conceditur, quòd propter canonem non solutum non cadat a iure suo, non valet.*

* NOn valet * † rescriptum Papæ quo conceditur emphyteutæ, quòd propter non solutum canonem nõ cadat a iure suo. istud est singulare dictum Bal. in l. fi. in te. C. de pact. inter emp. & vendi. vbi concludit, quod si emphyteuta supplicet Papæ, vt concedat tale rescriptum, quod non obstante tali rescripto incidat in commissum: quia rescriptum fuit nullum, & ideo soluas canonem omnino.

• ADDITIO.

* Non valet. In contrarium facit quod singula. consuluit Panor. consi. lxxij. circa primum breuiter. in ij. dub. libro j. vbi concludit valere consuetudinem, quòd emphyteuta ecclesiæ non cadat, licet cesset in solutione canonis: quia ecclesiæ succursum est, ex quo potest eum cogere ad pensionem. de quo consil. meminit Cardin. Alexan. in cap. j. in princip. qui feud. dar. poss. & Felin. in cap. cum causa. in ix. fallent. de re iudic. & Ias. in l. ij. versi. similiter secundum eum. C. de iur. emphyteut. Socin. consil. aclx. libro j. Nulli autem dubium est quod emphyteuta poterit moram purgare, per text. in capi. potuit. extrà de locat. tamen ad excludendum dispositionem dicti cap. potuit. dominus statim etiam absente emphyteuta debet protestari, quòd non intendit ampliùs eum habere pro lucellario: quo casu tunc non poterit purgare moram, secundum Cæpol. cautel. cxxxv tu scis quòd emphyteuta. quod reassumit Dec. consi. cxxxviij. colum. ij. in fin. & consi. cxl. Si autem res ecclesiæ emphyteutica sit reuersa ad Abbatem, poterit ipse Abbas inuestire alium priore emphyteuta aliter non citato: iuxta regu. qui potest inuitis. ff. de regu. iur. ita Roma. consi. ccij. quò ad primum quo requiritur. in j. dub. vbi dicit esse casum de hoc in l. necui liceat. C. locat. & hoc dictum pro singul. citat Ias. in l. ij. vers. sicu. item hoc. C. de iur. emphyteut. & sequitur Alex. consi cxxx. difficultas. circa prin. libro j. Et an emphyteuta teneatur portare canonem emphyteuticum ad domum creditoris? nulli dubium quòd sic, quando sunt eiusdem fori, vel res emphyteutica est sub foro domini, vt singu. decidit Bar. in l. item illa. versi. tu distingue ff. de const. pecu. & pro singu. & notab. commendat Ias. in l. secunda. in xxxviij quæstione. C. de iur. emphyteutic. vbi etiam in xlj. quæstio. ponit, quòd ad emphyteutam pertinet soluere datium, &c.

CVIII.

1 *Venditor si asserat in instrumento fundum venditum esse liberum ab omnibus decimis, intelligitur ab extraordinarijs, non ordinarijs.*

1 VEndidi tibi † fundum, & dixi esse liberum ab omnibus decimis. Dic quòd intelligitur de decimis extraordinariis, non autẽ de ordinariis. & lucratus fui tres ducatos. ista est singularis doctrina Bal. in l. fistulas. § frumenta. ff. de contrahen. emptio. quod tene menti.

ADDITIO.

Multa ad hoc vide congesta in additio. ad Abb. Panorm. in c. sedes. col. ij. in ver. clausula generali. de rescrip. G. S

CIX.

1 *Pactum nudum fideiussoris an vestiatur cohærentia contractus principalis?*

1 FActus est contractus † emptionis & venditionis, puta, inter te & me, incontinenti nudo pacto fideiussit tertius, an pactum nudum fideiussoris vestiatur cohærentia contractus? Fortè diceres quod sic, per l. lecta est. ff. si cer. pe. & l. petens. & l. in bonæ fidei. C. de pac. vbi pactum nudum vestitur cohærentia contractus. Bal. singulariter determinat contrarium in l. ex placito. in vltima columna. C de rerum permut per textum. in l. v. §. satis acceptio. ff. de verborum obligatio. non obstat dicta l. lecta. cum similibus. quia respondetur, quòd pacta nuda vestiuntur contra ipsos contrahentes, non contra tertium puta fideiussorem. quod not.

CX.

1 *Positioni sine tempore formatæ non respondens non habetur pro contumace, nec inde pro confesso.*

STatuto cauetur, quòd contumax in non respondẽdo
1 † positionibus habeatur pro cõfesso, sicut etiam est de iure communi, quando quis est monitus & iussus. c. ij. de confes. lib. vj. Quid si fecisti positionem seu articulum, quòd mutuasti mihi decem, ego nolui respondere, an debeam haberi pro confesso? Forte diceres quòd sic, per d. c. ij. Sed dic quod non debeor haberi pro confesso: quia posuisti sine tempore, & si probares sine tempore non vinceres. istud est singulare dictum Bal. in l. j. ad fin. C. si plures vna sen. de quo dicto lucratus fui duos ducatos.

ADDITIO.

Adde Ioan. de Ara. in soliloqui. xcij. vbi plura ponit, & Celsum Hugo. in additio. ad Lanfran. de Oria. in ca. quoniam contra. in ver. responsiones. in addit. incipi. limitabis illud dictum. in fi. de probatio. & vide omnino Ioan. Bapt. Plotum in repetit. l. si quando. C. vnde vi. in §. septimò principaliter. nu. 46. vbi tradit an actor excusetur, si dicat se tẽpus ignorare. post Nic. Mil. in repertor. in ver. libellus etiam. Corne consil. lvj. videtur. col. fi. ver. restat. vol. j. & Aymon. Crauet. in consi. ix. accusatur. nu. 9. Gab. Sar.

CXI.

1 *Proprietas domus videtur legata ab eo, qui dicit, lego habitationem meam sic confinatam. Secus si dicat, lego habitationem talis domus sic confinatæ.*

1 TEstator dicit hoc modo, lego † habitationẽ meam sic confinatam, puta, cui cohæret ab vna parte &c. & ita confinauit totam domum, an videatur legasse simplicem detentationem, vel possessionem, an autem proprietatem ipsius domus? Dic quòd videtur legata proprietas secus si diceret, lego habitationem talis domus, etiam si totam domum confinaret: quia tunc sola habitatio legata videtur. illud est pulchrum dictum Bald post Gulsel. de Cun. in l. cùm antiquitas. per illum textum. C. de vsufruct.

ADDITIO.

Testator dicit &c. In fin. Adde quòd istud idem tenuit Paul. de Castr. in l. vt pomum. in princip. in ver. quid si dixi, lego habitationem. ff de seruitu.

CXII.

1 *Legata si multa à testatore fiant, qui dicit, quòd volebat ea præstari post diem incertum, puta post mortem vxoris suæ, an si legatarij moriantur ante vxorem, dicta legata transmittantur.*

1 QVid si testator fecit† multa legata: postea dicit in eodem testamento, quòd dicta legata volebat præstari post mortem vxoris, & sic post diem incertam: moriuntur legatarii ante vxorem, an transmittant dicta legata, puta ad hæredes eorum? Videbatur quòd sic, quia dies erat adiectus præstationi non dispositioni. l. ex his verbis. C. quando di le ce. Tu distingue hoc modo: quia aut testator loquitur sine aduersatiua, vt puta, & volo quòd dicta legata præstentur post mortem vxoris, & tunc transmittentur ad hæredes, & procedat d. l. ex his verbis. Aut testator loquitur cum aduersatiua veputa, sed volo quòd præstentur post mortem vxoris meæ: & tunc redduntur conditionalia, & non fit transmissio. istud est singulare verbū Bald. literis aureis scribendum in l. ambiguitatem. C. de vsufr. alleg. tex. in l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de condi. & demonst. quia illa dictio, nisi, de qua ibi, habet naturam aduersatiuæ. & istud non reperies in materia l. si cui legetur. §. hoc autem legatum. ff. de lega. j. ideo adde istud ibi.

ADDITIO.

Quid si testator &c. In fi. Aduerte quòd Bal. in l. si cui legetur. colum. ij. ver. quartò opponitur. de leg. j. videtur aliquid distinguere in ista materia, & quò ad casum hic positum, primò, quando est dies incertus, id est, sine commensurata temporis designatione prolatus vt dies mortis grauati vel tertii, & tūc loquitur indistinctè quòd semper facit conditionem, & loquitur l. quibus diebus §. ij. hic allega. & ideo dicit Bald. vbi suprà se consuluisse, quòd si testator legat alicui centum, & postea subdit, quæ volo præstari post mortem vxoris meæ, quòd legatarius interim decedens non transmittat: quia dies mortis incerta habetur pro conditione, etiam si inseratur soli præstationi. & ita dicit tenere glo. in l. Seius Saturninus. ff. ad Treb. & ita indistinctè videtur tenere Pau. de cast. in d. l. si cui legetur. §. hoc autem. in prin. vbi respondendo ad d. l. quibus diebus. §. quidam Titio. vbi dicit, quòd non refert an verba conditionis apponantur ad substantiam, vel ad executionē: quia non refert illud quando apponitur tempus omnino incertum quando euenturum sit, vt est tempus mortis alicuius. nam vt ipse dicit, non refert, legem tibi cùm Titius morietur, vel simpliciter: & mandem solui cùm morietur. Ad l. ex his verbis, respondetur ex distinctione Bald. vbi suprà, quòd loquitur quando dies est dubius, non autem quando est omnino incertus, vt in casu nostro. & propterea istud legatum tanquam conditionale non transmittetur ad hæredes.

CXIII.

1 *Mulier ex statuto prohibita contrahere sine consensu propinquorum, si vendat rem emphyteuticam non seruata solennitate statuti, an cadat a iure suo, quia alienauit irrequisito suo propinquo?*

STatuto cauetur, quòd† mulier non possit contrahere sine consensu duorum propinquorum. mulier vēdidit rem emphyteuticam non seruata solēnitate statuti, quo casu contractus est ipso iure nullus, vt habetur in l. non dubium. C. de legi. & in l. si quis pro eo. ff. de fideiu. & dixi plenè in l. j. ff de iureiur. An ista mulier cadat à iure suo, quia alienauit irrequisito suo propinquo: Dicite quòd non, quia contractus nullus non est contractus. arg. l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iudi. ita singulariter dixit Bald. in l. ij. C. de episc. audien.

ADDITIONES.

Statuto cauetur &c. Adde vltra Bald. in l. ij. C. de iure emphyt. in ij. col. eundem Bal. in l. fi. in iiij. col. C. de his quæ pœ. nomi. & dicit Pau. consi. cccxxvj. quòd statutum fauens vicino super venditione facta à vicino eo irrequisito intelligitur de valida. Et dicit Bal. in l. filium. §. si quis. ff. de leg. præstan. quòd statutum faciens cadere à iure suo cedentem actionem nobili, intelligitur de cessione aliàs valida. multa similia ad hoc adducit Sand. in c. ex tenore. in ver. regula. de rescrip. & Magist. meus in repe. l. fi. vbi pulchrè loquitur colum. cxij. C. de iure emphy. faciunt quæ latè habentur per Ludouic. consil. cccc-xxxiiij. incip. cum dilucidè. & consil. clxxxix. præsens statuti particula. ij. col. Alex. consi. xxij. col. j. primo vol. consi. cccc v. vltra rationes. Mari. de senis cōsi. cxxxv. prælatus. & quæ no. pulchrè Alex. in l. j. §. hæc autem verba. ff. quod quisque iur. dum tractat post Ang. an iudex qui tulit sententiam nullam faciat litem suam.

Faciunt notata per Hippol. de Marsil. in l. j. §. prætereà. nu. 20. ff. ad legem Corne. de sicar. & Ioan. de Arno. in singu. lvj. & plenè per do. Marc. Mantuā. consi. clxxix. incip. in præsenti causa. col. iij. nu. 31. Gab. Sar.

CXIIII.

1 *Procurator primus specialis non reuocatur per constitutionem secundi procuratoris generalis.*

2 *Intellectus l. si quis cum procuratorio. §. fi. ff. de procura.*

1 TV scis, quòd† per constitutionem secundi procuratoris primus est reuocatus ipso iure, etiam si nihil dicatur de primo. per text. l. si quis cum procuratorio §. fi. ff. de procu. pone, quòd primus erat specialis procurator, putà, ad vnam causam, secundus erat generalis, putà, ad omnes causas, an per secundum sit reuocatus primus? Tu diceres quòd sic. Contrarium determinant singulariter do. de Rota in decisionibus nouis, decisio. cc-

2 lxxxix. & respondent ad d. §. fi. quòd habeat locū, quando vterque erat specialis, vel vterque erat generalis: secus si primus specialis, secūdus generalis: quia speciei per genus non derogatur, vt habetur in ca. generi per speciem. de reg. iur in vj. & in l. seruis vrbanis. §. ij. ff. de lega. iij. & in l. sanctio legum. ff. de pœn. quod not.

CXV.

1 *Emptor compromittens causam, & succumbens non habet regressum de euictione contra venditorem. Et an hoc habeat locum in deferente iuramentum?*

1 TV scis, † quòd si compromisit emptor causam, & posteà perdiderit, non habebit regressum de euictione contra venditorem. l. si dictum. § si compromisero. ff. de euict. an ille §. habebit locum in deferente iuramentum: Breuiter dic quòd sic: quia nō poterit agere de euictione. illud singulariter voluit Bald. in l. manifestæ. ff. de iureiurando.

ADDITIONES.

Tu scis, &c. Istud potest etiam decidi ex regula, quæ habet, quòd qui non potest rem alienare, vel de ea liberè disponere, non potest etiam super ea iuramentum deferre. quæ bene examinatur per Ias. in l. ij. C. de iure emphyt. q. lxxvj. incip. An emphyteuta litigans super re emphyteutica possit deferre iuramentum sine consensu domini, &c.

* Vide suprà singu. xxxj, & Roma. sing. cccclxviij.

CXVI.

1 *Ecclesia concedens tibi rem in emphyteusim in perpetuum, an videatur concessisse vsque in infinitum, an vsque ad vitam tuam?*

2 *Verbum. In perpetuum, restringitur secundum subiectam materiam.*

1 VOs scitis, †quòd ecclesia vltra tertiam generationem vsque in infinitum potest hodie cōcedere in emphyteusim rem ecclesiasticam, vt habetur in §. emphyteusi. & in §. quia verò. in autheuri. de non alienan. Quid si ecclesia concesserit in emphyteusim tibi vsque in perpetuum, an videatur concessisse vsque in infinitum, an vsque ad vitam tuam? Videbatur dicendum, quod vsque in infinitum propter illud verbum, in perpetuum, per l. eum debere. ff. de serui. rustic. prædi. In contrarium determinat singulariter Alber. in procem. Cod. in verbo, perpetui. quod solum intelligitur vsque ad secundam genera-

2 tionem: †quia verbum, in perpetuum, restringitur secundum subiectam materiam. & allegat not. in d §. emphyteusim. suprà allegato. & secundum illam doctrinam Albe. consuluit collegiū Papiense, quod vobis offero, quando est expediens.

ADDITIO.

Vos scitis, &c. Adde in primis, quòd concessio facta in perpetuum,

petuum, videtur facta in infinitum, per l. eum debere. hic allegatam. Nec obstat quòd verbum, in perpetuum, restringi debeat secundum subiectam materiã: quia permittitur, quod emphyteusis etiam ecclesiastica possit concedi in infinitum, vt est in quotidiano vsu & quòd dari possit in perpetuum, id est, donec sint descendentes in infinitum, tenet Bald. & doctores in l. etiam. ff solu. matri. Ang & ibi gloss. in authen. si quas ruinas. C. de sacrosanct. eccle. gloss. in §. adeò. Instit. loca. Io. de Imo. in c. potuit. in xj. quæstio. de locat. gloss. & docto. in c. in præsentia. extrà de proba. & ibi Io. And. Spe. in ti. de loca. §. vj. ver. vij. & ver. cxiij. & ver. cxv. & Io. And. in addit. d. ver. cxiij. Bal. in l. si C. de hære. instit. & in authent. defuncto. C. ad Tertul. & in d. authen. si quas ruinas. Cyn. in l. liberti. de oper. liber. Bar. in l quod dicitur. de verbo. oblig. & l. si tibi. §. si pactum. de pac. & in l. si finita. §. si de vectigalibus. de dam. infe. & in dicta l. etiam. & in authen. perpetua. de sacrosanct. eccle. & Alex. in dicta l. quod dicitur. in vj. char. & Pau. de Castr. in consi cxxxvij. Secundo loco videtur dicendum, quòd concessio facta in perpetuum, intelligatur vsque in tertiam generationem inclusiuè, intelligendo verbum, perpetuum, secundum subiectam materiam, quæ habet, quòd ecclesia in tertiã generationem potest concedere emphyteusim, vt in §. emphyteusim. in authen de non alienan. Vel aliter & tertio casu videtur, quòd emphyteusis concessa in perpetuum, & sic vltra tertiam generationẽ, nullo modo valeat, ex quo sit lege prohibente. per l. si libertus minorem. ad fin. de iure patr. & istud potest confirmari per doctrinam Bart. in authentic. qui rem. C. de sacrosanct. eccle. vbi dicit, quòd si emphyteusis consueuit concedi in tertiam generationem, quòd si concedatur in quartam, non valet talis concessio in totum. Et licet Bald. tenuerit contrarium in dicta authen. si quas ruinas. tamen quò ad casum nostrum nihil facit, secũdum distinctionem, quam facit Alexan. post Ioann. de Imola in dicta l. quod dicitur. in vltima colum. de verbo. obliga. de quo tamen vide etiam per Bal. in l. si pupillorum. §. final. ff. de rebus eorum. & in l. quæcunque. in princip. C. de bonis quæ liber. & in dicta l. etiam. ff. soluto matrimo. & Ange. in d. §. emphyteusim. per eundem Ioan. de Imo. in c. ex parte. in vltima chart. de feudis. per Roma. in l. j. § penul. ff. de verbo. obliga. & ibidem per Alexan. & alios. & consuluit Barto. consilio incip. visa quadam concessione. & Ioan. Cald. in consil. clxxxij. incip. articuli super quibus, &c. Aduerte tamen, quia videtur quòd Pau. de Cast. consuluerit pro isto dicto Alberici consilio cxxxvij. secundum antiquam impressionem.

CXVII.

1 *Debitum naturale est potens ad inducendam compensationẽ contra petentem debitum ciuiliter & naturaliter. & quo casu id non habeat locum?*

1 NAturale debitum † est potens ad inducendum compensationem contra petentem debitum meum ciuiliter & naturaliter. l. naturales. ff. de actio. & oblig. l fideiussor obligari. §. fideiussor accipi. ff. de fideius. tamen si oppositum sit iuramentum per te præstitum super meo debito ciuili & naturali, non poteris contra me opponere compensationem de tuo debito naturali. Illud est singulare dictum Bal. aureis literis scribendum in repetitione l. ij. ff. de iureiuran. xxxviij col. quod est limitatio ad dictas leges.

CXVIII.

1 *Minoris hæres ex persona minoris læsi potest petere restitutionem in integrum. & an ea possit peti contra vltimam voluntatẽ, vel donationem causa mortis?*

2 *Donatio causa mortis in quibus æquiparetur vltimæ voluntati.*

1 HAeres minoris † ex persona ipsius minoris læsi potest petere in integrum restitutionem. l. non solum. ff. de in integ. resti. sed tñ cõtra vltimam voluntatẽ non datur in integrum restitutio hæredi ipsius minoris, puta, si minor frater amplius etiam habens curatorem instituerit me extraneum in omnibus bonis, & verisimiliter deberet te fratrem instituere: contra tale factum testamentum non, competit tibi fratri hæredi ab intestato, id est, qui successurus fuisses, si non condidisset testamentum, (dico) quod non competit in integrum restitutio, per text. singularem in l. Aurelius. §. Caius Seius. ff. de lib. leg. Sed quid erit in donatione causa mortis, quia donauit mihi extraneo omnia bona sua? Bald. singulariter in c. j. §. sacramenta. de pac. iur. firman. dicit, quod tunc poterit peti in integrum restitutio: quia donatio causa mortis non est mera vltima voluntas, & sic non habebit locum textus in d. §. Caius Seius. Sed ego reperio Bald. in contrarium in l. si curatorem. C. de in integrum restitut. in iiij. col. vbi dicit, quòd d. §. Caius Seius habet locum etiam in donatione causa mortis, quæ æquiparatur vltimæ voluntati. & illud magis placet mihi: quia donatio
a † causa mortis ad sui confirmationem æquiparatur vltimæ voluntati, quia confirmatur morte, vt habetur in l. secunda per Baldum. ff. de donat. & per doctores in l. ij. ff. de leg. j. tamen tene menti doctrinam Bald. in dicto §. sacramenta. & vide gloss. in l post legatum. in §. pen. ff. de his quibus vt indig.

ADDITIO.

Licet donatio causa mortis sapiat naturam vltimæ voluntatis, plus tamen sapit naturam contractus, per ea quæ notantur in l. ij. circa princip. ff. de dote prælega. ideo validatur stipulatione notarii pro absente interposita, vt plenè notat Guido Papæ decis. Grationopol. ccxxij. in donatione causa mortis, &c. Gab. Sar.

CXIX.

1 *Prodigo potest interdici bonorum administratio & an minori nõ prodigo possit interdici?*

1 TV scis, † quòd prodigo potest administratio bonorum interdici, nec amplius poterit contrahere sine consensu curatoris. l. j. ff. de cur. fur. l. is qui bonis. ff. de verbo. obliga. Sed an minori non prodigo poterit iudex interdicere, si forte timeat insidias contrahentium, vt nõ possit contrahere talis minor sine consensu ipsius curatoris, vel sine cõsensu duorum propinquorum? Dicas quòd poterit interdici, si fundat se super dictis insidiis ipsorum contrahentium, non autem si ratione ipsius ætatis: quia tunc interdictum esset nullum. Ita singulariter dicit Bal. in c. j. §. item sacramenta. de pace iuram. firman. in vsib. feud. & ita me alibi fundaui super insidiis contrahentiũ, quando feci interdictum vni minori in ciuitate Venetiarum. Et intellige dictum Bald etiam si contraheret cũ iuramento, quia iuramentum interdicti non valet, nec tenet, vt pulchrè ipse dicit in l. j. ff. de cur. fu. & in l. qui habet. ff. de tutel. & per Barto. in l. is cui bonis. ff. de verbor. oblig. vbi vide.

ADDITIONES.

Tu scis quòd prodigo &c. In fi. adde quòd istud dictum Baldi sequitur Aluarotus in §. item sacramenta. hic allegato. & Cardi. Alexandrinus ibidem, qui allegat l. si quis sciens. ff. de contrahen. emptione.

Hoc singulare potest comprobari ex æquiparatione quæ fit in beneficiis, & priuilegiis minoris, prodigi & mente capti, de qua est textus multum not. in l Filiusfamilias. § ideò. ff. ex quib. caus. in possess. eat. ibi, quia omnis status furiosi, & habitus, à pupilli conditione non multum abhorret. Quod quidẽ non est sine ratione. idem que est dicendum in prodigo. Cæterùm quia curatorum ope iuuantur, hinc est quòd sicut minori nõ currit præscriptio. l. fina. C. in quibus causis in integrum restitu. non est necessa. ita non currit furioso, vel mente capto, & prodigo, qui minoribus æquiparantur: quia gaudebunt beneficio dictæ l. fina. ista est glossa multum notabilis in l. secunda. in verbo, assignatum. C. de curat furi. quam ad hoc summè notat ibi Bald. & idem Bald. in d. l. fi. & inquit Bald. in dicta l. ij. Not. hanc l. quòd leges loquentes de minoribus, & eorum fauore, extenduntur ad mente captos, & furiosos. & illam gloss. in ver. & in aliis beneficiis, &c. not. ibi Bald. quòd furiosus, & mente captus habent beneficium restitutionis in integrum, sicut minor. quod dicit esse notandum, subdens, item non valeret sententia contra eos indefensos, sicut in minore: nam hoc est beneficium nullitatis, in quo parificantur, per hanc glossam, sicut in beneficio restitutionis, quia hæc loquitur naturaliter de quolibet beneficio, quod est notandum. Ita Bald. & illam glossam ad hoc semper solent allegare docto. quòd in omnibus priuilegiis, & beneficiis, minor & furiosus æquiparantur. eam ad hoc allegat pro not. Bald. in l.

iubemus.in princip.in ij.colum.C.de sacrosan.eccle.& illam glo.ad hoc quòd omnia beneficia pupillorum conceduntur prodigis,& furiosis,allegat Bald.in l.qui neque.ff.de reb.eo. vbi ponderat esse text.de hoc not.& illam gloss.allegat pro not.Bald.in l.infantis.in iij.quæstio.C.qui admit. vbi inquit, quòd illa gloss.dicit quòd omnia beneficia minorum ad furiosum trahantur.& per illam glo.determinat ibi post Bart. quòd si furiosus est læsus in agnitione bonorum possessionis,propter molestiam creditoris,curator eius poterit in integrum restitui nomine pupilli.& illam gloss.ad hoc quòd illud quod dicitur in pupillo,ad furiosum & prodigum trahi posit,allegat Bal.in c.j.in ij.col.de bene.fra.pro glo.eleganti,subdens formaliter,quia eisdem priuilegiis potiuntur,quæ glos.dicit omnia priuilegia competentia pupillo competere prodigo,cui bonis est interdictum,& furioso.& alibi non reperitur similis gloss.ita Bal.& propterea dicit pulchrè Bartol.in l.Imperatores.ff.de re iudic.quòd sicut sententia lata contra Rempublicam retractatur propter instrumenta de nouo reperta,vt in textu illius legis:quam legem glo.ibi extendit ad minorem.Bar.ibi dicit idem esse dicendum in causa furiosi & prodigi,quia æquiparantur pupillis,dicta l.Fulcinius §.adeo.pro quo Imu.ibi allegat gloss.singularem in dicta l.ij.vbi priuilegia concessa minoribus,extenduntur ad alios, qui per procuratores reguntur, scilicet ad furiosos,& prodigos.& ibi sequitur Alex.in d.l.Imperatores.in ix.nota. Quæ signa,quia sunt notabilia. Gab.Sar.

CXX.

1 *Actio promissi an oriatur ex iuramento promissionis.*

1 EX iuramento†promissorio regulariter non oritur actio promissi nisi liberto.l si quis pro eo.ff.de fideius. & in l.vt iurisiurandi.ff.de oper.lib.Fallit nisi ab vtraque parte sit interpositum iuramentum,quia iuraui dare tibi x.& iurasti dare mihi x.quia resultat contractus innominatus,scilicet,ioro vt iures.istud est singulare dictum Bal.quod alibi nunquam reperi in c.j.§.item sacramenta.de pac.iuram.firmand.& istud non reperies in materia l.si quis pro eo.ff.de fideiuss & fortè dicit Bal.quod de iure ciuili non oritur actio.& allegat.l.naturalis.in prin. ff.de præscriptis verbis.

ADDITIONES.

Ex iuramento,&c.In ista materia an & quando iuramentum pariat aliquam actionem vel obligationem de iure canonico vel ciuili,vide in l.j.C.de oper.lib.per Bat.in l.si quis pro eo. in princip.ff.de fideiusso.per Imo.& doctor,in capitu.nouit. de iudic.

Videndus est Catelli.Cot.in memoral.in ver.iuramentum promissorium.vbi diffusius. Gab.Sar.

Adde Ias.in authen.sacramenta puberum.versi.& ratio diuersitatis.C.si aduers.vendit.

CXXI.

1 *Absoluitur ab expensis habens iustam causam litigandi: & an id procedat si statutum disponat, quòd victus victori condemnetur in expensis.*

2 *Expensæ quæ actione personali debentur, veniunt, etiam si quis habuerit iustam causam litigandi.*

1 HAbens†iustam causam litigandi debet absolui ab expensis.l.qui solidum.§.etiam.de lega.ij. vbi plenè habetur.& in l.si quis inficiatus.ff depositi.Quid si statuto cauetur,quòd victus victori condemnetur in expensis,an tunc debeat absolui ab expensis?Videbatur dicendum quòd sic:quia statutum continens idem quod ius cómune,est ius commune:per ea quæ habentur in capi. j.de constitu.in vj.& plenè declarat Bart.in l.j §.lex Falcidia.ff ad leg.falcidiam.In contrarium tamen est gl.singu.quòd imo condemnabitur in expensis. in authenti. de exhib & intro.reis.§.sancimus.qui est §.primus.de qua gl.exclamat Angel.in l.non solum.ff.de rei vendi.& illud videtur verius,quàm illud quod dixit Bal.contrarium sentiens in l.terminato.C.de fructi.& litis expensis. quia cùm in caso nostro expensæ non debeantur officio iudicis mercenario,sed condictione ex statuto,tunc succedit alia regula,quòd quando†expensæ debentur mihi 2 actione personali,quia fortè promiserat in instrumento expensas,tunc nunquam iusta causa litigandi excusat ab expensis.glos.est quæ reputatur singularis in authen. de iudi.§.oportet.quam summè ponderat Bal.in l.si mulier.§.si.ff.de legat.iij.

ADDITIONES.

Habens iustam causam,&c.Adde quòd gloss.hic alleg. est in §. quia vero.qui est §.primus, in verbo causam. vbi idem tenet Angel.& sequitur Alexan.ibidem. licet Bal alibi etiam teneat oppositum in l.eos.§.cautionem.in j.colum.aliàs secunda.C.de appellatio.

Adde latè Hippolyt.de Marsil.in practic.crimi.in §.opportunè. nume.43.& in l.patre,vel marito.nume.22.& 27.ff.de quæstio.& in consilio xxxvij.numero 9.& in consilio xliiij. num. 27.vbi plura congerit.Et Didac.Couarru.in practicis quæstionibus.cap.xxvij.numero 4.versic.sunt etiam qui opinentur.vbi hanc esse communem opinionem testatur.& Cors.in sing.ccxij.in ver.pœna.j.

CXXII.

1 *Appellatio non est deserta.si appellans propter paupertatem non soluit gabellam pro appellatione.*

1 STatuto cauetur,†quòd appellans debet soluere certã gabellam:aliàs appellatio sit deserta,prout vidi multa statuta. Quid si propter paupertaté non potuisti soluere gabellam?Dic quòd talis appellatio non erit deserta.Istud est singulare verbum Bal in l ij.§.si quis in iudicio.ff.si quis cau.vbi dicit se liberasse vnum pauperé,per c.licet.extrà de censi.& dicit liberasse à pœna furcarum. vide Matth. de Mathesil.in no.suis,notabili vltimo.

ADDITIONES.

Statuto cauetur,&c.Adde quæ dixi in illo notabili vltimo Mathesilani hic allegato,vbi quædam satis bene dixi de priuilegio paupertatis,saltem per bonas remissiones.

Idem tradit Hippolyt.in practica crimin.in §.sequitur.num. 35. & in l.j.§.prætereà.num.87.ff.de quæst.& consi.ix. nu. 38. & consi.lvj.nu.12.& consi.lxvj.nu.13.& Io.de Arno. epitom. ij. & latè dixi in meis annotationibus in singulari vltimo Matthæi Mathesilani hic allegato, ad ibi dicta me remitto. Et vltra ibi per me dicta,adde quòd plures sunt causæ,ex quibus potest dici excusatus à prosecutione suæ appellationis,vt restituatur ad tempora impedimentorum:Primò,quando partes se ponunt in compromisso.in auth.si tamé.C.de tem.app. Secundò,si nuntius appellantis fuerit in via impeditus. cap. significãte.de pigno.Tertiò,si procurator appellantis collusit cum aduersario,& impetrauit iudices suspectos.c.significante.de appel.Quartò,quando constat de impotentia, vt hîc per Crement.Quintò,si per cauillationes aduersarij causa est vltra biennium protelata:arg.l. contra minores. C. de inof.test.& in l.fi.§.illud.C.de tempor.appel.Sextò, quando nuntius in curia non potest citò expediri.c.ex literis.de resti. in integ.& tradit Guido Papæ decis.Gration.ccccxxxvj.nu. 109 ver.centesimò quarto. G.S.

CXXIII.

1 *Iuramentum interpellat pro homine.sicut dies.*

1 VBicunque†est iuramentum,non est opus interpellatione:quia iuramétum interpellat pro homine, sicut dies,vt singulariter dixit do. Ant.in c.breui. de iureiurã. quod nota ad limitationem l.quod te.ff.si cer.pet.& l. si ex legati causa.ff.de ver.oblig.vbi habetur,quod ad constituendum debitorem in mora requiritur interpellatio saltem extraiudicialis.l.qui Romæ.§.cohæredes.ver.testatò.in glo.notabili.ff de verb.oblig.& dixi plenè in d. l.quod te.Tamen si sit iuramentum,non est opus alia interpellatione.quod est aureum dictum.

ADDITIONES.

Vbicunque est iuramentum,&c.Adde Anton.Cor.in repetitio. rubr.de iureiur.in tertio effectu iuramenti.& latius per Mag. meum in l.quod te.colum.ix.ff. si certũ peta. hîc allega. vbi reprobat per quædam pulchra fundaméta opin.Alex.tenentis oppositum:pro cuius tamen opinione adducit quasdam

rationes,

rationes, sed postea concludit contra Alexand. & respondet ad allegata per eum.

Idem refert & sequitur Catel. Cot. in memoralib. in verbo, emptor malè defendens. Gab. Sar.

CXXIIII.

1 *Bannitus vbicunque inuenit suum debitorem, illum conuenire potest etiam extra locum originis, & contractus, & non poterit debitor declinare iurisdictionem.*

1 NOsti, † quòd nemo potest conueniri in loco, vbi non habet originem, vel vbi non celebrauit cōtractum: nam ratione contractus bene potest conueniri in loco contractus, quia contrahendo quis sortitur forum. c. Romana. §. contrahentes. de foro competen. lib. vj. habetur plenè in l. hæres absens. §. proinde. ff. de iudi. Tamen si tu

* creditor es bannitus * ex patria tua, vbicunque inueneris tuum debitorem, etiam extra locum originis & contractus, poteris eum conuenire, & non poterit declinare iurisdictionem loci, vbi tu bannitus reperisti tuum debitorem. Ista est gl. ordi. ad quam miror Bar & Bal. non animaduertisse in l. vsuras. C. de sol. qui transiuerūt non ponderando ibi illam gl. ad hoc.

ADDITIONES.

Hæc est omnium doctorum communis opinio, vt per Hippoly. de Marsil. in l. j. §. præterea. nu. 41. ff. de quæst. & in singular. ecla, exceptio. Ias. in l. ij. quæst. ta. xxxia. nume. 95. C. de iure emphyteu. Ioan. de Arno. epito. lxxiiij. & Roman. in consil. eccelij. quæritur. colum. fina. & in singular. lxxij. post alios quos allegat domi. Hierony. Gigas in tractatu de pensio. quæstio. lxxxij. Gab. Saray.

* Bannitus. Contrarium videtur verius per tex. in l. j. & ij. ff. de eo quod certo loco. & per ea quæ ibi habentur per Doctor. præsertim per Ias. & ita tenet gloss. in dicta l. vsuras. in vltim. solut. De materia vide Alexan. consi. alij. volu. iiij. Ias. in l. ij. quæstio. xxxia. nume. 95. C. de iure emphyteu. Socin. regula cccclxxxv. fallen. xxxij. Amplia istud singu. in tempore pestis, vt per Ripam, in tract. de pest. in primo priuile. cōtractuum, in 11. parte princip. & ibi ponit an habenda sit ratio interesse debitoris vel creditoris.

CXXV.

1 *Legatum ecclesiæ factum, antequam sit agnitum, an prælatus possit repudiare. quid de tutore?*

1 TV scis, † quòd prælatus non potest repudiare quæsita ecclesiæ, sed bene potest repudiare quærenda, vt habetur plenè in cap. delictum de regu. iur. in vj. an poterit repudiare legatum factum ecclesiæ, antequàm sit agnitum? Fortè diceres quòd sic propter regulam supradictam. In contrarium singulariter determinat Bald. in l. contra iuris. §. si procurator. ff. de pact. & alleg. tex. optimè probantem. l. magis puto. §. fundi. ff. de rebus eo. vbi est text. quòd tutor pupilli non potest repudiare legatum factum pupillo, etiam antequam sit agnitum: ergo pari ratione nec prælatus, qui debet esse bonus tutor ecclesiæ: ita inducit Bal. vbi supra.

CXXVI.

1 *Litis contestatio nō requiritur super incidenti de nouo emergenti, si in principali lis contestata fuit.*

1 SI † post litem contestatam in iudicio principali superuenit aliquod emergens, vel incidens, in illo incidenti, vel emergenti non requiritur litis contestatio, ex quo præcessit in principali iudicio. Ista est gl. ordi. de qua exclamat ibi Aug. in §. illud. in authen. de trien. & semis. tenementi propter in integrum restitutionem incidenter petitam per viam contradictionis & replicationis, vbi non requiritur alia litis contestatio. de qua replicatione & contradictione habetur in l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiuran.

ADDITIONES.

Si post litem, &c. Ad hoc vide Magist. meum post Bart. in l. nam & postea. § si minor. hic alleg. in col. ij. ver. item aduerte inquantum Bar. vult, quòd restitutio in integrum.

Litis contestatio non requiritur super emergēti, idem est in causis summariis secus in causis ordinariis, in quibus proceditur summariè: quia ad hoc vt processus valeat, requiritur litis cōtestatio, ita tenet Barto. in l. dies cautionis. §. pen. in vij. quæstio. ff. de dam. infect. Et latè tradit Guido Papæ decisio. Grationop. ccclxix. quæ sunt causæ. Adde quòd sententia diffinitiua potest ferri etiam lite non contestata, quādo actori non potest bene succurri per missionem in possessionem. ita notat Pau. de Cast. sing. alj. Gab. Sar.

CXXVII.

1 *Filius natus in nono mense ex vidua, qua statim mortuo viro effecta est concubina alterius, præsumitur primi mariti ratione legitimitatis.*

1 MOrtuo marito † incontinenti vxor vidua est effecta concubina vnius scholaris, natus est puer infra nouem menses, an iste natus infans præsumitur primi mariti, an scholaris? Dic quòd præsumitur mariti ratione legitimitatis. ita singulariter dicit Bald. in l. si matre. C. de suis & legiti. & allegat in argu. tex. in l. merito. ff. pro socio. & specialiter in l. miles. §. defuncto. ff. de adulter. Et aduerte, quia est diuersa quæstio ab illa, quam ponit Barto. in l. Gallus. in prin ff. de liber. & posth. vbi ponit quæstionem, quando accipit secundum maritū. Et est etiam diuersa quæstio ab illa, quam ponit Bal in rub. C. de probatio. Ang. in l. j. eo. titu. & Barto. in l. miles. §. defuncto. præallega. vbi si probatur vxorem alicuius concubuisse, putà, cum decem scholaribus, tamen præsumitur esse mariti fauore legitimitatis, & matrimonij: quia loquitur illa in muliere maritata: ego autem loquor in muliere vidua.

ADDITIONES.

Mortuo marito, &c. Ad istud dictum vide omnino doctores, maximè Alex. Are. Magistrum meum & Baltho. Soci. post Bart. in l. Gallus. in prin. hic allegata.

De hoc latè habetur per Hippoly. de Marsil. in l. j. §. ad quæstionem. nu. 20. in fin. ff. de quæstionib. Nico. Boër. decis. cexeia. nu. 6. Io. de Arno. commentario v. Et Catel. Cot. in memor. in ver. concubina præsumitur. col. j. Gab. Sar.

CXXVIII.

1 *Mulier nupta si succedere prohibeatur in vno territorio, si ante nuptias succedat, & postea nubat, tam agnitam successionem retinere non prohibetur.*

* STatuto cauetur, * † quòd mulier nubens extra territo-
1 rium Mediolani nō possit succedere in territorio Mediolanensi. Puellæ erat delata hæreditas, & adiuit hæreditatem, vel se immiscuit, putà, hæreditati paternæ, postea nupsit extra territorium Mediolanense, an perdat talem hæreditatem? Dicas quod non, quia intelligitur de hæreditatibus futuris acquirendis. non autē acquisitis. Istud est aureum dictum Bal. in l. si matre. C. de suis & legi. & in cràtus fui duos ducatos.

ADDITIONES.

Statuto cauetur, &c. Adde quòd in terminis istius statuti idem quod Bal. in loco allegato, tenuit Roman. in l. hæres per seruum. & ibidem Aret. in princ. qui refert vnam ratione ipsius Roma. & per authoritates & text. comprobat istam opinionem. ff. de acqui. hære. Ad idem facit, & sic adhærēdo rationi Ludo. Roma. quia postquàm hæreditas est adita, non dicitur amplius de bonis defuncti, sed hæredis, secundum gl. in l. ij. §. veteres. ff. de acqui. poss. vbi vide omnino per scribētes in specie de ista quæstione.

Idem tradit Catel. Cot. in memor. in ver. statuto Mediolanēsi & Laudensi cauetur. Gab. Sar.

* Statuto cauetur. Quòd tale statutum valeat, tradit Alexand. consi. clj. viso themate. lib. ij. per notab. dictum Bal. in l. ij. ante fi. C. vt in possess. leg. quamuis idem Bal. videatur voluisse contrarium in l. vltima. versic. sed pone in quibusdam. C. de pact. & in l. nemini. in final. verb. C. de nup. tangit Feli. in c. j. versi. sexto, fallit. de sponsal.

CXXIX.

1 *Iuri agendi ad supplementum legitimæ quanto tempore præscribatur, & quid in minore?*

1 ANtiqua est quæstio ante Barto. & Bald. † quanto tempore præscribatur iuri agendi ad supplementum le-

gitime. Barto. in consil. quod incipit, Iuri agendi ad supplementum legitimæ & in l. si quis filium. § si. C. de inoffi. io. testamen. dicit quinquennio. Bal. ibi in dicto §. fina. per pulchras rationes contradicit Bartol. quòd imò in
a tertio anno,[a] non autem quinquennio. Et idem etiã refert Bal. in l. nam & si. in §. huius autem. ff. de inofficio. testamen. & in authen. presbyteros. C. de episco. & cleric. & opinioni Bald. stare videtur Ange. frater suus in l. Papinianus. § si conditioni. ff. de inofficio. testamen. & in l. si à domino. §. à patre. ff. de petitio. hæredita. Adde quòd
b etiam[b] præsupposita opinione Bartol. pro vera, tamen istud quinquennium non currit minori filio pro tota minori ætate. Ita singulariter dixit Bal. in l. ij. C. in qui. cau. in integ. resti. non est neces. quod est aureum & menti tenendum propter differentiam inter Bar. & Bal. quia si caderes in illam differentiam, res esset in periculo propter authoritatem tantorum in iure aduersantium.

ADDITIONES.

a Quòd imò in tertio anno. Dic quòd imò Bald. & doctores communiter dicũt non tertio anno, sed triginta annis. & est verum: nam si finiretur tertio anno querela inofficiosi testamenti, quæ est odiosa, esset melioris conditionis, quàm condictio ex lege ad supplementum legitimæ, quæ est fauorabilis. Istud clarum. Sed vtrum opinio Barto. vel Bal. sit verior, plenè disputat Magister meus & eleganter more solito in dicta l. si quis filium. hic alleg. & tenet opin. Bal. contra Bartol. quam tenent Ange. & omnes Moder. & ibi Flor. dicit communem opin. esse contra Barto. hic. quam etiam tenet Paul. de Cast. consi. cxxij. incip. dubia, de quibus quæritur. vbi dicit hãc esse communem opinionem antiquorum & Moder. docto. Idem tenet Alexan. consi. cvij. incip. viso themate, & diligenter consideratis verbis. in secunda colum. & latius in consil. cclxxiiij incip. visis subtilissimis dubitationibus. in penul. & vlti. colum.

b Adde quòd etiam. Inquantum Cremens. hic dicit quòd præscriptio quinquennalis non currit filio minori pro tota minori ætate, secundum Bal. in l. ij. hic per eum alleg. & ibi est tex. aduerte quòd præsupposita communi opin. pro vera, quòd scilicet ista condictio ad supplemẽtum legitimæ duret xl. annis, & longissimo tẽpore, quòd tunc præscriptio incipiet in minoribus iam adultis, per l. fi. C. eo. ti. in quibus causis in integ. resti. & ibidem Bal. & Bal. in d. l. ij.

Vide Nicolaum Boẽr. decisio. ccl. nume. 3. vbi latius prosequitur. & Guido. Papæ decisio. Gratianop. lxxxij. & consil. clxx. incip. quò ad quæstionem. nu. 4. versic. quò autem ad legitimam. & consilio ccxx. incipien. suprà consiliu. nu. 1. & consil. sequen. Gab. Sar.

CXXX.

1 *Spurij an ex pacto possint succedere in emphyteusi patri cõcessa?*
2 *Intellectus l. j. C. de natu. libe.*

1 AN valeat pactum, quòd † spurij succedant in emphyteusi patri cõcessa. forte diceres quòd non, quia nec per pactum, nec per vltimam voluntatem, indirectè nec directè, potest filio spurio relinqui. vt l. j. & ibi habetur C. de natu. libe. Tamen dicas cõtrarium hoc casu, quòd valebit tale pactum. istud est pulchrum dictum Bal. in l.
2 ij. C. de iure emph. non obstat l. j. suprà allegata, quia † ibi pactum apponebatur in re paterna, secus autem in re aliena, vt loquimur nos. quod tene menti.

ADDITIO.

An valeat pactum, &c. Ad hoc vide Bar. & alios omnes in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. vbi etiam per eum quid in dubio. & quid si recipiatur ab ecclesia an veniant naturales tantùm? & Pet. de Ancha. Imol. & Panor. in c. potuit. de loca. Bal. in authen. si quas ruinas. in iiij. colum. in princi. C. de sacrosanct. eccle. tetigit Magist. meus Ias. licet non examinauerit in l. ij. colum. clxxxiij. in versicu. tertiò successiuè quærit. C. de iure emphy.

CXXXI.

1 *Dans seu tradens tenetur de euictione, non autem dimittens seu relaxans.*

VOlo dare cautelam, vt scias consulere tuo clientulo.
1 Si fiat transactio † inter tuum clientulũ & alium, facias vt aliquis transigendo det, seu tradat res quas dat, seu tradit, vel quæ erant in controuersia. Tuus autẽ clientulus dimittat, seu relaxet, quia dans seu tradens tenetur de euictione, non autem dimittens seu relaxans. text. est aureus & not. secundum communem intellectum in l. si pro fundo. C. de transact. & hanc cautelam tradit Bal. vasallo transigenti super feudum in c. imperialem. in prin. de prohib. feu. alie. per Fede. in vsib. feudo.

ADDITIO.

Volo dare vnam cautelam, &c. Adde gl. in l. siue apud acta. in verbo, pendente. C. de transact. quam not. Bal. in l. j. in j. col. C. de bo. mater. & vide Magist. meum post gl. in l. si pro fundo. hic alleg. col. iiij. versi. sextò not.

CXXXII.

1 *Donatio facta in vno instrumento pluribus, si excedat quingẽtos solidos, disiunctim intelligitur, & videntur esse tot donationes, quot sunt personæ: & an respectu donantis dicatur vna donatio, vel plures respectu donatariorum, ad hoc vt euitetur insinuatio?*

1 FActa est † donatio in eodem instrumento pluribus personis excedens quingentos solidos, quo casu intelligitur disiunctim. l. reos. §. cum tabulis. ff. de duobus reis. & videntur esse tot donationes quot personæ l. scire debemus. ff. de verborum obligatio. Considerabuntúrne personæ donataria, vt non requiratur alia insinuatio, & dicantur plures, an autem sola persona donantis consideretur, & requiratur insinuatio. Dic quod sola persona donantis ratione vnitatis temporis, ne per indirectũ cõcedatur, quod directò prohibetur argu. c. cum quid vna via. de reg. iur. lib. vj ista fuit singularis doctrina Io. And. in additio. Spe. tit. de dona. §. j. in additione quæ incipit, Plus dicit Simon Vincentinus, &c.

ADDITIONES.

Facta est donatio, &c. Istud dictum fuit Ludo. Roma. in singul. dccxxj. incip. pone, facta est donatio.

Hoc idem tradit Roman. in consil. xxvj. pro decisione. secundo dubio. & in consi. ccev quò ad septimum. in prin. Alex. in l. si plures. ff. de pact. & in l. scire debemus. in prin. & ibi Ias. ff. de verbo. obliga. Gab. Sar.

CXXXIII.

1 *Percipiens in præsenti fructus agri præsumitur toto illo anno agrũ possedisse.*

1 SI probo percepisse † fructus alicuius agri, præsumitur quòd toto illo anno possederim illũm agrũ. Istud est singulare dictum Bald. in additio. Specul. in titu de probatio. versi. sed quæro qualiter. quod est notandum propter præsumptiones.

CXXXIIII.

1 *Fructus intelliguntur deductis expensis. Et an si boues empti gratia culturæ perdantur, talis impensa de fructibus deducatur?*

1 TV scis, † quòd fructus intelliguntur deductis expensis. l. fructus. ff. solu. mat. quid de bobus emptis gratia colendi terram, & seminandi eam, si perdantur, an tales impensæ deducantur de fructibus? Dicite quòd non. Istud est pulchrum dictum Bal. in l. ij. ad fin. C. de fruct. & lit. expen. quod est quotidianum in rusticis.

ADDITIONES.

Tu scis, &c. Ibi, deductis. Intellige de iure ciuili, non autem naturali: sed ciuilis intellectus semper est sententiæ accommodandus, etiam si à naturali dissonet, vt in l. litigator. C. de fruct. & lit. expen. & ibidem Bal. in fi. ad dictum Bald. hic alleg. vide Barto. in d. l. litigator. in j. col. & in l. cùm quæreretur § prædiis. de lega. iij.

Adde do. And. Tiraquel. in tractatu de retractu consang. in glo. xv. in ver. post litis contestationem. nu. 26. vbi latè id prosequitur. Gabr. Saray.

CXXXV.

1 *Titulus excusat malæ fidei possessorem à fructibus percipiẽdis, nisi cum de re minoris agitur.*

1 TV scis, † quòd titulus excusat malæ fidei possessorem à fructibus percipiẽdis. l. si fundum. C. de rei ven. quod

tamen

tamen singulariter limita, nisi possedisses mala fide rem minoris etiã cum titulo, quia tunc teneris etiã de percipiẽdis. gl. est notabilis in l. patri. §. prædium. ff. de mino. quam fortè non reperies alibi.

ADDITIO.

Latè per Ias. in l. apud Iulianum. §. fructus. in iij. notab. ff. de leg. j. Roma. consi. cccclxiij. in re præsenti. in tertio dubio. & singular. ccccxxxiiij. tu habes. Et dominus & præceptor meus do. August. Beroius in c. grauis. nu. 34. ad fi. de restitu. spolia. Et Andr. Tiraquel. in tracta. de retractu consanguin. in §. xv. in versi. post lites contestationem, nu. 28. & latius dixi in annotationibus meis ad Matth. Mathesil. singu. clix. nota quòd malæ fidei & in additio. ad Roma. singula. ccclxiij. Tu scis, quòd malæ fidei. Gab. Sar.

CXXXVI.

1 *Clausula, motu proprio, potest esse maioris importantiæ, quàm sit.*
2 *Geminatio rescripti super eadem re habet vim clausulæ, motu proprio.*

1 CLausula motu † proprio in principe non posset esse maioris inportantiæ & vtilitatis, quàm sit. c. si mo-
2 tu proprio. de præbend. in vj. adde † quòd si rescriptum principis sit geminatum, vt quia bis rescripsit super eodem facto, ista geminatio est tantæ importantiæ, vt illi clausulæ motu proprio æquipolleat. dictum est aureum Bald. & menti figendum in l. nec damnosa. C. de precib. impet. offer.

ADDITIONES.

Clausula motu, &c. Adde quòd dictũ Bal. hic alleg. extollit Ludo. in l. si verò. in §. de viro. in xxxj. fallen. ff. solu. matri. Card. Alex. in c. per tuas. in iij. col. de diuor. Alexan. in l. iij. in prin. ff. quod quisque iur. addens Ioan. Andr. & alios in cap. porrecta. de confirmat. vti. vel inuti. quòd geminata concessio intelligitur ex certa scientia cõcedentis. licet Moder. tenuerint contrarium in c. si quando. in penulti. col. de rescript. ponderantes verbum solum, positum in c. si motu proprio. de præben. lib. vj. quod secundum Anto. Corse. in tracta. suo de verbis geminatis in sexto casu, intelligitur recipere interpretationẽ à iure: per ea quæ no. in c. sufficiat. xxvij. q. ij. & in c. nullam. xviij. q. ij. & ideo dixit Lud. illum tex. limitari modo prædicto in d. §. de viro. fal. xxxj.

De vi & effectu ipsius clausulæ, motus proprij, vide latè per Ioã. Staphileum in tractatu de gratiis expectatiuis, in rubr. de vi, & effectu clausularum. §. ij. incip. subsequenter. statim post principium literarum. Gab. Sar.

CXXXVII.

1 *Excussio dum fit contra fideiussorem ob paupertatem principalis, si superueniant bona principali, an de nouo principalis sit excutiendus?*

1 FEci legitimè † excussionem cõtra principalem, postea pendente iudicio contra fideiussorem superuenerunt bona ipsi principali, an de nouo cogar reddere, & excutere ipsum principalem? Videbatur dicẽdum quod sic, quia cessauit ratio paupertatis, ergo ea finita videbatur finiri effectus subsequens. argu. l. Titio Seio. §. vsuras. ff. de leg. ij. In contrarium singulariter determinat Bald. quòd non teneat facere nouam excussionem, ex quo legitimè fuit inchoatum iudicium contra fideiussorem, & tertium possessorem. l. peremptorias. C. sen. rescind. non poss. bene facit tex. in l. in pupillo. ff. de solu.

CXXXVIII.

1 *Donatio facta filiofamilias, vel inter coniuges, morte donantis confirmatur: nisi fiat propter benemerita, quia tunc debent probari.*

1 DOnatio † simpliciter facta filiofamil. vel inter coniuges, confirmatur morte donãtis. l. donationes quas parentes. C. de donatio. inter virum & vxorẽ. & l. ij. C. de inoffic. donatio. Tamen aduerte, quia si sit facta propter benemerita, ad hoc vt valeat donatio, debebunt plenè
* probari benemerita, nec staretur tali assertioni inter tales personas prohibitas. vt plene declarat Bar. in l. si fortè. de castren. pecu. in l. cum tacitũ. ff. de proba. Tu dic, quòd talis donatio nõ firmabitur morte: quia quod potuit nolui &c. istud est singulare dictum Angel. in l. si donatione. C. de colla. post gl. & Ludo. Rom. non reperi alibi. Et ideo sitis cauti ad fieri faciendũ istas donationes, quia si non sint benemerita, non apponerentur talia verba, ne impediretur confirmatio post mortem.

ADDITIONES

Donatio simpliciter, &c. Adde quòd contra istud dictum Ang. tenent Raphaël, Paul. & Alex. in d. l. si donatione, hic alleg. quia ex quo donans potest reuocare, & non reuocat, censetur per mortem donare per fictionem, non autem præsumitur, vnde resultat ficta voluntas, contra quam nõ admittitur probatio in contrarium, vt latius per eos, & Mag. meum ibidem. Not. tamẽ quòd si aliquis donat alicui pro meritis, & est persona, cui etiam sine illis donare poterat, si instrumentum dicit de meritis probat: secus si merita de necessitate requirebantur: ita Bar. in l. si fortè. per illum tex. ff. de castr. pec. Oldr. consi. cclxvj. quidam episcopus. in j. col. etiam si super meritis esset iuratum, vt per Alexan. egregiè in dicta l. si donatione. contra Bal. ibi.

* Nec staretur. Adde quæ dixi ad Guid. Pap. sing. dcclxiij.

Plenè hæc traduntur per Stephan. Bertran. in repetitio. l. hac edictali. in princip. nume. 38. versi. addo, quòd prædicta. C. de secun. nup. Et per Felin. in cap. sicut. nume. 32. de re iudi. & per Guid. Papæ decis. Grationop. xcv. dubitabatur. Et latè tradit domi. Palatios Ruuios in repetitione rubricæ extrà de donatio. inter virum & vxorem. in §. lxxx. colum. fi. versi. quartus casus. nu. 17. Gab. Sar.

CXXXIX.

1 *Procurator ad exigendum, si mandatum suum per testes probat: tamen debitor non tenetur ei soluere, nisi instrumentum mandati ostendat.*

1 SI procurator † ad exigendum probaret per testes suum mandatum, tamen debitor non cogeretur soluere tali procuratori, nisi ostendat instrumentum de mandato, etiam si probaret per testes quòd habeat mandatũ ad recipiendum solutionem. Istud est aureum dictũ Bal. semper notandum in l. falsus. C. de furt.

ADDITIO.

Si procurator, &c. Adde, procurator simpliciter ad exigendum non potest recipere solutionem à debitore etiam volente, vt per Barto. in l. non solùm. ff. soluto matrimo. vbi etiam Alexan. & alij. Barto. sequitur Petr. de Ancharan. in cap. in nostra. de iniur.

CXL.

1 *Verbum, Conuenit, licet in instrumento publico non importet stipulationem, sed pactum nudum, tamen si reperiatur apud acta, stipulationem importabit.*

1 QVanquam † verbum, Conuenit, repertum in instrumento publico, non importet stipulationẽ, sed pactum nudum, secundum Bartol. & communem opinionem in l. lecta est. ff si certum petatur. tamen si tale verbum, Conuenit, reperiatur apud acta, tunc calore iudicij importabit stipulationem. istud est singulare dictum Bald. quod fortè non reperies alibi in l. sciendum, in secũda lectu. ff. de verbo. obligatio. argu. l. cùm ostendimus. §. fi. ff. de fideiuss. tutor.

ADDITIONES,

Quanquàm, &c. De isto verbo, Conuenit, facit regulam Magister meus, quòd si est positum in instrumento, intelligitur per solennem stipulationem. & idem de verbo, Promisit, quã regulam limitat sex notabilibus modis, & in vltima limitatione refert & sequitur dictum Bald. hic alleg. in d. l. lecta. col. v. & vj. & de intellectu l. cùm ostendimus. §. fi. se remittit ad Bar. & doct. in l. j. §. fi. ff. de verb. obli.

De verbis, Conuenit, & Promisit, latè tradit Ias. in rub. ff. de ver. obli. col. j. ver. conuentio. & plenius tradit Alexan. consil. xx. col. j. volu. iiij. vbi etiam ponit de nomine conuentionis. & in consilio xvj. in princip. volu. ij. & in consil. lxx. col. v. eodem volu. ij. Gabr. Saray.

CXLI.

1 *Executio instrumenti si post decennium peti non possit, qua cautela peti tamen possit?*
2 *Præscriptio obstat executioni non probationi.*

1 STatuto cauetur, quòd † post decennium non posit peti executio instrumenti: cautela est, vt agatur via ordinaria dando libellum, & litē cōtestando ex ipso cōtractu cōtento in instrumento: postea producatur instrumentū non per viam executionis, sed per viā probationis: quia
2 † præscriptio solum obstat executioni, non autem probationi. ita instruit te Bald. in l. iij. cum l. seq. ff. quod falso tutore authore.

ADDITIO.

Istud refert & sequitur Anto. de Canar. in tract. de instrum. execu. in quæst. lvj. Et adde quæ ponit Hippol. de Marsil. in repetitione rubricæ. C. de probat. nu. 329. Et an huic statuto possit debitor renuntiare? Dic quòd non, quia odio negligentis creditoris inductum est. argu. eorum, quæ notat Bar. in l. j. in fine. ff. de vsucapionib. vbi dicit, quod si statutum dicit, quòd si creditor steterit per decem annos, & non petierit, non audiatur, quòd non potest illi statuto renūtiari per debitorē, quia odio negligentis creditoris inductum est. Facit ad ea quæ in hoc singulari habentur, Ritus Regni Neapolita. incip. Nota quòd iste Titius hoc modo practicatur, videlicet, quod fit interrogatio super tenore instrumenti. in rubr. de instrum. & eorum præsentatio. in char. ccclxxxix. Et ibi in commen. habentur multa ad hoc singulare facientia. Gab. Sar.

CXLII.

1 *Paraphernalium bonorum attritorum, an soluto matrimonio æstimatio ab vxore peti possit?*

1 SI paraphernalia † contrita sint ad vsum communem mariti & vxoris, prout communiter fit, quia vtuntur in ipsa domo, postea soluto matrimonium, an mulier posit petere pretium & æstimationem tempore illorum datorum? Dicite quod non, sed talia qualia reperiuntur esse contrita, debent ei restitui. Istud est notabile dictum Bal. per illum textum in l. de his. C. de donat. inter virum & vxorem. & optimè vltra cum probatur in l. pleruque. in prin. ff. de iure dot.

ADDITIONES.

Si paraphernalia, &c. Ad hoc vide l. hac lege. in fine. C. de pact. conuen. quomodo etiam probetur bona esse consumpta. vide not. per Bartol. in l. quo ad præsens. C. de murileg. lib. xj. Quid autem econtrà, si mulier consumit res dotales æstimatas, an hoc sit periculo? vide in l. si æstimatis. & quod ibi Bal. notat. ff. solu. matrimo.

Latè tradit Andr. Tiraqod. in tractatu de retract. conuentio. in fi. nume. 85. Gab. Sar.

CXLIII.

1 *Maritus si quid vxori relinquat, donec illa castè & honestè vexerit, & vitam vidualem seruauerit, an si ingrediatur monasterium legatum debeatur?*

1 MAritus † reliquit vxorem suam dominā, massariam, & vsufructuariam, donec castè & honestè vixerit, & vitam vidualem seruauerit, id est, quoad steterit vidua: mulier ingressa est monasterium, an perdat tale legatum? videbatur quòd sic, quia non amplius est vidua, sed monacha, & habitum vidualem deposuit. In cōtrarium determinat Bald. quòd imò cōsequitur legatum. l. Deo nobis. C. de episco. & cleri. quia ita seruatur honor testatoris etiam plus in illo habitu monachali, quia testator solum intellexit, ne transiret ad secunda vota, non autem videtur prohibuisse, vt maritetur Deo, vt ibi. quod dictū fortè non est alibi.

ADDITIONES.

Maritus reliquit vxorem, &c. Vide Bald. in l. decreto. C. de infa. & dic quòd dictum hic allegatū est in d. l. Deo nobis. in prin. col. iij. ver. vltra prædicta quæritur.

Adde Io. de Arno. in soliloquio xxxiij. & Barth. Cbassæ. in commen. consue. Burgū. in iiij. rub. in § *femme mariee.* in ver. *pour en iouyr sa vie durant.* nu. 5. Gab. Sar.

CXLIIII.

1 *Mandatum morte finitur, nisi sit mandatum dotandi, vel soluendi dotem puellæ, quod & ad omnem piam causam extenditur.*

1 MAndatum † regulariter finitur morte. §. rectè. Instit. manda. vidisti plene in l. eius qui in prouincia. ff. si certum peta. Pone, quod dedisti mandatum procuratori de dotando, & soluendo dotem de tuo patrimonio alicui puellæ, an morte finiatur tale mandatum, vt post mortem posit procurator soluere & exequi dictum mādatum? Casus est singul. quod sic in l. si ego. §. j. ff. de iure dotium. quem text. ad omnem causam piam extendit Bal. in l. mandatum. C. manda.

ADDITIONES.

Mandatum, &c. Et quòd mandatum morte mādantis fauore dotis etiam re integra non finiatur, tenet expressè Ludo. Rom. in l. ij. ff. soluto matrimo. alleg. not. per Bald. in l. si ego. in § j. & in l. mandatum. hic alleg. & vide quod notat Bal. in l. tutor. C. de actio. & obligatio. & in authent. si qua mulier. in vlti. col. C. de sacrosanct. eccle. Faciunt quæ plenè dicit Bald. Nunellus in suo tracta. de dote. char. xj. & Ioan. Campeg. etiam in suo tracta. de dote, quæstio. xc. & xcj. in prima parte. & ad hoc vide etiam Bald. in l. j. in ij colum. in repeti. C. de sacrosanct. eccle. & Barto. in d. l. si ego. in prin. & in l. ij. §. fin. ff. de duna. & in l. si constante. in ix. q. princip. vbi etiam per Magistrum meum. ff. eo. titu.

Idem refert & sequitur Io. de Arno. problema. xv. & Guido Papæ decisio. Grationop. cxix. Gab. Sar.

CXLV.

1 *Mulier regulariter potest esse testis, præterquam in testamento, & in criminalibus de iure canonico*

2 *Mulier in scriptura priuata etiam de iure ciuili testis esse non potest.*

1 QVanquàm † mulier regulariter posit esse testis. l. ex eo. ff. de testi. præterquam in testamento. l. qui testamento. §. mulier. ff. de testamen. non tamen disputo de iure ciuili & canonico in criminalibus, quia de iure canonico non potest esse testis in criminalibus. capi. forus. §. testes. de verborum significatio. secus de iure ciuili. d. l. ex eo. Tamen in contractibus non est differentia,
2 quin etiam posit esse testis. Fallit † in scriptura priuata, in qua mulier non potest esse testis. Istud est singulare dictum Bal. in l. scripturas. C. qui pot. in pig. hab.

ADDITIONES.

Quanquàm, &c. Adde quòd dictum Bald. videtur probari in illo tex. l. scripturas. in fi. in verbo, virorum. secus tamen videtur in alia scriptura priuata, in qua non contenditur de potionibus in pignore vel hypotheca, secundum Alexan. in apostil. ad Bald. in dicta l. scripturas. licet Bal. loquatur in scriptura priuata confessata etiam sine subscriptione testium. Pro cuius dicto facit l. j. & quod ibi Bart. in fi. ff. de legib. In contrarium facit gloss. not. in clemen. j. de rescrip. & quod dixit Alex. post Bar. in l. j. ff. de verb. sig.

Fœmina in scriptura priuata testis esse non potest. d. l. scripturas, quæ exigit tres testes masculos. & Deci. in c. ij. de fide instru. dicens hanc opinionem esse communem, quam idē Deci. defendit in cap. iij. colum. ij. de testibus. idem Deci. in l. ij. de regulis iuris Hippolyt. de Marsil. singular. dcxj. Catellia. Cotta in memoralib. in ver. mulier regulariter. Et hanc opinionem etiam fatetur esse communem And. Tiraq. in legib. connubialibus. lib. ix. nu. 54. & Didaeus Couarru. in practicis quæstionibus. c. xxij. nu. 5. versi. primum illud constat. Et quid in testamento inter liberos à patre facto, an mulier possit esse testis? tradit Guido Papæ decis. Grationopol. ccccxxxviij. & Lanfranc. de Oria. in c. quoniam contra. in ver. testium depositiones. num. 80. versi. vltima ergo causa. de probationibus. Gab. Sar.

CXLVI.

1 *Dotis priuilegia sunt multa. & an condictio, quæ datur pro paraphernalibus ad condicendum pretium, quando mulieri debetur, priuilegia dotis habeat?*

1 TV scis, † quòd enumerantur centum priuilegia & vltra, quæ dantur in fauorem dotis, in l. j. ff sol. mat. an condictio, quę datur pro paraphernalibus ad condicendum pretium paraphernalium, quando pretium debetur mulieri, sit priuilegiata, & habeat priuilegia ipsius dotis: Dicite quòd non. glo. est singularis & aurea in l. si ego. §.

ego. §. dot. ff. de iure dot.

CXLVII.

1 *Reficere qui ex pacto rem tenetur, si eam refecerit, & postea dirupta fuerit, an iterum ad eam reficiendam teneatur?*

DEcidi semel pulchram quæstionem: Quidam condu-
1 xerat molendinum † cum pacto, quod teneatur reficere, quia erat destructũ, refecit cõductum, & postea casu fuit diruptũ, an etiam denouo teneatur reficere ipse conductor? Dicite quòd non, quia intelligitur de prima refectione. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verborum significatio. & posteà reperi Bald. in terminis decidentẽ hanc quæstionem in l. licet. C. loca. & alleg. text. in l. fideicommissa. §. si quis decem. ff. de leg. iij. qui textus optimè probat. Idem concludit Bal. quòd nisi locator reaptet & reficiat, remittetur pensio conductori. l. si merces. §. vis maior. ff. locati.

ADDITIONES.

Decidi semel, &c. vide Bal. in l. cotem. § qui maximos. in vij. q. ff. de publi. melius per Ioan. And. quem omnino vide in additio. Specu. in titu. de loca. §. postquàm. in additio. magna. & vide Mag. meum Ias. in repeti. l. quominus. char. xj. col. j. ver. quid autem si aliquis. ff. de flumin.

Multa ad hoc vide per domi. And. Tiraquel. in d. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbo. sig. & per Ioan. Franciscum de Ripa in d. l. quominus. ff. de flumi. & Ias. in l. cum qui calẽdis. in prin. & ibi plenissimè per apostillatorem. ff. de verbo. obliga. & tenet Didacus Segura in repeti. l. si ex legati causa. nu. 175. ff. de verbo. obliga. Gab. Sar.

CXLVIII.

1 *Arbiter & arbitrator qui est ex compromisso, si pronuntiat laudum, in dubio an vt arbitrator pronuntiasse dicatur?*

COmmissa est quæstio Titio tanquam in arbitrum & arbitratorem: ipse Titius pronuntiauit dicẽdo, ego
1 Titius arbiter & arbitrator ita pronuntio &c. an in † dubio vt arbiter an vt arbitrator videatur pronuntiasse? quia maximæ est importantiæ. Dic quòd tanquam arbitrator pronuntiasse videtur. ita singulariter dicit Bal. in l. non codicillum. C. de testa. quod tene menti perpetuò.

ADDITIONES.

Commissa est quæstio, &c. Adde quòd melius & cautius videtur sensisse Bartol. in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. vbi dicit, quòd ad cognoscẽdum vtrum quis processerit, vel iudicauerit vt arbiter, vel vt arbitrator, quòd inspicienda est forma procedendi, ad quam respectus haberi debet. Si enim seruauit formalia vel substantialia iudicij, vt quia fecit libellum produci, litem contestari, & similia, & tunc videtur elegisse viam arbitri: & per hoc non poterit ab eius sentẽtia appellari, nec reductio peti. & quod vltra est, non poterit postea ad viam arbitratoris redire: vt determinat Specu. in ti. de arbi. §. differt. versi. quid si compromissum. & eodem modo Barto. vbi suprà. quos refert & sequitur practicus Pap. in forma libel. quo agitur ad pœnam ex compromisso. in gloss. in versicu. terminandi de iure. in secunda colum. versicu. vlterius quæritur.

Idem tradit Catel. Cot. in memoral. in verb. sententiæ arbitri. & per apostil. ad do. Abb. Panormi. in c. quintauallis. not. vij. in ver. officium iudicis. de iureiur. Gab. Sar.

CXLIX.

1 *Bannitus vel deportatus potest agere ex contractibus iurisgentium. Et an eo mortuo, quod post bannum acquisiuit, fisco deferatur, vel venientibus ab intestato?*

1 DEportati, † & illi banniti, qui æquiparantur deportatis, post bannum possunt agere ex contractibus iurisgen. & erit proprium eorum, quod acquisierint, nec auferetur à fisco: per text. in l. si tibi mandauero. §. is cuius. ff. manda. Sed illo mortuo quid fiet de illis bonis, an veniet fiscus, vel venientes ab intestato? Dic quod eo mortuo tanquam vacantia occupabit fiscus bona post bannum acquisita. ita singulariter dicit Bald. in l. eius qui. §. j. ff. de testamen.

ADDITIO.

Adde Io. de Arnon. in problemate xiij. Gab. Sar.

CL.

1 *Consuetudo etiam iniusta excusat à pœna temporali.*

1 MOs puerorum † Lononiæ est, quòd ludant ad lapides, prout est etiam Perusij, vnus interficit alium cũ lapide, an debeat puniri pœna mortis? Pet. de Ancha. in c. cùm venerabilis. de consuetu. dicit se aliàs euasisse vnũ puerum Bononiæ à pœna mortis, per gl. in d. c. cùm venerabilis: quæ dicit, quòd consuetudo etiam iniusta excu-
* sat à pœna * temporali &c. & est alia glo. valde notabilis in c. sanè. de temp. ord. tu vide gl. & quæ ibi ponuntur remissiuè l. ex consensu. §. n. ff. de appel.

ADDITIONES.

Mos puerorum, &c. Ad hoc vide Ludoui. Roma. singula. xix. incipien. an consuetudo reprobata. & plenas remissiones quas ibi dedi.

Idem refert, & sequitur Hippol. de Marsil. in l. j. in princ. col. xv. nu. 101. ff de quæstio. & in practica crimi. in §. quoniam. nu. 98. & in §. vlterius & sextò quæri potest. co. ij. nu. 9. vbi latissimè tradit, quòd si aliqua lege, statuto, vel cõsuetudine permittitur, seu toleratur aliquis actus, & ex illo actu sequatur homicidium, quòd tale homicidiũ non punietur aliqua pœna, vt ibi latius per eum. sed in præallega. l. j. in princ. nu. 102. multum fortiter arguit pro contraria parte. & idem Hippo. in consi. vij. nume. 26 & Ioan. de Arno. in soliloquio. xc. Petrasancta in singu. lxxxiij. Felin. in cap ex tenore. nume. 12. de rescrip. Thom Grammat. decisio. 50. Marcus. & per Ias. latè in l de quibus. nume. 8. ff. de legib. & in l. j. § hoc autem. num. 25 ff si quis ius dicen. non obtempe. & in l. singularia. colum. penul. ff si certum peta. & per Roma. singu. xix. an consuetudo. & ibi dixi in additio. & singula. cclxxxiiij. fui interrogatus. & consil. cccclxvj. videtur. faciunt quæ not. Nicol. Euerard. in loco vsitato, seu à consuetis. & Angel. Areti. in tracta. maleficio. in verb. falsario. & ibi August. Arimi. in additio. & Deci. consi. clxxv. in causa. col. viij. & Alex. consi. lxx. videretur. col. ij. volu. j. & consi. xxxix. visis. in princi. volu. iij. & dixi in annotationibus meis ad Matth. Mathesi. singu. lxxvij. nota doctrinam mirabilem. nu. 7. Gab. Sar.

* Excusat à pœna. Adde quòd consuetudo facit licitum quod aliàs non permitteretur. vt consuluit Areti. consil. xj. col. penul. Ancha. consi. cclxxxiij. iure stricto. vbi loquitur de consuetudine ludendi ad lapides & arma. & ideo dixit notabiliter Barto. per illum tex. in l. si pignore. §. vlti. ff. de pigno. act. quòd qui facit illud quod solet fieri ab aliis non solùm non est in dolo, imò nec in aliqua culpa. & pro singul. commendat Ias. in l. certi condictio. §. si nummos. in tertio notab. ff. si certum peta. vbi latissimè loquitur in materia. Hinc dicimus quòd consuetudo & stylus notariorum excusat eos à pœna falsi, secundum Bal. in l. vnica. versicu. quæro vtrum. & versi. modo sequitur alia conclusio. C. de confess. & in c. j. in prin. de feud. cognit. tradit Alexan. consi. lxx. viso processu inquisitionis. col. ij. versi. & licet Odoricus. & consi. cxxxij. incipi. visa facti narratione. lib. j. & consi. clxxij. lib. ij. Dec. cõsi. clxxv. Et dicit alibi singulariter Bald. in titu. de pac. constant. quòd consuetudo habet potestatem etiam in sanguinẽ hominis. & idem Bald. in l. & si seuerior. col. ij. versic. oppo. quòd iudex. C. ex quibus causis infa. irrog. dicit quòd iudex in pœnis debet sequi consuetudinem, sicut legem scriptam. Idem tamen Bald. consi. cccj. ad euidentiam præmittendum est quòd princeps. lib. v. damnat consuetudinem Mediola. quòd volens cedere bonis ducatur in publicum, & ibi nudus percutiat renes ad columnam: nam cùm per hoc non perueniat aliquod cõmodum in creditores, non debet admitti talis consuetudo.

CLI.

1 *Capitaneus spreto mandato principis cum hostibus prælians, capite punitur, nisi ex aliqua noua causa superueniente, prælium commiserit*

1 MAndatum fuit † factum à principe, puta capitaneo armorum, quòd non prælietur cũ hostibus. iste Capitaneus spreto mandato præliatus est, tamen res bene successit, puta, quia rupit hostes, an debeat aliqua pœna plecti? Dic quòd plectetur pœna mortis, vel capitis, etiã si res bene successit. casus est multum singularis & notabilis in l. iij. §. in bello. ff. de re milita. & ita fecit aliàs Dominatio Venetorum cuidam capitaneo. Sed tu aduerte,

quia ego limitarem, nisi ex aliqua noua causa superueniente vel etiam veteri quæ causa latebat principem, talis capitaneus contrauenerit mandato. tex. singul. in l. si hominem. ad fin. ff. manda. vbi optime probatur ex illo tex. hoc. quod perpetuò tene menti.

ADDITIO.

Adde And. Tiraquel. in tract. de pœnis temperan. aut remitten. in præfatione. nu. 37. & Roch. Curt. in repetitio. c. fi. de cõsuetud. char. xxiij. ver. limita modo dictam conclusionem. & Trigonam singula. xxxij. vbi latius. & aliquid per Arium Pinelum in repetitione rubri. C. de bonis maternis. in prima parte. nume 35. Gab. Sar.

CLII.

1 STatuto † ciuitatis cauetur, &c. vt suprà singulari. xliij.

CLIII.

1 *Debitor & creditor si in fine instrumenti iurent, in eo contenta esse vera an infra biennium possit opponere exceptionẽ non numeratæ pecuniæ?*

1 VOlo dare nouam cautelam fortè inauditam: Mutuaui tibi centum, & † in fine instrumenti ad omnem litem decidendam, dicitur, quòd detulisti mihi iuramentum, an vera essent contenta in instrumẽto: & iuraui ego creditor quod sic, prout audiuisti formam Barto. in l. ij. vbi dixi. ff. de iureiurand. an illo casu tu debitor poteris opponere exceptionẽ non numeratæ pecuniæ infra biennium? Tu diceres quòd sic, quia iuramentum regulatur secundum naturam principalis contractus. l. final. C. de non numera. pecu. In contrarium dic, quòd nulla poterit opponi exceptio etiam non numeratæ pecuniæ. ita singu. dicit Bald. in repetitio. dict. l. ij. ff. de iureiur. quanquam non ponat exemplum non numeratæ pecuniæ, vbi dicit, non solum instrumentũ habebit executionẽ paratã, sed etiã nullo casu poterit infirmari tale instrumẽtũ, tanquã sit decisa res iureiurãdo, quo casu amplius non quæritur. vt l. nõ erit §. daro. ff. de iureiur. Sed si iuramẽtũ fuisset mihi delatum ex interuallo super dicta exceptione non numeratæ pecuniæ, amplius non quæritur, vt d. §. ergo cum contractus valeat, quando apponitur in fine instrumenti, vt vidisti in dicta l. ij. non poterit amplius opponi dicta exceptio. ita declarat Bald. vbi supra. Non obstat text. in d. l. fi. C. de non nume. pecu. quia loquitur de iuramento assertorio & confirmatorio contractus: nos loquimur de decisorio. & ita non obstat, quod not. quia est nouum, & ab aliis non dictum, quod reporta ad l. si ex cautione. C. de non nume. pecu.

ADDITIO.

Quòd quando in contractu ponitur iuramentum decisorium, debitor non possit excipere de non numerata pecunia, tradit Roder. Suar. in repetit. l. post rem iudicatam. fol. 142. colum. iiij. ff. de re iudica. quem refert & sequitur Emanuel Costa in repetitio. l. si ex cautione. in xj. fallentia. nume. 2. fol. 120. C. de non nume. pecu. Gab. Sar.

CLIIII.

1 *Exceptio, dolo petis, quod statim restituturus es, an possit opponi, quando restitutio ablatorum ex pacto inter duas communitates inito facienda est?*

1 FActa est † pax inter duos principes, seu communitates habentes, seu obtinentes locum principis: facta fuit capitula, vt restituantur ablata particularibus ciuibus: an istis restitutionibus quæ debent fieri vigore istorum capitulorum, opponi possit de regula, dolo petis, quod statim restituturus es, &c? Breuiter dicas quòd poterit opponi. istud est singular. verbum Bald. & aureum, & menti tenendum in cap. j. §. possessores. de pace constan. in vsibus feud.

CLV.

1 *Statuto disponente, quòd mortua vxore vir lucretur dimidiam dotis, an si Imperator concedat mulieri, vt possit liberè testari, teneatur dictam dimidiam viro relinquere necne?*

1 STatuto cauetur, † quòd mortua vxore maritus lucretur dimidiam dotis. quæ statuta sunt multum honesta propter onera infinita. quæ sustinet maritus, quo casu valet statutum. cap. Raynutius. de testamẽ. Quid si Imperator concesserit mulieri, vt possit liberè condere testamentum, an tunc videatur reducta mulier ad ius commune, vel tenebitur seruare ius municipale, vt dimidiã relinquere teneatur? Dic, quòd deberet seruare ius municipale, quia intelligitur quòd possit liberè testari, salua tamen portione statuti. Illud est singulare dictum Bal. in l. si quando. in prin. C. de inoffi. test. quod nota perpetuò, quia posset sæpè venire in facto: ego credo quod sit in l. si nondum. C. de furtis.

ADDITIO.

Vide Nicol. Boër. decis. cexliiij. nu. 4. Gab. Sar.

CLVI.

1 *Socius non potest ab alio socio exigi, nisi in quantum facere potest. Et quid de colono partiario a domino conuento?*

1 TV scis, quòd † socius habet priuilegium, vt non exigatur ab alio socio vltra quàm facere possit, vt l. sunt qui in id quod. ff. de re iudicata. cum simi. Quid de colono partiario cõuẽto à domino? Dic, quod cum ipse dicatur socius domini, non poterit ab eo exigi, vltrà quã facere possit, id est, deducto ne egeat. Illud est singulare verbum Rapha. Fulgo. quod nunquam reperi alibi in l. si merces. §. vis maior. per illum tex. ff. loca.

CLVII.

1 *Præsumptio iuris, & de iure non admittit probationem in contrarium, nisi per confessionem partis, & an reus possit iuramento cogi ad confitendum?*

1 COntra præsumptionem iuris † & de iure non admittitur probatio in contrarium, nisi per confessionem partis, vt est gl. notab. in authenti. de æqual. dot. §. illud. & Cy. & Bal. in authẽ. sed iam necesse. C. de dona. ante nup. An potestas poterit cogere reum iureiurando ad confitendum, puta si velis facere, possisne adstringere reum iuramento? Breuiter dicas quòd non poteris cogere. Istud est aureum dictum Bal. in repeti. l. ij. in xviij. col. ff. de iureiuran. allegat tex. quem dicit esse singularem in l. in cõtractibus, §. illo videlicet. C. de non nume. pecu. quod est aureis literis scribendum.

CLVIII.

1 *Venditor cauens se velle teneri tantum de facto & dicto suo, tenetur etiam de facto sui authoris vniuersalis, non particularis.*

1 VNus socius † noster dedit mihi materiam cogitandi & limitandi pulchrè illud singulare, quod suprà dixi singu. xxxij. videlicet Bar. in dicta l. si seruus. ff. de condi. fut. vbi dixit, quòd quãdo venditor dicit se tantum velle teneri de suo dicto & facto, quòd tamen tenetur ex persona sui authoris. de quo dicto exclamat Ludoui. Roma. in l. stipulatio ista. de verborum obligatio. tamen intelligatis Barto. & limitetis in authore vniuersali: quia si author meus fuisset particularis, ita quòd ipse mihi vẽdidisset, posteà ego tibi vendidi, & dixi me velle teneri ex meo dicto & facto, sub fine taxatiua, tantum, tamen non tenebor si euincatur ex facto authoris mei, putà, quia ipse fuisset, qui alienasset, vel seruitutem imposuisset. ista est glo. fi. & singu. à nemine relata ad illum tex. in l. si cum fundum. ff. de verbo. signi.

CLIX.

1 *Redhibitoria redhibetur res vendita vitiosa, & quid de re permutata?*

1 SI res † vendita sit vitiosa, potest per redhibitoriã redhiberi, vt in toto libro de redhibitoria. Sed quæro, an illud, quod dicitur in venditione, habeat locum in permutatione, quasi si res permutata sit vitiosa, an possit redhiberi? Breuiter dicite, quòd habebit locũ in permutatione. tex. est fortè singularis in l. sciendum. j. §. deinde. versi. emptor. ff. de ædi. edict.

CLX.

1 *Actione quanto minoris proposita, an iudex possit redhibitoria condem-*

condemnare?

2 *Actio quanto minoris sex mensibus expirat, & quid de redhibitoria?*

1 FEgi † quanto minoris contra te, modò res erat quasi inutilis, adeò quòd pro nihilo emissem, an poterit iudex te condemnare in redhibitoria? Quilibet diceret quòd non, quia sententia iudicis debet esse conformis libello. l. vt fundus. ff. common. diui. ca. licet Hely. de simo. In contrarium est casus singula. in l. boues. §. aliquando. ff. de ædi. edic. quod tamen singulariter limitat Ang. ibi, si modò egi quanto minoris infra sex menses, & sic nunc
2 habebit aliud singulare, vbi † quanto minoris expirat sex mensibus, contra l. primã & secundã C. de ædili. act. Sed istud non est mirabile, quia ex quo iudex omittit illam quãto minoris, & amplectitur redhibitoriam, tunc redhibitoria solum durat sex mensibus, vt in iuribus suprà allegatis.

CLXI.

1 *Libellus contra inhabitantes domus alienas quomodo formari debeat?*

VOlo docere ad formandum libellum contra singu-
1 lariter inhabitantes domos alienas, quia † debes agere condictione sine causa contra inhabitantem ad tantam pensionem, quantam conducturus fuisset ipse inhabitans, non autem quãti locaturus fuisses, quia tunc succumberes. ita singulariter dicit Bartol. in l. summa. §. in frumento. ff. de condi. inde. quod dictum potest optima ratione defendi: quia condictio sine causa datur in eo, in quo es factus locupletior l. si eum seruum. ff. si certum peta. solum es factus locupletior in tantum, quanti conducturus fuisset. quia tantum tibi abesset, non quanti locaturus fuisses, quia plus fortè locasses alteri. quod dictum est aureum.

ADDITIONES.

Volo docere, &c. Adde quòd Bald. in §. in frumento. hic allega. not. in proposito, quòd qui habitat domum alienam, tantum videtur de fructu percipere, quantum esset daturus pro perceptione: & vide omnino doctorem meum Lal. ibi, qui in hac materia distinguit per tres casus: & addit multa memoratu digna in prima & secunda column. Et adde quòd pro dicto Bartol. consuluit Alexand. consilio ccccj. secundum vnicum numerum incip. viso processu causæ vertentis coram arbitris. licet aliter tenuerit Cyn. in l. excepto. C. locan. vbi tenet per illum tex. quòd imò habitator teneatur præstare pensionem solitam præstari. sed fortè iste text. secundum doctorem meum vbi suprà posset intelligi secundum illum.

Latè tradit Catellia. Cott. in memo. in ver. creditor habitando. Gabr. Sar.

CLXII.

1 *Pater naturalis filium in testamento, vel in alio instrumento nominans, sine alia expressione naturalitatis, videtur filium legitimare propter præsumptum matrimonium inter amasiam, & amasium: & quid econtra in matre naturali filium nominante?*

1 SI pater naturalis † filium in testamento, vel etiam in quolibet alio instrumento nominat, sine alia expressione naturalitatis, videtur filium legitimare propter matrimonium præsumptum inter amasium & amasiam. authentic. si quis. C. de naturali. lib. Sed pulchra dubitatio est, quid econtrà, an matre naturali ita nominante filium simpliciter, dicatur filius legitimatus? dic quòd non, quia tunc cessat ratio præsumpti matrimonii: cum non ita de facili præsumatur amasium consentire, sicut econtra. dictum est singul. Angel in dicta authentic. item si quis.

ADDITIO.

Adde Nicolaum Boërium decision. ccxl. numero 15. Gabriel Sarayna.

CLXIII.

2 *Minor iurans se maiorem, & contrahens sine consensu propinquorum prout ex statuto tenebatur, an possit non obstante iuramento dicere contractum nullum?*

2 *Intellectus l. si alterius C. si minor se maior. dixe.*

1 STatuto cauetur, quòd † mulier, vel minor sine consensu duorum propinquorum non possit cõtrahere, quid si minor se maiorem iurauerit, & sic cõtraxerit sine consensu propinquorum an non obstante tali iuramento poterit dicere contractum nullum? Quilibet diceret quòd non, per textum in l. si alterius. C. si minor se maio. dixer. vbi minor iurans se esse maiorem, quia mentitus est, non potest venire contra illum contractum. In contrarium simpliciter determinat Ioan. Andræ. in additio. Specul. titu. de senten. §. vt autem. in addi. quæ incipit, & hæc etiam. videlicet quòd possit dicere contractum nullum non seruata solennitate iuramenti. de quo dicto exclamat Lud. Roma in consiliis suis consi. xij. & respon
2 det vterq ue eorũ ad d. l. si alterius quia loquitur † quando minor vult venire per beneficium restitutionis in integrum, à qua excluditur per iuramentum mendacij: secus si veniant per viam nullitatis. quæ limitatio est aurea & menti tenenda, & à nemine animaduersa, in præalleg. l. si alterius.

CLXIIII.

1 *Excussio principalis est necessaria antequam ad tertium possessorem perueniatur, & quid si vni ex hæredibus obligatis sit adiudicatus fundus mihi hypothecatus si illum conueniam, an possit opponere exceptionem excussionis?*

TV scis quòd antequam perueniatur ad hypothecariam contra tertium possessorem, necessaria est
1 † excussio in persona contra principales debitores. authentica, hoc si debitor. C. de pignorib. & in corpore vnde sumitur Pone nunc talem casum. Habebam defunctum obligatum ad centum, pro quibus hypothecauit mihi fundum, postcà reliquit tres hæredes, vni fuit adiudicatus totus fundus, ago contra ipsum hypothecaria ad auocandum fundum, an poterit opponere de excussione fienda contra hæredes obligatos personali actione? Quilibet diceret quod sic, per dictam authentic. hoc si debitor. In contrarium est casus singula. & ibi gloss. & Bartol. in l. mulier. ff. qui potio. in pigno. haben. qui text. etiam hodie procederet, de quo exclamat Ludo. Roma. in cõnsi. suo ccccclix.

ADDITIO.

Tu scis quòd antequam, &c. In fin. adde quòd idem tenuit Bartol. in l. si creditor. §. quæritur, in fin. ff. de distra. pign. vel hypothe. & formaliter Bald. in authentic. sed hodie. in ver. modo quæro quid si sunt duo rei obligati principaliter. C. de actionibus & obligationibus allegando text. gloss. & Bar. in l. mulier. de qua hic. Adde etiam quòd pro isto dicto facit bonus text. quem Ange. ibi post Bar. not. in l. quoties. C. quu or. quu conue. lib. xj. & pro not. refert Ant. Sicul. singul. xvij. in verbo, actio.

CLXV.

1 *Redhibitoria post sex menses agens, succumbit, & an possit redire ad actionem quanto minoris?*

1 POst sex menses † egi redhibitoria, quo casu succubui, an postea potero redire infra annum ad quanto minoris? Videbatur dicendum quod non: quia si mihi competant duo remedia diuersa, eligendo incompetens & inutile, videor mihi præiudicare in vtili. vt est text. in l. fina. C. de codicil. In contrarium singulariter determinat Bald. in l. si prædium. C. de ædil. acti. quia non potest dici dictum, quod communi præscriptione erat sublatum, quod est valde notandum.

ADDITIO.

Idem tradit & latius Catellia. Cot. in memorial. in verb. actio redhibitoria. Gab. Sar.

CLXVI.

1 *Emens rem à pluribus, si reperitur morbosa, & eorum pars aufugerit, an alios socios insolidum conuenire possit redhibitoria?*

1 EMi à pluribus† mercatoribus, qui fortè venerant ad istam ciuitatem Senarum, centum equos, vel boues, & ab omnibus emi simul: posteà duo vel tres aufugiunt, & equi venditi reperiuntur morbosi, an alii socii qui reperiuntur in ciuitate Senarum, teneantur insolidum? Videbatur dicendum quòd non, per textum in l.si cùm plures. ff. de exerci. & quod ibi dicit Barto. in l. eandem. ff. de duobus reis. & in authentic. ho. itaque. C. eodem titulo. quod ponit Bald. post Cyn. in l. cùm te. C. si certum petatur, quia quando emo à pluribus mercatoribus, socius quilibet tenetur pro virili. In contrarium determinat Bald. in l. si prædium. C. de ædi. act. vbi tenet quod ille, qui habet maiorem partem in societate equorum, est ille qui tenetur insolidum: si autem omnes essent in societate æquales, similiter tenentur insolidum. Si autem vnus haberet minorem partem, tenetur solùm ad suam particulam. Nec obstat quod dicunt Bartol. & docto. vbi suprà. quia istud est speciale in istis ædilitiis actionibus. Intelligas tamen quod isti mercatores erant socii, quod præsumitur tunc, cùm simul duxissent equos ad istam ciuitatem.

ADDITIO.

Emi à pluribus, &c. Adde quòd faciunt dicta per Ange. & Imol. in l. reos in prin. ff. de duob. reis. & per Bartol. in l. eandem. in viij. q. eo. tit. vbi omnino vide Are. in vj. col.

CLXVII.

1 *Captiuum ab hostibus redimens an possit imponere maiorem talliam, quàm sit pretium quod exbursauerat?*

1 REdimens† aliquem captiuum ab hostibus de carcere, non potest postea maiorem talliam imponere, quam sit illudmet pretium, quod ipse redimens exbursauerat realiter. ista est gloss. notabilis, de qua exclamat Bal. in l. j. C. de epis. aud. alleg. textum optime probátem in l. fi. C de cap. & postli. reuer.

ADDITIO.

* Adde Pet. Rauen. idem tenentem sing. ciij.

CLXVIII.

1 *Filia dotata si non succedit ex statuto in bonis paternis, intelligitur, dummodò dotetur de bonis paternis.*

1 STatuto cauetur, † quòd filia dotata non habeat regressum ad bona paterna: Modò pater de facto dotauerat filiam de bonis vxoris suæ, & sic de bonis maternis, nunquid illa filia non obstante statuto poterit succedere in bonis paternis? Videbatur quod non, quia dotata, vt dicit statutum. In contrariũ singulariter determinat Bald. in l. mater. ad finem. C. de iure dot. quia non est dotata de bonis paternis Quare ita debet intelligi & glossari statutum, si modò sit dotata de bonis paternis. vide in l. j. C. de legitimis hæred. & ibi Bal & Moder.

ADDITIONES.

Statuto cauetur, &c. Adde quòd pro illo dicto videtur esse bonus textus in l. quoniam nouella. in fine. C. de inofficioso testamento. in verbo, si ex substantia eius profecta est, de cuius hæreditate agitur. & in terminis consuluerunt Petr. de Anch. Barto. Paulus de Castro. & Ange. quos refert Alexand. in additionibus ad Bald. in l. prima. C. de legitimis hæred. hic allegata. Refert etiam Bald. in pluribus aliis locis idem tenuisse. Aduerte tamen, quòd istud statutum intelligitur, si ista filia fuit dotata tempore mortis patris: secus si pòst. per notata in l. si alienum. §. in extraneis. ff. de hæred. instituend. & per Bald. in l. si plures. in x. colum. C. de condit. insert. & vide quæ notat Bartol. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de conditon. & demonstrationib. & ita etiam consuluit Bartol. in consilio incipiente, Factum sic se habet, quidam decessit. aliàs incipit, Quidam decessit intestatus. Ita etiam pulchrè consuluit Petrus de Anchar. & istud non reperies allegatum à quoquam in terminis in consi. ccc. incip. posset probabiliter dubitari in principio. Aduerte secundo loco, quòd istud statutum intelligitur ab intestato, vt dicit Bald. in dicta l. prima. C. de legit. hæredi. & in l. fina. de pact. Alexand. vbi suprà, adducit quædam consilia, vide vt per eum. Et faciunt optimè iura suprà allegata, quæ semper loquuntur ab intestato, & patet ad sensum. Aduerte tertio loco circa dictum Bald. de quo hic, dum dicit, modò pater dotauerat filiam de bonis vxoris, &c. intellige secus esse, si datus esset fundus alienus in dotem emptus bona fide à patre. ita etiam tenet in l. iure succursum. §. fina. ff. de suis & legit. hæredib. & ita tenuit per illum textum Alexã. in additionibus ad Bald. in dicta l. mater pro filia. hic allegata. Aduerte & quartò, & ista etiam non reperies in istis terminis allegata, quòd istud statutum procedit etiam dummodo ista filia sit dotata de bonis patris, aui, vel proaui, etiam si dotatur à fratre, dummodo de bonis cuiusuis istorum. ita pulchrè consuluit Ancha. consilio lxx. incip. retento ordine quæsitorum super singulis respondendo. & in consilio clxviij. incip. Pro veritate præmittendum est. vbi etiam dicit, quòd filia intelligitur dotata eo ipso, quòd pater in testamento constituit ei dotem. Aduerte etiam quinto loco quòd idem est si statutum dicit, quòd soror dotata à fratre non succedat fratri. & frater dotauit sororẽ de propria portione sororis, quòd ista succedit fratri: quia statutum per verbum dotare, ius significat non actum nudi ministerii: ita dixit Bal. in dicta l. mater. in vltimis verbis. argument. l. pater ex prouicia. ff. de manumis. vin. & l. si res quas. ff. de iure dotium. sequitur Petr. de Anchara. in capitu. canonum statuta. de constitu. vide etiam quæ not. Bald. in dicta l. prima. C. de legi. hæredi. adde etiam quòd de dictis Bald. in l. mater. hic allegat. meminit Anton. Sicu. in sing. cccxxxviij. incip. statuto cauetur quòd filia dotata, &c.

Adde Barthol. Chassæn. in commenta. consuet. Burgund. in viij. rubrica. in §. *femme mariée*. in verb. *par lesdictz pere & mere*. nu. 2. Gab. Sar.

CLXIX.

1 *Procurator emens fundum nomine meo. & de suo pretio soluens, & illum possidens tanto tempore. quòd fructus percepti pretiũ exbursatum æquiualeant, an teneatur mihi tradere fundum sine aliquo pretio?*

1 TItius meus† procurator meo nomine emit fundũ, & de suo proprio soluit pretium, postea possedit multo tempore ipse procurator, & tot fructus percepit, qui ascenderunt ad pretium procurationis, an ego dominus possim repetere illum fundum nulla alia facta solutione respectu pretii exbursati per procuratorem? Dic quòd potero repetere sine alia solutione: quia compensabit fructus ex re mea perceptos: quia ex quo emit nomine meo, traditus est etiam ipsi procuratori nomine meo, & per consequens mihi fuit acquisitus fundus. ita singulariter dicit Bald. in rubric. C. de contrahend. emptio. xv. quæst.

ADDITIONES.

Adde Catellia. Cott. in memoral. in ver. procurator emit. Gabriel Sarayna.

* Hanc Bald. determinationem commendat Ias. in l. secunda. §. primo. xv. fallent. ff. si certum petatur. & in l. non amplius. §. vltimo. secundo notab. de lega. j. & in l. diuortio. § primo. circa finem. ff. soluto matrimo. Hoc tamen declarari debet non procedere secundum text. not. in l. si verò non remunerandi. §. si mihi. ff. mandat. Item quando procurator petiisset pecuniam sibi restitui, quam in arca non erat retenturus, per text. not. in l. socium qui in eo. in princip. ff. pro soc. & l. iij. §. vlti. & l. sequent. vbi scriben. ff. de eo quod cert. loc. facit l. prima. C. mandat. vbi Bald. in j. & ij. opposi. cum his quæ latè scribit Alexand. in l. diuortio. in priu. versi. prædictis etiam. ff. soluto matrimo.

CLXX.

1 *Fundus dotalis non potest alienari, & quid in fundo vidua?*

1 NOsti, quòd fundus † dotalis non potest alienari propter inhibitionem legis Iuliæ: vt habetur in toto tit. ff. de fundo dotali. quid autem in vidua: dubium est an desinat esse dotalis, vel an idem ille fundus habeat priuilegium de fundo dotali casus est qui forté non est alibi, in l. etiam dirupto. ff de fund. dotal.

CLXXI.

1 *Vsusfructus tibi locatus ad quinquennium, an te moriente ad tuos hæredes transeat?*

1 LOcaui tibi † vsumfructum vsque ad quinquennium, an conductio post mortem tuam transeat ad hæredes tuos vsque ad finem conductionis? Tu diceres quòd sic, per tex. in l. viam. C. loca. Casus est sing. in contrarium secundum intellectum Bal. & communem post gl. in l. si domina. C. de vsufruct.

CLXXII.

1 *Donatio vltra quingentos solidos sine insinuatione non valet, & quid si soluta gabella dictam summam non excedat?*

1 DOnatio † vltra quingentos solidos sine insinuatione non valet, per tex. in l. sancimus. C. de donat. Quid si donatio fit vltra quingentos solidos, tamen soluta gabella in effectu non ascendet vsque ad quingentos solidos, an tunc valeat donatio vltra talem summam. Dicite quòd sic. ita sing. Bar. in l. quoties. ff. ad leg. Falci. quod fortè non reperies alibi.

ADDITIONES.

Donatio, &c. Adde quòd istud dictum fuit subtractum à Ludo. Roma. singul. ccii j. incipien. Dico vnum in quo nunc habeo consulere. vide quæ ibi dixi.

Adde Aret. in l. fructus. colum. iij. & ibi Ias. col. fi. ff. soluto matrimonio. & in consilio ij. intellectu. numero 5. ad finem. Alexand. in l. vbi puri è. ff. ad Trebellia. Ias. in l. non amplius. ff. de legat. j & in l. cùm quædam puella. §. j. colum. ij. versi. quartò facit. ff. de iurisdictione omnium iudicum. aliquid per Roma. singul. ccxlviij. filius. & per d. Andræ. Tiraquel. in tractat. de retractu consang. in §. xv. in ver. fructus. nu. 4. & Catellia. Cot. in memor. in ver. statuto mediolanensi cauetur, quòd in diuisionibus. Gabriel Sarayna.

CLXXIII.

1 *Statuto disponente quòd mortuo altero coniugum in matrimonio, superuiuens lucretur decem pro centenario si mulier superuiuens hoc lucrum habuerit, & transierit ad secunda vota, an illud conseruari debeat filijs primi matrimonij. an verò etiam filij secundi matrimonij in illo æqualiter succedant?*

1 COnsului pridie in causa eleganti, † & quotidiana. statuto vel consuetudine cauetur, vel etiam ex pacto, quòd mortuo coniuge superuiuens lucretur antipharium, puta decem pro centenario, præmortuus est maritus, mulier lucrata fuit centum aureos pro antiphario, postea transiuit ad secunda vota, & habuit filium secundi matrimonii, & etiam erat filius primi matrimonii: filius secundi matrimonii volebat succedere in isto antiphario cum filio primi matrimonii, sed filius primi matrimonii contradicebat, quòd imo solo vsufructu remanente penes vxorem transeuntem ad secunda vota debebat proprietas conseruari filio primi matrimonii. Videbatur dicendum quòd vterque succederet ex æquali lance, quia vxor fuit lucrata ex prouidentia statuti, vel consuetudinis, non autem ex munificentia mariti. & ita reperi Bald. tenentem in l. fina. in finalibus verbis. C. de bonis maternis. argumen. illius text. quod dictum dicit esse menti tenendum. Tamen consului contra illam opinio. Bald. quòd imò in totum succedebat filius primi matrimonii. & allegaui text. in l fœminæ. in princip. C. de secundis nuptiis. vbi text. propriè loquitur de istis lucris nuptialibus, quæ debent conseruari filio primi matrimonii. & est text. melior de iure. §. Gregoriana. versicul. prospeximus in authentic. de non eligen. secundò nuben. & videtur text. in authen. vxore. C. de secund. nuptiis. vbi istud firmat Bal. in terminis nostris. & ita etiam reperi Bald firmantem in authentic. ex testamento. & in l generaliter §. illud. C de secundis nuptiis. & ita videtur sentire Bartol. in l. vnica. C. de inoffic. dotibus. & saluaui Bald. in dicta l. fina ad fin. quòd vxor non priuetur dictis lucris per transitum ad secunda vota quantũ ad vsumfructum: sed proprietas debet conseruari filio primi matrimonii, per dictum ver. prospeximus. vbi est casus, qui non potest cauillari. & posteà reperi vnum consiliũ Anto. de Butr. qui ita consuluit. tamen non allegat contrarietates Bald. vbi suprà. sed solùm fundat se super versi. prospeximus & per l. fœminæ. in princip. suprà allegatam. & est in consilio incipiente, Circa examinationem dubiorum, &c. quæ fortè non reperies alibi. Et quia est tempus confitendi, fateor me subtraxisse octo vel decem dicta de singularibus Ludo. Roma. Cætera autem sunt ex meo labore.

ADDITIO.

Idem tradit Nicol. Boër. decisio cxiij. numero 3. & Ioann. de Arno. Suliloqui. xcj. & Ioann. de Garonib. in authentic. ex testamento. numero 55 & 56. in fi. ver. addo etiam quòd. C. de secundis nuptiis. & Nico. Arelat. in l. generaliter. numero 38. C. eodem titulo, de secundis nuptiis. Deci. consilio cccclj. columna iiij. versicu. his tamen & similibus. numero 7. Ioann. Lup. in repetitio. rubric. de donatio. inter virum & vxorem. § 50. numero 35. & Alciat. in libru j. de verborum significat. numero 34. & vide nouissimè per Arium Pinelum Lusitanũ, in dicta l. n. C. de bonis maternis. in prin. nume. 2. qui egregiè loquitur. Gabriel Sarayna.

FINIS.

SINGVLARIA DO. PETRI GERARDI DE Petrasancta, Iuris vtriusque Professoris, ex vtroque Iure collecta.

Additionibus analyticis Do. Gabriclis Saraynæ Iurisconsulti Veronensis, & aliorum, illustrata.

I.

1 *Alimenta possunt denegari filio ex eisdem causis, ex quibus potest exhæredari.*
2 *Filia ingrata an dos à patre debeatur? & an data repeti possit?*
3 *Libertus ex quibus causis potest in seruitutem reuocari, ex ijsdem potest filius legitimatus in pristinum statum à patre reduci, & haberi pro non legitimato.*
4 *Filius legitimatus, qui ex causa fuit redactus ad illegitimitatem, an iterum possit legitimari? & nu 8.*
5 *Libertus redactus in seruitutem ob ingratitudinem, non potest iterum manumitti, nisi hoc à principe impetretur.*
6 *Doctor semel reprobatus non potest amplius doctorari, limitatur, vt ibi.*
7 *Tabellio priuatus officio tabellionatus propter delictum, non potest amplius per Comitem Palatinum creari tabellio.*
8 *Fieri multa impediuntur quæ iam facta tenent.*
9 *Filius legitimatus, an propter ingratitudinem possit reduci in pristinum statum?*
10 *Honor & vita æquiparantur.*
11 *Argumentum seu illatio de liberto ad filium nō procedit, cùm non sit eadem ratio.*
12 *Argumentum de dote ad legitimationem, an sit bonum?*
13 *Pater non cogitur legitimare filium naturalem.*
14 *Testamentum si fiat, in quo filij instituantur, quibus hæreditas est debita, licet sit factum cum duobus testibus tantum, tamen non tollitur per secundum testamentum, nisi sit cum septem testibus celebratum secus si in primo fuerint extranei instituti.*
15 *Debitum aliquo modo si ei concedatur, cui est debitum, difficilius reuocatur, quam id, quod est nullo modo debitum.*
16 *Filio naturali nihil à patre debetur præter alimenta.*
17 *Filius & libertus in quibus casibus a pari procedant, & æquiparentur?*
18 *Libertati magis fauetur, quam filiationi.*
19 *Legitimatus per subsequens matrimonium, an possit propter ingratitudinem ad pristinum statum reuocari?*



NOTA quòd ea quibus causis potest exhæredari filius, quæ enumerantur in §.
causę in authen. vt cum de appel. cog. &
enumerat glo. in c. quintanallis de iureiur.
a iur. vel ea maioribus[d] vltra enumeratas
in dictis locis, ꝙ licita est extēsio· vt per
Alex. & alios in auth. non licet. circa fi. j. col. C. de lib. præ
1 te. ex iisdem filio † in vita alimenta denegari possunt. gl.
in l. si quis à liberis. §. idem iudex. & ibi Barr. ff. de libe. agnosc. & gl. in § si igitur. in auth. vt cùm de appel. cogno.
Bar. in l. diuus ff. ad leg Pompeiam de parricid. Abb. in
c. cùm haberet de eo qui dux. in matri. quam pol. Eodem
b modo[b] † filiæ tanquam ingratæ non tenentur dotem da-
2 re, secundum Bal. in l. fi. C. de dot. promis. quia sicut potest priuari legitima, ita dote, quæ succedit loco legitimæ. Bar. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi. &
demon. l quoniam. C. de inof. testa. Subdit tamen Bal. ꝙ
ex his causis non posset dotem iam datam pater ei auferre: per tex. ibi, irreuocabil. &c. Dixit tamen no. Bal.[c] in c.
c j. § filii nati si de feud. fue. controuer. inter domi. & agna.
3 quod ea quibus causis † potest libertus in seruitutem reuocari, ex eisdem potest filius legitimatus in pristinum
statum à patre reduci, & haberi pro nō legitimato: quod
d bene no. Sed nunquid talis filius[d] † possit iterum legiti-
4 mari? videtur ꝙ non, per tex. singu. in l. ij. in fi. C. de libet.
& eorum liber. vbi libertus redactus in seruitutem pro-
5 pter ingratitudinem non potest iterum † manumitti, nisi
hoc impetraretur à principe. ergo idem esset dicendum
de filio stante dicta æquiparatione. vide Ias. in l. iij. §. in
penul. col. ff de condi ob cau. vbi dicit esse suum nouum
dictum, & istam ponderationem feci antequam ipsum
vidissem. facit secundum Bal. ibi, in d. l. ij. in fi. vlti. colum.
6 quòd doctor semel † reprobatus non potest amplius doctorari. Adde tamen Bal. in c. officii. de elect. in fi. vbi limitat de doctore. & in ca. post translationem. in vlti. notab. per illum tex. de renun. facit tex. in l. ij. C. de diuer. offic. lib. aij. facit quod etiam in simili tenet Bald. in l. ij. per
7 illum tex. cum gl. C. de manu. vindict. quòd tabellio † priuatus officio tabellionatus propter delictum, nū potest
amplius per Comitem Palatinum creari tabellio. & idē
tenet Bal. in c. at si clerici. in iiij. col. vbi limitat, de iudic.
& in c. gratum. per illum tex. de postula. prælat. Sed videtur quod id quod dixi de legitimato, non sit verum, per
id quod suprà dictum est, videlicet, quòd filiæ tanquam
ingratæ licet dos denegari possit, tamen iam data aufer-
8 ri non potest: quia multa † impediuntur fieri. quæ iam facta tenent. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alien.
9 iur. ita dicamus † in filio legitimato, quòd licet à principio propter ingratitudinem non esset dignus legitimatione, tamen postquàm est legitimatus, & sibi aliquid da
tum, reuocari non possit: quia si non reuocatur dos, intellige non acquisita viro, multomagis filius legitimatus
in pristinum statum reduci non debet: cum hic tractetur
de honore, de statu, & sic de grauiori præiudicio, quàm
de dote. argu. l. Iulianus. ff. si quis omis. cau. testa. vbi ho-
10 nor commodo pręferendus est: & per † consequens de vita: cùm honor & vita æquiparētur. l. iusta causa. ff de ma
11 numis. vindi. maximè † quia non est eadem ratio in filio,
quæ est in liberto. Patet, quia est suus filius, & aliquid ei
debetur de bonis patris: quod secus est in liberto, & sic
non est bona illatio de liberto ad filium, cùm non sit eadem ratio· quia esset arguere de minori ad maius, quod
argumentum affirmatiuè non valet: quia si libertus priuatur libertate, tamen non priuatur bonis patroni, quia
sibi nō debetur aliquid: sed si filius priuatur legitimatione, non solùm priuatur suitate status, & similibus, sed etiā
bonis paternis, quod plus est. Sed videtur ꝙ prædicta non
obstent. & ad id quod dictum est de dote, potest respon-
12 deri ꝙ diuersa est ratio in dote, † & diuersa in legitimatione. Nam dos est debita ipsi filiæ, & pater cogitur dare
dotem ei regulariter: sed legitimatio regulariter non de-
13 betur aliquo pacto filio, nec pater † cogitur legitimare
eum. sed si legitimat. hoc facit ex sua mera liberalitate.
nimirum ergo si difficilius reuocatur dos postquam est
data, quàm legitimatio. hoc probo optimo simili: si quis
14 faciat † testamētum, in quo instituat filios, quibus est debita hæreditas, licet istud testamentum sit factum cum
duobus testibus tantùm, tamen non tollitur per secundum testamentum, nisi secundum sit cū septem testibus
celebratum: etiam si istud secundum fiat inter liberos: &
tamen si in primo testamento instituātur extranei, quibus non est debita hæreditas, istud tollitur per secūdum
etiam imperfectū, dummodo in eo sint instituti venientes ab intestato. omnia ista probātur in l. hac consultissima. & in auth. hoc inter liberos. C. de testa. Apparet er-
15 go ꝙ † id quod est aliquo modo debitum, si concedatur ei
cui est debitū, difficilius reuocatur, quàm id quod nullo
modo est debitum. Ad id quod dicitur non esse eandem
rationem in filio, quæ est in liberto, responderi potest, ꝙ
imò est eadem ratio: quia sicut seruo non debetur libertas, & si ei conceditur, hoc est ex liberalitate domini, ita
in filio

in filio, vt supra dixi. Non obstat etiã vltimum argumen
tum de minori ad maius: quia ad hoc respondetur, quòd
aut consideras filium naturalem ante legitimationem,
16 & falsum est, †quod sibi aliquid debeatur præter alimen
ta: sed si pater ei relinquit aliquid, hoc facit ea sua libera
litate. l. ij C. de natu. libe. & auth. licet eo. tit. & eodẽ mo-
17 do considerando †libertum, dum est seruus ante dationẽ
libertatis, à pari procedũt, quia vtrique nihil debetur. Si
verò consideras filium post legitimationem, tunc bene ei
debetur, & tunc etiam à pari procedunt: quia liberto de-
betur, & suum est quicquid acquirit. Si modo consideras
filium post reductionem in pristinũ statum, & dicas eum
amittere honorem, & statum, & bona, quæ sibi debeban-
tur propter legitimationem, dico q omnia ista concesse-
rat sibi pater ex mera liberalitate, nimirũ si propter in-
gratitudinem potest illa reuocare. Eodem modo consi-
derando libertum à pari procedunt, quia eodem modo
ipse amittit honorem, statum, & bona, quæ sibi obuene
rãt, & obuentura erant post libertatem, quæ omnia do-
minus ex sua liberalitate concesserat, dum dedit liberta
tem. Et q libertus, & filius legitimatus æquiparentur in
iure, tenet Ias. in l. ea facto. ad fi. vj. col ff. de vulg. & pupil.
Vltimò pro ista parte facio vnum forte fundamentum.
18 Nam magis fauetur †libertati[e] quam filiationi, & sic fa-
e uorabilius est legatum libertatis, quàm ius & legatum fi-
liationis. ita dicit Ias. in l. sicut legetur. in § hoc autem.
in vlti. col. vbi optimè probat hoc. ff. de lega. j. ergo si li-
bertus priuatur libertate propter ingratitudinem, iuri-
bus præallegatis, multo magis debet priuari filius legiti-
19 matione: quod intellige †in legitimato rescripto princi-
pis, secus per subsequens matrimonium: vt tenet Bald. in
d. c. filii nati. Cogita tamen super prædictis, quia exercen
di ingenii causa dicta fuere.

ADDITIONES.

a Vel ex maioribus Quòd ex simili vel maiori causa posit fi-
lius exhæredari, si subsit identitas rationis, tenet Feli. in c. pa-
storalis. in prin. de rescri Palatios Ruuios in repet. rub. de do
natio. inter vir. & vxo. §. xvj. nu. 10. Hippoly in singu. lxxviij.
Chassæn. in consue. Burgund. rub. vij. § ij. nu 2. versi sed quæ-
ro. Rodericus Suarcs, in l. ij. fori. fo. 71. col. j. versic. tertiò in-
quantum istæ leges. Nam etiam in cõcordantiis est licita ex-
tensio, vt per præceptorem meum do. And. Alcia. in tracta de
præsum. regu. ij. præsumptio. xxviij. nu. 8. Bertachi. in tractatu
de gabellis, in ij. membro viij. partis prin. nu. 15. Tiraquel. de
vtroque retractu. fo. x31. nu. 2.

b Eodem modo &c. Istud dictum, cum omnibus sequentibus
similibus tacito authore notat Palatios Ruuius, in repetitio.
c. per vestras. §. iiij. col. ij. versic, adde quòd pro ista opinione.
extrà de dona. inter vir. & vxo.

c Dixit tamen notab. Bal. & c. vide Roma. sing. ccxxv. & ibi ad-
didi. & ad Franci. Cremen. sing. xx. Et quòd si filius sit ingra-
tus, vel aliàs constaret saltem summarie eum esse hæreditate
& bonis priuatum, quòd tunc non sit alendus, tenet Alex. in
l. j. col. iij. ff. sol mat. Stepha. Aufrer. in additio. ad decisio. Ca-
pellæ Tholosanæ, decisio. lxxvij. Dec. in l. iura sanguinis. ff.
de reg. iur. Areti. in l. iij. in §. filius. nu. 9. ff. de liber. & posthu.
Palatios Ruuius, in l. xlix Tauri. nu. 8. Ias. in l. ius autem ciui-
le. nu. 28 ff. de iusti. & iur. Chassæn. in consue. Burgund. in tit.
Des iustices. rub. j. §. iiij. fo. 33. col. j. nu. 19. & Petrus Dueñas, in
regu. ccclxv. incip. filio durante lite super hæreditate.

d Sed nunquid talis filius. Faciunt notata per Ludo. Roma. in
singu. cccccclxxxiij. incip. nullus qui ex suo.

e Magis fauetur libertati. Vide quæ dixi in annotat. ad Mathe.
singu. cxiij. nota regulam, quòd omnes. nu. 6. Gab. Sar.

II.

1 Filius habens rem cum concubina patris, licet sit exhæredatione dignus, tamen fallit quando ignoranter hoc faceret.

2 Ignorantia probabilis excusat secus si sit supina.

3 Feudum perditur ex eisdem causis, ex quibus quis exhæredari potest.

4 Filius propter defensionem patriæ vulnerans patrem, non potest exhæredari, & econtrà.

5 Pater filium occidens propter defensionem patriæ, excusatur.

6 Bannitus, qui potest impune occidi, poterit occidi à filio vel à patre.

7 Filius licet ex causa possit exhæredari, tamen fallit si pœnitẽtiam egerit.

8 Filius committens causas, ob quas exhæredari potest, perdit priuilegium filij. & pater illũ occidens non tenetur pœna legis Pompeiæ de parricidijs: sed solum pœna deportationis.

9 Pater habens filium, & illum ponens in hospitali, perdit ius & priuilegium quod habet in filio: & si talis filius occideret patrem, non teneretur lege Pompeia de parricidiis. Et quid de filio ponente patrem in hospitali, quem alimentare & curare potest?

10 Ciuis deserens ciuitatem periclitantem, perdit priuilegium ciuilitatis, & desinit esse ciuis.

11 Spurius natus ex damnato coitu, qui posset criminaliter accusari, si patrem occidat, non tenetur lege Pompeia de parricidijs.

TVscis, q in præcedenti not. nonnulla circa mate-
riam exhæredationis tibi tradidi. Nunc verò cir-
ca eandem duas nouas limitationes trado, super quibus
a cogitabis. Nam licet filius[a] †habens rem cum cõcubina
1 patris sit dignus exhæredatione. §. causas. in authent. vt
cum de appel. cog. colla. viij. tamẽ hoc non procederet,
quando ignoranter hoc faceret, puta, quia non sciret eã
esse concubinam patris. Eodem modo si insultaret patrẽ,
& nesciret esse suum patrem, puta in aliquo conflictu, vel
quia haberet habitum insolitum: vt in simili no. gl. & ibi
Bal. in v. col. in ca. j. quib. mo. feu. amit. vbi in istis termi-
nis non priuatur vasallus feudo. & hoc verum, quãdo es-
2 set †ignorantia probabilis: secus si crassa & supina: quia
paria sunt scire, vel scire debere. l. quod te. ff. si cert. peta.
3 cum, secundum Bal in d. c. j. quæcunque sint †iustæ causæ
exhæredationis filii, sunt iustæ causæ perditionis feudi. &
eandem æquiparationem facit Bal. in l. iiij. ff. de libe. cau.
per Ias. vbi probat in authen. non licet in iij. col. C. de li-
ber. præter. faciunt quæ habentur in l. item apud §. si quis
virginem. & ibi in apo. ad Bar. ff. de iniur. Alia & secunda
4 limitatio est, quòd si filius †propter defensionem patriæ
vulnerauerit patrem, non potest propter hoc exhæreda-
ri: eodem modo si pater vulnerauerit filium, per id quod
no. Abb. in c. peruenit. post Gof. in j col. de immu. eccles.
5 vbi plus vult, quòd propter †defensionem patriæ excusa-
tur pater occidens filium. allegat no. tex. in l. minimè. ff.
de relig. & sump. fune. vbi in terminis hoc decidit. Adde
glo. in ca. fortitudo. xxiiij. q. iij. Addit etiam not. dictum
6 Bar. in d. l. minimè. qui per illum tex. dicit, †quòd exban
nitus, qui potest impunè offendi, vel occidi secundum
formam statuti, poterit occidi à filio vel à patre. Adde e-
tiam quod habetur in l. veluti. ff. de iusti. & iu. & per Ias. in
7 l. j. §. huius studii. in vlti. col. eo. tit. Intellige †tamen præ-
dicta, scilicet filium posse exhæredari, & denegari dotem
& alimenta ex dictis causis in d. § causas nisi filius vel fi-
lia pœnitentiam egerit. Alex. & alii in l. j. ff. sol. matrimo.
8 Adde †tamen[b] fortius, quòd ex dictis causis filius perdit
b priuilegium filii: & ideo si pater occideret filium qui cõ-
misit causam ingratitudinis, nõ teneretur lege Pompeia
de parric. sed solum teneretur pœna deportationis. text.
& ibi glo. & Barto. quem bene signat in l. diuus. ff. ad leg.
Pompe. de parric. & idem econtra, vt ibi per Barto quod
perpetuò no. sequitur Ias. in l. ius autem ciuile. in penult.
9 col. ff. de iusti. & iur. Adde vltra omnes, †quod idem esset
dicendum, si pater haberet filium, & poneret eum in ho-
spitali: quia tunc perderet ius & priuilegium quod habet
in ipso filio, & si postea filius occideret patrem, non tene-
retur lege Pompeia de parric. Eodem modo dicerem in
filio ponente patrem in hospitali, intellige quando filius
posset eũ alimentare, & curare, & pater occideret ipsum,
per tex. singu. in l ij. C. de infan. expos. per quem text. ibi
10 singu. no. Bal. quòd ciuis †deserens ciuitatem periclitan-
tem perdit priuilegiũ ciuilitatis, & desinit esse ciuis, quod
11 bene not. Adde etiam †alium casum singul. in quo filius
occidendo patrem non tenetur dicta leg. Pompeia de
parric. in spurio nato ex tali damnato coitu, qui posset
criminaliter accusari, puta ex incestu. ita singula. tenet
Imo. in l. Lucius. §. fi. ff. de lega. ij. sequitur Ias. in §. pœna-
les. circa medium xij. col. Insti. de actionib.

ADDITIONES.

a Nam licet filius. Vide Nic.Boër.decisio.cclx.nu.33.
b Adde tamen.Idem tradit Ias.in l.ius autem ciuile.col.penult. ff.de iusti.& iure.Hippo.de Marsil.in l.j.in prin.in xx. limitatione.& in l.circuncidere.§.seruo ff.de sicar.& in l.si quis viduam.col v.versi.item facit.ff.de quæstio.Quod quomodo intelligatur,vide lăte per Ludo.Carrer.in practica criminal. in §.homicidii.nume.141.vsque ad nume.144.& tradit Petr. Ducñas in regul.lxviij.incip.bannitus ex forma. in viij. ampliatione.& per Petrum à Plaza Hispanum lib.j.capitul.xxij. epitomes delictorum.numero 12.& capitul.xxxvj.numero 5. Gabriel Saray.

III.

1 *Exhæredatio facta de filio,an censeatur reuocata per reconciliationem subsecutam?*
2 *Distractus eiusdem naturæ esse debet cuius est contractus.*
3 *Legatum non potest fieri,nisi expressè verbis vel nutu:ademptio tamen potest fieri tacitè.*
4 *Mutatio voluntatis debet probari cùm sit facti,aliàs non præsumitur.*
5 *Iniurias despicere grauis & boni viri est.*
6 *Conditio à lege prolata denotat causam finalem.*
7 *Amicitia redintegratio ciuilitatem amissam non redintegrat.*
8 *Dispositio subsequens non inducit repetitionem eorum,quæ in prima dispositione sunt dicta.*
9 *Qualitates adiectæ dispositioni primo duranti non intelliguntur repetitæ in dubio in secunda dispositione, in qua illius primò tunc durantis facta est translatio.*
10 *Iniuria pacto sublata nō potest pacto subsequēti redintegrari:quia iniuria ex pacto non nascitur,sed ex contumelia.*
11 *Conuentio non extenditur vltra res in ea expressas.*
12 *Causa præcedentis actus sublatiua.sublatio de se actum iam sublatum non redintegrat,sed opus est nouo contractu,quādoque voluntario,quandoque coacto.prout sunt casuum diuersitates.*
13 *Redire in amicitiam quid sit? Et quid sit restitutio?*
14 *Legatum per amicitiam redintegratur.*
15 *Cessante causa,quando effectus non cesset?*
16 *Confirmans,vel redintegrās actum ipso iure nullū dicitur de nouo dare.*
17 *Legatum propter inimicitias non annullatur ipso iure,sed ope exceptionis.*
18 *Intellectus l.iij §.final.ff.de adimend.legat.& suprà numer.3.& sequen*
19 *Exhæredatio sub conditione fieri non potest.*
20 *Conditio tacita in omni exhæredatione inest.*
21 *Intellectus l.posthumus in prin ff de iniusto rup.irri testa.*
22 *Intellectus l.qui liberis.§.testamento ff.de bono possess secundum tabul.*
23 *Exhæredatio propter reconciliationem non reuocatur.*
24 *Intellectus l.filio quem pater.ff de libe.& posthu.*
25 *Intellectus l.in ipsius.C.famil ercisc.*
26 *Verba generalia an sufficiant ad remissionem iniuriæ.*
27 *Verba generalia in materia fauorabili referuntur ad merentes, non ad indignos,nisi omnes sint indigni.*

VIde quod no.Bat.in l.iij.§.fi.ff.de adimen.lega.quem sequitur Ias.in authen.non licet.in fi.C.de libe.præte.
1 vbi vult,quòd si pater † exhæredauit filium ex iusta causa,si post reconciliauit se cum eo,illa exhæredatio est reuocata, quia per actus sociales extrinsecos reconciliatur pax,vt probatur Insti.de iniur.§ fina.& ibi Aret.Item per sequentia merita,vt l.in ipsius.C.fami.ercisc.& dicta l.iiij in fin.Sed ego dubito, quia sicut exhæredatio expressè,& nominatim,& iusta causa in testamento inserta fieri debet,vt no.in dicta authen.non licet.eodem mo
2 do dicendum est de reuocatione:cùm eiusdem † naturæ debet esse distractus cuius est contractus, vt habetur in l.ab emptione.ff.de pactis.nisi dicatur quòd ideo in casu isto hoc toleretur, quia reuocatio est fauorabilis,& exhæredatio est odiosa:& à dispositione odiosa per dispositionem fauorabilem facilè receditur, secundum Bald. in d.l.in ipsius.quia res de facili reuertitur ad suam naturam,& ad pristinum statum,id est,quādo non erat exhæredatus.l si vnus § quod si in specie.ff.de pactis.Vel aliter & melius potest dici,ꝙ in terminis nostris non procedit illa regula,eiusdem debet esse naturæ distractus cu
3 ius est contractus,&c patet.quia † legatum,& sic cōtractus non potest fieri,nisi expressè verbis vel nutu:& tamē ademptio,& sic distractus potest fieri tacitè. & sine verbis vel nutu.vt in d.l.iij.in fi.Nisi diceres ꝙ hoc lex vult in odium ipsius legatarii,cùm de bono reddit malū, quod cessat,quando legat.Sed nihilominus non videtur ꝙ sit adempta,per tex.in d.l.iij.in fi.cum l.seq.vbi dicitur,ꝙ si iterum in amicitias redierint ,& pœnituerit testatorem prioris offensæ,ꝙ redintegratur legatū. Pondera ꝙ text. loquitur copulatiuè,ergo requiritur vtrunque.l.si hæredi plures.ff.de condi insti. Et sic non per solam amicitiam redintegratur,sed requiritur etia,ꝙ testator mutauerit voluntatem suam.& assignat rationem,quia ambulatoria est voluntas testatoris vsque ad mortem,sed mutatio
4 † voluntatis non potest apparere,nisi probetur ,cùm sit facti,& facta non præsumuntur nisi probentur.l.in bello. §.facta.ff.de capti & postlim.reuer.quia quis præsumitur persistere in priori voluntate,nisi ille qui allegat mutationem voluntatis,illam euidenter probet.l. cum hic status.post prin.ibi dum dicit,si appareat euidenter testatorem mutasse voluntatem &c.& ibi not.Bart.ff.de donationib.inter virum & vxorem. & l.cùm tacitum.ff.de probatio.capitu.maiores.ad fin.& ibi not.de baptismo. quia potest bene stare quòd redierit in amicitiam, & tamen non sit redintegratum legatum:vt faciūt boni Christiani qui propter confessionem & cōmunionem remit-
5 tunt iniurias & rancores : quia vt ait Seneca, grauis † & boni viri est iniurias despicere.Pondero etiam aliter illum text.quòd loquitur conditionaliter, sed ego habeo
6 † quòd cōditio à lege prolata denotat causam finalem. Bar.in l.ij.§.fin.ff.de donatio & est de forma substantiali,secundum Bal in authen.matri & auiæ.C.quando mulier tutelæ officio fungitur.& Ias.in l.ij.§.quod si in præsens.in vj.colum.ff.soluto matrimonio.sed ad hoc vt illa conditio importet causam finalem,de necessitate oportet,quòd apertè appareat de voluntate testatoris voluisse redintegrare legatum:& hoc,vt dixi,nō potest apparere per solam amicitiam,sed per testes, aut per scripturam,& hoc modo intelligo illum tex.Et quòd debeat ita intelligi,probo,primò per tex.optimū in l.ij.in ver.sanè. C.de liber & eorum lib.dicentem, quòd quamuis seruus
7 propter libertatem adeptam ciuis Romanus effectus, † & postmodum propter superuenientem inimicitiam inter ipsum & dominum in seruitutem reuocatus,& sic ciuilitatem Romanam amittens,ipsius inimicitię pœnitentiā agat,& sic amicitiam cum domino redintegret,nō tamē ex hac amicitiæ reintegratione ciuilitatem Romanam, quam propter inimicitiam,quę causam dedit reductioni in seruitutem,amiserat,recuperat.sic ergo in casu superueniens reintegratio amicitiæ ciuilitatem non reintegrat,quam prætendens extinxerat inimicitia:nec videtur propter reintegrationē amicitiæ esse extincta legati reuocatio: quod probatur ex duobus. Primò ex regula
8 quæ habet,ꝙ subsequens † dispositio ex intellectu non inducat repetitionem eorū quæ in prima dispositione sunt dicta.C.de vsur.l.per retentionem.ff.de adi.lega.l.si tibi certam.de lega.ij.l.cùm pater.§.pater certam.Secundò,
9 quia si qualitates adiectæ † dispositioni primò duranti non possunt intelligi repetitæ, in dubio in dispositione secunda,in qua illius primo tunc durantis facta est translatio l nouatione.ff.de noua.l. Labeo.§.fi.ff.de arbi.l.cū Hermes.C.loca.l. Valerianus.ff.de præto.stip.cum si consequens est, vt multominus qualitates huiusmodi liberalitatis adiectæ reintegrationi amicitię priùs,quàm inimicitia superueniens totaliter extinxit, non intelligantur repetitæ in hac reintegratione amicitiæ sequentis,in qua non potest videri trāslata liberalitas prima, vt dixi, per inimicitiam totaliter extinctam.Tertiò principaliter hoc probo,quia id renouatum,quod de per se non est causa liberalitatis,non potest inducere eiusdem liberalitatis iam extinctæ renouationem.ad hoc text.ad propositum valde not.ff.de pactis.l.si vnus.§.pactus ne pe-
10 teret.versic.sed si pactum.dicens iniuriam † pacto sublatam non posse pacto sequenti redintegrari,& subiicit rationem

rionem formaliter sic. non enim ex pacto iniuria nasci-
tur, sed ex contumelia, &c. Ita igitur in proposito no-
stro ipsam liberalitatẽ, quam non inducit redintegratio
amicitiæ, sed voluntas exercentis talem liberalitatẽ, non
debemus dicere redintegratã ex simplici superuenientia
amicitiæ, & si. pacis, cùm non ex simplici pace, sed ex spe
ciali cõcessione testatoris ipsi legatario legatũ seu libe-
ralitas nascatur. vnde ille tex. ita inductus est ad proposi
tum nostrum. Quartò principaliter patet, quod nec dici
potest eandem liberalitatem legatario redditam ex hac
sequenti amicitia, & pace, propter præsumptam volũta-
tem: quoniã in ea nulla liberalitatis mentio facta fuerit,
cõsequens est, vt succedat notissima iuris regula volens,
11 vt cõuentio † non vltra res in eadem expressas extẽdatur.
l. si vnus. § ante omnia ff. de pact. l. stipulatus es opus. ff.
de fideiuss. & l. fideiussores magistratuum. §. pro Aurelio.
eo. ti. cũ simi. Vltimò principaliter nec dici potest ipsam
liberalitatem legatario redintegratam ex concessione
causæ, id est inimicitiæ quę liberalitatem seu legatũ tota-
liter extinxerat: quoniã iuris est notissima regula, quòd
12 sublatio † causæ precedentis actus sublatiuæ de per se so-
lum actum iam sublatũ non redintegrat, sed opus est no
uo cõtractu, quãdoque voluntario, quandoque coacto,
prout sunt casuum diuersitates, vt patet ff. de condi. ob
cau. l. si quis accepto. ff. quod me. cau. l. metum. §. hoc edi
cto. ff. de præscrip. ver. l. ob eam. secundum vnum intelle-
ctum. C. de transact. l. cum mota cum simi. Posset etiã ad
hanc intelligẽtiam adduci materia l. quæ res. §. aream. ff.
de solut. l. inter stipulãtem. §. sacram. de ver. obl. l. deferre.
§ fi. cum l. seq ff. de iure fis. l. quod in rerũ. § fi. de lega. j. cũ
simili. sed prædicta satis sunt. Sed ad omnia ista videtur
posse responderi. quia si præsupponimus rediisse in ami-
citiam, de necessitate sequitur testatorẽ pœnituisse prio
ris offensæ. non enim potest redire in amicitiam, nisi te-
13 statorem pœniteat: cùm redire † sit in pristinum statũ ire,
sicut restitutio dicitur in pristinũ statum repositio l. quod si
minor. §. restitutio. ff. de min. Et si dicis, opus est quod appa-
reat de mente testatoria redintegrantia legatum, dico quod
apparet tacitè, & istud sufficit vt dicta l. quod si iterum.
Nec est verum quòd requiratur declaratio volũtatis fa-
cta per scripturã, vel corã testibus. quia nullibi hoc pro-
14 batur. & quòd legatum † redintegretur propter amicitiã,
probatur ratione manifesta. nam cessante causa cessat ef
fectus. l. adigere. §. quãuis. ff. de iure patro. c. cum cessan-
te. de appel. sed causa ademptionis fuere inimicitiæ, quia
tunc cessant: ergo debet cessare effectus, id est ademptio,
& sic remanere in pristinum statum, cùm contrariorum
eadẽ debet esse disciplina, cum sit eadẽ ratio. & per hoc
tollitur quod suprà dictum est, quod ista stent simul, scilicet
reditio in amicitiã & ademptio: quia hoc est impossibi-
15 le per dictã regulã. Sed dic dictã † regulã non obstare, nã
quãdoque actus est perfectus & tunc cessante causa non
cessat effectus. & Bar. in l. j. §. fi. ad fi ff. de dona. & Bar. in
l. ex duobus. in prin. iij. col. ff. de duo. reis. sed in casu no-
stro actus est perfectus, scilicet reuocatio legati propter
inimicitiam, ergo non cessat effectus per reditionem in
amicitiam. Non obstat si dicas, quòd sicut et quando le-
gat, oportet quòd appareat per testes, aut per scripturã,
ita quando redintegrat, cùm de nouo det: per ea quę no.
Bar. in l. hæredes palam §. i. ff. de testamen. Quia respon
deo negando quòd de nouo det, vel videatur dare: quia
16 tunc quis † videtur de nouo dare, quando confirmat, vel
redintegrat actum ipso iure nullum: sed legatum propter
17 inimicitias non annullatur ipso iure, sed tantũ ope † exce
ptionis propter voluntatem testatoris, quæ præsumitur
abesse. & hoc dicit tex. in fi. d. l. iij. ergo non cẽsetur de no
uo dare, per not. per Bar. & alios in l. more. j. col. in fin. ff.
18 de iurisdi. om. iudi. & ista † de legato dixi quò ad intelle-
ctum d. l. iij. in fi. cum l. seq quem intellectum cõtra om-
nes doct. puto in puncto iuris esse verum: quia si rectè cõ-
sideras suprà adducta ad intelligentiam illius legis tolli
non possunt, scilicet, quòd non per solam redintegratio-
nem amicitiæ redintegretur legatum. Cogita tamẽ, quia
docto. omnes simpliciter pertranseunt, & aliquod verbũ
suprà adductum non ponunt. De exhæredatione autem

quid sentiam, dicam inferius, & quòd exhæredatio non
intelligatur reuocata, probatur, quia esset facta sub con
19 ditione, scilicet exhæredo filium † nisi reuertar in amici-
tiam, quæ non potest fieri sub conditione. l. etsi peperce-
rit in prin. & ibi Alex. ff. de libe. & posthu. Ad hoc potest
responderi, quòd ista est quædam conditio tacita pẽdens
à voluntate testatoris, quę non vitiat exhæredationem.
aliàs omnis exhæredatio posset dici facta sub conditio-
ne, & per cõsequens nulla exheredatio valeret: quod non
20 est dicendum, cum in omni † exhẹredatione insit tacita
conditio pendens ex voluntate testatoris, scilicet, exhẹre
do filium nisi reuocem exhẹredationem. Prẹterea dicitur
in l. posthumus. in prin. ff. de iniust. testa. quòd si posthu-
mus nascens rumpat testamentum, & viuo testatore de-
cedat, conualescit testamentum absque alia declaratio-
ne voluntatis testatoris & tex. in l. qui liberis. §. testamen
to. ff. de bo. pos. secundum tabu. dicit, quòd si quis post fa
ctum testamentum dederit se in arrogationem, testamẽ-
tum rumpitur. & si efficiatur sui iuris, testamentum recõ
ualescit, nisi expressè in codicillis, vel coram testibus de-
claret voluntatem suam. Ias. in l si arrogator. in xvj. col. ff.
21 de adop. concordat ista iura sic, quando testamentũ † rũ-
pitur ex facto alterius, lòquitur l. posthumus. quando ve
22 rò rumpitur ex facto voluntario testatoris, † loquitur d.
§ testamento. & illam doctrinam sentit Bar. in l. si quis fi
lio exhæredato. §. quatenus. in fi. ff. de iniust. testa. Modò
in proposito, exhæredatio est facta voluntate testatoris,
& eius facto, vnde attenta prædicta doctrina non debet
posse reuocari, nisi expressè appareat de voluntate. Ad
hoc potest responderi, quòd imo in casu isto exhẹredatio
fuit facta facto filij, & sic alterius, cùm cõmiserit aliquam
causam ingratitudinis, & sic eius facto, & causa, prout est
in ademptione legati: quia censetur adẽptum tacitè per
solas inimicitias absque reuocatione expressa facta à te-
statore. cùm culpa, & facto legatarij hoc processerit. & te
net Bar. in l. cùm tabulis. §. j. de his quib. vt indig. Vel ali
ter potest responderi, quòd sumus in diuersis terminis, &
aliud est quærere, vtrum actus semel reuocatus ex facto
voluntario testatoris possit reuocari tacitè. & dicendum
est quòd non. d. §. testamento. & ita procedant supradi-
cta: & aliud est quærere, vtrum actus factus à testatore qui
nunquam fuit reuocatus, possit tacitè reuocari. & ita est
in casu nostro. Et dicendum est quod sic. patet in d. l. iij.
in fi. de latando vt suprà. Sed pro opi. Bar. videtur tex. in
l. in ipsius. C. fami. ercis. vbi dicitur, quòd si dominus ca
uerat, quòd vnus ex seruis suis moraretur in vinculis, &
alter venderetur exportandus, dicitur ibi, quòd per cle-
mentiam tollitur illa offensa, licet scripturis non probe-
tur, dummodo aliquo modo hoc cõstet, præsertim cùm
talia eorum merita præcedant, vt ira domini poterit mi
tigari. & secundum Bald. ibi a dispositione odiosa facilè
receditur per dispositionem fauorabilem. Pondera ergo
quòd si istud procedit in seruo, & sic in extraneo, multo
fortius procedet in filio. Quid tenendum in isto dubio
passu? videtur quòd opinio Barto. sit verior, per dictam l.
in ipsius. & alia prædicta. & obiectionibus suprà factis
est bene responsum iudicio meo. Dico in primis, quòd
illi qui dicunt Bar. in dicta l. iij. in fi. decidere exhæreda-
tionem esse reuocatam propter reconciliationem, non
bene dicunt. quia Bartol. hoc non dicit ibi, nec vnquam
dicet. sed quærit de illa quæstio. & arguit de illo text. pro
parte affirmatiua, & relinquit indecisum: & ita videtur
intelligere Bartol. Aret. in l. filio quem pater. in prima co
lum. ff. de liberis & posthumis. Vnde dico indubitanter
23 † talem exhæredationem propter reconciliationem non
esse reuocatam. hoc probabo lege, & authoritate. pro-
bo lege. quia text. est in terminis in dicta l. filio quem
24 pater. vbi dicitur, † quòd si pater exhæredauit filium e-
mancipatum, & postea arroget eum, & per consequens
reuertatur in amicitiam patris, & recõcilietur, quòd per
hoc non censetur exhæredatio reuocata. & est ratio secũ
dum doc. ibi, quia si per istã reconciliationẽ esset reuoca
ta exhẹredatio, filius inueniret se prẹteritũ, & per conse-
quẽs rũperet testamẽtũ, quod nõ videtur esse de mẽte te-
statoris, cum nemo præsumatur elegisse viã, per quã sua

dispositio infringatur.l.iij.ff.de testa. milit. Authoritate probo,quia hoc sentit expresse Areti.ibi in d.l filio quē pater.dum allegat Bat.in d.l.iij.& ita sentit eriā Alex. & Pau.de Castr.ibi.Et per prædicta hanc partem tenerem in iudicando,& consulendo, quicquid dicat Ias. in d.auth.
25 non licet. Non ob.l.in ipsius.C.fami,ercis quia ibi †non sequeretur irritatio testamenti, sicut in casu nostro. Sed
26 quæro nunquid verba generalia†sufficiant ad remissionem iniuriæ,& sic exhæredationis?verbi gratia,dicit pater cuilibet filio meo dono decem,vtrum per hoc videatur filio exhæredato offendenti iniuriam remittere,& sic
27 exheredationē?Dic quod non,quia verba generalia†debent referri ad merentes,non autē ad indignos,vel odiosos etiam in materia fauorabili,vt est in vltimis volūtatibus.tex.est not.in l.Lucius Titius.§.Lucius Titius Damam.ff.de leg.ij.quod verum est secundum Bal. in d.l.in ipsius.C.fa.ercis.in fi.nisi omnes offenderint,quia tūc de necessitate refertur ad offendentes,& odiosos,vt dispositio aliquid operetur.arg.l.fundus qui locatus ff.de fundo instruc.& l qui cō. ubinam.§.qui hortos.ff.de leg.j.cū simi.Et nota omnia prædicta,quia alibi hoc modo declarata non reperi,quia doctores simpliciter transeunt.

ADDITIO.

An si filius rediuit in gratiam patris,sit exhæredatio reuocata,late & doctissimè discutit Didac,Couarr. in c.Raynutius. nu. 17.ver.illud hic notandum est.extrā de testa. Gab.Sar.

IIII.

1 *Libellus obscurus.generalis,& incertus parte non opponēte procedit.*
2 *Verbum debet,importat necessitatem.*
3 *Intellectus l.fi in rem ff de rei vendi.*
4 *Forma non seruata actus est ipso iure nullus.*
5 *Omissio ordinis iuris & formæ legis . vitiat actum , & consensus partium nihil operatur,cum formæ legis renūtiari non possit.*
6 *Sententia debet esse conformis libello.*
7 *Intellectus l.fi.C de anna excep.& nu.14.*
8 *Citatio qualibet etiam generalis & indiscreta interrumpit præscriptionem.Item & oblatio inepti libelli.*
9 *Intellectus c.significantibus de libelli oblatione.*
10 *Argumentum à contrario sensu non sumitur, vbi resultat correctio legum.*
11 *Forma legis inducta ob certam causam,quæ nunc cessat,an possit renuntiari?*
12 *Forma legis inducta in fauorem partis tantum an possit renuntiari?*
13 *Sententia certificari potest ex actis.*
15 *Libellus ineptus,& nullus præscriptionem interrumpit.*
16 *Iudex ex mero officio parte etiam non opponente potest cogere actorem,vt libellum suum obscurum declaret.*
17 *Libellus generalis & obscurus in criminalibus parte etiam non opponente,est ipso iure nullus,secus in ciuilibus.*

Notant docto.in l.edita.C.de eden.quòd licet libel-
1 lus †obscurus,generalis,& incertus parte opponente non procedat,tamen secus est parte non opponēte.per tex.in l.fi.in fi.C.de anna.excep.vbi Bar.& alij doct.& est text.in c.significantibus.de libel.obla.vbi sufficit petere in genere,licet postea reuocetur in irritū, vt ibi. Sed hoc videtur falsum,per tex.in l.fi in rem.in fi.in verbo, debebit.ff.de rei vendi. dicitur ibi,quòd in libello quis debet exprimere causam,& rem & circunstantias rei.pondera
2 verbum debet,†quod importat necessitatem.c.j.de dolo & contu & ibi Abb.l.Paulus.j.ff.de re iudi.& ibi doc. ergo necessariò requiritur quòd libellus sit certus, aliàs est ipso iure nullus. Nisi diceres, quòd loquitur quando pars opponeret,& sic vt libellus procedat parte opponēte necessitatur facere illa de quibus ibi.& vt iura iuribus concordent.l.j.C.de inoffi.dot. sed hoc est diuina-
3 re.Sed pondera†quòd ille tex. procedit dando formam, vt etiam patet in prin.illius l.dum loquitur conditionaliter,per id quod no.Bar.in l.ij.§.fi.ff.de dona.& Bald. in authen.matri & auiæ.j.col.C.quando mul.tu.offic.fun.
4 & Ias.l.ij.§ quod si præsens.in vj.col.ff.sol.mat.quòc †non seruata forma actus est ipso iure nullus.l.inter cætera.ff. de libe.& posthu.l.cùm hi.§.si prætor.ff.de transa.sed in casu nostro non est seruata forma, quia libellus non est certus,prout requiritur in d.l.fi in rem. ergo est nullus. Nec potest dici quod hoc solum fit inductū in fauorē rei, vt possit melius deliberare an velit cedere vel cōtendere. l.j.& ibi no.C.de eden.& non fauore petentis:quia respectu eius libellus incertus haber sua substantialia, nimirū si reo tacente & non opponēte procedit libellus quia tacitè videtur renuntiare d.l.fi.de anna. except. & quilibet potest renuntiare fauori suo.l.pen.C.de pact. quia cum
5 sit †omissus ordo iuris,scilicet,q libellus sit certus, quod est de ordine iuris,vt d.l.fi in rem.& sit omissa forma legis,cōsensus partis nihil operatur,cùm formæ legis & ordini iuris non possit renuntiari.gl.in c.dispendia.& in c. statutum.de rescrip.in vj.& quod no.Bal. in auth. si quis in aliquo documēto.in j.col.C.de edē ibi dixit notabi. quòd si quis consentiat publicationi testium ab aduersa parte productorum,si tamen tales testes non fuissent rectè & rite recepti,talis consensus nihil operatur.facit quod si talis libellus incertus procederet,iudex postea te
6 neretur ferre sententiam incertam:cum †sententia debeat esse conformis libello,vt l.vt fundus.ff.cōmuni diui.quod non est dicendum.§.curare Insti. de actio. Nec obstat d.l.fin.in fin.de anna.exce. vbi est fundamentum
7 doctor.quia loquitur † de interrumpenda præscriptione: & sic in libello citatorio,vt ibi patet & ideo non refert an sit generalis,& pars non opponat:quia etiam si opponeret,sufficeret ad interrumpendam præscriptionem. & hoc voluit Iaco But.vt refert Ange.in d.l.fi in rem.in fin.
8 quia quælibet†citatio generalis,& indiscreta interrūpit præscriptioné,vel oblatio inepti libelli.ad hoc vide Bar. & ibi in apost.in l.accusatorus ff.ad le. Iul.de adul.& Ias. in §.curare.in iiij.col.in ver.vj.prædicta reg Insti.de act.
9 Ad c.significantibus,responde,†quòd procedit de facto, vt de facto in irritum reuocetur.ita respondit Barbat.in apost.ad Abb.in d.c.significātibus quod tene mēti, quia secūdum ipsum hoc destruit multas doctrinas doctorū. Sed ista responsio non videtur aliquo modo tollere contrarium. nam dicitur ibi in fin.quòd si ita est prout narrabat,processus reuocatur in irritum,scilicet, quatenus de facto processit,cùm sit nullus ex eo quod pars opposuerat:ergo à contrario sensu,si non est ita vt narrabatur,& sic si pars non opposuit,non debet reuocari in irritum,sed debet valere. Sed ad hoc taliter respōdeo, & dico,quod ibi relatio non debet fieri ad omnia supradicta,ne resultet exorbitās correctio l.fi in rem.ff.de rei vē dicatione.per gl.& ibi Bar & Aret.in l.talis scriptura.de lega.j.& per tex.in l.vxorem.§.j.de leg iij.vnde illa clausula,si est ita,&c.nō refertur ad id quod suprà dixerat de oppositione facta contra libellum generalem & obscu-
10 rum per prædicta,& per consequens† argumentum à cōtrario sensu sumi non potest,cùm resultaret correctio legis,vt not.doct.in l.j.ff.de offi.eius cui man. est iurisdic. Sed videtur quòd ad omnia prædicta responderi possit primò,quòd formæ legis quæ est inducta ob certam causam quæ nunc cessat,potest renuntiari.l.cum hi.§.cum au
11 tem transact.ff.de transact. sed †ita est in casu nostro, ergo potest renuntiari:ista enim forma est inducta ob hāc causam,id est,vt reus possit deliberare an cedat, vel contendat,quæ causa cessat si non opponit,cùm deliberauerit contendere. Nisi diceres quòd ibi minor alimentarius quando transegit super alimentis sine decreto prætoris facit conditionem suam meliorem. quod secus est in casu nostro,quia fatigatur litibus & sumptibus quando libellus est incertus,quod non fatigaretur, si libellus esset certus:quia forte cederet,& non contenderet:& sic in casu nostro non cessat causa, prout in dicto §.cùm autem transact. Vel ibi ideo est quia lex vltra procedit. Se-
12 cundò aliter respondetur,quòd † cùm sit inducta ista forma in fauorem partis tantum, poterit renuntiare. l.j.ff. de feriis.gl.in c.de causis.de offi.deleg. Non obstant glo. suprà allegatæ,quia loquuntur quando forma est introducta non solùm in fauorem partis, sed etiam publicæ vtilitatis. Ad id quod dicitur,est omissus ordo iuris,&c. negatur,quia connumeratur inter ea quæ sunt de ordine

dine iuris, quæ ponuntur per gl. & doct. in l. prolatam. C.
de sent. & d. l. si in rem. non probat quòd sit de ordine iu
ris. Non obstat, quòd sequeretur, quòd iudex cogeretur
ferre sententiã incertam, &c. quia dico quòd in processu
dum actor probat intẽtionem suam, certificabitur libel
13 lus, & declarabitur: & sufficit † ꝙ sententia certificetur ex
actis l. iij. C. de sen. quæ sine cer. quãti. Nec obstat respon-
sio data ad l. fi. in fi. C. de annal. excep. quia si rectè inspi-
14 ciatur ille tex. non solùm loquitur † in libello citatorio
ad interrũpendam præscriptionem, sed etiam in libello
petitorio, & cõuentionali: nam dicitur ibi, ꝙ si quis fece
rit libellum generalem, propter hoc multę altercationes
ortæ fuerãt inter antiquos iurisperitos, maximè propter
interruptionem pręscriptionis pondera ꝙ si loqueretur
tantùm de libello citatorio ad interrũpendam præscri-
ptionem, vna tantùm esse dubitatio, & non plures: cuius
cõtrariũ dicitur ibi. Pondera etiã dictionẽ maxime, quę
implicat idẽ in aliis libellis petitoriis, & cõuẽtionalibus.
Tamen posses pro alia opi. dicere ꝙ imò ille tex. non ne-
gat, quin libellus generalis dicatur nullus, si pars nõ op-
ponat, bene dicit, ꝙ si aliquis generaliter dixerit obno-
xium sibi aliquem constitutum, & omnes actiones puta
personales & hypothecarię, & similes, & cõpetẽtes ex in-
certa libelli cõfectione præscriberentur, quod nihilomi-
nus reiectis dubitationibus quæ emergebant, vult ꝙ ad
illas actiones in narratione libelli non cõtentas, interrũ
patur præscriptio: quia videtur omne ius suum in iudi-
15 cium deduxisse, vt suprà dixi, etiam per † oblationẽ libel
li inepti, qui est nullus, interrũpitur præscriptio: & sic fun
dat se in prescriptione. & aliter dicere esset corrigere d.
l. si in rem. quod non est dicẽdum, nisi apertè cõstet. l. præ
cipimus. in fi. C. de appel. Quid tenẽdum in isto passu du-
bio? videtur mihi quod ista pars in puncto iuris sit verior,
& disputatiuè teneri possit. Cogita tamẽ. Retẽta tamen
opinione cõmuni, limita not. regu. d. l. fi. in fi. C. de anna.
16 excep. quòd iudex † ex mero officio etiã parte non oppo
nẽte potest cogere actorem vt libellum suũ obscurũ de-
claret: ita dicũt Bal & Sali. & Ias. in l. iij. C. de transact. Li
17 mita etiam procedere † in causis ciuilibus, secus in causis
criminalibus, vbi libellus generalis & obscurus etiã par
te non opponẽte est ipso iure nullus, vt per Papiẽses in l.
j. j. col. vbi istud limitant. ff. de eden. & valde nota prædi
cta, quia non inuenies alibi ita declarata.

V.

1 *Legatũ reuocatur propter inimicitias capitales. vel grauissimas superuenientes inter testatorem, & legatarium, etiam si post tale legatum reuocatum fecerit codicillos, in quibus dictum legatum non reuocauerit. hoc tamen limitatur.*
2 *Legatarius ignoranter incidens in inimicitiam cum testatore, legato non priuatur.*
3 *Vasallus concubans cum vxore domini sui ignoranter, feudo non priuatur.*
4 *Legatarius an priuetur legato ob inimicitias subsequẽtes, si processerunt culpa testatoris?*
5 *Legatum an & quãdo ob inimicitias superuenientes censeatur reuocatum?*
6 *Legatarius si occiderit testatorem vilem cum eius vxore concubantem, legato non priuatur.*
7 *Donatio causa mortis an censeatur tacitè reuocata propter superuenientem inimicitiam sicut legatum?*
8 *Donatio inter virum & vxorem reuocatur per tacitam pœnitentiam.*
9 *Donatio causã mortis an inducatur si expressè mortis mentio facta non fuerit, ad hoc vt reuocari possit?*
10 *Donatio causa mortis quãdo videatur reuocata, & quãdo non?*

1 REgula est, quòd legatum reuocatur propter † inimi-
citias capitales, vel grauissimas superueniẽtes inter
testatorem & legatarium. l. iij. § fi. ff. de adi. leg. quod am
plia procedere etiam si testator post tale legatũ reuoca-
tum fecerit codicillos, in quibus non reuocauit legatum
factum illi, vt tunc poterat, si volebat: & per hanc præsum
ptionem nõ desinit esse reuocatum legatũ, cùm videre-
tur dicẽdum quòd sic, per reg. l. diuus. ff. de in integ. restit.
quia vna præsumptio tollit aliam, sicut quãdo per recõ-
ciliationem reintegratur legatum: eodem modo esset di
cendum in casu nostro, tamen (vt dixi) in contrarium
no. Bar. in l. filia. §. Seio. per tex. solennem. ff de adimẽ. le-
ga. quod bene no. quia multi dicerent contrarium. Istam
ampliationem ego limitarem, quãdo in codicillis testa-
tor reuocaret expressè aliqua ex legatis iam tacitè reuo
catis propter inimicitias, & aliqua non: quia tũc illa quę
expressè nõ reuocauit, dicerem quòd deberẽtur. ex quo
enim reuocauit quædã, & quædam non, videtur expressè
apparere de mente sua, quod non vult reuocare illa, quę
expressè non reuocauit. arg. l. cùm prætor. ff. de iud. & c.
nõnne. de præsump. facit tex. l. cùm hic status. §. qui quas-
dam. ff. de donatio. inter virum. Intelligerem tamen di-
ctam limitationem non procedere, quãdo tale legatũ se-
mel reuocatum fuisset factũ ex pluribus corporibus exi-
stentibus: quia tunc si ibi reuocaret, quod esset principa
le, extingueretur in totũ legatum: aliàs secus, per text. in
l. peculium. § quadrigę. & ibi not. Bar. ff. de leg. ij. Prædi-
2 ctam tamen † regulam nouiter limitarem non procede-
re, quãdo legatarius ignoranter incidisset in inimicitiã
cum testatore: quia tũc non priuaretur legato. arg. eorũ
quæ not. gl. & Bal. in simili in c. j. quib. mo. feud. amit. vbi
habetur, quòd si quis insultat dominum, quẽ nescit esse
dominum suum, non perdit feudum, nisi esset ignorantia
crassa & supina: quia paria sunt scire, vel scire debere. l.
quod te. ff. si cer. pet. & idem dicunt ibi gl. ff. si concubuit
3 † cum vxore domini sui nesciens eam vxorem. sequitur
Alex. in apostil ad Bar. in l. item apud. §. si quis virgines.
ff. de iniur. Cogita tamen. Adde quòd Bar. in l. cùm tabu
lis. §. j. ff. de his qui. vt indig. singulariter limitat dictã re-
4 gulam non procedere, quãdo † inimicitiæ processissent
culpa testatoris. per illum §. j. quem Bar. ibi reputat mẽ-
ti tenẽdum. Iason verò in l. si filiam tuam. in princi. C. de
inoffi. testa. reprobat illam limitationẽ, & bene iudicio
meo, ꝓ quo facit vltra ipsum l. si inimicitiæ. ff. de his qui.
vt indign. vbi dicitur, quod legatum reuocatur si legata-
rius palam & apertè maledixerit testatori: ergo à cõtra-
rio sensu, si bene dixerit, non reuocatur. tunc sic in d. l. cũ
tabulis. §. j. bene dixit non patiendo se esse concubinã pa
troni, nimirum si non reuocatur. & sic illa lex super qua
se fundat Bar. nihil facit, quia non est distinguendum ex
qua parte inimicitia sit causata. Ita in simili dicit gl. no.
in l. athletæ. §. dat remissionem. in ver. inimicitia. & ibi
no. Bal. quam dicit non esse alibi. ff. de excu. tuto. Tamen
5 si vellemus tenere † opi. Bar. ex suis dictis posset inferri, ꝙ
si post testamentum testator fecisset insultum legatario
sine illius culpa, fortè, quia habebat rem cum vxore le-
6 gatarij, propter hoc non censeretur † reuocatum legatũ.
quod fortè procederet etiam si legatarius ipsum testato-
rem insultantem pro necessaria sui defensione interfecis-
set, vel si ipsum testatorem vilem personam cum vxore
repertum interficiat, per text. notab. d. §. j. l. cum tabulis.
7 Sed quæro nunquid donatio † causa mortis censeatur ta
citè reuocata propter superuenientem inimicitiam, si-
cut legatum. Videtur quòd non, per gloss in l. cum mari-
tus. §. fina. ff. de pactis dot. & in l. ij. C. de iure dot. vbi glo.
soluendo quoddam contrarium dixit, quòd licet ibi sit
donatio causa mortis, & possit reuocari ad libitum do-
nantis, & in eius absentiam, tamen requiritur quòd fiat
per modum expressum, & non tacitum: puta si alteri do-
net, vel leget quis rem mihi prius donatam causa mor-
tis. quæ opinio est multum notab. & vtilis in practica. &
pro ea videtur text in terminis non violando literam in
l. vxori suæ. ff. de donatio. inter virum & vxorem. & sic pa-
tet, quòd non censeatur reuocata propter superuenien-
tem inimicitiam sicut legatum, vt suprà dictũ est. Quod
intelligerem, nisi sequatur indignitas, quæ habetur in l.
si ab hostibus. §. fina. ff. soluto matrimo. Nec obstat si di-
8 ceres, donatio † inter virum & vxorem, quæ morte con-
firmatur, reuocatur per tacitam pœnitentiam, alteri le-
gando vel donãdo. l. cum hic status. §. si maritus. & §. qui
quasdam. ff de dona. inter vi. & vxo. Nam ad hoc respon
deo, quia illa est magis debilis à sui initio, nimirũ si per
tacitã pœnitẽtiã reuocatur: quod secus est in casu nostro.
Et nota valde prædicta, quia si vera essent, limitarent to-

tum titulum de donatio.causa mortis,& resultaret diffe-
rētia vltra alias per docto traditas in l.ij.ff.de leg.j. & per
Papienses in l.non omnis,per totum.ff.si cer.pet. Aliàs, si
tibi displiceret ista opi. oporteret dicere, quod non esset
vera opi.in l.quę dotis.ff solu.matri.quam communiter
9 tenent doct.vt non † sufficiat habitā esse mentionē mor-
tis expressè vel tacitè,nisi expressè hoc dicatur,quòd do
net causa mortis,ad hoc vt talis donatio reuocari pos-
sit,per tex l Seia.§.fi.ff.de dona.cau. mor. cum cōtrario-
rum eadem debeat esse disciplina,quando est eadem ra
tio. Sed tamē non videtur q̄ sit vera ista opinio:quia prę-
terquam quò ad ordinationem, donatio causa mortis
æquiparatur legato,vt not.docto.in d.l.iij.de leg.j.sed le
gatum reuocatur,ergo donatio causa mortis. nec valet
responsio,quòd donatio inter virū & vxorem debilior
sit in sui initio.quia nos non tractamus de initio dona-
tionis,sed tantùm de reuocatione:& quantū ad hoc eius
dem sunt potentiæ:quia sicut vna reuocatur nuda & sim
plici voluntate,ita & alia:& sic prædicta opinio redditur
dubia,quamuis ad d.l.vxori suæ non posset cōmodè re-
10 spōnderi. Distinguerem tamen sic, † aut donatio causa
mortis incœpit à traditione,& tunc non intelligatur re-
uocata,nisi reuocetur expressè:quia patiēdo rē esse apud
donatariū,non videtur habere animum reuocandi. Aut
incœpit à promissione,& tunc censeatur reuocata. Sed
nunquid erit adhibenda distinctio de qua suprà, an ini-
micitiæ superuenerint ex culpa donatarij, vel donantis
sicut in legato? Cogita,& tene menti omnia prædicta,
quia alibi non inuenies.

ADDITIONES.

Vide Roma.sing.cxcix.& ibi in additio.& latè per d.Palati.Ru-
ui.in repet.rubricæ extrà de donatio.inter virum & vxor. in
§.lxxviij.col.iiij.versi.Item adde.nu.cxvij.& col. vj. versi. ad
idem facit.nu.28. Gab.Sar.

* Inimicitiæ capitales,vel grauissimæ superuenientes inter te-
statorem & legatarium tollunt legatum vel fideicommissum:
vt clarè probatur in l.iij.§.vlti.ff.de adimen.leg. etiam si post
inimicitiam testator qui legauerat,codicillando non ademe
rit.vt est casus notab. in l.pen §.Seia.eo.titu.& habetur in l.
si inimicitiæ.in prin.ff.de his quib. vt indig.& vbique Bar.&
doct.& est gl.in l.hæreditas.in gl.magn.in prin.C.de his qui.
vt indig.vbi Alex.& alij.Ista conclusio ampliatur, etiam si le
gatarius solùm testatori maledixerit,& infaustas voces aduer
sus eum iactauerit.vt est casus singu.in d.l.si inimicitiæ.circa
medium.per quem iuncta gl.dicit notab Bart.in l.item apud
Labeonē.§.ait prætor.j.ver.videamus.ff.de iniur.quòd ver-
baliter quis iniuriatur,quando improperatur sibi aliqua in-
iuria in se,vel suos cōmissa.quem refert Roma.cōsi.clxxxiij.
circa fi.ad idem tex.in l.iij.in prin & ibi Ias.post alios ad hoc
notat in iiij.not.ff.de libe.& posthu. Quomodo autem probe
tur talis inimicitia.Bar.post Dyn.in l.fideicommissum.C.de
fideicom.distinxit.vide Bal.in l.errore.& in l.nostram.C. de
testa.Pau.de Castr.in l.hæredes palam.§.si quis post.ff.de te-
sta.istam etiam Bar.distinctionem sequitur idem Cast.& Ias.
in l.iurisgentium.§.quod ferè.in fi.ff.de pact.Sed an legatum
reuocetur per superuenietes inimicitias quibus testator cau
sam dedit,& non legatarius? In hoc Bar.sing. tenuit quòd nō
procedat regula prædicta in l.cum tabulis.§.quoniam. per il
lum tex.ff.de his quib.vt indig.& dicit hoc memoria dignum
ad limitationem l.iij.§.vlti.ff.de adimen.lega.istam decisionē
Bar.pro singu.refert Ias.& dicit se alibi non legisse, in l.hære
ditas.ver.secundò limita.C.de his quib.vt indign.& subdit se
non inuenire aliquem qui de ea faciat mentionem nec appro
bando,nec reprobādo:& putare dictum hoc Bar.falsum esse
quatuor medijs,per quæ dicit se tenuisse & tenere cōtra Bar.
& quòd indistinctè inimicitiæ superuenientes reuocent lega
tum etiam si superueniant facto testatoris,vide latè Catellia.
Cot.in verb.inimicitiæ.

VI.

1 *Debitor si promittat soluere in quocunque loco placuerit credito-
ri,an intelligatur arbitrio boni viri?*
2 *Verbum volo,est absoluta voluntatis.*
3 *Promittens aliquid si illud cōferat in voluntatem illius cuius in-
tersit,licet id fiat per verbum volo,tamen semper intelligitur
de arbitrio boni viri.*
4 *Intellectus l.cùm quidam ff.de lega ij.& nu.6.*
5 *Verbum placuerit,quando importet arbitriū boni viri,& quan-
do liberam.& absolutam voluntatem?*
6 *Intellectus l.in his §.sororem ff.de fideicom.libertat.*
7 *Verbum,libuerit,importat liberam voluntatem.*

NOtant doct.in l.si conuenerit.ff.de iurisd.om. iudi. q̄
1 si debitor † promittat soluere in quocūque loco pla
cuerit creditori,q̄ illud pactum nihil releuat : quia ver-
bum placuerit,non est absolutæ voluntatis,sed intelligi-
tur arbitrio boni viri.l.in his.§. sororem.ff.de fideico.li-
ber.doct.in l.si sic ff.de leg.j.licet cōtrarium teneant ibi
nonnulli doct. Tandem Modet.ibi distinguūt,aut in pa-
cto est appositum verbum importans arbitrium boni vi
ri,vt est verbum placuit,& tunc procedit quod dictū est.
Aut est appositum verbum importans liberam & absolu
tam voluntatem,vt est verbum voluerit,& tunc procedit
contraria opi.q̄ imò creditor poterit conuenire debito
2 rem vbicunque voluerit.quòd verbum † voluerit,sit abso
lutę voluntatis.probatur in l.cùm quidam.ff. de lega.ij.
Bar.& alij in l si sic.ff.de leg.j.& istam distinctionē appro
bant omnes. Sed recolo quòd aliàs reprobaui hāc distin
ctionem in secūdo mēbro.& multum placuit pręceptori
meo per doctrinā nor.& mēti tenēdam Alex.in l.j.in viij.
col.ff.sol.mat.& in l.ij.§.fi.in iij.col.eo.tit.& in l.postulan-
te.in iiij col ff.ad Treb.sequitur Soci.in l.si quis arbitra
tu.in j.col.ff.de ver.obl. Are.consi.xiiij.in viij.col.in fi. in
3 quibus locis dicunt,q̄ vbi quis † promittit,quod confert
in voluntatem alterius,ad quem pertinet interesse,licet
per verbum volo, tamen semper intelligitur de arbitrio
boni viri,ꝗ promittens tractat de damno vitando.alle-
gant gl.no.in l pen.ff.de arbi.& idem dicunt esse de men
te Bar.in l.fi.ad fi.ff.de pręto.stip.dū allegat l.creditor.§.
4 Lucius.ff.mā.& ad l cùm quidā.de leg.ij.respōdēt,† q̄ ibi
nō tractatur de dāno vitādo,sed de lucro captādo. prout
ibi apertè patet.qd' Alex.dicit esse mēti tenēdū.quia quā-
tum ad hunc passum hoc declaratum non reperit. Ita di
cebam in casu nostro,quod licet promissio fiat per ver-
bum voluerit,importans liberam volūtatem, tamē quia
tractatur de interesse & de damno vitando ipsius debito
tis promittentis,quia magis ibi expedit soluere & cōue-
niri in vno loco,quam in alio,intelligitur facta promis-
sio arbitrio boni viri. Et ideo nouiter etiā inserebam ex
5 prædicta doctrina,quòd licet verbum † placuerit, impor
tet arbitriū boni viri,hoc ideo est,quia tractatur de in-
teresse,vt patet in d.§.sororem. quia prius seruus ante-
quam consequatur libertatem,debebat reddere ratio-
nem. Sed quando non tractaretur de interesse nec de dā
no vitando,tūc dico q̄ importat liberam & absolutam
voluntatem.l.fideicommissaria libertas.ij. in ver. quod
si ita.ff.de fideicom.liber.vbi loquitur de verbo libuerit,
quod idem importat,quod verbum placuerit, secūdum
Grammaticos.& hoc vt iura iuribus cōcordentur.l.j.C.
de inoffi.dot.c.cum expediat.de elect.lib. vj. Sed ista vlti
ma declaratio ad verbum placuerit, non videtur vera,
6 quia non † est verum quòd ibi tractetur de damno vitan
do,imò tractatur de lucro.legatum enim libertatis con
tinet lucrum & non damnum.l.si hæreditatem.ff. mand.
& sicut in d.l.cùm quidam. dicebam, quòd tractatur de
lucro.& ita proprie est in d.§.sororem nisi diceres quòd
ibi satis tractatur de interesse & hoc sufficiat.tamen di-
cas quòd ibi verbum placuerit,non fuit collatum in vo-
luntatem alterius,ad quem pertinet interessē.prout dixi
suprà de verbo voluerit. & hæc videtur bona responsio.
Nec obstat d.l.fideicommissaria libertas. quia loquitur
7 de † verbo libuerit,quod bene importat liberam volun-
tatem,secus est de verbo placuerit:& hanc differentiam
inter ista verba ponit Bar in l.alio.in iij.col.ad fi.ff de ali
men & ciba.lega.& in extrauaganti ad reprimēdum. in
verbo,videtur expedire. & Mathesilanus in no.xv. quod
tene menti,quia alibi non inuenies:& faciet tibi hono-
rem,sicut mihi fecit.

ADDITIO.

Vide quæ scripsi in annotationibus meis in sing.xv. Manbæ.Ma
thesilan. vbi plenè addidi.vltra quæ vide Didac. Couarru. in
practicis quæstio.cap.x.nu.5.versi.sexto. Gab.Sar.

Rubrica

VII.

1 *Rubrica nigro generalior non debet restringi per nigrum specialius loquens.*
2 *Rubrica statuti si dicat, quòd filia dotata non succedat, licet nigrum de matris tantùm successione exprimat, an trahi debeat ad successionem patris, de quo nulla fit expressio?*
3 *Statutum disponens, quòd qualibet hareditas ascendentium deferatur masculis legitimè descendentibus exclusis fœminis dotatis, non habet locum in successione matris, vel auia materna, sed solùm in ascendentibus per lineam masculinam.*
4 *Statutum excludens filias dotatas intelligitur solùm excludere ab hareditate eius qui dotauit, & non ab alia, nisi aliud ex verbis statuti colligatur.*
5 *Statuti excludentis filiam dotatam à successione, ratio quanã sit?*
6 *Statuti cùm vna tantum reddi ratio potest, ea habetur pro expressa. & ex ea argui potest extensiuè.*
7 *Ratio sola in statuto non præsumitur, sed plures.*
8 *Inclusio vnius est exclusio alterius, & quomodo hac regula procedat?*
9 *Casus à statuto omissus remanet in dispositione iuris communis. fallit quando statuentes, si de hoc fuissent interrogati, verisimiliter ita statuissent.*
10 *Statuta tantum disponunt, quantum loquuntur.*
11 *Testatoris dispositio facta in vno casu extẽditur ad alium, de quo testator verisimiliter idem disposuisset.*
12 *Dispositio nunquam trahitur ad non cogitata.*
13 *Dispositio legis facilius extenditur, quam dispositio hominis.*
14 *Statutum correctorium debet restringi, vt minus corrigat ius, quàm sit possibile.*
15 *Mens semper est attendenda etiam si verba statuti offendantur.*
16 *Indefinita aquipollet vniuersali ex interpretatione, non ex propria significatione.*
17 *Dos succedit loco legitima.*
18 *Exharedatio hominis debet fieri nominatim, non exharedatio legis.*
19 *Statutum corrigendo in vno, an generaliter sit intelligendum vt in omnibus corrigat?*
20 *Verba in statutis debent propriè, & strictè intelligi.*

1 QVando rubrica est generalior † nigro, non debet re
stringi per nigrum specialius loquens, imò sufficit
ad decisionem causæ si habet verba perfecta. ita not. do-
cto. in l. j. ff. si certum peta. & ideo Pau. de Cast. consi. ccc-
xxxiiij incip. præsens casus modicam dubitationem ha
2 bere videtur. consuluit quòd si rubrica statuti dicat, † quòd
filia dotata nõ succedat, postea in nigro dicatur, filia do
tata non succedat matri, nec auiæ maternæ, de patre au
tem nihil dicatur, quòd dictum statutũ habebit locum
etiã in patre, cùm rubrica sit generalis. sequitur ibi Ale-
xan. in dicta l. j. & in consi. j. in iiij. volu. Ias. tamen in d. l.
j. tenet contrarium sex fundamẽtis. sed priusquam eis in
forma respondeam, quia intendo contra ipsum tenere,
adduco in primis pro opin. Pau. quod egregiè consuluit
Rapha. Cuma. & plures alij consi. ccvij. incip. quod quæli
3 bet hæreditas &c. quòd statuto † quòd quælibet hæredi-
tas ascendentium deferatur masculis legitimè descẽden-
tibus, exclusis fœminis, cum dotatæ fuerint, quòd licet ta
le statutum generaliter loquatur, non habet locũ in suc-
cessione matris, vel auiæ maternæ, sed solum in ascẽden
tibus per lineam masculinam. sequitur Iason in l. iiij. §.
prætor ait. in princi. iij. col. ff. de in ius vocand. vbi dicit,
quòd est noua decisio, & magna ad intellectum illius sta
tuti. mouetur Rapha. quia statutum excludit fœminas,
quia sunt dotatæ. sed ista ratio dotandi cessat in matre, &
auia, quia ad eas non pertinet officium dotandi l. ma-
ter. C. de iure dot. ergo non comprehendit matrem, quia
debet intelligi de hæreditatibus eorum, qui tenentur do-
tare: & sic de hæreditate patris vel lineæ paternæ. cùm er
go verba non cõueniant matri, nec eius dispositio. l. iiij.
§ toties ff. de dam. infect. l quod constitutum ff. de milit.
4 testa. cum simi. Et quò † tale statutum intelligatur, si do-
tatæ fuerint ab ea persona de cuius hæreditate agitur, &
non ab alia, ita tenet not. Bald. in l. j. C. de leg. hære. cum
concor. quas dat Ias. in l. quoniam nouella. C de inoffic.
testamen. vbi limitat, nisi ex verbis statuti colligeretur,
quòd etiam aliunde dotata debetet excludi. Modo in
proposito cùm rubrica dicat, filia dotata non succedat,
intelligetur dotata ab eo cui inerat officium dotare. qui
est pater. ergo loquetur de hæreditate patris. facit etiam
quòd si statuentes fuissent interrogati de hoc, verosimili-
ter idem disposuissent. ergo, &c gloss in l. tale pactum. §.
fin. & ibi doct. ff. de pact. quòd disposuissent idem, patet,
quia maior ratio est quòd filia excludatur à successione
5 patris, quàm matris, vel auiæ maternæ: nam ratio † statu
ti excludentis filiam dotatam à successione matris est,
vt conseruetur agnatio & familia, ne bona perueniant
ad extraneos. Bald. in l. maximum vitium. C. de libe. præ
ter. sed ista ratio multo fortius habet locum in hæredi-
tate patris. ergo idem disposuissent, quia concernit fauo
rem proprium agnationis, & propriè masculorum consi
stentiã, quibus grauissimum & iniuriosissimum esse di-
gnoscitur ut domus progenitorum suorum fore, & situs in
quibus antiquata est fortè agnationis fama, ius, & no-
men, videre ad extraneos deuolutas, & imagines maio-
rum suorum, hoc est arma sua, & insignia videre reuul-
sa. argu. C. de administrario. tuto l. lex quæ tutores. igitur
huiusmodi exemplo fauore agnationis, attinentis & cõ-
seruantis famam, & nomen agnationis absque dubio vi
detur adiecta, quia fauorem eius principaliter concer-
nit. argumen ff de contrahen. emptio. l. si in emptione. in
princi. & quod not. in l. veteribus. ff de pact. in glo. & ista
ratio perinde est, ac si esset in statuto expressa, secundum
Bal. in dicta l. maximum vitium. & in l. fina. ff. de hęredi.
institnen. & ibi Imol Salice. in l. ij. C. de noxal. Item cùm
6 † vnica tantum possit reddi ratio, perinde est ac si esset
expressa, & ex ea argui potest extensiuè. Ias. in §. omniũ.
viii. colum. in fi. Institu. de act. Posset aliquis dicere, quòd
fauor agnationis non sit ratio dicti statuti, nisi sit expres
sa, vt singul. voluit Barto. in l. liberorum. in sexta colum.
versi. his præmissis &c ff de verborum significatio. sequi-
tur Aret. in consi. xxvij. incip. proponitur in facto. in ter-
tia col. in fin. Alexan. consi. lxxx. incip viso & opportunè,
&c. in vj. colum in j. volu. Bald. in l. si defunctus. in vlti. co
lum. C. de suis & legi. & in l. Titia cum testamento. §. Lu-
cius Titius. ij. ff de leg. ij. vbi per illum tex. dicit, quòd ra
tio istius statuti est, quia masculi maiora onera suppor-
tant quàm fœminæ: tamen prima ratio videtur commu-
nior, vt per Papienses in l. j. ij. & iiij. col C. de succ. edict.
Pro eis qui tenent quòd illa non sit sola ratio, facit quod
no. Sali. in l serui nostri. C. de noxa. quòd in lege vel statu-
7 to † non pręsumitur quòd sit vna sola ratio, sed plures. se-
quitur & multum exclamat Alex. l. si constante. in vj. co-
lum. in princi. ff. soluto matrimo. Sed alia opin. est com-
8 munior vt dixi Non ob. si dicatur, inclusio vnius † est ex-
clusio alterius. l. cùm prætor. in princi ff. de iud. cap. non-
ne. de præsump. sed in nigro in dispositione statuti inclu
ditur hęreditas matris; ergo videtur exclusa hęreditas pa
tris. Ad hoc respondeo, quòd dicta regula non procedit,
quando in omisso esset eadem vel maior ratio. gl. est ap-
probata in dicta l. cùm prætor. sed in casu nostro est ma-
ior ratio: vt suprà dictum est, ergo, &c. Non obstat, quòd
9 † casus omissus in statuto habetur pro omisso, & rema-
net in dispositione iuris communis. l. si extraneus. ff. de
condictio. ob causam. l si cùm dotem. soluto matrimo
cum similib. quia hoc fallit, quando statuentes verosimi
liter ita statuissent. gloss. in dicta l. tale pactum. quòd ve-
rosimiliter ita statuissent, suprà probatum est. Non obst.
quòd statutum non dicit, quòd filia dotata excludatur à
successione patris, ergo nec nos. l. si seruum. §. non dixit
prætor. ff. de acquirenda hęreditate. Nam si statuentes vo
luissent idem iuris esse, facilè erat exprimere de patre. l. j.
§ penult. C. de caducis tollend. cap. inter corporalia. post
10 medium. de translatio. prælato. Item statuta † tantum di
sponunt quantum loquuntur, & non plus. Bald. in l. testa
mentum non ideo. in vltimis verbis. C. de testamen. quia
ad hoc eodem modo respondetur quòd fallit, nisi sta-
tuentes verosimiliter idem disposuissent. facit quod no-
tat Angel. in l. Gallus. §. & quid si tantum de libe. & post-
11 humis quòd dispositio † testatoris facta in vno casu ex-
tenditur ad alium, de quo testator verosimiliter idem di
sposuisset pro quo etiam est text. in l. Lucius. §. final. ff. de

12 liberis & posthu.& ibi not. Adde quòd † dispositio nun-
quam trahitur ad incogitata. Ange.consil.ccxliiij.incip.
Philip.ciuis,&c. Contra prædicta fortiter facit text.in l.
siquis ita §.penul.ff.de testamen.tutc.& gloss.approbata
in l.Lucius.in princi.de liber.& posthu. quæ vult quòd si
testator instituat filios suos,licet ista institutio sit gene-
ralis,tamen non trahitur ad filium quem testator igno-
rabat se habere:& tamen verisimilitudo est,quòd si testa-
tor scioisset eum habere,ex naturali charitate eum in-
stituisset.argu.l.iij.C.de inofficio testaoieti.& illam glo.
sequuntur Barto.& Dyn.in dicta l.siquis ita §.peoul.vn-
de per illa Areti.in dicto §.& quid si tantum.limitat præ
dicta non procedere,quando debet fieri extensio de vna
persona ad aliam.sequitur Ias.in l.cùm res.in ij.colum.
de legat.j & sic in casu nostro. tamen si extensio fieret de
vna persona ad aliam,prædicta non procederent: & per
consequens casus omissus remaneret in dispositione iu-
ris communis. Ad hoc respondeo,quod limitatio data
per Aret.nihil facit in proposito.nam loquitur in dispo-
sitione hominis,vt patet rectè intuenti: & ita loquuntur
iura allegata per ipsum. Sed nos loquimur in disposi-
tione statutaria,& sic in dispositione legis.& ita loquitur
gloss.in dicta l.tale pactum.§ fin.& ratio diuersitatis est,
13 quia facilius † extenditur dispositio legis quam disposi-
tio hominis,secundu Aret.iod l.ij.io ij.col.de leg.j.& in l.
Gallus.§.si eius. in pen.col.in fin.de lib.& posthu.& patet
ex no.in dicto §.& quid si tantum. Item ideo in nigro sta
tuentes expresserunt tantum de matre,& linea materna,
quia si nihil expressissent, non fuissent comprehensæ io
dispositione statuti: per id quod consuluit Raph.in dicto
consil. De patre autem, ideo non expresserunt in nigro,
quia satis erat expressum in rubro,dum dicit,filia dota-
ta,&c.per ea quæ dicta sunt. Itē quia hoc erat minus du-
14 bium. Nec obstat quòd istud † statutū est correctoriom,
quia corrigit l.fina.C.de liber.præter.ergo debet restrin-
gi vt minus corrigat ius commune quàm sit possibile.l.
ij.C.de noxal.cap.cum dilectus.de consuet.quia multum
largè intelligi debet,cum censeatur fauorabile,secundū
Bart.in l.j.C.de summa trin.& fide catho.Bal.Sali.& Mo
der.in l.ij.C.de in ius voc.Non obstant fundamenta Ia-
son.quia respondeo,& quo ad primum dico,quod ista ru
brica habet orationem perfectam omnino:nec est bona
consequentia,oratio est obscura,ergo non est perfecta:
quia ista possent simul stare,maxime cum non probet a-
liqua lege,&c.Ad secundum ipse respondet. Ad tertium
dico,quod hic non est aliqua dubietas,cum expressè ap
pareat mentem statuentium fuisse,quòd filia excludatur
à successione patris,per illud verbum dotata,&c.vt su-
15 prà dictum est,cùm mens † semper attendenda sit etiam
si verba statuti offendantur.Bald.io l.contra.ff.de legib.
Et ratione maioritatis rationis quòd non sit dubietas
patet,qoia rubr loquitur indefinitè,& sic æquipollet vni-
uersali.l.si pluribus.& ibi Bartol.ff.de lega.ij.cum sit ea-
dem ratio in vniuerso comprehensorum,vt sæpius dictū
est.vnde perinde est ac si vniuersaliter exclusisset ab hæ-
reditate omnium,patris scilicet,& matris,& sic nulla est
dubietas. Non obstat illud subtile argumen.quod facie-
16 bam contra ipsum,quòd indefinita † æquipollet vniuer-
sali,non ex propria significatione,sed ex interpretatiōe.
l.si seruitus.ff.de serui.vrba.prædio Bart.in dicta l.siplu-
ribus.Iason in l.stipulatio ista habere licere.circa princ.
iij.colum ff.de verborum obligatio.ergo non habet lo-
cum in statutis,in quibus debent strictè & propriè intel-
ligi verba, & non interpretatiuè.l.iij.§. hæc verba.cum
simi.ff.de neg.gest. Quia licet hoc sit verum, quòd indefi
nita æquipollet vniuersali,non ex propria significatione,
sed ex interpretatione,tamen in omni materia statuta-
ria,& etiam correctoria æquipollet vniuersali.Bartol. in
l.omnes populi.in vj.quæstio princi.de iusti.& iure & in
l.j ff.de regu.iur. Ad quartum respondeo quòd istud sta-
tutum est fauorabile,vt suprà dictum est:nam principa-
liter inductum est fauore agnationis conseruādæ.& istud
debet attendi.l.si quis nec causam.ff.si certum peta.l.qui
exceptionem.de condi.indebi.ne in consequētiam resul
tet odium ex parte fœminarum.d.l.qui exceptionem.&
ita tenent doct.communiter in dicta l.ij.de in ius vocan.
Ad quintum dico,quòd ista non est propriè exhæreda-
tio,cum non excludat eam in totum,imo habet dotem,
17 & sic legitimam,cum dos † succedat in locum legitimæ.
Barto.in l.Titio centum.§.Titio genero.ff.de conditio.
& demonstratio.Secùdò dico,quod dato quòd esset ex-
18 hæredatio,quòd iura dicentia exhæredationem † debere
fieri nominatim,loquitur in dispositione hominis:secus
autē in dispositione legis. quod probo.nā si testator ha-
bēs plures filios dicat,exhæredo filiū,vel dicat, exheredo
filios,exheredatio non valet.l.ij.& ibi doct. & in l.Titius.
in prin.vbi Ang.Imo.& Aret.de lib.& posth.tamē si statu
tum dicat,filia dotata non succedat,vel filiæ dotatæ non
succedant,valet.& licet sint plures filiæ,excludētur a suc-
cessione. & si fundamentum Ias. esset verum,sequeretur
quòd statuentes deberent nominare omnia nomina fi-
liarum omnium ciuium singulariter,quod est impossibi
le & derisorium. Tertiò respondetur,quod nomen filiæ sa
tis nominatim est expressum.& hoc tantum requiritur à
lege,licet non sint nominatim expressa bona paterna,à
quibus exhæredatur. Ad sextum dum dicit,statutum de-
bet intelligi vt aliquid operetur,& ita intellectum debet
restringi vt minus lædat ius commune,quàm sit possibi-
le,dico istud fundamentum esse de directo contra regu-
lam positam per Alexan.in authen. ex testamento.C.de
19 colla.vbi dicit,quòd quando constat quod lex † venit cor
rigendo io vno,& dubitatur vtrum corrigat in alio, quod
illa lex debet intelligi generaliter.vt corrigat in omnib.
allegat c.contra Christianos de hære.in vj.iuncta doctri
na Imol.in l.si verò.§.de viro.ff.solu.matrimo.Vnde pu-
to sic dicēdum,& trado vnam nouam doctrinam quam
credo esse veram,tamen cogitabitis an procedat. Dico
ergo quòd quandoque est dubium vtrum corrigat in a-
liquo,& tunc si intelligeremus legem vel statutum,quòd
non corrigat ius cōmune,verba legis vel statuti impro-
priarentur:& nō sunt impropriauda,sed debent sumi in
propria significatione,licet per hoc corrigatur ius com
mune.ita procedit quod nor.Barto.in l.iiij.§. prætor ait.
ff.de dam.infect.quem ita intelligit Abb.in c.cum dile-
ctus.in tertia colum.de consuetu.Aut verba non impro
priarentur,sed possent capi in significatione stricta,lar-
ga,& largissima, & tunc sunt intelligenda eo modo per
quem non corrigatur ius cōmune etiam si caperes ver-
ba in largissima significatione.& ita loquitur text. in di
cto c.cùm dilectus.de consuetu. Aliquando cōstat quòd
corrigit,& certum est quòd corrigit in vno,tamen est du
bium vtrum corrigat in alio,& tunc debet intelligi, vt
corrigat in omnibus.ita procedat quod nor. Alexan. in
dicta authen.ex testamento.& ita sumes in casu nostro.
nam certum est quòd corrigit io matre,sed dubium est
vtrum corrigat in patre,ergo debet intelligi indistinctè,
vt corrigat in omnibus.Vel vt dixi suprà,debet intelligi
largè,cùm cēseatur fauorabile, & sic extēsio fieri potest.
egregiè Pau.de Cast.Bald.& Alexan.in l qui se patris.C.
vnde libe.& ibi Iason ad fin.xxviij.colum.vbi tradit sin-
20 gu.limita.ad regu quòd in statutis † verba debent pro-
priè & strictè intelligi.quod nunquam exeat mentē tuā.
Et per hæc manifestè apparent omnia fundamenta Iaso.
esse sublata.& ad veritatē istius decisi.nota.prædicta ser
ua memoriæ:qoia alibi hoc modo hunc passum declara
tum non inuenies:si autem bene dixero,Deus laudetur.si
autē malè,redarguar,vt vtar verbis Bar in l.non solum.
§.morte.post prin.ij.col ff.de no.ope.nuo.

VIII.

1 *Probatio per coniecturas in casibus clandestinis dicitur mani-
festa.*
2 *Furtum an probetur per acclamationes factas in domo de nocte
ad vicinos,dicendo,succurrite.quia fures sunt in domo:vel an
talis acclamatio faciat indicium vehemens, vt per id possit
deferri iuramentum furtum passo, maxime si res furata sit
vilis?*
3 *Violentia probatur ex vocibus puellæ plorantis, quas vicini au-
dierunt.*
4 *Acclamationes furtum indicantes,vt probent,quæ requirantur?*

Nota,

NOta, quòd in casibus clandestinis, vt in furto, pro-
1 batio † per coniecturaadicitur manifesta, vt si pro-
batur quòd ostium noctis tempore fuit fractũ, vel quòd
famulus aufugit: ita tenet Bartol. in l. si quis ex argenta-
riis. §. prætor ait. ff. de edend. quem ibi sequuntur com-
muniter doct. & dicit Ang. quod semel vidit de facto istũ
casum Perusij in quodam fullone quosdam pannos reti-
nente in apotheca, qua de nocte fuit fracta. & Spe. in tit.
de pigno. in prin. in versi. & nota quòd si creditor & versi.
seq. vbi subdit vnum singulare verbum, quòd per accla-
2 mationes † factas in domo de nocte ad vicinos, succur-
rite, quia fures sunt in domo, qui omnia exportant, non
probatur furtum: quia aliàs multæ fraudes possent fin-
gi. quod valde no. Adde etiã quod no. vult Bal. in l. quod
ad præsens. C. de murileg. libr. aj. Tu verò vltra doctores
dicas quòd saltem tales acclamationes facient indicia,
per id quod not. Bal. in l. j. §. potuisse. ff. ad Sillan. vbi per
3 illum tex. no. quod ea vocibus † plorantibus inducuntur
indicia. quod facit secundum eum ad probandum ali-
quem voluisse inferre violentiam alicui puellæ. quod vi-
cini audierũt eam clamantem & plorantem: & dicit non
esse meliorem text. illo. Et ideo ea hoc potest inferri,
quòd licet indicia sint minus quàm semiplena proba-
tio, vt est gloss. not. in l. cùm probatio. ff. de proba. quam
reputat sing. Bal. in c. fin. in vj. colum. de iureiuran. & in l.
non hoc. in vlti. colum. C. vnde leg. Ang. in l. fi. in princ. ff.
quod met. cau. q intelligi debent de indicio leui, secun-
4 dum Bald. in locis præallegatis. † sed si esset indicium ve-
hemens, non esset minus quàm semiplena probatio, &
posset sibi acclamãti deferri iuramentum in supplemen
tum probationis, iuxta l. admonendi. ff. de iureiur. cùm
isto casu non posset dici, nisi quòd sit vehemens indiciũ,
cùm sit maxima coniectura, maximè si iste acclamans
esset habitus, tentus, & reputatus bonæ famæ & condi-
tionis in illo loco: quia concurrentibus istis magis iu-
dex commoueretur ad deferendum sibi tale iuramentũ.
Et sic si istud esset verum, multum restringeretur dictum
singu. Specu. & possent multæ fraudes fingi, & sic per in-
directa probari furtum. Putarem tamẽ q res subtracta
non deberet esse magni valoris, & sic ardua vel præiudi-
cialis ad hoc, vt tale iuramentum deferri possit, per not.
per repetentes in dicta l. admonendi. Et ad probandum
tales acclamationes, & sic indicia, sufficerent duo testes
vicini, qui audiuerint talem clamorem. gloss. est in l. fin a.
quam Bar. & doct. multum no. C. fami. erciscun. glo. in l.
fi. in fi. in verb. excepto. quam Ang. ibi ponderat. C. de ca-
ducis tollendis. gloss. in authen. de testamen. imperfec. in
prin. & ibi Ange. Cogita tamen super prædictis, quia ali-
bi non inuenies.

IX.

1 *Equum in stabulo sudantem, si quis extrahat, & ad palum ligat, & ob id equus se incapistrauerit, & pereat, an teneatur emendare dictum equum domino?*
2 *Interponens cum armis se inter duos rixantes, vt eos separet, an possit impunè occidi?*
3 *Negotium vtiliter à principio gerere sufficit, licet postea non sortiatur effectum.*
4 *Principale propositum est attendendum.*
5 *Intellectus l. eleganter. §. idem Labeo. ff. de dolo.*
6 *Actio de dolo an detur pro dolo præsumpto?*
7 *Dispositio locum habens in crimine vero, habet etiam locum in crimine præsumpto, præsumptione iuris, non hominis.*
8 *Intellectus l. si hominem. in prin. ff. deposi.*
9 *Actus præsumptus non potest resultare ex alio actu præsumpto.*
10 *Culpa in rebus alienis est punienda, in propriis culpanda.*

TEne menti quod elegãter no. Ang. in l. eleganter. §.
item Labeo. ff. de dolo. vbi per illũ tex. decidit ca-
1 sum, quẽ dicit se habuisse de facto, q si quis † viderit equũ
alicuius in stabulo multum sudantem, & illũ extraxerit
de stabulo, & ligauerit ad vnum palum, & demum equus
ille se incapistrauerit, & mortuus sit, q ille qui extraxit,
tenetur emendare dictum equũ domino, quamuis prin-
2 cipium eius fuerit licitum. Adde bonũ simile de eo [a] qui
2 † vidit duos cum armis, & bona fide se interponit, vt eos
separet, nã si occidatur est impunè. glo. est sing. in l. j. & ibi
Ang. C. de sica. intellige tamen vt per Ange. ibi, vt proce-
dat, quando ex separatione imminebat periculum occi
dendi, aliàs non. quod tene menti, ne te interponas in hu
iusmodi casibus. facit etiam l. si hominẽ. in prin. & quod
ibi Bar. in summario no. ff. deposi. Contra tamẽ decisio-
nẽ Ang. allegatur fortis tex. in l. sed an vltro. §. j. ff. de neg.
3 gest. vbi habetur q sufficit † quem à principio vtiliter ges-
sisse negotium, licet postea non sortiatur effectũ. Contra
Ang. facit etiam quod dicit gl. parua in verb. faciet. in l.
eum qui. §. in popularibus. ff. de iureiu. q illud dicitur be
ne fieri, quod bona fide fit. facit etiam quod not. in l. j. §.
prætor ait. per illum tex. cum gl. ff. ne quis eum qui in ius
voca. est. q si aliquis vidет volentem transire per locum
periculosum. & eum per vim faciat retineri, non tenetur
illo edicto secundum Bar. & alios ibi, nec tenetur quò ad
Deum, nec quò ad mundum. Sed ad istud posset respon-
deri quòd retentio non redundat in eius damnum, sed
in vtilitatẽ: sed secus est in casu Ange. de equo quod pos-
sum facere eo inuito, quando est in aliquo periculo. vide
quamplures casus per Alex. in l. fi. C. de neg. gest. facit etiã
4 contra Ang. quia principale † propositum est attenden-
dum. l. si quis nec causam. ff. si cer. pe. & ibi Papiẽses in vj.
col. dicentes, q vbicũque aggreditur quid principaliter
licitum, licet secundariò faciat illicitũ, tamen in illo il-
licito non debet puniri illa pœna qua puniretur, sed de-
bet aliàs mitius puniri arbitrio iudicis & ibi allegãt bo-
na iura, quamuis aliqua allegent in contrarium. Et ad §.
5 item Labeo. in quo se fundat Ang. responderem, & † in-
telligerem secundum d. l. si hominem. vbi dicitur, si solue
ro seruum compeditũ ductus misericordia, sciens cui rei
esset paratus, puta torturæ, teneor: quia ex quo scio cui
rei paretur, sum in dolo præsumpto. & sic præsumor po-
tius dolo quàm misericordia hoc fecisse. & ita intellige-
rem §. item Labeo. q ille seruus compeditus erat, vt quę-
stio de eo haberetur, vel propter aliud maleficium, & ille
qui fecit fugere ipsum, sciebat cui rei pararetur, vel saltẽ
debebat scire, quę paria sunt. l. quod re. ff. si cer. pe. nec ibi
poterat cadere probabilis ignorãtia cũ sit clarũ q serui
non ligentur, nisi propter aliquod crimẽ cõmissum, ergo
nimiru si illo casu debet retineri. Et q ille tex. ita debeat
intelligi, videtur de mente gl. in d. l. si hominẽ. in ver. arbi
tror. quæ allegat d. §. itẽ Labeo. & sic videtur quod prin-
cipale fuit illicitum, cùm delicta non debeant remane-
re impunita. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. quod secus
est in equo sudante, quia à principio fecit quod erat lici-
tum: item quod erat vtile, quia idẽ fecisset dñs si vidisset,
& sic in isto casu nõ fuit, nec cẽsetur fuisse in aliquo dolo,
& sic ista pars videtur æquior. Ista licet sint subtilia & in-
geniosa, tñ de rigore iuris non vidẽtur vera. Et primò di-
co, q responsio data ad §. item Labeo. est contra illum
tex. & contra gl. illius tex. dicitur enim ibi, q aut soluens
fuit in dolo, & tenetur actione de dolo: aut fecit hoc mise
ricordia ductus, & tenetur actiõe subsidiaria in factũ. Si
in secũdo casu illius §. ille sciuisset, cui rei fuisset paratus,
fuisset in dolo, sicut dicitur in d. l. si hominẽ. & per conse-
quẽs teneretur actione de dolo quod negatur in illo tex.
ergo necessariò sequitur. q ignorabat. Et si diceretur, ideo
non datur actio de dolo, quia nõ est dolus verus, sed prę-
6 sumptus: & pro dolo † præsumpto nõ datur actio de do-
lo. d. l. si hominẽ. dico q imò pro dolo præsumpto datur
actio de dolo. probo, quia æquiparatur dolo vero, vt pa-
tet ex notatis per Bal. in l. quod Nerua. ff. deposi. & pro-
7 batur ratione, quia omne † quod habet locũ in crimine
vero, habet locum in crimine præsumpto præsumptione
iuris, & non præsumptione hominis, vt no. Ab. in c. acce
dẽs. de accu. sed dolus præsumptus præsumitur præsum-
ptione iuris. patet, quia eo ipso q aliquis soluit seruũ li-
gatum sciens quare fuerit ligatus, lex præsumit illum esse
8 in dolo. Non obst. d. l. si hominem. quia † ideo ibi non da
tur actio de dolo, quia habet locũ alia actio. s. depositi,
quo casu nunquam datur de dolo. l. eleganter. in princi.
ff. de dolo. Non obst. quòd ibi nõ potuerit cadere proba
bilis ignorantia, &c. quia paria sunt scire, vel scire debe-
re, &c. quia possem dicere, q cùm simus in criminalibus,

& in arguendo aliquem de delicto illa regula non pro-
cedat. & quòd in casu nostro illa regula non procedat o-
stendo manifesta ratione: nam sequeretur quòd ex actu
9 †præsumpto resultaret alius actus præsumptus, quod nõ
licet, sicut in simili dicimus, quòd ex actu tacito nõ resul
tat tacita iuris dispositio. l. seruum filii. §. fi. de lega. j. Soci.
in l. ij. xiij. col. ff. de vulgar. & pupill. nam si præsumeretur
scire, & non ignorare, hoc esset vnus actus præsumptus,
& ex hoc sequeretur dolus præsumptus, & sic alius actus
præsumptus, quod non licet, vt dixi. Item dico quòd po-
test cadere probabilis ignorantia, puta si credat esse vin-
ctum ab alio quam à domino ratione contumeliæ, licet
in hoc esset considerandum in quo loco esset vinctus. vn-
de per illum tex. vt dixi, de rigore iuris videtur posse de-
fendi opi. Ange. Non obst. contraria suprà formata, quia
ibi non fuit in aliqua culpa, nimirum si attenditur prin
cipium. sed hic fuit in culpa, vt probabo, ergo saltem ra-
tione huius culpæ puniri debet, cùm in rebus alienis
10 †culpa sit punienda, in propriis verò sit culpanda, vt ait
tex. in l. si constante. §. si maritus. ff. sol. matri. quòd autẽ
fuerit in culpa, patet, quia non fecit id quod diligens ho-
mo fecisset: nam reliquit capistrum vel funem adeo lon-
gum quòd strangulatus est, cùm debeat facere capistrum
vel funem adeo breuem, vt omne periculum euaderetur,
quod fecisset quilibet diligens: & ita vidi sæpe facere, &
quotidie diligentes famuli faciũt, timentes ne equi stran
gulentur. Cogita tamen super prædictis, quia alibi hoc
modo declaratum non inuenies.

ADDITIO.

a Adde bonum simile de eo. Idem tenet Angel. in l. si cũ seruo.
ff. de iniuriis. Cæpol. in consilio xxxiij. Hippol. in l. j. C. de si-
car. & in l. diuus. ff. eodem titulo. & in l. de minore. in princip.
colum. ij. ff. de quæstio. & Ianus per Lud. Carret. in practi. cri.
in §. homicidii. nu. 60. versi. & ex his etiam deciditur. Ga-
briel Saray.

X.

1 *Descriptus in æstimo communis si velit alienare prædia, non debet extrahi de æstimo, nisi appareat illum, in quem fit alienatio, esse soluendo, aliàs venditor tenetur.*

2 *Aestimi onus non diminuitur, licet facultates æstimati diminuantur durante æstimo, nisi cum emptore pactum fuerit, quòd teneatur pro eis ad collectas, & quando res vendita debeat extrahi ab æstimo venditoris, & poni in æstimo emptoris.*

1 SErua memoriæ, quòd si aliquis est descriptus † in æsti-
mo communis, & velit alienare prędia, non debet ex-
trahi de æstimo, nisi appareat illum in quem fit aliena-
tio, esse soluendo: aliàs primus tenetur. tex. est multũ not.
in authen. sed & periculũ. & ibi Bald. C. fine cen. vel reli.
Bal. in l. incola. in princ. ff. ad munici. & ibi dicit, quòd si
alienat in ecclesiam, cùm ecclesia non teneatur soluere
collectas imponendas de futuro, quod semper venditor
tenebitur: quia ecclesia non dicitur idonea conueniendi
facultate, cum conueniri possit, & hoc verum dicit, nisi
ecclesia faceret sibi æstimum: tunc enim conueniretur ad
collectas tanquam ex promisso consensu suo tanquam
ad munus ciuile. Adde omnino Pau. de Cast. post Bald. in
l. si negotiom. C. de neg. gest. & Pau. in l. id quod. §. si pa-
ter. ff. de constitu. pecu. vbi per illum textum dicit, quod
2 si alicui † est imposita præstantia, vel onus publicum cer
tæ quantitatis secundum æstimationem suarum faculta
tum, & descriptus in libro, puta ad decem, licet postea di
minuantur facultates, non propterea diminuitur onus,
ad quod fuit obligatio contracta, quousque durat æsti-
mum: sed cùm fiet aliud æstimum, diminuetur onus. Sit
ergo cautus, dicit Bald. si aliquam rem vendat, vt faciat
pactum cum emptore, quòd pro illa habeat soluere, &
maneat emptor obligatus reipublic. cùm sit onus quod
iniungitur personæ propter res: & dicit, quòd ita de fa-
cto seruatur Florentiæ. Sed mihi videtur quòd Paulus de
Castro in illa cautela expresse sentiat, quòd etiam si fiat
alienatio in emptorem idoneum, quòd non tenetur em-
ptor, nisi hoc promittat, sed hoc videtur contra dictam
authentic. sed & periculum. & quod ibi no. Bal. vnde no.
puto Paul. de Cast. bene sentire in hoc, per prædicta. Non
ob. quòd illud onus sit iniũctũ personæ, & non rei, & per con
sequens videtur inseparabile à persona: quia dico quòd cùm
imponatur personæ propter res, diminutis rebus dimi-
nuitur onus, per regulam, quæ habet, quòd quando vnũ
onus iniungitur alicui personæ propter aliquam rem,
sublata illa re tollitur etiam onus alterius. l. alumnæ. §.
Seia. ff. de liber. leg. possumus tamen dicere quòd si non
fiat pactum, indistinctè teneatur venditor pro illo æsti-
mo, siue emptor sit idoneus, siue non. si vero sit pactum,
& tunc habeat locum dispositio d. anthentic. sed & peri-
culum. scilicet, aut emptor est idoneus, & tenetur em-
ptor, aut non est idoneus, & tenetur venditor non obstan
te dicto pacto. & certè ista videtur fuisse mens Paul. si re-
ctè consideretur: & hoc videtur esse de mente iuris Præ-
dicta procedunt, quando fuit iniunctũ onus certæ quan-
titati, vt dixi. Si autem bona duntaxat fuerunt posita in
ęstimo, nec fuit specificatum onus certæ quantitatis, sed
venit specificandum tempore solutionis non imponere-
tur nisi pro bonis, quæ tunc reperiret possidẽs. Et sic cùm
venditor remouetur de libro vnius, & ponitur in libro al
terius. Sed videtur, quòd indistinctè diminutis faculta-
tibus diminuatur onus, per text. in l. forma. §. primo ff.
de censi. & ibi Barto. & alibi dicit gloss. quòd propter de
pauperatos fit nouum æstimum, in l. etiam. & ibi Bald. in
vltima columna. C. de execu. rei iudic. Concordia patet
ex dictis Barto. in dicta l. forma. quia aut diminutio fa-
cultatum contingit culpa sua, & non diminuitur onus,
& ita procedat opinio Pauli de Castro. Si verò non cul-
pa sua, sed aliqua legitima causa, tunc diminuitur. & ita
procedat tex. & quod ibi Barto. in dicta l. forma. in §. pri
mo no. Vel aliter posses cõcordare, aut onus certæ quan
titatis est descriptum in libro æstimi, tunc procedit opi-
nio Pau. Aut onus non fuit specificatum certæ quantita
tis, & tunc procedat opinio Bar. Prima concordia vide-
tur verior, quia secunda videtur esse contra generalita-
tem text. in dicta l. forma. in §. j. cogita, quia alibi non
inuenies.

XI.

1 *Virorum testimonio potius creditur, quàm mulierum.*
2 *Mulier vnde dicatur, & vnde vir.*
3 *Mulieres testes deponentes pro reo præferuntur masculis deponentibus pro actore.*
4 *Testimonium virorum an præferendum sit testimonio mulierum, tam in causa ciuili, quam in criminali? & nu 6.*
5 *Fides dignitas, & sexus in testibus consideratur.*
6 *Delicto dubiè probato reus debet absolui.*
7 *Mulieres nobiles & bonæ vitæ, in testes productæ, præferuntur testibus masculis, si sint plebeij, rustici, & viles.*
8 *Testes nobiles pauci præferuntur multis rusticis.*
9 *Iudex quando testes sunt pares, potest adhærere cui parti vult, dummodo causam adhæsionis in actis inserat.*
10 *L. fauorabiliores ff de regu. iur. in quibus casibus fallat?*

1 HIs casibus quibus † mulieres admittuntur ad test fi-
candum, in pari numero testium creditur potius te-
stimonio virorum quàm mulierum. nam dicitur mulier
2 † non à sexu, sed à mollitie mentis, & vir non à sexu, sed à
constantia & virtute animi: ita inquit tex. in §. illud Am-
brosij. xxij. q. iij quem ad huc alleg. Abb. in capit. forus. in
penul not. de verb. signi. pro quo facit l. j. ff. de senatorib.
& l. in multis. ff. de statu homi. & idem tenet Spec. in titu.
3 de teste. §. postquam. ver. porro. Quod puto † verum, nisi
masculi deponant pro actore, & mulieres pro reo. argu.
gloss. not. in c. clerici lxxxj. distinctio. quæ dicit, quod si
duo testes clerici dicunt me commisisse fornicationem,
vel aliud delictum certa die, & duo laici dicunt opposi-
tum, quòd tota die illa fui cum eis, ita quòd non potuis-
sem committere, quin ipsi vidissent, quod ego reus debeo
absolui: & tamen clerici qui stant pro accusatore sunt
idoneiores & digniores testibus rei. & sic videtur quòd
modicus excessus in testibus actoris non tollat priuile-
gium reo. & ita videtur tenere vna apostilla quã habeo
ad Abb. in dicto c. forus & illam glossam pro singul. alle-
gat Abb. in c. ex literis. in pen. no. de prob. Sed illa decisio
4 videtur dubia † per id quod ponit Bald. in l. in exercẽdis.

in ij.

in ij. colum. C. de fid. instrum. vbi vult, ꝙ stetur instrumen
to credibiliori, & verisimiliori, cum quo concurrit gra-
uitas boni viri. & idem dicas in testibus, cum testes &
instrumenta æquiparentur. d. l. in exercendis. & per a-
liam doctrinam Bald. in l. final. C. commina. vel epistol.
vbi dicit, quod qui habet meliores coniecturas, vincit.
sed nulli dubium est, quòd maior verisimilitudo & me-
lior coniectura est in testificatione virorum quàm mu-
lierum. per d. §. illud Ambrosij & per Abb. in dicto capi-
5 tul. forus. cùm in testibus † consideretur fides, dignitas &
sexus. l. in testibus. cum sequen. ff. de testib. quia facilius
corrumpuntur mulieres quàm viri. Non obstat gloss. in
dicto capitu. clerici. quia respondetur, quòd non proce-
dit illa gloss. quando esset magnus excessus in testibus a-
ctoris, secundum Abb. in capitul. in nostra. de testibus.
vbi tradit aliam limitationem ad dictam glo. sed in ca-
su nostro est magnus excessus. patet, quia multo maius
est testimonium virorum quàm mulierum, ergo in casu
nostro non procedet illa glo. Sed certè illa responsio vi-
detur falsa: nam non est verum quòd in casu nostro sit
magnus excessus: imò est modicus, vt de se patet: sicut e-
nim modicus excessus dicitur in clericis respectu laico-
rum, vt tenet Abb. in d. c. ex literis. ita in masculis respe-
ctu fœminarũ, cum nulla bona dissimilitudo reddi pos-
sit. Vnde per d. gl, cui non potest bene responderi, videtur
vera ista decisio, quam putarem procedere, quando su-
per eodem articulo ante publicationem testes hincinde
pares producti essent, secus si secundò inducuntur testes
ad probandum indirectè contrarium: vt in casu c. ex te-
nore. & c. series de testi. & attesta. quia staretur potius pri
mis testibus, quia præsumitur potius subornatio in se-
cundis. & ita Abb. in d. c. in nostra. limitat gl. in d. c. cle-
rici. quod est valde notandum secundum ipsum. Et addo
ctrinas suprà allegatas potest responderi, præsupposito ꝙ
sint veræ, ꝙ loquuntur in causa ciuili. sed d. glo. loquitur
in causa criminali, vbi requirũtur probationes luce me-
6 ridiana clariores. l. sciant. C. de proba & cùm † delictum
sit probatum dubiè, reus debet absolui. Bal. in l. non so-
lùm §. sciendum. de no. ope. nun. & ibi Ias. in vlt. col. quia
in delictis præsumitur pro eo quod delictũ excusat. Bald.
in l. precibus. in v. col. C. de preci. imper offe Vnde vide-
tur esse distinguendũ, quia aut loquimur in causa ciuili,
& procedant doctrinæ Bal. suprà allegatæ. Aut loquimur
in causa criminali, & tunc procedit decisio nostra per d.
gl. communiter approbatam. quam gl. ita videtur intelli
gere Abb. si rectè consideretur in c. cum P. Manconella.
7 ij. col. in fi. de accu. Posset tamen dici, † ꝙ etiam in causa
ciuili quando mulieres essent diuites, & nobiles, & bonæ
vitæ &c & viri essent plebeij, rustici, & viles, ꝙ tunc proce
deret dicta decisio, per doctrinam Bal in l. testium. in vlt.
col. C. de testi. vbi dicit, ꝙ magnum supplementu est au-
8 thoritas. nam pauci † nobiles testes multis rusticis præfe
runtur. quæ omnia no. & signa, & super eis cogita. Alibi
dixit Bal in l. magistratus. in fin. C. quando prouo. non
est necess. quòd quando testes sunt pares, iudex potest
9 † pro animi sui motu adhærere cui parti vult, dummo-
do in actis causam suæ adhæsionis inseri faciat. quod
intelligit verum vna apostilla ad Abb. in d. c. ex literis.
quando vellet iudicare pro reo, per d. glo. in d. c. clerici.
quia tunc non receditur à regulis iuris communis, alias
secus. Sed ego dico, quòd ille doctor non intellexit Bald.
quia non ita dixisset. nam in casu Bald. non refert an pro
nuntiet pro actore, vel pro reo, dummodo pronuntiet
pro libertate. nam allegat l. lege Iulia Petronia. ff. de ma
nu. quæ lex loquitur quando est contentio de libertate:
quia tunc pronuntiandũ est pro libertate, cum dictum
doctoris debeat intelligi secundum legem quam allegat:
Bal. in l. non solùm. §. liberationis verba. ff. de lib. leg. &
quòd debeat ita intelligi, vide eundem Bal. in l. in exer-
10 cendis. ad fi. ij. col. C. de fide instr. vbi dicit, † quòd l. fauo
rabiliores. de regul. iur. fallit in libertate. item fallit in do
te. l. in ambiguis. ff. de reg. iur. item fallit in testamentis.
ff. de inoff. test. l. si pars. quod tene menti.

ADDITIO.

Adde d. And. Tiraquel. in tracta. de nobilitate, c. xx. nu. 33. versic.
hinc septimò. & quòd testimonio virorum magis credatur,
quàm mulierum, tradit Alexan. consi. ccxxxvj. perspectis. col.
j. nu. 3. vol. vj Abb. in c. forus. de verbo. signi. Alberi. de Rosa.
in l. j. ff. de senatorib. Corset. in singul. ccclvj. incip. duo testes
masculi. & Franc. Curt. in l. admonendi. col. iij ff. de iureiur.
& in tractatu de testib. correlatio xviij. G. S.

XII.

1 *Constitutus in articulo mortis quis dicatur?*
2 *Laborare in extremis quis censeatur?*
3 *Constitutus in articulo mortis quis esse potest, licet non sit infir-*
mus.

1 ILle dicitur constitutus † in articulo mortis, quãdo in-
stabat periculum mortis ratione infirmitatis, vel quia
latrones qui deprehendissent, volunt eum occidere. Bart.
in l. j. C. de sacrosanc. eccle. & ibi Modern. In contrarium
videtur facere, quod sing. vult Bal. in c. j. vlti. col. de pact.
2 vbi dicit, quòd ille † laborat in extremis, qui ex aliqua
infirmitate decessit, absque hoc quod aliquod interual-
lum sanitatis habuerit, dato quòd multis diebus super-
uixisset. per text. multum nota. in l. alumnæ. §. finali. ff. de
admen. lega. quem tex. dicit esse vnicum in iure Bal. in d.
cap. j. inferens ad statutum disponens, quod in extremis
laborantes non possint aliquem contractum facere sine
præsentia propinquorum. Sed potest dici, quòd Bal. non
sit contrarius Barto. nam licet dicat infirmum esse in ar-
ticulo mortis, non tamen negat, quin etiam sanus possit
esse in articulo mortis: quia hoc dixit ratione frequen-
tioris vsus, & sic non intelligitur exclusus casus similis.
glo. est multum not. in cle. j. versic. præsidentis. de rescrip.
pro hoc facit quod vult Abb. in cap. quod de his. de sen-
ten. excommunic. in fin. vbi pro intelligentia illius capit.
quærit, quare excipit casum mortis, & casum infirmita-
tis, cũ constitutus in mortis articulo dicatur infirmus?
3 Respondet, quia potest † esse in periculo mortis, dato ꝙ
non sit infirmus, vt puta, quando aliquis est obsessus in
aliqua arce, & tunc verisimiliter potest timere mortem,
vel est in alio loco, vbi exercetur pestifera ars sagitta-
riorum, vel fortè vult nauigare: & ad hoc vltimum facit
carmen, *Quatuor aut septem digitis à morte remotus.* Item di-
cit Abb. posset esse infirmus, & non in articulo mortis.
quæ omnia nota & signa: quia alibi non inuenies iudi-
cio meo.

XIII.

1 *Publicæ vtilitatis fauore inhabiles admittuntur. qui aliàs non ad-*
mitterentur, & an id quandoque aliter procedat?
2 *Verba generalia fauore publicæ vtilitatis ad habiles restringi non*
debent.
3 *Mulieres in quibus casibus ad accusandum admittantur?*
4 *Intellectus l. si quis in graui. §. vtrum ff. ad Sylla. & nu. 5.*
5 *Fauor animæ est maior fauore publico.*
6 *Inhabilitatus à lege non admittitur etiam fauore publicæ vtilita-*
tis: secus de inhabilitato ab homine.

LEx, si quis in graui. §. vtrum ad Sylla. allegatur per o-
1 mnes, fauore † publicæ vtilitatis inhabiles admittun
tur. qui alias non admitterentur. & sic verba quantum-
2 cũque generalia † fauore publicæ vtilitatis ad habiles re-
stringi non debent. & ibi Bar. & alii inferunt ad quæstio-
nes, & plenè per Papienses in l. si filiusfamilias. in iij. colũ.
ff. si cer. pe. Sed istud non videtur verum, & arguo sic. Va-
lidum est argumentum à speciali. l. si maritus. §. lex Iulia.
3 ff. de adulte. cum simil. Probatur sic, mulieres † in crimine
læsæ maiestatis admittuntur ad accusandum. l. in quæ-
stionibus. ff. ad leg. Iuliam maiest. & hoc est speciale pro-
pter enorme crimen, & tamen in aliis casibus nõ admit-
tuntur. l. qui accusare. ff. de accus. admittitur etiam in alio
casu speciali propter enorme delictum. l. mulierem. ff. de
4 accusa. & in l. ij. eo. tit. Ecce ergo † quod §. vtrum. regula-
riter non procedit, & male allegatur ad id quod suprà
dixi. Bene verum est, quod ille §. procedit in casu specia-
li, quando seruus accusat necem defuncti, & sic consequi
tur libertatem, super qua videtur se fundare ille text. vbi
dicitur, in commune vtile est ad libertatem peruenire, &
sic ille tex. fundat se solũ qñ seruus admittatur propter li

bertatem, qui aliàs non admittitur d. l. qui accusare.
ergo est fatendum, quòd fauore publicæ vtilitatis inha-
biles nõ admittuntur, nisi in casibus à iure expressis. Pro
quo bene facit c. j. de accusa. vbi inhabiles accusatores
non admittuntur, quod esset dicendum secundum docto
res sumentes dictam regulam, cùm ibi versetur fauor
publicus. Item facit l. j. cum ibi not. C. de sacrosan. eccle.
vbi verba generalia restringuntur ad habiles secundum
communem opinionem. & tamen ibi tractatur de fauo-
5 re animæ † & religionis, qui maior est quàm fauor publi-
cus: cùm omnibus rebus sit præferenda. l. sancimus. ij. C.
de sacrosan. eccle. Ista licet sint subtilia, & ingeniosa, ta-
men quantum ad intellectum d. §. vtrũ. non placent, sci-
licet quòd fauore libertatis inhabiles admittuntur: quia
nullibi probatur. nam in d. §. vtrum. non dubitabatur v-
trum seruus inhabilis posset accusare, quia serui quan-
tum ad ius accusandi sunt omnes pares, nec est dare in-
habilitatem magis in vno, quàm in alio: & ideo indubi-
tanter omnes possunt accusare necem domini, nec de
hoc ibi dubitabatur. Sed dubium erat in illo text. vtrum
ille qui erat prohibitus manumitti, posset consequi præ-
mium libertatis concessum a Senatusconsulto: & vide-
batur dicendum quòd non: quia cùm specialiter fuisset
prohibitus manumitti, non videbatur comprehendi sub
verbis generalibus Senatusconsulti: per tex. multum no.
in l. iiij. §. in illis. ff. de manumis. vbi seruus specialiter pro
hibitus manumitti, non comprehenditur sub constitu-
tione diuorum fratrum, qua cauetur, vt redemptus suis
nummis efficiatur liber, si emptor est in mora manumit
tendi eum. In contrarium tamen deciditur ibi, & hoc so
lùm ratione publicæ vtilitatis. & ita reperi Are. inducen-
tem d. §. in l. qui seruum. ij. colum. ff. de verborum oblig.
quæ ratio publicæ vtilitatis cessat in dicto §. in illis. & sic
concordantur illa duo iura, quæ videntur cõtraria. Nec
est verum, quòd ille text. fundetur super fauore libertatis:
quia idem deberet esse in dicto §. in illis. cùm ibi etiam
sit fauor libertatis. quod tamen ibi negatur. nec verba d.
§. vtrum. dicunt hoc. illa enim verba, in commune vtile
est ad libertatẽ peruenire. nõ volũt hoc, ꝙ cõmunis vtili
tas sit, quòd quis perueniat ad libertatem, sed debent con
iungi cum superioribus verbis hoc modo, Dicitur ibi,
hi quoque qui non poterunt ad libertatem peruenire,
puta, si hac lege distractus erat quis, ne manumitteretur,
potuerunt propter hoc, quod in commune vtile est ad li-
bertatem peruenire, construũtur hoc modo, hi quoque,
scilicet inhabiles potuerunt peruenire ad libertatẽ pro-
pter hoc, scilicet vt puniantur delicta, quod est in com-
mune vtile, id est cõmunis vtilitas. & ista puto vera quan
tum ad intellectum illius §. vtrum. Quantum ad contra-
ria suprà formata, ego distinguerem sic pro nunc quan-
6 doque quis † est inhabilitatus a lege, & procedant con
traria, quod etiam fauore publicæ vtilitatis sub ver-
bis generalibus non comprehendatur nisi in casu à iu-
re expresso, vt suprà dixi: quandoque quis inhabilita-
tus est ab homine, & tunc procedat d. §. vtrum. quòd
ratione publicæ vtilitatis admittatur. Et ratio differen-
tiæ potest assignari, quia non est verisimile, quòd lex
sub verbis suis generalibus velit comprehendere inha-
bilitatem à se: quia videretur quodammodo corrige-
re suum factum. quod non est præsumendum. quæ ratio
cessat in inhabilitato ab homine. Cogita, quia alibi non
inuenies.

XIIII.

1 *Bannitis ciuitatis non denegantur iura communia, sed tantùm iura municipalia.*
2 *Bannito non est deneganda defensio proueniens ex forma statuti, quominus possit super ea se fundare.*
3 *Bannitus opponens de nullitate processus propter gabellam ex forma statuti non solutam, auditur.*
4 *Bannitum occidens cum quo habebat capitales inimicitias an debeat gaudere beneficio statuti? & quid si proditoriè occiderit: 5.*
6 *Proditoriè occidere quis dicatur?*
7 *Intellectus l. fi. C. de delato. lib. x.*
8 *Statutum debet intelligi secundum communem vsum loquendi, quod esset tempore statuentium, non post.*
9 *Bannitus pro crimine læsæ maiestatis potest proditoriè occidi.*
10 *Præmium datur ei, qui vltro se offert ad faciendum id, quod est causa præmij: secus si casu, vel fortuito.*
11 *Bannitum suum inimicum occidens in dubio an videatur ob statutum occidisse, an ob vindictam?*
12 *Facere potens actum nomine proprio, & nomine alieno, in dubio præsumitur facere nomine proprio. & quomodo ista regula procedat?*
13 *Bannitum capiens, an possit repetere à fisco expensas, quas fecit in eo capiendo, quando præmium capienti à statuto propositum est?*
14 *Mandato carens repetit expensas, dummodo vtiliter gesserit à principio, licet non sortiatur effectum.*
15 *Locans operas suas alteri, in dubio debet operari sumptibus suis, & suis ferramentis, & non sumptibus alterius.*
16 *Vasallus tenetur sequi dominum suis expensis.*

NOtant Bart. & alij, in l. si cùm mulier. ff. sol. matr.
1 quòd licet bannitis † ciuitatis denegentur iura
municipalia, & non iura communia, vt not. in l.
2 j. C. de hæred. instit. tamen defensio proueniens † ex for-
ma statuti, videlicet, quòd bannitus possit impune offen
di, vel occidi, non est deneganda bannito, quominus pos
sit super illa se fundare, cum principaliter illa defensio
processerit in fauorem reipublicæ illius ciuitatis, & non
ipsorum offendentium. per id quod habetur in l. hoc cri
3 men. C. vt lice. vni. se vindi. Et sic etiam si bannitus † op-
ponat, vel replicet de nullitate contractus, vel processus
propter gabellam non solutam, vel decimam non solu-
tam ex forma statuti suæ ciuitatis, dici potest ipsum au-
diri, cum tale statutum principaliter emanauerit in fa-
uorem reipublic. argu. eius quod habetur in l. prima in
princip. C. de cad. tollend. facit quod habetur in l. si quis
in graui. §. hi quoque. ad Sillan. Sed circa prædicta potest
4 dubitari, si quis occidat bannitum, cum † quo habebat
capitales inimicitias, quod non debeat gaudere benefi-
cio statuti, cùm præsumatur occidisse magis propter vin
dictam priuatam, quàm propter publicam, maximè si
appareat de intentione illius occidentis ante homicidiũ
commissum, vel post. Quamuis posset aliquis dicere,
quòd sufficiat eum occidere quomodocunque sit satis-
factum statuto volenti quòd bannitus impunè occida-
tur. Sed istud vltimum non videtur verum, per id quod
no. Bartol. in l. genero. ff. de his qui not. infa. & in l. si quis
in graui. §. vtrum. ad Silla. Barto. & Ange. in l. nulla. C. de
delato. libro x. & in l. omnes populi. de iustit. & iure. in j.
quæstio. v. quæstio. principalis. & Areti. in l. cum seruus.
de verborum obligatio. & per id quod sequitur Bartho.
Cæp. in consi. suo xxiiij. incip. si vnquam. in iiij. colum.
versicu præterea. referens Ange. in l. final. per illum text.
5 C. de delato. libro x. tenere, quòd si quis † proditoriè oc-
cidat bannitum, non iuuatur beneficio statuti. & est in
additio. ad Bartol. ibi. vbi dicit de facto esse iudicatum
Perusij. quod bene not. Sed non videtur verum, quia vi-
demus quotidie, quòd tales banniti proditoriè occidũ-
tur, nihilominus occidentes gaudent illo beneficio. Pu-
tarem tamen ꝙ fortè procederet dictum Ange. quando
aliàs fuisset proditor, vt in crimine læsæ maiestatis per id
quod habetur in l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. tamẽ si ve
lis tenere opin. Ang. putarẽ nõ procedere in eo, qui vide-
rit aliquem astatem, & post eum vadat, & occidat, maxi-
mè si inter eos erat inimicitia, & sic rancor: quia illud nõ
dicitur proditoriè fecisse: quia illud quod faciebat, in a-
6 ctibus ostendat, s. se illi deseruire velle. Sed dictum † Ang.
fortè procederet, quando irem tanquam socius cum ali
quo in itinere, vel sederem secum in mensa, vel essem suus
amicus. quia tunc occidẽdo ipsum, dicor proditoriè fe-
cisse. quia aliud gerebam in animo, quàm illud quod ge-
7 rebam in actu. & ita † intelligitur d. l. fi. de delato. quã l. ita
intelligit Bar. vbi hoc declarat in l. respiciendũ §. delin-
quunt. ff. de pœn. Non obst. si diceretur, ꝙ de communi
vsu loquendi dicitur etiã proditoriè occidi quando post
eum vado. & occido, licet non gererẽ aliud in animo: sed
cõis vsus præualet statuto, & sic proprietati vocabuli:
vt not.

vt not.doct.in rubr.ff.de operis no.nun.ergo omni casu
procederet dictum Ang.Quia ad hoc eleganter respon-
8 detur,quod illud esset verum,† quando talis vsus proba-
retur,quòd tempore statuentium fuisset in esse deductus,
aliàs non sufficeret probare quod nunc esset:vt not.tenet
Soci.in l. Gallus.§.licius circa medium penult.colũ.seq.
de lib.& posth.Sed hoc probare esset valde difficile,ergo
dictum Angel.in dicto casu non procederet : quia stare-
tur proprio significatui vocabuli, vt suprà dictum est:
quod valde not.Cogita tamen,quòd si vis tenere opinio.
Ange.generaliter,aut cum declaratione supra facta, Li-
9 mita,nisi † esset bannitus condemnatus crimine læsæ ma
iestatis per d.l.fi.de dela.& per d.l.quisquis. Intelligeren-
tur tamen prædicta,scilicet,quod non sufficiat hominẽ
quomodocunque occidere,quando esset constitutũ ali-
quod præmium occidenti:alias secus, per id quod notat
10 Ang.& alii in d.l.macula.vbi no.præmium † dari ei qui
vltro se offert ad faciendum id quod est causa præmii:se
cus si casu vel fortuitò.Cogita tamẽ.quò ad primum fa-
teter,cùm expressè apparet de intentione occidẽtis, sed
quando non constat de intentione occidentis,nec ante,
nec post homicidium,& sic sumus in dubio,videtur quod
11 † debeat præsumi occidisse potius ratione statuti, & sic
nomine republic.quam propter vindictam suã:quia in
dubio quis non præsumitur delinquere:& talis præsumi
tur animus qualis esse debet.l. merito. ff. pro soc. sed si
præsumeremus occidisse propter vindictam priuatam,
præsumeretur deliquisse,cum deberet puniri pœna ho-
micidii:ergo hoc non est præsumẽdum.sed potius quod
propter vindictam publicam.In contrarium facit, quia
quando quis potest facere actum nomine proprio,& no-
12 mine alieno,in dubio † præsumitur facere nomine pro-
prio.l.Papinianus.ff.mãda.l.& magis.ff.de solu. Sed iste
poterat occidere nomine suo,& sic propter vindictã pri-
uatam,& nomine reipublicæ,& sic propter vindictã pu-
blicam,& sic nomine alieno,ergo potius debet præsumi
fecisse nomine proprio,quàm nomine alieno. Sed con-
trariũ videtur verius,& potest responderi ad illud, quòd
non procedit ista regula ,quando per hoc quis præsume-
retur deliquisse,& esset pulchra limitatio ad d.regu.cogi
13 ta tamen.Sed quæro,† nunquid expensas quas quis fecit
in capiendo bannitum possit repetere a fisco : Dic quòd
sic, per text.in l.mulier in opus salinarum ff.de capti. &
postlim.reuer.& ita no.Bald.in c.j.in j.col hic finitur lex
Corra &c.& istud procedit de plano,quando nullũ præ-
mium capienti bannitum cõstitutum fuit a statuto. Sed
dubium est quando constitutum est præmium : & vide-
tur dicendum,quòd sic.per tex.in l.idemque.§.idem Labeo.
in fi.ff.manda.Nec obst.si diceres,quòd ibi loquatur in pro-
curatore habente mandatum, sed hoc casu non propriè
14 habet mandatum:quia respondeo quòd † etiam carens man
dato repetit expensas,dummodo obtineat, & vtiliter ge
rat.l.iam tamen.§.in hac.in fi ff.iudi.sol.cum simil. facit
etiam l.sed an & vltro.ff.de nego gest.vbi plus dicitur, quòd
sufficit à principio vtiliter gerere,licet non sortiatur ef-
fectum:quia etiam carens mandato repetit expensas.sed
in casu nostro non solùm vtiliter gessit à principio, sed
effectus est sequutus capiendo bannitũ, ergo debet posse
expensas repetere d.l.mulier in opus.quia ad consequen
das expensas á fisco non est curandum de mandato, vt di
cit glos.fi.in d.l.mulier.In contrarium videtur veritas, quòd
non possit repetere quando est constitutum sibi premiũ.
hoc sentit Bar.in terminis in l.j.in fi. princi ff de iustit. &
iure.vbi dicit,quòd si non est constitutum præmium, po
test repetere expensas, ergo à contrario sensu manifestè
sentit,quòd si esset sibi constitutum præmium,non repe-
teret.Secundò moueor,quia ad hoc,vt habeat præmium,
debet capere, vel occidere bannitum, ergo tenetur ad
omne id,quo peruenitur ad illud.l.ij.ff.de iurisdic.omni.
iudicũ.Tertio moueor, quia iste videtur locasse operas
15 suas fisco pro illo præmio,tunc sic, quando aliquis † lo-
cat operas suas alteri,tunc debet operari in dubio suis
sumptibus & nõ sumptibus alterius.Bar.in l.si non sortẽ.
§.libertus.in penult.col ff.de condic.indebi.bene facit l.
suo victu.de oper.libert.ad idem l.ij.§.si conseruatis. ff.
ad legem Rhodiam de iactu.per quem text.Bald.in l.j.in
princi.C.de verbor.significa.dicit,quod operarii in du-
bio debent operari suis expensis,& suis ferramentis , vel
instrumentis.ad idem quod not Alexand.in l. recusare.
16 §.si quis alio.in j.col.ff.ad Trebel. vbi vasallus † tenetur
sequi dominum suis expensis.non obstat §.idem Labeo.
in l.idémque ff.manda.vbi videtur esse difficultas. quia
respondeo,& dico sic,quando datur præmium respectu
laboris tantum,& tunc aut quærimus vtrum ex illo præ-
mio debeat alere personam suam tantùm, & facere ex-
pensas requisitas in sua persona tantum,& dico quòd
sic.ita procedit quod no.Bar.in d.§.libertus.Aut quæri-
mus vtrum ex illo præmio teneatur facere sumptus, &
expensas in aliis personis,vel circunstantiis requisitis ad
illud opus,& dico quòd non.& ita procedit d.§.idẽ La-
beo.Quandoque dat præmium non respectu laboris,sed
respectu operis,vt est in casu nostro,& tunc tenetur ad o-
mnes expensas,per quas peruenitur ad illud opus. per l.
ij de iurisdi.om.iudi.& ita procedat quod sentit Bart.in
d.l.j.in fi.princip.de iustit.& iure.Et ista videtur mihi esse
mens istorum iurium Cogita tamen, & facit text.in l.si
Barsatorem.C.de fideiusso.

XV.

1 *Mare dicitur de districtu.& factum in mari dicitur factum in territorio,& an id procedat tantum in materia fauorabili,an etiam odiosa?*

2 *Delictum factum in mari Pisano punietur Pisis,ac si esset factum Pisis.*

3 *Testamentum factum in portu cuiusdam ciuitatis Soldani, an censeatur factum in terris Saracenorum , an Christianorum?*

4 *Portus insulæ sunt insula.*

1 NOta quod mare † dicitur de districtu.gloss.in ca.vbi
periculum.§.porro.de elect.in vj.vbi dicitur factum
esse in territorio quod factum est in mari.quod bene no.
pro statutis.& illam gloss.sequitur Bald.in cap.j.in prin-
cip.ij.colum.quibus modis feud.amit.licet Dominicus
in dicto capitul.vbi periculum. dicat quòd procedit in
materia fauorabili:secus in odiosa.Vide tamen Angel.
2 in contrariũ in l.insulæ Italiæ.ff.de iud.vbi dicit,† quan
do delictum factum est in mari Pisano,punietur Pisis,ac
si esset factum Pisis:per tex.singu.in l.j.C.de classi. lib. xj.
Idem tenet Paris de Put.in tract.de syndic.in ver.officia
lis.§.officiales qui eliguntur.nume.5.ver.sicut congruit.
& Guid.Pap.decisio.Gratiopop.cccclxxvij.& hoc ro-
ta die videmus apud Venetos & Ianuenses.& ad hoc vide
tex.in l.si quis ita.ff.de aur.& argen.leg. vbi testator re-
linquit ea quæ in vrbe seu in portu habebat. In contra-
rium tamen videtur facere doctrina Bald.in rubri.ff.de
re.diui.in fin.iiij.column. vbi refert , quòd illo anno re-
3 uocabatur in dubium,an testamentum † factum in por-
tu cuiusdam ciuitatis Soldani,censeretur factum in ter-
ris Saracenorum,vt sic duo testes sufficerent, an in locis
Christianorum,vt sic requirantur septem ? & dicit fuisse
dictum quòd intelligeretur factum in terris Christiano-
rum & si illud esset verum, haberes magnam & singula-
rem limitationem ad not.per Bartol.in l. qui à latroni-
bus.ad finem.ff.de testi.& de veritate illius dicti Bartol.
vide Papienses in l.ius autem ciuile.ad fin. vbi remissiue
loquuntur.ff.de iustitia & iure.Sed puto dictum Bald. in
dicta rubrica,non esse verum, per iura suprà allegata,
quæ videntur vera.Cõtra Bal.etiam videtur facere quod
4 notat Bartol.in l.Cæsar.ff.de public.vbi dicit,† quod o-
mnes portus insulæ sunt insula,& dicit quòd quidam sta
bant in portu ciuitatis Pisanæ, quæritur an possint pu-
niri in ciuitate,sub qua est insula ? certe sic, quia portus
insulæ,&c.& sic patet quòd portus,& sic mare sunt de
districtu,& de territorio illius ciuitatis,sub qua est por-
tus sic ista doctrina facit etiam contra Dominicum vo-
lentem quod procedat tantum in materia fauorabili.
Contra Bal.facit etiam l.sanè si maris proprium ius ad
aliquem pertineat.& ibi Bart ff.de iniur.& id quod not.
Alex in apostillis ad Bar.in l.pupillus.§.territorium.ff.de
verb.signi.cogita tamen.

XVI.

1 *Creditor habens publicum crediti instrumentum, si illud laceret per iracundiam, an grauetur pleniori probatione? Et si de credito probet per vnum testem, an sibi deferatur iuramentum necessarium in supplementum probationis?*
2 *Iracundiæ calore factum non debet alicui imputari.*
3 *Notarij error in instrumento commissus si sit probandus, & notarius de tali errore attestetur, ex notarij dicto non defertur iuramentum necessarium in defectum probationis.*
4 *Furoris tempore factum non imputatur ad culpam.*

TEne menti singularem decisionem Bal. in l. j. in fin.
C. de fide instru. vbi per illum tex. no quòd si credi-
1 tor † habebat instrumentum publicum de credito, & il-
lud per iracundiam lacerauit, aut igne cremauit, quam-
uis per hoc ius crediti sui non perdatur, tamen grauatur
pleniori probatione, ex quo culpa sua perdidit proba-
tionem indubitatam sui instrumenti. & ideo isto casu si
probaret de credito per vnum testē, vel alias semiplenè,
non deferretur sibi iuramentum necessarium in supple-
mentum probationis: per illum tex. Sed vt deni materiā
cogitandi, videtur ꝙ non debeat grauari pleniori proba
tione, cum non sit in culpa, per id quod voluit Spe. in tit.
de accus. versi. quid si re vocaui &c. & ibi Bal. in addi. in ij.
2 char. & Spe. in tit. de præsump. ver. sed pone. vbi dicit, † ꝙ
dictum vel factum calore iracundiæ non debet ei impu-
tari, cùm non sit in culpa. & per ea quæ in simili haben-
tur per Roma. in consi. ccccxij. & per Moder. in l. filiam.
C. de inof testa. ergo lacerans instrumentum calore ira-
cundiæ pleniori probatione grauari nō debet, cum non
sit in culpa. Sed cogita si posset dici, quod aut creditor la-
cerans instrumentum, fecit proprio motu & impulsu ani
mi, & tunc procedat opi. Bal cùm sit in culpa. Aut lace-
rauit propter aliorum impulsum vel clamorem, & tunc
procedat quod suprà proximè dixi, cum non sit ei impu
tandum. ita in simili distinguit gl. in c. sunt qui opes. xvij.
3 q. iiij. Sed pro Bal. facit, quia quando agitur † de proban
do errore notarii commisso in instrumento, & notarius-
met attestatur de tali errore, ex dicto notarii non defer-
tur iuramentum necessarium in defectum probationis.
ita singulariter Barto. in l. imperator. j. in iij. colum. ff. de
statu homi per gloss. in l. j. C. qui & aduer. quos. vide Sa-
lic. in dicta l. j. de fide instrumen. vbi mirabiliter limitat
singu. decisionem Bald. vt procedat, quando tale instru-
mentum esset de natura vel de substantia debiti contra-
cti in scriptis: puta quia partes expressè ita conuenis-
sent, quòd de isto debito fieret publicum instrumen-
tum: iuxta l. contractus. C. de fide instrumentum. Vel es-
semus in casibus in quibus requireretur scriptura, de qui
bus plenè habetur per glossam magistralem, in capitul.
primo, de censib. in sexto. Vel quando per statutum vel
per consuetudinem loci requireretur instrumētum pu-
blicum, in illis casibus si creditor laceret instrumentum
per iracundiam, procederet dictum Baldi. Sed vbi in-
strumentum non esset de natura vel de essentia debiti,
sed esset voluntariè confectū, prout est regulariter. l. pa-
ctum quod bona fide, cum gloss. C. de pactis. l. contrahi-
tur. ff. de pact. pign. tunc licet creditor laceraret instru-
mentum crediti, per hoc non grauaretur pleniori pro-
batione, sed sufficeret semiplena probatio, cum eius iu-
ramento. & istam limitationem refert & sequitur Ias. in
repetitio. l. admonendi. in xxxj. columna. ff. de iureiuran.
quam dicit esse multum notandam. licet aliqualiter ob-
stare videatur generalitas rationis assignatæ per Bald.
Et secundum dictam decisionem intellige, & limita illud
quod voluit gloss. & Bartol. in l. sicut iniquum. C. de fide
instrumentorum. Limitatem etiam dictum Baldi vltra
doct. ibi non procedere in eo, qui esset in furore. quia a-
4 liquod † factum tempore furoris non imputatur ad cul-
pam: satis enim punitur suo furore. & ideo dato quòd ha
beret dilucida interualla, propter hoc non grauaretur
pleniori probatione. ad quod adde Abb. in c. j. in ij. nota.
de his qui filios occiderunt.

XVII.

1 *Debitorem, qui in domum meam confugit, exhibere an cogi possim, & qua actione?*

DIligenter nota vnum in materia actionis ad exhi-
1 bendum: quòd non cogor exhibere † debitorem ali-
cuius qui fugit in domum meam, saltem per interdictū
de libero homine exhibendo. tex habes solennem & sin-
gul. in l. fina. §. fina. ff. de li. homi. exhib. per quem tex. in-
fert multum signanter Ioann. de Platea. in §. præterea.
quem sequitur ibi Ias. Institu. de actio. circa medium xj.
colum. quòd licet ego acceptem in domum meam mer-
catorem, qui decoxerit, non tamen possum conueniri vt
eum exhibeam, alias tenear ad interesse. quod diligen-
tissime nota, quia quotidianissimum, & fortè non inue
nies alibi hoc dictum. ad hoc accedant secundum Iaso.
ibi quæ traduntur singu. per Innocen. in capi. dilecti. ex-
trà de iudic. aliàs de appel. & refert & sequitur apud le-
gistas Bald. in cap. in generali. si de feud fue. contro. inter
do. & agna. dum quærit Innocen. de solenni & quotidia-
na quæstione multum cōferente ad proximum dictum.
Quòd si aliquis detinet debitorem meum, & pro hoc nō
potest mihi in aliquo satisfacere, quia de operibus suis
posset acquirere mihi, & satisfacere, an possim repetere
ab eo hunc debitorem? determinat mirabiliter Innocē.
quòd non, nisi habeam ius reale in eo vt in vasallo, & a-
scripritio, & similibus personis. Est tamen remedium se-
cundum Baldum in dicto capit. in generali. quòd agam
actione iniuriarum contra eum, vel de dolo, si sciens de-
tinet in præiudicium meum, vt ff de dolo. l. cum quis.
Constat etiam secundum eundem Bald. quòd possum a-
gere interdicto de liber. homine exhib in quo aliàs præ-
ferór propter singulare interesse, vt ff. de procuratorib. l.
licet in popularibus. Sed puto quòd de iure Bal. non be-
nedicat, quòd possit agere interdicto de lib. homi. exhi.
per dictum textum singu. ad literam. l. fina. §. fina. vbi Iu-
risconsultus dicit, quòd creditori non competit inter-
dictum vt debitor exhiberetur. neque enim debitorem
latitantem exhibere quisquam cogitur, sed in bona eius
ex edicto prætoris itur. posset etiam dici, quòd si talis de
bitor habebat bona, ex quibus ipsi creditori satisfieri
posset, quòd tunc isto casu etiam non ageretur actio-
ne iniuriarum, vel de dolo contra detinentem debito-
rem, cùm creditori ex edicto prætoris posset esse succur
sum, & sic in bona debitoris mitti. vt dicit d. l. fi. §. fin. qui
hæc sentire videtur. sed si non haberet bona sufficientia
talis debitor, tunc putaret quod creditor contra deti-
nentem eum scientem ad interesse agere possit, per iura
suprà allegata. Cogita tamen.

ADDITIO.

Vide Nicolaum Boër. decisio. clxxuij. numero 1. Gabriel Sarayna.

XVIII.

1 *Pactum de retrouendendo præscribitur triginta annis, etiam si illud pactum sit iuratum, vel dictum sit, sine aliqua præscriptione.*
2 *Præscriptio non currit in causa vsuraria.*
3 *Error iuris non causat bonam fidem quò ad præscriptionem etiam longissimi temporis.*
4 *Iuris scientia in dubio præsumitur, nisi de ignorantia probetur.*
5 *Obliuio quando allegari possit?*
6 *Vsurarius contractus præsumitur, quando concurrit paruitas pretij. & pactum de retrouendendo.*
7 *Rusticus excusatur à præsumpta fraude vsurarum propter ignorantiam iuris saltem in rustico sagaci.*
8 *Statutum si disponeret, quòd debitor malæfidei præscriberet, non valeret.*
9 *Præscriptio centenaria currit, licet in lege noua dicatur, nulla præscriptione obstante.*
10 *Soluere quandocunque promittens, an præscribat?*
11 *Infinitas in quibus casibus toleratur.*
12 *Verbum, quandocunque, est generale, aptum importare infinitatem.*
13 *Facultas adimplendi conditionem potestatiuam nullo vnquam tempore præscribitur.*
14 *Præscriptionem xxx. annorum cum iuramento potest renuntiari.*

Præscri-

15 *Praescriptionis cursus potest impediri per iuramentum in pacto appositum.*
16 *Iuramento obligatus nunquam potest opponere praescriptionem.*
17 *Iuramentum actionem perpetuat.*
18 *Donatio iurata reuocari non potest.*
19 *Iuramentum validat simplicem renunciationem factam de iure futuro parte absente.*
20 *Pacto iurato illud fieri potest, quod fieri potest per statutum.*
21 *Praescriptioni per statutum derogari potest.*
22 *Praescriptio principaliter est introducta fauore priuatorũ, & secundario fauore publico: ergo ei renunciari potest.*
23 *Iuramentum facit valere actum, qui alias non valeret.*
24 *Iuramentum regulatur secundum naturam actus super quo interponitur, & an aliquid ei addat?*
25 *Consensum in genere saltem adesse quando sufficiat?*
26 *Restitutio in integrum aduersus praescriptionem xxx. annorũ an possit peti, & infra quantum tempus?*
27 *Restitutionis in integrum petendæ tempus nunquam currit, nisi à tempore scientiæ, cùm à principio sit vtile*
28 *Praescriptio quando currat in pacto de retrouendendo, non obstãtibus verbis in instrumento, videlicet quandocunque, vel, non obstante aliqua praescriptione.*
29 *Cautela ad tollendam praescriptionem pacti de retrouendendo.*

1 NOta diligenter † quòd si vendatur res cũ pacto, quòd
vẽdens, vel hęredes eius possint quàdocunque obla
to pretio redimere, certè non obstantibus talibus verbis
2 praescribitur[a] xxx. annis, etiam si istud pactum sit iura-
tum, & etiam si sit dictum, quantumcunque, & sine ali-
qua praescriptione. ita signanter consuluit Ange. consilio
lv. quod incipit, Guliel. & Francis. imò plus tenet Petr. de
Ancha. consi. cccxxxvij. incip. visis diligenter actis. quòd
praescribatur decem annis. ista refert & sequitur simpli-
citer Ias. in l. si mater. ad finem. C. de institu. & substit. &
in l. petens. ad fi. iiij. col. C. de pact. vbi asserit se pluties de
facto respondisse & consuluisse secundum dictum consi.
Ange. quod tene mẽti, quia ista quotidie cõtingere pos-
sent. Sed vt dem materiam cogitandi, licet non audeat
tyrunculus tantos patres reprehendere, sed potius dico
me non intelligere, aut codicem esse corruptũ, vt inquit
tex. in cap. ego solis. ix. distinctio. Videtur quòd decisio
Ange. non procedat, quando talis contractus praesume-
3 retur vsurarius: quia in causa † vsuraria non currit prae-
scriptio, secundum Alexan. consi. xlvj. incip. circa pręsen
tis consilij materiam &c. in tertio volumi. in j. & ij. col. &
sic vbi esset patuitas pretij, & pactum de retrouendendo
non procederet d. decisio: quia tunc cõtractus pręsumi-
tur vsurarius, etiam si non cõstet emptorem solitum fœ
nerari: & hoc quando resolutio contractus pendet à fa-
cultate venditoris, prout in casu nostro. ita Alex. d. con-
silio. vbi dicit hanc esse communem opin. quæ opin. est
amplectenda tanquam magis tuta, cum simus in mate-
ria peccati. cap. iuuenis. de spons. Item tempore emptio-
nis non potuit inchoari praescriptio, quia ipse erat in ma
la fide ratione dicti cõtractus, qui fuit, & esse fingitur si-
mulatus, & sic fuit cõtractus pignoris, ex quo nullum fuit
translatum dominium, nec possessio per venditorem. l.
emptor. & ibi not. de aqua pluuia arcen. & patet in l. em-
ptione. C. plus vale. quod agi. & ibi docto. & sic videtur
quòd exceptione praescriptionis venditor excludi non
possit. l. malè agitur. C. de praescript. xxx. annorum imò
si praescriberet, diceretur pręscribere ad commodum pi-
gnorantis. l. serui nomine. ff. de vsucap. l. j. §. per seruũ cor
poraliter pignori datum. & l. qui pignoris. ff. de acquir.
possess. cùm scientia rei alienæ semper impediat pręscri-
ptionem. c. fina. de pręscript. & cap. possessor. de reg. iur.
in vj. & hoc de iure canoni. quod attendendum est, cùm
agitur de materia peccati, iuribus suprà allegatis. ita di-
cit Alexan. in dicto consi in penul. colum & in consi. lxix.
incip. in causa & lite vertente. in tertio volumi in iiij. co
lum. dicit, quòd exceptio pręscriptionis nõ obstat, cùm
sit in mala fide quando per instrumentum se obligaue-
rat idem tenet Pau. de Castr. in l. j. ij. col. ff. de vsucap. vbi
dicit, quòd non praescribitur per scientem se obligatum.
ergo dicamus quòd in casu Ang. non currat pręscriptio,
cùm sciat se obligatum ad retrouẽdendã rem sibi prius
venditam oblato sibi pretio absque aliqua pręscriptio-
ne. Et nota, quòd etiam dato quòd diceretur, quòd di-
ctus emptor potuit ignorare dictum contractũ non esse
licitum, & potuit affirmare, quòd cõtractus valuerit, re-
4 spondeo quòd error † iuris non causat bonam fidẽ, quò
ad pręscriptionem. l. nunquam. in princip. l. si fur. §. j. de
vsucap. quod procedit etiam in pręscriptione longissimi
temporis, vt probatur per gloss. iuncto text. in c. ad apo-
stolicæ. de donatio. Archidia. x. quęstio. iij. c. quia cogno-
uimus. & docto. in clemen. j. de rebus eccle. non alienan.
5 Item in dubio † praesumitur scientia iuris, nisi de ignorã-
tia probetur. l. leges sacratissimæ. C. de legib. l. si hęres ab
eo. in fi. ff. ad Trebel. quam l. ad hoc inducit Bar. in l. non
fatetur. in vlti. colum. de confess. ita dicit Alex. in d. con-
si. lxvj. penul. colum. Nec obstat etiam si diceretur, quòd
elapso decennio potuit pręscribere, & praescriptionẽ in-
choare, quia post illud tempus inducitur obliuio. vt per
gloss. & ibi docto. in l. j. C. de seruis fugiti. quia respondeo
de mente doc. ibi, vt procedat vbi tractaretur de damno
6 vitando quia tunc † potest allegare post longum tempus
obliuionem: secus quando agit de lucro quaerendo cũ al
terius iniuria, prout est in praescriptione inducẽda, vt est
in casu nostro, tũc non est probabilis ignorãtia, vel obli-
uio etiam post longum tempus. quod tene mẽti. & sic in
isto casu d. decisio Ange. non procederet, licet non sit ca
sus Ange. Et plus non procederet etiam si emptor esset so
litus fœnerari, vel aliàs. vt habetur in locis suprà allega-
7 tis. Limita † tamen quod suprà dixi, quòd quando cõcur
rit patuitas pretij, & pactum de retrouendendo praesuma
tur cõtractus vsurarius nõ procedere in rustico: quia ru
8 sticus † excusatur à praesumpta fraude vsuratum propter
ignorantiam iuris. gloss. est in l. cùm allegas. & ibi Bald.
in iij. oppositio C. de vsuris. per quam gloss. infert ibi Ful
go. quòd si rusticus emat fundum cum pacto de retrouẽ
dendo, non censebitur contractus vsurarius. quod nota
pro limitatione eorum quæ habentur in ca. ad nostram.
de emptio. & venditio. & in cap. illo vos. de pigno. sequi-
tur Ias. in l. si quis id quod. in princi. x. colum. ff. de iuris-
di. om. iudi. & in l. iuris. C. qui admit. in quibus locis limi
tat non habere locum in rustico sagaci, per gl. in l. athle-
tæ. §. de rusticis. ff. de excusa. tuto. Adde etiam pro limita
tione gloss. cap. conquestus. de vsur. quod not. Abb. in c.
in aliquib. in fi. j. col. de deci. vbi omnino vide. quod etiã
facit ad practicam, & ad intellectum l. ij. C. de rescinden.
vendi. imò videtur quòd in casu Ange. nullo pacto possit
procedere, per id quod suprà dictum est, quòd per scien-
tem se obligatũ, cùm sit in mala fide, praescribi non pos-
9 sit. imò plus etiam si statutum † specialiter, & expressè di
ceret, quòd debitor malæ fidei praescriberet. tale statutũ
non valeret. ita tenet Alexan. in d. consi. lxix. in tertia co
lum. & Ioan. de Imol. consil. xxvj incip. in casu praemisso
visis & consideratis &c & in consi. xlvj. incip. in casu pręe-
misso ante omnia &c. facit quod dicit Bald. in l. j. in ij. co
lum. C. de anna. excep. vbi dicit, quòd si in aliqua noua le
ge inuenires hęc verba, nulla praescriptione obstãte, quod
10 praescriptio † centenaria curreret. allegat gloss. in § de cæ
tero. in authen. vt de cætero non fiant constitutio. ita er-
go in casu nostro vbi sunt illa verba, licet currat pręscri
ptio centum annorum, non curret praescriptio xxx. an-
norum. facit etiam contra Ange id quod dicit Bald. in l.
j. ad finem. ff. soluto matrimo. & ibi doct. quòd licet pro-
mittens soluere semper intelligatur nisi praescribat: ta-
11 men secus † est in promittente soluere quandocũque. sed
in casu Ange. plus fuit dictum, quia non solum quando-
cunque, sed etiam sine aliqua praescriptione cum iuramẽ
to. & sic in caso Ange. minus debet posse currere pręscri
ptio, cùm adsit geminatio verborum, vt aliquid operen-
tur. l. Balista. ad Trebellia. Nec obstat si diceretur, infini-
tas est euitanda, ne dominia rerum sint incerta. Inst. de
vsucap. in princi. cum similib. Ad hoc respondetur, quòd
imò nullo vnquam tempore potuit praescribi facultas re
12 dimendi praedicta bona & hoc tali ratione. Nam † quan-
do verba contrahentium sunt apta importare infinita-
tem, prout sunt in casu nostro, & tunc infinitas toleratur,

non autem reiicitur.l.in annalibus.C.de leg.& l.si ita stipulatus à Seio sueto.cum simil.ff.de fideiussor. Et hoc est
12 propter vim illius verbi quandocunque, † quod est verbum generale aptum importare infinitatē: ita determinat Barto.tradens istam doctrinam in l.qui bona.in §.fina.ff.de dam.infect.Contra Ange.facit etiam vna alia ratio.quam hoc pactum de retrouendendo fuit collatum in liberam voluntatem dicti vēditoris.quia fuit dictum, quod quādocunque voluerit,possit retro emere.tunc sic,
13 facultati † adimplendi conditionem potestatiuam nullo vnquam tempore præscribi potest ita probatur ex.in l.seruus quoque.§ fina.ff.de hæred.instituen.& l.si.ff.de condi.insti.vbi habetur quòd si filius in potestate patris constitutus sub conditione potestatiua fuerit institutus, nullo tempore dicitur prætéritus:quia istam conditionem toto tempore vitæ suæ potest adimplere & tamen si facultati adimplendi conditionem istam aliquo tēpore præscribi posset,contingere posset, quòd filius inueniretur præteritus:vt quia filius infans testatoris sub ista conditione fuerit institutus,quem possibile est viuere vsque ad centum annos.l.fina.C.de sacrosan.eccle.& hanc doctrinam per illos text.tradit Barto in l.pignori rem.in vltimis verbis.ff.de vsucap.Et quod prædicta decisio Angel. non procedat in pacto iurato,facit quod vult Alexan. in l.nemo potest.in princi.penul.col.ff.de lega.j.vbi dicit q licet præscriptio xxx.annorum sit odiosa,cum currat ex negligentia non petentis,vt dicunt docto.in l.j.ff.de vsu-
14 cap.cui non potest renunciari per pactum, tamen † cum iuramento renuntiari potest,cùm iuramentum sit seruādum,cum potest seruari sine interitu salutis æternæ:prout est in casu nostro.c.cùm contingat.de iureiuran. maximè cùm sit contra naturalem æquitatem,quód quis locupletetur cum aliena iactura.l.nam natura.ff.de condi.indeb.& similiter cum iuri introducto in odium alterius cum iuramento renuntiari non possit.c.significante. de pigno.& declarat Bar.in l.si quis pro eo.in iij.& iiij.mem
15 bro principali.ff.de fideiuss.quod saltem † per iuramentum appositum in pacto possit impediri cursus præscriptionis.vbi Alexan.mandat istud ponderari, quia sic scriptum non reperit.Tamen vltra ipsum facit, quia quan-
16 do aliquis est † obligatus cū iuramento, nunquā talis obligatus potest opponere præscriptionem.dictum est singu Roma.in repertorio l.j.in iij.chart.versicu.& adde duas nota.cautelas.& c.ff.de vsucap.quia secundū eum iuramen
17 tum † perpetuat actionem.alleg.text.quem dicit singu in l.nam & postea.§ si is qui temporali.ff.de iureiuran. vbi Barto.& alij docto.dicunt,quòd licet actio sua esset temporalis,vel ex forma statuti,vel ex forma iuris communis,& posset ei præscribi spatio x.vel xx.anno.tamē perpetuabitur vsque ad xl.annos.quod est valde not.facit,
18 licet non valeat pactum,quòd donatio † non possit reuocari respectu ingratitudinis committendæ, quia inuitaret ad delinquendum.l.conuenire.ff.de pa.t.dot.Bald.& alij in l.fina.C.de pact.tamen valet cum iuramento. Ioan.And.in additio.Specu.in titu. de donatio.§.j.versic. quid si actum.per text.in cap.quemadmodum. ad fin.de iureiuran. Alexan. in l.stipulatio hoc modo concepta. de verborum obligatio & in consi.xl.incip.super prædi-
19 cto dubio.in quarto volumi.cum simi.Item facit † quod licet renuntiatio simplex facta de iure futuro parte absente non valeat l.j.& ibi doct.C.de pact.tamen secus est apposito iuramento,vt ibi per Papienses in vj.col. Item
20 facit,quia † illud potest fieri per pactum iuratū quod potest fieri per statutum. Barto.in l.fina.C.de pact.Bal in l.cunctos populos.v.col.de summa trini.& fide catho. Sed nulli dubium,quod statutum posset omnes exceptiones præscriptionis tollere,si vult:ergo debet posse fieri per pactum iuratum. Non obstat si dicetes,præscriptio triginta annorum est odiosa,& bono publico introducta,ergo per pactum renuntiari non potest.l.j.& ibi docto.de vsucap.quia loquuntur in simplici pacto:secus si esset iuramento firmatum,per ea quæ dicta sunt suprà. Item cùm
21 per † statutū possit derogari b præscriptioni. Ias.in l.non
b est impossibile. in princip.ff.de pa.t.ergo & per pactum iuratum. Nec obstat,quòd præscriptio est introducta fauore publico.d.l.j.de vsucap.ergo renūtiari non potest. l.penulti.C.de pact.quia ad hoc respondetur ex mente Ale
22 xan.in dicta l.nemo potest.quòd præscriptio † est introducta principaliter fauore priuatorum,& secundario fauore publico,vt tenet ibi Alexan. Ange.Imol.& Anto.in cap.non liceat.de præscrip.ergo renuntiari potest d.l. penulti.C.de pact.& doct.in l.pacisci.ff.de pac.facit etiā
23 quòd iuramentum † facit actum valere,qui alias non valeret.l.cum pater.§.filius matrem ff.de lega.ij. cum simi. Nec obstat,quod dicit Ange.in d.consi.ad fi. quòd iuramentum regulatur secundum naturam pacti super quo interponitur.l.j.fina.C.de non nume.pecu in casu nostro pactum appositum non excludit præscriptionem,ergo nec iuramentum. Ad hoc respondetur, quòd iuro iura-
24 mentum † semper addit aliquid actui,vt patet ex supradictis,& per Papienses in l.si conuenerit.in iij. & iiij.col. vbi plene.ff.de iurisdictio om.iudi.vbi faciunt regulam in contrarium. Et ad l.fina.de non numera. pecu. respondent, quòd ibi in dispositione illius l.deficit consensus, tunc cùm iuramentum non extenditur vltra cōsensum, nimirum si nihil operatur.sed in casu nostro dico,quod adest consensus vt patet:ergo iuramentum debet aliquid operari.nam ratio diuersitatis inter casum d.l.fina.& casum nostrum patet,quia in confessione chirographaria non adest consensus,nisi habeat pecuniam actualiter numeratam:eodem modo quando interponit iuramentū, quia sub eadem spe futuræ numerationis iurauit:quod
25 secus est in casu nostro, quia semper † adest consensus saltem in genere.& hoc sufficit.Bal.in l.j.in ij.quæstio.C.cōmod.cum contractus sit perfectus ab vtraque parte, & etiam in restitutione rei oblato sibi pretio,ergo iuramentum debet operari:& ista pars videtur esse verior in pacto iurato,& esset tenenda tanquam magis æqua & tuta pro salute animarum. Sed si vellemus tenere opin. Ange.
26 nihilominus † negari non potest,quin ex clausula generali propter præsumptam ignorantiam restitutio in integrum concedi debeat,prout firmat Barto.not.in l.j.§. si quis autem propter.ff.de itin.actuque priua & Spec.in titu.de præscrip.§ j.versi. pone colonus.Alex.consi.l.xix. incip.in lite vertente &c.in tertio volumi.ad finem pen. colum.& Ias.in §.fuerat.in princi.xxiij.colum. Instit. de actio.cum simi.Sed nulli dubium, quòd iste venditor vel hæredes eius,est in præsumpta ignorantia,cum credat sibi non posse currere aliquam præscriptionem pet conuentionem expressè factam,ergo &c. Sed infra quod tempus dicta restitutio proponi debet? dic infra quadriennium. l.fina.C.de tempo.in integrum restitutio. Sed vnum per-
27 petuò † diligētissimè cordi teneatis,quod licet quadriennium quod datur hodie loco vtilis annie x d.l.final.sit continuum: non tamen currit probabiliter ignoranti. vnde si quis staret per centū annos,& probabiliter ignoraret, posset semper petere restitutionem in integrum: quia restitutio in integrum non incipit cursum, nisi a tēpore scientiæ,cùm tempus restitutionis sit vtile quantum ad principium,ita multum singulariter voluit Bald.in l. falsam.C.si ex fal.instru & Pau.de Cast.in l.fina.C.de dolo.& Alexand.consi.lxvj.in vj.col.incip.stantibus his in quarto volumi.de quo vide etiam l.j.in §.curius.in princi.vj.colum.Insti.de actio.vbi relinquit cogitandum in isto peregrino dicto.quod not.quia in actu practico esse notabilissimū,& multum faceret pro eo, quod suprà dictum est.Et sic patet decisione Ang.& sequacium ali-
28 quo respectu procedere non posse. Nā primo † casu,quando contractus præsumitur vsurarius,& hoc non est dubium,quamuis Angel.in illo casu non loquatur. Aut in contractu licito de quo loquitur Ange.in quo sint apposita illa verba, quandocunque, non obstante aliqua præscriptione,cum iuramento.& tunc etiam non procedit, per ea quæ dicta sunt suprà de mala fide:& hoc de iure canonico,cui standum est in materia peccati. Aut sunt apposita illa verba quandocunque,& non obstante &c. absque iuramento,& tunc idem dicendum est de iure canonico,propter malā fidem. Aut de iure ciuili,& tunc quādo non adest iuramentum,procedit decisio Angel. per ea quæ suprà dicta sunt,quod tali præscriptioni renuntiari

tiari non possit. Aut cum iuramento, & tunc non procederet etiam de iure ciu li hoc, vt supra dixi, virtute iuramenti. Et hæc sunt dicta saluo meliori iudicio & deliberatione cuiuscunque alterius, cui me subiicio, iuxta l. Claudius. in fin. ff. qui potio. in pig. ha. Cogita tamen. Sed nihilominus ad tollendum omnia dubia adhiberem
19 istam cautelam, quòd in tali † contractu emptor diceret, & quoties præscriptum fuerit, toties promitto retrouendere. & in hoc casu præscriptio non partorinaretur: nam ex desinentia vnius alterius origo proficiscitur. istam cautelam in simili tradit Bald. in l. ij. j. colum. C. vt in pos. leg. nota omnia prædicta, quia alibi hoc modo declarata nō reperies, quia Angel. in suo consilio paucis verbis se expedit, & sequaces vt supra relati simpliciter pertranseūt.

ADDITIONES.

a Præscribitur. De materia præscriptionis pacti de retrouendendo in venditione appositi, latè tradit Bal. in tractatu præscript. in iij. quæstio. quartæ partis, quintæ partis princ. & vj. quæstio. v. partis. v. partis princi. Et adde Ioan. de Arnon. in problemate xxxv. & Nicol. Boër. decisio. xxxix. num. 4. 7. & 32. & decisio. clxxxij. nume. 10. & Do. And. Tiraq. in tract. de retractu consangu. § xxxv. in ver. ignorantes. nu. 43. & de retractu conuentio. in præfatio. nu 34.

b Item cùm per statutum possit. An præscriptio possit à statuto tolli, latè ponit Guid. Papæ decisio. Grationo po. cccxix. an statutum. Et quò ad principale propositum vide Didac. Couarru. lib. j. variar. resolutio. cap. ix. in principio. versicu. egregia tamen est. vbi multos alleg. & in versic. quartò obstat. Gab. Sar.

XIX.

1 *Furtum committitur etiam in vno ouo, & in re minima, tamen dolus non committitur in re minima.*
2 *Actio de furto quare detur pro re minima, & non actio de dolo?*
3 *Modicum non differt à magno, quando illud non est fundatum super quantitate rei sed super iniustitia, & iniquitate.*
4 *Appellari quare possit a quolibet grauamine.*
5 *Actio de dolo non datur pro re minima, quia fundata est super quantitate.*

a Sicis, quòd furtum † committitur etiam in vno ouo, & 1 sic in re minima gl. & Doct. in §. Gallinarum. Instit. de rerum diuisio. & tamen dolus non committitur in re minima. l. si oleum. in fin. cum l. sequen. ff. de dolo. Sed quæ
a est † ratio, quòd actio furti datur pro re minima, & non actio de dolo: gloss. & Doctor. in dicta l. j. multum laborant. Sed vltra doctor. ibi puto istam esse rationem di-
3 uersitatis, videli. et, quòd quando † aliquid non est fundatum super quantitate rei, sed super iniustitia & iniquitate, tunc non differt modicum à magno. cap. de appellationibus. & ibi gloss. de appellatio. quæ dicit quod pro
4 minima re, & sic † pro quolibet grauamine potest appellari. & est ratio, secundum illam glossam & Abbatē ibi, quia appellatio non est fundata super quantitate grauaminis, sed super iniustitia, seu iniquitate iudicij, ideo potest appellari in minimis causis: quia iniustitia & iniquitas ita possunt accidere in minimis, sicut in maioribus. Eodē modo dicamus in furto: quia furtum non est fundatum super quātitate rei. sed super iniquitate ipsius furti, nimirum si datur actio furti etiam pro minima re. & hoc sentit Abb. in furto, allegādo dict. §. Gallinarum. in d. c. de appellationibus. cùm semper sit eadem ratio iniquitatis in minimis, sicut in magnis. quod secus est in do
5 lo: † quia dolus fundatur super quantitate. text. est in d. l. si oleum. §. fi. cum l. seq. vbi actio de dolo non datur pro modica summa, puta pro duobus aureis, & sic lex fundat se super quantitate. quod secus est in furto, vt dixi, quod signa & nota, quia faciet tibi honorem.

XX.

1 *Rescriptum contra transactionem, aut sententiam non valet.*
2 *Supplicans principi vt retractetur sententia, qua transiuit in rem iudicatam, caret impetratis, & incurrit infamiam.*
3 *Sententia qua fertur ex probationibus priuilegiatis nunquā transit in rem iudicatam.*
4 *Sententia lata secundum consilium sapientis nunquam transit in rem iudicatam.*
5 *Supplicans retractari sententiam qua nō transiuit in rem iudicatam, non incurrit infamiam.*

1 Sicut non valet † rescriptum contra transactionem, vt l. causas C. de transact. ita nec contra sententiam. l. fi. C. senten. rescind. non poss. vnde Paul. de Castr. in l. fina. C. vt lite penden. per illum tex. valde notab. dicit, quòd il
2 lequi supplicat Principi, † vt retractetur sententia quæ transiuit in rem iudicatam, non solum caret impetratis, sed etiam incurrit infamiam. quem text. secundum Panor. semper teneas menti, quia est mirabilis, & pauci aduertunt, & faciet tibi honorem, si scias excipere: quia posset esse magni effectus: quia si infamis, ergo testis esse non potest, & sic incurrit præiudicia, de quibus in regula, infamibus de reg. iur. in vj. quod nūquam obijiciatur, fuit semel de facto obiectum impetranti de illo rex. Putarem
3 tamen procedere, † quando talis sententia fuisset lata ex veris & propriis probationibus: secus si esset lata ex probationibus priuilegiatis: quia tūc nō transit in rē iudicatam, quin semper & quandocunque talis sentētia superuenientibus veris & propriis probationibus contrariis retractari possit, vt in cap. ij. de purga. vulga. & il i Abb. in l. admonendi. & ibi plenè per Papienses ad finem xix. colum. & in xxj. ff. de iureiuran. vbi inter cætera dicunt,
4 quòd sententia † lata secundum consilium sapientis, puta doctoris electi ad consulendum ea forma statuti, vel de voluntate partium, semper & quandocunque poterit retractari, si appareat cōsilium alterius doctoris magis iuriti. in contrarium facit, cum talis sententia nunquam transit in rem iudicatam. quod teneas perpetuo cordi: quia est dictum singularissimum in superlatiuo gradu secundum Alexan. in l. si ab hostibus. in tertia colum. ff. soluto matrimo. quia tota die apud nos feruntur sentētiæ secundum consilium sapientis, & statuta communiter disponunt, quòd si petatur consilium sapiētis præstari debeat. & ibi Papienses referunt alios casus, in quibus sen-
5 tentia liceat retractari possit, & declarant. Et ideo, † vt dixi, putarem quòd in istis casibus talis hoc modo supplicans, non careret impetratis, nec incurreret infamiam, cùm à iure sit permissum, quòd talis sentētia retractari possit: quia qui facit lege permittente pœnam non meretur. l. Grac chus. C. de adul. quod nor. quia istam limitationē ab aliquo quem viderim, non inueniō tactam.

XXI.

1 *Matrimonium sub conditione resolutiua contractum, non valet.*
2 *Cautela ad euadendum amici deprehensum cum puella e iu amasia, & ad eam in matrimonium ductam coactum, quòd matrimonium illud non valeat.*

1 Matrimonium † sub conditione resolutiua contractū non valet, quia est contra substantiam matrimonij: quia de substantia matrimonij est, quod nūquam dissoluatur, vt quos Deus coniunxit, homo non separet. xxxiij. q. ij. §. quos Deus c. ij. de translatio. prælat. Et propter hoc
a tene menti vnam † cautelam singu. ad euadendum amicum, si casus acciderit, vt Bononiæ semel cōtigit in vno scholari: & præceptor meus a quo didici hanc cautelam fecit, quod scholaris visus fuit ista cautela. Nam cum ille scholaris esset captus amore cuiusdam mulieris, intrauit domum suam, & ibi ab affinibus mulieris studiosè fuit detentus ad hoc, vt ipse scholaris eam in vxorem caperet, alias interficerent eum: ipse scholaris volens euadere mortē, dixit, quòd erat cōtentus eam capere, & quod ducerent notarium & testes, & iste interim misit ad præceptorem, quid esset agendum in hoc casu, & si aliquod remedium adhiberi posset, quòd tale matrimonium nō valeret: præceptor meus dixit, quòd faciat hoc modo, quòd dicatur notario coram testibus ibi præsentibus, videte, ego sum contentus hanc capere in vxorem hoc modo, si ipsa mihi fidem seruet, aliàs volo quod matrimonium dissoluatur. & hanc conditionem resolutiuam fac quòd notarius scribat, vt possit ostendi, quandō opus erit. hoc facto matrimonium postea non valebit, & per consequens poteris capere aliam in vxorem, & euadere mortem pro tunc. pro qua cautela vide omnino Abb. in cap. final. in

primn notabi. de condit. apposi. quod nunquam exeat mentem tuam. aliam cautelam vide per Cæpol. in cautelis suis cxliiij.

ADDITIO.

Idem tradit Hippoly. de Marsil. in singu. cclxxxvj. ab his tamen cautelis esse abstinendum dixit Didacus Couarru. in epito. iiij. lib. Decretal. cap. iij. secundæ partis, numer. 16. Ferratius in cautel. vij. Et latè ex facto consultus respondit Bernardinus Bombinus consil. xxxv. incip. quidam meus amicus. qui attestatur secundum hoc singulare fuisse iudicatum. Vide tamen Aretin. consi. lxxxij. factum super quo petitur. in tertio dubio. colum. fina. nume. 4. versicu. super tertio verò dubio. vbi videtur aliter loqui circa conditionem appositam. Et facit differentiam, vtrum tempore desponsationis verba conditionis sint concepta de præsenti, an verò de futuro. vide illum omnino. Gabr. Sar.

XXII.

1 *Venditio, in qua fuisti deceptus, etiam vltra dimidiam iusti pretij, qua cautela rescindi possit?*
2 *Marito in dote decepto succurritur.*
3 *Emens rem scienter minori pretio, quàm valeat, saltem ignorante venditore, non euitat peccatum. quia videtur decipere proximum.*
4 *Ecclesiasticis personis in contractibus decipere non licet.*
5 *Decipere aliquem bono viro non conuenit.*
6 *Prælatus ecclesiæ non debet maiori pretio vendere, quàm res valeat propter conscientiam, & propter honestatem.*
7 *Conscientia est idem, quod bonus vir.*
8 *Contrahentibus in foro conscientiæ se inuicem decipere non licet.*
9 *Positioni deceptoriæ quis respondere non tenetur.*
10 *Ementi fundum carius aliqua rationabili causa subuenietur, non solum de iure canonico, sed etiam ciuili*

ROgo, vt nunquam obliuioni tradas cautelam singu-
1 la. per quam poteris † rescindere vēditionem, in qua
fuisti deceptus, etiam citra dimidiam iusti pretij. Et licet
contrahentibus licitum sit se adinuicem decipere citra
dimidiam iusti pretij. l. idem si pretio. §. quēadmodum.
ff. loca. l. in causæ. ij. §. penul. ff. de mino. etiam de iure canoni.
cap. penulti. & ibi per omnes, extra de empt. & ven
di. Tamen limita prædicta non procedere in dote, secun
dum quod videtur velle Pau. de Cast. in l. Mæuia. ff. soluto
2 matrimo. vbi vult, † quòd quomodocunque vir sit deceptus
in dote, succurratur sibi, per text. singul. in l. iure suc
cursum. ff. de iure dot. & in l. si res. § j. eodem titu. vbi glo.
dicit esse speciale in dote: quòd cuicūque coniugū qui sit
deceptus, etiam maiori xxv. annis succurretur sibi: quod
si est verum, est pulchra limitatio ad d. l. idem si pretio. &
d. l. in causæ vt non procedant in dote. Limita etiā quan
do re ipsa interuenit deceptio non ex proposito, secun-
dum Abb. post Calde. in cap. nauiganti. in vlti. colum. de
3 vsur. vbi notanter dicit, quod ille qui † scienter emit rem
minus quam valeat, saltem ignorante vēditore, non euitat
peccatum: quia videtur decipere proximum. Limita
etiam non procedere in personis ecclesiasticis, quibus
4 † non licet in contractibus decipere ita est gloss. reputata
singu. in cap. hoc ius porrectum. x. quæstio. ij. in versicu.
vt plus. sequuntur Papienses in l. quoties. in vj. colum. C.
5 de rei vendi. Adde † tamen quòd quem decipere bono viro
non conuenit. gloss. in l. semper in coniunctionibus,
ff. de regu. iur. quam reputat singu. Bald. in cap. si proponente.
de rescript. & in cap. quanto. in tertia colum. de iureiuran.
& in authen. ad hæc. C. de vsur. Et propterea habebit
etiam locum in conscientia, secundum domi. Anto.
in dicto cap. penulti. & cap. plerique. vbi Abb. de immunit.
eccle. & propterea dicit, quòd apud confessorem
debet fieri conscientia. allegat beatum Tho. de Aquino,
ita tenentem secunda secundæ quæstio. lxvij. argu. j. acce
dat gloss. in c. hoc ius porrectum. x. quæstio. ij. quæ dixit,
6 quòd prælatus † ecclesiæ non debet maiori pretio vendere,
quam valeat res propter conscientiam, & propter ho
nestatem. Et propter hoc infert pulchrè Bald. in ca. cūm
7 causam. ij. de testib. nam si † cōscientia idem est quòd bo
nus vir, & bono viro non conueniat, allegando illam gl.
8 ergo † non erit licitum in foro conscientiæ contrahentibus
se decipere. Adde quod per illam gloss. Io. de Anan.
in cap. in ciuitate. de vsur. refert se retractasse quendā contractum
factum cum episcopo quia fecit sibi positionem
deceptoriam, quòd erat bonus vir, & episcopus respondit
quòd sic, ergo sumus in casu d. glos. d. l. semper. Sed tu
9 caue, † quia episcopus non tenebatur respōdere huic po
sitioni, per id quod not. Barto. in l. qui iurasse & ibi doct.
ff. de iureiuran. Et per prædicta habes pulchram cautelam.
facit quod signanter dicit Petr. de Anchara. in repetitio.
regulæ, possessor. de regu. iur. in vj. in x. char. quòd
10 si aliquis emit † fundum carius propter necessitatē, quia
vicinus, cuius erat fundus, erat rixosus & multum molestus.
quòd tunc cùm iste excessus fundetur super causa rationabili,
quòd subuenitur sibi nedum in foro conscientiæ,
seu in foro canonico, sed etiam in foro ciuili. cuius
dictum nunquam obliuiscaris. sequitur Alexan. in apostil.
ad Barto. in dicta l. idem si pretio. § quemadmodum.
loca. dicit etiam Bal. in l. j. in iij. col. C. de confes. quòd forus
conscientiæ est forus boni & æqui coniunctim, & est
tribunal veritatis, & non fictionis, in quo foro conscientiæ
apices iuris non excusant, quod bene nota.

ADDITIO.

Contrahentes an possint se inuicem decipere in foro conscientiæ, latè tradit Petr. Dueñas, in regu. lxviij. incip. Bononien. ex forma statuti. in secunda limita. in fi. Adde Marc. Mantuam singula. ccclxxij.

XXIII.

1 *Legitimatio plena personæ an in quocunque iudicio etiam summario requiratur si fuerit oppositum, an verò summaria sufficiat?*
2 *Articuli, & adminicula dependentia à causa principali, an eodē modo sint tractanda, quo & causa principalis, an non?*
3 *Ante omnia inquirendum est de persona.*
4 *Legitimatio personæ an sit de dependentibus causæ?*
5 *Intellectus eorum quæ scribit Barto in l. solent. ff. de alimen. & cibar lega.*
6 *Intellectus l. cùm hi. in principio. & §. si cui non minus. ff. de transactionibus.*
7 *Statutum quòd in causa damnorum datorum admittatur probatio per iuramentum, quomodo intelligatur. & nu 5.*
8 *Testes inhabiles quare admittantur in crimine læsæ maiestatis?*
9 *Probatio damni per iuramentum quare à statuto concedi possit.*

NOtant Barto. & alij in l. ij. C. de edict. diui Adria.
1 tollen. quòd in † iudicio quantumcunque summario
& executiuo requiritur plena legitimatio
personæ si hoc opponatur. Papienses verò tenent ibi con
trarium, quòd imò sufficiat summaria cognitio. & allegant
Bartol. in quibusdam locis tenere quòd eo modo
quo proceditur in causa principali, illo pceditur in causis
summariis dependentibus ab ea: ergo si causa principalis
erat summaria, & executiua, & incidenter emergat
dubitatio de legitimatione personæ, debet sufficere summaria
cognitio. Sed tu in primis dicas quòd istud simpli
citer est falsum, & iidem Papienses tenent cōtrarium in
rubri. in ij. col. C. qui admit. ad bon. poss. vbi secundum
ipsos est bonus text. in l. j. §. si ea. ff. de ven. in poss. mit. Sed
ille text. probat contrarium, nisi induceres ho. modo, quia
ibi est speciale ne fieret præiudicium parti. vt dicit tex. ergo
in cōtrarium est ius cōmune, vide Bal. in l. nec quicquam
§. de plano. in vlt. colum. vbi hoc notabiliter probat
ff. de offic. Proconsu. & leg. Sed ad intelligētiam posses
sic dicere, aut summaria causa est grauis præiudicij,
aut leuis, secundum Bart. in l. j. §. quòd si sit aliqua. ff. de
præto. stipulatio. & per doct. in l. ille à quo. §. j. ff. ad Trebel.
& tunc dico, quòd in causa summaria grauis præiudicij
requiritur plena probatio, & legitimatio personæ.
Aut est causa leuis præiudicij, & tunc sufficit semiplena
probatio. & hoc modo intelligendo non obstabunt allegata
contra Barto. Nec obstat quando causa principa-
2 lis est † summaria, ergo omnes articuli seu adminicula ab
ea dependentes debent esse summarij, vt dicit Bartol. in
extrauagan. ad reprimendum. in versicu. summariè. in ij.
colum. Quia in hoc contrariū possem tenere, quòd imò
omnes articuli seu adminicula depēdētes à causa, si sint
tractandi

tractandi sicut causa principalis, non sint summarij. Bar
to. & docto. in l. in quæstionibus. ff. ad leg. Iul. maiesta. &
text. in l. fina §. fina. ff. de condictio. indeb. Sed istud vlti-
mum intelligerem, quando tales articuli seu adminicu-
la non essent de substantia causæ principalis: aliàs idẽ es-
set dicendum de adminiculis quod de causa principali,
per id quod vult Angel. in dicta l. in quæstionibus. & ibi
in additio. ad Bart. Sed ista responsio non satisfacit: quia
in dicta l. in quæstionibus. erat de substantia causæ prin-
cipalis: & tamen secus est. Vnde melius dico, quòd quan-
do adminicula sunt diuersa, & separata à causa principa
li, vt est legitimatio personæ, vt inferius dicam, & tũc non
est iudicandum de adminiculis, sicut de causa principa-
li: secus quando adminicula essent partes causæ principa
lis: & ita intelligunt Papienses in dicta l. fina. §. fin. de con
dict. indebi. & ita potest intelligi quod not. Barto. in di-
cta l. in quæstionibus. Vnde puto opin. Bartol. & docto.
omnino fore veram, per text. in l. si res. C. de ordi. cog. &
per gloss. in dicta l. ij. de edict. diui Adria. tollen. & per a-
lia iura supra allegata. quia fateor quòd in cæteris admi
niculis fiet summaria discussio. & sic non obstabit quod
not. Bartòl. in d. extrauagan. ad reprimendum. vbi non
loquitur de legitimatione personę, prout nos loquimur.
vnde in casu nostro vbi tractatur de legitimatione per-
sonæ plena debebit fieri probatio, licet principalis cau-
3 sa sit summaria per iura prædicta. & ratio potest † esse,
quia ante omnia inquirendum est de persona. l. iij. ff. de te
stamen. l. licet. C. de procurato. & casu quo persona non
esset legitima, repelleretur a iudicio. vnde cum per istam
discussionem personæ fiat præiudicium causæ princi-
pali, quia si persona non esset legitima, non procedere-
tur amplius in causa principali: meritò debet fieri, ple-
na probatio. & ita probatur in dicta l. si res. de ordin.
cognitio Posset fortasse attentari vt suprà dixi, & fortè
male & subtili consideratione habita, quòd alia ratione
argumenta in contrarium facta non cõcludunt in pro-
posito. nam argumenta sunt talia, per quæ proceditur in
causa summaria, eodem modo proceditur in dependen-
tibus ab ea. iuribus & authoritatibus allegatis per Papiẽ
ses: & hoc fateor declarando vt suprà. sed dum postea di-
citur, legitimatio personæ dependet à causa summaria,
hoc nego: quia antequam incipiatur cognosci de causa
summaria, persona debet esse legitima. vnde quando cõ
mittitur causa summaria, nõ includitur legitimatio per-
sonæ, quia committens præsupponit pro constanti per-
sonam esse legitimam. vt notabiliter dixit Bald. in dicto
4 §. de plano. in vlti. colum. Et quòd legitimatio † personæ
non sit de dependentibus causæ, videtur etiam esse de mẽ
te gloss. Archid. & Dominic. in cap. fina. in princi. de iud.
in vj. vbi declarãdo quæ sint de depẽdentibus causæ non
dicunt aliquid de legitimatione personæ: quod bene no.
Et quia Papienses malè intellexerunt Barto. in l. solent. ff.
de alimen. & ciba. lega. ideo ego aliter declaro. Dicunt
enim Papienses quòd Barto. ibi vult facere differentiam
in numero plurali vel singulari, vt primo casu admitta-
tur probatio per iuramentum etiam in incidentibus à
causa principali. secundo casu non. Dico tamen salua pa
5 ce, quod † Papienses malè dicunt, nec hoc vult Bart. si re-
ctè consideretur, sed Barto. facit differentiam quomodo
sonent verba statuti. nam si dicit statutum, in causis dam
norum datorum, siue in causa damnorum datorum ad-
mittatur probatio per iuramentum, idem est vtroque ca
su, quòd poterit admitti talis probatio etiam in incidẽ-
tibus, vt puta super dominio & super possessione: nec re-
fert vtrum in plurali vel singulari numero loquatur statu
tum: & ratio est, quia statutum dicit in causa damnorum
admittatur probatio per iuramentum, nec restringit se
ad certum, scilicet ad probationem damni tantùm, id
est, quantitatis damni, sed simpliciter dicit in causa dã-
ni admittatur probatio, &c. vnde cùm non restringat se
statutum, vt magis vnum quàm aliud probetur in causa
damni, quicquid contingit quoquomodo dictam cau-
sam. dicitur esse de causa damni, & per consequens ad-
mittetur probatio. Et quòd ista fuerit mens Barto. pro-
batur ea lege quam allegat: nam ipse allegat l. cùm hi. in
princi. iuncto §. si cui non minus. ff. de transactio quæ lex
6 † loquitur eo modo quo suprà dixi. nam in principio il-
lius legis dicitur, quòd transactio alimentorum non va-
let sine prętore. in §. si cui non minus. dicitur, quòd trans-
actio alimentorum non valet siue fiat soluendo, siue
permutando vnam speciem cum alia. dicit ergo Bar-
tolus, quia principium illius legis non restringebat se
magis ad solutionem, quàm ad permutationem, ideo
vtraque transactio comprehenditur in oratione diui
Marci. & iste est verus intellectus primi casus Bartol. Se-
7 cundus † casus est, quando statutum dicit, in causa dam
norum datorum admittitur probatio damni per iu-
ramentum tunc dicit Bartol. quòd non admittatur ista
probatio in dependentibus ab ea quæ est ratio? dicũt Pa
pienses, quia statutum loquitur in singulari numero. fal-
sum dicũt, sed ratio est, quia statutũ restringit se ad pro-
bationem damni, & sic requirit aliud certum pro funda
mento, dicit enim probatio damni admittatur per iura
mentum, & sic patet, quòd statutum vult, quòd per iura-
mentum tantum probetur quantitas damni dati. vnde
cùm istum casum tantùm includat, cæteros videtur ex-
cludere. l. cùm prætor. de iudic. cap. nonne. de præsumpt.
Et istam credo fuisse mentem veram Barto. quicquid di-
xerint Papienses. & ita intelligit Bald in l. j. in j. col. C. de
rebus credi. quem omninò videas. Et quia Bart. videtur
contrariari his quæ dixit in d. l. in quęstionibus. potes cõ
cordare, quòd id quod dixit in d. l. in quęstionibus. pro-
cedit in his quæ sunt grauis præiudicij, vt illo casu. Sed id
quod dixit in dicta l. solent. procedat in aliis quæ non
sunt tanti præiudicij. vel aliter, vt suprà dixi, in dicta l. in
quęstionibus. adminicula sunt diuersa & separata à cau
sa principali. Sed in d. l. solent. sunt partes causę principa
lis, quia ad illa se extẽdit statutum. Vel aliter & fortè me-
8 lius, quòd ratio † quare in quæstionibus læsæ maiestatis
admittuntur inhabiles, est propter magnam difficultatẽ
probandi tale crimen: cùm communiter tales conspira
tiones fiant secretè. quę ratio cessat in adminiculis, nimi
rum si cessat dispositio. nam vt patet in exemplo posito
ibi per Bar. illa adminicula bene possunt probari aliter
9 sine difficultate. ita in proposito probatio † in causa dam
ni dati per iuramentum, ideo est permissa à statuto, quia
difficile esset probare damnum & quantitatem dãni per
alias probationes, secundum gl. in l. si quãdo. C. vnde vi.
Vnde dicerem quòd si in adminiculis adesset dicta diffi
cultas probandi, admitteretur etiam in eis probatio per
iuramentum. & ita intelligatur Bar. in d. l. solent. aliàs se
cus. Et nota bene prædicta, quia alibi hoc modo discussa
& declarata non reperi, & super eis cogita.

ADDITIO.

Adde latè doctor. in rubri. C. de eden. Bald. in l. fina. in fine. ff. pro suo. Deci. in c. ex parte. in c. prudentiam §. sexta. col. j. de offi. deleg. Ias. in l. an prætor. ij. in fi. de iureiur. Deci. in l. ij. col. xv. C. de edicto diui Adria. tol. Hippoly. de Marsil. in l. si quis ne quæstio. nu. 8. ff. de quæstio. Gab. Sar.

XXIIII.

1 *Ciuis vtrum sit idoneus testis pro sua ciuitate, & ille qui est de vniuersitate pro vniuersitate. & num. 4.*

2 *Inhabilitas vnius testis suppletur ex magna habilitate seu integritate alterius testis.*

3 *Virtus incredibilis alterius fratris qui dominum tutatus est, facit vt alter frater qui dominum dereliquit, feudo non priuetur.*

5 *Procurator, aduocatus, & proxeneta in causa principali, an possint esse testes in causa appellationis?*

6 *Affectionem maiorem habere quis ad patriam, quam ad patrem præsumitur.*

7 *Pater occidens filium rebellem patria præmio est afficiendus.*

8 *Testes idonei non sunt, quibus imperari potest.*

9 *Affectionis par causa omnem in teste suspicionem tollit.*

1 VTrum ciuis † sit idoneus testis pro sua ciuitate, * vel
* aliquis de vniuersitate pro sua vniuersitate. Ex dictis
scribẽtium elicio tres conlusiones pro declaratione hu-
ius dubij. Prima conclusio sit ista. Illi de vniuersitate, vel
ciues pro sua ciuitate sunt idonei testes, quando aliàs fa-
ctum probari non potest per alios, quàm per ipsos. text.

est in l.consensu.circa medium.C.de repud & bonus tex.
in c.etsi Christus.in fin.de iureiuran ita dicunt Barto.&
docto.in l intantum §.vniuersitaris.de rerum diuisio.&
in l.sed si hac.§ qui manumittirur.de in ius vocã. Quod
limitarem vltra doct.ibi procedere,&esse verum, quan-
do ex natura negotij vel facti habitu & actu alij interue-
nire non possunt,sed quando negotium est tale,quod ha-
bitu & potentia potuissent interuenire plures testes, da-
to quòd actu non interuenerint,tunc ciues pro sua ciui-
tate, vel illi de vniuersitate non admitterentur in subsi-
dium,prout in simili dicunt & declarant Papienses in l.
cunctos populos.ad fin.xvj.colum.& clarius vbi ponunt
exemplum in secunda lectu.illius l. in princi. xiij.col.C.
de summa trini.& fide catho quod singulariter not. Vnũ
2 subdo † quod est notandum,quòd si sunt duo testes,quo-
rum vnus est subditus vniuersitati.& sic inhabilis respe-
ctu vniuersitatis,alter verò non est subditus vniuersitati,
& sit persona multum digna,qu a tunc erit idoneum te-
stimonium non obstante inhabilitate vnius:quia inha-
bilitas vnius testis suppletur ex magna habilitate seu in-
tegritate alterius.tex.est mulium no & ibi Bal.singulari-
ter,in l si quis ex argentariis §.j. ff. de eden. vbi de hoc
plenè per Moder.facit mirabile dictum Bald. in capit.j.
3 §.j.iu iiij.col.quibus mod. feud. amitt. vbi dixit,† quòd
si duo fratres vasalli accipiunt feudum cõmune, & vnus
derelinquit dñm prȩliauté,alter verò defendit ipsum:tũc
dixit Bal.quòd virtus incredibilis fratris facit quòd fra
ter feudo non priuetur.sequitur Ias.in l.j.j.col.C.de trãs-
actio.& in l.emancipati.circa medium iij.col.C.de col-
la.vbi plenè, quod quis consequitur ex persona alterius
illud quod ex persona sua consequi non posset. Secunda
4 conclusio sit ista,quando illi † de vniuersitate non sentiũt
cõmodum in particulari,sed in publico, & vtilitas prin-
cipaliter spectat ad ciuitatẽ. tunc ipsi sunt idonei testes,
etiam si factum posit per alios probari.ita tenent Bart.
& docto.in dicta l.in tantum.de rerum diuisio. Sed An-
ge.Areti.institu.de rerum diuisio.in princi.in versicu. in
gloss.quædam publica.videtur sentire contrarium,& vi
detur mihi verior opinio, per tex.in dicta l.consensu. de
repud.à cõtrario sensu.quia ex quo alij testes idonei pos-
sent haberi,ideo non est credendum istis:quia negari nõ
potest quòd non habeant affectionem ad ciuitatem vel
vniuersitatem suam:ergo non debent admitti:sicut in si-
5 mili dicitur de procuratore,† de aduocato, vel de proxe
neta, qui fuerunt procuratores in vna causa,quòd non
possent esse testes in causa appellationis licet in ea non
sit procurator, licet fuerit in causa principali,& hoc
propter præsumptam affectionem . quod fortius est etiã
in proxeneta·licet nullum commodum vel nullum sala-
rium esset habiturus,adhuc non potest esse testis : vt ple-
nè per Papienses in l. dictantibus.in vlti.colum.C. de te
stamen si ergo isti,præcipuè proxeneta,qui nullum com
modum particulare vel publicè habiturus est.propter so
lam affectionẽ quam in cõsequentiam habet, repellitur,
ne possit esse testis, quãto magis illi de vniuersitate,qui-
bus spectat commodum publicum, & verisimilem affe-
ctionem habent?Comprobo meliori ratione:nam iuris
6 præsumptione † maiorem affectionem debet quis ha-
bere ad patriam,quàm ad patrem,vt patet ex nota. per
Bar.& alios,in l.veluti.de iusti.& iure.dicitur enim prius
nasci patriæ quàm patri.l.j.§ & generaliter.in glo.in ver.
7 reipubli.de ven.in possess.mitten.& ideo pater † occidẽs
filium rebellem patriæ præmio est afficiendus.tex.est no.
in l.minimè.ff.de religio.de quo per Bart.in l.si adulte-
rium cum incestu.§.fin.de adulte.cum ergo filius habeat
iuris præsumptione æqualem dilectionem,vel maiorem
patriæ quàm patri,& non possit filius esse idoneus testis
pro patre,vel contrà.l.parentes. cum vulga.C.de testib.
ergo nec ciuis pro patria.Secundò probo alio argumen
to,cui Barto.in dicto §.vniuersitatis.non respondet:nam
8 idonei testes † non sunt,quibus imperari potest.l.idonei,
ff.de testib.sed ciuitas potest ciui suo imperare.l.veluti.
de iustitia & iure. cum similibus. ergo non sunt idonei.
Confirmo hoc,quia maior vel saltem æqualis est pote-
stas patriæ in ciuem,sicut patris in filium:ista sunt forma
lia verba Bartol. in l.j.§.quòd seruua de vi & vi arma. est
text.& multum not.in l.postliminium.§.filius.de capt.&
postli.reuer.Ex quo posset inferri quòd glo.in d.l.idonei.
non videtur bene dixisse.cogitabitis. Sed quia suprà di-
9 xi,† quòd æqualis est dilectio patris & patriæ,infero vnũ
satis pulchrum,quòd si esset contentio inter patriã & pa-
trem meum,quòd tunc ego filius possem esse testis inter
ipsos,vel pro republica,vel pro patre.moueor ista ratio-
ne,quia par affectionis causa omnem suspicionem tollit.
l.non solum.§.de vno.ff.de ritu nup.faciunt not. per Bal.
in l.parentes.C.de testib.& Bar.in l.reperi.§ penult.ff. de
quæstio.relinquo tamen cogitandum. Tertia conclusio
sit ista.Ciues non sunt idonei testes quando sentiunt cõ-
modum particulare.arg.l.omnibus.C.de testib. sed ista
ratio non obstat iudicio meo,quia non sequitur, sentiũt
commodum particulare,ergo non possunt esse testes: nã
est contra text.expressum in §.legatarius.Instit.de testa.
Sed Bal.in rub.in vj.col.de rer.diui.respondet ad §.lega-
tarius.quòd illud est,quia principaliter non agitur de va
liditate legati. Et ideo putarem sic distinguendum, aut
non litigatur principaliter de vtilitate spectante ad ci-
ues:& tũc sunt idonei testes.tex.est in d.§.legatarius. Aut
quæstio principalis spectat principaliter ad ciuium cõ-
modum vel incommodum, & tunc non sont idonei.d.l.
omnibus.C.de testamen.not.prædicta: qnia facient tibi
honurem maximè legenti.

ADDITIONES.

* Pro sua ciuitate. Adde Guid. Pap. singular. cclvij. & singular. dcccclviij.

De procuratore, aduocato, & proxeneta, an possint esse testes, vide latè per Steph. Aufre. decisio. Tholos. xciiij. Et de hominibus vniuersitatis, an pro vniuersitate testari possint, tradit latè Didac. Couarru. in practicis quæstio. cap. xviij. nume. 4. versi. quarto. vbi infinitos allegat. Et Lans. de Oria. in c. quoniam contra. in versi. testium depositiones. nu. 71. versic. vltimò dubitatur. de proba. Bal. consi. xxxj. volu. j. Corn. consil. ccxvij. volu iiij. Hippol. de Marsil. in l. j. §. seruus municipũ. ff. de quæstio. Thom. Grammati. consi. xxij. Alexan. consilio lxvij. & viso & dudum discusso. col. iij. nu. 14. versi. non obstat quòd homines. volu. ij. Gab. Sar.

XXV.

1 *Mandatum si tibi stat, quòd emas rem, quam habes communem cum alio, certo pretio, partibus aliorum emptis, tuam pro residuo pretio dare teneris: secus si pretium determinatũ non sit.*

2 *Via media eligitur inter discrepantia extrema.*

1 TEne menti,quòd si mãdo,† quòd emas rem quam
habes communem cum alio,certo pretio , parti-
bus aliorum emptis,tuam pro residuo pretio dare tene-
ris:sed si pretium determinatum non fuerit, boni viri ar
bitrio æstimabitur.text. est singul. & menti tenendus in
l.si fundum.cum l.sequen.ff.mandati & ibi Bartol. dicit
finem illius legis alibi nescire.Bald.in l.j.penultima co-
lum.C.si ser.exter.gl.in l.eum in eo.ff.de pactis. Bald. in
additio.in dicta l.si fundum. vbi dicit procedere, quan-
do sine commemoratione partis mandem fundum emi:
quòd tunc valet mandatum ad totum, & eo pretio quo
est empta pars socij , debet mandatarius esse contentus
de parte sua.Sed si mandat,quòd emat partẽ alterius,tũc
in illa parte tantùm valet mandatum. Et si à pluribus so
ciis est mandatum emi,& sit emptum dispari pretio, non
2 inspicitur quod plus nec minus, sed † media via eligitur
inter discrepantia extrema.d l.ita vt omnes . quæ sequi-
tur post dictam l. si fundum.ff.manda. Salicet. allegat il-
lum text singul. in l.hac edictali.§.his illud.C. de secund.
nuptiis.quòd si ex tribus æstimatoribus assumptis vnus
æstimet in xx.alius in xxx. alius in xxxv. debent omnes
summæ coaceruari,& per iudicem ȩstimari in tertia par
ȩe totius summæ:per illum textum:quod est valde mira-
bile,si est verum. Cogita,quia dictum suum videtur du-
bitabile per l.diem proferre.§. si plures. ff. de arbitris. &
l.inter pares.in fine & ibi not.ff.de re iudicata.bene not.
prædicta,quia poteris colligere cautelam ad habendum
aliquem fundum.

ADDITIO.

ADDITIO.

Idem tradit Bartbolo.Chassæn.in commenta. consuetudi. Burgund.in j.rubr.in §.*messiers,& sergens.* in versicu. *en mesusage.* nu.5.versicul.aduerte tamen ad id. Et eleganter Didacus Couarru.in libr.j.variarum resolutionum.cap.ij.nume.6 versicul.Quamobrem dicta constitutio.vbi scribit, an id procedat in æstimatoribus.& vide Barto.singul.cxx.si mandauero. Gabriel Sar:y.

XXVI.

1 *Limitatio ad l.qui sic ff de solution.*
2 *Cautelis uti licet,transeundo per iuris subtilitates.*
3 *Iura interdum permittunt procedi per viam simulatam.*
4 *Cautela, qua vti possit contra statutum disponens, quòd res non possit alienari nisi conserti, seu vicino habenti domum seu terram contiguam,vt res magno pretio vendi possit.*

1 TV habes† tex.in l.seruus doralis.ff.sol.mat.per quẽ tex.singulariter limitatur l.qui sic.ff.de solu vt non procedat,quando traditio fit ad finem retradendi ad aliquam cautelam: vt sic in illo momento aliquis causetur effectus.facit quod babetur in l.cùm non solum.§ fin.C. de bonis quæ libe.& in l cum filio.de leg.j.Et hoc nisi principaliter fiat in fraudem alterius.arg.l.quæ sequitur post d.l.seruus doralis.& sic d.l.seruus.probat quòd aliquan-
2 do licet† vti cautelis transeundo per iuris subtilitates: & sic per obliquum fiat,quòd per directum fieri non potest. Ad hoc etiam facit text.qui præcedit d.l.seruus. imò videtur quòd semper hoc lex permittat,quando fit ad obuiandum damno verisimiliter contingenti·imò inter-
3 dum† iura permittũt procedi per viam simulatam.l.iiij. §.si ab ignoto.& §.tamen quæritur.ff.de manumis.& per Bartol.in suo consil lxv.quòd incipit,Petrus Nicolæ. ad hoc etiam l.quidam cum filium.ff.de hæredib. instit.l.filium.§.sed exhæredatio.versic.erit igitur.de contratabu. & quod per illũ tex.dixit Bal.in l.Gallus.§.& quid si tantùm.de liberis & posthumis. Et sic prædicta faciunt ad quæstionem super qua consultum fuit in statuto Florentino,quòd res non posit alienari,nisi consorti,seu vicino habenti domum,seu terram contiguam.de quo statuto per Bald in l.iij.ad fin.C.commu.diui.& in l.j.C. de seru.communi manu.nam fuit de facto quidam babens
4 † vnum causamentum in angulo cuiusdam stratæ, volẽs vendere vni vicino,adhibuit hanc cautelam,primò vendidit vnam particulam illius causamenti versus angulum,& sic faciendo de vna domo duas,quod quidem potuit,cùm illa non læderet vicinum sic facta & diuisa per ipsum venditurem:postea ex interuallo illam sibi remanentem vendidit illi priori emptori vicino,aliter nõ requisito alio vicino. nam dicebatur talem cautelam non prodesse contra mentem dicti statuti.& fuerunt consilia pro & contra,tamen pro alia opin.fuit consultum, cùm talis cautela processerit per iuris tramites,& maximé ad euitandum damnum & exorbitãtiam dicti statuti, cum non potuisset vendere tanto pretio tali vicino,contra l. nec emere. C.de iure delibor.& quod habetur in l.dudũ. C.de contrahen.emptio.& quia principaliter fecit hanc cautelam in re sua, & non in iniuriam vicini, sed pro commodo suo bursali.argumen eius quod habetur in l. ij §.denique ff.de aqua pluuia arcenda.& in l.Proculus. de damno infecto.not.dictam cautelam,quia non inuenies alibi.

ADDITIO.

Vide per Nico.Boẽr.decisio.ccxliij.nu 9. Gab.Sar.

XXVII.

1 *Libero arbitrio non præscribitur.*
2 *Iuri declarandi voluntatem non præscribitur etiam mille annis.*
3 *Terminus ad opponendum,vel ad articulandum si cui datus sit, quod dicatur satisfecisse termino,si fecisset positionem generalem,siue in specie dialectica:& poterit postea de causa declarare.*
4 *Promittens soluere omne id,quod declaratum fuerit illum esse debitorem,intelligitur,dũmodo declaratio fiat eo viuo,adeo quòd nihil operatur contra eius hæredes.*
5 *Voluntas declarandi in vltima voluntate durat anno tantùm.*

1 Libero arbitrio† non præscribitur,secundum Bal.in l. j.col.ij.C.de anna.exceptio.& in l.cùm notissimi.iij. col.in prin.C.de præscrip xxx.ann & Angel.consil.lv.incip.Guli.& Franc & ideo Bald.in l.petens.ij colum.C.de pact.quem sequuntur alii,dicit,quòd iuri declarandi vo-
2 luntatem† etiam mille annis nõ præscribitur.facit quod dixit Bal.in l.j.§ huius studii.in prin.ij.col ff.de iustit. &
3 iur.quòd si alicui† est datus terminus ad opponendum & articulandum,quòd dicatur satisfecisse termino,si fecisset positionem generalem siue in specie dialectica,& poterit postea de causa declarare.argumen.l manumissiones.de iusti.& iur.& l hæredes.§.sed si no.ff de testa.Adde
4 etiam quòd si promitto soluere† omne id quod declaratum fuerit me esse debitorem,intelligitur dumtamẽ declaratio fiat me viuo, adeo quòd nihil operatur contra heredes meos.tex.est singul.in l.qui Romæ.§.Augerius.ff. de ver.oblig.quod doct.dicunt esse notandum pro mercatoribus Florentinis.nam Florentiæ in curia mercantiæ quotidie capiunt mercatores, comparent amici,& extrahunt eum de carceribus,& promittunt soluere & stare pro omni eo,quod apparebit ipsum debere facto calculo:nam sit cautus ille qui fecit vt faciat hoc declarari ipso capto viuente.quia si post morté,illi promissores non tenerentur. quod perpetuò tene menti. sequitur
5 Ias.in d l.petens.in vj.col.Limita † prædicta non procedere in vltima voluntate.quia tunc potestas declarandi durat anno tantùm.tex.est nota.in l fi.§.sed & si quis.C. communia de legat.& ibi Ias.in fin.j.columnæ declarat quòd non.

ADDITIO.

Adde Hippo.de Marsi.in l.fin.nu.34.ff.de quæstio.& per.Anto. Corset.sing.lxxiij.in verb.confessio.incip.si scribo. G.S.

XXVIII.

1 *Ius authenticorum iuri Codicis derogatiuum quando sit seruandum,& quando ius Codicis.*
2 *Legi Codicis canonizatæ statur in foro canonico.*
3 *Lex quando dicatur esse canonizata?*

Nota,quòd vbicunque aliquid disponitur de iure Co-
1 dicis,† & ius canonicum approbat illud, referens & faciens mentionem de illa lege Codicis,quamuis postea de iure ciuili,de iure nouissimo,& sic de iure authenticorum corrigatur illa lex Codicis,nihilominus de iure canonico attenditur ius Codicis,& non ius nouissimũ authenticorum.gl.est multum no.& menti tenenda in c.in primis.in ver.capitali.ij.q.j.vbi habetur,q̃ si aliquis clerico infert iniuriam,puta,quòd violenter eum de ecclesia traheret,capitali pœna plectatur.alleg.t legem Codicis ita decidentem,l.si hoc genus.C.de epis.& cle.tamen auth.sed nouo iure.quæ immediatè sequitur,eo.ti.dicit, q̃ hodie debet verberari,& in monasterium detrudi. &
2 sic corrigit legem Codicis.gl.in d.c.dicit,† q̃ statur legi Codicis,cùm sit canonizata,quod bene not. & quia illa glo.dicit,q̃ est canonizata,qualiter intelligatur canoni-
3 zata?† scire debes,q̃ non omnis lex ciuilis posita inter canones,vel libros decretalium,ac decreti est canonizata: sed secus quando esset inserta in canone,prout est in d.c. ita declarat Ias.in l.cunctos populos,circa prin.x.col.in j.lectu.C.de sum.trini.& fide catholi.quod tene menti, vt scias quando sit canonizata,& quando non.

XXIX.

1 *Actio vtilis & directa,an inter se differant?*
2 *Actio dotis vtilis,an habeat ea priuilegia quæ actio dotis directa?*

TV babes tex.in l.actio.nego.gest.ff.de negot.gestis.
1 quod nulla est† differentia inter actionem vtilem & directam :quia tantum quis consequitur per vnam quantum per aliam:inuenio tamen quòd Bald.qui nihil in iure ignorauit,in l.j.in v.col.C.de priuileg. dot. tradit vnam singularem differentiam,quòd actio vtilis non ha-
2 bet ea priuilegia quæ habet directa:puta,actio † de dote habet multa priuilegia,quæ enumerantur in l.prima. & per totum.ff.solu.matri.& ibi doct.præcipuè habet tacitam hypothecam,vt præferatur aliis creditoribus.certè si

intentaretur actio de dote vtilis.puta,cessa à muliere,nõ haberet illa priuilegia,quæ habuisset si intẽtaretur directa per ipsam mulierẽ.quod tene menti. Aliã differentiã potuit alibi Bal.in l.ij.quando fisc.vel priua.& Barto.in l.nomeo.C.quæ res pignori obligari possunt.si bene inspexeris.

XXX.

1 *Præsumitur pro nobilitate.*
2 *Nobilem magnum,& notæ fidei esse fugiturum non est præsumendum.*
3 *Nobilem esse arcem sibi commissam proditurum non creditur.*
4 *Nobili potest assignari tota ciuitas pro carcere.*
5 *Legalitas hominis facit recedi a regulis iuris communis.*

1 PRo nobilibus† multum præsumitur.glos.est in c.illud.
al.distin.facit quod sing.decidit Ange.in l.si a bonę fidei.per illum tex.no.ff.de rei vendic.de potestate Bono.
cui mandato antianorum fuit traditus quidam nobilis
2 magnus† miles,qui dum eum curialiter tractaret,eo q
esset magnus nobilis, & notæ fidei, si aufugit,quod non
teneatur:licet dicat,quod viderit illum potestatẽ in magno periculo constitutum.facit etiam quod voluit Ioan.
Andr.in addi.Specu.in ti.de loca.super rubri.in fi.vbi di
3 cit fuisse† excusatum quendam Castellanum,qui ex causa constituit loco sui quendam nobilem,qui postea tradidit arcem inimicis:nam fuit excusatus, quia non erat
præsumendum,quód nobilis proditionem faceret.facit
etiam quod signanter dicit Angel.in l.qui in carcere ff.
4 quod me.cau.quód† potestas potest assignare vni nobili
totum palatium pro carcere,imò totã ciuitatem.& quod
singularius est,q satisfacit statuto disponenti, q accusatus pro delicto debeat poni in carceribus.quod diligenter no.& ad prædicta bene faciunt ea quæ plenè traduntur per Papien in l.iubemus.iij.colũ.per totum.C.de iudi.quod propter† legalitatem hominis licitum est rece-
5 dere à regulis iuris.

ADDITIO.

Vide latè per Andræ.Tiraquel.in tracta.de nobilita.c.xx.nu. 20.versi.pro nobilibus.& Ioã.de Arno,problemat.xxxiij.& xxxiiij.& Roma.sing.dccxxxj. G.S.

XXXI.

1 *Emens fundum nomine meo sed de pecunia sua,si ille percepit fructus debet fructus in sortem computare.*

1 SI mandaui alicui q emeret vnũ fundum,& ille † emit nomine meo,& de pecunia sua soluit pretium,tunc si steti longo tempore q nihil dixi, & ille percepit fructus, debet fructus computare in sortem,& sic aliud pro alio habere.ita notabiliter vult Bal.in rub.C de contrahend. emp.in xv.q.& hoc modo acquiram fundum absque aliqua solutione pretij.quod valde teneas cordi.

XXXII.

1 *Filius expressè consentiens venditioni certarum rerum paternarum per patrem factæ,licet videatur renuntiare iuri hypothecæ sibi in illis bonis venditis debitæ, non tamen videtur renuntiare doti vel hypothecæ quò ad alia bona patris non vendita.*

TEne menti vnũ quod pulchrè decidit Pau.de Cast.
in consi.cxvij.quod incip.breuiter in casu præsen
1 ti dicendum est.quòd si filius † expressè consensit venditioni certarum rerum paternarum factæ per patrem, licet videatur renuntiasse iuri hypothecæ, quod habebat in illis bonis venditis occasione dotis maternæ.l.sicut.§. si voluntate.ff.quib.mod.pign.vel hypo.soln.non tamen per hoc intelligitur renuntiasse doti vel hypothecæ, quò ad alia bona paterna non vendita.& de hoc dicit esse casum in l.iubemus.C.ad Velle.quod nota perpetuò. sequitur Ias.in l.si vnus.§.ante omnia.ad fi.ff de pact.asserens se sæpe de hoc fuisse interrogatum.

ADDITIO.

Adde latè per Io.Nicol.Arelata.in l.generaliter.nu.38.C. de sec. nupt. Gab.Sat.

XXXIII.

1 *Nobiles præhonorantur.*
2 *Nobilis tribus modis dicitur.*
3 *Nobilitate vel dignitate inferior potest à iudice cogi cedere maiori locum in sedendo,& in alijs reuerentialibus,& an propter hoc actione iniuriarum agi potest?*
4 *Honor & vita æquiparantur, & pro defensione honoris licitum est occidere.*
5 *Duellum potest iniri pro defensione honoris, quia crudelis est qui negligit famam suam.*
6 *Inferior locũ maioris temerè occupans,debet inde expelli, & perdere locum consuetum,& vltimum habere.*
7 *Virtuosus dicitur nobilis.*

1 NObiles† præhonorantur,vt plenè per Bart.in l.j.C.de
dig.lib.xij.& de nobilibus vide etiam text.in l.no-
2 biliores.vbi Bald.declarat,† q tribus modis dicitur no
bilis.C.de commer.&mer.& text.in l.prouidendum. vbi
3 Cyn de postu.Et ideò nota quod† inferior dignitate, vel
nobilitate potest per officium iudicis cogi vt cedat maiori in sedendo,& in aliis reuerentialibus secundum Ioan.Fabr.in §.aliam.Insti.de bono.posses. vbi dicit hoc sæpe venire de facto in vxoribus nobilium,quarum vna vult prima sedere in ecclesia,& prima offerre.Dicit tamẽ q propter hoc non possit agi actione iniuriarũ,per tex. no.in l.iniuriarum actio §.si quis de honoribus.ff de iniur.Tamen in hoc vltimo contrariũ tenet expressè Bal. in l.obseruare §.antequam.in fi.ff.de of.procon.& lega. q imò potest agere actione iniuriarum & armata manu
4 resistere,vt ibi per eum.Comprobo illud, nam honor † &
vita æquiparatur.l.iusta causa.ff.de manu.vindi.sed pro defensione vitæ licitum est aliquem occidere.l.vt vim.ff. de iusti.& iu & ibi no.ergo pro defensione honoris.facit quod dicit Bal.in c.j.circa prin.v.col.de pace tenenda.q
5 pro defensione† honoris tui licet inire duellum, quia cru
delis est qui negligit famã suam.c.nolo.xij.q.j.Facit etiã
6 tex.no in c.præcipimus.xciij dist.q si inferior† vadit temerè ad locum maioris debet inde expelli,& perdere locum consuetum,& vltimum habere.quod bene no.con-
7 tra istos temerarios in solennitate † respectu virtutum,
vide pulchrum tex.& gl.in c.nunquam.lvj.dist.& gl.in c. quoniam vetus.xxiiij.q.j.& Abb.in c.super eo.in ij colũ. de rest.& attesta.vbi prædicta iura alleg.& eundem Abb. in c.venerabilis.in ij.col.de præben.vbi omnino videas. quod no.quia poteris occurrere,quando oritur altercatio inter nobiles,& alias personas in sedendo, & in aliis reuerentialibus.

ADDITIO.

Vide quæ scribit Guid.Pap.decisio. Grationop. ccclxxxvij. sed quid si nobilis.& ibi in additio.& Nicol.Boër.in additio.ad tract.de authori.magni consi.in consi.ccxlj.in additio.incip. Burgenses.& in decisi.xxxiij.nu.9 & Roma.sing.cccxciiij.& ibi in additio.Sed quod semper dignius præcedere debeat,vide apost.ad Abb.in ca.cum olim,in verb.tam in sessionibus, de consue.Cæpola conciuis meus in tract.de Impe.mili.eligẽ. in c.ratione dignitatis.nu.8.Ioã. le Cerier in tracta.de primo genitura,lib.ij.q.iij.col.j.nu.2.Petrus Sanci.in tracta.diuidui & indiuidui.fo.11.in §.prædictis terminis declaratis.gl.& ibi Io.Fabri.in § aliam.Insti.de bo.pos.Ias.in l.si non sortem.§. libertus.nu.23.ff.de condict.indebi.Chassæn.in consue.Burgund.rubric.iiij.§.xx.nu.3.& in cathalogo gloriæ mundi.xj. part.conside.xxix.Matth.de Afflict.in præludiis super consti. Neapol.q.xxvj.nu 2.& præceptor meus Domin.Andræ.Alciat.in l.procurator.C.de edendo.& in suo tract.præsumptio. regu.j.præsumptio.xlv.Iason in l.cùm quid.ff.si cer.petatur. Gabriel Saray.

XXXIIII.

1 *Testator si fratribus reliquit quindecim salmas vini quolibet anno,potest hæres ex bonis testatoris eis dare vnam vineam, ex qua percipiant dictum vinum.*

2 MAoda memoriæ,quòd si † testator reliquit fratribus xv.salmas vini quolibet anno,vt sæpe fit,& hæres velit ex bonis testatoris dare vnam vineam dictis fratribus, ex qua percipiant dictum vinum, & eis relinquere curam dictæ vineæ, potest inuitis dictis fratribus,

& hoc

& hoc fauore exercentis munificentiam: ita nntabiliter
Bal. in l. si quis argentum. in fi. prin. per illũ tex. C. de do-
natio. seqnuntur doct. in l. ij. §. j. si cer. peta. quod no. quia
quotidianum, & honorabile.

XXXV.

1 *Obligatio generalis non trahitur ad ea, quæ quis in specie non es-*
set obligaturus. limitatur, vt ibi.
2 *Cessio iurium non debet esse inutilis.*
3 *Hæres tenetur soluere pro vsufructuario expensas pro tributis, &*
oneribus reipublic. quando aliàs legatum esset inane.
4 *Dispositio vt valeat, receditur a regulis iuris communis.*

1 DIctum est vulgatissimum, quòd in obligatione† gene
* rali* non veniunt ea, quę in specie verosimiliter quis
nõ esset obligaturus tex. est in l. obligatione generali. ff.
de pigno. cum simil. Limita tamen singulariter, qnando
non haberet nisi vnam rem tantùm, quia tunc obligans
omnia sua intelligitur illã obligare, licet in specie non
esset obligaturus, & ratio est ne obligatio reddatur in-
utilis & frustratoria. sicut in simili dicit Bald. in l. liberti.
2 circa medium pen. col. C de oper. liber. ꝙ si filia † cedit
omnia iura. quæ habet super bonis patris, quòd tunc si
nullum ius habebat, nisi dotis. quòd illud dicitur cede-
re, ne inutilis sit cessio. allegabat bonũ text. in l. fundus
qui locatus. ff. de fun instru. & instru. facit tex. in l. Quin-
tus §. j. & ibi Bat. ff. de auto & argen. leg. & Bal. in l. j. cir-
ca prin. ff de statu hominum. & tex. no. in l. qui concubi-
3 nam. §. qui hortos. cum gl. fi. ff. de leg. iij. vbi hæres† tene-
tur soluere pro vsufructuatio expẽsas pro tributis & one
ribus reipub. quando aliàs tale legatũ esset inane, & nul-
lam vtilitatem afferret, & sic receditur à regulis iuris, vt
4 dispositio† valeat. & illum tex. ad hoc reputat singularem
Aret. in l. huiusmodi. de ver. obli. & Bat. in l. his verbis. §. j.
ff. de legat. iij. & multas alias fallentias vide per Io. Andr.
& Card. in capi. in generali concessione. de regulis iuris,
in sexto.

ADDITIONES.

Adde Alexan. in l. si constante. nu. 26. & 28. ff. solut. matri. Negu-
san. in tract. de pigno. in secunda parte membro secundo. nu.
37. & nu. 41. Hippo. de Marsi. singu. cccxiij. & consil. xxj. nu.
49. Hieron. Cagnol. in repetitio. l. fi. nu. 103. & 105. C. de pact.
Feli. in c. ex parte. col. iij. de consti. Calcan. consi. xxxix. nu. 11.
præceptor meus Alciat. in l. alienatum. ff. de ver. sign. & Deci.
consi. xxx. & Io. Bapt. Plotus in repetitio. l. si quando. C. vnde
vi. in §. furtum. nu. 21. ver. de contiaria. & Mathes. in singula.
cxxxvj. nota vnum motiuum singulare. & ibi dixi in annota
tionibus latissimè. Gab. Sar.

* Obligatione generali. Adde Guid. Pap. singul. cccclxxxviij.
nume. 4.

XXXVI.

1 *Taciturnitas partis præsentis in iudicialibus habetur pro consen-*
su, & tacenti præiudicat.
2 *Testium publicationi si pars consentiat, talis consensus ei non præ-*
iudicat, si testes non fuerunt ritè & rectè recepti.
3 *Actus super quo adhibetur consensus si non tenet, nunquam con-*
sensus nocet.

1 IN iudicialibus taciturnitas† partis præsentis babetur
pro consensu, & sibi præiudicat: vt est tex. not. in c. ij. de
accusa. in vj. facit l. cum ostendimus. §. fin. de fideiuss. tut.
de cuius intellectu plenè scribitur in l. j. in prin. de verb.
oblig. & quod pulchrè no. Barto. in l. j. in vlt. not. C. de di
la. vbi dicit, quod si iudex facit aliquem actum præiudi-
cialem parti præsenti, pars tacendo sibi præiudicat: &
ideo debet expressè contradicere, & ita consuetudo ob-
seruat, & facere id scribi in actis expressè. Et hoc parte
præsente & non consentiente, imò expressè contradicen
te & opponente prout tota die fit. Dixit tamen Bald. in
anthentic. si quis in aliquo. in j. colum. C. de edend. quod
2 licet† pars consentiat publicationi testium, si tamen te-
stes non fuerunt rite & recte recepti, talis consensus non
præiudicat. ratio, quia ex quo deficit ordo iuris, talis con
sensus priuatorum nil debet operari. tene perpetuo cor-
di prædicta. sequitur Ias. in repeti. l. admonendi ad finem
xij. colum. de iureiuran. & in l. patre furioso. in v. & vj. col.
de his qui sunt sui vel alie. iur. Vltra ipsos pro ipso vltimo
3 dicto facit, quia si actus† super quo adhibetur consensus,
non tenet, nunquam nocet consensus. Bat. in l. si debitor.
§. si in venditione. ff. quib. mod. pig. vel hypothe. soluitur.
quod tenementi.

ADDITIO.

Adde Nico. Boër. decisio. cccxiij. nu. 5. Gab. Sar.

XXXVII.

1 *Custodes castri, qui sibi custodiam noctis diuiserunt, vt vna pars*
posset vsque ad mediam noctem dormire, & alia inde vsque
ad diem, an si castrum occupetur, illi qui ex conuentione dor-
miebant, teneantur?
2 *Carceris custos æquiparatur custodi castri.*
3 *Dominus tenetur ad expensas factas tempore pacis, & belli pro*
custodia fortalitij.

NOta, quod signanter determinat Alberic. de Rosat.
in secunda parte staturorum quæstio. clix. quæ in-
cipit. si ex forma statuti eligantur custodes, &c. qnod si
1 aliqui† deputati ad custodiam castri, vel atcis, diuiserũt
inter se custodiam nocturnam, hoc modo, quòd medie-
tas dormiret vsque ad dimidiam noctem, & postmodum
alia medietas: si interim occupetur, illi non tenentur. &
hoc dicit de facto contigisse in custodibus cõmunis Bo-
noniæ, qui sic custodiebant Imolam, & propter eorum
malam custodiam noctis tempore Marchio Astẽsis eam
inuasit, refert quòd ista quæstio fuit multũ ruminata Bo-
noniæ, & finaliter fuit determinatum, quòd illi qui secun
dum diuisionem noctis poterant dormire, non teneren-
tur, vt ibi plenius per eum, quod not. si casus accideret.
2 Amplia dictam† decisionem vltra ipsum procedere in cu
stodibus carceris, cum à pari procedant custos carce-
ris, & custos arcis. ita æquiparat Bal. in l. ex diui. C. loca.
sequitur Ias. in l. in actionibus. circa med. vlti. colũ ff. de
3 in lit. iur. Item vnum† diligenter not. quòd ad custodiam
fortilitij vel serati; existentis in ciuitate, vel comitatu, te
netur dominus ad tales expensas tempore pacis, & guer-
ræ, non autem homines. ita sing. no. Ang. in l. tutores. per
illum tex. C. de ope. pub. sequitur Ias. in l. diuortio. §. im-
pendia. j. col. ff. sul. ma. asserens se alibi illud dictũ Ange.
non legisse, & consuluisse de facto in quæstione sibi trans
missa ex Pedemontibus, quod bene no.

ADDITIO.

Adde Patid. de Put. in tractat. de syndicat. in verb. licet dicatur,
quòd carcerarius. nume. 3 & Nicol. Boër. decisio. ccvij. nu. 8.
Gabr. Sar.

XXXVIII.

1 *Ciuitas aliqua si ab aliquo principe cogatur sibi iurare fidelita-*
tem, & confiteri suam esse, cum non sit, confessio, & iuramẽtum
nihil valent.

NOta, quod sing. dixit Bal. in l nec si volens per il-
1 lum tex. C. de libe. cau. quòd si Rex Francorũ† fa-
cit aliquam ciuitatem confiteri suam esse, & sibi
fidelitatem iurare, cùm sua non sit, quòd talis confessio
& iuramentum nibil valent. idem dicit in Papa, & in Im
peratore, qnia tunc rediguntur ad instar tyranni. vnde si
ciuitas Perusina nõ esset ecclesiæ Romanę. omnia instru-
menta in contrarium facta essent cassa & irrita totaliter.
& dicit Bal. hoc pro deo no. perpetuò.

XXXIX.

1 *Præsumitur pro instrumento, quòd sit verum & solenne. & in-*
strumentum dicitur probatio probata.
2 *Verba enuntiatiua in instrumento contenta non probant, nisi es-*
sent de substantia & necessitate.
3 *Assertiue in instrumento dictum, sed incidenter, non probat.*
4 *Notarius si dicat in instrumento, Titius procurator talis, vt con-*
stat instrumento procura manu talis notarij à me viso & lecto,
non dicitur probatum de mandato.

1 NOta, regula est vulgata, †quòd pro instrumento præ
sumitur. l. cum precibus. C. de probat. nam pro in-
strumento duæ sunt præsumptiones: scilicet ꝙ sit verũ, &
solenne, secundum Bal. in c. j. §. instrumentũ. de natu. feu.

Item instrumentum est probatio probata, & non probanda, & veritas apparens, dicit Bal. in l. imperator. j. ff. de statu homi. & in l. ij. C. quando fiscus vel priua. & in l. quoties. C de iudic. cum simil. No. tamen esse verum ꝙ
2 præsumatur pro instrumento, nisi in instrumento † aliquid enuntiatiuè contineretur: puta, Titius filius Sempronij. nam illa verba non probant filiationem, nisi talia verba enuntiatiua essent de substantia vel necessitate. tex. est in l optimam. C. de contrah. & commit. stip. & illū tex. ad hoc reputat singularem Bald in c. series. de testib.
3 Adde fortius, † quòd inio si in instrumento aliquid contineatur assertiuè, sed incidenter, puta quòd in eo dicatur, Sempronius, qui est procurator Caij. adhuc illa verba assertiua non probant eum esse procuratorem. ita dicit nota. Bal in rub. C. de fide instr. quem simpliciter sequitur Petr. de Ancha in c. le. j. de proba Roma. in consi. lxij. quod incip. solum est videre facit bene tex. in l. nec satisdatio. & ibi Ange ff. rem ra. habe facit quod notabilius tenet Cardi. Florentinus, nec fortè alibi inuenies, in c. fi. de fide instru. vlti. col. in versi. vltimò pone quòd tabellio
4 &c. vbi refert se aliàs dixisse in facto, quòd etiam † si notarius diceret in instrumēto, Titius procurator talis, vt cō stat tali instrumento manu talis notarij à me viso & lecto: quòd adhuc per ista verba non dicitur probatum de mandato illius procuratoris: quia esset testimonium reddere, non autem mandatum authenticare, vt ibi plenius per eum, vbi dicit hoc esse bene no. quia sæpè de facto occurrit.

ADDITIO.

Vide Nico. Buēr. decisiō. cclxxxj. nu. 4. Gab. Sar.

XL.

1 *Libellus solennis si in causa requiratur, isque fiat, & addatur clausula, non in modū solennis libelli, super eo non potest procedi, & si procedatur, iudicium esset nullum, nisi addantur ea verba, nisi quatenus solennis libellus à iure requiratur.*

1 TEne menti in practica † quod pulchrè consuluit Pe. de Ancha. consi. xxxij. quod incipit, statutū in causa in qua agitur & c. quòd si in causa requirente libellum aliquis porrexerit petitionem solennem cōtinentem omnia, quæ sunt de substantia libelli, & adiecerit clausulam, quæ semper apponitur in libellis, videlicet, non in forma solennis libelli, sed qualisqualis petitionis, & simplicis facti narrationis, quòd propter illam clausulam super tali petitione tanquam inepta procedi non debet, & si procederetur, iudicium esset nullum: quia cùm libellus sit fundamentum & substantia iudicij, vt no c. j. de libelli obla. & in authenti. offeratur. C de lit. contesta. certè per talem protestationem manifestè apparuit, quòd noluit istam petitionem producere per modum solennis libelli: ergo dato quòd aliàs tàlis petitio fuisset apta & solennis, postquam eius intentio expressè refragatur, non potest super ea procedi, per regulam l. multum. C. si quis alteri vel sibi. c. cum super ab batia. de offi. deleg Item quia continet expressam repugnantiam expressè resultantem ex verbis, igitur actus vitiatur. l. vbi repugnantia. ff. de regu. iur. Vnde cautela est, quòd prædictis verbis nō in formam solennis libelli, sed qualisqualis petitionis, addat, nisi vbi & quatenus solennis libellus à iure requireretur. quod signa in practica, quia in facto obtineretur.

XLI.

1 *Notarij imbreuiatura recipit suppletionem ab eodem notario renuntiationum, & aliarum clausularum à iure, & à consuetudine, secus si alius notarius sit, nisi intercedat mandatum iudicis.*
2 *Notarius an virtute clausula & cætera, possit extendere causas in appellatione ab interlocutoria, quæ non sunt expressæ, & quæ debent inseri.*

1 VLtimo. Bal. in rub. C. de fide instru in x. col. ver. quæro de tertio. quòd imbreuiatura † notarij recipiat suppletionem renuntiationum, & aliarum clausularum à iure & à consuetudine. de quo etiam per Bal. in l. iu cōtractibus. C. de fide instr. Sed vide eundem Bal. in dicta rub. in xj. col. versi. quæro. vbi singulariter sentit, quòd imbreuiatura recipiat suppletionem, esse verum in eodem tabellione, sed alius qui non fuit rogatus, supplere non potest. quod nunquam exeat mentem tuam, quia est valde no. Adde quòd idem Bal. videtur hoc tenere in c. cum in iure peritus. in ix. col. de offi. deleg. Tamen Ias in l. argentarius. ad fi. j. col tenet contrarium. ff. de eden. quantum ad consuetudinem notariorū nulla mentione facta Bal. in d. rub. de fide instru. & hoc mihi placet. Quo ad alia bene tenet, ꝙ non possit nisi ex commissione, & ex mandato iudicis. videas ipsum, qui hoc declarat, vbi plus ibi
2 in ij. col. subdit, quòd etiam virtute † illius dictionis &c. non poterit etiam idem notarius extendere causas in appellatione ab interlocutoria, quæ non sunt expressæ, & quæ debent inseri. iuxta cle. appellanti. de appella. & sic imbreuiatura non sufficit vbi aliquid expressè requiritur. quod bene nota.

ADDITIO.

Alex. consi. clxiij. visis narratis. col. fi. nu. 12. vol. vij. Bal. consilio cccclxix. lib. v. Deci. in l. vt liberis. col. ij. C. de collatio. & in l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. Hippol. de Marsi. sin gu. dclxiij. Gab. Sar.

XLII.

1 *Concurrentibus duabus causis, quarum altera prodest, alia nocet, & materia sit indiuidua, an semper attendatur causa quæ nocet, & non illa quæ prodest?*
2 *Statutum quod reducit ad ius commune debet attendi.*
3 *Causa quæ prodest si sit potentior, perimit causam quæ nocet.*

1 NOta, quando † duæ causæ concurrunt, quarum vna prodest, alia nocet, & materia est indiuidua, & inseparabilis, semper attenditur causa quæ nocet, & non illa quæ prodest. l. iij. § fi. & ibi gl. & Barto. ff. ad Silla. l. ij. §. fi. pupillo. ff. de vsucap. pro empto. l. cum pater. §. Mæuio. in fi. de leg. ij. Sed posses dicere, quòd imò debet attendi causa quæ prodest, per tex. in l. si vir vxori. ff. de vsuca. pro dona. & l. non intelligitur. §. si quis palam. ff. de iure fis. Sed quia est materia brocardica, videte Bar. in d. l. iij. §. fin. & in d. l. si vir vxori. tamen præsupposito, quòd vera sit regula, quòd attendi debeat causa quæ nocet, & non quæ prodest, dicas esse verum, nisi causa quæ prodest, reducat nos ad ius commune: quia tunc debet attendi causa quæ prodest. probatur ex eo, quod singulariter dicit Bald. in
2 l. si quis decurio. ad fi. C de fal. vbi quærit, pone, extat † statutum quòd contra doctores non potest inquiri: deinde est aliud statutū ꝙ cōtra miliitē potest inquiri: pone quis existens doctor & miles cōmisit delictū, an poterit contra eum inquiri: Et concludit quòd in causa indifferenti debet attendi statutum, quod reducit ad ius commune. & illam decisionem sequitur Petr. de Anchara. in commento c. canonū statuta. de consti in ver. ecce alia quæ-
3 stio de statuto & e. quod bene no. Limita etiam † nisi cum causa quæ prodest concurrat fauor validitatis testamenti: quia illa tunc præfertur: quia quando causa quæ prodest est potentior, tunc perimit illam quæ nocet. ita voluit glo. in l. si mater. & ibi doc. in vlt. col. de inoffi. resta.

XLIII.

1 *Pater si promisit dotem filiæ, deinde moriatur filio, & filia hæredibus institutis, onus dandi illam dotem promissam non pertinet ad filium pro dimidia pro qua est hæres, sed tantum est in parte filiæ.*

1 SI pater promisit † dotem filiæ, deinde moriatur filio & filia hæredibus institutis, onus dandi illam dotē promissam non pertinet ad fillum pro dimidia, pro qua est hæres, sed tantum est in parte filiæ. text est vnicus in iure in l. prima. §. penultim. ff. de colla. dot. qui text. est ad hoc mirabilis & singula. secundum Ludouicum Romanum, & Alexand. in l. post dotem. in 2. colum. ff. soluto matri. quod tene menti.

XLIII.

1 *Legatum relictum à testatore de bonis cum alio cōmunibus, debetur ab hærede de parte testatoris.*

SI testator habebat bona communia pro indiuiso cum fratre, & relinquat vxori alimenta de bonis communi-
1 bus † sibi & fratri, totū relictum debebitur ab hærede de parte

parte testatoris, ex quo simul & coniunctim reliquit alimenta in bonis suis & fratris. ita notanter cōsuluit Bar. consi. quod incipit, quædam sibi filios hæredes. per tex. in l. si duobus reis. §. hæres. de leg. j. quod est perpetuò menti tenendum, secundum Paulum de Castr. ibi dicentem, q̃ qui nesciret illum textum, & illam decisionem Bar. de facili responderet contrarium. sequuntur simpliciter cæteri doctores ibi.

XLV.

1 *Syndicus si creetur in causis arduis, in instrumento syndicatus necessariò debent poni omnia nomina creantium illum syndicum.*

NOta vnum quod signandum inquit Specul in tit. de syndico. §. j. & Bald. in l. j. ff. de magi. conue. q̃ quan-
1 do creatur syndicus † ab aliqua vniuersitate, si sit creatus in causis arduis, debent in instrumento syndicatus necessariò poni omnia nomina creantium illum syndicum, & non sufficeret dicere, quòd maior pars cōstituit illum syndicum, vel nominare duos vel tres, & postea subiicere, & omnes alii qui faciunt maiorem partem, & cætera: quia esset ipso iure nullus, quia in causis arduis oportet magis deliberatè procedere. quod bene not. quia aliàs vidi istud practicari.

ADDITIO.

Hoc idem tenet Bartho. Chassen. in commen. consue. Burgund. in rubr. xiij. §. sexto *gens de poete.* in versi. *sans l'authorité, ou licence.* in si. Gab. Sar.

XLVI.

1 *Dictio Nisi, quid significet.*
2 *Positioni respondens nego nisi probetur, dicitur confiteri, & si per testes probetur, dicitur geminata probatio.*

1 DE dictione † nisi, vide per Bar. & alios in l. si eū. §. qui iniuriarū. ff. si quis cautio. & in l. trāsactione. C. de transact. vbi Papienses dicunt, quòd dictio nisi, cum sit exceptiua, necessariò significat oppositum antecedentis, cui immediatè aduersatur. vnde si præcedit oratio affirmatiua, dictio nisi negat, & priuat. Vnde dicunt esse vnum ad actum practicum summè notandum, ex quo poteris magnum honorem reportare, quod sing. ponit Bal. in c. cùm accessissent. in v. col. de consti. quod si ego actor facio tibi positionem, quòd debeas mihi centum ex causa mutui, & tu reus respondendo positioni dicas, nego, vel
2 non confiteor, nisi probetur, tunc illa † dictio nisi, ponit. & ideo si probo per testes, aderit geminata probatio, scilicet, per testes, & per confessionem tuam. Ex hoc sequitur magnus effectus, quod si feratur sententia contra te, non poteris appellare, quia confessus in iudicio non appellat. l. ij. & l. abstinendum. C. quorum appel. non reci. & dicit Bald. quod aduocati imperiti nesciunt aduertere, quid sit hoc dictum, nego, nisi probetur. quod nunquam obliuioni tradas.

XLVII.

1 *Notarius si iuret se esse notarium, & ostendat se plura instrumēta confecisse, ei credendum est, & instrumentum ab eo confectum dicetur publicum.*

NOta quod singula. vult Ange. in §. hinc nobis. in ij. colum. in authen. de hære. & fal. per gl. ibi, quòd quan-
1 do instrumentum † negatur publicum, & sic negatur quē esse tabellionem, quòd probatur per iuramentum ipsius tabellionis iurantis se esse tabellionem cum comparatione literarum, per quam appareat ipsum plura instrumenta fecisse. quod nunquam exeat mentem tuam: quia fortè alibi non reperitur. sequitur Ias. in l. Barbarius. ff. de officio præto. vbi post alios materiam notariorum annectit. quem videas.

ADDITIO.

Vide Nicolaum Boërium decisio. xxxvj. in principio. Gabriel Sarayna.

XLVIII.

1 *Vxor committens adulterium viuēte marito perdit dotem, & donationem propter nuptias, & bona paraphernalia. Idem si mortuo marito committat stuprum.*
2 *Vidua stuprum committens perdit dotem, nec eam ab hæredibus mariti repetere potest.*

1 SCias, quòd si mulier † committit adulterium, perdit dotem, & donationem propter nuptias. text. est in l. consensu. C. de repu. imo fortius perdit etiam bona paraphernalia. glos. est reputata singu. in capit. plerunque. de donatio. inter virum. Amplia & teneas perpetuo cordi, quòd quemadmodum viuo marito propter adulterium, vxor perdit dotem, similiter mortuo marito si vidua committat stuprum, perdit dotem ita singula. consuluit Paul. de Castr. consilio cxxj. incip. reuocatur in dubium. vbi plenè arguit ad partes. inter cætera allegat bonum text. cum gloss. in l. penultima. & ibi Barto. ff. de adulter. quòd qui offenditur ex adulterio constante matrimonio, ille offenditur ex stupro viduitate durante. Not. perpetuò istam decisionem, quia plerunque contingit
2 viduas stuprari. quia non possent † petere dotem ab hæredibus. istud idem tenet Paul. in l. sororem. C. de his qui. vt indig. & in l. fideicommissum. C. de fideicōmiss. Istam decisio. reprehendit Alexand. in dicta l. sororem. mouetur, quia iura loquentia de priuatione dotis loquuntur in adulterio, & sic viuente marito: ergo cùm sint pœnalia, non debent extendi. Sed Alex. non viderat prædictum consilium Pau. nec facit mentionem de ipso, vbi Pau. format istud argumentum.

ADDITIO.

Paulus de Castro in l. sororem. C. de his quibus vt indignis. mouit prædictam quæstionem, & determinat quòd sicut mulier propter adulterium constante matrimonio perdit dotem, ita propter stuprum viduitate durante. Idem tenet ipse Pau. in l. fideicommissum. C. de fideicommiss. & in consil. cxlvij. incipi. reuocatur in dubium. per totum, volumi. ij. quam opinionem sequitur Aug. Arimi. in addit. ad Ange. in tracta. malefi. in ver. *che hai adulterato la mia dona.* nu. 303 Belenzi. ad Abb. in c. plerunque. & ibi Præposi. de do. inter virum & vxorem. Hippol. in singul. ccxxxiij. & in singul. ccccxvj. & in l. j. in §. item diuus. nume. 4. ff. de sicar. & in l. j. nu. 58. C. de raptu virgi. & in consi. xiij. nu. 16. Felin. in c. pastoralis. col. iij. versi. mulier. de iudiciis. eandem opinio. sequitur Palatios Ruuios in repet. rub. de dona. § lxvij. nu. 6. & in §. lxxxj. nu. 6. Crotus in l. iij. §. Cato. in j. lectu. nu. 139 ff. de ver. ob. Fran. Ripa in rub. de iudiciis, nu. 21. Ias. in l. ij. nu. 6. ff. soluto matrimonio. Ioann. Neuiza. in sylua nuptiali. lib. ij. nu. 44. Tiraquel. in tractat. de nobilita. capi. xviij. nu. 9. Anto. Gomes. l. liij. Tauri in fi. Cēsuētes in l. xiij. Tauri. nu. 4. vbi pro hac opinio Pau. de Cast. allegat gl. in authen. sacramentum. in ver. contractus. C. quando mulier offic. tutel. fungi pot. Pro qua opinione allegatur communiter tex. in l. pe. ff. de adul. & ibi Bart. vbi probatur, quòd qui offenditur ex adulterio constante matrimonio, offenditur ex stupro viduitate durante. & opin. Paul. de Castr. dicit communem Boër. decisio. cccxxxviij. Contrariam tamē opi. tenet Alex. in d. l. sororem. quem sequitur Ias. sibimet cōtrarius in dicta l. fideicommissum. numero 3. Deci. in dicto capitul. pastoralis. nume. 8. de iudic. & in l. cùm quædam puella. nume. ix. ff. de iurisdict. omnium iudic. Guli. Mayner. in l. in ambiguis pro dotibus. nume. 208. ff. de regu. iur. Carol. Moli. in consuetud. Parisien. in ti. j. § xxx. q xxviij. nu. 142. Chassæ. in consuetud. Burgund. in ti. *des droits* rubri. iiij §. vj. fol. 156. colum. j. ver. sed quæro. Ant. Gomes. sibi contrarius in l. lxxx. Tauri, nume. 70. Aymon Crauet. consil. ccv. Duaren. in dicta l. ij. ver. secundus casus ff. solu. matri. & Catellia. Cot. in memor. in ver. mulier. pro qua opin. est text. in l. si vxor. § j. ff. de adulte. & in l. rei iudicatæ. § hæredi. versi. morum. ff. solu. matrimo. Et hanc opinio. sequitur Crotus in l. iij §. Cato. colū. iiij. versi. pro quo etiam. & in eodem. §. lectu. ij. versi. septimò quærit Bar. colum. penul. ff. de ver. obl. vbi pro hac opi. Alex. dicit, quòd leuius est crimen stupri, quàm adulterii, quia leuius punitur. vt in §. item lex Iulia. Insti. de public. iudic. iuncto text. in capit. non offeramus. xxiij quæst. j. Et quia minor est iniuria quæ fit defuncto, quàm illa quæ fit viuenti, vt not. Bar. in d. l. fideicommissum. Has tamen opin. concordat Andræ. Alciat. de præsum. in ij. regu. præsum. ix. nu. 5. vt si mulier committat stuprū infra annū luctus, tunc procedit opi. Pauli

de Casti. si verò post annum, procedat opin. Alex. quam opinio. sequitur Didac. Couar. in epitome quarti Decretal. in ij. parte. c. vij. § vj. nu. 10. & Ioan. de Garronibus in auth. eisdem pœnis. nu. 18 C. de secundis nup. de qua tamen concordia an sit necessaria, vide Petrum Dueñas in regu. xij. incipien. actio non datur sol. mat. in iij. limit. in fi. sed de hoc adde notata per D. Bermondum Choueronium in commen. suis in tit. de publicis concubinarus, in concordatis. in rub. de adulterio. inci. superest vt ad species. nu. 60. versi. & quod vidua. chart. lij. & per Arium Pinelum Lusitanum in l. fi. C. de bonis mater. nu. 9. ver. ex eisdem. & seq. qui circa hoc latissimè insistit. Barth. Chassæ. in commen. consue. Burgun. in iiij. rubr. in §. *le mari, & la femme.* in verb. *& sera tenue.* nu. 24. & Nicol. Boer. deci. cccxxxviij. nu. 2. & 9. & Roma. sing. cccxv & an propter osculum vel tactum mammillarum perdat dotem, tradunt docto. in rub. C. de eden. & in rubri. extra de iud. & Caccialup. in l. si qua illustris. col. ix. C. ad Orficianum. Gab. Sar.

XLIX.

1 *Illud quod nemini nocet, & mihi prodest, de facili concedendum est.*

2 *Testis vnius dictum facit plenam probationem, quando nulli principaliter præiudicium infertur, & est commodum alicuius.*

3 *Clericatus potest probari per vnum testem.*

4 *Testi vni quando plenè fides sit adhibenda, remissiuè.*

1 NO. regulam, quòd illud † quod nemini nocet, & mihi
prodest, de facili concedendum est. text. est in l. j. §.
iidem aiunt aquam. ff. de aqua plu. arcen. & tex. not. in l.
ij. §. item Varus. in fi. eo. titu. de quo dic per doc. in l. ij. in
versic. nec cogitur ff. solut matr. & per Bar. in l. j. C. de me
tal. lib. xj. & quod tenet Bar. in l. non modus. C. de serui. &
aqua. & in l. quominus. in q. fi. prin. ad fi. ff. de flumi. Pro
2 ista regula facit, quòd quando nulli † principaliter præ-
iudicium infertur, & est commodum alicuius, tūc dictū
vnius testis tantū facit plenam probationem, puta quòd
aliquis sit baptizatus, vel ecclesia consecrata. c. cum itaque. & c. paruulos. de conse. dist. iiij. gl. in c. licet vniuersis.
in gl. fi de test. gl. no. in c. nuper. in ver. numeros. eo. ti. Spe.
in ti. de teste. §. restat. in ix. & xvj. fallen. Et per illas glo. in
specie infert Bald. in d. c. licet vniuersis. & in d. ca. nuper.
3 quòd clericatus † potest probari per vnum testem solum:
quia actus iste de se, & sui natura inspecta non principa-
liter præiudicat. quod valde not. quia multū limitat reg.
quòd vni testi non debeat plene credi, etiam si sit magnæ
dignitatis. l. iurisiurandi. C. de testibus. cum simil. Adde
4 † etiam quàm plures casus in quibus vni testi plenè cre-
ditur, quos refert Ias. in lectu. l. admondi. in fi. xxvj. col.
& in repet. circa fin. xcvj. col. de iureiurando.

ADDITIO.

Vtrum clericatus possit probari per vnum testē, latè tradit Didac. Couarru. in practic. quæstio. c. xxxiij. nu. 3. versi. clericatus. & per Nic. Boër. decisio. clxxj. nu. 25. G.S.

L.

1 *Reus conuentus coram iudice incompetenti, non debet opponere de incompetentia sed sinere processum formari, & illum posteà dicet nullum.*

2 *Libellus si sit obscurus, reus nō debet id opponere, sed sufficit quòd dicat illum non procedere.*

NO. pulchram cautelam, quando eris aduocatus
1 rei, quem actor † fecit conueniri coram iudice
incompetenti, credens quod esset iudex compe
tens rei: nam cum compares pro reo, non debes oppone
re exceptionem iudicis incompetentis, prout faciūt pro
curatores non cauti: quia hoc modo instrueres actorem,
vt conueniat te coram iudice competenti: vnde nihil op
ponas super incompetentia iudicis, sed patiaris quòd
fiat processus: quia quandocūque potes opponere, quòd
processus est nullus. ita dicunt doc. in l. si per errorem. per
illum text. in verbo, nihil valebit qood actum est. ff. de
iurisd. om. iud. & hoc modo secundum eos poteris retra-
here actorem ad concordiam. Dicunt tamen quòd licet
ista cautela sit honorabilis, tamen in foro pœnitentiæ est
abstinendum. ita Cy. in l. vnic a. C. vt quæ desunt aduoc.
Addunt doct. pro ista cautela facere. qood in simili dici-
2 tur, quando actor producit † libellum obscurum, vel in-
certum, vel alternatiuum, non debet reus petere, vt libel-
lus declaretur: sed debet simpliciter opponere. quod li-
bellus non procedit: quia malè conceptus est. ita magi-
straliter Spe. in tit. de libel. concep. §. fin. versi. cautus sis
tamen. quod nota, quia procuratores nostri communi-
ter errant.

ADDITIO.

Vide latè in apostil. Celsi Hugo. ad Lanfr. de Oria. in c. quoniam contra. in ver. recusationes. in j. additione. de probatio. Gabriel Saray.

LI.

1 *Delinquens si formata inquisitione, vel secuta cōdemnatione postea fiat religiosus iudex laicus potest eum punire, facta tamen prius degradatione à iudice ecclesiastico fallit vt ibi.*

2 *Votum retrotrahitur.*

3 *Iuramento statur in his quæ dependent à voluntate vel conscientia nostra.*

1 TEne mēti, quòd si laicum † commiserit delictum,
& formata in eum inquisitione, vel secuta condem
natione, efficiatur clericus, vel religiosus, per talem mu-
tationem fori non impeditur iudex secularis eum puni-
re, vt per Bar. & alios in l. cum quidam. ff. de iurisdi omu.
iudi. & in l. j. ff. de pœ. facta tamen prius degradatione à
iudice ecclesiastico. Limita tamen singulariter, nisi fecis
set votum clericatus, vel intrandi religionem antequá
delictum committeret, tunc nullo modo potest puniri
2 per iudicem secularem, quasi votum † trahatur retro. ita
singulariter tenet Bal. i l. j. C. an seruus ex suo facto. quod
valde no. quia posses quem euadere in practica à pœna
mortis: præmaximè quia hic staretur iuramento suo, an
votum emiserit ante commissum delictum, sicut stari
3 † debet iuramento de aliis quæ dependent à voluntate,
vel cōscientia nostra. gl. & doct. in §. aliæ. Insti. de actio.
& gl. in ca. significasti. iij. de homi. Bal. in l. interdum. §.
qui furem. ff. de fur. vbi notabiliter limitat.

ADDITIO.

Vide latè & eleganter per Bar. Chassæn. in commenta. consuet. Burgundiæ in j. rubr. § v. in verb. *s'il n'a grace.* nu. 69. & Didac. Couarru. in practic. quæstio. c. xxxj. col. pen. versic. cæterum quidam. Gab. Sar.

LII.

1 *Fideiubere rogatus si protestetur ei, apud quem fideiussurus est, quòd non intendit se velle obligare, si postea fideiubeat, non tenebitur.*

NOta, quod perpulchrè decidit Angel. in l. mora. in
princip. ff. de vsur. vbi refert fuisse determinatum in
contingentia facti per qoendam egregium doctorem in
1 casu quotidiano. Aliquis erat † accusatus pro quodam
delicto, pro quo veniebat imponenda magna pœna pe-
cuniaria, ita quòd oportebat eum dare fideiussorem, a-
liàs fuisset incarceratus: iste rogauit amicum, vt pro se
fideiuberet, qui promisit verbo, & non animo se facturū.
vnde talis amicus incontinenti iuit ad iudicem, apud
quem debebat fideiubere, & dixit ei, domine iudex talis
rogauit me, vt pro eo fideiuberem coram vobis. ego non
sum ausus denegare. & ei promisi, pro tanto salua reue-
rentia, protestor quod si me receperitis in fideiussorem,
non volo teneri. Fuit determinatū quòd propter talem
protestationem factam iudici, expressè contradicens si
postea fideiubeat, quòd non teneatur. quod no. quia quo
tidianū est. sequuntur Papienses in l. non solum. §. morte.
ad fi. xiij. col. ff. de no. ope. nuti.

ADDITIO.

Adde Ioan. de Arno. in problema. xxxij. Gab. Sar.

LIII.

1 *Pupillaris substitutio facta per patrem mendicum filio valde diuiti, valet.*

Nota

NOt. quod singulariter decidit Bal. in l. j. C. de iure 1 fis. lib. x. quòd substitutio† pupillaris facta per patrem penitus egenrem, & mendicum, filio valde diuiti, valet & tenet. quod perpetuò rene cordi, quia nescio alibi illam decisionem.

LIIII.

1 *Libri filio studenti à patre empti, eius non efficiuntur proprij, nisi doctoretur, vel nisi efficiatur clericus saltem prima tonsura.*

TEne menti vtilem cautelam ad faciendū, quòd filiusfa. studens, tempore diuisionis cum fratribus habeat libros præcipuos, & quascunque res sibi à patre do- 1 uatas. Tu scis† quod quando pater pro filio studēre emit libros, quòd non efficiūtur sui proprij, nisi efficiatur doctor, quia tunc lucrabitur, vt per Bart. & alios in l. j. §. nec castrense. ff. de colla. bon. Papienses verò in l. filiæ licet. in ij. col. C. de colla. dicunt, quod filiusfami. clericus studens lucrabitur libros, & statim donatio facta per patrem valet irreuocabiliter, ac si esset filiusfa. doctor. vbi probant dicentes esse nouam quæstionem & vtilem: & plus putant istud non solū procedere in clericis beneficiatis, sed etiā in clericis primæ tonsuræ. & ibi hoc probant, quod nunquam exeat mentem tuam, quia poteris vti dicta cautela ad lucrandum libros, & alias res tibi à patre donatas, cùm eris scholaris, accipias primam tonsuram, & dicunt ibi Papienses, quòd ista simplicibus legistis videbuntur noua.

LV.

1 *Vulnerati dicto non statur, etiam si sit in articulo mortis constitutus, nec facit indicium ad torturam, sed tantum præsumptionem.*

2 *Exculpatio vulnerati, an imputatum excuset, vt non possit torqueri, etiam si habeat contra se indicia ad torturam vrgentia?*

3 *Iudex si inquirat contra aliquem de furto, & compareat dominus rei furatæ, & dicat furtum fuisse factum sua volūtate, non impeditur à procedendo in inquisitione.*

NOta bene quòd si vulneratus, etiam existens in 1 articulo† mortis, inculpauerit aliquem, quòd eū vulnerauerit, non statur eius imputationi. l. si quis in graui. §. j. ff. ad Sillan. & ibi Ange. Adde etiā quòd talis assertio vulnerati contra inculpatum non facit indicium sufficiens ad torturam, sed solam præsumptionem, quæ est minor indicio. ita dicit gloss. penul. in l. mater. C. de calum. & ibi Ange. sequitur Alexan. consil. xiiij. in tertio volum. incip. ponderatis narratis &c. Tamen 2 econtra, si aliquis† sit accusatus de vulnere, captus, & vulneratus excusauerit eum, statur exculpationi vulnerati quantum ad istum effectum. quia licet sint indicia contra accusatum, quæ aliàs essent sufficiētia ad torturam, tamen isto casu ex talibus indiciis torqueri non poterit, quia habēt testimonium innocentiæ pro se. l. Paulus. §. j. ff. de bon. liber. ita singulariter tenet Bald. in l. j. vlti. col. C commu. de leg. dicit tamen quòd si constaret de crimine, debet puniri, per l. secundam. ad Silla. sequitur Ias. in l. j. ij. colum. ff. de eo per quē fac. erit. Tu adde vltra ipsos 3 ibi, quod si iudex inquirit † contra aliquē de furto, & compareat dominus rei furatæ, qui dicat furtum fuisse factum sua voluntate, quòd non impeditur iudex à procedendo in inquisitione. ita tenet Bart. in l. inter omnes. §. rectē. ff. de fur. Sali. in l. si non cōuitij. C. de iniur. & istud dicerem procedere, quando essent tantum indicia etiam sufficientia ad torturam: quia tunc non posset torqueri, nec puniri, per id quod supradictum est. quod no.

ADDITIO.

Hoc idem refert & sequitur Thomas Gramma. in consilio crimin. liij. in fi. & Ludo. Carret. in practi. crimi. in prin. nu. 124. Et idem Gramma. in voto xxiij. nu. 24. & Nicol. Boër. decis. xe. nu. 5. & 8. & latè per Didac. Couar. lib. ij. variar. resolutio. c. xiij. nu. 7. versi. est & aliud considerandum. in fin. & dixi in annotat. meis ad Matthæ. Mathesi. sing. xiij. col. fi. nu. 6 & per Petrum à Plaza Hispanum in libro j. cap. xiij. epitomes delictorum. nu. 15. Gab. Sar.

LVI.

1 *Donans alicui de rebus obligatis in dubio præsumitur donare animo compensandi, & extinguendi debitum, si sub nomine quota donatio fiat. Et quid si sub nomine quantitatis fuerit conceptum?*

2 *Fatuitas magis præsumitur, quàm donatio.*

PErpetuò signabis vnum dictum Barto. in l. frater à fratre de condict. indebi. dum sustinet gloss. illa ratione, 1 quando quis donat† alicui de rebus obligatis, in dubio præsumitur donare animo compensandi, & extinguendi debitum. quod tene menti. nam ex eo pulchre infert ibi Pau. de Cast. in penul. colum. ad finem, quod si de certa pecunia, vel de certis fructibus debet tibi fieri solutio alicuius debiti, & debitor donet tibi de illa pecunia, vel de illis fructibus, ista donatio non remanet in vim propriæ donationis, sed compensatur & extinguit debitum. Et ex hoc infertur, quòd si debeo tibi decem saccos frumenti quod nascetur ex tali fundo, & natum est frumentum centum saccorum, & ego tibi creditor dono simpliciter quinque frumenti saccos, volunt Bartol. & Paul. de Cast. quòd illi quinque sacci expresse donati non cedāt in donationem, sed in solutionem debiti, & debitum extinguatur in quinque. & ita pertranseunt doct. Limitat tamen ibi Fulgo. vt illud procedat, quando donatio fit sub nomine quotæ, per text. in l. hæreditatem. de dona. sed si sub nomine quantitatis tunc non caderet in compensationem. alleg. l. si debitor. C. de senten pas. & l. si legatis. §. nullum interesse. ad Trebel. Ias. tamen in dicta l. frater à fratre. in secunda lectu. in xxv. colum. ad fin. dicit opin. Barto. & communem videri sibi duram, & contra omnē sensum naturalem. Vnde putat sic dicendum, quod si debeo tibi decem, quę debent solui ex certa pecunia, vel ex fructibus alicuius fundi, & do simpliciter quinque ex illis saccis frumenti nati in dicto fundo, bene credit illàm dationem fuisse factam animo compensandi. & tunc procedit opin. Barto. sed quando quis expresse donaret, in claris non est opus coniecturis, nec præsumptio cadit, scilicet quòd donatio intelligatur facta animo compensandi, non credit quòd sit verum, aliter sequeretur euidens absurdū. quòd si debeo tibi decem ex fructibus illius fundi, quòd non possem donare tibi quinque vltra debitum si vellem. sed tamē posses dicere quod distinctio Ias. non haberet dubium, quando simpliciter darem, cum nemo præsumatur velle iactare suum. l. cùm de indebito. ff. de 2 probat. & magis præsumatur † fatuitas quam donatio. l. generaliter. vbi Bal. C. de non nume. pecu. & procedat cōmunis cōclusio absque ista distinctione aliqua lege non probata, & ideo cautela esset, quòd creditor expresse diceret, quòd non fieret animo compensandi, & appareret per testes, vel alio modo. quod not.

ADDITIO.

Vide Nico. Boër. decis. xliij. nu 32. Gab. Sar.

LVII.

1 *Tutores vel curatores non tenentur ex aliquo actu, si inde malè succedat, quando illi mater pupilli, vel attinentes consenserunt.*

2 *Tutor potest pro pupillo quoscunque contractus celebrare, dummodo palam, & bona fide faciat. Et quando dicatur palam facere?*

3 *Tutor quo casu possit pro se emere rem pupilli?*

4 *Contractus pupilli quando dicatur bona fide fieri?*

5 *Iudicis præsentia si in actu interueniat, dicitur bona fide fieri, & omnis dolus, & metus cessare præsumitur. quod de maioribus tantum iudicibus intelligitur, non de minoribus & pedaneis.*

QValiter tutores vel curatores teneantur, habetur in l. j. C. de transactio. not. tamen singula. cautelam ad 1 excusationem tutorū vel curatorum, vt sint cauti † quando faciunt aliquem actum, & est dubium an possit nocere pupillo, quòd faciant cum consensu matris pupilli, & attinentium: tunc licet malè succedat pupillo, ipsi non tenebuntur. gloss. est notab. in gloss. magna, in l. ij in verb. pupillo. circa medium. C. de his quibus vt indigu. & ibi Pau. de Cast. dicit illam gloss. ad hoc esse singu. & ibi Bal. in tertia opposi. & in rubric. C. de pœn. iudi. qui male iu-

a di.Sali in l.fina.eodem tit.cum simi.facit,quia tutor† po
test celebrare mutuum,& quoscunque contra tus,dum-
* modò palam & bona fide. *l.non æstimo ff.de admini.
tuto.not.gloss.in l.quoties.§.non tantum.eod.titu.glos.
in l.cum tempore.C.de contrahen.emptio.doct.in l.sin-
gularia.ff.si certum peta.& ibi Ias.refert vnum casum sin
3 gu.in quo solus† tutor potest indistinctè emere rem pu-
pilli,quando pupillus vẽdidit rem suam vni tertio cũ au
thoritate tutoris, & decreto iudicis & sic res pupilli fuit
solenniter alienata,tũc si ille tertius non soluit pretium,
potest solus tutor talẽ rem emere, ex quo semel facta est
alienabilis.text.est valde sing.in l.tutor rerum.ff.de ad-
ministratio.tuto quam Roma.in dicta l.singularia. repu
tat singu.& Barto.in dicta l.tutor rerum Sed quando di
catur palam fieri,& quando non,declarat Barto.in l.fra-
ter à fratre in xv.colum.versic.extra quæro quid in con-
tractu emptionis.de condictio.indeb vbi singulariter di
4 cit,quòd contractus† dicitur bona fide fieri, quando fit
interuenientibus consanguineis & amicis pupilli.l.trãs-
actione.C.de transactionibus. vel quando fit in præsen-
tia solius iudicis.l.fina.in princi.ff.quod metus causa. te
neas perpetuò cordi istud vltimum dictum de iudice.se-
quitur Imol.in l.j.§ fuit quæsitum.ff.ad Trebellian.in iij.
colum.Alex.in l.transactione.C.de transact. facit quod
5 no. doc.in l.pacta nouissima.C.de pac.q† omnis metus,
a & omnis dolus præsumitur cessare,[a] quando interuenit
præsentia iudicis.quæ omnia valde nota. Limita tamen
singulariter vltra doct in locis suprà allegatis, secũdum
Bald.in l.tutores.ff.de confir.tuto.vt procedant in ma-
ioribus iudicibus, vt in Præside,Prætore,& similib. quia
lex præsumit.quòd maioris iudicis factum sit ritè factũ.
quod secus est in minoribus magistratibus,prout magi
stratus municipales vel pedanei:quia non tantum præsu
mitur pro eorum decreto.& ista sunt verba Azo.in sum-
ma C.de tutor & curato.qui non satis.& quod ita intel-
ligitur §.nos autem.institu.de authori. tuto. Quod not.
perpetuò.quia magna & singularis limitatio est ad præ-
dicta. sequitur Ias.in capitu.j.circa medium iiij.col. qui
feud.dare possunt.

ADDITIONES.

* Palam & bona fide.Adde Cæpol. cautel.clxxxj. semper alle-
garur.& cautel.ccxxj.tutores semper desiderãt.& Catel. Cot.
in memoralib.in verb.palam.

a Quòd omnis metus, & omnis dolus præsumitur cessare.Idẽ
tenet & sequitur Thomas Gramma. in consi.crimin. xl. nu-
mero 25. Gab.Sar.

LVIII.

1 *Iudex secularis de causa spirituali cognoscere nõ potest Et in qui-
bus casibus secus sit?*

2 *Iudex secularis,coram quo exceptiones ad ecclesiasticum remit-
tendæ opponuntur,potest opponenti terminum statuere ad pro-
ducendum coram eo capitula quæ vult probare in curia eccle
siastica vt videat,an sint releuantia. Et si non fuerint releuan
tia,ad vlteriora procedet.*

1 LIcet iudex † secularis de causa spirituali cognoscere
non possit,vt per Alexan.in l.Titia.ff.soluto matri-
monio.tamen vltra limitationes datas ibi per Alexand.
& per Papienses,in l.quoties.in tertia col.C.de iudic.vbi
inter alia dicunt vnum valde notandum, quòd quando
per statutum ciuitatis instrumentum præsumeretur vsu
rarium,& pars fundaret se in dicto statuto, cùm sit quæ-
stio iuris municipalis,& nõ canonicalis,potest iudex lai-
cus cognoscere:ita referunt Pau.de Cast.consuluisse,cõ-
silio lxxj.incip.visis & põderatis,&c.in prima col. quod
2 not.Vnum tamen † perpetuò not.in practica,secundum
Alexan.in dicta l.Titia.in quarta col.ad fin. quod iudex
secularis coram quo tales exceptiones opponuntur re-
mittendæ ad forum ecclesiasticum,debet opponenti sta
tuere terminum ad producendum coram eo capitula,
quæ vult probare in curia ecclesiastica,vt videat an ca-
pitula releuent,& si non releuent,ad vlteriora procedat,
quod nunquam exeat mentem tuam.

ADDITIO.

Idem tradit Io.Arno.problema.xxxj. Gab.Sar.

LIX.

1 *Mercatores non possunt expelli de ciuitatibus, nisi ex causis, ex
quibus banniri possent.*

2 *Ciuitatis alienæ ingressus venturis potest interdici.*

3 *Iudæi ex ciuitate expelli à principe sine iusta causa non possunt*

DOmini terrarum sine causa mercatores forẽses ex-
pellere non possunt,& non recedentibus bona aufer
re quia mundus est omnibus communis patria. & ideo
1 nisi † ex causa expelli non possunt ex qua banniri possent:
nam expellere & interdicere est pœna,quæ sine causa im-
poni non debet.l.relegatorum.de inter.& relega. ventu-
2 ris autem † ad patriam alienam bene ingressus interdici
potest argu.ff.de serui.rusti.prædio.l.diuus.ff.de vsufruct.
lega.l.hæres.ff.si serui.vend l.sicut.§.Aristo.postquam au
tem venerũt,& ingressi sunt,sicut reliquus populus sunt:
& tam contra naturalem æquitatem ,quàm contra bo-
num publicum est,si expellantur.ita notanter tenet Bal.
in cap.j.§.j.de forma fide.in vsi.feu. facit quod fortius vo
3 luit Oldr.consi.lxxxvij.incip.quæritur. q princeps† non
potest expellere Iudæos ex suis ciuitatibus, nisi ex iusta
causa.& sequitur Ias.in l.cum seruus.§ constat.in vij.col.
post prin.de leg.j.adde Imol.in c.quod super. de voto.fa
cit quod habetur in l.spadonem.§.iam autem.ff.de excu
sa.tutorum.vbi Bald.dicit,quòd appellatione habitatu
rum veniunt Iudæi.

LX.

1 *Pater eius testamento filium naturalem nominando simpliciter
filium dicitur eum legitimare, si is sit natus ex tali muliere,
cum qua pater potuisset honestè contrahere matrimonium.*

2 *Filius naturalis susceptus ex fœmina cum qua pater potest hone-
stè cõtrahere matrimonium,an possit aliter legitimari, quam
per subsequens matrimonium?*

LEgitimatio non pendet à sola voluntate patris, quia
requiritur quòd legitimet per rescriptũ, vel per subse
quens matrimonium,vel per dationem curiæ.vt habetur
1 in authen.quibus mod.natu.effi.legi.Tamen ex sola† no
minatione quam pater facit de filio naturali in testamẽ-
to,appellando eum simpliciter filium,dicitur eum legi-
timare.vt est tex.in authen.item si quis.C.de natu. liber.
Quod est verum,quando filius naturalis fuisset natus ex
tali muliere,cum qua pater potuisset honestè contrahe-
re matrimonium:secus si ex muliere,cum qua pater non
potuisset honestè contrahere matrimonium , puta quia
meretrix,& pater honestus ita singu.Barto. consi. incip.
Narucius eoraducij &c.sequitur Ange.in §.j. in authen.
quibus mod.natu.effic.legi.& in §.ad hæc.in authen.vt li
ceat matri & auiæ.Secundò limita per Bald. in ca. illud.
2 de præsumpt.vbi not.dicit, quòd si quis † suscepit filium
naturalem ex fœmina , cum qua potest honestè nubere,
certè non potest filium naturalem legitimare , nisi con-
trahendo matrimonium:ideo cùm aliter tunc legitima
re non posset:ergo nec per nominationem filij.Ego tene-
rem opi.Bar.quod imò posset aliter quàm per matrimo
nium legitimare,quia tex. est expressus in d.authẽ. Item
si quis.ij.C.de natu.libe.

ADDITIO.

Vide Nico.Boët.decis.ccxl.nu.16.& 19.& Bal.in c.per tuas.nu.5.
de maio & obed.Hippol.in sing.cxxx. Hanc opinionẽ,quòd
aliter quàm per subsequens matrimonium, hoc casu non pos
sit fieri legitimatio filij,tenet Ias.in l.Gallus.in §.& quid si
tum.in j.lect.nu.107.vbi dicit hanc esse communem opinio-
nem.ff.de libe.& posthu.Chassæn.in consuc.Burgun.in rubr.
des successions.rub.vj.§.iij.fo.286.col.iij.in prin.nu.9. & Pet.
Ducias in reg.eccl.incip.filius naturalis legitimatur.in xvj.
ampliatione. Gab.Sar.

LXI.

1 *Testator si instituat filium hæredem,& si decesserit sine liberis,
* substituat Caium si habebat filios superstites,tacitè non intel-
liguntur ex testamento substituti,sed ab intestato. Quod pro-
cedit in hæreditate,secus in legato. & ibi ratio diuersitatis assi-
gnatur.*

HAbes gloss.cõmuniter approbatam in l Lucius Ti-
1 tius.& ibi Barto.ff.de hære.insti.quod si testator† in-
stituit

stituit filium hæredem, & si decesserit sine liberis, substituit Caium, quòd si habebat filios superstites, tacitè non intelliguntur ex testamento substituti, sed ab intestato. quam gloss. signa & tene menti, quia effectus est magnus secundum Barto. ibi. Limitat tamen sing. Ang. quem ibi Papienses sequuntur in l. legatis. C. de lega. procedere in hæreditatibus: secus in legatis: nam pone, testator legat rem alicui, & si decesserit sine filiis, substituit in istare Caium, iuxta l. si legata. eod. titu. de leg. pone quòd moriatur cum filiis, certè filij intelliguntur tacite substituti ex dispositione testatoris. Et ratio diuersitatis est inter hæreditatem & legatum, secundum Ang. quia hæreditas non potest relinqui nutu. Sed legatum sic. ideo in legatis sufficit nominatio filiorum conditionalis, in qua bene sumeretur argu. à contrario sensu: ergo si habebit filios, filij admittentur substituto excluso. & dicit Ang. se ita cõsuluisse. quòd valde no. quia est pulchra & vtilis limitatio ad communem conclusionem.

ADDITIO.

Quòd filij hoc casu non dicantur in hæreditate ex testamento substituti, iuxta glo. in d. l. Lucius. est causa opi. quam ibi sequûtur Bar. Bald. Ang. & Ioannes de Imo. & ita fuit de facto iudicatum, vt ibi refert Angel. idem etiam tenet Bal. in l. Cẽturio. versicu. quæro vlterius, quid si testator dixerit, si filius meus decesserit sine filiis. ff. de vulga. & pupil. & Bar. in l. sed si sit. ff. de legat. iij. Bart. in l. si cùm dotem. in prin. ff. solu. matrimonio. & sequitur Bal. in l. cùm acutissimi. in vlt. col. C. de fideicom. & in l. cunctos populos. col. xv. vers. venio ad secundam, scilicet ad successionem instituentis. C. de summa trin. & fide cathol. & in l. quod satis. col. pen. C. de bonis quæ libe. pro quo est text. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebellia. cum gl. in ver. defecisset. ibi, dum dicit, nec tempus habeat. Eãdem opinionem asserit communem Didacus Segura in repet. l. uj. §. fi. nu. 178. ff. de liber. & posthu. & Ias. in l. Gallus. in prin. nu. 44. ff. eod. ti. de liber. & posthu. Bernad. Diaz. in tract. fallentia. regul. cccclxj. Anto. Corset. in repertorio ad Abb. in verb. substitutio. qui ad vtranque partem bellissimè disserit. Paul. de Castro in l. filiusfamilias. §. cùm quis. ff. de legat. j. & Deci. consil. cclxx. col. j. vbi pluries dixit hanc esse communem opinionem. Angel in tract. de testam. in glo. lxxix. nu. 2. Zasius in tracta. de substitu. cap. v. nu. 36. & cap. vij. nu. 4. G. S.

LXII.

1 *Scholares tenentur defendere opinionem præceptoris sui.*

2 *Iudex qui iudicauit secundum opinionem magistri sui solennis doctoris, & opiniones insolitas tenere non consueti, quamuis sit contra communem opinionem, excusatur in syndicatu à condemnatione expensarum.*

3 *Scholaris non potest vocare in ius magistrum suum sine venia.*

1 SCholares † tenentur defendere opinionem præceptoris sui. l. dicere. §. si arbiter. & ibi Barto. ff. de arbitr. in tantum quòd egregiè dicit Abb. in c. j. in vj. col. de postu.
2 præla. quòd iudex † qui iudicauit secundum opinionem magistri sui, quamuis sit contra cõmunem opinionem, excusatur in syndicatu à condemnatione expensarum: quia vt discipulus probabiliter secutus est opinionẽ doctoris sui. quod tamen intellige, quando ille est solennis doctor: per id quod habetur in ca. cù beatissimus. xxiiij. q. j. intellige etiam dummodo ille doctor non sit solitus tenere opiniones insolitas. ita dicit Bal. in l. fi. in ij. col. in fi. ver. quæro nunquid peritia iudicis præsumatur &c. C. de pœna iud. qui ma. iud. Et ad hoc adde Pe. de Anch. in cõsi.
3 cccviij. incip. ad hoc. vbi dicit, quòd scholaris † nõ potest vocare in ius magistrum suum sine venia. Bar. & doct. in l. generaliter. de in ius voc. Subdit tamen Abb. in d. ca. quod imò discipulus debet, seruata tamen veritate, sequi doctorem suum in practica. vnde refert Aristotelem reprobantem quandam opi. Platonis magistri sui dixisse, amicus Plato, sed magis amica veritas.

ADDITIO.

An opinio doctorum releuet ab expensis, plenè per Guido. Papæ decisiõ. Grationopol. cclxxvij. opinio doctoris. & ibi in apostil. & Nico. Boër. in additione ad tractat. de authorita. magni consil. in consilio ccxxxv. in additio. incip. nisi iunior. Gabriel Saray.

LXIII.

1 *Procurator in criminalibus non admittitur, licet in eo duæ qualitates concurrant, videlicet, quòd sit procurator, & coniuncta persona*

2 *Procurator an interuenire possit in causa, in qua qui non potest soluere in ære, luit in corpore?*

3 *Bannitus à centum libris suprà, si possit impunè occidi, pœna an censeatur capitalis, & in ea admitti possit procurator?*

4 *Cantela, quòd in causa criminali exceptiones rei accipiantur, etiã si personaliter non compareat.*

FEre per totam Italiam est statutum, quòd in causis cri-
1 minalibus nullus † audiatur ad aliquam exceptionẽ, nisi inculpatus personaliter cõpareat, & ponat se in carceribus: & hoc habetur etiam de iure communi. l. penul. §. ad crimen. & ibi doct. ff. de public. iudic. Amplia etiam d. §. ad crimen. in eo qui haberet duas qualitates, puta quia procurator, item & coniuncta persona: quia etiam non admittetur. ita not. Ias. in l. cùm rem. per illum text. C. de procur. quod est valde not. pro ampliatione d. §. ad
2 crimen. Adde tamen † quòd in causa, in qua qui non potest soluere pecuniam, luit in corpus. l. fina. de in ius vocan. potest interuenire procurator, qui aliàs in causa criminali non admitteretur. d. §. ad crimen. Iaso. in l. si quis nec causam. in fi. iij. col. ff. si certum pet. & in l. cùm rem. C. de procura. Sed in contrarium facit quod not. Bal. in l. j. in ij. col. ff. de custod. reo. vbi dicit, quòd si venit imponenda pœna pecuniaria, & in defectum venit imponenda pœna corporalis, quòd debet personaliter retineri, etiam si velit dare fideiussores idoneos, vel facere depositum de illa pecunia, de qua venit condemnandus. & sic non attenditur pœna pecuniaria, sed causa principalis, quæ est secundum Ias. criminalis: & sic cum sit criminalis, procurator non admittitur. Pro Ias. tamẽ facit, quod vult Bald. in l. ij. in versicu. quæro vtrum excommunica-
3 tus. de publi. iudi. quòd si per † statutum bannitus à centum libris suprà potest impunè occidi, pœna non censetur capitalis, & sic potest admitti procurator, ex quo bãnum, & illa pœna non est perpetua, ex quo potest quãdocunque euadi soluendo pecuniam. Tamen contrarium tenent Ange. Imo. ibi, & Ias. in dicta l. cùm rem. Bald. in l. reos. in quarta colum. C. de accusa. distinguit: Aut pœna personalis imponitur ob defectum pœnę pecuniarię, & imponitur per eandem legem, & dicitur crimen capitale, nec admittitur procurator. Aut pœna corporalis non imponitur per eandem legem, sed venit ex l. quicunque. C. de seruis fugi. & tunc non dicitur crimen capitale, & admittitur procurator. & sic potes colligere concordiam, quòd in primo casu procedat opin. Bald. in dicta l. j. cum sit imposita pœna per idem statutum. secundo casu procedat opi. Bal. & Ias. Vide tamen Bart in sua quæstione quotidiana plenius distinguentem in l. item liberatur. §. j. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. sol. vbi distinguit, aut statutum dicit, quòd condemnetur in certa quantitate, quam si soluere non poterit, amputetur sibi pes, & tunc datis fideiussoribus idoneis debet relaxari. & sic in isto casu non procedit quod dicitur in dicta l. j. Aut statutum dicit, quòd condemnetur in certa quantitate, quã si non soluerit, amputetur sibi pes, & tunc non debet relaxari datis fideiussoribus. & sic ista sua distinctio videtur aliquantulum obstare distinctioni Bald. quia Bald. vult in primo casu suæ distinctionis, quòd procurator admitti possit, cùm possit relaxari. & tamen ibi pœna corporalis imponitur per idem statutum, & in dispositione. Co-
4 gita. Adde quòd † licet in causa criminali ex forma statuti, vel iuris communis nullus debet audiri ad exceptiones opponendas, nisi inculpatus personaliter compareat: cautela est, quòd non opponantur exceptiones, sed compareat aliquis, & imploret officium iudicis, quod ex officio recipiat informationes super innocentia inculpati, secundum quod in ista schedula cõtinetur: licet enim statutum excludat exceptiones, non per hoc excludit officium iudicis. ita tenent plures docto. quos refert & sequitur Ias. in l. vbi pactum. in iiij. colum. cum sequen. C. de transact. vbi hoc multifariam confirmat. Subdit tamen quòd ista cantela non valeret, quando statutum di-

ceret,non admitti exceptiones vel defensiones:nam pro-
pter verbum, defensiones, excluderetur etiam officium
iudicis,secundum Bartol in l.j.§.& parui.ff.quod vi aut
clam.& in specie Ange.in l.planè.ff.de petitio. hæredita.
quod bene not.

LXIIII.

1 *Statuto prohibente ne quis cum bannito contrahat,an cum seruo, vel filio banniti impunè contrahi possit?*

NOta quod mirabiliter decidit Bartol.in l.iij.per
illum text.in princi.ff.de leg.præstan. quòd si sta
1 tutum† prohibeat,ne quis contrahat cum ban-
nito sub certa pœna,si aliquis contraheret cum filio, vel
seruo banniti,quamuis acquirat bannito,non incidit in
pœnam,per illum text.Istam mirabilem decisionem vi-
detur sequi Ias.in l.si is qui.circa medium tertiæ colum.
ff.de vulgar. & pupillar. vbi videtur comprobare.tamen
idem Ias.in l.Gallus.§.quid si is. in sexta colum. per to-
tum.ff.de liberis & posthumis.tenet contra Bartol. in l.
si mihi & tibi.§.regula.de legatis j.quod nota,quia pote-
ris addere ad Barto.

LXV.

1 *Vxor non est marito restituenda,si non potest securè cum eo morari absque periculo personæ,nec remedio cautionis potest sufficienter prouideri, & econtra.*

2 *Marito licet vxorē dimittere,cum qua securè viuere non potest.*

NOta illud quod singulariter dicit Abb.in cap.li-
teras.in vltim.not.de restitut spoliat. quod vxor
1 non est † marito restituenda,si non potest securè
cum eo morari absque periculo personæ: nec remedio
cautionis potest sufficienter prouideri:imò hoc est suffi-
ciens causa remouendi eam ab eo, & separandi matri-
2 monium quò ad torum.& idem dicit esse† in marito re-
spectu vxoris,vt si insidiatur vitæ mariti, & eum veneno
interficere tentauit,neque verosimiliter refrænari potest,
eiici potest:& petenti restitutionem obstabit exceptio.
idem tenet Abb.in c.j.de diuor.& in c.quemadmodum.
§.illud.in fin de iureiuran.quod tene menti, quia habes
casum in quo præter adulterium licitum est coniugi di-
mittere coniugem.

ADDITIO.

Maritus si sæuiat atrocius in vxorem,an liceat ei aufugere,& an extra domum mariti sit alimētanda sumptibus viri:& alia in materia notatu digna tradit Guid.Pap.decis. Gration.cccc-xxxix.nu. 4.& 6.& ibi in additio. Gab.Sar.

LXVI.

2 *Minor si compareat in iudicio sine curatore, quo casu iudiciū cū eo factum valeat?*

TEne menti mirabilem cautelam,quam refert & se-
quitur Ias.in authen.sacramēta puberum. C.si ad-
1 uers.vendi. quòd quando minor † compareret in iudicio
sine curatore,faciat eum iurare de non veniendo contra
processum,& sententiam:nam si minor iurat, valebūt iu-
dicium,sententia & processus.& ita limitatur totus ti. C.
qui legi.perso.non hab.refert tamen Bart.limit. in consi.
cj.quod incipit,Gerardus de Tuderto, &c. vt procedat
quando verba iuramenti sunt concepta in futurum,pu-
ta,quia minor iurauit non contrauenire iudicio, & tūc
procedat quod dictum est.Sed si minor aliquid confessus
est in iudicio,quod sit de præsenti,vel de præterito:& iu-
rauit,puta confessus est positionem cum iuramento esse
veram,tunc non habet locum d.authen. sacramenta. &
mouetur,quia dicta authen.tantùm loquitur,quando iu
ramentum concipitur in futurum: secus autem quando
concipitur de præsenti, vel de præterito. quod valde not.

ADDITIO.

Adde Ioan.de Arno.problema.xxx.& Nicol.Boër. decisio.xcij. nume.5. Gab.Saray.

LXVII.

1 *Confessio facta coram solo notario maleficiorum absente iudice, vel coram iudice non in forma iudicij,facit indicium sufficiens ad torturam,nisi fuerit reuocata.*

2 *Minor xxv.annis confessus in iudicio delictum, de quo aliter non erat probatum,debet in integrum restitui aduersus illam confessionem absque alia probatione erroris.*

1 SCire debes,quòd confessio † facta coram solo notario
maleficiorum absente iudice,vel corā iudice solo non
in forma iudicij,quamuis non plenè probet,tamen facit
indicium sufficiens ad torturam,secundum Bald. in l.iu
bemus.C.de libe.causa.& l penulti.C.de fideiuss.& in ad-
ditio.Specu.in titu.de confessis in ver.confessio ista.Li-
mita tamen singulariter per Bal.in l.j.in penulti. colum.
C.de confess.nisi talis confessio fuerit reuocata. Vnde se
cundum eum cautus sit aduocatus, quòd faciat illum
reuocare talem confessionem, quam potest reuocare,
etiam non aliter de errore docto: cùm sit confessio nu-
di facti, iuxta l. error. cum materia. C.de iuris & fa-
cti ignoran.quod nota perpetuò:quia in practica posses
euadere amicum à tortura. Alias limitationes vide per
doct.in l.magistratibus.ff.de iurisdictio.om.iudic.Adde
2 etiam† quòd si minor xxv.ann.cōfessus est in iudicio de-
lictum,de quo aliter non erat probatum, debet restitui
in integrum aduersus talem cōfessionem absque aliqua
probatione alicuius erroris:quia ex hoc apparet eū esse
læsum.ita sing.dicit Ang.in l.certum.§.in pupillo.de cō-
fes.allegat tex.cum gl.ij.in c.ij.de in integr.resti.in vj.se-
quitur Alexan.in l.nam & postea.§.si minor.in penul. co
lum.ff.de iureiuran.& in consil. cxvj.in ij.volu.incipi.in
causa inquisitionis formatæ.

ADDITIO.

Vide Nicol.Boër.decis.xc.nu.5. Gab.Sar.

LXVIII.

1 *Socius vnus si plus se exercuit in mercantia,quàm alius, in diuisione societatis debet plus habere,quàm alius.*

NOta quod singulariter decidit Roma.consil.clxviij.
incip.circa primum quo quæritur,&c.in vltimo du-
1 bio,vbi quæritur,si sunt duo socij vnius† mercantiæ, qui
posuerunt pecuniam communiter ad mercandum, vnus
ex istis exercebat mercantiam, vel stabat ad fundicū ad
vendendum,alius non impediebat se:iste petit ante om-
nia tantum salarij,quantum datetur vni institori.dicit
Rom.quòd de tali salario iure cautum non reperitur.Sed
tamen putat quòd ratione operæ de industria personæ il
lius socij in diuisione societatis plus illi attribueretur,
quam aliis,per l.si non fuerint.ff.pro socio,cum aliis per
eum allegatis.quod bene not. sequūtur Papienses in l.il-
lud.in penul.colum.ad fi.C.de colla.vbi in simili ponunt
nonnullas quæstiones.

LXIX.

1 *Testes si sint ad perpetuam rei memoriam examinandi, quis sit iudex competens ad eos examinandos?*

2 *Necessitas legi non subiacet.*

1 POne,reus vult facere examinari testes† ad perpetuam
rei memoriam,iuxta cap.quoniam frequenter. vt lite
non contesta.quis erit iudex competens? Anto.de But.in
c.si clericus laicum.extra de foro competen. tenet quod
est iudex ille qui in causa cognoscere haberet. & ita sin-
gu.tenet Bart.in l.cum hi.§.transactiones. & ibi doctor.
sequuntur.ff.de transactio.Limitāt tamen Ange.& Ful-
go.ibi,nisi necessitas requiratur ad examinādum testes
2 in alio loco:quia necessitas† non subiacet legi.l.j.ff.de of
fic.proconsu.& dicit Ange.quòd alias Paduæ obserua-
uit.alleg.text notab.in l.quoties.C.de naufrag.libro xj.
Secundo limitatur doctrina Barto.ex eo quod dicit Bar
to.in l.si quis nauicularius.per illum text.C.de naufrag.
lib.xj.quod si mercator habebat merces commu ni peri-
culo,& in locis multum remotis,si casu pereant, poterit
ibi facere examinari testes ad perpetuam rei memoriā.&
illam decisionem exclamat Lud Roma.vsque ad cœlum
in repeti.l.si vero.§.de viro.in iiij.fallen.ff soluto matri-
monio.sequitur Alexand.in additio.ad Bartol. in dicto
§.transactiones.Sed ista limitatio videtur eadem cū pri-
ma propter necessitatem.

LXX.

1 *Testibus si quis opponat,quòd non sunt, nec fuerunt omni exceptione maiores,an talis exceptio valeat?*

1 *Exceptio obscura, vel generalis non releuat.*

TEne menti in practica quod egregiè consuluit An
ge.in consi.j.quod incipit,porrecta fuit petitio. io
1 secunda colum.quòd si reus faciat † oppositiones contra
testes,q; non sunt omni exceptione maiores. ista est in-
epta exceptio,& nihil valet,cùm sit obscura:quia dicédo
non sunt,denotat præsens tépus,& sic stat simul q; nunc
non sunt omni exceptione maiores,& tamen fuerunt té
pore eorum depositionis.imò fortius dicit Ange. in con
silio ccevij.quod incipit,factum tale est,&c.quòd etiam
si reus excipiens dicat,quòd non sunt.nec fuerunt omni
exceptione maiores,adhuc non obstat talis exceptio:q;
illud verbum,fuerunt,quamuis sit præteriti temporis,ta
men potest intelligi post depositum testificarú, vt ibi sin-
gula.per eum.quod nunquam exeat mentem tuam. &
2 quando exceptio † obscura vel generalis non releuet, vi-
de plenè per Papienses in l.Titiæ textores.in secunda co-
lom.vbi limitant.ff.de lega.j.

LXXI.

1 *Pater diues intelligitur dare dotem filiæ de suis bonis proprijs, licet dixerit,computato eo quod filia possèt habere de bonis patris,& matris.*

TEne menti istum casum rogo,pone,pater habet fi-
1 liam,cuius † mater est mortua,& sic hæreditas spe-
ctat ad filiam,& pater promittit filiæ mille ducatos, có-
putato eo quod filia posset habere de bonis patris vel ma
tris,vel aliter.Egregiè consuluerunt doct. Perusini, quòd
non obstantibus talibus verbis, filia habebit mille duca
tos,& potest petere,& etiam consequi hæreditatem ma
tris.& de hoc dicunt esse tex.singu.in l. vna C.de do.pro-
mis.vbi dicitur,quòd licet pater dicat se dare dotem de
bonis paternis & maternis:tamen si pater est diues,intel
ligitur dare de bonis suis proprijs, & poterit petere bo-
na materna quod est singulare:quia patres illaqueantur.
ita refert & sequitur Bald.Nouel.in tracta.de dote io vj.
parte,in vj.priuilegio.Tamen Ias.in l.j.circa medium vj.
colum.ff.soluto matrimo.dubitat de ista decisione. & al
legat in contrarium consuluisse Maria.Soci.Tamé idem
Ias.post Ange.Aret.in §.fuerat. in princip.xxviij.colum.
Instit.de actio.duobus optimis fundamentis tenet pri-
mam partem,vbi videas.

LXXII.

1 *Frater diuidés hæreditatem paternam cum alijs fratribus.si postea ad aliquem alium effectum iuret se non fuisse filium illius, cuius hæreditatem diuiserat,an alij fratres ob id possint ab eo partem hæreditatis repetere?*

2 *Frater vnus si sororem maritat,& illa faciat ei pactum de non petendo hæreditatem paternam. an hoc pactum cæteris fratribus prosit?*

NOta quòd perpulchrè determinat Ioan: And. in ad-
ditio.Specu.in titu.de oblig.& solu.§.fina. in addit.
2 quæ incipit,ordine quo supra.quod si aliquis † diuisit hæ
reditatem paternam cum fratribus tanquam eorum fra
ter,postea vt posset matrimonium contrahere cum certa
puella,iurauit se non esse filium illius,cuius putabatur,&
cuius hæreditaté diuiserat:certè per hoc fratres non po-
terunt aliquid repetere per condictioné indebiti,vel con
dictioné sine causa.quod diligenter not.& ratio est, quia
cóuentio inter alios acta alijs prodesse nec nocere potest
per tot.ti.C.res inter alios acta.Sicut in simili dicút doc.
in l.si actionem,per illum tex.C.de pact quòd si sunt duo
2 fratres,† vel plures.& vnus eorú maritat sororem , & illa
ei facit pactum de non petendo hæreditatem pater-
nam,quod illud pactum non proderit aliis fratribus,
quin aduersus eos possit soror pro eorum rata expetiti.
& secundum Pau.de Cast.in l.planè.§.si duobus.de leg.j.
istud est perpetuò menti tenendum , quia quotidianum.
idem tenet Io.And in addi.quæ incip.quidé de præceden
ti.ad fin. & ad prædicta & de ista materia vide pleuè per
Moder.in l.si vnus.§.ante omnia.ff.de pact.

LXXIII.

1 *Pauperes qui sibi victum industria sua quærunt,non debent conferre ad onus imposita collecta. Idem in his,qui sunt lapsi facultatibus suis.*

2 *Egestate sordentibus vita supplicium est,mors verò solatium.*

3 *Notarius pro instrumento furiosi non debet accipere salarium: idem est in pauperibus.*

4 *Aduocatus in foro conscientiæ peccat.si aliquid pro patrocinio capit à paupere.*

5 *Pecuniæ sunt secundus sanguis hominis,& pecunia est fideiussor futura necessitatis.*

6 *Iudex debet esse fauorabilis,& protector pauperum , ne iniustè molestentur.*

7 *Procuratores, notarij & aduocati dicuntur canes curiarum,& deuoratores ciuium.*

8 *Iudices in causis miserabilium personarum,de iure non debent habere salarium idem in causis summarijs*

9 *Mendicantes ostiatim de ciuitate expelli possunt. Et an gaudeant priuilegijs pauperum,qui sibi industria victum quærant?*

10 *Paupertas excusat a prosecutione appellationis.*

1 PAupere † quorum industria est necessaria ad alimen-
ta & eorum victum,non debent concurrere ad onus
impositæ collectæ per principem,vel communitaté. Bal.
in authen.defuncto.C.ad Tertúl.allegat glos.in l.omnes.
C.de anno & trib.lib.x.adde quod not.Bartol. in dicta l.
omnes.per illam glo.quem sequitur Abb. in cap.perue-
nit.in penulti.colum.ad fin. de immuni. eccle. Bald. in l.
etiam.in vlti.colum.C.de execu.rei iudic.vbi dicit idem
esse in his,qui sunt lapsi facultatibus.quod not. sed malè
obseruatur,maximè in partibus meis:quia vt inquit Bal.
in l.ex hoc iure.in fine.ff.de iusti & iure hodie principes
(prohdolor) vitam populorum excoriant : & vix preca-
rio dimittunt spiritum. Quòd pauperes non teneãtur,
facit,quia non debet addi afflictio afflicto.l.tam demen
tis.C.de episco & cleri.l.diuus ff.de offic præsid.Egesta-
2 re † etenim sordentibus vita supplicium est,mors verò so
latium.l.quisquis.C.ad legem Iul.maiesta.& ibi doct. di
3 cunt,quòd notarius † pro instrumento furiosi non debet
accipere salarium.quam legé ex idéritate rationis cum
sit lex scripta, extendit Roma. in l.si verò.§ de viro.xlvj.
fallen.ff.soluto matrimo.ad pauperes : inferens quod no
tarius non licitè capit salarium pro instrumento, quod
pro eo conficit. Confirmatur per id quod not. dicit Al-
ber.in l.j.C.de suffrag.& in l.ne quicquam.§ fina.de offi.
4 proconsl.vbi dicit,quòd aduocatus † in foro conscientiæ
peccat,si aliquid capit à paupere. Tamen extensio Rom.
fit ab afflictione animi quam patiuntur dementes,ad af
flictionem facultatum,quam patiuntur pauperes. nisi di
5 cas † quòd pecuniæ sunt secundus sanguis hominis.glos.
iuncto text.in l.aduocati.C.de aduoc.diuer.iudic. Alibi
Snci io l.j.in un.xj.col.ff.soluto matrimo.dicit,quòd pe-
cunia est fideiussor futuræ necessitaris.alleg. Philo.v.ethi
corum,& Iuuenalem Vos eius fratres.facit ad prædicta,
quod voluit gloss.io l.illicitas.§.ne potentiores.ff.de off.
præsid.vbi Bald.dicit,quod maxima & capitalis iniuria
est auferre illud modicum quod habent,ac si eis extrahe
retur oculus & ibi gloss. ponit exemplum in porcello. &
6 ibi Bal.colligit notabile,quòd iudex † semper debet esse
fauorabilis & protector pauperum,ne iniustè molesten-
tur,& erit sibi magna eleemosyna coram deo.Sed, vt di-
xi,hodie potius volunt quod eis fiat eleemosyna,& sic eis
detur pecunia,quàm ipsi velint eleemosynam aliis face-
re.O quam bonum esset quod obseruarent prædicta isti
7 impij procuratores, † notarij,& aduocati,qui sunt exco-
riatores pauperum,quos Barto.& bene Io repe.l.omnes
populi.in v.quæstio.principali.ff.de iusti.& iure. appellat
congruentissimo vocabulo Canes Curiarum, & deuora
tores ciuium.facit ad prædicta quod not.Barto.in l.si fu
riosi.C.de nuptiis.arg.illius text.in verbo,gratis.& idem
Bal.in authen.generaliter. per vnam col.C.de episco. &
8 cler.vbi dicit,quod in causis † miserabilium personarum
iudices de iure non debent habere salarium.§ ne autem.
in authen.de iudi.& idem dicit esse in causis summariis.
quia sunt magis fauorabiles, & celerius expediuntur: &
pro istis duobus dictis habes earum expressiuo in §.sit ti
bi quoque tertium studium.in authen.de manda.princ.
9 & ibi gloss.io ver.gratis.Sed dic † quòd fortè non proce-

derent prędicta in eis, qui vadũt ostiarim quęrendo, cùm
de suo viuere posint. & hoc modo faciunt se pauperes
cum sit eis probibitum: quia tales ita mendicando de ci
uitate expelli possunt. l.j. C. de mend. vali. lib. xj. Alexan.
in l. si constante in viij colum. post princi. ff. soluto ma-
trimo. Adde vnum quod ponit Abb. in cap. ex tenore. in
10 ij colum. ad fi. de appel. quòd paupertas † excusat à pro-
secutione appellationis. quod bene notabis pro his, qui
appellãt ad Romanam curiam, & ptopter inopiam non
possunt eam prosequi infra annum: & sic est iusta causa
habendi biennium. sequitur Bald. in l. acceptam. in pe-
nulti. colum. in xxxiij quæstio. C. de vsur. & sic non cur-
runt sibi fatalia. Contrarium tamen tenet Bald. in l. fin.
C. de condi. inser.

LXXIIII.

1 *Sententia diffinitiua debet ferri in scriptis, aliàs non valet. fallit in casibus, de quibus ibi.*
2 *Sententia diffinitiua in causa matrimoniali sine scriptis lata valet.*
3 *Consilium sapientis si sit coram ordinario petitum, & commissa fuerit causa, & factum cõsilium sit iudex ordinarius illud dissigillet, & dicat, pronuntio prout in consilio ipso continetur, si in eius fine notarius scribat, qualiter Iudex pronũtiauit, prout in d. consilio continetur, sententia est ipso iure nulla.*

1 SCis, quod sententia † diffinitiua debet ferri in scriptis,
aliàs non valet. l. j. & per totum. C. de senten. ex peric.
reci. fallit in casibus de quibus per gloss. in c. fina. ver. il-
lustrium. de re iudi. in vj. & plures casus ponit Abb. in c. j.
2 de libel obl. Inter alios illum not. quòd † in causa matri-
moniali valet sententia diffinitiua licet nõ in scriptis la
ta. gl. in c. Albericus. vbi Imol. & alij, de testib. Item quan
do profertur in præsentia principis, secundum Specu. in
titu. de senten. prola. §. iusto. versi. non valet etiam &c. de
quo per Ioan. And. & alios in c. in causis. de re iudi. No-
ra tamen quod singulariter dixit Ange. consi. ccxlij. inci.
3 domina Liberina &c. quòd si de causa vertente † coram
ordinario sit petitum consilium sapientis, & causa sit cõ
missa consilio vnius confidentis partium, pone portatur
consilium ordinario: Iudex ordinarius dissigillat consi-
lium, & dicit, pronuntio prout in consilio isto contine-
tur, postea traditur consilium notario banchi, & nota-
rius in fine scribit, qualiter iudex pronuntiauit prout in
consilio continetur. consuluit singu. Ange. quòd ista sen
tentia est ipso iure nulla. quia sententia diffinitiua debet
ferri in scriptis, ergo debuit primò scribere ista verba,
pronuntio prout in isto consilio continetur, deinde pro-
ferre: aliàs sententia est nulla. quod valde not. quia pote-
ris multum lucrari si casus accideret. sequitur do. Ang. &
Alex. in l. . circa fi. C. si aduer. lib. vide Abb. in c. cum ve-
nerabilis. in fi. xiij. col. de excep.

LXXV.

1 *Nomen laudabile habere est pulchrum & magnum.*
2 *Posthumus ex eo quod habet nomen patris, præsumitur eius, qui mortuus est filius.*
3 *Nomina honesta sunt filijs imponenda.*
4 *Nomina pulchra si venderentur, deberent emi, & filijs impon.*
5 *Nomina turpia habentibus non est confidendum, nec cum eis cõtrahendum nam si ab eis deciparis, tibi imputatur.*
6 *Nomina turpia progenitorum non sunt filijs repetenda.*
7 *Tortura in dubio est incipienda ab eo qui habet turpe nomen.*
8 *Nomen quare in coronatione Papæ mutetur.*

1 MAgnum est † pulchrum, & laudabile nomen [a] habe-
2 re, secundum Cyn. in l. cunctos populos. in secundo
notab C. de summa trini. & fide catholi. Et ideò resultant
effectus quòd si mortuo patre nascatur posthumus, qui
2 vocatur nomine patris, nam illud † nomen probat illum
esse filium eius, qui mortuus est. text. est sing. in l. vxorem.
ff. de manumis. testa quem tex. dicit singularem Bal. in c.
tuam. in penulti. colum. de ordi. cogni. sed Ias. in rubr. ff.
soluto matrimo. in iiij. col. dicit, quòd ille text nunquam
sibi placuit, quia alia concurrunt vltra nomẽ proprium,
sed mihi satis probat. Et ideo Sali. in dicta l. cunctos po-
3 pulos. dicit, quòd parentes † debent filiis imponere no-
mina honesta, & authoritatis, non autẽ nomina turpia,
& quodammodo infamiam importantia. Et refert Ioan.
Andr. in ca. grauis. de deposi. quòd vxor sua Milantia di
4 cebat, quòd etiam † si pulchra nomina venderentur, debe
rent emi. Et propterea Accur. in l. facta §. si in danda. ad
Trebel. multum de nomine suo gloriatur, dicẽs, ego sum
Accursius, quasi accurrens contra tenebras iuris ciuilis.
Et dicunt Ioan. And. & Cardi. Floren. & idem Imol. in di
5 cto cap. grauis quòd præcauere debet † quis nẽ in aliquo
confidat, qui babeat turpe nomen: quia si cognito nomi
ne deposuerit res suas, & eas perdiderit, sibi imputet, quia
fuit in negligentia. quod bene not. ne contrahas cum ta-
libus habentibus turpia nomina. & ideo Cardin. Floren.
in c. cùm secundum apostolum. de præbend. in secundo
6 notab. inuehit contra illos † qui turpia nomina progeni
torum suorũ filiis suis repetunt. Adde etiam quòd si plu-
res essent inquisiti, & capti pro aliquo maleficio, & esset
dubium à quo esset prius inchoanda tortura, quòd tunc
7 † cessantibus aliis indiciis, ab illo qui habet turpe nomẽ
esset inchoandum & ita in voce audiui ab vno doctore
b esse expertum, sed non recordor in quo loco babetur,[b]
tamen potest colligi per supradicta, & per id quod vult
Barto. in l. j. in princi. ff. de quæstio. & per Cano. in dicto
c. grauis. & per Abb. in d. c. cùm secundum. circa princi.
secundæ colum. vbi videas, de præbend. & ibi refert quòd
8 hæc est vna de causis, quare † in coronatione Papæ mu-
tatur nomen, vt not. in procemio vj. & ita iudicarem si
casus accideret.

ADDITIONES.

a Laudabile nomen. Adde etiam Ioan. And. in cap. cùm secun-
dum Apostolum. de præben. & Nicol. Euerar. in locis topi-
cis, in loco ab etymologia. in prima char. versic. primò quòd
ex bono nomine.
b Sed non recordor in quo loco habetur. Dic quòd habetur
per Ioan. And. in cap. cùm in contemplatione. de regul. Et
istud dictum videtur procedere, quando esset nomen acqui-
situm ex accidenti: secus in nomine proprio, per ea quæ not.
Dec. in l. ij §. appellata. colum. fina. in princip. in primo nota-
bi. in vlti. lectu. ff. si certum petatur. Et tradit gloss. in consti-
tu. regni Neapol. inconsutilem tunicam. in titu. de hæreticis,
& patat. in prima gl. in fi. Gab. Sar.

LXXVI.

1 *Emancipatio an & quando in fraudem facta præsumatur: & donatio facta filio emancipato à patre, quando à creditoribus reuocari possit?*
2 *Pater emancipans filiũ, licet possit sibi retinere dimidiam vsusfructus in bonis filij, istud verum est in quæsitis: secus in quærendis.*

1 EMancipatio † an & quando præsumatur facta in frau
dem: vide text. in l. j. §. is quoque. & ibi Barto. in fin. de
colla. bon. Bal. in l. cum oportet §. cùm autem. C. de bo.
quæ libe. & in l. ij. C. plus vale. quod agi. cum simili. Adde
quod pulchre dixit Bal in rubric. C. de reuo. his quæ in
frau. credi. in secunda col. quod quidam proposuit face-
re mercantias per mare, & dubitans ne merces periclita
rentur ex submersione nauis, & sic deuenire ad egestatẽ,
emancipauit filium, & donauit sibi meliorem partẽ bo-
norum suorum, & incœpit mercari. & accepit pecuniam,
& merces sub credito: tandem sinistrè successit sibi.
creditores volunt habere regressum aduersus bona suæ
filius defendit, quòd fuit ante mercatus emancipatus, &
bona sibi donata ante eos: quid iuris sit? Bald. finaliter
determinat quòd emancipatio non valet, & nihil nocet
creditoribus: quia censetur facta in fraudem. idem tenet
Bald. in titu. de donatio. versic. si pater emancipauerit. &
versi. item de emãcip. quod bene not. Adde etiam vnum
a not. dictum † incidenter in materia emãcipationis, nam
2 licet pater emancipans filium, posit accipere, & retine-
re illud. quod lex permittit, scilicet, dimidiam vsusfru-
ctus in bonis filij emancipari. l. cùm oportet. §. cùm au-
tem. & ibi Barto. C. de bonis quæ liberis. §. hoc quoque.
Instit. per quas perso. nobis acquir. Sali. in l. pactum. C. de
collatio. Limita hoc singulariter esse verũ in bonis quæ-
sitis, sed in quærendis non: quia etiam expreisè de vsu-
fructu

fructu conuenire non potest. ita singu. limitat Ioan. And.
in addit. Spe. in tit. de filiis natis ex liber. vent. super rub.
sequuntur Papien. in l. de quæstione. in ix. col. ad fin. C. de
transactio.

ADDITIO.

Adde Roma. singu. cccix. & ibi in additio. Gab. Sar.

LXXVII.

Clausula insolita arguunt actum esse suspectum, & factum in fraudem.
2 *Citatus excusatur si non compareat, quando citatio habet verba non consueta.*
3 *Præceptum iudicis iniustum potest impunè sperni.*
4 *Clausulas insolitas apponens potest puniri de falso.*
5 *Priuilegium, vel rescriptum in modo narrandi habens stylum inconsuetum. præsumitur falsum.*
6 *Contractus præsumitur vsurarius ex pactis insolitis.*

1 CLausulæ insolitę arguunt † actum esse suspectum, & factum in fraudem. gl. est in l. si quis sub conditione. ff.
de condi. insti. Ias. plenè in l. testamentum. C. de testamẽ.
vbi inter cætera refert vnum dictum singu. Angel. in l. fin.
C. de cano. largi. titul. lib. x. quòd excusatur non compa-
2 tens, quando citatio † habebat verba oon consueta. &
propterea nec potest mulctari, puta cùm de stylo illius
loci solitum erat dici in præcepto, quòd compareat sub
pœna decem florenorum, & in præcepto diceretur sub
pœna ætis & personæ, tunc excusaretur non comparens.
quod nonquam exeat mẽtem tuam, quia fortè alibi non
inuenies. & Ias. ibi etiã declarat, quando abundans cau-
tela non nocet. facit vltra ipsum quòd si euidenter præce
3 ptum † esset iniustum, potest impunè sperni, nec per hoc
potest quis mulctari. l. ij. & iij. ne quis eum qui in ius voc.
est vi exim. Bar. in l. j. § is videtur. in vlti. col. ff. si quis ius
dicen. non obtemp. vbi dicit, quòd pro contumacia po-
test quis mulctari, quando est inexcusabilis: aliàs secus &
tex. in c. causam. ij. & ibi Abb. in vltimo nota. de testib. &
4 attest. imò posset † puniri de falso, qui inseruit clausulas
insolitas. text. est singu. in c. porrecta. de confirma. vtili vel
inutili. facit etiam tex. in c. ex parte. de capel. monach &
c. cùm adeo. cum ibi no. de rescript. c. memoriale. x. dist.
Abb. in c. ex parte. ij. in fi. de offic. delega. Item si priuile-
5 gium vel † rescriptum in modo narrandi habet stylum
inconsuetum, præsumitur falsum. c. quàm graui. de crimi.
fal. & dicit Bald. in l. cum consuetud. ff. de leg. quòd si no-
tarius rogatur, vt conficiat instrumentum, intelligitur
licito & consueto modo, quia insolita sunt suspecta. Ad-
6 de quòd † alteratio contractus, & pacta insolita faciunt
præsumi contra ipsum, quòd sit vsurarius. & idem de aliis
pactis similibus insolitis, quæ videntur contra naturam
meræ venditionis. facit l. qui testamentum. ff. de proba-
tio. vbi propter legis interdictum præsumitur fraudis si-
mulatio. eo. tit. l. cùm tacitum. & l. j. C. de natu. libe. Bald.
in c. j. ij. col. in fi. de feudo dato in vicem legis commisso-
riæ reprobando. Nota prædicta, quia fortè alibi ita latè
non inuenies.

ADDITIO.

Adde Guid. Papæ decisio. Gratianopol. cccxl. vbi idem tenet in pulchra quæstione. & consi. xxxj. nu. 9. vbi tradit, an iussus iudicis excuset à pœna. Et quòd clausulæ insolitæ inducant suspicionem simulationis, tradit Bal. in cap. quia verisimile. de præsumptio. & consi. lxxv. & ccxlj. vol. ij. Pau. de Cast. consi. cccxxxvij. col. iij. vol. j. Curtius Senior consil. lxxiij nu. 33. Aluis. de Albert. sing. cxliij Cæpola, in tracta. de simula. contractu. nu. 48 Matth. de Afflict. in tracta. de iure protho miseos. col. v. versi. nisi quis. Ias. in l. testamentum. C. de testament. & Alex. cons. xxviij. in causa & lite. col. ij. versi. nec etiam obstat si dicatur. nu. 8. volu. v. Et adde quod ibi notat Carol. Molin. quòd vbi abundantior cautela, ibi euidentior fraus, vt dixit Bal. in cap. ex literis. colum. ij. in fin. de consuetud. & in consi. cccclxxxvij. apparet. lib. j. Sic & ex diligentia insolita. Deci. consi. cccclxviij. nu. 23. Tanto magis si fiant instrumenta separata. Corne. consi. xlj. col. ij. lib. iij & adhuc magis si per interpositam personam. l. pupillus. § sed & si per interpositam. ff. de authorita. tutor.

LXXVIII.

1 *Expensis cuius id fieri debeat, quod fieri petitur.*
2 *Offendi timens ab inimico si petat a potestate familiam, quæ eum associetur, cuius expensis id fieri debeat?*

1 QVando quis petit † aliquid fieri, cuius expẽsis debet
fieri, puta si iudex mittat notariũ ad aliquem locũ
pro examinandis testibus, vel si iudex mittat causam ad
consilium sapientis, vel si debet mitti nuntios absenti ad
iurandum de calumnia, vel quando apostoli, seu literæ
dimissoriæ debent dati, vide post alios Papien. in l. præ-
tor ait. § etiam. in xj. col. ff. de edend. vbi inter cætera di-
cunt vnum perpetuò esse notandum, puta, si quis timens
2 offendi † ab inimico petiit cautionem ab eo, quòd eum non
offendet, & non vult præstare: iste qui timet, si petat à po-
testate familiam suam, quæ eum associet, tenetur da-
re: sed cuius expensis? dicunt quòd expensis timentis, ratio-
nibus & iuribus de quibus ibi per eos, quod nota.

ADDITIO.

Idem tenet Barth. Chassæ. in commen. consue. Burgun. in j. rub. in §. *messiers & sergens.* in verb. *par leurs sermens.* nu. 9. & decisio. Tholosa. cxij. & ibi Stepha. Aufrer. G. S.

LXXIX.

1 *Vtilitas publica priuata præfertur.*
2 *Creditor differens recipere debitum à republica, cadit à iure exigendi.*
3 *Corruptas merces emere quis compellitur ratione publicæ vtilitatis.*

1 COmmunis vtilitas † præfertur priuatę. Bar. & doc. in
l. j. ff. solu. ma. vbi limitãt. facit vltra ipsos l. actione.
§. Labeo. in versi. semper enim. ff. pro soc. & text. in l. nulli.
2 C. de eroga. mili. anno lib. xij. vbi creditor † differẽs reci-
pere debitũ à repub. cadit à iure exigendi. quod no. pro
limitatione gl. & doct. in l. quod te. ff. si cert. peta. & facit
text. singu. in l. j. C. de condi. in hor. pub. libr. x. vbi fauore
3 † publicæ vtilitatis compellitur quis emere merces cor-
ruptas. & tex. in l. nullus penitus. C. de cur. pub. lib. xij. vbi
propter publicam vtilitatem grauantur personæ priui-
legiatæ. facit ca. non minus. de immu. eccle. l. in prouin-
ciali. §. fi. cum l. seq. de ope. no. nun. l. seruũ quoque. §. pu-
blicè interest. de procu. & quod voluit Bal. in rubr. C. qui
accusa. non pos. & text. in l. si pendentes. § si quis cloaca-
rii. ff. de vsufr. & text. melior de iure in l. si quis in graui. §.
hi quoque. ad Silla. vbi datur libertas seruo fauore publi
cæ vtilitatis in casu prohibito dari. & tex. in l. j. C. vt ne-
mi. lice. in em. specier. se excu. lib. x. vbi compellitur quis
emere frumentum à repu. facit vnum sing. dictum Bor. in
c. ex parte. de rescri. per illum text. quòd si quis adstrinxit
se ad duo, iuxta notata in l. diuus. ff. de re iud. & in c. licet
causam de probatio. & per Bal. in l. j. ad fi. ij. col. ff. de con
di. indeb. & non probauit nisi vnum, quòd ad petitionẽ par-
tis non potest iudex sententiam ferre, sed iudex ex offi-
cio potest bene ferre, si illud probatum tendat ad publi-
cam vtilitatem. quod valde no. pro limita. d. l. diuus & d.
c. licet causam. cum si. facit etiam l. patroni. C. de of. rect.
prouin. vbi minor iudex punitur fauore reipnbli.

LXXX.

1 *Scire dicimur, quod vehementer opinamur.*
2 *Opinio vehemens habetur pro certitudine.*
3 *Heres debet esse certus, si hereditatem adire velit: & quomodo id limitetur.*

1 SCire dicimur † quod vehemẽter opinamur. gl. in l. ij. §.
idẽ Labeo ait cũ quæritur. verb. sciat. ff. de aqua plu. ar-
cẽ. gl. in l. si duo. §. pen. ff. vti possi. quod no. ad saluãdũ testes
deponẽtes de veritate, qui dixerũt se scire, cũ reuera non
scirẽt, sed audiuerint ab hoĩe bonæ famę & cõditionis, &
isti nõ debẽt puniri de falso. ita sing. tenet Pet. de Ancha.
cõsi. xxiij. inci. causa inquisitionis &c. sequitur Ias. in l. de
pupillo. §. si quis ipsi prætori. ix. col. ad fi. de no. ope. nũ. &
in l. certum. vbi plenè. ij. & iij. col. si cert. pe. vbi inter alios
refert quod mirabiliter cõsuluit Pe. de Anc. cõsi. cccxlix.
viso diligẽter puncto & cõsi. ccccIxxxv. visis diligẽter &c.
2 quòd testator † carens filiis habebat vxorem pręgnantem, &
in testamento ordinauit, quòd si ex vxore pręgnante na-

sceretur posthumus masculus, quòd esset hæres vniuersa-
lis, si filia fœmina haberet rantum dotem, & tunc insti-
tuebat hæredem Titium, nunquid ante partum possit
haberi illa condirio pro impleta? Mirabiliter consuluit
quòd sic, si ex vehementi opinione & coniectura sciri
possit, quòd sit in vtero fœmineus sexus, & hoc postea ap
paret ex partu nato: nam secundum eum præcedens opi
nio verisimilis concurrentibus multis de quibus ibi iun
cta cum veritate, quæ postea apparuit, facit illam vehe-
mentem opinionem haberi pro certitudine. nam secun-
dum eũ iste Titius potuit adire hæreditatem, & eã trans-
mittir tanquam aditam: per gl. & doct. in l. si quis extra-
neus. §. sciendum. de acquiren. hæredit. Et si est vera ista
3 decisio, limitãtur infinitæ leges dicentes, quòd hæres † de-
bet esse certus si velit adire. l. sed & si de sua. & l. quòd si du
bitet. & l. vẽrre. ff. de acquiren. hæredi. tamen Ias. ibi hanc
decisionem non firmat, & dicit quòd fuit mirabilis, & iu
dicat Petr. de Ancha. habuisse aliquid vltra hominem in
isto consilio.

LXXXI.

1 *Protestatio clandestina vnius valet quando propter iustum me-
tum non audet protestari parti præsenti, imò & si clam prote
stari timet, tamen probato metu potest venire contra actum.*

1 PRotestatio clandestina † vnius valet, quãdo propter
iustum metum oon audet prorestari parti præsenti.
c. si iustus metus. de appel. & c. j quod met. cau. Bal. cũ ali
quali limita. in l. clari. C. de fideic. bene facit quod volunt
do. Ant. & Abb. in c. tua nos. de spons. ꝙ si aliquis nõ in-
tendit contrahere propter metum principis, aut propter
metum partis, si protestatur in absentia coram testibus,
talis protestatio iuuat, nisi postea sequatur copula. quod
bene no. imò plus tenet glo. in c. j. in gl. j. & ibi Abb. extrà
ꝙ me. cau. ꝙ si aliquis propter iustum metum non solùm
non audet contradicere, sed nec etiam prorestari coram
aliis, eo quia timet, ꝙ illa protestatio clãdestina non reue
letur parti, certè sufficit postea probare de tali metu, &
poterit venire contra talem actum, vt in c. ij. & in c. ad au
res. quod met. cau. & quod no. in c. cũ matrimonij. de of.
dele. de muliere quæ in absentia mariti clandestinè pro-
testatur, ꝙ nõ vult cõsentire alienationi talis fundi dota
lis, nũquid talis clãdestina protestatio, quã vxor nõ auder
facere marito propter iustũ metũ mariti, releuet mulie-
rem? tenet ꝙ sic, dummodo probetur de iusto metu. facit
etiã quod no. Bar. & doct. in l. de pupillo. §. si quis ipsi præ
tori. ff. de ope. no. nunc. quãdo quis non audet protestari
ipsi prætori, sufficit protestati corã vicinis, dato ꝙ ad no
titiã ipsius prætoris non veniat cum ipse sit in culpa. Set-
ta memoriæ prædicta, quia multoties interrogabetis.

LXXXII.

1 *Posse non dicimur ea que sunt cõtra honestatẽ, vel lædũt famam.*
2 *Impossibile reputatur id, quod non decet.*
3 *Nobilis qui stat in domo, quia est malè vestitus, & verecunda-
tur, restituitur aduersus lapsum temporis.*
4 *Honestas per diuitias conseruatur, quæ per inopiam perit.*
5 *Nobilis insultatus à rustico fugere non debet, & ideo cũ posset fu-
gere si tamen non aufugit, sed cũ occidit, non punitur de occiso.*
6 *Duellum inire licet pro defensione honoris.*
7 *Honor & vita æquiparãtur, & ita licet defẽdere famã sicut vitã.*
8 *Fama causa dicitur ardua.*

1 QVæ sunt contra † honestatem, vel lædunt famam, æsti-
mationem, & opinionem, vel sunt contra bonos mo
res, oon dicimur posse. l. filius. & l. conditione. ff. de cõdi.
insti. & ibi Bald. & quod habetur in l. Nepos Proculo. de
ver sig. & xxij. q. ij. c. faciat homo. & ideo Cardi. in c. per-
2 pendimus. de senten. excom. dixit. quòd † omne indecens
reputatur impossibile apud Theologos. facit gl. sing. in l.
semper in coniunctionibus. de regu. iur. & text. cum gl. in
l. in eadem. ff. ex quibus cau maio. vbi glo. dicit, quòd si
quis est oudus, vel malè vestitus excusatur. Nico. de Nea-
3 pol. dicit, quòd si nobilis stat in domo, † & verecundatur,
quia est malè indutus, restituitur aduersus lapsum tem-
4 poris. quod not. oam propter diuitias † conseruatur ho-
nestas, quæ per inopiam perit. in aut. de testib. §. sanci-
mus. C. de suspect. tut. l. pietas. cum simi. facit quod dixit
5 Bar. in l. vt vim. de iusti. & iur. quòd non decet, † quòd no
bilis fugiat, si est insultatus etiam à rustico, & ideo si eum
occidit, cùm posset fugere, non punitur de occiso. idem
tenet Bal. in d. l. filius. de condi. insti. & idem Bal. in c. j. cir
6 ca prin. v. col. de pace tenen. in vsib. feud. dixit, quòd † pro
defensione honoris sui, licet inire duellum: quia crudelis
est, qui negligit famam suam. c. nolo. xij. q. j. facit l. semper
in contractibus. ff. de ritu nupt. & c. si iusta. de offic ordi.
quod not. extrà de consan. & affi. c. non deber. & xxxj. dist.
c. Nicena. facit, quia honor commodo præferendus est. l.
7 Iulianus. ff. si quis omis. causa testa. nam honor † & vita
æquiparantur. l. iusta causa. de manumis. vindi. & ita licet
defendere famam sicut vitam. facit gl. in §. suspectus au-
tem. in versic. ob culpam. insti. de suspect tut. & quod egre
giè vult Bald. in c. ex ratione. ij. col. de appel. quòd omnis
8 † causa famæ dicitur ardua. & tex. in ratione sui. l. si inimi
citiæ. ff. de his quibus vt indignis.

ADDITIO.

Adde Andr. Tiraq. in tractatu de nobilitate, ca. xx. nu. 182. nobi-
les, & eorum vxores. Gab. Sar.

LXXXIII.

1 *Blasphemus carceratus quibus cautelis possit à carcere liberari?*
2 *Lusor semper blasphemat.*
3 *Blasphemans ad despectum Dei ex consuetudine loquendi loci,
an teneatur pœna blasphemiæ?*
4 *Consuetudo iniqua excusat à pœna temporali, non à diuina.*
5 *Consuetudo excusat notarium à falsitate.*
6 *Consuetudo excusat à pœna in his, quæ non sunt de se mala.*

TEne meori duos modos ad liberandum eum, qui est
1 in carceribus propter blasphemiã. Primus & † mi-
rabilis est, quando adesset statutum in loco, quòd si quis
fecerit pacem cum offenso, debeat de carceribus relaxa
ri, certè incarceratus propter blasphemiam si sit confes-
sus peccata sacerdoti, & ab eo absolutionem obtinuerit,
cùm dicatur habuisse pacem ab offenso, debet relaxari.
ita singularitet Bart. consi. incip. minister fratrum de pœ
nitentia &c. Papienses dubitant de ista decisione, in l. iij.
§. j. in v. col. in prin. ff. de inreiur. & in contrarium allegãt
aliqua quæ vide per eos. vltra ipsos contra Bartol. facit,
quia statuta non recipiunt fictionem. l. iij. cum vulgari-
bus. de neg. gest. sed confiteri peccata sua sacerdoti, fictè
dicitur habere pacem cum offenso. sed statutum dicit,
si quis fecerit pacem directè cum offenso, ergo &c. Cogi-
ta tamen, quia etiam alia possent contra eum allegari,
præmaximè cùm esset delusorium tale statutum puniens
blasphemantem, cùm semper posset confiteri, & hoc ca-
su committi fraus, quod non esset dicendum, quia nun-
quam abstineretur à blasphemia, nisi puniretur, quod
esset irrationabile. Vnde dicerem quòd fortè antequam
esset incarceratus si confiteretur peccata sua, quòd de-
beret relaxari, & hoc faceret bono zelo. Sed quando est
in carceribus, præsumitur fecisse in fraudem timore pœ-
næ, non quòd velit se à blasphemia abstinere, præcipuè in
2 lusore, † cùm semper blasphemet. Secundus modus est,
3 quando adesset generalis consuetudo † patriæ sic mater-
no sermone dicendi, ad despectum Dei, vel similia ver-
ba, vt est hodie in omni loco, talis detestabilis consuetu-
do tunc non diceretur blasphemia, sed maledictio. l. quo
ties. §. si quis nomen. iuncta gloss. secundum intellectum
Rog. de hæredi. instit. & sic non haberet locum tunc pœ-
na blasphemiæ. ita singul. Bald. consi. incip. in Christi no-
mine, an dicatur malefacere, vel blasphemare &c. & idẽ
tenet Ang. in l. his verbis. § j. de hæredi. insti. Sed Imo. ibi,
reprobat Ange. cùm iste dicatur prauus vsus loquendi, &
detestabilis. § ad hoc. iuncta gl. in auth. vt nulli iudi. Ta-
men pro opi. Bal. & Ang. facit secundum Papienses, quia
4 consuetudo quãuis praua, † iniqua, & irrationabilis, ex-
cusat à pœna tẽporali. gl. no. & ibi Abb. in c. cùm venera-
5 bilis. in j. gl. de consue. quamuis non excuset à pœna diui-
na. glo. in c. denique. iiij. dist. per quas glo. consuluit Rom.
consi. cccclxvj. incip. videtur prima fronte &c. ꝙ consue-
tudo patriæ de non obseruãdo iuramẽto, licet sit praua,
& irrationabilis, tamen excusat à pœna temporali, non
autem à pœna diuina. & istud est melius, quod posset al-
legari

legari ad præsens propositum secũdum Papienses. Eo-
5 dem modo consuetudo † excusat notarium à falsitate.
Bal. in c. j. de fen. cognit. & in l. j. C. de confes. Cano. in
ca. iij. de fide instr. bene facit quod consuluit Pet. de
Ancha. consi. ccclxxij. inci. iure scripto &c. Caue tamen
in prædictis quod alibi no. Inno. in c. sanè. de offi. dele.
quẽ sequitur Bald. in repet. l. de quibus. ff. de legi. quòd
6 consuetudo excusat † à pœna in his quæ non sunt de se
mala: quod nõ est in proposito nostro blasphemia, quę
tendit ad contemptum Dei, & est contra ius gentium,
& contra ius diuinũ. & hoc mihi plus placet, & ita iudi-
carem cõtra istos blasphematores. quæ oia bene nota.

ADDITIO.

Adde Nico. Boer. dec. xcj. num. 3. & Rom. singu. xix. & ccclxxxiiij. & ibi in additio. & dixi in annotatio. meis ad Matthæ. Mathesil. sing. lxxvij. nota doctrinam mirabilem. nu. 7. G.S.

LXXXIIII.

1 *Executor vltimæ voluntatis tenetur reddere rationem administrationis. Et idem est in omni administratore.*
2 *Frater qui post mortem patris administrauit bona fratris minoris, tenetur ei reddere rationem administrationis.*
3 *Filiusfamil. qui viuo patre administrauit, tenetur post mortẽ patris reddere rationem fratribus de administratione.*
4 *Frater maior, qui omnia bona administrauit, an in diuisione bonorum possit petere illud salarium, quod pater negotiorum gestori dedisset.*

1 EXecutor † vltimæ volũtatis tenetur reddere ratio-
nẽ administrationis. l. si hæres. vbi docto. ff. de con-
di. ob cau. adde idem esse in omni administratore. l. j. §.
officio. ff. de tutel. & ratio. distrahen. quẽ text. ita exten-
dit ibi Bar. Intantũ quòd Roma. consil. ccccxiiij. incip.
2 quod ad primum &c. in j. dubio, cõsuluit, quòd frater †
maior natu qui post mortẽ patris administrauit bona
fratris minoris, tenetur ei reddere rationem admini-
3 strationis. Adde fortius ꝙ filiusfami. † qui viuo patre
administrauit, tenetur post mortem patris reddere ra-
tionẽ fratribus de administratione. ita sing. tenet Abb.
cõsi. xij. inci. casus talis, aliàs, vt clarè materia thematis
liqueat. in vj. dub. in j. vol. sequuntur Papienses in d. l. si
hæres. vbi dicunt secus in patre administrãte bona ad-
uẽtitia filij, cùm sit legitimus administrator, & ad eum
spectet vsusfructus, non tenetur reddere rationẽ. Limi-
tant tamen, quando pater administrasset vt tutor, puta
filij emancipati. quod not. Adde ꝙ solus Fulgos. in l. il-
lud sine. C. de colla. dicit, pone, pater vnius senio cõfe-
ctus habet multas possessiones, & filius maior natu o-
mnia gubernat, tam domestica negotia, quàm curam
possessionũ: alius filius fortè infans, aut paulò maior,
4 nihil facit in domo, & ita frater † maior natu se exercuit
multis annis. patre mortuo, isti fratres veniunt ad diui-
sionem bonorum paternorũ: iste frater maior natu di-
cit quòd lõgo tempore administrauit, & propterea an-
te partem petit tantum salarij quãtum pater vni nego-
tiorum gestori dedisset. dicit Fulgo. quòd debet habere
tale salarium. dicit tamen quòd aliàs non vidit obten-
tum, cùm hoc esset petitum, Papienses autem tenẽt con
trarium, vbi videas. Nota prædicta, quia quotidiana.

LXXXV.

1 *Executoris officium ad hæredem non transit.*
2 *Hæres grauatus a testatore, vt fideiubeat, potest ad soluendum cogi, & si soluit, nihil repetit.*

TEne menti, quod egregiè consuluit Angel. cõsilio
ccxxvij. inci. punctus quæstionis &c. per tex. no. in
l. si hæres. in prin. ff. de lega. j. quòd si testator in suo te-
stamento instituto filio, & filiæ facto legato, relictoque
cis fratre executore testamẽti, decedat, & cõtingat etiã
decedere fratrẽ executorẽ, qui similiter institutis suis
filiis dicat, Itẽ lego, iubeo, & mando quòd prædicti hæ-
redes mei executioni mandent testamentũ fratris mei:
quod per hæc verba, quia officium † executoris ad hære-
dem non transit, videtur testator mandasse, vt soluãt le-
gatum factũ filiæ alterius testatoris, cuius ipse erat exe-
2 cutor. quod no. Adde etiã quòd † hæres grauatus a testa-
tore, vt fideiubeat, potest cogi ad soluẽdum, & si soluit,
nihil repetere potest. tex. est sing. in l. tribus. ff. de vsufr.
earum rer. quæ vsu consu. in versi. pen. vbi Bald. dicit, ꝙ
semel interrogauit vnum scholarem in examine, & de
directo contra illum tex. respondit. sequuntur Papien-
ses in l. si fideiussor. in princi. ij. col. de lega. j. vbi referũt
alibi Bal. & alios illum text. reputare mirabilem. Vide
tamen omnino Bal. in l. j. §. ne autem. pen. col. ad fi. C.
de cad. tol. vbi singulariter limitat illum tex. procedere,
quando fideiussio affert modicum præiudicium, aliàs
secus, vel dicit esse recurrendum ad coniecturas, secun
dum Petr. & Cy. illum tex. sequitur etiã Roma. in sing.
dcccxxiiij. in vlt. char. vbi etiam refert Bal. Pet. & Cy. in
d. §. ne autem. limitate, quando talis quantitas soluta
ex fideiussione esset multò maior lucro quod percepit
à testatore, tunc potest repetere à principali debitore:
sed dic quòd non ita limitant prædicti doct. sed dic vt
suprà dixi, quia isto casu non esset coniectura, quòd
hæres non possit repetere, ideo volui hæc referre, quod
bene nota.

LXXXVI.

1 *Iuramentum non est propriè probatio.*
2 *Iudex si me condemnet, nisi probauero, tunc nunquam deferetur iuramentum.*
3 *Testium numerus si pro forma actus, vel probationis sit statutus, vtrum suppleri possit per iuramentum, vel per extraneas coniecturas?*

1 IVramentum † non est propriè probatio. doct. & ibi
Ias. in l. ait prætor. §. iurari. circa medium iij. col. ff.
de iure iur. facit, quòd si iudex condẽnat me si non pro-
2 bauero, tunc nunquam † deferetur iuramentum, & sic
nunquam probatio fiet per iuramentũ. tex. est sing. in l.
Lucius. de condi. & demon. secundum Barb. in addi. ad
Bal. in c. j. §. item si vasallus. super versi. Iuramentũ. de cõ
3 trouer. inuesti. & ibi Bal. ad fi. quærit, si numerus † testiũ
est statutus pro forma actus, vel probationis eius, vtrũ
possit suppleri per iuramentum, vel per extraneas con-
iecturas: & dicit quòd non. alleg. glo. in l. cùm propone-
batur. de lega. j. quæ omnia bene no.

ADDITIO.

Vide Nic. Boer. decisio. ccxliij. nu. 6. Gab. Sar.

LXXXVII.

1 *Petens aliquid alterius nomine, obtinere non debet, nisi de mandato constet, licet ille alter dixisset, quòd darentur omnia cuicunque eius nomine petenti.*

1 NOta, ꝙ si quis dixerit vni, ꝙ cuicunque † nomine
eius petenti aliquid, puta decẽ, daret, & vnus pe-
tat nomine eiusdẽ, nõ debet ei dare, nisi expressè con-
stet de mandato illius, cuius nomine fuit petitum, aliàs
imputabitur dãti, si postea aliquid mali accidat. tex. est
sing. & digito ligandus, in l. si quis vxori. §. apud Labeo-
nem. ff. de fur. Adde no. decis. quam ponũt Pet. & Cy. in
l. ad probationem. j. in fi. C. de proba. vbi quęrũt, pone,
depono pecuniam penes te, & ilipulor illam reddi cui-
cunque portãti literas manu mea, vnus apportat literas
meas, nõ est dubium ꝙ depositarius potest illi restitue-
re, tamen illi non quæritur actio contra depositariũ, vt
possit agere contra ipsum, si nollet restituere pecuniã.
ita determinant præfati doct. tene menti. sequũtur Pa-
pien. in l. certi cõdictio. §. quoniam. in ij. col. ff. si cer. pe.

ADDITIO.

Adde Nico. Boer. decisio. cclxxxj. nu. 6. Gab. Sar.

LXXXVIII.

1 *Iudex causæ præparantis, est iudex causæ præparatæ.*
2 *Iudex ecclesiasticus in causa matrimonij, cognoscit etiam de dote.*
3 *Absolutio facta a iuramento non extendit iurisdictionem.*

1 QVi est iudex † causæ præparãtis, est etiã iudex cau
sæ præparatæ. l. ordinarii. C. de rei vendi. per quã
legẽ infert ibi sing. Bal. in ij. no. ꝙ si aliquis dictu
rus instrumentũ simulatũ, vel vsurarium vadat ad epi-
scopum pro absolutione iuramenti contenti in instru-
mento, ꝙ episcopus debet postea etiam in causa princi
pali simulationis, vel vsurariæ prauitatis adiri: quod est

summè notandum, secundum eum. facit tex. in c. ple-
2 runque. de dona. inter virum. vbi ratione† matrimonij,
quod est spirituale, iudex ecclesiasticus cognoscit etiã
de dote. istud dictum Bal. sequitur Alexan. consi. cxcvij.
ij. volu. quod incipit, circa primum quæsitum. ad fi. &
consi. lxiij. iij. volu. quod incipit, in causa & lite verten-
te inter Thomam. & in l. quoties. C. de iud. & ibi Papiẽ-
ses, & in l. nam & postea. §. si minor. circa medium. v. col.
ff. de iureiuran. quod teneas fixũ cordi. Limitat tamen
singulariter Pau. de Cast. in d. l. ordinarij, dicens, quòd
3 semel habuit de facto in Brixia, & actor qui petebat† e-
xecutionem instrumenti, ne occasione iuramẽti trahe-
retur ad curiam ecclesiasticam, vbi causæ nunquam fi-
niuntur, & ne appellaretur postea ad curiã Romanam,
remisit iuramẽtum: quod facere potuit, cùm esset præ-
stitum ad eius vtilitatem, vt per Bart. in l. j. §. & post ope
ris. de oper. noui nuntia. & in l. Labeo. ff. de iureiur. Sed
pars non obstante remissione à iuramento petiit abso-
lutionem iuramenti ab Episcopo, & postea volebat tra-
here causam principalem ibi. certè non potuit: quia ex
quo iuramentum iam erat remissum. nõ potuit absolu-
tio fieri, nisi de facto: sed absolutio facti non potest ex-
tendere iurisdictionẽ. argumen. not. per gl. in l. si pater.
C. ne de stat. defun. & in capit. cùm in plures. de offic.
dele. in vj. quod nunquam exeat mẽtem tuam, quia fuit
valde pulchra limitatio, & cautela ad dictum Bal. & ita
consuluit idẽ Pau. in consi. lxviij. quod inci. visis & pon-
deratis omnibus, &c. aliàs est septuagesimumprimum.

LXXXIX.

1 *Filij inæqualiter à patre instituti, vel hæreditatem etiam iura-
mento repudiantes, æqualiter succedunt in emphyteusi, vel
feudo patri concesso pro se, filiis, & nepotibus: & quid si
repudiauerint bona?*
2 *Filius qua cautela possit vti, vt bona possideat, & ad debita pa-
terna non teneatur?*
3 *Bonorum appellatione continetur emphyteusis.*

NOta quotidianam decisionem secundum Bart. &
doctor. in l. si non sortem. §. libertus. ff. de condi.
1 indeb. q̃ si aliquis† acquisiuit emphyteusim, vel feudũ
pro se, filiis, & nepotibus, q̃ filij æqualiter succedent in
tali emphyteusi, vel feudo mortuo patre, quãuis pater
in testamẽto tales filios inæqualiter instituerit, vel etiã
dato, quòd filij repudient hæreditatẽ patris, ratione de
qua ibi per eum. Quod extendit singulariter Bal. in c. j.
iij. col. an agna. vel filij. in vsi. feud. etiã si talis renuntia-
2 tio hæreditatis paternę fieret cum iuramento. Ex quo†
secundum eũ potest adhiberi noua cautela nõ cogitata
per alium, vt ipse dicit, per quam filius nõ tenebitur ad
debita patris, scilicet quòd repudiet hæreditatem pa-
tris, postea acceptet emphyteusim vel feudum. quod ser
ua memoriæ. Limita tamen singulariter secundum Pa-
pienses in dicto §. libertus. vt prædicta procedãt, quan-
do filius renuntians promisit nihil plus petere de hęre-
ditate paterna: secus autẽ si filius repudiet bona pater-
3 na per dictionẽ bona, quia appellatione† bonorũ bene
cõtinetur emphyteusis. l. rem nobis. de acqui. rer. do. &
l. bonorum. de ver. sign. ita singulariter tenet Spe. quem
nemo vnquã ad hoc allegauit secundũ prædictos doct.
in tit. de loca. §. nũc aliqua. versi. clviij. ad fin. Et alias li-
mitationes & ampliationes ad prædicta, vide plenè per
dictos Papienses in d. §. libertus. quę omnia bene nota.

XC.

1 *Error in nomine proprio, vel prænomine, vel cognomine non vi-
tiat, si de corpore constet. limitatur vt ibi.*
2 *Baptizans si intendit baptizare masculum, & ei imponat no-
men masculinũ, cùm sit puella, non est baptizata ipsa puel-
la: secus si simpliciter baptizabat.*

1 REgula est, q̃ error in† nomine proprio, vel præno-
mine, vel cognomine nõ vitiat, si de corpore con-
stat. l. si in nomine. C. de testa. & per doct. in l. si quis in
fundi vocabulo. de lega. j. vbi ad illã regulã tradũt quã-
plures limitationes, quarũ hæc est vna not. quòd si ba-
2 ptizãs† intẽdit baptizare masculũ, & ei imponit nomẽ
Petrus, cũ sit puella, nõ est baptizata ipsa puella, quan-
do baptizans intẽdebat masculum, & non fœminã ba-
ptizare. Ratio, quia oportet q̃ intẽtio baptizãtis funde-
tur super vero. de consecr. dist. iiij. c. quãuis. & c. solent.
secus si de hoc non cogitabat, sed simpliciter baptiza-
bat. ita determinat Hosti. in summa de baptismo. §. quę
sit eius forma. versi. quid ergo si quis putet. quod nota.

XCI.

1 *Testes possunt examinari ad instantiam rei ad perpetuam rei
memoriam, etiam super exceptione sibi competenti. Et quo
remedio vti possit, si sua exceptio per testes non sit probãda?*
2 *Debito alterius grauatus, vel qui grauari timet, potest officium
iudicis implorare, vt inhibeat ante factum, ne hoc fiat.*
3 *Iudex potest condemnare actorem ad absoluendum reum.*
4 *Ius in re non habens, si timeat ab alio molestari, an possit pete-
re declarari illi alij nullum ius in ea re competere?*

1 TV scis, quòd † reus potest facere examinari testes
ad perpetuam rei memoriam, iuxta ca. quoniam
frequenter. vt lite non contest. quod extende etiam vbi-
cunque testes reperirentur super aliqua exceptione,
quod tunc tutus exceptione poterit facere examinari
tales testes, ne probatio sua pereat, vt voluit not. Abb.
in c. significauit. in fi. de testib. Sed pone, quòd talis ex-
ceptio non sit probanda per testes, sed alio modo, quo
remedio sibi consuletur, ne probatio sibi pereat, cum
hoc casu non potest actorem cõpellere agere, vt l. j. C. vt
nemo inuitus &c. dic, quòd remedium erit, vt iudicem
adeat, & suum officium imploret, petens sibi declarari
exceptionem cõpetere, & sic visa sua legitima exceptio-
ne perpetuum silentium imponat actori. Istã cautelam
& remedium tradidit glo. no. in l. Aurelius. §. centum. in
versi. consequi posse. ff. de libe. lega. & glo. in l. si conten-
dat. ff. de fideiuss. & tex. in l. iij. C. qui bo. ced. pos. & ibi
Bald. dicit illum tex. esse menti tenendum ad hoc, quod
2 ille qui pro † debito alterius grauatur, vel grauari ti-
met, potest officium iudicis implorare, quatenus inhi-
beat ante factum ne hoc fiat. Facit quod vult Bal. in ca.
pastoralis. §. quia verò. in vlti. col. de offic. deleg. quod
3 iudex† potest condemnare actorem ad absoluendum
reum. alleg. glo. in l. Labeo. in gl. ij. ad fi. de arbi. quã di-
cit esse vtilem pro tutoribus, qui petunt absolutionem
administrationis, ne sint in perpetua vexatione. Et sic
licet ex tali exceptione non oriatur ius agẽdi. l. si intra.
ff. de pact. potest tamen implorari officium iudicis, per
iura allega. sequitur Roma. consi. ccccxij. & Pau. de
Cast. in d. l. si contendat. de fideiuss. vbi prædicta limitat
4 procedere, quando prætendo me † ius habere, vt illud
declaretur: secus si non haberem ius in re, puta si essem
in possessione alicuius rei, in qua non haberẽ ius, & du-
bitarem in ea molestari à te, quem etiã scio nullum ius
habere in eadem: quia tunc non possem agere ad decla
randum te nullum ius in illa re habere, iuribus, de qui-
bus ibi per eum. quod est singulariter notandum secun
dum eum, quæ omnia not. & de his plenè per Bar. & A-
lex. in l. si finita. §. eleganter. de dam. infe.

XCII.

1 *Oblatio verbalis ad euitãdam pœnam, an & quando sufficiat?*
2 *Oblatio verbalis te debitorem nõ iuuet, qua cautela fieri possit?*

1 AN & quãdo sola† oblatio verbalis * ad euitationẽ
* pœnæ sufficit? Bald. in l. acceptã. C. de vsur. Angel.
& Imo. in l. si mora. in fi. sol. ma. & Bar. & doc. in l. si insu
lã. ff. de ver. obl. Vnũ tamen diligẽter not. in practica, vt
2 verbalis oblatio† nihil operetur, quòd quando debitor
dicit, ego sum paratus soluere, quòd creditor dicat, ego
sum paratus recipere: quia tunc illo actualiter non sol-
uẽte, talis oblatio nihil operatur, & sic talis debitor of-
ferẽs pro verbis verba reportat, vt ait tex. in c. ecclesias.
§. ad hæc. xiij. q. j. ita dicit singulariter Bar. in l. pen. ad fi.
ff. de dist. pig. & Imo. in d. l. si mora. in prin. & l. si seruus
cõmunis. de vulg. & pup. facit quod no. Bar. in l. de pu-
pillo. §. si quis paratus. ad fi. de no. ope. nun. qđ bene no.

ADDITIO.

* Oblatio verbalis tũc cõstituit creditorẽ in mora, qñ cre
ditor protestatur se nolle pecuniã recipere, secũdũ Bal.
fin. in l. j. C. ne lic. in vna ead. caus. tert. prouoc. sequtur Ale.
post

post Cuma.& Pau.in l.si mora.v.fallen.sol.matri.& in l.
qui Romæ.in prin.ff.de verbo.obli.& multi† commen-
dat pro limitatione l.qui decem.§.idem responsum.ff.
de solu. & ad remedium hic datum vt oblatio verbalis
nihil operetur,adde Aret.in d.l.qui Romę.no.j.qui mul
tum comendat.& Ias.in l.ij.ver. circa tamē illud. C. de
iur.emphyt. Turius tamē erit,si creditor dicat,da mihi
nūc.iuxta notab.dictum Bart.in l.qui solidum.in prin.
ff.de leg.ij.declarando vt per Mathes. sing. clxxxvij.is-
ctis his quæ scribit Ias.in l.quidā existimauerunt.no.ij.
ff.si cer.peta.quia tali casu oblatio verbalis nō releuat.
d.l.qui decē.§.idē responsum.ff.de solu.Alex.consi.cyj.
versic.nō obstat etiam.lib:iij.cōsi.xxxix. vertitur.lib.v.

XCIII.

1 *Statuto prohibente vltra certam quantitatem alicui relinqui, an per testatorem illi soli possit dari facultas distribuendi pecuniam pro anima testatoris?*

1 NOta perpetuò quòd si statutū prohibet,ne† mari
tus posit relinquere vxori vltra certā quantita-
te, vel, vt nō posit sibi relinquere quò ad vsumfructū,
prout est statutū in ciuitate Papiæ,an per maritū posit
dari facultas soli vxori distribuēdi pecuniā pro anima
testatoris? Dic quòd nū,ne fiat fraus statuto.ita expresſè
determinat Io.And.in addi.Spe.in tit.de instru.edi.§.
nunc verò aliqua. post mediū.Alex.consi.lvij.ij. vol.iij.
colum.incip.prospectis. Alexan.in l.cogi.§.hi qui soli-
dum.ff.ad Treb.& Ias.in l.non dubium.in prin. xj. col.
C.de legi.no.istam quæst.quia quotidiana.

XCIIII.

1 *Vsufructuarius an censeatur ille, qui emit à communi fructus Lacus,vel emptor,an verò conductor?*
2 *Datiarijs an fiat remissio propter guerram,vel pestem?*

1 NOta quòd qui† emit à cōmuni fructus Lacus cē-
setur vsufructuarius. ideo si cōmunitas habebat
naues piscatorias in tali Lacu,licet simpliciter vēdide-
rit fructus Lacus,debet habere cōmoditatem nauium,
sicut haberet vsufructuarius.ita not.dicit Bald.& alibi
non reperitur in l.j.in fi. C.de ver.sig. quem sequuntur
ibi doc. alle.l.sed addes.§. illud.ff loca.& l. itē si fundi.
ff.de vsufru.not. istam æquiparationē multum cōferen-
tem ad no.per Bar.in l.cotem ferro.§. qui maximos. ff.
de publican.in quæstione quæ incipit, publicanus. vbi
plenè disputat de eo qui emit fructus Lacus à cōmuni,
an cēseatur vere emptor, an cōductor. vtilitas est scire,
quia si cōductor censetur,fieret remissio propter steri-
litatem, & damnū propter guerras nō spectaret ad eū:
secus si esset emptor. quod facit ad datiarios seu publi
2 canos,qui emerunt pedagia,vel datia, an eis† fiat remis
sio propter guerram,vel pestem. ad illam materiā mul-
tum confert æquiparatio Bart.ibi. sequitur Cæpola in
tract.de serui.rusti.prædio.cap.de lacu.in fi.quod no.

ADDITIO.

Vide Nico.Boer.decisio.ccxlix.nu.11. Gab.Sar.

XCV.

1 *Pecunia in muro domus recondita , an sit emptoris vendita domo? Et quid de thesauro?*

1 TEne mēti quòd si recōdis† pecuniā in muro,post-
ea vēdis domū , illa pecunia in muro recōdita nō
est emptoris,sed recōditoris, & postea vēdentis domū:
quia vēdita domo non intelligitur alienata dicta pecu-
nia.casus est de hoc singularis secundū Bar.& Bald.in l.
à tutore.ff.de rei vēd.refert & sequit Are.i §.thesauros.
in fi.Insti.de re.diui.vbi dicit se habuisse de facto. Intel
lige de pecunia,sec9 de thesauro, vt dicit ille tex.qđ no.

ADDITIO.

Adde Io.de Arnò.problema xxix. Gab.Sar.

XCVI.

1 *Spiritualis causa, vel incidens, licet coram iudice seculari cognosci non possit.tamen fallit quando causa incidēs est super facto. Quod tamen nō procedit,quādo mota tali quæstione pars statim iudicem ecclesiasticum adit, & petit super ea pronuntiari,coram eo partem citando : & sic antequam iudex secularis cognoscere incipiat*

NOtāt Bar.& doct.in l.Titia.ff.solu.mat.& Abb.&
alij,in c.cùm sit generale. de fo.cōpe. & in c.tuā.
1 de or.cogni.q licet† causa spiritualis,vel incidēs ab ea,
& sic quæstio super iure coram iudice seculari cognosci
nō posit: tamen quādo causa incidens est super facto,
bene potest.& ita asserit doct.practicari.idem Ange.te
net in sua disputatione quę incipit,Assēsis miles.Et sub
dit,quòd si vsuræ peterētur tanquā interesse, tūc etiam
principaliter iudex secularis cognoscere posset. quod
intellige etiā si reuocaretur in dubiū per aliam partem,
quod illud nō esset interesse,sed vsura.quia attendenda
est distinctio Bart. & doct. ā. aliàs perrarò posset agita-
ri,& terminari aliqua quęstio corā seculari,prę maximè
super successionibus:quia semper cōuentus volēs decli
nare,& dilatare negotiū,poterit opponere de matrimo
nio nō legitimo. Posset tamē dici nō procedere,quādo
mota tali incidēti quæstione pars immediatè iudicē ec
clesiasticū adiret,& peteret soper ea pronūtiari, citādo
alteram partē,vt compareat corā eo super examinatio-
nē, & cognitione talis quæstionis , & sic antequā iudex
secularis cognoscere incipiat. & ista esset bona practi-
ca,& pulchra cautela:quia tūc haberet obstare ipsi secu
lari, nō solum effectus iurisdictionis, sed etiā pēdentia
quæstionis pręiudicialis,corā suo proprio iudice.& ma
ximè hoc procederet , si esset facta inhibitio per ipsum
ecclesiasticū, prout facere potest, per id quod not.in d.
ca.tuā. & ita semel fuit seruatū in quadā causa, vbi qui-
dam recurrebat cōtra laudum arbitratoris,& pars ad-
uersa comparuit corā iudice seculari,dicēdo illū audi-
ri nō debere,ex quo venit cōtra iuramentū in compro-
misso appositum. recurrēs vero replicabat quòd arbi-
trator fuit in dolo,qui dolus futurus videtur exclusus à
dicto iuramēto.vnde stante tali disceptatione,pars cō-
tra quam recurrebatur , vicariū episcopi adiuit, & pe-
tiit pronuntiari recurrentem esse periurū,& venisse cō-
tra iuramentū,& sibi præcipi, & cogi ad obseruantiam
iuramenti,faciendo illum citari,& inhiberi,vt supra di
ctum est.quod valde nota per prædicta.

XCVII.

1 *Verba in contractibus interpretantur contra stipulatorem. limitatur,vt ibi.*
2 *Mandatum interpretatur secundum mentem mandantis.*
3 *Dominus stipulans à rustico,quòd teneatur vineam plantare,& quartam partem fructuum ei dare , si rusticus alias arbores plantauerit,de illis etiam quartam partem fructuum dominus habere debet.*
4 *Frequentioris vsus gratia dictum alios similes casus non excludit.*
5 *Inclusio vnius est exclusio alterius . Et quomodo id limitatur?*

1 IN contractibus† verba interpretātur cōtra stipulato
rem.l.veteribus.ff.de pac.l.stipulatio ista habere lice-
re.§.in stipulationibus.ff.de ver.ob.& ibi Papiēses post
alios limitant, & inter cætera limitāt non procedere in
2 mandatis:quia† tunc secundum mentē mandātis inter-
pretatio fiet.allegāt gl.no.in c.petitio. in glo.fi.de pro-
cu.cum si. Limitāt etiā ex eo quod singulariter decidit
Io.And.in addi.Spe.in tit.de loca.§.j.versi.quid si colo
3 nus. q si domin9 stipulatus† est à rustico,vel colono, q
plantaret vineā,& quartā partē fructuū ei daret: si iste
rusticus plātauit etiā alias arbores,quàm vites,nihilo-
minus tenetur dare quartā partē domino, etiā de aliis
arboribus:quia de illis nō cogitabat tēpore cōtractus.
arg.l.tale pactu.§.fi.de pact. quāuis videbatur dicendū
cōtrarium per prædicta,cùm nulla mētio de arboribus
fuerit facta.qđ not.quia est magna authoritas Io.And.
in actu practico.quāuis secūdum Papiēses in d.§.in sti-
pulationib. dicta decisio Io. And. nec authoritate nec
ratione probetur. Sed videtur quòd posit probari ra-
tione & authoritate. Ratione,quia quod dictū est ratio-
4 ne frequētioris† vsus,nō intelligitur exclusus casus si-
milis.gl.est in cle.j.ad fi.in ver. præsidētis. de rescr.quā
multu notant do.Ant.& Imo.ibi,ad limitationē regu-
5 læ,quod vnius† inclusio est alterius exclusio.l. cùm prę-
tor.de iudi.c.nōne.de pręsum.Sed ratione frequētioris
vsus fuit dictū de vineis, ergo est dicēdū, q etiā de aliis

atboribus partem fructus dare teneatut , cùm sit casut
similis.quod facit pto limitatione l.cùm quid.ff.si cert.
pe.ita alibi Papienses in l. j. circa prin.x.col.ff.sol.mat.
dicunt dictam decisionem Io.And.pet illam regulá de-
cidi.Sed vltra ipsos probo authoritate. nam videtut in
terminis Barto.hoc dicere,in l.certo generi.ff.de serui.
rustic.ptædio.vbi videas, quamuis ibi gloss.non deter-
minet,vbi fotmat hanc quæstionem.quod not.

ADDITIO.

a Ratione frequentiotis &c.Adde quę dixi in sing.cxviij.
Anto.Cotseti,in verbo,frequentia. Gab.Sat.

XCVIII.

1 *Promittens vendere rem alicui, & iurans, si eam deinde alij ven*
dat, & tradat, secundus præfertur, & primus solùm agere po-
test ad interesse, si sua intersit iuramentum fuisse seruatum. Et
qua cautela primus sibi consulere possit, vt rés sibi promissa in
alium alienari nequeat? & nu.6.
2 *Promissio de vendendo aliud est: & aliud venditio.*
3 *Iuramentum quod sine salutis æterna interitu seruari potest, est*
seruandum.
4 *Iuramentum in obligationibus facti, obligat præcisè ad factum,*
nec soluendo interesse liberatur.
5 *Pœnitentia conceditur in contractibus innominatis re integra,*
nisi iuramentum interueniat.
6 *Appellatio à venditione futura potest interponi ab eo , cui pri-*
mum fuit facta promissio de vendendo rem quam nunc alij
vendere vult.

NOta,quod singulatiter tenet Io.de Imo.in c.cùm
1 contingat.de iureiu.col.clxxxv.q si aliquis † pro-
misit vendere rem alicui,& ita iurauit,deinde vendidit
illam rem alteri,& ei tradidit,quòd præfertut secúdus,
& quòd in secundum dicitut translatum dominium, &
non in primú:per l.quoties.C.de tei vendica.iuncto eo
quod habetur in c.sicut ex literis.de sponsal. eo quia ex
prima promissione de védendo , facta etiam cum iura-
méto,solùm agi potest ad interesse , si intersit stipulato-
ris iuramentum fuisse seruatum:per ea quæ habétur in
l.stipulationes non diuiduntur.versi.Celsus.de verb.o-
blig.iúctis not.pet Ioan.And.in c.cùm venissent. de in-
stit. Et hæc comprobo per ea quæ habentur pet doct.in
2 l.in bonæ fidei.ff. de eo quod certo loco. quia aliud † est
promissio de védendo,& aliud est venditio. quod bene
not. imò plus ibi etiam dicit , q si secundo emptori so-
lùm vendidisset,licet nondum tradidisset,secundus prę
ferri debet,quia potentius ius videtur habere.Sed vide
tut quòd præcipuè in isto secundo casu primò nó pro-
3 cedat:nam iuramentum † quod potest seruari sine salu-
tis æternæ interitu,seruandú est.d.c.cùm contingat.Se-
cundò,quia licet aliàs in obligationibus facti quis non
teneatur præcisè facere,sed soluédo interesse liberetur.
d.l.stipulationes, &c.tamen vbi interuenit iuramentú,
4 tale iuramentum † obligat præcisè ad factum[a].c.si.& ibi
a Cano. ne præla. vices suas. glo.est singu.in l.si pecuniá.
in prin.in glo.paruula.in versi.necesse habeas.ff.de cō-
5 di.ob caus.& ibi doct.vbi dicunt,quod licet † in contra-
ctibus innominatis re integra licita sit pœnitétia,secus
est quando interuenit iuramentum.& ibi respondét ad
reg. quòd iuramentú regulatur secundum naturá con-
tractus,super quo interponitur.& plenè Papienses in l.
si conuenerit.in prin.iiij.col.ff.de iurisdi.omniú iudi. ita
dicendum est in casu Ioan.de Imol. quod virtute iura-
menti præcisè primo teneatur vendere , & ne incurrat
periurium.pro quo bene facit quod dicit Math. in not.
liiij.incipien.not.q iuramentum. Tamen cautela esset,
6 quòd primus † emptor statim quòd sentiret venditoré
alteri velle vendere,appellet à véditione fienda ad iudi-
cem ecclesiasticú,& petat præcipi,& cogi ad obseruan-
tiam iuramenti, & in appellatione inserat causam talé,
quæ necessariò concludat venditoré alteri vendere non
posse : nam non poterit postea alteri védere & tradere,
& si cótra fecerit,reuocabitur tanquá atteutatum pen-
dente appellatione. ita in simili Innocen. in cap.bonæ.
de appellat. tradit istá notabilem cautelá , quam sequi-
tut Ias.in dicta l.quoties.de rei vendi.non tamen in ca-
su nostro.Cogita tamen,quia nemo,quem viderim,tan
git hoc.

ADDITIO.

a Iuraméti obligat pręcisè ad factú. Adde Ias.in §.actio-
num.nu.47.insti.de actio.& in l.quoties.col.fi. C.de rei
vendi.& in l.omnes populi.nu.56.ff.de iusti.& iure.& in
l.quáuis.nu.4.ff.de in ius vocan.Pet.Sanci. Vascolet.in
tracta.diuidui & indiuidui,in declaratione quartę cel-
lulæ.fo.42.col.ij.Thom.Ferrat.in cautela xxx. Chassan.
in consuetu.Burgund.rubric.xj.§.iij.fo.335. Tiraquel.in
tract.de vtroque retractu.in fi.nu.48. & melius in §.iij.
glo.iij.nu.6.fo.164.vbi probat, quòd cùm iuramentum
in forma præcisa & specifica impleri debeat, vt ex præ-
dictis patet,quòd si quis soluere iurauerit, nó satisfacit
compensando:per tex.in ca.ad nostrá. & ibi glos. Inno.
Hosti.Ioan.And.Collect.Anto.Imo.& Feli.qui hanc di
cit cómunem opi.Idem Deci. cósi.ccclxxxj.col.j. Ias.in
l.cú qui.§.si iurauerit.colú.j.ff.de iureiur. & in§. in bo-
næ fidei.Instit.de actio.Bertrand.cons.liiij.nu.2.& cósi.
cccv.colú.j.lib.j.Gomes.in l.lxv. Tauri.nu.28. Hippol.
de Marsil.in sing.ccviij.incip.cópensatio.Didac.Segura
in repetitio.l.filius dum in ciuitate.nu.50.ff. de verb.o-
blig.Antoni.in repeti.rub.de iureiur.in x.priuilegio iu
ramenti.nu.39.Tend.in tracta.cópensationum,in vij.ar
ticu.nu.10.Anto.Negusan.in tracta.de pigno.in v.parte
principa.in v.mébro.nu.15.Adde tamen vná extensioné
ad d.l.quoties.C.de rei vendic. q si vendidi ré duobus,
& si primo tradidi per actú fictú,secúdo per actú verú,q
primus præfertur secundo:per d. l. quoties. cum tantu
operetur ficta,quantú operatur vera traditio ad domi-
nii translationem: vt pulchrè tradidit originaliter Ioá.
And.in additio.ad Spec.in titu.de emptio.& venditio.
§.sciendú.versi.& nota.& Didac. Segura sequitur in re-
peti.l.filius dum in ciuitate.nu.57. ff. de verbo. oblig.&
adde Roma.consi.cclxx.Cępol.Conciuem meú,cautela
xlviij.& caute.cxxx.Soci.in tractatu falsétia.regu.cxij.
Deci.cósi.ccxlvij.nu.1.Hippol.de Marsil.sing.lxxxij.& in
l.qui duobus.vbi facit sex limitationes.de falsis.& duas
limitationes per Ias.in l.fin.nu.28. C. de sacrosanct. ec-
cles.Ioan.Lup.in repetitio.rubri.de donatio. inter virú
& vxorem.§.lxxxj.nu.21.fol.56.Rota decisio:dccclxxviij.
Fabian.de Monte,in tracta.de emptio.& vendi.in iij.q.
principa.nu.50.& Didac.Couarru.in epito. in iiij. De-
cretal.in prima parte.c.v.nu.9.Gabriel Saray.

XCIX.

1 *Societas potest cótrahi inter virum & vxorem tam omnium bo-*
norum, quàm lucri, vel quæstus. Et quando ab eis in vna ar-
te communiter inter illos explicata videatur tacitè contra-
cta societas?
2 *Fratres simul cohabitantes, & lucra eorum hincinde inter se, &*
in communi conferentes, videntur inter se inisse societatem.
3 *Vxor quicquid quærit, an indistinctè quærat viro?*
4 *Vxorum lucra quæ & quando earum propria sint, nec viris quæ-*
rantur?
5 *Vxores nutrices quicquid quærunt, an totum sibi non viris quæ-*
rant?
6 *Vxor ad quæ seruitia viro teneatur , & an ei operari & lucrari*
debeat?

1 INter virum † & vxorem potest contrahi societas.tex.
est in l.rei iudicatę.§.si mulier.ibi,in versi.socia.soli.
matri.quem tex.bene not.Intellige siue omniú bonorú,
vt l.alimenta.§.fi.de adimé.lega. siue lucri & quæstus.l.
cùm hic status.§. si inter. de dona.inter vir.& vxor.Hoc
quotidie cótingere potest , quádo vir facit hospitiú, vel
tabernam, in quo exercitio videmus q vxores plus ope
rantur & se exercent,quàm ipsi viri,vt sic lucrú sit com-
mune viri & vxoris,per d.l. rei iudicatæ. & alia iura su-
prà allegata. Quod procedere potest,nó solum quando
expressè inter eos esset cótracta societas,sed etiá si taci
tè:ná tacitè videtur stare inter eos cótracta societas lu-
cri & quæstus ex tali arte sic cómuniter explicata, duo-
bus concurrentibus, videlicet, si lucra dictæ artis hinc-
inde & promiscuè sint collata in communi. Item con-
current

2 currente ſimultanea habitatione, ſicut ſolet† etiam cõ-
cludi inter fratres ſimul cohabitãtes, & lucra corũ hinc
inde inter ſe & in comuni conferentes, vt per Barto. in l.
Titium & Mæuiu. §. altero. de admi. tuto. & l. cum duo-
bus. §. ſi inter fratres. ff. pro ſocio. & plenè per docto. in
l. ſi patruus. C. cõmu. vtriuſ. iudi. & in l. j. C. qui teſt. fa.
poſſ. Et ſic per prædicta patet nõ eſſe verum indiſtinctè
3 illud vulgare, q quicquid† quærit mulier quærat viro,
per l. Quintus. de donatio. inter virũ & vxo. & l. etiã. C.
eodem tit. nam illa iura procedunt in caſu dubio. & ſic
cum eſſet ſuſpicio turpis quæſtus: aliàs quando appare-
ret expreſsè vnde quæſiuerit, puta pro ſua induſtria &
opera omnibus nota, tunc ſibi quærit, & non viro, per
præallegatã iura. aliàs ſocietas non valeret tanquã leo-
4 nina. l. Mutius. ff. pro ſoc. Vnde† ſæpius fuit reſponſum
de facto in ipſis mulieribus, quæ ſe exercẽt in arte texẽ-
di, ſeu in arte aracamiæ, vt propria lucra ſint vxoris, &
non viri: tamẽ habebitur cõſideratio tẽporis ſubtracti,
quo debebat facere ſeruitia ipſa mulier in domo, vt ha
betur in l. ſicut. ff. de ope. libe. & in l. aſsiduis. C. qui pot.
in pig. hab. Eodẽ modo fuit reſponſum de facto in iſtis
5 nutricibus† lactãribus pueros alienos: nam cum earum
operæ verſentur nõ ſolum in die, ſed in nocte, quò tem-
pore noctis nihil poſſunt ſubtrahere viro de operis, vt d.
l. ſicut. ideo maior pars dicti lucri attribuenda eſt mu-
lieri. Et circa prædicta vide Bal. in l. vxorem. C. de con-
di. inſer. & per doc. in ca. officij. de teſta. & ibi per Imol.
& not. in c. j. de donatio. inter vir. & pulchrè per Abb. in
c. literas. ad finem penult. col. cum ſeq. de reſtitutio. ſpo
6 liato. vbi declarat † ad quæ ſeruitia vxor marito tenea-
tur, & an ei operari & lucrari teneatur. quod not.

ADDITIO.

Adde Nicol. Boer. deciſ. xxij. nu. 27. & deciſio. lxxxj. nu. 4. & latè Lauren. Sylua. conſi. xciiij. pro reſolutione eorũ. col. fi. nume. 21. Gab. Sar.

C.

1 *Neceſſitas non habet legem.*
2 *Piſcari die feſto licet pro victu.*
3 *Confiteri laico etiã Iudæo licet in caſu neceſſitatis. & is poteſt abſoluere à peccatis ſicut ſacerdos.*
4 *Neceſſitas facit aliquid probabile, quod aliàs non eſſet.*
5 *Clericus non poteſt pro laico fideiubere, niſi in caſu neceſſitatis.*
6 *Teſtis qui aliàs eſſe nõ poſſet admittitur ob neceſſitatem: & eadem ratione vnius dicto ſtatur.*
7 *Actus ſi in certo loco celebrari omnino debeat, alias non valeat, ſi tamen illius loci aliquo reſpectu haberi copia nequit. alibi ex neceſſitate celebratus valebit.*
8 *Doctores an poſſint facere conſilia diebus feriatis in caſu neceſſitatis?*
9 *Operæ incertæ ex cauſa maximæ neceſſitatis tranſeunt ad extraneos.*
10 *Delicta committi ob neceſſitatem non permittitur.*
11 *Furari an liceat propter neceſſitatem?*
12 *Neceſſitatis tempore omnia ſunt communia.*
13 *Milites an liceat in bello deprædari poſſint pro victu?*
14 *Pauperes quorum induſtria eſt neceſſaria ad victum quærendum, non debent concurrere ad onus impoſita collectæ.*
15 *Exemptionis priuilegium non prodeſt tẽpore neceſſitatis magnæ.*
16 *Pater propter neceſſitatem poteſt filium vendere. fallit in filio presbytero.*
17 *Dominus tempore neceſſitatis rem ſubditi ſui vendere non poteſt. nec vaſallus compelli ad præſtandum collectas.*
18 *Neceſſitas triplex eſt.*
19 *Neceſſitate coactus ſi quid aliquis faciat, præmium nõ meretur.*
20 *Poteſtas qui tenetur capere bannitos non debet habere præmium propoſitum capientibus bannitos niſi aliud ſtatutum diſponat.*
21 *Debitor fugitiuus diebus feſtiuis capi poteſt.*
22 *Neceſſitas excuſat à ieiunio.*
23 *Iudex poteſt ferre ſententiam ſuper equo, vel turri, quando periculum imminet ſi veniret ad bancham iuris.*
24 *Teſtamentum ſcriptum manu notarij non matriculati valet tempore peſtis, vel neceſſitatis, licet aliàs ſecus eſſet ex diſpoſitione ſtatuti.*
25 *Notarius ſine commiſſione iudicis poteſt examinare teſtem exiſtentem in partibus remotis, aut conſtitutum in diſcrimine vitæ, quando periculum eſt in mora.*
26 *Officiales licet durante officio aliquos contractus facere non poſſint, tamen ex neceſſitate poterũt, vt quando emunt victualia.*
27 *Alienari prohibita, ex cauſa neceſſitatis alienari poſſunt.*
28 *Frumẽtum extrahere ex vrbe prohibitus, poteſt ex neceſſitate extrahere.*
29 *Eccleſiæ res ex neceſſitate inconſulto Papa alienantur.*
30 *Subditi an ex neceſſitate compelli poſſint ad vendendum vili pretio?*

1 NEceſsitas† non habet legem. l. j. ff. de offi. procon.
c. ſecundo. de deſponſa. impube. c. j. de pigno. c. li
cet. de fer. & in c. cùm Apoſtolus. de cenſi. cum ſimi. vbi
2 in c. licet. eſt tex. nunquid liceat† die feſto piſcari pro vi
ctu? & regula, quod quis. in vj. & propterea dixit gl. not.
quę reputatur ſing. in ver. mortis. in c. paſtoralis. de offi.
3 ordi. q in caſu neceſsitatis† licitum eſt laico confiteri, &
abſoluere, ſicut ſi eſſet ſacerdos. ſed habes gloſſam con-
ſociam xxiiij. q. j. in c. cœpit. ſuper ver. præciperet. imò
dubitant doctores, quid ſi confeſſor eſſet Iudæus, & di-
4 cunt idem propter neceſsitatẽ. Et ideo dicimus† q ne-
ceſsitas facit aliquid probabile, quod aliàs non eſſet. l.
qui potuerint. ff. de manumiſ. teſtamen. & c. quod nõ eſt.
5 de verbo. ſigni. Facit, licet clericus pro† laico fideiubere
non poſsit, tamẽ in caſu neceſsitatis poteſt. cap. j. & ibi
Abb. de fideiuſſ. & in c. quod quibuſdã. eo tit. vbi Abb.
6 in vlti. col. Hinc eſt† q ex neceſsitate quis admittitur in
teſtẽ, qui aliàs non admitteretur. c. j. cum ibi not. de te-
ſti. cogen. l. conſenſu. C. de repu. & per Salic. in l. ea qui-
dem. in materia famæ, in v. quæſtio. C. qui accu. nõ poſ.
Videmus etiam q ſtatur dicto vnius teſtis, quando in ci
uitate nõ poteſt reperiri niſi vnus: quia neceſsitas facit
licitum, quod aliàs non erat. tex. eſt not. in §. quod antẽ.
in authent. de non alienan. & ibi Ang. & doctores in l. j.
7. de verbo. oblig. Hinc etiam eſt q vbicunque actus† de-
bet celebrari ex forma ſtatuti in certo loco, aliàs alibi
celebratus non valet: tamen vbi nõ poteſt haberi copia
illius loci, propter iuſtum metũ partiũ, tunc ſi celebra-
tur in alio loco, valet, & tenet contractus. ita per ſeptem
principalia fundamẽta cõſuluit Roma. cõſi. cccccxxxiij.
incip. quò ad primũ quòd ſufficiat publicatio &c. Iſta
8 faciunt† an ſit licitum doctoribus facere cõſilia diebus
feriatis in caſu neceſsitatis, puta pro forenſi, qui habet
neceſſe recedere? communis concluſio eſt quòd nõ, niſi
in caſu magnæ neceſsitatis: & tunc debet doctor pecu-
niam quam habet pro conſilio dare pauperibus: vt per
Io. And. & alios, in c. j. de feriis. & per Iaſ. in l. diuus Tra
ianus. ff. de feriis. Adde etiam glo. not. in l. pro hærede.
in verſi. maxime futurarum. ff. de acqui. hære. quam ibi-
9 dem not. Bar. quòd ex† cauſa maximæ neceſsitatis ope-
ræ incertæ tranſeunt ad extraneos, quę alias non tranſ-
irent. Et generaliter quæ permittantur ex cauſa neceſsi
tatis, vide gloſſ. plenam xxxij. q. iiij. ca. ſicut. in verbo, fa-
mæ. & gl. & doct. in c. querelã. de iureiuran. Non tamen
10 propter † neceſsitatem delicta cõmittere permittũtur.
l. palam. §. non eſt ignoſcẽdum. ff. de ritu nupt. Quod fa-
11 cit, an propter † neceſsitatẽ licitum ſit furari? de quo in
c. iij. de fur. & tex. cum gl. in c. diſcipulos. de conſec. diſt.
v. & c. ſicut. xlvij. diſt. per gl. & doct. in l. ij. §. cùm in ea. ff.
12 ad legem Rhod. de iactu. vbi eſt gloſ. q tempore† neceſ-
ſitatis omnia ſunt cõmunia. & vide etiam per gloſ. in c.
paſce. lxxxvj. diſt. & in d. l. ij. §. cũ in ea. Vide not. Ange.
13 ponentem, † an ſit licitũ armigeris, quando ſunt in bel-
lo, deprædari pro victu, per Canoni. in c. j. de empt. &
vendi. Et prædicta faciunt ad id quod not. Bald. in au-
14 then. defuncto. C. ad Tertul. q pauperes† quorum indu
ſtria ſit neceſſaria ad eorũ alimenta, & victum, non de-
bent concurrere ad onus impoſitæ collectæ. Dixit tamẽ
alibi Bal. in l. iubemus nullam. C. de ſacroſanc. eccle. in
15 prin. quòd priuilegium † exemptionis nõ prodeſt tem-
16 pore neceſsitatis magnę. Item pater† propter neceſsita
tem filiũ vendere poteſt. l. ij. C. de patri. qui filios diſtra-
xe. Limita tamen illud non habere locũ in filio presby-
tero, quem pater etiam propter neceſsitatẽ famis ven-

dere non poteſt.ita ſing.dixit Hoſtien.in c.Iudæorum.
de ætate & qualitate. quem ibi ſequũtur ſcribẽtes. Ad-
17 de etiam quòd†tempore neceſsitatis dominus rẽ ſub-
diti ſui vendere non poteſt,nec vaſallus cõpellitur pręſtare collectas,aut angarias:ita Bal.in l.penul.C.de bonis quæ liber.Aduerte tamen quod ibi Bald. nõ loquitur in caſu magnæ neceſsitatis, ſed neceſsitatis ſimpli-
18 citer. De triplici neceſsitate † vide pulcherrimè per
Thom.in iiij.ſententia.diſtinct.vij.quæſt.j.artic.j.vltra medium.facit etiã quod habetur per Alexand. & alios, in l.ij.ff.de iuriſdict.omnium iudicũ. vbi contra fugiẽtem non poteſt allegari exceptio incompetentię:& hoc propter neceſsitatem,quia res eſt tẽpore peritura: ita Pet.de Anchara.conſi. lxxxiiij.incip. ex theoricis.facit l.j.C.de operis libertorum.in fi.& ibi Bal.q tẽpore neceſsitatis pro ſeruitiis perſonalibus poteſt dominus imponere ſubdito,q ſeruiat alteri in eiſdem operis:vt ff.eodem.l. ſi libertus artẽ. quod nota pro limitatione eorum,quæ not.Bald.in l.ij.de donatio.& Bart.in l.ſi is
19 qui.§.fin. de pignor.Nota etiam† q qui facit ex neceſ-
20 ſitate,non meretur præmium,& ſic præmium†ordina-
tum capienti bannitos,non debetur Poteſtati,quia tenetur illud facere ex neceſsitate.vt ff.ad Syllan.l.ij.§.verum.ita voluit Bald.in l.ij.ſecundo notabi.C.de oper. liber.& in l.ab hoſtibus.ij.C.de capti. niſi nominatim ſtatutum loqueretur de officiali capiente.facit glo.fin. in l.ij. C.de feriis.in verbo,fidei uſsioni.q diebus feſti-
21 uis†propter neceſsitatem licitum eſt capi facere debi-
torem fugitiuum.facit glo.in cap.veniens.de tranſact.
22 & cap.ij.de obſerua.ieiu.vbi neceſsitas†excuſat à ieiu-
nio,quia neceſsitas eſt ſoluta omni lege. Angel. conſil. cclxxviij.tertia colum. Et quãdo dicatur neceſsitas,& caſus neceſsitatis, per eundem Angel. conſil.xij. facit quod not.Bald.in l.cauſas.primo notab.C.de teſtamẽ. quòd propter neceſsitatem iuris diſpoſitio ad tempus ſuſpẽditur,licet ex toto nõ relaxaretur.Adde etiã quod no.Angel.in l.diuus.in princi.ff.de petitio.hæredita.& Bart.in l.j.in fin.C.de naufrag.lib.xj.& ibi pulchrè per Bal.de principibus,an ex cauſa neceſsitatis poſsint imponere collectas ciuibus ſuis, vel ſubditis? & tenet q ſic.& in l.j.C.de oper.liber.Et quod decidit Bal.in l.ij.
23 C.de ſenten.ex peric.recitan.de iudice,†qui poteſt fer
re ſententiam ſuper equo,vel ſupra turrim, quando periculum imminet,ſi veniret ad bãchum iuris. Accedat etiam quod ſingulariter decidit Ange. in l.ſi vacantia. C.de bonis vacan.libro x.vbi per illam legem,& per l. vbi abſunt.ff.de tut.& rat.diſtra.voluit quod ſi ſit ſtatutum in ciuitate, q non valeant teſtamenta ſcripta per tabellionem,qui nõ ſit deſcriptus in matricula notario
24 rum,tamen tempore†peſtis,vel neceſsitatis valebit te-
ſtamentum ſcriptum manu notarij, etiam nõ matriculati.ſequitur Alexan.in l.j.penult.colum.ff.de libetis & poſthu.quamuis contrarium teneat in l.fin.prima col. eum ſequen.C.de teſtamen.tamen Iaſ.tenet ibi contra eum.Adde quod voluit ſingu.Bald.in l.admonendi.de
25 iureiuran. quòd notarius† ſine cõmiſsione iudicis po-
teſt examinare teſtem exiſtentem in partibus remotis, aut conſtitutum in diſcrimine vitæ,quando mora eſſet periculum allatura:non tamen vt plenè probet,ſed aliqualem prǽſumptionem faciat.ſequitur Ludo.Roman. in repetitio.l.ſi verò.§. de viro.in iv. fallentia. ff.ſoluto matrimo.Alexan.in l.hac conſultiſsima.§.fina.ſecunda colum.C.de teſtamen.benè facit quod tenet Inno.in c. Albericus.circa princi.in glo.ſua,in verbo,recipere.de teſtibus.quòd quando timetur de feſtinata morte, vel de receſſu teſtiũ,poteſt talis teſtis recipi abſente parte, & non citata.iuxta cap.quoniam frequẽter. in princip. vt lite nõ conteſta.& valebit eorum teſtimoniũ. & Bal. in optimo ſimili,in l.ij.C.de naufra.lib.xj. Facit quod
26 licet†officialis regulariter nõ poſsit mutuare,nec alios
contractus facere durante officio.l. principalibus. vbi docto.ff. ſi certum petatur.tamen ex cauſa neceſsitatis poterit, quando emit vel contrahit, puta victualia. vt probat tex.in l.vni.verſic.præterea. C. de contra.iudi. & per doct.in dicta l.principalibus.Hinc eſt,q prohibi
27 ta alienari†ex cauſa neceſsitatis alienari poſſunt.l.alie-
nationes. ff. famil. erciſcund. Et ideo dicunt docto.in
28 dicta l.principalibus.quòd prohibitus† extrahere fru-
mentum de ciuitate ſub certa pœna, non intelligitur prohibitus,quando extrahit ex cauſa neceſsitatis,puta pro neceſsitate victus ſui. notant docto. in l. cætera.in principio,de legatis primo.Adde etiam no.tex.in l.tutor qui repertorium. in principio. ff. de adminiſtratio. tuto.per quem decidit Pau.in cap.ſi.ij.colum.de eccle.
29 ædifican.quòd ſi immineat† neceſsitas alienãdi[a] res ec-
a cleſiæ cathedralis, poteſt prælatus inconſulto Romano
Pontifice alienare,quamuis iurauerit nihil alienare inconſulto Põtifice.cap.ſuper.de rebus eccle.non alienã. facit quod not.Bart,in l.ſi quando.in fin.per illum text. C.de naufrag.quòd tempore magnę ſiccitatis,ſi vicini veniunt ad aquandum in terra noſtra,non tenentur ſol
30 uere gabellam.Facit etiã quod per neceſsitates†vrgen-
tes reſpublica compellere poteſt ſuos ſubditos ad vendendum res ſuas,& etiã pretio viliori.Primũ,quòd ſubditi poſſent cõpelli,probatur in l.venditor.§.ſi conſtat. ff.ſi ſeruit.vendice.Secundum,quòd pretio viliori,probatur in l.ſi pendentes.§.quid ſi cloacarij.ff.de vſufruct. Ange.conſi.cccl j.incip.generoſus miles.in prima colu. vbi allegat alia iura. facit quod dixi ſuprà in ſingula. lxviij.incip.pone,reus &c.Not.prædicta,quia forte alibi ita latè non reperies.Et per hæc ſunt expleta ſingularia mea compoſita tempore vacationũ natiuitatis domini noſtri Ieſu Chriſti, & carniſpriuij præſentis anni 1506.ad laudem ſummi redemptoris.

ADDITIO.

a Quòd ſi immineat neceſsitas alienãdi. Dic quòd idem tenet Guido Papæ,in deciſio. Grationopo.clvj.alia cõcluſio. vbi plenè. Et plura de neceſsitate vide deciſio. Tholoſa.cclvj.circa mediũ. Et vide Andr. Tiraquel. in tracta.de retractu cõſang. in §.xxvj.in verſi.non poteſt cedi.nu.18.& Hierony.Cagnol.in l. quæ propter neceſſitatem.in princi.ff.de regu.iur. & eundem Tiraquel.in tracta.de pœnis temperandis,aut remittendis.in cauſa xxxiij.nu.4.verſic.propterea neceſsitas. vbi pleniſsimè multa cõgerit,quæ adde his quę dixi in annotationibus meis ad Matth.Matheſi.in ſingu.vlti. Gabriel Saray.

Subtilia ſingularia doctiſſimi Vtriuſque Iuris candidati domini Petri Gerardi Petraſanctenſis expliciunt.

SINGVLARIA DO. ANTONII CORSETI SICVLI, VTRIVSQVE IVRIS DOCTORIS IN STVDIO BONONIENSI EDITA, CVM ADDITIONIBVS FACTIS

in studio Patauino anno salutis MCCCCXC. dum ibidem iura pontificia de mane ordinariè legeret, nouissimè examussim castigata:

Ac apostillis D. Ioan. Baptistæ Castillionei Genuensis, ac Gabrielis Saraynæ Iurisconsulti Veronensis & aliorum decorata.

Ant. Corsetus Siculus, excellentissimo Iuris vtriusque Monarchæ domi. Andreæ Siculo, vulgò Barbatia, domino suo obseruantissimo. S.P.D.

OPTAVI sæpenumero excellentissime ac famosissime vtriusque censuræ Monarcha ac princeps: vt si quando adesset mihi otium, ac temporis facultas daretur, nonnulla doctissimorum Iurisperitorum dicta diuersis in voluminibus sparsa & vagè disiecta, ac nonnullos tuæ profundissimæ scientiæ flosculos, tuis in copiosis commentis diuisos, dictu quidem ac memoratu dignissimos: necnon aliqua, quæ in almo Bononiensi gymnasio ex vberrimo ac copioso tui pectoris fonte emanarunt & profluxerunt, quæ vtriusque iuris censuram ornatam, concinnam, splendidam reddiderunt: & aliqua nostris ex laboribus adepta in vnam, vt oblectationem aliquam nonnullis familiaribus meis sumere volentibus, longæ inquisitionis labor abesset, dirigerem consonantiam, ac in facilem quendam reducerem locum. & vt aliquem ex tuæ profundissimæ scientiæ documentis, ac regularum traditione posteris nostris fructum percepisse viderer. Ad hoc enim instituendum opus nulla magis me res excitauit, celeberrime vtriusque iuris princeps, quàm vt tuæ in primis magnificentiæ, quam semper vnicè ac religiosissimè colui, complacerem: & tuæ eximiæ virtutis excellentiam, dignitatem, ac magnitudinem in medium summis laudibus extollerem. tametsi nonnihil ipsa me gloria mouebat: quæ si meritis aut virtute parta extitit, semper est à summis viris magno studio quæsita, & à sapientibus hominibus laudata. Nonnihil etiam exercendarum ingenii virium me causa inducebat: quia quemadmodum triste est diuiti absque hærede decedere, ita miserrimum est habenti à summo Deo aliqualem intellectus gratiam posteris suis, id est studiosis, nihil ornati dimittere, quo possint veluti hæredes intus aliqualiter consolari. Et licet tot in omni scientiarum genere, & præsertim in vtriusque iuris facultate scripserint, vt iam mundum penè illuminauerint: adhuc tamen inueniendis inuenta non obstant: instar enim solis oritur intellectus, & occidit, vadit & redit, & nunquam moritur. Hoc itaque breue ac tenue opusculum præceptor optime & domine, domine Andrea Conficule eximie in vtraque censura interpres, qui & in scholis leges, & canones memoriæ mãdans auditores placidos, dociles ac doctos tuo præstantissimo stylo, facundissimo verborum modo, dignissima textuum ac glossarum interpretatione, ac super ipsis doctorum sententiis memoriter recitata, mirum in modum, &, vt ita loquar, supra ingenii humani vires reddere solitus es, ad te transmitto: vt ingenti tua humanitate, ac immensa in me benignitate hoc exile singularium, sed vt verius dicam, pulchrorum dictorum munusculum abs tuo discipulo indigno, & vt dicam, tuæ virtutis seruo Antonio Corseto Consiculo nonnullis noctibus lucubratum, summisque vigilijs compilatum, accipere, ipsumque tuis magnæ scientiæ radijs, ac tuo profundissimo ingenio limare, emendare, ac corrigere, & vbi aliquid imperfectum erit, perficere digneris obsecro: immortali Deo supplicans, vt te, tuámque magnificam familiam, dulcémque prolem sempiterno æuo conseruet, & me quæ sint ei placita facturum sinat, atque permittat.

DE LITERA A.

1 *Argumentum I.*

1 *Argumentum à contrario sensu in rescriptis validum est in iure.*

1 ARgumentum à contrario sensu † in rescriptis validũ est in iure. singularis est gl. in l. si procuratorem. §. si ignorãtes. in verbo, ex diuorum fratrum rescripto intelligere licet. ff. manda. quam reputauit sing. Ludo. Roma. in l. si cum dotem. circa finem princ. ff. solut. mat. & Barba. in repe. rubricæ. de rescrip. in clemen.

2 *Argumentum II.*

2 *Argumentum à contrario sensu in pactis & stipulationibus validum est in iure.*

1 ARgumentum † à cõtrario sensu in pactis, & stipulationibus validum est in iure. text. est not. in l. inter socerum. §. cùm inter. ff. de pact. dot.

ADDITIO.

Vide Iaso. in l. qui pecuniam. in prima col. ff. si cer. peta. limita, vt per Bal. in l. voluntatis. C. de fideicõ. quem allegat Ias. in l. de quibus. in iiij. col. ff. de legib. plenissimè tractat materiã idem Ias. in l. j. ff. de offi. eius. adde quod idem dicit idẽ Ias. in materia, in l. seniũ. in iij. colum. C. qui testamen. facere possunt. & in v. col. dicit vnum notandum post Aret. ꝙ sumendo argumen. à cõtrario sensu vniuersalis affirmatiuæ, non est sumenda vniuersalis negatiua, sed particularis affirmatiua. quod nota.

3 *Argumentum III.*

1 *Argumentum à contrario sensu in sententiis est validum in iure.*

1 Argumentum† à contrario sensu in sententia est validum io iure.tex.est notab.in l.Pomponius.§.sed is qui.ff.de procurato.

4 *Argumentum IIII.*

1 *Argumentum à contrario sensu in testamentis validum est in iure.*

1 Argumentum† à contrario senso in testamento validum est io iure.tex.est peregrinus in l.Lucius.ij.ff. de hæredi.instituen.

ADDITIO.

Dic,qoòd istud nō est verum in istis verbis prolatis à testatore,si talis decesserit sine liberis. ita tenet Ias. in l.j. C. de pact.& in l.j.§.huius rei.ff.de offi.eius cui manda.est iorisdictio. vbi ponit quatuor limitationes ad regulā. Quid autem in mandatis nunquid habeat locū? Ias. in dicta l.qui pecuoiam.in ij.colum.ff.si cert.peta.

5 *Argumentum V.*

1 *Argumentum à contrario sensu in statutis validum est in iure,nisi ob illud statuentes in pœnam incidant.*

1 Argumentum † a contrario sensu,In statutis validū est in iure.ita volnit Bar.In l.omnes populi.ff.de iusti.& iure.& in l.impossibile. ff.de pact. Quod intellige esse verum, nisi argumentū illud sumatur, quo statuentes inciderent in pœnam.gloss.est vnica & incognita in clemen.ex graui.super verbo,facere. de vsuris.secundū Ludo. Roma.in sing.cvij.in ordioe meo.de qua secundum eum fecit festum Bal.alibi. Tu dic, q eam reputauit sing. Bald.in authenti.ad hæc.C.de vsur. & in l.si eū. §.qui iniuriarum.ff.si quis caut.& Cardina.in dicta clemen.vnica.& Barba.io repetitio.cap. Raynutius.de testamen.in aiiij.colum.& Bal.in l. Gallus.§.ille casus.ff. de liberis & posthumis.& Alexan. in l.j.in xxvj.colum. ff.de officio eius cui mand.est iurisdi.& Pet.de Anchara.& But.in c.quanto.de vsur.

ADDITIO.

Adde Alexan.in consi.lxviij.in ij.colū.incip.circa præmissam consultationem.io iiij.volu. Alexan.in consi.vij.in vlt. col. in v.volu.vide do. Iaso.in dicta l.qui pecuniā.§. allegata.& aduerte qua dicit do. Ias.in l.properādum. §.finautē alterutra.in ij.colum. C.de iudic.q quādo statutum nihil valet in sensu directo,tūc valebit argumentum à contrario sensu.ita etiam dicit in d.l.seniū.in iij. colum.C.de testamen.Adde Roma.sing.cvij.

6 *Appellatio I.*

1 *Appellatione pendente nihil est innouandum. limitatur septem modis.*

2 *Dilapidare quis dicatur.*

3 *Intellectus cap.accusatum.de simo.*

1 Regula est † q nihil est innouandum appellatione pendente: sed omnia debēt in suo stato permanere.l.vna.ff.nil no.appella.pēden.c. appellatione.ij.q.vj. ca.nō solum.de appella.lib.vj.Limita hanc regulam nō habere locum, quando appellans est persona suspecta, vel fructus dilapidat, siue res sit mobilis, siue immobilis:quia tunc fructus sequestrantur.l.ab executione.C. quorum appel.non recip.istud voluit glo.in dicto c.appellatione.& voluit Bal.in c.j.§.sancimus. in tit.quo tē-
2 pore miles inuestitu.pet.debet.Dilapidare†dicitur secundum Bald.ibi,si cōsumit in suos vsus conuertendo, maximè prodigaliter viuendo. vt refert Archid. vj.q.j. quia res. Limita secundò prædictā regulam nō habere locum, quando appellatio est expresse iuri cōtraria: vt not.in ca.pastoralis.extrà de offi.delega. ita refert Bal. in dicto c.j.§.sancimus.Limita tertiò,nisi appellatio esset friuola:vt in cap.cū appellationibus.de appel.lib.vj. Limita quartò regulā esse verā quò ad partes:secus quò ad tertium.ista est glo.celebris iu l.creditor. in prin. in verbo,pone.ff.manda.quā allegat Bald.in l.si quis filio. ff.de iniu.rup.test. Facit tex. & quod voluit ibi Gemi.io c.Romana.§.in alium.de appel.lib.vj.& tex singu.in ca. super eo.de offi.delega.secundum But.in ca.vt debitus. de appel.& hoc voluit expressè Gemi. io c.nō solum.super glo.fin.de appel.lib.vj.licet non alleget glo.in dicta l.creditor. Limita quintò regulam esse veram iu eadem causa,secus in diuersa.istud dixit do.Abb.in c.qoia frustra. de vsuris. & Lau. de Rodulp. in tractatu de vsu. q. cxliiij.Et idem dic in litis pendentia, secundum Bal.in d.c.j.§.sancimus.vbi refert Inn.in c.bonæ.de app. & in d.c.pastoralis.extrà vt lite pen.per totū.& limita prout dictum est in appellatione. Limita sextò prædictam regulam,& dicas eam procedere respectu iudicis,& nō respectu partis,secundum Inn.& Abb.iu ver. oppono tertiò.in c.directè.de excep.Tn pro veritate huius dicti vide plenè Abb.ibi disputārem hūc passum, & veritatem huius limitationis,quæ indistinctè non procedit, vt ibi plenè per Abb.post Hostien.Adde etiam,q innouatum in causa appellationis non reuocatur,si extrinsecus aliquid sit gestum, quod in litis præiudicium non vergat vt testimoniū:vt singulariter notatur in l.furti.§.j.ff.de infa.& Bal.in d.c.directè. Item nec reuocatur quod legitimè factum est,secundum litis exigentiā.tex.est vnicus in iure,l.postquā.§.Imperator.ff.vt lega.nom.caue. quia talia ionouata nō impediunt executionem. ff. de admini.tut.l.chirographis. §.j.ff.vt in pos.leg.l.is cui.§. qui in possessione. Limita septimò illam regulā, q lite pendenre, item non habere locum in casu ca. accusatū. de simon.& ibi Abb.in secundo notab. dicit no.casum. in quo lite pendente quis priuatur quasi possessione be-
3 neficij,& officij,& intellige† illum text.quando accusatus erat infamatus de simonia:vt in glo.nam per atrocitatem delicti concurrente infamia fit suspensio, donec causa finiatur,vt iu c.ioter.de purg.cano.& idem dic in aliis magnis criminib. cōcurrente infamia. facit quod no.Ioan.And.in dicto c.inter.& in c.j.de accusatio.lib. vj.facit etiam quod voluit Imol.& Abb.in cap.cum M. io gloss.fina.de constitu.

ADDITIONES.

Adde q sicut pendente appellatione nil est innouandum. sic etiā pendēte nullitate sentētiæ.domi. Iason.in l.j.C. de bonorū possess.secundū tabulas.ibi, Limita quartò. Pro hoc facit quod dicit Feli. in c.super eod.in j.col.de offi.& potestate iodi.delega. vbi dicit q licet pendente lite nihil sit innouandū, tamē tertius ratione sui interesse noo prohibetur,quin possit innouare:vbi etiam in specie ponit in appellatione.& istud singulare ponit de verbo ad verbū idem Corsetus in suo repertorio,in verbo appellatio,in xix.colum.cum tribus sequētibus. sex ex istis fallentiis ponit Ang. in l. furti. ff.de insa.& xvj. ponit Spe.in titu.de appel.

Appellatione pēdēte nihil esse à iudice, aut à partibus innouandū in causa,elegāter tradit Didac.Couar.in practic.quæst.cxxiij.vbi materiam attentatorū diffusè examinat. & Catel. Cott.in memoral. in ver. appellatione interposita. Et plenè tradit Pet. Dueñas in reg. incip. appellatione pendente suspenditur.in prin. Gab.Sar.

7 *Appellatio II.*

1 *Tempus datum ad appellandum idem operatur quod ipsa appellatio.*

2 *Appellans à sententia criminis famosi,interim non est infamis,& poterit testari.*

1 IDē †operatur tēpus datū ad appellandom quod ipsa appellatio operatur.singularis est glo.secundum Dy. in l.ex iudiciorum.io ver.secuta.ff.de accus.pro qua dico fore casum meliorem de corpore iuris incognitum. Legistis io c.nō solum.de appell.lib.vj.facit l.& post rē. ff.de transact.cum simil.Et ex hoc infero, quòd sicut pēdēte appellatione nil potest innouari.l.vna.ff.nil no.appel.peod.& c.appellatione. ij.q.vj.ita & infra tēpus datum ad appellandū nil poterit innouari,licet adhuc appellatum no sit,per glo.d.l.ex iudiciorum.& d.c.nō solem.Adde Bald.in c.venientes. de iureiur.vbi allegauit gl.d.l. ex iudiciorū pro vnica in iure. & dicit ibi, quòd
2 †infamis non est ioterim ipse appellans.l.furti. §.j.ff.de iufami.nec definit esse ciuis Romanus. Vnde interim testari poterit, vt ff.de iniusto testa.l.si quis filio.§.hi autē omnes.

omnes, quem tex. dicit eſſe ibi ſingu. ſiue iudex à quo detulerit appellationi, ſiue non. nam ex quo lex defert, appellatio extinguit pronuntiatum: ſed ſi non eſt appellatum, ſed ſumus infra tempus appellandi, non eſt adhuc pronuntiatione reſciſſum, tamen eſt in ſuſpenſo, & ideo valet eius teſtamentũ & bona tranſeunt ad hæredes, per gl.d.l.ex iudiciorum. quam etiam allegauit Io. de Imol. pro ſing. in c.ij.in viij.col. de teſtib.

ADDITIONES.

Adde Alex.in conſi.xxxvj.incip.themate ſuprascripto. in ij. col. in quarto volumi. vbi dicit, quòd appellatio ſuſpendit pronũtiatum. Quid ſi pendente appellatione cõdemnatus ferat teſtimonium in ſi.v.col.extrà de teſtib. & vtrum appellatio ſuſpendat vel extinguat pronuntiatum. Feli.in rub.de appella. in ij.col.verſi.ad ſecundam quæſtionem.

Adde Didac. Couarru. in practic.quæſtio.cap.xxiij.nume.2.& per Hippo.de Marſil.in practic.crimi.in §. expedita.nu.18. & in l.quæſtionũ habendæ.num.17.ff.de quæſtio.& in l.ſi quis percuſſorem. nu.4.C.ad leg. Corne.de ſicar.& eundem Corſe.infrà ſing.cccl.in ver.terminus. Gab.Sar.

8 *Appellatio. III.*

1 *Sententia interlocutoria à qua bis fuit appellatum, ſi fuit confirmata non poteſt per iudicem reuocari.*

2 SI ab † interlocutoria appellatũ ſit bis, & ſemper confirmata, non poteſt per iudicem reuocari. ſing. eſt glo. ſecundum Cardina.& alios in clemen.ſi.in ver.ſuper eo. de appel.& not. Alexan.& Imol.poſt alios in l.quod iuſſit.ff.de re iudica.& Anton.de Butr.in cap. fraternitatis. de frigid.& malefic. Et ratio eſt, quia ea reuocata appellans non audiretur: quia tertiò appellans non auditur, per dictam clementi. fina. & C. ne lice. in vna eadémque cauſa tertiò prouoc.in rubro & nigro. capi. ſua. de appellatio.cum ſimilibus.

9 *Appellatio IIII*

1 *Appellationis interpoſitio fieri debet infra decem dies, nec partiũ pacto tale tempus prorogari poteſt, ſed tantùm ſtatuto, vel conſuetudine.*

2 *Appellationis proſequendæ tempus prorogari poteſt à ſtatuto, vel conſuetudine, non à iudice.*

1 APpellationis † interpoſitio fieri debet infra decẽ dies. authẽ.hodie C de appel.c. concertationi eodem titu.lib.vj.c. quod ad conſultationem. de re iudic.c.anteriorum.ij. q.j. cum ſimi. Nec partium pacto tale tempus prorogari poteſt, ſecundum Bal.in d.auth.hodie.& in authen.ei qui.C.de tẽp.app.pro hoc allegat tex.not.& iudicio meo meliorem de corpore iuris, in cle.ſi appellationem.de appel. Sed per ſtatutum, vel conſuetudinem bene poteſt prorogari, per gloſſ.ſingu.ſecundum Bald. in l.
2 ij.C.ſi contra ius vel vtil.public Tempus autem † proſequendæ appellationis bene prorogari poteſt, ſecundum eundem in dicta l.fina.C.de tempo.appel.refert & ſequitur Ludo.Roman. in ſolenni ſua repetitione rubricæ, de arbit.in xx.colum. Tu verò vide Angel. de Peruſio in l.ij. ff.de re iudic.vbi reputauit gloſſ.d.l.ij.incip. præſcriptionem.pro vnica & ſingulari. & vide domi. meum in capi. dilectus filius.de procura. vbi magnificit illam gloſſ. Et not. quòd hoc poteſt conſuetudo ſeu ſtatutum, & non index.ratio, quia iudex non poteſt immutare ius ſuperioris, quia ageretur de eius præiudicio, per id quod legitur & not.in clemen.ne Romani.de elect.& in cap.cùm inferior.de maio. & obed. & in c.inferior.xxj.diſtinc. Et pro veritate huius rei, vide docto. & Modern. in.l.ij.ff. de re iudica.& dominum meum & Modernos in capi. cùm ſit Roma.de appellatio.

ADDITIONES.

Iſtum articulum plenè examinauit Georgius Natã per quatuor articulos in clemen.in. ſæpe. in principio. in xviij. colum. & ſequen.de verborum ſignificatio. Felin. in cap. cùm ſit Romana. hic allega.vbi limitat viij.modis.Imol.cõſilio lxxxvj. in ſexta colum.

Adde Andr. Tiraquel. in tracta.de retractu conſangui.in §.j. in ver.intra annum.nu.34. Gab.Sar.

10 *Auxilium.*

1 *Aſſiſtens armatus videtur dare opem, & ideo debet puniri ſecuto homicidio.*

1 SI aliquis † vadit ad occidendũ aliquem, & tu vadis ſecum armatus, & nil facis, vtrum ex illa aſsiſtentia debeas puniri, tanquàm præſtans opem: Innocen.in c.continentia de clerico percuſſo. ſingu determinat quòd ſic: quia videtur dare opem. refert & ſequitur Bal. in l.j.C.de ſeruis fugi.& in l. raptores. C. de epiſco & cleri. & Ludo. Roma.in l.j.§.in co.ff.ad Silla. & do.meus do. And.in ca. repellantur.de accu.& dicit iſtud dictum Inno eſſe contra ſtatutum Bononiæ diſponens, quòd teneatur de homicidio qui præſtat auxilium cooperatiuum. Pro veritate huius dicti vide notata in c.j.de offi. deleg. & not. in l. is qui opem.ff. de furtis & in l. furti.§. penul.ff.eo. & in l. non ſolùm.§.ſi mandato.ff.de iniur.

ADDITIONES.

Aduerte quod nunquam licitum ſit habenti licentiam ſeu facultatem occidendi aliquem, conuocare ſocios: & vtrum tales ſocij in iſto caſu præbentes auxilium puniantur, vide domi. meum Iaſ.in l.j §.ſi.in iij.& iiij col.ff.de noui oper.non. & in l.ij.in prima colum.ff.de iuriſdictione omnium iudicum. Feli.in cap.quæ in eccleſiarum.in quarta col.extrà de conſtitu. de materia iſtius ſingularis recurrendum eſt ad Feli. in cap.j. extrà de offi.& poteſtate iudi.dele.qui plenè examinat.& eundem Feli.in c.ſicut dignum.de homicidio.adde Alex.in cõſi. xlj.incipi. viſo proceſſu inquiſitionis formatæ. in j. & ij.colum.in primo volu.

Adde quæ latè tradit Ludo.Carrer.in practi.crimi.in §.homicidium.ij.nu.10. Gab.Sar.

11 *Appellatio V.*

1 *Appellatio non tuetur appellantẽ, vt poſſit id facere, propter quod appellauit, licet iudex appellationi deferat.*

2 *Iudex à quo poteſt attentare omnia tendentia in faciliorem exitum cauſæ appellationis, non tamen cognoſcendo de viribus appellationis.*

1 LIcet iudex † deferat appellationi, nihilominus poſſet præcipere parti ne attentet id, propter quod appellauit, & ſic appellatio non tuetur appellantem, vt poſſit id facere propter quod appellauit. tex.eſt iuncta gl.in c.ex literis.in verbo, diſtrictius.de mat.cõtra.cõtra interdic eccle.quod ſingulariter not.& de illo tex.iuncta gl.facit ibi feſtum do.Abb.hoc idem tenuit Ioan.And.in c.cùm appellationibus friuolis.de appellatio.lib.vj.Et ex præalle-
2 ga.gloſſ.colligit ibi domi Auto.iudicem à quo † poſſe attentare omnia tendentia in faciliorem exitum cauſæ appellationis, non tamen cognoſcendo de viribus appellationis.pro hoc cap.qua frõte. de appellatio.& vide ibi domi.Abb.& Modernos.& latius per eum & alios in ca. cùm teneamur.eodem titu.& vide quod voluit idem domi.Abb.in c.ſacro.de ſenten.excommu.

ADDITIO.

Vide Didac.Couarru.in practicis quæſtio.c.xxiij.nu.1.verſi.prima igitur.& ver.tertia. Gab.Sar.

12 *Accuſatio.*

1 *Laicus an poſſit accuſare clericum prima tonſura?*

2 *Intellectus cap.clericus ſi tonſura dimiſſa. de vita & honeſtate clericorum.*

3 *Clericus in minoribus.largè dicitur eſſe in ordinibus ſacris.*

4 *Clericorum appellatione in materia fauorabili veniunt omnes etiam in minoribus conſtituti.*

1 AN laicus † poſsit accuſare clericum primæ tonſuræ? Diceres tu quòd ſic: nam talis dicitur eſſe ſine gradu, vt in c. clericus ſi tonſura dimiſſa.de vita & honeſta. cleri.Contrarium tamen decidit Domini.de ſan.Gemin.in cap. ſicut ſacerdos.ij.q.vij & not.hanc theoricam, quia à nemine vidi tactam.non obſt d.c.clericus. ibi, ſine gra-
2 du.quia debet † intelligi ſine gradu, ſcilicet ſacro.nam clericus
3 in minoribus † largo ſumpto vocabulo dicitur eſſe in ordinibus ſacris. gloſſ. eſt ſingu.xxxij.diſtinct.in ſumma.& hanc theoricam Domi. refert & ſequitur do.meus

in c.cùm P.Manconella.de accusa. Ego dico, quòd Dominicus rectè loquitur, nam iura indistinctè prohibent laicos accusare clericos: vt legitur & no in c.decętero.de testib.& in dicto c.cùm P.Manconella. & clericorum ap
4 pellatione † in materia fauorabili veniunt omnes etiam
in minoribus constituti, vt voluit do. Abb.in rubri.de vita & honesta.cleri.& probatur in c.clericos.xxj distinct. cú simi. Cùm ergo iste casus sit fauorabilis clericis, quòd non accusentur à laicis, quia laici oppidò sunt infesti clericis. vt in c.laicos.& in cap.laici.ij.quæstio.vij.& in cap. clerici.de immunita.eccle libro vj.cum similib.ergo laicus non potest accusare clericum in minoribus constitutum. quod nota perpetuò.

ADDITIONES.

Adde quod dicit Alex.quòd laicus quoquomodo non potest se impedire de clerico etiam simpliciter consuræ siue in ciuili siue in criminali.ita tenet Alex.in consi.ix.incip.super hac cōsultatione.in ij.col.in primo volu.

Vide latè do. Thomam Gramma. in voto xxxiij.incip. in causa clerici.nu.3. Gab.Sat.

13 *Actio hypothecaria.*

1 *Hypothecaria agens contra donatarium, debet probare hypothecam præcessisse donationem. Fallit in fisco.*

2 PRiuatus † agens hypothecaria contra donatarium debet probare hypothecā præcessisse donationem. casus est in l.de rebus.C.de dona.ante nup.quem ad hoc reputauit singu.Barto.in l.si prius.C.de iure fisci. libro x. Fallit in fisco, qui non probat, sed donatarius probat rē prius donatam, quàm obligatam, vt est casus in dicta l.si prius.Et de materia primi dicti vide Bar.in dicta l.de rebus.Cy.& Barto.& Salice.in l.cum res.C.si aliena res pigno.da.sit.& Flo.in l.ante omnia.ff.de probatio.& Barto.& Salic.in l.rem alienam.ff.de pigno.actio.Ang.Areti.in §.item Seruiana.in iij.char.Insti.de act.io ver.& ,p euidentia.adde Ange.in l.martem.C.de probatio.in fin. & Areti.in d.§.item Seruiana.in liiij.char.& do.Ludoui. Roma.io singul.clix.vide plenè per do.meum in legibus do.Alex.de Imol.in d.l.si prius.in addi.

ADDITIO.

Vide Roma.sing.clix.& ibi in additio. Gab.Sar.

14 *Alienatio I.*

1 *Feudi alienatione feudum perditur, quando deuentum est ad traditionem, idem in pignore, vel alienatione sub pœna prohibita si ad traditionem deuentum sit, aliàs secus: quia per verbalē pignorationem nunquam incurritur pœna.*

1 PEr alienationem † feudi quis perdit feudum, vt legitur & not.in c.ex parte.de feu.& in titu.quibus mod.feu. amit.§.ij.& iij.Tamen hoc intellige verum, quādo deuentum est ad traditionem. ita singu.dixit Bal.in c.j.§.vt libellario.in titu.quib.mod.feu.amit.Et ita dicit in pignore, quòd per simplicem hypothecam nudo verbo factam nunquam intelligitur esse deuentum ad traditionem: licet aliàs hypotheca nudo consensu contrahatur. tamen in casu illius §.non est ita.& ratio est, quia inania verba non nocent, nisi sit processum ad actum facti.Et idem dicit, si per statutum, seu per testatorem in suo testamento prohibeatur alienatio sub pœna: quia nunquam per verbalem pignorationem incurritur pœna. quod dicit esse not.dignū.Ego adduco rationē, quia permittere non est alienare.l.ad eum.§.Lucius.ff.de dona.facit in fim.quod voluit Bal.in l.voluntas.C.de fideicommiss.& in cap.imperialem.in princip.de prohib.alien.feud.& quod voluit Iaco.Butri.in l.j.C.de pact.pigno.& vide dominū meum domi.Anto.in repetitione rubricæ de rebus eccl.non alienan.in xix.colum.vbi discutit hunc passum, vt ibi per eum, quem omnino vide pro veritate huius articuli, quia aliter non discutio.

ADDITIO.

Vide de hoc domi.Alexan.in consil.xxx.incip.quoniam omne datum optimum.in septima colum.in primo volumi.repetito in consi.ij.in v.volu.

15 *Ambasiator I.*

1 *Ambasiatum suscipere quis cogi potest.*

2 *Ambasiator debet portare literas, per quas pateat quòd de licentia, & mandato suæ ciuitatis vadat.*

1 QVis cogi potest † suscipere ambasiatam. & ita probat text. iuncta gloss. & Bart.in l.si quis.C.de decu
2 rio.lib.x Item not.ex illo text. quòd ambasiator † debet
portare literas, per quas pateat, quòd de licentia & mandato suæ ciuitatis vadit: vt ibi colligitur secūdum vnam lecturam, inquantum ibi dicitur, quòd debet habere literas à iudice suæ terræ: & hoc nota perpetuò.& vide eundem Barto.in l.palatinos. C. de cella.fundo.fiscal lib x. vbi hoc idem voluit.& alle.l.missi opifices. C. de exacto. tributo.eo.lib.

ADDITIO.

Et adde quòd debent mitti illi qui sunt beneuoli & grati illi ad quem mittūtur. Panor.in rubr.de vita & hone.cleri. & infra singu.proximo,nu.4.

16 *Ambasiator. II.*

1 *Ambasiatores, qui vadunt per viam trāsuersam, vt diutius stent in ambasiata, & maius salarium consequantur, debent habere salarium, quod haberent si fecissent viam rectam.*

2 *Repertus cum rebus vetitis portari extra territorium in via non consueta, suspectus est quòd eas velit exportare contra deuetum.*

3 *Arma portans contra vetitum, si per officialem non fuit repertus an incidat in pœnam statuti?*

4 *Ambasiatores debent esse beneuoli illi, ad quem mittuntur.*

1 AMbasiatores ad hoc † vt habeant maius salarium, &
maiori tempore stent in ambasiata, vadunt per viam
transuersalem, & non rectam, dic quòd eo casu possunt
consequi salarium pro illo tempore, pro quo consequerentur,
si iuissent per viam rectam. istud dixit Bartol.per
illum tex.in l.qui fiscales.C.de nauiculariis.lib.xj.idem
tenuit Bartol. in l.penulti.ff.de itine. actúque priua.& in
l.non solùm.§.diuus.ff.de excusa.tuto.& in l.j.§ fina.ff.si
quis caut.& in l.j.in prin. ff. de his qui deiec e. vel effu. vbi
quærit vtrum debeatur salarium pro via noua longiori.
& in dicta l.qui fiscales.etiam Bar. colligit argumentum,
2 imò dicit esse quasi casum, quòd si quis † reperiatur cum
salma frumenti, vel cum aliis rebus vetitis portari extra
territoriū in aliqua via non recta, & non consueta, quod
est suspectus, quòd eas velit exportare cōtra deuetum.facit
l.si quis publicū.C.de cursu publico.libro xij.& l.eos.
in fin.secundum vnam lectu.ff.ad legem Cornel.de fal.&
dicit ita posse practicari l.si fugitiui.in ver. deprehendatur.
C.de ser.fugi. Et quomodo poterit probari quod habuit
animum transeundi, cùm fuerit captus in actu transeundi
antequam transiuerit? dicit quòd hoc probabitur,
& cognoscetur ex qualitate loci, vbi esset inuētus.& dic,
3 vt io dicta l.si fugitiui.Et quid † si portat arma contra deuetum,
non tamen per officialem fuit repertus, an incidat
in pœnam statuti? vide Ange.& Imol.in l.iij.§.Neratius.
ff.de acquiren. possess. per Areti. in tractatu maleficiorum.
in ver.arma.& Barto.in l.j.C.de litoribus & itineribus
publicis.lib.xij. dat cautelam, quòd timens accusari
notificet officiali ad quem locum vadit, vt non præsumatur
contra deuetum ire.vide Bartol.in l.cætera.§ si
quis ad opus.ff.de lega.j.idem voluit Bald.in dicta l.si fugitiui.
& Iaco.But.& Bald.in l.si quis non dicam rapere.
C. de episco.& cleri. Adde quò ad primum Ange.Areti.
Insti.de iure natu.§.his itaque.& not.quod Ambasiato-
4 res † debent mitti viri beneuoli ipsi cui mittūtur.tex singu.
in cap.in grauibus.iij.quæstio.vij.quem text.magnificit
Abb.in rubri.de vita & honesta. cleric.Et de materia
ambasiatorum vide text.& Gemi io cap. ad apostolicæ.
de re iudi.lib.vj.& Bartol.in l.si verò.§. item quicquid.ff.
soluto matrimo.gloss & doct.in l.qui proprio.§.procurator
vt in cæteris.ff.de procura.Gemi.post alios in c.
à collatione.de appel.lib.vj.Abb.in cap.postulasti.de cōcess.
præben.Barto.in l.hi qui.§.tandiu.ff.ex quibus cau.
maior.& in l.inter causas § non omnia.ff.manda.& in l.
si seruus.§.j ff.de furtis.& Bartol.in l.ij. §.legatis. ff.de iodic.& Bal.

dic. & Bald. in dicta l.hiqui. § tandiu. Bartol.in l.siquis decurio.j.C de decur. Alexan.in l.quoties. C.de lega.eo. lib. Ang in l.j.C.eo. titu.& Barto.& Sali. in l.mercatores. C.de commerciis.Bar.in l.de diuisione. ff.sol.matr. Bart. in l.j.ff.ad l.Iul.maiest.Bar.in l.conuentionum. in fi. ff. de pact.Abb.in ca.ij.de preca. in c.in singulis. de stat. mo.& in c.si aliquando. de sen. excom. Et dico plenè in tracta. meo de ambasiato.

ADDITIO.

Adde ad materiam domi.Feli.in capit.olim.in ij.colum.extrà de except.

17 *Actio.*

1 *Obligati si plures sint insolidum,& actum sit contra vnū, an contra tertium possessorem agi possit, non excusso primo alio correo insolidum obligato?*

1 PLures sunt†obligati insolidum: actum est contra vnum,& fuit facta excussio realis & personalis, quæritur an possit agi contra tertium possessorem rerum, non excusso primo alio correo obligato insolidum? Legem habes, quæ in facti contingentia ad hoc fuit allegata, secundum Ang. ibi post Barto. in l.quoties.C.quo ordine quis conueniatur,lib.xj.& illum text. ad hoc ne obliuioni tradas.

ADDITIO.

* Adde Cremens.sing.clxiiij.

18 *Aqua.*

1 *Aquam hauriendi ius si pluribus simul concedatur, quomodo inter eos diuidi debeat haustus aquæ?*

1 QVando†pluribus ius hauriendi aquam simul conceditur, ille haustus debet diuidi inter eos pro modo & arbitrio iudicis. istud probat text. iuncta theorica Bart. in l.si quis.in vltimo responso. C. de aquæduct. libro vndecimo.

ADDITIO.

* Adde quòd istud fuit priùs dictum à Ludouic. Roma.singul. dcccxj.tu scis,quòd ius aquæductus.cui adde Bar.Ias.& Rip. in l.quominus.ff.de fluminib.Ias.in l.stipulationes non diuiduntur.nu.13.ff.de verb.oblig.

19 *Arbiter.*

1 *Laudum si feratur super rebus deductis in compromisso,valet: secus si feratur super rebus extra cōpromissum,etiam si laudum fuerit homologatum,nisi causa pacis ineunda fiat.*

1 LAudum†ab arbitro ita valet, si feratur super rebus deductis in compromisso: sed si feratur super rebus extra compromissum, non valet, etiam si post compromissum laudum fuerit homologatum. ita dixit Bal.in ti. de pace Constan.§.sententiæ quoque.in vsib. feu.& alleg. tex.& casum in c.examinata.de confir. vti. vel inuti. & illum tex. ad hoc allegauit pro vnico & singulari Ludoui. Roma.in consiliis suis,cons.cij.facit quod voluit Bald in l.si vxorem.C.de condi. inser.& Bart.in l. Aquiliana. ff.de transact.facit ad hoc tex. in cap Raynaldus.in ver.ex forma compromissi.& ibi dominus meus in repetitione,de testa.dicit prædicta procedere, nisi ratione pacis ineūdæ inter ipsos litigantes arbiter poneret os circa rem non deductā in cōpromisso: tunc enim potest ponere manū ad rem sibi non commissam.singula. est text. in c.nisi essent.de præben.quod est bene notandum secundum Anto.ibi.facit quod voluit Bar.in d.l.Aquiliana. & quod voluit Cardi.in cap. super eo.de transact.& Ludo. Roman. in præallega.consi.& Anton.in ca.constitutus. de religio. domib.

ADDITIO.

Adde Alex.in cōsi.cxxiiij. inci.in causa & lite vertente.in iij.col. in ij.vol.eundem Alex.in cons.cxxxj.incipien.in causa & lite vertente.in ij.col.in ij.vol.

20 *Additio.*

1 *Additio si statuto fiat, idem in ea iuris est, quod in statuto quò ad pœnam,& quò ad alia.*

2 *Pœna, aut pœnalis constitutio non extenditur, nec debet imponi, nisi à lege exprimatur.*

1 SI alicui statuto†fiat aliqua additio, idem ius intelligitur repetitum in additione,quod erat in statuto quò ad pœnam & quò ad alia. ita no.Lapus in cle.statutū.de elect.super verbo, cōsuetudine.quod Cardi.ibi dicit esse singulariter notandum:& est ratio secundum eum, quia id quod venit per modum addendi,fit pars illius, cui additur.l.sed si manente.ff.de precar. Sed hoc mihi videtur valde durum & rigorosum,& non fortè verum:& adduco tex.iuncta gl in cle.ij. §.fi.in ver.sanctioni. de vi.& hone.cleri.vbi sanctio illa est pœnalis, & Papa facit additionem illi sanctioni:& tamen gl.ibi dicit. q illa additio nō erit sanctio:quasi velit,q cum sanctio sit pœnalis,additio nō erit pœnalis, adeo q pœna apposita in sanctione non videtur habere locū in additione:per no.iij dist. in summa.Erit autem in additione locus pœnæ arbitrariæ, ex quo certa non statuitur. de offi.deleg. c.de causis.l.j.§.ait prætor. ff.de iur.delibe. l.j.§.expilatores. ff. de effractio.&

2 expilato. nam pœna†non debet excedere proprium casum.§.pœna.de pœnitē.distin.j. & odia restringi debent, non ampliari.regula,odia.de reg.iur.lib.vj.l.cùm quidā. ff.delib.& posthu.cum si Addo quod sing. dixit Io.Andr. in d.c.dispendia.de rescri.lib.vj.q ex identitate rationis debet extendi constitutio, sed non pœna constitutionis. refert & sequitur Abb.in c.j.de loca. Item pœna non debet imponi nisi à iure exprimatur.gl.est singu. secundum Abb.in c.fi.de iure patro.alia est secundum domi.meum xx.q.viij.in summa.optimè facit text.in authent.de non eligen.secun. nuben.in princi.in ver.non est lex tale quid dicens.& in l.at si quis.in versi.cùm in eum pœna statuta non sit.ff.de religio.& sumpti.fune. Et dixit Abb.in d.ca. fi.quòd pœna non debet extendi per idētitatem rationis, per d.§.pœna. facit quod notat Io.Andr. in dicta regula, odia.& in regula,in pœnis. eo.tit. Cùm ergo in additione facta ad statutum nulla mentio fit de pœna:ergo nō debet imponi. imponitur ergo pœna extraordinaria, per d.c.de causis.cum si. Et hoc puto procedere, nisi statuens apponat aliquod verbum in additione, quod esset repetitiuum omnium existētium in statuto. ad hoc bonus tex. In ca.de multa.in versi.hoc idem in personalibus, &c. de præben. & vide quod plenè legitur & not.in l.Titia. §.j.ff. de ver.oblig.cum simi.

ADDITIO.

Adde Iasonem præceptorem meum in l.fi.ff.de in ius voc.Fel.in c.causam quæ.in iiij.col.extrà de rescrip.de hac regula Iason in l.diuortii.§.fi.ff.solu.matri.in iij.col.eundem Iasonē præceptorem meum in l.si quis maior.in ij.colum. C.de transac. eundem Iasonem in l.quod te in xj.colum.ff.si certum petatur.Feli.in cap. ex parte.in j.& ij.colum.extrà de rescrip. & in c.translato.in pen.colum.extrà de consti. Feli.in c.at si clerici.in ij.colum. extrà de iudi.Iason in l.j.in fin. C.de transactio.& in authen.non licet. C.de liber. & posthu. in secunda & tertia columna.

21 *Appellatio* *VI.*

1 *Appellationis iudex an possit confirmare sententiam, à qua is,pro quo fuit lata,per errorem appellauit?*

1 SI ille, pro†quo est lata sentētia appellat, dicendo illam iniquam, petens eam infirmari,& hoc per errorem: an iudex appellationis videns quòd est æqua, poterit illam confirmare? dic quòd sic. quod est mirabile. text. est valde singularis in l. Seiæ amicæ. ff. de auro & argento lega. siue confirmata sit, siue infirmata ex nouis actis, siue antiquis.l. Titianus, ff.quod cum eo. ita egregiè dixit Bald. in l.præses.C. de sententiis & interlocutio. omnium iudicum.quod dictum refert & sequitur Ludouic.Roman. in singular. ccclxxv. sententia. Sed tu adde Bald. in capitu. super eo. de appellatio. capitul. cùm dilecta. & in capitul. ex parte ij. de rescript. & in capitul. secundo. de probatio & in capitul.veritatis. de iureiurand. & in capitul. significauerunt. de exceptio. & dominum meum dominum Andræ,in repeti.capitu Raynaldus. de testa. vbi per eos allegatur.

ADDITIO.

Latè per Roma.singu.cccl xxv.& ibi in additio. Gab.Sar.

22 *Appellatio* *VII.*

1 *Appellari ad priores ciuitatis debet, si vacat iudex appellationis.*

1 POne, quòd pars† vellet appellare à sententia secundũ consilium lata: si vacat iudex appellationis, ad quem appellabitur? dic quòd ad primores ciuitatis fuit elegans doctrina Bart.in l.vbi absentis.ff de tuto & cura.da. ab his. quam theoricam sequitur Bal.in l.ij.C.quando fiscus vel priua.allegando casum pro ea, quem dicit nõ esse alibi, in auth.vt nul.iudicũ.§ hnc peruenit ibi, dum dicit, primatibus ciuitatum.de quo vide per eũdem in l.i.de offi. consul.in c.j.si de feud. inter do.& vasal.lis oriatur limitarem hoc esse verum, vbi esset ciuitas habens merũ imperium: aliter dictum Bart.locum non haberet .refert & sequitur Ludo.Romanus in repe.rubricæ de arbi. in xix. columna.

ADDITIO.

Vide do.Alex.in consil.iij.inci.viso processu causæ principalis. in ij.col.in ij.vol.Alex.in l.antea.§.si ff.de leg.j.Pau.de Cast. in consi.xvij.inci.in causa quæ vertitur.Panor.in consil.uj.in vij.col.in v.dubio.in ij.vol.

23 *Alienatio* *II.*

1 *Hæres de restituendo sub conditione grauatus si interim alienet, purificata conditione alienatio reuocatur, nisi hæres & emptor iustam causam ignorantiæ habuissent: quia tunc non auocantur ab emptore alienata, sed tantum pretium fideicommissario debetur ab hærede instituto alienante.*

2 *Legis ratio vbicunque amplior est, dispositio ad amplitudinem rationis legis extenditur.*

1 SI res† est sub conditione restituenda, & hæres rogatus interim alienauit, purificata cõditione reuocatur alienatio.l.fi.§.si autem.C.communia de leg.Limita, nisi hæres de restituendo grauatus, habuisset iustam causam ignorandi illam prohibitionem alienationis: & eodem modo iustè ignorasset emptor: quia licet hæres alienauerit, non auocabitur res alienata ab emptore, sed bene pretium eius debebitur fideicõmissario ab hærede instituto alienã: e.rex.est vnicus & sin.in l.fi.§ si ff. de le.ij.quẽ text.facit singul.Francis.Tigri.alibi, & dixit aureis literis scribendum fore: & per ipsum text. infinitis vicibus consuluit in contingentia facti do.meus, prout ipse refert in c Raynaldus. de testa.& sæpenumero audiui ipsum viua voce mihi dicẽtem hoc.& per ipsum text.dicit Bal.in authen. res quæ .C.communia de legat in prin.esse speciale propter iustam ignorantiam emptoris, & venditoris. & allegat Pet.& Cyn.& ipse dicit se addere, dummodo illa ignorãtia sit causata facto & opera ipsius testatoris: quia fecit codicillos, quos aperiri vetuit viuente hærede: & ideo propter prohibitionem testatoris nõ peruenerat ad notitiam ipsius hæredis: sed si prætenderet ignorantiam testamenti, tunc secus esset allegat l.cùm hæres.ff. de liber legat do.meus in d.c Raynaldus.impugnat hãc theoricam Bal.& bene iudicio meo.quia si ille tex.in d.l.fi §. si subtiliter ponderetur, considerat iustam ignorantiam: quo casu sequitur quòd siue causetur ex codicillis prohibitis aperiri in vita testatoris, siue alio modo causetur ignorantia, si tamen iusta est & excusabilis, sufficit ex eo, quia

2 vbicunque† ratio legis est amplior, dispositio extenditur ad limites, & ad amplitudinem ipsius rationis legis.l.regula § licet.& ibi Bar.& Bal.ff.de iur.& fact.igno.glos.in clemen.j.de elect.& ibi do.Car optimè facit l.pater filiũ. §.fundum.ff de leg iij.l.cùm pater.§.dulcissimis ff.de lega.ij.& hoc voluit do Abb.in ca.sicut.de testi.licet ergo dispositum illius legis sit conceptum in codicillis prohibitis aperiri, nihilominus ratio est generalior propter iustam ignorantiam.Siue ergo ignorantia causetur ex codicillis prohibitis aperiri, siue ex testamento, dummodo sit iusta, & probabilis, excusat venditorem & emptorem & per consequens non rectè dixit Bald.& vide Bald. in l.iubemus.in prin.C.ad Trebel.vbi allegat d.l.fi.§.fin. Ang.in l.fin.§.sed quia.C.communia de leg.vbi dicit, quòd cautus debet esse aduocatus actoris, vt semper deducat scientiam alienantis, aliàs succũberet.Sed debuit Ange. supplere secundum do.meum in d.c.Raynaldus. & bene, quòd etiam debet deducere scientiam emptoris emẽtis. quia ille § fi.requirit ignorantiam vtriusque & pro limitatione dicti §.fina.vide Pau.de Castr.consilio x.& contra Pau.de Castr.vide do.meum in d.capi. Raynaldus.in lxvij.colum.

ADDITIONES.

Adde Iasonem in l.illam.C.de colla.& in l.Gallus.§.quid si is.in v.col.ff.de lib.& posthu.& in l.sancimus.in iiij.col.C.de iud. & idem do.meus in l licet.in ij.col.C.de pactis.

Ibi, quia vbicunque &c.Adde Bal.in c.secundò requiris.de appella.Roma.consi.clxxiiij.& eundem Corset.in tract. de potesta.Reg.chart.uj Geminia.consil.xxxix.cum seq. Curtium senior.consi.xluij.col.v.Ias.in l.j.ff.in ius vocat.vt eam.l.j.§. fuit quæsitum.col.iiij.ff.ad Treb.& Alex.ibi & Carol.Molin.in consi.lix.attentis verbis.col.ij.nu.3.versic.& confirmari potest.col.viij. G.b.Sar.

24 *Argumentum* *VI.*

1 *Negatum de vno, de alijs videtur cõcessum, nisi ea sint connexa. fallit in frequentato, vt hic.*

1 TV† habes in c.nonne.de præsumpt.& in l.cùm prætor ff.de iudi.& in l maritus C de procu.& in capi. qualia xxv.dist.cum simil.quòd si de vno negatur, de alijs concedi videtur.Limita primò secundum do Anto.in c. translato.de constitu.non procedere, vbicunque essent duo cõnexa: quia eo casu expressio vnius operatur expressionem alterius.d.c. translato.Item limita secũdum do.Anto.in cle.j.de rescrip quando prohiberetur vnum, quod est frequẽtatum, quia prohibitum videtur id quod non est frequentatum facit ibi gl.& quod plenè ibi scribit domi.meus. & vide quod voluit Petr.de Bellapertica, qui refert Cyn in dicta l.maritus quòd si maritus prohibuit aliquid vxori, videtur prohibuisse id quod erat simile.facit l.·.& l.filium habeo.ff.ad Macedo. vide plenè do. meum in d.c.translato.tene menti has pulchras limitationes ad illa iura.

ADDITIO.

Vide do.meum in d.l.maritus.& in l.sed & si quis.ff.de vulga.& pup.ratio potest esse, quia connexorum idem est iudicium. vide per eundem domi meum in l.j.C.de transac.vbi infinita scripsi ad materiam connexorum post dom.meum ibi.Adde do.Feli.in rub.de re iudi.in iiij.col

25 *Alienatio* *III.*

1 *Alienatio rei ecclesiæ si communi opinione reputetur vtilis ecclesiæ, licet re vera non sit, valet.*

1 SI prælatus† interueniente debita iuris solẽnitate alienat rem ecclesiæ, & communi opinione reputabatur illa alienatio vtilis ecclesiæ, licet re vera non esset, isto casu tenet alienatio.singula, est gloss.in capit.cùm apostolica, de his quæ fi.à præla.de qua glos.facit sestum do.Anto.de Butri.ibi, & allegarem, quod habetur in l.tutor qui repertorium.§ si post.ff.de admin tuto.bene facit quod habetur in l.quid ergo.§.sufficit.ff.de contraria tutel.acti.& per gloss.in dicto capi.cùm apostolica.in ver profuturum.salua duas gloss.quæ communi opinione doct. sunt reprobatæ.in capitul.sine exceptione.xij.quæstio.ij. & in summa ea.causa & quæstio.quæ dicunt, quòd si alienatio fiat ex iusta causa, & tamen interueniat solennitas canonica, & in casu non licito nec concesso à iure, tenet ipso iure alienatio refert & sequitur do.meus do.Andræ. in cap.quæ in ecclesiarum.de consti.& in repe.c.Raynaldus.de testa.in vlti.col.

ADDITIO.

De materia alienationis rei ecclesiæ, vide Guido Papæ decision. Gratronopo.cxlix.cum decem sequentibus decision.& decisio.ccccxciiij & in decisio.Tholosa.quæstion.xcvij. Gabriel Sarayna.

DE LITERA B.

26 Beneficium

1 *Beneficium principis simpliciter concessum, intelligitur cõcessum pleno iure, & perpetuò.*

2 *Beneficia quæ de se sunt materialia, si conferuntur à Papa, intelliguntur conferri perpetuò.*

1 BEneficium † principis simpliciter concessum, intelli-
gitur concessum pleno iure. vt in authen. vt liber. de
cæt. non ege. aur. ann. §. 1. col. vj. Et etiam videtur conces-
sum perpetuò, vt in authent. consti. quæ de digni. §. illud.
colla. ea. ita pulchrè dixit Bal. in l. beneficium. ff. de con-
sti. prin. refert & sequitur do. meus in cap. cùm dilecti. de
dona. per quod dictum dicit se aliàs consuluisse Romæ,
2 quòd beneficia † quæ de se sunt materialia, si conferútur
à Papa, intelliguntur conferri perpetuò. quod est mirabi
le dictum, & menti tenendum.

DE LITERA C.

27 Confessio I.

1 *Confessio prætextu erroris non potest reuocari post sententiam diffinitiuam: secus si post præceptum de soluendo factum à iudice.*

2 *Præceptum iudicis de soluendo factum ante litis contestationem non habet vim diffinitiuæ, nisi factum sit cũ causa cognitione.*

1 LIcet † confessio prætextu erroris nõ possit reuocari
post sententiam diffinitiuam, vt in ca. fi. de confessis.
& in l. error. C. de iur. & facti ignoran. tamẽ reuocari po-
test præceptum factum per iudicẽ de satisfaciendo post
2 confessionem. præceptum ergo † factum per iudicem post
confessionem ante litis contestationem non habet vim
diffinitiuæ. istud dixit gl. valde notabilis iuncta thentica
do. Abb. ibi in c. ex parte. 1. in versi. allegare errorẽ suum.
de ver. sig. & hoc etiam voluit notabiliter Bartol. in l. non
fatetur ff. de confes. Quod tamen limita, nisi præceptum
fuisset factum cum causæ cognitione: vtputa, quia fuisset
datus terminus ad allegandum: quia tunc confessio non
differretur mandari executioni. argu. in l. penulti. ff. eod.
titu. quod not.

28 Citatio I.

1 *Citatio facta absenti vt satisfaciat, vel compareat, aliàs, quòd iudex eum excommunicat, valet: nec ab ea potest appellari.*

1 NOta practicam † hodiernã citandi, maximè in Cu-
ria Romana, vt ante citationem rei. antequam cõ-
stet iudici de delicto, vel de debito, possit per suas literas
præcipere absenti, vt satisfaciat vel compareat, aliàs ex-
communicat eum. ista est gl. elegans quam ad hoc indu-
cit do. Abb & dicit menti tenendam in cap. ex parte 1. de
ver. sign. Ex hoc enim præcepto ante causæ cognitionem
facto, non potest dicere reus se grauatum, ex quo iudex
iustificauit præceptum. nam propter illam iustificatio-
nem, vt compareat, resoluitur præceptum in simplicẽ ci-
tationem si vult comparere. & fuit adinuenta hæc practi-
ca pro faciliori exitu iudiciorũ & pro hoc facit text. iun-
cta gl. in l. de pupillo. §. meminisse ff. de ope. no. nuntia. &
vide latius de hoc do. Abb. & dominum meum in ca. 1. de
causa poss. & proprie.

29 Conditio I.

1 *Conditio impossibilis adiecta donationi causa mortis, non vitiat donationem.*

1 COnditio † impossibilis adiecta donationi causa mor
tis non vitiat donationem. singu. est tex. in l. quæ sub
conditione. §. hoc edictum. ff de condi. insti. & illum tex.
allegauit pro sing. Lud. Roma. in l. impossibilis. ff. de ver-
bo. obliga.

30 Consultatio.

1 *Consultationi si iurisstator respondeat, quando dicatur introducere ius nouum, vel ius commune ostendere.*

2 *Sententia principis facit ius quò ad omnes, secus eius consultatio quando per eam non intendit disponere sed id, quod iure cautũ est, approbare.*

3 *Iura quæ diriguntur ad certam personam faciunt ius etiam inter alios, quando Papa respondet per viam iuris.*

QVando iurisstator respondet consultationi, non in-
troducit ius nouum, sed ius commune ostendit.
1 duas gl. habes in iure canonico solitarias, quas † sequũ-
tur omnes scribentes ibi, & in aliis locis. & do. Abb. in c.
si diligenti. de foro compe & in c. peruenit. de emp. & vẽ.
& in c. cùm simus. de reg. & in c. tuæ fraternitati. de spon-
salib & matrimon. & in c. pastoralia. in j. no. de exce. & in
c. fi. de senten & re iudica Vnam habes in c. j. extrà de filiis
presby & aliam in c. consultationi de tẽpo. ordi. Sed ego
non puto hoc indistinctè verum, nisi diceres distinguendo
quòd aut iurisstator respondens consultationi determinat il
lam per ius commune, & tunc procedat theorica gloss. &
doc. aut determinat illam per id, quod non est iure cau-
tum: & tunc inducit ius nouũ. & ad hoc adduco tibi tex.
rotundum & apertum à nemine ponderatum, nisi à me
diuina fauente gratia, in c. ex multa in ver. in consultatio
ne ius editur. de voto, quem tex. ad hoc tene menti. & ad
duco quod voluit Bar. in l. nemo. C de sent. & interlocut.
2 om. iudi. vbi dicit, quòd licet sententia † principis faciat ius
quò ad omnes, non tamen facit ius eius consultatio, seu
responsio. Quod intellige verũ. quando princeps per illã
consultationem, & responsionem non intendit dispone-
re, & introducere ius: sed id quod iure cautum est, appro-
bare. Adde tex & ibi Gemi. in c. Romana. §. fi. de offi. ord.
3 lib vj. vbi colligitur argu pro & contra. quòd iura † quæ di-
riguntur ad certam personam, faciunt ius etiam inter a-
lias personas, quando Papa respondet per viam iuris. ad
hoc de iur. cal. c. j. de quo per gl. in proœ cle. & facit quod
no. gl. in clemen. dudum. in §. huiusmodi. in princi. de se-
pul. & vide gl. in c. Romana. §. cũ ante. de app. eo lib. vers.
qui pro tẽpore. & pondera tex. in d. c. ex multa. quia pos-
set cauillari, cùm dicat. ius in cõsultatione editur, id est,
editum esse ostendit. sed tene primum quod prædixi.

31 Compromissum I.

1 *Compromissum super potestate eligendi non potest fieri, nisi omnibus canonicis consentientibus.*

2 *Consentire omnes de vniuersitate debent in arduis explicandis: nec sufficit quòd actus explicetur per aliquos nomine aliorum.*

1 COmpromissum super † potestate eligendi non potest
fieri, nisi omnibus canonicis & singulis cõsentienti-
bus: vnde nõ sufficit maior pars capituli: quia cuiuslibet
interest vt eligat per se, & non per alium: ideo quilibet po
test contradicere ne fiat cõpromissum & ideo si compro
missum fiat ab vno nomine omniũ, aliis præsentibus &
non contradicentibus, non valet: quia cùm ista res nõ sit
leuis, imò magnæ importantiæ, debent sigillatim omnes
requiri, & expressè consentire. Istud est dictum singulare
& obliuioni non tradendum, Compostel. in c. in causis. de
electio. quod do. Abb. ibi reputat mirabile. facit in argu.
d. c. in causis. & c. quia propter. & c. quia scriptum. eo. tit.
2 Ex quo sume regulam quòd in arduis † explicandis in vniuer
sitate debent omnes expressè consentire, nec sufficit quòd
actus explicetur per aliquos nomine aliorũ, licet illi ta-
ceant & non cõtradicant. quia in re onerosa & graui de-
bet interuenire consensus expressus: per id quod voluit
Inno. in c. in genesi. de electio. & gl. in regula, is qui tacet.
de reg. iur. lib. vj. & gl. in c. sicut. de electio. in vj, & quod le
gitur & notatur in l. qui paritur. ff. manda.

ADDITIONES.

Casus in quibus non sufficit minor pars capituli, ponit Felin. in c. cùm omnes. in ii. colum. cum tribus sequentibus, extrà de constitutio.

Latè tradit Hieronym. Cagno. in l. semper qui non prohibet. in prin. ff. de regu. iur. Gab. Sar.

32 Commissarius.

1 *Commissarius quod facit, fingitur factum per committentem.*

1 ILlud quod fit † per commissarium, fingitur esse factum
per ipsum committentem. id probatur in text. ad hoc
celebri, in c. in causis. de elect. secundum doct. & do. Abb.
ibi, qui inducit ad quæstio. & dicit se in facto fuisse con-

fultum. Quidam testator mandauit certa bona sua distribui in pias causas, secūdum quod suis executoribus testamenti videbitur. illi executores elegerunt negotium priuilegiatum, vt puta, fabricam ecclesiæ. episcopus loci petebat quartam bonorum legatorum: replicabatur, ꝙ de relicto facto pro fabrica non debetur quarta. vt in c. fi. de testam. Replicabatur ꝙ testator non elegerat fabricam. sed executores: quærebatur quid iuris? Respōdet dn̄mi Abb. quòd non debebatur quarta: quia illud, quod fit per executores testamenti, videtur factum per ipsum testatorem: vnde perinde est ac si ipse testator elegisset fabricam. argument. optim. d. capit. in causis. & l. vnum ex familia. § fina. ff. de leg. ij. & ibi hoc firmat Bart. per illum text. Et ex his dicit haberi bonam practicam impediendi quartam episcopi, quòd vbi testator reliquit in genere ad pias causas, cautela est quòd executor testamenti eligat aliquam causam priuilegiatam, ex qua non debeatur quarta. Et quæ sint causæ priuilegiatæ? dic vt legitur & notatur in dicto c. fi. & in c. ij. de sepul. Tene menti istud pulchrum & generosum dictum. faciunt quæ habētur & notantur in capit. mulieres. de senten. excom. & in regula, qui per alium. de regul. iuris, libr. vj. & in l. ita tamen §. gessisse. ff de admi. tut. & in l. non solùm. § si mandato ff. de iniur. cum simi. Adde Bal. in l. distrahente. C. de reb. alien. non alie. quòd commissarius præiudicat committenti sciēti, licet se non subscripserit. & sic illud quod facit commissarius nocet committenti.

ADDITIONES.

Adde quod dicit Feli. in cap. inter cæteras. in iij. & iiij. colū. extrà de rescrip. quòd paria sunt quòd quis eligat per se, vel quòd alius pro eo eius mandato. vt dicit ibi Panor. in ij. colum. cō suluit Romā. consilio cxvj. vbi quædam dicit quæ faciūt ad propositum.

Ibi, ad pias causas. Istam limitationem ponit Ias. in l. ita demum. in ij. col. in vv. fallen. C. de procu. & Feli. in d. c. inter. hic allegat. Gab. Sar.

33 *Clausula* I.

1 *Clausula, appellatione remota, intelligitur quò ad partem, nō quò ad tertium.*

1 VBi in† aliqua commissione, seu rescripto apponitur clausula, appellatione remota, intelligitur remota quò ad partem, non quò ad tertium. iste est casus vnicus & singu. in c. super eo. de offi. deleg. de quo fecit festum do. Anto. in c. vt debitus. de appel. & in facti cōtingentia ita respondit per illum tex. tu adde quod voluit gl. io fi. in l. creditor. in princ. in ver. pone. ff. manda. quam retuli suprà singu. vj. incip. regula est. quòd nihil est innouandum. Et adde aliud, ꝙ licet exceptio dilatoria sit proponenda ante litis contestationem. c. inter monasterium. de re iudi. c. pastoralis. de exceptio. & quod ibi not. in l. fin. C. eodem. l. exceptionem. C. de probat. iij. quæst. vj §. exceptio. intelligitur hoc esse verum quò ad partes: secus quò ad tertium. sing est casus secundum Ang. in l. si quis libertatem. ff. de peti. hæred.

ADDITIO.

Istud latè tradit Didac. Couarru. in practicis quæstionibus, cap. xv. nu. 4. versi. quartò si adamussim omnia. G. S.

34 *Clausula* II.

1 *Clausula in fine apposita. non debet referri ad omnia præcedentia. quando ex tali relatione sequeretur absurdum, vel inconueniens, seu iurium correctio.*

1 CLausula† in fine apposita, non debet referri ad omnia præcedentia, quādo ex tali relatione sequeretur absurdum, vel inconueniens, seu iurium correctio. debet enim esse vniformia rationibus præcedentibus, ad hoc vt clausula sequens referatur ad omnia: secus si potest reddi diuersitatis ratio inter præcedentia. textus est singula. & alibi censura canonica non reperitur secundum domi Abb. in c. ecclesia vestra. ij. in ver. non debeat ad contentum, & alia quæ non sunt de forma referri. de elec. ad hoc vide Barto. in l. prætor. ij. ff. vi bo. rap. & in l. talis scriptura. ff. de leg. j. & domi. Abb. in ca. secundò requiris. de appel & quod no. in c. inquisitioni. eo. titu. & vide Bal. in l. j. C. de diuer. rescrip. & in l. j. C. de libe. præteri. & in l. j. C. de legiti. hæredi. & in l. prima. ff. de postul. Nic. de Neapo. in l. consilio. ff. de curat furio. Ioan. de Imol. & do. meum in capitu. primo, de pactis. Bartol. consilio v. incipiē. Andriolus. Ludouic. Roma. consilio cxxix. & ca. Paulum de Castro consilio cccxliiij. gloss. singu. secundum Ange. post Guliel. de Cune. & Barto. in l. si idem cum eodem. ad finē. ff. de iurisdic. omni. iudic. vbi clausula refertur ad proximum præcedens, quando commodè adaptari nō potest ad omnia præcedentia. & licet do. Abb fecerit singul. dictum c. ecclesia. facit optimè tex. in c. cùm dilecti. de donat vide ibi scribentes, & vide do Cardi. in clemen. j. § fi. de iure patro.

ADDITIO.

Vide do. Nic Boer. decisio. cxlvj. nu. 3. & Roma. sing. dclxxij. scis quòd conditio. in fi. G. S.

35 *Careo.*

1 *Careo verbum, intelligitur ipso iure.*
2 *Verbum decernimus est aliquando declaratorium, aliquando no-*
3 *ui iuris introductorium.*

VErbum† careo, intelligitur ipso iure. glo. est singularis & vulgaris in l. prouidendum. in verbo, careat foro. C. de postu. quā gl. reputant singu. Ang. Rapha. Fulgo. & communiter omnes legistæ. & vide elegans consilium do. Pet. de Ancha quod incip. ex curia negligentia & est vj. in ordine positum inter consilia Ioan. Calderi. de feu. vbi dicit, ꝙ licet verbū careo, proferatur in futuro tēpore, est tamen canon latæ sentētiæ. & alle. gl. d. l. prouidendum. & ratio est secundum eum, quia licet verba sint futuri temporis, si tamen sint de sui natura priuatiua, sunt canon latæ sententiæ. & alle. gloss. d. l. prouidendum. vide plenè de hoc verbo, & similibus, do meum in c. si diligenti. in versi. perdatur. super glo. de foro compe. Ego allego tibi aliam glo. in c. nouit. in versic. carere decernimus. de his quæ fi. à præla. sine consensu capituli. quam gloss. allegauit ad hoc do. Abb. in c super his. de fide instrumē. Sed
2 dici potest, quòd ibi non solùm consideratur natura† verbi decernimus, quod est verbum declaratorium, vt per doctor. in d. cap. decernimus. de iudic. aliquando est iuris noui introductorium, & hoc de sui natura, vt in dicto ca. decernimus. nam verba declaratoria licet non proferantur in præteritum. sunt canon latæ sententiæ. ita voluit do Abb. in d. c si diligenti. & alleg. text. iuncta gloss. d. ca. nouit. & ita sentit in dicto ca. super his Sed iudicio meo potius consideranda est natura verbi Careo, in d. ca. nouit. quàm natura verbi decerno. nec apparet ratio quare ibi consideretur potius natura vnius verbi, quàm alterius, cùm gloss. ibi dicat, quòd comprehendit vtrunque verbum. & sic apertè sentit, quòd vtrunque verbum est canon latæ sententiæ: nam si voluisset denotare solùm naturam verbi decerno, apposuisset duntaxat illud, & non verbum careo: nam syllaba non debet poni superfluo in lege, vt dicit glo. in l. j. ff. quod metus cau nec dictio: vt est gloss in c. solitæ. in ver. tanquam. de maio. & obed. facit c. si Romanorum. xix. distin. & l. ampliorē. § in refutatoriis. C. de appel. & quod voluit Bal in rub. C. de contrah. empt. & quod legitur & notatur in proœmio Gregor. & quod voluit Bart. in l. lecta. ff. si cer. pe. & in l. qui Roma §. duo fratres. ff. de ver. ob. ergo illa gloss latuit patres nostros. & non est vsque nunc ab alio ponderata. Tene menti: & idem dic in verbo vlterius quòd sit canon latæ sententiæ text. est iuncta theorica Bal in c cùm accessissent. de consti. refert & sequitur ibi do. meus, & in d. ca. si diligenti. vide ibi per eum.

36 *Citatio* II.

1 *Nuntius si citet præsente iudice, & mandante, habetur perinde ac si iudex citasset.*
2 *Iniuriam alicui dicens in voce impunitur, sicut dicēs in scriptis.*

2 SI nuntius† citat præsente iudice, & mandāte, habetur
3 perinde ac si iudex citasset, & est satisfactū solennitati l. ij. C.

l.ij.C.quomo.& quando iud.istud fuit singulare dictum Bal.in d.l.ij.& ampliat illum rex.cum sua glo.Barb.in c. consuluit.de offic.delega.& adduco tibi elegans dictum Ang.in authent.amplius.C.de fideicom.vbi dicit se babuisse de facto.monitio in casu illius authenti.est fienda à iudice:si fuit facta per nuntium, vel epistolam, satisfactum est illi authen.& alle.gl.quam alibi dicit se nescire, in auth.de hære.& falc.§.quoque.in versic.de certo.& ista duo dicta refert do.meus in repeti.rubricæ de fide instru. in iiij.col.& ratio esse potest,quia non refert an iudex moneat ore proprio,an per epistolam, vel nuntium:cùm paria sint aliquid proferre in voce,vel in scripris,vel per nūtium.tex est melior in iure in l.nun figura.in verbo, non minus valere quod scriptura,quàm quod vocibus lingua figuratis significatur.ff.de act.& obli.& vide gl.in c.constitutionem.de sent.excom.lib.vj.& text.in c. vbi periculum.§.nulli.de electio.eo.lib.c.qui in aliquo.j.dist.facit c. perlectis.xxv.dist.& l.item apud Labeonem.§.cōuitium. & l.lea Cornelia.§.si quia librū.ff.de iniur. quæ duo iura allegauit Ludo Roma.in quodam suo consilio,vbi con-
a suluit,† quod ita punitur dicens alicui iniuriam in voce, si-
b cut in scriptis[b].licet aliter voluerit Bal.in l.j.in prin.ff.de ver.obli.& in authen.habita.C.ne filius pro patre.Et adduco tibi dictum stupendum do.Ant.de But.in d.c.cùm causam.de iur.cal.vbi dicit,quod licet c.ij.de confes.libr.vj. velit,quòd reus debet esse iussus & monitus à iudice,tamē sufficit quòd moneatur à iudice per nuntium,de quo dicto exclamat ibi Ioan.de Imo. dicens non fuisse dictum ab alio,& fortè singulare & memoria dignū.vide ibi do. meum,& in d.rubrica.

ADDITIONES.

a Si nuntius.Adde in proposito do.meum do.Ias.in l.si quis id quod.in iij.col.ff.de iurisd.om.iudic.& in l.j §.si iusserim. in primo notab.ff.de acqui.poss.& in l.iubemus.col.fi.C.de testa.& plenè in l.fi.ff.de feriis.

b Sicut in scriptis.ratio est,nam iniuria facta per epistolā dicitur verbalis.Roma consi.cclxv.& do.Ias.in l.j.ff.de verborū obliga.

Latè & eleganter id tradit Didac.Couarru.in c.si hæredes.nu.7. in secunda conclusione.extrà de testam. G.S.

37 *Cassatio.*

1 *Constitutione cassata non cassatur eius effectus per prius editus. fallit tamen in casu.*

1 CAssata† constitutione non cassatur eius effectus per prius editus.bonus est tex.in ar.in c.quæ in ecclesiarum.de consti.vbi Papa cassauit nedum constitutiones, sed venditiones inde factas. & hoc collegit do. Abb.ibi. Sed iudicio meo text.est ibi clarus,& apertus,& nō in argumentū.nam vbi est tex.apertus,cessat argumētum:per id quod voluit Io.And.in c.j.de pact.& putat hoc procedere do.Abb.in d.c.quæ in ecclesiarum. vbi statutum tenuit:Tēperat tamen,nisi in cassatione diceretur,vt constitutio habeatur pro infecta: quia tunc omnis effectus censetur sublatus.& alle.gl.notabilem in clemen vna.in ver.pro infectis.de immu.eccle.& illam gl.fecit singularē do.Car.ibi,& dicit illum tex.& glo.singu.& se nescire alibi,& facere ad mulex,inquantum reuocantur retro gesta,& Papa circa ea quæ sunt de iure positiuo habet potestatem illa reuocandi ex tunc.& magnificcit etiam illā gloss.idem Cardi.in cap.ad petitionem.de accus. & do. Abb.in c.si aliquando.de sent excom do.Ant.& Ioan.de Imo.in c.cæterum.de rescri.Vide ibi do meum. & limitauit illam gloss do.Car.in d.c.ad petitionem. non habere locum,vbi ageretur de præiudicio tertii.vide do. meum in d.c.quæ in ecclesiarū.in xv.col.vbi refert quæstio.quam habuit in facto do.Cardi.& etiam ipse:& dicit quòd do. Car.fuit sibi contrarius.vide eum ibi omnino.& vide domin.Abb.in cap.non debet.de consanguini.& affini.circa finem.

38 *Confessio II.*

1 *Confessio facta super crimine plenè præiudicat,quando fit in iudicio,& in præsentia iudicis,etiam nullo præcedente processu.& quando dicatur facta in iudicio.*

1 COnfessio[a] †facta super crimine plenè præiudicat,
a quādo fit in iudicio,& in præsentia iudicis sui, quo casu plenè præiudicat,etiam nullo præcedente processu. argum.c.at si clerici.de iud.& singu.not.Innocen.in capit.qualiter & quando.ij.de accus.& facit tex. in c.j.de accu.lib.vj.quem ad hoc ponderat do. Abb.in d.c.at si clerici.& vide Bart.in l.si confessus.ff.de custo & exhib. reo.
b vbi dicit dictum Inn.[b] habere locum quando confessio fit principaliter,& propter se:tunc enim valet sine processu.argu.in illa l.secus si fiat incidenter per quandam consequentiam.l.si filium.C.de liber,cau.& hoc dictum Bart. no.pro limitatione illius dicti Inn.& pro illa limitatione Barto.est gloss.quam reputo singu.c.ex pœnitentibus,50. distinct.in fi,quæ dicit,quòd si promouendus confitetur suum crimen,non debet ex hoc puniri, sed solùm repelli ab ordinis susceptione,quia ad hoc non agebatur.Et no. quòd tunc confessio intelligitur facta in iudicio,non solùm quando fit in præsentia iudicis,sed oportet quòd iudea sedeat pro tribunali,vt in l.penult ff.de iustitia & iure.& vide te a.cum gl.no.ij.q.j.in §.quando autem.& hoc quando causa exigit plenam probationem : secus si exigat semiplenam tunc sufficit iudicem itinerare per locū iudicij vide bonum tex.cum gloss.in l.voluit.ff.de interroga.actio.& vide do.Abb.in c.ij.de confessis.& in dicto c.qualiter & quando.

ADDITIONES.

x Confessio facta in criminalibus quādo præiudicet. vide plenè Guid.Papæ decisio.Grationo. cccxaxix. vbi multa in hac materia ponit.

b Vbi dicit Inno.&c.Istud dictum Innocentij tenet Ange.& Alex.in l.ij.ff.de libe.& posthu.Felin.in c.cùm dilectus.xx. col. extrà,de rescri.Alex.consil.xxxiij.in iij.vol.incip.visa inquisitione formata.idem Alex in consi.ccxxvij.incip.visa inquisitione.colum.j.volu.iiij.Panor.in cons.xxv.incip. saluatore. in j.col.Bald.in l.ij.C.de re iudicata.Marbesil.singula. suo lij. incip.nota vtilem.Contrarium tenet Ange.in consil. cexcvij. incip.pro Dei nomine,pro prædictis duo examinanda sunt. & in consilio clxxviij.incip.visis actis prædictis. & ibi adducit duo motiua. Gab.Sar.

39 *Confessio III.*

1 *Confessio incidenter facta non sufficit ad imponendam pœnam ordinariam fallit in casu vt ibi.*

1 COnfessio†incidenter facta non sufficit ad imponendam pœnam ordinariā.potest tamen iudex inchoare nouum processum,& adducere illam cōfessionem ad probationem delicti. iste est casus singularis secundum vnam lecturam in capitu.ij de confes.ad hoc facit quod not.Innocen.in capit.per inquisitionēm.de elec.& quod voluit Ioan.Aud.post Compostel.in cap.mandatum.de rescrip.vbi dicit,quòd si in causa beneficiali reus confitetur se ius non habere,& actor nihil probat de iure suo, quòd inferior à Papa non potest procedere super illa instantia contra reum confitentem: quia nihil potest vltra libellum.de simo.c.licet heli.l.fi.C.de fideicommis.liber. sed inchoando postea nouam instantiā per viam inquisitionis poterit procedere contra illum,& eum priuare ex eius confessione:per notata in dicto cap.per inquisitionem.refert & sequitur istud dictum domi.Abb.in d.c.ij. de confess.vide dominum Antonium in capitu causam quæ.j.de testib.quem refert & sequitur ibi domin. Abb. Hoc limita non habere locū in Papa,quia potest & consueuit incontinenti super illa instantia pronuntiare contra vtrunque,& alij conferre beneficium, secundum Ioā. Andræ.post Compost.in dicto capit. mandatum. & dominum Abb.in dicto capi.ij.hoc idem sequitur Archi.& alij scribentes post eum in c.fi.de iureiur.libr.vj.& Spe.in tit.de actio.& petit.§.super actio.versi.quid si reus. quod tene perpetuò menti.

ADDITIO.

Adde Hippol.de Marsi.in l.j.in princip.numer.36 ff.de quæstio. Gab.Sarxy.

40 *Caro.*

1 *Oua quibus diebus comedere licet, licitum est etiam comedere saginam.*
2 *Carnis appellatione non venit lardum, nec sagina.*

1 PRo solatio dico tibi vnum, quòd illis diebus † quibus
licitum est comedere oua, licitum est comedere sagi-
nam. gl. duæ sunt solitariæ & vnicæ. vna in capit. presby-
ter. lxxxj. distinctio. alia est in c. admonere. xxxiij. q. ij ego
pro illis duabus gl. allego tibi text. in l. j. C. de eroga. mili.
2 anno. libr. xij. vbi appellatione † carnium non venir lar-
dum, & per consequens nec sagina. nam ibi ponuntur vt
species distinctæ carnes & lardum. & ibi Barto. dicit not.
quòd lardum non est caro, nec econtrà: quia lardum &
carnes ponuntur vt species separatæ: adeo quòd secun-
dum eum appellatione macellatorum carnium non ve-
niunt macellatores carnium & lardi. tene menti. quia il-
la lex non solet allegari per aliquem pro illis duabus glo.
decreti.

ADDITIO.

Nescio an id sit vsquequaque verum, cùm lardum & sagina ex carne fiant, & nihil aliud sit sagina, quàm pinguedo carnis, imò caro obæsa. vide tamen Barbat. allegantem illas duas gl. in l. j. §. si quis simpliciter. col. ix. ff. de verb. oblig.

41 *Contractus.*

1 *Contractus emphyteuticus quando dicatur esse, & quando contractus locationis?*
2 *Emphyteusis ecclesiæ non transit ad extraneos hæredes.*
3 *Emphyteuticus cõtractus quãdo dicatur esse perpetuus, & quãdo temporalis?*

1 COntractus † præsumitur esse emphyteuticus, si loca-
tio est perpetua, & pensio parua: & etiam ex qualita
te pactorum, & ex consuetudine pensionis, & communi
vsu loquendi: aliàs præsumitur esse contractus locationis,
si pensio correspondet fructibus. gloss. est singularis & pe-
regrina in l. j. §. j. ff. de superfi. quam reputauit singu. Bal. in
cap. ij. de dilatio. & dicit hoc esse considerandum secun-
dum eum ibi: quia simplex locatio transit ad quemlibet
2 hæredem, vt in l. viam veritatis. C. loca. sed † emphyteusis
a ecclesiæ non transit ad hæredes extraneas. [a] de quo vide
notata in capi. in præsentia. de probatio. & per Lud. Ro-
ma. & Moder. & alios in l. etiam. ff. soluto matrimon. do-
minus meus in dicto capit. iij. dicit, quòd Bald. verius di-
ceret isto modo. Contractus emphyteuticus dicitur ille,
qui sub modica pensione datur ad meliorandum. ita di-
xit Bart. in l. j. C. de iure emphyteutico. Et videmus quo-
tidie emphyteusim concedi ad soluendum vnam libram
piperis, vel decem solidos: & dicit quòd iste est propriè
contractus emphyteuticus, quando est & datur modica
pensio & vilis, & interuenit melioratio, posito quòd in
contractu essent apposita illa verba, locauit, quia verba
debent intelligi secũdum subiectam materiam. l. si vno.
ff. loca. Si autẽ pensio esset magna, adeo quòd commẽsu-
raretur fructibus, qui ex re illa percipiuntur, tunc præsu-
mitur esse locatio, & non contractus emphyteuticus: ex
eo, quia repugnat naturæ emphyteusis. & ad hoc domin.
meus adducit quod voluit Bal. in d. l. j. C. de iure emphyt.
& dicit se aliàs in facto consuluisse Bononiæ: cùm fuisset
concessa quædã domus in emphyteusim sub magna mer
cede, adeo quòd non daretur maior ex locatione, quòd
debebat fieri remissio, si casu fortuito non poterat frui
plenè domo illa. vide quod latè scripsit lucerna iur. do.
meus in capit. propter sterilitatem. de loca. Et an contra
3 ctus emphyteuticus præsumatur esse perpetuus, seu tem-
poralis, hic non examino, sed vide plenè domi. meum in
c. iij. de dilatio. vbi bellissimè discutit hunc passum.

ADDITIO.

a Non transit ad hæredes, &c. do. Alexan. consil. xxxviij. incip. consideratis his, de quibus in themate. in ij. volu. dicit, quòd ista est magis communis. & in consil. lxxxix. incip. Vtrum emphyteusis. in iij. volu. & vide eũdem Alexand. in consil. xxiij. incip. opportunè consideratis. in iij. col. vol. j. Sed cõtrarium tenet ipsemet do. Alex. in consi. clxxxix. incip. viso & maturè discusso. in v. vol. Gab. Sar.

42 *Cautio.*

1 *Cautio simpliciter facta intelligitur de nuda, & quomodo id intelligatur?*
2 *Cautio idonea dicitur, cùm interuenit pignus, vel fideiussor.*
3 *Cautio sufficiens, & idonea si a lege requiratur, debent dari fideiussores & pignora. Et quid si præstari debeat mediocris cautio? vel cautio competens? Et quid si dicatur, caueat, vel satisdet? an reus præstare possit vel pignora, vel fideiussores, an verò vtrunque præstari oporteat?*

1 CAutio simpliciter † facta licet intelligatur de nuda,
vt in l. sancimus. C. de verborum significatio. cum si-
mili. tamen non debet esse nuda à validitate: debet enim
esse valida. glo. est singul. in l. huiusmodi. ff. de legatis pri-
mo. Item non debet esse nuda ab obligatione bonorum,
vel à pœna. ita pulchrè dixit Bart. in l. si prius. ff. de operis
noui nuntiatione. facit glo. in l. ij. §. si dubitetur. ff. de iu-
dictis. & in l. j. §. hoc autem. ff. si cui plusquàm per l. Falci-
diam. Sed gloss. habes in capitul. prima igitur. de conse-
cra. distinctio. iiij. quæ dicit, quòd simplex cautio intelli-
gitur idonea cautio: licet secundum eum lex dicat, quòd
cum dicitur idonea cautio, intelligendum sit pignus, vel
fideiussor. l. iiij. §. addici. ff. de fideicommis. liberta. quod
est mirabile & videtur illa glos. obstare d. l. sancimus. nisi
dicas secundum dominum meum, Dominum Andreæ. in
rubrica. de pignor. quòd illa gloss. procedit in cautione
expressa à lege, in qua interueniunt pignora. l. si manda-
to Titij. §. fin. ff. manda. Mihi videtur, quòd tunc simplex
cautio dicitur idonea cautio, quando lex requirit, & vult
quòd sit certissima. ad hoc pondero d. c. prima igitur. in
ver. certissima cautione. & glos. ibi dicit, ex eo quòd dicit
certissima, nota argumentum quòd simplex cautio &c.
& certè ad hoc doctores non animaduerterunt. Nota e-
3 tiam quando lex † seu aliqua dispositio requirit sufficien
tem, & idoneam cautionem, quòd eo casu debent dari fi
deiussores & pignora, vt in dicta l. si mandato Titij. §. fin.
Sed quid si promittatur, & debeat præstari mediocris cau
tio? dic quòd tunc venit obligatio omnium bonorũ. ca-
sus est singul. in l. filio. ff. vt lega. nomi. caueatur. secũdum
Ludo. Roma. in l. diuortio. §. interdum. ff. solu. mat. Quid
si dicatur cautio competens? dic quòd intelligitur fide-
iussio, seu pignus gl. est sing. in l. si debitori. ff. de iudic. se-
cundũ do meũ in rub. de pig. sed eam etiã fecit sing. Lud.
Roma. in d. l. diuortio. §. interdum. Et quid si dicatur, ca-
ueat, vel satisdet? dic quòd si est suspecta persona, debet ca-
uere eũ fideiussore. glo. est sing. in l. pen §. & cùm res ff. de
peti. hær. vide quod habetur & notatur in ca. ad nostrã. j.
de iureiur. in c. Pisanis. de restit. spol. & in c. per vestras de
dona. inter vir. & vxo. & dot. post diuor. resti. & in c quo-
niam frequenter. §. in aliis. vt lite non contes. cum si. adde
tamen elegans dictum Bal. in l. vniuersa. C. de preci. im-
pera. offe. Statuto cauetur, quòd quando petitur cõpromis-
sum, caueatur idoneè, quòd intelligitur arbitrio iudicis.
& refert se ita in facti contingentia consuluisse. refert &
sequitur istud dictum Bal do. meus in rub. de pign. Et li-
cet in facto sequerer istud dictum Bal. tamen mihi vide-
tur dicẽdũ aliter intelligi idoneè cauere. seu idoneã cau-
tionem, pignora vel fideiussores, vt in d. l. si mandato Ti-
tij. § fin. & in d. l. iiij. tunc sic, quando duo debentur alter-
natiuè, optio cõpetit debitori regula, in alternatiuis. de
reg. iur. lib. vj. l. plerunque §. gener. ff de iure do. si ergo qui
idoneè cauet, debet præstare fideiussores seu pignora, er-
go sufficit illud præstare, quod sibi videtur, dummodo il-
lud sit sufficiens & idoneum: quia dato sufficienti & ido-
neo fideiussore, iudex poterit dicere, ego volo pignora &
non fideiussores, & econtrà, datis sufficientibus pignori-
bus, seu sufficienti pignore, iudex nõ poterit dicere, volo
pignus: sed fideiussores Dictum tamen Bal. putarẽ proce
dere, quando esset dubium de idoneitate cautionis quia
tunc iudex posset arbitrari dicendo, volo quòd des pigno-
ra, & non fideiussores: & econtrà, quia forsitan dubitaret
de idoneitate fideiussoris seu pignoris: secus si liqueret &
constaret. & hoc ponderabis quia istud temperamentum
à nemin

à nemine habui, nisi ex ingenij fabricatione diuina præcedẽte gratia. & adducn in simili quod voluit Bart. in l. ij. ff. de effract. & expila. vbi vult, quòd quando constitutio prouidet simpliciter loquendo impersonaliter, puta, suspẽdatur ab officio, vel beneficin, vel amputetur sibi manus. vel cõdemnetur ad mille, vel per verba similia, in pœnis alternatiuis optio debet dari reo, quia in pœnis est minor interpretatio facienda. vt in iuribus vulgaribus, regula. in pœnis. de regul. iur. libro vj. cum simi. refert & sequitur istud dictum Bart. do. Abb in c. à crapula. de vita & hone. cleri. & in aliis locis. Cùm ergo in casu nostro d. l. si mandato Titij. loquatur impersonaliter, per consequens optio debet dari reo.

ADDITIO.

Item adde quòd cautio prætoria non debet esse nuda à pignore, & fideiussoribus. Ias. in l. iubere cauere. colum. j. de iurisdictione omnium iudicum. Idem tradit Barthol. Chassæn. in commentar. consuetudi. Burgund. in vj. rubri. § iiij. *entre gens nobles*. in verb. *caution suffisante*. in prin. & Hieron. Cagnol. in l. plus cautionis. circa finem. ff. de regulis iuris. & faciunt quæ notat Andr. Tiraquel. in tracta. de pœnis temperand. in causa lj. nume. 40. Gab. Sar.

43 *Concessio.*

1 *Concessio simpliciter facta intelligitur facta ad postulationẽ, non motu proprio, & quid in concessione legis?*

1 CONcessio simpliciter † facta intelligitur facta ad postulationem, nisi exprimatur motu proprio. c. si motu proprio. de præben. lib. vj. ita dicit Barto. in l. quisquis. C. de bon pe. sublat. lib. x. Sed quid in cõcessione, quæ fieret per legem? vide eundem Barto. in l. j. circa finem. C. de bon. vacan. & per hoc intelligas quod voluit Bald. in l. j. C. de fruct. & lit. expen. dicit enim, princeps concessit priuilegium filiofami, vt possit testari de bonis suis, nulla legitima relicta patri, nunquid pater hoc itidem facere poterit? Distinguit, aut princeps concessit hoc ad instantiã filij, quod semper præsumitur, nisi appareat, & exprimatur, & fiat mentio de motu proprio, vt d. c. si motu proprio. & tũc pater hoc itidem facere poterit, aut princeps motu proprio concessit, & tunc pater non potest. ratio, quia primo casu non cessat ratio auaritiæ, & ambitionis. Secundo casu sic. Sed hæc ratio non satisfacit mihi. pondera.

ADDITIO.

Vide do. Ias. in l. iij. ff. quod quisque iur. Gab. Sar.

44 *Collecta I.*

1 *Collectas soluere grauatus potest dicere officiali, ostende mihi si sum in quinterno: & si in eo non reperiatur, iniustè grauatur: & qualiter probetur, quòd non sim descriptus in libro?*

1 ILle qui est grauatus † vt soluat collectas, seu tributa, potest dicere officiali, ostende mihi si sum in quinterno, & si nõ reperiatur, iniustè grauatur. text. est peregrinus iuncta theorica Bartol. in l. ducennarij. C. de exact. trib. lib. x. Et qualiter probetur, quòd non sim descriptus in libro? dic quòd cum ista negatiua sit coarctata ad certam scripturam est probabilis, & incumbit onus probandi illi qui ita negat, per text. d. l. ducennarij. & ad idem bonus tex. in l. cum lege. de probatio. & idem firmat Barto. in l. ei qui. in fi. C. de appellatio. vbi si dico, quòd sententia est nulla, quia non fui citatus, & volo probare per inspectionem actorum, possum, & mihi incumbit onus probandi. de quo adde not. per Bald. in l. actor. C. de probatio. & in l hoc iure. & in l. in illa. ff. de verborum oblig. & Hostien. & docto in c. bonæ. de elect. bonus text. in c. conquerente. de cleri. non resi. vbi ista negatiua, quòd quis non resederit in beneficio, probatur per diligentem inquisitionẽ in loco factam, vbi residere debet.

45 *Commixtio.*

1 *Corruptum cum incorrupto licitum est commisceri.*

1 LIcitum † est commisceri corruptum cum incorrupto. text. est celebris in l. omnia. C. de conditis in publicis horreis. lib. x. & ibi Bar. dicit illum text. ad hoc esse menti tenendum: quia contrarium secundum eum dicerent laici, quod non est verum vt ibi.

ADDITIO.

Vide Roma. singu. cccccxxxij. fui interrogatus ab vno episcopo. & ibi latè in additio. Gab. Sar.

46 *Collecta II.*

1 *Collegium nouiter ingressus non tenetur pro debito antea contracto, idem in ciue nouiter facto, & in successore.*

1 QVi de nouo † venit in collegiũ, non tenetur pro debito antea contracto: quod facit, vt ciues nouiter recepti non teneantur ad collectas, quæ pro debitis antiquis ponuntur. ita no. singu. Dy. in l. incola. ff. ad municip. allegando l. prouidendum. C. de decurio. lib. x. & ibi Bar. refert & sequitur Dy. & Roma. singul. ccccxc. qui nouiter. & ibi in addit. Et vide Barto. in l. j. §. si hærede. in fi. ff. ad legem Falcid. & in dicta l. incola. & Bald. in apostillis in l. j. ad finem. ff. quod cuiusque vniuer. nom. vbi ponit aliquas regulas, & pulchras quæstion. & adde Bart. in suo tractat. represaliarum. in iiij quæstio. primæ quæsti. principalis, prope finem. Et not. illum text. quòd successor in officio non tenetur pro debito prædecessorum. & de hac quæstio. vide Iaco. de Belui. in corpore, vt nulli iud. §. hoc verò iubemus. collatione ix. & vide Bart. in l. ciuitas. ff. si cer. peta. & ibi plenè per Moder.

47 *Conditio II.*

1 *Cõditio si nupserit, habet tempus limitatum à iure, quo debet adimpleri, scilicet triennium post pubertatem.*

1 ISta † conditio, si nupserit, habet tempus limitatum à iure, quo debet adimpleri, scilicet triennium post pubertatem. iste est casus mirabilis secundum Bartol. in l. ij. §. ad filiorum. C. quando & qui. quarta pars debetur. libro x. quod not. quia facit ad multa. & vide Bald. in l. sancimus. C. de nupt.

ADDITIO.

Vide domi. meum Ias. in l. ij. colum. quarta. C. de institut. & substitu. Gabriel Saray.

48 *Collecta III.*

1 *Collecta si officiali soluatur, qui postea aufugit, non imputatur soluenti.*

2 *Collegij priuilegio gaudet, qui ex eo extrahi debet, donec illud declaratum fuerit.*

1 SI soluatur † alicui officiali collecta, si postea aufugit, non imputatur soluẽti. casus est peregrinus, & hoc no. ibi Barto. in l. pro his quæ. C. de naufrag. lib. xj. Licet ali-
2 quis † debeat extrahi de vno collegio, quod intrauit, nihilominus gaudet interim priuilegio, donec illud declaratũ fuerit: quia cùm sit in possessione iuris illius priuilegij. debet gaudere priuilegio illo. argu. ff. de aqua quoti. & æsti. l. fina. ita not. Bartol. per illum text. in l. j. ad finem. C. de collegiis, libro xj. quod not. Et not. aliud secundum eum ibi, quòd si vnus de vno collegio remouetur, & alius subrogatur, quòd hoc debet fieri de voluntate & consilio eorum, qui præsunt collegio, vt ibi per eum. vide ad hoc not. in cap. constitutis. de electio. secundum vnam lecturam, vbi recedenti de collegio non potest pro futuris reseruari vox in electione, licet possit vnus qui non sit de collegio dare vocem in illo collegio, si omnes voluerint, c. scriptum. eodem titu. & cap. bonæ. de postula. prælat. & vno contradicente non posset, secundum Compost. in dicto c. scriptum. vbi refert Ioan. And. in nouella. vide Ludo. Roma. in singularibus. ita addit dominus meus dom. Alexan. de Imol. ad d. l. j. circa finem.

49 *Clericus.*

1 *Clericus beneficiatus decedẽs transmittit fructus perceptos ex sua præbenda ad hæredes, & an id procedat in simplici clerico?*

1 SI clericus † decessit post fructus perceptos præbendæ suæ, potest trãsmittere ad hæredes suos. istud dicit gl. celebris in l. j. C. de anno. ciuili. lib. xj. quam sequitur ibi

Barto.& alleg.c.j.de offi.ordi.lib.vj. & remittit se ad not. per eum in l.diuortio.ff.solu.matrimo. sed debuit allegare quod legitur & notatur in c.præsenti. de offi. ordin. eo.lib.& quod plenè not. in cap fina. de pecu. cleri.& ibi vide do.meum do. Anto. plenè, vbi allegat plures gloss.& plenè per do. Abba.in repetitio. cap. cùm esses. de testib. vbi de hoc.adde tex.in cap. relatum.ij.eodem tit.vbi habetur, quòd transeat ad successores, & est communis opinio docto.in clerico beneficiato habente administrationem.In clerico verò simplici,est maius dubium secũdum doct.ibi.vide Bal.& Sali.in authen.licentiam.C.de episc. & cler.& doct in l.commodis.ff.de re iud quos refert do. Alex.de Imol.in d.l.j.in additio.

50 Confeßio IIII.

1 *Cõfeßio extraiudicialis qua confiteor dominium rei meæ esse tuũ, non præiudicat mihi, nisi in iudicio fiat.*

1 Confessio† extraiudicialis, qua ego confiteor dominium rei meæ esse tuum, non præiudicat mihi. l.cùm falsa.C.de iur.& fac. igno. Sed si est facta in iudicio est secus.ita not.Bart.per illum text.in l.cura. C.de omni agro deser.lib.xj.& facit ratio,quia vestitur calore iudicij. argu. l.cùm ostendimus.§.fin ff.de fideius.tuto.& l.eum pro quo. ff.de in ius vocan. & in l.j.de iudic. secundum vnam lecturam, quam dat ibi dominus meus. l si quis vxori. §. si seruum fugitiuum.ff.de furt.l.manumissio per lictores. ff.de manumiss.vindi.& text.in d.l.cùm ostendimus. § si. allegant pro singulari scribentes l.j.in princi.ff.de verborum obliga.quia propter calorem iudicij omnis dispositio fortificatur vltra suam naturam.

ADDITIO.

Vide de hoc latè Rebuf. in tractatu nominationum. q.xij.nu.16. versi.secundò requiritur. Gab.Sar.

51 Consuetudo.

1 *Gabella venditio facta vltra solitum morem & modum, est nulla.*

2 *Notarius debet apponere in instrumento clausulas consuetas, non inconsuetas, aliàs est suspectus de falso, & de eo puniri potest.*

1 Officiales† deputati ad vendendum gabellas, debent vendere more solito: si tamen contractus venditio-
a nis est celebratus vltra solitum morem[a] & modum, est nullus.ad hoc bonus text.in argumentum in l.j.C.de pascuis publ.vel priuatis.lib.xj. quia intelligitur cõcessa potestas, vt vendat more solito. secundum Bartol. ibi.optimè facit ad hoc l. domini prædiorum C.de agri.& censi.lib.xj.& ibi Barto.dicit casum illius legis singu.esse notandum, quòd si consuetudo est, quòd colonus soluat certum quid domino, quòd tenetur ad præstationem illius rei, licet pactum non extitit. & ratio est, quia res intelligitur concessa secũdum morem solitum. faciunt ea quæ habentur & notantur per docto.in l.si prius.§.rectè.ff.de aqua pluuia arcen. & in l.excepto. C.loca. & quod voluit Bal.in l.fina.per illum text.C.de fideiusso.& quod voluit idem Bald.in rubri. C.de fide instrumen. & in rubri. C.de his quæ in fraudem credi.& in titu de loca.in additio.ad Specu.& in l.fina.C.de fideicommis. & quod voluit Petr. de Ancha.in cap.causam quæ.ij.de restib.vbi dixit, quòd
2 notarius † in conficiendis instrumentis debet apponere clausulas consuetas apponi: tamen dicitur esse suspectus de falso, si apponat inconsuetas. & pro primo dicto allegat gl.in d.l fin. C.de fideicommiss.& in dicta l. excepto. & quòd debeat puniri de falso. alleg. l.iubemus.ad fin.C. de testamen. hoc idem voluit Bald. in l.quoties. § si quis. ff de hæred instit. & alleg. d.l. iubemus. Sed not. Ioan.de Imol.in dicta l.quoties.§.si quis. damnat hoc dictũ Bald. per legem quam alleg.quia illa lex loquitur in testamento, inquantum dicit ibi text.ibi, tam necessaria causa dolosè &c.dictam tamen in se est verum, vt alibi dicam, si dabitur facultas dicendi.faciunt ea quæ plenè notantur per dominum meum in repetitio.cap.cùm M Ferrariensis.de constitu.in versic. sicut consueuit. vbi plenè de hoc videas.& vide quod voluit Bartol in l. rem priuatam. C. de priuileg. domus Augu. lib xj. vbi dixi argumento illius legis, quòd si de consuetudine ciuitatis est, quòd comitatenses sint soliti portare certum qui ad certum locum, quòd non poterunt cogi, vt portent rem illam ad longiorem locum, & magis distantem. & facit ad prædicta bonus text. in l.qui semisses. ff. de vsuris. & l. vel vniuersorum. ff.de pignot.actio. & quod voluit Ludoui. Roma.in singu.

ADDITIO.

a Vltra solitum moré.&c Faciunt ad propositum quæ dicit Feli.in c.j. in ij.colum. extrà de litis contesta. Faciunt quæ plenissimè dicit Ias. in l.certi condictio. §.si nummos. in tertia col.ff.si certum peta.& in l.vt liberis in uj.col.C de collatio. Felin in cap literis. extrà de fide instrumen.in vij. & vlt. colum. Felin post Barbat.in cap.cùm M. Ferrariensis. in tertia col.extrà de constitu.vbi plenè tractat, quòd à solitis bonum est argumentum. Gab.Sar.

52 Colonus.

1 *Coloni, qui faciunt cultiuari agros per inexpertos, tenentur domino, si ex hoc agri fiant deteriores.*

1 Coloni, qui faciunt † laborari & cultiuari possessiones & arbores per indoctos, ineruditos, & non expertos culturæ, si prædia ex hoc effecta sint deteriora, tenentur dominis: quia imputandum est ipsis colonis, cur ineruditos miserint ad culturam. iste est text. hoc directè probans secundum Bart.ibi, in l.j.C.de mancip.& colonis patrimon.lib.xj.quod not.contra colonos.

53 Citatio III.

1 *Citatio de comparẽdo potest fieri per nuntium absque literis, fallit si citentur clarissimi. Et quid si quis citetur, vt ostendat iura sua?*

1 Licet citatio† de comparendo posset fieri per nũtium absque literis, vt in l.si interpellatur. §.j. ff.de arbit.& tetigit Barto.in l.Palatinos.C.de collat.fund. fisca. libro xj. & in l. missi. C.de exacto. tribu. lib x.tamen hoc fallit in clarissimis: nam citatio facta illis nunquam valet, nisi fiat per scripturam. singularis est casus in l quoties. C.de digni.lib xij. & ratio reddi potest, quia iura deferunt dignitati. optimè facit cap. quia pontificiali. de offi. deleg. lib.vj.& cap quàm periculosum.de senten.excommu.eo. lib.facit quod voluit Bal.in l.quicunque. C. vbi senat. vel clarissi.& l.milites. C.de quæstio. Sed quæro, quid si citaris te, vt ostendas iura tua, an valeat talis citatio, siue ego citans sim priuatus, siue in dignitate constitutus? dic quòd non valet, sed est ipso iure nulla: quia text.iuria est, quòd nemo debet cogi ostendere titulum suæ possessionis. l.cogi. C de petitio hæredit.ita dicit Barto per illum text in l.j. C.de conduct. & procurat. siue acto. prædi.fisc.& domus august.lib.xj.ego adduco quod legitur & notatur in cap.j. de probationib. vbi quis non tenetur edere instrumenta, & iura sua contra se. facit l.nimis. C.de testib. & l. qui accusare C.de edendo.& iiij.quæstio.iij.§. qui intendit.cum similibus.

ADDITIO.

Ias. præceptor meus in § quadrupli.in iij.col.Insti.de actio.& Feli.in c.j.in vj.col.extrà de iudi. Gab.Sar.

54 Custodia.

1 *Iudex si præcipiat aliquem detineri sub custodia, an debeat mitti in carcerem?*

2 *Carcerare aliud est, & aliud custodire. & an carcer detur ad pœnam de iure ciuili, & quid de iure canonico?*

1 Iudex† præcipit quòd aliquis detineatur sub custodia. an debeat mitti in carcerem? dic quòd non. glo. habes quam ad hoc reputo celebrem, in l.agens. C.de decurio. lib.x. vbi dicit, quòd aliud est mittere in carcerẽ.& aliud sub custodia detinere. & hoc voluit ibi Bar.& facit secundum eum l.ij.C.de exact.tribu. lib.x. Et ex hac l.infertur,
2 & notari potest, quòd† carcerare aliud est, & aliud custodire. Tex. videtur in contrarium in l. aut damnum. in §. solent. ff.de quæstionib. vbi carcer fit ad custodiam. ad idem l.j.ff.de priua carceribus.& l.incredibile. C.de pœnis.quod est verum, vbi est pœna certa pro delicto: secus verò vbi nulla esset certa pœna: quia tunc diceretur carcer ad

cet ad pœnam, non ad custodiam. text. in l. senatus. ff. de iniur. & in l. j. §. fin. ff. de aleato. & Barto. in dicto §. solent. & in l. imperium. ff. de iurisdictione omnium indic. Cyn. & in l. j. C. de infantib. Et quid de iure canonico? dic quòd ad pœnam. tex. est in c. quáuis. de pœn. lib. vj. & vide Lud. Roma. in sing. dccxj. incip. tu scis quòd de iure ciuili.

ADDITIO.

Adde quæ latè scribit do. Hippol. de Marsi. in practi. crimi. in §. attingam. nu. 26. Gab. Sar.

55 *Conditio personæ.*

1 *Promissio regulatur secundum qualitatem personæ, cui promittitur.*

2 *Maritus legans vxori lectum, intelligitur de viduali.*

3 *Sartores non possunt accipere pro factura vnius clamidis, nisi vnum florenum.*

1 ALiquis † promisit mihi facere vestem, seu clamidem, an sufficiat, quòd dem illi vnum florenum? Bart. per tex. innc̃ta gloss. sua in l. fortissimis. C. de mili. veste, libro xij. dicit, quòd debet considerari conditio personæ: nam si promittitur secundum eum vni militi, vel vni doctori, debet esse maioris pretij, secus si alicui vili personæ. optimè facit l. plenum. §. equitij. & quod voluit ibi Bald. ff. de

2 vsu & habi. Maritus legauit † vxori suæ lectum, an intelligatur de serico? dic quòd non, sed de viduali. quia verba debent intelligi secundum conditionem personæ, cui diriguntur. & vide tex. & quod voluit ibi Bald. in l. ex militari. ff. de testa. milita. & quod voluit Barto. in l. codicillis. §. instituto filio. ff. de lega. ij. & quod voluit Pet. de Anchara. in c. solitæ. de maio. & obedien. & do. Abb. in c. Raynutius. de testa. vbi dixit, quòd verba sunt intelligenda secundum qualitates personarum, inter quas proferuntur. & alleg. c. magnæ. de voto & vot. redemptione. & capi. requisisti. de testam. vbi ponderatur, an relictum fiat à consanguineo, an ab extraneo. & vide gloss. in cap. deinde. xxvj. distinc. cum simi. Et nota vnum contra sartores,

3 † vt non possint pro factura vnius clamidis accipere, nisi vnum florenum. ita colligit Barto. in argu. in dicta l. fortissimis. & vide gloss. notabilem Instit. de rerum diuisio. §. cùm ex aliena. quæ dixit, quòd valet consequentia, sartor, ergo fur. Adde quod voluit Bartol. in l. j. in ij. col. in princi. ff. ad legem Falcid. vbi dixit, quòd verba debent intelligi secundum qualitatem personæ, ad quam referũtur. alleg. d. l. plenum. §. equitij. & l. si quis exhæredato. ff. de iniusto rup. & irrito testamen. & vide Bal. in authen. ex testamento. C. de collatio. vbi idem quod in d. §. equitij. & idem in l. penulti. aliàs fi. C. de leg. In contrarium vide Barto. in l. librorum. §. fina. ff. de lega. iij. per illum text. & in l. fina. §. vxori. ff. de auro & argen. lega. & in l. stratum. ff. de verb. sig. adde etiam quod voluit Inno. in c. pastoralis. de donatio. & ibi Abb. in fin. & not. in c. fi. de offic. Archi. facit quod voluit Geminia. in c. legitima. in versi. recognoscant. de appell. lib. vj.

ADDITIONES.

Adde plenè de materia, per Feli. in c. causam quæ. in xij. col. de rescrip. & in c. eam quæ. in fi. de re iudi. Faciunt quæ dicit Ias. in l. j. in prima col. C. de lega. vbi ponit istam decisionem de certo legato vxori.

Conditionem personæ esse inspiciendam scribit latè Bartholo. Chassæn. in commentar. consuetu. Burgund. in rubr. ix. in §. *le Seigneur quand.* in versicu. *& sur iceux les fraiz.* in fi. & Hierony. Cagnol. in l. quoties idem sermo. ff. de regulis iuris. Gabriel Saray.

56 *Consuetudo.*

1 *Officiales quando creantur, debet mos antiquus seruari: aliàs electio est nulla.*

1 VBicunque † creantur aliqui officiales, debet mos antiquus seruari, aliàs creatio seu electio est nulla. casus est in l. actuarios. C. de num. & chartu. lib. xij. dicit ibi Barto. not. hic casum, quòd syndicus creatus non cógregata vniuersitate ad sonum campanæ, vel alio sono, vel non congregata in loco vbi aliàs consueta fuerat cógregari, vel non congregata de mandato superioris, prout consueuerat, non dicitur legitimè ordinatus. & dicit ita de facto se obtinuisse per dictam l. actuarios.

ADDITIONES.

Contra istud singulare faciunt ea quæ dicit dominus meus do. Ioan. in l. vniuersis. C. de precibus Imperato. offeren. & in l. j. in ij. colum. ff. de legibus. Felin. in cap. cùm dilecta. in xviij. colum. de rescriptis.

Vide Bartholo. Chassæn. in comment. consuetud. Burgund. in prima rubri. in versicu. *messiers & sergens.* nume. 7. faciunt ea quæ ad hoc cumulauit diffusè Didac. Segura in repe. l. iij. §. fi. nu. 31. cum multis sequen. ff. de lib. & posthu. & quæ ibi addidit Didacus Perez. Gab. Sar.

57 *Citatio IIII.*

1 *Citatio in criminali quomodo debeat fieri?*

1 NOta modum † citandi cum debeat ferri sentẽtia contra absentem in causa criminali, quod debeat fieri comminatio, quòd nisi citatus infra talem terminum veniat, feretur sententia condemnatoria contra eum: non ergo sufficit ipsum citari simpliciter ad audiendum sententiam, sed quòd veniat, aliàs sententia feretur contra ipsum. gloss. habes notabilem in l. si apparitor. C. de coarctalibus principum. lib. xij. quam sequitur ibi Barto. & idem dicit in ciuili vbi lite non contestata potest ferri sententia, vt si quis est absens, quòd debeat fieri comminatio loco prædicto, aliàs non nocebit, secundum eum, Ego dico, quòd iste modus citandi seu monendi optimè probatur in cap. tum ex literis. ad finem. de in integrum restitu. & illum tex. ad hoc propositum à nemine vidi inductum.

58 *Compromissum II.*

1 *Solennitas iuris ciuilis censetur sublata, si dicatur, quòd possit procedi nulla iuris solennitate seruata. Sed ea quæ sunt de iure naturali, remanent. Et an per hæc verba auferri possit defensio? & an examinari possint testes nulla parte præsente, & sine iuramento, & diebus feriatis, & an admitti possint inhabiles? Et an procedi possit sine citatione?*

1 FVit factum † compromissum in quendam, vt possit procedere nulla iuris solennitate seruata: quid importent ista verba? dic quòd tollitur omnis solennitas iuris ciuilis: ea verò quæ sunt de iure naturali remanent: nam si de iure naturali, vel diuino in ore duorũ vel trium stat omne verbum. cap. cum esses. cap. relatum. de testa. c. licet vniuersis. cap. in omni negotio. de testi. sufficit quòd res constet per duos testes, etiam fieret maleficium. l. j. & l. diuus. ff. de testamen. mili. & l. Lucius. eodem titu. Et an possit auferri defensio per verba prædicta? dic quod non, cùm defensio sit de iure gentium. l. vt vim. ff. de iusti. & iure. & not. in l. pactum. ff. de pact. in glo. magna. & est text. rotundus & expressus in clemen. pastoralis. de re iudi. & de hoc vide Barto. in l. filiusfamiliàs. ff. de donatio. Et an per prædictam clausulam possint examinari testes nulla parte præsente, & sine iuramento, & diebus feriatis, & possint admitti personæ inhabiles prætextu dictorum verborum? vide eundem Barto. in dicta l. filiusfamiliàs. ff. de donatio. Ego adduco tibi Ludo. Roma in repet. rubricæ ff. de arbi. in vij. col. & Bart. in l. j. ff. de testa. mili. & in extrauaganti, ad reprimendum. super verbo, videbitur. Et an prætextu talium verborum iudex possit procedere sine citatione? vide ibi per eum. & vide Dominum meum domi. Andræam, in c. j. de constitu. vbi loquitur de clausula, prætermissa obseruatione legum. & de primo dicto vide Dominum Abba. in cap. dilecti. de iudi. & ibi etiam Domi. meum.

ADDITIO.

Ista clausula, sine solennitate iuris, quid operetur? vide dominũ meũ Ias. in §. bonæ fidei. vbi infinita dicit in iiij. & v. col. Institu. de actio. & ad istud, quòd non est sublata inhabilitas iuris naturalis, vide Feli. in c. scriscitatus. in iij. col. extrà, de rescrip. & de hac clausula per eundem Feli. in c. j. in xvj. & xvij. colum. extrà de constitu.

59 *Conductor.*

1 *Equus conductus ad naulum, si à conductore ligno percussus per-*

cat, ad conductorem periculum spectat: & quid si eum percutiat calcaribus, vel flagello?

1 ALiquis†conduxit equum, & vt ambularet, percussit eum cum ligno, vel fustibus, adeò quòd ex illa percussione equus est deterioratus, quæritur quid iuris? & dic quòd ad conductorem spectat periculum, quia non debuit percutere eum cum ligno vel fuste. Sed si percossisset eum cum flagello, vel calcaribus, & casu equus esset mortuus, aut etiam deterioratus, tunc non spectaret ad eum periculum: quia licitè potuit equum flagello, vel calcaribus cædere. ita singulariter colligit Bart. per illú tex. in l.j. in ver. non lignis, vel fustibus. C. de cursu publi. vel angar. lib. xij. quod not perpetuò. quia quotidie accidit in facto. & ratio reddi potest, quia equus seu simile animal, solicitari & percuti solet cum calcaribus, & flagellis, & non cum lignis: & attendi debet id quod consueuit fieri. argumen. eorum quæ leguntur & notantur in l. excepto. C. loca. & l. si prius. §. rectè. ff. de aqua pluuia arcen. cum similibus.

ADDITIONES.

Facit etiam, quia insolita arguunt dolum. gloss. in l. quæ sub cōditione ff. de conditio. institu. & in capitul. quanto. extrà de crimin. falsi.

Vide Hieronym. Cagnol. in l. contractus, numero 65. ff. de regulis iuris. Gab. Sar.

60 *Contractus.*

2 *Modus appositus in omnibus contractibus, si sit causa finalis contractus, potest agi ad reuocationem si modus non seruetur: secus si non sit causa finalis: quia tantū eo casu agitur ad obseruantiam. Et an modus in donatione ecclesiæ censeatur causa finalis, necne?*

1 IN omnibus†contractibus tam nominatis, quàm innominatis, si modus appositus fuerit finalis causa contractus, potest agi ad reuocationem, si modus non seruetur: vt est tex. in l. cùm te fundum. C. de pact. inter emp. & vendit. & in l.j. C. de dona. quæ sub modo. Si autem modus non fuit finalis causa contractus, tunc non agitur ad reuocationem, sed ad obseruantiam modi & ita videtur intelligi text. in l. ea conditione. C. de resc inden vend. Sed respectu donationis factæ ecclesiæ semper debet præsumi, quòd modus non sit causa finalis contractus, & sic ex non obseruantia modi non reuocabitur donatio facta ecclesiæ, nisi sit dictum in donatione, vt possit reuocari. tex. est singu. quem alibi nescit do. Abb in cap. verum. de condi. appo. Et ratio secundum eum ibi, quia donans ecclesiæ sub modo, videtur principaliter donasse propter deum, & pro remedio peccatorum suorum. argu. c. requisisti. de testamen. agetur ergo solùm ad implementum, nisi sit dictum, vt possit reuocari Ego limitarem istud dictum do. Abb. procedere, vbi in dubio essemus, quia nullo modo appareret de mente donatoris, vt eo casu præsumatur donasse propter deum, per iura per eum alleg. sed vbi ex verbis testatoris, seu donatoris possit cōiecturari mens, quòd donauerit ex alia causa, tunc ex non obseruantia modi reuocabitur, ac si expressè dixisset, vt reuocaretur: nam non dicitur expressum solùm illud, quod apparet ex verbis expressis, sed etiam dicitur expressum & euidens, quod ex coniecturis resultat. ad hoc bonus text. in l. licet imperator. ff. de leg j. l. si quis locuples. ff. de manumis. testamen. quod nota perpetuò.

ADDITIO.

Vide Didac. Couarru. libro j. variarum resolutio. cap. xiiij. nume. 6. Gab. Sar.

61 *Clausula* *III.*

1 *Lex vbi disponit, & apponit clausulam decreti irritātis, consensus priuatorum non potest disponere, quòd actus aliter factus teneat.*

1 VBicunque lex†disponit, & apponit clausulam decreti irritantis, consensus priuatorum non potest disponere. quòd actus aliter factus teneat. dictum est Innocen. quod communiter reputatur singulare in capit. dilecto. de præbend. refert & sequitur Domi. meus in cap. pruden tiam. §. addicimus. de officio delega. & in plerisque locis alij scribentes.

ADDITIO.

Adde quod dixit do. Ias. in l. dedi. j. §. idem erit. ff. de condict. ob cau. quòd in contractibus innominatis factis piæ causæ, causa non secuta, non est locus pœnitentiæ. & vide quæ dicit idem Dominus meus Ias. in §. ex maleficiis. in xj. colum. Instit. de actio. Gab. Sar.

62 *Contumacia* *I.*

1 *Iudex ob nimiam rei contumaciam. potest mandare quòd actor missus in possessionem causa custodiæ, licitè percipiat fructus, & illos faciat suos.*

1 IVdex†propter nimiam contumaciam rei potest mandare, quòd actor missus in possessionē causa custodiæ, lucretur sibi fructus, & illos faciat suos. text. est singular. in l. Fulcinius. §. fina. ff. ex quibus causis in possess. eatur. vide ibi Barto. & alios. & notatur in cap contingit. de dolo & contuma. & in cap. quoniam frequenter. §. penultimo. vt lite non contesta.

ADDITIO.

Dominus meus do. Ias. in l. prætor ait. in prin. ff de noui ope. nun. & Feli. idem dicit in c. translato. in j. & ij. col. extrà de consti.
2 nescio quis illorum furatus fuerit alteri, quia sunt quasi verba formalia. Gab. Sar.

63 *Contumacia* *II.*

1 *Remissio etiam in causa ciuili fit ob nimiam contumaciam rei.*

1 LIcet in causa† ciuili non sit locus remissioni, tamen propter nimiam contumaciam reus remittitur. text. est singu. secundum Bal. ibi, in l. cōsentaneum. C. quomodo & quando iudex. refert & sequitur Do. meus in repetitione c. Raynaldus. de testa.

ADDITIO.

Adde plenè per Hippol. de Marsi. in practi. crimi. in § opportunè. nu. 34. multa similia, vbi quis propter contumaciā & cōtemptum punitur, per Bar. in consi. vj. col. v. volu. j. & illūtex. dicit etiam singularem Abb. in cap. quoniam. §. in alijs. col. ij. extrà vt lit. non contesta. Gab. Sar.

64 *Contumacia* *III.*

1 *Iudex propter nimiam contumaciam potest denegare contumaci audientiam in omni sua causa.*

1 IVdex†propter nimiam contumaciām potest denegare contumaci audientiam in omni sua causa text. est singu. & vnicus, in l. sed si per prætorem. § sed si eum decreto ff. ex quibus causis maior. in integrum. de quo fecit festum Dominus meus vltra alios in cap. Raynaldus. de testamen.

ADDITIO.

Aduerte etiam, quia non solum in vna causa, sed etiam in omnibus donec satisfecerit. ita Ias. in l. sancimus. colum. j. C. de iudic. & quòd possit iudex denegare audientiam propter contumaciam iudicis, Ias. in l. j. §. sed & si is cui. & in l. si prius. colum. x. ff. de operis noui nuntiatio. Adde Bartholo. Chassan. in commentar. consuetud. Burgund. in prima rubri. in versic. *s'il n a grace*. nu. 61. Gab. Sar.

65 *Contumax.*

1 *Contumax potest à iudice excommunicari.*

1 IVdex potest† excommunicare contumacem. singular. est gloss. apud leges. in l. in actionibus. ff. de in litem iuran. cum quælibet contumacia, etiam minima, sit digna excommunicatione. singul. est gloss. in cap. duo. xcvj. distinctio. quam reputat singula. domi. Abb. in c. ex parte. j. de verborum signifi.

ADDITIO.

Vtrum autem possit excommunicari absque noua citatione. Feli. post Abb. in c. j. in v. col. de iudi. Gab. Sar.

66 *Correctio.*

1 *Lex quoties pro parte approbatur, & pro parte non, illud verbis expressis*

expressis exprimitur. & an sufficiat fieri per aequipollens? & quid in correctione legis antiquae?

1 QVoties † approbatur lex pro parte, & pro parte non, illud exprimitur verbis expresśis. text. habes vnicum & singu. secundum Bal ibi, in l. j. §. fina. C. de lati. liber. tollen. & gl. ibi multum celebris dicit, quòd scriptura pro parte tenet, & pro parte non. de quo tex. cum gl. & Bald. facit sestum Ludo Roma. consi. lv. & facit quod voluit Barto. in extrauaganti, ad reprimendum. in versicu. non obstante & quod voluit gloss in authen. de haered. ab intesta. §. non obstantibus. & text. melior de iure in l. fin. C. de indi. vidui. tollen. quem tex. ita allegauit Ludo. Roma. in repetit. authen. similiter C. ad legem Falci. ad hoc, quòd vbi lex noua corrigit legē antiquam, opus est quòd de ea expressam fecerit mentionem. sed Barto. in l. j. ff. vi bono. rapto. dixit sufficere quòd exprimatur per aequipollens, & sic per verba aequipollentia, vt ibi pulchrè loquitur. & sic sentit paria esse aliquid fieri verbis expressis, vel per aequipollens. refert, & sequitur Domi. meus in dicto cap. Raynaldus. de testamen. & in repetitione rubricae, de causa possesśio, & proprieta. circa finem. vbi dicit illam doctrinam Barto. in dicta l. j. esse singulariter notandam pro declaratione d. l. fina. quia per alios ibi non ponitur. Non obstat si opponatur de c. j. de constitut. lib. vj. vbi iurislator condens constitutionem posteriorē noscitur, & videtur reuocare priorem, cùm de ea nulla sit facta mentio. & licet istud cōtrarium sit difficile, quia correctio non praesumitur, nisi exprimatur. l. sancimus. C de testamen. l. praecipimus. C. de appellatio. tamen do meus in praeallega. loco rubricae, de causa possess. & proprieta. dat egregium responsum: quia aut quaeritur si lex noua non faciat aliud, nisi quòd corrigat legem antiquam, & tunc debet fieri mentio de lege antiqua expresśè, vel per verba aequipollentia. & ita procedit d. l. final. & quod voluit Barto. in dicta l. j. ff vi bono. rapto. Aut lex noua statuit cōtrarium, tunc videtur tollere legem antiquam. & certè illius contrarij ego fui causa, quia in descensu cathedrae illam oppositionem feci.

67 *Cancellatio.*

1 *Relictum ad pias causas repertum in vltima voluntate cancellatum, iuris praesumptione censetur cancellatum sine testatoris intentione.*

a RElictum † ad pias causas repertum cancellatum in vltima voluntate, iuris praesumptione inconsultè, hoc est, absque testatoris intentione, cancellatū censetur. igitur est debitum. de hoc est casus sing in libertate loquēs, quem Barto. ibi, & rectè, extēdit ad pias causas, in l. proximè. in fin. ff. de his quae in testa. delen. refert & sequitur Ludo Roma. in repetitione authen. similiter. in xvij. colum. C. ad legem Falcidiam.

ADDITIO.

De libertate enim ad pias causas, bonum est argumētum. Ias. in l. quidam aestimauerunt. col. iiij. ff. si cer. pet. Gab. Sar.

68 *Cardinalis.*

1 *Cardinalis liberat à morte reum obuium, qui ad supplicium ducitur & an hoc sit simpliciter verum?*

a DIxit Bald.[a] in l. addictos. C. de appellatio. quòd Cardinales habent priuilegium inductum à consuetudine, quod si quis † ducitur ad mortem, & alicui eorum obuiat, potest talis cardinalis eum liberare à morte. & hoc simpliciter sequitur Marti. Landen. in tracta. de Card. cō clu. xlviij. Sed dicit Bal. quòd illud priuilegium est cōtra illam legem quae dicit, quòd addictos supplicio, & condēnatos nulli per vim aut vsurpationem vendicare ac tenere licet. idē dicit in l. addictos. C. de episc. audien. Pro cuius dicto facit ratio: nam cōsuetudo, quae dat materiam delinquendi, non debet valere. argu. l. conuenire. ff. de pactis dota. & c quanto. de diuor. & cap. erit autem lex. iiij. distinctio. sed haec consuetudo daret materiam delinquēdi quia homines fierent audaciores ad delinquēdum: ergo. Item quia delicta non debent remanere impunita. l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquil. cap. vt famae. in fine, de sentē. excommu. maximè, quia hoc priuilegium non habet Iesus Christus secundum gloss. in cap. quaesitum. xiij. quaestio. ij. quae voluit, quòd non debet retardari mors cōdemnato, licet illo die acceperit eucharistiam. vnde dicit illa gloss. quòd ecclesia solùm habet hoc priuilegium, quòd quis fugiens ad eam sit tutus. & de illa glo. mentionem fecit Ludo. Roma. singul. cccxxxix. vbi quaesiuit, an videns corpus Christi ire per ciuitatē, si est amplexus sacerdotem illud portātem posśit capi licitè. & dicit quòd hanc quaestio habuit de facto in ciuitate Vrbini. & videtur sequi illam gloss. Hostien. tamen in summa de immu. eccle. in vij. col. tenet, quòd non potest capi. plus ibi subdit, quòd carcerati, qui ex delicto mori debent, non debent mori illo die, in quo assumunt corpus Christi, sed expectari debet dies sequens. Sed contrarium hìc Bononiae seruat consuetudo & cōtra Hostien. facit praeallegata gloss. Docto. tamen in cap. sanè. de celebra missa. communiter transeunt cum opin Hostien. videlicet, quòd fugiens ad corpus Christi, sit immunis & liberatus. vide ibi per eos. Hoc habui in voce à domino meo do. Troylo de Maluitiis. & vide etiam domi. Ioan. de Imo. in clemen. j. de poeni. & remiss.

ADDITIONES.

a Dixit Bald. Adde Caepol cautel. ij. in princ.

Vide quae not. Hippoly. de Marsil. in rubri. ff. de fals. nume 13. & Roma. singu. cccxxxix. & ibi in additio. & latè per Tiraquel. in tracta. de poenis temperand. aut remittend. causa lv. & Pet. Duennam in regula lxxxj. incipien. Cardinales ex consuetudine. Gab. Sar.

69 *Consensus.*

1 *Agnatorum consensus si in matrimonio pupillae à statuto requiratur, & ipsi sine causa assentire nolunt, an compelli possint à iudice ad consentiendum?*

1 STatuto † cauetur, quòd nullus contrahat matrimonium cum pupilla, seu cum minore xxv. annis, sine cōsensu duorum agnatorum ipsius puellae: si agnati requisiti sine causa denegant praestare consensum, potest adiri superior, vel vt ipse det licentiam causa cognita, vel vt compellat cognatos ad consentiendum. optimè facit ad hoc bonus text. in c. nullus. de iure patrona. & quod voluit ibi do. Abb. & vide eundem in cap. relatum. de cleri. non residen. hoc idem sentit in c. j. de rerum permuta. & videtur hoc de mente Barto. in l. si cùm dotem. §. eo autem tempore. ff. soluto matrimo. & in l. fina. C. de bo. quae libe. & in l. transactione. C. de transact. & in l. turpia. §. j. ff. de lega. j. & vide Bald. in dicta l si cùm dotem. § eo autem tempore. in l. in copulandis. C. de nupt. & vide Ludo. Roma. in consi. xxxv. facit in argu. l. multa non committitur. ff. de condi & demonstratio. & hoc voluit dominus meus dominus Andraeas in cap. ex parte. de accusatio. in additio. & vide quod voluit domi. Abb. in capitu. auaritiae. ad finem. de praebend. & in capit. quod dei timorem. de statu monachorum. vbi in terminis ponit istam quaestionem. & allegat Bart. in dicta l. si cùm dotem. & secundum eum idem Bar. videtur hoc sentire in l. cùm non solùm. C. de bo. quae libe. & de materia allegat Bal. in d. l. in copulandis. & pro certo miror, quòd Moderni non viderint do. Abb. in d. c. quod Dei timorem. & domi. Petr. de Anchara in repetitio. c. canonum statuta. de constitu. in xxxix. charta. vide de hoc.

ADDITIO.

Ibi, Vel vt cōpellat cognatos, &c. Vide Barthol. Chassen. in commentar. consuetud. Burgund. in vj. rubr. in §. *entre gens noblet.* in versic. *du consentement de ses parens.* in princip. & lausimè tradit Ioan Bapt. Ploc. in repetit l. si quando. C. vnde vi. in §. & praedicta. numero 37. versicu & quod plus est. Gabriel Sarayna.

70 *Consilium.*

1 *Consilium alicuius si in aliquo actu requiratur, an actus possit fieri eo non habito?*

a *Actus vbi debet exerceri per certam personam, & sub certa forma, licet recedatur à persona, non videtur recessum à forma.*

a 1 QVando^a† in aliquo actu requiritur consilium alicuius, an posit fieri eo non habito? recurre ad Bartol. in l.j.§.si plures. vbi plenè de hoc. ff. de exercit. & ad Trebellianum in rubri. & adde Cyn. & Richardum Malumb. in l. idem. § si quis ea. ff. manda & per eundem Cyn. in l. quidam decedens. ff. de excusatio. tuto. in additio. & per Canonistas in cap. cùm in veteri. & in cap. ne pro defectu, de elect. & in cap. cùm olim. de arbitris. & per dominum Abb. & dominum meum in cap. ex parte. de consti-
b 2 tu. Vnum tamen^b singul. memoriæ commendandum tibi trado, quòd vbi actus† debet exerceri per certam personam, & sub certa forma, licet recedatur à persona, non videtur recessum à forma. pone exemplum, testator mandauit executori, quòd distribuat bona sua in pauperes, secundum consilium guardiani sancti Francisci: ipse executor negligens fuit infra annum ad exequẽdum voluntatem testatoris: deuoluta est potestas ad episcopum, per l. nulli. C. de episco. & cleri. & cap. nos quidem. de testa. & quod vtrobique not. in l. id quod pauperibus. C. de episco. & cleric. tamen episcopus tenetur seruare formam, quia debet exequi secundum consilium guardiani: quia licet sit recessum à persona executoris, tamen non est recessum à forma. istud fuit singulare dictum Bald. de Perusio in l. si pupillam. C. si manci. ita fue. alie. quem refert & sequitur dominus meus do. Barbatia, in cap. dura. de crimin. fal. qui dicit esse ibi casum pro illo dicto Bal. in ver. iuxta præscriptam formã. vbi probatur, quòd licet persona magnæ authoritatis posit recipere literas apostolicas, tamen debet recipere secundũ formã ibi præscriptã, & sic licet sit recessum à persona, vt dixi, tamẽ non est recessum à forma. Ego dico hoc etiam probari in clemen. vnic. de supplen. negli. præla. vbi si collatio beneficiorum spectat ad inferiores ab episcopo, & per negligẽtiam deuoluatur ad episcopum, ipse episcopus tenetur conferre illa beneficia illis personis, quibus tenebantur conferre ipsi inferiores prælati. & illos duos tex. sic inductos ne obliuioni tradas. vide de hoc Io. And. in cap. publicato. & ibi do. Abb. post alios, de elect. & vide do. meum Barb. in c. venerabili. de offi. deleg. in v. col. vide Abb. in c. possessiones. de reb. eccle. non alienan. in fi.

ADDITIONES.

a Quando. vide do. Ias. in l. j. col. vij. C. qui admit. & Felin. in c. cùm accessissent. col. ix. de constit. Faciunt quæ dicit idẽ Ias. in l. bonorum. col. iij. C. qui admit. & in l. si infanti. per illum tex. C. de iure delibe.

b Vnum tamen. vide domi. Ias. in l. si eum. §. qui iniuriarum. colum. iij. ff si quis cautio. Feli. in cap. cùm dilecta. colum. xiij. de rescriptis.

Adde quæ plenè notat Rebuff. in tractatu nominationũ, in viij. q. nu. 17. versi. & idem si patronus. Gab. Sar

71 *Communitas.*

1 *Communis si sit domus inter fratres, quorũ alter superiorem partem possidet, alter inferiorem, si ex statuto ob fratris delictum inferior pars sit destruenda, an tota domus destrui debeat?*

1 DVo fratres habent† domum, vel turrim cõmunem, quorum vnus partem superiorem, alter inferiorem possidet. & ratione statuti venit destruenda domus habentis partem inferiorẽ, an debeat destrui tota domus? Variæ sunt opiniones: sed inter cæteras est vna satis æqua opinio, vt commutetur illa pœna in aliam. argu. eorum quæ not. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff de his qui not. infa. cum simi. & per consequens domus non est destruenda. & pro hac quæstione optimè facit text. in c. super specula. de priuilegiis. vbi domi. Abb. post alios doct. colligit ex illo tex. quem puniri ratione viciniatis sine culpa sua. pro qua quæst. vide Barth. Brixien. in quæstio. Venereali. xliiij. & vide gloss. de pœn. distinct. ij. c. sed & continuo. & Ioan. And. in dicto cap. super specula. vbi ponit tres opiniones, vt ibi per eum. per Archidia. in ca. felicis. de pœnis. lib. vj. & per Ioan. Andr. in rubr. de pœnis. aliás de iniuriis, in additio. ad Specul. & per Bart. in l. Atteius. §. fina. ff. de aqua plu. arcen. vbi ponit alias opin. & inter cæteras illam, quam prædixi. & vide eundem Barto. post Dyn. in l. non amplius. §. fina. ff. de lega. j. in fi. & in l. cùm alicui. ff. de negot. gest. in l. stipulatio. § j. ff de noui operis nuntiat. vbi videtur esse text. vide ibi Moderniores. & per Cyn. in l. filium quem habentem. C. fami. ercis. un. per Bald. in l. & si seuerior. C. de infam & in l. ij. C. in quibus causis serui pro præmio liberta. accip. Et concludendo tene prædictam opinionem, quæ videtur æquior, & cõmuniter tenetur. Et quòd domus talis, seu turris non debeat destrui, ego in simili adduco tibi text. singu. in l. si cõmunem. ff. quemadmodum seruit. amit. facit quod voluit Barto. per illum text. in l. præcipimus. C. de appellatio. & quod voluit Bald. in cap. j. in titu. quibus mod. feu. amit. vbi dicit, duo fratres habent feudum in communi quidã est demeritus & ingratus, alter gratus & meritus, dicit, quòd respectu fratris meriti demeritus non amittit partem feudi, & hoc ratione communitatis, & misturæ. & quod voluit idem Bald in l. imperator. ff. de stat. hominum. & facit text. valde singu. secundum Dy. & Barto. in l. si is qui duos. ff. de liber. lega. & quod voluit Petr. de Anch. in c. vnico. de iure patrona. lib. vj. & do. Cardi in c. Ioannes. de testamen. & ibi vide plenè per dominũ meum do. Andr. Barbatiam. & quod voluit do. Abb. in c. fin. de iure patrona. & Feder. de Senis consi. lxiij.

ADDITIONES.

Vide dominum meum do. Ias. in l. j. in j. col. C. de transac. & eundem audiui in voce addentem duas decisiones Bart. ad illam ampliationem dicendo, quòd nunquam in consiliis, & lecturis dimisit vnam decisionem Bar. sed pro certo hoc casu non allegat Bar. in l. qui iurisdictioni præest. in fi. ff. de iurisd. om. iud. & de hac materia vide Feli. in c. j. de præscript.

Idem tenet Hippol. de Marsil. singu. clxxx. Tiraquel. in tract. de vtroque retractu. fol. 246. nu. 31. & facit l. si communem. ff. quemadmodum seruit. amit. c. penulti. de appel. gloss. fina. in c. j. de iure patrona. libro vj. Barto. in l. j. C. si in communi eademque causa. nume. 6. & in l. Atteius. §. j. ff. de aqua plu. arcen Roch. de curt. de iure patrona. in verb. ius. nu. 15. Et Gomes Arianus in l. vij. nu. 54. in legibus Tauri. Hippo. in cõsi. lxvij. nu. 62. versi. præterea responde. Præceptor meus Alcia. in l. ij. in princi. versicu. punctus. nume. 38. ff. de verbor. obligatio. & Cagnol. in repetitio. l. diem functo. nume. 197. ff. de offi. assess. & in l. si emancipati. nu. 103. C. de colla. & aliquid per Didac. Seguram in tract. de bonis lucratis constante matrimonio inter maritum & vxorem. nu. 26. Gab. Sar.

72 *Committo.*

1 *Mandans an comprehendatur à statuto dicente. si quis commiserit homicidium.*

1 SI statutum† vtitur hoc verbo, committo, puta, si quis commiserit homicidium, ex proprio significato comprehenditur mandans, & fieri faciens. istud fuit singu. dictum Sali. in l. non ideo minus. in xiij. colum. in versic. & hæc vera nisi verbum adiectum. C. de accusa. & dicit istũ esse vnum intellectum ad cap. mulieres. de senten. excommu. alleg. tex & gloss. & do. suum Richar. de Salie. in l. & si amicis. ff. ad legem Iul. de adulter. & gloss. & do. suum in l. non dubium. C. de leg. & cum illo dicto transiuit Ludo. Rom. in l. si quis pro emptore. ff. de vsucap. refert & sequitur do. meus in repetitione rubricæ, de fide instrumen. in xviij. col. & longè miratur de his, qui non viderint Alberic. de Rosa. in tractatu statutorum, in iij. parte. q. xl. vbi refert se audiuisse. dicit tamen quod non reperit in subscriptione fuisse dictum Iaco. But. quod menti commenda. Adde Domini. de S. Gemi. in c. j de testib. lib. vj. vbi dicit, quod statutum imponens pœnam cõmittentibus delictum, includit etiam mediatores. per illum text.

73 *Confessio* V.

1 *Epistola, quâ confiteor me esse tuum debitorem. si antequam tibi præsentetur, moriar, an præiudicet meis hæredibus?*

1 SI scribo† tibi epistolã, & confiteor me tibi in mille esse debitorem, licet antequã epistola tibi præsentetur, moriar, an illa epistola nocebit, & præiudicabit hæredibus meis? Dic quòd non. singulare fuit dictũ Innoc. in c. cùm dilectus. de succes. ab intest. quod dictum reputauit singu. do. Anto. de But. in c. fi. de confes. & do. meus, in d. ca. cum dilectus. & in c. post cessionem. de proba.

ADDITIO

ADDITIO.

Vide Hippoly.de Marsil.in l.fi.nu.34.ff.de quæstio.& Petr.Gerar.in singu.xxvij.& eundem Hippoly.in l.qui fine.nu.34.ff. de quæstio.& in l.is qui cum telo.nu.41.C.ad legem Corne. de sicar. Gab.Sar.

74 *Confeßio* *VI.*

1 *Confeßio administratoris facta per epistolam, se habere debitum alienum penes se, constitutum inducit.*

1 NOta, quòd administrator † confitens per epistolam seu literas debitum alienum habere penes se, videtur constituere: adeò quòd tenetur actione de constituta pecunia. sing. est tex. in l. quidam. ff. de constit. pecu. quem tex. reputauit singu. Bal. in l.j. in fi. ff. eo. titu. & vide Ludo. Roma. in singular. cccxxiij.

DE LITERA D.

75 *Defensio* *I.*

1 *Defensioni renuntiare reus non potest in causa criminali: fallit in publico & famoso latrone, vel in reperto in flagranti crimine, vel si dicat defensiones non habere. Et de quibus defensionibus id intelligatur, & an possit renuntiare dilationibus?*

1 REus non potest † renuntiare propriæ defensioni in causa criminali. gloss. est singu. & vnica, in l. pactum quod inter hæredem ff. de pact. & reputauit eam singula. dominus meus, in c. si diligenti. de foro compe. & allegauit eam Ludo. Roma. in repetitione rubricæ de arbitris. in vj. col. Quam primò limita secundum eum esse verã, nisi à publico & famoso latrone, secundum Bal. in l. prouinciarũ. C. de feriis. Secundò, nisi repertus fuerit in flagranti crimine, secundum eundem in l. vt vim. ff. de iusti. & iu. potest enim tunc de facto puniri. ad hoc ff. de cõdi. ob cau. l. penul. & per gloss. in l. ictus fustium. ff. de his qui notan. infa. Tertiò limita, nisi dicat se alias defensiones non habere, secundum gl. sing. secundum Ludo. Roma. in prædicto loco, in l.j. ff. de fur. balne. quam ita notat Bald. in l. seruum quoque. §. publicè. ff. de procu. & Ange. ibi in d. l. pactum. Et hoc intelligit procedere in defensionibus iure naturali introductis. In aliis autem à iure ciuili introductis quid sit? dic secũdum Bal. eleganter in l.j. C. qui accusa. non possunt. quòd aut per illas excluditur crimẽ, & tunc renuntiari non potest, vt in l. non tantũ. ff de appella. Aut non excluditur crimen. sed ideo introductæ sunt, vt reus faciliter respondere possit, & his renuntiare potest. gl. est notabilis, secundum Bald. in l. si accusatoribus. C. de accusa. in j. gl. circa fi. Sed an dilationibus inductis à lege vel statuto fauore rei pro crimine capitali detenti renuntiari possit, vide Bar. in l. custodias. ff. de publi. iudi. & Bal in l. in pecuniariis. ff. de fer. & Ludo Rom. in prædicto loco. & vide de materia primi dicti not. per do. meum post alios in d. c. si diligenti. & faciunt notata in l. ius publicum. ff. de pact.

ADDITIO.

Vide ad hoc do. Ias. in l. si quis in conscribendo. colum. vj C. de pact. & in authen. iubemus. col. ij. C. de iudic. Adde Hippoly. de Marsil. in l.j. §. si quis vltro. numer. 65. ff. de quæstio. Gabriel Saray.

76 *Diligenter.*

1 *Verbum diligenter, exponitur secundum subiectam materiam.*
2 *Intellectus l. diuus. ff. de offi. præsid.*

1 VErbum † diligenter, exponitur secundum subiectam materiam. ita dixit dominus meus in c. super eo. de crimine falsi & in c. ad falsariorum. eo. tit. vbi dixit, quòd aliquãdo refertur ad oculum intellectus, & ad subtilem modum inuestigandi. & optimè probatur secundũ eum in cap. quam graui. & in c licet eo. tit. & refert Bald. hoc tenere in l.j. ff. de legi. Aliquando exponitur, id est, in carceribus. glo celebris est in l.j. §. fi. iuncta theorica Bald. ff. de ser. fugit. & optimè probatur in d. c. super eo. in versic. retineri facias diligenter, vt exponatur, id est, in carceri-
2 bus, per glo. in d. l.j. Et per ista † datur intellectus ad l. diuus. ff. de offi. præsid. Aliquando exponitur diligenter, id est, bona fide. l. si ita fuerit ff. de manumis. testamẽ. & hoc voluit ibi Benedictus de Plumbi. probatur in l. Labeo. & ibi per Nicol. de Neapol. ff. de statuliber. & vide domin. meum, in d. c. super eo. Adde Bald. in cap j. in v. colum. de controuer. inuesti. vbi verbum diligenter, exponitur, id est, causa cognita.

77 *Denuntiatio.*

1 *Denuntiatio de lite mota emptori. potest fieri venditori quolibet tempore nisi sit in causa conclusum.*

1 DEnuntiatio † de lite mota emptori potest fieri venditori quolibet tempore. l. si rem. §. quolibet tempore. ff. de euictio. tamen si est in causa conclusum, non poterit fieri. elegans glo. est in d. l. si rem. §. quolibet tempore. quam reputauit singularem Bal. in l. ij. aliàs fin. C. de vsu. rei indi. refert & sequitur do. meus in repeti. d. c. pastoralis. de causa posses. & proprieta.

ADDITIONES.

Aduerte, quia paria sunt sententiam esse latã, vel conclusum esse in causa, per ea quæ plenè do. meus dn. Ias. in repeti. sua solenni l. admonendi. in xxiij. col. ff. de iureiu. & in lectura illius legis. x. col. & adde vnum verbum per eundem Ias. in l. error. in ij. col. C. de iuris & facti ignorantia.

Vide Hippo. de Marsi. in l. vnius. §. cogniturum. nu. 19. ff. de quæstionibus. Gab. Sar.

78 *Dilatio.*

1 *Dilatio ad producendum instrumenta non operatur quòd testes possint produci.*

1 DIlatio † data ad producendum instrumenta non operatur, quòd testes possint produci. singulare fuit dictum Spe. in tit. de dilatio. §. videndum. versi. item nota. quod dictum refert & sequitur domi. meus dn. And. in repetitione rubricæ, de fide instrumen. in xv. col. & refert & sequitur Bald. in l.j. C. de iura. calum. & in l. si ex falsis. C. de transactio. & in l.j. ff. eod. pront refert dominus meus in præallegato loco. pro quo dicto dicit esse casum, ad quem nemo animaduertit, & reputat meliorem de iure in l.j. in ver. persona, vel instrumenta. C de dilatio. quem tex. literis aureis scribe.

79 *Doctor* *I.*

1 *Doctor mutuans scholari vt intret secum, committit vsuram.*

PRo solatio dico tibi vnum quod retulit Ioan. Cald. in c. nauiganti. de vsu & alij eum ibi sequentes, quòd do-
1 ctor † ex mutuo quod facit scholari committit vsuram, si contemplatione mutui intrat secum, aliàs non intraturus, si ex tali introitu aliquam vtilitatem æstimabilẽ percipit doctor. puta, quia propter augmentationem famæ augmentatur sibi salarium, vel lucra aliũdè percipit. do. Abb. refert in c.j. de deposito. & dicit sic intelligendã glo. in l. ij. ff. de calumn. & in l.j. ff. de of. præfe. vrb. & facit glo. Insti. de suspectis tutor. §. sed si præsens. in ver. remittitur. quæ colligit argu. contra doct. qui pecunia data sibi acquirunt scholares. & alleg. l.j. §. item solent. ff. de officio præfect. vrb. & in authen. vt ea quæ dicuntur insinuata. §. j. collatio. v.

ADDITIONES.

Vide domi. Iasonem in l. rogasti. §. si tibi dedero. in fi. ff. si certum petatur.

Adde Io. Arno. problema. xix. Gab. Sar.

80 *Donatio* *I.*

1 *Donatio facta à patre filia sua, dum adhuc stat in eius domo, non valet, nisi sit in domo mariti.*

1 DOnatio † facta à patre filiæ suæ dum adhuc existit in domo sua, non valet. ita dixit Bal. in cap. iurauit. de probatio. nisi sit in domo mariti. & allegat tex. quem reputat sing. iuncta gl. in l. nec inter. C. de donatio. inter virum & vxorem. & ibi Iaco. de Aren. refert & sequitur do. Andræ. in d. c. iurauit.

ADDITIO.

Idem refert & sequitur domi. Bartholo. Chassæn. in commenta.

consuetu Burgund in tertia rubrica, in §. *la femme sois.* in ver. *en pussance de son mari.* nume. 16. & an dicta donatio firmetur iuramento, tradit Guido Pap. decisio. Grationop. cxlvj. imò & si dicta donatio. & consi. xx. viso facto. nume 3. & consilio clxiij. præ-uppositis. nume. 3. & consi. cclxiij. honesta mulier, nu. 2. Gab. Sar.

81 *Donatio* *II.*

1 *Vxor donans marito aliquid in via, an videatur donare in domo patris, vel mariti?*

1 VXor donauit† marito aliquid in via, an videatur donare in domo patris, an mariti? Bal in ca. iurauit. de probario. determinat quòd valet talis donatio. & allegat gloss. singular. in l. si re. C. de donatio. inter virum & vxorem, secundum Iac. de Are. in d. l. si re. dicit ibi, quòd debet attendi illud, quod consueuit fieri. & allegat l. si prius, ff. de aqua pluuia arcenda. sed si ipsa ex via accedebat ad domū mariti, præsumitur esse in domo mariti. do. meus in dicto capitul. iurauit. dicit, quòd res destinata ad locum, habetur perindè ac si esset in loco, vt in cle. ne Romani. de elect. l. vel vestimentum. ff. de auro & argento legata. l. ex facto. § rerum. ff. de hæredi. instituen. Tene menti, quia pulchrum & generosum est hoc dictum. Sed an sit differentia, & ad rē pertineat, quando vxor est in domo patris. vel quando vxor est in domo mariti, ex quo vir nō habet eā in domo? Bald. in d. c. iurauit. determinat quòd sic. nam donatio valet, quando vxor non est traducta in domo mariti, ex quo vir non habet eam in domo. Sed Azo in summa de donatio. inter virum & vxorem. dixit, quòd si mulier non est traducta ad domum mariti, si est in domo patris, valet, & tenet donatio. & illud dictum refert Ioan. de Imo. in l. si socer. §. Lucius. ff. sol. matr. & domi. meus in d. c. iurauit. pro veritate tamen huius dicti, vide omnino Modernos in d. §. Lucius.

ADDITIO.

Vide Feli. plenè in c. cùm adeo. extrà de rescrip. & adde, quia sicut clericus habet potestatem declinandi forum, per c. si iudex. de sen. exc. in vj. ita etiam destinatus ad clericatum per votum. do. meus do. Ias. in l. cùm quædam puella. in iij. col. ff. de iurisd. om. iudi.

82 *Donatio* *III.*

1 *Donatio perfecta quæ dicatur, & quando?*

1 QVæ donatio† dicatur perfecta, habes Institu. de dona. §. aliæ. & C. eod. l. si quis argentum. sed quò ad materiam l. si prius. C. de iure fisci. libro x. donatio dicitur perfecta traditiōe. ante enim quàm tradatur, donans remanet dominus, & sic obligare potest, vt in l. quod sæpè. §. si res ff. de contrahen. empt. de hoc est tex. expressus in l. penult. §. Lucius. ff. de donation. & facit l. quoties. C. de rei vendi. quod est valde notabile, secundum Barto. in d. l. si prius. & dicit sē de facto habuisse.

83 *Doctor* *II.*

1 *Doctores non habent necesse semper vti insignijs doctoratus, sed possunt si volunt, etiam vbi est princeps.*

1 DOctores† non habent necesse semper vti insigniis doctoratus, sed possunt, si volūt, etiam vbi est princeps. ita no. Bar. per illum text. iuncta gl. in l. j. C. de honoratorum vehiculis. lib. xj. quod not.

84 *Defensio* *II.*

1 *Amici & vicini mei etiam peregrini possunt percutere volentem expellere me de possessione mea.*

2 *Vltio quandoque accipitur pro defensione.*

1 ALiquis† vult expellere mē de possessione mea, amici mei & vicini mei etiam peregrini possunt percutere volentem expellere me, vt non expellar. text. habes valde notabilem, in l. deuotum. C. de metatis & epedimeticis. lib. xij. quē ad hoc magnifacit ibi Bar. facit optimè quod legitur & notatur in c. dilecti. de sen excommunic. lib. vj. & plus no. Barto. in d. l. deuotum per illum tex. quòd pro defendenda mea possessione licitum est vlcisci. & talis

2 † vltio non est vltio propriè, sed defensio, secundum glo. ibi, quod dicit esse notandum pro eo, qui in iudicio dicit, quòd ad sui defensionem Titium vlciscendo percussit. nam illud verbum vltionis, non accipitur pro offensa, sed potius pro defensa: vt ibi in glo. quam ad hoc tene menti.

ADDITIO.

Adde Ias. in l. vt vim. col. vj. nu. 29. versi. sed pulchrum. & nu. 30. ff. de iusti. & iur. & hæc est communis opinio, vt per Hippol. de Marsi. sing. cccl. amicitia. Lud. Carret. in pract. cri. in §. homicidium. nu. 37. ver. & nota quòd pro. Ang. de malefic. in ver. & dictus Titius defendendo. col. pen. Pau. de Cast. in l. refectionis. ff. communia prædio. Cæpol. in tract. de seruit. vrba. prædio. c. xxiij. Hippo. de Marsi. in l. j. in j. nut. C. de raptu virg. cū alijs alleg. & Io. Baptistam Plotum in repet. l. si quando. in § præmitto. nu. 3. … vnde vi. & nouissimè Petrum Dueñas in reg. cxc. incip. defensio licita est. in iij. ampliatione. per Petrū à Plaza Hispanum in lib. j. c. xxviij. epitomes delictorum. nu. 31. in quarto casu. Gab. Sar.

85 *Dispensatio.*

1 *Episcopus an possit dispensare circa votum simplex?*

2 *Intellectus c. veniens qui cleri. vel vouen.*

1 EPiscopus † potest dispensare circa votum simplex. sing. est dictum Specu. in tit. de lega. in §. nunc de episcoporum. versic. ccxxiij. & volens allegare c. veniens. qui cleri. vel vo. per errorem allegauit ca. præcedens. quod dictum do. Abb. in d. c veniens. dicit esse singulare, & se nescire alibi. Quod dictum intellige procedere in terminis in d. c. veniens. nam dictum docto. debet intelligi secundum legem quam allegat, per id quod dixit Bartol. in l. non solum §. liberationis ff. de liber. lega. Item quia

2 † in terminis illius capit. prout dicit ibi domin. Abb. reperimus casum concessum ab ecclesia, nec reperitur sibi prohibita dispensatio. facit quod no. Inno. in c. ex tenore. aliás in c. dilectus. de tempo. ordinā. Sed extra casum d. c. veniens. putat do. Abb. quòd episcopus non poterit: quia casus est valde arduus & dubius, quod tamen cogitandum relinquo. Tamē in stricta disputatione tenerem contrarium. nam habeo regulam, quòd vbi conditor canonis sibi specialiter aliquid non reseruat, episcopo videtur concessa facultas. ar. ca. nuper. de sen. excō. sed non est casus, nec tex. denegās hoc episcopo, ergo. imo est casus in d. c. veniens. vbi videtur data sibi facultas. Nō ob. quod dicit do. Abb. quia putat hoc procedere in terminis illius cap quia idem puto in aliis terminis quia sicut Papa ex causa concessit hoc episcopo in terminis illius c. idē fecisset in aliis terminis, si iusta causa subesset. arg. eius quod no. gl. in l. tale pactum. § fi. ff. de pact. & glos in cle. j. de rescri. cum si. tamen hoc pro constanti non assero, sed adhæreo opinioni communi doct. & decisioni sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ.

86 *Donatio* *IIII.*

1 *Donatio omnium bonorum facta ad pias causas. an per superuenientiam liberorum reuocetur, saltem in legitima?*

1 LIcet donatio† omnium bonorum, vel maioris partis facta per non habentem filios annulletur filiis postea susceptis, vt est casus in l. si vnquam. C. de reuo. donat. tamen donatio talis facta ad pias causas per superuenientiam liberorum non reuocatur, nisi in legitima. gl. est singu. in c. quicunque. xvij. q. vlti. quam summa ponderauit Bartol. in l. Titia. ff. de legatis ij. & Bald. in l. prima. C. de inofficio. donatio. & reputauit eam singularem Ludou. Roma. in repeti. authen. similiter. in vij. colum. C. ad legem Falcidiam.

87 *Delictum.*

1 *Delictum si in conspectu iudicis pro tribunali sedentis committatur, alia probatio non exigitur.*

1 SI delictum† est commissum in conspectu iudicis adhuc sedentis pro tribunali, non exigitur alia probatio: quia de eo constat vt iudici. illud dixit glo. singu. §. fi. ij. q. j quam reputauit sing. Alb. de Rosa. in l. illicitas. § veritas. ff. de of. præsid. Tu vide do. Ant. in repetiti. c. vestra.

in lxj.col.de cohabi.cleric.& mulie.& vide quod not.in
c.consuluit.de appel & dictum Pet.de Sau. quod recitat
Spe.in tit.de notorio.cum aliis concord.

88 *Decretum.*

1 *Decretum alienatiuum valet, & tenet.*

1 AN decretum † alienatiuum valeat, & teneat? dic quod
sic.casum habes vnicum,& in iure solitarium,in l.si
pupillorum.§.si prætor.ff de rebus eorum refert & sequi
tur dominus meus in c ex parte.de foro competen.& in
c.constitutus.de in integrum resti. & in c.cùm dilecti.de
emptio.& vendit.& in c.Raynaldus.de testamen.in suo
repertor.

DE LITERA E.

89 *Extensio* I.

1 *Dispositio simplex non solum trahitur ad alium casum ex identitate rationis, sed etiam casus exceptus a regula.*
2 *Exceptio firmat regulam, & quomodo id intelligatur?*
3 *Extensio non fit de similibus ad similia, nec de similibus personis ad similes in priuilegijs, & in alijs ibi notatis casibus.*

1 DIspositio † simplex nedum trahitur ad alium casum
ex identitate rationis, sed etiam casus exceptus à re-
gula.tex.est elegans & celebris in c.cùm dilecta.de con-
firm.vtili vel inutili. vbi Papa casum exceptum in c.quo
niam frequenter. vt lite non cōtest.in teste, vt recipi pos-
sit lite non contestata,& sic non seruata iuris solennita-
te,trahit ex identitate rationis ad innouationem priui-
legii:quem famosissimus iuris pontificii monarcha do.
Abb.reputat ibi mirabilem,& tenendum menti.& illum
tex.ad hoc allegauit idem domi.Abb.in c.cum omnes.
in v.col de consti.& in c.pastoralis.in j col.de rescript.&
in ca.quemadmodum.de iureiur.& in pleri sque locis.&
dicit esse casum in d.c.dilecta.pro gloss.notabili in l.j.C.
de condi.indebit.Et per hoc limitat regulam, & id quod
2 dicitur, † exceptionem firmare regulam in casibus non
exceptis, vt in d.c.dominus.xxxij.q.vij.& bonus tex.in c.
ij.de coniug lepro.procedit enim talis regula, seu tale di
ctum, vt restringatur regula ad casus non consimiles ex-
ceptis.optimè facit secundum eum, quod voluit Bart.in
l.serui.ff.de vsufru.vbi dixit, quòd si exceptio est facta per
dictionem taxatiuam, nihilominus extēditur ad alium
casum, si in alia parte iuris reperitur exceptus, vt ibi no-
tatur.videtur probari in d.c.quoniā frequenter.in prin.
Si autem specificè alibi non excipitur, tunc per identita-
tem rationis extenditur in materia fauorabili & pia: vt
sensit gloss.notab.in l.illud.C.de sacrosan.eccle.in verb.
alicuius.Secus in materia restringibili.vt not.in l.j.C.de
patri.qui filios distraxe.& ita residet ibi domi.Abb.Pos-
set tamen quispiam subtiliter insurgere contra domin.
Abb.ad ostendendum, quòd tex.in d.c.cùm dilecta.non
sit ita celebris & singu.nam id quod disponitur ibi de in-
nouatione priuilegiorum, propter nimiam vetustatem
& antiquitatem consumptorum, disponitur etiam in c.a.
fi de fide instru.& sic dicitur, quòd per illum tex.d.c.fina.
iuncto d.c.quoniam frequenter. doctrina Abb. proba-
tur,& per consequens non est extēsio,& pro certo est pu-
ra & noua inuentio à nemine inducta, nisi à me diuina
fauente gratia. Nihilominus potest saluari Consiculus
meus, quòd ille tex.clarius & apertius probat hoc. & ille
tex.melius hoc ostendit per se tantum, quòd per identi-
tatem rationis casus exceptus extendatur ad similē ca-
sum, quàm faciat tex.in d.c.fin.coniuncto d.c quoniam
frequenter. Vel potest dici, quòd licet erat dispositum de
innouatione priuilegii, in d.c.fi tamen de extensione d.
ca.quoniam frequenter.non erat dispositum.nec dispo-
nitur, nisi in d.c.cùm dilecta.& ideo Papa dicit ibi, eius-
dem æquitatis similitudine prouocati.Idem d.c.fi.de fi-
de instru.emanauit,& fuit posterius cùm sit Gregorii ix.
& d.c.cùm dilecta.sit Inn.iij.Et de hoc adduco in testem
eundem do.Abb.in c.cum ad monasterium.de statu mo
nach.Sed prima responsio est verior & pro dicta theori-
ca vide tex.meliorem in corpore iuris ciuilis secundum
Bal.in l.his solis.C.de reuoc.dona.vbi illa lex enumerat
certos modos reuocandi donationem.& gloss.ponit ibi
alios.& vide quò ad extensionem alicuius casus ad simi
lem casum, tex.in ca.j.§.porrò.in ti.quæ fuit prima cau
sa benefi.amit.quem tex.dicit ibi Bal.esse meliorē de iu-
re, quod in pœnalibus statutis & consuetudinibus procedi-
tur de similibus ad similia.& dicit de hoc notari in l.si quis
seruo.C.de furt.& hanc theoricā dicit ibi Bal.nō habere
3 locū in priuilegiis:quia † tunc nulla potest fieri extēsio de
similibus personis ad similes, nec de casibus ad casus.&
de hoc dicit esse gl.ordinariam & singu.Insti.de actio.§.
item mixta est actio, cōtra eos quæ incipit, si in iudicio.
quam gl.dicit esse menti tenendam:refert & sequitur do
mi.meus do.And.in c fi.de dona.facit secundum cum l.
ob æs.C.de præd.minor.& quod volunt Cy.Sali.& alii in
l.ita nobis pudor.C.de adul.Ange.in l.si per impruden-
tiam.ff.de euictio & l.si tamen.§.in ædilitiis.in versi.nec
cæteris rebus similibus.ff.de ædil.edic.Bal.in auth. præ-
sente.C.de fideiussor.Bart.in l.j.§.j.ff.quod vi aut clā.Bal.
in c.j.in tit.an agna.vel cogna.dixit, quod vbi lex est contra
naturalem rationem, vt l.quisquis.C.ad l.Iul.maiest.non
fit extensio de simili ad simile.idem voluit Bal.in l.iij.C.
de iure dot.& dixit ibi, quod vbi statutum non habet aliā ra
tionem, nisi quia ita placuit principi, nunquam fit exten
sio.no.hoc pro limitatione c.si quando.de rescr.& l.j.ff.
de constitu.princ.& Insti.de iure natu.gent.& ciuili.§.sed
quod principi.& in l.j §.pueritiam.in ver.ratus.ff.de po-
stul.Et idem Bal.in l.fi.C.de interdict.matri.dixit, quod vbi
actus est odiosus, nunquā fit extensio de simili ad simile.
Sed dictum eius confunditur per d.c.j.§.porrò.& per d.l.
his solis.iuncta gl.facit gl.elegans in c.j.de tempo.ordi.
li.vj.gl.in clem.j.de electio.& in clem.auditor de rescri.&
quod voluit Io.Calder.in c.feries.de testi.refert & sequi-
tur do.Ab.in c.iurauit.de probatio.& vide Cy.in l.qui-
cunque C.de ser.fugi.vbi loquitur quādo statutum de-
bet extendi per identitatem rationis.plenè per Lud.Ro.
post alios in l.si verò.§.de viro.ff.sol.ma.& per eundē ali-
quid.in auth.similiter.C.ad l.Falci.in repeti.ad quæ iura
& doctor.te remitto, quia materia difficilis.intricata,&
periculosa est.& vide quod no.Bar.in l.si cōstante.ff sol.
ma.in vij.q.& in auth quas actiones.C.de sac.san. eccl.&
per Io.And.in regula, odia.de reg.iur.lib.vj.& in regula,
pro possessore eo.ti.& lib.in mercu.alias allegationes,&
iura causa breuitatis omitto.& vide quæ dicam infrà sin
gu.acix.in verb.extensio.ij.incipiente, licet lex pœnalis.
tene menti perpetuò.

90 *Expensa* I.

1 *Expensæ factæ ab aliquo contra voluntatem eius expressam à quo petuntur, licet in eius vtilitatem factæ fuerint, repeti non possunt. Limita quinque modis.*
2 *Repetitio pro alio etiam inuito soluti vel expensi, quibus casibus fieri possit?*

TV habes in l.fi. C.de neg.gest.quòd nulla actio cō-
petit negotiorum gestori de expēsis factis pro ad-
ministratione rerum domino nolente,& contradicente
illum esse suum negotiorum gestorem:& sic no.regulam,
1 quòd quis non potest † repetere expensas ab aliquo, si eas
fecit contra voluntatem eius expressam, licet in eius vti-
2 litatem. Limita, nisi † medicus pro infirmi liberatione
2 expensas faceret, licet contra ipsius infirmi voluntatem,
quia eo casu potest illas repetere.gl.est no.lxxxiij.distinc.
c.prouidendum.Tempera tamen hoc, nisi medicus esset
propinquus infirmo.Subdit etiam, quod si aliquis vult te in-
terficere, nisi debitam des ei pecuniam, quòd teneris ei
dare,& postea poteris repetere.facit in simili gloss.in l.
culpa caret.ff. de regulis iur.& vide glo.ad hoc.ff. loca.
l.Marcellus.& ibi Bald.reputat sing.glo.d.§.prouiden-
dum.Secundò limita regulam, nisi quis impendat pro li-
berando illum, pro quo si non fuisset facta solutio, incur
risset in pœnam personalem, vel status mutationem. ita
sing.dixit Ioan. Andr.in c.cum C laicus.de foro compe.
lib.vj.Et licet doct.non allegent, videtur glo.in d §.proui
dendū.facit quod voluit Bar in l.Stichus.ff de pecu lega.
Tertio limita, nisi quis impēdat mutuando filio alterius
in studio existēti,& ita diligēter operanti, quod peritissimus
efficiatur.nam tūc licet contra patris sui volūtatem mu-

tnauerit, poteſt repetere, vt eſt glo. ſing. ſecundum Ludo. Roma. in l. ſed & Iulianus. §. quod dicitur ff. ad Macedo. pro hoc facit ſecundum eum, quòd licet alienum agrum inuito domino non poſsum ingredi, vt in l. per agrum. C. de ſerui. & aqua. etiam ad quærendum theſaurum, vt in l. j. §. in alienis C. de theſau. lib. x. tamẽ ſi in fundo alieno dicitur eſſe vena lapidis, vel ferri, poſſum tanquam bonus magiſter domino inuito intrare. quia in hoc verſatur publica vtilitas, vt eſt gl ſingu. in l. iij. iuncta l. quoſ
b dam. C. de metal. lib. xj. Quarto limita, [b]niſi quis impenderet pro funere defuncti: quia tunc licet impẽderit contra voluntatem hæredis, tñ repetit dictas expenſas: vt eſt caſus ſing. in l. ſi quis. §. ideo Labeo ait. ff. de religi. & ſumptib. fune. Quintò fallit in caſu l. ſi quis mancipiis vel iumentis. §. Proculus. verſic. ſi verò ille. ff. de inſtito. tene mẽti ad limitationem d. l. quia ibi per docto. non habes has fallentias in vnum faſciculum ductas.

ADDITIONES.

a Niſi medicus. Vide Roma. ſingu. cxxiiij. & ibi in additio.
b Quartò limita. &c. Adde latè Petrum Ducñas in regu. cccxcvij. inci. funeraria actio. verſicu. ſextò competit hæc actio. Gabriel Saray.

91 *Exceptio* *I.*

1 *Exceptio legitima & rationabilis nunquam videtur excluſa, licet dicatur, nullam exceptionem admitti debere.*

1 SI ſtatutum, vel reſcriptum † principis dicat nullam exceptionem in aliquo facto debere admitti, debet intelligi de exceptione minus legitima & rationabili: non autem de legitimis & rationabilibus exceptionibus: illa eſt gloſſ. celebris & ſingula iuncto tex. in c. ex parte. ij. de offic. delega. Et ratio, quia non eſt veriſimile quòd princeps per verba generalia velit tollere iuris obſeruantiã, maximè cum tanto præiudicio priuati, per l. ſi quando. C. de inoffic. teſtamen. & c. eccleſia. ij. de electio. niſi exceptio ſpecialiter tollatur, licet ſit in ſe rationabilis, ſecundum do. Abb. in d. c. ex parte. Et ratio, quia tunc apparet de mente principis. vide ad hoc quod voluit Bart. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure. & in l. j. §. & patui. ff. quod vi aut clam. & in l. j. ff. à quibus appella. non licet. & Ioan. And in c ij. de mutu. petitio. & plenè per dominum meum in d. c. ex parte.

ADDITIO.

Vide latè tradita per Celium Hugo. in apoſtil. ad Lanfranc. de Oria. in ca. quoniam contra. in verb. exceptiones. in fi. in apoſtil. incip. adde quòd illam glo. deprobat. & per Hippolyt. de Marſil. in practi. crimi. in §. vltima quæſtio. numer. 2. Gabriel Saray.

92 *Exceptio* *II.*

1 *Statutum ſi in aliquo caſu tollat exceptionem, intelligitur niſi quis velit incontinenti probare exceptionem legitimam niſi contra eum eſſet præſumptio calumnia. vel malitia.*

1 SI ſtatutum † tollat exceptionem in aliquo caſu, debet intelligi, niſi quis velit incontinenti probare exceptionem legitimam: quia eo caſu debet audiri, non obſtante ſtatuto: quia ſtatutum videtur excluſiſſe exceptiones nõ legitimas propter præſumptam fraudem opponentium, quæ præſumptio ceſſat in probatione, quæ offertur incontinenti. pro hoc vide bonum tex. in c. literas. de reſtitu. ſpolia. & quod no. glo. in l j §. hoc interdictum. in verſ. ſed & ſi falſum. ff. de tabu. exhibend. iſtud fuit celebre dictum domi. Abb. in ca ſciſcitata. ſuper gloſſ. in ver. effectum. de in integrum reſtitu. quam gloſſ. ibi profitetur ſe ſolitum eſſe multum adducere in conſiliis ad ſtatuta excludentia omnes exceptiones contra ſententiam, ſeu alium actum. Iſtud idem voluit domi. Abb. in capitul. ſuper eo. ad finem, de officio delega. vide dicta per eum in capitul. ex parte. ij. eodem titul. Ego limito iſtud dictum domi Abb. eſſe verum, niſi eſſet præſumptio cõtra eum, quòd calumnioſe exciperet, licet offerat ſe probaturum incontinenti. Iſtud voluit glo quam ad hoc neſcio alibi, in d. c. ſciſcitata. quæ gloſſ. limitat d. c. literas. & iſtud dictum ſenſit do. Abb. in d. c. ſuper eo. vbi Bal. ſingulariter dixit per illum tex. iuncta gl. quòd à ſummaria cognitione poteſt quis repelli, vbi præſupponitur quis calumniari. quod dictum dicit menti tenendum, & no. in d. ca veniens ij. de teſtib. in l. ſi. C. de ordi. cogni. Putat tamen do. Abb. in d. c. ſuper eo. illud dictũ gl. & Bal. procedere, vbi opponens offert ſe probaturum incontinenti, & præſumptio eſt de malitia, quia per talem oblationem non purgatur præſumptio malitiæ. quod dictum ita limitatum perpetuò tene menti.

ADDITIO.

Hoc latè traditur per Dida. Couar. in practicis quæſt. c. xvj. nu. 2. Gabr. Sar.

93 *Emphyteuta* *I.*

1 *Emphyteuta eccleſiæ non ſoluens canonem ſingulis annis, licet non poſſit expelli, niſi elapſo biennio, fallit niſi iuraſſet ſingulis annis ſoluere penſionem, & non ſoluiſſet, nam elapſo anno poterit expelli.*

2 *Intellectus c. querelam. de iureiur.*

1 LIcet emphyteuta † eccleſiæ non ſoluens canonem ſingulis annis, non poſsit expelli niſi elapſo biennio, vt in ca. potuit. de locato. tamen ſi iuraret ſoluere ſingulis annis penſionem, & non ſolueret, elapſo anno poteſt expelli quod ſing. nota ad limitationem d. c. potuit. ita dixit Bal. in c. querelam. de iureiur. Et licet quibuſdam videatur hoc non probari ex illo tex. indicio meo probatur ibi. nam Papa † ibi non conſiderauit biennium, ſed
2 iuramentum, cuius tranſgreſſorem vult remoueri, ex quo illud non ſeruauit. ergo non ſolùm poſt bienniũ, ſed ante biẽnium poteſt remoueri. & priuari iure emphyteutico. nam fuit ibi cõtingentia facti, & non iuris miniſterium, quòd ceſſauit per biennium. Itẽ ſi ibi conſideretur biennium, ibi fuiſſet quæſtio de indubitabili, contra l. quod Labeo. ff. de Carbo edic. & c. cùm in iure peritus. de offi. dele. cùm de biennio iure cautum ſit, vt in c. potuit. de locato. Adde eundem Bal. in d. c. literas. de dila. & Alexan. conſilio cxxvj. incip. non puto id de quo quæritur. in primo volumi.

94 *Effuſio.*

1 *Verbum effuſio, denotat abundantiam.*

2 *Minima an ſint in conſideratione iuris.*

1 VErbum † effuſio, denotat abundantiam. bonus tex. eſt cum glo. ſecundum do. Abb. ibi in c. cum illotum. in §. quid ſi clauſtrales. in ver. niſi. & in verſi. ſanguinis effuſio. de ſen. excom. Ex quo nota, quòd vbi requiritur effuſio ſanguinis, oportet quòd inde proceſſerit multum ſanguinis. facit ad multa ſecundum domin. Abb. ibi: & vide eundem do. Abb. in c. propoſuiſti. de conſecratio. eccle. vel alta. vbi commemorat hoc, & facit feſtum. & gl. iuncto tex. d. c. cum illotum. §. quid ſi clauſtrales. in ver. effuſionem. quod dicit eſſe notandum pro ſtatutis, quæ quandoque requirunt ſanguinis effuſionem. tu vide pro illa glo. Manſuetum de Manſuetis de Peruſio in l. ſi. ff. ſi qua-
2 dru. pan. feciſ. dica. vbi dixit, † quod ſtatutum imponens pœnam effundentibus ſanguinem, non habet locum in parua ſanguinis effuſione & dicit eſſe gl. ſecundum Lud. Roma. in d. c. cum illotum. in ver. effuſionem. Et adduco tibi aliam gl. quam iſti patres non allegant, in cle. ne Romani. in ver. effundendis. de elec. & vide pulchrum tex. in c. reuertimini. xvj. q. j. in verſic. verbum effuſionis nomen largitatis oſtendit. facit l quæſitum. ff. de re iudi. l. j. § ſed ſciendum. ff. de ædi. edic. & tex. iuncta glo. in cap placuit. xvij. diſtin. & quod voluit Bald. in l. ſi prædium. C. de ædi. actio. ſtatuto (inquit) cauetur quòd faciẽs vulnus alicui in platea puniatur pœna magna, quod non habebit locũ in faciente vulnuſculum. facit l ſi oleum. ff. de dolo. & l. ſcio. de in integ. reſti. & l. ſenatus. §. Marcellus. ff. de leg. j. iuncta theorica Angel. & quod plenè voluit do. meus in rubrica, de plus petitio. vbi plenè diſputat, an minima ſint in conſideratione iuris. vide per eum.

ADDITIO.

Adde quæ dixi in addition. ad Roman. ſingula. xvij. Gabriel Sarayna.

95 *Emphyteuta* *II.*

1 *Emphyteuta ecclesiæ si per annum cum dimidio cessauit à solutione canonis, & citatus à prælato fuerit contumax, cadit ab emphyteusi, non expectato toto biennio.*

1 SI elapso † anno cum dimidio emphyteuta ecclesiæ cessauit à solutione canonis, & prælatus ecclesiæ citari fecit eũ, vt solueret, & ipse non obstante citatione fuit contumax, & non soluit, q cadit ab emphyteusi non expectato biennio toto: quia illa requisitio operatur lapsum sex mensium. ita pulchrè dixit Bart. in l. locorum. per illum tex. C. de omni agro deserto. lib. xj. & cũ illo dicto transiuit ibi Ang. & facit ad hoc l. qui agros. eo tit. & cum illo dicto transiuit Io. de Platea & transiuit do. meus in c. iij. de dila. quod dictum reputat mirabile ex eo, quia d. l. locorum. loquitur in prædio tributario, & non in prædio emphyteutico. & tamen Bar. extendit illum text. ad emphyteusim. quod singul. not. pro limitatione capi. potuit. de locato.

96 *Expensa* *II.*

1 *Non est faciendum illud, in quo plus expenditur, quàm sit, quod percipitur.*

2 *Iudex non debet facere citari testes ad locum iudicij, quando tantum distant, quòd plus in eorum aduentu expenderetur, quàm sit valor causæ: sed tunc debet delegare examinationem.*

1 NOn est faciendum † illud, in quo plus expenditur, quàm sit quod percipitur. tex. est iudicio meo melior de corpore iuris, in l. mediterraneæ. C. de anno. & tribu. lib. x. quod Bar. ibi dicit esse notãdum ad multa pro tutoribus, quibus non debet imputari, si non exigant debitum, in quo oportebat plus eos expendere, quàm inde perciperent: vel pro eo, qui non reficit domũ, in qua plus expenderetur, quàm valeret: vel pro his, qui non facerent inuentarium eo casu, quo plus expenderetur in eius confectione, quàm esset vtilitas. vt l. tutor qui repertorium. in prin. ff. de admi. tuto. Item in causis breuioribus, quando plus expenderetur in scripturis, quàm sit valor causæ. Itẽ
2 iudex non † debet facere citari testes ad locum iudicii, quando tantum distant, quòd plus in eorum aduentu expenderetur, quàm sit valor causæ argu. d. l. mediterraneæ. sed tunc debet iudex delegare examinationem vt in l. generaliter. §. his de præsentibus. C. de iureiuran. & facit authen. apud eloquentissimum. C. de fide instru. & quod not. per Abb. in c. cum causam. de testib. & iij. quæstio. ix. c. testes. per Arch. licẽ facit secundum eum, quòd si in habendo recursum ad superiorem plus expẽderetur, quàm sit valor rei, quòd eo casu possunt concedi represaliæ: de quibus plene examinauit Bar. in tractatu suo de represa. & vide not. in c. vnico. de iniuriis, lib. vj. & ita resides ibi Bar. Addo Abb. in c. de appellationibus. extrà de appell. & Ioan. de Imo. in c. cùm sit Romana. eo. tit. & etiam ego addo quod pulchrè voluit do. Pe. de Ancha. in c. nonnulli. de rescrip. & in c. cùm te. de offi. ordi. & in cap. finem litibus. de dolo & contu. vbi dixit, q licet Episcopus posit reddere ius in quolibet loco suæ diœcesis, vt in c. cùm Episcopus. de offi. ordin. lib. vj. tamen si habet amplissimam diœcesim, & pars vexaretur, si cõueniretur in loco remoto, vbi degit episcopus, puta, quia reus stat in extrema parte diœcesis, & episcopus staret in alia parte extrema, & causa esset breuis, & expensa esset maior pro testibus producendis, & pro salario, quàm causa, & iudex nolit committere, vel delegare causam, quòd pars potest appellare. allegat l. cum post sententiam. C. de appella. & c. anteriorum. §. ad hoc. ij. q. vj. & dicit se aliàs in quæstione facti ita dixisse. quod not. pro limitatione d. c. cum episcopus. facit quod voluit doct. post Innocen. in ca. olim. de restitu. spolia. & vide plenè domi. meum in d. c. nonnulli. & aliquid in d. c. cùm te vbi de hoc. & vide Pet. de Anch. in capitu. cùm causam. de testib. vbi idem voluit. Et circa dictã l. mediterraneæ. in princip vide quod voluit domi. Anto. in cap. ij. de dilatio. vbi posuit de eo, qui equum ponit in hospitio. Et in quantum dixi, quòd iusta esset appellationis causa, faciat secundum dominum meum domi. Alex. de Imo. in d. l. mediterraneæ. in additio. c. constitutus. de fideius. & quod ibi notatur. c. statutum. §. si. de rescri. lib. vj. idem firmat secundum eum do. Pe. in d. c. fin. vbi bonus tex. facit c. litigantes. de offi. ordi. lib. vj.

97 *Exactio.*

1 *Exactionem qui infra certum tempus facere tenetur, si non facit, cogitur soluere de suo.*

1 QVi tenetur facere † exactionem infra certum tẽpus, si non facit, cogitur soluere de suo. text. est notabilis secundum Bar. ibi, in l. missi. C. de exacto. tributo. lib. x. quod no. contra syndicos comitatus, & similes.

98 *Emphyteusis* *I.*

1 *Emphyteusis concessa alicui à monasterio, cum pacto, quòd etiam in fœminam transeat, quæ nubat subdito iurisdictioni monasterij, potest retineri licet extraneo nupserit, si is velit iurisdictioni se submittere.*

1 MOnasteria habent † possessiones concessas alicuj in emphyteusim sub hoc pacto, quòd transeant in fœminam, quæ tamẽ nubat alicui subdito iurisdictioni monasterii, quòd nihilominus si nubat extraneo, qui vult effici de iurisdictione monasterij, retinebit emphyteusim. istud probat in argu secũdũ Bar. ibi, l. murileguli. C. de murile. lib. xj. facit l. j. C. de imp. lucrat. descri. lib. x. Et potest esse ratio secundum Ang. ibi in additio. quia conditio personæ non mutatur vt in dicta l. j:

99 *Extensio* *II.*

1 *Pœnalis lex quæ tendit ad fauorem reip. ita extenditur, sicut fauorabilis.*

2 *Pœna statuti punientis facientem maleficium, punitur fieri faciens, nisi requiratur homicidium reale.*

3 *Statutum loquens in faciente, an habeat locum in mandante?*

1 LIcet lex pœnalis † & odiosa nõ debeat excedere proprium casum. ad hoc bonus tex. in §. pe. de pœn. dist. j. regula, odia. de regu. iur. lib. vj. l. cùm quidam. ff. de lib. & posthu. cum si. tamen vbi extensio tendit ad fauorem reip. ita debemus ipsam extendere sicut legem fauorabilẽ. & ideo cùm pertineat ad fauorem reipub. puniri maleficia, ad hoc vt prouincia quietè permaneat, vt in l. congruit. ff. de offi. præsi. & ff. de iud. l. si longius. §. si filius. pœ-
2 na statuti † punientis faciẽtem maleficium punietur fieri faciens. ita bellissimè no. Bar. per illam gl. ad hoc quã reputo mirabilem de iure ciuili, in l. quemadmodum. C. de agri. & censi. lib. xj. facit l. si quis id. ff. de iurisd. om. iudic. facit gl. reputata sing. c. j. de tempo or. lib. vj. tu vide Ioã. And. in c. sicut dignum. super gl in ver. consilium. de homic. vbi dicit, q assessores fori ciuilis multũ vtuntur illa gl. inducentes eam ad intellectum statutorum punientiũ homicidas, vt verificentur etiam in præcipientibus fieri homicidiũ pro hoc d. l. si quis id quod & c si quis suadente. xvij. q. iiij. iũcto pulchro tex. c. mulieres. & quod plenè scribit ibi do. Ab. de sen exco. refert & sequitur idem do. Abb. in d. c. sicut dignum. & alleg. no. per Bar. in l. aut qui aliter. §. hæc verba. ff. quod vi aut clam & in l. hæc verba. ff. de adul. & in l. non solùm. ff. de iniu. & dicit Io. And. in d. c. sicut dignũ. hoc procedere, vbi statutum aliquid exprimat, per quod videatur requirere homicidium reale, vt si dicat, si quis homicidium manu cõmiserit vel ense, tunc statutum non comprehendit mandantem fieri. allegat c. in nostra. de iniur. quasi velit dicere, q statuta sunt stricti iuris, vnde debẽt intelligi in proprio casu. quod dictum si verum sit, limitat gl. & theoricam Bar. in d. l. quẽadmodum. Sed do. Abb. in d. c. sicut dignum. dubitat de hoc per d. c. si quis. vbi dicitur, si quis manus iniecerit, & sic exigit iniectionem realem, & tamen illa pœna cõprehenditur mandans, vt in d. c. mulieres. dicit tñ menti tenendum dictum Io. And. Ego dico dictũ Io. And. esse verissimum, quia eo casu videtur contẽplata persona, & statutum restringit, & declarat se, & per cõsequens nõ debet extendi ad aliam personam. argu. com ũ quæ notãtur in c. si. de offi. deleg. & in l. inter artifices. ff. de solutio & l. per hanc. C. de eroga. mili. anno. lib. xij. cum si. Non obst. d. c. si quis. quia potius facit contra do. Ab. quã pro eo, quia si non emanasset d. c. mulieres. mãdans non comprehen-

sus fuisset sub dispositione d.c.si quis.& adduco quod vo-
luit Nic de Nea.in l.si quis mihi bona.§.quod si manda-
uit.ff.de acquit.hære. vbi per tex.in l.certe.§.j.ff.de preca.
in ver.me mandante, vel ratum habente.dixit,quòd sta
3 tutum† loquens de faciente habet locum in mandante,
quod est cõtra illud de Barbadoro.quem refert ibi Cy.
& Bar.fuisse decapitatum Florentiæ,licet esset de nobili
domo.& ad hoc Nico.de Neap.reputat tex.d.l.certè.§ j.
vnicũ & singularẽ,quẽ tex.non alle.Bart.in d.l.quemad-
modum.per glo.illius legis.nec do.Abb.in d.c. sicut di-
gnum.facit quod voluit Bart.in rub.ff.de nper.noui nũ.
& retulit mihi hæc dom.meus in repetitione rubricæ de
causa pos.& proprie.in axij.charta in libr.meo. & hunc
passum ita coadunatum à nemine reperi. Vide etiã do.
Abb.in c.quintauallis.in vij.differentia.de iureiur. Ad-
de tamen quod voluit do.Abb.in c.ex tenore.qui fi.sint
legi.vbi dicit quandam rationem Ioan.And.ibi esse sin-
gulariter notandam,& obliuioni non tradendam,quòd
constitutio pœnalis debet extendi,& largo modo inter-
pretari quando emanat,vt euitentur animarum pericu
la.facit secundum eum quod in simili not.gl. in c.sciant
cuncti.de elect.lib.vj.Et vide eundem do.Abb.in c. ij. de
diuor.ad fin.vbi dicit.quòd in materia pœnali verbum
generale intelligitur largo modo,si dispositio tendit in
fauorem fidei.facit gl.sing.in authen. sacramenta pube
rum C.si aduersus vendi & quod voluit Ioan.Andræ. in
capitul.pro humani. de homi.libro vj.de hoc dico in a-
lio notabili:adde text.in l.hoc modo.ff.de condi.& de-
mon.& Imo.in l.cætera §.sed & si quis.ff.de lega.j.& vide
Dominicum in d.c.pro humani.§.fi.in j.col.vbi allegat
glo.in d.c.sciant.& vide quæ dixi latissimè,& plenissimè
suprà singu.lxxxia.inci.dispositio.& sing.laxij.inci.si sta-
tutum vetat.in verbo,committo.

ADDITIO.

Ibi Tamen vbi extensio tendit ad fauorem reipu.Idem sequitur Hipp.de Marsi.in pract.cri.in § diligenter.nu.130.& in §.aggredior.nu 58.59.& 60.vbi latè ponit & similia adducit pro confirmatione doctrinæ Barto.in d.l.quemadmodum.C.de agric.& censi.libr.aj.& idem in l.is qui aggressorem. nu.29. C.ad l.Cor de sicar.& vide Cagnol.in l.in omnibus quidẽ. nu.16.ff.de regu.iur.& latè per Arium Pinelum in repeti.l.j. C.de bo.mater.interna parte,nu.64.versi.Quod iuuatur ex glo. Gab.Sar.

100 *Emphyteusis II.*

1 *Emphyteuta ecclesiæ non soluens canonem per biennium, incidit in commissum Et quid si appositum fuit pactum, quod ratione canonis non soluti, non incidat in commissum . an valeat pactum?*

1 EMphyteuta ecclesiæ† non soluens canonem per bien-
nium incidit in commissum.tex.habes in c.potuit. de
loca.Sed pone quòd ecclesia concessit fundum in emphy
teusim apposito pacto,vt ratione canonis non soluti nõ
incidat in commissum,an valebit illud pactũ: dic quod
sic:quia ex quo hoc potest facere fiscus,vt l.fundi.alias, si
qui a prioribus.& ibi Bar.C.de fun.patri.lib.xj.ergo& ec
clesia:nã ecclesia & fiscus paribus passibus ambulant.vt
in l.fi.C.de sacrosanctis ecclesiis.& notatur in capi.j.& in
c.auditis.de in integr.restitu.per consequens ecclesia po
terit hoc facere.tamen propter hoc non releuabitur em
phyteuta a præstatione canonis.vt in dicta l.fundi. quod
not.pro his quæ notantur in dicto capit.potuit.quia do-
cto.ibi hoc non ponunt,nisi do.meus do.Andr.qui ibi di
cit se dubitare,an hoc dictum sit verum: quia agitur de
præiudicio ecclesiæ,& prælatus non potest præiudicare
ecclesiæ,vt in l.iubemus nullam.C.de sacrosan.ecc. Mihi
videtur quòd opinio Barc.potest saluari,quando præla-
tus vnà cum capitulo hoc facit.& ita videtur loqui Bar.
quia nõ loquitur de prælato,sed de ecclesia,quo casu be-
ne ecclesia potest renunciare iuri suo,vt voluit gl.& doct.
in dicto capitul.potuit.& gloss.in regula,delictum.de re-
gulis iuris libro sexto.doctor.in capit.j.de dolo & contu
macia.Si verò prælatus solus hoc faceret, procedit opi-
nio domini mei:prout not.in præallegatis iuribus. Item
dictum Bar.procedit in iure quærẽdo,in quo solus præ-
latus potest præiudicare ecclesiæ,vt notatur in d.ca.po-
tuit.& in c.j.de do.& contu.& quod voluit Fede.de Senis
consil. ix.& Innoc.in c.admonet.de renunria.& Bald.in
authen.si qua mulier.C.de sacrosan.eccle.& in l.Impera
tores.ff.de pactis.& in l.pupillorum.C.de repu.hære.Pet.
de Aucha.& alii in c.super.de rebus eccle.non alie.& ibi
plenè per do.meũ.Sed do.meus in ca.iij.de dilario. refert
& sequitur Bar & bene,vt dictum est,& sic mutauit opi-
nionem in melius,tene menti.Et an valeat tale pactum?
videtur tenere Bal.quòd non in l.ij.in j.col.C.de iure em-
phy.vbi simpliciter loquitur non faciendo mentionẽ de
fisco,vel ecclesia.ad hoc bene faciunt no.per eundẽ Bal.
institu.de vsufructu,in princip.in versic.ne tamen.quod
non valeret rescriptum superioris sic concedentis,vt no.
Bald.in l.si à re.C.de pactis inter empto. & vendito.re-
fert & sequitur domin.Alexand.de Imol.in additio.suis
in d.l.fundi.

101 *Emphyteusis III.*

1 *Emphyteuta ecclesiæ non potest expellere colonum bene laborantem de fundo in quo per maximum tempus stetit,aliàs priuatur emphyteusi.*

1 ECclesia concessit † fundum in emphyteusim, in quo fundo quidam steterat ad laborandum per maximum tempus,quòd si emphyteuta repellit illum colonum,cùm bonus esset,& alium subrogauit in locũ eius, quòd debet emphyteusi priuari.ita no.Bar.in l.cognouimus.C.de manci & col.patri.li.x.& ibi dicit illam l.facere ad istam quæstio.quod not.

ADDITIO.

Vide Roma.sing.lxiij.& ibi in additio. Gab.Sar.

102 *Error communis.*

1 *Acta ab vno vt a tali,cùm talis non sit,an valeant?*
2 *Intellectus l.Barbarius ff.de offi prætor.*

1 LIcet aliquis† habeatur,& reputetur pro publico offi-
ciali,& reuera non sit;quia non fuit legitimè ordina
tus:vel reputetur aliquis tabellio cùm non sit : vel iudex,
cùm non sit,quòd omnia acta per eum sunt nullius mo-
menti,& ipse faciens punitur nec obstat secundum Bar.
in l.actuarios.C de numera.& chartu. li.xij l.Barbarius.
ff.de of.præto.quia quandoque quis est electus solẽniter,
& licet propter defectum personæ non possit esse, tamen
facta per eum valent ob vtilitatem publicam: secus si nõ
est electus secundum formam debitam: quia tunc facta
per eum non valent.& alleg Guli.de Cu.ita tenentem in
d.l.Barbarius.quòd nota pro intellectu dictæ l. Barba-
rius.& idem Bal.in l.de quibus ff.de legi. idem voluit &
allégat d.l.actuarios fuit tamen originaliter dictum Gu
li.de Cu.in d.l.de quibus.sed Bar.in l.ij.C.de manu.vin-
di.dicit,quidã notarius est priuatus officio notariatus,
& in loco vbi est priuatus.est manifesta eius priuatio,sed
in alio lóco nescitur & ibi conficit instrumenta, dicit, quod
2 sunt ipso iure nulla.Non obst.† d.l.Barbarius.quia habet
locum in prætore constituto à principe,& durat prætor.
& alleg.Bar.in præallegatis locis,quod singulariter nota
pro intellectu d.l.Barbarius.refert & sequitur do. meus
in c.post cessionem.de proba.Vide Spe.& Io.And.in tit.
de instr.edit.§.restat.versi.quid si is & versi.ex præmissis.
& in tit.de proba.§.j.ver.illud autem. vbi idem tenẽt,per
tex.in l.Herennius.vbi voluit Bar.ff.de decu.de qua quæ-
stione d.l.Barbarius.per Inno.& alios in c.j.de fide instr.
& Guid.de Suza.in l.decernimus.C.de sacr.san.eccle.per
Ia.de Bel.in disputatione incip.cauetur aliquo iure.quã
ponit post l.ij.C.quo & quan.iu.Pau de Leaza.in c.cùm
dilectus.de fide instru.per do.Anto. in c consultationi-
bus.de iure patrona.per Inno.in l.testium.ff.de testi.per
Bal.in l.ij.C.de serui.& aqua.l.non ignorat. C.qui accu-
sa.non possunt.per Io.Fabri,in §.sed cùm aliquis.Institu.
de testam.per Ang.in authen.de tabelli.§.penul.vel fina.
Bal Salice & Ang.in l j C.de testam.vbi limitant esse ve-
rũ,nisi interuenisset decretũ, vel creatio superioris :quo
casu

casu licet non esset tabellio, tamen hoc casu valent gesta per eum. & hoc expressè vult Barto. Et respondent ad d. l. j. C. de testa. quia illa non facit ad propositum suũ, quia loquitur in actu testandi, qui est permissus de iure communi, cùm omnes liberi à natura nascantur, & per consequens in tali actu non requiritur decretum, secus in casu nostro. Dicta l. Hærennius. & l. Barbarius. præallegât &
a cap. ad probandum. de re iudic. limitari possunt, [a] quòd sententia ab infame, & excommunicato, vel seruo ratione communis erroris validatur, procedunt nisi illi, inter
b quos est lata sententia, [b] sciant illum communem errorem esse falsum: quia tunc non validatur ratione communis erroris. ita singulariter not Ioan. Calde. in dicto cap. ad probandum. quem refert do. Anto. in cap. sciscitatus. de rescrip. ratio est, quia ratione comperta cedit opinio veritati. & ratio huius dicti colligitur ex tex. cap. consuetudo. viij. distin :t. Adde Abb. in cap. ad nostram. iiij. de iureiuran in gloss. ij. & in c. j. in vij. col. de fide instrumen. quòd communis error facit ius, quando quis habuit potestatem à superiore, licet ex aliqua causa non poterat illud facere, quia erat seruus occultè & sic dicit loqui dictā l. Barbarius. & vide Ioan. And. pro d. l. Barbarius. in d. c. dilectus. ij. de præben.

ADDITIONES.

a Limitari possunt. Quòd error communis faciat ius, intellige verum in dependentibus à iurisdictione: secus in depēdentibus ab ordine, seu in sacramentalibus secundum Abb. in c. ij de presbyt. non baptiz. in his enim attenditur veritas non opinio. facit quod not. gl. in c. dudum. ij. de elect. & in cap. nihil. & in c. sicut. eo. titu.

b Nisi illi, inter quos est lata sententia. Vide latè per Hippo. de Marsi. in practi. crimi. in § aggredior. nu. 2. Gab. Sar.

103 *Expensa* III.

1 *Debitor carceratus, non habens vnde se alat, est à creditore alendus, aliàs relaxatur, vel iudex eum de suo alit.*

1 CReditor † qui fecit carcerare debitorem debet eum alere suis sumptibus, si debitor non habet aliundè: aliàs iudex facit eum relaxari. gloss. est singu. in l. fin. C. de erog. mili. anno. lib. xij. quam gloss. Ange. de Are. Instit. de act. § fin. in fin. reputauit singu. Et si iudex hoc non facit, alet eum de suo, per l. iudices. C. de episco. audien. & facit quod voluit do. Cardi. & ibi plenè per do. meum in c. cæterum. de rescrip.

ADDITIO.

Idem tenet Guid. Pap. decision. Gratianop. ccxj. nu. 2. & Stepha. Aufret. decisio. Tholosa. 100. & Barto. in l. sanctum. nume. 3. ff. de rerum diuisio. Ange. in §. fina. insti. de actio. & in additio. ad Bal. in l. quoniã liberi. super parte glossæ inducit nu. 5. C. de testib. Ias. in d. iiij. §. fina. nu. 11. ff de edendo. & in l. si victum. nu. 2. ff. de re iudi. Gab. Sar.

104 *Expensa* IIII.

1 *Expensa facta ab institore præposito mercantiæ in honorem mercatorum qui secum contrahebant; an sint imputanda?*

2 *Expensas faciens in capiendo bannitum eas repetere potest.*

1 QVidam institor † præpositus in ciuitate Perusij à quadam societate de Florentia cum pleno mandato, imputabat societati quasdam expensas factas in honorem mercatorum, qui secum contrahebant: fuit dubitatum an posit? Barto. habuit hanc quæstio. de facto, & dixit quòd sic, si iusta ratione fecit. & dicit, quod pro hac quæstio. optime facit notabilis. l. filiusfamil. ff. de donatio. Et vide Guliel. de Cuneo in l. j. quem refert & sequi-
2 tur ibi Ange. ff. de iustitia & iure. quod potestas, † seu aliquis capiens bannitum, & faciens in hoc sumptus, potest repetere, per text. not. in l. mulier in opus salinarum. ff. de capti. & postlimi. reuer.

105 *Emphyteusis* IIII.

1 *Emphyteuta soluere obligati quotannis quator denarios, si vnus hæres soluit pro duobus annis duos denarios, alius cessauit, an solutio duorum annorum coniungi debeat pro vtroque, & sic habeatur, ac si soluissent ambo pro vno anno, ne res incidat in commissum?*

1 ERant duo † hæredes emphyteutæ, qui quolibet anno tenebãtur soluere quatuor denarios: vnus soluit duob[9] annis duos denarios, alius cessauit, an debeat solutio duorum annorum cõiungi pro vtroque, & sic habeatur, ac si soluissent ambo pro vno anno, ad hoc, vt res nõ incidat in commissum? Guliel. de Cun. in l. si necessarias. §. si vnus. ff. de pigno. actio. decidit, quòd debet coniungi: quia particularis solutio vnius habet vim vnius solutionis perfectæ, & sic res non incidit in cõmissum, quasi solutio cedat in causam grauiorem, vt in l. j. cum l. sequen. ff. de solutio. refert & sequitur hoc dictum Guli. Barto. in l. fraudati vectigalis. ff. de publica. & vectiga. & istud reputat valde singu. do. meus do. And. in cap. ex parte. de cen. in vij col. Sed Ioan. And. in titu. de loca. § nunc verò aliqua. versicu. xxxj. in additio. ad Specu. tenet contra Guli. quia particularis solutio facta à socio videtur facta nomine suo, & non nomine alterius. vt in l. & magis. ff. de solut. & ideo persona alterius non debet subintelligi. l. ita stipulatus. §. Chrisogonus. ff. de verborum obligat. Nec obstant secundum eum in contrarium allegata, quia loquuntur in vno obligato: sed in casu isto erant duo obligati, & sic casus est dissimilis. dominus meus do. And. in dicto c. ex parte. dicit, quòd ex quo vnus est census, vna persona, & emphyteusis, & sic præsumitur de iure quòd duntaxat vna erat emphyteusis. & allegat text. meliorem de iure in l. si pluta. ff. de ædil. edict. de quo secũdum eum exclamauit Bal in authen. si quas ruinas. ad finem. C. de sacrosanct. eccle. facit secundum eum l. si communem. ff. quemadm. serui. amit. & quod habetur in l. si is qui duos. & ibi Dyn. & Barto. ff. de libe. lega. & quod not. glo. in l. fina. C. de mune. & hono. lib. x. & quod not. Federi. de Sen. consi. lxiij. & do. Abb. in cap. fina. de iure patrona. & Barto. in l. si emancipati. C. de collatio. & facit in simili text. singul. in l. Paulus. §. Caius. ff. de liber. cau. Mihi videtur, quod opinio Guli. Bartol. & domi. mei sit verior, & dico quòd hoc ideo est, quia sumus in obligatione hæreditaria, quo casu licet sint duo hæredes, habentur loco vnius. argu. clemen. plures. de iure patrona. & per consequens debet fieri talis coniunctio. Sed eo casu quo duo simpliciter acciperent rem in emphyteusim, & promitterent solutionem canonis simpliciter, quilibet teneretur pro parte. vt in l. reos. §. cùm in tabulis ff. de duobus reis. & vno cessante portio eius reuerteretur ad dominum, vt in dicta l. fraudati. & isto casu procedat opinio Ioan. Andr. & hanc concordiam, si fortè vera sit, subtiliter collegi ex mente verborum Bartol. in dicta l. fraudati. tenementi.

106. *Extensio* III.

5 *Lex vbi tendit ad fauorem animæ, extenditur de proprio vocabulo ad improprium.*

1 VBicunque lex tendit † ad fauorem animæ, extenditur de proprio vocabulo ad improprium. ista est glo. singu. secundum omnes in authen. sacraméta puberum. C. si aduersus vendi. facit quod voluit Io. And. in c. pro humani de homi. lib. vj. vbi fauore animæ constitutio loquens de principe, quamuis pœnalis, védicat sibi locum in principe supremi gradus.

107 *Epistola* I.

1 *Epistola si proprio sigillo sigilletur, sed nomen scribentium non apponatur, an valeat?*

1 ALiquis scripsit † epistolam: apposuit suum sigillum, & notum non apposuit nomen suum, an valeat? dic quod non. ita singulariter dixit Bald. in prima constitutio. ff. & allegat l. ad testium. §. si quis testibus. ff. de testib. refert & sequitur dominus meus in cap. j. de probationi. quod est not. dignum.

ADDITIO.

1 Vide Nicol. Boër. decisio. lxxxij. nu. 19. Gab Sar.

108 *Epistola* *II.*

1 *Epistola si scribatur, & apponatur nomen scribentis, sed scribens non se subscribat, an valeat?*

1 ALiquis † scripsit epistolam suam, & apposuit suum nomen proprium, dicens sua manu eam scripsisse, & nõ se subscripsit, an valeat? dic quòd sic. bonus tex. est l. cum antiquitas. C. de testa. ita dixit Bald. in prima constitutio. ff. vbi refert Cyn. hoc tenuisse in facto, refert & sequitur dominus meus domi. Andræas in dicto c. j. de proba. & in procemio clemen.

109 *Epistola* *III.*

1 *Epistola si scribatur, & apponatur nomen, sed non cognomen scribentis, an in re ardua valeat?*

1 ALiquis † scripsit epistolam, & apposuit nomẽ, non cognomen consuetum, & res erat ardua, an valeat? dic quòd non. ita determinauit Bal. in prima consti. ff. & allegat l. sacri affatus. C. de diuer. rescript. refert & sequitur dominus meus in d. c. j. de probatio.

110 *Epistola* *IIII.*

1 *Epistola scripta sub nomine proprio non apposito nomine dignitatis eius, cui scribitur, an vitietur.*

2 ALiquis † scripsit sub nomine proprio, & nõ apposuit nomen dignitatis eius, cui scribit, an vitietur epistola? Bal. in prima constitutio ff. dicit quod non quia videtur scribere ei vt personæ priuatæ. allegat c. quoniã Abbas. de offi. delega. refert & sequitur dominus meus in dicto c. j. de probatio.

111 *Epistola* *V.*

1 *Per epistolam si quis cum alio contrahat, dicitur fieri cõtractus in loco vbi recipitur epistola.*

1 SI contraho † cum aliquo per epistolam, contractus dicitur celebratus esse in loco, vbi epistola recipitur, & ibi consentitur. celebris theorica Bal. est in l. multum. C. si quis alteri vel sibi.

112 *Emptio.*

1 *Emptum de pecunia ecclesiæ nomine ementis, ecclesiæ adijcitur.*
2 *Intelligitur c. j. de pecul. cleric.*
3 *Priuilegium tributum militi seculari extenditur ad militẽ Dei.*

1 LIcet aliàs † emptum de pecunia mea, nomine tamen ementis, non efficiatur meum, vt C. cõmunia vtriusque iudic. l. si patruus. C. de donatio. inter virum & vxo. l. & si de sua. C. de rei vendi. l. si ex ea pecunia. emptum tamen de pecunia ecclesiæ, licet nomine ipsius ementis, ecclesiæ adijcitur, vt gloss. legales terminant, ad instar eius quod dicitur de pupillo atque milite. C. de rei vendic. l. si vt proponis. vbi de milite. & in l. iij. C. arbitr. tute. vbi de pupillo. & gloss. iuris canonici in c. inquirẽdum. de pecul. clerico. Et licet ibi Hostien. & Ioan. And. cum quibus concordat Lapus in nouella, dicant hoc expresse non reperiri aliquo canone cautum, nihilominus copiosus doctor Ludo. Roma. in repeti. authen. similiter. in viij. col. dicit, quod satis hoc videtur probari xij. quæstio. iiij. in c.
2 fixum. Ego † dico, quòd de hoc videtur etiam text. in c j. de pecu. clerico. vbi videtur tex. quasi expressus, quòd res acquisita ex pecunia ecclesiæ per administratorem efficitur ecclesiæ, licet clericus emerit nomine proprio. nam si emisset ibi nomine ecclesiæ, non oportuisset inuestigare virum habuerit proprium vel ne. Loquitur ergo quãdo fraudulenter emerit nomine proprio. & sic ille tex. ponit casum specialem in ecclesia: cum regulariter disponatur contrarium, vt suprà dictum est: & hoc firmat ibi do. Abb. vbi dicit, quòd ad idem videtur text. in dicto c. j. de testa. Idem dicit do. Abb. in dicto c. inquirendum. quod satis probatur in dicto c. j. de pecu. clerico. & in dicto c. j. de testa. & dicit se credere, quòd hoc possit procedere in
3 quolibet clerico: quia priuilegium † tributum militi seculari extenditur ad militem Dei, vt not. gloss. & Barto. in l. miles. ff. de re iudic. & do. Abb. in c. j. de clerico ægro. Tu verò allega aliam gloss. in l. ij. §. miles. ff. de his qui notan. infami. quam gloss. allegauit do. Abb. in c. querelam. de iureiuran. & vide aliam in l. stipendia. C. de executio. rei iudica. & l. nullum. C. de testib. & in l. milites. C. loca. & in l. neque fœmina. ff. de procura. & in c. studeat. 50. distinct. & vide dominum meum in cap. verum. de foro compet. & in cap ecclesia sanctæ Mariæ. de constitu. in xxv. col. & vide ad materiam quòd not. Cy. in dicta l. si vt proponis. & in l. mater. C. eodem & vide domi. Abb. in dicto c. j. de testa. vbi etiam de hoc.

ADDITIO.

Vide domi. Didacum Couarru. in cap. j. nume. 5. versicu. iij. et vltimis. extrà de testamen. vbi in hac quæstio. multa scribit, & declarat. Gab. Sar.

113 *Exceptio.* *III.*

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ per confitẽtem opponi non potest post biennium. fallit in pio loco.*

1 LIcet † exceptio non numeratæ pecuniæ per confitentem opponi non possit post biennium. C. de non numerata pecunia per totum. Institu de litera. oblig. & notatur per Canonistas in cap. fina. de solutio. nihilominus pius locus, puta, ecclesia, exceptionem non numeratæ pecuniæ poterit opponere. hoc singulariter voluit Bald. in authenti. hoc ius porrectum. C. de sacrosanctis eccle. per text. ibi ad hoc subtiliter inductum. refert & sequitur Ludo Roma in repetitio. authen similiter. in xvj. colum. C. ad legem Falcidiam.

DE LITERA F.

114 *Furtum.*

1 *Furari impunè aliquid vincenti, & tenenti barattariam in domo, licitum est perdenti: & de furto accusari non potest.*

1 LIcitum † est perdenti impunè furari aliquid vincenti, & tenenti barattariam in domo: adeo quòd non potest accusari de furto. text. est elegans in l. j. §. item notandum. ff. de aleato. quem reputarunt singul. Rayn. de Forli. & domi Floria. de Bono. & referunt in facti contingentia ita consuluisse. retulit mihi dominus meus in capit. j. de sortileg.

115 *Festum.*

1 *Festa Sanctorum celebrantur die qua mortui sunt, & non die natiuitatis.*

1 SAnctorum † festa celebrantur die qua mortui sunt, & non die natiuitatis: quia in die mortis renascuntur ad gloriam. gloss. est secundum Ludo Roma in singu. xxxiij. incip. quia cras est festum. in l. cum quidam. ff. de annu. lega. Sed domi. Abb. in cap. licet. in secundo notab. de fer. allegat aliam glo. in cap. licet in quadragesima. xxxiij. q. iiij. Ego allego tertiam Institu. de ingenu. §. final. & illæ duæ gloss. fuerunt penitus incognitæ & occultæ Lud. Roma. in dicto singul. xxxiij. inquantum duntaxat allegauit gloss. in dicta l cum quidam.

ADDITIO.

Vide Roma. singu. xxxiij. & ibi in additio. Gab. Sar.

116 *Falsum* *I.*

1 *Instrumentum in iudicio à se productum lacerans, an teneatur pœna falsi si pars aduersa praedixisset se velle illud vti falsum reprobare?*

1 QVidam † produxit instrumentum in iudicio, pars aduersa habens illud præ manibus dixit, quod volebat reprobare illud de falso: producens de manibus extraxit, & in ignem proiecit, quæritur, an cadat in pœnã falsi? videtur dicendum quòd sic: quia ille qui combunt acta, punitur pœna falsi. l. in fraudem. §. quoties. & ibi per Bar. ff. de iure fisc. vbi ille qui furatur instrumentum, & in ignem proiicit, cadit in falsum. Tamen cõtrarium est verius, quia ex quo instrumentum illud non erat registratum, non dicitur de actis, & non dicitur cõbussisse acta: quia adhuc licebat, & poterat pœnitere & reuocare illã productionem. l. si falsus. C. de fal. & vt dixi, instrumẽtum quando non est registratum, non est de actis etiam si sit productum

productum post litem contestatam, secundum Bartol. in extrauagan. ad reprimen. in versicu de plano. & Ioan. de Imo. in l. penulti. §. fina. de reindic. Ludo. Roma. in consi. clvij. incip. honorande domine collaretal. Nec obst. d. l. in fraudem. §. quoties. quia istud est verum in eo, qui cōburit instrumentum alterius, prout dicit etiam Bald. in l. j. C. de fide instru. & vide de ista quæstione Pet. de Anch. consi. clxxiij. incip. circa primum dubium, de quo quæritor &c. faciunt not. in l is apud quem. C. de eden.

ADDITIO.

Et quid sit de lacerante literas principis, vel reginiinis operæ, tradit Guido Pap. decisio. Grationop. ccxxxiij. aliquis fregit.

117 Facere.

1 *Fieri non posse dicatur quod fit per remedium extraordinarium, vel fit per principem vel per dispensationem.*

1 ID non dicitur † posse fieri, quòd fit per remediū extraordinarium, vel fit per principem. singulare est dictum Inno. in cap. pastoralis. de causa possess. & proprieta. pro quo do. meus Andr. ibi, in sua repetitio. dicit fore casum meliorem de iure, in l. iiij. §. si is qui. ff. de fideicommiss. liber. quem text. refert ibi Ange. se audiuisse Bartol. in l. j. ff. de inofficio. testamen. in cathedra allegātem pro vnico & singulari, quòd non dicitur posse fieri id quod non potest fieri sine dispensatione. & alleg. l. apud Iulianum. §. fina. ff de lega. j. & l. j. §. fina. ff. de contratab. vide quod voluit Bartn. in l continuus. §. cùm quis. & in l. inter stipulantem. §. sacram ff. de verborum obligat. & in dicta l. apud Iulianum. §. fina & in l. quandiu. ff. de acquir. hæredi. & in l. j ff. de vulga. & pupil. & in l. intercidit. ff. de cōditio. & demonstratio. & in l. j. §. si quis filiorū. & §. fina. ff. de contratabu. & Cardi. in d. c. pastoralis. & in ca. super eo. de condi appo. & in c. nisi. de offi. deleg. licet aliter voluerit ibi Raph. Cuma. in dicta l. apud Iulianum. vbi tenet contra Inno & malè. Pro cuius dicti veritate & examinatione, vide do. meum in dicto c. pastoralis. in antepenulti. colum. in sua repetitio. vbi plenè de hoc. Ego adduco Pao. de Leaza. & do. Cardi. reputantes singulare dictum Inno. & sequentes illud in clemen. vnica. de causa possessio. & proprieta. & vide do. Abb. in dicto cap. super eo. & vide eundem in cap. fraternitatis. de frigi. & malefi. vbi dixit, quòd reputatur impossibile quod dependet ex facto vnius, per d. l. apud Iulianum. in fi. & vide eundē do. Abb. in c. quod dei timorem. de statu mona. vbi de hoc. & allegat dictum Innoc. in d. c. pastoralis. & facit secundum eum c. faciat homo. xxij. q. ij. Adde gl. Petrum & ibi doct. in c. gratia. de rescrip. lib. vj. & Lap. in regula, semel. de reg. iur. lib. vj. gl. lxiij. dist. episco. & Bal. in c. j. in v. col. in titu. hic finitur lex, deinde incip. consue.

118 Frequentia.

1 *Frequentia causa expressum, non excludit alios casus.*

1 DOminus feudi † fecit pactum cum colono, quòd habeat quartam partem vini de vitibus plantādis per eum in fundo: colonus plātat alias arbores, an dominus debeat consequi fructus aliarum arborum? Et videretur dicendum quod non: quia contractus ex conuentione legem accipiunt. l. j §. si conuenerit. ff. deposi. regula cōtractus. de regulis iuris. libro vj. regula, contractus. ff. eodem. cum similibus. Sed dic contrarium esse verius, quod idem erit in aliis arboribus per eum plantandis: quia de vitibus fuit expressum propter frequentiam. illud fuit peregrinum dictum Ioan. And in additio Specu. in titu. de loca §. j. prope principium. optimè ad hoc facit glo. quæ communiter reputatur singu. in l. tale pactum. §. fina ff. de pact. & gloss singu. secundum do. Anto. in clemen j. de rescrip. vbi illa cle. est exorbitans, & loquitur in prælatis religiosis, & gloss. dicit esse idem in prælatis secularibus. & ideo ibi Papa expressit de religiosis, quia magis erat frequentatum. ioan. de Imol. ibi dicit, quod illa gl. est singu. de iure ano. & gloss. in dicta l. tale pactum §. final. est singularis de iure ciuili. do. meus do. And. vberrimus iuris fons in repetitio. rubri. de rebus eccle. non alienan. & in plerisque locis dicit, quòd est dare aliam gloss. in cap. vnico, de rerum permutatio. lib. vj. & not. gloss. in clemé. vnica. de supplen. negligen. prælat. & in ca. diaconi. xxvij. distinct. vbi text. loquitur de diacono. & gl. dicit idem in subdiacono facit gloss. multum solennis in c. ij. de cōfessia. lib. vj. vbi dispositio illius capituli loquens in reo habet locum in actore. & ideo potius ibi text. expressit de reo quàm actore, quia erat magis frequentatum. & allego text. in cap. j. §. si quis rusticus. de pace tenen. & Bald. ibi dicit, quod licet prohibitio illius tex. loquatur in rustico, nihilominus habet locū in aliis personis: & ideo expressit potius de rustico propter frequentiam. facit glos. in l. j. C. de rap. virgi. quæ dicit idem in muliere rapiente iuuenem. tex. enim ibi propter frequentiam expressit de masculo. & ibi Ang. dicit se de facto vidisse Florētiæ, quandam meretricem comburi. & pro istis gl allegatur tex. in l. scire oportet. §. fina. ff. de excusatio tuto. quem text. allegat do. meus in repetitio. dictæ rubri. de reb. eccle. non alienan. Ego adduco tibi gloss. in l. j. C. de Nili agge. non rumpendis. vbi tex. loquitur de fractione aggerum Nili. & gloss. dicit idem in aliis fluminibus. & ibi Cyn. dicit, quod illa glo. potest defendi in flumine, cuius fractio aggerum affert maximum præiudicium & dānum, vt in Pado Ferrariensi. referunt & sequuntur Ange. & Salic. ibi, licet Petrus aliter senserit. & adduco quod voluit Salic. in l. si vt allegas. C. de sicar. & Bat. in l. furem. ff. eo. facit glo. in authen. cassa & irrita. C. de sacrosanct. eccl. & in l. j. C. de his qui ad eccle. confug. & in l. non impossibile. ff de pact. & in l. Imperator. ff. de statu homi. & quod voluit do. Card. in c. Abbatem. de rescrip. vbi text. loquitur de collatoribus, dicit ipse idem in aliis prouisoribus. facit quod ipse voluit in c. de cætero. de homi. & in c. præterea. j. de trāsactio. & in c. tua. de homi. & in c. plerique. de pact. & in c. præterea. j. de appel. cum simi.

ADDITIO.

Adde quæ plenè ad hoc notat Rebuff. in tracta. nominationum, in quæstio. v. nume. 26. versicu. vnde si dominus. Pet. Gerard. de Petra sancta. singu. xcvij. nume. 4. Ias. in l. j. § j ff. de iustitia & iure. l. j. col. iij. ff. de legib. Andr. Tiraquel. in tract. de vtroque retract. §. xx. nume. 4. cum sequen. & Alexan. consil. cxix. ad fin. nu. 45. volu. vj. Gab. Sar.

119 Fideiussio.

1 *Fideiussio officialis ob defectum alicuius solennitatis non liberat debitorem, sed officialis prius conuenitur.*

1 LIcet securitas † facta ab officiali propter defectū alicuius solennitatis non liberet debitorem: tamen facit quod officialis prius conueniatur. ita sing. no. Barto. per illum tex. in l. fisco. C. de conue. fisci debi. lib. x.

120 Fiscus.

1 *Fiscus si habeat multum frumentum quod conseruare non potest, potest imponere subditis necessitatem emendi.*

1 SI fiscus † habeat multum frumentum quod conseruare non potest, potest imponere subditis necessitatē emendi: & illud est onus patrimoniale, vt ille qui habet plus, cogatur emere plus. si enim intelligeres de munere personali, hoc est de cura emendi, multi excusarentur: quod est contra totum titulum. C. vt nemi. lice. in empti. specie. se excus. lib. x. ita probatur in l. quoties. C. eo. & ibi Bar. dicit illum casum esse notandum, quia sæpe occurrit.

121 Falsum. II.

1 *Falsum instrumentum immunitatis conscribens, debet igne comburi.*

1 QVi falsum † instrumentum immunitatis conscripsit, debet igne cōburi. i tex. est peregrinus in l. j. C. de immu. nemini con. eden. lib. x. licet aliàs pœna falsi sit minor, vt in l. j. §. fi. ff. de fal.

ADDITIO.

* Adde Roma. sing. cclxxxv. & ibi in additio.

122 Feudum.

1 *Feudū licet non possit alienari inuito domino, fallit quādo emptor vult subire omne onus, quod subibat primus feudatarius.*

1 LIcet feudum † non possit alienari inuito domino, vt legitur & not. in cap. ex parte. de feu. cum simi. tamē

hoc fallit, quando emptor vult subire omne onus, qood sustinebat primus feudatarius. istud probat text. in argumentum optimum secundum Barto & Ange. ibi in l. murileguli. C. de murileg. li. xj. quod no. pro limitatione d. c. ex parte & eorum quæ ibi notantur. Adde Roma. singul. ccccxliiij. & ibi in additio.

ADDITIO.

Adde Ioan. Arno. dialog. xxvij. Gab. Sar.

123 *Frumentum.*

1 *Quod solui debet in pane, non debet solui in frumento.*
2 *Rectores ciuitatum possunt ordinare super frumento vendendo.*

1 Illud quod † debet solui in pane, non debet solui nec dari in frumento. iste est casus peregrinus, & ibi Bart. in l. nulli. C. de frumen. vrb. Constantin. lib. xj. & ratio est secundum Barto. ibi, quia si datur frumentũ potest conuerti ad alium vsum, quàm ad panem, & sic dispergeretur & efficeretur caristia. Et not. ex illo text. quòd ex mala administratione frumenti crescit caristia. ex quo not.
2 ibi Barto. quòd priores † & rectores ciuitatum, qui habẽt arbitrium super abundantia, possunt huius nomine ponere ordinem * qualiter & quo ordine in ciuitate, & quãtum frumentum possit vendi quolibet die vel mense. facit ff. de offic. præfect. vrb. l. j. §. cura carnis. & ff. ad legem Iul. de anno. l. fina. & ff. de extraor. criminib. l. annonam. & per totum. quod not.

ADDITIO.

* Ponere ordinem. Adde Guid. Papæ singular. ccciiij. & singular. ccccvj.

124 *Falcidia.*

1 *Falcidia non detrahitur de legato ad pias causas, vbi id quod superest non sufficit ad implendam circa actum pium testatoris voluntatem.*

1 De legato † ad pias causas Falcidia nõ detrahitur, vbi detractione facta, id quod superest non sufficiat ad implendam circa pium actum testatoris voluntatem. singu. est casus in l. decem. ff. de fideicom. libe. quem reputauit singu. Ludo. Roma. in repetitio. authen. similiter. C. ad legem Falcidiam. in iiij. col.

125 *Forum conscientiæ.*

1 *Damni ad emendam quis in foro conscientia quando teneatur?*

1 In foro † animæ quis tenetur ad emendam dãni, quando fuit in dolo, vel lata culpa, quæ æquiparatur dolo. l. quod Nerua. ff. deposi. secus si fuit in leui, vel leuissima culpa: licet enim tunc posset agi ad emendam damni in foro contentioso lege Aquilia, quæ tendit ad conseruationem patrimonij, vt l. in lege Aquil. ff. ad legem Aquil. secus in foro animæ, quia imponeretur pœnitentia iuxta modum culpæ. argu. xv. q. j. c. inebriauerunt. singu. est dictum Innocen. in cap. sicut dignum. circa finem. de homicid. quod dictum reputauit singulare do. Abb. in cap. j. de constit. in c. quoniam contra. de probatio. & in c. si gressus. de iniuriis. & in c. fi. eo. titu. & in c. presbyterũ. de homici. & in c. j. de custo. eucha. & in c. audiuimus. de simo. & in aliis plerisque locis. quod dictũ tene menti perpetuo, licet dominus meus do. And. Consiculus subtiliter & argumentatiuè. & per viuas rationes reprehendat dictum Innocentij in c. Raynaldus. de testa. Innoc. tamen communiter omnes sequuntur.

ADDITIO.

Tradit latè do. Thomas Gramma. decisio. ij. col. fi nu. 16. & Roma. sing. cvj. & ibi in additionibus dixi. & adde Hiero. Cagn. in l. quod à quoquam. nu. 7. ff. de reg. iur. & eundem Coriet. infrà sing. cclvj. in verb. pœna xij. Gab. Sat.

126 *Fornicatio.*

1 *Clericus an propter simplicem fornicationẽ hodie debeat deponi?*
2 *Crimen nullum depositione dignum dicitur, nisi reperiatur in iure expressum.*
3 *Matrimonium contrahere quibus clericis olim fuerit permissum?*
4 *Intellectus c. a multis. de ætate & qualitate.*
5 *Episcopi non dicuntur committere simplicem fornicationem, & adulterium.*

1 Propter simplicem † fornicationem clericus hodie nõ debet deponi. duæ glos. sunt singulares, vna est in cap. Maximianus. lxxxj. distinctio. Alia est in cap. lator. ij. q. vij. quas reputauit singulares Ioan. de Imol. in capit. vt clericorum mores. de vita & honestate clericorum. Ego adduco aliam gl. in capit. presbyter. lxxxij. distinct. pro quibus glo. dico fore casum in dicto ca. presbyter. & de materia vide domin. Andræ. & Abbat. & dominum meũ in c. at si cleri. i. de iudic. & vide eundem do. Abb. & etiã domi. meum, & Ioan. de Imol. post alios in d. c. vt clericorum. & vide do. Abb. in c. sicut. & in capit. si autem. de cohabit. cleric. & muli. & aliquid per eũ in capit. fi. de purg. cano. & vide Paul. de Leaza. in cle. j. de off. ord. & ibi alios post eum. Et licet do. Abb. in d. at si clerici. dicat, quòd aliàs dubitãuit super hoc passu, ex quo iura vario modo disponunt: Ego dico, quòd quò ad simplicem fornicationem non est hæsitandum, per d. c. presbyter & per gl. præallegatas. & per tex in cap. fraternitatis. xxxiiij. distinct. vbi dicitur, quòd ætas nostri temporis, quibus non solũ merita, sed etiam corpora defecerunt, censuram antiquorum canonum manere non patitur. Et pro ista parte quam teneo, & communiter tenent omnes, licet aliter voluerit Paul. de Leaza. & sequaces, arguo sic: vbi in aliquo casu reperitur rigor scriptus, & æquitas scripta, tũc æquitas scripta præfertur rigori scripto ita legitur & not. per legistas in l. placuit. C. de iudi. & per Canonistas in c. fi. de transact. Cum ergo in casu nostro per Canones apostolorum reperiatur rigor scriptus, quod clericus constitutus in sacris propter simplicem fornicationem debeat deponi, vt in c. presbyter. & in ca. si quis episcopus. cum pluribus similibus. lxxxj. distinctio. & æquitas scripta sit, quòd non debeat deponi, vt in dicto cap. presbyter. lxxxij. distinct. & in dicto cap. fraternitatis. & ratio
2 assignatur ibi in text. Item & secundò, nullum † crimẽ est depositione dignũ, nisi reperiatur in iure expressum. ita not. in cap. at si clerici. de iudi. & xv. q. viij. in summa. cũ simi. licet detur alia regula in cõtrarium, vt not. in dict. iuribus. Item nullus debet deponi, nisi pro graui crimine, vt in cap. tuæ. de pœnis & bonus tex. in cap. inuẽtum. a vj. q. vij. cum simi. Item pœna non debet imponi à iure, nisi exprimatur. glos. singu. secundum domi. Abb. in capi. fina. de iure patronatus. dominus meus allegat similem xv. quæstio. viij. in summa. optimè facit text. in l. at si quis. in versi. cum in eum pœna statuta non sit. ff de religio. & sumpt. funerum. & facit authent. de non eligendo secundò nubentes mulieres. in versi. non est lex tale quid dicẽs. sicut ergo in casu nostro hodie non deponatur per d. c. presbyter. & gloss. præallegatas, & communem opi. doctorum. & istud non sit graue crimen, vt not. in d. c. at si clerici. §. de adulteriis. nec ista pœna hodie imponitur à iure, sed alia, vt in præallegatis iuribus, sequitur, ergo non debet deponi. do meus domi. And. in c. at si clerici. præallegat. dicit, quòd cõmunis opin. est vera: quia remota causa remouetur effectus. ca. cum cessante. de appel. l. adigere. § quamuis ff. de iure patrona. cum simi Sed causa quare olim deponebantur clerici propter simpli-
3 cem fornicationẽ erat, quòd † poterant contrahere matrimonium in minoribus constituti, & vti illo in sacris. c. cum olim. de cleri. coniug. c. Nicena. xxxj. distinctio. & idcirco si committebant simplicem fornicationem granius peccabant, & per consequens deponebãtur. cum ergo hodie non possint contrahere matrimonium in minoribus constituti, nec vti eo existentes in sacris, merito debet cessare ille rigor. nam vt dicit, ipse Ioan. And. & alij in dicto c. vt clericorum. dicunt quòd magis punitur laicus coniugatus committens fornicationem, quam clericus non coniugatus. & dicit quod ista fuit ratio, quare apostoli constituerunt clericos fornicatores deponi. Mihi videtur quod ista ratio licet sit colorata, tamen forte non procedit, quia nunquam legi, quòd fuerit permissum clericis occidentalibus contrahere matrimonium, & vti eo, sed tantum clericis græcis & orientalibus. & ita procedunt iura allegata per domi. meum vt d. c Nicena. &

vt ha-

vt habetur in cap. cùm olim.& vt not. in dicto c. de libel-
lis. xx. distinct. quia ecclesia orientalis noluit acceptare
continentiam, vt ibi notat. Sed ratio fundamentalis est
illa, quæ habetur in d. cap. fraternitatis. Non obst. d. cap.
à multis. de ætat. & qualit. vbi clerici in sacris, si non castè
viuant, sunt excludêdi ab eorum gradibus. Quia respon-
4 deo † tripliciter ad illum text. quia Papa ibi non intêdit
approbare antiquos canones: sed inducit ad aliud pro-
positũ, ad probandũ, quòd subdiaconatus est sacer ordo,
si rectè ponderetur ille tex. secũdum illud capitulũ quod
est extractum à cap. erubescant. xxxij. distinctio. quod ca
pitulum procedit in fornicatione manifesta & notoria:
& per cõsequens qualificata, non simplici, inquantũ tex.
dicit ibi, de manifestis autem &c. Tertiò potest intelligi
ille text. in detinente concubinam, & sic in concubina-
rio, licet aliter de hoc seruetur, vt habetur in c. clericis. &
in c sicut. & in c. si autẽ. de coha. cler. & mul. inquantũ tex.
ibi dicit, si mulierculas à se non abiecerint. ergo. Non ob.
d. c. vt clericorum. inquantum domi. Abb. dicit ibi post
alios, quòd ille tex. facit contra communem opi. inquan
tum generaliter loquitur. Quia respondeo, quòd potius
facit pro, quàm contra. nam dicit ibi text. qui laborat vi
tio incontinentiæ debet puniri, prout magis & minus se
cũdum canonicas sanctiones. &c. tũc sic. illud quod re-
fertur ad aliud debet intelligi secundum illud, ad quod
fit relatio: per ea quę not. in authen. si quis in aliquo do-
cumento. C de eden. & in c. j. de probatio. & per id quod
voluit Bal. in authen. sacramẽta puberum. C. si aduersus
vendi. cùm ergo d. c. vt clericorum. referat se ad cano-
nes antiquos, & in quibusdã canonibus reperitur rigor,
& in quibusdam æquitas, ergo potius debet referri ad ca
nones continentes æquitatem, quàm rigorem, prout di-
xi suprà. Item posteriores derogant prioribus. l. uã & po-
steriores. ff. de legi. c. j. de constitu. lib. vj. cum simi. cùm er
go canon, conciliariis, de quo in d. c. presbyter. sit poste-
rior cõtinens æquitatẽ, ergo præfertur canonibus prio-
ribus apostolorum continentibus rigorem. Non obstat
c. fraternitatis. de frigi. & malefic. quod allegatur in argu
mentum contra hanc opinionem. Quia respõdeo, quòd
argum. cessat, quando contrarium reperitur in iure cau
tum, vt no. in c. publicato. de elec. & in c. cũ apostolica. de
his quæ fi. à maio. parte cap. & in c. à nobis. de sen exco. &
in l. j. ff. de off. eius cui man. est iurisd. & in l. cõuenticulam.
C. de episco. & cle. & in l. ij. C. de condi. inser. sed in dicto
c. presbyter. & in d. c. fraternitatis. contrarium reperitur:
ergo. Et hæc, & alia motiua feci cuidam nobilissimo, do-
ctissimo, ac amicissimo meo publice disputanti Bono-
niæ, & contrariam partem tenenti, dum essem ibidẽ scho
laris. In episcopis & prælatis committentibus simplicem
fornicationem, fortè posset procedere opinio Pauli de
Leaza. & sequacium, qui cùm ipsi propriè cõtrahant ma-
trimonium cum ecclesia, vt legitur & not. in c. ne pro de-
fectu. & in c. quia propter. de elcctio. & in cap. inter cor-
poralia. de transla. prælat. & in cap. requisisti. de testa. non
5 dicuntur † committere simplicem fornicationem, sed a-
dulterium. & ita sentit domi. Abb. in cap. fina. de purga.
cano. in clericis autẽ inferioribus secus, cum propriè nõ
cõtrahant matrimonium cum ecclesia. vt notatur in di-
ctis iuribus. & isto modo possunt reduci opin. ad concor
diam. Sed in facti contingentia indistinctè sequerer com
munem opinionẽ in iudicando & consulendo. Non ob-
stat gloss. in dicta l. ij C. de episco. & cler. quæ dicit, quòd
filij sacerdotũ sunt incestuosi. & sic sentit, quòd clericus
quando fornicatur, non fornicatur simpliciter. Quia re-
spondeo, quòd illa gloss. damnatur communiter per Cy.
& Bart. ibi, & per Bal. in l. si quis incesti. C. de incest. nupt.
licet in dicta l. ij. fuerit secutus eam. Vel aliter potest dici,
quòd illa gloss procedebat olim, sed hodie non, per d. ca.
presbyter. & dict. cap. fraternitatis. xxviij. distinctio. &
gloss præallegatas. & intelligitur vbi fornicatur cum ali-
qua filia spirituali. c. si quis sacerdos. xxx. q. j. per Bal. in c.
in præsentia. de probatio. vbi reprobauit illam glo. licet
ibi non fuerit memor illius gl Conclude ergo, quòd illa
gloss. hodie non procedit. & ista mihi videtur verior re-
sponsio per iura præallegata.

ADDITIO.

Vide Nic. Boër. deci. lxxij. nu. 2. & pleniè vide per Pet. Duenas in regul. cj. incip. clerici propter fornicationem. vbi hoc diffusè tradit. & in reg. cccxvj. incip. filius spurius de iure ciuili. in secunda limit. versi. quod in nepote. Gab. Sar.

DE LITERA G.

127 Gabella I.

1 *Clerici, vel scholaris immunes à solutione gabellarum alios excusare non debent: aliàs priuilegium amittunt.*

1 CLerici, vel alij, † puta scholares, & aliæ personæ habentes immunitates à gabellis & datiis, sub eorum prætextu non debent alios excusare. optimè facit in argu. l. illud. C. de anno. & tribut. lib. x. & hoc colligitur ibi. Tu dic, quòd si fraus detegatur, bona illa publicantur. vt tenet idem Bar. in l. j. C. de nauibus non excusan. lib. xj. vbi colligit argumentũ ex illo text. imò dicit esse casum cõtra comitatenses, qui faciunt aliquem ciuem emere res pro eis, vt sub titulo ciuium non subsint oneribus eis impositis: quia tales res sunt publicandæ, & ille qui committit istam fraudem, videlicet, si est scholaris, seu alius, amittit priuilegium. argumen. l. qui sub prætextu. C. de sacrosanct. eccle.

128 Gabella II.

1 *Suspecti quòd aliquid portent contra deuetum si non sinũt se perquiri, possunt capi, & ex sola resistentia puniri.*

1 ALiqui reperiuntur † in itinere de quibus est suspicio, ne aliquid portent vltra deuetum: nam si non permittunt se scrutari, possunt capi & detineri per custodes ad hoc deputatos, & ex sola resistẽtia debent acriter puniri. casum habes, & ibi Bar. in l. euictiones. C. de cur. publi. & anga. li. xij. quod no. quia sæpe cõtingit de facto.

129 Gabella III.

1 *Gabellarij si dederunt licentiam mihi extrahendi res meas, illa possunt per mulionem extrahi, licet in licẽtia non cõtineatur.*

1 GAbellarij portarum † dederunt mihi licentiam exportandi res meas, vel meam arnesiam extra ciuitatem, & districtum: si tales res, vel talis arnesia portantur, seu portatur postmodum per mulionẽ, licet mulio non sit descriptus in licentia, sed solum ego, licitè possunt portari per eum. hoc voluit Bar. in l. Pathippum. C. de cursu publi. & anga. lib. xij. quod not.

130 Gabella IIII.

1 *Licentia extrahendi res, vel frumentum extra comitatum, durat solum per septem dies.*

1 SI alicui est † data licentia de extrahendo certum frumentum, vel bladum extra comitatum, quod hæc licentia non extenditur vltra numerum septem dierum, quorum quis duos habet ad arripiendum iter: alios vero quinque pro itinere perficiendo. text. est in optimum argumentum secundum Bar. ibi, in l. vnica. C. de tract. & statii. lib. xij. quod facit pro licentiis, quæ dantur per gabellarium portatum de extrahendo salmas frumenti, & similium extra districtum, secundum Bart. ibi, quod not. tu vide Ludo. Roma. hoc volentem in repetitione rubricæ ff. de arbitris, in xix. col.

DE LITERA H.

131 Hæres I.

1 *Princeps si cõcedat nobili pauperi aliquos redditus, hoc non trãsit ad hæredes, nisi in instrumento hæredum fiat mentio.*

1 SI princeps † concedit alicui nobili pauperi aliquos redditus, non transit huiusmodi beneficium ad hæredes, nisi in instrumento fiat mentio hæredum. text. & ibi Iaco. de Belui. & Andr. de Iser. in cap. j. § fina. in titu. quis dicatur dux, marchio. in vsib. feud. quod dictum vt aureum memoriæ manda.

132 Homicidium.

1 *Homicida verus an liberetur per decapitationem alterius innocentis?*

1 DVo sunt Titij,† vnus interfecit Seium, iudex per errorem decapitauit alterum, an verus homicida sit liberatus? Bald in cap.j.§.iniuria.de pace iuramen. firman. in vsib.feud.determinat quòd non,& allegat text. not.in l.qui seruũ.ff.de interro.actio. vide ibi doctores. Tu adde Ange.& Io.de Imol.& ibi plenè per Modernos in l.quoties. in fin.ff.solu. matri.& vide Bal.& ibi scribentes in l. duobus.§.j ff.de iureiuran. vbi quærunt an cõdemnatio vnius prosit, vel noceat alteri?

ADDITIO.

Vide latè Hippol.de Marsil.in practi.crimi.in §.opportunè. nu.13.& in l.j.§.si quis vltro.nu.53.ff.de quæstio. Gab. Sar.

133 Habeatur.

1 *Verbum, habeatur, quando denotet fictionem, & quando veritatem?*

2 *Geminatio verborum inducit efficaciorem effectum.*

1 LIcet † verbum habeatur, denotet fictionem & non veritatem, tamẽ si illa verba, in omnibus & per omnia, præcedant illud verbum habeatur, denotat veritatẽ. tex. est singularis in l.ij.§.furiosus.in verbo, in omnib' & per omnia habeatur.ff.de iure codicil.quẽ tex.reputauit singu. Ange.in l.in negotiis.ff.de re iudica.ita refert & sequitur domi.meus in repetitione rubricæ, de fide instrumẽ. in xvj.col.& adduco quod voluit Bald.in prima constitutio.ff.in fi.prin. vbi dixit, quòd ad hoc vt forensis effectus ciuis gaudeat priuilegio verorum ciuium, cautela est, vt apponantur verba mixta, scilicet habeatur & fit:& sic sentit quòd verbum, habeo, de se denotat fictionẽ. & allegat tex.peregrinum, quem solus ipse ad hoc ponderat in l.j.§.hæc autem verba.ff.quod quisque iuris. refert & sequitur domi.meus in repetitione rubricæ,& in commento c.vnici.de lit.contesta.in finalibus verbis.& Moderni in d.l.j.§ hæc autem verba.& vide Pet.de Ancha.in repetitione cap.canonum statuta de constitutio. in xlij. char. vbi pulchrè de hoc:& vide Bal.in l.omnes populi.ff. de iusti.& iure.& domi. Abb.in cap.tanta.qui filij sint legitimi.facit quod ipse notat post alios in cap. ex parte. de sponsa.& domi.Anto.in c.nuper.de biga. Et vide Pet. de Ancha.in cap.cùm in ecclesia.de præben.lib.vj.vbi dicit aliud esse canonicũ, & haberi loco canonici.l.aliud. ff.de verborum significatio.& per Barto. in l.si maritus. ff.de adulter.& Bald.in d.constitu. respondet ad dictum Barto.in l.si is qui pro emptore.ff.de vsucap. vbi dixit, quod illa verba, habeatur pro ciue, faciunt verum ciuem:quia habita ratione ad originalem ciuitatem illa non dicitur vera, sed ficta ciuitas:& sic not.quòd ad hoc vt verbũ, habeatur, importet veritatem, esset necesse apponere aliud verbum, quod denotaret veritatem.& illum text.d.l.ij.§. furiosus.fecit singularem idem Ang.in consi. quinto. pro illis verbis in omnibus & per omnia. Et istud operatur
2 † geminatio verborũ, quæ inducit efficaciorem effectũ, per id quod voluit Bald.in authen.sed cùm testator.C.ad legem Falcid.& in l.neque natales.C.de probatio & in dicto c.vnico.de lit.contesta.vbi per do.meum.& per eundem in c.eam te.de rescript.& per id quod voluit do.Anto.in cap.per venerabilem.qui filij sint legiti.in repetitione.& per id quod voluit Ioan.de Imol.in consilio clv.aliàs cxxxviij.& Ludo.Roma.consi.liij.Et vide Io. de Imo. in cap.& si Christus.de iureiuran.vbi dixit, sermo duplicatus cẽsetur cum maiori,& matura deliberatione prolatus.faciat gloss.singu.in clemen.fina.de appella.text.& ibi Barto.in l.cùm finus.C.de agrico.& censi.lib.xj.Ange.in l.vnica.C.de plus petitionibus.Abb.in cap.cùm dilectus.in fine.de successio.ab intestato.Item quia illa verba sunt nimis generalia & multum prægnantia, & nihil excludentia.argum.eius quod not.in l.balista.ff.ad Trebel.& quod voluit domi.Cardin.in cap.vna. de accusatio.& quod not.gloss.in clemen.j.de iudic. in versi. quibuscunque.& quod not. in l si extraneus.ff.de iure dot. & in l.cum pœna.ff.de arbit.& quod legitur & notatur in l.de pretio.ff.de publicia.cum simi.

ADDITIO.

Hierony.Cagnol.in l.res iudicata.in prin.ff.de reg.iur.Gab.Sar.

134 Hæres II.

1 *Hæres institutus à debitore, si repudiet hæreditatem, omnibus bonis non solum hæreditarijs, sed quocunque titulo ad eum deuolutis à testatore, priuatur.*

1 INstitutus † hæres à debitore alicuius, si repudiet eius hæreditatem, priuatur omnibus bonis non solum hæreditariis, sed quocunque titulo ad eum deuolutis à testatore.singu.est casus secundum Barto.ibi in l.hæredes. C.de omni agro deserto. lib.xj.& ad dictam l.iuxta fin. adde secundum domi. Alexan.de Imol. ibi.l.si patroni. §.qui fideicom.ff.ad Trebel.

135 Hospitale.

1 *Hospitalia, quæ nobiles in eorum domibus priuatis habent, an gaudeant priuilegio hospitalium publicorum? & si quid eis legetur, non detrahetur Falcidia aut Trebellianica.*

1 MVlti † nobiles sunt, qui habent hospitalia priuata in palatiis & domibus suis, illa talia hospitalia nõ gaudent priuilegio hospitaliũ, vt in l.orphanotrophos.& ibi Bal.C.de episco.& cleri.Sed pone, quòd fiunt talia legata talibus priuatis hospitalibus:dicas quòd licet nõ gaudeant priuilegio publici hospitalis, vt dictum est, tamen de talibus relictis non detrahetur falcidia aut trebellianica.ita bellissimè consuluit Pau.de Castr.consil.ccxcv. faciat quod voluit Angel.consilio cxiij.refert & sequitur dominus meus domi.Anto.in cap.Raynaldus.de testamentis, in laxvij.char.

136 Hæres III.

1 *Transuersales à testatore præteriti quando præferantur, & hæredem institutum repellant?*

1 EGo † induxi testatorem, vt instituat me, & non suos transuersales:mortuo testatore dubitatur quid iuris de hæreditate illius?dic quòd si transuersales sunt in possessione, quòd ipsi præferuntur,& repellunt me dolo malo.ita pulchrè dixit Bald.in l.j. C.si quis aliquem testari prohibu. & allegat tex.quem dicit valde singularem, in l. j.ff.de doli excep.refert & sequitur dominus meus in repetitione rubricæ, de cau.pos.& proprie.

137 Hæres IIII.

1 *Nepos legitimus natus ex spurio potest ab auo institui:secus si natus sit ex incestuoso.*

1 LIcet nepos † legitimus natus ex spurio possit institui ab auo suo.gloss.est singula.in authen.quibus modis naturales efficiun.sui.§.penultimo.collatio.vij.quam reputauit singu.Bal.in cap.in præsentia.de probatio. facit quod ipse voluit in l.fina.& ibi gloss.C.de natural.libe.& gl.in §.in nouissimo.in authen.de resti.fideicommis. colla.ix.Nihilominus a si est natus ex incestuoso, licet sit legitimus, nullo modo poterit institui hæres ab auo. casus est singu.in l.si quis incestu.C.de incest.nup.secundum Bal. in dicto c.in præsentia.refert & sequitur ibi domi.meus, quod dicit esse mirabile.

ADDITIO.

a Nihilominus.Idem probat Alexand.in l.Gallus.§ quid si is. ff.de liberis & posthumis.& Hippoly.singul.cxliij. & est communis opinio, vt dicit Salicc.in dicta l.si quis incestu.& Corne.consilio xxv.volumi.j.licet Ias.in dicto §.quid si is.discutiat. communem tamen sequitur.& Didacus Couarru.in epito.quarti libri Decretal. in secunda parte capitul.viij.nume.14.Hippoly.singul.cxliij.Bermundus Choueron. in tract. de publicis concubinariis, pag.ccclj.nume.70.versicu. ita conclusio indubitanter.in concurd.Michaël Confuentes in l.ix. nume.7.Tauri.Gulıel.Benedict. in repetitio. cap.Raynutius. in versi.& vxorem nomine Adelasiam.decisio.v.numero 131. Corne.consilio xxv. nume.15. volumi.j Didac.de Castillo in dicta l.ix. Tauri.in versicu.ex testamento.Roderic.Suares in lectura l.j.in u.vj.libro iij.fori.fol.89.pag.j.Martinus Laudensis in tracta.de legitima.nume.73.cum aliis additioni. per Petrum Dueñas in regu.ccclxvj.incip.filius spurius de iure ciuili.in secunda limitatione.versicu.quæ limitatio in nepote nato. Gab.Saray.

138 *Hæres* V.

1 *Hæres non faciens id, ad quod defunctus tenebatur, excusatur, si probabiliter ignorauit.*

1 HAeres† non faciens id, ad quod tenebatur defunctus, excusatur, si probabiliter ignorauit. ista est gl. valde singu. in l. ij. C. de iure emphy. & ibi per Barto Dyn. in c. si quis in ius alterius. de reg. iur. lib. vj. & in l. in hac. §. filius. ff. de ver. obli. & do. meus in repe. c. Raynaldus. de testa. in Ioannina, circa finem.

DE LITERA I.

139 *In integrum restitutio* I.

1 *Restitutio in integrum in causa fauorabili maiori conceditur allegata iusta causa, & ea semiplenè probata.*

1 REstitutio in integrum† in causa matrimoniali, seu in causa fauorabili concedenda est maiori allegata iusta causa, licet plenè non probetur illa causa, sed semiplenè, puta, per iuramentum, vel vnum testem. iste est textus vnicus & singular. & alibi non repertus secundum dominum Cardinalem & do. Abbat. in c. ex literis. de in integ. restitutio.

140 *In integrum restitutio.* II.

1 *Restitutio in integrum licet aduersus sententiam principis petatur, tamen interim eius sententia mandatur executioni.*

1 LIcet petatur† restitutio in integrum aduersus sententiam principis, speciale est in eo, vt interim sententia mandetur executioni indistinctè. istud singul. dicit Bald. in l. si causa cognita. C. de transact. refert & simpliciter sequitur Martin. de Laud. in tracta. suo de principibus. Tu adde casum specialem etiam in capit. sollicitata. de in integ. restitutio.

ADDITIO.

Idem tenent Alex. Ias. & Ripa in l. iiij. §. condemnatū. ff. de re iud. Vitalis in tracta. clausula. in c. nil nouari restitutio. in integrū pendente. Aufrer. in decis. Tholos. luij. Capici. decisio. Neapoli. lij. & Didac. Couarru. in pract. q. c. xxv. col. fin. versi. xij. Gabriel Saray.

141 *Ignorantia.*

1 *Statutum, quòd non possit ignorantia allegari, valet.*

1 STatutum disponens, quòd† non possit allegari ignorantia, validum est. ita dixit Bal. in l. diuus Claudius. ff. ad leg. Cornel. de fal. quem text. dicit esse meliorem de iure, & singul. vbi dicitur, quòd non datur venia his, qui prætendunt se ignorasse veritatem edicti & sic non licet dicere, ignorans feci. idem voluit Bald. in l. j. ff. de legib. & allegat d. l. diuus. in priu. retulit mihi do. meus in rubrica. de crimine fal.

ADDITIO.

Vide Andr. Tiraq. in tract. de retractu consangui. in §. xxxv. ver. ignorantes. nu. 14. Gab. Sar.

142 *Ingratitudo.*

1 *Ingratitudo an excludat quem à successione ab intestato.*

1 INgratitudo† excludit quem à successione ab intestato. gl. est celebris in capit. fi. de post. quæ mouetur per l. liberi. C. de inoffi. testa. Io. de Imo. ibi dicit illam gloss. esse singularem, & se nescire alibi. deinde dicit forte eam falsam, quia d. l. liberi. quam allegat gl. loquitur de ingratitudine repellente quem à successione ex testamento, & non ab intestato. do. meus domi. Andr. in d. c. fina. refert Nico. de Neap. in l. si spurius. ff. vnde cogna. tenere quòd ingratitudo repellit quem à successione ab intestato. & ibi Nico. de Neapo. refert Iaco. de Beluisio allegare glo. singu. secundum eum in authentic. de nuptiis. §. ingratitudinem. ipse allegat aliam in auth. de non eligen. secundò nuben. in §. cum igitur. facit l. iij. §. præterea. & l. ex parte. ff. de adimen. leg. quæ iura allegauit Iaco. de Beluisi. in dicto §. ingratitudinem. & dixit quòd talis hæreditas peruenit ad fiscum & allegat l. his consequenter. §. primo. ff. famil. ercisc. cum. Et in quantum Ioan. de Imo. damnauit glo. d. c. fi. per l. fi. C. de reuocan. dona. domi. meus reprehendit Ioan. de Imo. & dicit, quòd non bene arguit, per motiua quæ adducit domi. meus in dicto cap. fina. Item dicit domi. meus, quòd dicta l. liberi. bene facit, quia licet loquatur in successione ex testamento, idem erit censendum in successione ab intestato: & ideo disposuit de testamento propter facti frequentiam. arg. eius quod voluit gloss. in l. tale pactum. §. fina. ff. de pact. cum simili. & ad hoc adducit gloss. quam ipse dicit esse celebrem in l. vnica. C. de his qui ante aper. tabul. vbi text. loquitur de successione ex testamento & gloss ibi dicit idem in successione ab intestato. & dicit quòd istud subtiliter voluit glo. dicti cap. fin. quòd d. l. liberi. haberet locum in successione ab intestato. Et ista ne tradas obliuioni: vide tex. iuncta gloss. in authen. vt cùm de appella. cognosc. §. aliud. in ver. quarum aliquæ.

ADDITIO.

Vide Ioan. de Garo. in authenti. ex testamento. nume. 42. & 43. C. de secun. nupt. ver. nunc adde etiam pro hac parte. Gabriel Saray.

143 *Iudex* I.

1 *Iudex non condemnans partem in expensis si fuerint petitæ, de suo resarcire tenetur.*

1 IVdex non† condemnans partem in expēsis, tenetur resarcire de suo. quod intellige verum, quando expensæ fuerunt petitæ per partem. & ratio est, quia iudex non tenetur impartire officium suum non petitum ad vtilitatem priuatam. l. iiij. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. & ibi Bar. & quod no. in l. sancimus. C. de iudic. facit quod not. Inno. in c. ad nostram. ij. de iureiur. istud dixit gloss. vnica & singu. in capit. fi. de rescrip. Et facit hoc textus in quæstionem statuti disponentis, quòd si iudex non finiret quæstionem infra certum terminum, debeat soluere certam pœnam, quòd iudex non incidat in pœnam, si non fuerit petitum à partibus, vt decideretur infra certū terminum. hoc tenuit domin. Andreæ. in capit. venerabilis. de iudi. quem referunt & sequuntur ibi doctor. & dominus meus, & domin. Abb. in dicto capitulo final. vide eos ibi. facit quod in simili not. Bartol. in l. properandum. C. de iudic.

144 *Iudicium.*

1 *Iudicium vbi cœptū est, ibi finiri debet limitatur pluribus modis.*
2 *Intellectus & limitationes l. vbi cœptum. ff. de iudic.*

1 REgula est, vbi† cœptum est iudicium, ibi finiri debet. l. vbi cœptum. ff. de iud. facit c. proposuisti. de fo. cōpe. & l. si quis postea. ff. de iudi. Et ideo Legatus potest adiri per viam querelæ. vt in c. j. de offic. lega. tamen si causa esset cœpta coram ordinario loci, non potest adiri: quia vbi cœptum est iudicium &c. d. l. vbi cœptum. Abb. in c. cum in ecclesia. de appel. Sed do tibi pulchras limitationes ad d. l. vbi cœptum. Et primò limita eam secundum domi. Abb. in capit. postulasti. de homi vbi dixit per illum tex. ex quo ibi cœptum fuit iudicium coram ecclesiastico, & finitum coram laico, quòd† d. l. vbi cœptum.
2 habet locum quando coram primo iudice controuersia potest habere finem: aliàs secus. nam in casu d. c. postulasti. contendebatur de excommunicatione, & sic non poterat finiri iudicium per ecclesiasticum iudicem, & fuit recursum ad secularem iudicē. Secundò limita regulam secundum Bal. in c. Imperialem §. præterea. de prohi. alie. feu. per Feder. vbi dixit, quòd d. l. cœptum. non habet locum, vbi agitur de præiudicio alterius iurisdictionis. nam si vasallus litigat super feudo. & non recurrit ad dominum feudi, sed vadit ad aliū: tūc dominus feudi potest mandare sub pœna, quòd amplius non compareat corā eo. & subdit quòd Io. Mona. in c. accusatus. de hæret. lib. vj. dixit hoc. Tertio limita per id, quod voluit Bart in l sepulchri. ff. de sepul. viola. vbi quærit, formata est inquisitio contra aliquem in Marchia: ille absentat se, & vadit ad ducatū: dux incipit inquirere contra eum, & dicit quòd iudicium est cœptū, & sic non potest amplius inchoari. dicit ibi Bart. quòd regula d. l. vbi cœptum. non potest allegari per cū: &

dicit sæpenumero consuluisse super hoc. Quartò adduco illud quod dicunt doct. in c. cùm plures. de offi. deleg. lib. vj quòd d. l. vbi cœptum. habet locum respectu personæ, & non respectu loci. nam si commissa sit causa mihi, & incepit iudicium in isto loco, postea committitur duobus aliis, qui poterunt finire in loco vbi voluerunt: & non obst. d. l. vbi cœptum. quia vt dixi, habet locum respectu personæ, & non respectu loci. Quintò adduco quod volunt doct. in c. vt debitus. de appell. vbi dicunt, iudicium principale est inceptum ab vno articulo ad aliquem iudicem: po est prosequi & decidi ille articulus coram eo. & sic non habet locum d. l. vbi cœptum. Sextò adduco tibi Bald. in authen. sed nouo iure. C. de ser. fugi. vbi dicit, duo sunt in ciuitate, qui habent æqualem iurisdictionē, puta, potestas & capitaneus. inchoatur iudiciū ab vno, nunquid possit recurri ad alium, quia locus est præuentioni? dic aut opponitur, & tunc potest: aut non opponitur, & dicit quòd non potest. & dicit fuisse singula. dictum Inno. in c. cùm M. de constitu. vide ibi do. meum domin. Abb. Septimò adduco do. Abb. in c. ex tenore. de rescri. vbi per illam gl. iuncto tex. dicit quòd faciens citari aduersarium coram diuersis iudicibus non debet regulariter perdere causam, sed satis est, ꝙ reo excipiente condemnetur in expensis secundi iudicii & dicit sic esse intelligendam d. l. vbi cœptum. & dicit fallere fauore libertatis, quòd actor tunc perdat causam. & sic intelligitur l. j. C. de asser. tollen. Ex quo not. quòd quādo inceptum est iudicium vigore literarum, quæ nullæ erant coram delegato, si deinde emanant secūdæ literæ, & inchoatur idem iudicium coram iudice secundarum literarum, non potest opponi de l. vbi cœptum. ex quo primum iudicium erat nullum. & sic d. l. vbi cœptum. non habet locum, vbi iudicium esset nullum. nec secundæ literæ debent facere mentionem de primis nullis. Abb. in c. oblatæ. de appell. Butri. & Inno. in c. tenor. de reiudi. Adde Abb. in ca. cùm M. Ferrariensis. de constit. vbi dicit, quòd d. l. vbi cœptū. habet locum quando excipitur: secus si non excipitur, quia tunc valebit processus factus ab vtroque. Vide plures limitationes per do. meum & do. Fely. de rescrip. in c. ex tenore. & vide do. meum de hoc in d. c. ex tenore. & in d. c. postulasti. & adduco ego do. Abb. in c. dilecti. de foro compe. vbi dixit, ꝙ data negligentia iudicis, vel cōtumacia rei, non obstante dispositione l. vbi cœptū. potest adiri alius iudex. & remittit se ad no. per Bart. in l. quāuis. ff. de dam. infe. & in d. l. sepulcri. & ad tex. iuncta gl. & quod voluit ibi Inno. in c. ex conquestione. de restit. spol. & has vt celebres limitationes perpetuò memoratu dignas aureis literis scribe.

145 *Iudex II.*

1 *Iudex si multitudine causarum impeditus causam expedire non potuit, an currant parti tempora, & terminus?*

1 SI iudex† impeditus multitudine causarum non potuit expedire causam, currunt parti aduersæ tēpora & terminus. sing. & elegans gl. est in l. senatusconsulto. ff. de of. præsi. & ibi Ang. fecit etiam singularem. & do. meus in c. venerabilis. de iud. in vj. col. & in cap. tam ex literis. de in integ. resti. & per illam glo. dicit Bal. in proœmio ff. quòd si iudex impeditus non potuit expedire causam de die, expediet de nocte: & sic limitatur authen. de iudi. §. sedebunt & pro illa gl. dico fore casum secundum veram & communem lecturam in d. cap. tam ex literis. vbi volunt doc. quòd quadriennium non currit ecclesiæ, si impedita fuit ex facto iudicis, vel aduersarii. & ratio reddi potest, quia mihi imputari non debet quod per me non stat. l. fi. C. de condi. indeb. c. anteriorum. §. ad hæc sancimus. ij. q. vj. cum si. & sic ex quo per me non deficit, mihi præiudicari non debet. vide gl. in cle. vna. de in integr. restit. facit in arg. l. fi. in fi. C. de adul. & l. si cum ipse. ff. de excusa. tut. iuncta l. præcedenti. & quod ibi no. Et ex primo dicto infero, quòd licet de iure ciuili instantia duret triennio in causa ciuili, vt in l. properandum. in j. responso. C. de iud. & no. in d. ca. cùm venerabilis tamen si instantia labitur facto iudicis, vel aduersarii, adeò quòd nō stetit per me, quin expediretur, mihi non imputabitur, per gl. d. l. senatusconsulto. & per no. in d. ca. cùm venerabilis quod no. ad limitationem d. l. properandum. vide Bal. in d. l. si cum ipse & Angel. in authen. vt spon. largi §. hi quoque. vnde sumitur authen. item si appellatione. C. de tempo. appell. & ibi est glo. quasi similis glo. d. l. senatusconsulto. & vide Bar. ibi, & vide Azo. in summa, de tempo. appel & Ant. in c. ex ratione. de appel. & in c. penult. de iud. & Cy. in l. j. C. qui accu. non pos. in pen. & vlt. q. adde Bald. in d. l. si cùm ipse. vbi concludit, quòd impedito propter factum iudicis, seu aduersarii non currit dilatio, per præallegata iura. Et distingue de materia, vt plenè no. in d. l. senatusconsulto. & in aliis præallegatis iuribus & subdit no. in d. l. si cùm ipse. sequendo Dy. & Cy quòd si statutum sit in ciuitate, quòd causa infra tres menses decidatur, & aduersarius causa testium producendorum existentium in longinquis partibus petierit dilationem, quæ vltra tres menses extendatur, nihilominus poterit iudex testes examinatos suscipere, & de causa cognoscere etiam post tres menses. quod dicit esse no. dignum.

ADDITIO.

Vide Nico. Boër. decis. ccxlvij. nu. 10. Gab. Sar.

146 *Iudex III.*

1 *Aduersarius meus in vna lite potest recusari, si contra me datur in iudicem in alia causa, licet de re mea non litigetur.*

1 ADuersarius† meus in vna lite licitè potest recusari, si contra me detur in iudicem in alia causa: nedum si litigium est super re propria, sed etiam super re ecclesiæ. mirabilis & sing est gloss. iuncta decisione text. in capit. cùm super abbatia. de offic. deleg de qua magnifecit ibi domi. Ant. do. Abb. & do. meus post eum ibi: & in capit. j. de iudic. & per domin. meum in repeti. c. testimonium. in iiij. col. de testib.

147 *Integer.*

1 *Integer homo non potest dici, emendatus de crimine, nec in causa capitali etiam ciuiliter mota testis esse potest.*
2 *Infames infamia facti non dicuntur testes integræ opinionis.*
3 *Testes omni exceptione maiores qui dicantur, & qui idonei?*

1 INteger† homo non potest dici ille, qui est emendatus de crimine: cùm in causa criminali emendatus de crimine testis esse nō potest in causa criminali ciuiliter mota. tex. in c. testimonium. de testib. ibi do. meus adducit tex. in l. quæsitum. in versi. status. ff. de testi. vbi testis productus in causa criminali debet esse status integri: sed emendatus non est status integri, vt dictū est, ergo &c. & adduco do. Abb. in c. fi. eo. tit. quòd in eo actu in quo requiritur homo integer, repellitur accusatus de crimine criminaliter, qui interim non dicitur homo integer. l. reum criminis. C. de procu. l. reus delatus. ff. de mune. & hono. l. qui de liberta. ff. qui & à quib. c. episcopus. de accu. & ibi domi. Abb. dixit, ꝙ si quis ex forma statuti debet esse omni exceptione maior, non poterit ille talis testis testificari: quia ex quo non est integer, non dicitur omni exceptione maior & adduco tibi tex. in c. j. §. sacramentum. in versi. alia de causa iudicis arbitrio committenda in ti. de consue. recti feu. & ibi Bal. dicit, quòd infamis infamia facti, quæ habet debilitate eius fidem, nō est integer testis ad deferendum iuramentum, vt not. ff. de sena. l. Cassius & C. de sum. tri. l. j. & vide no. in l. admonendi. ff. de iureiur. & ibi Ludo. Ro. post alios. & adduco tibi tex. iuncta theorica Bal. in ca. j. ver. integræ opinionis, in tit. quot testes sunt neces. ad probandum feudi ingratitudinem. vbi Bal. colligit ex illo text quòd infamia facti repellit testes, qui producuntur ad probandū ingratitudinem, inquātum tex. dicit integræ opinionis. infamis autem non potest dici integræ opinionis, vt ff. de eden. l. si quis ex argētariis. §. j. & illum tex. in d. c. j. in ver. integræ. allegauit pro sing Lud. Ro. in commento d. l. admonēdi. tradens regulam valde elegantem, ꝙ vbicunque statutū
2 †requirit probationem per testes integræ opinionis, repelluntur infames infamia facti. adeò ꝙ non poterit deferri iuramentum, iuxta no. in d. l. admonendi. & in cap. fina. de iureiu. & in l. in bonæ fidei. C. eo. refert & sequitur domi.

do.meus in d.c.testimonium.licet errore scriptorum in repetitione d.ca.testimonium.per do.meum reperiatur allegatum capi.j.& ibi Bal.in tit.qui testes sunt necess. ad probandum inuesti.Sed Ludo. Roman. poterat allegare Bal.hoc dicentem in d.c j.§.sacramentum.& vide text. singu.iuncta gl.in l iiij.C.de episc.audien.vbi tex.requirit, quòd intentans actionem popularem debet esse integer. & glo.ibi dicit,quod infamis non intentabit.& illũ text. allegat pro singu.iuncta glo.do.meus in d.c.testimonij. vbi infert,quòd emẽdatus de crimine non remanet integer,& sic non poterit intentare actionem popularem.
Ex istis habetia intellectum ad iura multa requirentia homines integræ famæ,vt dixit tex.in l.capitalium.§.fin.in versi.integræ famæ ff.de pœnis.& ad iura dicẽtia debere esse integræ opinionis.l.testiũ.C.de testib.l.si quis ex signatoribus.ff.quemadmodum testa.aperi.in authen.de hæredi.& falcid.§.sancimus.& no.pro statutis. Item qui
3 †testes dicantur omni exceptione maiores,vide gloss.in
c.j.de consang.& affini quæ dicit,quòd ille dicitur testis omni exceptione maior,qui nulla exceptione repelli potest.& illa glo.communiter allegatur pro singu.Et qui dicantur testes idonei do tibi duas glo.vna est in c.j.de testibus.alia est Institu.de inutil.stipula.§.item verborum obligatio.quæ dicunt illum testem dici idoneũ.qui nulla exceptione repelli potest.quod no.pro statutis sæpè requirentibus istas qualitates.Et vide de testibus omni exceptione maioribus,quod voluit Bal.in l.j.C.de sum.trini.vbi dicit,quòd infamis infamia facti non dicitur testis omni exceptione maior.& idem voluit Ange.in l.qui iudicio.ff.de accusa.subdẽs,quòd si ex forma statuti debeat credi denuntiatori,vel actori damni dati cum iuramento vnius & alterius,quòd non stabitur iuramento denũtiantis,si esset infamis infamia facti.& refert quod cum bis ista quæstio occurrisset de facto,ita fuit iudicatum & determinatum.quæ omnia singulariter not.

ADDITIO.

Adde quæ latè ponit in notabili quæstio.Tho.Gramma. in voto xxxiiij.incip.in causa nobilis mulieris Sabbæ.column.iij. nume.9.& consi.eiusdem.lxj.incip.in causa egregii notarii.& consi.lxx.incip.in causa Cæsarelli.col.iij.nume.8.vbi doctrinam Ange.in d.l.qui iudicio.ff.de accusatio.refert & sequitur. Gab.Sar.

148 Iudex IIII.

1 *Iudex non debet admittere aliquem ad probandum quod probatum non releuat.*
2 *Capitula à iure admitti debent si & inquantum.*

1 IVdex†non debet admittere aliquem ad probandum,
quod probatum non releuat. ideò debet iudex ante
omnia examinare capitula,quæ pars intendit probare:
& si dubium sit,debet iudex interloquendo protestari,quod
2 non†admittit illum ad probandum, nisi si & inquãtum
de iure debeat admitti.& hoc tẽpore disputationis examinabitur.ista est gl singu.secundum Bal.in c.cum contingat.de offi deleg.Et an hoc sit indistinctè verum, vide do.meum do.And.ibi,quia Io.Andr.aliter sentit.& vide quo ad principium huius dicti,do.And.in ca.j.vt lit non contest.& Federi.de Sen.cõsi.clvij.tex.& do.Abb.ibi,post alios in c.ad id quod.de sponsa.& matri.

ADDITIO.

Vide Lanfran.de Oria.in c.quoniam contra.in versi.dilationes nu.9 versicu.& ideò quæro.de proba & do.Sebastia.Vant.in tracta.nullitatis proces.in rubri de nullitate ex defectu iurisdictionis ordinariæ.nu.149.in versi.si verò consilium fuerit petitum. Gab.Sar.

149 Iurisdictio I.

1 *Intellectus & limitationes ad l si quis ex aliena ff de iudicus.*
2 *Iudex quo casu cognoscat an sua sit iurisdictio.*

DO tibi pulchras†& solennes limitatiões ad l.si quis
ex aliena.ff.de iudi.& ad l.ij.ff.si quis in ius voc. nõ
ierit.& ad c.super literis.de rescript.& ad id quod not.
in c.ij duobus.de appella.cum simil.& primo adduco tibi celebrem theoricam Innoc in c.cæterum.de iudi.vbi
dicit,quod dominus feudi nõ potest cognoscere, an sua
sit iurisdictio,cum negatur dominus,& sic dispositio d.
l.si quis ex aliena.non habet locum in domino feudi:&
est ratio secundum d.Abb.ibi,quia non contenditur de
nudo exercitio iurisdictionis,imò de proprietate ipsius
iudicis,quo casu non potest cognoscere an sua sit iurisdictio.ad hoc allegat bonam gl.in l.de iure.ff. ad municip.& c.ad audientiam.de appel.& quod not. Inno. in c.
venerabili.de censi.vide eundem do.Abb.& do.meum in
d c.super literis.Secundo adduco tibi Inno.in c.ex par-
2 te.de verb.sign.vbi dicit,†quòd tunc iudex cognoscit an
sua sit iurisdictio,quãdo est disceptatio iurisdictionis inter ipsas partes:secus si est inter ipsum iudicem & partẽ, quia tunc iudex ipse non cognoscit.quo casu non habet locum dispositio d.l.si quis ex aliena.Bal.in c.j.in titu.de inuesti.in mari.fac.& Inno.in c.cum contingat.de rescr. Tertiò adduco tibi glo.in c accusatus.de hæretic. lib.vj. quæ dicit,quòd d.l.si quis ex aliena.habet locum,& loquitur in iudice ordinario. Et quid dicendum in iudice delegato?dic per doct.in d.c.accusatus.& vide no.in d.c. super literis.Quartò adduco tibi Innoc.in c.Romana.de appel.lib.vj.vbi dixit,quòd d.l.si quis ex aliena.habet locum,quãdo citatus est in territorio citantis, aliàs secus. & vide eundem Inno.in c.dilecti.de foro compe.& voluit gl in l.j.ff.si quis in ius voc.non ierit.Quintò no.vnum ad cautelã illius legis,quòd si appareat quis frustrator,quia traxit ad iudicem non suum,quòd poterit ille met iudex condemnare illũ talem in expensis:c.fi.de rescri.& quod no.in c.cæterum.eo.ti.rene nienti.Adde sextò Butr.in c. statutum.super gl.in verbo copia.in fi.de rescri.libr.vj & ibi Gemi.dicunt,quòd quando iudex se facit partẽ,assumendo vnà cum parte disputationem,quòd ipse non potest pronuntiare,an sua sit iurisdictio.& dicit gloss.in d. verbo,copia.in fi.non esse alibi.& dictum Inno.in cap.ex parte.j.de verb.signi.Adde septimò,iudicem cognoscere non posse,an sua sit iurisdictio, quando notoriè constat ipsum non esse iudicem:secundum Abb.post Butri in c.j. de accusa.in ver.extra glo.& in c.veniens.in vlti.notabi. de accusa.& in glo.fi.per doct & probatur hæc conclusio in c.si duobus.de appel.Limita octauò iudicem nõ posse cognoscere,an sua sit iurisdictio,quando fuit ab eo appellatum.ita sentit Io.And.post gl.in d.c. ad audiẽtiam. & ibi Ab.Limita nonò,vbi aliquid cõmodũ saltẽ in cõsequentia venit applicandum iudici:quia tunc non potest cognoscere an sua sit iurisdictio. Et inquãtum allegauit gl.in l.de iure.in verb.prouinciæ.ff.ad municipa. tempera eam,vt secundum quantitatem sportularum,& qualitatem personæ iudicetur suspectus,vel non suspectus:secundum Abb.in d.cap.ad audientiam.in ij.colum. Tempera secundò glo.d.l.de iure.esse veram,si sportulæ pertineant ad personam iudicis:secus si ad sedem,vel dignitatem,secundum Bal.singulariter in c.conquerente.in ij. col.de resti.spol.

150 Iuramentum.

1 *Potestas quando possit venire contra statutum iuratum?*

1 TEmpore pacis†est statutum iurare coram potesta-
te,quod nemo portet arma:deinde superuenit guerra,
vel partialitas in ciuitate,an potestas poterit venire contra tale statutum iuratum, & permittere quòd homines portent arma?dic quod sic.ista fuit celebris doctrina Bal.in l.j.C.qui admitt & mouetur per text.in l.si hominem.ff. manda.quem tex.reputauit Bald.singula.ibi.refert & sequitur dominus meus in dicto capit j.de feriis.& de illo tex.in dicta l.si hominem.vide do.meum domi.Andr.in reperi.rubri.qui admitti.vbi allegat doctor.pluribus in locis magnificantes illum text.& vide eũdem dominum meum in c.fi de consue.& in c.at si clerici.de iudi.pro illo tex.d.l.si hominem.

151 Insimul fieri.

1 *Illa quæ fiunt successiuè,& vnum post aliud immediatè, dicuntur insimul fieri.*
2 *Simul stare qui dicantur.*

1 ILla quę fiunt † successiuè, & vnū post aliud immędiatè, dicūtur insimul fieri. ita probatur in l. si plures. ff. de iniuriis. quem tex. ibi Barr. inducit ad dicta testium deponentium se vidisse vnus post alium per foramen. & allegat Cyn. in l. testium. C. de testib. in v. q. de quo habetur in l. antiqui. ff. si pars hæredi. peta. & quod ibi not. & vide Bald. in reper. l. petens. C. de pact. in penult. col. & quod idem voluit in c. cùm dilectus. de cau. pos. & proprie. & quod not. per alios in c. cùm tu. de testi. & in c. translato. de consti. & vide do. Abb. in c. j. de mutu. peti. vbi per illum tex. iuncta gl. voluit hoc. & ibi do. meum d. And. & vide eundem do. meum in c. cùm dilectus. in x. col. de ordi. cogni & vtrobique allegat quod voluit gl. in l. in operis. ff. loca & quod voluit ibi Bartol. & gloss. in clemen. j. de appellat. vbi do. Ant. dicit esse notandum pro concordia testium, si dicant testes, quòd tales possederunt simul talem rem, & alij dicunt tempore quo vnus possedit, alius non possedit: nam certè possunt saluari, vt notetur simultas in actu possidendi, non simultas in tempore. Eodem modo si testes aliqui dicunt, quòd tales simul commiserunt adulterium cum tali, vel turbauerunt possessionem talis, apparet quòd inter actum vnius & alterius fuit diuersitas in tempore, & etiam in loco, saluantur testes, vt illud verbum notet simultatem in actu, non in prædicamentis loci, & temporis. quod est bene notandum. refert & sequitur Ioan. de Imo. ibi, & alleg. glo. notabilem, quæ dicit idem de verbo, pariter. in c. bonæ memoriæ. de elect. in gl. fi. quam dicit esse notandam: & refert domi. Anto. de facto allegasse illam gloss. ad saluandum vnum testem: de facto tamen fuit mitriatus, & erat de contrata sancti Fridiani in Florentia, vbi sunt testes multum infamati, secundum Ioan. de Imol. in d. cle. j. de appellat. Ego allego tibi text. quem in locis vbi tangitur hoc, nullus nec antiquus, nec modernus allegat, in l. j. C. si vnus ex pluribus appellaue. quem ad hoc ponderat ibi Bal. tene menti. Dicitur etiam aliquid simul ab omnibus recitari, quādo recitatur ab vno aliis præsentibus & mādantibus. tex. & ibi Gem. in c. pe. de reg. iur. lib. vj. Et qui
2 † dicantur simul stare, vide Bar. in l. si quis ita. in fin. ff. de condi. & demon. quod simul viuant, & dicūtur simul stare. si per aliquem nō stat quin per eum alantur, text. & ibi Abb. in c. translato. de consti.

152 Infirmus.

1 *Infirmus an debeat habere distributiones quotidianas?*

1 AN quilibet † infirmus debeat habere fructus præbendæ, seu distributiones quotidianas: nam de iure communi infirmus debet habere etiam illas distributiones quotidianas, vt in c. j. de cle. non resi. lib. vj. Doct. & domi. Abb. post eos in c. ad audientiam. de cler. non resi. dicunt & bene, quòd non: sed ille infirmus percipiet, qui impeditur residere, vel interesse ratione infirmitatis duntaxat. vnde si aliàs non residebat, vel nō erat solitus residere vel interesse diuinis, licet tunc infirmaretur, nō habebit fructus in absentia: quia infirmitas non præstitit causam. argumen. bonum in l. iiij. §. Stichus si hæredi. ff. de sta. libe. vbi famuli ægri quos curamus, nobis seruire intelliguntur. facit l. ij. ff. si quis cau. & quod ibi no. & quod in simili Inno. in c. ex transmissa. de præscrip. & quod no. do. Abb. post alios in c. per tuas. de dona. & quod not. in c. propter sterilitatem. de loca. & quod in simili habetur in l. de ætate ff. ad Treb. & quod no. Bar. in l. j. ff. de bo. pos. & Bal. in l. fi. C. de testamen. & Ang. in l. si vacantia. C. de bon. vac. lib. x. & in authen. de non alie. §. quia verò. Sali. in l. cum à matribus. C. qui pet. tut. glo. in ca. si verò. de iureiuran. gloss. in capitul. ad supplicationem. de renunt. & ibi domi. Anton. text. in capitu. communis filius xxiiij distinct. cum aliis concor.

153 Iudex V.

1 *Ciues omnes puniuntur ob delictum iudicis.*

1 PRopter † delictum iudicis puniūtur omnes ciues. istud probat tex. mirabilis in l. iudices. C. de nauicula. libr. xj. quem tex. inducit ibi Bar. ꝙ propter negatam iustitiā à iudice, vel rectore loci conceduntur represaliæ contra omnes ciues ciuitatis. quod not. & vide per eum in tractatu suo de represaliis, & per Canonist. in c. vnico, de iniuriis lib. vj. cum simil.

154 Iurisdictio II.

1 *Piratæ delictum in mari committentes puniūtur ab eo iudice, qui præest territorio propinquiori ipsi mari, vbi delictum est commissum.*

1 NOn solùm † potest quis delinquentes in suo territorio punire, sed etiam in mari adiacenti illi ciuitati, vel prouinciæ. casus est peregrinus & celebris in l. classem, quæ lex vnica est. C. de classi. lib. xj. hoc nn. ibi Bart. Ego adduco tibi celebrem theoricam Ang. in l. insulæ. ff. de iudi. vbi dixit, ꝙ quidam piratæ intulerunt damnum in territorio Pisanu, & reduxerūt se ad quandam partem insulæ maris Pisani, quos galeoti ceperunt: illi opponebant, ꝙ non ceperunt eos in territorio Pisano: replicabatur ꝙ ceperūt eos in districtu Pisano: & dicit ꝙ capti fuerunt decapitati in ciuitate Pisana per casum d. l. classem. aliàs l. j. C. de classi. & illud dictum refert & sequitur do. meus do. And. in c. licet. de feriis. & in c. licet causam. de proba. facit quod no. Dom. de sancto Gemi. in c. vbi periculum. §. porrò. de elec. lib. vj. vbi tenet & vult aliud, quā gl. ibi. Sed cum dicta gl. transit Ioā. Monach. ibi, & Bal. in rub. de rerum diuis. in versi. sed quæro, an piratæ maris. & vide quod no. in cle. ne Romani eo. tit. & quod not. Bal. in d. c. licet causam. & in c. accedens. ij. vt lit. non contest. & in l. fin. C. de testa. & in d. rubr. ff. de ser. diui. & in l. ij. C. quemad. testa. aper. & in c. ex literis de proba. & in l. si testamentum. & ibi Moder. C. de insti. & substi. sub condi. factis. & vide Ang. de Vbal. in d. l. vnica. in additio. vbi dicit ꝙ arg. est, ꝙ si aliquis deliquit in mari, ad illū spectat punitio, qui est iudex territorii propinquioris illi loco, in quo maleficium est commissum. pro quo est casus secundum eum in l. ij. C. de naufrag. libr. x. facit secundum eundem l. quoties & l. de submersis. C. eo. titu. vide etiam quod no. in l. pupillus. §. territorium. ff. de ver. sig. & Inst. de actio. in §. rursus. & ibi gl. & quod not. do. meus, in d. c. licet. de fer. & in d. c. licet causam. de proba. vbi de territorio & districtu vide eum omnino, vbi plenè de hoc, & aliquid per eum in rub. de fo. compe.

155 Inuentarium.

1 *Inuentarij copiam an habere debeat, qui litigat cum tutore, vel curatore adulti.*

1 ALiquis litigat † cū tutore, vel curatore adulti, an debeat habere copiam inuentarii: Bar. in l. j. ff. de cur. bon. dando. refert se aliàs dixisse quod sic, & putat in hoc dicere verum, quia aliàs conditio eius qui litigaret cum tutore vel curatore esset deterior, quod esse non debet. l. ij. §. defendi. ff. ex quib. cau. in pos. eatur. nam cum tutor nihil possit agere inuentario non confecto, vt l. fi. C. arbi. tutel. semper posset dicere, non valet iudicium, quia non est factum inuentarium: & ille non posset probare esse factum. & ideo sua interesse videtur habere copiam inuentarii, sicut tutelæ & procuratori. Quare concludit quòd debet dari copia inuentarii sine rebus, hoc modo: dicet notarius, hæc est copia cuiusdam inuētarii producti per talem tutorem coram tali iudice, ex cuius mandato data est copia aduersario sine rebus: cuius tenor &c. per hoc est consultum parti, quia potest probare esse factum inuentarium. Item per hoc est cōsultum minori, cuius interest, ne omnes sciant, quod in eo legitur. vt in l. vlti. C. de ali. pu. l. præstan. & l. ij. C. quando & quibus quarta pars debetur. cum igitur hoc sufficiat agenti cum tutore, illud sibi tantum tradatur, & non plus. vt l. argentarius. §. edi. ff. de edendo. quod nota. quia bona, & optima practica est.

156 Instrumentum.

1 *Filiatio per mortem extinguitur, & patre mortuo quis non dicitur filius. Et quid si in instrumento dictum sit, talis filius talis, cum pater esset mortuus, an vitietur?*

1 AN instrumentum † in quo mortuo patre dicitur, filius talis, cum ille non sit in rerum natura, reddatur vitiosum?

vitiosum? Et videtur prima facie dicendū quòd sic, quia per mortem filiatio extinguitur, & patre mortuo non dicitur filius. nam mors omnia soluit. in authen. de nup. §. deinceps. colla. iiij. Tamen contrarium est verius, & debet fieri suppletio, filius Sempronii, scilicet quondam, vel olim. glo. habes in l. eius qui in prouincia. ff. si certum petatur. hoc voluit ibi Bar. & vide ibi do. Alex. de Imol. faciat l. insula. ad fi. ff. de acquir. rerum domi. & hoc voluit ibi Bar. faciat l. diuortio. in prin. ff. de nego. gest. Sed do. And. Monarcha legum, & canonum pater pro illis glo. & doctrina Bar. dicit esse casum nouissimè ab eo consideratum in cap Raynaldus Peponis filius. de testa. vbi Pepo ille erat mortuus, vt apparet in versi. Pepone mortuo: & nihilominus dicitur ibi Raynaldus Peponis filius. vide eum in d. c. Raynaldus. in repeti. in iiij. col. & tene menti illum tex. ad hoc, quia optimè probat doctrinam glo. & Barto. Tu vide Specu. hoc tenentem in tit. de instrumen. edi. §. restat. ad fi. quem refert & sequitur Ioan. Andræ. in c. cum contra. de pigno. & ibi hoc voluit do. Abb & do. meus. facit quod voluit Inno. in cap. fraternitatis. de hæreticis. & quod notat do. meus in c. ex parte B. de fo. compe cum simi.

157 *Integrè.*

1 *Integra solutio dicitur fieri quando fit sine aliqua deductione, ac diminutione. Et quid si testator iubeat integra legata solui an detrahatur Falcidia? Et si fructus integrè solui debeant, an deducantur expensæ?*

1 VBi aliquid † debet solui integrè, solutio debet fieri sine aliqua deductione ac diminutione: adeo quòd si decem sint soluenda, non fiet diminutio. gl. est singu. in l. decem. ff. de fideicom. liberta. quam reputauit sing Bald. in l. precibus. C. de impube. & aliis substitu. & in authen. sed cùm testator. C. ad l. Falci. & do. meus in repetitione c. Raynaldus. de testamē in Ioannina xxij. char. Sed quid iuris, quando testator vult integra legata solui? vide ibi do. meum post alios, vbi melius quàm alius doctor latissimè discutit istum passum, an eo casu debeat detrahi falcidia, an testator videatur prohibuisse vide ibi per eum. doct. in d. authen sed cum testator. & Ange. in authen. de hære & falcid. §. si verò expressim. & in aliis locis per eum & alios, de quibus vide per domi. meum in loco præallegato, & dicta gloss. d. l. decem. probatur in c. tua nobis. & in c. in aliquibus. & in c. commissum & in ca. peruenit. de deci. vbi dicitur, quòd decimæ debēt solui integrè & exponunt iura, & glo. illud verbum, id est, non deductis expensis: & hoc tenuit do. Car. in c. pastoralis. eo. tit. per quæ iura alias domi. meus ita in facti contingentia dum Ferrariæ legeret, consuluit, dum per Papam Nicolaum quintum mandabātur per vniuersum orbē exactores, vt exigerent decimam papalem: & quod integrè solueretur: prout ipse refert in præallegato loco. & in cathedra viua voce sæpius retulit. Ex quo infert, quòd si quis integrè debet soluere fructus alicuius fundi, quòd tales fructus debentur sine deductione expensarum. & adduco quod voluit Bald. in ca. conquerente. de restit. spol. vnde per illum tex. in ver. integrè. dicit, quòd quando fit restitutio beneficii, debet fieri vsque ad vnum quadrātem. Sed pro certo ille tex. non vtitur illo verbo integrè. sed dicit cum redditibus inde perceptis restituas. ita dicit domi. meus & bene in præallegato loco. adducit tamen pro eo text. in cap. grauis. in ver. cum integritate. de restitu. spolia. & Ioan Andræ. in cap. fina. de voto. vbi dixit, quòd prælatus qui colligit fructus, debet soluere vigesimam, vt ibi habetur, non deductis expensis: quia illam integrè debet soluere, vt in decima, quæ debetur deo, vt in capitu. cùm homines. de decim. vide textum in extrauagan suscepti. in versicul. integraliter. vide text iuncta gloss sua in clemen. dudum. §. huiusmodi. in versicul. portio integrè debeatur. de sepult. facit text. in capitul. cùm liberum & in capitu. fina. de sepultu. & de verbo plenariè, vide tex. iuncta glo. in clementi. j. de te iudi. & ibi plenè videas dominum meum.

ADDITIO.

Vide And. Tiraquel. in tracta. de retractu consangui. in §. xv. in versi. fructus. nu 9. Gab. Sar.

158 *Iudex* *VI.*

1 *Ius agendi ex alia causa competens, debet reseruari à iudice actori, qui egit ex mala causa, si id sibi ex actis appareat.*

1 VBicunque † apparet malè esse actum ex vna causa, & hoc apparet ex actis, & ex eisdem apparet, quòd ex alia causa bene potuisset agi, non potest iudex condemnare ex illa acta causa. sed debet absoluere reum: & nihilominus ipse iudex in sententia sua debet reseruare parti ius agendi cōpetens sibi ex alia causa. text. est singularis valde in l. Bebius Marilius. ff. de pactis dota. de quo facit festum Bald. ibi, & in authentic. sed & si quis. C. de secun. nuptiis. in l. prima. C. de pig. actio. & in peculio suo, quod fecit super Innocen. in litera A. in versicu. actio. refert & sequitur domi. meus domi. Andræ. in repeti. ca. Raynaldus. de testa. in lxav. char. & vide eundem in cap. examinata. de indic. in vij. column. & illum text. ad hoc propositum allegauit Angel. in l. Claudius ff. qui potio. in pigno. habean. referens doct. suum Bald. solere illum text. ad hoc propositum allegare. vide Bal. in l. fi. ff. de hæredi. insti. vbi allegat illum tex. & vide do. meum in præallegatis locis, vbi allegat plures tex probantes doctrinam d. l. Bebius. qui faciunt ad hoc.

ADDITIO.

Adde latè do. M. Mantuam consi. clxxix. incipi. in præsenti causa. col. iiij. nu. 50. Gab. Sar.

DE LITERA L.

159 *Licentia.*

1 *Licentia vbi in actu requiritur, an debeat esse expressa, vel tacita sufficiat?*

QVid de licentia? vide notata in l. si quis mihi bona. §. qui iussu. ff. de acquir. hæredi. & in l fina. §. licentia. C. de bonis quæ liber & quod voluit Ioan. And. in cap. si Abbatem. de electio. lib. vj. quem refert Bal. in d. §. licentia. & Ludo. Roma. in l. ij. ff solu. matr. & Lapus in allegatio. lxxxviij. & Dominic. in d. ca. si Abbatem. & concludunt omnes, & præsertim Bal. in d. §. licentia. quod vbi
1 in actu requiritur † licentia, requiritur expressa, & non tacita. Contrarium videtur velle Ioan. Andr. in regula, qui tacet. de regu. iur. lib. vj. quem refert & sequitur do. Abb. in c. nonne. de præsump. & in c. cùm dilectus. de consuetudi. & ibi plenè per dom. meum. Et contrarium videtur velle Bald. in l. si filius. C. de petit. hæredita. vbi dixit, statuto cauetur, quòd filius non possit vendere sine consensu & licentia sui patris: filius vendit sine licentia: emptor possedit decem annis patre sciente, & non contradicente, dicit, quòd tenet venditio. Item videtur tex. in l. cùm pater. §. libertis. ff. de legat. ij. vbi probatur, quòd si quis non potest vendere sine licentia alicuius, quòd si vendat eo sciente, & non contradicente, valet venditio Vide omnino pro solutione contrariorum domi. meum in d. c. cùm dilectus. Tene tamen in practica theoricam Ioan. And. in d. c. si Abbatem. quòd requiratur expressa, quæ cōmuniter tenetur. Et vide etiā de verbo licentia, do. Ab. in c. cum ad monasterium. ad fin. de statu monach Bart. in l. alio. ff. de alimen. & cibar. lega. & in extrauaganti ad reprimendum. Adde quod volunt docto. in c. cùm nūcius. de testibus. & in c. j. de iuramento calumniæ. & vide gloss. iuncta doctrina doct. in clementina vnica. in versi. ante omnia. de foro compenti.

ADDITIO.

Adde plenè per Ioan. Bapti. Plotum in repetitio. l. si quando. C. vnde vi. in §. perpetuò notabis. num. 22. versi. respectu verò. Gabriel Sarayna.

160 *Lex.*

1 *Legis natura est dare formam futuris, & non præteritis. Et quid*

si actus est in parte gestus, & in parte gerendus, an constitutio superueniens habeat locum in parte gerenda?

2 *Praeiudicare in quaerendis quis alicui potest, & quomodo hoc intelligatur?*

3 *Procurator si ille constituatur à Seio, qui antea nomine Sey agere coeperat, an gesta per eum ante procuratorium videamur ratificasse?*

1 DE natura † legis est dare formam futuris, & non praeteritis. c. ij. & fi. de constit. l. leges. C. de legib. tamen si actus est in parte gestus, & in parte gerendus, si noua constitutio superueniat, nõ habebit locũ in illa parte gerenda. quae est connexa parti gestae. & hoc quando pars gerenda redderetur inutilis sine parte gesta. gl. habes sing. secundum omnes, & ibi do. Cardi. in clemẽ. vnica, in verbo, deputatis. circa fi. de testib. de qua fecit festũ do. meus in repetitione rubricae. de causa posses. & proprieta. circa fi. Et subdit, quòd licet quis possit renuntiare,
2 † seu praeiudicare alicui in quaerendis, vt in l. qui autem. ff. quae in frau. cred & in l. si sponsus. §. si maritus haeres ff. de dona. inter vir. & vxo. & per id quod voluit Innoc. in c. admonet. aliàs in c. quod in dubiis. de renuntia. & Federicus de Senis consi. ix. & Bald. in authen. si qua mulier. C. de sacrosan. eccle. in l. pupillo. C. de repu. haeredi. cum concordan. Tamen dicit hoc esse verum, nisi quaerendum esset connexum quaesito, per id quod voluit glo. in d. clemen. vnica. in arg. tamen. & adduco quod singu. voluit Angel. de Perusio in l. Iulianus. ff. qui satisdare cogan. per illum text secundum vnam lecturam, vbi dicit se alibi non legisse.
3 quòd si postquàm † coepisti agere nomine meo, constitui te procuratorem meum, videor ratificasse omnia gesta per te. & sic in casu illius legis nõ videtur fuisse mutata conditio procuratoris, quoniam mãdatum superueniens trahitur retro ad principium. & sic videtur semper habuisse mandatum, vt dicit glo. in d. l. Iulianus. vide quod voluit Ioan. Andr. in additio. Specu. in titu. de procura. §. j. super verbo, sed quid si procuratorium. vbi limitat haec, nisi ego cõstituens te procuratorem ignorassem gesta per te ante mandatum: quia non videor ratificasse ea, quae ignorabam. arg. l qui cum tutoribus. §. filia. ff. de trãsactio. & l. si quis ita. §. penul. ff. de testa. tut. vide quod voluit do. de Rota, conclusione ccccxliij. incip. item fuit dubitatum vtrum procurator &c. & quod voluit domi. Anto. in c. ex parte decani. de rescrip. & vide Moderniores in d. l. Iulianus. in primo notabili. & domi. meum in d. clementina vnica.

161 *Libellus* I.

1 *Libellus habet se vt subiectum, sententia verò vt praedicatum.*

2 *Sententia debet esse conformis libello.*

1 LIbellus † seu petitio habet se vt subiectum, sententia verò vt praedicatum: & per cõsequens talia sunt subiecta qualia permittunt praedicata. sing est glos. in c. dudum. in fi. de decimis. quam dicit ibi do. Abb. se solitum pro singul quotidie allegasse. Sed ego allego similem glo. in c. inter dilectos. de fide instr. super verbo, nequiuissent. quam glo. ibi domi. Abb. non ponderauit, sed bene allegauit eã in ca. cum dilectus. de succes. ab intestato. ex quo
2 sequitur vulgata regula, quòd sententia † debet esse conformis libello. c. qualiter & quando. ij. de accusa. c. licet Heli. de simo. l. vt fundus. ff. com. diuid. cum simil. & limita eam, vt in dictis iuribus notatur.

ADDITIO.

Idem tradit Celsus Hugo, in apostil. ad Lanfran. de Oria. in cap. quoniam contra. in versicu. petitiones. in apostil. incip. adde quòd libellus seu petitio. extra de probatio. Gabriel Sarayna.

162 *Legitima.*

1 *Filius an possit petere legitimam, si pater ingrediatur monasterium?*

2 *Legitima non debetur patre viuente.*

3 *Intellectus c. cùm simus. de regularibus.*

4 *Glossa authoritas est magna.*

5 *Mors ciuilis quando aequiparetur naturali.*

1 AN filius † possit petere legitimam, si pater ingredia-
2 tur monasterium,[a] seu religionem? Et videtur quod sic. tex. habes singu. & alibi non repertum in cap. cùm simus. de regula. quem tex. ad hoc reputauit singu. Bald in auth. si qua mulier. C. de sacrosan. eccle. & dicit, quòd de aequitate canonica potest filius petere legitimã, per text. d. c. cùm simus. sed de iure ciuili non. ita procedit dictum Bar. in d. auth. si qua mulier. vbi tenuit, quod hoc casu filius non potest petere legitimam: quinimò plus sentit in authẽ. idem. C de bonis quae liberis. vbi dixit, quod cùm hoc casu soluatur patria potestas, vt voluit glo. in c. j. xx. q. ij. & in l. si ex causa. §. ait Papinianus. & ibi Bartol. ff. de minori. & do. Abb in c. in praesentia. de probatio. post alios. & not. in c. indecorum. de aeta. & qualitat. & Federic. de Senis consi. xxxiiij. & do. Abb. in c. constitutus. de in integr. restitu. & in d. c. cùm simus. ex facto patris remanet medietas vsusfructus bonorum aduẽtitiorum apud patrem. vt in l. cùm oportet. in § cùm autem. C. de bon. quae libe. idem Barto. & alii excepto Bald. in l. si cùm dotem. ff. solu. matr. sumunt. quòd non debetur. licet glo. in authen. si qua mulier. praeallegata, titubet. Non obstat secundum eos tex. in d. cap. cùm simus. quia secundum aliquos non probat, nec quòd legitima debeatur patre naturaliter viuente, si ingressus est religionem: imò in contrarium est, secundum eos, tex. in dicta authen. si qua mulier. facit pro eis secundum Modernos in d. l. si cùm do-
a tem. quia regulam habemus, † quòd legitima non debe-
b tur patre viuẽte[b] l. j. §. si impuberi. ff. de collatio. bon Sed Bal. in repetitione c. si pater. de test. lib. vj. refert aliquos tenere, quòd statim post ingressum potest legitima peti. Aliquos verò refert dicere, quod nõ possit peti legitima, sed alimenta sic. Tertios refert quòd demum petitur legitima post mortem naturalem patris: & hanc dicit esse veritatem per tex. in §. si qua mulier. in authen. de nuptiis. & text. in l. Statius. §. Cornelio. ff. de iure fisci. & pro hoc dicit facere l. vxor. C. de dona. inter vir. & vxo. & d. c. cùm simus. domin. Abb. in d. c. cum simus. dicit se dubitare, & quòd libenter videret compilationem decretalium antiquam: quia fortè hanc quaestionẽ explicaret: & dicit quod canonistae communiter tenent, quòd debetur legitima hoc casu. Sed ipse dicit aduertendum, quia videtur text. in cõtrarium, in d. auth. si qua mulier. canonizata xix. q. vlti. c. si qua mulier. vbi secundum eum videtur dicere, quod si pater habens liberos, intrauit monasterium testamento non cõdito, potest postea inter liberos suos bona diuidere, connumerando monasterium in numero filiorũ: & si priùs decesserit, quàm disposuerit, liberi capiunt legitimam iure naturae reliquis bonis permanentibus apud monasterium: & sic apertè infert secundum eum ille text. quòd filius debet capere ex libera dispositione paterna, vel expectare mortem naturalem patris. & ad idẽ facit secundum eum, quia legitima non debetur filio, nisi post mortem naturalem patris, vt dictũ est, per l. j. § si impuberi. ff. de collatio. bonorum. Deinde dicit, quòd text. dicti capitu. cùm simus. facit pro primo intellectu, vbi recitatur nomen patris, & non dicitur quondam, quod verbum solet communiter apponi, quando fit mentio de mortuo: vt legitur & notatur in cap. cùm contra. de pigno. & c. ex parte B. de foro competen. cùm similib. Deinde dicit, quòd in contrarium facit finis literae dicti ca. cùm simus. in verbo, ibi ex successione. nam verbum successio, adaptatur propriè ad defunctum: & sic pater erat ibi defunctus. item secundum eum non debemus deuiare à dispositione dictae authen. & regularum iuris ciuilis in incommodum monasterii, cùm saepe fiat impropriatio, vt faueatur monasterio, vt in d. cap. in praesentia & in auth. nisi rogati. C. ad Treb. Item tenendo illam opi. Bal. secundum eum oporteret reprobare, seu tollere aliã opinionem Bar. in d. authen. idem. nam si pater reputaretur mortuus respectu legitimae, quae est in bonis suis, fortè deberet reputari mortuus respectu aduentitiorum bonorum, quorum dominium est apud filium: vnde vt dixi do. Abb. satis dubitat de hac quaestio & videtur sibi prima fronte, quod litera d. c. cùm simus. innuat patrẽ fuisse viuũ. & satis aequum est hoc tenere in fauorem filii, vt habeat expo-

expostulare alimenta a monasterio. Sed contrarium di-
ctum videtur sibi verius de subtilitate iuris per supradi-
cta. & quia tex. d. cap. cùm simus. non ponit ius de nouo,
cùm respondeat ad consultationem, vt not. gloss. in cap.
consultationi. de tempor. ordin. & in cap. ex tua. de filiis
presbyterorum. ergo non deberet recedi à dispositione
iuris ciuilis in damnum monasterij, cùm non habeatur
secundum eum ius canonicum expressum in cõtrarium.
Videnda tamen essent secundum eum integra d. cap. j. &
c. cùm simus. & ita ibi residet. Sed idem domi Abb. in c.
Raynutius. de testa. ad fi. tenet per gloss. d. ca. Raynutius.
quòd filius in vita patris non possit petere legitimã, nec
etiam patre ingrediente religionem. & adducit Bart. in
d. auth. si qua mulier. quod videtur secundũ eum prima
fronte contra casum d. c. cùm simus. & adduco do. Abb.
in cap. transmissæ. qui filij sint legiti. super gloss. in verb.
quæstio mota. ibi, quòd erãt facti monachi. vbi dicit gl.
esse sing. & se nescire alibi. ex qua colligit quòd patre in-
trante monasterium potest illico filius petere legitimã.
& sic facit secundum eum pro intellectu d. c. cùm simus.
ad quod se remittit: & dicit gloss. dict. capit. transmissæ.
esse addendam ad notat. in dicto capitulo, cum simus.
Et subdit etiam quòd Barto in l. si quis à liberis. §. si quis
septennij. ff. de libe. agnoscen. vult, quòd monasterium vi-
uente patre tenetur alere filios: non autem tenetur ad le-
gitimam, nisi post mortẽ: & ita ibi residet & adduco eun-
dem do. Abb. in cap in præsentia. in xxix. colum. de pro-
batio. vbi attingit istum passum, & dicit quòd hoc casu vi
deretur dicendum, quòd deberetur. & allegat Bar. in di-
cta authen. si qua mulier. vbi in hac quæstio. Bar. ibi post
Cy. videtur in hanc quæstio. idem sentire, quod sensit ibi
in alia quæst. de qua vt ibi per eum, taliter distinguitur:
Aut mors ciuilis quæ inducitur per ingressum monaste-
rij habet omnino quò ad bona eundem effectum, quem
habet mors naturalis: vt puta, si quis ingrediatur religio
nem fratrum minorum, qui non possunt aliquid habere
nec in particulari, nec in communi. & tunc hæres habe-
bit omnia bona incontinenti. argu. in l. Deo nobis. C.
de episco. & cleri. in princi. & cap. placuit. ij. xvj. quæstio.
j. Aut talis mors ciuilis non habet omnino eundem effe-
ctum, quia saltem in cõmuni illa religio potest bona re-
tinere, tunc filius debet expectare mortem naturalem e-
tiam quò ad legitimam, & non ante: interim ipse habet
potestatem diuidendi prout vult. & colligitur ex d. au-
then. si qua mulier. item quia vt dictum est, legitima non
debetur filio, nisi post mortem naturalem, vt in dicta l. j.
§. si impuberi. item est possibile quòd filius moriatur an-
tequàm pater &c. ff. de iure fisci. l. Statius. secundum Bar-
to. habebit ergo filius alimenta à monasterio secundum
Cyn. & cum hac opinione transit Anto. de Butr. in dicto
cap. in præsentia. licet specificè non attingat legitimam
filiorum. do. Abb. in dicto cap. in præsentia. dicit, quòd
prædicta conclusio sibi placet respectu hæredum & lega-
tariorum, per rationes & iura, quæ ipse ibi allegat: sed re-
spectu legitimæ filiorum non placet sibi talis opinio, per
text. singu. d. c. cùm simus. vbi apertissimè probatur secũ
dum eum, quòd filius in vita patris potest legitimam pe
tere. nisi velis secundum eum diuinare, quòd pater ibi fue
rit mortuus. text. tamen ibi innuit cõtrarium, vt ibi sen
tit Ioan. And. & Pet. de Ancha. & domi. Cardi. & Barto. &
Bal. in authen. ingressi. & sic saltem condictione illius ca-
pit. poterit filius petere legitimam in vita patris intran
tis monasterium, & hoc post professionẽ patris, licet mo
nasterium sit capax bonorum. Hoc etiam suadet secun-
dum eum æquitas maxima: ex quo enim pater abiicit à
cura sua, æquissimum est, vt non habeat mendicare ali-
menta à monasterio. adducit d. authen. si qua mulier. li-
cet Barto. eam adducat pro se, quòd filius non possit pe-
tere legitimam in vita patris intrantis monasterium: ad
quid daretur ibi facultas patri diuidendi substantiã post
ingressum inter liberos, cùm ius esset acquisitum mona-
sterio retinendi illam legitimam toto tempore vitæ pa-
tris? sed quia filij poterant petere legitimã, & debebat pa-
ter ante ingressum bona diuidere, ideò fit illa specialis
gratia, vt possit diuidere inter liberos post ingressum. Et
quicquid sit, maximam habet hæc opinio æquitatẽ & ita
residet do. Abb. & sic do. Abb. in d. c. in præsentia. non du
bitauit de ista quæstio. sicut dubitauit in dicto cap. cùm
simus. De hoc articulo tetigit aliquid Pet. de Anchar. in
cap. j. de delict. puero. Modern. in dicta l. si cùm dotem. di
cunt, quòd placet eis opinio, quòd filius patre viuente li
cet religionem ingresso non possit petere legitimam. li-
cet contrariam opinionem teneat gloss. in authen. nunc
autem C de episco. & cleri. quæ authentic. facit pro opi-
nione Bald. in dicta authen. si qua mulier. Sed pro opinio
ne quam do. Alexan. de Imol. tenet, facit, quia ita concor
datur ius canonicum cum ciuili. item si aliter diceretur,
fieret contra regulam d. l. j. §. si impuberi. facit etiam se-
cundum eum, quia contingere posset, quòd filius etiã an-
te mortem patris prædecederet, & sic viuente adhuc pa-
tre tractaretur de transmissione iuris petendi legitimã
ad hæredes filij. & aliter istum passum non examinat. do.
meus do. Andr. vulgò Barbatia in dicto cap. in præsen-
tia. plenè tangit istum passum. & aliquid de hoc articulo
per eundem in repetitione cap. Raynutius. de testamen.
& cõcludit, quòd legitima hoc casu debetur, per tex. sin-
gul d. ca. cùm simus. alia motiua & rationes adducit, de
quibus ibi per eum. & vide Pet. de Ancha. in repetitione
d. c. in præsentia. in xxv. colum. vbi sequitur opin. Bart. in
dicta authen. si qua mulier. licet non attingat articulum
istum. Ex his relati sunt & antiqui & Moderni quid sense-
rint circa istum passum. Restat nunc videre quid tenẽ-
dum. Et mihi videtur quòd filius possit petere legitimã
3 hoc casu: & moueor † per text. d. c. cùm simus. vbi secun-
dum domi. Abb. recitatur nomen patris, & non dicitur,
quondam, quod verbum solet cõmuniter apponi, quan-
do fit mentio de mortuo, vt in dicto cap. cùm contra. &
in dicto cap. ex parte B. cum simi. cùm ergo in dicto ca.
cùm simus. non apponatur, ergo præsumitur quòd viue-
bat pater. Item volui videre antiquam compilationem
decretalium, & eam maximo labore perquisiui: & tãdem
Deo annuente habui & legi, & relegi eam: & dicitur ibi, quòd
miles, de quo in d. ca. cùm simus. cùm esset lepræ morbo
domino permittente respersus, se cum filio suo discretio-
nis annos nullatenus attingente ad quoddam monaste-
rium cum bonis suis cõtulit: deinde dicit, quòd cùm ipsi
puero disciplina monastica propter asperitatem regu-
læ displiceret, infra spatium decem hebdomadarũ à mo
nasterio, & habitu taliter suscepto resiliens, bona patria
ab abbatia illa cœpit cum instantia postulare. &c. & sic
mihi videtur clarè, quòd ex quo nec in integra, nec in
decisa illa mentio fit de morte, nec apponitur verbũ si-
gnificans mortem, debemus præsupponere ipsum viuũ:
cùm communiter iura apponant, quando mors interue
nit, quondã, & ex quo non dicit lex, nec nos dicere debe-
mus. argu. l. si seruum. §. non dixit prætor. ff. de acquiren.
hæredita. cum simi. cõcordantiis. Non obstat regula quæ
habetur in dicta l. j. §. si impuberi. quia illa regula genera
lis limitabitur per specialem legem: quia generi per spe-
ciem derogatur. regula. generi per speciem. de regu. iuris.
lib. vj. cap. j. de rescrip. cum simi. cùm ergo habemus re-
gulam, quòd filius non possit petere legitimam nisi post
mortem naturalem, vt in dicta l. j. § si impuberi. limitabi
tur per specialem, quòd per religionem & monachatum
viuente patre filius possit petere legitimam, per d. c. cùm
simus. Item ius ciuile in hoc casu fundatum est sub rigo-
re. & d. c. cùm simus. fundatur sub æquitate: quia satis æ-
quum est hoc in fauorem filij ne habeat expostulare ali-
menta à monasterio: cum ergo de aliquo casu reperitur
rigor scriptus, & æquitas scripta: æquitas scripta præfer-
tur rigori scripto: per ea quæ leguntur & notãtur in l. pla
cuit. C. de iudic. & cap. fina. & ibi per doctor. de transact.
cũ simi. Vlterius non obstat quod dicunt Moderni, quia
contingere posset quòd filius prædecederet, &c. Quia re
spondeo, quòd nos debemus considerare illud quod cõ-
muniter euenire solet, & frequentius, & id quod naturale
est, & non id quod est accidentale. l. qui habebat. ff. de tu
tel. cap. requisisti. de testa. l. si quis posthumos. & quod ibi
not. ff. de libe. & posthu. nam naturaliter filius debet mo-
ri post patrem, vt in l. nam & si parentibus. versicu. turba-

to ordine.ff.de inofficio.testamen.& iura debēt a.lapta-ri,ad ea quæ frequenter accidunt.l.nam ad ea.ff.de legi.& gloss.ordina.& melior de corpore iuris canonici,in c.literas.de desponsa.impube.item licet quis debeat considerare id quod euenire solet.l.si quia domum.§.idem querit si sumptus ff loca.l. Lucius.§.penulti.ff.ad Trebellia.l.in quantitate.§.magna.ff.ad leg.Falci.& ff ex quib.cau.maio.l.sed & si per prætorem.§ si feriæ.& ff.de serui.rustic. prædi.l.qui sella.§.i.ff.de dam. infect.l.qui bona.§.inter.cum simi.Ego respondeo,quòd lex canonica in hoc casu attenta æquitate noluit quòd hoc consideretur,per d.c.cùm simus.stabimus ergo dispositioni canonum,ex quo ita scriptum est c.scriptum.vj.q.iij.l.prospexit.ff.qui & a quibus.& in passione dominica,legem habemus.Nō obstat quod dicit do. Abb.quod tex.d.c.cùm simus.non ponit ius de nouo,cùm respondeat ad consultationem,vt dictum est supra Quia respondeo.prout dixi suprà in quodam notabili,quòd Papa introducit ius nouum per consultationem,quando non disponit illud idem, quod iam erat dispositum:cum ergo in dicto c.cùm simus.aliter disponatur,quàm in d.l.j.§.si impuberi.ergo introduxit ius nouum per text.quem ego solus ad hoc ponderaui,in cap.ex multa in versicu.ius in cōsultatione editur.de voto.item habemus de hoc gloss.singul.quæ cōcordat cum d.c.cum simus.in dicto c.transmissæ. de qua domi.
4 Abb.ibi facit magnum festum:& authoritas † glo. est ma
c gna,[c] vt plenè scripsit do.meus in cap.capellanus.de fer. vbi omnino vide.& vide Barto.consi.v.Sali.in l.traditionibus.C.de pact.& in l.ij.C.de senten.quæ sine cer.quanti.Cy.in l.j.C.de actio.& obliga.Bald.in peculio suo referens Cy.in l.non moriturum.C.de contrahen. & cōmit.stipula.& Bal.in l cùm hereditas.C.deposi.& pulchrè dixit Bald.in cap.j.de natu.succes.feu.in vsib.feud. quòd in consulen do multum sequitur glo ordinariam. quia non potest adhærere meliori.idem in l.precibus.C.de impube.& aliis substitu & in l.j.ff.de vulga.& pupilla. & in authen cessante.C.de legi.hære.& in aliis plerisque locis,de quibus per do.meum in d.c.capellanus. Cùm ergo in casu nostro habeamus glos.ordinariam,stabimus glo.quæ gloss summopere erit notanda pro intellectu d.ca.cum simus.Non obst.quod dicit do.Abb.quòd finis d.c.cùm simus.facit in contrarium,ibi,ex successione. nam verbum successio adaptatur propriè ad defunctū,& sic pater secundum eum erat defunctus,& vidi integrā, & vtitur his verbis,videlicet, quæ ipsi rectè successiuè proueniunt postulare Quia respondeo,quòd hoc casu fictione iuris dicitur succedere.nā monachus æquiparatur mortuo.cap.placuit.ij.xvj.q.j.& non habet velle nec nolle.c.nolo & c.non dicatis.xij.q.j.cum simi,licet ergo pater naturaliter viuat,tamen ciuiliter mortuus reputatur: & sic ius canonicum in hoc casu voluit,quòd mors ciuilis operaretur eundem effectum,quem operatur mors naturalis,quo casu poterit succedere etiam viuēte patre quòad legitimam sibi debitam.faciunt ea quæ habentur in l.ab ea parte.§.insulam.ff.de verborum obligatio.& per Modet.in l.si cùm dotem.ff.soluto matrimo.& vt not.in dicto cap.placuit.& in l.res vxoris.C.de donatio.inter virū & vxorem.& in c.in præsentia.de probatio. & plene per domi meum do.Abb.in cap.cùm sis.de conuer. coniug.
5 vbi † discutit quando mors ciuilis æquiparetur naturali.item ego habeo gloss.singu in dicto c.placuit. quæ dicit,quòd mors ciuilis nunquam æquiparatur morti naturali,nisi in casibus à iure expressis. Cum ergo in hoc casu legitima debeatur filio viuente patre, per d.ca.cùm simus.& per gloss.d.c.transmissæ.coniungendo simul:ergo in hoc casu habebitur perinde,ac si naturaliter mortuus fuisset.quò ad petitionem legitimę.& sic non est absurdum,quòd iurislator dixerit,& vsus fuerit verbo successionis.Non obst.d.authen.si qua mulier. & quod voluit ibi Barto.quia retorquēdo facit potius cōtra,quàm pro se,secundum do.Abb.in dicto c.in pręsentia.de probatio.vt suprà dictum est Conclude ergo quòd de æquitate maxima,ex quo enim pater abiicit filiū à cura sua, ne habeat mendicare alimenta à monasterio post professionem factam,poterit filius petere legitimam ex dispositione d.c.cùm simus.Et istum passum nunc habeo clarum & apertum,quem & antiqui & moderni semper mihi reddiderunt dubium: saluo tamen meliori & saniori iudicio alterius rectius sentientis,cui me submitto.

ADDITIONES.

a An filius possit petere legitimam,si pater ingrediatur monasterium?Dicitur quòd sic de iure Cano.per text. in dicto ca.cùm simus.de regula.per quem ita dicit Bal. in dicta authen.si qua mulier.in vlti.col.post Bartol. qui non recordatus est de dicto c.cùm simus.C.de sacrosan.eccle.quod tamen an sit verum latè examinat Ias.in dicta authenti.si qua mulier. vbi etiam dicit hanc esse communem opinio. Canonistarum. Et istam æquitatem iuris canonici secutus fuit Rodericus Suares in allega.xx.col.j.& Didac.Segura in repetitio.l.imperator.nume.123.ff.ad Trebel.Contrariam opi.esse communem legistarum,firmat Ias.in locu præallega.& Felin.qui istam etiam tenet de iure Cano.in cap.in præsentia.quæstio.viij.nume.55 & ibi optimè Deci.colum.xxx.nume.67.versi. quintò quæritur.de probatio.Pyrrhus in tracta.de statute.q.iiij.nume.8.Et Guhel.Benedicti in c Raynutius in ver.mortuo itaque.j.nu.299.de testa.Ad hæc etiā vide Chassæ.in cōmēt.cōsuetu.Burgund.in rubri.vij.in § *On ne peut exhereder*.in versi.*du tresspassé*.nume.5.in iiij.limita.& Hippol.de Marsi.in l.infans.nu.39 ff.ad leg Cornel.de sicar.

b Legitima non debetur patre viuente. Vide Guid.Papæ decisio.Gratianop.ccclxxxvj.& sequen.

c Authoritas gloss.est magna. Adde eundem Guido.decisio.cxxxiiij Matheil.in l.j.numero 3.C.quomodo & quando iudex. Gabriel Saray.

163 Locatio I:

1 *Locans fundum ad pensionem in pecunia numerata, non tenetur ad tributa realia*

1 SI quis † locat fundum ad pensionem percipiendam in pecunia,ita quòd fructus omnes remaneant apud colonum,quòd dominus non tenetur ad tributa, nisi consuetudo aliter se habeat. gloss.est mirabilis,quam perpetuò tene menti in l.is quidem.C.de anno. & tribu. lib.x. Et hoc intellige verum secundum Barto.ibi,in oneribus realibus.In collectis verò quæ imponuntur personæ prò rebus ,est inspicienda persona,cui imponitur.vt in l.rescripto.in fi.ff.de mun.& hono.& in l.dictiones.C.de anno.& tribu.lib.x.& ibi not.

164 Legatum.

1 *Vestium legato,an ornamenta aurea.vel argentea vestium veniant?*

2 *Magis dignum quando trahat ad se minus dignum?*

1 LEgo † vxori meæ vestes, quas sibi feci:an ornamenta vestium aurea,vel argentea veniant vel cedant legato vestium?Ludo.Roma.in singu dcxxviij. lego mulieri.dicit,quòd vnus consuluit quod non:eo quod accessoria pretiosiora suo principali non cedant suo principali, vt in l.ij.vbi gloss.ff.de pecu.lega.sed ornamenta aurea sunt pretiosiora vestibus:ergo &c. Sed ipse consuluit contrarium,& dicit illam gloss.esse falsam : quia accessoriū etiā pretiosius accedit suo principali.l & si non sint.§ perueniamus.ff.de auro & argen.lega. vbi est casus notabilis.& l.cùm aurum.versi.fina.& ibi Barto.ff.eodem titu. Tu dic quòd Ludo.Roma.rectè loquitur. nam maius dignū accedens minori digno ratione accessionis censetur mi
2 nus dignum,nec nunc † procedat regula,maius dignum trahit ad se minus dignum:quia ratione accessionis desinit esse maius dignum.facit bonus text.in clemen. per literas.de præben.& Insti.de rerum diuisio.§ si tamen alienam purpuram intexuit.vbi dicitur,quòd si alienā purpuram intexuit vestimento suo licet purpura sit pretiosior vestimento suo,ratione tamen accessionis cedit vestimento.Illa ergo regula procedit,quando minus dignū & maius dignum veniunt æquè principaliter: vt si in vniuersitate scholarium sint 101 clerici,quot laici, vniuersitas censetur ecclesiastica, quia maius dignum &c. vt no. in cap.ex literis.de constitu. Et per prædicta soluitur contrariū quod potest fieri de iure patronatus, scilicet, cùm sit di-

sit dignius, transit cum vniuersitate temporali: vt legitur & notatur in c. ex literis. de iure patron. & vide de hoc domi. Abb. in c. extirpandæ. §. qui verò. in repetitio. de præben. in ij. col. Nihilominus ego limito tibi hoc dictũ singu. Ludo. Roma. non habere locum, quando in ciuitate sint statuta prohibẽtia mulieres portare ornamẽta: quia licet, vt dictum est, contineantur omnia ornamenta apposita vestibus, quando maritus legat vxori vestes suas. vt in l. 3. estes. & l. sequen. ff. de auro & argen. lega. tamẽ eo casu, quo sunt prohibita ex dispositione statuti, non possunt dici accessiones vestium, nec illis vestimentis accedere. istud probat in argu. l. nulli prorsus. C. nulli lice. in fræn. equest. lib. xj. hoc voluit ibi supremus doctor Bar. & ita Ludo. Roma. poterat limitare dictum suum: tene menti. & vide eundem Barto. in l. quamuis ff. de auro & argẽ. lega. vbi idem voluit. & distingue de materia, vt ibi per eum. & vide eundem Barto. in l. fina. in fi. aliàs penolti. in fi. C. de vesti. oloberis. li. xj. vbi de hoc, & in l. j. C. de legib. Sed quæri potest an valeat statutum? vide Io. Andr. in regula, ea quæ fiont. de reg. iur. lib. vj. in mercu. & dic vt ibi per eum. Item in casu isto, an saltem debeatur earũ æstimatio? vide Bal. in l. cùm te. C. de dona. ante nup. & in rubri. C. de condi. fur. Quid in fictis vestibus an videantur prohibitæ per statutum? vide Bar in l. j in §. hoc interdictum. ff. de fonte. & plenè per dominum meum do. Andr. Sicul. in proœmio clemen.

ADDITIO.

Adde Roma. singul. dcxxviij. & Cagnol. in l. cùm principalis. in prin. ff. de regu. ior. Gab. Sar.

165 *Lucrum.*

1 *Lucrum assumit sibi naturam illam, quam habet capitale.*

1 LVcrum † assumit sibi naturam illam, quam habet capitale ita not. Bart. per illum text in l. auri statuta. C. de frum. vrb. Constant. li. xi. quod dicit facere ad multa, & specialiter quòd si inter plures socios fuit cõtracta societas ad certum tempus, quòd sicut non debet minui capitale missum in societate, ita nec de lucro. tamẽ hoc dimittis sub dubio fortè.

166 *Locatio II.*

1 *Conducens rem in perpetuum, potest eam vendere, donare, & ad posteros transferre.*

1 COnducens † rem in perpetuum potest eam vendere, donare, & ad posteros transferre. item est text. iuncta gl. in verb. retrahenda. in l. prædia. C. de loca. prædi. ciui. lib. xi. hoc voluit ibi Barto. faciunt ea quæ notantur in c. j. de rebus eccle. non alie. & in c. ij. eo. titu. lib. vj. & in c. ad audientiam. eo. titu. in antiquis.

167 *Libellus II.*

1 *Libellus scriptus an videatur offerri. si quis vadit coram iudice, & dicit notario scribe quòd ego peto a Titio decem, & in eis ipsum mihi condemnari postulo?*

1 ALiquis † vadit coram iudice, & dicit notario actoris: scribe quòd ego peto x. a Titio, & ipsum mihi condẽnari in eis, an per hoc videatur libellum scriptum offerre, si notarius hoc scribat, & an videatur procedere ordine iudiciario? gloss. habe. in l. in sacris. iij. C. de proxi. sacrõ. scri. libr. xij super verb. depositione. ibi, & notarius. quòd non: imò potius dicitur extra ordinem hæc fieri. quam gloss. Barto. ibi dicit fortè notandam, quia posset tibi de facto contingere. Ego in ciuitate mea in contingentia facti, vidi hoc determinari prout dictum est. sed non vidi aliquem allegantem istam gloss. & cùm reperi, magno gaudio affectus sum.

168 *Libellus III.*

1 *Libellus in quo petitur res, & si fuerit contradictum, petitur pœna an valeat?*

2 *Nemo sine actione experitur, quomodo intelligatur?*

1 LIbellus, † in quo petitur aliqua res, & si fuerit contradictum, seu contrauentum, petitur pœna, quæ fuit apposita eo casu, quo quis contrauenirit, valet & tenet: & licet illud quod debetur sub cõditione, quæ extrinsecus, id est, extra iudicium venit purificandá, non possit peti ante conditionis euentum, vt in l. quemadmodum. quæ ita loquitur. ff. de iudic. tamen si id quod debetur nomine pœnæ sub conditione venit certificandum in ipso litis ingressu, tũc potest peti in libello sub cõditione. istud singu. probat text. iuncta gloss. in cap. Raynaldus. in vet. contra ipsum. ibi, quæ pendet extrinsecus. de testa. & de materia vide per Barto. in l. stipulationes non diuiduntur. ad finem. ff. de verborum obligatio. & per Specu. in titu. de solu. §. sequitur. versi. quid si libellus. & in titu. de libelli conceptio. § iam nunc. versic. sed nunquid taliter.
2 aliquid per Cyn. in l. j. C. de fideicom & licet † nemo sine actione experiatur. argu. l. si pupilli. §. videamus. ff. de nego. gest. l. quoties. §. si temporali ff. de administratio. tutor. tamen si speratur actio in contestatione litis, potest quis agere. l. Titius. ff. de verborum obligatio quem tex. allegat ibi Ioan. de Imol pro singulari. Sed pro certo casos est formalis secundum dominum meum in dicto capitu. Raynaldus. vbi debitum conditionale quod speratur purificari in contestatione litis, potest in libello deduci, & ad illud agi.

ADDITIO.

Idem refert & sequitur Didaeus Couarru. in ca. Raynaldus. §. j. nu. 9. extrà de testam. Gab. Sar.

169 *Libellus IIII.*

1 *Libelli inepta pars, an debet vitiare alteram partem aptam. idẽ in rescripto apostolico continente plures gratias.*

1 LIcet libellus sit † vnicus, tamen si potest comprehendere plures modos agendi, quorũ aliqui sunt inepti, pars inepta non habet vitiare modum aptum. singulare fuit dictum Hostien. in cap. ad dissoluendum de despon. impube. Idem est in rescripto apostolico continente plures gratias, vt surreptio in vna non vitiet reliquam. singu. & polcher tex. est in cap. si eo tempore. de rescript. libro vj. Et addo quod pulchrè voluit idem Hostien. in ca. per tuas. qui filij sint legi. vbi dixit, quod vbi plures causæ exprimuntur in sententia, quarum vna falsa. alia vera, virtute veræ sustinetur sententia. casus est peregrinus in dicto cap. per tuas. facit ad hoc cap. cum I. & A. de re iudi. nam in d. c. per tuas. episcopus fundauit se super decretali transmissæ. quæ loquitur in casu dissimili. item super probationibus, & tamen sustinetur sentẽtia vigore probationum, & ille text. notabiliter facit pro dicto Innoc. in c. in præsentia. de renunt. vbi dixit, quòd si duæ causæ exprimuntur in sententia, vna contra ius litigatoris, alia contra ius commune, sustinetur sentẽtia propter illam, quæ non est contra ius commune. refert & sequitur id dictum do. Anto. ibi, & do. Abb. in dicto c. per tuas. & ca. j. de re iudi. & Ioan. And. in cap. cum inter. eodem titu. & ratio reddi potest, vt res potius valeat, quã pereat. l. quoties. ff. de rebus dubiis. l. quoties. ff. de verborum obligatio. cap. Abbate sanè. de verborum significat. Item quia præsumitur pro iudice. dict. cap. in præsentia. cap. bonæ. de electio. text. melior de iure secundum Ioan. de Imol. in l. secunda. C. de offic. ciuilium iudicum. quem tex. dominus meus dixit pluries se viua voce audisse dominum suum Ioan. de Imol. ita allegantem l. Herennius. §. Caia. ff. de euictio. cum similibus.

170 *Legatarius.*

1 *Legatarius non debet capere legatum propria authoritate, sed de manu hæredis, nisi licentiam habeat a testatore.*

1 LEgatarius † non debet capere legatũ propria authoritate, sed debet petere ab hærede. text. est iuncta sua gloss. in verb. petendo. in cap. Raynaldus. de testament. l. eam quam. C. de fideicommiss. vnde si occupatur, vendicabitur ab eo per titulum quorum legatorum. l. j. in princi. Limita tamen, ª nisi testator dedisset licentiam legatario vt propria authoritate capiat sibi rem legatã, quia tunc impunè poterit capere. casus est sing. & melior qui reperiatur in corpore iuris, coniuncta sua gl. in l. Titia cũ testamento. §. j. ff. de legã. ij. hoc voluit ibi Bartol. & alij.

idem voluit Bal.in l.non dubium.C.de lega. refert & se-
quitur dominus meus domi.And.in repetitio.c.Raynal-
dus.de testa.quod dictum tene menti.

ADDITIO.

a Ibi.Limita tamen.idem tradit Roma.sing.lxxxviij. G.S.

DE LITERA M.

171 Minor I.

1 *Minoris contractus est nullus.si in eo authoritas. & decretum iu-
dicis interueniat sine causa cognitione:quod ex temporis bre-
uitate praesumitur.*

1 DEcretum † iudicis,seu eius authoritas si apponatur in
contractu minoris non conualidat illum contractũ,
imò est nullius roboris,si properè & sine causæ cognitio-
ne fuerit interpositum decretum,seu interposita autho-
ritas.l.magis puto.§.ne passim. & §.prætor.ff de rebus
eorum.Et ex tẽporis breuitate præsumitur,quòd illa au-
thoritas fuerit interposita causa non cognita.argumẽ.c.
cum ex literis.de in integrum restitu. istud fuit singulare
dictum do.Petr.de Ancha.consi cccxxij.incip. visis facti
narratione & copiis.refert & sequitur lucerna iuris do-
minus meus do.And. in repetitio.c ecclesia sanctæ Ma-
a riæ.de constitu & dicit sæpenumero[a] se allegasse istud in
consiliis in facti contingentia quod nota secũdum eum
pro iudicibus,qui ponunt se in baucho, & interponunt
authoritatem in contractibus minorum causa non co-
gnita,& aliter rem non examinant.nec de contractu co-
gnoscunt:quia talis authoritas nimis properè interposi-
ta,est nullius momenti: quod est vtile ad infringendum
multos contractus celebratos cũ minoribus. facit quod
voluit idem do.Pet de Ancha consi.ccxxij. & cõsi.clxx-
vj.& quod plenè dixit do.meus in d.c.ecclesia sanctæ Ma
riæ.in xxxviij.col.& de ista theorica,dum essem scholaris
Bononiæ,de iure publicè respondi ex improuiso,& lucra
tus sum diploidem serici.

ADDITIO.

a Ibi.Et dicit sæpenumero. Vide in simili Barto.in l.prolatam.
in fin nume.10.& ibi latè Alexan. in apostil.C. de senten. &
Lanfran.de Oria.in cap.quoniam contra.in fin. principij.nu
me.53.extrà de probatio. Gab.Sar.

172 Minor II.

1 *Iudicis authorantis præsentia non sufficit,nisi intelligat etiã quid
agatur.*

2 *Authoritas alicuius in actu requisita debet præstari per verba
expressa.*

3 *Assensus quando capiatur pro authoritate,& confirmatione?*

4 *Authoritas per quæ verba præstari debeat. Et an in ipso actu,vel
parum post debeat interuenire?*

5 *Tutor an debeat loqui,quando interponit authoritatem?*

1 SI ex † dispositione statuti iudex debet præstare præsen-
tiam,& esse in contractu minoris,seu alio actu,nõ suffi-
cit quod iudex,seu alius,cuius præsentia in illo actu re-
quiritur,quòd intersit, & sit præsens, nisi clare intelligat
illum actum.hoc voluit do.Cardi.in cap fina.de maior.
& obedien.vbi allegat Bal.in l.1.C.qui admit.qui ad hoc
alleg.gloss.singu.secundum eum,in l.tutor.ff.de bonorũ
posses.ritu.generali.quæ voluit,quod non sufficit præsen
tia corporis,sed requiritur præsentia animi.Et vide quod
voluit Gemin.in ca penulti. de re iudica.lib vj. quòd vbi
requiritur consensus alicuius aliquam potestatem habẽ
tis in actu,non sufficit sola præsentia illius altero geren-
te actum,sed oportet,quòd sit præsens,& mãdet. Ego ve-
rũ de hoc allego tibi id quod habetur in ca.in primis. in
versi.præsente.& gloss.supplet,& intelligẽte.ij.q.j.vide An
to.& Ioan.de Imol.in cap.auditis.de elect.& Io.de Imol.
in cap.auditis.de procura.& ibi do.meum,& do.meum
in cap.auditis.de in integrum restitu.tex.iuncta gloss.in
cap.testes.iiij.q.ix.facit quod voluit Barto. in l.j §.fi.ff.
de autho.tuto.& in l.j.in princi.ff.de verborum obligat.
vbi text.dicit,stipulatio conficitur vtroque loquẽte. Bar.
& alij supplent,& efficaciam sermonis intelligente. vide
do.Anto.do.Abb. & Ioan. de Imol.in proœ. Gregorij.§.
sanè.& Ioan. Andr.in cap.præsentium.de testib. libro vj.
& eundem Ioan.And.post Archid.in c.vt circa.de elect.
lib. vj.vide quod voluit Ioã.de Imol.in l.hæredes palam.
ff.de testa.& Domini.de S.Gemini.in d.c.vt circa. & do.
Abb.in cap.cum causam.de testib.facit l.diem profer-
re.§.coram.ff.de arbit.l.coram.ff de verbo. significa. &
quod not.in ca.eorum.xj.quæstio.iij.facit cap. perlectis.
2 xxv.distinctio. Quid si requiratur authoritas † alicuius in
aliquo actu? vide,quòd illa debet præstari per verba ex-
pressa,tex.meliorẽ de iure in l.j.ff.de tutel.vbi mutus non
potest esse tutor:quia non potest præstare authoritatem
verbis expressis.vide quod voluit Bald.in l.fina.§.necessi
3 tate. C.de bon.quæ libe. Item not. † quod assensus capi-
tur pro authoritate seu confirmatione,& vbicunque as-
sensus exigitur à superiore in actu pertinente ad subdi-
tos,tunc assumitur pro authoritate,quæ quidem autho-
ritas potest appellari assensus.ad hoc bonus text. iuncta
theorica doctorum,in cap.quoties.de pact.nam autho-
ritas propriè est assensus authorizabilis competẽs alicui
ratione publici officij.vt not.gloss.& Innocen. in cap.j.
de rebus eccle.non alienan.lib vj.& in cap.cum consue-
tudinis.de consuetu.istud voluit do.Abb. post Innoc. in
4 dicto c.quoties.Et per † quæ verba debeat præstari autho
ritas? Bal.in l fina.§.necessitate.prællegato,dicit, quod
debeat præstari per ista verba, authoritatem nostrã im-
partimur.& alleg.Innocen.in dicto cap.cum consuetu-
dinis & Archidia.xviij.q.ij.c.quidam. Sed do.Abb.in di-
cto c.quoties.dixit Innocen.hoc non dicere si benè pon
deretur,& dicit hoc non esse necesse,sed satis est,quòd ap
pareat de consensu suo præstito secundum subiectam ma
teriam.& mouetur per d.c.quoties. vbi ratihabitio po-
nitur pro confirmatione. & allegat etiam cap.in vendi-
tionibus.xvij.q.iiij & cap.placuit xij q.ij. & iudicio meo
fortè do.Abb.non rectè loquitur reprehendendo Bal.&
dicendo quòd Innocen.hoc non dixerit: quia Innoc.vi-
detur sentire id quod dixit Bal.dicit enim Inno. in dicto
cap.cum consuetudinis.quòd vbi requiritur authoritas,
tunc non sufficit eius consensus,qui authoritatem præ-
stare debet,sed sicut verbum sonat,authoritatẽ præstans,
& principalis debet esse in illa venditione.& sic sentit In-
nocen.quòd qui debet præstare authoritatem,non suffi-
cit eius consensus,sed debet esse præsens,& verbis expres
sis debet dicere,authoritatem præsto,seu impendo dom.
meus do.And.in dicto c.quoties.allegat casum pro Bal.
& contra do.Abb.in l.j.C.de vete.iure enucle.in versicu.
omnia nostra facimus,quibus authoritatem nostrã im-
partimur.& facit quod voluit Bart.in l.hodie.C.de præ-
di curia.lib x. vbi dixit,quòd illa lex facit, quòd cõgruè
ponantur hæc verba in decreto:dictus iudex dictam sen-
tentiam,seu dictum contractum confirmauit,& suam au
thoritatem interposuit.Conclude, quòd non refert quæ
sint verba confirmationis,siue per verbum cõfirmamus,
vt in c.apostolicæ.de præben.lib.vj.siue per verbum rati-
ficamus,vt in dicto c.quoties.seu per verba , authoritatẽ
nostram impartimur,dummodo appareat de consensu
expresso ipsius superioris. prout voluit do.Abb in dicto
cap.quoties. Adde Gemi.in c.j.de præben.lib vj.vbi di-
xit,quòd sola admissio præsentationis facta per superio-
rem,habet vim cõfirmationis absque eo, quòd aliter ex-
primatur verbum confirmo,de quo extra de insti c.fina.
Et an in ipso actu,vel parum ex postfacto debeat interue
nire authoritas? vide Bal. in dicta l. fina.§. necessitate. &
in dicta l.j.C qui admit.& in dicto c.cum cõsuetudinis.
& quod voluit Bartol.in l.si quis mihi bona.§.qui iussu.
ff.de acquiren. hæredi.& in l. .aliàs fin.C ad Macedo. &
concludit Bal.in dictis locis,quod siue in actu ipso,siue parum
ex postfacto interponatur,valet.do. meus in dicto cap.
quoties.dicit esse casum contrà Bal.in l.ij.C.de ser.reipu
bli.manu.vbi authoritas fuit interposita ex interuallo,
& valuit.Ipse respondet distinguendo,quòd aut authori-
tas requiritur ad esse rei,aut ad executionem.primo casu
procedit dictum Bal secundo casu authoritas potest in-
teruenire ex interuallo . & ita procedat d.l.ij.& dicit se
credere quòd Bal ita respondeat ad d l.ij.Tu primò pon-
dera dictum Bal.inquantum dicit,siue in ipso actu, siue
parum

parum ex postfacto,quia ratio esse potest quia quæ incō-
tinenti fiunt , videntur inesse.l.lecta est in auditorio.ff. si
certum peta.l.iurisgentium.§.quinimo.ff. de pact.c.offi
cij.de elect.& adduco do.Abb.infi.in ca.cura.de iure pa-
trona.vbi post alios colligit ex illo text.quod vbi in actu
requiritur alicuius assensus. [illegible] sicut vt interueniat ex post
facto. Dicit etiam, quòd a[illegible]ensus potest interuenire etiā
post a[illegible]tum nullum.quod videtur contra not.per Innoc.
in dicto c.cùm consuetudinis. Sed ad hoc vltimum dici
potest,quòd a[illegible]tus valebit vt ex nunc,non vt ex tunc. fa-
cit quod not.gloss.in regula,ratum.& in regula,rati.& in
regula,non firmatur de regu.iur.lib.vj.Adde do.Abb.in
c.cùm vos.de his quæ fiunt à præla.sine consen.capi & vi-
de quod leg.& not.in c.suggestum.de iu[illegible]e patrona.& vi-
de de ista authoritate quod voluit Bald in l mandatum.
C.manda & in tra[illegible]la.de duobus fratri.& quod not. Lu-
do.Roma.in l.ii.& in l.quę dotis.ff.soluto matrimo. Item
vltra alios adde,quòd licet in eo casu quo authoritas de-
beat interuenire, requiratur expreßio , & debeat expri-
mi,per d.l.j.ff.de tute.& text.iuncta gloss.in l.etiam.ff.de
autho.tuto.dic hoc esse verum,nisi is qui authoritaté præ
stare debet,primò consulat illum actum fiendum : quia
tunc sufficit præsentia.ita dixit Lud.Roma.in d.l.quæ do
tis.& allegat celebrem tex in cap.dilecti circa fi.n.de ar-
bit.vbi arbitrium factum à personis ecclesiasticis in lai-
cum non tenet sine authoritate episcopi : & tamen si fuit
factum de consilio suo,& eo præsente,licet non interpo-
nat authoritatem, valet.& vide quod voluit ibi Canoni-
starum prudentia.& illum tex.reputo ad hoc vnicum &
singu.secundum vnam lectu.licet aliter concludat ibi do
mi.Abb.& gloss.& Barto.in d.l etiam.& in l quæ dotis.ff.
soluto matrimo.& adducit etiam quod voluit Bal.in lo
co extraneo,in l.si patruus.C.communia vtriusque iudi.
5 vbi dixit,quòd licet † tutor debeat loqui quando interpo
nit authoritatem, vt in d.l.j.dicit hoc esse verum in his,
quæ procedunt per actum verbi : secus in his quæ proce-
dunt per actum facti:quia non est opus sermone tutoris.
vt in l.fistulas.§.fundum.ff.de contrahen.empt. & sic con
tra d.l.j.ff.de tute.Oppo.de l.si pater.ff.de adop vbi est ca
6 sus.quia pater interponit authoritatem filio nutu , & sic
authoritas potest exprimi nutu,& non solum verbis ex-
preßis. Dic quòd illud est speciale in casu illo, nec pro-
priè dicitur authoritas,secundum doc.ibi.

173 *Metus.*

1 *Timor grauaminis an id operetur,quod ipsum grauamen?*

1 AN idem operetur † timor grauaminis[a] quod ipsum
a grauamen.tex.est quem ponderauit ad hoc do.meus
in cap.j.in verbo,timentes grauari.de dilatio.& dicit ibi
casum pro eo,quod voluit & consuluit Petr. de Anchar.
consi.lxxvij.vbi dicit,quòd euntes passagium possent
consequi remissionem mercedis, non solùm si superue-
nit guerra sed etiam si est timor guerræ, per quem timo-
rem homines non transeunt,vt solebant.&a adducit illud
Senecæ in tragediis,peior est bello timor ipse belli. ideo
dicimus quòd terror armorum operatur eundem effe-
ctum.quem operantur ipsa arma.l.j.§.idem Labeo.ff. de
vi & vi arma. Item subdit,quòd appellatur a grauamine
comminato.l.si quis prouocatione.C.de appel glo.con-
iuncto text.in cap.ad nostram.de appella.& in cap.cum
cessante.eodem titu.& adducit tex.meliorem de iure, in
l.nouißimè.§.si quis compulsus.ff.quod falso tutore au-
thore. Vnde idem operatur terror tormenti,quod ipsum
tormentum.vnde si ductus ad locum tormentorum con
fitetur crimen,habetur perinde,ac si fuisset confessus in
tormentis.& adducit tex.sing.secundum omnes,in l.cùm
pater.C.de cessio. bono. vbi ob timorem futuri graua-
minis quis potest habere recursum ad iudicem. facit l.
quemadmodum.C.de inofficio.testamen. vbi præpara-
b tio habetur pro re præparata.[b] & ibi singul. dixit Angel.
aliquis habet ensem in manu,& minatur se percussurum
me,quòd ego possum eum præuenire, & eum offendere.
quod est singu.notandum. Et procedunt ista, quando in-
sta causa timendi futurum grauamen appatet, vt est ca-
sus singu & peregrinus secundum do meum, in dicto c.j.
vbi reus fuit grauatus à prima citatione nimis breui &
peremptoria:& timuit verisimiliter grauari in futurum.
Ego adduco id,quod voluit Bal.in cap.j.§.si quis iniuria.
de pace iuramen.firman. in vsib.feu.vbi dicit. quòd si do
minus vel princeps pręcipiat alicui,quòd occidat alium,
aliàs occideret ipsum mandatarium,quòd occidens ex-
cusatur.alleg.l.sciētiam.§.qui cum aliter.ff ad le.Aquil.
& dicit hoc voluisse Petr.& alleg.Cy in dicta l.scientiam.
§.qui cum aliter.& alleg.gloss.in l.penultima.ff.si famil.
fur.fecis.dic.Et adde ad Bal.quod voluit Cy.in l.j.C.vnde
vi.post Pet.ibi,& quod voluit Bar.in l.ij ff.de noxa.& be-
ne facit ille text. & quod voluit do. Abb. in cap. sacris.
quod metus causa. nam sicut excusatur quis occidendo
alium causa defensionis,vt in clement.si furiosus. de ho-
mici.ita debet excusari iste,qui vt non periret, alium in-
terfecit.Et hoc intellige procedere de iure ciuili.Quid iu
ris de iure canonico seu diuino?dic quòd non excusatur,
per d.ca.sacris & per cap.ita ne xxxij q.v. vide omnino
doct. in dicto cap.sacris.Et sic ex hoc infero, quòd idem
operatur mortis metus,sicut mors ipsa. & licet commu-
niter teneatur, quòd de iure ciuili in hoc vltimo casu quis
excusetur:pondera tamen,quia dura mihi videtur com-
munis decisio,tamen sequenda est,quia communis. Ad-
de Gemin. in cap.j.de re iudica.lib. vj.in primo responso.
vbi dixit,quòd idem operatur præmium quò ad pœnam
imponendam,& expectatio præmij.& vide Abb. in cap.
personas.de appellatio.vbi potest appellari à grauami-
ne comminato,vel præparato. Adde But.& Imol. in ca.
cum olim.de re iudica.quòd appellatur à grauamine fu-
turo præparato,seu de quo verisimiliter timetur,expres-
sa causa grauaminis.de quo in cap.bonæ.de appellatio.
vide gloss.in cap.si quis autem.in versicu.timore.& ibi di
xi,j.quæstio.vj.

ADDITIONES.

a Grauaminis. An idē operetur metus grauaminis,quod ipsum
grauamen,tradit latè Hippol.de Marsil.in pract.crimi.in §.
ex prædicta col.j.nume.2.& sequen.& nume.19.& in §.aggre
dior.nu.49.& in consil lij.nu 8.& in l.quæstionis habendæ.
nume.1.ff.de quæstio.& consi.xxxj.nume.55.& Ioan. de Ar
no problema.lxxxvij.

b Vbi præparatio habetur pro re præparata. Vide Thomam
Gramma.consi.crimi.lvj.nume.13.& Hippoly. de Marsil. in
l.j.in princi nume.37.& 40.ff.ad legem Cornel.de sicar.& in
l.qui falsam.in princi.nume.5.ff.de falsis.& in l.j.in prin.nu-
me.25.ver.& vide Barba.ff.de quæstio.& in l.is qui cum telo.
nu.19.C.ad leg.Cornel.de sicar.& in l.is qui aggressorem.nu
me.14.C.eodem titu.& plenè per Ludo.Caret.in practic. cri
min.in §.circa.iij.nume.91.& aliquid per Hierony.Cagno.in
l.velle non creditur.nume.15.ff.de regul.iur. & in l.in omni-
bus causis.nume.6.ff.eodem titu.& plenè nouißimè per Io-
an.Baptist Plotum,in repetitio l.si quando.in §.j.num.4.C.
vnde vi.& Petr.Duenas in regul.cxcij.incip.defensio cuili-
bet permissa est.in quarta ampliatione.versicu.secundò intel
lige.& aliquid per Per.à Plaza Hispanum lib.j.c.xxviij.epito-
mes delictorum.nu.20.& 26. Gab.Sar.

174 *Mandatum I.*

1 *Mandatum speciale requiritur in impetranda dispēsatione pro
aliquo.*

1 IN impetranda † dispensatione pro aliquo, requiritur
speciale mandatum.iste est text.quem ad hoc reputo
vnicum,& in iure canonico solitarium,in c.innotuit.de
elect.hoc voluit ibi do.Abb.post alios.& hoc voluit Ho
stiē. quem refert & sequitur do.Abb.in c.sciscitata. de in
integrum restitut. & allegat d.c. innotuit. hoc colligunt
scribentes in l.illud.§.si talis.ff.de mino.prout refert ibi
Bald.vide dominum meum in dicto capit.sciscitata.vbi
refert Bald.in dicta l.illud.& dicit quod Bald.non allega-
uit d.c.innotuit.

175 *Mandatum II.*

1 *Mandati reuocatio probatur per vnum testem cum iuramento.*
2 *Probatio legitima quæ dicatur.*

1 REuocatio † mādari potest probari per vnum testem,
cum delatione proprij iuramenti.istud dixit Io. An

drae.post Hostien.in cap.cùm pro causa. de procurator. & hoc probat per aliqua motiua, de quibus ibi per eum. dominus meus domi. Andr vulgò Barbatia in dicto capi.cùm pro causa.& latiùs in cap.at si clerici.in gloss. super ver.legitima.de iudic.dicit, quòd dictum Ioan.And. post Hostien.potest reprobari.nam text.in dicto c.cùm pro causa.vult quòd mandatum probetur legitimè:& iuramentum non dicitur legitima probatio, vt est gl. quae communiter allegatur pro singul in l.cùm de indebito. in ver.legitimis.ff de probatio.& illam gloss. magnifecit Ludo.Roma.in repetitione rubri.de arbi.& domi. meus allegat gloss.in cap.at si clerici. de iudic.quae dicit, quòd
2 legitima †probatio est illa, quae fit per testes omni exceptione maiores. Tamen do. meus ibi resìdet cum Ioan. Andr.per motiua & rationes, prout ibi per eum. & vide gloss.in cap. ad abolendam.in verbo, deprehensi.de haereti quae dicit, quòd legitima probatio dicitur, quae fit per testes, aliàs per propriam confessionem. Tamen iudicio meo contra Ioan.Andr.& Hostien. ego allego tibi text. destruentem eorum theoricam, in cap.tuae.de cleri.peregri.vbi habetur, quòd ordinario illorum, qui sunt ignoti, debet probari legitimè.& tex.ibi exponit, siue per literas, siue per testes.& illum tex.ad hoc reputo sing.& vnicum, non ponderatum ab aliquo ad hoc propositum. & dico quòd ille tex.probat sing. theoricam gl.d.l.cùm de indebito.tamen in practica sequenda est theorica Io.Andrae.post Host.& sequacium, propter eorum authoritatē: tamen in stricta disputatione habeas menti illum text. Conclude ergo, quòd in hoc debet attendi materia subiecta.arg.l.si vno.ff.loca.& potest respōderi quòd ille tex. c.tuae.procedit in casu suo.

176 *Mendicantes.*

1 *Mendicantibus fratribus bona immobilia possunt legari, cū hoc, vt illa vendant.*

2 *Alienatio rei immobilis in forensem, si à statuto prohibeatur, an forensis illam habere possit, vt vendat, & pretium habeat?*

1 LIcet fratres †praedicatores sint mendicantes, tamen eis legari possunt bona immobilia, cum hoc, vt illa vendant, quia viuere volunt.singu.est gloss.in c.j.de religio.domi.lib.vj.quem reputauit singu.Bal.in l.cum quaestio.C.de legat. refert & sequitur do. And. Siculus, in solemni repetitio.rubricae, de rebus eccle.non alienan.in ix. col.in princi.facit quod voluit idem Bald. in authenti.si qua mulier.C.de sacrosan.eccle.& canonistae in c.in prae-
2 sentia.de probatio.Et hoc not.pro statutis †prohibentibus rem non posse alienari in forensem, quia secundum do.meum in praeallegata rubri.non habent locum statuta, si res immobilis daretur forensi hac causa, vt illā venderet, & caperet sibi pretium: quia eo casu poterit secundum eum, per id quod voluit Bal.in dicta l.cùm quaestio. Et licet haec sit pulchra limitatio, & pro facultate, & pro viribus defenderem hanc limitationem, tamen posset opponi quòd fieret de facili fraus statuto, quod esse non debet: per ea quae habētur in l.non dubiū.C.de leg. & quod legitur & notatur per Dyn.in cap.fina. de regu.iur. libro vj.& quod not.gloss.in c.plerique.xiiij.q.iij.quibus fraudibus non est indulgendum.l.in fundo.ff.de rei vendica. c.quanto.de diuor.cum simi.Ponderādum tamen relinquo sociis meis: quia cum opinionibus do.mei & viuere, & mori intēdo. Sed potest dici, quòd talis alienatio non videtur prohibita in forensem, ex quo statim debet vendere personae non prohibitae, & per consequēs non est remansura penes eum.facit in arg.l.si verò pro parte.§.versum.ff.de in rem verso.vbi non dicitur versum, nisi duret. & facit l.fina.C.de bonis quae libe.vbi patri non debetur vsusfructus earum rerum, quas filius incontinenti est restituturus.& vide Ludo.Roma.in singu.ccxciiij.vbi tenet, quòd valet, & dicit quòd Bald. hoc mouet, sed non recordatur vbi.sed dic, quòd hoc voluit Bal. in d.l.cum quaestio.& ratio est secundum eum, quia si non durat alienatum, ergo non dicitur alienatio.in cap.j. quid iuris si vasal.post alie.feud.in d.l.si pro parte.§.versum.Ego vltra alios adduco in simili quod vult domi. Abb. in c.recolentes.de statu monach.vbi infert ex verbis, quae ibi leguntur, & not.quòd si legatur alicui collegio res, quam ipsi de collegio tenere non possunt, nō vitiatur legatum, sed possunt illam capere vt commutent cum alia re, vel illam vendant.quod not.

ADDITIO.

Vide Roma.sing.ccxciij.& ibi in additio. Gab.Sar.

177 *Mandatum* III.

1 *Literae ad beneficia sine mandato impetrari possunt. Secus in literis ad lites.*

1 QVis †potest impetrare literas ad beneficia sine mandato.duae gl.sunt vnicae & in iure solitariae. vnam habes in c.ad aures de rescript. & aliam in c.nonnulli. eo.titu.Secus in literis impetratis ad lites, vt in d.c.nonnulli.& in c.ex parte decani.eo.titu.

178 *Matrimonium* I.

1 *Matrimonium contractum cum vna, non obstantibus sponsalijs contractis cum alia, ac muneribus, osculis, & amplexibus cū sponsa habitis, valet.*

1 MAtrimonium †contractum cum vna, non obstantibus sponsalibus contractis cum alia, & non obstante receptione munerum, osculis, & amplexibus celebratis cum sponsa, tenet & valet.tex.habes quem domi. Abb.nescit alibi ita bonum in c.a.j.de matri. contracto contra interdi. eccl.nam receptio munerum, amplexus, & oscula non faciunt transire sponsalia in matrimoniū, & nimirum cùm attētatus copulae non sufficiat, sed oportet quòd plenè cognoscatur, vt in c.adolescens. iūncto c. is qui.de spon.quod sing.not.

ADDITIO.

Adde Ioan.de Arno.problem.xvj. Gab.Sar.

179 *Molestia.*

1 *Molestiam non inferre si quis promittat, an intelligatur de molestia facti, an iuris? Et quid si dictum sit, quòd non inferatur aliqua molestia?*

QVis in contractu, seu in aliqua scriptura promittit
1 non inferre molestiā, †nec vim alicui: quaero de qua molestia intelligatur, an de molestia iuris, an de molestia facti? Dic quod de molestia facti.gloss.habes singu. in l.si seruum.§.praetor.ff.de acquiren.haeredi.de qua fecit festum Bal.in l.j.C.de his quae poen.nomi.vbi dixit, testator priuauit haeredem si molestauerit vxorem in legato, quod intelligitur si molestauerit de facto: secus autem si molestauerit de iure: vt ibi per eum.& allegat gl.d.l.si seruum. §.praetor.& adduco quod voluit idem Bal.in l.j.C.de vsufruct.vbi dixit, testator priuauit haeredem, si molestauerit vxorem in vsufructu, quod nihilominus poterit haeres petere cautionem ab ea de vtendo & fruendo vsufructu arbitrio boni viri: quia intelligitur de molestia facti, & non iuris.& facit quod voluit Ioan.de Imol.in l.paterfamiliàs.ff.de haeredi.insti.testator (inquit) grauauit haeredem de restituendo fideicommisso, & de non molestando illū: quòd nihilominus poterit exigere quartam Trebellianicam: quia propter hoc non dicitur eum molestare. refert & sequitur haec dicta domi. Andr.in repetitio.cap. Raynaldus. de testamē.in Ioannina.in lxiij.char.vbi adducit etiam gloss.secundum eum singularem in c.pro illorum.de praebend.quae dicit, quòd si in literis papalibus dicatur, amoto quolibet contradictore, intelligitur de contradictore de facto, non autem de iure.& illa gl. communiter allegatur pro singu.facit quod not.in c.ij.de restitutio.spolia.& in cap.audita.eodem titu.vbi do.Abb. dicit, not.singulariter ex isto text.quòd haec verba, reuocetis in irritum quicquid innouatum fuerit in tali causa à tali tēpore &c.non debent referri ad legitimè ac iuridicè agitatum, sed ad mutata per violentiam, & praesumptionem, sic restringuntur illa verba ad mutationem illegitimè factā.& vide quod voluit ibi do.Ant.& vide Per. de Anch.si bene recordor, consi.xiij. Limita praedicta habere locum, nisi ex mente legis veniret vtraque molestia, scilicet iuris & facti. vt in l.vnica.C.de nundinis. in verbo, aliquam molestiam.facit quod voluit ibi Bald. & ita

consuluit

consulum in facto contingentia dominus meus do. And. in ciuitate Ferrariæ. Et ex hoc not. quòd si lege seu statuto caueatur, quòd venientibus ad nundinas non possit inferri aliqua molestia, quod intelligetur de vtraque molestia, scilicet facti & iuris, per illum tex. & hoc menti commenda. Adde not. in l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad Treb. & in l. amplius non peti. ff. rem ratam haberi. & Are. in c. intimauit. de testib. vide Io. de Imo. in d. ea. pro illorum. in v. colum. vbi allegat tex. in l. penulti ff. de his quibus vt indignis.

ADDITIO.

Adde quæ in proposito notat Rebuf. in tracta. nominationum, quæst. vltima nume. j. versi. Idem si hæres priuetur hæreditate. Gab. Sar.

180 *Munitio.*

1 *Viarum & aggerum munitio, seu purgatio, quorum impensis fieri debeat?*

1 MVnitio† aggerum & viarum debet fieri facta expensa pro quantitate patrimonii possessorum. text. est peregrinus in l. per Bithyniam. C. de immuni. nemi. concedenda, lib. x. quem tex. Bar. ibi dicit esse notandum quia quotidie occurrit in facto. Et de purgatione viarum ad quem spectet, vide do. Alex. de Imol. in d. l. per Bithyniã. in additionibus.

181 *Melioratio.*

1 *Meliorans rem emptam, sed alij obligatam, si euincatur, liberatur præstando primam æstimationem.*

1 SI aliquis† emat aliquam domum, vel aliquam rem alteri obligatam, & eam meliorauerit suis sumptibus, quod si ab eo euincatur per hypothecariam, quod liberetur præstando primam æstimationem. ille est casus mirabilis secundum Bar. ibi, in l. in his quæ. C. de prædiis & omnibus rebus nauicul ariorum, lib. xj. Et an hoc indistinctè procedat, vide ibi Bar. & notatur in l. fundus. §. ij. ff. de pigno. & no. ibi tex. ad aliud, scilicet, ad probandum hominem magnanimum, quod præsumitur quis magnanimus ex magnitudine ædificiorum. quod not.

ADDITIO.

Plenè tradit Carol. Mol. in prima parte commen. in consuetud. Parisien. in glo. v. §. j. nume. 80. vers. tertiò vt plenius habeas. Gabriel Sarayna.

182 *Mercator.*

1 *Mercator allegans se aliquod damnũ sustinuisse, debet de hoc infra annum fidem facere, alias an postea audiatur?*

1 QVi dant† suam pecuniam mercatoribus ad partem lucri & dãni, si mercatores dicant se sustinuisse damnum furti, vel rapinæ, incendiorum, vel similium, quod mercator debet de hoc facere fidem infra annum, alias non audiretur: cui congruit, quia mercator debet reddere rationem omni anno. iste est bonus tex. in argumento mirabile secundum Bart. ibi in dicta l. si quis. C. de naufragiis. & vide eundem in l. neminem. C. de susceptio. & Arcar. lib. x. vbi notat ex illo text. in ver. ex integro. pro illis qui dant pecuniam mercatoribus ad dimidiam partem lucri & damni, secundum l. j. C. pro soc. quòd solum in fi-
2 ne anni† possunt petere rationem à mercatoribus, & nõ ante. & dicit in dicta l. si quis. quòd licet hoc in argumẽ. sufficiat, tamen hoc non confirmat, quòd illa allegatio casus sit per mercatorem ad sui defensionem. nam defensiones sunt perpetuæ regulariter: vt in l. purè. in fin. ff. de doli exceptio. & l. licet. C. de exceptio. & sic poterit probare vsque ad sententiam. & dicit, quòd est specialein fisco. Ideo secundum eum in oleuit consuetudo in aliquibus partibus, quòd apponitur pactum, quòd mercator debeat probare casum infra certum tempus. quod nor. perpetuò. Sed Angel. de Vbaldis in additionibus suis in dicta l. si quis. dicit hoc non esse verum. nam secundum hoc sequeretur quòd actio de naufragio esset perpetua, & exceptio temporalis, quod est falsum secundum eum, & contra regulam, quia omnes exceptiones sunt perpetuæ etiam si actiones sint annales, d. l. purè. nam si hoc tantum peteretur, ex hac petitione nulla posset fieri criminis punitio. & tamen text. dictæ l. si quis. dicit contrarium ibi, competens dispositio procedat &c. & iudicio meo rectè loquitur, & placet mihi opinio sua. vide eum omnino.

ADDITIONES.

Idem traditur decisio. Tholosa. ccccxlvij. & ibi Aufre. in additio. & per Roma. singula. cxxj. & ibi in additionib. Gabriel Sarayna.

* In fine anni. Contrarium, quòd quandocunque possit peti, tenuit Bald. in rubri. C. pro soc. nu 5. Roma. consi. clxvij. in vj. dub. Iaf. in l. vnic. C. de errut. calcul. in prin. & in l. nummis. in fi. ff. de iuli. iurand.

183 *Mors.*

1 *Mortis probatio fit, si probetur, quòd inter liberos & consanguineos vel socios quis habebatur pro mortuo.*
2 *Coniunctus an præsumatur scire facta coniuncti?*
3 *Fama inter eos cum quibus quis conuersatur, sufficit.*
4 *Mors animalis quomodo probetur?*
5 *Consumptio rerum quæ vsu consumuntur, qualiter probetur.*

1 SI quæratur† de morte alicuius, sufficiens probatio est, quod inter liberos & coniunctos habeatur pro mortuo quia verisimilius est, quòd sciant ipsi, quàm extranei. argu. l. quoties. C. de naufrag. lib. xj. vbi in illis rebus, quæ geruntur intra nauem, seu domũ admittuntur testes domestici, vt ibi. facit l. consensu. §. super plagiis. C. de repudiis. & de testi. cap. veniens. ij. in fi. de probatio. ca. tertio loco. & vide Bal. in l. si quando. C. vnde vi. & Alber. in d. l. consensu. & in l. fi. §. licentia in seruorum. C. de iure deliberan. & hoc est, quia lex est contenta ea probatione quæ haberi potest. argumen. l. si vicinis. C. de nup. & Bartol. in l. si quis ex argentariis §. penul. ff. de eden. quod est optimum pro limitatione l. etiam. C. de testi. Et si pergos qui interfuerunt probari non possunt, recurratur ad coniecturas, & ad liberos eorum, qui in domo remãserunt, qui verisimiliter debent scire de morte patris. item si inter socios seu commilitones pro mortuo habetur, vt in authen. hodie. C. de repudiis. & quod ibi no. idem voluit & tenuit Ange. in l. de tutela. C. de in integr. resti. mino. per illum tex. & benefacit l. si filium. ff. de liber. causa. Sed in contrarium est tex. in l. quoniam sororem. C. de iure delib. sed responde vt ibi not. Vnde hoc pendet ab eo, quo
2 quæritur, an† coniunctus præsumatur scire facta coniunctorum, de quo per Bar. in l. is potest. ff. de acquit. hære. & per Bal. in l. de tutela & in d. l. quoniam sororem. & ibi per Azer. Et quò ad propositum nostrum facit quod pulchre voluit Salic. in l ea quidem. C. de accusa. in xv. chart. vbi dixit, quòd fama non debet habere ortum à malonis vel maledicis, id est, qui malè dicere consueti sunt, sed à prouidis & honestis personis. vt in c. qualiter. ij. de accu. & probatur in auth. hodie. C. de repud quod credit verum Salic. nisi qualitas personæ & factum de quo quæri-
3 tur, aliud exigat vel inducat. vnde si quis vellet† repetere pecuniam quam sibi deplorata persona debet, vt quidã barataris publicus, contra quem ex forma statuti non daretur actio, nisi cum taxillis falsis vicerit, & velit repetens probare per famam, quòd ille sibi vicerit cum taxillis falsis, vel falsificatis, credit eum posse probare per famam, quæ originem traxit ab alio baratario: & sic non à prouida & honesta persona, cùm tales baratarij de his notitiã habeant, & inuicẽ conuersentur, & se cognoscũt, & sufficit fama inter eos inter quosquis conuersatur, vt ibi per eũ. pro hoc etiã facit, quia aliàs vix probari possit, cùm honestæ personæ in talibus locis non cõuersentur, nec in talibus se intromittant: & ideo testimonium scire debentium non est reprobandum, vt in dicta l. de submersis. C. de naufragiis. libr. xj quod nota pro limitatione d. c. qualiter. & c. cum dilecti. de purga. canonl. cum si. vbi dicitur, quod fama debet habere originem à bonis & grauibus. Vide nota. in capit. tertio loco. de pro ba. & in capi. veniens. ij. de testi. & in l. consensu. C. de repud. & glo. & ibi doct. in cap. pen. de re iud. lib. vj. in glo.

penul.tex.& ibi doctores in c.fi.de testi.cogen.& in cap. cum dilecti.de electio.ac in nauibus, quæ postea peremptæ sunt, de quo vide per Cy.& Salic.in l.si creditor.C.de pigno.actio.& vide Bar.in l.si quis ex argentariis.§.pen.& ibi per Modernos.ff.de eden.ista dum dicta notat Bar. per illum text.in d.l.quoties.C.de naufragiis,lib.xj.quæ dicta, vt notabilia liga digito. Et qualiter probabitur mors hominis, vide Alex.consi.cxxj.incip. visa processu, &c.in iiij.volu.consi.& Barto.in l.quod ad præsens.C.de murilegulis.lib xj.& vide notata in l.si quidem.C.soluto matri.& Barto.in l.ij.§.si dubitetur.ff.quemadmo.testa. aperiantur.& vide notata in capit.quoniam frequenter. in §.finantem.vt lit.non contesta.& in capi.in præsentia. de spon.& vide Ang.de Vbaldis in dicta l.quoties.in additio.vbi dicit, q d l.quoties. facit optimè, quòd mors alicuius posit probari non solùm per testes, qui interfuerunt scripturæ, prout dicit dicta l.si quidem, sed etiam per consanguineos mortui, qui dicant & asserant quòd illum habeant pro mortuo, per illum textum.& hoc dicit verum vbi non agitur de maximo præiudicio.sed vbi ageretur de maximo præiudicio, verbi gratia, quia aliquis accusatus de homicidio Titii, itaquòd per probationem accusatus decapitaretur, tunc requiritur probatio explicata: quia de maximo præiudicio agitur.l.sciàt. C.de proba. Vbi verò ageretur de magno præiudicio, & probationes non requiruntur ita dilucidæ, vt in authen. quamuis.C.de repu.& in corpore vnde sumitur, procedat dicta l.quoties. quandoque verò agitur de modico præiudicio, verbi gratia, quia agitur quòd tabulæ testamenti aperiantur, ita quòd minimum præiudicium est, ideo leuissimæ probationes requirũtur, quia potest probari per famam.vt in dicta l.ij ff. quemadmodum testa. aperi & ita distinxit dominus Machagnanus de Azonidis in l.cùm quidam.§ quod dicitur.ff.de acqui hæredi. refert & sequitur Angel.de Vbaldis in addi.suis ad d.l. quoties.& vide Barto.in dicta l.quod ad præsens. Et qua-
4 liter probetur † mors alicuius animalis, vide Bart.de hoc in tracta.suo de teste.ver.circa carmen.in fi.adde Bal.in l.nouita.§.species.ff.de legat.ij vbi videtur dicere quòd per ostensionem corii mors animalium probari posit. & vide Bartol.& doctn. in l.si quis ex argentariis.ff.de
5 eden.in §.prohiber. Et qualiter † probetur consumptio rerum quæ vsu consumuntur, vide Barto.in dicta l quod ad præsens.& dic quòd ad probationem supellectilium & rerum minutarum, sufficit etiam talis qualis probatio arbitrio boni viri, & per coniecturas nn.Bald.in d.l.iiij. C.de peti.hære.& gloss.& doct.in l.fin.§ in computatione.C.de iure deli.facit l.si quis pro redemptione captiuorum.C.de dona.

ADDITIO.

De mortis probatione vide plenè Lanfr.de Oria.in c.quoniam contra.in ver. testium depositiones.in ti.nu.101.versi.quarto vltra prædicta.de probatio. Gab.Sar.

184 Medicus.

1 *Medici denuntiatio, quòd sit remansura cicatrix, vel quid simile, nihil operatur, nisi præcedat diligens inquisitio.*

1 DEnuntiatio † facta per medicum, qui dicat aliquem esse infirmum, vel ex vulnere remansuram cicatricẽ, nunquam aliquid operari debet, nisi præcedat diligens inquisitio.& ideo semper sit cautus assessor, quod in actis faciat registrari, quomodo iudex diligenter examinauit, vtrum ex vulnere esset remansura cicatrix, & ipse medicus diligenter examinans hoc retulit: alias non valeret.ita singulariter probatur secundum Barto.ibi, in l. semel.C.de re mili.lib.xij.quod no.pro his quæ no.in ca. significasti.de homici.& in c.propofuisti.de proba.& pro his quæ ibi plenè scripsit do.meus do.And.& vide Bar.in prima consti ff. Quod intelligitur verum, quãdo factum merum pendet à potestate iudicis: secus si à potestate partium, quia partes eligunt, si concordant.not.Ioã.And.in ad.li.Specu.in titu.de homi.ver.sed pone.& idem domi, Abb.in d.c.propofuisti.adde quod Ang.tenet hoc idem quod Barto.de qua materia per Spe.in tit.de probat.§.j. versi.hi quoque.in prima parte.& gloss.in c.fraternitatis, de frigi.& malefi.& doc.in d.c.propofuisti & per Moder. in d.c.significasti.ij.

185 Manumissio.

1 *Manumissio quando dicatur facta sub modo?*

1 MAnumissio † facta sub istis verbis, manumitto te sub hac conditione, vt des Titio x.intelligitur facta sub modo.tex.est sing.secundum Nic.de Neap.ibi in l.Mæuia.ff.de manumis.test.refert & sequitur domi.meus do. And.in repeti.c.Raynaldus.de testa.in Ioannina in xvj. char.& hoc fauore libertatis: vt habetur & notatur in d. l.Mæuia. Et quem effectum operetur modus, & quẽ effectum conditio, vide no.in c.verum.de condi.appo.& no. in d.c.Raynaldus.in prima glo.

ADDITIO.

Adde Anto.de But.consi.xlviij.Pau.de Cast.consil.v.col.j.libr.j. Areti.consi.cxlix.col.j.Feli.in c.cùm Ioannes.col.j.de fide instru.Ias.& Deci.in l.debitori.C.de pact.Ias.in l.ij.col.iiij.ff. de leg.j. Gab.Sar.

186 Matrimonium II.

1 *Copula coniugalis inhibitio hodie est restricta vsque ad quartum gradum inclusiuè.*
2 *Consuetudo, seu statutum, quoties concurrit cum iure cõmuni, sublato iure communi, non videtur sublatum statutum.*
3 *Scandali ratione multa prohibentur, quæ aliàs permitterentur.*

1 LIcet inhibitio † copulæ coniugalis hodie sit restricta ad quartum gradum inclusiuè, vt in c. non debet.de consan.& affi.& in c.fi.de clandesti.despon. cum si. tamẽ si in aliquo loco esset hodie consuetudo, vt in quinto gradu non posit contrahi matrimonium, & ex contractu generaretur scandalum, non valeret matrimonium.singu.est gl.quam do.Abb.Siculus meus ibi dicit se nescire alibi, in c.super eo.de cognat.spirit. Et ratio potest reddi duplex, quia hæc consuetudo concurrit cũ iure antiquo, nec censetur sublata per ius nouum, ex quo non reprobatur per illud ius, & concurrit secum scandalum: & hãc rationem sentit gl in d.c.super eo. Et sic infertur ex ista ra-
2 tione, quod quoties consuetudo † seu statutum concurrit cum iure communi, sublato iure communi non videtur sublata consuetudo, seu statutum.de qua quæst.remitto te ad plenè notata per scribentes post gl.in c.j.de consti. lib.vj.& plenissimè per do.meum do Andr post do. Ant. Io.de Ligna.& alios in c.j.de rescri.& per do.Abb.in ca.j. de cogna.spirit.vbi aliquid de hoc dicit. Secunda ratio colligitur ex his, quæ notantur in d.c.super eo.vbi cõsue-
3 tudo † continens in se scandalum ex præteritione potest inhabilitate aliàs habiles: sed vbi à principio nullum fuisset impedimentum, solum scandalum superueniens non potest dissoluere matrimonium.vt dicit glo.in d.c.super eo.quam perpetuò notabis, quia propter scãdalum non est recedendum à veritate iuris diuini, vt in c.ij.de noui ope.nuntia.& in reg.qui scandalizauerit.de regulis iuris cum simili.

187 Matrimonium III.

1 *Episcopus de iure cõmuni potest iudicare de causa matrimoniali. idem in legato sedis apostolicæ. & an causa matrimonialis possit ex consuetudine spectare ad inferiorem ab episcopo?*

1 DE iure † communi episcopus habet potestatem iudicandi de causa matrimoniali.tex.est expressus & rotundus in c.accedentibus.de excess.prælа.vbi dicitur, q dignitas episcopalis est cognoscere de causis matrimonialibus.quem text.do.Abb.in c.j.de consan & affi.dicit esse singu.& se nescire alibi. Et ratio reddi potest, quia cũ causa sit grauis, ad eum est perferenda.xxv.dist.ca.perlectis.c.j.de offi.archi.secundum Host.in d.ca.accedentibus.Sed melius facit c.ad hæc.de offi.Archi.vbi Archidiaconus nequit terminare ardua sine præsentia episcopi.& vide pro hoc dicto qđ no.in c.j.de cõsan.& affi.& in c.literas.de restі.spo.& in c.causam matrimonii.de offic.dele. Sed limita d.c.accedẽtibus.quò ad Legatũ sedis apostolicæ, qui põt in ꝓuincia sibi decreta audire causas matrimoniales, & etiã separare matrimoniũ in casibus à iure permis-

permissis.ita colligit do. Abb. per illum tex. in c. fi. de coniug. seruo. & infert quòd legatus in prouincia concurrit cum episcopo in his, quæ pertinent ad dignitatem episcopalem. pro hoc c. j. & ij. de offi. leg. lib. vj. Item limita d. c. accedentibus. & ea quæ notantur in d. cap. j. de consan. & affi. quòd ad vicarium episcopi. coram quo potest agitari causa matrimonialis. ita colligit do. Abb. per illum tex. in c. fina. de cogna. spir. Et an causa matrimonialis possit spectare ad inferiorē ab episcopo ex consuetudine? vide tex. iuncta gl. in d. c. accedentibus. & in c. auditis. de præscri. & in c. literas præal. & in d. c. j. vbi concludunt doct. q̄ sic. contra Host. in d. c. literas. præallegato. & in d. ca. j. & apertius probatur quam alibi in d. ca. auditis. Tamen do. meus do. An. nititur saluare Host. in c. vno. de plus peti. licet cōsulendo & iudicando sequeretur communem opi. prout vidi sæpius per ipsum consultum.

188 Matrimonium IIII.

1 *Matrimonium cum aliqua contraxisse si quis alleget, ipsa verò dicat se cum alio contraxisse, nec constat de anteriori tempore: quid iuris sit?*

1 QVidam † probat quòd mulier contraxit matrimonium cum eo. & mulier probat q̄ ipsa contraxit cū alio. nec constat de anteriori tempore: quid iuris? Innoc. sing. in rub. de spon. duo. quem ibi scribentes referunt, & sequuntur, decidit, quòd mulier debet absolui. Sed dom. meus in repe. rub. de cau. poss. & proprie. dicit. quod firmo iudicio limitari potest, nisi vnus ipsorū esset in quasi possessione matrimonii. quia tūc præsumeretur pro suo matrimonio ratione possessionis & ad hoc allegat Bartho. Brixi. q lvj.

ADDITIO.

Idem tenet do. Hieronymus Cagnolus in l. in ambiguis pro dote. nu. 7. ff. de reg. iur. & in l. in pari causa possessor. circa princip. ff. eo. tit. Gab. Sar.

189 Meus.

1 *Verbum meus, de sui natura denotat dominium in rebus, in quibus quis habere potest dominium de præsenti, secus in alijs, & de futuro. Fallit in hypotheca generali.*

1 LIcet verbum meus, † de natura sui denotet dominium. gl. est sing. in c. quo iure. viij. dist. & voluit Bat. licet de ea non faciat mentionem, in l. j. ff. de stat. ho. hoc non procedit in iuribus & actionibus, in quibus quis nō potest habere dominiū: & ideo actiones non possunt dici meæ. ita dixit Guli. de Cu. in d. l. j. quem sequitur ibi Bart. Sed contra eos do. meus do. Troylus de Maluitiis, solennis vtriusque iuris doctor, in cathedra allegauit tex. apertum, & ibi gl. in l. meorum. ff. de verbo. signi. de quo text. dixit se mirari, quòd non fuerunt recordati. Ego adduco alium tex. apertū in l. si legatus. §. si quis bona. in verbo, nam & meorum ff. ad Trebel. facit l. nam quod. in fi. & l. cogi. in prin. ff. e. tit. Item non procedit habito respectu ad futurum tempus, sed solum ad præsens. casus est quem iudicio suo dicit esse singula. in l. si ita. ff. de auro & argen. leg. vbi dicitur, quòd si testator dicit, lego vestem meam, & argentum meum, debentur solùm vestis & argentum, quæ erant tempore testamenti: & per illum tex. dixit Guli. de Cun. in l. omnia. C. de epis. & cleric. quòd si priuilegia studii Parisiēsis conceduntur studio Tholosano, intelliguntur concessa solùm priuilegia tempore concessionis, non autem futura: de quo secundum eum videndus est ibi Bal. Ad idem facit c. fœlicis. de pœn. libro vj. & l. si mandauero. §. is cuius. ff. manda. vbi publicatis bonis alicuius censentur publicata bona præsentia, non futura. ad idem c. fi. de rescri. & cle. literas. eo. tit. Fallunt tamen prædicta in hypotheca generali. vnde si in contractu obligo tibi res meas, non tantùm præsentes, sed etiam futuræ intelliguntur hypothecatæ. casus est singul. in l. fi. C. quæ res pig. ob. poss. & hoc operatur natura hypothecæ generalis, per illum text. Vel iudicio meo ad illam legem dici potest, vbi tractatur de modico præiudicio, vt tunc extendatur obligatio ad res futuras. ita interpretatur illam legem d. Abb. in c. quia circa. de priui. Vbi verò ad participationem orationum offero me & mea ecclesiæ, veniunt solùm præsentia. gl. est notabilis in capit. vt lex continentiæ. xxv. distin. Quod tamen declara secundum Archi. ibi. & vide Bar. in l. fi. in vltim. col. C. de pact. & Bal. in authen. si qua mulier. C. de sacrosan. ecclesiis. & Angel. consilio clxxviij. & Ludou. Roman. in l. stipulatio hoc modo. ff. de verb. obligat. & Canon. in capit. in præsentia. de probatio. vbi de hoc secundum eundem dominum meum.

DE LITERA N.

190 Notorium.

1 *Iudex in notorio an debeat procedere sententiando, an potius exequendo?*

2 *Sententiæ appellatione venit diffinitiua, non præceptum iudicis.*

1 AN iudex † in notorio debeat procedere sententiando, an potius exequēdo? Inn. in c. ex parte. de ver. sig. tenet, quod potius debeat procedere exequēdo. refert & sequitur eum d. Abb. in c. ad nostram. iij. de iureiur. & in aliis locis. & ipse ad hoc allegat tex. gl. & Bar. in l. ictus fustium. ff. de his qui notant. infa. vbi probatur secundum vnam lecturam, quòd non requiritur in notorio esse cognitio, nec solenitas sententiæ, sed sufficit iudicis præceptum de exequendo. ad idem adducit l. ij. §. quòd de frumentaria. ff. de admin. rer. ad ciui. perti. vbi clarè colligitur, maximè per Bar. quòd vbi omnia iura partis sunt nota iudici, vt quia produxit omnes rationes, potest pronūtiare parte absente, & non citata, ratione notorietatis. & hoc voluit Inno. in c. quanto. de translatio. præla. Cōcludit ergo do. Abb. quòd vbi notoriū est tale, quod inficiari non possit, nec requiruntur aliquæ præsumptiones, sufficit quoddam præceptum. Sed quispiam posset opponere contra omnes tenentes hanc partem, quòd non requiratur sententia, de tex. in c. cum dilecti. in ver. nimirum si crimen notorium existebat, non erat illi indicenda purgatio, sed in eum condemnationis sentētia promulganda. de pur. cano. & ibi lucerna iuris canonici Ioan. And. dicit, Nota hunc textum, quòd etiam in notoriis ferenda est sententia diffinitiua, nec sufficit solum præceptum iudicis, etiam si reus vocatus confiteatur statim: & illum textum ad hoc reputo singula. & meliorem de iure. Facit contra do. Abb. post alios inquantum dicit, quòd vbi notorium est tale, quod inficiari non possit, &c. tex. d. cap. cùm dilecti. in ver. crimē eiusdem presbyteri vsque adeo publicum & notorium fuerat, quòd nullus inficiationi locus penitus existebat: nam ibi crimen erat ita notoriū, quòd non erat locus inficiationi, & tamen tex. ibi dicit, quòd sententia condēnationis est promulganda, & per cōsequens sentētia diffinitiua, & nō præceptū. Et si aliquis mihi diceret, quomodo probatur ibi in tex. de sententia
2 diffinitiua? Respondeo, quia appellatione † sentētiæ pro-
* priè venit sententia diffinitiua, * vt dixit gloss. quæ communiter reputatur singu. in l. j. §. biduum. ff. quando appel. sit & glo. in cle. j. de re iudic. & quod notatur in capi. cum olim. de testi. & in ca. cùm olim de cau. pos. & propri. vbi per do. Cardi & do. Abb. in c. causam matrimonii. de offi. dele. & ibi plenè per do. meum. & in c. cùm dilectus. de ordi. cogni per eundem. & per domi. Cardi. in c. veniens. de iureiur. & no. in rub. ff. de re iud. & in l. quod iussit. ff. eodem. vbi plenè per Moder. cum aliis concord. Item præceptum iudicis propriè non dicitur sententia. ita dixit glo. xj q. iij. in summa. & in c. dudum. ij. de elect. Non obstat dicta l. ictus fustium. & gloss. & Barto. secundum vnam lecturam. quia eius quod multipliciter exponitur, non habetur veritas. ita dixit Bal. in l. ne quicquā. §. vbi decretum. ff. de officio proconsu. vbi refert Boetium hoc dicentem. Item talis lectura confunditur per textum expressum dicti capitu. cùm dilecti. Non obstat dicta l. secunda. §. quod de frumentaria. Quia ille text. nullam mentionem facit de præcepto, sed de pronuntiatione facta absque citatione & parte absente non citata per rationem notorietatis. nec ille text. facit contra: quia in dubio debemus intelligere q̄ illa pronuntiatio fuit facta diffiniendo potius, quàm præcipiēdo, & potius sententiando, quàm exequendo. Et rectè intueuti ita

videtur procedere tex. ille. Et pro opinione quam teneo, facit gl. in c. porro. de adult. Sed pro concordia dicerê, quòd aut factum est ita notorium, quòd non potest aliqua tergiuersatione celari, & omnis præsumptio cessat pro delinquente, adeo quòd nullatenus est locus inficiationi: & tunc sufficit aliqua sententia, licet non solennis. & ita procedunt iura præallegata, & opinio Abb. Barto. & sequacium. Aut factum non est ita notorium, sed quasi notorium, licet locus inficiationi non videatur, & tūc procedit d. c. cùm dilecti. & si rectè ponderetur d. c. cum dilecti. mihi videtur ita procedere in ver. tanquam de notorio liqueret. nihilominus hoc cogitandum relinquo. Vide tamen quod notatur in c. vestrâ. de coha. cle. & mulie. & præsertim per do. Anto ibi in repe. & quod no. in c. ex parte. j. de ver. sig. & in d. c. ad nostram. cum si. & plenè per Sal. in repe. l. ea quidem. C. de accu. cum si. concor. vt ibi per eū. fa. it quod nota. in c. manifesta. & in c. de manifesta. & quasi per totum. ij. q. j. & per doc. in l. emptorē. ff. de act. empt. & vendit. & aliquid per Bar. in l. scriptus. ff. de relig. & sumpt. funer. cum si.

ADDITIO.

* Diffinitiua. Adde Mathe. sing. xcuj. & ibi in addi. & in l. ij. nu. 4. ver. secundò notate ex ista gl. C. quomo. & quando iud. & in l. ante sententiam. nu. 2. C. quur. appel. non recip. Bald. singul. cv.

191 **Nullatenus.**

1 *Verbum nullatenus est canon latæ sententiæ, & per illud est sublata potestas inferioribus dispensandi, vel statuendi contrarium. Et quid de dictione nullo modo?*

1 VErbum†nullatenus, est canon latæ sententiæ. gl. est elegans in auth. si qua mulier. C. ad senatuscon. Velleia. quā repetauit sing. do. Car. in c. super literis. de rescri. refert & sequitur ibi do. meus, do. And. vtriusque iuris monarcha, in repet. sua solenni c. testimonii. de testi. faciat gl. in cle. j. in ver. nullatenus. & quod voluit ibi do. Anto. de But. de sequest. poss. & fruct. & quod volunt Modc. in c. quia frustra. in ver. nullatenus audiatur. de vsu. & facit tex. in ca. constituimus. in ver. nullatenus ad accusationem, vel ad testimonium. iij. q. v. Et adduco elegantē glo. in cle. vt hi qui in ver. cōcedatur. de æta. & quali. & quod voluit ibi Ioan. de Imo. post Pau. de Leaza. & do. Car. vbi post eos dicit per illam gl. quòd per hæc verba, nullo modo, & nullatenus, & similes dictiones, est denegata potestas inferioribus dispensandi, vel statuendi cōtrarium. & de illa gl. fecit festum do. meus in d. c. testimonium. in xxvij. col vide quod voluit Ang in l. si quæramus. ff. de testamēnt. vbi allegat contra Bar. in l. si in versicu. ideoque hoc nullo modo ficti concedimus. C. de testa. mili. & vide etiam Ioan. de Imol. in d. l. si quæramus. vbi allegat gl. in d. cle. vt hi qui. & idē voluit in c. quia ingredientibus. de testa. Adde Gemi. in c. Romana. in § cum ad præfatam. in iiij. not. in fi. de appel. libro vj. & in eo. c. § sententias. quòd lex si disponat, quòd index nullatenus faciat actum non interueniente certa solennitate, si facit contrarium, non tenet. allegat gl. in d. cle. j. Et de ista clausula, nullatenus audiatur, quæ solet apponi in statutis, quid operetur, vide doct. in d. c. quia frustra. & do. meum in c. fin. de or di. cog. vbi plenè de hoc. & vide Ang in l. verditioni in ver. non audietur. C. de vsuca p. pro emp. Et vide quod voluit Bar. in l. omnes. C. de fund. patrimu. lib. xj. quòd ista exceptio introducta per statutum, quòd pars nō debeat audiri, impedit litis ingressum. Et vide do. Ab. de dictione nullo modo, in c. qualiter. ij. de accusa. & vide Hostien. in capitu. pastoralis de iud. & Ang. consilio cexxx. vbi dicunt, quòd valet lex seu statutum denegans audientiam alicui propter suum delictum. Tamen Ang. in dicto suo consilio dicit, quod valet statutum denegas iustitiam. vt sing. dixit Innoc. in capitu. quæ in ecclesiarum. de constit. & ibi vide domi. meum. & vide Ange. in l. si non speciali. C. de testa. & in l. j. C. de bon. vacan. lib. 2. Bar. in l. si cùm mulier ff. de sol. mat. & ibi Nicol. de Neapol. & Moder. & Bal. in l iubemus. §. fanc. C. de sacrosan. eccle. vbi alleg l. si seruus. C. de his qui ad eccle. confu. & vide Bald. in quæst. incip. statuto cauetur. & in repet. d. l. si eum mulier. & gl. in c. j. de rescrip. li. vj. & Lud. Ro. in consi. xx. & do. meū in rub. de exce. & in d. c. pastoralis. tex. & ibi Bal. in l. j. C. de pa. pot. & in l. perēptorias. C. sent. resc. non pos. & l. planè. ff. de peti. hære. vbi concludunt, quòd valet lex, seu statutum denegans alicui audientiam.

192 **Necessitas ineuitabilis.**

1 *Necessitate ineuitabili quando quis impeditus dicatur?*

1 QVando quis† dicatur impeditus aliqua ineuitabili necessitate, vide Bald. in c. scifcitatus. de rescrip. vbi dicit, quòd ille dicitur ineuitabili necessitate impeditus, quando in vinculis est detentus ab inimicis: & alleg. tex. quem ipse reputat notabilem & sing. in l. nam & seruus. in j. respō. ff. de neg. gest. quem tex. dicit esse notandum pro intellectu d. ca. scifcitatus. Item si careret vestibus, vt in l. in eadem. ff. ex qui. cau. maio. & optimè facit tex. iuncta gl. in cap. si qui testium. de testi.

193 **Nihil agit.**

1 *Verba, Nihil agit, sunt canon latæ sententiæ.*
2 *Sententia lata ex libello inepto est ipso iure nulla.*

1 ISta verba, †nihil agit, sunt canon latæ sententiæ. tex. est peregrinus secundum do. meum in c. prudentiam. in verbo, nihil egisse. de offi. deleg. vbi doct. dicunt per illa verba, quòd processus habitus per duos, tertio nondum excusato, est ipso iure nullus: & hoc ex duplici defectu, scilicet potestate exercitij iurisdictionis & ex defectu formæ traditæ in rescripto. domi. meus ibi allegat text. in l. fin. in versi nihil egit. ff. de libe. & posthu. vbi Bal. per illū text. dicit, quòd sententia lata ex libello inepto est ipso
2 iure nulla. & sic illa verba sont canon latæ sententiæ. facit l. si defensor. in versi. frustrà agit. ff. de nego. gest. & optimè facit text. in l. nisi. ff. de tute. & ratio. distra. vbi Bal. idem colligit, quòd sententia lata ex libello inepto est ipso iure nulla.

DE LITERA O.

194 **Omnino.**

1 *Verbum, Omnino, intelligitur ipso iure.*

1 VErbum, omnino, intelligitur†ipso iure. gl. est sing secundum Bal in l. j. §. si pecuniam. ff. deposi. refert & sequitur Lud. Ro. notab. j. idem voluit Franc. Cremen. in nota. vi. j. Ego allego aliam incognitam maioribus nostris, in l. obsignatione. C. de solu. quæ intelligit illum tex. d. §. si pecuniam. procedere ipso iure. & per illum text. d. §. si pecuniam. interpretatur d. l. obsignatiōe. & illam gl. subtiliter inductā retulit mihi do. meus do. Andr. Barb. in cathedra, licet in commentis suis hoc nō dixerit. Pro certo illa gl. telata ad illum tex. licet nullam mentionem faciat de verbo omnino, probat hoc. Sed rectè fecit domi. meus. quia non allegauerit eam in commentis: quia illa gl. difficulter probat hoc, cum quo nullā mentionē fecerit de verbo, omnino. Adde Bar. in l. j. circa fi. ff. iudi. sol. ꝙ dictio omnimodo importat exactionē. Tene ergo pro sing. gl. d. l. j. §. si pecuniam. Et nota etiam quòd verbum omnino, licet sit præcisæ significationis, vt probatur in c.
2 qualiter. de iudi. tamen recipit interpretationem congruam à iure communi, vt in l. cum stipulatus sim Damam. ff. de verb. obli. istud voluit Bal. in l. si. C. de contra hē. emp. & do. meus in c. ar si clerici de iudi. & in d. c. qualiter. & alleg. tex. in c. & si Christus. de iureiur. & ibi Bal. colligit hoc. & vide quod voluit Bald. in l. precibus. C. de impub. & aliis subst. vbi dixit, quòd est verbū præcisum. & quod dicit Ioan. de Imol. in c. in causis. de testi. quòd verbum omnino, importat necessitatem & vide gl. in c. ex parte. j. de offi. de eg. vbi exponit verbum omnino, id est, sine aliqua pactione facit c. Pisanis. de restit. spol. & vide omnino domi. meum in d. c. qualiter. & de isto verbo omnino, & aliis vide Matth. Mathe in singu. cxj.

ADDITIO.

Vide Roma. sing. j. & quæ ibi dixi. & in annotatio. meis ad sing. cxj. Mach. Mathesila. Gab. Sar.

Obses.

191 *Obses.*

1 *Clericus an possit dari in obsidem ab episcopo, & monachus ab Abbate?*

1 AN episcopus † possit dare in obsidem vnum de clericis sibi subiectis, & Abbas vnum de monachis? Lud. Roma. in singu. ccccccv. nunquid. dicit quòd Domini curiales dicunt communiter quòd sic. vt est casus in ca. ex rescripto. de iureiu. Tamen ipse tenet cōtrarium, & alle. gl. sing. in c. vt pridem. xxiij. q. viij. respondet ad d. c. ex rescripto. quia ibi Ab. dedit de consensu Papæ. & dicit hoc esse verum sicut Deus est Deus, & sicut pica dicit illud quod dicit gl. in d. c. vt pridem. Ego dico contra ipsum, & Io. Theutonicum, quia responsio data ad d. c. ex rescripto. diuinat ad illum tex. cùm ibi nulla mētio fiat de consensu Papæ, & per consequens iste intellectus valet, quia intellectus diuinatorius est reiiciendus à iure. vt dixit gl. in l. filium quem habentem. C. fami. ercisc. Sed distingue isto modo post do. Abb in d. c. ex rescripto. quòd siue loquamur de monachis, siue de clericis, vt propriè sortiantur naturam obsidum, solus Papa potest dare eos obsides, vt no in d. c ex rescripto & ar. c. cuncta per mundū. & c. per principalem. ix. q. iij & sic procedat glo. in d. c. vt pridem. Aut dantur, non vt propriè sint obsides, sed vt stent in certo loco, & tūc si loquimur quò ad monachos, Abbas poterit monachum suum deputare pro necessitate vel vtilitate monasterii etiam inuitum: quia monachus non potest Abbati resistere, cùm voluntas sua dependeat à voluntate Abbatis. vt in c. si religiosis. de elect. lib. vj. & in c nō dicatis. xij. q. j. & isto modo procedit tex. si subtiliter ponderetur in d. c. ex rescripto. Et ex hoc puto quòd cùm detinentes etiam inuitū dummodo de voluntate Abbatis, nō sunt excommunicati. ar. c. vt famæ. de sen. exc. sed inuito Abbate non poterit retineri: tamē quia habet beneficium, ca. si quis suadente. xvij. q. iiij. & facit ca. nuper. de sent. excom. quia esset quædam species seruitutis tenere hominem inuitum. & immutare statum hominis est solius principis. ar. l. j. §. de qua re ff. de postu. Si verò loquimur in clericis secularibus, idem est dicendum, tamen non poterunt deputari per episcopos inuiti, sicut & monachi per Abbatē cùm nō sint ita adstricti, & sic non poterunt inuiti teneri, licet à principio consenserint sine excommunicationis pœna. arg cap. contingit. de sen. excom. nec episcopus potest dispensare arg. c. si diligenti. de foro competen. Quid in laicis, vt quando interuenit iuramentum? dic vt notatur in dicto capitul. ex rescripto.

ADDITIONES.

* Adde Soci. in tract. fallent. regu. cclxvij. Rip. in l. obligatione. col. iiij. ff. de pigno.

Vide do. Hiero. Gigant. in suo tracta. de crimi. læs. maiesta. lib. j. in rubri. qualiter & à quibus crim. læsæ maiesta. quæstio. xx. Gabriel Saray.

196 *Opinio I.*

1 *Opinio vltima in dubio videtur à Iurisconsulto approbata. idem dicitur de Innocentio.*

1 QVando Iurisconsultus † refert opiniones diuersas, & non eligit aliquam ex illis, in dubio videtur sequi illam, quam vltimo loco retulit: & illa videtur esse sua opinio, licet antea aliter dixerit. istud voluit Cyn. in l. j. C. de sacrosan. eccle. facit optimè quod legitur & no. in l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Treb. Similiter dicimus de Innocentio, quòd illa opinio dicatur teneri ab eo, quā vltimo loco refert. ita dixit Ioan. Andræ. in c. j. de ptiui. libr. vj. & Bal. in auth. ex testamento. C de colla. & do. meus domi. Andr. in repeti. c. Raynaldus. de testa. in Ioagnina. in liij. char. vbi etiam dicit, quòd illa dicitur opinio alicuius, quam magis deliberatè tenet, puta, quia in plerisque locis illam repetit, & per coniecturas, & præsumptiones aliquas apparet illam esse opinionem suam. & de hoc allegat text. de quo pluries in cathedra, & viua voce fecit magnum festum in l. dini fratres. ff. de iure patro. Et licet gl. in d. l. qui filium. allegaretur communiter pro sing. ad hoc, tamen domi. meus dum. Troylus de Maluic. eximius vtriusque iuris interpres in cathedra solitus est allegare ad hoc gl. meliorē de corpore iuris, in l. ea lege. C. de condi. ob cau. quæ dicit, altera pars est vera, quia vltima. pro qua gl. optimè facit tex. secūdum eum, quem solitus erat allegare Barto. in l. bona fides. ff. deposi. & tex. in l. si idem cum eodem. ff. de iuris. om. iudi. & in d. l. damni infecti §. Sabini. ff. de dam. infect.

197 *Occultè.*

1 *Occultè fieri quid & quando dicatur? Et quid clam? & quando scientia præsumatur etiam in rustico?*

1 QVid dicatur fieri occultè, † habes glo. in l. sciant omnes. C. de his qui ex public. ratio mutu. pec. accepe. lib. x. quæ dicit id fieri occultè, quod fit sine authoritate principis. quod videtur secundum Bart. ibi contra l. non intelligitur. §. tacita. secundum suam glo. ff. de iure fis. vbi eo ipso, quòd interuenit cautio publica, non dicitur occultè gestum neque clam. Bar. ibi soluit, quòd illud dicitur fieri non licitè. quādo non fit coram iudice: quod est verum, si eius præsentia requiritur. Simil. dicitur si de cōsuetudine aliquid cōsueuit fieri publicè, vt matrimonia: & aliquis faceret coram duobus testibus, dicitur fieri clā vt l. fi. ff. de ritu nuptiarum. clam enim dicitur fieri quicquid fit taliter, quòd non potest venire ad notitiam eius cuius interest, vt l. clā possidere. in prin. ff. de acquir. pos. & vide Lud. Ro. in d. l. non intelligitur. §. tacita. & in l. licitatio. ff. de publica. facit quod voluit Iac. Butri. in l. nemo. C. de sum. tri. & fide catho. vbi dixit, quòd si monachus & publicè & palam contraxit matrimonium, præsumitur in errore, & punitur vt hæreticus. secus si occultè. & illud dictum refert & sequitur do. meus in c. ij. de sortilegiis. & faciunt no. in c. fi. de clan. despōsa. Et licet hæc sint communia, tamen vtilia sunt pro statutis prohibentibus actum fieri occultè. tene menti. & vide quod voluit Bart. in l. j. C. de prædiis minor. sine decre. non alie. libr. x. vbi dixit, quòd illud dicitur occultum, quod fit sine decreto, quando decretum est necessarium. Et quòd magis puniatur, vide Bart. in l. j §. generaliter. ff. vi bo rapto. refert & sequitur do. Alex. de Imo. in d. l. sciat. in addi. suis. Adde ꝙ præsumitur scientia contra rusticos, qui faciunt aliquid clam. Bal per illam glos. in l. j. C. de inter. matri. & vide Io. de Ana. in c. fin. de accu. in ij. col. Host. & Abb. in c. cùm clerici. de pac. Et vide pulchrè per do. Abb. in c. cū quidam. de iureiu. & facit quod voluit idem Abb. in c. sicut. ij in fi. eo. tit. Item dicitur fieri occultè & in secreto, quod fit nō obseruato ordine iudicii. tex. est iudicio meo in c. inquisitionis. §. tertiæ. de accusa. De collatione beneficii clandestina, vide doct. in c. vnic. vt eccle. benefi. & in c. si tibi absenti. de præben. lib. vj. & vide gl. in c. Anastasius. in verb. occultè. xviij. distin.

198 *Officialis I.*

1 *Officialium nomina si à statuto cassentur, ipsi officiales cassati intelliguntur.*

1 SI per statutum † cassantur nomina officialium, incontinenti ipsi officiales intelliguntur cassati. ita notabiliter colligit Ang. in addi. licet aliqui attribuant Bart. per illum tex. in l. diurnos. C. de fru. Alex. libr. xj. Et ratio est, quia cassato nomine cassatur effectus. facit illud quod dixit gl. in c admonere. xxxiij. q. ij. quia si re priuetis, nec nomen habere mereris. & optimè facit tex. in l. à nullo. C. de feriis. Ego addo in simi. tex. sing. in l. fin. ff. de consti pecu. vbi si instrumentum iudicatur falsum, annullatur confessio facta in instrumento: & vitiato contractu vitiatur omnis clausula illi adiuncta. referunt doct. in l. ita stipulatus. § Chrisogonus. ff de verbo. oblig. & ibi plenè discutitur, an confessio facta in cōtractu inutili probet. Et vide quod in simili not. in c. Pisanis. de resti. spolia. an confessio facta in iudicio inualido probet. quem text. d. l. fin. reputauit sing. Bal. in l. absentis. C. si certum pet. consuluit Ludo. Roma. consi. lxxiiij. & consi. xxix. Et ratio est, quia cassato principali annullantur omnia, quæ sequuntur ex eo. c. auditis de procura. c. inter dilectos. de fide instr. l. non dubium. C. de leg. & ff. ad Macedo. l. creditorem. c. qualiter. de elect. cum simi. Et adduco quod pulchrè vo-

luit Bal. in l. vna. C. de confessis. in xxj. col. vbi dixit, ego confessus sum teneri tibi ad centum vigore instrumenti: instrumentum loquitur de pacto nudo, quòd illa confessio intelligitur de pacto nudo & adduco gl. in l. cùm patronus. §. patroni. ff. si quid in fraud. patroni. vbi si instrumentum est fabricatum dolosè, omnis clausula apposita in eo maculatur. & vide quod voluit Bal. in authē. ex testamento. C. de collatio. & in c. j § j. in ti. de feu. da. in vicem legis commissoriæ. quòd vbi instrumentū est nullum, precarium appositū est nullum & vide Cy. relatum à Bal. in l fi. §. & quia C. communia de legat. quòd si de instrumento debet solui gabella, si cassatur propter eius inualiditatem, non debetur gabella. voluit Ang. in authē. de nuptiis. §. quia verò. & Bal. in l. si prædium. C. de euictio. refert & sequitur domi. meus do. Andr. in d. c. audiris & vide quod voluit Cy. & Bar. in l. post legatum. ff. de his qui. vt indig & Inno. in c. cùm venerabilis. de except. & in c. cùm olim. de censi. & quod voluit gl. reputata sing. in l. ij. alias j. ff. de bonor. possess. secundū tabul. adde text. & quod ibi notatur per Salic. post alios in l. eos. C. de vsuris. tene menti prædicta.

ADDITIO.

Adde multa per Cagnol. in l. cùm principalis. nu. 7. ff. de reg. iur. Gabriel Saray.

199 Officium I.

1 *Officium emens, sicut illius commoda sentit, ita & incommoda sentire debet.*

1 NOta tex. in † argumentum secundum Ang. ibi, in l. j. §. sed ne tantum. C. de collegiis lib. xj. contra notarium, qui emit officium scribendi ad certum bancbum per tempus, prout fit Bononiæ, quòd ille qui emit dictum officium, sicut sentire debet commoda illius officii, ita etiam incommoda vt l. vna. §. pro secundo. C. de caducis tollend. regula, qui sentit. de regulis iuris, libro sexto. cum similib. vnde si aliquod onus imponitur, ipse notarius emptor sustineat, non autem venditor. quod tene menti.

200 Occupatio.

1 *Occupare rem alienam quasi propriam nemini licet.*
2 *Derelinquere aliud est, & aliud deserere.*

1 TV habes † quòd non licet alicui occupare sibi rem alienam quasi propriam. vt in l. cùm quærebatur. C. vnde vi. cum simi. Limita tamen illam l. & similem, quòd si quis authoritate propria sibi occupauit prædium incultum, & per consequens desertum, non tenetur ex condictione illius l. cùm quærebatur. istud probatur per tex. iuncta gl. in l. qui agros. C. de omni agro deserto. libr. xj. & ibi Bar. dicit hoc esse notandum, & esse vtilissimū pro statutis in ciuitate Eugubii, in qua per formam statutorū omnia prædia sunt tributaria. Et nota diligenter illam l.
2 quòd aliud est derelinquere, † & aliud deserere. qui enim derelinquit agrum ipsum ex pœnitentia non reuocat. vt in l. j. & per totum. ff. pro derelicto. sed qui desinit infra biennium, recuperare potest illud restitutis expensis cultori, & datur biennium, si non fuit vocatus per possidentem, aliàs datur sibi tempus semestre. vt in l. locorum. C. de omni agro deserto, libro vndecimo quod tene menti. Et ideo cautus aduocatus accusati in dicta ciuitate interdicto recuperandæ, vel ex illa lege, debet articulare, quòd prædium erat incultum, & reputabatur desertum: quo probato, necessariò sequitur absolutio. & hoc intellign quando prædium erat tributarium: secus si nō erat, vt in l. clam possidere. § qui ad nundinas. ff. de acquiren. pos. & nisi diuturnitas temporis siue annorum aliud induceret, vt not. in glo. in l. j. C. de ser. fugit. & Barto. in d. l. qui agros. Posset tamen dicere quispiam secundum Angelum in additionibus suis ad dictam l. qui agros. quomodo veniens auditur si agrum deseruit. l. j. ff. pro derelicto. dicit quòd ibi fundus non fuit derelictus, nec pro derelicto habitus, sed tantùm cultura. & ideo intra biennium auditur & pro d. l. qui agros, vide tex. & Bart. in l. si de eo. ff. de acquir. pos.

ADDITIO.

Multa ad intelligentiam l. qui agros. C. de omni agro deserto, libro xj. & eorum quæ hic tradit Corset. tradit Didac. Couarru. in relectio. reg. possessor malæ fidei. in §. vndecimo. in fin. ver. verùm horum canonum. de regulis iuris, in vj. Gabriel Sarayna.

201 Onus.

1 *Muli debent onerari secundum onus, ad quod portandum sufficientes consuetudine reputantur.*

1 MVli debent † onerari secundum onus, ad quod portandum sufficientes consuetudine reputantur. text. est optimus in argumen. in l. publici. C. de cursu publico & anga. libro duodecimo. & ibi Bar. dicit illum text. facere, quòd si ego oneraui mulum tuum onere librarum quinquaginta, qui bonus & sufficiens putabatur ad tantum pondus, si tamen ita oneratus decessit ex pondere, quòd ego nō teneor: quia permissum est mihi ipsum onerare secundum consuetudinem, & muli sufficientiam, per dictam l. publici. quod singulariter not. quia quotidianum est, & vide eundem Bart. in l. qui insulam. §. qui mulas. ff. locati.

ADDITIO.

Adde Hierony. Cagnol. in l. contractus. nu. 64. ff de regul. iuris. Gabr. Sar.

202 Officialis II.

1 *Officiali excedenti modum sibi concessum, licitè resisti potest propria authoritate.*

1 OFficiali † excedenti modum sibi concessum, & vltra modum facienti, licitè resisti potest propria authoritate casum habes in l. contra nostram. C. de execut. & exactio. lib. xij. & ibi Bar. dicit illam legem esse notandam contra baiulos, & nuncios qui sunt destinati ad pignorandum aliquem: quia licitè poterit eis resisti. si accipient pignora vltra modum debitum: & etiam debent puniri. quod nota. concor. l. defensionis facultas. C. de iure fisci, libro decimo. faciunt ea quæ leguntur, & notantur in capitu. irrefragabili. de offic. ordin. & in capitul. j. de statu monach.

203 Obligatio.

1 *Obligans generaliter omnia bona sua non dicitur obligasse illa bona, quæ obligando puniretur.*

1 ALiquis † obligans generaliter omnia bona sua non videtur, nec intelligitur obligasse illa bona, quæ obligando puniretur gl. est quæ reputatur sing. in authent. de resti. & ea quæ parit. in princip hoc tenet ibi Ang. Sed do. meus in repe. c. Raynaldus. de testa. & in plerisque locis dicit esse casum iudicio suo in l. spē. C. de dona. tu vide Bal. in l. voluntas. C de fideic. in fi. verbis: & in ca. Imperialem. in prin. in tit. de prohi alie. feu. per Fede. & in l. si constante. §. quoties. & ibi per Moder. ff. solu. matri. & Bal. in l. j. ad fi. de rerum diui. & Bar. in l. codicillis. §. instituto. ff. de lega. ij. & pleniùs per do. meū in d. c. Raynaldus. in xlvj. chart. vbi iterum attingit istum passum.

204 Officium II.

1 *Officium alicui collatum in certo loco ex priuilegio, exerceri in alio loco non potest.*

1 OFficium † seu potestas collata alicui in certo loco ex priuilegio, exerceri in alio loco non potest. istud fuit singu. dictum Hosthen. in c. penult. de offic. lega. & ibi do. Abb. dicit hoc dictum se nescire alibi.

205 Opinio II.

1 *Opinio doctorum humanior, & æquior est sequenda.*
2 *Opinio singularis pro matrimonio est præferenda communi.*

1 VBi doctores † in aliquo articulo sunt varij, sequenda est opinio humanior, id est, rationabilior, & æquior. ad hoc bonus tex. in ca. si vir. in ver. humanius de cogn. spir. hoc voluit ibi do. Ab. post alios. Si verò vtraque opinio est rationabilis, sequendum est plurimorū iudicium,

secundum

secundum Hosti. & bene in d.c.si vir. ad hoc allegat bonum text.& singu.xix. dillin c.in canonicis.& ibi Hosti. dat notabilem regulā, quòd vbi doctores & magistri per suas gloss matrimonium separant, nec assignant casum in iure expressum, si reperiretur vnus doctor, vel magister matrimonium sustinens, tunc illius opinio est sequenda.
2 & sic singulariter sentit, quòd vbi agitur † de matrimonio sustinendo, singularis opinio est præferenda communi, quod est notandum secundum domi. Abb. post alios in dicto c.si vir. Temperat tamen, nisi communis opinio
3 haberet rex.pro se,& clarum est, quòd tunc non esset dubium. Mihi videtur, quòd dictum Hostien. non sit indistinctè verum; sed dicerem, quòd licet pro communi opinione non allegaretur tex.sitamen meliorihus & subtilioribus rationibus se moueret, quàm opinio singularis, standum esset communi opinioni. ad hoc bonus text.& quod ibi notatur in cap.capellanus.de feriis. nam deficiente lege seu canone, potest allegari ratio. gloss.in cap. consuetudo.j.distinctio.& quod not.gloss. in c.ex eo.de elect.lib.vi.& vide quod plenè scribit de hoc domi. meus post Cardi.in clemen.j.de elect.& quod not.in l.cùm ratio.ff.de bon.damna.cum similib. Si verò opinio singularis moneret se meliori ratione, tunc standum est illi: quia sæpe reuelat Deus vni etiam deteriori quàm melioribus.ad hoc bonus & singu.text in l.j.§.sed nocet.C.de. vete.iure enucle.de quo facit sestum do Abb. in e.de cō stituto.& in dicto cap.Capellanus & in plerisque locis. Ego alium allego tex.in c.esto subiectus.in versic.reuelatum sedenti.xcvj.dist.& illum tex.ad hoc allegat gl. in c. si habes.in ver.senex.xxiiij.q.iij.quæ dicit, sæpe reuelatur minoti.&c.& allegat d.c.esto subiectus.

ADDITIONES.

Quando plures sunt opiniones, quænam sit tenenda, tradit latè Ange.Areti.Instit.de iure natu.gen.& ciuil.in §.responsa.eorum.j.versic.quæro quando.vbi dicit, quòd illa quæ meliori innitur ratione,& subtiliori est tenenda: vt nor.glo.in l.qui filium §.Sabinus.ff.ad Trebel. & per Barto.in l.bona fides.ff. depos.& per Ias.Instit.de actio.in §.sed istæ.nu.55.& de hoc vide latissimè per Stepha.de Federicis Brixensem, in tractatu de interpretatione iuris in iij.parte quæ est vlti.char.cxcvij.versi.tertia regula est.& per Ias.in authen. nouissima.col. vj.versi.ex istis omnibus.nu.22.C.de inofficio.testa.& vide Capno.in l.qui in alterius.nu.2.ff.de reg.iu.& in l.libertas in omnibus.ad fi.ff.de reg.iur.& in l.quoties æquitatem.ff.eo.titu.Et plenè dixi in annotationibus meis ad Matthæ.Mathesi. singu.ciij.nota quòd illa vulgaris.nu.2.& singu.cx.nota vnā lucrosam.nu.4. Gab.Sar.

* Adde Catellian.Cott in memoralib.in verb.nuptiarum causa.versi.& vltra prædicta.

DE LITERA P.

206 *Patronus* 1.

1 *Episcopus nō potest cōferre ius patronatus sine consensu patroni.*

TV habes in cap.decernimus. xvj. quæstio.vij. quod
1 episcopus † non potest conferre ius patronatus sine cōsensu patroni. Pro cuius capituli ornatu aliqua pulchra memoria digna tibi adduco.Et quidem do.de Rota deci.cccxcvj.dixerunt, patronum sine causa recusantem consentire permutationi beneficij, posse cōpelli per episcopum.quod not.pro limitatione d.c.decernimus. Secūdò adduco tibi quod pulchrè voluit Gaspar de Calde. in cap.cum accessissent.de cōsti.quem refert & sequitur ibi do.meus do.Aud.post Abb.in xj.aliàs xij.col.vbi dixit se obtinuisse de facto, episcopum non posse dispensare contra institutionem beneficij patronalis, vel ipsam immutare, vel contra eam venire sine consensu patroni. quod semper not.secundum do.Abb.ibi, nam si ex institutione beneficij collatio est fienda presbytero, non potest episcopus sine licentia patroni dispensare, vt cōferatur non presbytero.& hoc etiam dictum sequens Innocen.limitā ut do.Abb.in dicto c.cum accessissent.nisi dispēsatio haberet ex necessitate ecclesiæ,& patronus nollet cōsentire.& ad hoc adducit d.tum do.de Rota in præallega.deci.& ratio est, quia patronus non debet impedire magnam vtilitatem ecclesiæ facit cap.j.de his quæ fiunt à maio.parte capi. Tertiò adduco tibi Innocen. in c.fin.de cleri.non resi.vbi dixit, episcopum non posse dispensare contra statutum beneficii. Quartò adduco tibi Paul. de
• Leaza.in cle.ne in agro. de statu monac. vbi dixit, quòd episcopus non potest vnire beneficiū patronale sine cōsensu patroni. Quintò adduco tibi eundem Gaspa. Calde.in dicto c.cùm accessissent vbi dixit, quòd episcopus non potest dispensare, quòd habens aliud beneficium habeat beneficium patronale, si illud repugnat institutioni factæ à patrono.& licet patronus propter negligentiam suam priuatus fuerit iure præsentādi, tamen beneficium non potest aliter conferri, quàm fieri debeat beneficij institutio. optimè ad hoc facit cle.j de supplen. negli.prælatæ.& quod voluit Bal in l.si ita puellam.C.si maci. ita fue. alie.& quod voluit Ioan. And.in c.publicato.de elect. & do.meus in dicta clemen.j.Sextò adduco Bal. in l.si quis presbyter.C.de episco.& cleri.vbi dixit illum tex. esse in argumentum, quòd in præiudicium patroni laici eo inuito non potest ecclesia simplex in collegiatam eligi. facit quod habetur in cap.pastoralis.de donatio. & ibi refert do. Car.Lapum dixisse, quòd executor, qui deber facere construi ecclesiam, non poterit erigere in monasterium.& faciunt hæc ad id quod dixit Per.de Ancha.consi cxi.vbi singu dixit, quòd quando alienantur res ecclesiæ patronalis, non requiritur consensus patroni laici: quia non reperitur in cap.sine exceptione.xij.q.ij.in l.iubemus.ij.ad finem.C.de sacrosanct.eccle.sed intelligantur iura præallegata de consensu illarum personarum, quarum interest non alienari res ecclesiæ. Item dicit ibi do.Per.quòd præfata iura loquuntur de consensu cletico tum, non autem patroni laici. Item ius patroni est dūtaxat ad actum præsentandi. Item ad opponēdum fe, si res sine causa distrahantur.ad hoc allegat Innocen. in cap à nobis.de iure patrona.sed quòd patronus intersit in tractaribus & aliis solemnitatibus adhibendis in alienatione rerum ecclesiæ non est iure cautū: & ita Bononiæ in sacti contingentia obtinui. Septimò adduco quod voluit do.Abb.in cap.fina.de iure patro.vbi dicit, quòd si præsentatio alicuius iuris patronatus spectet,& simul pertineat ad patronum clericum & laicum, legatus de latere non potest cōferre tale beneficium: quia licet ratione clerici posset, vt in c.cum dilectus. eo. titu. tamen respectu laici non potest, vt in dicto cap. cùm dilectus. quia non deberet priuari patronus laicus iure suo propter mixturā clerici. facit ad hoc cap.factis.de sepultur.& l.si communem.ff.quemadmodum serui.amit.& allegat Federic.de Senis consilio lxiij.vbi hoc tenet. Legatus poterit vti iure clerici,& conferre ecclesiam cum consensu solius laici, secundum eundem Federic. in præallegato consilio. hoc voluit domi.Petr.de Ancha.post Lapum ibi in cap.vnico.de iure patrona.lib.vj.

207 *Priuilegium immunitatis.*

1 *Immunitatis priuilegio an gaudeat fugiens ad corpus Christi, quod defertur per sacerdotem?*

ET inquantum supra singula.lxviij.in ver.Cardinalis. dixi, quòd Ludo.Roma. in singular. cccxxxix. in facti contingentia videbatur sequi gloss.in cap. quæsitum.
1 xiij.quæstio.ij.pro illa quæst.an fugiens † ad corpus Christi, quod defertur per sacerdotem, gaudeat priuilegio immunitatis, sicut si accederet & fugeret ad ecclesiam? dic quòd in facti contingentia non est secutus illam glos. sed pro tunc consuluit secundum opinionem Archid. in dicto c.quæsitum.quæ est in oppositum.

ADDITIO.

Vide Cæpol.cautel.ij. Gab.Sar.

208 *Penitus.*

1 *Penitus intelligitur ipso iure, idem de dictione prorsus.*
2 *Verbum Careo, est canon latæ sententiæ.*

1 PEnitus † intelligitur ipso iure.gloss.est singu. in l.si qui aduocatorum.in ver.penitus arceantur.C.de postul. quam reputauit singu.ibi Rapha. Fulgo. & inquantum suprà singu.xxxv.incip.verbum careo.dixi de natura il-

lius verbi, quòd intelligitur ipso iure. & allegaui gloss. in l. prouidendum in ver. careat foro. C d: postu. & gloss. in c. nouit. de his quæ fi. a præla. adde gl. aliam in c. nihil. in
2 versi. cateat potestate. de electio. & ibi do. Abb. dicit, † quòd verbum careo, est canon latæ sententiæ. & vide Domi. de S. Gemi. in c. vno, de cleri. coniug. vbi dicit, quòd verbum careo, denotat totalem priuationem. & allegat gloss. in clemen. in plerisque. de electio. Adde domi. Abb. in cap. in quibusdam. de pœnis. vbi dicit, quòd dictio penitus, importat ipso iure. allegat cap. fina. eodem tit. Et de hac dictione prorsus, secundum Abb. in dicto c. fi. vide text. & ibi Abb. in c. ad aures. de præscrip.

209 *Præceptum.*

1 *Dominus si dixit seruo ab aliquo verberato, non reuertaris domū, nisi aliquid sentiam de te contra verberantem, an ex illis verbis dominus teneatur de homicidio, si verberatorem seruus interfecerit?*

1 FAmulus † cuiusdam nobilis fuit verberatus: dominus eius sibi dixit, nunquam reuertaris domū, nisi aliquid sentiam de te contra verberantem. postmodum famulus interfecit verberatorem suum: quæritur nunquid dominus ex illis verbis teneatur de homicidio? In facti contingentia fuit determinatū quòd sic, & ita fuit dominus punitus. ita recitat Barto. in l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauit. ff. de acquiren. hæredi. & pro hoc facit, quia non refert an directè, vel indirectè aliquid consulatur. Et pro hac quæst. optimè facit c. ex literis. de excess. præla. secundum Abb. ibi, vbi colligit, quòd verba enūtiatiua tacitè disponunt, quando ex illis sequitur malum immi-
a nens. licet Ludo Roma.[a] in singu. dccxix. illum text. alleget, & sibi attribuat. facit l. certum. & l. cùm quid. ff. si certum peta. ad idem c. fina. de homi. lib. vj. vbi si mando aliquem verberari, & is cui mādaui, illum interfecit, teneor de homicidio: quia sum in culpa illud mādatum præbendo. Ita in proposito iste nobilis tacitè mādauit verberantem verberari, ideo tenetur de homicidio secuto. quod est bene notandum. Et cum opinione Bartol. in dicto §. sed quid si mandauit. transeunt Ang. Io. de Imol. & Pau. de Cast. Et vide eundem Pau. consi. cclx. incip. quòd per dicta verba non fuit probatum dictum Ioan. & Abb. in c. sententiam. ne clerici vel monachi. in viij. col. Quod dictum ego tibi limito secūdum Raphaëlem in dicto §. sed quid si mandauit. quem sequitur ibi Ludo. Roma. esse verum, nisi ex qualitate offensæ aliud perpendi posset. Exēplum, famulus fuit percussus alapa, & dominus dixit, nō redeas domum, &c. famulus iuit, & cum gladio illū interfecit, nō tenebitur hoc casu dominus, qui videtur mādasse fieri vindictam similem iniuræ. vt not. in simili in l. j. C. vnde vi. & in l. iij. § cùm igitur. ff. de vi & vi arma. in l. scientiam. §. qui cùm aliter. ff. ad legem Aquil. facit quod pulchrè voluit Bal. in l. si prædium. in vlti. colum. C. de ædil. action. Ad hanc limitationem Raph. do. Alexand. de Imol. in dicta l. si quis mihi bona. §. sed quid si mādauit. adducit notabilem decisionem Bald. in d. l. si quis mihi bona. §. si coram. nam, vt dixi, si mando famulo med, quòd vulneret aliquem, addo tamen quòd eum non occidat, & famulus occidit, teneor ego mandans, licet illud non mandauerim. in dicto c. fi. de homi. libro vj Modò dicit Bald. limitando illum text. quòd illud est verū, quādo nō poterat separari executio mādati ab ipso mandato: sed vbi optimè poterat separari, tūc secus: vt quia dixisti famulo, quòd alapam daret alicui, & famulus occidit, nō tenetur hoc casu dominus de homicidio & de intellectu illius capitu. fina. ponit Barto. in l. iij. §. fina. ff de adimen. lega. & in l. diuus. ff. de sicar. & Bal. in l. cùm mandatum. C. man. Facit etiam ad confirmationem limitationis positæ per Rapha. in dicto §. sed quid. quod voluit Bald. in l. non ideo minus. in vlti. colum. C. de accusatio. vbi videtur Bald. idem velle: sed clarius ponit in dicta l. si quis mihi bona. §. si coram. Ego addo tibi aliam limitationē ad præfatum dictum Bart. in dicta l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauit. per id quod voluit Bal. in l. si literas. C. manda. vbi videtur alio modo limitare dictum Bart. quòd illud procedat, nisi famulus repudiasset mādatū, & postea iuerit, & occiderit: quia tunc dominus non tenebitur. allegat gloss. in l. si filius. ff. ad Maced. vbi bonus tex. in ar. & cle. j. de procu. Aduerte tamen quòd contra istud dictum Bar. videtur gl. in l. j. in gl. j. & quod no. Gul. de Cun. C. de his qui. vt indig. vbi hæres tenetur vindicare necem defuncti licitè accusando de occiso in iudicio & dicit ibi Gul. de Cuneo, pone quòd Titius, qui fuit hæres, dixit coram testibus, ego vindicabo talem offensam. Titius fuit vulneratus, vel occisus, si ille Titius qui occiderat defunctum, & testes nunc deponunt qualiter Titius hæres dixit se vindicaturum necem defuncti, an propter hoc possit subijci torturę? & Gul. ibi decidit quòd nō, quia debet intelligi quando hæres dixit, vindicabit scilicet licitè. Pau. de Cast. ibi inducit gl. illam ad quæst. Bar. in d. §. sed quid si mandauit. & ad quæst. Guliel. dicit, quòd debet considerari qualitas personæ. nam ex qualitate personæ diiudicatur animus. l. famosi. ff. ad l. Iul. maiest. & habetur in l. j. C. de sal. mone. no. Bar. in l. metum. ff. quod metus causa. attento quòd ista indicia ad torturam considerantur arbitrio iudicis, vt per Bar. in l. fin. ff de quæsti. & per Cy. in l. fin. C. eo. per tex. in l. iij. in ver. tu magis scire potes, &c. ff. de testib. dicit Pau. de Cast. quòd gloss. illa in dicta l. j. facit contra Barto. in dicto § sed quid si mādauit. tamen idem Pau. de Cast. ibi transit cum dicto Barto. in loco præallegato, dicēs quòd debet sibi imputari propter suam iactationem. argu. l. fina. C. de dot. promiss. & facit in argumentum cap. quàm sit graue. de excess. præla. & cū Barto. transit etiam idem Pau. de Cast. in suo consi. cclx. incip. in Christi nomine, videtur quòd per prædicta non sit probatum, &c. Non obstat gloss. in dicta l j. quia iudicio meo responderi potest, quòd procedat in vindicta licita, & à iure permissa: & quicquid fit iure permittēte nō meretur pœnam. l. Gracchus, C. de adulter. c. qui peccat. xxiij. quæstio. iiij. cum simili. secus in casu nostro, in quo nemini licet se vindicare vindictam exercendo, sed bene iniuriam propulsando: per ea quæ leguntur & notantur in l. j. C. vnde vi. & in d. l. vt vim. ff. de iusti. & iure. & in ca. significasti. ij. de homic. & in dicta l. scientiam. §. qui cùm aliter. & C. vt nemini lice. se sine iudicis authoritate vindi. per totum.

ADDITIO.

a Licet Ludo. Roman. in singular. Vide ipsum Roman. singu. dccxix. & Matth. Mathe. singu. clxxxvij. & ibi dixi in annotatio. meis. Gab. Sar.

210 *Procurator I.*

1 *Faciens actum contra me tāquam procurator, vel vt hæres, debet fidem facere per instrumentum, quòd sit hæres vel procurator: alias ego non constituor in mora. Et quid si in iudicio egerit, & de mandato non opposuerim?*

1 SI aliquis † protestatur mihi tanquam procurator, vel tanquam hæres, quod ego soluam sibi, ipse debet mihi facere fidem per instrumentum quomodo ille sit procurator, vel sit hæres: aliàs ego non cōstituor in mora. ista fuit celebris doctrina & practica tradita à Bartol. per illum tex. in l. si quis inficiatus. ff. deposi. vide quæ ipse dixit in l. quod te. ff. si certum peta. Bald. verò in c. cùm in iure peritus. de offic. delega. & in c. ex parte decani. de rescrip. dixit, quod nemo præsumitur procurator, nisi doceat de mandato. & alleg. d. l. si quis inficiatus. do. meus do. And. vulgo dictus Barbatia, in dicto cap. ex parte decani. in Iv. col. refert in contingentia facti istam quæstio. quidam litigauerat in iudicio per procuratorē contra reum: reus nunquam opposuit de mādato, sed cum essent partes in limine ferendæ sententiæ opposuit se non fore constitutum in mora, quia procurator non ostendit mandatum. & allegabatur tex. iuncta theorica Bart. in dicta l. si quis inficiatus. do. meus interpellatus ad respondendum post factas allegationes aduocatorum, respondit quòd d. l. si quis inficiatus. & doctrina Bart. procedit in actu extraiudiciali: sed in actu iudiciali nō procederet, vnde erat necesse quòd reus opponeret de mandato, aliter bene constituebatur in mora. & allegauit in indiuiduo Bal. ita interpretantem illam l. si quis inficiatus. in rubri. C. deposi. & subdit do. meus in dicto c. ex parte decani. quòd ex

quo

quo reus pastus est illud, scilicet procuratorem litigare, præsumendum est quòd sciebat illum procuratorem fore. & allegauit Bald. ita dicentem in dicto c. cum in iure peritus. & Ludo. Roma. consi. cxlix. quod dictũ vt quotidianum in practica, literis aureis scribe.

ADDITIO.

Vide Nico. Boër. decis. x. nu 5. per Hieron. Cagno. in l. qui in alterius. nu. 18. ff. de reg. iur. Gab. Sar.

211 *Potest.*

1 *Verbum potest, importat necessitatem, quando negatiua præcedit, & quid si apponatur sine negatiua præcedente?*

1 VErbum, † potest importat necessitatem, quando negatiua præcedit. ista est notabilis gloss. in cap. de reg. iur. lib. vj. quam ad hoc allegauit do. Abb. in c. j. de causa possess. & proprie & ibi do. meus. & idem do. Abb. in c. j. de fide instrumen. & in c. si quis contra clericum. in x. colum. de foro cõpe. Secus si apponatur sine negatiua præcedente. quia eo casu exponitur secundum subiectam materiam: quia aliquando importat necessitatem aliquando non, licet de natura sui importet actum voluntarium. vide tex. iuncta gloss. in l. j. in versi. dare potest. ff. de iurisdict. omnium iudi. vide ibi Modernos. similiter in l. si mandauero. §. fin. ff. mand. & in authen. sed periculum. C. si ne cen. vel reliq. de quo vide per gloss. & doct. in l. sæpe. ff. de offic. præsi. & in l. Gallus. in prin. ff. de libe. & posthu. & in l. j. ff. de iniusto restamen. vbi per Barto. per eundem in repetitio. l. creditores. in prima col. C. de pignor. & plenè per Pau. de Leaza. in cõmento c. potuit. de locat. vbi latè tractat de hac dictione. de qua etiam per Archi. in c. statutum. de rescrip in vj. & quod not. in gloss. in cap. sciscitatus. de rescrip. & vide quod voluit do. Cardi. in c. testimonium aliàs in c. non debet. de testi. & gloss. in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offic. proconsul. & adduco gl. Ioan. à nemine allegatam in cap. si quis iam translatus. xxj. q. ij. Adde gloss. in cle. auditor. in verbo. poterit. de rescri. & Gemin. in c. præsentium. in ix. col. de testi. lib. vj. & vide eundem in cap. non solum. in primo respon. de appel. libro vj. in secunda col. vbi etiã de verbo, debet. Et an verbum potest, requirat actum, seu verificetur in potentia. vide Barto. in l. statuliberos. §. si quis acceperit. ff. de sta. libe. vbi remittit se ad l. sæpe. ff. de offic. præsid. & ad l. j. C. quomodo & quando iudex. & dicit quòd fuit interrogatus: statuto cauebatur, quòd qui non potest soluere mille, priuetur capite ille vult dare fideiussores, an sufficiat si non numerat: dicit forte non sufficere, nisi numeraret, propter verbum potest. Limita primum, scilicet, gloss. d. c. j. nisi resultaret absonus intellectus: tunc enim importat præsumptionem. ita dicit Abb. per tex. iuncta glo. in ver. non potuit. in c. quãto. de præsump. quod facit ad cõmunem vsum loquendi, & ad testium dicta. Vnde induco ad quæst. dicit statutum, quòd si quis vulnerauit aliquẽ, puniatur in centum, quæ si soluere noluerit, vel non potuerit infra mensem, amputetur ei manus: quia licet protestetur se non soluturum, tamen debet expectari mẽsis: quia voluntas hominis est mutabilis, vt not. ff. de dam. infect. l. qui bona. §. si quis stipulatus. vnde huic mẽsi non potest renunciari: nam per hoc renunciaretur defensioni: possibile est enim naturaliter quòd condemnatus moriatur interim, quo casu non fieret executio sentẽtiæ, nec decederet intestabilis. & defensioni, quæ potest esse naturalis & perpetua, renũciari non potest in criminali. vt singulariter not. ff. de pact. in l. pactum inter hæredem. Item accidentaliter potest superuenire defensio per gratiam Imperatoris, & huic spei renunciari non potest: tamen lex dicit, quòd restitutio in integrum quæ soli principi competit, reputatur quid impossibile, & ideò non curatur, vt ff. de fideicom. liber. l. ergo. § j. ita pulchrè Bald. in c. cùm non ab homine. in si. de iudi. & ibi Barb.

ADDITIO.

Vide quæ de hoc verbo potest, latè tradit Celsus Hugo in apostil. ad Lanfranc. de Oria. in cap. quoniam contra. in ver. dilationes. in fine. de probation. & per Hippol. de Marsi. in practic. crimina. in §. sequitur. numero 18. & ipsum Corset. infrà singu. cccxc. in verb. non valeat. Gab. Sar.

212 *Pœna I.*

1 *Absentia iusta excusat quem à pœna legali, non à pœna conuentionali. & ibi plura de iusta causa.*

1 LIcet iusta absentia † excuset quem à pœna legali, non tamen excusat eum à pœna conuentionali. singul. est gloss. in l. si cum militatibus. C. de testamen. milita. refert & sequitur Ludo. Roma. in repeti. rubri. de arbitr. in xxviij. col. & dominus meus in repeti. cap. Raynaldus. de testa. in Ioannina prope finem. facit ad hoc elegans glo. in l. non solùm. ff. de rei vendica & in l. iii. §. si rem. ff. de lega. iij. dicens iustam causam litigandi non habere excusare quem à pœnis cõuentionalibus, licet à legalibus sic. Inst. it. de pœn. temer. litig. in princi. & vide gloss. singul. in l. in hac. ff. de tritic. quæ dicit, quòd iusta causa litigandi excusat quem ab interitu rei. quam Bal. ponderat in capi. j. qui succes. tene. refert & sequitur Ludoui. Roman. in præallegat. loco. Item vide gl. in l. quod te. & in l. vinum. ff. si certum peta. vbi iusta causa litigandi excusat quem à mora. & adduco aliam glossam singular. secundum doctores in l. j. circa finem. ff. si quis ius dicenti non obtemperauer. vbi non tantum iusta causa, sed etiam iniusta excusat quem à pœna contumaciæ. licet ibi Bald. dicat esse similem gloss. in l. ex consensu. §. fina. ff. de appellatio. facit l. plag. ij & quod ibi not. C. ad legem Iul. de plag. vbi iusta causa excusat quem à dolo. & quod notanter dixit gloss. in l. j. in fin. ff. de abige. vbi non tantùm iusta causa, sed iniusta excusat quem à culpa. Sed Ioan. And. in additio. Specu. in titu. de arbit. tenuit contrarium dicẽs, causam etiam succumbentem habere à pœna excusare. pro quo facit quod idem dicit in c. j. de elect. lib. vj. quem refert Bald. in l. generaliter. C. de episco. & cleri. & in c. j. §. inter pares. de lege Conra. quòd iusta causa habet quem à pœna legali excusare. ex quo dicto idem Bald. in addi. ad Specu. in titu. de arbit. allegat gl. notabilem, quæ hoc expressè dicit in l. ab executione. C. quorum appella. non recip. & de his omnibus vide Ludo. Roma. in præallega. rubric. de arbi. in xxviij. colum. ad quæ dicta adde quod voluit Ange. in authen. de exhiben. reis. in prin. alias §. j. vbi dicit gloss. ibi esse singu. quòd habens iustam causam litigandi non punitur in expensis. quam dicit non procedere quando illa expressio, victus victori condemnetur, fit ab homine: quia tunc condemnatur in expẽsis etiam si habeat iustam causam litigandi. & ita dicit se in cõtingentia facti consuluisse. refert & sequitur do. meus in repeti. d. c. Raynaldus. de testa. in Ioannina. circa finem. & in cap. j. de rescrip. in additio. & alleg. aliam gl. & ibi Ange. in dicta l. non solùm. ff. de rei vend. & vide quod voluit Ange. in l. j. de eo per quem factum erit. vbi allegat gloss. d. l. in hac. & vide Bal. in l. deberi. C. de fideicommis. liber. & in l. ea quæ. C. quomodo & quando iudex. domi. meus in cap. iij. de vsur. tetigit hoc. & facit quod pulchrè voluit Barto. in l. ij. C. si seruus vel liber. lib. x. quòd si aliquis accusauit infamatum publice, & defecit in probãdo, quod non debet puniri pœna talionis vel calũniæ, quia excusatur propter infamiam præcedentem, quæ est iusta causa. quod menti commenda. & pro illo dicto optimè facit c. j. circa finem de elect. lib. vj. secundum do. Abb. in cap. cùm contingat. de rescriptis. vbi refert illud dictum Barto. ex quo dicto Bart. iuncto dicto cap. j. circa finem, infero, quòd causa probabilis & iusta excusat quem à calumniæ vitio. quod not.

213 *Pars.*

1 *Partis appellatione venit dimidia, & quando veniat pars infra dimidiam? Et quid de particula, vel portiuncula?*

1 LIcet † appellatione partis veniat dimidia. l. nomen filiarum. §. portionis verba. ff. de verborum significat. l. etiam pareis. ff. de vsufruct. c. ij. §. j. de deci. libro vj. cum simi. Tamen si adiicitur dictio aliqua, venit pars infra dimidiam. gloss. habes singu. secundum omnes, & do. Cardi. ibi in clemen. vnica. in versi. aut earum parte. de foro competen. & illam gloss. allegat do. Abb. in ca. super eo. de eo qui cogno. consang. vxo. suæ. & Bal in c. j. § cùm au

tem.in vetsi.quæro vtrum sit differentia dicere partem, an aliquam partem.in titu.de controuer.inuesti. in vsib. feud. sed appellatione partis venit dimidia dimidiæ. Idē dic in particula seu portiuncula.iste est tex.iuncta doctrina Barto in l.meminimus.C.quando & qui.quarta pars debe.lib.x.pro hnc facit quod dicitur, quòd pars adiecta parti partis partem facit.l.si plures.ff.de dam. infect. & vide ibi Barto.vbi dixit prædicta vera,nisi ratione adiuncti aliud appareat.& not.quòd Barto.in l.interdum. ff.de hæredi.institu.dixit,quòd libellans debet esse cautus,vt si in libello petit duas partes rei, vt dicat & exprimat duas partes & portiones de tribus totius rei:quia si simpliciter peteret duas partes,intelligeretur de duodecim partibus,vt habetur in dicta l.interdum. Et si opponatur,quòd ibi loquitur in hæreditate, quæ diuiditur in duodecim partes:ipse respondet quòd eodem modo fundus diuiditur in duodecim partes. vt in l. quoties.§.si duo.ff.de hæred.institu.l.cùm quæstio.C.de lega. Sed do. meus do.And.in commen.c.ij.de libel.obla. adducit cōtra dictum Barto.cap.indemnitatibus.§ si verò. de electio.lib.vj.vbi duæ partes intelliguntur respectu totius. & per illum tex.do.Pet.de Ancha.ibi reprehendit hanc doctrinam Barto.idem voluit ibi Domi.de S.Gemin. & adducit eundem do. Pet. in cap.extirpandæ. de præben. vbi etiam damnauit doctrinam Barto.& eundem Pet.de Ancha.in cap.cum homines.de deci.& vide quod voluit ibi do.Abb.& vide Ange. in dicta l.interdum.§ filiusfamil.vbi damnauit doctrinam Barto.& idem voluit Ange.in l.si in rem.ff.de rei vendi.& idem etiam voluit in l. etiam.ff.de vsufruc.vbi dicit,quòd iura allegata per Barto.non faciunt ad propositum,quia loquuntur in hæreditate,cui attribuitur similis diuisio in partes xij. & dicit quòd omnis consuetudo mundi seruat contrarium eius quod voluit Barto.& vide domi.meum in c.j.de testa.vbi de hoc.quod not.

214 *Papa.*

1 *Papa potest conuinci de crimine per duos testes.*

1 PApa † potest conuinci de crimine per duos testes gloss. est singu.in c.præsul.ij.q.iiij.quam allegauit pro singulari do.Abb.post alios in c.tertio loco.de proba. & in c, quoties.de testi.& in c.at si clerici.in prin.de iudi.

215 *Possessorium.*

1 *Possessorium quando suspendat petitorium?*

1 LIcet † intentans possessorium non possit suspendere petitorium aduersarij,sed potius sit locus regulę,qui prior appellat &c.l.qui prior.ff.de iudic. cap. cum dilectus.de ordin.cognitio.nam de natura actionis est non operari exceptionem. Tamen fallit,nisi possessorium intentaretur post petitorium in odium spoliantis,& in fauorem beneficiorum ecclesiasticorum per viam appellationis:quo casu possessorium habet vim exceptionis, adeo quod suspendit petitorium.sing.est casus,& alibi nō repertus in cle.vnica.de cau.pos.& proprie.

216 *Probatio I.*

1 *Probatio si ex statuti dispositione contra instrumentum non admittatur,tamen admittitur probatio contra probationem resultantem ex illo instrumento.*

1 LIcet † ex statuti dispositione contra instrumentū non admittatur probatio,tamen bene admittitur probatio contra præsumptionem resultantem ex illo instrumento.gloss.est quam scribentes reputant singul. in l.iurisgentium.§.quod fere.in ver.approbetur.ibi,ex interuallo.& in versicu.ibi,siue causam obligandi.ff.de pact. Sed Ange.de Peru.ibi alleg.aliam glo.in l.reos.§.cum tabulis.ff.de duobus reis.& ibi Ange.& Ioan.de Imol. dominus meus domi.Andreæ.in repetitio.rubri. de fide instrumen.in xiij.colum.circa finem.allegat aliam gloss.in l.j.C.de contrahenda & committen.stipular. & text. meliorem de iure in l.quicunque.quem ad hoc ponderat Barto.C.de apochis publ libro x.& allegant etiam illum text.moderni in dicto §.quod fere. vide eos ibi & domi. meum in dicta repetitione.

217 *Præscriptio. I.*

1 *Præscriptio legalis non currit militibus,secus in præscriptione conuentionali.*

1 LIcet præscriptio † legalis non currat militibus,tamen currit præscriptio conuentionalis.singu.est gloss. secundum Bal.& alios in l.si cum militaribus.C. de testamen.milita.refert & sequitur do.meus in repetitio.c Raynaldus.de testa.in Inannina.& magnifecit Ludo.Roma. in repeti.rubri.ff.de arbi.in penul.col.

218 *Plenaria fides.*

1 *Probatio in contrarium non admittitur,quando lex statuit quod habeatur pro plena fide,seu quod fides plenaria adhibeatur.*

1 VBi lex statuit † quòd aliquid habeatur pro plenaria fide,& probatione,seu quòd fides plenaria sit adhibenda,non admittitur probatio in contrarium. elegans gl. est in cle.vna in ver.fecisse.circa medium. de probation. quam gloss.reputauit singu. Ioan.de Imol. in l.qui bona. §.qui damni.ff. de damno infecto. quod intellige prout distinguitur in dicta clemen. vnica. & vide ibi do.Cardi. & alios dncto.

219 *Præscriptio. II.*

1 *Præscriptio contra ecclesiam regulariter non currit,nisi xl. annorum.& quid in actionibus personalibus?*

1 LIcet regulariter † contra ecclesiam non currat præscriptio nisi quadraginta annorum.vt in c.de quarta.de præscrip.cum simi.tamen in actionibus personalibus non datur tantum tempus,sed illud tēpus quod datur à iure ciuili.illud singu.probat gloss.relata ad text.in cap.cum causa.in ver.restituerent.ibi,agatur condictione ex eo contractn.de emptio & vendit. hoc vult ibi do. Abb & do.meus post alios.idem dicunt de aliis actionibus quarū aliquæ claudūtur semestri,vt in actione redhibitoria.vt in l.ij.C.de ædi.actio.& notatur in c.inuistum. de rerum permutat. aliæ clauduntur anno, vt in actione quanto minoris, vt unt. in præallegatis iuribus. aliquæ verò biennio,vt in actione de dolo.& hoc nota pro limitatione ferè totius tituli de præscriptio.& alibi hoc non memini me legisse.

ADDITIO.

Vide ea quæ scripsi ad sing.ccccl vij.Roma. Gab.Sar.

220 *Pupillus.*

1 *Pupillus non potest obligari sine tutoris authoritate,sed liberari potest.*

1 LIcet pupillus † nō possit obligari sine authoritate tutoris.Instit.de autho.tuto.in prin.nihilominus si illa obligatio parit liberationem pupillo,poterit iniri absque authoritate tutoris singula. est gloss.secundum Ange.in l.ij.ff.de accep.quod notandum dicit esse pro statutis Florentiæ,vt ibi per eum.& vide ibi Ioan. de Imol. & quod not.idem Ange.in consiliis suis consilio vltimo. & vide quod pulchre voluit in simili Bal.in l.contra iuris ciuilis.in prin.ff.de pact.vbi voluit,quòd si alienatio fiat in vtilitatem ecclesiæ,posito quòd non interueniat solēnitas canonica,valet & tenet.& idem Bald.voluit in l.cum hi.§.eam.ff.de transact.& quod voluit ibi Guliel.de Cun. & idem Bal.in l.quæcunque.C.de bon. quæ liber. vbi dixit,quòd licet authoritas superioris in alienanda re ecclesiæ debeat interuenire in ipso actu, vel incontinenti post,vt in c.j.de rebus eccle.non alienan.lib.vj.tamē potest interuenire ex interuallo,quando illa alienatio emanauit ad vtilitatem ecclesię.quod not.pro limitatione d. c.j.& in c.sine exceptione.xij.q.ij.& c.tua.de his quæ fiūt à præla.sine consensu capituli.& illo modo possunt saluari gloss. Ioan. Theuton.in d.c.sine exceptione. & in summa xij.q.ij.secundum do.meum in repetitio.rubri.de rebus eccle.non alienan.in x.colum.Et vide Abb.in c.cum causa.in fi.de re iudica.& Roma.consi.ccccliij.incip. visa principali constitutione.& in consi.liij.incip visis circa id de quo quæritur & videl.cùm hi.§.eam. & ibi gloss. ff.de transact.& Bald.in l.nocet.& in l.qui solidum.ff.de hæredibus instituen.& Ange.in dicto §.eam.& Roma. in l.quamuis.

l.quamuis.in fi.ff.de acquiren.possess.& ibi Ange.& Alexan.in l.multum.ff.de acquiren. hæredi. & vide Bald. in l. cunt inter.C.arbit.tute.vbi dixit,quòd contractum nullum in fauorem alicuius ille potest approbare.allegat ff. de actio.emp.l.Iulianus.§.si quis colludēte.Tu adde pulchrum tex.coniuncta theorica doct. in cap.causam quę. de iudi.vbi monachi debent proponere negotium cum authoritate superioris,ne si succumbant,valeat superior ex defectu sui consensus litem sopitam suscitare. Quærunt ibi docto.quid si esset lata pro eis,& in fauorē ipsorum,nunquid teneat,ex quo habuerunt consensum prælati?dicunt quòd sic, argu l non eo minus.C.de procur. vbi sentētia lata in fauorem minoris tenet:sed si esset lata contra minorem non teneret: quia constituit procuratorem sine curatore.licet aliter & nō bene senserit ibi do.Anto.& vide tex.iuncta gloss.notabili,de qua ibi Barto.& alij faciunt magnum festum, in l.si tutor.C.in quibus cau.resti.in integ.non est neces.& vide casum in c.si qua de rebus. xij.quæstio.ij.vbi patet,quòd licet contractus gestus de rebus ecclesiæ ea vacante sit nullus,tamen si in fauorem ecclesiæ est receptum,quòd si cedat in vtilitatem ecclesiæ,postea episcopus creatus talem contractum in veritate nullum ex defectu potestatis, potest habere ratum.& ad hoc vide gloss.notabilem in c.j.ne sede vacan.& ad idem facit gloss.notabilis in l.si mater.§. hoc iure.ff.de except.rei iudic.quòd sententia lata cum falso procuratore potest haberi rata per dominum, siue sit lata contra dominum,siue pro domino. & illam gloss. sequitur ibi Barto.& adduco tibi tex. in l.fiua.C. de aduoc.fis.& l.si fiscus.ff.de iure fisci.vbi sententia lata cōtra fiscum aduocato eius absente,non tenet.& ita voluit gl. in c.j.in ver.donec aduocatus.vt lite non cōtest. Sed quid si sit lata pro fisco absente aduocato? dicit Ioan. And. in dicto c.j.quòd valet & tenet.& istud voluit gloss.in l.non intelligitur.§.diuus.ff.de iure fisci.atq d.l.non eo minus. & refert & sequitur do. Abb.in dicto c.j.vide ibi do.meū, & adduco gloss.notabilem in l.nulli.ff.de transactio. vbi trāsactio non potest fieri per procuratorem sine speciali mandato.l.mandato.ff.de procura.l.transactionis.C.de transact.c.per tuas.de arbi.& quod not.gloss.in c.qui ad agendum.de procura.lib.vj.tamen si per istā transactionem,quam facit procurator sine mandato,non præiudicat domino,valet & tenet.singul.est gloss.in dicta l.nulli.& ibi notanter firmat hoc Barto.& illam glo.allegauit do.Abb.in c.contingit.de transact. vbi alleg.Fed.de Sen. consi.lxxxix.& dicit hoc esse perpetuò menti tenendum: quòd tunc prælatus poterit transigere sine alterius consensu & licentia,quando per illam transactionem reddit rem ecclesiæ meliorem,per gloss.& Barto.in dicta l. nulli. & illam gl.magnifecit Pet.de Anch.in d.c.cōtingit.& Ludo.Roma.consi.clxxxiij.& consil.clxv.& dom. meus in d.c.cōtingit.& in c.cum pridem.de pact.Ex quibus omnibus.sume singu.theoricam,quod vbi in aliquo actu,seu dispositione debet interuenire aliqua solennitas habito respectu ad certum finē,quod habito fine & effectu, propter quem introducitur solennitas illa,licet in actu non interueniat illa solennitas,nihilominus actus valebit: & sufficit quod solennitas ex postfacto interueniat:per d.c. si qua de rebus.& cap.cum vos.de his quæ fiunt a prælat. & per id quod voluit Bal.in d.l.quæcunque.ex quo ergo iura non volunt,nisi hoc,scilicet effectum ad finem rei.argu.l.j.C.de noui operis nunti.in versi.quid vult prætor, nisi hoc habito effectu.non ad rem pertinet an in ipso actu,an ex postfacto,an ex interuallo interueniat solennitas legalis. Ex isto modo non obst. quod forma sit seruanda.l.cūm hi.§.ait prætor.ff.de transactio.c.cūm dilecta.de rescrip.cap.Pisanis.de restitutio. spolia.nam forma dat esse rei,& perficit rem in esse.l. Iulianus.§.si quis. ff.ad exhiben. Quia respondeo quia iam seruatur solennitas,licet interueniat ex postfacto,ex quo est satisfactum menti iurislatoris propter finem & effectū secutū. quod singu.not.pro limitatione d.c.j.de rebus eccle.non alien. & in dicto c.sine exceptione. & cap.cum tua. Et respondeo aliter & elegantius iudicio meo,quod vbi aliquid est nullum ex defectu consensus,tunc quandocunque interueniat,sufficit,vt l.ratum.ff.rem ratam habe & per Dyn. in c.ratihabitionem.de regu.iur.lib.vj.hoc voluit Barto. in l.si mater.§ hoc iure vtimur.ff.de except.rei iudica. & sic intellige cap.cum vos.de his quæ fiunt à præla. & ca.si qua de rebus.xij.q.ij.& d.cap sine exceptione.ea causa & quæst.cum simi.nam gloss.in dicto § hoc iure vtimur.tenet,quòd possum habere ratum siue pro me,siue contra me fuerit lata sententia. Vltramontani dicunt,quòd tūc potest haberi rata,quando est lata cōtra me, secus si pro me.non obstat secūdum eos d.l.non eo minus.quia procedit & est speciale in minore,vt not.gloss.in dicta l.si tutor.Barto.tamen in dicto §.hoc iure vtimur putat illam gloss.veram per rationem præallegatam,scilicet vbi aliquid est nullum ex defectu consensus &c.& in facti contingentia do.meus do.And.cum sibi occurreret consultatio super hoc passu,dignatus est intuitu maximę beniuolentiæ me requirere,vt super hoc passu viderem , & ita consuluit apud regnum Neapolitanum.

ADDITIO.

Adde Ioan.de Arno.soliloquio lxxxiiij.& latius dixi in annotationibus meis ad Matthæ.Mathæ.sing.clv. nota quòd si minor. vbi multa cumulaui. Gab.Sar.

221 *Postea.*

1 *Dictio,postea,de sui natura denotat longum interuallum.*

1 DIctio,postea,† de sui natura denotat longum interuallum.gloss.est in l.pacta conuenta.ver.postea.ff.de contrahen.empt.do.meus do. And.in repeti.rubri.de rebus eccles.non alien.in xxvj.char.allegat glo. quam ipse solus considerat in l.cum fundum.in versicu. postea.ff. de vi & vi arma.& allegat notabilem tex.in l.ij.C.de custo.& exhibit.reo.in versi.postmodum.quem ponderauit Bart. in l.j. §.diuus Seuerus.ff. de quæstio.vbi dixit, quod ad hoc, vt quis possit condemnari ex confessione facta in tormentis,debet perseuerare in illa,& illa perseuerantia debet fieri ex interuallo,postquam mitigati sunt dolores tormentorum.& ad hoc Bart.ibi allegauit d.l.ij.in versi. postmodum.facit notabilis text.per locum à speciali in l.quoties.§.si quis postea.ff.de hæred.instituen.vbi est speciale fauore testamenti,& libertatis,vt dictio postea,denotet actum factū incontinenti.& ibi pulchrè dixit Bal. quidam fuit accusatus,quòd insultauit Titium,& postea illum percussit,quòd illa dictio,postea, intelligitur incōtinenti,& hoc propter odium pœnæ, vt censeatur vnum delictum,& de vnica pœna teneatur,& puniatur. & allegat ibi Bal.gloss.singu.in hoc,in l.qui de crimine. in verbo,plurima.C.qui accusa.bene facit gloss.in c.cum Vintoniensis.de electio. idem voluit domi. meus in cap.j.in versicu.postmodum.quod metus causa.& in c.in præsentia.de probation.& in cap fina.de rapto. Ego addo text. & ibi Bar.in l.illud.§.si idem.ff.ad legem Aquil. vbi voluit hoc & adde text.in cap.pater.de re iudica. libro vj. & Geminia.post docto.ibi,& Geminia.in cap. cum appellationibus.de appellatio.eo.lib.& gloss.in l.in bonæ fidei.in versic.postea.C.de pact.& Cardina. in dicto cap. cūm Vintoniensis. vbi allegat gloss. in dicta l.cum fundum.in versi.postea.& sic domi.meus non fuit solus, qui illam gloss.allegauerit.

222 *Pecunia.*

1 *Pecunia est de his rebus,quæ seruando seruari non possunt: limitatur vt ibi.*

1 PEcunia † est de his rebus * quæ seruando seruari non possunt.gloss.in l.j.§.fuit quæsitum.ff.ad Trebel.& per Canonistas in c.nulli liceat. de rebus eccle. non alienan. & propterea potest sine decreto alienari,vt in l.lex quæ tutores.C.de administratio.tuto. Quod tamen limita, nisi illa pecunia sit deposita apud campsorem, & destinata ad emptionem rerum immobilium , quia tunc censetur res immobilis,& inter ea quæ seruando seruari possunt. casus est singu.in l.iij.§.si quis ergo.ff de contra.& vti.actio.tutel.quem allegauit pro singulari Ludo.Roma.singul.ciiij tu habes quod pecunia.cui adde Alber.de Rosa. in solenni tractatu statutorum in secunda parte quæstio. cciiij.& domi.meum do. And.in repeti.rubr.de rebus ec-

cle.non alie.& in d.c.nulli.post alios.

ADDITIO.

Idem tradit Roman.singula.ciij & Andr. Tiraquel. in tractatu de retractu consangui.§.j.nu.106.Adde Cremen.sing.lx.

223 *Promißio facti.*

1 *Promittens factum alienum quando obligatur?*

1 LIcet alius † promittens factum alienum ad nihilum obligetur, nisi specificè promiserit se curaturum & factutum, vt Institu.de inutil.stipul.§.si quis alium & ff. de verborum obligatio.l.stipulatio ista.in princ.& quod ibi not.tamen si simpliciter promisit factū alienum cum iuramento, obligatur ad operam præstandam, sicut si se specificè obligasset: vt sic valeat iuramentum eo modo quo valere potest.argumen.cap.ad nostram. de iureiuran. & l.cùm pater.§.filius.ff.de lega.ij.facit tex. cum gl.in c.ex literis.ij.de sponsa iste est casus singu.secundum vnam lecturam, in c.ex rescripto.de iureiuran.

224 *Princeps I.*

1 *Princeps non potest ferre sententiam diffinitiuam contra partem non auditam.*

1 PRinceps † non potest ferre senteutiam diffinitiuā contra partem non auditam.singu.est text.secundum legistas in l.fina.in versi.cognitionaliter.C.de legib.vide ibi Bald.& Raphaël.facit text.in simili in cap.iudicas.iij.q.ix.quem ad hoc allegauit Ludo. Roma. io uorab.dccxv. an Papa.quòd Papa non potest statuere quòd credatur vni parti in præiudicium alterius.sed alius text. est in c.j. de causa possessio.& proprieta. facit cap.nos in quenquam.ij.quæstio.j.item constitutio denegans iustitiam est nulla.singu.fuit dictum Innocen. in cap.quæ in ecclesiarum.de constitutio.quod dictum allegauit Bald. in l. rescripta.C.de precib.impera.offerendis. & domi.Anto. in c.ex parte.de offic.delega.& do.meus in repeti.d.c.testimonium.de testi.xxxiij.col.

225 *Pœna II.*

1 *Infamis est ille, qui venit puniendus pœna infamia, licet iudex cā pœnam alterat, & aliam imponat.*

1 SI ex dispositione † legis, vel iuris municipalis aliquis veniat puniendus pœna infamiæ, ipse est infamis, licet iudex debeat alterare pœnam, & imponere aliam. iste est text.multum singu.in l.nouerint.C. vt infra certum tempus criminalis quæstio termi.& ibi Ange.illum text.primò allegauit pro singu.& Ludo. Roma. in l.si verò.§.de viro.ff.solu.matrimo.& do.meus in repeti.c.testimoniū, de testi.in lvij.colum.

226 *Præsumptio I.*

1 *Semel malus semper præsumitur malus, nisi per tres annos continuos eum fuisse bonæ conuersationis, & vita probetur: quia tūc emendatus præsumitur.*

1 REgula est, † quòd semel malus &c. regula, semel malus.de regu.iur.lib.vj.facit quod not.Bal.in cap.j. de feu.da.in vic.leg.commis.& quod not.Innocen.in c.cum oporteret.de accu.& qđ voluit gl.iuncta theorica Abb.ibi, in c.proposuit.de cle.excō.mini.vbi no.ex illa gl.q semel excōmunicatus semper præsumitur excōmunicatus, nisi probetur absolutus.nā qualitas semel posita, quæ ex solo cursu tēporis nō tollitur, semper præsumitur existere, nisi probetur sublata.pro hoc d.regula, semel malus. & l.siue possidetia.& quod ibi not.C.de proba.& quod legitur & notatur in c.præterea.ij.de transactio.& quod not.in c.si forte.de electio.lib.vj.& in l.si verò.§ qui pro rei qualitate.ff.qui satisda.cogan. Tamen limita hanc regulam, q si aliquis fuit semel suspectus, & malæ vitæ, licet de facili non præsumatur mutatio vitæ de malo in bonum, si potest probari, quòd iste qui olim fuit malæ vitæ tunc, per tres annos continuos, seu à tribus annis citra probetur fuisse bonæ conuersationis, & bonæ vitæ, quòd præsumitur purgatus & emendatus: & per hoc cessabit sinistra suspitio mali elegans text.est in authen. de monac.§. hinc autem nobis.ver facit & vide ibi Ange.quod not, singu. pro limitatione d.c.semel.& c.testimonium. de testi. vbi do.meus in sua repe circa fi.hoc dicit.

227 *Prorogatio dilationis.*

1 *Dilationis termino lapso, an iudex dilationem prorogare possit?*

1 SI iudex † elapso termino dilationis dicat, protogamus tibi dilationem ad tale tempus, an valet talis prorogatio, ex quo terminus erat finitus? Specu.in titu.de dilationibus.§.nunc videamus.versi.scias hoc.tenet quòd non, ex quo terminus erat finitus.l.sed si manente.ff.de preca. refert illud dictum Bal.in l.j.C.de temp.appella.in finalibus verbia, sed non sequitur, imò tenet contrarium dānando Specu & mouetur, quia inspecta mente iudicis videtur dare aliam dilationem: quia verba debent deseruire menti.l.si quia filium.C.de liber.præter.c.intelligentia.de verborum significatio.c.secondò requiris. de appel.adduci posset l.non dubium.C.de legi.vbi impropriamus verba vt menti deseruiamus gloss.in l.& puto.ff.familiæ erciscun.tex.in l.pater Seuerinam.§.conditionum verba.ff.de conditionibus & demonstrationibus.& cum opinione Bald.transit dominus meus domi Andr.io rubric.de dilatio.in ix.colum.tene menti.& videtur mihi opinio Bald.verissima: quia in dubio debemus capere sensum, vt res potius valeat, quàm pereat.capit. Abbate. de verborum significatio.l. quoties ff. de rebus dubiis. vt intelligamus iudicem dedisse nouam & aliam dilationem. quod notatur.

228 *Pax I.*

1 *Episcopus tenetur pro pace habenda inter eum & populum, dato sibi bono cambio, episcopatui renuntiare.*

1 EPiscopus * † tenetur pro bono pacis dato sibi bono cābio, renuntiare episcopatui propter pacem habendam inter eum & populum.singu.est dictum Inooc. in c. nisi cum pridem.de renun.refert & sequitur do. meus in c.j.de feriis.vbi plura dicta memoratu dignissima refert de pace.& Roma.sing.dcccii.j.An episcopus.

ADDITIO.

* Episcopus.Adde Hippol.de Mars.sing.cccccxxxiiij. incip. credo.& singul.ccccclxxxiij.incip.aliàs in repetitio. & quæ ibi dixi.

229 *Pax II.*

1 *Pax vt habeatur potest quis transferri de vna ecclesia in aliam.*

1 PRopter † pacem habendam potest quis transferri de vna ecclesia in aliam. peregrinum est dictum Lodoui. Roma.in consiliis suis consi.cccxxxiij. quò ad primum. vltim.dubio.refert & sequitur dominus meus in capitulo primo.de feriis.

230 *Piæ causa. I.*

1 *Probationi quæ piæ causæ fauet, in dubio standum est.*

1 IN dubio stamus † probationi, quæ fauet piæ causæ.casus est singu.in l.lege Iunia.ff.de manumissio. tito. generali.quem text.reputauit ad hoc singul.Bald.in cap.in præsentia.de probatio.& in cap.cum sint iura partium. de regul a iuris.libro vj.& in l.contractus. C. de fide instrumen.& in cap.domino guerram.§.promptiores.in titu.hic finitur lex, deind.incipiunt consuetu. regni. refert & sequitur dominus meus in dicto cap.in præsentia. & in cap.ex literis.de probatio.

231 *Princeps II.*

1 *Princeps concedens alicui castrum simpliciter, intelligitur concedere cum sua iurisdictione, & cum omnibus pertinentijs & iuribus suis. Et quid si episcopus vendat castrum, cum omnibus iuribus, an veniant spiritualia?*

1 SI princeps † concedit alicui castrum simpliciter, * intelligitur concedere cum sua authoritate & iurisdictione, & cum omnibus pertinentiis & iuribus suis. text. est rotundus in l.si quando.C.de bon.vacan.libro x.facit optimè secundum Barto.in l.j §.cùm vrbem.ff.de offic. præfect.vrb.& not.per docto.in l.vltima.ff.de cōsti.principum.

cipum.& plura per do.Alexand.de Imola in d.l.si quando.& ibi per eum habeas ad hoc remissiones. Vide Bar. in l.ij.ff.de iurisd. omnium iudi.per Specul.& Ioan. And. eod.tit.§ j.versicu.sed quæ meri.Oldra.consil.cclij.incip. ad quæstionem qua quæritur per Guliel.& Bald. in d.§. cùm vrbem.per Bart.in l.ij.in princ.ff.de verbor. signifi. & in l.inter eos.ff.de acquiren.rerum domi.& in l.si aliena.ff.de vsur.per Bald.in cap.j.de capitaneo qui curiam vendidit.vbi refert Hostien.per Bald.in d.l.fin.de constitutionibus principum.& in l.penultima,in ij. colum. C.de conditio.insert.& in l à procuratore.C.mandati. & in l.penultima.C.de bonis quæ liberis & in l.ij.in penulti.colum.C.de peda iudic.per Angel.in l.j.§.fin.de offic. eius.per Ludo.Rom.in l.iij.in prin.ff.de acquiren. possessio.per Bart.C.de excusatio. muner.l.j.libr.x.& per Modernos in dicta l.inter eos.Et quid si episcopus védat, vel donet castrum cũ omnibus iuribus,an veniant spiritualia?dic quòd non,secundum Innocen.in cap.ex literis.de iure patrona.

ADDITIO.

* Adde Buuer.sing.xliiij.in verb.præsumptio.nu.32. & Barth. de Capua sing.lx.

232 Pœna III.

1 *Condemnandus in persona & in membro,quodnam prius perdere debeat?*

1 SI aliquis † debeat condemnari & puniri in persona, & in membro, debet sibi prius amputari membrum, & postea debet personam perdere:aliàs non posset fieri executio de pœna membri.notabilis glo.in l. omnes. C.de delator.lib.x hoc voluit ibi Barto.qui in facto vidit hoc seruari Perusij.

233 Procurator II.

1 *Comparere per procuratorem in causa criminali quis non potest, nisi post conclusum in causa.*

1 LIcèt quis in causa † criminali non possit comparere per procuratorem,vt in c.veniens.de accusa. & in l. pen.§.ad crimen.ff.de publ.iudi. cũ simil. Nihilominus post conclusum in causa poterit cóparere.casus est sing. & vnicus in l.quamuis indubitati.C ad legem Iul. de adulte.de quo fecit festum do.meus in repet c.pastoralis. de causa possessio.& proprieta.

234 Potestas I.

1 *Rector ciuitatis an possit esse illiteratus?*

1 POtestas † & rector ciuitatis an possit esse illiteratus,notatur in l.fi.C.de senten ex pericu.recitan.sed optimè facit l.expertes.C.de decur.lib.x.secundum Bar.ibi glo. arguit ibi ,in contrarium solue secundum Bar.ibi,quod in casu legis contrariæ requiritur scientia literarum.

235 Præsumptio II.

1 *Bonus præsumitur,qui bene se habuit in aliquo exercitio.*

QVi bene se habuit in aliquo actu,vel in aliquo exer-
1 citio,præsumitur † bonus.text.est quem ad hoc reputo meliorem de corpore iuris,in l.athletis.C.de athletis,lib.x.& vide ibi Bar.qui dicit,quod ex hoc inuẽta est consuetudo,quod scholaris ter examinetur, vt ibi per eũ.& per eundẽ in l.magistros.C.de profess.& medic.eo.lib.& per Cano.in c.cùm secundum Apostolum.de præben.quod tene menti.quia facit ad multa.Hoc fortè non procederet in scholari notoriè perito,qui doctorari debet sine examine,vt dicit do.Abb.in c.constitutis.ij.de appel. facit c.de Petro.xlvij.distin.c,nullus.xxiiij.dist.& ideo dicit ibi Hugo,quòd non examinatur,qui de curia romana excipitur,cùm tales sint notorij.facit c.ad apostolicam.de regulari & ratio ,quia frustra fit demonstratio rei certò demonstratæ.l.j.ff.de dote prælega.Quod tamẽ intellige,nisi esset data forma,quòd in doctorando requireretur examen:quia forma esset seruanda.c.cũ dilecta.de rescrip faciunt notata per Ange & Ludo.Rom. in l.hac consultissima.C.qui testamen.face possunt.glo. & Bal.in l.j.ff.de lib & posthu.ita dicit do.meus do.Alex. de Imo.in d.l.athletis.in additio.facit quod voluit domi. meus domi.Andr Siculus in cap.cùm dilectus. de ordine cognit.

236 Potestas II

1 *Rector ciuitatis,qui in sua electione promisit dare communitati duos clypeos certi valoris,an possit dare quantitatem?*

1 POtestas † seu rector ciuitatis,qui in sua electione promittit dare communitati duas balistas,seu duos clypeos certi valoris,sed postea velit dare quãtitatem, non auditur.casus est in terminis, & iudicio meo singularis, in l.omnibus.C.de fabr.lib.xj.licet regula sit,quòd aliud
* pro alio * solui non possit inuito creditore.vt in l.ij.§.j.ff. si cer.pe.& ibi plenè per doct.

ADDITIO.

* Aliud pro alio.Amplia illud procedere etiam si interesse affectionis aliud suaderet.vt in pulchra quæstione cóncludit Pau. de Cast.in l.si domus.§.in pecunia.ad fi.& ibi Ias.not.vij.eum sequitur.ff.de lega.j.Sed limitatur quando testator grauasset hæredem dare Caio singulis annis aliquid, puta decem amphoras vini:quia hæres eo inuito poterit assignare ioi de bonis testatoris ex quibus possit dictũ vinũ percipi.ita sing. Bal. in l.si quis argentũ.in prin.col.vlt.per illum tex.C.de donat. & pro singulari commendat Ias.in l.non amplius.§.cũ bonorum.not.ij ff.de leg.j.& idem Ias.in l.ij.§.mutui datio.versic. decimoseptimò fallit.ff.si cer.pe.Adde prædictæ regulæ,quòd eodem modo alius non potest pro alio soluere creditore inuito,quando hoc creditori præiudicare potest.ita singu. Bal. qui loquitur in feudatario & emphyteuta.in l.acceptã. xxv. q.C.de vsur.quem pro singulari approbat Ias. in l.ij.q.xxvj. C.de iure emphy.licet dominus recipiẽdo solutionẽ sibi præiudicet. vt concludit Bal.in l.arboribus.§.quod tñ.ff.de vsufru.& sequitur Dec.consi.lviij.viso diligenter instrumento. col.fi.post Alex.cõsi.lxxj.videretur prima cõsideratione.li.j.

237 Princeps III.

1 *Princeps si vni rem concedat,postmodum alteri motu proprio,an secunda concessio valeat?*

1 PRinceps † cõcessit rẽ vni pro se:postmodũ cõcessit alteri eãdẽ rẽ motu proprio:quæritur an valeat secũda concessio?dic quod non,nisi dicat in secũda cõcessione,non obstante tali prima cõcessione facta,vt in c.si motu proprio.de rescri.li.vj.iste est casus,quem notat ibi Bar.in l. prædia.in versi.spõte donauerit.C.de loca.prædi.ciui.li. xj.quod no.quia sæpenumero potest euenire de facto.

238 Pœna IIII.

1 *Strata,& via an inter se differant.*

1 STatuto cauetur,† quod cõmittẽs maleficiũ in strata, puniatur pœna dupli:aliquis cõmisit maleficiũ in via,an statutũ vendicabit sibi locũ?dic quod non:quia hoc casu accusatio nõ cõcludit pœnã dupli,quia sunt attendẽda verba legis & statuti,vt in l j.§.docere.ff.vi bo.rapto.Et ratio est,quia strata & via ponitur,vt species distinctæ & differẽtes.illud probat bonus tex.in l.absit.C.de pri.do. augu.vel rei priuatæ.lib.xj.hoc voluit ibi Bar.& cõcordat secundũ eũ,l.j.circa fi.ff.de via publica.tene menti.Intellige nisi in cõtrariũ appareret cõmunis vsus loquẽdi,tã in via quàm in strata,quia tũc attẽderetur.l.librorũ.§.quòd tamẽ Cassius.ff.de legar.iij.& l.cum de lanionis.§.asinã. ff.de fundo instructo.per Bar.in rubri.ff.de ope.no.nuntia.quod tamen intellige,vt ibi per Moder.

239 Præceptum II.

1 *Præceptũ iudicis faciẽs ad cãm dicitur sententia interlocutoria.*

1 OMne præceptum iudicis † faciens ad causas, dicitur sententia interlocutoria. ista est gl.sing.in l.quoties. C.de priuilegio scholarium.lib.xij.aliàs de priuileg. eorum qui in sacro consill.militant,& de priuilegio scholarium,libr.xij.quam gl.reputauit sing.Bar in l. quoties. C.de dignita.lib.xij.Sed est alia gl.in decre.in §. diffinitiua.ij.q.vj.quam allegauit Dominicus de S.Gemi. in c. vt animarum.de constitu.lib.vj.adde glo.in l.cùm clericis.C.de episc.& cleri.& in l.ex stipulatione. C.de sen.

& interlo.omn.iudic.& in l.& harum. ff. si seruit. vendi.
& vide gloss.in cle.j.de sequestra.posses.& fru.in cle.si.de
appel.Bar.in l.Titia.ff.de accusa.& do. Alex de Imo.in d.
l.quoties.In addi. Adde gl.in authen.de litigiosis in §.ad
excludendas.in verbo,ab interlocutionibus.col.vj.& il-
lam gl.allegat Ang.in rub.ff de re iudi.& dicit quòd ta-
lis modus loquendi non est alibi.& illam glo facit singu.
Bal in l.arbitro.ff.qui satisda.cog.& in l post sententiam.
C de sententiis.& Ange.in l stipulatione.C.e.tit.& in au-
then.de hæte.& falci.in §.si quis autem non implens.in
ver.de ceria.& in l.cum clerici.in ver.sententiarum.C.de
epis.& cler.& Gemiuia.in c.ij.de constit.libr.vj.in iij.col.
vbi allegat aliam,in §.diffinitiua.ij.q.vj.& vide Bal.in l.si
ea.C.qui accusare non possunt.vbi allegat glo.in d.§.ad
excludendas.

240 *Priuilegium* *I.*

1 *Priuilegium concessum mihi & omnibus meis descendentibus masculis & fœminis,an descendentes per lineam fœmininam si sint viduæ,priuilegio gaudeant?*

1 SI priuilegium† concedatur mihi,& omnibus meis de-
scendentibus masculis & fœminis,ꝙ descendentes per
lineam fœmininam ita sortiuntur priuilegium si sunt
viduæ,non autem si ad matrimonium conuolauerint:&
potest esse ratio,quia postquam virum assumunt,in totú
in alium dicút se transferre,& statum suum mutare:nam
mulier vidua fongitur priuilegio mariti,quousque sie
maritata.& pro dicto adduco tibi tex.in l.quoties C.de
priuilegio scholarium,lib.xij.quem ad hoc Bar.ibi repu
eat singu.pro ratione verò facit d.l.quoties.& facit l.filii.
§.vidua.ff ad municipa.& vide Barto.io l.mulieres.C.de
digni.lib.xij.vbi not.de hoc.

241 *Pœna* *V.*

1 *Prædiâ cum grassatoribus diuidentes debent viui comburi.*
2 *Igne cremari si quis debeat,semper viuus est comburendus.*
3 *Puniri post mortem quando quis possit?*
4 *Mortuus est liberatus à fisco.*

1 ALiqui diuidentes† prædia cũ grassatoribus, viui de-
beot comburi.tex.sing.habes secundum Bart.in l.si
quis à barbaris.C.de re mili.lib.xij.Et inquantum dicit,
quòd viuus debet cõburi,ego dico,quòd vbi aliquis de-
2 bet concremari,† semper debet viuus concremari.text.
habes in l.vniuersi.in versi.viuos cócremetur.C.vbi cau-
sæ fiscales nam crimina extinguuntur morte,vt in capit.
quorundam.xxiij.dist.C.si reus vel accusa.mortuus fue.l.
j.& ij.de quo legitur & no.in c.à nobis,ij.de senté.excom.
3 tamen† quis potest puniri post mortem propter horren-
dum crimen.vt In stit.de hæredi.quæ ab intesta.deferun-
tur.§.per contrarium.in versi.memoria damnata fuerit.
Et sic limita illud quod voluit Bald.in l.ex hoc iure.ff.de
iusti.& iur.statoto(inquit)cauetur, quòd bannitus pos-
4 sit† percuti & disrobari, quòd fiest defunctus,oon pote-
rit disrobari,quia homo mortuus est liberatus à fisco.&
quod voluit Ange.in l.defuncto.ff.de publi.iudi. vbi ae-
guit contra iudices,qui ponunt mortuos in patibulo, &
non possunt.voluit Cy.in l.j.C.qui testa.face.poss & vide
tex.in c.mulier.xv.q.j.vbi animal brutum propter hor-
rendum crimen punitur.Et alibi dixit gloss.iuris ciuilis,
quam ad præsens non habeo méti,quòd homo mortuus
propter hortendom crimen est tradendus bestiis.& vide
Barto.in l.si constat.ff.de appella.& Bald.in l.j.C.ex de-
lict.defunct.vbi dicit,quòd propter horrendum crimen
homines imbadaglantur.& per prædicta limita dictũ c.
quorundam.& dictã l.j.& ij.quòd licet crimina regula-
riter extinguãtur morte:fallit tamen vbi crimen est hor-
rendum.vide quod not.in d.c.à nobis.& per Archid.in c.
accusatus.de hæreti.lib.vj.& c.cùm secundum leges.eod.
titu.& lib.

242 *Priuilegium* *II.*

1 *Priuilegium principis motu proprio concessum,valet.fallit in casu,vt ibi.*
2 *Officium habere non potens,si illud accepiet, qua pœna puniatur?*

1 PRiuilegium† principis motu proprio concessum,va-
let & tenet.casum habes in c.si motu proprio.de præ
ben.lib.vj.Sed si aliqois est obligatus cohorti ex priuile-
gio principis concesso motu proprio,ad aliam dignita-
tem non aspirabit,& carebit effectu priuilegii, & cómo-
dum cohortalis militiæ nó habebit.tex.est in l.quisquis.
C.de cohorta.priuc.& ibi Bart.dicit,no.casum singula-
rem,in quo priuilegium principia concessum motu pro-
prio est nullius momenti,licet regulariter sit contra:per
d.cap.si motu proprio.Et dicit ibi esse casum expressum,
2 qoòd si statutum dicat,quòd hãbens† vnũ officium, non
debet habere,nec accipere aliud:quòd si accipiat,ille ta-
lis acceptans carebit officio acceptato, & eius effectu.&
etiam punitur in hoc,quia non debebit habere stipen-
dium primi officii, nec etiam eius priuilegium. optimè
facit quòd legitur & notatur in c.de multa.de præbend.
cum similib.

243 *Pœna* *VI.*

1 *Officiales non punientes maleficia,& non imponentes pœnas legibus statutas,quomodo puniantur?*

1 QVa† pœna puniantur officiales dissimulatione non
punientes maleficia,& nõ imponentes pœnas le-
gibus vel statutis impositas?vide gloss.notabi.in l.j.C.de
deserto.& occultato lib.xij.& ibi Bat.dicit illam glo.esse
notandam contra capitaneos Perusii,qui malefactores
gratia vel dissimulatione non puniunt.ad quod facit se-
cundum eum,C.de lætitia & consulũ apparitione.l.quic
quid.vbi dicit illam legem esse ad hoc notandam.

244 *Pœna* *VII.*

1 *Pœna apposita hæredi non vindicanti mortem defuncti, quando habeat locum?*

QVidam fuit occisus,& opponebatur hæredi, ꝙ non
vindicauit necem defuncti,& per consequens quòd
1 non debebat habere hæreditatem : quæro † quando ha-
bet locum pœna apposita hæredi non vindicanti necem
defuncti?do.Abb.in repetit.ca.extirpandæ.§.qui verò.in
x.col.de præben.dicit,quod pœna ipso facto committi-
tor,cùm affuit facultas illum actum gerendi, & minimè
fuit gestus etiam nulla admonitione præambula.& de
hoc allegat glo.singu.in l.j.C.de his qui.vt indig. & dicit
quòd de illa gloss.fecit festum Bald.in l.in cognitione.ff.
ad Sylla.vbi per illam glo.dixit,quòd pœna inflicta pro-
pter non factum, incontinenti dicitur committi, cum
affuit facultas & facilitas,& opportunitas actum facien
di,& minimè fuit gestus.Ego de hoc allego Bal.in capit.
tertio loco.de proba.vbi idem tenet & allegat Ionocen.
in c.super his.de accusatio.dominos meus do.And.vidit
de facto hanc quæstionem,& allegauit Innoceo.in dicto
capitu.extirpandæ.§.qui verò quem refert Dominic.in
capit.j.de vita & honestate clericor.lib.vj.& Bar.in l.in-
ficiando.§.infans.ff de furtis.& Bal.io l.ij.C.de sponsa. &
allegauit glo.d.l.j.vbi Bal.ibidem facit festum de illa gl.
tene menti.

ADDITIO.

Vide Hippol.de Marsi.in l.viuus.§.cognitiorum.numero.4.ff.de quæstio. Gab.Sar.

245 *Pœna* *VIII.*

1 *Promittens aliquid habere ratum vel firmum sub pœna,an incidat in pœnam,si de facto contrauenias?*

1 ALiquia promisit† sob pœna aliquid habere ratum, an
committatur pœna,si quis cõtrauenit de facto:Bar.
in l.id quod pauperibus.C.de episco.& cleri.dicit,quòd
non:secus si promittit habere firmum : quia verbum ra-
tum refertur ad ius,verbum firmum refertur ad factum.
& dicit de hoc esse gl.sing.in d.l.id quod pauperibus illud
dictũ refert & sequitur domin.Abb.in capit. Raynaldus.
de testa in vj.colum.& ibi dominus meus, dominus An-
dræ. & in aliis plerisque locis quod oota pro contra-
ctibus , in quibus apponuntur talia verba. Et ideo cau-
tus aduocatus debet de consensu partium talia verba
apponere, vt aliquis oon possit nec de iure nec de facto
contra-

contrauenire.facit c.cùm ab ecclesiarum.in versic.rata
debet & firma consistere.de offi.ordi.cum si.

246 *Probatio* *II.*

1 Probans cum vno teste & fama de suo titulo anteriori, si alius per testes idoneos de titulo citeriore probet, vter præferatur?
2 Fama an semper faciat semiplenam probationem?
3 Matrimonium manifestum quando præiudicat clandestino.

1 SI aliquis † probat cum vno teste, & fama de suo titulo
anteriori, alius verò probat per testes idoneos de titu-
lo citeriori, iudicandum est secundum clariorem proba
tionem. Et ratio huius dicti est, quia standum est proba-
tioni apertiori & meliori, per ea quæ habentur & notan-
tur in c.in nostra.de testi.c.præterea.e.ti.c.licet causam.
de proba.l.ob carmen.§.si teste.ff.de testi.cum simi. nam
2 non semper est verum, quòd fama † faciat semiplenã pro-
bationem, vt notant scribentes in cap.veniens.j.de testi.
& Barto.in l.de minore.§ tormenta.ff de quæstio.& istud
fuit notabile dictum do.Abb.in c.ij de clandest.despon.
ad saluandum dictum Vicent.à morsibus do.Cardi.ibi,
3 inquantum Vicen.voluit, quòd manifestum † matrimo-
nium præiudicat clandestino.etiam si habeat pro se vnũ
testem & famam.quod dictum Gaspar de Cald.dicit esse
bene notandum.sed aliter sentit ibi do Card.& malè, in-
quantum dicit.quòd vnus testis & fama plenè probant:
quia hoc non est verũ.& licet plenè probent, tamen stan-
dum est potius alii probationi clariori, & meliori, per
iura præallegata.Tene menti, quia in facti contingentia
de hoc dicto do.Abb.consecutus sum maximum hono-
rem coram Legato Bononię, dum allegarem in quadam
causa.& ita obtinui.

247 *Præscriptio* *III.*

1 Præscriptio non interrumpitur per libellum non legitimè conceptum & litis contestatio non legitimè facta non prodest.

1 LIbellus † non legitimè conceptus non interrũpit præ-
scriptionem.text.habes valde singu in l.si accusatu-
rus.ff.ad leg Iul.de adulte.Et litis contestatio non legiti-
mè facta non prodest.glo.habes singu.in l.si pater.C.ne
de statu defuncto.& illam tex.& illam gl.reputauit singu-
larẽ do meus prætermissis aliis in c.Raynaldus.de testa-
men.in sua repeti.in xviij char.

248 *Pœna* *IX.*

1 Pœna apposita in conuentione committitur ex sola contrauentione, licet contrauentio non habuerit effectum.

1 POena † apposita in conuentione committitur ex sola
contrauentione facti, seu contradictione, licet cõtra-
dictiu non habuit impedire legatum factum auúculis:&
tamen pœna apposita ex conuentione habuit effectum.
tex.est notabi.in d c.Raynaldus.de testam.quem do, Ab.
ibi dicit facere pro pœna apposita in compromissis con
tra & aduersus contrauenientes, vt committatur pœna,
licet contrauentio non habuerit aliquem effectum, simi
liter committitur pœna ex contrauentione iuris, seu de
iure facta vt in l.nuda.C.de contrahen.& commit.stipu.
refert & sequitur domi.meus in dicto capi.Raynaldus.in
repeti.quod not.perpetuò, quia quotidie potest euenire
in facto.

249 *Præsumptio* *III.*

1 Celeritas actus inducit suspitionem fraudis.

1 CEleritas † actus inducit suspitioné fraudis.hoc pro-
bat tex.iuncta gl.in l.si ventri.§.cotum.ff.de priuile.
credi.quam glo.supremus doctor Bart.inducit ad quæ-
stion.quidam accusabatur de consilio præstito ad ho-
micidium, & de homicidio probatur per famam, ité pro
a batur q fuit locutus[a] homicidæ, & statim occidit eũ, sed
nesciebatur qoid dixerit:dicit ibi Barto.q ex breuitate
spatii præsumitur consilium dedisse ei:per illam gl.quòd
perpetuò notabis.Et ibidem pulchrè dixit Bart.q si do-
naui bona mea Titio, & incontinenti feci homicidium,
q talis donatio præsumitur facta in fraudé propter cele-
ritatem actus.idem voluit in l.post contractum.ff.de do
na.& vide quod no.doc.in l.si quis post hanc.C.de bo.dã.
vbi per Cy.facit quod voluit Bald.in l.j.C.de ser.fug.hoc
idem voluit do.meus do.And.in quodã suo celebri con-
silio, inci.viso puncto & facti cõtingentia stat difficultas,
vtrum sit contractum matrimonium.Et potest reddi ra-
tio, quia id quod incontinenti fit, præsumitur præordina
tum & præcogitatum.& vide quod voluit Bar.in l.si vir
vxori.ff.de do inter vir & vxo.vbi habetur, q si facto di-
uortio mulier reuertitur ad maritũ incontinenti, q præ-
sumitur illud diuortium simulatum.& ibi dicit Bart.q si
dominus licentiat famulum, & postea incõtinenti illum
reassumat, q talis dimissio & licentia fuit ficta, & simula-
ta.& vide quod voluit Bal.in l.ij.C.de repu.hære. vbi di-
cit, filius abstinuit se ab hæreditate paterna:sed inconti-
nenti facta abstensione repetitur esse in possessione bo-
norũ q tunc præsumitur abstensio simulata.ad hoc alle.
Cy.in d.l post contractũ.& mouetur ex eo, quia id quod
fit incontinenti, præsumitur præordinatum.& sic ratio-
ne vicinitatis actus præsumitur fraus.facit quod no.Spe.
in ti.de dona.§ j.in ver.item pone aliquis.& quod voluit
idem Spe.in ti.de actio & peti §.in anterioribus.ver.q si
forte.& l.j.C.de iur.fis.lib.x & quod voluit Bal.in l.fraus.
ff.de legib.quòd simulatus titulus non est titulus, & simu
lata traditio non est traditio.l emptor.ff.de aqua pluuia
arcen l.cum ea.C.de transact.& hæc omnia, tanquã flos-
culos, menti commendã.

ADDITIO.

a Item probatur quòd fuit locutus. Idẽ tradit Bal.in l.j.col.iij.
versi.& ille dicitur mandasse.& per Bar in l.si ventri.§.fi.ff.de
his quæ in fraudem credito.& per Io.de Ana.in consil.lix.&
per Bal.in c.veritatis.de do.& contu.& in c.j.§.vel furti.de pa
ce iuram.firm.& in c.si quis decesserit.si de feud.fuer.cõtro.
& plenè per Lud.Carr.in practi.cri.in § circa.ij.nu.48.& 53.
Gabriel Sarayna.

250 *Prohibitoria constitutio.*

1 Prohibitoria constitutioni partes renuntiare non possunt.

1 COnstitutioni † prohibitoriæ partes renuntiare non
possunt.gl.est celebris in l.a diuo Pio.ff.de ritu nupt.
quam reputauit sing.do.Pal.in l.non dubium.C.de legi.
Idem voluit in l.quos prohibet ff.de post.vbi alle.Cy.in l.
j.C.ne fideins.dotiũ den.& in l.si mulier. C. ad Vellei. &
vide quod voluit Pau.de Cast consi.suo cccxlvj & Bal in
trac.schismatis.in iij.col.Et tempera dictũ gl.nisi ab eo-
dem statuto permitteretur.text.est sing.secũdum do.meũ
in c.nonnulli.in ver.nisi consensus partium.de rescri.vbi
plenè per eum.optimè facit c.statutum.§ in nullo.in ver.
nec ad id expressus accesserit earundem cõsensus.de re-
scri.lib.vj.& vide Lud Rom.in consi.cxlvij.& Bal.in l.j C.
qui admit.& gl.sing.in l.nemo potest.ff.de leg j.quam re-
putauit singul.Bal in l.iij.C.vt in pos.lega.Non ob.l.j ff.
de ser.que videtur prædictis obuiare:quia ibi lex vltim.
procedit permittendo, vt possit constitutioni prohibi-
toriæ renuntiare, ergo si vltrà non processisset, esset secus.
& vide do.meũ in rep.c.Raynaldus.de testa.in Ioannina,
maxime in xlvij.vel xlviij.char. Et si aliquis opponat de
authẽ.non licet.C.de libe.præteri.vbi dicitur, q non licet
parentibus exhæredare, vel præterire aliquem ex filiis, ni
si ille filius probetur ingratus.& clarum est, quòd illa cõ-
stitutio est prohibitoria, & tamen illi renuntiare potest
filius, quia sua interest approbare vel improbare testa-
mentum. vt in l.filio præterito.ff.de iniusto testamen.
Respondeo glo.d.l.a diuo Pio.procedere, nisi per alia iu-
ra disponatur, quòd constitutioni prohibitoriæ renun-
tiari possit, quatenus factum priuatum, & ius priuato-
rum concernat.

251 *Pœna* *X.*

1 Pœna grauissima dicitur pœna mortis.

1 VBicunque lex, seu statutum † apponit pœnam grauis-
simam, venit pœna mortis:ista est gl.quæ reputatur
sing. in l ij.C.de cun.do.meus do.And.in c.prudentiam.
§.addicimus de offic.deleg alleg. aliam gloss.in rubr.C.
nemi.lice.signum salua.quæ dicit fortè venit pœna mor
tis appellatione pœnæ grauissimæ. & allegat glossam

in l.j.eo.tit.& facit tex.in l.j.in versic.grauissimam multam.de seditio.& glo.dicit ibi mortem,vel aliam, secundum qualitatem personæ.facit l.fi.versi.grauissimis pœnis.& in l.si quis ad declinandam.in versi.grauissima pœna.C.de episco.& cleri.cum simil.& vide quod voluit Pe. de Anchar.in consi.xv.vbi per pœnam grauissimam intelligit pœnam mortis. Sed pro veritate huius rei vide do.meum in d.c.prudentiam.§.addicimus.circa fin.vbi suo more solito,& pulchrè & copiosè loquitur.quod nota pro statutis,& alijs dispositionibus apponentibus talia verba.

252 Pactum I.

1 *Pactum vt obseruetur,si actum sit inter cõtrahentes, quòd res ipsa sit specialiter obligata,ea non poterit alienari.*

1 SI propter † obseruantiam pacti est actum inter ipsos contrahentes,quod res ipsa sit specialiter obligata, non poterit illa res alienari.ita multum singu.dixit Bar. in l.si creditor.§ fi.ff de distra.pigno.& per hoc tradidit ibi Bar.singu.cautelam,vt conducens rem aliquam, puta domum vel fundum,quòd pro obseruantia cõtractus recipiat obligationem omnium bonorũ locatoris: quia tunc cùm habeat ius in re illa sibi locata pro obseruantia contractus,quòd non poterit expelli per ipsum locatorem,nec per successorem eius etiam singularem. quod est sempiterna dignum memoria.& vt pro mirabili commemorauit istud dictum Bar.in plerisque locis,videlicet in l.j.§.quod ait prætor.ff.de superfi.dicẽs se de facto pluries consuluisse.idem dicit in l.si filio.§.si vir.ff.sol.ma.& ibi per Moder.& in l.emptorem.C.loca.refert se in facto ita obtinuisse.Item voluit in l.qui fundũ.ff.loca.& quod voluit in l.si ea lege.C.de condi.ob cau.& in d.l.si creditor.§ fi.& in l.si ita quis.§ ea lege.ff.de verbo.obli.sequitur Ang.in d.l.j.§ qui superficiem.ff.de superfi.& in d.§. ea lege Bal.in l.nihil.§ Seruius.ff de leg.j.& ibi per Mod. in dicta l.emptorem.domi. Abb.in c.fina.ne præla. vices suas.dixit tamen Bar.quod communiter non ponderatur.& in d.l.emptorem,opus esse,vt colonus protestetur, & dicat,ego nolo recedere à re mihi locata, donec mihi satisfiat de pœna, vel interesse meo, cum res ista sit mihi obligata & cùm de facto occurrisset,refert Barto.fecisse fieri protestationem hoc modo.Item poterit dicere iste conductor,quòd iste retinet iure pignoris,licet Ioan.de Imo.in d.l.si filio.§.si vir. conetur mordere doctrinam Bar.sed ipse non ponderat formalia verba Bar.in d.l.emptorem.C.loca.Sali.in d.l.emptorem.refert se dixisse sæpenumero dictum Bar.procedere, si conductor dicat se velle retinere rem locatam iure pignoris,donec soluatur ei interesse,vel pœna adiecta,& non vltra: tunc cautela erit,quòd emptor rei locatæ,vel successor offerat interesse vel pœnam, vbi pœna esset apposita, quo casu poterit expelli conductor,quia illa hypotheca ad aliud non fuit apposita,nisi gratia facilioris executionis pœnæ vel interesse,nisi patiẽtia per locatorem nó præstaretur. nec ad aliud obligatur locator qui non patitur cõductorem stare in re locata.l.si merces.§.j.ff.loca.l.mancipia.C.de reb.alie non alie.& quod voluit ibidem Sali.& quòd ita Bar.intellexit id quod ipse voluit in d.si filio.§.si vir.dicit Salic.apparere ex reportatis Bar.in d.l.emptorem.quod dicit Salice.sibi fuisse gratissimum,vidisse Barto. ita tenere in dicta l.emptorem.licet Ioan.de Imol.Bal.& Ange.non rectè ponderauerint dicta Bar.in dicta l.emptorem.& sic not.cautelam contra cautelam.vide quæ plenè dicit do.meus do.And.in addi.suis in c.propter sterilitatem.de loca vide eundem in repeti.cap.Raynaldus. in Ioannina,in xlvj.char.

ADDITIO.

Vide Andr.Tiraquel.in tracta.de retractu conuentio.in §.uj.in versi.aut alijs,nu.4.fo.182.& Pe.Duenas in regu.ccxl.incip, emptor non tenetur,in vij.limitatione. Gab.Sar.

253 Prohibitio.

1 *Prohibitio legis vbicunque concurrit cum prohibitione hominis, res illa alienari non potest,etiam in casibus aliàs à iure permissis,*

1 VBicunque † concurrit prohibitio legis, & prohibitio hominis,seu testatoris circa alienationem,corroborant prohibitio,in tantum,quòd non potest res illa alienari,etiam in casu à iure permisso. ita mirabiliter & sing.colligit Io.de Imo.in l.filiusfamilias.§.diui.ff.de lega.j.in j.col.ad intellectum l.ij.C.de vsuc.quod est mirabile dictum.refert & sequitur do.meus in c.Raynaldus.de testa.in xlvj.char.in Ioannina.Ex quo infert vnum sempiterna dignum memoria,quòd si testator rem suã legat ecclesiæ,vel donat,cum hoc,ꝙ nõ alienet,ꝙ ecclesia non poterit rem illam alienare,etiam in casu à iure permisso. per auth.hoc ius porrectum.C.de sac.san.eccl.& sic fortificatur prohibitio alienationis facta à iure per aduentum pacti.optimè facit l.legitima.& ibi Bart.ff.de pact. vbi dispositio legis recipit fomentum & fortitudinem à pacto.voluit Bar.in l.non possibile.ff.de pact.facit,quia duo vincula magis stringunt.c.j.de treu.& pac. authen. itaque.C.communia de succes.sed pro enucleatione huius dicti vide do.meum in præallegato loco.& Moder.in d.l.filiusfamilias.§.diui.

254 Pœna XI.

1 *Alienare prohibitus sub pœna si rem alienari prohibitam det pignori,an & quando in pœnam incidat?*

1 PRohibitus † alienare sub certa pœna aliquã rem,si dat illam pignori pro eodem bono,seu pretio,quod æquiualet pignori,quia si pignus venderetur non valeret plus, tunc non videtur pignori exposita,sed verè vendita & alienata:& per cõsequens iste pignorans incidit in pœnã. ille est casus sing.de quo ibi facit festum Nic.de Neapol. in l.qui habebat.ff.de lega.iij.Ratio,quia tunc nõ est spes luitionis pignoris.bellissima fuit doctrina Gul.de Cu.in l.manumissiones.ff de iust.& iu.quam ibi refert & sequitur Bal.idem dixit Bal.in l.voluntas.C.de fideic.& in l.fi. C.de reb.alie.non alie.& in c.j.§.vel libellario.in tit qui. mo.feu.amit.aliàs regulariter prohibitus alienare,si rem illam pignorat,non incidit in pœnã.vt no.in dictis iuribus.& do.meus in repe.c.Raynaldus.de testa.in Ioãnina in xlvj.chart.Et an prohibitus alienare prohibeatur pignorare,vide plenè per do.meũ in repe.rubricę, de rebus eccl.non alie.& Bar.in l.in quorũ.ff.de pigno.& do.Abb. in c.fi.de feu.& in c.j.de pign.& in c.quod quibusdam.de fideius.vbi de hoc,& ibi per do.meum.

255 Pactum II.

1 *Pactum quòd pater cadat à feudo propter felonıam filij,non valet tanquam iniustum.*

1 PActum non † valet ꝙ pater cadat à feudo propter feloniam filii:est enim mandatũ iniustum.ita dixit Bal.in l.j.C.de pœna iudi.qui malè iudi.& alle.in arg.d.l.paterfa testamento.quã dicit esse sing.& gl.in c.Raynutius.de test.in verbo,addicens,quæ dicit,ꝙ licet hæres teneatur parere mandato testatoris,non tñ tenetur parere,si mandatum est iniustũ.quam gl.non tradas obliuioni.optimè facit l.quidã in suo.ff.de condi.insti.do.meus do.Andr.in repe.c.Raynaldus.de testa.in Ioannina,alle.gl.in l.nõ videntur.§.qui iussu.ff.de reg.iu.quæ dicit,ꝙ iurãs obedire mãdato potestatis,intelligitur si mandatũ est iustũ.nam vbi vnicũ verbum se habet ad bonũ & ad malũ, quia est æquiuocum,capitur in bonũ & non in malum. ita dixit Bal.per illã gl.in l.si ad excludendã.C.de iureiu.& adducit do.meus glo.in l.j.§.fi.ff.de his qui sunt sui,vel alie.iur. quæ voluit,ꝙ iurans seruare statuta populi,intelligitur si sint iusta,aliàs secus.quam gl ibi Nic.de Neap.refert secundum quosdam reputari singularẽ.& in iure peregrinam:sed ipse dicit se allegare sociã in l.eos.C.de vsu.do. meus in d.c.Raynaldus adducit gl.in c.j.quod me.cau & illam gl.ponderat do.Ab.& alle.do.meus gl.in c.cũ iuramento.de homi.& in c.tuas.de vsu.& in c.ne dei.de simo. & in c.ad hæc.ij de appel.& in c.ex parte.de accusa.& in c.ex tenore.de sen.excom.& in c.ad aures.de temp.ordi. & in c.ego N.de iureiur.& in c.veniens.& in c.quẽadmodum.& in c.qũintanallis.e.tit.& in c.serui.xiij.dist.& in c.ij.de maio.& obe.& in c.iij.de accus.& qđ voluit Inno. in c.dilecti filii.de maio.& obed.vbi dicit, ꝙ si episcopus

iuret

sutet seruare cõsuetudinea, quas hactenus superiores episcopi obseruauerunt, quæ veniunt cõsuetudines laudabiles & honestæ. ita tesidet do. meus do. Andr. in præallega. loco. Ego adduco glo. in c. intimauit. de testib. & text. celebrem in c. j. de iureiur. lib. vj. tex. in c. Iulianus & in cap. non semper. c. si dominus. c. qui resistit. xj. q. iij. vbi nõ est parendum superiori cũ peccato & offensa Dei. facit quod pulchrè dixit Inno. in c. inquisitioni. de senten. excom. & in c. quanto. de consuetu. & vtrobique videas do. Abb. & do. meum in d. c. quanto. Et ex istis omnibus concludo, quòd iurans obedire seu qui tenetur alicui parere, intelligitur in honestis & licitis; aliàs secus.

ADDITIO.

Adde quæ eleganter scribit Didac. Couarru. in d. c Raynaldus. nu. 6. & nu. 7. extrà de testamen. Gab. Sar.

256 Pœna XII.

1 *Pœna in foro conscientiæ non exigitur.*

1 IN foro † conscientiæ non exigitur pœna. gloss. est celebris, in c. fraternitas. xij. q. ij. de qua fecit festum domi. Abb. in c. Raynaldus. de testa. & in c j. de constit. & in c. si egressus de iniur. & in c. quia plerique. de immuni eccl & in c. audiuimus. de simo. & in aliis locis. facit quod voluit ipse in c. j. de custod. eucha & facit quod habetur in c. sicut. iij. de iureiur. & ibi Bal. dicit, quòd censura ecclesiastica non curat de pœnis ciuilibus, sed de iuris restitutione. & alleg. gl. in d. c. fraternitas. & illam gl. pro singu. allegauit do. Ant. de But. in d. c. quia plerique. & in c. j. de do. & contu. & in c. j. de rescri. Lud. Ro. in rub. ff. de acqui. hær. Pe. de Anch. in c. j. de consti. lib. vj. vbi dixit, quòd ius competens ad vindictam, non habet locum de iure canonico. & allegat d gl. c. fraternitas. Bal in l. post desertionem. C. de fur. quòd fur non tenetur in foro conscientiæ, nisi ad restitutionem rei furtiuæ. & alleg. glo. d. c fraternitas. eandem glos. allegauit Bal. in l. iubemus. § sanè. C. de sacrosan. eccl. & in auth. ad hæc. C. de vsur. & in l. id quod pauperibus. C. de epis. & cler. licet do. meus aliter fuerit interpretatus tex. & gl. d. c. fraternitas. in repet. d. c. Raynaldus. in Ioãnina. tamen cõmuniter solet allegari gl. d. c. fraternitas. ad id quod dictum est. aliter nunc non examino. Et quæ sit ratio, vide do. Abb. in d. ca. Raynaldus. & in d. c j. de consti. ego adduco Lud. Ro. in repe. rub. de arbi in fi. verbis, vbi alleg. glo. sing. in d. c. fraternitas. quam secundum eum facit singu. Bald. in extractis glo. decreti, dicens pœnas dupli vel quadrupli ob furtum à iure ciuili inductas, iure canonico minimè peti posse. Idem dixit in d. c. sicut. vbi tex. dicit, vt occupata restituat, non dicit pœnam quadrupli reddat. & vide Abb. in rubr. de appel. in fi. vbi alleg. d. gloss. & in c. tua. de vsur. in fi. & Abb. post Goffre. & doct. in c. dilecti. per Goffr. gl. fi. ibi quæ allegat illum tex. de arb. Et limita d. glo. procedere in pœna imponenda per iudicem: secus quando pœna committitur ipso facto, per l. commissa. ff. de publi. secundum Abb. in d. c. dilecti.

ADDITIO.

Adde Cagnol. in l. quod à quoquam. nu. 5. ff. de regulis iuris. & eundem Corset. suprà sing. cxxv. in verb. Forum conscientiæ. Gab. Saray.

257 Pœna XIII.

1 *Pœna æris & personæ, importat mortem, & publicationem bonorum. limita vt ibi.*

1 IVdex † potest cõminari sub pœna æris & personæ, quæ pœna importat mortem, & publicationem bonorum. glo. est sing. in authen. de armis. ad fi. de qua glos. exclamauit Ange. pro singu. in consi. suo ccxvij. nam quidam patronus nauis obligauit se cuidam mercatori, vt apportaret cum naui illa certam summam frumenti ad portum Pisarum: deinde accepit mandatum à rege Aragonum patronus illius nauis, quòd sub pœna æris & personæ deberet præsentare se, cum naui coram maiestate sua apud Barcellonam: qui timẽs incurrere indignationem regiam, paruit regi: agebatur ad interesse, & ad pœnam per illum mercatorem contra patronum nauis. bellissimè Ange. excusauit eum, vt in d. consilio videri potest. refert & sequitur do. meus do. And. in repet. d. c. Raynaldus. vide eundem Ange. pro illa gl. in l. nullus. C. vt inscio principe. & etiam Bal. in ca. ij. de maio. & obed. vbi illam gl. reputat sing. quod not. quia quotidianum, & sæpenumero in facto euenit, & coram legato Bononiæ in facto obtinui, & lucratus sum quatuor aureos existens scholaris Bononiæ. Limita, nisi curia haberet certum & determinatum stylum circa puniendum contumacem, puta, quia esset de stylo, vt sub pœna x. librarum teneretur comparere coram iudice, & iudex spreto illo stylo misit cedulam citatoriam pro causa ciuili, vt citatus compareret sub pœna æris & personæ, & citatus spreuit illud mandatum, & non comparuit, quòd est excusatus. text. est multum sing. in l. fina. C. de cano. præstatio. lib. x. ita pulchrè voluit ibi Ange.

258 Patronus II.

1 *Patronatus ius probatur per antiquam possessionem.*

1 PEr † antiquam possessionem nobiles laici probant se habere ius patronatus ecclesiarum, licet non habeãt titulum. ita dixit sing Bald. in l. cũm super. C. de rei ven. refert & sequitur domi. meus in repe. rubr. de causa poss. & proprie.

ADDITIO.

De hoc vide latè per Dida. Couar. in pract. q. c. xxxvj. numer. 6. ver. iiij. Gab. Sar.

259 Possessio.

1 *Possidens præsumitur possidere ex titulo præcedenti, & ab eodem.*

1 VBi quis † possidet, præsumitur possidere ex titulo præcedenti, & ab eodem. gl. sing. in l. quidã. ff. de rei ven. de qua fecit festum ibi Ange. sequitur illam gl. Barto. in l. non solùm. ff. de vsuca. refert & sequitur do. meus in repe. rubr. de cau. poss. & proprie. & no. casum d. l. non solum. esse sing. secundum Bar. ibi. Item ibi dicit, quòd interruptio præscriptionis non interrumpit effectum præcedentis tituli veri. vt in l. si is qui pro emptore. §. si quis bona. cum gl. & l. eum qui ædes. §. fi. ff. eo. sed bene interrumpit effectum præscriptionis præcedẽtis tituli putatiui quod dicit esse notabile & sing. ibi.

ADDITIO.

Vide Nicol. Boër. decisio. lxxvij. nu. 5. & Alex. consil. cxxxiij. viso processu. col. ij. ver. nec obstat. nu. 3. volu. j. Cy. in l. pen. C. de præscrip. longi temporis. Bal. Instit. de vsucap. in princi. col. j. Pan. de Castro consi. lj. col. ij. do. meus Alciat. de præsumptio. reg. ij. præsumptio. xxij. Alex. in l. si quis ex argentariis. §. an. ff. de edendo. Aret consi. cxx. & dixi in annota. ad Math. singu. cxvj. Gab. Sar.

260 Probatio possessionis.

1 *Possessionis extremis probatis, præsumuntur probata media. vnde sufficit probare principium, & finem, vt medio tempore quis possedisse præsumatur.*

1 PRobatis extremis † possessionis præsumuntur probata media possessionis. vnde sufficit probare principium possessionis, & finẽ, quo casu præsumitur quis medio tempore possedisse. ita est glo. valde sing. quam communiter sequuntur doc. in c. volumus. xvj. quæstion. quarta. ita dicit domin. Abb. in capit. accedentibus. de priuileg. Bart. tamen prout refert domin. Abb. in dicto capitu. accedentibus. dicit sufficere quòd probetur principium possessionis, & allegetur possessio de præsenti. quia possessio semel posita præsumitur cõtinuata & durare. l. siue possidetis. C. de probat. Quis verius dixerit, vide omnino do. Abb. in d. cap. accedentibus. & do. meum in repet. rub. de cau. pos. & proprie. io vij. char. & vide quod voluit gl. & do. Ant. in c. cum ad sedem. de restitu. spol. gl. domin. Anto. & alios in capit. accedens. de conuer. coniug & in cap. ex parte. de rescrip. & in cap. olim. ij. de restitu. spol. Bar. in l. sicut. §. superuacuũ. ff. quib. mod. pign. vel hyp. sol. & in l. admonẽdi. ff. de iureiu. & in j. consti. C. & in l. ordinarij. C. de rei vendic. Pet. de Anchar. in c. fi. de

præscrip. vbi tenent, quòd probata possessione principii & finis præsumuntur probata media. & vide Matthæum de Mathesila in singu. cxvj.

ADDITIO.

Adde quæ latè dixi in annotationibus meis ad Matthæ. Mathe. sing. cxvj. nota mirabilem doctrinam. Gab. Sar.

261 Pœna XIIII.

1 *Pœna vbicunque apponitur ipso iure à lege, debetur non solùm in foro iudiciali, sed etiam in foro conscientiæ.*

1 VBicunque † pœna apponitur ipso iure à lege, debetur non solùm in foro iudiciali, sed etiã in foro conscientiæ, seu pœnitentiæ. istud assumptum probatur in ca. ij. de præscri. lib. vj. hoc voluit do. Abb. in ca. j. de constitutio. refert & sequitur dominus meus in repetitio. c. Raynaldus de testa. circa fi.

262 Pœna XV.

1 *Pœna fisco applicanda ob delictum in committendo consistens, quando possit fisco auferri.*

1 LIcet pœna † applicanda fisco in delicto consistente in committendo non possit auferri fisco, vt in l. transigere. C. de transact. per Bald. & in l. non omnes. §. rectè. ff. de fur. per Bar. tamen si venit illa ex delicto consistente in omittendo, potest pacto priuatorum auferri fisco. gl. est sing. secundum Dy. in l. ij. ff. ad Sylla. refert & sequitur domi. Andræ. in repetitio. d. ca. Raynald. de testamen. & adduco tibi glos. in l. auxilium. ff. de minorib. quam Ange. reputat singu. in tract. de inuentario, quæ voluit, quòd minor omittens facere inuentarium restituitur in integrum, ex quo illud delictum consistit in omittendo. bene facit gloss. aurea in l. si mora. ff. soluto matrimonio. & vide quod voluit gloss. in capitul. placuit. decimasexta quæstio. iij.

ADDITIO.

Hoc latissimè prosequitur domi. Andræ. Tiraquel. in tracta. de pœnis temperan. aut remitten. in xliij. causa. nume. 43. vet. ad hæc facit. Et dixi in annotationibus ad Mathes. singul. clxiij. & ibi dictis adde dominum Petrum à Plaza Hispanum libro primo epitomes delictorum, capit. vj. numero 42. Gabriel Sarayna.

263 Præscriptio IIII.

1 *Ecclesia potest agere ad emendationem damni contra prælatum, & eius hæredes, qui passus est rem ecclesiæ præscribi.*

1 NOta vnum † quotidianum, & menti tenẽdum, quòd vbi prælatus passus est rem ecclesiæ præscribi, ecclesia poterit agere contra prælatum, seu eius hæredes ad emendationem damni glo est singu. in ca. placuit. ij. xvj. q. iij quam reputauit singu. do. Abb. in c. j. de in integ. resti. facit tex. in l. quicquid. C. arbi. tute. aliam vidi in decretis, quam nunc non habeo in menti.

264 Princeps IIII.

1 *Principes non recognoscentes superiorem in temporalibus possunt exercere ea, quæ sunt reseruata Imperatori in signum specialis priuilegij.*

1 PRincipes † non recognoscentes superiorem in temporalibus saltem de facto possunt exercere ea, quæ sunt reseruata Imperatori in signum specialis priuilegii, vt legitimare, famæ restituere, interponere authoritatem in arrogatione, & similia. hoc probat text. singul. quem tenebis semper menti in capitul. per venerabilem. qui fil. sint legit. de quo text. facit magnum festum ibi domin. Abbas. Ex quo infertur secundum eum, quòd ciuitates Italiæ, quæ hodie non recognoscunt superiorem in temporalibus, possunt exercere dicta iura. pro hoc vide quod notat Bartol. in l. infamem. ff de public. iudic. in l. prima. ff. de aqua pluuia arcenda. pro quo dicit domin. Abb. in dicto capitu. per venerabilem esse ibi text. apertum. & de materia vide Marti. Lauden. in tracta. de princ. & domi. meum do. And. in suo solenni tracta. de præstantia Imperatoris & regum. vbi copiosè de hoc: ad quem tractatum te remitto.

265 Præscriptio V.

1 *Principis iura reseruata in signum specialis priuilegij, quanto tempore præscribi possint?*

1 NOta † quòd iura principi reseruata in signum specialis priuilegii possunt præscribi per tantum tempus, de cuius initio memoria non existit. tex. est singul. & perpetuò menti tenendus in c. super quibusdam. de verborum significa. quem tex. reputauit sing. & dicit se non alibi legisse ita clarè, domin. Abb. in dicto capitul. super quibusdam. vbi infert, quòd domini inferiores. & ciuitates possunt præscribere potestatem legitimandi spurios: item restituendi famæ, creãdi tabelliones, & similia, quæ sunt reseruata principi, si subest tantum tempus, vt ibi. de quo in dicto ca. super quibusdam gloss. tamen in capitu. vnico. de clerico ægrotan. libr. vj. prope principium sentit oppositum. Sed primum dictum placet domi. Abb. in dicto capitu. super quibusdam. intelligendo de consuetudine præscripta. Limita tamen hoc per vnum notabile dictum Bar. in l. si publicanus §. vlti. ff. de publi. vbi dicit tantum tẽpus requiri quando præscribitur contra principem: secus si contra priuatum, qui acquisiuerit ista priuilegio, vel consuetudine, quòd tunc non requiritur tantum tempus, sed sufficit tempus decem annorum cũ titulo: vel xxx. sine titulo. sicut dicitur in vsufructu præscribendo. l. fi. C. de præscrip. longi tempo facit in simili glo. notabilis in c. ad audientiam. de præscri. & c. dilectus. de capellis monachorum.

266 Pia causa II.

1 *Ordinatio per viam constitutionis, vel consuetudinis à municipibus facta, de distribuẽdo aliquid annuatim ad pias causas iure eleemosynæ, non potest per eosdem tolli.*

1 ORdinatio † per viam constitutionis vel consuetudinis per municipium facta de annuatim distribuẽdo aliquid ad pias causas iure eleemosynæ, non potest per idem municipium tolli. tex. est notabilis, vnde hoc sumpsit Bartol. in l. priuilegia. C. de sacrosanct. ecclesi. sed est melior casus in ca. ad apostolicam. de simoni. secundum Ludo. Roma. in repet. anth. similiter. in viij. col. C. ad legem Falci. Et vide quod idẽ determinat Io. And. in tit. de instru. edi. §. nũc verò aliqua. ad fi. Tu vide de hoc, quod voluit domi. Ab. in d. c. ad apostolicam. vbi dicit illum tex. esse menti tenendum secundum vnam lecturam, quæ ponitur in prin. gl. fi. illius c quæ est notabilis & singularis, & non probatur alibi secundum eum, nisi ibi, vt intelligatur de consuetudine, per quam laici consueuerunt liberaliter offerre ecclesiis aliqua temporalia, quando percipiebant sacramenta. idem voluit gloss. per dictũ ca. ad apostolicam. in c. sua. eod. titu. & de materia vide ibi Consiculum meum do. Ab. vbi plenissimè & pulchrè loquitur, vt sui moris est.

267 Præscriptio VI.

1 *Præscriptio non valet contra supremam potestatem Papæ.*

1 COntra † supremam potestatem Papæ, nulla valet præscriptio dictum est Inno. in c. bonæ. ij. de postul præla. quod pro notabili alleg. do. Ab. in c. ij. de cler. non resid. Idem dicit do. meus do. Troylus de Malui. in eius priuilegio habẽte hanc clausulam, si secus factum fuerit, sit irritum & inane. nam contra tale priuilegium nõ poterit præscribi. dictum est Bald. singulare secundum eum in l. si solennibus. in fin. C. de fide instrument. & hoc audiui viua voce.

268 Priuilegium III.

1 *Priuilegium immunitatis à solutione vectigalium alicui cõcessum, an amittatur, si postea per tres annos vectigalia ab eo fuerint soluta?*

1 IAnuenses † & Pisani habuerũt priuilegium immunitatis à solutione vectigalium eis concessum à rege Apuliæ, & soluerũt per tres annos post priuilegiũ concessum: fuit

fuit dubitatum, an propter hoc amiserint priuilegium illud, & teneantur soluere in futurum? Deciditur quòd non, quia ille actus recipit iterationem, vnde requiritur spatium triginta vel quadraginta annorum. iuxta not. in c. accedentibus. de præscript. ita singulariter And. de Barulo in l. ij. C. de his, qui ex maio. pecu. suscep. lib. x. vbi dicit hoc de facto se vidisse terminari. refert & sequitur dominus & præceptor meus do. And. in commento c. cùm accessissent. in xxij. colum. de constitu. & addit etiam ibi Andr. de Barulo, quod si habet immunitatem à datiis, & à collectis, si describatur in libro communis, vt soluat vnà cum aliis, & non appellet infra tempus debitû postquam hoc sciuit, non poterit postea se iuuare ex priuilegio suæ immunitatis. l. j. §. si quis tutor. ff. quando appellã. sit. & casum illius legis dicit singulariter esse peregrinum & cõmuniter ignorari. refert & sequitur do. meus in dicto c. cum accessissent.

ADDITIO.

De hoc vide Guido. Pap. decisio. Grationopol. ccclxxxviij. Sed quid. Gabriel Saray.

DE LITERA Q.

269 *Qualitas.*

1 *Qualitas si in aliquo requiratur, iuri non est satisfactum, si illud sine ea qua scite interueniat.*

1 VBi requiritur † certû quid cum aliqua qualitate, non est satisfactum iuri, si interueniat illud sine qualitate gloss. est communiter reputata singu. & vnica, in ca. significasti. xxxiij quæstio. v. quam ad hoc dicit esse menti tenendam do. Abb. in c. Abbas. quod metus causa. facit c. Pisanis. de restitutio. spolia. & c. statutum. iuncto cap. licet canon. de elect. lib. vj. Vide quod voluit, consuluit, & disputauit Iaco. de Aren. quem refert & sequitur Cyn. & Bald. in l. ij. C. de probatio. Bart. in l. denunciasse. §. quid tamen. ff. de adulter. & in consi. x incip. accusatio fuit instituta. Guliel. de Cun. & ibi Barto. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infami. Pet. de Anch. & alij scribentes, in cap. significasti. de adulte & in c. quia propter. de elect. Ludo. Roma consi clxvj. consi. cviij. egregius. facit text. in c. vbi periculum. §. cæterum. de elect. lib. vj. & vide quod voluit do. Abb. & do. meus in ca. licet causam. de probatio. & vide do. meum in quodã suo solenni consilio incip. viso pũcto & facti serie processu, ac bulla obseruandæ memoriæ Papæ Martini, quod concessio dictæ emphyteusis & c. & vide do. Abb. in c. examinata. de iudi. in tertia col. vbi refert Cy. in dicta l. ij. & vide eundem do. Abb. in c. j. de regula. Vide gl. fina in l. non solum. § sciendum. ff. de noui operis nuntia. iuncto text. & ibi Barto. & docto. tex. in l. fina. C. an se. uus ex fa. o suo. & ibi Bal. & Salice. gloss. penulti. in cap. venerabilibus. de senten. excommu. lib. vj. Barto. in l. libellorum. in princi. ff. de accusatio. in v. col. in versicu. circa tempus. & per Barto. in l. si is qui. §. fina. ff. de iure fisci. Bal in l. si quis nondum rapere. C. de epi. scio & cleric. circa ij. vel iij. col. dum refert dictum Ioan. And. in cap. j. de homic. lib. v. Innoc. & Bar. in l. j. in princ. per illum text. ff. ne quid in flumin. publi. gloss. in clemen. fina. in versi. reatum. de rescrip. quam alleg. Bartol. in dicto §. sciendum. & Bald. in l. post dotem. ff. soluto matrimo. & ibi per Imol. Et vide Abb. in cap. de his. in fin. de accusatio. Facit quod not. in simili gloss. in cap. vt circa. de electio. lib. vj. quæ dicit, quòd si ad actum requiritur iuramentum cum tactura scripturæ, si præstatur iuramentum sine tactura, non est satisfactum constitutioni seu dispositioni, licet in veritate sit iuratum sine ta tura. & vide quod voluit gloss. in clemen. j. versic. corporaliter à se tacta. de hæreticis.

ADDITIO.

Sed quid si aliqua qualitas in actione, vel accusatione posita, probata non fuerit, an sententia absolutoria, vel condemnatoria sequi debeat, latè ponit Guid. Pap. decis. Grationopol. ccccclij. si quis accusetur. Gab. Sar.

270 *Querela I.*

1 *Querela an verificetur tam in causa criminali, quàm ciuili. Et quid de verbo actionis. & de verbo accuso.*

1 QVerela † nedum verificatur in causa ciuili, vt in cap. querelam. de procurato. & in cap. querelam. de iureiuran. tamen verificatur in causa criminali. gl. est communiter reputata singu. in c. Maximianus. in versic querelam. lxxx. distinct. quam ad hoc reputauit singu. domi. meus in cap. dilecti. de iudic. in quarta col. circa princi. pro qua dicit fore casum in indiuiduo, in cap. cùm contingat. de foro compet. en idem dicit in dicto c. dilecti. de verbo actionis. quòd verbû actio verificatur tam in causa ciuili, vt Institu. de actio. in princi. quàm in criminali: vt in l. iij ff. de sepul. violat. cum simi. & refert hoc voluisse Ludo. Roma. in l. viro atque vxore. ff. soluto matrimo. quòd si constituo procuratorem ad agendum, poterit accusare, quia sub verbo, actio, comprehenditur accusatio. Idẽ voluit do. meus in c. j. in verbo, actionibus. de constitu. idem dico de verbo Accuso, quod verificatur tam in causa ciuili quàm in causa criminali gloss. & doct. & ibi Moder. in l. viro atque vxore. præallegata. do. meus in cap. tuæ. de procurat. Ioan. And. & alij in c. cum in tua. de testi. & ibidem do. Abb. in c. literis. de præsumptio. Et concludit quòd licet verbum actio, propriè importet causam ciuilem, vt Institu. de actio. in princip. & verbum accuso, criminalem, vt not. in dicto cap. cùm in tua. & ff. & C. de accusatio. per totum. tamen attendi debet materia subiecta. argu. l. si vno. ff. loca. cum simi. & vide quod voluit Ioan. de Fantu. de verbo accuso, in cap. j. versi accusare. xj. quæstio. j.

271 *Querela II.*

1 *Appellari quo casu non potest, an possit querelari, & quid ecõtra? & quid iuris sit de supplicatione?*

1 VBi sumus † in casu, in quo non potest appellari. poterit querelari. singu est gloss. secundum domi. Cardi. ibi, in c. querelam. de procurato. cùm querela sit actus citerior appellatione, vt dixit ibi gloss. quam do. Abb. ibi dicit esse notandam propter statuta prouidentia contra querelantem in certis causis, vt non extendatur ad legitimè appellantem, cùm sint stricti iuris. l. quicquid adstringendæ. ff. de verborum obliga. l. iij. §. hæc autem verba. ff. de nego. gest. & ibi Barto. cap. in nostra. de iniur. & dam. dato. Idem dic econtra eadẽ ratione. & ad hoc adduco ego celebrem text. in c. concertationi. de appel. lib. vj. vbi si grauamen non potest reuocari per remediû appellationis propter lapsum decennij, poterit tamen reuocari per alia iuris remedia. & illum tex. allegant scribentes, & do. Cardi. in cle. constitutionem. §. insuper. de electio. & adduco l. fina. §. illud. C. de temp. appellationum. vbi est casus, quòd à negligentia iudicis non appellatur, sed querelatur. ibi in versi. tarditatem iudicis in querelam inducere. & hoc voluit ibi Bald & hoc teneas in practica. Item dic quòd prohibita appellatione non prohibetur supplicatio. text. in l. vnica. C. de senten. præfect. præto. & tex. in l præfecti prætorio. ff. de mino. iuncta l. si quis aduersus. C. de preci. imperato. offer. & gloss. ordi. in c. ex literis. in versicu. supplicauit. de in integ. restitutio. Eran in casibus, in quibus sit prohibita appellatio, sit prohibita supplicatio. Barto. in l. vna. C. ne liceat in vna eademque causa tertiò prouo. tenuit quòd sic. idem voluit Bal. in l. fina. C. de edicto diui Adria. tollen. & Ioan. de Imo. in c. ex literis. præallegato. vbi reprehendit do. Anto. tenentem ibi contrarium eius quod voluit Bart. in d. l. vnica. & quod do. Anto. sequitur do. Abb. in c. cum ex literis. de in integrum restitutio. vbi ex illo tex. colligit, quod licet non possit tertiò prouocari, poterit tertiò supplicari. domi. meus do. And. nouorum repertor dicit in dicto cap. cum ex literis, quòd Barto. & Ioan. de Imo. rectius loquuntur, quàm do. Ant. & do. Abb. & non solum non licet tertio supplicare, imò nec secundò. & allegat text. celebrem in dicta l. si quis aduersus. qui hoc optimè probat. Non obstat d. c. cum ex literis. quia iudicio meo potest taliter responderi, vt procedat in principe admittente illam supplicationem ex sola benignitate, & non secundû rigorem iuris. nam ex solo rigore iuris processit, vt tertio

non posſit appellari.cùm ergo princeps ſit ſupra ius.ca. propoſuit.de conceſ.præbend.& ex ſola voluntate poſsit diſpenſare contra ius poſitiuum,vt voluit Innocen. in c. cum ad monaſterium.de ſtatu monach.quem refert & ſequitur do Anto in c.ij.de conſtitu & do Abb. in dicto c. tum ex literis.& in c.de multa.de præbend.ergo poterit contra ius diſpenſare ſupplicationem admittendo arg. d.c.propoſuit.& iſto modo procedat opinio do.Abb. & do.Anto.aliâs procedit doctrina Bart.& ſequacium. Vel aliter iudicio meo,vt ille text.non loquatur in ſupplicatione,cùm text.rotũdum habeamus quòd non poſsit iterum ſupplicari.vt in dicta l.ſi quis aduerſus.Tene tamen primam reſponſionem, & concorda doctor. prout dixi. Et pro primo dicto ſi vis tenere contrarium diſputando, & conferendo, vide do.meum in cap.j de offic.lega. vbi plenè diſputauit,an prohibita appellatiõe videatur eſſe prohibita querela,vide eum ibi in additione.In practica tamen non recedas à communi opinione gloſſ.& doctorum. Adde doct.& ibi Gemin.in cap.Romana. in primo reſponſo.de appella.lib.vj.ad quæſtion.an epiſcopus poſsit adiri ſine ſuo officiali per viam ſupplicationis. & vide Barba.in c.ex literis.de in integrum reſtitutio. text. & ibi Pau.& doct in cle.conſtitutionem.§ inſuper.de electio.Et vide Pau.de Caſt.in l.fina.in verſi. miſſus. ibi, nec poteſt appellare.C.de edicto diui Adria. tollen. & Alex. in conſi.xcij.incip.in cauſa domini Bartholomæi.in prima colum.in iiij.volu.vbi vult,quòd ſtatutum tollens appellationẽ,non intelligitur tollere querelã. allegat Bald. & Salice.in dicta l.fin.& vide Pau.de Leaza.in cle.j.de ſequeſt.poſſeſſ.gloſſ Innocen.& docto.in dicto c.ex literis. in verſi.ſupplicauit.& Abb.in dicto c.querelam. & plenè per Imol.in l ex conſenſu.§.fina.in penulti. & vltima colum.ff.de appellatio.& in l.j.§.fina.in xx.colum.ff. à quibus appellare non licet.& per Salice.in l.fina. circa vltimam col.C.de ſenten.& per Ange.in l.j.C.de ſenten. præfecti prætor.& Burri.in c.paſtoralis.de appel.in not.dixi plenè in c.j.de offi.delega.

ADDITIO.

Idem latè tradit Didac.Couar.in pract.quæſtio.c.ix. nu.2. verſi. querela verò dicitur.& per Hippo.de Marſi.in pract.crimi. in §.opportunè.nu.52 & ſequen. Gab.Sar.

272 *Quaſi contractus.*

1 *Statutum tranſiens in quaſi contractum cum ſubdito poteſt à ſuperiore ex iuſta cauſa reuocari.*

1 SVperior † ex iuſta cauſa poteſt reuocare ſtatutũ tranſiens in quaſi contractum cum ſubdito,illud ſingu.dixit Innocen.in c.in noſtra.de iniur.refert & ſequitur do. meus in c.at ſi clerici.§.de adulter.in xxij.col.de iudi. licet ſecundum eum,aliqui reprobent illud dictum,tamẽ eſt pura veritas:pro quo dicto allegat text. valde ſingu.l. Titius.ff.de obſequiis à libe.patro.præſt & de materia vide in c.nouit.de iudiciis.& Bart.in l.omnes populi.ff de iuſti.& iure.& in l.penulti.ff.de decret.ab ordin.facien.& in l.eos qui.ff.de vacat.& excuſa.mune. & in l.priuilegia. C.de ſacroſanct.eccle.& Bald in l.qui ſe patris.C.vnde libe.& in l.ſi cum mihi.ff.de dolo & in l.non nuptæ.ff.de ſenato.& in l.digna vox.C.de leg. faciunt ea quæ habẽtur in cap.quæ in eccleſiarum.de conſtitu.& in l.j.C.ſi contra ius vel vti.publi. & vide plenè per dominum meum in dicto cap.nouit.in xiij.char.vbi pro hoc dicto Innocen.allegauit text.in dicta l.Titius.pro valde ſingu. & vide eundem domi.meum.in cap.j.de conſtitu.vbi de materia.& illum text.d.l.Titius.reputauit vnicum & ſingul. ad hoc Ludo.Roma.alibi,ad præſens non habeo menti, quod ſingulariter not.

273 *Quadrageſima.*

1 *Pœnitentia trium quadrageſimarum,ſi à canone imponatur, an intelligatur de quadrageſimis trium annorum?*

1 VBi † aliqua lex vel canon imponit pœnitẽtiam trium quadrageſimarum,an intelligatur de quadrageſimis trium annorum?dic quòd non,ſed intelligetur de tribus quadrageſimis vnius anni.Prima erit ante feſtum natalis,alia ante paſcha,tertia ante feſtum ſancti Ioan.Baptiſtæ.gloſſ.habes notabilem in cap.ſi quis compulſus. xxij. q.v.quam ſequitur ibi Archidia.& iſtam gloſſ.didici ab eximio iuris Pontificij doctore,& ſacrorum Canonũ patre domino,& præceptore meo de mane domino Ioan. de Sala.& tene menti illam gloſſ.ad hoc. Sed ego dubito,an illa gloſſ. dicat verum.primò,quia nullum ius, nec legem allegat probans,ſeu probantem hoc,& per conſequens erubeſcimus cùm ſine lege loquimur.l.illam.C.de collatio.in authen.de triente & ſemiſſe.§. conſideremus. c.j.ne ſede vacan.cum ſimil.Item licet authoritas Ioan. Theutonici ſit magna,tamen creditur doctori,inquantum mouet ſe ratione,vt eſt bonus text.in c.ego ſolus.ix. diſtinct.Ego diſputationis gratia dicerem, quòd vbi lex facit mẽtionem de quadrageſima,debet intelligi tale verbum in potiori ſuo ſignificatu.arg.l.j.§.qui in perpetuũ. ff.ſi ager vectigalis,vel emphyt.peta.l.j.§.ſi is qui nauem. ff.de exercito.l.iij.§.hæc autem verba.ff.de nego.geſt.cũ ſimi.Cùm ergo quadrageſima propriè dicatur quadrageſima ante paſcha.de conſec.diſt.v.c quadrageſima. ergo de ea debet intelligi.Item vbi lex non dicit,nec nos dicere debemus.l.ſi ſeruum.§.non dixit prætor.ff. de acquir. hæred.facit quod voluit Bal.in c.venerabilem.de elect.& in c.Rodulphus.de reſcrip.& in c.fina.de probatio.Cum ergo in re cautum non ſit,quòd tres quadrageſimæ impoſitæ pro pœnitentia ita interpretentur,ergo nec nos dicamus Ego tamen in facto non recederem à gloſſ.d.cap. ſi quis compulſus.& per eam intellige & expone text. in cap accuſaſti de accuſatio.in verſic.per tres debes quadrageſimas pœnitere.

DE LITERA R.

274 *Res.*

1 *Homo venit appellatione rei largo ſumpto vocabulo. Et appellatione propriorum bonorum veniunt ſubditi.*

1 APpellatione † rei largo ſumpto vocabulo venit homo.text.eſt iudicio meo melior de iure in l.omnia.§. fina.ff.de lega.ij.& vide ibi Bal. & Ioan. de Imol. & vide Bal.in l.j.ff.de ſtat.homi. vbi idem tenet.& alleg.d.l.omnia.§.fina.& l fina.C.de verbo.ſignific. & l.talem.§.fin.ff. de hæredi.inſtituen.vide Ludo.Roma.conſi.ccxlvij.in ſecundo dubio illius conſi.vbi conſuluit, quod appellatione propriorum bonorum veniũt ſubditi.vide dominum meum de hoc in cap.ij.de conſtitu. Adde Barto. in l.licet.C.de pact vbi dixit per illum tex.quòd ſi bona relinquuntur ſub appellatione rerum, continetur tota hæreditas.vel [illegible] & vbi res eius non obligat.l.fin.ff. de vſufructu leg.quia [illegible] erat hæres vniuerſalis,& in d.l.licet non.

275 *Religio.*

1 *Religionem ingreſſus,& profeſſus,bona ſua in monaſterium non transfert, quando religioſorum dolo,vt eius bona lucrarentur, ad profeſſionem faciendam fuit inductus.*

1 SI aliqui religioſi † dolo inducant aliquem ad religionem, vt lucrentur bona ſua,ſi ille ſic inductus facit profeſsionem,tenet profeſsio, ſed bona non veniunt ad monaſterium & hoc in odium ipſorum: quia non propter Deum,ſed propter bona temporalia induxerunt illum ad monaſterium,ſiue religionem.text.eſt ſingular.& alibi non repertus in cap.conſtituit.xx.quæſtio.iij.& illum text.reputauit ſingu.domi Abb. in pleriſque locis, & maximè in cap.in præſentia.de probatio. & in c.præterea.de offic.delega.& in cap.cum dilectus.de his quæ vi metuſve cauſa fiunt.Et licet quidam dicat,quòd ille text. hoc nõ probat,quia loquitur in Epiſcopis,& Abbatibus tondentibus aliquos per circunuẽtionem,vt habeãt eorum bona,tamen ſi ſubtiliter ponderetur,probat dictum Abbatis iuncta gl.quia ad hoc tondebant, vt intrarent monaſterium.patet,quia ſi aliter diceretur, non faceret ad quæſtionem illius cauſæ:quod non eſt dicẽdum. argu.l.Imperatores.ff.de in diem adiect Et quod tondebantur,vt profiterentur,& eſſent monachi,facit optimè text.iuncta gloſſ.in cap.j.de regula & in capitulo ſecundo.eodem titulo.

Relatio.

276 *Relatio.*

Relatum ad aliud intelligitur secundum id ad quod refertur, & habetur, ac si fuisset expressum.

SI quis † in supplicatione, vel aliqua scriptura refert se ad aliqua instrumenta, & acta pro veriori expressione contentorum, illa habentur ac si fuissent expressa. casus elegans est de hoc secundum Ange. ibi, in l. omnes. in ver. tanquam super singulis. C. de quadrien. præscrip. facit l. si duo. ff. de administratio. tutor. & quod not. in authenti. si quis in aliquo documento. C. de edendo. & in c. j. de probatio. nam id quod ad aliud refert, intelligitur secundum id ad quod refertur, & fit relatio. ita dixit Bald. post Iaco. Butr. in authen. sacramenta puberum. C. si aduersus vendi. relatio in dubio censetur simplex. l. Iulianus refert. & ibi gloss. ff. de hæredibus instituend. & Bald. in l. ij. C. mandat.

277 *Re exigente.*

Clausula. Re exigente, quomodo exponatur.

STatuto cauetur, quòd † testamentum valeat cum sex testibus, & re exigente valeat cum quinque. No. per illa verba, re exigente, quòd si testator reperiretur esse adeo in extremis, quòd impossibilis fuisset conuocatio sex testium, quòd valeret cum quinque propter æquitatem. nam illa verba, re exigente, exponuntur, id est, æquitate suadente, id est, dictante. ita dixit gloss. not. in l. j. in verbo, re exigente. C. de in ius vocando. quam ad hoc ponderauit quidam doctor Moder. Bononiensis, scilicet do min. Vincen de Palleotis.

278 *Robore suo.*

Clausula, in suo robore duratura, non tribuit robur nouum.

VErba, in suo † robore duratura, non tribuũt, nec dant robur nouum. ita dixit Ange. in l. omnes. in versi. suo robore. C. de præscript. xxx. annorum. vbi allegat l. scripturas. C. qui pot. in pig. habe. & authenti. quas actiones. C. de sacrosanct. eccle. & in corpore vnde sumitur. & dicit hoc esse vtile pro statutis, & contractibus. & vide eundem Ange. in l. fi. §. fina. aliàs in prin. C. de tempor. appellatio. vbi dicit se audiuisse Iacob. Butr. dixisse, quod talia verba in statuto nullam vim conferunt, nisi statutum fuisset abrogatum: quia tunc illa verba tollerent abrogationẽ. & dicit de facto se infinitis vicibus practicasse: vide de hoc Bal. & do. meum in commento c. cum accessissent: in verbo, in suo robore. de constitu. & vide Richar. & Bartho. de Salice. in l. legem. C de pactis. vbi dant hanc doctrinam. & vide dominum meum in commento cap. intelleximus. de iudic. & in cap. j. de pact. vbi optimè facit text. ille secundum domi. meum ibi, & Richar. & Barto. Sali. in dicta l. legem.

279 *Remissio.*

Remissio in criminalibus quando locum habeat.

ALiquis fecit furtum Bononiæ, & accessit in Sicilia, vt puniatur, non habet locum † remissio. ita incidenter dixit Bal. in l. si abducta. C. de furt. vt ibi plenè per eum. refert & sequitur do. meus in c. j. de rap. tu vide Sali. in authen. si verò criminis. C. ad legem Iul. de adulter. & in l. j. C. vbi de crimi. agi oportet. vbi dicit, quòd Dy. tenet ibi quòd remissio est fienda ad locum delicti, antequam iudex domicilij condẽnet eum: aliàs secus. & mouetur per l. relegatorũ. §. interdicere. ff. de interdict. & relegat. quod nota. Et vide notata in c. postulasti. & ibi per Pet. de Ancha. in repeti. de foro compe. & in c. fi. eo. tit. & in cle. pastoralis. de re iudi. & in authen. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi opor. & in l. si cui. ff. de accusa.

ADDITIO.

Adde Guid. Pap. decisio. Gratianop. cxxxviij. vbi tractat multa de remissione, & maximè, vtrum homicida deprehẽsus in habitu clericali debeat remitti ad episcopum: & quot requirantur ad hoc vt remissio criminis de vno loco ad aliũ fiat, tradit decisio. ccij. in remissione. & ibi in additio. vbi plenè materiam remissionis tractat. & decisio. ciij. Cuius autem expensis fieri debeat ista carcerati remissio, latè tradit do. Stephan. Aufrer. decisio. Tholos 100. & per Hippoly. in practi. crimi. in § opportunè. 1. n. 32. & plenè per Didac. Couarru. in practicis quæstio. c. xj. nu. 4. in fi. ver. secundò illud est. & per totũ. Et an quando de delictis agitur ciuiliter habeat locum remissio. vide decisio. Tholo. cccxix. Gab. Sar.

280 *Rescriptum I.*

Rescriptum apostolicum ab vno impetratum si mandat prouideri de primo beneficio vacaturo in diœcesi Bononiensi, an hoc præferatur alij, qui impetrauit aliud rescriptum de primo beneficio vacaturo in ecclesia cathedrali, si vacat beneficium in ecclesia cathedrali?

QVidam impetrauit rescriptum † à sede apostolica, in quo mandatur prouideri impetranti de primo beneficio vacaturo in diœcesi Bononiensi. quidam verò alter impetrauit aliud rescriptum, in quo mandatur prouideri impetranti de primo beneficio vacaturo in ecclesia cathedrali ciuitatis Bononiæ. Contigit quòd vacat beneficium in ecclesia cathedrali: quæsitum fuit quid iuris, an secundus debeat præferri primo? Et prima facie videtur dicendum quòd sic, per regulam, generi per speciem. de regul. iur. lib. vj. c. j. & cap. pastoralis. § quoniam. c. Abbatem. de rescrip. l. alimenta. §. basilicæ. ff. de ali. & cib. leg. l. sanctio legum. ff. de pœnis. cum si. Tamẽ in facti contingentia apud Parmam, existens scholaris Bononiæ consului, & tenui contrarium, & in terminis adduxi celebrẽ theoricam Bart. in l. si domino. ff. de leg. j. vbi voluit hoc, motus ratione, quòd vbi vtraque dispositio solùm venit verificanda in certa specie, licet altera sit magis generalis quò ad verba, non habet locum illa regula, generi per speciem. & optimè facit d. l. si domino. l. si hæres. ff. de op. leg. & pro illa theorica Bart. adduco casum iuncta gl. in c. ex parte. j. de offi. deleg. & illũ tex. iuncta sua gl. ad hoc ponderat ibi dom. Abb & idem voluit in d. cap. pastoralis. §. quoniam. Ex quo sume theoricam, quòd licet dispositio sit generalis, si tamen nõ potest verificari sub qualibet specie contenta sub illo genere, illa gratia dicitur specialis, & non generalis. quod singu. no. pro limitatione d. c. generi per speciem. cum simi.

281 *Recusatio.*

Iudex potest recusari à tertio comparente pro iure, & interesse suo cum causa.

TErtius comparens † pro interesse suo potest recusare iudicem, si habes causam legitimam recusandi eum. nam ex quo admittitur pro interesse suo, vt in c. veniens. ij. de testib. & in c. cùm super. de regu. iur. ergo debent audiri omnes defensiones suæ. argu. c. cum inter. de excep. singu. est gl. quam do. Abb. dicit se nescire alibi in c. cùm super. de offic. deleg. & illam gloss. sequitur ibi domi. Andr. & domi. Cardinal. & dominus meus dominus Andræ. non tradas obliuioni, quia generosum & stupendum dictum est.

282 *Rescriptum II.*

Rescriptum super aliqua re si impetrari lege prohibeatur, valet si in eo ponatur clausula, non obstante lege, & quòd iudex debeat admittere.

ALiqua lex prohibet † aliquod rescriptum, seu priuilegium impetrari super aliqua re, & prohibet iudices admittere. Cautelam tibi do, si vis consequi intentũ tuũ, vt impetres rescriptum, in quo inseratur clausula, nõ obstante lege, quæ prohibet impetrari, vel concedi. & quòd fiat mentio, quòd iudex debeat admittere: quia si nulla mentio fieret de iudice, iudex posset dicere, fateor tuum rescriptum valere, & te esse excusatum pœna impetrandi: sed ego non possum admittere vel audire. iste est text. Iudicio meo singularis & ibi Barto. in l. nemine. C. de cano. fru. vt. Romæ. lib. xj. & vide not. per Cano. in ca. nonnulli. de rescrip. & per Ioan. And. in cap. vnico. de excess. prælat. lib. vj. in nouel. & per Barto. & alios in l. fi. C. si contra ius vel vti. publi. & in extrauagan. ad reprimendum. in versi. legibus non obstantibus. & aliquid per Bal. in l. humanum. C. de legib. & plenè per do. meum in dicto c. nonnulli. ad quem te remitto. & adduco tibi gloss. cele-

brem in l.omnes.C.de aquæduct.lib.xj.vbi Barto. per illam gloss.dicit,quòd licet lex expressè prohibeat,quòd rescriptum principis concessum super tali negotio etiã ex certa scientia,non valeat ipso iure,tamen si princeps rescribit,& in rescripto dicit,non obstante tali lege,valet. do.meus do.Alexan.de Imol.ibi,in additio.allegat glo. magistram in authen.de hære.& fal.in gloss.j.& doctu.in dicta l.fi.& Barto.in d.extrauagan.ad reprimendum.in verb.non obstantibus.Bald.& doct. in l.sed & si quis.§. quæsitum ff.si quis cau.per Barto.& docto. in l.si quis in principio testamenti.de lega.iij.per Bald. in dicta l.humanum per Bald & docto.in l.sancimus.C. de testamẽ. per Bald.& docto.in l.nemo potest.ff.de lega.j. & per Aretinum Instim.de actio.in §.in bonæ fidei.in finalib. verbis.& in l.si constat.de appel.sed vide do.meum do.Andræ.plenius in d.c.nonnulli.

ADDITIO.

Vide Hippoly.de Marsil.in practi.crimina.in §.quæritur. col.fi. nume.16. Gab.Sar.

283 Reuertantur.

1 *Verbum,reuertantur,significat translationem dominij ipso iure.*

1 VErbum † reuertantur,significat translationem dominij ipso iure.text.habes peregrinũ quem ad hoc ponderat ibi Barto.in l.quisquis.in versic. reuertantur.C.de omni agro deser.lib.xj.quod no.quia est vtile pro substitutionibus.de quo habes in l.si vnquam.C.de reuoc.dona.& C.de inoffi.doti.l.si totas.& vide Bat.in l.Cẽturio. & ibi per Moder.ff.de vulg.& pupil.substi.

284 Rescriptum III.

1 *Rescripta impetrata à potentibus existentibus in curia Romana,sunt ipso iure nulla,quando inferunt alicui præiudicium.*

1 REscripta † impetrata à potentibus existentibus in curia Romana,sunt ipso iure nulla,quando inferũt alicui præiudicium.istud probat tex.optimus in argumentum in l.i.C.de fund.limi.lib.xj.in ver.quicquid vel potentia vniuscuiusque.& illum tex.ad hoc magnifecit Andr. de Barulo,quem refert & sequitur ibi Bar.

ADDITIO.

Adde Sebastia.Vant.in tracta.de nullita.proces.in rubri.de nullitate ex defectu inhabilitatis,seu mandati cõparentium. nu. 58.vbi ad id multos alios allegat,& idem tenet. Gab.Sar.

285 Restitutio.

1 *Restituere obligatus,liberatur restituẽdo pauperibus non superstitibus illis,quibus facienda esset restitutio.*

1 OBligatus † ad restitutionem liberatur restituẽdo pauperibus non superstitibus illis,quibus facienda esset restitutio,adeo quòd restitutio non spectat ad episcopũ, nec distributio malè ablatorum: sed ipsemet, qui occupauit,potest pauperibus restituere, & in foro animæ liberatur.ad hoc facit elegans tex.in arg.optimum,& si subtiliter ponderetur,hoc probatur in c.sicut dignum.de homi.quem tex.ad hoc magnifecit do.Abb. Vide eũdem in c.cùm sit.de iudæis.

286 Repetitio.

1 *Repetitio eorum quæ in præfationibus ponuntur,quando sunt præparatoria sequentium,semper in sequentibus repetita videtur.*

1 VBicunque † ea quæ ponuntur in præfationibus sunt præparatoria sequentium,tunc semper videntur repetita in sequentibus.singu.est doctrina Pet. de Bellapertic.quem refert & sequitur Cyn. in l.per retentionem.C. de vsur.& etiam ibi refert & sequitur do.meus do.And.in repeti.c.Raynaldus.de testa.ad fi.quod not. pro his quæ notantur in l.Titia.§.j.ff.de verb.obli.cum simi.

DE LITERA S.

287 Statutum I.

1 *Nullitas si à statuto prohibeatur,an censeatur prohibita ea, quæ causatur a defectu iurisdictionis?*

1 STatuto † cauetur,quòd à sententiis consulum non possit appellari,vel de nullitate quæri:dic quòd tale statutum non vendicabit sibi locum in nullitate, quæ causatur à defectu iurisdictionis.ista est gloss.elegans in clem. vnica,in verbo,non obstante.de sequestr.possess.& fruct. quam gloss.magnifecit Ange.in quodam suo solẽni consil.in ordine clxxxv.& illam gloss.reputauit singu.do.Cardi.in dicta clement. vnа.pro qua dicit esse casum iuncta theorica Barto.in l.fideiussor.§.ait prætor.ff.qui satisd. cogan.Et vide plenissimè pro illa gl.supremum vtriusque iuris Docto.do.meum in cap.at si clerici.in iiij.col. de iudic.vbi allegat,& refert plures doct.allegantes illam glo. & pro illa gloss.esse plures text.vide ibi omnino. Tu vide Moder.post Ange. in l.de pupillo.§. qui opus.ff.de noui operis nuntia.vbi plenè scripserunt de veritate illius glo. & fallentiis ad eam.

288 Societas I.

1 *Societas an cadat in Iudæum?*

1 AN societas † cadat in Iudæum? Bartol.in l.j.ff.ad legẽ Iul.maiesta.dubitauit de ista quæst. sed non decidit. Ange.ibi,& in l.vtimur.ff.de sepul. viola.decidit & refert fuisse obtentum de facto,quòd appellatione sociorũ venit Iudæus in mercimoniis.& istam theoricam Ang.refert & sequitur do.meus in cap.post miserabilem.de vsu. quem tex.ad hoc ponderat ipse in ver.tam in mercimoniis,quàm in aliis communionem omnimodam &c. qui text.innuit cõmunionem in mercimoniis non esse prohibitam inter Iudæos & Christianos cessantibus,vel restitutis vsuris.& hoc idem voluit ibi Abb post alios,vbi colligit argumentũ à contrario sensu,quòd Christiani non peccant communicantes cum iudæis in mercimoniis,ex quo ibi in pœnam interdicitur eis communio. nam secundum eum regulariter non est interdicta,sed nimia familiaritas & conuersatio bene interdicitur, vt xxviij.q j. c.sæpe.& cap.nullus de Iudæ.cap.j.& cap.ad hoc.eodem titu.cum simi.facit c.& si Iudæos.de iudæ.& text. & quod voluit ibi Abb.in cap.postulasti.eodem titu.ca.iudæi. de testi.ad finem.in versi.ab eis sola humanitate faueri.Sed iudicio meo licet ista theorica sit sequenda,tamen mihi videtur dura & periculosa,& fortè de rigore iuris non vera.nam societas est quædam fraternitas.text. est apertus in l.verum.ff pro soc.sed inter iudæos & christianos nulla est fraternitas quia solũ christiani dicũtur fratres propter regenerationis lauacrũ,vt in c.nos ad mensam.xj.q. iij.ergo.sed de æquitate theorica Ang.& do.mei procedit, quia ex quo ecclesia patitur communionem esse inter fideles & iudæos & humanitate quadam tolerantur, per consequens in mercimoniis & negotiis appellatione sociorum venit iudæus in mercimoniis, adeò quòd si quis habeat saluumconductum pro se & sociis, & adducat secum iudæum,veniet appellatione sociorum,si inter eos erat societas in mercimoniis . & hoc ponderabis, & sic procedit dictũ cap.post miserabilem. & theorica Angel. & sequacium.

ADDITIO.

Vide de hoc latè per And. Tiraquel.in tract.de iure primigenio. q.lxvj.nu.13.versi. idem. Gab.Sar.

289 Statutum II.

1 *Statutum loquens in vendente non habet locum in faciente pactũ de vendendo.*

1 STatutum † loquens in vẽdente non habet locum in faciente pactum de vendendo.ista fuit elegans doctrina Iaco.de But.in l.j.C.de pac.pigno.vbi singu.dixit, statuto cauetur,quòd de venditione soluatur gabella, dicit quòd non soluetur,si fuit factum pactum de vendendo:quia aliud est vendere,& aliud est facere pactum de vendendo. facit in argu.l.amplius.ff.rem ratam habe. vbi aliud est agere,& aliud agere velle:& aliud petere,& aliud velle petere.& istam doctrinam retulit mihi do. meus in plateis Bononiæ,dum declararet mihi aliqua dubia post descensum cathedræ,& dixit,quòd consuluit secundũ illam doctrinam,quam vt celebrem & verissimam memoriæ mãdaui,& originaliter vidi.Adde tex.& ibi Pet.de Anchar. & Ioan.

& Io. de Ana. in c. meminimus. de accu. quod aliud est accusare, & aliud velle accusare. & Sali. in l. si quis argentum. §. sed & si quidē. C. de dona. vbi si quis dixit, ego donabo tibi talē rem, vel per pactū cōuenio tecum quod donabo tibi talem rem, quòd ex tali pacto non datur actio, quia non est donatio de præsenti, sed conuentio de donando in futurum. vt in simili notatur ff. de eo quod certo loco. l. in bonæ fidei. Et vide Gemi. in c. à collatione. de appel. libro vj. vbi dixit, quòd aliud est vendere, & aliud est venditioni consentire. cap. vnico. ne sede vacan. lib. vj. & vide glo. in cap. eum qui. de præben. lib. vj. vbi diuersum est conferre, & mandare conferri. & vide gloss. in cap. si postquàm. eodem titu. & lib. & docto. in cap. fina. de offic. lega. & gl. in cap. si apostolicæ. de præben. lib. vj. vide Ioan. de Imo. in l. in ædibus. §. ex rebus. ff. de donatio. in secunda col. in fi. vbi dicit, quòd aliud est donare, & aliud pactum de donando, sicut aliud est vendere, & aliud facere pactum de vendendo. iuxta not. in dicta l. in bonæ fidei. & in cap. penul. & ibi gloss. de elect. lib. vj.

ADDITIO.

Adde Nicola. Boër. decisio. iij. & decisio. xlviij. nu. 9 & quæ latè dixi in annotatio. meis ad Mathes. sing. xlvj. Nota quòd aliud est vendere. & Hippol. sing. cccclxix.

290 *Statutum* *III.*

1 *Bannitum occidere si ex statuto etiam cum præmio quis possit, an præmium consequi possit ille, qui indiscretè proyciendo bānitum interfecerat?*

1 SI statuto † cauetur, quòd si quis occiderit aliquem bannitum habeat mille seu centum. quidam proiecit indiscretè, & interfecit bannitum, an habebit præmium? dic quòd non. ita dixit Innocen in c. ad audientiam. de homici. & Barto. in l. ij. ff. de conditio. & demonstratio. & in l. genero. ff. de infami. & in l. nulla macula. C. de dela. lib. x. do. Abb. in c. in eccle. de censi & in c. nemo. de simon. & Bal. in l. qui hæredi. ff. de condi. & demon. & in l. si quis in graui. & ibi omnes. ff. ad Syllan. do. Cardi. & ibi do. meus in c. cognoscentes. de constitutio. & dominus meus in dicto cap. ad audientiam.

291 *Surreptio.*

1 *Gratia dicitur surreptitia, si impetrans non fecerit mentionem de loco suæ originis.*

1 SI forensis † impetrat beneficium, & non facit mentionem de loco suæ originis, gratia est surreptitia: quia in dubio Papa intendit prouidere cuicunque in patria sua. gloss. singu. & alibi non reperta secundum do. Abb. in c. si proponente. de rescrip. Sed do. Anto ibi non approbat illam gloss. per notata in cap. ne pro defectu. de elect. do. Abb. dicit illam gloss. esse verissimam. Non obstāt secundum eum not. in d. c. ne pro defectu. quia procedit in his, qui scienter eligendo forensem videntur renunciare eorum fauori. Sed gl. d. c. si proponente. procedit in impetratione à Papa, qui non præsumitur scire nationem impetrantis, vnde taciturnitas nationis inducit surreptionē, quia si expressisset suam nationem, Papa non concessisset sibi gratiam in partibus alienis, vel saltem non ita de facili. vt colligitur de cleric. peregri. per totum. ad idem bonus text. in c. honæ. ij. in ver. nec vellemus ei proficere alienum. de postula. prælato. & vide text. in c. nullus inuitis. lxj. distinctio & ad c. ad decorem. de insti. quod videtur obstare & cōtrariari prædictis, dic vt ibi not. vide ibi domi. Abb. & hanc partem vt verissimam sequor, & in facti contingentia ita obtinui Bononiæ pro vno Canonico. tene menti.

ADDITIO.

De gl. in c. si proponente. de rescri. multa scribit Didac. Couar. in practicis quæstio. c. xxxv. nu. 5. versi. secundò notandum. & vide quæ notat Rebuf. in tracta. nominationum quæstio 4x. nu. 48. versi. imò etiam de iure. Gab. Sar.

292 *Sententia* *I.*

1 *Sententia interlocutoria si est executioni demandata, non poterit reuocari, nisi de consensu partium.*

1 INterlocutoria † si est executioni demandata, non poterit reuocari, nisi de consensu partium. singu. est gloss. in l. j. §. fina. ff. de præto. stipula. secundum do. Cardi. in dicta clemen. fina. de appel. & in c. cùm cessante. eodem titu. & per Moder. in l. quod iussit. ff. de re iudica. & in dicta l. j. §. fina. & Barto. in dicta l. quod iussit. & Bald. in l. eleganter. §. si quis post. ff. de condi. indeb. & in l. arbitro. ff. qui satisda. cog. Idem si esset talis interlocutoria, quæ secum traheret executionem, secundum Barto. & docto. in d. l. j. §. fi. Et hoc intellige, si interlocutoria sit valida, secus si nulla, quia licet executa sit, poterit sine causæ cognitione & de facto retractari per iudicem, quatenus de facto processit secundum Bald. in l. post sententiam. C. de senten. & interlocu. om. iudi. vbi ad hoc allegat gl. sing. secundum eum in l. minor. in prin. in gl. ij. ff. de euict. & idē Bald. in dicta l. arbitro. referunt & sequuntur Moder. in d. l. quod iussit. Ego allego aliam gl. in c. primates. ij. q. j. quam allegauit pro celebri Bald. in capitul. accedens. j. vt lite nō contest. quod factū de facto, tollitur de facto. & allego aliam in l. verum. § ex facto. in ver. reducere. ff. de minor. & aliam in l. j. versicul. infirmabitur. ff. de fer. & vide Bald. per illum textum ad hoc celebrem in c. graue. de offi ordi. in versi. per re ipsum relaxes. & vide no. tex. in l. j. in prin. in ver. facilis. ff. si mulier ven. no. per quem tex. dixit Bal. in c. j. de mili. vasal. qui contu. est. quòd iudex, qui fecit primum decretum per errorem. ipsemet potest reuocare. & vide eundem Bal. in l. ob maritorū. C. ne vxor pro mari. & in l. si pactum. C. de pact. & in l. si deserta. C. si ob pub. pensi & in rub. de suc. edic. C. vbi allegat tex. d. l. j. in ver. facilis & in aliis etiam locis allegat, quæ breuitatis gratia omitto. & vide dominum meum in capit. exhibita de iudic. in quarta colum. vbi de hoc.

293 *Sententia* *II.*

1 *Sententia interlocutoria in qua iudex interpretatur verba ambigua sententia, non potest reuocari.*

1 INterlocutoria † in qua iudex interpretatur verba ambiguæ sententiæ reuocari non potest. gl. est singul. in l. quicquid adstringendæ. verb. secundum promissorem. ff. de ver. oblig. vbi dicitur, quòd interpretatio. non potest fieri, nisi semel. quam gl. reputauit sing. Angel. in l. quod iussit. ff. de re iud. Ioan. de Imol. ibi dicit, quod Angel. in dicta l. quicquid. cōtrarium tenuit per d. l. quod iussit. & respondet ad d. gloss. quòd loquatur & procedat in iure declinandi, quòd competit parti. Solennis doctor domi. Alexan. de Tartagnis de Imol. in dicta l. quod iussit. refert Bal. in l. ij. C. de senten ex pericu. reci. & Io. de Imol. in l. ab executore. in princi. ff. de appella. simpliciter tenere quod tenet Ange. in d. l. quod iussit, per illam glo. sing. in dicta l. quicquid. & dicit se putare illam gloss. procedere in interpretatione sententiæ interlocutoriæ. & dicit, quòd ita videtur tenere Barto. in l. inter stipulantem. §. j. ff. de verborum obligatio. per d. gloss. singul. in d. l. quicquid. facit secundum eum quod not. Bartol. in d. l. quod iussit. in ver. quæro an iudex possit pluries. sicut enim interlocutoriā pluries reuocare potest: vt in d. l. quod iussit. iunctis nota. per Bartol. ibi. ita potest interpretari. nam secundum eum sicut testator pluries potest reuocare testamētum, ita si in dubio pluries poterit interpretari. facit l. hæredes palam. §. sed si notā. ff. de testamen. & quod voluit Dominic. in cap. j. de summa trini. & fide catho. libro vj. & quod voluit Bal. in rubri. C. de rerum permutatio. & quod notatur in c. dilecti. de accusa. Sed diffinitiuam sentētiam iudex reuocare non potest. l. iudex postquam. ff. de re iudica. c. in literis. de offic. deleg. ideo eam semel poterit interpretari, per d. gloss. singu. & dicit hanc rationem fuisse de mente Ange. in d. l. quicquid. quam gl. ita intellectam menti commenda.

294 *Sententia* *III.*

1 *Sententia interlocutoria, quæ habet vim diffinitiua, reuocari nō potest.*

1 INterlocutoria † quæ habet vim diffinitiuæ reuocari non potest. gloss. est valde notabilis. in cap. fina. in verb. inanes. de elect. lib. vj. not. Bal. in l. arbitro. ff. qui satisda.

cogan.& in l.hac edictali §.quam obseruationem.C. de secun.nupt.& domi.Anto in cap.j.de re iudica. & in cap. cùm cessante.de appella.& scribentes in l.quod iussit.ff. de re iudicata.

295 *Sententia* *IIII.*

1 *Sententia interlocutoria notoriè iniusta potest à iudice sine citatione reuocari.*

a SI iudex † sine causæ cognitione, & parte non citata protulit interlocutoriã,& sic erat notoriè iniusta, poterit eã sine citatione reuocare.ita notabiliter dixit Anto.de But.in c.cùm cessante.de appel.idem voluit Bald. in l.si pacto quo pœnam.in princip.C.de pact.& in l.ij.in xj.col.C.de seruis.& aqua.& in l.fin.in ij.col.C.de edict. diui Adria.tollen.& Ioan.And.in additio.Specu.in titu.de senten.prola.§.species.versi.quoque.cuius verba reassumpsit Ange.& etiam Ioan.de Imol.in l.de vnoquoque.ff.de re iudica.vide quod voluit Barto.in l.quod iussit ff.eodẽ titu.& in l.si opus.ff.de noui operis nuntia. & Bald. in l. peremptorias.C.senten.rescin.non poss. in ij.col.& Sali. in l.post sententiam.C.de senten.& interlocu.omnium iudic. eadem enim facilitate qua de facto iudex pronuntiat,eadem facilitate debet de facto reuocare.& allegant prædicti doct notata per gloss.ij in l.minor.in princ ff.de euict.& in l.j.§ edictum.ff.si mulier vent.no. & hoc cõmuniter tenetur,licet aliud senserit Bal.in l.si deserta.C.si ob pub.pẽsi.per illum tex.in fi. Et quãdo interlocutoria reuocari possit,& quando non,vide notata in dicto capi. cùm cessante.& ibi per dominum meum, & per Modernos in dicta l.quod iussit.

296 *Sententia* *V.*

1 *Sententia interlocutoria in qua iudex pronuntiat se iudicem incompetentem,reuocari non potest.*

a INterlocutoria,in qua iudex† pronũtiat se iudicem incompetentem,& si expirat eius officium,reuocari non potest.singu.est gloss.in authen.habita C.ne filius pro patre.& dico fore casum in c.significantibus.de offic.delega.& facit optimè c.iudex postquam. eodem titu. lib.vj. & hanc partem sequuntur omnes in dicta l.quod iussit.& Cyn.in l.ij.in vj.quæst.ff.si quis in ius voc.non ier.& Bart. & Sali.in l.post sententiam.C.de senten.& interlocu.om. iudi.& Bal.in l.arbitro.ff.qui satisda.cogan.& in l.elegãter.§.si quis post.ff.de condi.indebi. & Bald. in additio. Specu.in titu.de senten.in secunda col.& Ange.in l.j.§.fi. ff.de præto.stipu.& do.meus do.And.in dicto c.significãtibus.Ex quo nota,quòd vbi per interlocutoriam finitur iudicis officium reuocari non poterit illa interlocutoria per d.c.significantibus. Quod intellige verum in iudice delegato:secus in iudice ordinario,secundum Bal.in l.si præses.per illum tex.C.quomodo & quando iud & idem sentit in l.j.ad finem.C.de pact.& Pau.de Cast.in l.ij.in fi. ff.si quis in ius voc.non ier.licet de Bal.nullam mentionẽ faciat.Moderni in dicta l.quod iussit.dicunt, quòd sibi videtur quòd etiam ordinarius nõ possit reuocare,quia etiam in eo habet locum ratio assignata per Bar. in dicta l.quod iussit.videlicet,quia expirat iudicis officium in illa causa. Non obst. secundum eos d.l.si præses.quia præses ibi iterum cognoscit ex eo, quia prima sententia fuit nulla.l.iiij C.de accu.Tu verò pro veritate huius dicti pondera,& vide notata in l.si vt proponis.j.C.quomodo & quando iudex.& plenius per Bart. in l.si expressim. in penul.col.ff.de appel.& per do.Abb.in ca.in literis.de offic.delega.vide ibi do.meum.& per eundem aliquid in dicto c.significantibus. Item limita d.c.significantibus. procedere,si iudex pronuntiauit se esse competentem super principali negotio:quia non potest reuocare.secus si super aliquo dependente à principali. cap.dilectis.ij. de præben.quem tex.ita intellexit Paul.de Leazar. vt refert Ange.in dicta l.post sententiam.Et ratio patet, quia non expirat officium iudicis. Item limita d.c.significãtibus. cum simi.non procedere,vbi esset appellatum ab illa interlocutoria,quia tunc omnis interlocutoria etiam per quam expirat officium iudicis, potest reuocari, si ab ea sit appellatum:quia cum per appellationem sit suspensa seu extincta sententia.l.si causa cognita.C.de transac.fingitur de præsenti non lata.ideo post ius primi iudicis remanet integra.ita singu. concludunt domi. de Rota sua conclusione lxxx.incip.item quòd auditor.& in conclusione incip.item si à pronũtiatione.& etiam sequitur do. Anto.& do.Abb.in dicto c.cùm cessante.de appel.& do. Abb.in ca.peruenit.ij.eodem titu.Et hæc omnia adde vt plenius hoc intelligas ad Ludo.Roma.in suis singul. not. cxxx. vbi allegat pro singu.gl.in d.authen.habita.& text. d.c.significantibus facit d.c.iudex.vbi probatur, quòd si pronuntiatum est quem non debere esse iudicem in illa causa,omnino desinit esse iudex.& facit l.diem proferre.& quod ibi notatur.ff.de arbit.

297 *Sportulæ.*

1 *Sportulæ à iure canonico sunt reprobatæ. Et an valeat consuetudo in contrarium?*

a IVs† canonicum reprobauit sportulas.c. cùm ab omni.de vita & honesta.clerico.Sed an valeat consuetudo in contrarium?Specu.in titu.de salariis.§.j.versi.si verò ordinarius.tenet quòd sic.Gloss.singu.in clemen. statutum.de elect.tenet contrarium,& alleg.d.cap.cùm ab omni.in verb.pro diuersa terrarum consuetudine.& illa opinio tenetur secundum Ludoui.Roman. in singu. not. clxxxiij.vbi in hoc casu est sicut pica.Ego dicerẽ alio modo,quòd si iudex siue ordinarius siue delegatus non habet beneficium sufficiens,nec redditus sibi sufficientes, quo eo casu ius canonicum non reprobat spo.tulas.& hoc probo per dictum c.cùm ab omni.per argu.à contrario sensu,in ver.non obstante.quod est validum in iu.e.cap. cùm apostolica.de his quæ fiunt à præla.sine consen.capi.& in l.j.§.huius rei.ff.de offi eius cui manda.est iurisd. cum simi.& licet loquatur in delegato d.c. cum ab omni.habet locum in ordinario propter rationem decidendi,quæ non minus concernit ordinarios, quàm delegatos;cùm & ipsi sint beneficiati.nam vbi ratio leg. est amplior dicto legis,extenditur dispositum legis ad amplitudinem rationis.l.regula.in versi.licet initium cõstitutionis demonstret.& ibi Barto.& Bal.ff.de iur.& fact ignoran.tex.melior de iure in l.pater filium.§ fundum.ff. de lega.iij.l.cùm pater.§ dulcissimis.ff.de lega.ij.& quod legitur & notatur in cap.secundò requiris.de appel.gl.singu.in clemen.j.de electio.secundum domi.Cardin.ibi.& ibi do.meus allegat pro illa gl.præallegatos tex. Item cessante ratione legis cessat dispositio legis. arg.c cum cessante.de appel.l.adigere.§ quamuis.ff.de iure patron.§. his omnibus.lxj.distinctio. cum simi.Cùm ergo in casu nostro cessat prohibitio d c.cùm ab omni.ex quo nõ habet redditus sufficientes,ergo poterit consequi sportulas etiam de iure canonico.& valebit consuetudo hoc modo considerata,aliàs procedit gloss.in dicta clemen. statutum & opinio sequacium.& adduco quod voluit Salice.nec ab antiqua nec à moderna iurisprudentia adductus in hoc casu.l.iubemus.C.ad legem Iul.repetun. vbi concludit,quòd licet iudicibus non habẽtibus salarium accipere de publico munera pro præmio sui salarij, & non vltra.vt in authenti de manda. principum §.illud. & in authenti. de iudic.§ ne autem labor & licet loquatur quoad dispositionem iuris ciuilis, eadem ratio militat de iure canonico prout dixi, per argumen. à contrario sensu,dict cap.cùm ab omni.& hæc tene menti perpetuo, quia puto verissima.

298 *Spurius* *I.*

1 *Spurij non succedunt patribus,& quomodo possint eis succedere?*

a SPurij† non succedunt * patribus, vt legitur & notatur in authen. licet. C.de naturalibus lib.text. est in c.per venerabilẽ.ad fi.qui fil. sint leg.& not.in c.cùm haberet. de eo qui dux.in mat.& in c.nisi cũ pridẽ.de renun.cũ si. Sed tamẽ patres possunt relinquere eis tacitè medietatẽ omniũ bonorũ, instituẽdo sociũ omnium bonorũ illius. spurij.sing.est text.secundũ Dy.ibi in l.si is qui duos.ff.de libe.lega.refert & sequitur ibi Barto.dummodo non appareret de fraude.sequitur Salice. in l.societatem.C.pro socio.facit ad hoc gloss.in l.fina.C.de munc.& hon. non

conti.

conti.lib.x.& quod no.Bal.in l.si emancipati.C.de colla.&text.in l.si communem.ff.quemadmodum serui.amittaur.& tex.in l siquis ex argentariis.§.sin autē.ff.de eden.& quod nor.Bar.in l.præcipimus ad fin.C.de appel.& in l.solent.ff.de ali & ciba.lega.& do.Abb in c fi.de iure patro.& in c.j.de præscri.& Ange.in consiliis suis consi.j.& Bal.in l.imperator.ff.de sta.homi.& Iac.But.in d.§.sin autem.& Bal.in l.j.C.de testa & do.meus post do.Car.in c.Ioannes.de testa.& in tepe.rubricæ de reb.eccl.non alienand in xxij.col.circa fin.& Ioan.de Imo in c.fin.de postu do.Abb in c.cùm dilectus.de iure patro.Pe.de Anch.in c.j.de iure patro.lib.vj.post alios.Bal.in c.j.quib.mo.feu.amit.gl & ibi Pe.de Ancha.in cle.si religiosus.de procura Fed.de Senis consi.lxiij.Ex quibus nota quòd actus illicitus respectu certæ personæ censetur licitus respectu adiuncti.Item quòd quis habeat aliquid per aliū,quod per se habere non potest.ita dixit gl.in d.l.si is qui duns.& allegat l.Aristo ff.quæ res pign.ob.pos.& l.post rem.ff.de transactio.

ADDITIONES.

Non succedunt.Nota tamen quòd sporius legitimatur comparatur legitimè nato:adeo potest institui hæres à patre corā duobus testibus,prout in verè legitimis côceditur per l.hac consultissima.§ ex imperfecto.C.de testa & etiam debetur legitima iure naturæ,prout alus.ita singu.Bald.in c.de causis.col.pen.versi.& ideo spurius.extrà de offi deleg.& pro singu.commendat Ias.in authen.si qua mulier.versic.secundò moueor.C.de sacrosanct.eccle.& in d.§. ex imperfecto.col.j.& Dec.consi.cclviij.Sed an valeat legatum factum filio spurio sub conditione legitimationis? Bal.notab.tenuit quòd sic,in l.j.quæst.vj.C.de institu.& substi.cuius decisio ab omnibus approbatur.& idem Bal.in l.fi.ff.de his qui sunt sui vel alien.iur.& consi.ccclxxxviij.respondendo ad dubia.lib.v. & in l.gallus.§.instituens.notab.vlt.per illum tex.ff de liber.& posthu.vbi refert idem tenere Iacob.de Aren.in l.libertis.ff.de manumiss.testa.& idem tenet Pau.de Cast.in l.seruus testamento.C.de legat.vbi reprobat Bald.qui in hoc variauit in l.eam quam.col.antepenul.versi.ex his apparet.C.de fideicommiss.cum multis concordant.quas tradunt Alex.& Ias.in d.§.instituens.Adde Barthol.Cæpol.cautel.xxxviij.vbi colligit duodecim cautelas relinquendi spuriis.

Hoc tradit Tiraquel.in tracta.de retractu consangui. in §.xxvj.in ver.non potest cedi.nu.30. Gab.Sar.

299 *Suspitio.*

1 *Doctor suspectus scholari intranti examen,an possit recusari?*

1 SCholaris† qui debet intrare examen,si habet aliquem ex doctoribus suspectum ex legitima causa:fuit dubitatum Tholosæ prout percepi à quibusdam sociis meis dominis Frácigenis,an posit recusari? Audio quòd fuit determinatum quòd sic,quia saltem doctores sunt ibi ve testes.vide do.Abb.vbi in terminis ponit hanc quæstionem in c.causam quæ.j.de offi deleg & vide nò. per eundem in capitu.proposuisti.de probatio.& no.per Bart.in procemio ff.veteris.& testes debent esse sine suspitione.vt in c.in literis.de testi.cum simi.Adde etiam secundù do.Alex.de Imo.in l.vnica.C.de profes.qui in vrbe Constantinopo.libr.xij.quòd si doctores collegii dant fabas reprobatorias scholari per odium,& non iuste,& cancellarius siue notarius collegii hoc videat, quòd solùm per odium, ipse solus potest approbare scholarem.ita dixit Ioan. de Imo.in c.ex literis.de consti.qui allegat Ioā de Ligna.& vide do.Abb.in d.c.causam.quòd si scholaris habet aliquem doctorem de collegio suspectum, potest talis scholaris ire ad rectorem,& ei proponere causam suspitionis,qua suspitione docta potest rector prohibere talem doctorem ne ingrediatur examen.

300 *Simonia.*

1 *Expensæ factæ à me simoniacè, vt tibi beneficium conferatur, an possint repeti? Et quid de expensis factis postulationis causa?*

1 AMicus meus† expendit aliqua simoniacè, vt tibi conferatur certum beneficium,an possit à te repetere illas expensas? dic quòd non, quia iniustas illas fecit, nec etiam haberet actionem mandati,si tu mandasses illi, vt illas expensas faceret:quia ex turpi mandato non oritur actio.vt in l.si verò non remunerandi. in §. rei turpis.ff.mandati.& est glo.notabilis in l.quod vtiliter ff.de neg.gest.Tenementi hoc dictum.faciunt ea quæ notantur in ca.bonæ memoriæ.ij.de postu.præla.vide ibi do.Abb.& dom in.meum vbi de hac quæstion. Sed respectu expensarum postulationis quid iuris sit? vide quod legitur & not. in gloss.fina.cap.cupientes.de elec.lib.vj.& distingue vt ibi.

301 *Solutio.*

1 *Patri bannito vbi à filio alimenta solui debeant? Et an reus possit compelli ad soluendum alibi, quàm in loco destinato solutionis?*

1 SI actor† non potest ire,vel mittere ad locum destinatæ solutionis,an reus posit compelli soluere alibi, quàm in loco,vbi promisit soluere? casum habes notabilem secundum vnam lecturam,in l.vsuras.C.de solutio.quòd sic.& ibi Cy cum memorat istam quęstionem fuisse de facto inter commune Lucæ & commune Pisarum.refert & sequitur do.meus do.And.in commento ca.vnici.de plus petitio.optimè facit quod habetur in authen.de incest.nup §.si verò contigerit & ibi Nico.de Neap.refert,quòd Rayne.de Furli.per illum text.commemorat fuisse quæst.de facto.Quidam pater fuerat bannitus, nec poterat venire ad locum, vbi erat filius ad petendum sibi alimenta, ibi enim est text.quòd filius tenetur præstare alimenta patri bannito:decidit quòd filius tenetur mittere alimenta ad locum,vbi erat pater.& bene concludit hic gl.notabilis ibi in verbo,necessaria.quæ incipit,ad vestitum.quod dicit esse bene notádum.Tu limita hanc doctrinam,nisi pater esset bannitus ratione pacis fractæ: quia tunc filius non teneretur alimenta præstare patri.c.j.§.si quis hominē.de pace tenen.& violato.eius.vide Bal.in eo titu.vbi dicit,quòd filius non potest alimentare patrem bannitum,vel hostem.& si contrarium facit,punitur in amisione bonorū.& sic pater propter bannum priuatur iure naturæ.& istud voluit Ludo.Roma.in l.si verò.§ de viro.ff.sol.ma.& illam pro bono pacis refert & sequitur domi.meus in d.c.vnico.Sed quæ est practica quæ competit pro pecunia extra locum destinatum solutioni recurre ad gl.Insti.de actio §.si quis agēs.in ver.loco.debet enim facere mentionem illius loci, vbi destinata fuit solutio, dicédo & libellando,Peto x.vt mihi soluas hic, vel vbi soluere promisisti.& post hoc nisi soluat.poteris eum conuenire vbicunque, dummodo locus sit idoneus.& istud communiter tenent scribentes in l.j.aliàs ij.ff.de eo quod certo loco.

302 *Sententia* *VI.*

1 *Sententia potest reuocari.si error probabilis detegatur. & an id procedat in sententia quæ transiuit in rem iudicatam?*

1 SEntentia potest† reuocari, si error probabilis postea detegatur.sing.est glo.in capit.fraternitatis in versic.per errorē. de frig.& malefi.quam reputauit singula.ibi do.Abb.& intelligit procedere quando detegeretur error non per probationes admittendas.quia posset excipi vt non admittantur propter transitum in rem iudicatam:sed quando aliàs in ipsa re apparuit de errore vt in d.c.fraternitatis.& per iura allegata ibi in gl Ex quo domi Abb.infert,quòd hoc dictum non sit restringendum ad causam matrimonialem, sed procedit etiam in alia causa.& vide quod legitur & notatur in c.ij.de purga.vulga.& ibi do.Abb.& vide notata in l.admonendi.ff.de iureiur.Et si probationes iniustæ de facto admitterentur, iudex debet retractare sententiam, non obstante, quòd transisset in rem iudicatam.ita singula.dixit Innocen.in d.c.cùm dilecta.de rescrip.& in capitu.cùm Bertholdus.de re iudica.refert & sequitur domi.Abb.in dicto capit.fraternitatis.

ADDITIO.

Vide latè Hippolyt.de Marsil. singular. ccccixxiij. memini me. Gabr.Saray.

303 *Sententia* VII.

1 *Sententia si notoriè iniusta appareat debet reuocari, licet ab ea non fuerit appellatum quia sententia continens manifestam iniquitatem est ipso iure nulla.*

1 SI notoriè † appareat sententiam esse iniustam, debet reuocari, non obstante quòd non fuit appellatum. singulare fuit dictum Inn. in c. fraternitatis. de frigi. & malefi. refert & sequitur ibi do. Abb. & in c. ij de purg. vulg. & optimè facit vterque tex. nam notorietas iniustitiæ reddit sententiam nullam, vt in c. inter cæteras. de re indic. & sententia iniusta tenet propter præsumptionem, quæ cessat, vbi notorietas iniustitiæ est in contrarium. & opinio debet cedere veritati. viij. dist. c. veritate. cum si. Et vide de sententia notoriè & euidenter iniqua, quod voluit do. Card. in c cum Bertholdus. de re iudi. & Hosti. in c. fi. de præben. & do. Ant. in c. suam. de pœ. & do. Abb. in ca. nouit. de iud. & ibi do. meus. Hosti. in c. ij. de arb. Bal. in l. vnica. C. si de momen. pos. fue appellat. scribentes in cap. interposita. de app. & quod voluit Bart. in l. j. in prin. ff. de ope. no. nun. & Ang. in l. si pars. ff. de inof. testa. & vide do. Abb. in d. c. nouit. de iud. & in consi. clj. & vide eundē do. Abb. in d. c. inter cæteras. vbi refert & sequitur illud dictum Inn. & nota illum text. d. c. inter cæteras. esse valde notabilem secundum eum, quòd sententia continens manifestam iniquitatem est ipso iure nulla vide ibi per scribentes vbi plenè de hoc. Ex quo dicto Inno. do. Abb. in c. fraternitatis. infert, q̄ sententia notoriè iniusta est nulla, vel saltem reuocabilis, non obstante q̄ appellatū nō fuerit, etiā si notorietas iniustitiæ postea acciderit, vt probatur in d. c fraternitatis. optimè facit d. c. inter cęteras. & quod ibi notatur: quod dictum dicit nunquam esse obliuioni tradendum. Et potest esse ratio secūdum eum, quia sententia iniusta à iure sustinetur, quia præsumitur iusta propter authoritatem iudicis, vt in c. bonæ. de elect. & in c. in præsentia. de renūtia. quæ ratio cessat cùm constat notoriè de iniustitia. & istam rationem suprà tetigi. tene menti perpetuò.

ADDITIO.

Adde Feli. in c. quoniam contra falsam. col. xij. de proba. Andr. de Iser. in c. j. quæ sunt regal. ver. condemnatorum. in princ. in vsib. feudo. Guid. Pap. consi. cxxj. col. 6. Matth. de Afflic. decisio. Neapol. xxxix. Hippo. de Marsi. singula. cclxxiij incip. memini me altàs. & Alexā. consi. lxxvij. visis dubitationibus. col. j. ver. item cùm contineat. nu. 3. vol. iij. G.S.

304 *Sententia* VIII.

1 *Sententia si contra ius litigatoris sit lata, & transiuerit in rem iudicatam, an possit peti in integrum restitutio ex clausula generali?*

NOta peregrinum dictum Hosti. si verum sit in c. ij. de
1 purga. vulg vbi dixit, quòd si sententia † est lata contra ius litigatoris. & trāsiuit in rem iudicatam, licet non debeat iure ordinario retractari, posset tamen peti restitutio in integrum, ex clausula generali. arg. c. ex literis. de in integr. restit. & in l. j. ff. ex quib. causis maio. & idem sensit glos. in l. fideiussor. §. in omnibus. ff. manda. & in l. si fine ff. rem ratam hab. Et licet canonistæ transeant cum dicto Hosti. tamen doct. Legistæ communiter hoc non admittunt, vt notatur in l. j. C. de condict. inde. & per Bar. in d. l. si fine. & cum hac opinione Legistarum transit do. Abb. In d. c. ij. de purga. vulg. Temperat tamen, nisi à principe petatur hæc restitutio in integrum: nam solius principis est hoc concedere, per text. in l. diui. ff. de pœn. & ibi Bar. nam cùm sententia faciat ius inter partes, vt in cap. cùm inter. de re iudi. & in l. res iudicata. ff. de reg. iur. non potest inferior à principe ius parti quæsitum tollere. ad idem l. j. & l. ij. C. sen. rescin. non poss. vbi iura generaliter dicunt, quòd nec proferens nec successor potest sententiam retractare. Mihi videretur aliter dicendum, quòd vt ille desistat à peccato, poterit agi per viam denuntiationis euangelicæ. per ea quæ leguntur & not. in c. nouit. de iudic. & in capl. per cauerit ij. quæstio. j. cum simi. nam non potest salua conscientia rem illā detinere, quia nunquam dimittitur peccatum, & c. e. cùm tu. de vsur. c. peccatum. de regu. iur. libro vj. capit. si res. xiiij. q. vj. cum similibus.

305 *Sententia* IX.

1 *Sententia qua iudex dicit, condemno te ad id quod debes, an valeat si certa quantitas in actis appareat?*

1 IVdex dicit, † condemno te ad id quod debes, non referendo se ad acta, & in aliqua parte actorum continetur certa quantitas, an valeat talis sententia? gl. habes in l. iij. C. de sent. quæ sine certa quantitate. quæ tenet quòd non valet. Contrarium videtur tenere gl. in l. quid tamē. §. Pomponius. ff. de arbit. Bart. in l. ait prætor. §. j. ff. de re iud. sustinet vtranque gl. dicens, q̄ quandoque sententia fertur faciendo relationem ad certam quantitatē actorum, & tunc valet si in parte actorum continetur quantitas siue in actis probatoriis siue assertoriis, vt hic. Et quæ sint acta assertoria & quæ probatoria, & ad quæ acta dicatur fieri relatio sentētiæ, vide Bart. in d. l. iij. C. de sen. quæ sine certa quāt. prætermissis aliis allegationibus ad hoc, & dicit q̄ hoc modo loquitur d. l. iij. C. de sen. & in l. in summa. in ij. responso. ff. de re iud. Si verò non refert se ad acta, sed dicit. condemno te in eo, quod debes: & tunc si in actis probatoriis continetur quantitas, vt in dictis testium, & in instrumentis publicis, & tunc talis sentētia valet & ita procedat gl. in d. l. quid tamen. §. Pōponius. Si verò non continetur in actis probatoriis, sed in actis assertoriis, vt in libello, vel in positionibus nō probatis, vel confessis, & non valet: vt in gl. d. l. iij. C de sentē. quæ sine cer. quanti. quam doctrinam vt auream, & verissimam menti commenda. & vide Moder. in d. l ait prætor. §. j & vide dom. meum do. Andr. in c. illa. de accusa. vbi refert & sequitur hanc theoricam Bar. Tu vide gl. fi. in l. nō possumus. ff. si pars hæredi. peta. & gl. j. & iij. in §. curare. Insti. de actio. & ibi doct. & Spe. in tit. de sen §. qualiter. ver. itē debet esse sententia certa ad hoc si iudex dicat, condemno te ad id quod debes. Sed quid si iudex in principio sententiæ dixit, & expressit verbū condemnamus, licet postea in fine dicat, victum victori, & omittat verbum condemnamus, an valebit sententia ex quo dictum verbum, condemnamus, præcessit? dic q̄ sic, quia primordium statuti, vel legis inspiciendum est, vt in l. j. C. de impo. lucra. descri. li. x. in ver. à primordio tituli posterior formatur euentus. l. regula, in ver. licet initium constitutionis demonstrat. & ibi Bar. & Bal. ff. de iur. & fact. igno. l. fi. de hære insti. cum si. facit l. per retentionem. C. de vsufru. & ibi Cy. & Bar. q̄ vbi præcedentia sunt præparatoria sequentium, semper videntur repetita in sequentibus. & fuit doctrina Petri de Bellaper. retulit & secutus est eā do. meus in d. c. illa. & dico de hoc in quodam notabili. Item vide quod pulchrè voluit Inn. in c. cùm ex officii. de præscrip. vbi dixit, q̄ si iudex fert sententiam, & allegat legem quæ non facit ad propositum, q̄ nihilominus sententia valebit. & vide quod voluit Bal. in l. præses. C. de sen. & interlo. om. iu. de quo dico in quodā alio no. Sed quid si iudex dicat, condemno te vt in tali instrumento continetur, an valeat sententia? dic q̄ sic, si illud instrumētum appareat apud acta, alias non valet, vt per totum. C. de sen quæ sine cer. quanti. & d. §. curare. xj. q. iij. graue xxx. q. vlt. §. vlti. & in c. fi. xxxiij. dist. cum si. hoc voluit Innoc. in c. ij. de libel. oblatio. Ang. & Io. de Imo. in l. si conuenerit. ff. de re iudi. vide ibi Moder. do. Ant. in c. venerabilis. de relig do. Inn. in c. cum venerabilis. de exce. Bal. in l. j. C. de sen ex peric. recit. & quod voluit Bar. in d. l. ait prætor. §. j. do. meus d. And. in d. c. illa. de accu. dicit se de hoc allegare gl. quam ad hoc nullus ponderauit in d. ca. illa. & pro certo ibi est gloss. peregrina pro ista quæstione, quam ad hoc propositum tene menti. & adde ad alias glosſ. quas allegauit Barto. in dicta l. ait prætor. §. j. tene menti prædicta, quia quotidiana.

306 *Statutum* IIII.

1 *Statutum disponens in materia iuris, & excipiens casus aliàs a iure exceptos, non videtur includere alios casus prorsus similes a iure exceptos.*

Nota

NOta vnum dictum satis notabile, quod ponit domi. Abb. in c. ad audientiam. de cleri. non resid. vbi di-
1 cit, quòd statutum † disponens in materia iuris, & excipiens duos casus aliàs à iure exceptos, non videtur includere alios casus prorsus cõsimiles à iure exceptos. & hoc ideo, quia ex quo disponit in materia iuris non agit specificè derogare iuri, & recipit omnes limitationes iuris. nam de iure non residentes priuantur fructibus, & excipiuntur infirmi & existentes in seruitio Papæ, vel episcopi. statutum verò de quo in d. c. ad audientiam. de cleric. non residen. excipiebat solum duos casus, nec per hoc excludit tertium casum, imò intelligitur exceptus, sicut excipitur à iure cõmuni, quod videtur longè mirabile contra illam regulam quod exceptio firmat regulam in casibus non exceptis. xxxij. q. vij. c. dominus. l. nam quod liquidè. ff. de penu legat. cum si. & facit optimè text. d. c. ad audientiam. in arg. quòd sicut casus exceptus à iure extenditur ad consimilem casum propter identitatem rationis vt in c. cum dilecta. de confir. vti. vel inuti. no. gl. in l. j. C. de condi. indeb. dixi de hoc in quodam no. ita & casus exceptus à statuto, vbi disponit statutum in materia iuris, vt probatur in d. c. ad audientiam. Si autem disponeret contra, vel præter ius, forté aliter diceretur, secundum do. Abb. in d. c. ad audientiam. quia casus expressè non prorsus relinquitur dispositioni iuris cõmunis. in l. commodissimè. ff. de lib. & posthu. & in c. susceptum. de rescri. lib. vj. & c. in nostra. de iniuriis. & l. si extraneus. ff. de condi. ob cau. cum si. Ex prædictis & ex tex. d. c. ad audientiam. ibi, cùm absentes dici non debeant &c. no. secundum do. Abb. quòd statutum disponens in materia iuris verificatur etiam in casu ficto. quando casus fictus est verus, vel æquiparatur vero à iure. quod dicit do. Abb. esse no. dignum.

307 *Statutum* *V.*

1 *Iudex an pro homicidio possit arbitrari aliam pœnam, si vno statuto caueatur, quòd pro homicidio imponatur pœna mortis. & alio, quod pro criminibus Iudex possit imponere pœnam suo arbitrio?*

1 STatuto † cauetur, quòd pro homicidio imponatur pœna mortis: alio statuto cauetur, quòd in omnibus criminibus potestas possit imponere pœnam suo arbitrio. fuit dubitatum vtrum pro homicidio possit arbitrari aliam pœnam? Bal. in facto consuluit, vt ipse refert in c. j. de rescr. quod non: quia illud statutum licet generaliter, & vniuersaliter loquatur, non comprehendit specialiter disposita per aliud statutum: quia species derogat generi. c. generi per speciem. de reg. iur. lib. vj. & in d. c. j. de rescrip. cum simi. & facit quod sing. voluit Guli. de Cun. in l. sed & posteriores. ff. de legi. cuius verba formaliter refert & sequitur Bar. & facit quod consuluit Pe. de Ancha. apud Triuisium, vt ipse refert in c. statutum. §. cùm autē. de rescri. in vj. & copiosius circa hoc allegat in repeti. sua cap. canonum statuta. de constitu. Vide plenè de diuersitate statutorum quæ videntur sibi contrariari do. meū do. And. in d. c. j. de rescri. & aliqua etiam per eum in repeti. c. Raynaldus. de testamen. in Ioannina. in lxxvij. & lxxviij. charta.

ADDITIO.

Vide Hippo. de Marsi. in practica crimi. in §. constante. col. x. nume. 48. in §. successiuè. nu. 13. Gab. Sar.

308 *Statutum* *VI.*

1 *Statuto dictante, quòd pro quolibet verbo iniurioso imponatur tanta pœna, intelligitur, id est, pro qualibet oratione.*

1 STatuto † cauetur, quòd pro quolibet verbo iniurioso imponatur tanta pœna: dic quod tale statutum intelligitur, seu illa verba, pro quolibet verbo, exponuntur, id est, pro qualibet oratione. ista est celebris gloss. in l. si quando. C. de bo. vacan. lib. x. & ibi Bar. colligit hoc & dicit illam glo. esse notandam pro statutis ita disponentibus vide eundem Bar. in l. item apud Labeonem. §. conuitium. aliàs §. sed quod adiicitur. ff. de iniur.

ADDITIO.

Vide de hoc latissimè & elegantes per Petrum à Plaza Hispanū in epitome delictorum lib. j. c. j. nu. 17. Gab. Sar.

309 *Statutum* *VII.*

1 *Præmium à statuto concessum ei, qui manifestat, vel occidat delinquentem vel bannitum, an ei debeatur, qui ad suam defensionem manifestauit, vel occidit?*

1 STatuto † cauetur quòd manifestans aliquem delinquentem habeat præmium xx. aureorū. aliquis qui inculpabatur ad sui defensionem delinquentē monstrauit, quæritur an habebit præmium? dic quòd nō. tex. est in argumentum optimum in l. nulla macula. C. de delato. lib. x. hoc colligit ibi Bar. Item dicit, si statutū concedit præmium occidenti aliquem hostem, vel rebellem, & aliquis eū occidit se defendendo, quòd non debet habere præmium, vt hic. quod puto verum. nam præmium
* datur * illi, qui vltro & sponte se offert ad faciendū illud, quod est causa præmii: secus si casu vel fortuna hoc fecerit. vt in l. si quis in graui. §. verum. ff. ad Silla. vide ibi Lud. post alios. & in l. ij. ff. de condi. & demon. & ibi plenè per doct. & tex. in d. l. si quis in graui. reputauit satis singularem & notandum Sali. in repe. l. ea quidem. in xiiij. col. C. de accusa. vbi patet secundum eum, quòd præmium pollicitum denunciantibus spontaneis non necessitatis necessitate causatiua, debetur. Sed pro veritate huius rei vide do. meum in legibus do. Alex. de Imo. in d. l. nulla. in addi. vbi plenè de hoc. & vide do. Abb. in c. ecclesiis. de censi. dixi suprà.

ADDITIONES.

Idem tradit Io. de Amo. in soliloqui. lxxxvj. Gab. Sar.
* Præmium datur. Idem tradit Pet. Gerard. singula. 14. numero 10.

310 *Statutum* *VIII.*

1 *Statuti reformatio prohibita censetur super eo, super quo prohibetur aliquid proponi, vel allegari in consilio.*

1 STatuto † prohibetur aliquid proponi in consilio, vel allegari, prohibita est reformatio super eodem. ita colligit ibi Bart. per illum tex. in l. quisquis. C. de bo. pe. sub. li. x. Non obstat secundum eum l. v. C. de preci. impera. offe. quia illa loquitur, quando prohibetur persona petere, seu proponere, licet hoc fallat in excommunicato secundum eum, vt in c. j. de excep. li. vj. & d. l. quisquis. loquitur quando prohibetur petitio seu propositio respectu rei.

311 *Salarium* *I.*

1 *Iudici delinquenti an salarium debeatur?*

1 IVdici † delinquenti non debetur salarium. istam quæst. determinauit Iaco. de Are. in l. qui negotiationem. §. j. & §. penul. ff. de admin. tut. pro qua Bart. dicit esse casum no. a. in l. iudices. C. de anno. & tribu. li. x. Quod dicit esse intelligendum quando illud delictum negligentiæ respicit vniformiter totum tempus officii, aliàs pro ea parte pro qua non fuit negligens, sibi salarium debebitur. ar. l. fundus. ff. loc. vide eundem Bar. in l. Mæuia in prin. ff. de annu. leg. & in l. diem functo. ff. de offi. asse. & Bal. in l. Nesennius. io fi. in versi. remouendus. ff. de excu. tut. & adde quod no. in l. mancipia. C. de ser. fugi. vbi Bal. dicit, quòd potestas seu officialis remotus propter suspicionem, non debet habere salarium. & vide do. Abb. in cap. cùm sit. de Iudæis.

312 *Salarium.* *II.*

1 *Salarium legati decedentis, vel officium non adimpletis an accrescat ei, qui solus impleuit.*

1 SI vnus † ex Ambasiatoribus decedat, vel aliàs officium non impleat, quòd salarium decedentis, vel aliàs non implentis, non accrescit ei, qui solus impleuit. ita sin. no. Bart. per illum text. in l. j. C. de lega. lib. x. quod no. perpetuò.

313 Statutum IX.

1 *Statutum quòd inter homines diuersarum terrarum, vel agnati inter se matrimonium non contrahant sub certa pœna, an valeat?*

1 STatuto † cauetur, quòd inter homines diuersarum terrarum non contrahatur matrimonium sub certa pœna, an valeat? dic quòd prima facie videtur quòd sic, per tex. in l. addicimus. C. de murile li. xj. vbi no. in fi. quòd mulier monetaria prohibetur nubere extraneis. & ibi Bar. dicit illam legem facere ad quæst. præfati statuti. Contrariũ videtur verius, quòd non valeat, quia aufert libertatem cõtrahendi matrimonium, vt ff. sol. ma. l. Titia. & in diuortio. ff. de condi. & demon. l. cum ita. Sed dic secundũ Bar. in d. l. addicimus. quòd statutum non valet quantum ad hoc, vt faciat matrimonium irritum si cõtrahant, quia cùm sit sacramentum, & res spiritualis, vt no. gl. in c. veniens. de transa. & gl. in §. sed notandum. j. q. j. laici non possunt statuere contra illud, cùm non sit de iurisdictione sua, sed ecclesiæ, vt in c. causam matrimonij. de offi. de leg. & in c. ex literis. de consan. & affin. & no. gl. c. ex tenore. de foro compe. Et an valeat statutum quòd non possit contrahi matrimonium cũ agnatis? Et dicitur quod sic, quia quædam matrimonia de iure ciuili prohibentur. Insti. de nup. in prin. sed statutum est ius ciuile, nam ius ciuile potest distinguere naturale. Contrarium est verum quòd illud statutum non potest fieri ad impediendum matrimonium, quia istud est de iure diuino: sed quantũ ad impediendum ius patriæ potestatis, & effectus successionis bene potest: quia sunt de iure ciuili. insti. de pa. pote. in prin. ita dicit Ang. in l. j. §. ius naturale. ff. de insti. & iu. & vide Bal. in c. clerici. de iud. & ibi Barb. ponẽtes quæstion. an valeat statutum quòd Guelfus non possit cõtrahere matrimonium cum Gebellina, sub pœna capitis. determinat quod sic, quò ad pœnam, quia non punitur matrimonium, quod est de iure diuino, sed eius qualitas. alleg. no. in c. statutum. de hære. li. vj. in nouel. vide Bal. in l. omnem. C. ad Tertul. & in l. j. §. ius naturale. præallegata. & in l. nemini. C. de nup. & in l. Paulus. ff. de sta. ho. & in rubri. de consue. Abb. in c. j. de sponsa. & in repeti. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. & Bar. in d. l. addicimus. & Burrium in c. ij. de sponsa. Ro. in rub. ff. so. ma. Ang. in l. fi. C. de interdic. matri. & Gasp. Cald. in ca. ij. de clande. despõ. cũ sim. faciunt notata per Bar. in d. l. Titia. & per doc. in l. fin. de secun. nup. faciunt quæ leguntur & notantur in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. & in c. quod clericis. de fo. cõpe. & in c. constitutus. de in integ. restitu. & per Anto. post Hosti. in c. ma. de deci. & per Io. An. in c. cos. de immu. eccles. li. vj. cum si. Sed an valeat quantũ ad hoc, vt contrafacientes puniantur? videtur dicendũ, quod si quidem possunt honestè nubere seruata forma statuti, quia in qualibet secta sunt tot quot matrimonia contrahi possunt, & tunc contrafacientes incidunt in pœnam, aliàs secus, vt in d. l. cùm ita. & l. seq. & in d. l. addicimus. ita residet ibi Bart. Tu adde, & vide de ista q. Bal. in l. omnem. aliàs in l. fi. C. ad Tertu. & in l. nemini. C. de nupt. & in l. j. §. ius naturale. ff. de iustit. & iur. & Io. An. & sequaces in c. statutum. de hæret. lib. vj. in nouel. & Lud. Ro. in rub. sol. mat. ad fi. vide Io. And. in c. j. de sponsa. vbi remittit se ad d. c. statutum. & per Inno. & per do. Abb. in d. c. j. & per do. Abb. in consi. xij. & in c. ecclesia. de consti. Petr. de Ancha. in c. canonum statuta. de constit. & in d. c. statutum & ibi Ioan. de Fantu. Ang. in l. j. de interdi. mat. & in l. hac consultissima. C. de testa. Iac. But. in l. fi. de interdi. mat. Andræ. de Isernia in capitu. j. quibus modis feudum amittatur. & in ca. Imperialem. de prohibita feudi alienatione. Petr. de Anchar. consilio suo xx. Bal. in c. clerici. de iudic. & ibi per domi. meum. & idem Bal. in c. j. de constitu. & vide de hac q. plenè per domi. meum in repeti. cap. j. de spon. & vide Bal. in l. Paulus. ff. de stat. homi. & in rub. de consti. & ibi per domi. meum. & vide Feder. de Sen. consi. xxxv. & de hac quæst. vide omnino Abb. in d. c. j. de spon. vbi pulchrè distinguit, & vide Bar. in l. cunctos populos. in iij. q. prin. C. de sum. tri. & fide catho. Are. Insti. de iure natu. in prin. in ver. quæro ergo an per statutũ & Ang. de Vbal. in addi. suis in d. l. addicimus. & domi. Alex. de Imo. in addi. suis in d. l. addicimus. Et an valeat consuetudo circa facultatem inhabilitandi vel habilitandi aliquos ad matrimonium? vide do. Abb. post alios in c. super eo. de cogna. spir. vbi de hoc.

314 Statutum X.

1 *Statutum quòd vno de agnatione delinquente cæteri de agnatione teneantur, an valeat?*

1 STatuto Florentinorum cauetur, quòd vno † de agnatione delinquente cæteri de agnatione teneantur, an valeat tale statutum? dic quòd sic. istud probat tex. in optimum atqu. in l. iure prouisum. C. de fabricen. libro xj. hoc colligit ibi Bar. & ratio statuti & illius legis ponitur in tex. ibi scilicet, quia alij curabũt ne aliquis delinquat. & sic no. ibi casum, in quo vnus pro alio tenetur. simile in l. fi. C. de naufr. lib. xj. alia similia notantur per gl. in l. j. §. si plures. ff. de exerci. facit C. de primipil. l. fina. lib. xj. Tu de hac quæstio statuti vide Bal. in l. j. aliàs in rub. C. res inter alios acta. & plenè per domi. meum in ca. ij. de constitut. vbi latissimè examinat de statutis punientibus vnũ pro delicto alterius, & ibi videas per eum remissiones, & aliquid per eum in rub. de fideiuss. ad fin. Et vide quod voluit Bal. in l. j. C. ne fi. pro patr. in l. si qua. ff. de his qui sunt sui, &c.

315 Supernumerarius

1 *Supernumerarius admissus in collegio, non gaudet beneficio collegij.*

1 QVi est † super numerum si admittitur in collegio, non gaudet beneficio collegii. casus est in l. j. §. quod autem. C. de colla. libr. xj. tu vide Barto. in l. si duas. §. decet. in ver. hunc numerum. ff. de excusa. tut. & in authenti. vt determi. sit numerus cleric. §. non enim. colland. j. & ibi Iacob. de Belui. facit capit. quoniam. de vita & honesta. cleric. c. cum M. Ferrariensis. & quod ibi notatur. de consti. & in cap. fi. de verbo. signi. c. j. & capit. authoritate. de insti. cum simi.

316 Statutum XI.

1 *Statuto dictante quòd pro animali nascente in territorio debeatur solidum, an debeatur solidum, si dominus animal duxerit prægnans ad pariendum extra territorium?*

1 STatuto cauetur, quòd † pro animali nascenti in territorio debeat soluere dominus vnum solidum: aliquis habebat animalia prægnantia, & duxit vt pareret extra territorium, an propter hoc euitabit solutionem? dic quòd non, quia fraudem facit statuto. istud voluit Bart. in l. cùm satis. C. de agri. & censi. lib. xj & dicit gl. ibi optimè facere ad quæstionem hanc statuti. in ver. item daretur occasio. facit secundum eum. ff. de hære. instit. l. ea facto faciunt notata, & quod voluit ibi Bal. in l. non dubiũ. C. de legib. & quod no. Dy. in regula fi. de reg. iur. libr. vj. cum simil.

317 Statutum XII.

1 *Statutum quòd talis non habeat vocem in capitulo, quid operatur?*

1 STatuto cauetur, quòd † talis non habeat vocem in capitulo: dic quòd per tale statutum est præclusa via illi in iudicio. ita singulariter dixit Barto. per tex. in l. coloni. in ver. voce negamus. C. in quibus cau. coloni censi. libr. xj. quod tene menti perpetuò pro his, quæ leguntur & no. in cle. vt hi qui. de æta. & quali.

318 Salarium III.

1 *Officiali defuncto ante finitum officium, an integrum salarium debeatur heredi? Et quid in domestico, & præceptore? & quid de locatore operarum suarum? & quid in officiali decedente in itinere antequam officium ingrediatur?*

1 LIcet hæres † deberet consequi salarium totius temporis, si officialis defunctus decesserit ante finitum officium, vt in l. si quis in sacris. C. de proxi. sacr. scri. li. xij. & in l.

in l.poſt duos.§.fi.C.de aduo. diuer. iud. & in l.ij.C. de primipilo.& C.de agen.in reb.l.iij.tamen in domeſtico & protectore aliter diſponitur:quia nō ſolùm hæres eius debet conſequi ſalarium totius temporis,ſed etiā vnius anni ſubſequentis.mirabilis & ſtupendus eſt caſus in l. pragmatica.C.de domeſt. & protect. libr.xij.& ibi Bar. dicit hoc eſſe mirabile in tali officiali,quod no. Et vide quod volunt Bar.Ray.Alb.Ang.& Bal. poſt gl. in l. diem functo.ff.de offic.aſſeſ.facit l.j.§.diuus.in ratione ſui.ff. de var.& extraord.cogn.Et iſta eſt vera opinio, licet Cy. in addi.poſt Iac.Bu.in d.l.diem. voluerit contrarium vt ibi habes per Mart.Lauden.& Bal.in c.j.quis dic.dux vel marchio.fuit ſecutus opi.Cy.Sed pone quòd caſus in eū qui locauit operas ſuas contingat,an debeatur ſalariū? dic quòd non l.ſi vno.§.certè.& § cum quidā.ff.loc.Abb. in c.ſicut.iij.de iureiur.l.in rebus.ff.commo.& ibi not.& Bar.in l.diem functo.ff.de offi aſſeſ.vide in l.j.C.de re mi li.li.xij.& in l Seio.ff.de annu.legat.& in l.ſi cum dotem. §.ſi naurem.ff.ſolut.matri.Sed quid in officiali qui cum paratus eſt ingredi ciuitatem in officio deceſsit in itinere,an debebitur ſalarium hæredibus?Bal.in d.c.j. concludit quòd non quod limita niſi miſiſſet alium loco ſui,per §.prohibemus.in authen.de col.& voluit Bar.in d.l.diem functo.Adde tamen quod licet non debeatur hoc caſu hæredibus,debent tamē releuari ab impēſa facta per officialem in itinere.ar.l.ſi pecuniam.in prin. ff. de condi. ob cauſam.Dicas quòd ſi officialis fuiſſet ingreſſus ciuitatē, & antequam adminiſtraret officiū deceſsiſſet, deberet habere ſalarium ſecundū Bartol. in d. l.j. §.diuus. adde quòd licet nulliter exercuit officium, quia electio nulla,tamen debetur ei ſalarium ſecundum Albe.in d. l. diē functo.per l.ab adminiſtratione.C.de legat.facit ad hoc in ſimili de procuratore.in l.j.ff.mand.ſecundū Bal. ꝙ licet mandatū procuratoris ſit nullū,& inefficax quò ad agendum.l.j.ff.de procu.tamen ſi exercuit officium, debet habere ſalarium.Et adde quòd ſi non deceſsit officialis pendente officio,ſed receſsit,quia non poterat iuſtitiam facere,debet habere ſalarium,ſecundum Bar. in d.l.j.§.diuus.in ver.iuxta prædicta quæro,aliquis eſt electus.& de materia vide in l. ſi vno. §. item cum quidam. ff.loca.& vide domi.Alexand.de Imol.in d. l. pragmatica.in addi.& vide quod no.in l.matriculam,C. de agen. in reb.lib.xij.

319 *Statutum* *XIII.*

1 *Notarius ſi non poſſit eſſe de antianis ciuitatis an poſſit eſſe de illis,quando fecit ſe cancellari de matricula notariorum?*

1 STatuto†cauetur, quòd notarius non poſsit eſſe decurio,vel de antianis, & de prioribus ciuitatis: quidam fuit ſemel deſcriptus in matricula notariorum,ſed poſtea fecit ſe eleuari,& cancellari de matricula, an poterit eſſe:dic quòd non.arg.opt.habes in l.pręcipua.& ibi hoc voluit Bar.C.de primice.lib.xij.quod facit ad multa ſtatuta quarundam ciuitatum prohibentia aliquos aſſumi ad officia,quòd ſi habent artem per quam nō poſſunt conſequi officium ex diſpoſitione ſtatuti, quòd ſi dimittant,non poterunt conſequi officium illud.

320 *Statutum* *XIIII.*

1 *Officialium numerus ſi ſtatuto ad minorem numerum reducatur, an præiudicium fieri poſſit officialibus iam electis?*

1 SI†per formam alicuius ſtatuti numerus officialium reducitur ad minorem numerum,puta cùm eſſent x. reducitur ad numerū quinque,quòd talis reductio nullū generat præiudicium illis talibus officialibus, qui erāt electi tempore reductionis. præiudicabit ergo tantum nouæ creationi officialium.ita pulchre colligit Barto.in l.comperimus.C.de proxim.ſacr. ſcrinio. libro duodecimo.quod not.

321 *Statutum* *XV.*

1 *Scholaris,ſi ex ſtatuto non poſſit conueniri niſi ſolùm coram ſuo Rectore,coram eo debet etiam in criminali cauſa conueniri.*

1 STatuto†cauetur, quòd ſcholaris non poſsit pulſari,& cōueniri coram iudice alio, quàm coram rectore:dic quòd tale ſtatutum intelligitur non ſolùm pro cáuſa ciuili,ſed etiàm in criminali:& multo fortius pro criminali.ita notanter dixit Bar.per illum text.in l.ex eo.C.de agen.in reb.lib.xij.& intellige ſtatutum tale habere locū donec ſcholaris eſt in illa ciuitate,in qua degit ad ſtudiū, & eſt tale ſtatutum : ſed extra ciuitatē poterit per alium iudicem conueniri,per d.l.ex eo.quod not.

322 *Subſtitutus.*

1 *Seruire volens per ſubſtitutum,debet ſeruire per æque idoneum.*

1 VOlens†ſeruire per ſubſtitutum,ſemper debet ſeruire per hominem æqualis conditionis.ita probatur in l. j.C.de præpo.agē.in reb.lib.xij.hoc voluit ibi Bar.quod dicit eſſe notandum,quòd ſi doctor vult ſeruire per ſubſtitutum,debet ſeruire per doctorem, & non per ſcholarem,licet ſufficiens ſit. Idem dicit eſſe dicēdum in milite, quia ſi vult ſeruire per ſubſtitutum,debet ſeruire per aliū militem,& non per domicellū.& dicit,ꝙ ſubſtitutus debet eſſe moribus præditus:& ſcientia & peritia eruditus. quod nota pro locis, vbi viget ſtudium ,quòd doctores non poterunt ſubſtituere ſcholares, licet hoc aliquando non ſeruetur,vt quotidie videmus.

323 *Sententia* *X.*

1 *Sententia debet ferri in ſcriptis,& de conſenſu partium poteſt ferri ſine ſcriptis. Et multa de conſenſu partium,quo multa aliàs ſolennitates poſſunt remitti.*

1 SEntentia,vt ſcis,debet†proferri in ſcriptis.tex.habes in l.ij.& iij.C.de ſen.ex pericu.recitan.canonizata ij. q.j.c.in primis.ad fi.& vt legitur & notatur in c.fin.de
2 re iudi.lib.vj.tamen ex conſenſu partium [a] poteſt fieri vt ſententia non feratur in ſcriptis.glo.habes iuncto tex.& ibi Bart.in d.l.quoties.& ſic habes quòd talis ſolennitas poteſt remitti de partium voluntate.idem dicit ibi Bar. in ſacramento teſtis,quod remitti poteſt.& alleg.l.j.ff.de feri.& l.ij.§.ſed quia.C.de iur.cal. Tu melius alleg.c.tuis. de teſti.cum ſi.Idem in libello,quia libellus poteſt omitti ſecundum eum,licet non expreſsè remitti, vt no.gl.in authen.offeratur.C.de lit.conteſt.& ibi plenè per Cyn. licet quidam contrà.Tu vide quod plenè notatur in c.j.de libel.obla.& in c.de cauſis.de offi.delega. Idem dicit eſſe in iuramento calumniæ,quia omitti poteſt,licet non expreſsè remitti,vt in d.§ ſed quia.dic de hoc vt hodie legitur & notatur in c.j.de iura.cal.lib.vj.vide Bar.in l.de pupillo.§.qui opus.de no.ope.nun.& in l.j.de iura.calum.Et ratio quare ordo iudiciarius remitti non poteſt,eſt,quia dicitur inuentus in fauorem & vtilitatem publicam, ſecundum do.Card.in cle.ſæpe.de ver.ſign. in prin.in xij.q. cui renuntiari non poteſt.l.ius publicū.ff de pact. Quod eſt verum in ordinariis ſecus in ſummariis iuxta dicta in extrauag.ad reprimendum. Limita prædicta,ſi coram iudice procedit,vt ordinario,ſecus ſi coram eo vt arbitratore.vt dixit do.Car.in d.cle ſæpe. Acta tamen, videlicet teſtes & poſitiones poſſunt dimitti. Vide do.Car.in d.cle. ſæpe.vbi quærit an litis conteſtatio poſsit omitti? & dic ꝙ litis conteſtatio nec expreſsè nec tacitè poteſt omitti, vt voluit Bar.in d.l.quoties.& allegat nota.per Io.Andr. in d.c.de cauſis.tu vide quod notatur in d.cap.j.de libelli oblatio.& in capit.vnico.de lit.conteſta.& not.primum dictum.

ADDITIO.

2 Tamen ex conſenſu partium. Vide latè do.Sebaſtia. Vanti.in tracta.de nullita.poceſ.in rubri.de nullitate ex defectu proceſ.nu.73.& Hippol.de Marſi.in pract. crimi.in §.1j.nu.74.& nu.84. Gab.Sar.

324 *Sequeſtrum.*

1 *Sequeſtrum fieri non poteſt,niſi debitū oſtendatur per publicum inſtrumentum.*

1 QVis†non poteſt petere ſequeſtrum fieri de re alicuius, niſi debitum oſtendat per publicum inſtrumentum. caſum habes peregrinum,quem ad hoc not.Bartol.in l. per hanc.C.de erog milita.anno.lib xij.idem voluit Bar. in l.litibus.C.de agri.& cenſi.lib.xj.Et an hoc indiſtinctè

procedat, nunc non examino. vide quod no in c. examinata. de iudic. & in l. licet, ff. depo & per do. Abb. in ca. ij. de seqult pos. & fruct.

325 Statutum XVI.

1 *Consuetudo an det iurisdictionem ordinariam.*

1 STaturo † cauetur, quòd scholaris debeat conueniri tantum sub episcopo, & de consuetudine est, quòd rector etiam contra eum cognoscit. an per tale statutum sit derogatum iurisdictioni rectoris, quam habet ex consuetudine? dic quòd non. tex. habes quem ad hoc no. Barto. in l. vitos. C. de diuer. offic. libr. xij. secus si haberet à lege. pro hoc facit quod notatur in cap. j. de consti. lib. vj. Tene menti & collige ex illo text quòd consuetudo dat iurisdictionem ordinariam sicut lex. ita voluit ibi Barto. per illum tex. iuncta glo. & habetur in l. j. & fin. C. de emancipa. libe. tex. habes meliorem de corpore iuris in cap. cum contingat. de foro compe. & optimè probat tex. in c. con questus. ix. q iij. cum simi. vide l. cùm prætor. §. j. ff. de iudi. & ibi glo. & in l. mure. & ibi doc. & in l. seq in ver. nec ipsa lex. ff. de iurisdi om. iud. de quo per Ioan And. in cap. j. de offi. ordi & in c. quanto. de consue & in c Romana. circa prin. de foro competen in vj & in c fi. de excep. eo. lib. facit quod no. in d. c. cùm contingat. vide tex. & Bar. in l. fi. § j. de aqua plu. arcen. & ibi per Modernos, & Lud. Rom. in notabilibus.

ADDITIO.

Adde Guid. Pap. sing. cclxxxiiij. nu. 1.

326 Societas II.

1 *Societas tacita ex solo vsu contrahitur inter fratres, & tacitè dissoluitur.*

1 INter fratres † ex solo vsu contrahitur societas tacita. ita dicunt Cy. & Oldr. quos refert & sequitur Bar. in l. j. §. si quis hoc interdicto ff. de iti. actúque priua. & tacitè dissoluitur. l. itaque. ff. pro suc Tamen Bar. sing. per gloss. in d. §. si quis hoc interdicto. limitat hoc dictum esse verum in eo tantum, in quo apparet vsus, quia ambo erant artifices & communicabant vsum illius artis, & in illa arte tantum videtur contracta societas, & in fructibus tantû illis videtur facta communio, non in aliis emptionibus. Vide tu quod voluit idem Bar. in l. Titium. § altero. ff. de admi tuto. & in l. si patruus. C. commu. vtriusque iudi. & in l. cùm duobus. § Papinianus. ff pro socio.

327 Sententia XI.

1 *Sciens actum, & ignorans qualitatem, an dicatur scire, si lex ponderat scientiam actus respectu certæ qualitatis?*

1 VBi lex † vel statutum ponderat scientiam actus respectu certæ qualitatis. ille non dicitur scire, qui scit actum, & ignorat qualitatem. illa est gl. notabilis in c con certationi. de appel. lib. vj. de qua fecit festum ibi Domi. de sancto Gemi. quod dicit esse notandum pro statutis, quæ imponunt quandoque pœnam scientibus actum, & non reuelantibus: sicut dicû quandoque, quòd qui sciuerit aliquem receptare bannitum, & non reuelat, incurrit certam pœnam: quia dato quòd sciret vnum receptantem, nisi sciret illum bânitum esse, non incurreret pœnâ. vnde debet esse cautus articulans in materia, vt concludat illum sciuisse bannitum. & ita residet ibi Domin. Tu vide Bar. hoc idem tenentem in l. omnes. ij. C. de agri. & censi. lib. xj. & l. j. C. de colo. illiric. eo. li. & in l. penul. C. de fabricen. eo. lib. & in l. j. C. de deserto. li. xij. & in l. Metrodorum. ff. de pœn. & in l. ne quid. ff. de incen. rui. naufra. & in l. j ff. de recept. & vide Bal. in l data opera. C. qui accus. non pos. & ibi do. meum. & vide glo. in l. si quis absentis. §. longè minus. ff. de act & oblig. & adduco Ange. in l. j. C. de Nili agge. non rumpen. vbi dixit se obtinuisse Perusii. Quidam præstitit opem nobili, & ex quo non fuit articulatum, & probatum quòd sciebat illum nobilem, fuit absolutus. & adduco domi. meum do. And vtriusque iuris lucernam in c. cum vicesimum. de offi. dele. vbi ponderat illum tex. in versi. scienter. ad hoc quod vbi lex vel statutum requirit quòd actus fiat ab aliquo scienter, debet libellari de scientia, & probari: & dicit quòd Bononiæ tempore huius regiminis fuit facta quædam reformatio, quòd loquens cum rebelle puniatur pœna mortis: & inquisitus, quòd locutus fuerat quidam cum rebelle, & potestas volebat eum decapitare, consuluit ad instantiam do. Cardi. quatuor coronatorum Legati Bononiæ, quòd non debebat decapitari, imò absolui, ex eo, quia in illa inquisitione non fuit articulatum, quòd sciebat illum rebellem &c. Et aliud dicebat, quòd illa reformatio intelligitur, quando loqueretur cum rebelle ad præiudicium regiminis. aliâs secus. & allegabat tex. sing. in l. j ff. ad leg. Iul. maiesta. & dicit quòd ille fuit liberatus. vide eum omnino vbi pulchrè loquitur, & allegat multa iura probâtia hanc generosam theoricam. & vide eundem domin. meum in elementi. j. de procu. & in c. sicut. de hæret. & vide tex. in c. ij. de hæreti. lib. vj. vbi præstans opem hæretico scienter, debet puniri, sed debet probari & articulari de scientia, vt dictum est.

328 Substitutio.

1 *Substitutus quando à liberis, de quibus testator in genere præsumitur cogitasse, non excludatur.*

1 VBicunque testator † cogitauit de liberis in genere, vel præsumitur de illis cogitasse in genere, nonquam videtur illos liberos voluisse præferre substitutis: & per côsequens non excludunt substitutum. exemplum, testator instituit filios suos masculos, & si sine liberis decederêt, substituit extraneum, ex quo testator præsumitur cogitasse de filiabus in genere, quia exprimêdo masculos, videtur voluisse præferre substitutum filiabus: ergo substitutus excludet filias fœminas. text. est singu. pro dicto in l. qui in iure. ff. de testament. milit. vbi scientia de filio in genere præiudicat ipsi filio. quem tex. reputat sing. Bald. ibi. & illum tex. ad hoc allegauit singu. Ange. in plerisque locis in l. tres fratres ff. de pact. & in l. manifestissimi. §. sin autem nescimus. C. de fur. & in l. qui Romæ. § duo fratres. ff. de verbo. oblig. & in l. si cùm vel in vtero. C. de testa. mili. & in authen. ex causa. C. de libe. præte. & in l. filio præterito. ff. de iniusto rupto testa. & Ang. in côsiliis suis, non habeo ad præsens memoriam illius consilii. Et ideo pulchrè dixit Bart in l. Titia. §. imperator. ff. de leg ij. vbi quærit, quid si pater donauit alicui bona sua non habês filios, & tamê in genere cogitauit de filiis, an propter natiuitatem filiorum reuocetur donatio? decidit quòd nô. & est singularis limitatio ad l. si vnquam. C. de reuocand. donatio. & mouetur ibi Bar. quia pater cogitauit de filiis in genere & ad hoc allegauit dictâ l. qui in iure. & eandê allegauit Io. de Imol. in c. fin. de dona. Sed Ioan. And. in additio ad Spec. in tit. de instru. edi. §. porrò. in ver. hoc autem certum est. tenet quòd beneficio d. l. si vnquam. renuntiari non potest: quia illa lex non est inducta donantis fauore, sed fauore ipsorû Sed Bar. in d. §. Imperator. tenet contrarium, & verior est opinio Bart. secundû do. meum domi. And. in repetit. c. Raynaldus. de testamen. in Ioannina. in ix. colum. quia secundum eum d. l. si vnquâ. emanauerat in fauorem filiorum, tamen ille fauor habet subsistentiam ex mente patris, & ideo renuntiatio illius pendebit ex voluntate paterna. & istud voluit Bald. in l. prima. C. de inofficio. donatio. & gloss. in d. l. si vnquam. & per consequens secundum eum non rectè locutus est Ioan. And. Dicit tamen æquam esse eius opi. Sed quidam Salic. in d l. si vnquam. refert & sequitur Ioan Andræ. in præallegato loco. Cogitandum tamen hoc relinquo, & no. casum in d. l. si vnquam. esse notabilem & singularem secundum Sali. ibi.

329 Sufficit.

1 *Verbum, sufficit, quid significet?*

1 VBi in aliqua † dispositione apponitur verbum, sufficit, dic quod de significato talis verbi est. vt nihil aliud requiratur. ita dicit gloss. notabi. in capit. statutum. in prin. in ver. canonicis. de rescript. lib. vj. quæ tacitè hoc sentit. & illa glo. ad hoc allegauit do. Ab. in c. j. de postul. præla. & in c. cû dilectus. de succes. ab intesta. & do. meus do. And.

do. And. vtrobique. & adduco Dominic. de S. Gemin. in d. c. statutum. in ver. canonicis. vbi dicit, quòd verbum, sufficit, non requirit assistentiam aliarum qualitatum, quàm expressarum, quò ad perfectionem actus. Et dicit illam gloss. esse notandam pro statutis, & priuilegiis vbi verbum tale ponerentur. vide do. Abb. in c. fina. de sponsa duo. vbi etiam allegauit illam gl. & eandem gloss. alleg. in c. cum locum. de sponsa. & in c. cum apud. & in ca. tuæ fraternitati. eodem titu. quod singu. not. Vide Ludo Roma. in l. cum mulier. in xvii. colum. in princi. ff. soluto matrimo. vbi alleg. illam gloss & vide Abb. in cap. quoniam contra. in xxxij. colum. de probatio. Sed ponderâ in contrarium gloss. in c. consuluisti. de celebra. missarum. quæ videtur sentire cõtrarium. sed dicit illam procedere, nisi aliter à iure caueatur, & materia subiecta aliud suadeat. & in hoc ponderat text. in dicto c. consuluisti. iuncto ca. sufficit. de consecra. dist. in. j.

330 Spurius 11.

1 *Spurij & nati ex damnato coitu de iure canonico ali debent à parentibus secundum eorum facultates.*

1 Filij spurij, vel nati † ex damnato coitu, de iure canonico debent ali. * & nutriri à parentibus secundum facultates eorum. tex. est singu. in c. cùm haberet. ad finem. de eo qui duxit in matri. quam pol. per adulter. & ibi do. Abb. dicit illum text. non esse alibi & in hoc hodie statur iuri canonico, etiam de iure ciuili secundum eum. quia ecclesia induxit hoc ex quadam æquitate naturali. & ne filij alimentis priuari pereant. & etiam sentit Bartol. in authen. ex complexu. C. de incest. nup. vbi per rationem d. c. cùm haberet. dicit parentes posse legare filiis spuriis ratione alimentorum. & quòd poterunt parentes donare, vel relinquere dotes filiabus cùm dos succedat loco alimentorum. quod sing. notabis.

ADDITIONES.

Adde Ias. in consi. xxvj. nu. 4. vol. j. io. Duran. in tract. de arte testandi. nu. 1. cautela xiij nu. 13. & Petrum Duenas in reg. ccclxvj. incip. filius spurius. in iij. limitatio. Gab. Sar.

* Debent ali. Idem tradit Bar. in l. fina. col. ij ff. de iis quibus vt indig. Et quòd valeat legatum factum filiæ ex moniali susceptæ, dum legitimam non excedat, consuluit Dec. consil. dcxj. ad fin. nec potest pater prohibere ne eius spurio alimenta præstentur, secundum Bal. singulat. in l. id quod pauperibus. ver. vltimò quæritur C. de episco. & cler. & addit Ias. consi. xxvj. col. vlti. lib. j. quòd dispositio d. c. cùm haberet. seruari debet etiam in terris imperij: & quòd si spurius habet substitutum, quòd illi substituto defertur illud plus quod spurio legari non poterat: & quòd in eo substitutus cohæredes excludit.

331 Sponsalia.

1 *Sponsalia de futuro non tolluntur per simplex votum castitatis sequens.*

1 Sponsalia † de futuro non tolluntur per simplex votum castitatis sequens. singu. est gloss. secundum do. Abb. in c. veniens. qui cleri. vel vouen. in ver. ibi de seueritate. ibi, non obstante voto simplici. hoc voluit & tenuit ibi Innocen. & do. Abb. & do. And. & Hostien in c. rursus. eodem titu. Licet do. Anto. & Gaspar de Cal. de contrarium tenuerint, & non bene in d. c. veniens. Et opin. communem puto veriorem post do. Abb. per hãc rationem. nam cùm sit orta obligatio sponso seu sponsæ, non videtur, quòd in ipsius præiudicium posset vouere castitatem. arg. c. ex parte. de conuers. coniug. & pro hoc facit tex. d. ca. veniens. Nec obst. si dicatur, quòd in d. c. veniens. ponderatur votum post sponsalia emissum: quia respondetur quòd votum obligauit mulierem quò ad se, & solutis sponsalibus per sequens matrimonium per virum contractum in suo robore remansit. Item assigno aliam rationem, vbicunque occurrunt duo vincula æqualia, vbi vnum non præponderat alteri, præcedens vinculum non debet tolli per sequens, nisi illud sit fortius & validius. arg. c. accedens. de crimi. falsi. c. literas. de præsumpt. & l. diuus. ff. de in integrum resti. sed votum simplex, & sponsalia de futuro æquiparantur. ita notabiliter sentit gl. in d. c. veniens in quantum alleg. c. sicut. de sponsa. ergo. Item gl. in c. rursus. qui cleri. vel vouent. æquiparat simplex votum simplici loquelæ: ergo cùm in sponsalibus de futuro interueniat fides, adeo quòd de fide mentita debet imponi pœnitentia, vt in d. c. veniens. & vt no. in c. sicut. & in c. pen. de spõsa. ergo votum simplex sequens fortius non debet dirimere & tollere sponsalia de futuro præcedentia. quod tene menti perpetuò.

332 Saluo iure.

1 *Verba, saluo iure, modificant, limitant, & reseruant.*

1 Ista verba, saluo † iure, modificant, & limitant, & reseruant. gloss. celebris quæ reputatur singularis, in l. item Labeo. §. j. ff. fami. erciscun. quæ dicit, saluo &c. optimè facit tex. in c. Raynaldus. in ver. saluo. & ibi do. meus detesta. vide Angel. in consil. xxj. vbi dixit, quòd si accusatus fuit cõfessus contenta in inquisitione esse vera, saluo &c. quod illa dictio, saluo, modificat & limitat illam confessionem. & alleg. præallegatam gloss. facit d. c. Raynaldus. & quod voluit do. Cardi. in c. exposita. de arbit. & in cap. qualiter. j. de accusa. Bald. in authen. interdicimus. C. de episco. & cleri. & in l. peremptorias. C. senten. rescin. non poss. & in l. asse toto. ff. de hæredibus institu. & in l. si certarum. ff. de testamen. milita. & in l. penulti alias fin. C. de institu. & substitut. sub condi. factis. & in l. non dubium. C. de leg. & in l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. & in l. eùm iudex. C. de senten. & interlocu. omnium iudi. & in l. eum qui. §. iudicare. ff. de iurisdictio. omnium iudicum. & ibi per Moder. in d. l. item Labeo. Ang. & alij in l. index posteaquam. ff. de re iudica. & in d. l. si certarum. Bald. in tit. de pace Constantiæ. §. amplius. versi. saluo. vbi allegat gl. d. l. item Labeo §. j. & vide do. meum in præallegato loco, vbi allegat plures text. apponentes verbum, saluo, & in tribus locis loquitur de ista dictione, saluo. sed illos text. allegat in tertio loco, scilicet, in xliij. charta. quod not. pro contractibus & aliis dispositionibus hoc verbo vtentibus.

333 Securus.

1 *Securum facere promittens, ad quid teneatur?*

1 Si quis † promittit facere securum aliquem in aliquo facto, debet intelligi, quòd non fiat sibi exceptio aliqua iuris, & debet promittens ita ipsam rem disponere, vt nihil de iure possit sibi obiici, ita quòd possit sentire læsionem. ita notabiliter colligit do. Anto. in c. quoties. de pact. quem refert & sequitur ibi do. Abb. sed nihil allegant. Ioan. de Imol. allegat gl. in l. si mandato Titij. §. fi. ff. manda. & pro illa gl. vide Barto. & doct. in l. illa institutio. ff. de hæredib. insti. vbi plura per Ioan. de Imol. & vide Ange. & ibi text. in l. j. ff. qui satisda. cogan. de illo qui promisit facere securum, vide Bal. in l. sancimus. C. de verborum significatio do meus do. Andr. allegat gl. singu. secũdum eum in l. j. C. si aduersus solutio. quod debet facere securum, ita quòd restitutionem non possit pati, nec possit fieri aliqua exceptio. quam gl. dicit Bal. ibi esse notandam pro eo, qui promisit facere securum facit tex. in l. Papinianus. §. mortis causa. in ver. securè. ff. de inoffi. testa. & ibi Ang. allegat casum in l. j. ff. de prætor. stipula. & ibi dicit, quòd fidantia data bannitis, vt veniant ad ciuitatem, debet seruari. & vide ibi Bar. Et quid iuris si alicui data est securitas veniendi, an videatur ei concessa securitas redeundi? vide eundem Bar. in l. vtimur. ff. de sepul. viola. & plenè per eum in l. j. ff. ad le. Iul. maiest. in prin. & in l. nullam vim. C. de nauicul. lib. xj. dicit tamẽ ibi illum tex. facere in contrarium, quia non expressit iter in eundo & redeundo, nisi necesse fuisset, dicit ibi Bart. quòd non venit securè, qui non potest redire securè. l. sciendum. ff. de leg. & ff. ad Trebel. l. de ætate. & ad d. l. nullã dic, quòd ibi apponitur causa maioris declarationis. Et vide Abba. in c. fin. de treuga & pace & in c. ego N. de iureiuran. Barto. in l. relegati. ff. de pœn. & in l. fina. C. de digni. libro xij. & Doct. in cap. disciplina. xlv. distinct. & Barto. in l. si cui. ff. ex quibus causis maio.

334 Statutum XVII.

1 *Statutũ loquẽs in numero plurali, an habeat locum in singulari?*

1 STatuta † Italiæ disponunt. quòd vir lucretur dotē vxore prædecedente sine filiis: quid si prædecedat vxor cū vno filio, an vir lucretur dotem? Et videretur prima facie dicendum quòd non, quia cùm talia statuta sint exorbitantia, & concipiant verba sua in plurali numero, ergo in illo casu debent intelligi, & non in alio. argu. l. si seruum. ver. non dixit prætor. ff. de acquir. hæred. c. ad audiētiam. de deci. Tamen dic quòd cōtrarium est verius: quia ratio naturalis magis attenditur, quàm pluralis locutio. & licet vera & recta natura pluralis numeri non sit contenta vnico indiuiduo, vt in l. fina. ff. ad Trebel. & in l. vbi numerus. ff de testi. & in cap. pluralis locutio. de regulis iur. lib. vj. & vnitas non sit numerus, sed principium numeri, tamen secus est de ratione naturali. istud bellissimè decidit Bal. in l. j. C. de condi. inser. & ibi eum vide, quia dicit alia similia. & facit ad hoc, quia lex cōcipiens verba sua in plurali numero habet locum in singulari. quod nota pro statutis punientibus producētes falsos testes, quod habebit locum in producente vnum falsum testem. l. iiij. §. in negotiis. ff. de nego. gest. vbi per Iaco Butri. Barto. & alios, & vide gloss. in c. secundò requiris. de appella. vbi probat hoc iuncto tex. & ibi doct. & illam gloss. alleg. do. meus in c. Raynaldus. de testamē. in Ioannina. circa medium, adducens ad quæst. præfati statuti. vide gloss. in c. accepta. de appel. & Bal. in c. quoniam. de appel. & Barto. in l. prætor ait. ff. vi bono. rapto. & Barto. in l. Stichus. ff. de lega. j. & Bald. in c. mandatum. de rescrip. & do. meū in c. prudentiam. §. addicimus. de offic. delega. & in cap. vnico. aliàs in rubri. de plus petitio. & in cle. & si principalis. de rescrip. & do. Abb. in dicto §. addicimus. Io. Andræ. in additio. ad Specu in titu. de test. §. j. In addit. quæ incipit. iiij. q. Archi. in suis reportatis, in c. accepimus. de æta. & qualita. quem refert & sequitur Domi. de S. Gemi. in cap. quamuis. de præben. in vj. & quod ibi voluit Per. de Ancha. & in c. relatum. de testa. & in c. vnico. de lit. contesta. & vide do. meum in d. c. relatum. de testa. & in aliis locis superius allegatis. Bald. in l. quicunque. C. de seruis fugiti. gl. & Bal. in l. diuus. §. diuus. ff. de peti. hæredi. glo. in cap. si compromissarius de electio. lib. vj. & vide quod legitur, & quod notatur, in l. pater Seuerinam. §. j. ff de condi. & demonstratio. & in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. cum similibus.

335 Statutum XVIII.

1 *Gabella si ex statuti dispositione de legatis solui debeat, an sit soluenda de legato facto pro malè ablatis?*

1 STatuto cauetur. quòd † de legatis soluatur gabella, vel quòd legata debeant insinuari, an tale statutum habebit locū, quādo testator legat pro malè ablatis? dic quòd non. ita sing. dixit Bald. per celebrem tex. in l. si seruo. versi. extorquere. ff. de hæredi. instit. ratio, quia non est legatum, ex quo aliquid acquiratur, vnde autem habemus respectum ad testatorem legantem, & certe non est legatū, quia impendit debitū. aut loquimur respectu eius, a quo fuit ablatum, & tunc non est lucrum, sed debitum. refert & sequitur dominus meus do. Andr. Consiculus meus in repetitio. cap. Raynaldus. in Ioannina, de testamen. in lxij. charta.

336 Statutum XIX.

1 *Statutum specificè disponens in certo casu, derogat statuto generaliter loquenti, & vtrunque seruatur in casu suo.*

1 STatuto cauetur, quòd frater † excludat sororem dotatam, alio statuto cauetur, quòd si fratèr, qui excludit sororem dotatam decedat sine filio masculo fratris, teneatur relinquere sorori dimidiam eius, quod ipsa filia debebat habere in bonis paternis. modo pater habēs filiū & filiā dotatā, fecit testamentū, & instituit filium hæredem vniuersalem, & instituit filiam in dote, & decessit relicto filio. fuit dubitatū vtrū filius veniēs ad mortē, teneretur relinquere dimidiā eius, quod illa soror debebat habere. vt dicitur in alio statuto? Videbatur dicendum quòd sic, quia vnum statutum recipit limitationem, & debet intelligi secundum aliud. Nihilominus contrarium est verius. ista fuit celebris theorica Bald. in l. j. C. de legi. hæred. vbi refert se ita cōsuluisse. & mouetur, quia vbi dispositio habet clausulam suam specificatam & determinatam sufficit, & non tollitur per generalem. & allegat tex. mirabilem in l. j. §. deinde. ff. de postulan. & illud dictum Bald. allegauit, & secundum ipsum consuluit Ludo. Roman. consilio trigesimoprimo. & vide ad hoc quod voluit Paulus de Castr. consilio ccclv. vbi in hac materia consuluit. & dominus Abb. consil. clxxxij. incip. quæstio talis est, statutum &c. & Ludo. Ro. consi. xlj. vbi in effectu consuluerunt, quòd statutum specificè disponens in certo casu derogat statuto generaliter loquenti, & vtrunque seruatur in casu suo: & vide do. meum in ca. Raynaldus. de testa. in lxix. charta. & in cap. j. de rescrip. vbi plenè de hoc.

337 Sententia XII.

1 *Sententia quæ transiuit in rem iudicatam, habet præsumptionem quòd rite. & rectè lata fuerit, quæ tamen præsumptio tolli potest per confessionem partis.*

1 SEntentia † postquàm transiuit in rem iudicatam inducit præsumptionem iuris, & de iure, quod rite & rectè lata fuerit. c. cùm inter vos. de re iudic. Nihilominus admittitur in contrarium partis confessio, & tollitur illa præsumptio. singulare fuit dictum Innocen. in cap. quia plerique. de immuni. eccle. quod dictum magnifecit Bal. in rubri. C. de probatio facinnt tres gloss. quæ alibi in iure non reperiuntur in authen. sed iam necesse C. de donatio. ante nupt. & in corpore vnde sumitur. & gloss. in l. in contractibus. §. illo. C. de non nume. pecu. quas glo. didici à domino meo do And. & viua voce & in commentariis suis, & præsertim in repetitio. d. c. Raynaldus. de testa & illud dictum Innocen. reputauit singulare do. Abb. in d. c. quia plerique. & in c. fraternitatis. de frigi. & malefi. & in c. ij. de purg. vul. & in cap. per tuas. de senten. excommu. & tacitè sentit do. Abb. in c. j. de constitu. Adde Abb. in ca. cùm contingat. in xix. colum. de iureiuran. & in cap. j. in fine, de concess. præbend. ratio est, quia sententia iniusta sustinetur ex sola præsumptione iustitiæ: sed ista præsumptio tollitur per confessionem illius, in cuius vtilitatem ius induxit illam præsumptionem, & sic præsumptio cedit veritati c. veritate. viij. dist. cum simi.

338 Statutum XX.

1 *Filia dotata si ex statuti dispositione à bonis dotantis excludatur, an ad ea regressum habeat si dotans non de suis, sed de alienis bonis dotauerit?*

1 STatuto cauetur, quòd filia † dotata à patre non habeat regressum ad bona paterna, vel dotata à fratre non succedat fratri. Modo in primo casu pater dotauit filiam in bonis matris, & in secundo casu frater dotauit sororem de portione sororis, quæritur an sic dotata habebit regressum ad dicta bona fraterna vel paterna? Et Bal. in l. mater. C. de iur. dot. tenet quòd sic, quia cum effectu non potest dici dotata ab eis, & verbum dotare ius significat, non actum nudi ministerij. arg. ff. de manumis. vindi. l. pater ex prouincia. in fi. & de iure dotium l. si res. refert & sequitur Pet. de Ancha. in repeti. c. canonum statuta. de consti. in xxxix. char.

339 Statutum XXI.

1 *Consanguineorum paternorum consensus si in contractu minoris debeat interuenire, alias maternorum, si vnus tantum ex patre præsens adsit, & ex parte matris alius, an contractus celebrari possit cum eorum consensu?*

1 STatutum exigit † consensum duorum consanguineorum ex parte patris, si extant aliàs ex parte matris: minor non habet nisi ex parte patris vnum, & ex parte matris alium, nunquid valeat contractus cum consensu eorum? Barto. in l. Stichum qui meus erit. ff. de lega. j. determinat quòd sic. vide ibi Moder. & illam theoricam Bart. refert & sequitur Bal. in l. in coniunctionibus. C. de nup. vbi subdit quid iuris, si nolunt consentire: & dicit quòd minor poterit appellare, & deferre querelam ad iudicē. l. fina. ff. de appel. recipien. facit ad hoc cap. nullus. & quod voluit ibi do. Abb. de iure patrona. & in cap. relatum. de cleri.

cleri.non resi.per eundem.& quod voluit Bart.in l.si cum dotem.§.eo autem tempore.& ibi alij.ff.solu.matrimo.& Bal.in l.si furiosi.C.de secun.nup.Ludo.Roman.in consi.xxxv.facit quod voluit do.Abb.in c.j.de rer.permuta.& de prima quaestio.vide eundem do.Abb.in c.quoties.de test.vbi refert hanc quaestion.& alleg.Barto.in d.l.Stichum qui meus erit.& vide Pet.de Ancha.in repeti.c.canonum statuta.de consti.in xxxix.chart.

340 Statutum XXII.

1 *Statutum si velit adhiberi praesentiam quatuor virorum in actu, & adhibeantur decem,vel plures,an actus valeat?*

1 SI in aliquo † actu statutum prouidet adhiberi praesentiam,vel consensum quatuor virorum, aliàs non valet,vtrum si adhibeãtur decem,vel plures,reddatur actus inualidus tanquam non seruata forma? Et videtur quòd sic.quia omissio modi & formae viciat dispositionẽ.l.qui Romae.§.Flauius.ff.de verborum obliga.c.Pisanis.de restitu.spolia.c cùm dilecta.de rescrip.c.cùm super Abbatia.de offic.delega.Contrarium tamen reperitur fuisse cõsultum.prout refert Pet.de Anch.in repe.c.canonũ statuta.de consti.in xxxix.chart.quia licet ad solẽnitatem lex statuat certum numerum,ampliatio numeri non viciat.l.haeredes palã.in princ.ff.de testament.& l.cũ tabulae.ff.de secun.tabul.pro hoc.l.non solet ff.de regulis iur.& l.qui mutuam.ff mand l pediculis.§ Labeo.ff. de auro & arg.lega.Itẽm in maiori numero inest minor.l.j.§.si stipulanti.de verbo oblig.Praeterea numerus ampliatus non diuersificat formã.l.non sunt liberi. ff. de stat. homi.facit l.is cui.ff.quẽadmo.serui.amit.l.j.§.itẽ quaeritur.ff.de aqua quotidiana & aestiua.facit quod not. Barto.in l.si prius.ff.eodem titulo.

341 Statutum XXIII.

1 *Statuto disponente,quòd qui duo homicidia commiserit,capite puniatur:& alio,quòd qui homicidium fecerit,puniatur in centum,an si quis homicidium commisit,& soluit centum,si postea aliud committat,debeat decapitari?*

1 STatuto † cauetur,quòd homicida puniatur in centum:alio statuto cauetur,quòd qui commiserit duo homicidia capite puniatur,vtrum si quis commisit homicidium,& soluit centum,an si cõmittat aliud,debeat decapitari?Et videtur quòd non,quia pro primo est satisfactum:ergo non debet amplius puniri. nam paria sunt condemnatum soluisse poenam,& absolutum fuisse.C.ad legem Aquil.l.contra negantem.Contrarium tenet Bal.quòd debeat decapitari,in authen.qui semel.C.quomodo & quando iudex.quia facta non possunt haberi pro infectis.l.in bello §.facta.ff.de captiuis & postlimin.reuers.licet ergo obligatio sit extincta, primum tamen homicidium aggrauat secundum,sicut prima contumacia quantũcunque purgata aggrauat aliam sequentem,vt in dicta authen.qui semel.& hoc dicit Bal.verum,etiam si primum homicidium esset praescriptione sublatum,nam non obstante praescriptione cognoscetur de illo,non propter ipsum,sed incidenter,propter aliud aggrauandum.quod est notandum secundum eum in dicta authenti.qui semel.refert & simpliciter sequitur domin.Petr.de Anchara.in repetitio.cap.canonum statuta.de constitu.in xxxij.char.

342 Sententia XIII.

1 *Sententia corporis afflictiua post lapsum decem dierum non potest iure communi retractari,licet postea appareant probationes innocentiae,sed ex gratia speciali à principe restitutio fieri potest.*

1 SEntentia † corporis afflictiua post lapsum decem dierum non potest iure communi retractari,licet ex post facto appareant probationes innocentiae,sed ex gratia speciali potest fieri restitutio à principe.singu.est casus in l.diui.ff.de poen.quem tex.reputauit singu.do.Abb. in c.de his.de accusa.& ibi vide contraria,quae ad hoc formari possent.& illum tex.magnifecit idem do.Abb in c.consanguinei.ad fi.de re iudic.

343 Sententia XIIII.

1 *Iudex qui debet ferre sententiam de consilio sapientis illud consilium adhibere non debet quando in illa causa habet casum legis expressum.*

1 SI iudex † debet ferre sententiam de consilio sapientis,& pro illa causa habet casum legis expressum, non tenetur adhibere consilium sapientis.istud sing. voluit Barto.in l.ille aut ille.§.cùm in verbis.& in l.non aliter.ff de lega.iij.& in l.j.C.de rela.Bald.in l.ancillae.C.de furt.& in l.ij.C.de legib.refert & sequitur lucerna vtriusque iuris. Quod dictum tempera & limita,nisi ex forma statuti teneretur adhibere consilium sapientis:quia tunc licet haberet casum legis expressum,nihilominus teneretur adhibere consilium sapientis.ita pulchrè dixit Bal.in l.j.ff.de libe.& posthu.& Ludo.Roma.in l.hac consultissima.C.qui testa.fac.pos.licet aliter dixerit ibi Aug.

344 Statutum XXIIII.

1 *Iuramentum an validet contractum factum à minore sine interuentu & licentia curatoris,quae a statuto requiritur?*

1 STatuto † cauetur,quòd filiusfamil.non possit contrahere sine consensu expresso,seu expressa licẽtia patris:nec minor sine licentia tutoris,vel saltem duorum proximorum consanguineorum,si tutorem vel curatorẽ non habet,& quòd contractus aliter factus non valeat. Modò quidam filiusfami.contraxit sine licẽtia patris,& minor etiam sine licentia praedictorum. Item filiusfamiliàs iurauit non contrauenire,idem fecit minor. Quaeritur vtrum valeat contractus factus cum dicto filiofamil.vel minore saltem propter iuramentum? Iaco.de Belui. quem refert & sequitur Petr.de Ancha.in repeti.c.canonum statuta.de constitu.in xxxix.char.tenuit disputando quòd non valet,nec tenet:quia dicta lex municipalis resistit,& non assistit in eo casu cum licentia non est adhibita, vt in l.non dubium.C.de legi. nec iuramentum confirmat talem contractum,de quo per Barto.in l.cum lege.ff. de fideiuss.& in l.si quis pro eo.ff.eo.vide not.in c.cum contingat.de iureiuran.& in c.quamuis.de pact.libr.vj.Ex ex hac eius decisione do.Pet.de Ancha.in praeallegato loco dicit esse notandum,quòd dolus contrahentis non firmat contractum,in quo deficit solennitas statutaria. si autem solum deficit ratione doli,tunc aduersus dolum committentis contractus erit validus, si placuerit contrahenti secum,vt in l.eleganter.ff.de dolo facit quod not.ibi.& per Petr.de Anchara.in cap.j.de rescriptis,libro vj.quod not.

345 Sententia XV.

1 *Intellectus l.posthumus.§.si quis ex his.ff.de inoffi.testa.*

1 TV habes † tex.in l.posthumus.§.si quis ex his.ff. de inofficio testamen.vbi sentẽtia fuit lata pro eo,cui non competebat actio inofficiosi testamenti,& licet sibi non prosit,nihilominus prodest ei,cuius interest.pro cuius intellectu do.meus do.Andrae.viua voce dedit mihi duas remissiones à Bal.interpretantem illam legem,scilicet,in l.fi.C.de fideicommiss.liber.vbi singu.dicit,quòd d §.si quis ex his.caret spiritu rationis. sed in l.ij.C.de te.indi.in fi.dixit quòd d.l.posthumus.§ si quis ex his.procedit eo casu quo expressè in libello non apparebat,quòd alio modo non competebat agenti:secus si expressè apparuisset,quòd nec agenti,nec ei cuius intererat profuisset.facit quod voluit do.Anto.in c.fina.de procur.& ibi do.meus,& quod voluit Bal.in c.j.de iureiurand.& do.Cardi.in c.debitores.eod.titu.quod singu.not.quia Bononiae ista interpretatio Bal.in facti cõtingentia fecit mihi magnum honorem,& d l.posthumus.§.si quis ex his.allegauit Inno.in c.super his.de accus.licet non probet id,ad quod alleget,vt ibi videre poteris.& Bal.in l.cum patronus.ff.de fideius.vbi dixit,quòd si ineptitudo est tacita,valet sentẽtia.& allegat d.l.posthumus §.si quis ex his.vide do.meum do.And.de intellectu illius legis,in d.c.super his.& in c.ex parte Adae.de testib.

ADDITIO.

Vide Roma.in singu.cclij.& ibi in additio. Gal.Sar.

346 Sententia XVI.

1 *Sententia lata per metum iudicum est ipso iure nulla.*

1 DIcebat† Ludo. Roma. singu. xcij. quòd sententia censuræ & excommunicationis lata per metum iudicis est nulla ipso iure. c. j. quod metus causa. lib. vj. idem dicit in pecuniariis siue secularibus sententiis, per gloss. quam dicit esse vnicam in mundo, in c. quatuor. xj. q. iij. Sed dū audirem do. meum do. Troylum de Maluiciis eximium vtriusque iuris interpretem, dicebat, quòd illa glo. tenet contrarium. scilicet, quòd est annullanda ope exceptionis, licet postea dicat argu. contra &c. & pro illa glo. allegat aliam in terminis hoc dicentem in c. iniustum. ea. causa & quæstio. & sic cum supportatione Ludo. non bene ponderauit gl. in d. c. qualiter.

347 Salarium IIII.

1 *Doctor reconductus ad legendum, creditur recōductus pro eodem salario, quod prius habebat, nisi mutata sit conditio personæ.*

DVm audirem vno mane do. meum do. Troylum de Maluiciis vtriusque iuris doctorem celeberrimum, ipse allegauit Bal. in l. etiam. in fi. C. de iure dot. dicentem
1 quòd si communitas conducit† pro vno anno doctorem ad legendum sub certo salario, qui finito anno recessit, demum elapsis pluribus annis eadem cōmunitas reconduxit eundem nulla facta mentione de salario, quòd intelligitur reconductus pro eodem salario: per illum tex. & per l. penulti. §. vsur. ff. soluto matrimo. & ita remansit Bal. Sed præfatus domi. meus limitauit illud dictum, nisi esset mutata conditio personæ, puta, quia effectus esset excellens in scientia: quia debebit augmentari salarium secundum eius excellentiam. nam conditio personæ debet esse in consideratione. gloss. in cap. episcopus. x. q. ij. facit c. non cogantur. xj. distin. & in l. si quis. ff. de vsufru. qui est casus singul. ad hoc. & in c. cùm ad monasterium. de statu monach. facit quod dicit do. Abb. in cap. cùm omnes. in gloss. penult. de constitu. & hoc erit in arbitrio iudicantis. argu. cap. de causis. de offic. deleg. cum simili. Item limitauit per aliud dictum Bald. in cap. cùm M. in princ. iiij. col. de constitu. id esse verū, si salarium erat illi lecturæ perpetuò ordinatum, & non pendebat ea arbitrio electoris. argu. l. licet. C. loca. nam quæ incerta sunt, promitti non videntur. l. salarium. C. mand. l. Seia. §. Medico. ff. de annuis lega.

348 Sententia XVII.

1 *Arbitratores tres si in vna causa sententias diuersas in quantitate ferant, de qua quantitate pronuntiasse censeantur?*

1 SI tres† arbitratores dātur in vna causa, & diuersas sententias ferant in quantitate, debent omnes quantitates accumulari, & fieri tres partes, & in tertia ex illis videntur pronuntiare. ita dixit Sali. in l. hac edictali. §. hia illud. C. de secun. nup. per tex. ad hoc celebrem, in l. cùm fundum. §. si autem. in ver. ita vt omnes summas &c. ff. mandati. & illum tex. facit sing. Bald. in l. j. C. si seruus extero. quod not. quia singulare.

ADDITIO.

Adde quæ scribit Didac. Couar. in lib. j. variarum resolutio. c. ij. nu. 6. versi. Quamobrem dicta constitutio. Et Gerard. Petrasancta in sing. xxv. Gab Sar.

349 Sententia XVIII.

1 *Clericus homicida vtrum ipso iure sit priuatus beneficio, an per sententiam?*

1 CLericus† homicida non est priuatus ipso iure beneficio suo: sed venit priuandus per sententiam. celebre fuit dictum Innocen. in c. cùm nostris. de concess. præb. & quem referunt & sequuntur ibi communiter doct. & intellige hoc procedere in clerico beneficiato. Quòd homicidium superueniens seu irregularitas non priuat quē ipso facto beneficio suo, sed opus est sentētia. pro hoc bene facit c. clericis. in versi. honore priuetur & loco. ne cleri. vel monach. vbi exercens iudicium sanguinis, & incurrens irregularitatem non est priuatus ipso iure beneficio suo, sed debet priuari. & hoc tenet ibi do. Abb. post alios, referens Innocen in d. c. cū nostris. & videtur etiam hoc probari in c. ex literis. de excess. præla. Et notabis illa duo iura ad hoc. Sed si homicidiū seu irregularitas præcessit collationem, tūc non tenet collatio: quia facta indigno ad executionem officij, vt in c. fi na. de tempo. ord. hoc voluit Innocen. in c. constitutionē. j. de appellatio. & ita intelligit Innocen. in dicto c. cùm nostris, qui prima fronte videtur sibi contrarius secūdùm do. Abb. ibi. & vide eundem Abb. in c. querelam. de iureiuran. vbi tenet hanc partem, & alleg. Innocē. in dicto c. cùm nostris. hoc etiam voluit Bal. in l. cùm fratrem. C. de his quib. vt indig. & in l. si maritus. C. de donatio. inter virum & vxo. & vtrobique allegat Innocen. in dicto c. cùm nostris. Adde Ioan. de Ana. in cap. inquisitionis. de accusat. in primo respon. hanc opin. tenet do. meus do. And. in dicto c. querelam. & in c. cùm super. de causa possess. & propriet. vbi refert Bald. in dictis locis, & sequitur Innocent. Idem tenuit Benedictus in dicto c. cùm nostris. post Io. de Imo. ibi, & vide Ioan. de Ana. in rubri. de cleri. excom. mi. vbi de hoc. Sed Archid. in c. studeat. so. distinctio. tenuit contrarium per illum text. quòd sit priuatus ipso iure, inquantum ibi beneficium gratiosè conceditur homicidæ. & sic Papa dispensat ibi in beneficio, ergo de iure erat priuatus. & videtur ille text. multum stringere cōtra Inno. & sequaces. Itē d. c. clericis & d. c. ex literis. potius faciūt cōtra Inno. quāpro: quia ibi ponūtur verba executiua, quæ præsupponūt sententiā latam à iure, & potius ad remotionem facti quàm iuris referūtur, per id quod voluit do. Anto. in c. fina. de postu. & Barto. in l. si quis maior. C. de transact. & do. meus in dicto c. fina. & in dicto c. si diligēti. de foro compe. Sed sequere dictum Innocen. quòd cōmuniter tenetur. non obst. d. c. studeat. & alia iura per eū ibi allegata, quia apertè hoc non probāt, quòd ipso iure sit priuatus: licet Papa concedat in d. c. quòd studeat & teneat beneficium, & non sequitur propter hoc, quòd fuit priuatus ipso facto, imò potest intelligi, quòd Papa fecit ibi gratiam, vt non veniret priuandus per sententiam, & non quòd erat priuatus ipso iure. Non obst. quòd verba executiua apponantur in dicto cap. clericis. & in dicto c. ex literis quia respondeo quòd satis est quòd non dicitur, quòd ipso iure, vnde non debemus imponere hanc pœnam, ex quo de iure canonico hoc non cauetur expressè. & hoc voluit do. Abb. in dicto cap querelam. per verbum remouentes positū ibi in tex. facit in simili quod not. gloss. in cap. fina. de iure patrona. & xv. q. viij. in summa. & tex. in l. at si quis §. idem Labeo. id ver. cum in eum pœna statuta non sit. ff. de relig. & sumpt. fune. & text. in authen. de non eligen. secundò nuben. in princi. in versic. non est lex tale quid dicens.

DE LITERA T.

350 Terminus.

1 *Paria sunt appellationem esse interpositam, vel esse infra tempora infra quæ potest appellari.*

INquantum suprà singu. vij. incip. idem operatur sēpus datum &c. allegaui gloss sing. secundum Dy. in l. ex iudiciorum. in verbo, secuta ff. de accusa. adde aliam gloss. in l. vnica. ff. nil nou. appella pend. ex qua Ange. de Are.
1 ibi post alios dicit singu. notandum esse, quòd paria† sunt appellationem esse interpositam, vel esse infra tempora, infra quæ potest appellari. & allego tibi aliam gloss. in c. non solum. de appella. lib. vj. in verb innouata. quæ alleg. glo. d. l. vnicæ. Ex quibus not. quòd sicut appellatione interposita siue sit recepta, vel non, nil potest innouari, & innouatum aut attentatum reuocatur. ita etiam tempore appellationis interponendæ, quia est beneficiū indultum à iure. de hoc dicit do. Ioan. de Ana. quòd est tex singu. de iure ciuili in l. 1. sententia. §. hæres. in fine. ff. de appella. nam ibi si fuerit transactum per hæredem, & nō appellatum, non nocet legatariis, & sic quia appellari potuit: igitur idem operatur tempus quo poterat appellari. quod satis placet Ange. Aret. in dicta l. vnica. Licet secundum eum posset responderi, quòd ibi contingit, quia legatarij etiam infra sua tempora, videlicet, à die eorum

scientiæ

scientiæ possunt appellare:igitur trāsactio hæredis nil eis nocet. & de intellectu d.§.hæres.vide ibi Ange Aret. in l. fina.ff.de appel.recip.Sed Angel.in dicta l.vnica. dicit de hoc esse casum apertum,in l.post rem.in prin.ff.de transact.Et prædicta limita prout not.per eundem Ange. post alios in d.l.vnica.& vide per eundem Ange.alias limitationes an appellatione pendente debeat aliquid fieri. & adde illas ad eas,quas posui suprà in notabili vj.incipiẽte,regula est quòd nihil &c.

ADDITIO.

Adde eundem Corse.suprà singu.vij.in versi.appellatio. & Hippoly.de Marsil.in l.quæstionis habendæ.nume.17 ff.de quæstio.& in pract.cri.in §.expedita.nu.18.& in l.si quis percussorem.nu.4.ad legem Corne.de sicar. Gab.Sar.

351 Testis I.

1 *Testes inhabiles si producantur,iudex ex officio eos repellere tenetur,etiam parte non opponente.*

1 SI testes inhabiles † producantur à parte,iudex ex officio suo eos etiam parte non petente repellere tenetur. ita exquisitè dixit Innocen.in c intimauit.de testi. quem omnes ibi communiter sequũtur,licet aliud voluerit ibi solennis doctor Ioan.de Ligna.& Pet.de Ancha.in c.super.de testi.& illud dictum Innocen.secutus est Lud.Roma.in repeti.rubric. de arbit.in ix.colum.vbi etiam dicit,quòd ipse iudex etiam de conditione testis & personæ inquirere tenetur.& dicit esse gl.notab.in l.j.ff.de magist.conueni.vide Ange.post Nico.de Neapo.& Bal.in l.quos prohibet.ff depositi vbi magnifacit illam gloss. Tu vide singu gloss.in ca quærendum.ij.q.vij.& quod voluit ibi Archid.& do.meus in sua solenni repeti. cap.testimonium in vj.col.de testi.dicit esse aliam gloss.in l.iij.in principi.in gloss.quæ incipit,his omnibus.ff.de testib. & allegat aliam gl.in authẽ.de testi. §.sancimus.quæ dicit,quòd si homines villæ vel loci sunt infames,quod iudex debet eos remouere,etiam si partes consentiant. & hoc innuit ille tex.secundum eum in ver.præcipue.& allegat aliam gl. licet hoc non dicat clarè secundum eum in l.age cum Geminiano.C.de transact.vide ibi per eum.

352 Testis II.

1 *Testi de consensu partium producto non potest aliquis defectus opponi,& die feriato recipi potest.*

1 VBicunque testis † de consensu partium fuit adductus, non potest opponi crimen ei,seu aliquis defectus.ista est gloss celebris in authen.de testi. in §.licet.in versi.suppliciis.quam reputauit singu.Ange.in l.j.C.de test.& Bal.in l.si quis testibus.C.de testi.Quinimò si erãt recepti testes die feriato de consensu partium,valeret eorum receptio:& tamen mutaretur ordo iuris.ita dixit Bald.in l.j.ff.de fer.& c.cùm causam.in penul.col.de testi. Tu intelli ge sanè hoc vltimum dictum esse verum in feriis introductis in fauorem & necessitatem hominum,per d.l.j.secus in feriis introductis in honorem Dei:quia talis receptio non valeret,per id quod habetur & not.in c.conquestus.de fer.cum simil.

ADDITIO.

Adde Curt.Senior.in l.ij.§.sed quia veremur.C.de iura.calũ.& consi.lv.nu.8.Ias.in l.j.col.ij.C.de test.Alex.consi.iiij.in fi.volu.ij.& consi.cxcj.in prin.volu.vij. Gab.Sar.

353 Testis III.

1 *Testis vnus semiplenè probat,si deponat cum causa.*

1 LIcet vnus testis † deponendo semiplenè probet,* vt not.in l.admonendi.ff.de iureiuran.& in l.in bonæ fidei.C.eo.& in cap.ex insinuatione.de procur.& in c.fi.de iureiur. illud est verum si deponat cum causa,secus si sine causa.ita dixit Bal.in c.j.§.non autem.de controuer.inuestitur.refert & sequitur Ludoui.Roma.in repetitio.rubric.de arbitr.in octaua colum.faciunt ea quæ habentur in l.solam.C.de testib.canonizata quarta quæstio.iij.& in cap.cùm causam.eodem titu.

ADDITIO.

* Semiplenè probet. Testis reddens rationem dicti sui semiplenè probat:aliàs secus.quia satis exorbitat fides vnius testis à iure cõmuni:imò iudex est aliqua ex parte suspectus,ex quo non laborauit ad veritatem inquirendam.ita singul. Bald. in c.j.§.sacramentum.in titu.de consuetu.rect.feud.quem citat Alexan.consi.xxxij lib.j.& consi.lvj. versic.& si dicatur. lib.ij.post Roma.in l.j.ad finem princip.de operis noui nuntiat. Et dicit Bald singul.in repetitio.l.de quibus. versicu.& not. quòd situs.ff.de legib. quòd si ex duobus testibus contrariis vnus reddit rationem,alter non,ille qui non reddit rationem dicti sui,non debilitat fidẽ alterius.& hæc duo dicta pro singu.commendat Ias.in repetitio.l.admonendi.col.lxxviij.versicu.quartò ergo.ff.de iureiuran. & propterea idem Bald. in l.conuenticula.versicu.idem multò fortius.C.de episc.& cleric.dicit,quòd ratio in teste validat aut inualidat eius dictũ. quod est singu.& multoties allegatur in consiliis secundum Ias.in l.vlti.in secundo notab.ff.de offic.procurat.Cæsar.vbi inter cæteros citat Alexan.consi.cix.colum.penulti.ad finem.lib.j.& consil.xx.colum.fina.& consil.lxxx.versicu.item alia ratione.& consi.cxlvij.lib.ij.

354 Testis IIII.

1 *Testis de causa interrogatus,& simpliciter deponens,præfertur testi de causa non interrogato simpliciter deponenti.*

1 SI duo testes † non interrogati de causa simpliciter deponant,duo autẽ testes de causa interrogati purè deponant,præferuntur illi duo vltimi cõtrarij illis primis,ratione causæ concernentis substantiam dicti,secundũ Iaco.Butri.in disputa.quæ incip.quæstio talis est. quam refert Bald.in l.presbyteri.C.de episco.& cleri.& dicit se alibi non legisse,licet dixerit gloss.in l.j.ff.de noui ope. nuntia.& in l.solam.C.de testi.non teneri testes ad assignationem causæ,nisi fuerint interrogati.ff.de transactio.l.cùm hi.§.ex causa.per quod tamen limita id quod dicit Innocen.in cap.causam quæ.de testib.& istud celebre dictum refert & sequitur Ludo.Roma. in præallega. loco,scilicet,in repeti.d.rubri.de arbit.

355 Testis V.

1 *Testes tabelliones præferuntur testibus non tabellionibus,& religiosi laicis,& magis creditur tot testibus,quam totidem iudicibus.*

1 DVo testes † qui sunt tabelliones,præferuntur duobus aliis non tabellionibus.gloss.est valde singula.in authen. de hære.&.falci.§ si vero.in fi.in princi.magnæ glos. quam ad hoc ponderat Bal.in authent.sed cum testator.C.ad legem Falcid.refert & sequitur Ludo.Roma.in singu.cclxv.tu vide eundem Ludo.in repeti.rubric.de arbit.in viij.col.faciunt ea quæ habentur in c.in nostra. de testi.& in l.iij.ff.eo.& iiij.quæstio.iij.§.item in criminali. versi.item in testibus.& adduco Bald.in cap.super hoc.in ver.ad dignitatem & opinionem.de renuntia.vbi dicit illum text.esse valde celebrem & singularem, quod standũ est testibus dignioribus & melioris famæ.& dicit non esse simpliciter in arbitrio iudicantis,sed inspecta dignitate & fama eorum in probatione facienda qualitas testium est consideranda,vnde creditur magis religiosis,quàm laicis.text.est,& ibi Abb.in cap.in nostra.de procura. Et magis creditur tot testibus,quàm totidẽ iudicibus.Bald. in dicto cap.in nostra.in fi.

ADDITIO.

Ibi,religiosis.Adde an religiosi,& fratres mendicantes,possint adhiberi testes in testamentis,codicillis,& contractibus, plenè tradit Guid. Pap.decis.cccccxvij vtrum religiosi. G.S.

356 Testis VI.

1 *Testes masculi præferuntur fœminis.*

2 *Præsentatus a patrono masculo præfertur præsentato à fœmina patrona.*

1 DVo testes † masculi præferuntur duabus mulieribus ratione instabilitatis,quam per se habent.ita notanter dixit Bal.in l.fina.ff.de fide instrumen.ad quod l.j.ff.de senat.& quod ibi plenè notatur,& per Bald. in l.in multis.

ff.de statu hominum.refert & sequitur Ludoui.Roma. in præallegato loco rubricæ de arbit.Dicit Bald. in dicta l.
2 j.ff.de senato.sunt duo † patroni, vnus masculus & alius fœmina:fœmina præsentat vnum,masculus alium,præfertur præsentatus à masculo,vt refert Francisc. Areti. in cap.quoniam.de testib.

ADDITIO.

Vide limitationem traditam per Hippol.de Marsi.in l.vnius facinoris §.in ea causa.nu.8.ff.de quæstio.& dicti in sing.xj.Petri Gerardi de Petrasancta. Gab.Sar.

357 *Testis* *VII.*

1 *Testibus deponentibus id quod est conforme iuri communi, & verisimile,quam alijs aliter deponentibus,magis creditur.*

1 STatur magis † testibus deponentibus id quod est cóforme & consonum iuri communi, quàm alijs aliter deponentibus.ista fuit elegans doctrina Innocen.in cap. auditis.de præscript.quam refert Bald. in cap.primo.de controuer.inuestitu.& Petr.de Anchara.& do.Auron.in cap.j.de præscript.in vj.Ludoui.Roman.in repetitio. rubric.de arbitr.in præallegato loco.vide domi.Abb.& domi.meum in cap.licet causam de probatio.vbi referunt illam doctrinam Innocen.in quarta colum.in princip.& vide quod voluit gloss.fina.in cap.j.de præscript.libr.vj. & vide quod legitur & nota. in l.ob carmen.§.final.ff. de testib.& in cap.in nostra.eodem titu.& iiij quæstio. iij.§. item in criminali.versicu non enim.& quando aliqua dicantur verisimiliora,vel aptiora, do. Abb. in dicto c.licet causam.dicit,quòd arbitrabitur iudex ea variis cóiecturis.argu.l iij.ff de testib.in versicu.tu magis scire potes.& in c.præterea.eo.titu.

358 *Testis* *VIII.*

1 *Testibus deponẽtibus quem non esse frigidæ natura, magis statur, quam alijs affirmantibus.*

2 DVo testes † deponunt quòd vir est frigidæ naturæ, alij duo deponunt,quòd non est frigidus.statur duobus vltimis testibus tanquam deponentibus verisimiliora, & aptiora naturæ.argumen.dict.cap.præterea. de testib. & d.l.ob carmen.§ fina.ff eodem titu.istud fuit celebre dictum Inno.in c.fi.de frigi.& malefi.refert & sequitur do. meus in c.in nostra.de testib.

359 *Testis* *IX.*

1 *Testes laici deponentes pro reo , præferuntur clericis deponentibus contra reum.*

2 *Testes deponentes equum esse bulsum,an præferantur testibus contrarium affirmantibus.*

3 *Medicis deponentibus vulnus non fuisse mortale,magis creditur, quàm alijs testibus contrarium asserentibus.*

4 *Testibus duobus affirmantibus magis credi,quàm centum negantibus .quomodo intelligatur?*

1 DVo † testes clerici deponunt me commisisse fornicationem tali die:duo laici dicunt me fuisse secum tota die,& negant me commisisse fornicationem:statur dicto laicorum,ex quo deponunt pro reo:nam rei sunt fauorabiliores.l.fauorabiliores.ff.de reg.iu.c. ex literis de proba.cum sim.& capiẽda est via,vt excludamus delictũ, per id quod voluit Barto.in l.non solùm.§. sed vt probari.ff.de noui operis nuntiatio.quem refert & sequitur do. Abb.in cap.in præsentia de probatio.& per id quod voluit Innocen in cap.dudum.j.de electio.cum similibus.&
2 istud decidit gloss. [a] elegans in cap cleri.lxxxj.distinctio. quam reputauit singu.Bald in l.data opera.C qui accusa.non possunt.& do.Abb.in cap.j.de probatio. & in cap. ad nostram.eodem titu & in cap.cùm P.Maneonclla. de accusatio.vbi pulchrè pro intellectu illius gloss. & eandem gloss.allegauit do.Abb.in cap.quoties.& cap.inter. de testib.& in cap.j.de purgatio.cano.& do.meus in cómento rubric.de plus petitio.& in dicto cap.in præsentia.Adde do.Abb.in cap.bonæ memoriæ.j.in octaua colum.de electio.vbi allegat gloss.in dicto cap.cleri.& vide eundem in cap.in nostra.de testib.vbi dupliciter limitat illam gloss.& per eundem in cap.ex tenore.eodem titu.Adde celebre dictum Bald.in authen.omnes peregrini.C.communia de successio.in fi.Statutum dicit,equus
2 non † redhibetur,nisi sit bulsus,duo testes dicunt esse bulsum,alij duo contrarium:ius autem commune dicit omne vitium occultum redhibendum , & dicit in dubio præsumi esse in causa redhibitionis :quia dubium facti debet decidi secundum naturalem æquitatem,vt refert do. meus in cap.ex literis.in quarta colum.de probatio.ad-de Ange.in prima constitutio. ff.in tertia colum.vbi di-
3 cit facere ad quæstionem,duo testes † dicunt Titiũ fuisse mortuum ex vulnere: duo medici dicunt cõtrarium, scilicet vulnus non fuisse mortale: quorum dicto stabitur? Et videtur quòd dicto affirmantium.ff.de arbitr.l. diem proferre.§.si plures. Contrarium dicit esse verum , quia statur dicto illorum qui melius cognoscunt. vt in prima constitutio ff.sed medici melius sciunt & cognoscunt,ergo &c. Nec obst.d.§.si plures.quia debet intelligi in testibus negãtibus sensum vel loquitur de negatiua non coarctata.l.lacus & stagnum.§.j.ff.de acquiren.rerum do-
4 mi. Et not. † quòd illa regula,plus creditur duobus testi-
* bus affirmantibus, * quàm centum negantibus:non habet locum in negatiua coarctata, sed in negatiua credulitatis,& purgationis,secundum Abb.in dicto cap.bonæ memoriæ.j.in viij.colum.de elect.& vide Bald.in dicto c. ad nostram.de probatio.vbi allegat glo.in dicto §.si plures.& vide Nicol.de Neapol.in l.j.ff.de vent.inspi.vbi refert Machagnanum de Azoguidis post Oldra.quod glos. in dicto § si plures.est vera,nisi negantes deponant de peritia suæ artis.

ADDITIONES.

a Et istud decidit gl. Eandem gl.ca clamat Ias.in rubri.ff.de iureiuran.col.fi.in prin. Gab.Sar.

* Adde eundem Curset.infrà sing.ccclxvj.

360 *Testis* *X.*

1 *Testes duo deponentes de metu præferuntur mille negantibus.*

1 MIlle testes † deponunt de spontanea voluntate,duo autem deponunt de vi vel metu,quibus stãdum est? dic quod duobus testibus deponentibus & affirmantibus verum potius statur,quàm mille negantibus.ista fuit celebris & præstans theorica Innocen. in cap.super hoc. de renuntia.refert & sequitur do.Abb.in cap.j.quod metus causa.& vide rationem ibi per eum & vide Ludo.Roma.in repetitio.rubri.de arbi.in vij.col. vbi refert Bald. allegantem hoc dictum Inno.in tracta.schismatis, quem posuit ante rubricam C.si quis aliquem testa.prohi. & retulit etiam in l.obseruare.§.proficisci.ff.de offi. proconsul.domi meus do.Andr.Barba.in dicto cap.j.refert Ange.in l.j.C.quod met.cau.& in l.si quis à se fundum.C.ad legem Iul.de vi publi.sequentem illud dictum Innocent. in dicto c.super hoc.& dicit quòd idem Ange.in l.non verisimile.ff.quod metus causa.damnauit dictum Innocen. & dicit,quod prima facie videretur quòd Ange. rectè loquitur contra Innocen.nam regula est quòd statur testibus deponentibus verisimiliora l. ob carmen.ff.de testi. cap. præterea.c.in nostra.eodem titu sed testes deponentes de spontanea voluntare,præsumuntur dicere verisimiliora,ergo &c.& mouetur per d l.non est verisimile. Deinde dat quandam concordiam,dicẽs,quòd dictum Innocen.procedit,quando præcessit metus,quia præsumitur durare,nisi probetur mutatus argu.c.maiores.de baptis. aliàs procedat doctrina Angel.dicit tamen iudicando & consulendo sequendam esse doctrinam Inno Mihi videtur quòd doctrina Inno.sit verissima. & moueor isto modo,verisimilius est,quòd quis metu & vi renuntiet beneficio suo acquisito multis sumptibus & laboribus, quam sponte.iste est tex.rotundus & apertus,in c.super hoc. de renun.sed Inno.loquitur de beneficio,ergo idem erit dicendum in renuntiatione cuiuslibet alterius rei propriæ arg.l.eum de indebito.ff.de proba.& per consequens Ang.non bene loquitur in d.l.non est verisimile. nec illa l.si bene ponderetur,est contra Inno.

361 *Testis* *XI.*

1 *Pater vel coniunctus licet non possit esse testis in causa filij vel coniuncti,*

iuncti,tamen si fuit descriptus in instrumento, vt testis , adminiculatur instrumento.
2 *Testis qui propter suspitionem examinari non debuit, examinatus facit aliquod indicium.*
3 *Instrumentum scriptũ diuersis manibus tabellionum,an valeat?*

1 LIcet†pater & coniunctus nõ posit esse testis in causa filij vel coniuncti , tamen si fuit descriptus in instrumento vt testis.adminiculatur instrumento.hoc probatur in ca.ea literis.secundum lecturam do.An.ibi , de transact.do.Abb.dicit ibi hoc non probari ex illo text.
quia tempore descriptionis ille erat suspectus.dictum tamen suum putat esse verum ,quia regula traditur,quòd
2 vbi testis non † debuit examinari propter suspitionem,
tamen si fuerit examinatus, facit aliquod indicium , vt
no.Bar.in l.maritus.ff.de quęstio.& istud dictum aureum
menti commenda.facit quod pulchrè voluit Bald.in l.
imperator.ff.de statu homi.duo notarij sunt rogati ad
conficiendum instrumentum, vnus est infamis,alter bonæ famæ,si conficiunt instrumentum , toleratur propter
illum , qui est bonæ famæ & allegat celebrem text.in l.si
quis ex argentariis.§.j.de eden.& adduco quod pulchrè
voluit Ange.in consil.j.quòd licet coniunctus non possit
esse testis in causa coniuncti,tamen si concurrit vnà cum
aliis testibus,admittitur, & facit fidem, per d.l.si quis ex
argentariis.§ j.& illum tex.allegauit Bald.in tit.de con-
3 trouer.inuestitu.§ si autem.in vsib.feud. vbi dicit,†quòd
si sunt diuersæ manus duorum tabellionum ,quod vnus
scribit , & aliter de mandato eius subscripsit , an valeat?
dic vt not.in ca.inter dilectos.de fide instrumen.& facit
l.Trebatius.§ fin.ff.de testa.milit.

ADDITIO.

Vide Lanfran.de Oria.in c.quoniam contra.in ver.testium depositiones.nu. 62.de probatio.& Nic.Boër.decisio.xxj.nu.3.
Gab. Sar.

362 Testis XII.

1 *Testis falsus in causa homicidij punitur vt homicida, si dolo malo deponat contra innocentem.*

1 FAlsus testis†in causa homicidij punitur tanquam homicida , si dolo malo deponat contra innocentem .
Egregius text.est in l.j.post princ.ibi,quò quis falsum iudicium profiteretur.ff.ad leg.Cornel.de sicar.quẽ tex.reputauit sing.Bal.in tit.de pace iura.firman.c.j.§.iniuria.
ad fin.& domin.meus in rubr.de fideiusso.

ADDITIO.

Adde Bal.in l.ij.C.de rebus creditis.Ias.in l.& si leges.num.5.C.
si contra ius,vel vtilitatem publ.& in l.si duo patroni.§.fi.nu.
5.ff.de iureiur.in § item si quis postulante.nume.64.Instit.de
actio. Chassæn.in consuetud. Burgund.rubric.j.in titul. *des iustices.* fol.14.colum.iij.nume.15.pro quo est gloss.in capit.
Rex debet furta.xxiij.q.v.vt tradit Petr.Duenas,in reg.xxvij.
incip.accusans aliquem tenetur.in fin. Gabriel Saray.

363 Testator I.

1 *Fideicommissum tacitum præsumitur , ex eo quòd testator voluit rem remanere in sua agnatione.*

TEstator in testaméto suo voluit ædes,& domos suas non vendi ab hæredibus:an per illa verba videatur relinquere per fideicommissum de vno in alium ? Interrogatus de facto à duobus procuratoribus doctissimis
Bononiæ dixi,quòd sic. & allegaui Bald.in terminis hoc
dicentem in l.quoties.C.de fideicommiss.vbi dicit,quòd
1 eo ipso † quòd testator voluit remanere in sua agnatione, quòd præsumitur tacitum fideicommissum.& refert
& sequitur illud dictum iuris lucerna domin.meus do.
And.in repeti.rub.de rebus eccle.non alie.in aij.colum.
circa fi.& refert se vidisse illud dictum allegarũ per quendam solennem doctorem Romanum in ardua quæstione illustrium dominorum de Sauellis : pro quo dicto dicit fore glo.in l.codicillis.§.instituto.ff.de lega.ij.de qua
Bal.in dicta l.quoties.non meminit,& illam glo.ad hoc
reputo mirabilem,& singul.

364 Testis XIII.

1 *Litium redemptor,& continuus litigator non potest esse testis,nec accusator.*

1 AN†redemptor litium,*& continuus litigator possit
* esse testis?dic quòd non,nec etiam potest esse accusator.casum habes vnicum secundum Ludouicum Romanum,notabili cccxviij.in capi.suspectos.tertia quæstione quinta.sed similem tex.habes in capitu.nullus.ea.
causa & quæstion.& illum text.didici à domino meo in
repetitione c.testimonium.de testib.in xviij.col.

ADDITIO.

* Redemptor litium. Adde c.similiter.3.quæst.5.alleg.per Roman.sing.738.Rip.in l.ij.col.11.ff.solut.matri. Crott.in tract.
de testib.part.iiij.nu.182.Et est ratio,quia omnia mala sciũt,
& omnia mala faciunt.glo.in l.ab Anastasio.verb.morantur.
C.mandat.

365 Testis XIIII.

1 *Papa potest habilitare periuros. & criminosos ad testificandum, nisi inducantur ad testificandum in consistorio principis,vel nisi sint iure natura inhabiles.*
2 *Infamis non potest esse procurator in Curia Romana, nec vbi Imperator potest morari.& de quo infamis sit intelligendum.*
3 *Episcopus venit appellatione principis.*

1 COmmunis conclusio doctorum est,quòd Papa†possit habilitare periuros & criminosos ad testificandum.ita not.in c.testimonium.de testi.Dic non habere
locum, quando infames & criminosi inducuntur in testes in consistorio principis.duo iura ad hoc habes singularia & solitaria in iure.l.sed & milites.in §.in nemine.
in ver.quia ingredi vrbem eis non licet.ff.de excusa.tut.
& ibi dicit Bal.quòd sicut infamis non potest ingredi vrbem,ita non poterit ingredi consisturium principis:quia
2 vbi est princeps,ibi est Roma. vnde licet procurator† possit esse infamis, secundum eum, non tamen habet locum
in curia Romana. & ita dicit limitare tex.insti.de excep.
§.fi.facit.l.athletas.§.ignominiæ causa missus nec in vrbe , nec alibi, vbi Imperator potest morari.&c.ff.de his
qui not.infam.& ista duo iura reuelauit mihi do.meus,in
repetit.d.c.testimonium.Ego pondero vnum,quòd text.
Instit.de except.§.fin.non procedit indistinctè,sed debet
intelligi de infami infamia facti: quia si esset infamis per
sententiam,non solùm in principe,sed etiam in quolibet
alio priuato erit verum : quia non poterit esse procurator.& ad hoc adduco tibi text.iuncta glo.iij.q.vj.c.j.incipit infamis.& quòd non possit infamis esse procurator
principis,adducerem text.in arg.optimum.c.quia episcopus.v q.iij.vbi procurator episcopi debet esse non malæ famę suspectus,sed & bonæ opinionis,& laudabilis ar-
3 tis.& clarum est quòd appellatione†principis venit episcopus.c.si quis.de maiori.& obed.& glos.in cle.j.de baptis. Limita etiam præfatam conclusionem non habere
locum,nisi talis inhabilitas in teste proueniret ex dispositione iuris naturalis:quia tunc Papa non potest talem
inhabilem habilitare. pone exẽplum in inimicitia.nam
talis inhabilitas causatur à iure naturali, vt in c.quia suspecti.iij.q.v.& ideo constitutio Papæ habilitans inhabiles,non videtur habilitare inhabiles respectu inimicitię.
iste est tex.in c.per tuas.de simo.facit singul.dictum Inn.
in c.sciscitatus.de rescript.quod dictum refert Angel.in
l.cùm prætor.ff.de iudic. vbi dicit , quòd illi, qui impediuntur esse iudices naturali impedimento , puta , quia
sunt furiosi,& similes,si procedunt in causa, & non excipitur de inhabilitate,processus est ipso iure nullus: secus
dicit si est impedimentum iuris ciuilis. vide do.meum in
d c.testimonium. in repeti.& in d.capit.sciscitatus.tene
menti.

366 Testis XV.

1 *Testes duo affirmantes præferuntur mille negantibus & quomodo id procedat.*

1 DVo testes † affirmantes præferūtur mille negantibus. glo. est sing. in l. diem proferre §. si plures. ff. de arbit. quam gl. Oldr. Lauden. quem refert & sequitur Nicol. da Neap. in l. j. in prin. ff de ven. inspi. dicit procedere, quando negatiua illa non est probabilis: sed si probari potest, tunc secus. pone exemplum, in collegio ad doctorádum requiruntur septem doctores. l. si quis. C. de professo. & medi. libr. x. contingit quòd tres dicūnt illum peritum, quatuor imperitū, qui testes præferantur? dic quòd quatuor. quia sunt plures, & præsumitur quòd dicant verius. c. in nostra. de testib. Non ob. gl. in d. §. si plures. quia procedit quando negatiua probari non potest: sed isto casu probari potest. & dicit quòd do. suus do. Machagnanus de Azoguidis, tenuit hanc partem in d. l. diem proferre. §. si plures refert & sequitur do. meus in c. proposuisti. de probatio. & dicit illum tex. optimè facere ad hoc, si rectè ponderetur. quod nota & pondera illum textum an probet hoc.

ADDITIONES.

Vide quæ tradit Lanfr. de Oria. in c. quoniam contra. in ver. Testium depositiones. nu. 23. vers. est tamen singulariter. de probatio. & per Deci. in l. in omnibus causis. nu. 9. ff. de regu. iur. Gabriel Saray.

* Adde eundem Corset, suprà sing. 359. nu. 4.

367 Testis XVI.

1 *Frater in ciuilibus potest pro fratre testificari, & in certis casibus in causa criminali, nisi cum fratre, pro quo deponit, cohabitet.*

1 LIcet frater † possit testificari pro fratre saltem in ciuilibus, vt no. gl. iij. q. v. in c. j. & in §. item lege iulia. & in §. parentes. iiij. q. iij. & in certis casibus in causa criminali, vt legitur & no. in c. literas. de præsump. iuncta theorica Bal. in l. parentes. C. de testi. tamen si frater cohabitat cum fratre, non poterit tunc testificari: quia cohabitatio aliquid operatur, & ex eo acquiritur maior amicitia, dilectio, & affectio, quæ inducit præsumptionem, quòd frater semper testificaretur in commodum fratris. ita pulchrè dixit Bald. in d. l. parentes. & allegat singularem casum in l. si vt allegas. C. de castren. pecu. li. xij. & idem voluit Bal. in l. j. C. de epis. & cleri. & in tract. de duob. fra. & cōsuluit Io. de Imo. cons. xiij. aliàs cxxxiij. refert & sequitur illud dictū do. meus do. And. in c. repellantur. de accusatio. faciunt optimè ea, quæ ibi notantur.

ADDITIO.

Vide multa tradita ad hoc per Petrum Duenas in reg. cclxxxij. incip. pater pro fratre. Gabriel Saray.

368 Testamentum.

1 *Furiosus si faciat testamentum, vt quilibet sapiens, an valeat. Et quid de sententia ab eo iustè lata?*

2 *Fatui habent in certis rebus eleuatum ingenium. Vnde Bar. conferebat cum mercatoribus, quando in aliquo articulo consulere debebat.*

1 TV habes in l. furiosum, C. qui testa. fa. pos. † quòd furiosus non potest condere testamentum. sed pone quod furiosus faceret testamentum tale, quod faceret quilibet sapiens, an valeat: dic quòd tunc non præsumitur furiosus, & tale testamentum valebit: quia eo casu præsumitur esse in sana mente, & habere dilucida interualla, & sic actus tenet. ista fuit sing. & peregrina theorica do. Io. And. in ca. cum dilectus. de succes. ab intesta. quem refert & sequitur ibi do. meus. & in rub. de accusa. in addi. vbi narrat, quòd tempore Romanorum quidam furiosus fecit testamentum adeo multum solenne, vt videretur factum ab homine sanæ mentis: & licet fuisset dubitatum multum de tali testamento, tamen fuit iudicatū vt valeret ratione prædicta. facit optimè quod no. Host. in c. ad nostram. de consue. quē referunt & sequuntur Io. An. do. Abb. & alij ibi. nam quidam fatuus Parisiensis determinauit quæstionem mito modo inter taber narium & quendam pauperem, à quo tabernarius volebat extorquere pecuniam, quia comederat panem ad odorem assati: nam determinauit solui illi, ex sono vnius denarij Turonensis. quam quæstionem non potuisset Cato melius decidisse ad pacificandum animos imprudentium. & non mirum, quia quandoque fatui † & parum

2 sapientes habent in certa re eleuatum & egregium intellectum, & ingenium, & acutius sciunt discutere & decidere vnum casum, quàm omnes sapientes, secūdum do. Abb. in d. c. ad nostram. & hoc experiētia docet, quæ omnium rerū est magistra. c. quàm sit. de elect. lib. vj. cle. dispendiosam. de iudi. cum simi. & subdit ibi d. Abb. quòd do. suus do. Cardi. viua voce dicebat, quòd Bar. pluries quádo debebat consulere super aliquo articulo, conferebat cum mercatoribus. & vide quod voluit Pet. de Anch. in cle. si furiosus. de homicid. vbi dixit, quòd sententia iustè lata à fatuo valet & tenet. facit tex. sing. in c. sunt qui opes. xvij. q. iiij. vbi donatio facta ecclesiæ quodam impulsu mentis, & sine iudicio discretionis, valet & tenet, & non reuocatur, & si dixerit reuocandam incurrit crimen sacrilegij. & hoc quia quilibet sanus & discretus præuia ratione faceret donationem illam. & si bene recordor, & non fallor, illum textum facit sing. Ludouic. Roman. in singularibus.

ADDITIO.

Vide Durand. in tracta. de arte testandi, cautel. vj. in rubr. de his qui non habent factio. testa. & Ale. consi. cxlj. ponderatis. col. ij. nu. 1. ver. sed ita est. vol. j. & ibi Carol. Moli. in addi. incip. quia rectè. Gab. Sat.

369 Tabellio I.

1 *Notarius semel de falso instrumento condemnatus, notariatus officium amplius exercere non potest.*

1 SI notarius † est semel cōdemnatus de falso instrumēto, de cætero notariatus officiū exercere non potest. istud colligit Bart. in l. si aliquid. C. de suscepto. & Archa. libr. x. vbi probatur, & est casus, quòd non potest quis exercere officium, in quo semel deliquit. & illum tex. ad hoc reputo meliorem de corpore iuris. facit ff. de eden. l. si quis ex argentariis. §. j. & ibi gl. alleg. d. l. si aliquid. faciat regula, semel malus. de reg. iur. li. vj. & c. paruuli. xxij. q. ij. & quod voluit Inno. in c. cùm oporteat. de accusa. & vide plenè per do. meum in legibus, do. Ale. de Imol. in d. l. si aliquid. in addi. suis, vbi pulchrè. & vide quod voluit Pau. de Cas. in l. si manumissus. C. de libertis & eorum libe. vbi ponit, vtrum si aliquis in officio semel deliquit, poterit ipsum officium exercere. & adde Bald. in d. l. si manumissus. vbi ponit de doctore, vtrum possit amplius examen conficere. & per Spec. in tit. de instru. editio. §. instrumentom ergo. versi. item oppo. quòd tabellio. & §. restat. versi. quid si tabellio. Inno. in c. fraternitatis. de hæreticis. & vide omnino do. meum, in addi. suis.

ADDITIONES.

Notarius tamen condemnatus de falso potest perficere instrumenta, de quibus antè fuerat rogatus. ita not. Bart. in l. ad testamentum. §. j. versic. & sic. nu. 3. ff. de testamen. Gab. Sar.

* Adde Guid. Pap. sing. 780. nu. 2.

370 Testis XVII.

1 *Testis deponens rem tanti valere, secundum suam opinionem, an probet.*

1 AN testis † probet, si dicat rē valere tantum, secundum opinionem suam? dic quòd probat. istud dixit Bart. per illum text. in l. hi qui. C. de prædiis, & omnibus rebus nauicula. lib. xj. Quod intelligit esse verum, si opinionem suam referat ad communem æstimationem. nam de re quæ non est exposita venalis, non potest fieri æstimatio per opinionem, quæ fit secundum æstimationem rerum, quæ sunt in eodem loco, & habent easdem qualitates. vt in l. pretia rerum. & ibi Bart. ff. ad legem Falcid. & vide notata in l. ij. C. de rescinden. vendi. & in cap. j & in c. cùm dilecti. & in ca. cum causa. de emptio. & vend. & in c. cùm causa quæ inter œconomum. de testi. & tene mente tex. d. l. hi qui ad hanc quæstionem.

ADDI-

ADDITIO.

Sed videtur quòd potius non probet, per ea quæ plenè scribit Ias. post alios, in rubr. ff. de iureiur. col. ij. per totum. & in l. iij. in prin. vbi ponit, quòd non valet dictum testis, qui dicit verum esse secundum conscientiam suam. allegat Bald. in c. nisi cum pridem. in iuj. col. extra de renuntia. Gab. Sar.

371 *Testis* *XVIII.*

1 *Casum passus debet super eo in loco, vbi illum patitur, examinari facere testes, qui postea facient fidem coram competenti iudice: & in hac examinatione non est opus partem citare, si sit in longinquo.*

1 IN loco † vbi aliquis pariturr aliquem casum, practica
est, quòd faciat examinari testes de casu illo, & illæ pro-
bationes facient postea fidem coram iudice competen-
ti. ista est mirabilis practica quam dat ibi Bart. per illum
tex. in l. si quis. C. de naufrag. libr. xj. Et aduerte mirabile
dictum, quòd in tali examinatione non est necesse par-
* tem citari, * quæ fortè multum sit à longinquo. & sic po-
test intelligi l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excusa. tut. vbi
habetur, quòd sufficit probari casum ex naturali iusti-
tia, hoc est, secundum ius gentium, in quo in ore duorum
vel trium stat omne verbum, non attenta solennitate ci-
uili. & vide quod dixit ibi Bar. & Guliel. in l. ij. §. quod di-
ximus. ff. si quis cautio & ibi Bartol. & vide eundem in l.
contumacia. ff. de re iudic. & eundem Bart. & Imol. in l.
quæsitum. ff. eo. ad idem do. Anto. in c. querelã de procu.
per gl. in c. quisquis. iiij q. iij. per Azo. in summa de dila. &
per Bal. in l. j. eo. tit. per Spec. eo. ti. §. fi. vers. in summa. per
Archid. & Ioan. And. in c. j. de dolo & contu. in vj. per Io.
And. in addi. ad Specul. in tit. de appel. §. nunc breuiter.
versi. quid ergo. per Cyn. & Bald. in l. fin. cum glos. in vet.
sanctum. C. de fide instru. per do. Ant. in c. ex ratione. de
appella. per Ang. in l. fi. ff. de feriis. Bart. in l. si quis ex ar-
gentariis. §. pen. de eden. & Bart. in l. qui accusare. C. eod.
tit. Et inquantum dictum est non esse necesse partem ci-
tari, alium casum vide, vt scripsit do. meus do. Ale. post
alios, in l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his quæ in frau.
cred. alios casus vide per Lud. Rom. in sing. ccclxix. inci.
fuit vnus ex vobis. regulariter contrà l. si quando. C. de
testib. in c. in nomine domini. eo. tit. & in hoc Ludo. Ro-
ma. lueret pœnam, quam ipse sibi imposuit, inquantum
dicit alios casus non reperiri.

ADDITIO.

* Partem citari. Adde Hip. Mars. sing. xxiiij. & sing. xxx. vbi ponis alios casus in quibus non requiritur partis citatio in examinatione testium.

372 *Testis* *XIX.*

1 *Testis dictum asserentis se recognoscere aliquem, quia illum tali tempore vidit valet, & probat.*

2 *Mortui cadauer deformatum quomodo recognoscatur?*

3 *Equus quomodo recognoscatur?*

1 DIctum testis † asserẽtis se recognoscere aliquem, quia
vidit illum, qui tali tempore fuit in studio, & eius fa-
ciem inspexit, valet & probat. vt in l. cum in diuersis. ff. de
religio. & sumprib. fune. istam solennem practicam pro-
bat tex. secundum Bart. ibi, in l. stigmata. C. de fabricen.
libr. xj. sed pone secundum eum ibi, prout de facto acci-
2 dit. Inuenitur homo mortuus, † cuius facies est adeo de-
formata & deuastata, quòd per eam non potest cogno-
sci, certe deueniendum est ad alia signa. vnde si testis di-
cat, recognosco, quòd est talis ex tali cicatrice, quam ha-
bet in aliqua parte corporis, quòd talis testis rectè pro-
bat. casus est in d. l. stigmata. facit etiã quòd animalia ex i-
stis signis seu stigmatibus recognoscantur. Et ideò ino-
leuit consuetudo, quòd equi & multa alia animalia si-
gnentur certis signis, quibus recognoscantur. Et quali-
3 ter † recognoscatur equus, vide in l. iij. C. de frumen. Alex.
lib. xj & ista vt quotidiana, menti commẽda. Adde etiam
secundum do. meum do. Alex. de Imol. in addi. ad d. l. sti-
gmata. quòd potest peti exhiberi vt recognoscatur, vt in
l. si cum exhibuisset. §. j. de publi. & in l. iij. §. si quis noxa-
li. ff. ad exhiben. & Bart. & Bal. in l. si & causas. C. ad exhi-
ben. Bart. in tracta. de teste. in ij. col.

373 *Testis* *XX.*

1 *Domesticus partis, licet repellatur à testimonio, non tamen domesticus domestici partis.*

2 *Iudex ordinarius si vt suspectus recusetur, eius vicarius erit iudex.*

1 LIcet domesticus † partis repellatur à testimonio. l. e-
tiam C. de testib. c. in literis. eo. tit. cum simil. non ta-
men repelletur domesticus domestici partis. fuit singu-
lare dictum Inn. in c. insinuante. de offi. deleg. refert & se-
quitur ibi do. Per. de Ancha & Bal. in l. qui testamento. §.
quæcunque autem. ff. de testa. & cum illo dicto transit ibi
do. Anto. & domi. meus do. Andr. in d. c. insinuante. pro
quo dicto dicit ibi do. meus esse casum quem ad hoc re-
putat singu. in l. j. C. si quacunq. prædi. potestate. in versic.
2 vicario competat. vbi probatur, quòd si iudex † ordina-
rius recusatur vt suspectus, quòd nihilominus vicarius e-
rit iudex. & sic collige, quòd licet dominus nõ possit pro-
ducere familiarem suum in testem & in iudicem, tamen
potest producere in testem & in iudicẽ fratrem sui fami-
liaris, licet familiaris possit recusari. ita colligit do. Pet.
de Anc. in d. c. insinuante. licet quidam Moderni tenue-
rint contrarium: & reprobent dictum Innoc. in d. c insi-
nuante. per illum tex. pro cuius contrarij solutione vide
omnino do. meum ibi, vbi pulchrè & subtiliter saluat, &
sustinet dictum Inno.

ADDITIO.

Vide quæ not. Hipp. de Mars. in l. si quis obrepserit. nu. 7. ff. ad leg. Cornel. de fals. G. S.

374 *Testator* *II.*

1 *Testator non potest aliquem punire propter inobedientiam tertij.*

1 QVis † nõ potest puniri à testatore propter inobedien-
tiam tertij. casus est in iure vnicus, & sing. in l. pater-
familias testamento. ff. de hæredib. instit. quem sic allega
uit Bald. in l. j. C. de his quæ pœn. nomi. refert & sequitur
do. meus domi. Andr. in repetit. c. Raynaldus. de testam.
in Ioannina.

ADDITIO.

Adde quæ suprà posui ad Roma. singul. cxij. Gabr. Saray.

375 *Testis* *XXI.*

1 *Testes produci non possunt publicatis attestationibus: Et quando contrarium sit?*

1 PVblicatis † attestationibus testes produci nõ possunt.
cle. ij. de testib. c. fraternitatis. eod. tit. auth. de test. §. si
verò. cum simil. & hoc timore subornationis. Limita hãc
rationem non habere locum, si producam testes excom-
municatos, seu alia inhabilitate impeditos, tunc ego co-
gor per iudicem eosdem ad alios post diuulgata testifica-
ta producere. ita sing. dixit Innoc. in c. auditis. in fi. de in
integrum restit. refert & sequitur Lud. Roma. in d. repeti.
rubr. de arbi. in xix. col. & scribẽtes in præallegatis locis.

376 *Testis* *XXII.*

1 *Testes vt post diuulgata testificata produci possint, qua cautela vtendum sit?*

1 CAutelam nouam habes, † quam dat Bal. in l. amplio-
rem. C. de appellatio. scilicet, cùm tu post diuulgata te-
* stificata * vis testes producere, des nomina testium in scri
ptis iudici, qui ex officio suo testes repetet, & examina-
bit: quod videtur dubium cum causa subornationis non
cesset, quod dictum si est verũ, est mirabile sed dato quòd
sit verum, quod nõ puto, Lud. Roma. præfatam cautelam
limitat in repeti. rubri. de arbi. in xix. col. esse verã, quan-
do iudicis culpa testes in prima examinatione non rectè
examinati fuerunt, secus si partis. vt dicit Inno. de testib.
c. per tuas. quem refert Bal. in l. veluti. ff. de eden. & opti-
mè probat text. ille. Ego adduco Angel. in auth. de te-
stib. §. quia verò. collatio. vij. in iij. colum. in ver. solutio.
vbi dixit, quòd si iudex negligentia vel dolo omisit, &
non fecit interrogari testes cum interrogatoriis datis à
parte, quòd post publicatũ processum poterunt produci

*testes.& allegat d.c.per tuas.& confu uit in facti contingentia domi.meus,prout mihi retulit.

ADDITIO.

* Post didicita testificata. Adde Guidon.Pap.sing.109.versicu. in dicta materia.& quæ ibi addidi.

377 *Testis* XXIII

1 *Falsum testimonium dicens in foro contentioso tenetur de falso,& de omni damno ex illo contingente. Et an id procedat in foro conscientiæ?*

1 SI aliquis† dixit falsum testimonium,licet in foro contētioso teneatur de falso testimonio,& de omni damno contingente ex illo,& per consequens de delicto,& omni exitu ipsius delicti,vt voluit glo.in c.presbyterum.de homici.& in c.imputari.de reg iur.libr.vj.& habetur in c.sicut.de testib.& est casus peregrinus& melior de iure,in c.j.de custod eucharist.facit quod voluit Bart.in l.furem.ff.de furt.& Sali. in l.quoniam multa facinora.C.ad leg Iul.de vi publ.Nihilominus in foro cōscientiæ tenetur duntaxat de dicto falso testimonio,& non de omni damno,quod ex illo sequitur. illud fuit singulare dictum Vincen.quod omnes communiter sequuntur in d.c.j.de custod.eucharist.licet dominus meus domi.Andr.disputandi gratia istud impugnet,& subtiliter in cap.Raynaldus.de testam.vbi omnino vide.

378 *Tabellio* II.

1 *Notarius non potest cogi reficere instrumentum a partibus deperditum,nisi iurent calumniæ causa non petere.*

1 QVando quis † perdidit instrumentū publicum sibi redditum à notario, notarius non debet cogi reficere,nisi iuret calumniæ causa non petere,& quod primum instrumentū perdiderit:vt probatur in l.cùm plures.ff.de bo.autho.iudi.possi.& pro hoc facit quod no. Guli.in Spe in titu.de instrumen.edi.§.sed postquam.ver.sed nunquid in versic.vbi autem sed quòd fiat copia ex simplici iuramento non fit verbis tantum,vt in d.l.cùm plures.sed probādo causam aliter potest fieri copia,quoties opus fuerit:vt l.veluti.§.j.& ibi per Modernos.ff.de edendo.quæ allegatur pro contraria in d.l.cùm plures. Sed dic secundum Bart.ibi,ex noua causa fit sæpius copia,quæ causa aliter probabitur,quàm per iuramentum.quod not.

379 *Tutor.*

1 *Tutela instrumentum non valet,nisi in eo exprimatur,quòd tutor aget vtilia.& prætermittet inutilia pro pupillo,saltem per verba æquipollentia.*

1 TVtor debet† exprimere in instrumēto tutelæ,quòd aget vtilia & prætermittet inutilia pro pupillo.vnde si hoc non exprimatur in instrumento,non valet instrumentum tutelæ.text.est valde sing.secundum Bar.in l.fin §.omnem C.de admini.tut.per quem text.dixit se cassasse plura instrumenta tutelæ.refert & sequitur do.meus do.Andr.in repe.c. Raynaldus.de testa.in Ioan.in xxxiiij.char.& pondera illum text.quia hoc probat,quia ibi apponuntur verba necessitatiua:& quod præcipitur,necesse est fieri.l.j.ff.quod iussu.xiiij.quæst j.c.quod præcipitur.& quod notatur in cle.pastoralis.de re iudic.cum simi.Item quia datur forma citationis,& vbi apponitur forma,debet adimpleri.c.cum dilecta.de rescri.l.cùm hi.§.ait prætor.ff.de transact.cum sim.aliàs est actus ipso iure nullus,prout probatur in dictis iuribus.nam forma dat esse rei.l.Iulianus.§.sed si quis.ff.ad exhiben. Et nota,quòd si non exprimatur dicta clausula,sed æquipollens,valebit,& tenebit,secundum Bald.in d.§.omnem.quia nil refert quid ex æquipollentibus fiat.c.licet ex quadam.de testi.c.tua.de cōsangui.& affini.l.certum.ff.si cert.per.l.in summa.ff.de rei indi.cum simi.& eo casu intelligas non esse recessum à forma,cùm seruetur per æquipollens.

ADDITIO.

Vide decisio.Tholosa.lxiij.& ibi Aufrer.vbi ponit quot requirantur ad hoc,vt tutor administrare possit.& dixi in annotationibus meis ad Mathes.sing.cvij. Gab.Sar.

380 *Titulus.*

1 *Titulus beneficij quando præsumatur ex antiqua possessione.*

1 VBicunque† possessio est antiqua,seu longa,concurrente patientia diœcesani,præsumitur titulus beneficij,adeo vt beneficiatus non potest compelli edere titulum.sing.est dictum Innocen.in c.illud.de præsumpt.vide Hostien.in cap.licet Hely de simo.& sunt duo text.sing.in iure ciuili probantes hanc doctrinam.l.qui in aliena.§.quod si non adierit.vbi per Bal.& Ang.& ibi dominus meus.ff.de acquirend.hære.alius tex.in l.filius.C.de petitio.hære.domin.Cardi.& dominus meus vbi plenè de hoc in capitul.requisisti.de testa.& in repetitio.rubri.de causa poss.& proprie.do.Abb.in dicto capi.illud.Ioan.de Anan.in dicto capitul.licet Hely.& Ioannes de Imol.vide omnino dominum meum in dictis locis.

381 *Taciturnitas.*

1 *Tacens quando habeatur pro contradicente? & quando pro consentiente?*

2 *Cambij literas recipiens,si nihil dicat,videtur eas acceptare.*

1 IN onerosis,† & maximè in obligantibus personam regulariter tacens habetur pro contradicente:vt notatur in l.filius familias.§.inuitus.ff.de procura.secus in re concupiscibili seu honorabili,& commodum afferente,vt not.in l.qui patitur.ff.manda.& fuit theorica Innocent.in capit.in geneli.de elect.& habetur per gloss.in regula,qui tacet.de regulis iuris,libro sexto.& in capitu.sicut.de elect.libro sexto.facit quod habetur in gloss.capit.si.de procurato.& quod plene scripsit do.Abb.in capit.nonne.de præsumpt.Tamen do tibi pulchram & stupendam doctrinam:nam in cle.j.de procurator.habes,quod si quis scienter recipit instrumentum,quo constituitur procurator,videtur tacite se obligare ad illud officium,vt est ibi text.notabilis.& hoc ideo,quia vltra taciturnitatem interuenit actus positiuus.ad idem facit capitul.ex ore.de his quæ fi.a maior.part.capi.Et ex hoc cape vnam bonam theoricam,quod vbi tractatur de præiudicio alicuius,si vltra taciturnitatem facit aliquem actum,qui videtur venire ad probationem actus,videtur tunc consentire.ad hoc bonus tex.in l.filiusfamil.ff.ad Macedo.& ibi per Bartolū,quem text.reputo ad hoc meliorem de corpore iuris.& vide ibi Angel.qui ad hoc
2 ponderat illum textū,& dicit facere† pro literis cambij:quia si mercator seu campsor recipit literas cābij,& legit,& retineat apud se,licet taceat,videtur eas approbare & acceptare.& vide quod no.Bar.in l.quo enim.ff.rem rat.habe.& in l.Titius.ff.depositi.& doct.præsertim domi.meum domin.Andræ.in dicta clem.j.& vide domin.Andr.in capitu.fin.circa fin.de procur.tene menti,quia quotidianum.

DE LITERA V.

382 *Vis.*

1 *Raptor dicitur etiam qui adit causa inferendi violentiam,licet non intulerit,quia neminem inuenit.*

1 SI adeo † domum tuam causa inferendi violētiam cum hominibus armatis,& neminem inuenio,licet non intulerim violentiam,ex quo animo inferendi violentiam accessi,dicor raptor.sing.est gloss.Instit.vi bonorum raptorum.in princip.secundum Baldum in l.j.C.vti pos.& mouetur per l.si quis in tantam.C.vnde vi.tu vide casum pro illa glossa in l.si quis ex domo.quem ad hoc ponderauit ibi Bartol.& alij sequuntur.

ADDITIO.

Adde an si quis attentauerit aliquā mulierem rapere,& non potuit,

tuit, quia non inuenit mulierem in domo, an dicatur raptor, & teneatur pœna l.j.C.de raptu virginum? vide Hippol.de Marſi.in d.l.j.in chart.xiiij.ver.quæro aliquis vadit.& Ludo. Carrer.in practi.crimi.in §.circa.nu.286.& plenè tradit nouiſsimè do.Ioan.Bapuſta Plotus in repeti.l.ſi quando.in ſuo §.primo itaque.numero x.verſic.ſecundò amplia.C.vnde vi. Gabri.Saray.

383 *Vxor.*

1 *Vxor tenetur laborare pro hæredibus viri, ſi ab eis vxori alimẽta debeantur. & an filius operari debeat patri?*

5 VBi alimenta † debentur vxori mortuo marito ab hæredibus, donec hæredes reſtituaot dotem ipſi vxori, vxor tenetur laborare pro hæredibus viri. iſta eſt gl. vnica & ſingular.& alibi non reperta in l.ſicut.ff.de oper liberto. quam Salice.Bono.in l.vnica.§.exactio.C.de rei vxor. actio.in verſic.tunc quæro, an infra tempus quo alere tenetur, &c. reputat vnicam & ſingu.& dixit non eſſe alibi. Quam gloſſ.intellige procedere ſecundum Salicetum in dicto loco, quando alimenta debentur ex diſpoſitione legis: ſecus quando debẽtur ex diſpoſitione hominis. tunc enim non tenetur præſtare operas hæredibus mariti. & allegat ibi Salicet.l.libertis.§.j.ff. de alimentis & ciba. legat. Et quas operas teneatur præſtare vxor ſuo viro, vide Ioan. Andræ in capitul.literas.de reſtitutio.ſpoliato. & in capitu.ad abolendam.de fi.presby.& doct.ibi eum ſequuntur.& quod voluit Bald.in l.ſi vxorem.C.de condi. inſert.& quod voluit Ang.in l.in rebus.§ poſſunt.ff.commo.& vide celebre conſilium domini mei, domin.Andr. incipiens, Mihi videtur de aperto iure dicendum quòd huiuſmodi laudum, &c. vbi belliſsimè loquitur copioſè & ſubtiliter more ſuo. vide quod voluit Barto.in l.diuortio.ff.ſoluto matrimonio. Et an operæ mulieris ſint viri, vide Ludonic.Roman.in l ex diuerſo.§.fina.ff.eodem.& quod legitur & notatur in l.ſi mulier.§.fin.cum l.ſequen. & in l.ſed ſi vir.ff.de donatio. inter virum & vxorem.& voluit beatus Thomas in prima parte quæſtio. xlj.articul.j.& quod voluit Philoſophus x. Ethicorum vbi dicit, quòd maſculus & fœmina cõiunguntur non ſolùm propter generationem, ſed propter aliqua domeſtica opera viri & mulieris.& quod voluit beatus Thomas in prima parte quæſtion.xlij.articul.ij.& iij.& quod voluit Apoſtolus ij.ad Corinthios 11.& quod legitur nota. in capitu.hæc imago.xxxiij.quæſt.v.& in cap.mulierẽ. & in capitul.manifeſtum.ea.cauſa & quæſtion.in capitu.quæcunque.xxx.diſtinctio Geneſis 2. Et quid in aliis cui teneantur operari, vide Bald.in l.ſi nupta.C. de nuptiis. Et an vxor debeat ſtare & laborare in domo priuigni, vide Bal. in authentic. hoc locum.C.ſi ſecundò nupſerit mulier. & Nicol.de Neapol.in l.ſi diſceptetur.ff.vbi pupillus educari vel morari debeat.& Bar.in d.l.diuortio. Et quid in filio, an teneatur operari patri? vide Bal.in authen.ex teſtamento.C.de collatio.& Ang.in conſi.xxix.

384 *Vniuerſitas* I.

1 *Factum à maiori parte collegij, regulariter valet. limitatur, vt hic.*

5 a QVod fit à maiori[a] † parte capituli, ſeu collegii, ſeu vniuerſitatis, regulariter valet.l.quod maior.ff.ad municip.capitu.primo.de his quæ fiunt à maiori parte capituli.capi.cum inter canonicos.& capitu.dudum.j.capitu.in Geneſi.capitu.cùm in veteri.& capit. congregato.de elect.cum ſimilib. vide text.not.iuncta glo.& theorica Bartol.ibi, in l.quicunque.C.de omni agro deſerto. libro vndecimo.in ver.conſenſu omnium.& glo.ibi dixit ſufficere conſenſum maioris partis, & ibi dicit Bart. illam gloſſ.eſſe vtilem ad quæſt.ſtatuti dicentis, quòd factum per maiores ſtudij non valeat reprobari: quod verum eſt, ſi ſit factum per maiorem partẽ, vt ibi.facit ſingular.ſecundum Nicolaum de Neapoli ibi in l.vbi abſunt.ff.de tutoribus & curatoribus datis ab his. Limita[b] primò non habere locum, vbi tractaretur de reformatione alicuius officialis in ciuitate: quia tunc non eſt ſufficiens maior pars, ſed eſt opus quòd omnes in vnum cõſentiant. iſte eſt caſus ſingul.ſecundum omnes in autheo. de defenſo.ciui.§.& ſi quidem.ibi dum dicit, communi conſenſu & nullo reluctante & illum tex.allegauit Roman.in repetitiõ.rubric.de arbit.in xiiij.colum.& Angel.de Peruſio in l.maiorem.de pactis.& Ioan. Andr.in capi.cùm olim.de teſtib.& ibi dominus meus.quod not. pro confirmatione rectoris, ſeu alterius officialis.& vide dominum meum in capit.fin.de iudic.in xiiij colum. vbi dicit, quòd quis poteſt confirmari in officio per biennium, dummodo fiat nemine diſcrepante illorum, ad quos ſpectet.& dicit eſſe caſum ſingul.in dicto.§.& ſi quidem.& refert Ange in dicta l.maiorem.& infert id quod ſuperius dixi de rectore.& hoc intellige procedere de iure communi: ſecus ſi aliter diſponeretur per ſtatuta, vt hic Bononiæ: nam vocatus ab vniuerſitate ſcholarium ad videndum ſtatuta, reperi ſtatutum diſponens quod ſufficit maior pars vniuerſitatis & adde ad hoc Lud.Roman.in ſingul.xcvj.& dclxix. Limita etiam prædictam regulam quòd non valet quod fit à maiori parte, vbi tractaretur de reuocatione libertatis in ſeruitutem. tex.ſingul.ſecundum Angel.ibi, & Rayne de Forliuio per prius in l.ſi quis hac lege.§.quoties.ff.qui & à qui.manu.liber. non fi.tu vide Ludo.Roman.in repetitio.rubric.de arbitr.in xiij.colum.in fin. vbi allegauit illum textum pro ſingular. ego adduco gloſſ.& quod volunt ibi ſcribentes in c.cùm olim.de teſti. vbi de hoc. vide ea quæ habentur in capit.cùm omnes.de conſtitut. Limita etiam non habere locum, vbi maior pars vellet aliquid ſtatuere contra illud, quod iam ſemel omnes ordinaſſent. ita eleganter dixit Inno.in capit.humilis.de maio.& obed.& refert & ſequitur Ludo. Roman.in repetitio.rubric.de arbitr.in xv.colum.& facit pro ratione iudicio meo capit.omnis res.de regulis iuris.l nihil tam naturale.ff.eod.l.Stichum aut Pamphilum.§.naturalis.ff de ſolutio. Limita etiam, niſi alij vellent ſtatuere contra ius, vt dixit idem Innoc. in capitul.cum omnes.de conſtitutio.refert & ſequitur Ludouic.Roman.in d.repetit.rubr.de arbitr.in xv.colum.& remittit ſe ad Bal.referentem hæc duo proxima dicta in l.fi.C de authori.præſtan.& de hac materia per eundem Bal.in l.j.de offic.procon.tene menti.& de materia vide vt plenè inſtruaris in dicto capit.cùm omnes. Adde Angel. in l.exactiones.C. de ſuſcepto. prœpoſi. & archa.libr.x.cùm text.dicit, omnium, & gloſſ.dicit quòd ſufficit conſenſus maioris partis, per d.l.quod maior. quod ſecundum eum facit ad quæſtionem, plures ſunt electi fideicommiſſarij in teſtamento, in quo apponitur, quòd illud quod fuerit factum per omnes, obtineat firmitatem: certè valebit ſi fuerit factum per maiorem partem, ſicut ſi per omnes. Item facit ad quæſtionem, compromiſſum fuit in plures, vt illud, quod iudicatum fuerit per ipſos, valeat, & debeat obſeruari, certè illud quod fuerit iudicatum, obſeruabitur ſi per maiorem partem fuerit iudicatum. & vide gloſſ in capitul.fin.de re iudicat.& Gemin.in capit.præſentium.de teſti.lib.vj.in x. colum.in ver.conuentu.& Bart.in l.ſi vni.ff.de re iudic. doct.in cap.quia propter.de elect. Abb.in capit.prudentiam.de offic.deleg. Et adde ad prædicta aliam limitationem quam ponit Abb.in capit.gratum.in v.colum. de poſtu.præla.& vide plenè de materia regulà d.l.quod maior.cùm fallentiis ſuis per Barb.& Fely.in capit.cùm omnes.de conſtitu. Limita etiam & dic regulam procedere, vbi maior pars in collegio fuerit: ſecus ſi maior ratificauerit extra collegium illud quod minor dixit. iſte eſt text.valde ſingul.& ſtupendus in capit.in cauſis.de electio. quem ad hoc allegauit Bald.in l.per fundum.ff.de ſeruitutibus ruſticorum prædiorum. refert & ſequitur Ludouic.Roman.in dicta ſua repetition.rubric.de arbit. in xv.colum.

ADDITIONES.

a Quod fit à maiori. Adde domin. Hieronym. Cagnolum in l. aliud eſt vendere.§.refertur ad vniuerſos.nu.11.ff.de regulis iuris.

b Limita primò, &c. Adde ea quæ dixi ad ſingul. Roman.xcvj. heri fui interrogatus.& ſingular.dclxix.ad eligendum vnum. Gabriel Saray.

385 *Vagabundus.*

1 *Beneficium eius qui vagatur, & dubitetur an sit mortuus, vel viuat potest conferri et ideo laus de vagabundo recensentur.*

1 SI beneficiatus † est vagabundus, & tandiu absit, & dubitetur an viuat, an mortuus sit, beneficium eius poterit alteri conferri. gl. est singul. & alibi non reperta in capitul. non oportet. ij. de consecratio distinctio. vltim. quam magnifaciunt ibi scribentes, & in capit. ex tuæ. de cle. nó resi. Ego addo aliqua sempiterna digna memoria quó ad vagabundum. & primò celebrem text. in l. quod nisi. §. ex prouincia. ff. de oper. liber. vbi libertus non tenetur insequi patronum vagabundum ad præstandum operas. & ibi Nicol. de Neapol. inducit ad vasallum, qui tenetur seruire domino, si incipit vagari per mundum, non tenetur. & vide quod voluit idē Nic. de Neap. in l. itē illa. ff. de constitu. pecu. vbi dixit, quòd debitor non tenetur inuenire crediturem vagabundum, & soluere ei debitum, licet aliàs secus, vt ibi plenè notatur. & vide Specul. in titul. de loca. §. nunc aliqua. ver. clxiiij. vbi dixit, quòd si emphyteuta cœpit vagari per mundum, priuatur emphyteusi. quem refert Bal. in authen. si quas ruinas. C. de sacrosanctis eccles. & vide quod voluit tex. in l. libera peculij administratio ff. de pec. vbi si dominus concessit liberam administrationem peculij seruo, qui incipit vagari, quòd intelligitur finita eius administratio, quia habetur pro mortuo. facit gl dicti cap. non oportet. & adduco gl. in capit. cùm tu. de vsur. quam gl. reputauit singul. dom. meus domi. And. quòd licet vsurarius teneatur præstare vsuras illi, à quo extorsit, illud est verum, si nouit vbi habitat: secus si ignorat vbi sit creditor, puta, quia vagaret per mundum: quia tunc non tenetur inquirēdo vagari. & adduco gl. in capi. vnaquæque. xiij. quæstio. ij. quæ dixit, quod vxor non tenetur sequi virum vagabundum. quam gl. fecit sing Ioan. de Imol in rub ff. soluto matrimo. licet per errorem allegauerit gl. in c. Ebron. ea. causa & quæstio. & ista retulit mihi viua voce, & in cathedra do. meus in cap. cùm tu præalleg. & in c. iij. de rap. Et inquantum Ioan. de Imol. allegat gl. singu. in d. c. vnaquæque. ego allego aliam in c. de illis. de sponsa. & in c. si quis necessitate ineuitabili. xxxiiij quæst. ij. & in ca. j. de coniug. lepro. & istæ tres gl. latuerunt Ioan. de Imo. inquantum allegauit gl. in d c vnaquæque. pro singulari. Adde quartam gl. in c. si qui matri. accu pos. Limita omnes has gl. nisi scienter mulier duxisset in virum aliquem histrionē, qui solet vagari, quo casu tenebitur sequi virum. ita dixit glo. in d. c. vnaquæque. & in d. c. si quis. & vide quod voluit Bar. in l. Mæuia §. vxore. ff. de annnis leg. & scribentes in d. rubri. & Ioan. de Imo. in l. si cùm dotem. §. si maritus. ff. solu. matrimo.

386 *Vniuersitas* II.

1 *Actus gestus collegialiter ab habilibus & inhabilibus, sustinetur propter habiles. fallit in tribus casibus.*

1 REgula est, quòd † actus gestus ab vniuersitate, in qua fuerunt aliqui inhabiles, etiam si sint præsidētes, non inficitur propter interessentiam illorum inhabilium. Valet ergo actus gestus collegialiter ab habilibus & inhabilibus, & sustinetur actus propter habiles. iste est text. melior de corpore iuris, & alibi non ita bene probatur secundum do. Abb. in ca. fi. de procura. optimè facit quod voluit Bal. in cap. j. §. si autem. in tit. de contro. inuesti. & quod voluit Ang. consi. j. retuli suprà in alio notabili. Fallit in tribus casibus, de quibus in d. c. fin. Et intellige tertiū casum secundum do. Abb. ibi procedere, vt distinguitur ibi per eum.

387 *Vox.*

1 *Vocem habens nomine proprio, & nomine alieno, an possit illas diuidere?*

1 HAbens † vocem nomine proprio, & nomine canonici, an possit illas voces diuidere in diuersas? videtur primò quod sic: quia ex quo sustinet vices plurium debet censeri iure plurimorum, vt in c. cùm olim. de re iudic. Contrarium tenet Vin. in c. quamuis. de offic. delega. vbi dicit, quòd delegatus principis si procedit nomine proprio, & nomine sui collegæ, non potuit ferre diuersas sententias. & mouetur per tex. singu. in capit. penul. de elect. libro vj. vbi probatur primum dictum. & sic extendit dictū capit. quamuis. Et ratio est, quia qua conscientia putat aliquid iustum nomine proprio, debet censere iustum nomine consocii, seu subdelegantis. & refere & sequitur eum domi Abb. in dicto ca quamuis. & tex. in d. c. pe. allegauit pro singulari Ludo. Roma. in singu. lxxvij. scholaris cui est commissa. nulla tamen mentione facta de Vincen. in d. c. quamuis.

388 *Votum.*

1 *Votum factum ante ingressum religionis, an dissoluatur per ingressum de voluntate Abbatis?*

1 AN votum † factum ante ingressum religionis dissoluatur per ingressum de voluntate superioris, scilicet Abbatis? Scis quòd vota obligant quem Deo. vouere & reddite. c. si Christus. de iureiur. ca. magnæ. de vot. & vot. redempt. sed superior non debet posse tollere obligationem Deo quæsitam. Tu dic, quòd contrarium est verum. sing. est gl. secundum Ludo. Roma. sing. ccccciiij. xx. q. iiij. c. monacho. Sed ego allego aliam in c. noluit. xxxiij. q v. quod do. Abb. in c. scripturæ. de vo. intelligit verū in voto religioni non consono. nam si priùs vouisset dicere psalterium, vel quid simile, non putat hoc tolli per ingressum religionis. quod no. pro limitatione præallegati dicti, & pro limitatione eius quod legitur & no. in d. c. scripturæ. Item Lud. Roma. in præallega. notabili cccccilij. subdit, quòd dissoluitur votum per matrimonium contractum accedente consensu alterius coniugis. & allegat glo. singu. in d. c. noluit Sed dic quòd non est opus allegare glo. quia tex. ibi probat. & vide Abb. in capitu. peruenit. ij. de iureiurand.

389 *Venditio* I.

1 *Venditio facta ab Abbate de re vnius conuentus sibi non subditi, sed tantùm de eius mensa, an possit reuocari?*

1 ABbas vendidit † rem vnius cōuentus sibi subditi, quæ est alterius conuentus, an possit reuocare illam venditionem? dic quòd non. gl. est in l. grauissimum. C. ne fiscus rem quam vendidit, euincat. lib. x. Quod intellige verum secundum Bar. ibi, quando illi duo cōuentus erant de mēsa Abbatis, siue abbatiæ, tunc enim talis error non attenditur: quia idem iuris est, siue sit vnius conuentus, siue alterius. arg. l. quod si dubitetur ff. de acquiren. hære. Sed si non esset de mensa, tunc non posset vendere sine consensu rectoris cōuentus sibi subditi, vt in cle. j. de rebus eccle. non alie. & ideo si venderet tanquàm alterius, talis error vitiaret. Quod semper intellige, si in vēditione fuit adhibita debita solennitas, aliàs secus. faciunt ea quæ habentur in c. super. de rebus eccle. non alien. quod legitur & not. in cle. frequens. de exces. præla. & per Mod. in l. si vacantia. C. de bon. vacan. lib. x. in addi. ibi in eadē l. ver. quæro.

390 *Non valeat.*

1 *Verbum nō valeat, an intelligatur ipso iure? Et quid de verbo, non potest?*

1 VErbum † non valeat, an intelligatur ipso iure? dic quòd quando lex simpliciter dixit, non valeat, intelligitur ipso iure, vt in l. si quid. & ibi Bar. C. de canon. frumenta. lib. xj. & in l. non dubium. C. de legi. Quandoque lex dicit, non valeat, si per te aliquid fuerit factum, vel commissum, & tunc intelligitur ope exceptionis, vt in l. vniuersa. C. de preci. impe. offe. Quod facit ad statutum disponens, quòd si contrahentes non soluant gabellam infra octo dies, cōtractus non valeat, quòd intelligitur ope exceptionis. vt dicit Bartol. in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verborum obliga. & vide ibi Modet. & vide notata in ca. in nomine domini. de testi. & in d. l. non dubiū. quod sing. no. Sed pondera an hoc sit verum per illam dictionem negatiuam appositam verbo valeat, sicut dicimus quando præcedit verbū potest, vt est gl in c j. de reg. iur. lib. vj. & voluit do. Abb in c. j de cau. pos. & proprie. & in capi. j. de testi.

de testi.cogen.& Barto. in l.Gallus.ff.de liber. & posthu. Sed do.Abb.in c.nonnulli.§.sunt & alij. de rescriptis. in versicu.non valeat.dicit post alios, quòd illa verba, non valeat,ex quo sunt futuri temporis,& non præsentis,non inducunt nullitatem ipso facto,iuxta theoricam gloss.in regula,in pœnis.de regu.iur.lib.vj.& vide plenè per eundem do.Abb.& do.meum de materia,in c.si diligenti.de foro compe.& per gloss.& Bar. in l.in criminali.C.de iurisdict.omnium iudic.ad idem allegat do.Abb. in dicto §.sunt & alij.tex.optimum innexa gloss.& Bar.in l.vniuersa.C de preci.impe.offe.vbi per verbum,non valeat, non inducitur nullitas ipso facto. & ad hoc tenebis semper menti d.c.nonnulli.cum d.l.vniuersa.& theoricam Bar. in dicta l.si quis.Vide quod voluit do.Abb.in c.in nomine domini.iu vlti not.de testi. De hoc verbo non valeat, vide gloss.& Innocen.in clemen.dispendiosam.in verbo, valeat.de iudic.& vide Bald.in cap.cum ordinem.in viij. col.de rescript.quòd quando in iure reperitur hoc verbum,nõ valeat,& nihil vltra cauetur,intelligitur per sententiam,quia cù super hoc debeat cognosci,ergo & pronuntiari.arg.C.de preci.impe.offe.l.vniuersa &c.

ADDITIO.

Adde quæ notat idem Corset.suprà singu.ccxj. in ver. potest.& quæ ibi addidi. Gab.Sar.

391 *Venditio* II.

1 *Frumentum quanti valeat,inspicitur quanti vendi potest in loco fori publici,non alibi.& ibi de valore rei probando.*

1 QVantum † frumentum valeat,vel aliæ res venales,nũquã debet inspici,nisi in loco publici fori, & quanti ibi vendi potuisset.vnde si res potest vendi multò plus, vel multò minus alibi,sed non in foro,debemus locũ fori inspicere,& sic considerare debet æstimationem secundum locum publici fori.casum habes peregrinum & expressum secundum vnam lecturã,quam sequitur ibi Bar. in l.septem.C.de eroga.mili.anno.lib.xij.quod nota pro his,quæ notantur in l.pretia rerum.ff.ad legem Falcid.& in c.cum dilecti.& in c.cum causa.de empt.& vendi. & c. cùm causa quæ inter œconomum.de testi.cum simi. adde aliud tex quem Barto.non ponderauit,quia non fuit bonus canonista in c.j.de empt.& vendi.ibi, non carius vendat quàm in mercato vendere possunt.& ita ibi dicit do.Pet.quod debet inspici locus,vbi res vẽditur,non pretium loci,de quo est vendens,& licet forenses & peregrini non sortiantur forum in loco,l.hæres absens.ff.de iudi.tamen possunt se iuuare consuetudine loci in rebus emendis.idem Per.in d.ca.cum causa.in. vbi de materia; de testibus.de valore rei probando,vide Bar.in l.fi.C.de nauicula.lib.xj & in l.j.§.si hæres.ff.ad Trebel.& in l.si seruus.ff.de condi.furti.

ADDITIO.

Multa in hoc tradit Bartho.Chassanæi commentar.consuetud. Burgun.in prima rubri.in § *messiers & sergens*.in ver *en message*.nume.7. Gab.Sar.

392 *Vestis.*

1 *Vestes hyemales quo tempore debeantur, & quo tempore æstiuæ?*

1 PRo salario famulis † promittuntur vestes hyemales, & vestes æstiuæ:quando & in quo tempore debentur sibi tales vestes?dic quòd vestes hyemales debent fieri calendis mensis Septembris,& debent durare vsque ad calendas mensis Aprilis:& vestes æstiuæ à calendis mẽsis Aprilis vsque ad calendas mensis Septembris. casum habes in l.j.C.de mili.vest.lib.xij.& ibi Bar.quod dicit esse notandum pro familiaribus,quibus promittuntur vestes hyemales & æstiuæ.& sequitur Roma.sing.dcj.

393 *Vsusfructus.*

1 *Fructuarius rem naturaliter possidet,ius tamen vsusfructus quasi possidet ciuiliter & naturaliter.*

1 LIcet fructuarius † rem naturaliter possideat, vt in l. naturaliter.ff.de acqui.posses.tamen ius vsusfructus quasi possidet ciuiliter & naturaliter,adeò quod dicitur quasi possessor iuris.gl.est singu.secundum Barto.ibi,in l. cùm à te.alias l.si plures.§.deiectũ.ff.de vi & vi arma.meliorem gl.habes secundum eundem ibi,l.ait prætor.§.itẽ si.ff.ex quibus causis maiores.

ADDITIO.

Vide Nicol.Boër.decis.cxcix.nu.8. Gab.Sar.

394 *Venditio* III.

1 *Venditiones plures dicuntur,si plures res vno pretio emãtur, & dictum sit tantum pro vna,& tantum pro alia.*

1 LIcet plures † res sint emptæ vno pretio,tamen si sit dictum,tantum pro vna,& tantum pro reliqua, plores dicuntur venditiones.gloss est singu.in l.ædiles. in versic. vno pretio.ibi,pro vno, id est, vnico facto ex pretio singulorum.ff.de ædil.edict.quam reputauit singul. Bartol. in quæstio.incipiente,publicanus,de publicanis.pro quo vide text.l.cum duo serui.ff.de in diem adiect.faciunt ea quæ habentur & not.in l.cùm eiusdem.& in dicta l.ædiles.ff.de ædil.edict.

ADDITIO.

Latè tradit Andr.Tiraquel.in tract.de retractu consangui. in §. xxiij.in ver.ooo reperiretur.nu.18. Gab.Sar.

Expliciunt singularia per do.Anto.Corsetum Siculum vtriusque Iuris doctorem peritissimum compilata.

SINGVLARIA
DO. HIPPOLYTI A
MARSILIIS, IVRIS VTRIVSQVE DO-
CTORIS ET INTERPRETIS
CLARISSIMI:

Additionibus nunc primùm illustrata.

I.

1 *Argumentum ab his, quæ communiter accidunt, in iure validum esse, ac efficax, non ciuili modo sed & criminali quoque negotio, ab iura tractantibus receptum est.*

2 *Argumẽto à cõmuniter accidẽtibus, torturam ac quæstionẽ à Potestate reo datam, ac sic inde cõfessionem extortam, violentã, coactam ac non spontaneam, velut certis coniecturis probari. Et id quibus rationibus, vsque ad nu seq.*

3 *Assessores Potestatum in adhibendis quæstionibus, ac torturis homicidas videri: ac proinde scripta super cõfessionibus per quæstiones extortis falsa censeri. Et ad probandas huiusmodi confessiones coactas non. spontaneas coniectura locum vrgentem esse.*

4 *Hippolytus syndicator officialium ducis Mediolani.*

5 *Argumentum à communiter accidentibus adeò validum, vt locus à communiter accidentibus indicium faciat indubitatũ.*

1 ARGVMENTVM † à communirer accidenti-
bus validom est in iure. l. certi coodictio. § si
nummos. ff. si certum petatur. l. certi iuris. C.
de iudic. l. iurisgentium. §. pactorum. ff. de pa
ctis. l. palam. §. si qua caoponam. ff. de ritu nuptia. nota-
bil. est text. in l. in fideicommissi. post princi. ff. de vsur. &
in l. si pactum. in fi. ibi, pleroque. ff. de probation. c. pru-
dentiam. versicu. vt solet. extrà de offic. delega. gloss. in l.
neque natales. C. de probatio. gloss & ibi Bal. in l. cum do
tem. C. de iure dot. Bal. in l. conuenticulam. C. de episco.
& cleri. & in authen. habita. C. ne filius pro patre. cum si-
mi. & teneas menti quòd hæc tegula est adeò vera, quòd
non solùm habet locom in ciuilibus causis, sed etiam in
criminalibus. Vide Bal. consi. xx. in versi. incip. Duo fra-
tres, vnus maior & Soci. consi. xlvj. incip. In præsenti coo
sultatione. Et ideo dixit siogulariter Pet. de An. ha. in ele
ganti consi. suo xxiij. incip. Visa inquisitiooe formata cõ
tra Philip. in ij. col. versicu. præterea aduertendum. se ha-
2 buisse de facto, quod † quidam erat confessus malefi ium
per tormenta: & tamen Potestas & eius coria dicebant,
quòd confessus erat sponte sine tormentis: iste autem tor
tus non poterat probare torturam: quia quando fuerat
tortus, nemo aderat nisi famuli Potestatis. dicit ibi Pet.
de Ancha. quòd Bal. coosuluit in contingentia facti, quẽ
ipse etiam sequitur, quòd ille fuerat tortus. & hoc per ar
gumen. à communirer accidentibos: nam illi Potestates
terrarum communiter ponunt homines ad torturam no
cturno tempote nemine ibi existente. quod est valde not.
& faciunt etiam not. verba Bal. in l. obseruate. in §. profi-
cisci. in xiij. q. v. de offic. proconsul. ibi videas. & idem di-
xit Alexan. in consi. clxxxix. incip. In causa & lite. in ter-
tia col. in vj. volumi. Et istud consiliom Bald. in ordine est
cccceclxix. & incipi. Præmittendum est, quòd interdum
tortura &c. in vj. volu. & idem consuluit ipse Bal. & me-
lius & clariùs in consil. suo clxxj. in eo. volu. incipi. Tres
sunt casus &c. Et illud consiliom Pet. de Anchar. refert &
sequitur do Alexao. in consi. suo cclxxv. secundum ordi.
meum incip. Viso themate. circa fi. Et do, Paris de Puteo
in tract. suo syndic. io xcvj. charta. in iij. col. versicu. qui-
dam fuit tortus. Et pro hoc dicto faciũt optime dicta per
3 Bal. in l. j. C. ne ex delic. defun. vbi dixit, quòd † Assessores
videntur homicidæ: quia in camera torquent: & posteà
ad banchum faciont scribi quòd sponte confessus est. pro
quo facit norab. verbum Bald. in l. ij. C. de custo. reo. io
versicul. & ideo assessores. vbi dicit, quod quando scripto
ra dicit, quod reus est sponte confessus, quod talis scriptu
ra vt plurimum est falsa. Et faciunt dicta per Barb. in cõ-
si. suo lxx. incip. Viso puncto. iij. colum. in quarto volu. &
faciont dicta per Bal. in additio. Specu. in tit. de appel. in
iiij. col. io princi. & per Salic. in l. in illa stipulatione. iosi.
ff. de verborum obligatio. Facit etiam, nam ad proban-
dum torturã, & sic cofessiooẽ coactã, & oon spõtaneam,
cùm istud sit difficile valde, vt dixi, admittitur probatio
per coniecturas: secondum Anton. in cap. veniens. j. extrà
de testi. in vlti. colum. & Ioan. de Imol. in cap. veniens. de
verborum significatio. & Bal. in authen. quas actiones. in
vlti. colum. C. de sacrosanct. eccle. & Alexand. in consilio
lxxvij. incip. In causa. in fine. in vij. volu. de quo latissimè
dixi in repetitio. mea. l. fina. C. de probatio. in lxvj. chart.
circa medium vbi videas. quæ omnia tene menti, quia
sont quotidiana: & ego alias plures habui in facto dum
4 essem † syndicator officialium ducis Mediolani &c. Et te-
neas etiam menti, quòd adeò est vera ista tegula, videli-
5 cet quòd argumentum † à communiter accidentibus va-
lidum est in iure, quod locus à communiter accidentibus
facit indicium indubitatum. Ita singu dixit Bal. in addi
tio. Spe. in tit. de sen. in antepenul. col. in versi. ad oionẽ.
quod est singulariter not. ad multa.

II.

1 *Fideiussores plures pro aliquo intercedentes ex æquo obligari omnes, nisi is cuius nomine intercedũt, diui Adriani epistola, aut nouæ constitutionis beneficio renunciarit. Et quid de duobus reis debendi:*

I plures fideiussores intercedunt pro aliquo, omnes pa
1 riter suot obligati, † nisi renuntiauerint beneficio epi-
stolæ diui Adriani, vel beneficio nouæ constitutionis de
duobus reis: vt habetur in l. iij. C. de fideiuss. in authenti.
hoc habita. C. de doobus reis. & per Specu. in titu. de re-
nun. fin. conclusione, circa medium. Scias tamen, quòd si
plures rei debendi constituerentur, attamen si in rei veri
tate ad vnum tantum peruenit pecunia, alij habentur lo
co fideiussorum, & gaudent beneficio fideiussorũ. Ita sin-
gulariter dixit Gul. de cun. in l. sed Iulianus. §. idem ait si
duos. per illum text. ff. ad Macedon. ad quod alleg. etiam
gloss. in authen. de fideiuss. § j. quod dictum pro valde no
tab. refert & sequitur Ludo. Roma. in consi. suo cxiiij. in-
cip. Visis suprà consultis &c. in prin. quod est not. & idem
firmat Io. de Ana. in consi. suo ix. incip. In quæstione ista.
vbi not. loquitur: & alia io hac materia ibi dicit, quæ vi-
deas omnino. & idem tenet Alexan. in l. Marcellus. ff. de
fideiuss. & Francis. de Are. in consi. suo xxxiij. incip. Con-
sultatio præmissa. in prima colum. quod dictum tamen
limita & restringe, vt per eundem domi. Francisc. Areti.
in prædicto consilio suo xxxiij. in quinta col. in versi. pri-
ma est quòd licet &c. Et vide quæ dixi in repeti. mea ru-
bri. ff. de fideius. in xij. col. post med.

III.

1 *Debitor pro quo fideiussor intercessit, nisi vtriusque facultatũ discussione facta incarcerari non debet: cùm in solutionem debiti, vtriusque facultates aggregatæ censeantur.*

1 AD hoc vt ad carceratione † debitoris perueniri pos-
sit, est oon solum necessaria excussio ipsius debito-
ris, sed etiam fideiussoris eius: cum & fideiussoris faculta
tes, quò ad effectum solutionis eius debiti pro quo fide-
iussit, facultatibus ipsius debitoris aggregatæ censeãtur.
Iste est tex. valde not. in l. si plures. in §. præterea. j. ff. de fi-
deiussorib. quem text. ad hoc propositum allegant Lu-
douic. Romao. in consilio suo ccexx. iocipien. Hæc illo-
rum quinque &c. in princip.

IIII.

1 *Sententia contra vnum lata alij nocitura si in contumaciam partus se*

tis se non defendentis lata fuerit, non praeiudicat ipsi, cui alioqui praeiudicare, ac nocere poterat: vt quae ob contumaciam, non ius, lata esse praesumatur.

1 QVamuis aliquo casu sententia † contra vnum lata, praeiudicet alteri: tamen tenementi perpetuo, quòd talis sententia nunquam praeiudicabit alteri, si lata fuerit in contumaciam partis se non defendentis: quia tunc praesumptio iuris est, quod talis sententia sit lata propter contumaciam, non autẽ propter ius. iste est text. in l. praeses. C. de pig. & in l. si ideo. ff. de euict. & in l. Papinianus. §. meminisse. & in l. repudiantis §. fina. ff. de inofficio. testamen. & in cap. fina. de emptio. & vendit. quae iura ad hoc alleg. Ludo. Roma. in cõsi. suo cccxxix. incip. Praesens cõsultatio. in penul. col. & alleg. etiam Bartol. in l. saepe. ff. de re iudica. & Bal. in l. res inter alios. C. quib. res iudic. non nocet. & Anto. in cap. quamuis. de re iudica. pro quibus optimè faciunt dicta per Feli in c. fraternitatis. in secunda col ver. Tertiò fallit. de haere. vbi videas. & per eũdem in c. in literis. in x col. ver. Pro quo optimè facit. de constitu. & per Bal. in l. j. circa finem. C. de calum. quem vide. & per Soci. in consilio suo xviij. incip. Prosequẽdo &c. in vj. col. Vide omnino Bal. in l fina. in versicu. quaero hic, si tabellio. C. de fide instrumen. & omnino Bal. super statutis, in verbo, bannitus. in viij. colum. in vlti. versicu. vide Cor. in consil. xlij. incip. videtur. in j. vol. in vlt. col. & quae dixi in cõsil. meo incip. Scientiarum omnium elargitor &c. in iij. & iiij. char. & Alexan. in repeti. l saepe. in xix. colum. ff. de re iudic. vbi not. loquitur in materia. Quae omnia tamen limita & restringe, vt per Pau. de Cast. in consilio suo cccxxv. incipien. Dicta substantia. circa finem. & per Nellum in tract. banni. in prima parte primi tempo. in viij quaestio. circa medium. & in eo tract. in quarta parte primi tempo. in ij. quaest. & in eo tract. in j. part. secũdi tẽpo. in iiij. quaest. circa med. & in eo. tract. in eadem prima parte secundi tempo. quaest. xxxiiij. & ibidem omnino in quaestio. xlix. incip. Quaero an tales. per totã illam quaest. & per do. Feli. in c. causam, quae. in ij. col. de testi. Et per gloss. in l. ij. in versi. absens. C. de contrario iud. tut. & Ioan. de Ana in dicto ca. fraternitatis. Et hic adde in materia ista plura singularia dicta cumulata per do. Feli. in cap. cùm Bertholdus. in ix. col. de re iudicata. vbi omnino videas: quia praedicta limitat pluribus modis, vt ibi perenm. & vide Matthae. notab. xxv. incipien. Nota regulam. & notab. xxvj.

V.

1 *Familiares, & si a testimonio repellantur, famuli tamen salarium non merentes, nequaquam arcentur. fallit.*

1 REgula est, quòd familiares † repelluntur à testimonio. l. ij. C. de testib. l. eos. eodem titu. l idonei. & l. testes. ff. eodem titu. & in cap. si testes. § item eos. v. q. iij. cum simi. Limita tamen hanc regulam duobus modis Primò, non habere locum in famulo non habente salarium, quia talis famulus admittitur ad testificãdum pro domino. Ita singulariter dixit Specu. in titu. de teste. §. j. versicu. Sed de quo mercenario, &c. quod dictum refert & sequitur Ludo. Roma. in consilio suo ccccxx. incipi. Proposita quaestio, &c. Et non sunt adhuc duo menses, quibus ego habui in facto: & hoc extendi, vt per Specu. & Ludo. Roman. in dictis locis, quia pars aduersa hoc negabat. Pro quibus faciunt optimè dicta per dominum Feli. in c. cùm à nobis. in vltima colum. circa finem. extrà de testib. Secundò limita praedictam regulam non habere locum in familiaribus honestae vitae: quia tales admittuntur ad testificandum non obstante familiaritate. Ita dicit text. gloss. & Innocen. in cap. literis. extrà de testi. & Bald. in dicta l. ij. C. de testi. & Ludo. Roma. in dicto suo consi. ccccxx. incip. Proposita quaestio. in ij. col. Ad primũ tamen dictum vide do. Feli. in c. in literis. in ij. col. versi. Ex quod apparet intelligi, &c. extrà de testi.

VI.

1 *Principis iustitiam iustámque causam inesse, praesumptio tãta est, vt in contrarium probatio non admittatur. & id qualiter accipiendum? Et quid si ad alterius requisitionẽ rescribat Princeps, an eadem sit praesumptio? nu. 1.*

1 IN principe † semper praesumitur iustitia, seu iusta causa, adeò quòd non admittitur probatio in cõtrarium, vt singulariter dixit Cy in l. rescripta. C. de precib. imper. offe. & in l. fi. C. si contra ius vel vti pub. & do. Anto. in c. quae in ecclesiarum. de constitu & ibi do. Felin. in xxj. col. Idem dixit do. Floria. in l. si irruptione. in §. ad officium. in ij. colum. ff. finium regun. vide latissimè per do. Francisc. Curt. in consilio suo 50. incip. Memoriae. nu. 130. per vnam colum. & Lud. Roma. in consilio suo ccccxxxvj. inci. quod indultum. in iiij. col. quod tamẽ intellige esse verum, vbi ipse princeps statuit generaliter. vel vbi aliquid
2 facit specialiter motu proprio. Sed † vbi aliquid rescriberet ad alterius postulationem, tunc illa praesumptio cessat: quia tali casu magis praesumitur ad importunitatem postulantis scripsisse, quàm ex sua voluntate. Ita singulariter dixit Ludo Roma. in dicto consilio suo ccccxxxvj. incipien. Quod indultum, &c. in iiij. colum. allegat quae habentur in l. j. C. de petit. bonorum sublatis. lib. x. quod est not. quod etiam firmat do. Feli. in dicto cap. quae in ecclesiarum. in xxij. col. ver. Limita quintò, &c. Et vide omnino Ias in l. si testamentum. in prima colum. C. de testamen. & omnino Socin. in consilio lxij. incip. Visis. in penultima colum. in iiij. volum. & idem dixit Ludo. Roma. in repeti. l. si verò. in §. de viro. in xxiiij fallen. circa med. ff. solu. matri. & Socin. in consi. cxx. incip. Memini, &c. in viij. colum. in tertio volu.

VII.

1 *Exceptionem cedendarum actionum aduersus instrumentũ guarentigiatum, statuto etiam non obstante, fideiussori, aut correo ex eodem instrumento conuento, non denegari. Et id qua ratione.*

COmmuniter per Italiam viget statutum, quòd contra instrumentum guarentigiatum nulla possit op-
1 poni † exceptio, &c. Sed tu scias, quòd non obstante tali statuto fideiussor seu correus ex eo instrumento conuentus poterit opponere exceptionem cedendarum actionum: quia nunquã intelligitur semota exceptio, quae descendit ex eo fonte, ex quo petitio, & ipsi petitioni inest. Ita singular. dixit Bal. in l. praediis. C. de euictio. & in authen praesente. C. de fideiuss. quam doctrinam pro not. refert & sequitur Ludo. Roma. in consi. suo xlij. incip. Visis, &c. in ij. col. & in consi. cccclxxij. incip. In eo quod quaeritur. & Barba. in c. j. in xliij. col. de offic. ordin. de quo latiùs scripsi in l. ij. C. de excep. rei iudi.

VIII.

1 *Papa, & si maximè moueri iustis in statuendo causis censeatur, sitq; pro illius facto praesumptio, non tamen perpetuum est, nec semper procedit.*

2 *Papa aduersus constitutionem ecclesiae statum generalem respicientem, quid faciens, non est sustinẽdus, nisi cum magna causa alijs nota, expressa, & quae probari queat, id faciat.*

1 PRaesumendum est regulariter pro facto † Papae: vt habetur in cap. proposuit. de concess. praeben. per do. Anto. in cap. quae in ecclesiarum. de constitu per docto. in l. rescripta. C de preci. imper. offe. Nam ipse semper praesumitur moueri ex iusta causa, vt in dictis locis. Hoc tamen li-
2 mita non procedere, nec esse verum, vbi papa † facit aliquid contra constitutionem respicientem generalem statum ecclesiae: nam tunc non est sustinendus, nisi faciat cũ causa magna aliis nota: & est necesse illã probari & exprimi, quia aliàs non praesumitur. Istud fuit singulare dictum Innocen. in cap. quanto. extrà de consuetudi. quod dictum pro singu. alleg. & sequitur Ludo. Roma. consilio cccclxxxiij. incipien. Dubitatur. in penul. colum. vbi pro hoc alleg. gloss. in cap. literas. de restitu. spolia. & in dicto cap. proposuit. de concess. praeben. idem etiam dixit ipse Ludo. Roma. in consilio suo ccccxcix. incip. In praemissa. in fin. penulti. col. vbi alleg Innocent. sed corruptè. nam hoc dicit in dicto cap. quanto. de consuet & ibi vide Barbat. in xiiij. colum Et vide etiam do. Feli. in c. nulli. de senten. excom. per totum cap.

IX.

1 *Communioni perstare cogendus nemo. & quid si testamento per-*

standum hæredibus caueris testator?
2 *Communioni: quia nemo perstare cogendus. quin plurium commu nionem inter se habentium, vnus reliquos ad bonorum diuisionem efficaci et prouocat. num idem in bonorum feudalium diuisione petenda inter plures conuasallos sit sequendum?*

1 NEmo cogitur stare in † communione l.fina.C.com-
muni diui.l.si non sortem.§.si centum.ff.de condict.
indeb.l.in hoc iudicium.§.si conueniat ff communi di-
ui.cum simi. Quinimo non valet etiam dispositio testato
ris,in qua mandat hæredibus suis, quòd semper stent in
communione & in societate.d.§.si conueniat. & ita di-
xit Pau.de Cast.in dicto §.si centum.& do.Alexan. in cõ-
silio cccxxxiiij.secundum ordinem meum, incip. Circa
primum.&c.in iij.colum.nec etiam cogitur quis stare in
communione,etiam si iurasset stare,secũdum Old.consi.
2 ccxlj.incip.Factũ tale est,paterfamiliàs.Scias† tamẽ vnũ,
q licet in diuisione bonorum sufficiat vnũ ex sociis pro-
uocare,vt habetur in dictis iuribus:& in toto tit.ff.cõmu
ni diui.attamen in diuisione bonorum feudalium secus
est:quia non sufficit prouocatio vnius vasalli sed debent
omnes conuasalli conuenire & cõcordare,aliàs non po-
test fieri diuisio.ita probat tex.vnicus & singu.in c.Impe
rialem.§.prætereà ducatus.de prohi.feu.alie.per Fede. in
ver. si consortes voluerunt.ita illum text.pro sing. ad hoc
propositum allegat Abb.in consilio suo lxxxij.incip.Cõ-
ditor omnium.in vj.colum.versi. ego tamen notanter di
co.vbi etiam adducit gloss.iuncto text.in clemen. sæpe.
de verb.sig quod est not.Et istud dictum Abb.refert & se-
quitur do.Feli in c.quæ in ecclesiarum.in xxxv.col.de cõ
sti.ver.Secundò limitatur.& illum tex. ad hoc etiam al-
leg.do. Alex.in consilio suo vij.incipien.In consultatione
præmissa.in prin.in v.volum.

X.

1 *Exceptionem ex iurisdictionis defectu quãdocunque opponi posse, etiam post sententias conformes tres.*
2 *Exceptionem incõpetentiæ,non obstante statuto omnes exceptiones excludente,opponi posse.*
3 *Iurisdictio iudicij fundamentorum fundamentum est.*
4 *Papa an de plenitudine potestatis sentẽtiam à iurisdictione carẽte latam,ratificare ac approbare queat?*
5 *Attestationes alioqui inualidæ,num partium consensu validari possint? & id num perpetuum sit?*

1 TV scis,quòd exceptio † proueniens ex defectu iuris-
dictionis,potest quandocunque opponi, & etiam
post tres sententias conformes. glos.est singu. in clemen.
j.de sequestratione possessio.& fructuum. quam sequitur
ibi Petr.de Anchar. & Ioan.de Imol.& alij,& illam dixit
singularem,& eam sequitur Petr.de Ancha. in consil. suo
cclxxij.incip.De titulis.in vlti. colum. circa medium. &
Pet.de Ancha.consi.suo lxj.incip.Duplici respectu.in fin.
& illam sequitur etiam ipse Pet.de Ancha.in cõsil.clxiij.
incip.De viribus & efficacia.in vlti.col.& in consil.clxvj.
incip. Visis diligenter. in princi.& Pet.de Ancha.in cle.j.
de re iudi.& Bal.in l.si quis filio.§.quod si quis.ff.de iniu
sto testa.& Abb.in c.episcopi.in prima col.extra de reb.
eccle.non alien.& Ange.in consilio suo clix.incip. Dicta
interlocutoria.in fin.& Ange.in consi. ccxlviij. incipien.
Super ptimo quæsito.& illam glo.refert & sequitur Abb.
in consi.suo xcvij.incip. Attingentia iuris ordinẽ.& Lu-
do.Roma.in consil.xlij.incip.Visis quæ &c. & Barbat. in
consil.xx Incipien.Viso puncto,& his quæ agitata &c. in
tertia colum.in tertio volu.& Pau.de Cast.in l.final.C.de
arbi.& Abb.in consi.lxxxij.incip.Conditor omnium. in
fi.v.col.& Flor.in l.quædam mulier.circa finem.ff. famil.
erciscun.& Corse.in not.cclxxvij.inci.Statuto cauetur,
quòd à sententiis &c.sub verbo,statutũ.j.& Ang. de Are.
in rubr.insti.de excep.in xv.col.& in §.appellantur.in ix.
col.eodem titu.quem omnino vide.Alexan.in l.j.§.& par
rui.in prima col.circa medium,vbi latè loquitur.ff.quod
vi aut clam.pro qua gloss & eius materia vide Ludo.Ro-
ma.in dicto consi.xlij.& in consi.cxv. in fi.Ioan. de Ana.
in consi o.in penul.colum.Bal.in additio.Specu.in titu.
de senten.in ij.char.versi.sententia lata à iudice incom-
petenti &c. Alexan.in consi.lxxvij.in v vj & vij.col. in ij.
volumi.Barba.in c.cùm in iure.in penul.col.in vlti.char.
de offi.delega.Franc.de Are.consi.xlv.incip.diligẽter &
mature.in vij.col versi.Primò quidem.Bal in l.j.C.ne li-
ceat in vna eademque cau.Ange.in l.j.C.quando prouo.
non est neces Ange.& Imol.in l.de pupillo.§.qui opus.ff.
de operis noui nuncia.Lanfranc.in cap.quoniam cõtra.
de probatio.Bal.super statutis in versic.bannitus. in xij.
col.in iiij.versicu.Bal.in l.testamenta omnia.in princ.C.
de testa.& do.Feli.in cap.pastoralis.in fi.iij.col.& in prin
ci.iiij col.de excep.vbi alleg.plures alias glos.dicentes il-
lud idem,quod gloss.in dicta clemen.j.de sequestra.poss.
& fruct.& alia dicit in hac materia,de quibus ibi per eũ,
2 quem omnino videas.Et † adde,quòd dicta exceptio incõ
petentiæ potest opponi non obstante statuto excludente
omnes exceptiones:secundum Bal. in l.exceptionem. cir
ca fi.versi.sed pone statutum.C. de probat. & alios quos
adducit do.Philip.Decius in consil. xxxviij. incipi. Circa
primum.in penul.col. Quinimò dicit Inno.in c.ex ratio
ne de appel.& Bal.in Marga.sua,in versi.agens.quòd etiá
post exceptionem sententiæ potest hoc ventilari. Et ra-
3 tio prædictorum potest esse,quia † iurisdictio est funda-
mentum fundamentorum iudicij:secundum Bal.in con-
silio suo xv.incip.Ista causa &c.in princi. in primo volu.
& Ludo.Bolog.in suo consi.viij.in fine.j.col. Tene tamen
4 singulariter menti vnum in hac materia. quòd † papa de
plenitudine potestatis potest ratificare sentẽtiam latam
à iurisdictione carente:secundum Innocen.in cap.pru-
dentiam.de offi.deleg.in gloss.quæ incipit,sed quid si iu-
dex.quam doctrinam pro valde no.refert & sequitur An
ge.in l.obseruare.in §.post hæc.ff.de offi.præsi.vbi ad hoc
etiam alleg gloss.not.in c.nullus.j.ix.q.ij.& text. in c.hoc
quippe.iij.q.vj.& etiam eam refert & sequitur do.Felin.in
c.ea quæ circa fi.de re iudi.Et vide omnino,quæ dixi in-
frà in singu.ccj.incip.In confessum &c. post medium. vel
circa. Et circa supradictam materiá faciunt dicta per do
mi.Feli.in c.cùm causam. in xiiij col.in versi. fallit secũ-
5 dò &c.de testi.vbi dixit,quòd † licet aliàs attestatiões in-
ualidæ possint consensu partium validari,tamẽ hoc fal-
lit nisi sint inualidæ,quia recepta à iuridictione carente.
ad quod alle.domi.de Rot.& alia de quibus ibi per eum.
Quæ omnia tene menti:quia materia dictæ glos.est quo-
tidiana.& ego infinitis vicibus eam habui in facto & for
tè non facile alibi inuenies ad materiam dictæ gloss. tot
simul cumulata.

XI.

1 *Spoliatum ante omnia restituendum. qualiter intelligendum? & quid si ius non habeat spoliatus an idem in spiritualibus, quod in prophanis seruandum sit?*

REgula vulgata est apud omnes, quòd spoliatus ante
a omnia[a] est restituendus:de qua in l.si quis à se fundũ.
C.ad legem Iul.de vi.& latè per Alex.in l.naturaliter.§.ni
hil commune.ff.de acquiren.possess.vbi ponit multas fal
lentias & limitationes ad hãc regulam de quibus etiam
1 latè per Berth.in reperto.suo in versi.spoliatus.Sed † tene
menti.quod in quantum doctor.dicunt dictam regulam
non habere locum,quando apparet spoliatum nullũ ius
habere:de quo in c.cùm ecclesia.de causã possess & pro-
prieta.& in c.super eo.eodem titu.& in c.decimas.de re-
stitutio.spolia.in vj.& per Bal.in l.perulti.in vlti. col.C.si
à non compe.indi.hæc sua limitatio limitatur,& restrin-
gitur habere locum in spiritualibus tantùm,ne detur ma
teria peccandi:secus in prophanis. Ita singulariter dixit Ol
dra.in consi.suo j.incip.In causa.in ij.col.alleg. ad hoc c.
significasti.de diuor.& not.per Inno. in c.constitutus. de
filiis presby.& c.literas.de resti.spol.& alia de quibus ibi
per eum:ad quod vide etiam Ange.in l Paulus.§.j.ff.qui-
bus modis pign.vel hypo.solui.

ADDITIO.

a Spoliatus ante omnia. Adde Abb.in c.accedens.ij.not.vlt. vt
lit.non contest.& Bald.in cap.conquerente.col.j.de restit.spo
liat.Ias.in consil. clxxij.lib.iiij.Dec cõ il.xxxiiij colum.vlt.&
consil.cclij.colum.j.Et vlterius dicit singul. Abb.post Vincẽ.
in cap.venerabili.de offic.deleg.quòd postquam fuit restitu-

tus

tus, non potest cogi comparere, donec steterit pacificè in pos
sessione tanto tempore, quanto spolium durauit. & sequitur
pro singul. Curt. consil. xlj in fin. Sed Rip. limitat in spoliato
bonis omnibus, vel maiori parte, in l. naturaliter. §. nihil cō-
mune. nume. 49. ff. de acquiren. possess. Hāc tamen regulam,
quód spoliatus ante omnia restituatur, limita singu. per Bal.
in l. j. versicu. vel dic planius. C. de appellatio. vt non proce-
dat, si reus vellet probare quòd de illo mense quo dicitur fa-
cta spoliatio, ipse, vel etiam alius possideret: quia talia capitu
la debent admitti. & est aureum dictum secundum Iacob. de
S. Georg. in l. si de vi culum. fina. ff. de iudic. vbi refert xxv. li-
mitationes ad dictam regul. Limitatur & secundò d. regula,
quando quis ageret ad feudum & reus exciperet spolium rei
mobilis priuatæ: quia talis exceptio non obstat. vt tradit Mat
thæ. de Afflict. decis. xix. incip. quidam Baro. quod est memo
ria dignum. & ibi idem dicit, si ageretur ad rem ecclesiæ. per
cap. frequens. de restitu. spol. lib. vj.

XII.

1 *Confessioni ore proprio factæ nemo contrauenire potest, & quid de confessione ex contumacia præsumpta?*

1 NOsti, quòd nemo † potest venire cōtra illud quod
ore proprio confessus est. tex. est in l. generaliter.
C. de non nume. pecu. & in cap. per tuas. de proba
tiō. Et tene menti, quòd istud habet locum nedum in cō-
fessione ore proprio facta, sed etiam habet locū in con-
fessione præsumpta, putà ex cōtumacia: vt si statutum di
cit, quòd contumax habeatur pro confesso. ita singu. di-
xit Oldr. in consi. cccxx. incip. Breues allegationes &c. in
prima col. ad quod allegat l. consiliarios. C. de assesso. &
l. locorum. C de omni agro defer. lib. xj. & §. si verò qui-
dam. in authen. de exhib. reis &c.

XIII.

1 *Iudæi, quibus ex statuto, vel priuilegio sub vsuris pecuniā in rem furto sublatam mutuare licet, nec teneantur rem vero domino restituere, nisi resoluta cum vsuris pecunia ab his dam: an in omni re furto subtracta idem efficere possent?*

VOlo tibi dare auream & singularem doctrinam, quæ,
vt puto. posset tibi dare de lacte & lana, ideo animad
uertas. Tu scis, quòd cōmuniter per totam Italiam sunt
statuta & priuilegia Iudæorum, volentia quòd ipsi Iudæi
possint mutuare sub vsuris pecuniam super re furto sub-
tracta, nec teneātur illam restituere vero domino, nisi si-
1 bi soluatur pecunia sua vnà cum vsuris. Sed † scias tu, quòd
tale statutum seu eorum priuilegium limitatur non ha-
bere locum in Iudæis mutuātibus pecuniam super re a-
liena scientibus ipsis Iudeis illam rem esse alienā vel fur-
to subtractam: quia tunc tenentur illam restituere vero
domino sine pecunia per eos exbursata & sine vsuris. iste
est casus valde singu. in l. seruus cuiusdam. ff. de condict.
indebi. vbi Bal. & docto. hoc volunt, quod etiam melius
& apertius firmat Ioan. de Ana. in consilio suo lxx. incip.
Visis & ponderatis &c. vbi singulariter loquitur: & idem
firmat Bal. in consi. xcij. incip. Tria possunt &c. in quarto
volumi. & do. Feli. in cap. causam quæ. in ix. colum. post
med. versi. interpretatio priuilegii &c de rescrip. Et illum
tex. etiam magnificauit Bal. in l. eos. C. de furt. dicēs eum
esse not. contra receptantes res furtiuas scienter. & illum
tex. etiam summè not. ipse Bal. in rubri. C. de condict. ob
turpem causam & Ange. de Are. in tracta. malefic. in ver.
& vestem cælestem. in v. char. versi quid si quis emit scien-
ter. Et vide Ias omnino in dicta l. seruus. vbi not. loquitur
in materia: & vide quæ dixi in practica mea cau. crimi. in
§. aggredior. nume. 31. Limita & secūdò dictum statutum,
seu priuilegium Iudæorum, videlicet, nisi bona subtra-
cta essent ecclesiæ, vel alicuius forensis, qui non esset sup-
positus iurisdictioni statuentium, vel eius qui fecit tale
priuilegium Iudæis: quia tales non obligantur tali priui-
legio vel statuto, sed sunt in terminis iuris communis. ita
singulariter dixit do Abb. in c. quod clericis. de foro cō-
peten. in ix. col. ver. Et ex hoc infero. & Barb. latiùs in con
silio lxxv. incip. Viso puncto. circa iij. char. in versi. quar-
tò facit. in iij. vol. vbi alia plura allegat in proposito. Vi-
de do. Rochum in cap. fina. in cxxv. col circa fin. de con-
suetu. Ad quæ etiam optimè faciunt dicta per do. Alexā.
in consilio suo xliiij. incip. Videtur &c. in iij. & iiij. col. in
v. volu vbi videas. Et vide etiam Abb. idem tenentem in
c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constit. in reperit. in vlti. char.
in versicu. ex hoc infero &c. & ibi domi. Feliu. in xlvj. co-
lum. circa medium. & Barbat. in dicto suo consilio lxxv.
incipien. Viso puncto. in sexta colum. In tertio volumi.
Quæ omnia tene perpetuò menti; ego aliàs in ciuitate
Cumarum practicaui primam limitationem. & ex ea cō-
secutus sum decus & lucrum.

XIIII.

1 *Inquisitio fieri per iudicem non debet de delicto, fama non præcedente.*

2 *Inquisitio manans ex propria principis conscientia, de delicto famam præcedentem non desiderat. Et quid si ad alterius petitionem impetrata fuerit? 3.*

1 AD hoc vt † inquisitio possit formari per iudicem de
delicto contra aliquem, oportet quòd fama seu diffama
tio præcedat, aliter iudex non potest procedere contra
aliquem: vt habetur in cap. qualiter & quando & in cap.
inquisitionis. de accu. & ibi hoc not. Innocen. & Io. And.
& alii: & voluit Ange. in repetitio. l. si vacantia. C. de bon.
vac. & Barto. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. &
in l. fina. & in l. j. in princi. eodem titu. Vide omnino Ale-
xan. consi. clxxix incip. In causa Anglorum. in penul. co-
lum. in ij. volu. & vide in meo repert. ad literam I. in xxv.
2 chart. in iij. notab. Hoc † tamen scias non procedere, nec
locum habere, quando inquisitio emanat de consciētia
principis: quia tunc non requiritur, quòd præcedat fa-
ma seu diffamatio, vel indicia: nam conscientia princi-
pis supplet omnem solennitatem. ita dixit singulariter
Innocen in c. cùm oporteat. de accusa. & Bal. eum sequē
do in l. nullus C. ad legem Iul. maiesta. & Ange. Aretin. in
tracta. malefic. in versi. fama publica. versi. aduertendum
autem, &c. & do. Barthol Capol. in consi. suo xvij. incipi.
Visa. in vlti. col. Quam tamen limitationem sanè intelli-
gas, quando inquisitio formatur de mandato seu ex cō-
scientia principis ex motu proprio ipsius principis. nam
3 tunc non requiritur diffamatio, nec alia: secus † si ad po-
stulationem alterius princeps hoc mandat. ista est gl. sin
gu. c. ij. de accusa. lib. vj. Alias etiā limitationes ad præ-
dicta vide per Specu. in titu. de inquisitio. § nunc tracte-
mus. versi. u. hoc autem nota. & ibi Ioan. Andr. in addit.
& vide latiùs per Domi de sancto Gemi. post Ioan. And.
& Archid. in dicto cap. ij. & per docto. in dicto cap. cùm
oporteat. & in cap. si. de accusa.

XV.

1 *Maleficio auxilium, consilium, vel fauorem præbentes, num eadem, qua præcipuè committens, pœna puniri debeant, maxime id statuto cauente.*

2 *Et qualiter statuta huiusmodi intelligi debeant?*

3 *Puniri minus illum, in cuius domo quid admittitur, eodem patiē te, quam principaliter delinquentem.*

1 STatuta † communiter extant per Italiam, disponentia
quod præbentes auxilium, consilium, vel fauorem ma
leficio, puniantur eadem pœna qua committentes. quod
etiam videtur cautū de iure ciuili: vt habetur in l. si quē-
quam. C. de episco. & cleri. & in l. quisquis. C. ad legē Iul.
maiesta. & in l. iij. ff ad legem Cornel. de sicar. cum simil.
Attamen tene menti, quod si quis præstiterit opem, auxi-
lium, vel fauorem maleficio, non debet puniri eadē pœ-
na qua ipse principaliter committens maleficiū, sed de-
2 bet mitius puniri. Ita singulariter dixit Salice. in l. j. C.
de raptu virgi. quem refert & sequitur do. Bartho. Capol.
in consi. suo xxvij incip. Requisitus. in vlti. col. vbi subdit
2 † quòd talia statuta, ex quo loquuntur simpliciter de præ
stantibus auxilium, consilium, vel fauorem, debēt inter-
pretari secundum ius commune: per l. ij. C. de iure delib.
& sic vt teneantur eadē pœna in casibus in quibus de iu-
re cōmuni tenerētur eadē pœna, videlicet si dedissent cau
sam morti, & quando non esset nudum auxilium vel con
silium, & quando hoc expressè constaret, & non per præ-
sumptiones. Secus si non dedissent causam morti, vel es-
set auxilium, vel consilium nudum: quia tunc non opor-
tet quòd tenerentur eadem pœna, per prædicta. quod est

menti tenendum propter prædi ta statuta, quæ commu
niter vbique vigent. Pro quibus facit not. verbum Bald.
in l. cum ancillis. in j. col. versi. item not. ex hac lege, &c. C.
a de incest. nupt. vbi dicit † quod mitiùs punitur ille, in cuius
domo fit aliquid eo patiente, quàm ipse delinquens prin
cipalis. & faciunt dicta per Ioan. de Ana. in cap. ad falsa-
riorum. de crimi. fal. infin. in ij. col. Et optimè etiam fa-
ciunt dicta per Gandi. in suo tracta. malefic. in tit. de ho
mic. in ij. col in versi. Item pone quòd Titius, &c. Et illud
idem, quod tenet Sali. in dicta l. j. & Cæpol. in dicto consi-
lio xxvij. tenuit Gandi. in tracta. suo malefic. sub rubr. de
furt. & latro. in v. col. circa medium. versic. Et sic not. &c.
Et pro istis optimè facit glossa singu. in cap. periculosè. de
pœni. dist. j. quæ dixit, quòd vbi factum sequitur, grauius
est peccatũ. quam gl. refert & sequitur Bal. in l. data ope-
ra. in xvij. col. C. qui accu. non pos. & ibi dixi latius. Et vi
de Alex. in consi. clx. incip. Visis. in vlti. col. in vij. volu.

ADDITIO.

a Mitiùs puniri. Adde gloss. in c. felicis. in verb. simplici fauore.
de pœn. in vj. quæ vult, quòd vbicunque auxilium & fauor
est simplex, ex eo quòd maleficium non est ex eo auctũ, quòd
tunc dictum auxilium præstãs debet puniri arbitrio iudicis,
& non pœna ordinaria, qua punitur principalis. & secundum
d. gloss. aliàs defendit Augusti. Ariminen. vnum à pœna fur-
carum: vt ipse refert in tracta. malefic. in verb. dicto maleficio
semper astitit. in additio.

XVI.

1 *Proditores Deo, hominibus & iuri odiosos: quorum filij ad succes-
sionem tam testati quàm intestati incapaces habẽtur. Et qua
iura perdat & beneficia proditor?*
2 *Proditor nec ante principem debet, nec in principis curia stare po
test, cuius vox audienda non est*
3 *Proditori capitaliter damnato testamenti factionem reseruari nõ
posse.*
4 *Proditiones principibus placent, proditores non æquè. Et qualiter
proditori mercede conducto, stipendium solui solebat.*
5 *Proditoriè bannitum (quem etiam statutum occidi permittit) oc-
cidens, an statuto id permittente iuuetur? & in quibus casi-
bus, vel minimè?*
6 *Proditor quot modis dicatur?*

1 PRoditores † sunt odio nedum Deo & hominibus, sed
etiam sunt odio iuri, adeò quòd eorum filij sunt inca
paces successionis tam ex testamento quam ab intestato:
vt habetur in l. quisquis. C. ad legem Iuliam maiestat. Itẽ
ille, qui incepit administrare bona alicuius, statim ipso
effecto proditore, perdit dictam administrationem: se-
cundum Cyn in l. fin. C. ad legem Iuliam maiestat. Et di-
xit Bal. per illum textum in l. si quos. C. de postli. reuer.
quòd proditores reipublicæ non gaudent beneficijs iu-
tis. Et dicit etiam Bal. in c. j. in tit. an ille qui interfe. frat.
2 domini sui. in j. colum. quòd † proditor non debet stare
ante principem, nec potest stare in curia principis. & di-
cit text. valde not. in capi. careat. iij. quæstio. ix quòd vox
proditoris non est audienda. Et dixit Bal. in l. & militi-
3 bus. C. de testamen. milit. † quòd proditori condemnato
capitaliter non potest reseruari factio testamenti. Quod
etiam sentit gloss. ibi. & habetur in l. ex militari. in princ.
ff. eo. item licet aliàs nobilis delinquẽs non debeat furca
puniri: vt habetur in l. capitaliũ. §. j. & §. serui. & §. solẽt. ff.
de pœnis. & voluit Barto. in l. desertorem. ff. de re mili. ta
men hoc non habet locum, si talis nobilis fuerit prodi-
tor. ita dixit Bald. in cap. cùm quidam. de iureiurand. &
4 dicit vulgare prouerbium, quòd † proditiones placent
principibus, sed non proditores. & ideo quidam Italiæ
princeps, cui quidam proditor fecerat quoddam benefi-
cium per proditionem, dabat ei quoddam stipendiũ sin-
gulo mense, & dum ipse proditor ibat ad accipiẽdum di-
ctum stipendium, soluẽtes pro principe ex mãdato ipsius
solebant dictum stipendium sibi soluere recta via, sed e-
rat necesse vt ipse proditor verteret manus post terga, &
eo modo acciperet pecuniam & stipendium suæ prodi-
5 tionis. Et ideo tene mẽti perpetuò, quòd stante † statuto
quòd bannitus, vel alius damnatus de crimine possit im
punè occidi, ille qui talem bãnitum occidit proditoriè,
non iuuatur tali statuto. ita singula. dixit Ange. per illum
tex. in l. fina. C. de delato. lib. x. nisi esset bannitus vel con-
demnatus crimine læsę maiestatis. quam doctrinam pro
valde not. refert & sequitur domi. Barthol. Cæpol. in con-
silio suo xxxiiij. incipien. si vnquam. in iij. colum. versicu.
Præterea, &c. quod est singu. not. Vide tamen Bal. tenen-
tem contrarium in consil. cccclxv. incip. Super eo, quod
queritur. in vlti. colum. in vj. volumi. & vide Ang. in l. j. in
§. non fuit. ff. de dolo. & vide omnino do. Rochum Curt.
in cap. fina. in xxij. colum. de consuetud. & vide omnino
do. Philip. Dec. in consi. cccxxvij. incip. Viso casu, &c. nu.
2. & 5. Et alios casus in quibus occidens bannitum, statu-
to permittente occidere bannitum, non iuuatur tali sta-
tuto, vide per do. Feli. in cap. quæ in ecclesiarum. in iij. co
lum. de constitu. & in materia vide dom. Ioan Baptist. de
Cazalupis in sua repeti. l. omnes populi. ff. de iustu. & iur.
6 in xxx. char. in prima colum. in ver. xiiij. &c. Quot † au-
tem modis quis dicatur proditor, vide Bal. in consil. suo
cclx. incipien. Quidam dixit, &c. in quarto volumi. & gl.
not. in c. clericus. xlvj. distinct. & Bald. in cap. j. in vij. col.
versi. quid de rebus. quibus modis feudum amitta. & vide
omnino dominum Nellum in tracta bannitorum, in se-
cunda parte secundi temporis. in quæstio. x. incip. Deci-
mò quæritur, &c.

XVII.

1 *Accessorium principalis naturam sequi. Et quid, statuto cauente
quòd in damnorum datorum causis, probatio per iuramẽtum
sufficiat, an quod huiusmodi causas incidenter tangit idem iu
ramento probatur?*
2 *Causa principalis, si summaria est, num eius articuli summarij
sint omnes?*
3 *Accessorium principalis naturam non sequi, vbi in vtroque eadẽ
ratio non est. nu. 2.*
4 *Iudex ad rem restituendam simpliciter condemnans, ad fructus
quoque qui in re venerunt, condemnare intelligitur.*
5 *Iudex secularis, vbi causa iudex est factus, iudex etiam omnium,
quæ adesse causa debent, est.*
6 *Accessorium, & si dignius, nihilo secius principalis naturam se-
qui.*

1 ACcessorium † sequitur naturam sui principalis: in re-
gul. accessorium. de regulis iuris, in vj. l. fin. C. de non
numerata pecunia. l. fina. ff. de constituta pecunia. & ideo
dixit singul. Barto. in l. iij. in vltima colum. ff. de alimen. &
ciba. leg. quòd si statutum dicit, quòd in causis damno-
rum datorum sufficiat probatio per iuramentum, quòd
quicquid illam causam quoquomodo incidẽter tangit,
potest per iuramentum probari: per l. cùm hi. ff. de trans-
actio. in prin. Idem tenent Bal & Pau. de Cast. in l. j. in pri
ma colum. versicu. sed pone statutum. C. de rebus credit.
quos refert & sequitur domi. Bartho. Cæpol. in consi. suo
lxxiiij. incipien. Viso statuto. in secunda colum. vbi pro
hoc allegat quod not Barto in extrauagan. ad reprimen
dum. in verbo, summariè. in quinta colum. in versi. de se-
2 cundo, &c. vbi dicit, quòd † si causa principalis est sum-
maria, omnes eius articuli sunt summarij. Vide Iason. in
l. quamuis. in vlti. colum. C. de edicto diui Adriani tollen
do. & domi. Philip. Deci. consilio xliiij. in vltima colum.
& vide omnino Bald. qui innuit contrarium, in l. ij. in se-
cunda colum. ver. ex his resultat decisio. C. de bonorum
possession. secundum tabulas. & vide Socin. in consilio
lxxx. incipien. Præsens consultatio. in quarta col. in quar
to volumi. & omnino Iason. in l. fina. in prima & secunda
colum. ff. de constitu. princip. & Alexand. in consil. cxcvj.
incipien. Perspectis. in secunda colum. in sextu volu Flo-
ria. in l. quæ pater. in fi. ff. famil. erciscun. Et idem tenet
Ioan. de Imol. in consil. suo cxxxix. incipi. Præfati sunius,
&c. in tertia colum & domi. Alexan. in l. si quis ex argen-
tariis §. rationem. in fin. ff. de eden. & dominus Nellus in
tractat. suo bannit. in tertia parte secundi temporis. in
xlij. quæstio. in fine. Quibus adde dicta per Bald. in l. j. in
tertia colum. versicu. quarto vtrum iuramentum. C. de in-
offic. donat. vbi not. loquitur in materia: & inter alia di-
cit, quòd vbi rescinditur conuentio principalis, rescindi
3 tur pœnalis, & quælibet accessoria. Scias † tamẽ, quòd ac-
cessorium non sequitur naturam sui principalis, quando
non est

non est eadem ratio in accessorio, quæ est in principali. l. ex placito. C. de rer. permu. l. si is, à quo. C. de præd. mino. no. Bar. in l. non dubium. post glo. in fi. C. de legi. & voluit Alex. in consi. iiij. inci. Circa primum. in vj. col. in j. volu. & vide quæ dixi infrà in singu. cxxvj. inci. In multis ciuitatibus &c. & in singu. lij. inci. Prorogatio. & in singular. clxxv. incip. Concesso vno, &c. & in consi. meo xxj. incip. Impone Domine &c. in fin. ij. char. & in repe. mea rub. C. de proba. in materia iuraméti circa fi. & circa hanc materiam vide not. verba do Fel. in c. quæ in ecclesiarum. in xvj. col. de consti. post mediú. & in c. ecclesiæ sanctæ Mariæ in xiij. col. post prin. circa med. eo. tit. Vide Alexan. in consi. clxxij. incip. in causa & lite. in iiij. col. in vj. volumi. Et vide quæ dixi in consi. meo xliiij. inci. In causa præsenti. in iij. char. circa med. ver. Ad quod adduco & c. & vide etiam do. Fel. in c. super literis. in xiij. col. de rescr. & Ange. de Are. in §. dupli. in iij. colum. in fi. Institu. de act. vbi ponit casum no. l. ædiles aiunt. in prin. ff. de ædil. edict. in quo habetur, quòd propter accessorium vitiosum potest principale redhiberi. Et adde etiam not. verbum Bal. in
4 rub. C. de fru. & lic. expen. vbi dixit, quòd † si iudex in sententia simpliciter dicat, condemno te vt restituas ré: intelligitur etiam condemnare in fructibus, qui de iure venirent. quod dictum pro valde not. refert & sequitur do. Ias. in §. omnium. in fi. verbis. Insti. de act. & vide omnino Phil de Peru. in c. pastoralis. in xiiij. colú. versic. Sextò quæritur &c. de app & do. Alex. in l. fin. ff. de in lit. iuran. vide quæ dixit Barb. in c. in ordinando. in prin. de simo. & Soci. in consi. lxv. inci. Circa primam. in viij. col. & infrà in sing. xlvj. incip. Quidam fuit vulneratus. Et ad præ-
5 dicta adde etiam † quòd si iudex secularis est iudex causæ, ita est iudex omnium, quæ dictæ causæ adesse debent: secundum Bald. in l. testamenta. C. de testa. de quo latius per Soci. consi. cj. in noua impressione, quod incip. Visis &c. & vide Bal. in authen. si dicatur. in vlti. col. C. de testi. Bar. & Alex in l in quæstionibus. ff. ad leg. Iul. maiesta. Et
6 circa hanc materiam adde, quòd † adeo est verum, quòd accessorium sequitur naturá sui principalis, quòd istud est verum, etiam si accessorium sit dignius principali. ita dixit text. in l. & si non sint. in §. perueniamos. ff. de aur. & argen. leg. & etiam illum tex. firmat Lud. Roma. in consi. suo cccxx inci. Circa primum. in antepenul. col. & Pau. de Cast. in l. procuratoris. in §. non autem. ff. de tribu. & vide Pau. de Castr. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. in ij. col. ver. quartò nota. ff. de verborum obligatio. & quæ ego dixi in l. penul. in xj. col. ff. de quæstio. & vide Bald. in l. ij. in ver. secundò inducit. C. de episc. & cle. & vide Alex. in consi. suo cclxxij. incip. Viso. in penul. & vlti. col. & vide Ias. in l. fi. in vlti. col. in versic. nec est bonum fundamentum. C. de pact.

XVIII.

1 *Renuntiatio in contractibus facta, à non intelligentibus quid iuris beneficia concedant, aut detrahant, vt puta condictioni indebiti, condictioni sine causa, & omni iuris huiusmodi auxilio abiurando, num sic abiurantibus præiudicet?*

QVotidie fiunt contractus à rusticis & à mulieribus, & ab aliis qui non intelligunt penitus importantiæ clausularum, quæ apponuntur in ipsis contractibus. Et
1 † ideo tene menti, quòd similes personæ faciont contractum, & in eo apponúntur clausulæ quas verisimiliter non intelligût, vt puta si apponatur clausula, videlicet, quòd Titius renuntiauit condictioni indebiti, códitioni sine causa, & omni alii iuris auxilio, talis renuntiatio nullum præiudicium facit ipsi taliter renuntianti, & nescienti, & non intelligenti importantiam dictorum verborum. Ita singu. dicit Barto. per illum textum, in l. fin. §. idem quæsiuit. ff. de condict. indeb. quod dictum refert Alexand. in consilio suo xlj. inci Super præmisso. in iiij. col. in j. volu. vbi pro hoc etiam alleg. l. doli. ver. diuersum. ff. de noua. Vide omnino do. Philip. Dec. in consi. clxxx. inci. Visa. in v. col. post med. Ego autem vltra do. Alexand. dico, quòd pro hoc dicto optimè facit quod voluit Old. in consilio cccxxiij. inci. Factum tale est. in ij. colom. & facit gloss. in l. tutor. ff. de bo. poss. tit. generali. quam alleg. Card. in simili in cap. fin. de maio. & obe. & faciunt dicta per Monach. in proœ. Greg. in. §. sanè. & per Ioan. de Imol. in l. hæredes palam. de testam. & in cap. audiuis post Ant. ibi de procur. & per Ioan. Andr. & Archid. in cap. vt circa. de elect. in vj. & ibi per Gemin. & per scribentes in l. diem proferre. §. corá. ff. de arb. & in l. corá. ff. de verb. sig. & per Bal. in l. fi. ff. de aqua plu. arcen. & per Bar. in l. j. ff. de ver. obl & in l. j. §. fin. ff. de autho. tut. & per Bal. in cap. ex parte. de confes. in vj. columna. versic. item adeò. & faciunt optimè dicta per dom Alexan. post Angel. & Ioan. de Imol. ibi in l. qui Romæ. in § duo fratres. in xxvj. col. cum seq. ff. de verborum obliga. & per Abb. in disp. sua inci. Stante statuto condito in Italia. in ij. chart. in vltima columna post princip. & facit gloss. multum not. in princip. ij. quæstio. j. in versicu. præsente. ad quæ vide omnino pulchrè dicta per quédam insignem doct. do. Vitalem de Cambanis protonotarium in suo solenni tracta. clausularum, sub rubric. an legibus insinua. requirent. pusit renum in vij. columna. vide Barba. in ca. auditis. de in integrum resti. Et vide gl. in c. cupientes. in princip. in versi. notitiam. de elec. in vj. & do. Fel. in ca. cùm causam. in viij. columna de testi. & quæ ego etiá dixi in l. qui ignorans. vltra med. ff. ad legem Cornel. de fal. quæ omnia tene menti. quia ego recordor aliàs dum essem scholaris Barb. eum audiuisse pluries viua voce dicentem se propter hoc fecisse plures contractus factos ab ignorantibus importantiam verborum seu clausularum, vt suprà, annullare & cassare.

XIX.

1 *Testis de credulitate deponens, an probet, & quid si credulitatis rationem edat? & nu. 3. vbi, quid in materia suapte natura minimè cognoscibili.*

2 *Consuetudo volens testimonio de credulitate plenè stari ac credi, an valeat? Et quid si testis dicat quempiam alium occidisse, aut vulnerasse, suo credere?*

4 *Defensionis causa quid factum, coniecturis probari.*

1 TV scis clarum esse in iure, quòd † testis deponens de credulitate non probat: secundum Cyn. & doc. in l. testium. post gloss. C. de testi. & Specu. in titu. de teste. §. j. versicu. item quòd deposui de credulitate. & habetur in l. secunda. § idem Labeo. vbi plenè no. ff. de aqua plu. arcen. & plenè per doct. in ca. quoties. extrà de testi. vbi do. Anto. in fin. verbis dixit, quòd testis deponens de credulitate, non dicitur verus testis. & eum refert & sequitur domi. Alexand. in consilio lxx. in iij. columna in ij. volumi. Quinimo etiam si testis dixit se pro certo credere, non probat etiam præsumptiuè: secundum Bar. in l. siue possidetis. in penult. colum. versi. sed quæro &c. C. de probat. nisi adiiciat rationem credulitatis & originem. alle. cap. tertio loco. & c. literis. de præsump. & oo. in l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbit. quod dictum refert & sequitur do. Alex. in d. consi. suo lxx. incip. Viso processu. in j. vol. & in eo. vol. in cósi. cix. inci. Visis. in consi. ij. inci. Viso processu. in iij. col. in ij. volu. & in consi. cxxxiiij. incip. In causa & lite. in ij. col. quinimo dixie sing do. Ant. in c. j. de
2 app. quòd † non valet consuetudo volens quòd testibus deponentibus de credulitate, plenè credatur. Teneas tamen perpetuò menti, quod licet testis deponens de credulitate non probet, vt dixi; tamen istud fallit in teste deponente quòd aliquis occiderit, vel vulnerauerit aliqué ad sui defensionem suo credere: quia hoc casu talis testis probat. Ita sing. dixit Bar. in consi suo inci. Raynutius Petri. quem refert & sequitur do. Alexá. in consi. suo lxxvj. inci. Visa inquisitione. in vlt. col. in fi. in j. vol. & in consi. suo cix. in iij. char. in ij. & iij. col. illius consilii. in eo. vol. quod etiam videtur velle Bal. in l. solam. in vlti. col. C. de testi & ibi Sal post eum in iij. col. vbi ambo allegant Bar. in d. suo consi. Pro quo dicto optimè facit text quem ibi not. domi. Anto. in cap. vnico. extrà de scrutinio. in ver. quantum humana fragilitas nosse sciuit &c. In hac materia vide Corneum in consi. suo clxij. incip. In hac consultatione. in ij. colum. in j. vol. & ibi in consi. cciiij. incipien. Pro decisione. in iij. column. Item pro delictis facit,
3 nam † testis deponés de credulitate, nó probat: fallit nisi deponeret in materia de sui natura certitudinaliter non

cognoscibili:secundum Cy.& Bal.in d.l.testium.C.de testi.& Io.and.in addi.Spe.in tit.de teste.§.j.versi.itē quòd deposuit de credulitate & do. Ant.in c.quœndam.in fi.de præsum.Bar.in l.in summa.§.Labeo.in fi.ff.de aqua plu. arcen.Abb.& do.An.in ca.quoties.de testi.& text.& ibi do.Ant.in c.literis.& in c.tertio loco.de præsump.& Bal. in d.l.solam.in quinta quæstio.Item pro illo dicto Barto. optimè facit quod voluit Bal.in l.vnica.in prin.xj.col.C.
4 de confess.vbi singu.dixit,†quòd fecisse ad defensionem, probatur per coniecturas,quæ iudicis arbitrio committuntur.quod dicit esse notatu dignum.quæ omnia tene menti:quia quotidiana,nec fortè alibi ita diffusè tradita inuenies:licet ego de his latius & diffusius valde loquutus sim in repet.mea l.fi.C.de proba.in xj.& xij.chart.vbi videre poteris.

XX.

1 *Masculinum genus fœmininum concipere,non tamen id perpetuum.& id quando.*

1 MAsculinum † genus concipit fœmininum[a].l.j.ff. de
a verborum signifi.l.si ita scriptum.ff.de leg.ij.de quo in l.quisquis.C ad l.Iul.maie.in ca.si quis suadente.xv.q. iiij.in l.j.§.quare.ff.de vent.in possessio.mitten.cum simi lib.tamen limita hoc non procedere nec locum habere quando genus masculinum proferretur à lege vel statuto in materia indifferenti,quæ non conuenit vtrique sexui,sed solùm masculino.nam tunc masculinū non concipit fœmininū.Ita not.dixit Paulus de Leazaris, & post eum ibi,Dominicus de sancto Geminiano & in c.in generali.de electio.in vj.& Cardina.in clemen.j.de electio. quos refert & sequitur do.Alexan.in consilio suo cxxxv. incipien.Circa primum.in penulti.colum.in j.volumin. vbi dixit se dixisse in d.l.j.de vent.in possessio.mitten.De quo etiam vide Lud.Roma.in consilio suo xxxv.incipiē. Visa facti.& Rapha.Cuman.in consi.clxvj.incipien.Visa copia testamenti.& in consi.lxxxiiij.incipien.Præsupposito casu.circa finem.& Rapha.Fulg.in consilio xviij.incipien.Solomutia.& in consi.xxxviij.incip.In proposita quæstione.& in consilio lxiij.incip.Blasius.in ij.col.& in consilio cxxj.incipiē.Supposita bulla.& in consilio cciij. incipi.Viso.

ADDITIO.

a Concipit fœmininum. Hæc regula recipit multas declarationes:inter alias limitatur non procedere in officiis.per Bald.in c.ad audientiam.j.in quæstio.vltim.de rescrip.ex quo infert, quòd si testator dixit,relinquo fratres meos executores mei testamenti:non intelligitur de sororibus.l.cuius bonis.ff.de curat.furios.quia fœmina habet cōsilium inualidum & hoc dictum Bald.pro singu.approbat Ias.in l.si quis ad quod.ff.de iurisdict.om.iudic.vbi latè tractat hanc materiam.& Dec.in l.ij.ff.de regu.iur.& idem Ias.in l.ex facto.de vulgar.& pupillar.substitu.

XXI.

1 *Testatoris testamento si ita cautum sit,Voluitque dictus testator, quòd dicta domus semper remaneat ad vsum & habitationem dominæ Agnetis vxoris ipsius testatoris toto tempore &c.& post mortem ipsius ad hæredes eius & successores:de quibus hæredibus intelligendum sit?*

1 ALiàs interrogatus fui:†testator fecit testamentum in quo erant talia verba,videlicet, qui testator voluit quòd dicta domus semper remaneat ad vsum & habitationem dominæ Agnetis vxoris ipsius testatoris toto tēpore vitæ suæ,ipsa manente in viduitate,& post mortem ipsius ad hæredes eius & successores voluit peruenire:vtrum ista verba,hæredes eius,intelligantur de hæredibus ipsius domin.Agnetis vxoris testatoris:an verò de hæredibus ipsius testatoris?pulchra est quæstio:respondi intelligi debere de hæredibus ipsius testatoris & non vxoris suæ Istud probatur ex gloss.in l.ex facto.& ibi docto. in princip.ff.ad Trebellianum. & hoc voluit Bartolus in l.cùm in testamento.per illum textum.ff.de auro & argento legat.& ita in terminis firmat domin.Alexand. in consilio xxiij.incipien.Consideratis.in prima colum. in ij.volumi.

XXII.

1 *Confessio offensi offendentem releuans,an ipsi offendenti prosit? Et an noceat? nu 3.*

2 *Confessio mulieris de matrimonio prius contracto. an releuet accusatum de ea carnaliter cognita citra matrimonium? Et quid si moriens dicat se mori, non offendentis culpa, sed medici?*

4 *Confessionem in mortis articulo factum,indicium ad quæstionem facere.Et quid si vulneratus dicat se ab accusato,vel inquisito non vulneratum, an prosit? Et in quo releuet ipsum accusatum?*

1 COnfessio † offensi,quandoque non prodest offendenti:secundum Barto.& Ange.in l.inter omnes.in §.rectè.ff.de fur.& Bald.in l falsus in iij.oppositio.C.de furt. vbi dicunt,quòd si dominus rei subtractæ dicit furē commisisse dictum furtum in re sua de voluntate ipsius domini,quòd ei non creditur,nec propter hoc ipse fur euitat pœnam.& idem dixit Abb.in c.dudum.ij.de electio. in vj.col.& do.Alexan.in consilio suo ccxxiiij.incip.Viso processu.circa vj colum Pro quibus facit etiam, nam
2 † accusatus quòd carnaliter cognouit mulierem,non iuuatur,nec excusatur si ipsa mulier confiteatur se primò contraxisse matrimonium cum illo,nisi cum hac confessione concurrant alia indicia:secundum Bal.& alios in l.penulti.vbi glo.no.C.de fideiuss.Bal.in l.j.C.de collu. dete.in l.quicunque.C.de ser.fugiti.circa vij.colum.& in l.vnica.C.de confes.in l.transigere.circa iiij.colum.C.de transactio.de quo per Alexā.in consi.ccxxiiij.incip.Viso processu.in ij.char.in vlt.colum.& in consi.ccxxvij.incipien.Ponderatis &c.& per Bal.in l eam,quam.in x.col. C.de fideicommiss.& per Angel.de Aret.in tracta.malefi. in versic.*che has adulterato*.in viij.charta.in ver.Pone quòd quidam.& Cæpo.caute.xliiij.& consilio suo lvij.incipien. Super querela.Pro quibus faciunt dicta per Petr. de Ancha.in c.fina.de successio.ab intesta.vbi singulariter dixit,quòd si vulneratus moriens dixit se mori culpa medici,tamen per hoc non iuuat percussorem si aliter hoc appareat.Quod dictum refert & sequitur do.Fel.in c.li-
3 teras.in penult.colum.extrà de præsumpt.Item † nec confessio ipsius offensi nocet offendenti,seu accusato,vel inquisito de offensa,etiam si tempore offensus sit constitutus in mortis articulo:secundum Bar Ang.& alios, in l.si quis in graui.§.si quis moriens.ff.ad Syll.& Ange.de Are. in d.tract.malefi.in versi.Qui iudex ad probationem suæ inquisitionis &c.in ij.col.& Bald.in consilio suo ccccij. incip.Quidam fuit &c.in j.colum.in iij.volu.Et facit gl. no.in l.mater.C.de calum.de quo etiam per Alexand.in dicto consi.ccxxvij. Vide tamen Socin.in consil.liiij. incipien.Visis &c.in penulti.colum.ad fin.in iij.volumi. vbi dicit quòd talis confessio facit aliqualem præsumptionem.Ad quod allegat Bal.in d.l.mater.& vide Iacobum de Beluis.in sua practica iudic. causarum crimina.
4 sub rubric.de quæstio.in v.column.vbi dicit † quod talis confessio offensi facta in mortis articulo,facit indicium ad torturam.quod est not.Teneas tamen menti casum in quo confessio offensi prodest offendenti. Nam si aliquis fuit vulneratus,& ipse dicit,quòd non fuit vulneratus à tali inculpato, accusato, vel inquisito de tali vulnere,quòd talis cōfessio & exculpatio ipsius vulnerati prodest ipsi inculpato seu inquisito:adeo quòd ipse non poterit torqueri ex indiciis existentibus cōtra eum:quia habet indicium innocentiæ pro se.Ita singulariter dixit Bal.in l.j. in vlt.colum.in versic.pone testator.C.communia de lega.allegat l.Paulus.§.j.ff.de bonis libertorum.quam doctrinam refert & sequitur do.Alexan.in consi.suo xciiij. incipien.Animaduersione.in vj.col.in ij.volu & in consi. ccxxvij.incipien.Ponderatis narratis in themate.circa princip.& in consilio ccxxiiij.incipien.Viso processu. in ij.char.in vltima colum.Sed vltra domi.Alexan.dico, quòd idem firmat Baldusmet in Margarita sua,in versic. maleficium.in j.versicu.Et Bald.in repertorio suo in verbo,vulneratus.in j.ver.de quo etiam per Iaso.in l.j.in ij. columna.ff.de eo per quem fact.erit.& illam doctrinam Baldi etiam refert & sequitur Alexand.in lege, si quis in graui.

graoi. in §. si quis motiens. ff. ad Syllan. & in consi. cxxiiij. incipien. Quooiam abundè &c. ad finem in vj. volumine. de quo etiam per Iason. in l. j. in ij. colum. ff. de eo per quem factum erit. & illam doctrinam Bald. etiam refert & sequitur Alexan. in consi. xxx. incip. Ex allegatis &c. in vltima colum. in vij. volum. & domi. Felin. in cap. j. circa fin. de præsumptio. & in c. literas. in v. colum. eod. titu. Et idem nuper reperi tenuisse Gand. in tractatu malefic. sub rubr. de transactio. & pac. in maleficiis. in vj. col. in vlti. versic. sed pone quòd quidam mortiferè vuloeratus &c. & vide Ias. in d. l. j. in fi. C. communia de leg. Quæ omnia tene menti, quia ista sæpissimè occurrunt in facto.

XXIII.

1 *Testes publicatis attestationibus non semper super nouis eiusdem causæ articulis examinari posse. Et id quando non liceat. & nume. 2.*

1 PVblicatis † attestationibus possunt iidem testes examinati super oouis capitulis eiusdem causæ. c. fraternitatis. de testibos. clemen. testibus. eod. tit. Istud tamen
2 singul limita, † nisi testes examinati à principio iurauerint simpliciter dicere veritatem super tota causa: quia hoc casu post attestatinnes publicatas non poterunt super aliis noui capitulis examinari. Ita singulariter dixit Inoocen. & post eum do. Anto. in c. fraternitatis. præalleg. quod dictum reputat mirabile Ang. in l. per hanc. C. de tempo. appel. quod dictum etiam refert & sequitur do. Alexan. in consilio suo lxj. incip. Viso processu. in iij. colum. io ij. vol.

XXIIII.

1 *Testes parte non citata examinatos non probare.*
2 *Sunt tamen casus quibus valida est examinatio sic facta. & numero 3.*

1 CLarum est in iure, quòd † testes examinati parte non citata non probant: vt habetur in l. si quando. C. de testib. & in auth. si quis aliquid. eod. titu. & facit l. de vnoquoque. ff. de re iudic. l. nam ita diuus. ff. de adoptio. cum
2 infinitis similibus. Attamen tene menti duos † casus not. in quibus valet examinatio testiũ parte non citata. Pri-
a mus est, vbi recipiuntur testes io causa naufragii[a] vel periculi in partibus longinquis vel remotis: nam tunc valet talis examinatio sine citatione partis. ita dixit Bart. in l. ij. C. de naufrag. lib. xj. & Ioann. de Ana. in ca. excommunicationi. in antepen. col. extrà de rapto. Pro quo faciunt quæ dixi infrà in singu. ccxj. incip. testes examinati &c. Alius est casus, videlicet vbi lex in aliquo actu nõ exigit plenam probationem, sed contentatur solis articulis vel adminiculis, nam tunc in tali casu possunt recipi testes parte non citata. ita singulariter dixit Domi. post Host. in c. pro humani. §. fi. io antepe. col. de homicid. lib. vj. pro quo facit in simili, quod dixit Ang. in l. fi. C. de testi.
3 Alios † etiã casos in quibus valet dictum testis parte non citata, ponit Ludo. Roma. in singulari suo secundum ordinem meũ ccclxix. iocip. fuit vnus ex vobis &c. sed non ponit istos. sed ego vltra Ludo. Rom. in d. sing. posui quãplures alios in repetiti. mea l. fi. C. de probatio. in xxxvij. charta. vbi videas. & vide etiam infrà io singu. xxx. incip. Tuscis &c.

ADDITIO.

a Causa naufragii. Adde Corset. singula. ccclxxj. in verb. testis. xviij. incip. in loco vbi aliquis.

XXV.

1 *Papa tertio ius auferre, aut eidem absque iusta causa præiudicare, atque absque clausula non obstante, non potest: in quibus tamen liberam administrationem, & potestatis plenitudinem habet, potest.*

1 PApa † non potest auferre ios tertii & ei præiudicare sine iusta, causa, nisi apponat clausulam, Non obstaote. l. quoties. & l. rescripta. C. de precib. imperat. offerendis, & de quibos rebus supplicare liceat. ita habetur in dictis legibus, & in c. quæ io ecclesiarum. de consti. vbi latissimè per do. Feli. in iij. chart. & in l. si priuatus. ff. qui & à quib. & io l. toties. ff. de polli. & in l. fina. C. si contra ius vel vti. pub. hoc tamen fallit, vbi Papa disponeret in his, io quibus habet liberam administrationem: vtputa in beneficialibus in quibus habet plenitudinem potestatis & liberam administrationem: vt in clem. j. ad fi. vt lite penden. oam io illis potest auferre ius tertij, & ei præiudicare sine clausula, non obstante. ita no. dixit domin. Anton. & post eum Ioan. de Imol. in dicto capit. quæ in ecclesiarum. de consti. & in dicta cle. j. vt lit. penden. & in capit. ij. de præbend. in vj. quos refert & sequitur domin. Alexand. in consi. suo lxxxvij. iocipien. Visis codicillis. in vlti. col. in v. volu.

XXVI.

1 *Debitor licet ex statuti, vel instrumenti forma, nulla citatione præeunte ad creditoris instantiam prehendi possit, ad cessionarij tamen instantiam non licere.*

1 LIcet † ex forma statuti vel instrumenti ad instantiam creditoris capi possit debitor nulla præcedente citatione: tamen hoc nunquam fieri potest ad instantiã cessionarii: quia prius de cessione discuti oportet citato debitore. Ita not. inquit Bal. in l. per diuersas. in x. q. C. mandati. vbi allegat no. per Inno. in c. quia V. de iudi. quod dictum refert & sequitur Alex. in consi. suo xcv. incip. Visis processibus. in iiij. colum. & in consilio suo ccccxliij. iocip. Visis narratis in themate, &c. in ij. col. & Lud. Roma. in consilio suo cxlij. incipien. Quod cessionarius, &c. circa finem. Pro quo dicto dico quòd optimè faciunt dicta per Bald. in l. j. in fin. verbis. C. de iuris & facti ignorantia. Et ego aliàs hic Bono. in foro mercantiæ practicaui hanc doctrinam in quadam litera cambij in causa satis vrgenti. Et vide quæ dixi legendo in l. si quæramus. ff. de testam. & in l. si quis ne quæstio. io tertia colum. versi. adde etiam. ff. de quæstionib.

XXVII.

1 *Iuramentum in magna quantitatis causis in probationis supplementum non deferri. Et id quatenus procedat.*

1 IVramentum † in sopplementum probationis non defertur in causis magnæ quantitatis: vt tenent doct. in l. in bonæ fidei. C. de rebus credit. & io l. admonendi. ff. de iureiur. Tamen illud limitatur, nisi ex parte actoris esset plusquam semiplene probatum: quia tunc etiam si causa sit magnæ quaotitatis, potest deferri ioramentum in supplementum probationis. ita not. dixit Abb. in capitol. mulieri. circa x. colum. de iureiurand. per id quod habetur in capit. fi. §. fi. eodem titul. quod dictum refert & sequitur domin. Alexan. in consil. suo cxxij. incipien. Viso processu. in iij colum. vbi dicit hoc etiam fuisse de mente Hostien. in summa de ioreior. & Archid. in capit. vtiles. j. in fi. xxvij. quæstio. j. & dicit quòd hoc voluit Bald. in dicta l. in bonæ fidei. & Salicet. in dicta l. admonendi. circa penul. colum. & Ludo. Roman. ibi post medium. in versi. in eadem ibi, & in delictis, &c. Idem dixit Alexan. in consilio suo clxxxv. incipi. viso processu. in fi. in vij. volumin. Et idem firmat ipse domin. Alexan. in d. l. admonendi. in penultim. colum. in fi. & domin. Bartholomæ. Soci. in consilio suo cxxxvj. incipen. Præstantissime doctor, &c. in quarta column. de quo etiam per dominum Francisc. de Areti. in consilio suo lxxj. incipient. Diligenter & maturè. in quinta colum. in fin.

XXVIII.

1 *Emphyteutam domino irrequisito rem emphyteuticam alienantem, suo cadere iure. Et quid si in alium emphyteutam partem tantum eius habentem alienatio facta fit?*

1 EMphyteuta † alienans rem emphyteuticam irrequisito domino, cadit à iure suo: vt habetur in l. fin. C. de iure emphyt. nisi esset oulla talis alienatio: quia tunc non cadit à iure suo: vt voluit Bald. in l. ij. C. de episc. audien. in ij. col. istud tamen limita singul. non habere locum in emphyteuta alienante partem suam in alium emphyteutam irrequisito domino: qoia tunc non cadit à iure suo. Ita tenent Bartol. & Angel. in l. domus. ff. de legat. j. & in l. cùm hi. §. si vni. ff. de transactio. licet hoc indecisum reliquerit Bartol. in lege pater. io §. quoniam. ff. de

lega.iij & idem tenet do. Alex.in cõsi.clxxxviij. inci. Viso & maturè &c.in ij.col. in iij.vol.

XXIX.

1 *Laicorum statuta in clericorum praeiudicium non valere: ac proinde clericos laicorum statuto non premi cauente, solutionem debiti testibus non probari.*

1 STatuta† laicorum in præiudicium rlericorum non valent.c.fi.de immu.eccles.in vj.Bart in l.j ff. de his quæ pœn.nomi.doct.in l.j.ff.de in ius voc.cũ infinitis simil. Et ideo tene menti, quòd si statuto cauetur, quòd solutio debiti non posśit probari per testes, tamen non ligabitur clericus volens debitũ probare per testes, etiam si causa tractetur in curia seculari.ita not.dixit Ioann Calde in disputatione sua inci.Sratuto ciuitatis cauetur.& Pe.de Anch.sequendo eum in repeti.c.ea quæ in fi.de reg.iu.in vj quos refert & sequitur do.Alex.in consi ccix.incipien. Ponderatis his.in penulti.colum.in ij.volu.de quo latiùs dixi in repeti.rub.ff de fideius.in v.char.vbi videas: quia posui ibi quàmpluta priuilegia clericorum.& in repetit. mea rub.C.de proba.in x.colum.in materia statuti prohibentis probationem fieri per testes.versi.quintò limitat &c.

XXX.

1 *Citationem partis ad actus iudiciarij efficaciam & validitatem requiri: id tamen tribus casibus non necesse, nec in his citationis omissionem actum vitiare.nu.2.3.& 4.*

TV scis regulam illam generalem & vulgatem.quòd
1 †ad validitatem actus requiritur citatio partis.l. de vno quoque.ff.de re iudi.l.nam ita diuus.ff.de adop.l. fi.C.de legib.l.tres denuntiationes.C.quomodo & quando iudex.clemen.sæpe.de verbo.signi.c.constitutionem. de senten.excom.in vj.cum multis simil.& dixi suprà in singu.xxiiij.incip.Clarum est &c. Tene tamen mẽti duos
2 casus, in quibus valet actus parte nõ citata. Primus † est, quando pars, quæ debebat citari, fuisset præsens, seu citata nun potuisset aliquid in contratium allegare: nam tunc valet talis actus factus sine citatione partis.ita optimè probat tex.in l.si eum seruum.§ j.& §.fi.ff.de fideicõ. liber.& tex.in l.recusare.in princ.ff.ad Treb.quæ iura ad hoc allegat Lud.Roma.in consil.suo ccxij.incip.Quò ad primum.idem firmat Bar.in l.ij.in §.quod de frumentaria ff.de admi.ret.ad ciui.perti.& Old.in consi.suo xcv. incip Ex forma istius statuti.in fi.verbis.& Abb.post Io. And.in c.cùm olim.de re iudi.in vj.col.versi.ij.& in cap. causam quæ.in j.col.post do.Anto.ibi de rescr & in cap. auditis.in iij.col.de procur.& sentit Abb.in c.accepta.in fi.de app.& voluit Abb.in c.bonæ.j.in iiij.col.versi.item no.de elec.Idem etiam tenet Io.Cal.in consi.suo viij.incip.Quod statutum.& Pau de Cast.in consi.ccxvj.incip. Circa primum.in pe.col.idem firmat Io.And.in addi.ad Spe.in tit.de sen.§.species.in addi.inci.Habeo de præcepto &c.circa med.& Alex.referens Ioã.And.in l.si pacto quo pœnã.in 50.col.vet.limita tamen.C.de pac.& Alex. in consi.ij.incip.Visis codicillis.in fi.in j.volu.& Barb.in consil.lxx.Inci.vbi Christus &c.in v.col.in fi.in iiij.volu.
3 Secundus † casus est, in quo actus non est nullus quando pars non est citata: imò est validus quãdo ipsi non citato non facit præiudicium.Ita dixit Bal.in l.ab eo.C.quo.& quan.iud.& Inn.in c.humilis.de maio.& obe.& Bal.in l. fi.§ cum igitur.versi.Quæro igitur nunquid de necessitate.C.de iure delib.& in auth.si omnes C.si vt se ab hære. absti.Et hanc partem firmat do.Alex.in cõsi.suo lxxxvj. inci.Visis dubitationibus.in ij.vol.pro quibus optimè faciunt dicta per Old.in consi.ccxcix.inci.Quidam Hug. & per Pau.de Cast.in consi.lj.inci.Videtur dicendũ.in ij. col.de quibus omnibus ego pleniùs dixi in rep.mea l.fi.
4 C.de proba.in xxxix.char.vbi videas.Adde † hic alium casum, in quo non requiritur citatio partis, quem ponit do.Fran de Curte in consi.suo j.in xij.col.& alium ponit Ias.in l.j.in vlt.col.C.quando libell.prin.detur.vide Soc. consi.iiii.super quæst.in vij.col.in iij.vol.& ibi in consilio lxxxvij.incip.Visis.in ij.col.

XXXI.

5 *Alienatio de rebus restitutioni fideicommissi obnoxijs, an valeat? Et quid obseruandum aduocato actoris aduersus alienantem?*

1 VAlet† alienatio de aliquibus rebus subiectis restitutioni fideicommissi, quandu fit ab ignorante fideicommissum, & tunc pretium tantum venit in restitutione fideicommissi.tex.est sing in l.fi ff.de leg.ij.per quẽ tex. ita cõmuniter tenẽt Dy.Cy.Bar.& alii, in auth.res quæ. C.communia de leg.& ibi Rayn.refert Dyn.ita dixisse:& ita etiam no.Bar.& Sali.in l.fi.§. si autem sub conditione.C.communia de lega & istud etiam voluit Ang.in d.l. fi.§ sed quia nostra.eo.tit.vbi subdit, quòd semper debet esse cautus aduocatus actoris, vt semper deducat scientiam alienantis, aliàs succumberet secundum eum.quos omnes vt suprà, refert & sequitur Alex.in cõsi suo ccxxvj. incip.Viso processu &c.secundum ordinẽ meum, quem vide.& Soci.in consi.suo xlix.incip.Capio primani &c. in penul.colum.

XXXII.

1 *Feudalia bona, aut emphyteutica, in filium, vt filium transeuntia, etiam patris non heredem, in quartam iure naturæ debitam, Falcidiam aut Trebellianicam non computari.*

1 BOna† feudalia seu emphyteutica quæ transeunt in filium, vt filium, etiam si nun esset heres patris, nunquã computantur sibi in quartam debitam iure naturæ: nec in Trebellianicam, vel Falcidiam.ita singu.dixit Ang.in l.si patroni in prin.per gl.ibi.ff ad Treb.& dicit hunc esse casum quotidianum & notandum.& hoc etiam tenet ibi Pau.de Cast.in lectura Paduana & idem tenuit Angel.in §.optimè.in auth.de nup.per gl.ibi, quos refert & sequitur do.Alex.in consi.suo ccxxxj.inci.Visis subtilissimis &c.in iij.col.vbi dicit pro huc facere quod voluit Bal.in l.hac edictali.in fi.prin.C.de incest.nup.

XXXIII.

1 *Neptem ex filio masculo, auo ex masculina linea dici. vnde fit, vt si quis pro se ac suis heredibus è virili sexu prodeuntibus fundum emphyteuticum acceperit, huiusmodi neptis contineatur: quanquam in nepote masculo ex fœmina filia prodeunte non idem.*

1 NEptis† ex filio masculo dicitur ex linea masculina ipsi auo. Ita colligitur ex gl.no.in l.Gallus.in §. nunc de lege.in versi.nam & si.ff.de lib & posth.quam ibi ponderat Bal.& alii post eum dicentes per illam glo.quod si quis acceperit fundum in emphyteusim pro se & suis hæredibus descendentibus per virilem sexum.quod cõprehenderetur neptis fœmina ex filio masculo.licet non compre hendatur nepos masculus ex filia fœmina.quam partem etiam approbat ibi do.Alex.dicens ita consuluisse.& eã etiam approbat do.Alex.in consi.suo cclxvj.inci.Consideratis.in j.col vbi pro hoc allegat text.in l lege duodecim tabularum.in ver.huius itaque legis.C.de legi.hære. & tex.in §.item vetustas.Insti.de hære.quæ ab intest.deferun.quod tene menti, quia quotidianũ:& ego illis proximis diebus habui in facto & bis consului super hoc.De quo etiam vide Alex.in l.vènia.C.de in ius voc.& Mathe. in notab.suo cxxix.inci.Nota vnum dictum singulare & vide etiam Raph.Fulg.in consi.suo lxxxvj.incip.Ex facto proponitur &c.& aliquid per do.Alex.in l.ex facto.in §. fi.post prin.ff ad Treb.& per Soc.in consi.suo xxv.incip. Dominus Frãciscus, in j.col.& do.Io. Crottum in repe.l. filiusfamilias.§.diui.in v.col.versi.Secunda sit conclusio. ff.de leg.j.Et vide Soci.in consi.cxxij.inci.Circa primum. in j.& ij.col.in iij.vol.& Iasu.in l.ij in lxxv.colũ.C.de iure emphy.& Soci.in consi.xciiij.inci.Proclariori.in j.colũ. ante fi.& in consi.lj.inci.Visa facti.in ij.col.in iij.volu.& Ias.in l.maritus.in ij.colum.C.de procu.vbi omnino videas.Alexan.in consi.liij.incip.Consideratis.in ij.colum. in vj.volu.

XXXIIII.

1 *Malam fidem solis probari indicijs.*

1 MAla† fides alicuius probatur per sola indicia.tex.est multũ no.& ibi Bal in l.pen.C.de euictio.& no.Ange.in l j.C.de vsuca.transfor.& in l.super longi.C.de præscri.longi tempo.& voluit Alex.in consi.cclxix.inci.Circa præsentis.in vlti.col.

XXXV.

XXXV.

Tabellionis officium exercēs, qui in hoc institutus ac creatus non est, si tanquam tabellio instrumenta conficiat, mortis pœna plectitur. Et quid si post officij notariatus priuationē, qui prius notarius fuerat, instrumenta conficiat?

2 *Iudaeos ab ecclesia, non haereticos tolerari. Et id cur ita.*

1 ILle qui nunquā† fuit tabellio creatus, si cōficit instrumentum tanquam tabellio, punitur pœna mortis: vt habetur in l eos. in fi. ff. de fals. & per Bal. in l data opera. in xviij. col. versi. dubitatur de eo, &c. C. qui accusa. non poss. Attamen secus est in illo qui aliàs fuit creatus tabellio, & posteà fuit priuatus officio tabellionatus, qui si talis post priuationem facit instrumentum tanquam tabellio, non punitur pœna mortis. Ita singulariter dixit Baldus vbi suprà, & in l. si quis. C. de aquaeductu. lib. xj. rationem alleg. quia iste qui fuit tabellio, iuuatur primordio veritatis: argumento no. in §. quia verò. in authenti. de non alienan. quod dictum refert & sequitur do. Alex. in consil. ccclxxiij. incip. Ponderaris. in penul. col. quod est not. sed tu adde, quòd idem dixit Baldus in l. data opera. in xvj. column. C. qui accusa. non possunt. quem ad hoc refert & sequitur do. Feli. in c. quae in ecclesiarum. in ix. charta. in j col. de constitutio. vbi plura similia adducit. Et eum etiam refert & sequitur do. Feli. in c. super literis. in xxj. colum. de rescriptis. & Ias. in l. praescriptione. in vj. colum. C. si contra ius vel vtili. public. In contrariū tamen facit glo. in c. ministri. lxxxj. distinct. & dicta per Bertachinum versicu. filius bastardus. in xij. versicu. vbi videas. Et facit etiam quod dixit dominus Felin in cap. cōsuluit. versi. Secundò nota, &c. extrà de Iudaeis. vbi di-

2 xit, † quòd Iudaei tolerantur ab ecclesia, non autem haeretici. ratio est, quia fides iudaeorum habet primordium veritatis: secus in fide haereticorum. allegat glo. in l. nullus. C. de summa trini. & fide cathu. Pro quibus etiam faciunt, quae dixi infrà in sing. cvij. inci. Priuilegium &c. & singul. clxxix. nu. 5. vbi videas. Et facit singulare verbum Innocen. in c. cùm venissent de testib. relatum à do. Feli. in c. caeterum. in xj. col. extrà de rescri.

XXXVI.

1 *Clausula, omni meliori modo, &c. maximae est importantia.*

2 *Et quid si in testamento apposita fuerit, non facta mentione quòd relinquatur quid iure institutionis?*

3 *Item, quid si testando inter liberos, testator eam clausulam omni meliori modo, &c. omiserit:*

1 CLausulæ, † omni meliori modo &c. est maximae importantiae: de qua per Petrum de Ancha. in consilio suo lxxij. Visis omnibus & singulis. & per Alexand. in l. si cùm nulla. ff. de re iudi. & per doctores in l. miles qui destinauerat. ff. de testamento milit. & in l. quidam consulebant. ff. de re iudicata & in l. idem Vlpianus. ff. de excusatio. tutor. & per domin. Anto. in c. examinata circa medium. de iudiciis. & in c. literas. de dilatio. & per Baldum in l. vinum. in antepenultima colum. ff. si certum petatur. & per Ioan. de Imola in l. nemo potest. in v. colum. ff. de lega. j. & per do. Francisc. Aretin. in consi. ciij. incip. In causa. in iiij. colum. & per domin Bartholomaeū Caepol. in consilio suo primo. circa finem. & per Alexan. in consil. lxxx. incipien Viso themate. in ij. colum. in v. vol. & in consil. clxvj. incip. viso processu. in ij. col. in eodem volumine. & ibidem in consilio clxxxviij. incipien. Perspectis. in iij. colum. & in consilio cccxxvj. incipiē. Post

2 redditum &c. Et ideo † tene menti, quòd licet ad validitatem testamenti requiratur, quòd pater relinquat filio aliquid iure institutionis: vt in §. aliud quoque capitulum. in authentic. vt cùm de appellatio. cogno. tamen si testator reliquerit particulariter filio, & non dixit iure institutionis, & addidit quòd volebat testamentum valere omni meliori modo &c. perinde est ac si expressisset quòd relinquebat iure institutionis, prout relinqui debet. ita dixit Baldus in l. quoties. C. de haeredibus instituendis. Vide Baueriam in lxv. priuilegio iuramenti. Et dixit etiam Paulus de Castro in consilio suo cccxlvij. incipien. Super primo punctu, quo quaeritur an testamentum, quòd si testator in testamento mandat filiam suam dotari, & posteà dicit quòd vult valere testamentum omni meliori modo, quòd perinde est ac si filię reliquisset iure seu titulo institutionis: quam doctrinam Bald. & Paul. de Cast refert & sequitur dominus Alexander in dicto suo consilio cccxxxvj. incipien. Post redditū. & in dicto consilio lxxx. incipien. Viso themate. in ij. colum. in v. volumi. Et in consilio 50. incipien. In causa. in vltima colum. in vij. volumi. & ibi in consilio cv. incipiē. Su-

3 per his &c. in ij. columna. Et † scias, quòd etiam si testator testando inter liberos non expressisset dictam clausulam, omni meliori modo, &c. quòd tamen tunc illa subintelligitur. Ista est glo. not. in l. cohaeredi. § cùm filiae. in versi. Non valuit. ff. de vulg. & pupil. quam ad hoc multū commendat Io. de Imo. & ibi do. Anto. post eum. Ioan. de Imo in c. Raynutius. in xviij. colum. extrà de testamē. Ad idem est glo. in l. filii C. fami. ercis. in verbo, intestato. quas glo. ad hoc allegauit do. Alex. in consil. clxxvj. inci. Viso processu. in ij. col. in v. volumi. Vide infrà in singu. lxxxiiij. incip. Princeps. & in sing. cccccxlvij. incip. Clarissimum est in iure.

XXXVII.

1 *Statuti approbatio à superiore facta, vt statutum efficax reddat, fiat ex certa superioris scientia, necesse est.*

2 *Et certam scientiam non praesumi.*

1 APprobatio † statuti facta per superiorem ad hoc vt valeat, & valide et ipsum statutum, requiritur quòd sit facta ex certa scientia superioris. Ita in specie dicit Innocen. in capitu. j. in gloss. in versic. infirmatur. de transactio. quod dictum refert & sequitur dominus Alexander in consilio ccclxxxiij. incipien. Viso statuto. in iiij. columna. vbi ipse addit quod habetur in capitu. primo. de confirmatione vtili vel inutili. & adducit Bald. hoc voluisse in l. priuilegia. C. de sacrosanctis ecclesi. & in l.

x si constat. de appellatio. & subdit, † quòd certa scientia non praesumitur secundum Innocent. & docto. in capit. porrecta. de confirma. vtili vel inutili. & facit capitul. ij. de constitu. in vj. De qua clausula vide plenè per domin. Feli. in c. cùm inter priorem. in princ. cum pluribus col. ibi seq. de excep.

XXXVIII.

1 *Emptionem ac venditionem sine pretio cōtrahi non posse: nec per famam probari nisi de certo ac limitato pretio testes deponāt.*

1 EMptio † & venditio non potest contrahi sine pretio.[a]

a Institu. de emptio & venditione. § pretium. l. secunda. ff. de contrahend. empt. l. empti. & l. fina. C. eodem titulo. & tene menti quòd non solùm ipsa emptio & venditio requirit pretium, sed etiam in depositione testium volentium probare venditionem per famam, non probant ipsam venditionem per famam, nisi deponant de certo & limitato pretio. Ita singulariter not Iacob. de Are & Rayn. in l prima. C. de contrahen. & committen. stipulat. & hoc per id quod habetur in dicto §. pretium. quod dictum refert & sequitur domin. Alexand. in consilio suo ccclxiiij. incipien. In causa appellationis. in vj. columna. vbi dicit, quòd pro hoc dicto faciunt not. per Bar. in l. sciendum. in j. col. de verb. obl. quod tene menti: nam pauci sunt dies, quòd istud euenit in causa satis ardua

ADDITIO.

x Sine pretio. Et est ratio, quia substantia venditionis consistit in pretio. l. pacta conuenta. ff. de contrah. empt. d. §. pretiū. & cōtractus redditur nullus quando omittuntur substantialia. l. cùm hi. § praetor. ff de transact. & d. l. pacta. Et ad hoc vide not. per Carol. Molin. in addit. ad Alex. consi. xviij. viso processu causae. in additi. non probabit. lib. j. Roma. consilio cccv. quò ad septimum. col. j. Castrens. Alex. & Ias. in l. si duo patroni. § Marcellus. ff. de iureiu Ro. sing. dccxlix. In cōtrarium tamen videtur tex. in l. empti fides. C. de actio. empt. vbi dicitur, quòd absque pretio, vel mercede, vel conuentione, contractus emptionis & vēditionis nullus est. & quòd idem procedat in teste, ponit Rom. consi. xxx. viso. versic. quidam. & consi. xcj. visis. versicul. tertio. Alexand. consil. xxviij. viso. colum. ij. consilio cxxvuj. ponderatis. libro ij. consilio xxxix. vertitur. colum. ij. lib. quinto. Andrae. Tiraquel. in tractat. de retractu conuentionali, quaestione decimaoctaua. in fine.

Limita secus, quando ageretur de probando titulo cõtra tertium propter præscriptionem, vt per doctor. in d. §. Marcellus. & per Balb. in tract. de præscrip. ij. part. iij. part. princi. q. ix. in fin. Alex. in l. sciendum. col. iij. ff. de verb. oblig. Limita secundò quando probaretur pretium conuentum fuisse solutum, & venditorem in eorum præsentia recepisse & contentum fuisse.

XXXIX.

1 *Mulier nupta ex statuti forma ad mortem nullis liberis veniẽs, si bonorum partem teneatur fratribus relinquere tertiam si fratribus non existentibus, sororibus superstitibus non reliquerit, an petere possint sorores?*

CApias vnum de pane lucrando: in hac celeberrima
ciuitate Bononiæ extat statutum sub rubrica, de do
1 tibus restituend. quo cauetur, quòd † mulier maritata ve
niens ad mortem non habens filios, teneatur relinquere
tertiam partem bonorum suorũ fratribus suis, & si non
reliquerit, possint tamen dicti fratres petere dictam ter
tiam partem. Modò mulier quædã non habens fratres,
sed sorores, venit ad mortem, an teneatur dictis sorori-
bus relinquere dictam tertiam partem: & si non relique
rit, an possint dictæ sorores petere? Videretur dicẽdum
quòd non: quia in exorbitantibus & odiosis masculinũ
non concipit fœmininum. l. j. §. quare. ff. de vent. in pos-
sessio. mitten. l. quisquis. cum gl. C. ad legem Iuliam ma-
iesta. not. in l. si quis in tantam. C. vnde vi. sed in contra-
rium est veritas: quia ipsa mulier veniens ad mortẽ sine
filiis, tenetur relinquere dictam tertiam partem ipsis so-
roribus: & si non reliquerit, poterunt ipsæ sorores pete-
re dictam tertiam partem. Ita singulariter & elegãter
consuluit dominus Alexand. in consilio suo cccccxxxij.
secundum ordinem meum, quod incipit, Animaduersis
&c. in j. ij. & iij. col. & quasi per totum. & idem consuluit
Bal in consi. suo cccxxij. inci. Factũ tale est, statuto com
munia Aretii &c. in iiij. vol. Pro quibus faciunt dicta per
Pet. de Anch. in consi. iij. inci. Superstite domina Anãtia
&c. & vide Bal. in l. tres fratres. versi. Secundò oppono. ff.
de pactis. Et faciunt optimè dicta per Bal. in consilio suo
ccccxvj. incip. Ioan. de Albinzana. in vlti. col. in iij. volu.
Circa hanc materiam vide Alex. in consi. cciij. inci. Viso
themate. in ij. col. in vij. volu. Quæ perpetuò tene menti:
quia non sunt quatuor dies, quòd fui de tali casu à quo-
dam egregio ciue interrogatus.

XL.

1 *Filiumfamilias iudicio non adesse citra patris cõsensum iure constat. An iuramento saltem citra eiusdem patris consensum, se efficaciter obliget ac obstringat?*

1 FIliusfamiliâs † non potest esse in iudicio sine cõsensu patris. l. fin. §. necessitatem. C. de bonis quæ libe. cum simil. Sed ego quæro, an iuramentum præstitum à filiofamiliâs sine consensu patris, valeat, & ipsum obliget? Bald. multum not. dicit quòd non: in dicta l. final §. filius autem. C. de bonis quæ liber. De quo tamen dicto vide Ioan. de Imo. in consil. suo. j. in iij. column. vbi refert hoc dictum Baldi.

XLI.

1 *Iudæus aduersus Christianum testis idoneus non est: ob idque nec in totum iuramentum, nec in probationis supplementum eidem aduersus Christianum deferri.*

1 IVdæus † non potest esse testis contra Christianũ: vt habetur in l. quoniam multi. C. de hære. & in cle. j. de Iudæis. & in c. iudæi. de testi. & in c. pagani. & in c. si hæreticus. ij. q. vij de quo per Spe. in ti. de teste. in §. j. ver. item q̃ est Iudæus. & Bar. in l. cunctos populos. ver. Nonò oppono. in fi. C. de sum. tri. & fide catho. Et tene menti, q̃ sicut Iudæus non potest testificari contra Christianũ, ita nec Iudæo potest deferri iuramentum in litem contra Christianum, nec iuramentum in supplementum probationis. ita sing. dixit Io. de Imo. in consi. suo ij. incip. In casu proposito &c. post prin. alle. in ar. ea quæ not. per gl. in c. cum in cunctis. de elec. circa prin. & no. in auth multo magis. de sacrosan. eccle. Et idẽ voluit do. Alexã. in l. admonendi. in fi. verbis. ff. de iureiu. & do. Io. Bapt. de Cazalupis in repe. d. l. admonendi. in xvij. char. in ij. col. ver. xxviij Pro quibus faciunt dicta per Barb in l. iij. illa stipulatione, si calendis. in xviij. colum. ff de verbo obliga. quod no. contra Iudæos. Et vide in materia ista do. Paridem de puteo in tract. suo syndi. in xciiij char. in versi. fui semel &c. vbi latè loquitur. & Soci. in cõsi suo lxx. incip. In præsenti &c. in j. col.

ADDITIO.

Adde infrà singu. cvij. singu. clxxix. numer. vj. & singu. cclxxiij. nume. 7.

XLII.

1 *Fidem frangenti, eidem quoque frangendam. Et quid in promissione iuramento subnixa? Quid nam in duabus promissionibus iuramento firmatis? nu. 2.*

1 FRangenti † fidem fides frangatur eidem. l. quæro. §. in
ter locatorem. ff. loca. habetur in l. si quis maior. C.
de transact. & in l. cùm proponas. eodem titu. cum mul-
tis simi. Et scias, quòd hæc regula est vera nedum in sim-
plici promissione, sed etiam in promissione iuramen-
to firmata. nam si mihi promittis simpliciter quicquã,
& ego propter illud promito tibi dare decẽ, & huic pro
missioni appono iuramentum, si tu non seruas mihi il-
lam promissionem simplicẽ, ego nõ teneor seruare tibi
promissionem iuratam. Ita not. dixit Ioan. de Imol. in
consi. suo lxxxi. incip. In casu præmisso &c. post prin. al-
leg. not. in l. cùm proponas. C. de pac. & in l siue apud a-
cta. C. de transac. & in c. iij. de iureiu. Vide do. Phili Dec.
in consi. cclxv. incip. In instrumento. in ij colum. & Ba-
neriam in lxxij. priuilegio iuramenti. Pro quibus opti-
mè faciunt dicta per Bald. in Margarita sua, in ver. iu-
2 rans aliquid dare. vbi † tenet idem esse in duabus pro-
missionibus factis cum iuramento: de quibus ibi latiùs
per eum, qui plura alleg. in materia: & vide Oldr. in con-
sil. ccxiij. incip. Vltra iam dicta. in fin.

XLIII.

1 *Debitorem fugitiuũ & à creditore capi, & ad iudicẽ duci posse, etiã si in fuga non sit, modo signa appareant de fuga euidẽtia.*

2 *Monachus de monasterio non fugiens, sed fugiendi animum habens, num apostata censeatur?*

3 *Debitor clericus fugiens, num à laico creditore citra excommunicationis incursum prehendi queat?*

4 *Debitorem alienum occultans, ad debitum creditori soluendum, haudquaquàm tenetur.*

1 DEbitor † fugitiuus potest capi à creditore, & duci ad
iudicem. vt in l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in
fraud. cred. & in authen. vt iudi sine quoquo suffra. §. ne-
cessitatem. & in l. extat. ff. quod metus causa. & in l. quæ
situm. ff. de pign. & Instit. de actio. in prin. Et tene menti,
quòd hoc procedit nedum quando ipse debitor est in
fuga, sed etiam habet locum, si non est in fuga, sed sunt
aliqua signa euidẽtia qualiter vult aufugere: nam tunc
etiam potest capi. Ita sing. dixit Angel. per gl. ibi in l. pi-
gnoris causa C. de pig. act. pro quo dicto facit quod vo-
luit Bal. in d. l. pignoris. vbi dixit, q̃ illud quod operatur
fuga in actu, operatur in promptu. Et pro istis optime fa
ciunt etiã dicta per Bal. in cap. ad nostram. de appel. vbi
2 † quærit, an ille dicatur apostata qui non aufugit de mo
nasterio, sed habet animum fugiendi: & dicit quòd sic.
alleg. pro hoc text.: & gl. singular. in l. quid sit fugitiuus.
§. apud Celsum. ff. de ædilitio edicto. & idem tenet Barb.
in dicto capitulo ad nostram. in secunda colum. Et di-
xit singular. Innocent. in capi. vt famæ. de sentent excõ-
3 municatio, quòd † si debitor fugiens est clericus, potest
capi à creditore laico sine incursu excommunicationis.
De quibus etiam vide domin Paridem de Puteo in tra-
ctat. syndic. in xxiiij. chart. in iij. column. in versicul. In-
tellige quòd potest capi, &c. Et idem dixit Iason in l. vi-
num. in iiij. column. post medium. ff. si certum petatur. &
Bald in margarita sua, in ver. clericus. in secũda colum.
in vj. versicul. incipien. clericus etiam fugiens. & infrà in
singular. cccccxxxvij. incipien. Qui manus, &c. Et ad præ
dicta vide etiam domin. Alexan. in consilio suo cclxxx-
viij. incipien. Et si celeberrimè. in vltima columna. &

quæ

quæ ego dixi in repetitione mea l.fina.C.de probatio.in
lxvij.charta.& infrà in singula.ccxliij.quod incipit, Satis
notum.Et vide Bald.in consi.suo ccxx. incipien.In quæ-
stione.in tertia colum.in princip.in tertio volumine.vbi
4 † dicit, quòd ille qui scienter occultat debitorem alie-
num, non tamen tenetur ad soluendum debitum cre-
ditori:vide tamen quæ dixi infrà in singular.cxxxvij.in-
cipien.In iure.

XLIIII.

1 *Mandatum re integra mandantis morte expirare. Et id tribus limitationibus explicatur:& remissiuè.*

1 MAndatũ † re integra finitur morte mandantis.l.man
datum.C.mand.l.fina.ff.de solutio.§.item si adhuc.
Institu.manda.cum simi.Sed tu limita hanc regulam sin
gul.tribus modis.Primò,nõ habere locum in causa pia:
quia in causa pia mandatum non finitur morte mandã
tis,etiam re integra: sed mandatarius potest adimplere
mandatum mortuo mandante.text.est singul.in l.si ego.
in § j.ff.de iure dotium.quem text.dixit singu.Bal.in c.j.
in fin.qui succes.ten.& Bal.in l.sicut.in fi.C.de act.& obli-
ga.& in l.qui in aliena.in § quamquam.ff.de negot.gest.
& Bal.in dicta l.mandatum.in iiij.colum.& in authent. si
qua mulier.in viij.colum.C.de sacrosanct.eccle.& Bal. in
cap.cùm venissent.de testib.& Ludo.Roman.in l.si pecu-
niam.circa ix.col.ff.de condict.ob causam.& Ludo.Ro-
ma.in l.j.in v.colum.ff.soluto matrimo.& in reperi.au-
then.similiter.in xj.colum.versi.xvij.C.ad legem Falcid.
Secundò modo limita non procedere hanc regulam fa-
uore pacis:& ideo procurator vulnerati constitutus ad
pacem faciendam,poterit facere pacem post mortẽ vul-
nerati.Ita singu.dixit Bal.in additio.Specu.in titu. de ho
micid.in vlti.additio.quam doctrinam non memini me
alibi legisse. Tertiò limita hanc regulam non habere lo
cum,quando mandans tenebatur de necessitate facere
illud quod mandauit mandatario:quia tunc mandata-
rius poterit post mortem exequi tale mandatum, etiam
re integra.tex.est not.coniuncta gloss.in l.fundi vẽditor.
ff.de acquir.possess.& facit text.in cap.si sũper gratia. de
offic.deleg.in vj.quæ iura ad hoc allegauit Alex. in con-
silio clxix.incip.Circa primum.in penult.col.in secundo
volu.& Ludo.Roma.tenens hanc partem in consil.ccij.
incip.Non est dubium &c.& Bald.& Pau.de Castr. in l.si
quis cum procuratorio.in prin.ff.de procura.& vide etiã
aliam limitationem ad hoc per Soci. in consil.suo lxxx-
2 vij.incip.In præsenti.post prin.Vide † etiam alias limita-
tiones ad hanc regulam Albert.de Gandino in tract.vio
lantes. in versi. mortui.in xj.col.versi.& dictis &c.

XLV.

1 *Cessionem iurium,in instrumento causa ipsius non apparẽte,non valere.*

2 *Et an id perpetuum? & num aduersus huiusmodi cessionem simulationis exceptio obijci possit?*

1 TV † scis,quòd cessio iurium non valet, nisi in instru
mento appareat causa propter quã:vt puta ex cau
sa venditionis,vt habetur latè in l.per diuersas. & in l.&
2 ab Anastasio.C.mandati.† hoc tamen fallit, nisi debitor
contra quem habeo iura quæ cedo alteri,esset in præsen
tia,& non contradiceret:nam tunc non poterit vnquam
opponere exceptionem simulationis contra talem ces-
sionem.Ita singu.dixit Bald.in l.cum eslent.§ fi.ff.de ser-
ui.rusti.prædi.per illum tex.quod not.quia nunc ego ha-
beo in facto in causa propria.

XLVI.

1 *Vulneratus pace cum vulnerante de vulnere inita morte deinde ex vulnere secuta,an de morte quoque pax inita esse censeatur?*

2 *Pax de morte antẽ mortem an iueri ac fieri possit?*

1 QVidam † fuit vulneratus,de quo vulnere fecit pacem:
posteà ex dicto vulnere secuta est mors,an hoc ca
su intelligatur etiam facta pax de morte? In quo videtur
dicẽdum,quòd non.nam aliud est vulnus, & aliud mors,
& ex separatis non infertur.l.Papinianus exuli.ff.de mi-
nor.cum simi.Attamen dicas contrarium, secundũ Bal.
singu.in additio.Specu.in titu.de accusa.in ij.col.in ver.
2 pax facta de vulnere.vbi † dicit ex hoc inferri, quòd po-
test fieri pax de morte ante mortem.quod not. Vide quæ
dixi in reperto.meo,in litera P.in xxij.char. in lij.notab.
Pro quibus optimè faciunt dicta per Soci. in consil.lxv.
Circa primam &c.in viij.col.& suprà in singu.xvij.incip.
accessorium &c.

XLVII.

1 *In ore duorum vel trium stat omne verbum. Nec reperiri causam vnico teste contentam.*

2 *Testis vnius ac solius dicti effectus mirabilis, nimirum,vt accusatorem à talionis pœna excuset.*

3 *Et casus alios,quibus solius testis dicto statur.remiss.*

1 IN ore † duorum vel trium stat omne verbum.l.vbi nu-
merus.ff de testi.c.in omni negotio.extrà de testib.c.li
cet.eodem titu.Vide infrà in singu.ccccxxiij.incip. Tri
ta &c.in singu.ccccxxviij.incip.Dixi &c. Et non reperi
tur regulariter loquendo aliqua causa, quæ sit contenta
2 vnico teste,vt in dictis iuribus.Scias † tamen, quòd dictũ
vnius solius testis operatur mirabilem effectum. nam di
ctum vnius testis excusat accusatorem à pœna talionis.
ita singu.dixit Bald in addit.Specu.in titu.de accusat. in
iiij.parte.in versi.penul.quod dicit esse not.dignum. pro
quo optimè faciunt dicta per Barto.& Ange. in l.si præ-
ses.C.si seruus aut liber.lib x & per Bald. in l.fi.in ij.col.
3 versic.quærit ipse &c.C.de probatio Alios † autem casus
in quibus dicto vnius testis statur,vide per do.Aug.& Mo
der in c.veniens.de testib & in l.j.§.fi.vbi per docto.ff.de
verbo.obliga.& per Specu.in titu.de teste.§.restat.versic.
hoc tamen fallit &c.

XLVIII.

1 *Actum iudiciarium alia quàm citationis hora expeditum, nullũ esse,& inefficacem esse,velut parte non citata factum.*

2 *Iudex si die à se dicta sententiam non tulerit,vel actum non expedierit,in hoc à me procuratore constituto,sed mutato proposito,alio die,citato etiam ad hoc procuratore meo,actum expedierit,vel sententiam tulerit,inefficax est huiusmodi sententia,vel actus,quasi ad id parte non citata processerit,siquidem in id tempus non videatur procurator constitutus.*

1 ACtus † factus alia hora,quàm hora citationis,est nul-
lus,& non valet:quia hoc casu dicitur factus parte nõ
citata Ita dixit Barto.per illum tex.in l.fina.§.fina.& ibi
Ange.ff.quod vi aut clàm.Barto.in l.si finita.§.Iulianus.
in v.col.versi. Quæro vtrum primum decretum.ff.de dã.
infect.& Barto.in consilio suo incip.Iudex.& Bald.in l.j.
in penulti.col versi.Modo hic vlterius quæro C.quomo-
do & quando iudex.Bald.in l.si vt proponis.ij.eodem ti-
tu Bald.in l.terminato.in iij.col.versi.Sed nunquid.C.de
fruct.& lit.expen.Bald.in c.j.in vj.col.de iudi.de quo la-
tiùs dixi in repetitio.mea l.fin.in xxxix char.C.de proba
tio.Vide omnino quæ dixi in repetit. mea l.de vnoquo-
que.ff.de re iudi.in xij.col.ad finem.& in xlj.col.post me-
2 dium.in versi.dicit posteà ipse Bal.&c. Et † ideo tene men
ti vnum not.verbum,quòd si iudex dixit se velle facere a-
ctum,vel ferre sententiam tali die,& ego constituo pro-
curatorem ad illum actum pro illa die, vt puta ad audiẽ-
dam sententiam:& iudex illo die non tulit sententiã, sed
alio die,citato tamen dicto procuratore meo, talis sen-
tentia non valet,sed dicitur lata parte non citata : quia
mandatum per me factum illi procuratori meo pro illo
die,finito ipso die expirauit.ita singulariter determinat
Ioan.Andr.in addit.Specu.in titu. de procura.§.ratione
formæ.versi.quid si constitutus est.quod dictum refert &
sequitur Pau.de Cast.in l.si procurator. in fi.C.de procu-
rato vide tamen text.& ibi Abb.in c.consuluit. de offic.
deleg.& Barba.ibidem.& do. Alex. in consilio suo ccxij.
incip.Viso & opportunè &c.in iij.col.

XLIX.

1 *Hæreditatem directè nec codicillis dari,nec adimi posse. Et quid si filius in rem certam pro legitima sua institutus fuerit, num codicillis huiusmodi institutio reuocari possit?*

1 HAereditas † directè dari nec adimi potest in codicil-
lis.l.hæreditatem.C.de codicil.§.penul.Instit. eo. cũ

simi.ideo tene menti, quòd si filius in testamento fuit institutus in re certa pro sua legitima, talis institutio non poterit reuocari in codicillis: licet facta in testamento possint reuocari in codicillis: vt habetur in l.hæredes pa lam.§.si quis post.ff.de testamen.ratio autem est, quia si valeret talis reuocatio, filius remaneret præteritus, & sic testamentum esset nullum: sed non potest annullari in co dicillis dando vel auferendo hæreditatem, vt dixi. Ita sin gulariter determinat Iacob.de Belui.in authen.de hæredi & falcid. & ita consuluit in facto ipse Iacob. vt refert eum & sequitur Pau.de Castr.in l.omnimodo. in fi.C.de inofficio.testamen.

L.

1 *Donationem inter virum & vxorem regulariter prohibitã esse: reciprocam tamen donationem in euentum superstitis vt a prohibitam non censeri, quin etiam morte secuta efficacẽ esse, nec confirmatione egere.*

1 DOnatio † inter virum & vxorem regulariter est prohibita: vt in toto titu.de donatio.inter virum & vxorẽ. Tene tamen perpetuò menti, quòd si coniuges faciant sibi inuicem reciprocam donationem: si contingat alterum præmori, non dicitur donatio prohibita: sed valebit, & non indigebit cõfirmatione per mortem: & etiam non interueniente traditione post mortem poterunt bona peti. Ita singulariter dixit Cy. & post eum Pau. de Ca. in l.si pater puellæ.in fi.C.de inofficio testamen. quod dictum multum exclamat ibi Paul. de Castr. dicens, quod frequenter potest contingere de facto.

ADDITIO.

Adde Roman. singul. cccxij. & quæ ibi addidi. & eundem Hippolyt.singula.cclxij. & singu.cccxxviij. Goid.Pap. singular. dccclxviij.

LI.

1 *Appellatoria causa instantiam communi iure ab interposita appellationis die currere.*

2 *Et quid si statuto cauente appellationis iudex certus eligi debeat è confidentium numero, dato certo iudice post appellationem num instantia appellationis tempus annis triginta, an nunquàm currat?*

1 INstantia † causæ appellationis currit de iure communi à die interpositæ appellationis: vt in clement. sicut. de appel. & in l ij.§.illud.cum gloss C.de tempo. appella.

2 Tene tamen menti, quòd † si statutũ disponeret, quòd debeat eligi certus iudex appellationis de numero confidentium, si post interpositam appellationem partes starent xxx.annis ad faciendum dare iudicem appellationis, nunquam currit tempus instãtiæ appellationis: quia non adest iudex, ad quẽ iri possit, vt ipsa appellatio exerceatur. Ita not.consuluit domi. Christophor de Castellio.per not.in l.si in diem.ff.de condition.& demonstratio.quem refert & sequitur do.Lanfranc.Brixien. in suo notab.tracta.de arbit.in ij.char.in iij.col.pro quo optimè faciunt quæ latè dixi in l.si causam.in vlti. char.C.de execu.rei iud.vbi plura similia posui: & vide quæ dixi infrà in singu.clij.incip.Succumbens,&c.

LII.

1 *Compromissi prorogatio, in latius tempus, quàm primum ipsius compromissi fuerit, porrigi nequit.*

1 PRorogatio † compromissi non pòtest fieri maioris tẽporis, quàm fuerit primum tempus compromissi. Ita singu.dixit Bal.in consilio suo ccxxix.incip.Nobiles viri Henricus &c.in primo volu.in vlti.col. quod dictum refert & sequitur do. Lanfran.Brixien.in d.suo tracta.de arbi.in v.char.in ij.col.io prin.

LIII.

1 *Contumaci constituendo trinam citationem, aut certè vnicã peremptoriam requiri: id tamen inter pares non aquè obseruari in quibus generalis requisitio non peremptoria sat est.*

2 *Ac proinde, arbitri duo si sint dati, horum altero ad laudum, vel actum in eorum arbitrium deductum procedere volente, alterum absentem, aut detrectantem generaliter citare, non etiam peremptoriè, sat esse.*

1 AD † hoc vt quis constituatur seu dicatur contumax, requiritur quòd citetur ter, vel semel peremptoriè. l. consentaneum. C.quomodo & quando iudex. l.tres denũ tiationes.eodem titu cum simi. Scias tamen, quòd istud non habet locum, vbi par citat, seu requirit parem: quia tunc sufficit vnica requisitio generaliter, & non peremptoriè. ita singu.dixit gloss.in clemen.j.de hære.in ver.requiruntur. & idem dixit Bald.allegans eandem gloss.in l.

2 ad peremptoriũ.circa fi.ff de iudi. & † ideo si sunt duo arbitri, & vnus velit ferre laudum, vel facere aliquem actũ, debet requirere seu citare consocium arbitrum, & sufficiet vnica citatio generalis & non peremptoria. quã glo. etiam refert & probat domi Lanfran.Brixien. in suo tracta.de arbit. sub rubric.quot modis compromissum seu arbitramentum annulletur, in xj.colum. circa medium. quod sæpe contingit in facto. & vide quæ dixi infrà in singu.xcj.incip.Regulariter.

LIIII.

1 *Compromissum litigatorum, aut ex his alterius morte finem accipere, nisi contra compromissum sit.*

2 *Sed quid de compromisso in arbitratorum facto?*

3 *Compromissum per prælatũ nomine sua ecclesia, morte ipsius non finiri, sed ad successorem permeare.*

1 COmpromissum † finitur per mortem litigatorum, vel vnius ex litigantibus, nisi dictũ sit quòd transeat ad hæredes litigatorum. l.diem proferre.§.j.ff.de arbit. & in c.fina.de arbitr.habetur etiam in l.sed & interpellatum. §.j.ff.de arbi.& not.Innocen.in cap.fina.extrà de arbitr. Aduertas tamẽ, quòd hoc procedit, vbi compromissum est factum in merum arbitrum, quia tunc finitur morte

2 vnius ex litigantibus: sed † secus est, si sit factum in arbitratorem: quia tunc compromissum non finitur morte vnius ex litigatoribus, sed transit ad hæredes etiã extraneos. Ita dixit Vbertus de Bobio, quem refert & sequitur Specu.in titu.de arbi § finitur.versic.sed nunquid arbitramentum. quod etiam voluit Anton.in c.quintanallis. de iureiuran.quos refert & sequitur do. Lanfran. Brixiẽ. in tracta.suo de arbit.sub rubri. quot modis finitur cõpromissum, in j.col.alios etiã modos, quibus finitur cõpromissum, vide per Specu.in dicto titu.de arbi.in dicto § finitur.& Lanfran.Brixien.in d.tracta.de arbir. sub dicta rubri.quot modis finitur compromissum. vbi videre

3 poteris. & † scias diuersum esse in compromisso facto per prælatum nomine suæ ecclesiæ: quia non finitur per eius mortem, sed transit ad eius successorem in dignitate. Casus est singu.& not.in c.in præsentia.extrà de testib. & ibi hoc not.scribentes, de quo etiam in dicto tracta. sub dicta rubri.in prima col.

LV.

1 *Indicijs legitimis præcuntibus, solennitate iusta obseruata reum quæstioni tradi posse non tamen si clericus reus fuerit, non aliunde infamatus.*

1 ADuertas † ad vnum, quod fortè paucis est notũ, quod vere iam mihi bis fecit honorem. Tu scis, quòd quando præcedunt legitima indicia contra reum potest ipse reus seruatis seruandis poni ad torturam. vt habetur in toto titu.ff.& C.de quæst.& latè per Ange.de Aret. in tractat. malefic.in verbo, fama publica.hoc tamen limita & restringe procedere, & habere locum in laicis: secus autem in clericis: nam contra clericum non potest procedi ad torturam existentibus contra eum quibuscunque indiciis, nisi ipse clericus aliàs sit infamis. Ita sing.dixit Abb. antiquus in cap.grauis.extrà de deposito. & ibi eum sequitur Paul.de Leaza. & eum etiam refert & sequitur Ioan.de Ana.in cap.j.circa v.colum.de cleri. percus. & do. Abb.in cap.cum in contemplatione.de regul. iur. & do. Alexan.in l.fina.ff.de quæstio.in apostil.versic. veniamus ad indicia. & in l.milites.C eo.de quæstio. Et idem tenet Barba.in cap.si confiteterit.in iij.colum.de accusa.quod dictum habui in facto, & practicaui in ciuitate Cumatum, ex quo consecutus fui apud peritos maximum honorem, sed parum lucri: quia ille clericus, quem liberaui à tortura, erat pauper, & promisit mihi satisfacere. Nuper autem inueni do.Feli. referentem illud dictum Abb.

& eum

& eum sequentem in cap.veniens.in secunda colum.extrà de testi.vbi etiam ipse alleg.Abb.& Ioan.de Anan. in dictis locis.& dicit istud dictum esse singu.Et pro hoc facit optimè quod voluit Bald. in l.presbyteri. in princip. C.de episco.& cleri.Idem tenet domi.Feli.in cap.vniuersitatis.de senten.excommunicatio.& in ca.de hoc.in prima colum.versi.secundò limita.de simo.& c.cùm oporteat.in penul.col.de accusa.Ideo tene eum perpetuò menti,licet ipse do.Feli.teneat opinionem Abb contrariam in dicto cap. grauis.in cap.olim.in tertia colum.vet. tertius casus.de rescriptis.

LVI.

1 *Instrumentum testibus non subnixum inutile, nec vllam fidem facere:in publico tamen parlamento,vel coram populo factū valere.*

2 *Assessores à populo selectos ordinariam habere iurisdictionē, sed à potestate electos delegatam.*

1 AD † validitatem instrumenti requiruntur testes: aliàs instrumentum esset inutile,& nullam fidem faceret:vt habetur in l.contractus.C.de fide instrumen.& per gloss.in l generali.C.de tabul.libr.x.& in toto titu de fide instrumen. Sed ego volo tibi dare vnum casum not. in quo valet instrumentū sine appositione testium. casus est quando aliquod instrumentū fit in publico parlamēto, vel corā populo.Nam tunc valet sine appositione testium.Istud fuit singu.dictum Vberti de Bobio:quod refert & sequitur Specu.in titu.de instrumen.edi.§ restat.in vij.colum.versicu. sed cum literis. quod dictum refert & approbat Abb.in c.j.in tertia colum. de fide instrumen. & Barba.in repeti.rubri.de fide instrumen.in xxiiij.char. in ij.colum.vbi ipse adducit in simili dictum Ioan. And. in additio.Specu.in titu.de assessore.§.officium.in prin-
2 cip.vbi † dicit assessores electos à populo habere iurisdictionem ordinariam: sed electos à potestate habere delegatam,de quibus ibi latius per eum.

LVII.

1 *Donationem in dubio non præsumi, præsertim si in alium sensum verba trahi possint:ac proinde patrem filio committere magis,quam donare in dubio videtur.*

2 *Donare rem certam rogatus si petenti respondeat, non id tantùm,sed quicquid tibi placet:non his verbis rem petitam donasse videtur.*

1 NOn † præsumitur donatio in dubio: maximè quando verba possunt trahi ad alium sensum.l.si cùm aurum.ff.de solut.l.cùm de indebito.ff.de probatio.Et hoc est adeò verum,quòd etiam pater in dubio videtur potius committere filio,quàm donare:secundum Bald.in l. executorem.in 2.col.versi.modò quæro,quid econtra.C.
2 de executio.rei iudica.& † ideo si tu petis à me quòd ego donem tibi talem rem,& ego respondeo,& dico,non tantùm istud,sed quicquid tibi placet, an intelligatur quòd tibi donauerim dictam rem per dictam responsionem? dicas quòd non.Istud fuit singulare verbum Bald. in ca. cùm venissent.de institut. circa finem. quod dictum pro valde singulari refert & approbat Ludoui Roman.in repetitio. rubri.de arbit.in j.char.in tertia colum. versicu. nonò pone.& do.Feli.in c.cùm iuramento.de homici. Et Ias.in l.dedi.in § si liber.ff.de condi. cau. data causa non sequuta.Et domi.Alexan.in l ita stipulatus.in prima colum.vltra medium.ff.de verborum obligatio. & in materia vide bonum text.& ibi Barto.in l.si mercedem.§.fin. ff.de actio.empt.quod tene menti,quia prima facie quilibet diceret contrarium.

LVIII.

1 *Mandatum de soluendo creditori meo,re integra reuocari posse, nisi de eo creditori acceptanti facta significatio fuerit.*

1 SI † dedi tibi mandatum de soluēdo creditori meo,possum illud reuocare re integra.l.si cùm Cornelius.ff.de solutio.Teneas tamē menti perpetuò,quòd si dedi tibi tale mandatum,& tu istud significasti creditori meo,qui acceptauit te pro debitore,quòd licet nō solueris sibi pecuniam,vt tibi mandaui,attamen post talem acceptationem suam non possum reuocare tale mandatum tibi factum.Ita singulariter dixit Ioan.Andr.in additio. Specu.in titu.de deposi.quem sequitur Angel. in l.qui vsumfructum.ff.de verb.obli.& Pau.de Cast.in d.l si cùm Cornelius.& domi.Alexand.in dicta l.qui vsumfructum. vbi de hoc dicto facit magnum festū,& vide,quòd non posset esse notabilius verbum.ideo tene menti,& vide quæ dixi infrà in singular.cclxv.incipien.Fines mandati. & in l.nomen quoque. C. quæ res pignori obligari poss. post principium.

LIX.

1 *Innocentibus meritò iura fauere. Et ideo statuto omnes exceptiones excludente,innocentiæ exceptionem minimè excludi.*

2 *Innocentiam domesticis, & minus idoneis testibus probari.quin etiam ex officio,vel non petente inquisito,ad eam probādam, iudex probationes recipere & potest,& debet.*

3 *Innocentiam suam clericus per laicos probare potest, sed & per fœminas.*

1 INnocentibus † iura fauent,& meritò.Ideo scias,quòd stante statuto excludente omnes exceptiones,non excludit exceptionem innocentiæ.Ita dixit singula. Bal.in l.edita.in repetitio. Paduana.in penul. colum.C. de edē. quod dictum refert & sequitur pro valde eleganti Ioan. de Ana.in consi.suo lia.incip.Visa inquisitione.in prima colum.& do. Alexan.in consilio suo cxiij.incipien. Viso themate.in secunda col.in v volumi.vbi dicit, quòd hoc etiam voluit Bald. in l.j.§.Offilius.in penul.col.ff.ne quis eum qui in ius voc.est,vi exi.& Ange.in consi.clxxiiij.incip.In facto proponitur,quòd Baldaserl. & idem firmat Alexan.in apostil.ad Barto.in l.j.§.& patui. circa finē.ff.
2 quod vi aut clàm.Et † subdit Ioan.de Ana. in d.consilio, quòd etiam ipsa innocentia potest probari per domesticos,& per testes minus idoneos.Ad quod alleg.Specu. in titu.de inquisitione.§.j versic.sed nunquid eas &c.Et voluit Alexan in consilio suo xxxiiij.incip.Animaduersis.in xiij.col.in fi in secundo volumi. & dicit,quòd imò iudex ex officio etiam inquisito non petente potest,& debet recipere probationes ad probandam innocentiam. alleg. Barto.in l.j.§.si quis vltrò.ff.de quæst.& in l.si non defendantur.ff. de pœn.pro quibus etiam facit secūdum eum, quod habetur ij.quæstio.v.cap.omnibus.ad finem. Adde quod not.in c.cùm in iuuentute.de purga. cano. & in ca.
3 cùm P.extrà de accusa.in † quibus habetur, quòd clericus potest probare innocentiam suam etiam per laicos, & etiam per fœminas.quæ omnia tene menti ad adiuuandum innocentes:& vide quæ dixi infrà in singu.lxxij. incipien.Per totam fere Italiam.

LX.

1 *Instrumento mandati si substituendi facultas data non sit,sed sequenti instrumento,quo cōstituens releuat procuratorem ab omni onere,& eius démque substitutum,cauétque ac repromittit pro eis,an his verbis,substituendi potestatem videretur dedisse ipse constituens?*

2 *Instrumento verbum quodque minimum appositum aliquid operari debet.*

1 TItius † constituit procuratorem,& el in instrumento mandati non dedit specialiter potestatem substituendi alium:sed posteà in eodem instrumento quando ipse Titius releuat procuratorem ab onere cautionis, dicit,quòd dictum procuratorem seu eius substitutum releuat ab omni onere cautionis. vnde pro eis cauet & promittit,an per ista verba videatur sibi dedisse mandatum substituendi?quilibet diceret quòd sic:quia aliàs illa verba,procuratorem seu eius substitutū &c.nihil operarentur,contra §.quibus.in j constit.C.& l.ampliorem. §.in refutatoriis.C.de appel.cum simil. & contra doctrinam Bald in rubri.C.de contrahen.empt. in ix quæstio.
2 vbi dicit,† quòd vnumquodque etiam minimum verbū appositum in instrumento,debet aliquid operari. Contrarium tamē deciderunt domini de Rota in antiquis decis.in titu.de procura.in xxiij.decisio.incip. Si in procuratorio &c.& idem firmat Dominic.de S.Gemin.in ca.j. §.licet.de procur.in vj.& do.Alex. eos referens in consil. suo ccxvj.incip. Visis bis.in ij.col.in v.volu.

LXI.

1 *Testimonium duorum testium paritate posita,vnius dicto præfer-*

ri, id tamen non perpetuum præscriptum cum de instrumento fouendo ac sustinendo agitur.

1 DIctum † seu testimonium duorum testium præfertur dicto vnius tantùm, stāte paritate ipsorum testium. l. iij. § eiusdem quoque. in ver. numerus ff. de testi. habetur in cap veniens. extrà de restib. & facit c. j. de treug. & pace. & authen. itaque. C. communia de succes. cum multis simi. Tene tamen perpetuò menti vnum singulare verbum, in quo dictum vnius testis præfertur dicto duorū. Nam si duo sunt testes, qui contradicant instrumentu, & vnus tantùm testis qui deponat pro instrumento, ꝙ hoc casu non erit reprobatum instrumentum: sed sustentabitur ex dicto illius testis, & ex fide tabellionis: vnde erunt tunc necessarii tres testes ad reprobandum ipsum instrumentum. Ita singu. dixit Ioan. de Imol. in cap. cùm Ioannes. de fide instrumen. circa penulti. colum. quod dictum pro not. refert & sequitur domi. Alexand. in consilio suo aciij. incipien. In causa & lite. in vltima colum. in quinto volumi. & dicit istud dictum non reperisse dictū seu scriptum ab aliquo alio prǽterquam à Io. de Imol. ibi, quod ipse reputat valde not.

LXII.

1 *Reductionem ad arbitrium boni viri peti non posse, sed sublatum esse intelligi, posito statuto, quòd aduersus laudum arbitriúmve exceptio oppons nulla possit.*

1 REductio † ad arbitrium boni viri peti non potest, sed intelligitur esse sublata stante statuto. quòd cōtra laudum non possit opponi aliqua exceptio: ita singulariter dixit Bal. in additio Specu. in ritu. de arbitr. in vij. col. in versicu. Sed quid si statutum. quod dictum refert & sequitur domi. Alexan. in consilio suo caiij. incipien. Viso themate. in vltima colum. in quinto volumi. & in l. j § & parui. ff. quod vi aut clàm. in apostillis ad Barto. in vltima colum. Et idem dixit Bald. & clarius in Margarita sua, in verbo, statutum. in vlti. versic. de quo dixi in l. si causa. in ix. col. C. de execu. rei iudi.

LXIII.

1 *Donationem mortis causa factam pœnitentia reuocari, siquidē est sic donantis ad mortem vsque voluntas: nisi tamen absque hærede donans decedat.*

2 *Donatio mortis causa hæreditatis aditionem non desiderat: quandoquidem non vltima merè est voluntas sed contractus naturam verius redolet. Et ibidem limitatio remissoria.*

DOnatio † causa mortis reuocatur per pœnitentiam, quia ambulatoria est volūtas defuncti vsque ad mortem l. iij. in fi. cum l. sequen ff. de adimen. lega. Quod tamen limita, nisi donans sine hærede decedat: quia tunc talis donatio per pœnitentiam non reuocatur. ita singu dixit Ange. in l. qui Romæ. § Flauius Hermes. ff. de verborū obligatio. alleg. l. j. iuncta gloss. ff. de his qui sine manu. ad liber perue. & idem dixit ipse Angel. in disputatione sua incip. Astensis miles. & in l. circa. § si cui. ff. ad legem Falcid & in l. ij ff. de lega. j. & subdit ipse Ange. in dicto §. Fla

2 uius. quòd ratio huius dicti est, quia prędicta † donatio ad sui confirmationem non requirit aditionem hæreditatis, vt not. gloss. in l. fili r. C. fami. ercisc un. ad quod est melior gloss. iuncto text. secundum Ioan. de Imol. videlicet in l. legatum. §. penulti. ff. de his quibus vt indign. quia talis donatio non est merè vltima voluntas, sed sapit naturam contractus: vt in l. tam his. § j. cum ibi not. ff. de donatio. causa mortis. & hanc partem etiam firmat do. Alexan. in l non omnis. ff si certum pet. & in dicta l. qui Romæ. §. Flauius. vbi latiùs loquitur allegās prædicta. & ibi etiam ponit vnam limitationem & restrictionem ad hāc doctrinam, de qua ibi per eum: quam doctrinā tene menti, quia est not. & dicit Ang. in d. §. Flauius. quòd illa doctrina, seu istud dictum est inauditum fortasse &c.

LXIIII.

1 *Statuto cauente, velut in Italia, vt nemo vicinus, aut coniunctus rem alienet immobilem, nisi prius coniuncto, vicino, vel conforte admonito, si res huiusmodi immobilis à coniuncto, vicino vel consorte absque admonitione alienata fuerit, an coniunctus, vicinus, vel huiusmodi consors rem sic venditam rei vendicatione pretio numerato ab emptore petere possit?*

2 *Et id intra quantum tempus liceat?*

3 *Et num id ius & facultas vendi, aut cedi alteri queat?*

1 IN † multis partibus & ciuitatibus Italiæ est statutū, seu prouisio, quibus cauetur, quòd coniunctus, seu vicinus non possit rem immobilem alienare, nisi primò interpellet ipsum coniunctum, vicinum, vel cōsortem, an velit dictam rem emere. Et si dicta res fuerit alienata non seruata tali denuntiatione, vel requisitione, venditio & alienatio sit nulla: & nihilominus possit coniunctus vel vicinus dictam rem vendicare ab emptore dato sibi pretio, quod exbursauit in emptione ipsius rei: quod quidem statutum valet: secundum Bald. in l dudum. C de contrahen. empt. & Bart. in l. ij. C. de debi. ciui. lib. xj. in fi. penulti. col. versi. item nota & Innoc. in c. constiturus. de in integr. restit. & Alex. in consilio suo lij. incip. Viso themate. in j. col. in j. volu. Vide in hac materia do. Phil. Dec. in consil. ccxxij.

2 incip. Viso puncto. in iij. & iiij. col. Modò † operæpretium est scire intra quantum tempus potest ipse coniunctus, vicinus, seu cōsors offerre pretium emptori, & talem rem venditam sine eius requisitione vendicare, & acquirere. In quo dicas quòd ipse coniunctus, seu vicinus habet ad hoc terminum vnius anni tantùm, quo elapso non poterit dictam rem vendicare, etiam pretio oblato. dictum est sing. Bald. non omnibus notum, in ca. j. §. si Titius. per illum tex. in tit. si de feu. fuer. controuer. inter do & agna. in vsib. feud. quod dicit ipse mēti tenendum: quia nisi ipsi coniuncti, vel consortes intra annum consequantur rem alienatam, contractus ipse factus in extraneum silentio confirmatur: & ideo dicit ibi Bald. coniunctos seu consortes debere esse circa hoc bene cautos, & prudentes. Quod dictum refert & sequitur do. Ias. in l. ij. in viij. col. C. de iur. emphyteu. & in l. prætor ait. §. si aliquando. in pen. & vlti. col. de oper. no. nun. & Deci. in consi. cclxxvj. & in consi. ccxxviij. incip. In casu. in j. col. Et idem tenet Barb. in c. plerunque in v. col. de rescript. vbi refert se pro hac parte consuluisse Lesenæ in facti contingentia. & illud dictum Bald. etiam refert & sequitur do Feli. in ca. quæ in ecclesiarum. in xaxiiij. col. ver. tamen quia in hoc. de con

3 stit. An † autem proximior, vicinus, vel consors cui competit ius recuperandi talem rem, possit tale ius alteri vendere vel cedere? dicas quòd non: secundum Alber. de Rosa. in j. parte statuto. q. lxxxix. incip. Sed an proximo. & vide in materia istorum consortium notabilia dicta Soci. in consilio suo lxxiiij. incip. In præsentium. in v. col. Tene menti: quia quotidianum est.

LXV.

1 *Rapiens mulierem mortis pœna plectitur statuto cauēte, vt & iure etiam communi cautum est. num quis virginem vi capiens, humique prosternens, ibidémque carnaliter cognoscens eadem pœna sit plectendus, sic q; raptus pœna?*

2 *Raptus quando dicatur, & quando stuprum?*

1 STatuto † cauetur, quòd rapiens mulierem puniatur pœna mortis, vt etiam est cautum de iure communi. l. j. C. de raptu virgi. l. raptores. C. de episc. & cleri. Modò pone, aliquis cepit per vim quandam virginem, & eam prostrauit in terram, & ibi eam carnaliter cognouit: an ille sit puniēdus pœna mortis. & sic pœna raptus? dicas quòd non: quia statutum loquitur de rapiente, sed iste non ra-

2 puit: quia † raptus est quando mulier per vim capitur, & transducitur de loco ad locum: vt habetur in d. l. vnica. C. de rap. virg & in l. qui cœtu. §. vacantem. ff. ad legem Iul. de vi publi. Sed si per vim virgo capiatur, & carnaliter cognoscatur, & non rapiatur, tunc est propriè stuprū, & non raptus: vt colligi potest Instit. de publ. iud. § item lex Iulia de adulteriis. & § item lex Iulia de vi. ver Sinautem per vim. ita singul. dicit Alberi. de Rosat. in iij. parte statutorum, in q. xxx. incip. Item pone quæstionem quam narrat Gandi. Idem expressè dicit Paul. de Castr. in d. l. raptores. in j. col. Et hanc partem tenuit consulendo super contingentia facti, Raph. Cuma. in consi. suo xcv. incip. Christophorus, &c. vbi idem tenet, & firmat per rationes & iura Albe. & per alia de quibus ibi per eum. Et idem expressè firmat Alberi. Gandi. in tract suo malefi. sub rub: de multis quæstio. dependen. statu. in ij. char. in iij. col. ver. Item pone quæstionem de facto. ad quæ optimè

mè faciunt dicta per Bal.in consi.suo ecc vj.incip.Statuto Placentiæ,&c.in iij.volu.quem omnino vide.

LXVI.

1 *Attestationibus publicatis super eisdem articulis testes recipi nō posse,iuris esse constat medici tamen etiam publicatis testimonijs super cicatrice in facie remansura inquiri possunt.*

1 PVblicatis † attestationibus non possunt super eisdem capitulis testes recipi.cle.testibus.de testi. cap.fraternitatis.eodem titu. cum simil. hoc tamen fallit in testimonio medicorum deponentium super cicatrice remásura vel non:quia si sunt recepti testes super hoc,an cicatrix sit remásura necne, & eorum dicta sint publicata:tamen adhuc alij super eodem possunt recipi iam ad petitionem alterius partis,quàm ex mero officio iudicis. Ita singulariter dixit Bal.in c.causam.in prima col. de probatio.quod dicit esse notandum.

ADDITIO.

Adde alium casum in quo recipiuntur testes post publicationem,per Roma.sing.lxxxj.& ibi addi.& infrà sing.cxxviij.

LXVII.

1 *Mulier à patre vsurario dotem in creditorum fraudem recipiēs, in euentum restituendarum vsurarum,num dotem, velut ex vsuris profectam restituere teneatur?*

1 MVlier † recipiens dotem à patre suo scienter in fraudem creditorum,tenetur illam restituere . text.not. in l.fina.§ j ff.quæ in fraudem credito.Sed ego quæro de quæstione quotidiana.Quidam vsurarius, qui nihil habet in bonis nisi illud quod extorsit per vsurariam prauitatem,tradit filiam suam nuptui,dando ei dotem amplam:vtrum mortuo patre ipsi debentes recipere vsuras possint petere dictam dotem,& mitti in possessionem dictæ dotis:certè videretur dicendum quòd sic:argu. illius §.j.sed dicas contrarium.singularis est decisio Federi. de Senis in consi.suo lxiij.incip. Quæstio talis est,quidā vsurarius.vbi singu.loquitur & mouetur pluribus iuribus & rationibus,de quibus ibi per eum.& dicit quòd idē voluit Hostien in cap.tua.de vsur.quam doctrinam Federic.refert & sequitur Ange.in l.Lucius Titius.ff.quib.modis pign.vel hypoth. sol.subdens.quòd hoc casu nec mulier,nec etiam maritus poterit cōueniri:& hoc dicit esse verum quando quantitas est data in dotem:si autem esset datus fundus extortus ex vsuris,tūc non potuisset dari in dotem,nisi cum causa sua:& ideo maritus tunc poterit conueniri tanquam quilibet possessor. Quod est singulare dictum secundum Ange.ibi. Tene menti,quia modernis temporibus sæpè constituuntur dotes filiabus ex vsuris & rapinis:quandoque etiam ex bonis turpiori modo quæsitis.

LXVIII.

1 *Statuto cauente,quòd qui in via publica alium offenderit, pœna mille florenorum plectatur:num alium in flumine publico offendens statuti teneatur pœna?*

2 *Et quid si in fluminis ponte?*

1 STatuto † cauetur,quòd offendens aliquem in via publica,vel in strata, puniatur pœna mille. Modò Titius offendit Sempronium in flumine publico,an debeat puniri pœna mille?dicas ꝙ non.Ita singulariter dixit Bald.

2 per illum tex.in l.fi.in fi.ff.de serui.rusti.præd.Secus † autem dicit esse in ponte fluminis,quia offendens aliquem in ponte fluminis,dicitur eum offendisse in via publica, seu in strata publica,& puniretur pœna prædicti statuti. quod tene menti.

LXIX.

1 *Scriptura priuata fidem non adhiberi.Et quid si in hoc partium consensus,non seruata solennitate,interesserit?*

1 TV † scis quòd priuata scriptura regulariter non facit fidem [a] seu probationem.Sed an consensu partium fieri possit quòd priuatæ scripturæ alicuius non solenniter confectæ adhibeatur fides?dicas quòd non. Ita singulariter dicit Innocen in cap.cum P.tabellio.de fide instrumen.quem refert Bald.in l.de quibus.ff.de legib.& Ludo.Roma.consi.cciiij.incipi. Pro discutienda.in prima colum.vbi subdit secus esse de consuetudine. de quo vide etiam per Barba.in rubri.de consueru.in penul.col. in princ.vide tamen ad prædicta quæ dixi circa hoc in l. instrumenta.C.de probatio.& in repetitione mea rubri. C.de probatio.in materia scripturæ priuatæ.

ADDITIO.

a Non facit fidem.Adde quòd priuata scriptura facit plenam fidem quando habet subscriptionem testium,& per ipsos cōprobatur.l.scripturas.C.qui potio.in pigno.habe. item quando probatur per comparationem literarum.authen. at si contractus.C.de fide instrumen.item quando sunt testes deponentes quòd eā viderunt scribi:aliàs si per solam subscriptionem testium,vel per solam comparationem literarum comprobabitur,faciet duntaxat semiplenam probationem.d.authen.at si contractus.& ibi not.& in corpore vnde sumitur. §.quia igitur.posset tamen esse tanta vis,quòd iudex daret cōparationi plenam fidem.vt in eodem titu.§.si verò. & not.ff. de iureiur.l.admonendi.per Bar.& per Ang.ibi.item facit plenam fidem quando pars confitetur per scribentem.l.Publia. §.fina.ff.deposi.

LXX.

1 *Iudex laicus & si in vniuersum de spiritualibus causis non cognoscat,de causis tamen in quibus summaria cognitio versatur,noscere non prohibetur.*

2 *Iudex secularis apud quem exceptiones forum ecclesiasticum respicientes proponuntur,remittendo eas ad ecclesiasticum iudicem,quid facere debeat.*

1 IVdex † laicus de causis spiritualibus regulariter nō potest cognoscere,nec se intromittere. cap.decernimus. & cap.quanto.de iudic. & in cap.bene quidem.xcvj.distinctio.l.omni nouatione.C.de sacrosanc.eccle.cum simil.& per do.Alexan.in l.Titia.ff.soluto matrimo. Scias tamē,quòd vbi summaria est cognitio,non est iudici laico de spiritualibus prohibita cognitio.Ita not.dixit Specu.in titu.de primo decreto.§.restat.versicu. Quid si agatur actione priuilegiata.& idem not.Bal.in l.ij.C.de Carbo.edicto.in authen.ei qui iurat.C.de bon.authori. iudi. possid.& Ludo.Roma.referens prædicta in consilio suo

2 xcix.incipien.in proposita.in prima col. Et † teneas etiā menti perpetuò,quòd iudex secularis coram quo exceptiones respicientes forum ecclesiasticum opponuntur, remittēdo tales exceptiones ad iudicem ecclesiasticum debet opponenti statuere terminum ad producēdum coram eo capitula,quæ vult probare in curia ecclesiastica, vt videat an capitula releuent:& si non releuāt, potest ad vlteriora procedere.ita consuluit Ioan.Calderin.& Ioan.de Lig.quem refert & sequitur do.Alexan. in dicta l. Titia.in iij.col.ff.sol.mat & est not.

LXXI.

1 *Iuramentum actum super quo interponitur, firmare dicitur : ac proinde si superior ciuitatis statuta seruare affirmet, ob id ab eo confirmari censentur.*

1 IVramentum † firmat actum,super quo interponitur,vt meliori valeat modo quo valere possit.l.cùm pater § filius matrem.ff.de lega.ij.& ideo tene menti quòd si superior iurat seruare statuta ciuitatis:per tale iuramētum talia statuta dicuntur esse ab eo confirmata.ita singular. dixit Bald.in consil. suo cclxxiiij.incipien.Per statutum. in primo volumi.

LXXII.

1 *Bannitus ex causa delicti ob contumaciam,si in Potestatis bānentis manus recidat,qualiter bānum recognoscat? & quid si aduersus bannum obijcere velit,an sit audiendus?*

2 *Bannum ex statutorum forma terrarū Italiæ hodie mortale esse: nec redeunti termino banni lapso,ac comparenti, veniā dari.*

3 *Contumax,& si ex statuti forma pro confesso habeatur,si tamen eum culpabilem non esse iudici constet,vel delictum commisisse nullum,non debet nec potest eum condemnare iudex, nec condemnatum si liqueat de innocentia executioni corporali tradere.*

PEr totam ferè Italiam viget statutum,maximè in criminalibus,quòd contumax habeatur pro confesso.

1 Sed † ego quæro,aliquis fuit bannitus ex delicto per con-

tumaciam,ſtante bāno fuit captus à Poteſtate:qui Poteſtas fecit eum recognoſcere bānum, ſcilicet fecit ipſum apud acta confiteri ſe eſſe illum hominem,qui in illo banno continetur,vt ſeruat communis practica.de quo pulchrè & ſubtiliter per Ang.in l.inter ſtipulantem.§.j.ff. de verborum obligatio.& in l.ij.ff.de liber.& poſthu. & per Ang.de Are.in §.quadrupli.in ij.col.Inſt.de act.& per do. Alexan.in dicta l.ij.ff.de libe.& poſthu. Vtrum talis bannitus ſit audiendus volens opponere aliquam exceptionem contra bannum?in quo dicendum videtur ꝙ non: quia bannum extinguitur,& bannitus auditur,quando comparet in termino ſibi in banno aſsignato,nam tunc tale bannum reſoluitur in vim ſimplicis citationis: ſecundum Barto.in l.j.in fin.ff.de requiren.reis.& Bal.in l. j.C.de poſt.& Barto.in l.quiſquis.C. ad legem Iul. maieſta.& in l.diuus.ff de cuſto.reo. & Alexan. in conſil.xxx. incip.ex allegatis &c.in vltimis verbis.in vij.volu. Et di-
a cit ipſe Barto.in dicta l.quiſquis.quòd † bannum,quod datur hodie ſecundum ſtatuta terrarum Italiæ,eſt mortale:& lapſo termino banni,non datetur venia venienti & comparenti ad mandata.pro quibus etiam faciunt dicta per Bald in l.ita demum.circa finem.C.de procurat. & faciunt dicta per Bald.in ſuo eleganti conſi.clxvij.incip.Titius accuſatus,denuntiatus vel inquiſitus,in ſexto volu.Sed tene tamen menti perpetuò,quòd licet bannitus millies confiteatur ſe eſſe illum de quo in citatione & banno ſit mentio, tamen ſi tunc opponit exceptionem quæ ſi fuiſſet oppoſita à principio ante bannū,ipſe bannitus iudicium ſuſcipere non fuiſſet compulſus: ꝙ tunc iudex declarabit iudicium & bānum eſſe nullum. Ita ſingu.dixit Barto.in l.non videtur.quæ eſt l.iij.in fi.ff.de iudic.Quod dictum refert & ſequitur do.Nellus in tracta. banni.in ſecunda parte primi temporis,in ij.quæſtio.in fi.Pro quo dicto faciunt adducta per Alexan.ibi in apoſtillis.& vide Pau.de Caſt.in ſuo excellentiſsimo conſilio xxxiij.incip.ſuper primo quæſito,&c.in ij.colum. vbi dicit,quòd ſi poſt terminum banni comparet bannitus & negat ſe commiſiſſe delictum,quod videbatur tacitè cōfeſſus ex contumacia ex forma ſtatuti, quòd ipſe eſt audiendus. alleg. quāplura de quibus ibi per eum. Et idem clarius dixit Iaſ.in l.is qui in iij.col.in verſi.& ex iſto tex. C.qui teſtamenta facere poſſ.vbi latius loquitur. Et circa materiam iſtam vide omnino do.Bonifacium de Vitalinis in ſuo tracta.malefic.ſub rubri.de forma accuſa. porrectæ per ſyndicum.in ſecunda colum.verſi. ſed quid mihi accuſatus,&c.& Iaſ. not. loquentem in l.is qui. in iij.colum.C.qui teſtamenta facere poſſunt. Et per domi. Nellum in tracta.bannitorum,in ſecunda parte ſecundi temporis,quæſtio.xxxiij.& ibi in quæſtio.lxiij.in fi.Scias
3 † etiam in hac materia aliud not.videlicet,quod licet ex forma alicuius ſtatuti contumax debeat haberi pro cōfeſſo:attamen quando iudici liquet talem contumacem
a non eſſe culpabilem,[a] vel nullum delictum commiſiſſe, licet ſit contumax,iudex non poteſt,nec debet eum condemnare.ita ſingu.colligitur ex verbis Bal.in rubr.C.de mann.vindic.& hoc voluit Barto.in conſilio ſuo 1 o.incip.à domino Cyn.&c.in vltima colum.in princip.& hoc per l.ſi non defendantur ff.de pœnis.& per alia iura per eos allegata.pro quibus faciunt optimè dicta per Iaſ.in dicta l.is qui.in dicta iij.col.& ſingul.dixit Innocen.in c. ſignificantibus.in fin.de purgat.vulg. quòd ſi poſt cōfeſſionem & condemnationem liquet de innocētia rei, non
b debet contra eum fieri executio[b] corporalis. quod etiā tenet ſequendo Innocen.Bal.in l.vnica. in vlti. colum.C. de confeſſ.& Salice.in l.fina.in tertia colum. verſi.ex quo collig.C.de quæſtio.in fin.& vide Cæpo. in conſil. ſuo xx. incip.Quidam dum eſſet,&c.in vlti.col. in conſil.xxj.incip.Viſo proceſſu, &c. in ſeptima & octaua colum. & in conſilio ſuo xlix.incipien.Quanquam.in fine. & eundem Cæpol.in cautela ſua cclv.incipient. Similem cautelam, &c.in fine. & ſuprà in ſingular.lix. incipi. Innocentibus, &c. Quæ omnia tene menti: quia ſæpe occurrunt in facto, & ſunt de pane lucrando. & ego hanc vltimam doctrinam practicaui dum aſsiderem in ciuitate Fauentiæ.

ADDITIONES.

a Non eſſe culpabilem. Adde Pet.de Rauen.ſing.lxxxj.

b Executio. Adde tamen quòd iudex lata ſententia non poterit ipſam reuocare,ſed debet principi ſcribere: vt eſt caſus nota. in l.j.§.ſi.ff.de quæſtio.& ibi per gl.& Doctor.

LXXIII.

1 *Teſtes inhabiles minúſque idoneos,ſi aliter veritas erui nequeat, ad teſtimonium admitti, qualiter intelligendum. & quando procedat? nu 3.*

2 *Probationem etiam minus legitimam in defectum legitimæ admitti,tum.quum ex negotij aut actus natura probatio haberi nequit.*

PLures ſunt qui allegant illam iuris regulam,videlicet, vbi teſtes idonei non poſſunt haberi,admittuntur inhabiles,vt veritas habeatur:de qua per Salic. in l.ea quidem.in prima colum.verſic. ad quintam quæſtionem.C. de accuſa.& per Ange.in tracta.malefic. in verſicu. *menteuor di mal dadi*.in prima colum.& per Innocen.in c.cùm I.& A.de re iudic.& per me latiſsimè fortè vltra alios, in repetitio.mea l.fina.C.de probationib.in iiij.chart.circa
1 medium.ſed hanc regulam non intelligunt. Ideo † ſcias tu,quòd dicta regula,quòd teſtes inhabiles admittūtur, quando veritas aliter ſciri non poteſt, intelligitur procedere & habere locum,quādo ex natura illius facti ſeu negotij alij teſtes non poſſunt occurrere : vtputa, ſi loquamur in ciuili ad probandum ea quæ aguntur in capitulo canonicorum:nam ipſi canonici erunt idonei teſtes: & idem in vniuerſitate.cap.veniens.ij.§.fina.de teſti. no. per gloſſ.in cap.dilecti.in verſi.& ſi tres.extra de elect.licet aliàs tales teſtes non ſunt idonei,quò ad plenā probationem,maximè quando tractatur de commodo ſingularium perſonarum ſecundum dominum Antonium in cap.cùm nuntius.de teſti.Ioan.Andr.in additin. Specu. in titu.de teſte §.j.verſi.ſed nunquid in cauſa vniuerſitatis.& voluit domi. Alexan.in conſi.ſuo xviij.incipi.Viſo & diſcuſſo.in ij.col.in ij.volumi.& in eo.volumi.in conſi. cxxxvj.incip.In cauſa & lite.in v.colum. pro quibus facit: nam ea quæ fiunt in domo poſſunt probari per eos, qui habitant in domo.l.conſenſu.C.de repud. Secus autem ſi alij teſtes idonei ex natura illius negotij & rei poterant adeſſe & occurrere,licet caſualiter non interfuerint: nam tunc teſtes minus idonei non admittuntur etiam ſi veritas aliter ſciri non poteſt.ita ſingu.dixit do. Anto in cap.tertio loco.de probatio.Idem dixit do. Philip. Dec. in conſi.cxxxiij.incipien.Viſo.in vltima colum.& conſi. cccx.viſis.in ſecunda colum.Et idem voluit ipſe do Anto.in conſi.ſuo xxiiij.incipien Quæſtio dubia vulgata habet,&c.circa fin.& ibi dixit,quod illa iura quæ dicunt poſſe recipi teſtes qui reperiuntur,vbi alia deficit probatio,intelliguntur & loquuntur in actibus, in quibus habitu & actu attento communi curſu alij teſtes non habētur.Sed vbi actus actu & habitu & communi curſu ſic ſe habet,quòd poſſunt alij teſtes haberi,licet fortè non habeantur actu,tunc ad plenam fidem non ſufficiunt tales teſtes non integri:aliàs ſequeretur quòd ſemper teſtes etiam non integri ſufficerent:quia ſemper litigantes allegarent ſe alias probationes non habere: ideo tales non admittūtur,vt plenè probent, ſed vt faciant qualē qualem probationem:vt not.etiam gloſſ. in l.etiam matris. ff.de probatio.ita formaliter dixit do.Anto.in dicto cōſilio ſuo xxiiij quem refert & ſequitur dominus Alexan. in conſilio ſuo lxiiij. incipien.Viſo themate. in primo volumi.pro quo ipſe allegat tex.cum gloſſ.in cap.fina. de teſtibus cogendis.vbi dicit Abb.ſecundum eum in ſecun-
2 do nota.quòd † in defectum probationis ſi ex negotij aut actus natura nō poteſt haberi probatio,admittitur probatio minus legitima.item allegat etiam Abb.in cap.de cætero.de teſtib.vbi etiam videas domi.Feli.in prima colum.& idem dixit domi.Alexan.in conſilio ſuo cliij. incipien.Viſo proceſſu.in vj.colum.in quinto volumin. Et
3 ſcias,†quòd quando teſtes non integri debeant admitti, quando veritas aliter ſciri non poteſt,eo caſu debet primò conſtare quòd alia probationes deficiant, aliàs non debent admitti.ita not.dixit domi.Alexan.in dicto conſilio ſuo

filio suo lxiiij.in vlti.columna vbi ad hoc allegat iura de
quibus ibi per eum. Vide domi. Philip. Deci. in suo consi.
cccxlij.incip. In causa.in prima & secunda column. Quæ
omnia tene menti: quia quotidie occurrunt in facto.&
ego aliàs feci reprobare plures & plures testes minus ido
neos.& vide quæ in hoc latissimè dixi in repetitio.mea
l.si.C.de proba.in quinta charta, circa prin. vbi latius lo-
quutus sum.

LXXIIII.

1 *Malus semel, in eodem mali genere semper malus præsumendus*
Et contrà, bonus semel. &c.nu.5.
2 *Iuramento damnum passi si statuto cautum sit, vt stetur, non*
eius tamen sacramento stabitur, qui semel, aut alias peie-
rauit.
3 *Sic qui in iuratoria cautione præstita semel peierarit, huiusmo-*
di cautionis iuratoriæ beneficium ac priuilegium amittit.
4 *Rapiens vi mulierem, si statuto id cauente mortis pœna sit: feriendus. an qui solutam alias cognitam vi rapuit, ac cognouit, in huiusmodi statuti pœnam incidat.*
6 *Incendium in domo habitantium alioqui diligentium, vigilum,*
ac sedulorum si obortum sit, nec appareant contra ipsos habi-
tantes de culpa alia indicia, de incendio nequaquam ipsos
teneri.

1 TV habes regulam vulgatissimã, quòd † semel ma-
lus semper præsumitur malus in eodẽ genere ma-
li, de qua in regula, semel malus. cum concord. de regu-
lis iuris, in vj. Sed pro ampliatione ipsius regulæ volo tibi
2 tradere aliquas not. doctrinas. & † primò scias quòd stan
te statuto quòd de damno dato stetur sacramẽto dam-
num passi, quod si est damnum datum alicui, qui aliàs
a iurauit falsum, & sic periuro: non stabitur[a] hoc casu eius
sacramento: sed erit sibi necesse probare aliter de dam-
no suo quàm per sacramentum, non obstante prædicto
statuto. Ita singulariter dixit Ioann. Andræ. in additio.
Specu. in tit de rest. §.j. in iiij. charta in additio. incipien.
allegat Pig. quod etiam expressius dicit Barb. in capitu.
per tuas. per gloss. ibi, extra de simo per tex. & gloss. in c.
paruuli. xxij. quæstio v. quem tex. & gloss. etiam allegauit
Barb. in tract quartar. in ij. q. sui tracta. in ix. colum. ver.
quartù limita. pro quibus etiam facit quod dixit Bal. in
authen. & qui iurat. in princi. C. de bo. autho. iudic. poss.
3 vbi per illum tex. dicit, † quòd ille qui releuatus fuit à sa-
tisdatione per iuratoriã cautionem, perdit illud priuile
gium, si semel præstitit iuratoriam cautionẽ, & fuit per-
iurus. quod etiam voluit Ludo. Rom. in l ij in prin. in ix.
colum. versi. quòd autem si debens cauere. ff. soluto ma-
trimonio. & volunt Modern. in l. ij. §. quod diximus. ff. si
quis cau. Et istis adde singulare & aureum dictum, iudi-
cio meo, Pau. de Castr. in consilio suo ccciij incip. Viso
4 dicto statuto. vbi consuluit, † quòd stante statuto quod
rapiens mulierem per vim puniatur pœna mortis, quòd
si quis rapuit mulierem solutam, quæ fuit alias tacta, seu
deflorata ab aliquo, non cadit in pœnã statuti: quia non
præsumitur quòd eam rapuerit per vim, cùm alias con-
senserit alteri: quod est singu. no. & idem voluit Alber. de
Rosat. in ij. parte statu. in q. xcij. incip. Sed pone aliquis,
&c. & Alberic. Gandi. in tract. suo maleficio. sub rubr. de
aliquibus quæstionib. in variis maleficiis. in j. col. in fin.
ver. Quæro de facto. Pro quo faciunt dicta per Iac. Butr.
in addi. ad tractatum Albe. Gandi. de maleficiis, sub ru-
bri. quomodo de maleficio cogno per inquisitionem, in
iij. col. ver. vnde quanquàm. & faciunt dicta per Ang. in l.
qui iudicio. ff. de accu. & gl. in l. Cassius. ff. de senat. & glo.
in l. inciuile. C de furt & in l. cum allegas. C. de vsur. & fa
ciunt dicta per Ludo. Roma. in consi. suo clxvij. vbi addu
cit in argumen. l. qui semisses. de vsur & c. illo vos. de pi-
gno Et faciunt dicta notabilia Baldi in authentic. cui
relictum. in iij. columna post princip. C. de indict. vidui.
tollend. & in Specul. in titul. de instrumen. editio. §. in-
strumentum. in vij colum. & per domi. Alexan. in consil.
ccclxiiij. incipien. In causa. in iiij. colum. & Ludouic. Ro-
ma. in consi. liiij inci. Visis. circa finem. & Cazalupum in
repe. l. admonendi. in prin. vij. col. de iureiur. ver. Limita
secundò. & in ca. j. de offi ordi. & vide quæ dixi in repeti-
tione mea l. si C de proba. in x. charta, circa fin. Contra
prædicta tamen faciunt dicta per Cyn. Bal. & alios in l. j.
in fin. C. de probationib. vbi videas. Et vide quæ dixi in-
frà in singu. ccxvij. incipien. Ter vel quater. circa finem.
5 & † scias quòd sicut semel malus semper præsumitur ma-
lus, vt in dictis iuribus: ita econuerso, semel bonus sem-
per præsumitur bonus. & ideo dixit singulariter Bald. in
consi. suo cxj. inci. Quidam nomine Restorus de Corto-
6 nio. in v volu. quòd † vbi habitantes in domo erant con-
sueti esse vigiles, si alia indicia contra eos non apparent,
non tenentur de incendio, licet aliàs incendium præsu-
matur ortum culpa habitantium. quod dictum pro not.
refert & sequitur do. Alex. in l. si quis ex argentariis. in §.
prætor ait. in vlt. col. ff. de eden.

ADDITIO.

a Non stabitur. Adde etiã quòd non stabitur iuramento dam-
num passi, si per partem aduersam contrarium probetur se-
cundum Ang in l. qui restituere. ff. de rei vendi. vide eundem
Hippo. infrà sing ccclvij. inci. extant statuta.

LXXV.

1 *Citationis effectus maximus, cui lex, ac iura maximè fauere di-*
cuntur, adeò vt ipsius non facta exceptio aduersus sentẽtiam
obiici queat, quamlibet statutarius rigor vllam aduersus sen-
tentiam exceptionem non admittat.
2 *Citatione partis non præeunte, non procedit arbiter, & si statutũ*
iuris solennitatem tollat.
3 *Citatione partis omissa papa procedere nequit: ni potestatis pleni-*
tudine vtendum putarit.

1 CItatio † est maximi effectus: ideo iura volunt quòd
de vnoquoque actu fiendo pars citetur, aliás actus sit
nullus. l. de vnoquoque. ff. de re iudi. l. nam ita diuus. ff. de
adopt. cum infinitis similibus. & tene menti quod adeo
lex fauet citationi, & eam requirit, quod stante statuto
quòd contra sententiam non possit opponi aliqua exce
ptio, poterit tamen opponi exceptio citationis non fa-
ctæ. ita singulariter dixit Ioan. Calde in consilio suo viij.
quod incipit, An sententia lata contra absentem. & est in
tit. de re iudi. & idem dixit Pet. de Ancha. in consilio suo
ccxij. incip. de iure communi &c. vltra medium. & idem
dixit Abbas in consilio suo xcij. incip. attingam iuxta
ordinem. in ij. colum. ante medium. in ij. volu. Pro quo
facit quod voluit Ludouic. Roma. in repetit. rubric. ff. de
2 arbi. in vij. colum. versic. xvij. &c. vbi † dicit, quod stante
statuto quod arbiter possit cognoscere non obstante a-
liqua iuris solennitate, quod tamen non poterit proce-
dere absque citatione partis. ad quod allegat Bar. in ex-
trauaganti, ad reprimendum. in ver. videbitur. & in l. j. ff.
de testa. mili. & in l. filiusfamilias ff. de dona. & dixit no.
3 Host. in c. vestra. de procu. & ibi Io. Andr. quòd † etiam
Papa non potest procedere parte non citata, nisi hoc fa-
ciat de plenitudine potestatis. pro quibus faciunt quæ
ego latissime dixi in hac materia in repetitione l. si. C de
proba. in xxxviij. char.

LXXVI.

1 *Testem in dictis parte veracem, ac in parte falsum ac menda-*
cem, in totum falsum censeri Et qualiter id intelligendum nu
mero 2.

1 COmmunis † conclusio doctorũ est, quòd testis in par-
te verus, & in parte falsus, in totum reputetur falsus:
vt tenent Bar. Bal. & scribentes in l. si ex falsis. C. de trans-
act. Bal. in l. certi condictio. §. quoniam ff si certum pet.
in penul. col. ver. Decimus. Bal. in c. j. in ij. col. de constitu.
Bald. in c. cum adeo. in j. col. de rescrip. Abb. in c. iij in fi.
de fide instrumen. Cardi. in cle. j. in fin. de testi. gloss. in c.
si ad scripturas. ix. dist. Bal. in l. fin. in iiij. contrario. C. de
edicto diui Adria. tollen. Bald. in l. ij. C. de fideicommiss.
liber. Bal. & Ange. in l. j. in §. si quis simpliciter. ff. de verb.
obliga. & ibi Imo. in vlti. col. Bald. in l. si veteris. C. de fide
instrumen. circa finem. glo in c. quid ergo. xxiij. quæstio.
2 v. Inn. in c. fraternitatis. de hæreti Sed † tene tamen men-
ti vnum singulare verbum, videlicet, quòd licet testis in
parte falsus in totum reputetur falsus, vt dictum est,

attamen si testis in suo testimonio negat illud, & dicit
falsum super eo, quòd si confessus esset, eum non repelle-
ret à testimonio, quod hoc casu eius dictum valet, & non
reprobatur, sed probat. ita singulariter dicit Iaco. But. in
l. Lucius. ff. de infami. vbi dicit, quòd si aliquis sit meus af
finis aliqua affinitate, qua nota & manifesta non repel-
leret eum à ferendo testimonio pro me: si tamen in eius
depositione dictam affinitatem negauit mētiendo, non
tamen per hoc eius dictū annullatur, licet propter men-
dacium possit puniri crimine stellionatus. quod dictum
pro valde no. refert & sequitur Ange. in consi. suo cxciiij.
incip. visis processibus causæ. in fin. ij. col. quod dicit esse
not. dignum. & Iac. in l. si ex falsis. in vlt. col. C. de trāsact.
& in l. si quis nec causam. in pe. col. vet. adde etiam. xxv. ff.
si cer. pe. & in l. si duo patroni. in §. idem Iulianus. in vlti.
col ff. de iureiur. vide omnino Alexā. in consi. cliiij. incip.
viso themate. in ij. col. in v. vol. De quo dixi latius in repe.
l. fi. C. de proba. in xlv. char. post prin. vbi videas. & faciūt
dicta per do. Feli. in c. super literis in ij. col. de rescri. ver.
Prima conclusio. & ibi in vj. col. ante fi. & faciunt etiam
dicta per eundem in c. in nostra. xvj. col. circa princip. de
rescript. Et faciunt optimè dicta per Ludouic. Roman. in
consilio suo cclxix. incip. circa primum. in penulti. col.
ante finem.

LXXVII.

1 *Patientia siue tolerantia accedente taciturnitate consensum inducit.*

2 *Patientia superioris bannitum per ciuitatem ferentis, facit vt pro non bannito bannitus præsumatur, sicque occidi impunè nequeat, etiam si statutum iubeat, ac licere caueat.*

3 *Patientia ac tolerātia superioris velut mandatū habentur, adeò, vt si quis se pro locumtenente superioris gerat, eodem superiore sciente ac patiente, præsumitur superior id voluisse & mandasse.*

4 *Episcopi authoritas, si dubitetur ne in ecclesiæ fundatione interuenerit, ad coniectura ac præsumptione colligendum, nempe, vt si longo tempore pro ecclesia fundus cultus fuerit.*

5 *Patientia Principis vim priuilegij habet.*

1 PAtientia † seu tolerantia cum taciturnitate inducit
consensum, secundum Bal. & Ange. in l. si filius. C. de
peti. hære. & in l. qui in aliena. §. quòd si non adierit ff. de
acquiren. hære. & Inno. in c. illud. de præsump. & per Bar.
in l. siue possidetis. C. de proba. & in l. post mortem. ff. de
adop. & in l. j. C. qui admitti. & per Archid. in c. nemo. de
consecra. distin. j. & per do. Card. in ca. requisisti. de testa.
per Ludo. Roma. in l. sciendum. ff. de verbo oblig. & Abb.
in c. licet Heli. de simo. per Petr. de Ancha. in cle. j. de pri-
uile. & per doct. in d. c. illud. per Barb. in repet. rub. C. qui
admitti. in iij. col. ver. limito. & per eundem in repe. rubr.
de fide instrumen. in xxix. chart. in ij. iij. & iiij. colū. Vide
singu. verbum Alexand. in consi. cxxviij incipien. sentio
insuper. ad fin. in vj. volumi Et ex hoc tene menti nni. &
2 singu. verbum Salic. videlicet, † quòd stante statuto quod
banniti possint impunè offendi, quòd bannitus qui to-
leratur per ciuitatē à superiore, non poterit impunè of-
fendi: quia talis patientia & tolerantia superioris indu-
cit consensum ipsius principis seu superioris volentis i-
psum haberi pro non bannito. Vide Decium in consilio
cccxavij. incip. viso casu. in vlt. colum. Ias. in l. omnes po-
puli. nu. 47. ff. de insti. & iure. Ita singu. dixit Sali. in l. nul-
lus. C. de Iudæis. quod dictum refert & sequitur Ioan. de
Ana. in c. sicut Iudæi. in iiij. colum. de Iudæ. & ibi do. Feli.
in penult. colum. & illud dictum etiam refert & sequitur
do. Alexan. in consi. suo primo. in vlti. col. in ij. volum ad
quod allegat l. j. §. scientiam. ff. de tribu. & l. j. §. magistrū.
ff. de exercito. per quem text. dicit Guli. de Cu. secundum
3 eum in l. j. in prin. ff. de exercito. quòd † si quis gessit se pro
locumtenente alicuius superioris sciente & patiente ipso
superiore, quòd videtur sibi tacitè mandasse vt se gere-
ret pro suo locumtenente. pro quo facit etiam secundum
eum ibi, quod voluit Innocen. in capitu. ex parte decani.
in princi. de rescrip. & in c. in nostra. de procurat. Arch.
In c. qui ad agendum. de procura. in vj. Item illud dictum
Sali. in d. l. nullus. refert & sequitur do. Alexan. in consilio
suo cvij. incip. Pro inuestigatione. in vlti. colū. vbi etiam
pro hoc allegat not glo. & doct in ca. quia circa. de con-
san. & affi. & illud dictum etiam sequitur do. Alexan. in l.
fi. ff. de adol. & in consi. suo viij. in ij. col. in vj. volumine. Et
domi. Feli. in c. quæ in ecclesiarum. versi. Quartus casus.
de consti. & in c. j. in vij. colum. de treug. & pace. Et Ias. in
l. omnes populi. in vlti. char. in fi. ff. de iusti & iure. & in l.
vbi pactum. in vj. col. versi. aduerte etiam. C. de transact.
Pro quo dicto facit glo. quam nemo allegat ad hoc, in c.
cum I. & A. in verbo, posuerunt. de re iudi. & faciunt di-
cta per Ange. in l. si duo. ff. de acquiren. hæred. & dicta per
Salice. met in l. j. ante finem. C. de testa. quem refert & se-
quitur Barba. in repe. rubri. de fide instru. in xxvij. chart.
in iij. colum. ante fin & facit singu. verbum Archi. in cap.
4 nemo. de consectatio. distinct. j vbi † dicit, quòd quando
dubium est an in fundatione ecclesiæ interuenerit autho
ritas episcopi, quòd tunc præsumendum est quòd inter-
uenerit, quando locus pro ecclesia lōgo tempore cultus
fuit. quod dictum refert & sequitur plura addendo. Soci.
in consilio suo cclxx. incipien. consideratis, &c. in ij. co-
lum. in fi. & facit no. verbum Bald. in l. secunda. ij. colum.
versicu. Ista regula est vera. C. quæ sit long. consue. vbi di-
5 xit, † quòd patientia principis habet vim priuilegij seu
confirmationis. & faciunt optimè dicta per domi. Nel-
lum in tract. bannito in iij. parte secundi temporis, quæ-
stio lxxxiiij quem videas omnino. & faciunt etiam dicta
per Abb. in consilio suo vij. incipien. Tria. circa princip.
in ij. colum. & ibi in iij. columm. versicu. imputandum est
enim &c. Vide quæ pro isto dicto Salie. ego vltra omnes
cumulaui in repetitio. mea l. fina. C. de probatio. in xlvij.
chart. & in sequen. char. ibidem: & vide infrà in singul.
cclxxxiiij. incip. tolle moras. Vide infrà in sing. cccxxx.
incip. si bene. & in materia ista patientiæ cum taciturni-
tate: vide dominū Philip. Decium in consi. suo lxvj. incip.
de duobus. in sexta columna. in fin. vbi ponit singul. ver-
bum. & dominum Franci. de Are. in consi. xj. incipi. pro-
cedendum. in penultima colum. post prin. & vide Innoc.
in c. illud. & ibi Ioan. And. de præsump. quos refert & se-
quitur Bal. in l. siue possidetis. in iij. opposi. C. de probat.
& vide quæ dixi in repertorio meo, in litera P. in xxviij.
char. in quinto notabili. Socin. consi. lxiij incip. in causa.
in secunda columna. in iiij. volumi. & quæ dixi in l. j. in
§. si quis dicatur. in penult. colum. de quæst. & Socin. in
consilio lxvj. incipien. viso compromisso. in j. columna.
in iiij. volumine.

LXXVIII.

1 *Exhæredandi filium causas plures esse, at si quam filius aliam maiorem enumeratis in § aliud quoque capitulum. in authen. vt cum de appel. cog. & per gl. in c. quintaualle. de iureiurand. in patrem commiserit, poterit etiam exhæredari.*

1 PLures † sunt causæ propter quas pater potest exhære-
dare filium: de quibus in §. aliud quoque capitulum.
in auth. vt cum de appellat. cog. & per glos. in c. quinta-
uallis. de iureiuran. sed vltra causas enumeratas in dictis
locis, scias quòd si filius aliquam causam maiorem illis
committat contra patrem, poterit exhæredari, licet ta-
lis causa non numeretur in dictis locis: ita singul. dixit
Ange. in l. lex Cornelia in princ. ff. de iniur. quod est not.
nec memini me alibi vidisse hoc dictū: de quo feci men-
tionem in repet. mea l. fi. in lxxiiij. chart. C. de proba. & in
l. vnius. in §. cognitiurum. circa fin. ff. de quæstion. & vide
etiam Bald. in l. pen. C. de sponsa. & do. Felyn. in cap. pa-
storalis. in j. colum. ante medium. de rescrip.

ADDITIO.

Adde Petr. Gerard. de Petrasanct. singul. j. & circa materiam ingratitudinis vide j. sing. 413. & quæ ibi addidi. & an ingratitudo excludat quem à successione ab intestato, per Corset. sing. 142. & Guliel. de Lud. sing. 3.

LXXIX.

1 *Confirmatio superioris defectū forma, persona & solennitatis supplet, & alios quoque defectus, scilicet iuris ciuilis non naturales, & qua-*

& qualiter id procedas & limitetur nu. 3.
2 *Statutum excludens exceptiones omnes, eas quæ à iure naturali promanant, non excludit.*
4 *Impetrationem etiam de aduersarij consensu factam nullam esse.*

1 CONfirmatio † superioris supplet defectum formæ, sup
plet defectum personæ, supplet defectum solennita-
tis, & alios defectus: secundum Bal. in l. fin. ff. de testa. tut.
& secundum Oldr. latius in consi. suo cclvij. inci. Factum
tale est. in iiij colum. quod tamen intellige omnem defe-
ctum, scilicet iuris ciuilis, non autem iuris naturalis: ita
dixit Ange. in l. adoptio non iure facta ff. de adop. quem
refert & sequitur Alex. in consi. cccclxix. incip. viso pun-
cto. in vij. colum. idem dixit domi. Card. in cle. j. in pen.
colum. ver. xxiiij. de elec. idem dixit Specu in titu. de leg.
§. nunc ostendendum. vet. xviij. & Io. de Imo. in l. quidam
consulebant. in viij col. ff. de re iudi. & do. Anto in c. j. de
transact. & voluit do. Alex. in consi suo lxxxix. inci. Cir-
ca primum. &c. in vij. colu. in j. volu. vbi dicit de hoc esse
tex. in cle. pastoralis. in § cæterùm de re iudi. & in ca. illa.
& ibi not. Anto. de But. de elect. hanc etiam partem fir-
mat domi. Francis. de Aret in consi. suo viij. inci. Abun-
dè satis. in ij. col. & Bal. in addi Spec. in d. tit. de lega in ij.
col. versi. supplentes. vbi dicit illud dictum Specu. ibi esse
no. dignum. Hanc etiam partem tenuit Pe. de Ancha. in
consi. suo clxvj. incip. visis diligenter. in fi. pe. col & dom.
Barth. Cæpo. in consi suo xvij. incip. visa. in fi. verbis. pro
quo faciunt optimè dicta per Ang. in consi. suo cxvij. in-
2 cip. in facto proponitur. circa fi. vbi † dixit, quòd statutū
excludens omnes exceptiones, non comprehendit exce
ptiones causatas seu prouenientes à iure naturali. quod
consilium refert do. Alex. in consi. suo cxiij. incip. viso. in
ij. col. in v. volu. & in materia ista etiam vide aliquid per
Bal. in l. & si certarum. ff. de testa. mili. & in l. j. C. de testa.
tu. & latè per do. Feli. in c. sciscitatus. in iiij col. de rescrip.
& adde idem esse in his quæ sunt de iure diuino, secundū
Bal. Ang. & Imo. in l. filius à patre. § fin ff. de lib. & posthu.
quos refert & sequitur do. Feli. in c. postulasti. in xviij. col.
3 de rescript. Et † scias etiam, quòd confirmatio superioris
licet confirmet omnia, & suppleat omnem defectum, vt
suprà dixi, attamen hoc fallit, quando in re confirmabili
est vitium non purgabile etiam à principe: putà defectū
citationis. ita dixit Abb. in c. ea quæ. de re iudi. quem ibi
in vlti. col. refert & sequitur do. Feli. allegans pro hoc di-
ctum Hosti. in c. j. de transactio. & dicit de hoc esse tex. in
cle. pastoralis. ad fi. ibi, nec prædicta suppletio de re iud.
& facit not. verbum Ioan. Andræ. in addi. Specu in titu.
de rescri. præsentatione in §. ratione quoque impetran-
4 tis. versic. item quòd impetrauit. vbi † dixit, quòd impe-
tratio facta ab excommunicato est nulla, etiam si impe-
trasset de consensu aduersarii. quod dictum refert & se-
quitur domi. Feli. in c. venerabilem. in j. colum. in fin. de
except. vbi dicit, quòd idem dixit domi. Anto. in c. cæte-
rum. in vlti. col. de rescrip. & vide quæ dixi infrà in singu-
lari clxiij. incip. crimen falsi. circa finem. & infrà in not.
hic sequen.

LXXX.

1 *Temporis immemorialis cursus, & si in præscribendo idem, quod priuilegium præstet, id tamen in vniuersum non obtinet, nimirum in præscribente non capace.*

1 TV habes † quòd cursus tanti temporis, cuius initii
memoria non extat, operatur idem quod priuile-
gium. c. super quibusdam. de verborum signific. Illud ta-
men fallit, vbi præscribens esset incapax: ita singulariter
dixit Io. Monachus in cap. ij. de præben. in vj. quem sequi
tur Abb. in c causam. de præscript. & in cap. quanto. in j.
no. de consue & in c. nouit. in xij. col de iud. & in c ad au-
res de præscri. & do. Ant. in c. peruenit. in vj col. de censi.
& Bal. in l. omnes. in fi. C. de præscript. xxx. anno. & Domi
nicus in capitu. cathol. xj. distinctio. & Abb. & Ioann. de
Ana. in capitu. ad hæc. de simo. & Cardina. in consi. lviij.
incipiente, proposita quæstio. & domin Felin. qui præ-
dicta ponit in dicto capitu causam. de præscrip. in prima
columna. versicu. signa theoticam. & vide dicta in præ-
cedenti not.

LXXXI.

1 *Scriptura, instrumenta, & aliæ probationes, vt producta probent, quid obseruandum. nu. 2.*

ADuertas ad vnum, ad quod pauci procuratores &
1 aduocati animaduerterunt: & scias † quòd omnes scri-
pturæ, & instrumenta, vel aliæ probationes debent pro-
duci parte præsente vel citata: aliàs non probant. iij. q. ix.
c. chartæ. l. iudices. & ibi Bal. in iiij. not. C. de fide instru l.
properandum. §. si autem reus. & ibi not. Ang. C. de iud.
no. Bal. in l. item illa. ff. de consti. pecu. & Ang. in l. omniū.
C. de testa. & facit l. si quem. & ibi Bald. C. de testi. voluit
do. Alex in consi. suo cclxxxviij. incipi. Et si celeberrime,
&c in penul. col & faciunt dicta per do. Alexan. in consi.
2 ccccxvij. incip. Circa id, &c. Sed † fortius scias, quòd ad
hoc vt scripturæ, instrumenta, vel aliæ probationes pro-
ductæ in iudicio probent, & fidem faciant, non solùm est
necesse quòd producantur parte præsente vel citata, vt
iam dixi: sed est etiam necesse quòd detur copia parti cū
termino ad opponendum. ita sing. dixit Bar. in extraua-
ganti, ad reprimendum. super verbo, de plano. quod di-
ctum refert & sequitur Ange. de Aret. in §. appellantur in
vltimis verbis. insti. de exceptio. & Lud. Rom. in l. qui an-
te calendas. ff. de ver. ob. & idem Lud. Roma. in consi. suo
clvj. incip. Honorande domine. vbi alleg. Bal. in duobus
locis approbantem hoc dictum Bart. & pro eo allegan-
tem tex. in d. c. chartæ. iii. q. ix. quod dictum Barto. etiam
refert & sequitur Ludo. Roma. in consi. suo cccccxix. in-
cip. In casu propositæ, & c. do. Alex. in l. fi. in apostillis. C.
de fide instru quæ omnia tene menti: quia, vt dixi, pauci
ad hoc animaduerterunt: & ista tamē quotididie veniūt
in facto Et aliàs de hoc dicto Bar. & sequaciū consequu-
tus sum maximum honorem in ciuitate Ianuæ: non ta-
men inter rusticos & imperitos, sed profectò in cœtu pe-
ritorū: & aliqui fuerunt qui admirati sunt de dicto Bar.
dum sibi illud ostēdi. Et in hac materia productionis in-
strumentorum, vide Gemi. in consi. acviij incip. saluato-
ris, &c. quasi per totum.

LXXXII.

1 *Possidentis rem duobus venditam conditionem potiorem, & prior possidens secundo præfertur, & si in emptione posterior fuerit. Et in hoc, & l quoties. C de rei vendicatione. limitationes congesta sex, & reliqua remissoriè perstricta numero 2. 3. 4. 5. 6. & 7.*
8 *Lex, quoties. C. de rei vend. num in donatione de eadem re duobus facta locum habeat?*

VOlo tibi dare aliquas notabiles & vtiles limitatio-
1 nes. Tu habes l. quoties. C. de rei ven. quę vult † quòd si
vendita est res duobus, ille præfertur, qui est in possessio-
ne. Vide Bald. in l. senatus. ante fin. C. qui accu. non poss.
& Barto. & Alexand in l. sepulchri violati. ff. de sepulchro
2 viola. Attamen d. l. limita † primò non habere locum in
a feudis: quia si datum est primo aliquid in feudum, &
postea illud detur alteri, & iste vltimus apprehendat pos-
sessionem, tamen non obstante quòd habeat posses-
sionem, admittitur primus. Ita per plura iura conclu-
dit Ludo. Roma. in consi. suo lxx. incip. Viso themate, &c.
3 in ij. colum. Secundò † limita dictā l. non habere locum,
in persona ecclesiastica vendente, quia primus emptor
primò habuerit possessionem. Ita singu. dixit Ioan. And.
& Hostien. in capit. continebatur. de his quæ fiunt à præ-
la. sine consen. capi. allegant c. cùm autem. de iure patro.
& c cum inter canonicos. de electio quod dictū pro val-
de not. refert & sequitur Ludo. Roma. in d. consi. suo lxx.
& illud etiam refert & sequitur pro valde notabili idem
Ludo. Roma. in consilio suo ccxcvij. inci. Circa præmis-
sam, &c. in vlt. colum. vbi dicit, quòd ratio huius dicti est
secūdum Io. And. quia ecclesia quæ nutrix & auctrix de-
bet esse iustitiæ: vt in c. j. §. sed diuersum de alie. feud. non
debet in suis contractibus fraudem adhibere. de dona-
tio c. per tuas. de renun. cle. cum illusio. nec alicui laqueū
præstare. xxviij. q. j. cap. de viduis ij & illud dictum et ani
pro valde not. refert & sequitur Ludo. Roma. in repe an-
then. similiter. in iij. chart. in j col. ver. xij. C. ad l. Falc. vbi
dicit, quòd illud dictum est communiter incognitum leg. stis

& canonistis:& illud etiam refert & sequitur Feli.in cap.
cùm olim.in iij.col.de re iud.Vide tamẽ do.Alex in cõsi.
suo cxxij.incip.Viso processu.in vlt.colum.in v.vol.& in
consi.lxxxiij.incip.in causa & lite.in ij.vol.& do.Felin.in
c.ecclesia sanctæ Mariæ.de constit.in xxiiij.col.ver.simi-
4 liter per prædicta,&c.Tertiò†limita d.l.quoties.quãdo
venditor in prima venditione cõstitueret se precario no
mine primi emptoris eãlem rem venditam possidere:nã
isto casu licet realiter non tradiderit possessionem pri-
mo emptori,si postea vni alteri vendidit,& tradidit pos-
sessionem ipsius rei,attamen primus emptor propter di
ctam clausulam erit potior:& ita d.l.quoties.non solùm
habet locum in traditione naturali,sed etiã in ficta. Ita
singu.dixit Ioan.And.in addi.Spec.in tit.de emp.& ven-
di.in §.sciendum.in xvj.col.in additio.inci.Hic dubita-
tur si iste vendat &c.& idem expressè firmat Bal.in consi.
suo cvj.inci.venditor constituit &c.in iiij.vol.de quo etiã
per Bal in rub.C.de contrahen.emptio.in xvj.q.Quartò
5 †limita d.l.quoties.quando primò vendita esset res per-
sonæ priuilegiatæ,etiã si secundo emptori esset facta tra-
ditio quia tũc præfertur ipsa persona priuilegiata, vt est
ecclesia vel ecclesiastica persona.Ita dixit gl.not.in l.siue
autem.§.si duobus ff.de publiciana.& idem tenet glo.&
Bar.in l fi.C.de sacrosan.eccle.& Bar.& doct.in dicto §.
si duobus Quintò limita d.l.quoties non habere locum
in pauperibus Christi:quia si tales pauperes primò eme-
runt,& posteà alius emit:licet iste posterior emptor ade-
ptus fuerit possessionem ipsius rei: attamen ipsi paupe-
res sunt potiores,& præferũtur secundo emptori.Ita no.
dixit Bald.in d.§.si duobus.& ibi Ange.post eum. Sextò
6 †limita d.l.quoties.non habere locum in matrimonio:
quia si vni promittitur puella consentiens per verba de
præsenti:& alteri secundo promittatur & tradatur, valet
primus contractus.tex.est in c.fi.de sponsa.quem text.ad
hoc allegat do Fel.in c.j.in ij.col.vt lite non contest Item
7 †alias limitationes ad d.l.quoties.vide per domi.Alex.
in dicto §.si duobus.& in dicta l.quoties.& per Bertha.in
repertorio suo,in verb.emptor primus.Vnum tamẽ non
omitto in hac materia,videlicet,quòd si venditor tem-
pore primæ venditionis nullum ius habuisset in re, sed
postea facta secunda venditione & traditione ius super-
uenisset ipsi venditori,tale ius superueniens proderit se-
cundo emptori cui facta est traditio, & non primo ha-
benti solum titulum emptionis Ita dixit Ludo.Roman.
in consi.suo cclxx.in primis verbis.allegat ad hoc ff de
rei vendi.l.si actio à contrario sensu.& l.cùm vir prædiũ.
ff.de vsucapio & l.si quis alienam.ff.de actio.empt.& ad
intellectum & materiam dictæ l.quoties. vide Angel.in
consilio suo xliij.incipien.Syndicus &c.Et vide Bald.in
consilio suo xxxvj.incipien.Factum &c in iij.vol Et vide
ad materiam dictæ l.quoties.notab.verbum Io.de Imo.
in repetitio.c.cùm contingat.in clxxxiiij.col.de iure-
iur.relatum à domino Anto.Corseto in rubr.de iureiu-
8 ran.in xlj.priuilegio iuramenti. An†autem dicta l.quo-
ties.habeat locum in donatione facta duobus de eadem
re:dic quòd sic:secundum domi.Alexand.in consi. xiiij.
quod incip.circa primum.in fi.in j.volu.quæ omnia te-
ne menti:quia alibi fortè ita diffusè non facilè inuenies
supradicta.

ADDITIO.

a In feudis.Aluaror.tamen in cap.si facta.in tit.si de feud.fuer.
controuersis.tenet contrarium, videlicet quòd si dominus
feudi secundo inuestito tradat possessionem,quòd primus
erit exclusus,& secũdus erit potior.per d.l.quoties.& ibi Bal.
C.de rei vendic.& idem procederet secundum eum quando
dominus alienaret feudum vni,& posteà alteri, cui prius tra-
didisset possessionem,per d.l.quoties.secundum Bal.in d.c.si
facta.Si autem vasallus vendidisset duobus,& secundo prius
tradidisset possessionem, dicas quòd si primo vendidit cum
consensu domini,ille primus præferetur secũdo,cui facta est
traditio,etiam si dominus venditioni secundæ cõsentiat.arg.
l.quotiescunque §.qui Caium.ff de leg.j.& ita tenet Bulgar.
in d.c.si facta,si autem dominus non consentit primæ vendi-
tioni,præferetur secundus.vide Petr.Gerard.singu.xcviij.&
Barthol.Cæpol.cautel.cxxx.

LXXXIII.

1 *Lex,Manifestæ turpitudinis.ff de iureiurã.à paucis & rectè & sanè intellecta,& de ipsius intellectu.*
2 *Actor vbi nil probauit,reo aliquid iudex mandare non potest nec igitur,vt iuret,vel iuramentum referat. Ac proinde nec reo actor indifferenter iuramentum defert.*
3 *Exceptionem habens litis ingressus impeditiuã,nec libello respondere,nec litem contestari,sicuti nec iurare. aut iuramentum referre,nec iudicium subire tenetur.*
4 *Iuramentum in probationis supplementum deferendum non esse, vbi semiplena probatio nec verè nec necessariò probat,sed præsumptiuè duntaxat,vel vbi semiplena probatio præsumptione aliqua in contrarium est elisa.*
5 *Iuramentum in probationis supplementum non tantùm deferendum esse,quando semiplenè est probatum,sed & vbicunque actor tales pro se testes habet,qui solùm præsumptionem inducant:vel huiusmodi coniecturas,quæ iudicem ad suspicãdum vel opinandum pro actore impellant.*
6 *Lex,manifestæ turp.non habet locum vbi terminus iuris lapsus est,vt sic cogatur reus aut iurare,aut iuramentum referre.*

1 IN ore vulgi est lex†illa,manifestæ turpitudinis.ff.de iu
reiur.quæ dicit,quòd manifestæ turpitudinis est nolle
iurare vel iuramentum referre.Sed licet plures eam al-
legent,attamen pauci sunt qui eam rectè & sanè intelli-
gant.Ideo scias tu,quòd illa lex non intelligitur ita sim-
pliciter:sed tunc demum habet locum quando actor ha
bet aliquam iuris præsumptionem pro se vehementem,
vel aliquid semiplenè probauit: quia tunc est turpitudi-
nis manifestæ nolle iurare,vel iuramentum referre:secus
autem si ipse actor nullam iuris præsumptionem habet
pro se,nec aliquid semiplenè probauit:quia tunc reus nõ
est in manifesta turpitudine nolle iurare,vel iuramẽtum
referre.Ita sing.limitat d.l.manifestæ.Spe.in titu.de iura.
delatione.§ j.ver.si autem actor nihil omnino probat
&c Pro quo facit optimè quod voluit Bal.in c.si quo tẽ-
pore miles.allegando Inn.in c.solet.de sen.excom dicẽs,
2 †quòd vbi actor nihil probauit,nõ potest iudex aliquid man
dare reo:ergo nec poterit mandare quòd iuret,vel iuramen-
tum referat.idẽ dixit ipse Bal.in l fi §.fi.ff quod met.cau.
& in l.cùm hi.in §.si prætor.ff.de transact.in princ.& in l.
ictus fustium.in j col.ff.de his qui no.insa. & in consi suo
cxlvij.incip.Viso.in iiij.vol.Et hanc partem quam tenet
Spe.in dicto loco,sequitur Abb.in ca fi in prin.in iij.col.
ver.circa prædicta quæritur.de iureiu.vbi refert illud di-
ctum Spe.& dicit quòd ex d.l.manifestæ. multi decipiuntur,
credentes quòd indifferenter possit actor iuramentum defer-
re reo.Idem etiam firmat ipse Ab.in c.ij.in primo no.de
clandest.despõ.Et pro hac parte optimè facit regula illa
vulgata,videlicet,quòd actore non probante reus debet
absolui.Et faciunt optimè dicta per Pau.de Castr.& do.
Alexã.post eum ibi in l.si patronus.ff de iureiur. vbi di-
3 cunt,†quòd vbicunque habes contra me aliquã exceptionẽ
impeditiuã litis ingressus,non teneris respondere libello,
nec litẽ cõtestari.de quibus exceptionibus habetur in l.
nam & postea.in prin ff.de iureiu.vnde si vellem tibi de
ferre iuramentum vt iures.vel referas,aut soluas,non co
geris subire iuramentum,sicut nec subire iudicium :de
quo dicunt fore tex.not.ibi,& in l.in contractibus §. il-
lo.C.de non nume.pecu.Facit etiam pro illo dicto Spec.
quod voluit Ludo.Rom in consi.suo cviij. inci. Idem in
proposita,vbi videtur firmare saltem tacitè opi.Spec in-
quantum allegat Inno.in d.c.solet.de sententia excom.
vbi dicit,quòd quando nihil constat iudici, ipse iudex
nihil potest mandare reo.Sed contra Spec.& sequaces te
net do.Alex.in d.l.manifestæ.& conatur respõdere ad cõ
traria:ideo cogita,quia dictũ Spe.fundatũ est super regu
lis iuris,& sæpe æquitate:& ego pluries in cõtingẽtia facti
obtinui & practicaui dictũ Spe.Nam si nihil tecũ habeo
agere,videtur duriũ & iniquũ,quòd possis me cogere ad iu-
randum,vel ad referendum.Tene etiam mẽti in materia
4 ista,†quòd iuramentum non est deferẽdum in supplemẽtum
probationis,quando semiplena probatio nõ probat ve-
rè,vel necessariò,sed præsumptiuè:vel qñ ipsa semiplena
probatio est elisa aliqua præsumptione in contrarium.
Ita

Ita singulariter dixit Ludo.Roma.in consilio suo xcj.in-
cip.visis& percunctatis.in penultima columna. & idem
firmat Bald.in l.prima.C.qui & aduer.quos.in versicu.ex
hoc no.item vide domi. Alexand.in hac materia in con-
silio suo liij.incip.in causa vertente.in iiij.colum.in j.vo-
5 lumi.vbi inter cætera dicit,† quòd iuramentum in sup-
plementum probationis non tantum venit deferédum,
vbi est semiplenè probatum:sed etiam vbicunque actor
habet pro se tales testes qui solùm præsumptionem indu
cant,vel aliquas coniecturas propter quas iudex induca
tur ad suspicandum vel opinandum pro parte actoris.
allegat ad hoc no.in c.tam literis.de testi.& Bar.in l.ad-
monendi.in v.colum.ver.post limitationem. de iureiur.
& Bald.post Iacob.de Are.in l.fundum.C.de rei vend.Et
6 teneas etiam menti,quòd † dicta lex, manifestæ.restrin-
gitur & limitatur,nisi sit elapsum tempus:nam elapso tẽ-
pore seu termino iuris, non est manifestæ turpitudinis
nolle iurare,nec iuramentum referre :per tex.& ibi Bald.
qui eum ita summat in l.in contractibus.in §.illo.C.de.
non nume.pecu. Quæ omnia tene menti,quia verè quo-
tidiana sunt & vtilia:vt de se patet.

LXXXIIII.

1 *Princeps in dubio potestatis plenitudine vti velle nõ censetur, ma*
ximè cum actum facit.qui absque potestate plenaria fieri po
test:secus autem si absque ea actus fieri nequeat.

1 PRinceps † in dubio non videtur velle vti plenitudine
potestatis:secundum Ioan.And.in capit.innotuit.de
elec.Inno.& Ioan.And.in c.dudum.de decimis.& Bal.in
l.bonorum.C.qui admitti.& Ang.in l.bene à Zenone.C.
de quadrien.præscri.& secundum doct.in l.quamquàm.
& in l.in testamento.C.de test.mili.de quo etiã per Alex.
consi.lx.in vij.col.in ij.vol.& in consi.lxxxvij.in iij.col.in
eo.vol & in consi.cvij.in fi.iij.col.& in consil.ccxv.incip.
Nec arguendi.in iij.col.in eo.vol.Vide tamen Lud. Ro-
ma.in singu.dcclxiiij.inci.dixi aliàs.Tene tamen menti,
quòd quando princeps facit actum,qui potest fieri abs-
que plenitudine potestatis,nunquàm præsumitur vti ple
nitudine potestatis.Sed quando princeps facit actũ qui
non potest valere,nisi fiat de plenitudine potestatis, tunc
in dubio princeps præsumitur vti plenitudine potesta-
tis,vt actus potius valeat quàm pereat.Illud fuit singula
re dictum Pau.de Cast.in consi suo cclxxxiiij.inci.In fa-
cto præsenti non intendu adulari.& idem dixit ipse Pau.
de Cast.in l.ex imperfecto.C.de testa.& eum refert & se-
quitur do.Alex.in l.ij.C.de testa.mili.in ver.iuxta prædi-
cta &c.& do.Feli.in c.j.in prin.ix.col.de consti.& in c.cũ
inter priorem.de excep.in v.col.io prin.& in c.in causis.
in ij.col.circa fi.de re iud.& do.Alex.in l.idem Vlpianus.
§ sunt & alii.in suis apostillis.ff.de excusa.tut.Idem in si-
mili dixit Gemi.in consi.suo xvij.inci.Pro declaratione.
in fi.j.col.& do.Phil.Decius in consilio cxl.in ij.col.& fa-
ciunt in simili dicta per do.Phili.Deci.in consi.lxxvij.in-
cip.Viso puncto.in fi.j.colum.& illud consi.in iiij.col.re-
fert & sequitur Pau.de Castr.in dictis locis.& idem dixit
Alex.in consi.xcij.incip.perspectis.in viij.col.in vj.volu.
& Decius in consi.cclxxxix.incip.non est.in penul.col.in
fi.& vide suprà,in sing.xxx.inci.clausula &c.circa finem.
Idem videtur firmare Bart.in l.præses.C.si seruus vel li-
ber.lib.a.& Oldra.in consi.suo cccxxxij.inci.Ad idem.in
ij.col.in prin.ver.Do vnam solutionem.Idem etiam fir-
mat Pe.de Anch.in consi.suo ccxciiij.inci.Vltra alia so-
lenniter.circa mediũ.pro quo optimè faciunt dicta per
Soci.in consi.cxxx.inci.Visa contingentia &c.in iiij.co-
lumna.& quæ ego dixi in l.prima.§.si seruus.in iij.colum
na.ff.de quæstio.Et pro prædicta doctrina faciunt dicta
per Petrum de Anchar.in consilio suo cccxxvj.incipien.
viso diligenter &c.ante fi & per eundẽ in cõsi.lxviij.inci.
Contra donationem factam. in ij.columna versicul.li-
cet ergo causa.Et faciunt optimè dicta per dominum
Alexandrum in consilio suo j.incipien circa primum.in
iij.columna,in fine.in ij.volumi.& per Ludouic.Roman.
in consilio suo cccvij incip.In casu propositæ.circa prin.
Vide tamen notabilia verba do.Fel.in c.causam quæ.in
vij.col.extrà de rescri.

LXXXV.

1 *Canonis remissionem non sterilitatis occasione tantum fieri,sed &*
alia quoque causa citra colom culpam promouẽte.vt puta ter-
ritorij vitio,aut fructuum vitiositate.& num id sit indubiè
tenendum?

1 TV scis,† quòd propter sterilitatem fit remissio ca-
nonis.c.propter sterilitatẽ.de loca.l.licet.C.eo.tit.
l.ex conducto.in §.fin.& l.si merces.§.vis maior.ff.loca.
Sed scias,quòd non tantùm est fienda remissio propter
sterilitatem,sed etiam quando percepti sunt fructus, &
sine culpa coloni ,ꝑpter vitiũ territorii in quo sunt nati,
sunt corrupti:vt puta quando vinum est effusum taliter
quòd in totum proiicitur,& ex eo nullum pretium inue-
nitur.Ita no.dicit Hosti.in d.c.propter sterilitatem.quẽ
ibi sequitur Io.de Imo.in xviij.col.in ver.in gl.potuit oc
currere,&c.quod est summè no.secundum Imo.ibi.Sed
ego valde dubito de hoc dicto propter tex.in l.ex condu
cto.§.si qua tamen.& ibi Bart.ff.loc.vbi habetur q pro-
pter vitiositatem fructuum non fit remissio canonis. Ita
dicit ibi Bar.& idem tenet ipse in l.si merces.in §.vis ma-
ior.eo.tit.& Bal.in l.licet.in vij.q.C.eo.Ideo cogita.& vi-
de Socin.in suo consiliu 100.incipien.In causa Baptistæ.
circa finem.

LXXXVI.

1 *Frumentum extra ciuitatem portans in vsum suum, num in sta-*
tuti pœnam incidat,cauentis ne sub amputationis manus pœ-
na quis frumentum extra ciuitatem efferat:& num deferen-
tis iuramento standum,quòd in vsum suũ detulerit? Et quid
si extra ciuitatem mutato proposito vendiderit?

1 STatutum † fit à principe,vel à superiore,quòd qui por
tauerit frumẽtum extra ciuitatem,cadat in pœnam
amputationis manus:modo quidam portauit frumen-
tum extra ciuitatem pro vsu suo,an cadat in pœnã? dic
quòd non.istud fuit sing.verbum Io.de Imo.in l.cætera.
in §.fi.ff.de leg.j.& idem dixit Bal.in l.cùm proponas.C.
de nau.fœno.pro quibus faciunt dicta per Ange.post Gu
liel.de Cu.in l.præsidis.ff.si cert.peta.vbi idem dicunt.&
faciunt dicta per Alberi.de Rosa.in l.ij.in xij.colũ.C.de
summa tri.& fide cathol & per docto.in l.si quis post hac.
C.de ædifi.priuatis.& in l.ij.in princ.ff.si certum petatur.
Et scias quòd hoc casu stabitur iuramẽto portantis bla-
dum extra ciuitatem,an portauerit pro victu suo necne.
ita dixit Io.de Imo in d.l.cætera.§.fi.& Bald.in d.l.cùm
proponas.Vide Bald.in Margarit.in verbo, gabella.in j.
2 ver.Sed † iuxta prædicta quæro,constat ex prædictis do-
ctrinis & iuribus,q extrahens frumentũ pro vsu suo stan
te prædicto statuto non cadit in pœnam:modò pone a-
liquis extraxit frumentum pro vsu suo, & postquàm ex-
traxit,mutauit propositum,& illud vendidit,an hoc ca-
su incidat in pœnam statuti:dicas q non:ita singu.dixit
Alber de Rosa.in j.parte statutorum.q.lxxix.incip.Item
quæro statuto cauetur q de rebus,&c.& idem etiam ipse
tenuit in ij.parte statut.q.xxvj.inci. Prædicta etiã.quod
profectò est valde no.Idem tenet Bal.in l.j.§.cùm quæri-
tur.ff.de exerci.Et vide in simili Bal.hoc tenentẽ in consi.
suo clxxxvj.inci Decreto domini.in j.vol.Et adde etiam
in materia proprii vsus,de quo suprà dixi,not.verbũ, vi-
delicet,q stante statuto q pro vnoquoque equo trans-
eunte per ciuitatem aliquam debeat solui tantũ pro ga-
bella,q hoc casu non debet solui pro equo quem quis
equitat pro vsu suo.ita sing.dixit Pe.de Anch.in consilio
suo cclxxv.incip.Præmittendum est,&c.quæ omnia tene
menti,quia sunt quotidiana & vtilia.

LXXXVII.

1 *Contumax fictitiꝰ à sententia diffinitiua intra decẽ dies ab ipsius*
pronuntiatione appellare potest.& quid si pendentibus decem
illis diebus iudex,aut executor ante appellationis interposi-
tionem aliquid promouerit,aut executus fuerit,an valeat:&
qua ratione reuocatio petatur?

1 LIcet † fictè cõtumax possit à sentẽtia diffinitiua intra
x.dies à tẽpore sententiæ computandos appellare:vt
habetur in cle.causam.de elect.& in cle.si ante.de dolo &
contu.Tene tamen menti,quòd ea quæ fiunt post x.dies

a tempore prolationis sententiæ, & ante interpositionē prædictæ appellationis per iudicem seu executorem valent & tenent, nec possint reuocari per viam attentati, seu nullitatis, sed bene poterunt reuocari per viam iniustitiæ, docto & cognito de hoc in causa appellationis. Ita singulariter dicunt domini de Rota in suis decisionibus oouis, in decis. ccclitj. incipiente, Licet fictè, &c. quam doctrinam vidi aliàs practicari Venetiis à quodam delegato apostolico in quadam causa non parui momenti.

LXXXVIII.

1 *Exceptio si aduersus laudum, aut sententiam, ex statuti forma id cauentis, opponi non possit, non tamen vetatur Iudicis officij imploratio, vel ad superiorem reclamatio. Et quibus casibus huiusmodi reclamatio, seu ad superiorem recursus locum habeat, & qua ratione in his utendum, & intra quantum tempus grauatus recurrere, aut reclamare debeat? nu. 2. & 3.*

1 STante † statuto, ꝙ contra laudum, vel contra sententiā non possit opponi aliqua exceptio, tamē hoc casu nō videtur prohibita facu tas implorādi officium iudicis, vel habendi recursum ad superiorem, saltem vbi pars aliter locupletaretur cum aliena iactura. Ita habetur in l. planè. & in l. fi. ff. de peti. hæredi. & vtrobique hoc firmant Bal. & Ang. & voluit do. Anto. in c. item cum quis. de resti. spo. & Io. de Imo. in l fi. ff à quibus ap. non licet. & Pet. de Anch. in repe. c. canonum statuta. de consti. & in cle. j. de sequestr. pos. & fruct. & Bar. in l j. §. parui ff. quod vi aut clam. Et voluit Lud. Roma. in consi. suo cccxxv. incipien. Quò ad primum. in vlti. col. vbi dixit, ꝙ quamuis aliqua constitutio tollat, & excludat generaliter quodcunque
2 † remedium, nunquam tamen intelligitur excludere implorationem officii superioris, qui considerata æquitate eius, officium & auxiliū debet annuere. allegat l. j. §. quæsitum est an interdom. ff. de separa. & d. l. planè. & l. fin de peti. hære allegat etiam tex. in l. iiij § j. ff de fideicō lib & l. ij. §. si bonorum. ff. ad Tertul. & glo in l. ij. in §. expectādi. super verbo, repudiauerit. de bono pos. secundum tabu. Idem expressè firmat Pe. de Anch. in consi. ccix. inci. Iudex. in ii. col. & Abb in c. ex literis. in ij. col. de in inte. resti. Ioā. de Imo. in l. ex consensu. §. fi. ff. de appel. & Pau. de Leaza. in cle. j de sequestr. pos. & fruct. & Rapha. Fulgo. in consi. clxvij. incip. Visis, &c. & do. Alex. in consi. suo ccccxxxv. incip. In causa dominæ Bartholomææ. in j. col. & in l fi. in antepe. col. C. de edict. diui Adria. & in consilio suo cxiij. inci. Viso, &c. circa fi vol. pro quibus faciunt dicta per Bar. in l. fi in fi. C. de sentē. & in l. fi. C. de tempo. app. & dicta per Bal. in c j. §. fi. in ij. col. quo tempore miles. & dicta per gl. in l. fi. C. vt lit. pen. & quæ habentur in auth eot. quæ supplicatio. C. de preci. impe. offe. & per Bal. in l. nemo. C. de iuris. om. iud. & per do. Anto. in c. pastoralis. de appella. & per Ange in l j. C. de sentent. præfect. præto. & per Ioan. de Imo qui melius & latius cæteris loquitur, in consilio suo cxlv. incip. Visis, &c. cum duobus consiliis sequentibus: & ibi etiam in cōsi. suo cxliiij. de quo etiam ego latissimè scripsi in consilio meo xxxiij. incipien. Su-
3 per eo. in vltim. chart. Sed † operæ pretium est scire in casibus in quibus habet locum talis recursus, & obtinetur: quomodo tunc ipse recursus regulabitur? in quo dicas quòd regulabitur secundum quod regulatur appellatio, quantum ad tempus exercitii & terminationis eius. Ita singular. dixit Bald. in tractatu suo super statutis. in ver. Statutum. in vj. versicu incipien. Statutum quod permittit. Nuper inueni Bald. & Ange. idem tenentes in l. prima. per gloss. ibi C. de senten. præfect. præto & vide Bald. in l. etiam. C. de iure dotium. ad finem. quod tene menti, quia non memini me hoc legisse alibi. de qua materia plenius dixi in l. secunda. in tertia charta. in prima columna. C. de execu. rei iudic. Et intra quantum tempus possit qui grauatur habere recursum ad superiorem, vide domin. Ioannem Baptistam de Caxalupis in sua repetitio. legis, omnes populi. in xcij. columna in fine. ff. de iustitia & iure. & vide infrà in singu. cclxxxix. incipien dolus. Et vide domi. Pari. de Puteo in suo tract. syndicat. in xvij. chart. in ij. colum.

LXXXIX.

1 *Solutio vltronea violentiæ vitium promissionis tempore adhibitæ purgat: nisi causa subsit, qua promissor ad solutionem urgeatur, vt puta, quia iuramento obstrictus.*

2 *Iuramentum guarentigia a promissore metu extortum, solutione promittentis confirmari non censetur etiam si statuto cautum sit, ne qua doli, vel metus aduersus huiusmodi instrumentum exceptio obijci possit.*

1 SOlutio † spontanea purgat vitium violentiæ adhibitū tempore promissionis. l ij. C. quod met. causa. cum simi. Scias tamen vnum, quòd nunquam soluens intelligitur approbare promissionē præambulam, quando subest aliqua causa ex qua necessitabitur promissor ad soluendum, putà quia iurauit: nam isto casu si soluit, non dicitur purgatum vitium violentiæ præcedentis tempore promissionis. Ita sing. dixit Ange. in d l. ij. in fi. verbis C. quod metus causa. dicens hoc sentire gloss. ibi. & subdit,
2 † quòd si ex forma statuti contra instrumentum guarentigiæ non potest opponi exceptio doli, vel metus, quòd si quis promittit per metum in instrumento guarentigiæ, & deinde soluit, non videtur approbare dictum instrumentum: quod dicit ibi Ange. esse not. dignum: & idem voluit Bar. in l. j. § hoc interdicto. ff quod vi aut clam & do. Feli in c. quod ad consultationem. in v. col. de re iud. Et faciunt dicta per Io. de Imo. in consi. suo cxlvj. incipiē. In causa mauis. in iij. col. ver. secūdò potest dici. & in cōsi. cxliiij. incipien. Cœpit dubitari. & vide etiam dicta per domi Feli. in capit. cùm M. in xij. colum. post princip. de constitu. & per Bald. in l. oooissimè. ff. quod falso tutore authore.

XC.

1 *Liberatio atque absolutio, quàm condemnatio fauorabilior. Quāobrem & si Legatus extra prouinciam excommunicare non potest, absoluere potest, & prabendas conferre. & si duabus prouincijs præsit, alterutrius in altera negotia expedire potest nu. 2.*

3 *Publicatio in criminalibus noua examinationi non obstare censetur, nisi ad offensam noua petatur examinatio*

1 FAuorabiliores † sumus ad liberandum, quàm ad condemnandum l. Arrianus. ff. de actio. & obli l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. l. absentem. ff. de pœnis, cum simil. Vide infrà in singu. cclxiij. incip. monitus seu condemnatus. Et ideo dixit multum no. Inn in c. nouit. de offi. dele. ꝙ licet legatus existens extra prouinciam non possit excommunicare nisi faciat de consensu diœcesani, tamen
2 potest excommunicatum absoluere. Item † dicit etiam, quòd potest conferre præbendas, & quòd si duæ prouinciæ sint sibi commissæ, quòd negotia vnius potest in alia expedire. quod dictum refert & sequitur pro no. Ange. in l. ij. ff. de of. præsidis. quę omnia nota ad materiam seu limitationem l. fi. ff. de iuris. om. iud. Et ad prædicta etiam facit quod voluit Sali. in l. fi. in vlt. col. C. de quæstio. & domi. Fran. de Are. in c fraternitatis. de testi. in viij. charta.
3 vbi † dixerūt, ꝙ licet in criminalibus non obstet publicatio, tamen hoc non procedit, vbi petitur noua examinatio ad offensam. quod dictum refert & sequitur do. Feli. in c. cùm clamor. in iij. col. circa med. de testi vbi etiam pro hoc allegat not. verbum dominor. de Rota. quod ibi per te videas. de quo latius dixi in l. j. in §. fi. in ij. no. posito ibi. Bar ff de quæstio & vide etiam Bald in l. fi. in vlti. col. ante fi. C. de probatio. Tene menti rogo, quia singularia sunt & lucrosa.

XCI.

1 *Contumax vt quis dicatur, trinam requiri citationem, aut certè peremptoriam vnam: aduersus tamen potentem vna sufficiet, etiam non peremptoria.*

1 REgulariter † ad hoc vt quis dicatur contumax, requiritur trina citatio, vel vna peremptoria: vt habetur in l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. & in l. tres denuntiationes. eodem titu. Scias tamen quòd vbi citatur persona potens, sufficit vnica citatio etiam non peremptoria. Ita singu. dixit Io. And. in c. non minus. de

jmion-

immunita ecclesia. quem sequitur Bald. in cap. j. in princip. in secunda colum. de milite vasal. qui contumax est. & domi. Feli. in cap. in nomine domini. in v. col. de testib. & vide quæ dixi suprà in singul. liij. incip. Ad hoc, vt quis constituatur &c.

XCII.

3 *Testi licet inhabili, à partibus tamen rogato, creditur: nisi huiusmodi inhabilitas fuerit, quæ à partibus remitti nequeat.*

2 *Testis inhabilitas partium consensu inhabilitari potest, possuntq; eorum attestationes aliòqui inualidæ, eodem consensu ratihaberi. nu. 4. & quid si partes in testẽ consentiant, nunquid aduersus eundem obycere possint. nu. 3.*

1 LIcet † testis sit inhabilis, tamen si est rogatus à partibus creditur sibi. gloss. est singularis in § & licet. in authen. de testi. in ver. etiam supplicius. quam sequitur Bal. in l. parentes. C. de testi. & in c. in nomine domini. in prima colum. de testib. & Barto. in l. ad testium §. j. ff. de testa. & do. Alexan. in consi suo cclxxviij. incip. Ponderatis verbis. in vltimis verbis. Et dixi in l. j. in §. ad quæstionẽ. ff. de quæstioni. Vide Alexan. in consi. xciij. incip. repetitus in causa. in penulti. colum. in vj. volu & in consil cij. incip. super primo &c. in vltimis verbis, in septimo volu. Quod intellige, nisi esset inhabilitas per partes nõ remissibilis: secundum theoricam Bald. in l. si quis testibus.
2 in vltima colum. C de testibus. Et † ideo dicit not. Ioan. And. in additio. Specu. in titu. de teste. §. sæpe. in j. addit. quòd testis inhabilis potest consensu partium habilitari. & idem voluit ipse Ioan. And. in additio. ad Specul. in d. titu. de teste. §. j. versi. Quid si vidit. & do. Anto. & Ioan. de Imol. in cap. cum dilectus. de consuetu. & do. Anto. in c. bonæ. de postu. præla. & Alexan. in consi. cxxiij. in ter-
3 tia colum. in ij. volu. Scias † tamen, quod licet quãdo partes consentiunt in testem, non possint aliquid cõtra eum opponere per supradicta, tamen istud est verum, quando consentiunt in personam, & in dictum ipsius testis: secus si consentiunt in personam tantum, quia tũc possunt opponere dicto suo. ita singulariter dixit Bald. in l. in bonæ fidei. in penul. colum. versi. dubitatur de ... no. C. de reb. credit. quod dictum pro mirabili refert & sequitur V. I. monarcha do Feli. in cap. veniens. in viij. colum extra de testi. Aliud etiã in hac materia tene menti, videlicet, quòd
4 † nedum testes inhabiles consensu partium possunt habilitari: sed etiam attestationes inualidæ possunt ratificari consensu partium: ita singulariter dixit Innocen. in cap. cùm causam. extrà de testi quem refert & sequitur Sali. in l. si quis testibus. C. de testib. in prima colum. & idem tenet domi. Anto. in c. fraternitatis. in j col. extrà de testi. quæ omnia sunt notatu digna.

XCIII.

1 *Iudex tametsi quæstioni quẽquam tradere sine indicys nequeat, prendere tamen, & in carcerem mittere citra pœnam potest, & id num in ciuilibus locum habeat? nu. 2.*

1 IVdex † licet sine indiciis non possit aliquem ponere ad torturam, aliàs puniatur, vt l. fina. ff. de quæstio. tamen iudex sine indiciis potest capi facere, & carcerare aliquẽ, & non cadit in pœnam: ita eleganter dixit Bald. in l. & si certus. ff. ad Sylla. & Bald. in l. ij C. de his qui latrõ. & Ange. in l. item apud Labeonem. § quæstionis. ff. de iniuriis. & Ange. in authen vt iudi. sine quoquo suffrag §. sciẽtes. & ideo dixit Sali. in l. nullus. C. de exhib. reis. quòd in maleficiis iudex statim potest capere malefactorem præha-
2 bita aliquali informatione. Et † ista procedunt in criminalibus, secus autem in ciuilibus: quia in illis non est incipiendum à captura: aliàs posset agi actione iniuriarũ: de quo per Alexan. in consi. xvij. incip. requisitus in causa. in penulti. colum. in primo volu. Ad materiam istam vide Catal in suo tracta. syndicatus. in versicu. cccccxxj. incip. adde quòd qui facit. & domi. Philip. Dec. in consilio suo clxxxix. incip. Lætatus sum. in vltima colum. in fine. Et ista tene menti ad excusandum iudicem in synda-
3 catu Ego † aliàs dum essem vicarius generalis, & syndicator officialium ducis Mediolani habui hoc in facto in ciuitate Tortone in quodam iudice Astense, cui dabantur graues accusationes per vnum ciuem, quem ipse capi fecerat pro maleficio & carcerari: ego tandem eum sententialiter liberaui.

XCIIII.

1 *Locator rem à se locatam ob propriam necessitatem reuocare potest sed non idem dominus in re emphyteutica potest.*

1 TV † habes l. æde m. C. locat. qua disponitur, quòd dominus rei locatæ potest rem alteri locatam propter suam necessitatem ad se aduocare. Sed ego vellem scire quid in re data in emphyteusim, an dominus eodẽ modo possit propter eius necessitatem illam ad se aduocare? & certè videtur dicendum quòd sic. nam contractus locationis & cõtractus emphyteuticus multum fraternizant. vt habetur per scribentes in l. j. C. de iure emphyt. & etiam quia eadem videtur ratio in vno casu sicut in alio. Attamen contrarium singu. determinat Io. Andr. in additio. Spec. in titu. de loca. in §. nunc aliqua. in versicu. quartò, &c quod dictum pro valde not. refert, & sequitur domi. Ias. in l. j. in fine nonæ colum. C. de iure emphyteu quod est multum notandum ad materiam dict. l. ædem. C. locati.

XCV.

1 *Contractum censualem ab emphyteutico differre. Et id quatenus.*

2 *Contractus, quo quis repromittit singulis annis certo monasterio frumenti saccum: nec formá aut conditio ipsius cõtractus alias designatur, vter sit censualis, an emphyteuticus?*

1 COntractus † censualis differt à contractu emphyteutico de quo per docto. in l. j. C. de iure emphyt. & per Alexan. in consi. suo xiiij. in tertia colum. in secundo volu. Et ideo scias quòd ille qui tenetur soluere censum, licet stet quòd non soluat per biennium, vel etiam per cẽtum annos, non tamen cadit à iure suo, vel à re censuali. text. est cum gloss. in cap. constitutus. de religio. domib. & no. Barto. in l. j. § j. ff. de publica & Bal. in titu. de pace Constan. in versi. persoluere fictum & in authen. ei qui. in penul. char. versic quæro, pone ex confessione principis. C. de bon. autho. iudi. poss. & Ioan. de Imol. in cap. propter sterilitatem. in vlti. char. in prima colum. versic. item aduerte. extrà de loca. & voluit Imol. in cap. ad audiẽtiam. ij. de rebus eccle. non alienan. vbi facit magnum festum de hoc, & dicit perpetuò menti tenendum: quia quotidie contingit de facto. & idem tenet domi. Bartholo. Soci. in consi. ccviij. incip. Visis actis. in vlti. col. & in l. j. in xiiij. col. in fi. eodem titu. aliàs in xj. colum. vbi alios allegat hanc partem tenentes. Idem dixit Bal. in consilio ccccvj.
2 incip. talis est consuetudo. in tertio volu Sed † quæro, pone reperitur quoddam instrumentum in quo dicitur, quòd Titius promisit dare omni anno tali monasterio vnum saccum frumenti: & non dicitur tanquàm emphyteuta, vel tanquàm censuarius, nec alio modo: nunquid iste Titius ex cessatione solutionis per biennium poterit expelli? in quo dicas quòd non quia hoc casu in dubio magis præsumetur contractus censualis, quàm emphyteuticus, vt ipse Titius non cadat à iure suo: ita dixit sing. Albe. de Ros in l. ij. in viij. col. ver. quid de quæstio. à me quæsita. C. de iure emph. quam doctrinam pro valde nota. refert & sequitur Ias. ibidem in xv. col. vbi dicit, quòd monetur ipse Albet. per d. c. cõstitutus. &c & idem etiam tenet do. Ias. in l. j. in princip. xv. colum de iure emphyteu vbi videas. Vide domi. Philip. Deci. in consilio cxxxviij. in secunda colum. & in consi. cxlvj. in prima col. & in consilio lxxiiij. incip. non fuisset. in j. & ij. col. & vide infrà in sing. ccccxlvj. incip. magna professio &c.

XCVI.

1 *Exceptionibus omnibus in genere renuntians, non ei renũtiare videtur, quæ ex aduersary facto subsecuta est.*

1 REnuntians † generaliter omnibus exceptionib⁹, non intelligitur renuntiare & excludere exceptionẽ, quæ habet ortum ex facto aduersarij. casus est nota. in l. qui officij. §. fina. ff de contrahenda empti. quem ad hoc pro not. allegauit Ludo. Roma. in consi. suo ccccLxxij. incipi. in eo quod quæritur. vbi dixit, quòd pro hoc etiam facit tex. in l. eum proponas. C. de nau. fœno.

XCVII.

1 *Fama sola indicium ad quæstionē non facit. Vnde fit, vt si ex nu-*
da fama, nullaq; pro se argumenta habente, quis torqueretur,
tortusq; fateretur, ac in confessione perseueraret, inefficax esset
huiusmodi confessio. 2.
2 *Fama vehemens, aut ab honestis personis profecta, indiciū quæ-*
stioni sufficiens præstat. & quando fama vehemens dicatur.
nume. 3.

1 FAma†sola[a] non facit indicium ad torturam contra
a aliquem: ita dixit Ioan. And. in additio. Specu. in titu.
de probatio. §. videndum. versico. xiij. iuxta fi. addi. idem
tenet Bal. in l. milites. C. de quæstioni. sequens Cyn. in l. fi-
na. eodem titu. Idem firmat Ioan. And. in additio. Spec.
in titu. de notorio crimine. §. fama. super ver. casus. in fi.
addi. quem refert & sequitur do. Anto. in cap. tertio loco.
in penulti. colum. extrà de probatio. allegans etiam Io-
an. Andr. in dicto §. videndum & in cap. veniens. j. in iiij.
colum. de testi. Et hanc partem tenet Ange. de Are. in tra
cta. maleficiorum, in verbo, fama publica. in ver. & an fa
mæ. Idem etiam tenet Barto. in additio. Specu. in titu. de
senten. in vltima colum. & do. Alexan. in consilio suo v.
in ij. col. in prima parte consiliorum. & hanc credo com-
munem opinionem: de qua etiam per Barto. in l. de mi-
nore. §. tormenta aliàs in §. plurium ff. de quæstioni. per
Abb. in cap. j. in fine, de purga. cano. per Imol. in l. fina. in
vltima colum. ff. de hæredi. instituen. per Bald. in cap. j. §.
iniuria. de pace iuramen. firman. Barto. in l. fi. ff. de quæ-
stionib. per Abb. in c. cùm in contemplatione. de regu. iu
ris. per do. Dominicum post gloss. in cap. nullus. in fi. xx-
iiij. distinctio. per Bald. in l. si quis ex argentariis. § j. ff. de
edendo. per do. Anto. & alios in ca. cùm oporteat. in xij.
colum. de accusa. per Abb. in c. j. in prima col. de deposi.
2 per Bal. in l. iij. §. eiusdem. ff. de testi. in suis addi. Et† dixit
not. Bal. in suo consilio cclxxv. incip. ad euidentiam. in j.
colum. in primo volu. quòd si fama est adeò nuda, quòd
nulla habeat argumenta pro se, & per famam quis tor-
queretur, & confiteretur & perseueraret in confessione,
quòd talis confessio non valeret. Istud tamen quòd fama
non est sufficiēs indicium ad torturam, limita non pro-
cedere nec locum habere in fama vehementi: quia talis
vehemens fama est sufficiens indicium ad torturam: ita
singulariter dixit Barto. in consi. suo cxcj. incip. domino
Paci de Burgo sancti Sepulchri. & idem tenet Bald. in c.
j. § furtum. de pace iuramen. firman. in v. col. in versi. sed
nunquid ex tali confessione. & volunt aliqui Modern. in
dict. l. de minore. §. tormenta. & hoc etiam tenet do. Fe-
li. in cap. veniens in v. col. ver. limita tertiò. extrà de testi.
licet non alleget Barto. in dicto suo consilio. sed alia alle
gat de quibus ibi per eum. Item limita etiam quòd fama
non facit sufficiens indicium ad torturam: fallit nisi con
stet quod ipsa fama habuerit originem ab honestis per-
sonis: nam tunc bene facit indicium ad torturam. ita vi-
detur tenere Bal. in cap. j. §. item si vasallus. de controuer.
inuesti. in vsib. feud. in vlti. colum. idem etiam voluit Sa-
lice. in l. ea quidem. post Bal. ibi in materia famæ. C. de ac
cusatio. quod etiam videtur probari ex text. in cap. qua-
liter. ij. de accusatio. & in l. miles. §. mulier. & ibi Barto ff.
de adulter. quæ omnia tene menti, quia quotidiana: &
non sunt adhuc duo menses quibus ista habui in facto in
quadam causa capitali. Et aliàs etiam habui in contin-
gentia facti dum essem capitaneus vallis Lugani, &c.
3 Quæ† autem dicatur vehemens fama, dic quod hoc re-
linquitur arbitrio iudicis: secundum Barto. in dicto con
silio cxcj. circa finem. & firmat etiam Bertha. in verbo, fa
ma. in quarta colum. in j. ver.

ADDITIO.

a Fama sola. Adde tamen quòd fama est necessarium præam-
bulum ad inquisitionem. iuxta ea quæ latè tradit Bartol. in l.
de minore. §. plurimum. col. j. & ij. ff. de quæstionib. quod ta-
men singulariter limitatur non procedere, quando princeps
mandaret, quòd iudex contra talem inquireret. hoc enim ca
su nō est necesse quòd constet de fama: quia principis cōscien
tia supplet defectum cuiuslibet solennitatis, vt per Bald. post
Innocen. per eum relatum in l. nullus. C. ad legem Iul. maie-
sta. quod tamen Felin. in cap. j. colum. v. versicu. priuilegium
continens. de rescript. limitat procedere quando princeps re-
scripsit motu proprio: secus si ad instantiam partis, seu peti-
tionem. per gloss. singula. in cap. ij. verb. fuerat. de accusatio.
quam pro singular. ad hoc not. August. Ariminen. in sua pa-
raphrasi ad Ange. in tracta. maleficio. verb. fama publica præ
cedente. colum. j. vbi dicit, quòd hoc dictum Bald. simplici-
ter intellectum, facit multos errare. Quod vltra eum confir-
matur per id quod consulendo dicebat Alexan. consi. clxxx.
incipien. in causa Angelorum. col. vlti. versi. non obstat prædi
ctis. lib. ij. vbi dicit, quòd Inno. & Bal. suprà relati, loquūtur,
quādo princeps affirmat ad suā notitiam deuenisse quòd ta
lis deliquit. Imò plus refert Io. An. dicere in c. cùm oporrer.
de accusa. requiri, quòd princeps assertiuè dicat sibi consta-
re: aliàs non videtur remittere, quòd testes non debeant reci
pi super infamia. quod sequitur Dec. consi. clxxxix. colum. pe
nulti. & consi. clxx. versi. nec obstat. Posset tamen circa præ-
dicta dubitari, quid si concurrunt duæ famæ cōtrariæ, an per
secundam bonam derogetur priori, & debeat ab inquisitione
desisti. Bald. singu. in l. is potest. versic. ex prædictis. ff. de ac-
quiren. hæredita. decidit quòd per secundam non vitietur in-
quisitio, quæ per formationem iam statum accepit: sed quòd
ex priori fama non poterit deueniri ad torturam. quæ verba
sunt bene notanda, secundum eum. & hoc dictum multum
commendant & sequuntur Moder. ibi, & in specie Alexand.
colum. penulti. versicu. subdit etiam Bal. & pro singulari cō-
mendat Areti. in tracta. maleficio. verb. fama publica præce-
dente. colum. j. licet Bald. consilio lxxix. proponitur quòd ex
quodam. lib. v dicat indistinctè, bonam famam priori dero-
gare. & vide eum latius consi. cccclqueritur. col. j. lib. iij.

XCVIII.

1 *Laicus in criminosis in testem contra clericum quoad plenā pro-*
bationem non admittitur, quoad indicium autem ad quæstio
nem decernendam admittitur.
2 *Probatio vbicunque in ciuilibus probat, in criminalibus ad quæ-*
stionem & torturam indicium facit.
3 *Laici etsi in criminalibus aduersus clericos non admittuntur, ad*
probandam tamen famam aduersus clericum admittuntur.
Et quid de mutilatis membris, aut corpore vitiatis. 4.

1 LAicus†contra clericum non admittitur in testem in
causa criminali. ita habetur in cap. veniens. j. de te-
stib. ij. quæstio. vij. cap. laicos. & ibi gloss. & cap. sequen.
probatur etiam in argu. in c. fin. de testi. cog. & hanc par-
tem tenet Specu. in titu de teste. §. j. versicu. item quòd est
laicus. & habetur per Abb. in cap. de cætero. extra de te-
sti. & voluit Ioan. And. in cap. prælatis. de homicid. in vj.
in versi. querelam. Scias tamē, quòd licet laicus non ad-
mittitur contra clericum in causa criminali, illud est ve-
rum ad plenam probationem faciendam: secus tamē est
quò ad indicium: quia dictū laici facit indicium ad tor
turam contra clericum: ita singu. dixit Abb. in cap. de cæ
tero. extra de testibus. & ibi do. Felin. quod dictum refert
& sequitur do Alexan. in l. maritus. ff. de quæstio. Pro quo
facit quod voluit Barto. in l. fina. in fi. ff. de in litem iur.
2 vbi dixit, †quòd quotiescunque probatio probat in ciui
libus, in criminalibus facit indicium ad torturā: sed cla-
rum est quòd in ciuilibus testimonium laicorum plenè
3 probat contra clericum, ergo. Item scias etiam quòd† li-
cet laici non admittantur contra clericos in criminali-
bus, vt suprà dictum est, tamen admittuntur ad proban-
dam famam contra clericum. Ita dixit do. Anto. in cap.
tam literis. in vlti. col. extrà de testibus. de quo latius ego
dixi in repetitio. mea l. fina. C. de probatio. in ix. char. vl-
tra medium, vbi videas. Et etiam feci mentionem de præ
dicta doctrina Abb. in dicto cap. de cætero: in l. maritus.
ff. de quæstionib. in illa quæstione, an testis qui non debet
4 examinari examinatus faciat indicium. Adde etiā† quòd
mutilati membris, vel corpore vitiati non possunt testifi
cari contra clericos in causis criminalibus: ita dixit Ab-
bas antiquus in c. j. de excep. quem refert & sequitur Bal.
in margarita, in verbo, mutilati. & idem dixit glos. in c. j.
iiij. q. iij. in vlti. gl. in fin.

XCIX.

1 *Priuilegiatus aduersus æquè priuilegiatum priuilegio non vtitur.*
Et ideo si pauper ab eo, qui iure priuilegiatus est, vt non tenea-
tur

tur vltra quàm facere queat, obtinebit pauper actor replicans de inopia contra inopiæ exceptionem.

2 *Mulier inops non consummato matrimonio religionẽ ingrediens, si à viro dotem datam repetat, contrà verò vir de inopia excipiat, nec se vltra vires teneri inquiat, aduersus huiusmodi exceptionem mulier audiri debet.*

1 PRiuilegiatus † contra pariter priuilegiatum non vtitur priuilegio: vt habetur per Barto. in authenti. quas actiones. C. de sacrosan. eccl. & in l. sed & milites. in princi. ff. de excusatio. tuto. in lectur. Nicol. de Neapol. & in l. verum. §. fina. ff. de mino. & in l. j. C. si aduer. fiscum. & Alexan. in l. siue apud. ff. de mino. & per cano. in ca. ad aures. de præscrip. Et per do. Feli. in cap. in præsentia. in xiiij. & xv. colum. de probatio. & in cap. cum pro causis. in prin. de senten. excommu. Et ideo tene menti, quod si pauper petit ab eo, qui à iure priuilegiatus est, vt non teneatur vltrà quàm facere possit, obtinebit actor pauper replicās de inopia contra exceptionem inopiæ: per l. sed & milites. in princ. ff. de excusat. tuto. & quia exaudiendo reum pauperem esset cooperire vnum altare, & aliud detegere: contra c. cum causam de præben. item quia creditor habet duo iura, scilicet, actionem & replicationẽ, & debitor habet solam exceptionem, ergo præferendus est actor tanquam habens plura iura: vt habetur in authenti. de consangui. & vteri. fratribus. §. j. ita singu. determinat Guliel. de Cun in l. si quis. ff. de pact. & Alber. de Rosa. Bald. & Pau. de Cast. ibi. ex quo infert ibi Bald. not. ꝙ

2 † si mulier inops nondum consummato matrimonio ingreditur religionẽ, & repetit dotem datam marito, qui allegat se inopem, & dicit se non teneri vltra vires, &c. ꝙ mulier audietur: quia tractat de damno euitando, & maritus de lucro captando: quæ dicta tanquā notabilia refert & approbat do. Feli. in cap. dilecti filij. in fi. iiij. col. de except. vbi refert prædicta. Et vide domi. Philip. Decium in l. in obscura. ff. de regulis iuris. quæ tene menti, quia sunt quotidiana & non sunt adhuc xv. dies quibus ego in hac materia pro hac parte scripsi in contingentia facti apud Ferrariam.

C.

1 *Occidens aggressorem an de occiso teneatur, & vt homicida sit puniendus?*

2 *Occidens aggressorem non se defendentem, à pœna mortis absolutus, bannitus tamen Hippolyti sententia, quæ deinceps approbata fuit.*

1 OCcidens † aggressorem se defendendo non tenetur de occiso: secundum doct. in l. j. C. vnde vi. & in l. vt vim. ff. de iusti & iure, & in l. j. C. quando liceat se sine iudi. vin. & in l. j. §. sed cùm arietes. ff. si quadru. paupe. fecisse dicatur. & in l. is qui aggressorem. C. ad legem Cornel. de sica. & per Ange. de Are. in tracta. malefic. in versi. & dictus Titius se defendendo: &c. & ibi latiùs in addit. secus tamen in eo qui occidit se non defendendo, vt per doctor. in dictis locis. Et occidens aliquem se defendendo non dicitur committere maleficium, secundum Bald. in l. data opera. in iiij. colum. C. qui accusare non possunt. Tene tamen menti singulare verbum Iaco. de Aren. quem refert & sequitur do. Anto. in cap. olim. j. ad finem. de restitutio. spolia. & ibi Abb. in x. colum. vbi dicunt, quòd licet occidens aggressorem non se defendẽdo non excusetur, vt ibi, tamen mitiùs punitur. adeò quòd si percussus insequatur vulnerantẽ qui fugiebat, & eum occidat, non tenetur vt homicida: quia est potiùs in culpa quàm in dolo. quod dictum refert & sequitur domi. Francis. de Aret. in cōsi. suo xxxiiij. inci. visis diligẽter. &c. in fi. & in consi. suo lxxx. inci. sicut decet &c. in fi. & idẽ tenet Ang. de Are. in tracta. maleficio. in d. ver. & dictus Titius se defendendo in versicu. quæritur. Titius vulnerauit, &c. Et pro hac parte in contingentia facti consuluit Bal. in ciuitate Papiæ, vt refert Pau. de Cast. in consi. suo cxcij. incip. in causa incarceratorum in vlti. colum. Et hanc partem videtur tenere Bald. & Salic. in dicta l. j. C. vnde vi. pro quibus faciunt dicta per Alber. in secunda parte statu. quæstio. cccclii. Et idem etiam firmat Ioan. Andr. in additio. Specu. in titu. de homicid. super rubric. vbi dixit, quòd licet excedens modum in se defendendo teneatur de culpa, c. significasti. ij. de homici. tamen si illo excessu occidat aggressorem, non tenetur vt homicida. Et hoc dictum Iac. de Are. do. Anto. & sequacium refert & sequitur do. Feli. in cap. dilecti filij. in viij. colum. de excep. vbi refert alios tenentes hanc partem. & alia pulchra pro hoc facientia allegat ibi, subdens quòd de hoc dicto nunquam obliuiscatis: quia vix posset esse notabilius. idem dixit ipse in c. significasti. ij. de homicid. in penult. colum.

2 Ego † dum essem Potestas Citadellæ apud Paduam, habui hoc in facto: & propter prædicta iura & doctrinas absolui illū qui occiderat aggressorem non tamen se defendendo, à pœna mortis, sed eum banniui: & affines mortui se querelarunt de sententia mea apud illustrissimam dominationem Venetorum: adeò quòd res ista cōmissa fuit Paduæ cognoscenda: finaliter ibi sententia mea fuit cōfirmata. Et pro prædictis faciunt quæ dixi infrà in singu. cclxx. incip. Homicida. &c.

C I.

1 *Pater filium licet ob famis necessitatem vendere possit, non tamẽ filium presbyterum vendere potest. nu. 2.*

3 *Filius à patre ob famem venditus, patrem ad pinguiorem reductum fortunam, actione impetere potest, vt se redimat.*

1 PAter † potest vendere proprium filium propter famẽ. l. ij. & ibi docto. C. de patrib. qui fil. distraxer. & voluit gloss. cap. si quis. extrà de furt. & in cap. discipulos. de cōsecratio. distinctio. v. & Abb. in c. nonne. in princi. vlti. colum. de præsumpt. Nam propter necessitatem famis permittitur illud quod aliàs non toleraretur: vt patet in dictu c. si quis. extrà de furt. & ideo dixit Bal. & Pau. de Castro, in l. ij. §. cùm in eadem naui. ff. ad legem Rhod. de iactu. per illum text. quòd si quis furatur panem tempore caristiæ non punitur de furto. Sed teneas tamen menti,

2 † quòd licet pater possit vendere filium propter necessitatem famis, vt in dictis iuribus, tamen istud non habet locum in filio presbytero, quem pater etiam propter necessitatem famis vendere non potest. Ita singulariter dixit Hostien. in cap. Iudæorum. de ætate & qualita. quem ibi sequuntur scribentes: quod dictum refert & sequitur Ioan. And. in dicto cap. si quis. in secunda colum. versi. tu adde &c. extrà de fur. & istud operatur ordo sacer, seu ordo clericalis: de quo vide quæ latiùs dixi in repetit. mea rubri. ff. de fideiusso. in xv. char. vbi plura posui de ordine clericatus.

3 Et scias, † quòd filius venditus à patre propter necessitatem famis potest agere contra patrẽ vt eum redimat, si pater peruenit ad pinguiorem fortunām. ita dixit Bal. in c. ex rescripto. in fi. de iureiur. quod dictum refert & sequitur do. Feli. in c. cùm dilecta. in xxvij. col. ver. fallit octauò. de rescrip. de quo etiam dixi in l. etiā si redhibitus. in vlti. col. ff. de quæstionibus.

C II.

1 *Clausula summariè, & de plano, sine strepitu & figura iudicij, in rescriptis apposita, magni est effectus, & an per eam omissa libelli porrectione, & litis contestatione, sententia lata valeat?*

2 *Clausula hac summariè & de plano sine strepitu & figura iudicij, inferior Principe non vtitur, sed nec Legatus causam cum huiusmodi clausula committere potest.*

1 CLausula, † summariè, de plano, sine strepitu & figura iudicij, in rescripto apposita, est magnæ importantiæ. de qua per Barto. in extrauagan. ad reprimendum. in versi. de plano &c. & in l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudica. & per eundem in l. nequicquam. §. de plano. ff. de offic. proconsu. & in l. iudices. C. de iud. & in l. si cōstante. in j. quæstio. ff. soluto matrimo. & per docto. omnes in clemen. sæpe. de verborum significatio. & per Ludo. Roma. consi. cc. incip. viso puncto. Et teneas menti, quòd licet ad validitatem sententiæ requiratur porrectio libelli, & litis contestatio, aliàs ad sententiam perueniri non possit: vt habetur in rubro & nigro extrà vt lit. non contesta. attamen vbi in rescripto est apposita dicta clausula, summariè, de plano, sine strépitu & figura iudicij &c. poterit omitti libellus & litis contestatio, & valebit sententia: ita singu. dixit Ioan. Monach. in cap. fina. de hæreti. libro vj. super verbo, figura. dicens quòd vigore illius solius verbi, scilicet procedat iudex sine figura iudicij, po-

• rest ipse iudex incipere ab articulis, quibus probatis sta-
tim procedere poterit ad sentétiam: quod dictum refert
& sequitur Ludo. Roma. in consi. suo ccccxix incipié. in
casu propositæ &c. in fi. vbi alleg. idem voluisse domi. de
Rota in decis. suis alleg. ibi per eum. quod dictum est sin-
gu. not. Ex quo dicto poteris limitare titulũ extrà vt lit.
non côtest. cum sua materia. Et circa dictam clausulam,
summariè, de plano, sine strepitu & figura iudicij, sola fa-
2 cti veritate inspecta, scias, quòd † inferior à principe non
potest committere, etiam si sit Legatus de latere, causam
cognoscendam summariè, de plano &c. & sic non potest
vti illa clausula: ita dixit gloss. not. in ca. fina. de hæreti. in
vj. in gloss. magna ante finem. quam pro singu. allegauit
ad hoc Ange. de Aret. in §. appellantur. Insti. de exceptio.
in versi xxiij. Sed tu dicas quòd idem voluit glos. in cle-
menti. sæpe. in princi. in versic. mandamus. de verborum
significatio. & not. per Specu. in titu. de lega. §. superest.
versic. sed nunquid Legatus. ante finem j. colum. Et idem
not. Bald. & Ioan. de Imol. in l. ex duobus. §. fina. ff. de vul
ga. & pupil. & voluit Cæpo. in consi. suo xvij. incip. vita cô
missione. in pen. col. De quo etiam per do. Feli. in c. j. in
j. col. extrà de rescrip. Quæ omnia menti cômenda, quia
hoc anno ego practicaui hic illud dictum Ioan. Monac.
& sequacium, & obtinui in contingentia facti coram iu-
dice Aquiliæ in commissione sibi facta.

CIII.

*1 Varietas in teste maximi effectus, & quid, ac quàm variè opere-
tur. nume. 2.*
3 Mendacium ad quæstionem indicium sufficiens esse.

1 VArietas † in teste est maximæ importantiæ: nam ope
ratur quod vigore suæ attestationis iudex nullo mo-
do potest procedere ad sententiam ferendam pro ea par-
te, qua ipse primò testificatus est: ita not. Innocen. in ca.
præterea, de testi. cogen. & do. Anto. in cap. cum in tua. in
vlti. colum. de testib. & Ange. in consil. cclxv. incip. quæ-
dam domina Margarita. & voluit do. Alexand. referens
prædicta in consil. suo cclxiij. incip. in causa appella-
tionis. in v. colum. & in consi. ij. incip. viso processu. in ter
tia colum. in vij. volu. in consil. cxxvij. incip. viso proces-
su in ij. colum. in vij. volu. Item etiam talis varietas in te-
ste operatur vt ipse testis possit torqueri, vt habetur in l.
ex libero. & ibi gloss. ff. de quæstio. & per Innocen. & alios
in cap. cum in contemplatione. de regu. iur. per Dy. in re
gula, sine culpa. de regu. iur. lib. vj. Cy. in l. fina C. de quæ-
stio, Pau. de Leaza. in commento cap. grauis, de deposito.
Bal. in l. milites, C. de quæstio Bal. in l iij. C. ad legem Iul.
de adulte. do. Anto. in cap. cùm in tua. de testib. Bald. in
c. j. §. j. in titu. quid sit inuestitu. Bal. in l. nullum. & ibi Sali.
C. de testi. Ange. in d. consi. cclxxv. do. Alexan. consil. lxiij.
incipi. breuiter omissis. in prima colum. in prima parte
2 consiliorum. Habet † etiam aliud not. effectum ipsa va-
rietas seu vacillatio: nam quando iudex maleficiorũ ha-
bet reum in manibus, quem ponit ad torturam præcedé
tibus indiciis, si ipse in ipsa tortura vadit variádo: & vna
die dicit vnum, & alia die dicit aliud: tunc ipse iudex seu
notarius non parcat calamo: sed omnia dicta sua, & om-
nes variationes faciat scribi in actis: eo quia secure tunc
sæpe & sæpius poterit eum repetere in tortura etiam aliis
indiciis non superuenientibus. ita sing. dixit Ang. de Aret.
in lib. malefi. in verbo, fama publica. in xvij. char. in ver.
nonò quæro. allegat hoc voluisse Bart. in l. de minore. in
§. tormenta. ff. de quæstio. & Inno. in c. quoniam contra.
de probatio. ex quo dicto dixit ipse Ang. ibi se pluries cô
secutum fuisse honorem: & maximè in vrbe Romana dũ
ibi assideret. pro quibus etiam vide Ludo. Ro. consi. viij.
3 incip. viso facto &c. vbi † dicit mendacium esse sufficiens
indicium ad torturam quod tene menti in practica. Ná
ego aliàs hoc practicaui in quadã fœmina quę furto sub-
traxerat multa bona dum essem capitaneus vallis Luga-
ni. Et adde quòd varietas dicitur iniquitas. text. est in l. si
quis. C. de rebus credi. & dicitur etiam res erubescenda.
tex. est in l. fi. C. de modo mulctarum.

CIIII.

*1 Pater post triennium filium alere tenetur, etiam si alimenta se-
mel assignata ludo, vel re simili profana dissiparit.*

1 PAter † tenetur alere filium maximè post triennium. l.
nec filium. C. de patr. potesta. & ibi docto. l. penulti. &
fin. C. de alen. liber. Sed pone quòd pater assignauit filio
alimenta, qui illa dissipauit in ludo, vel in simili re profa
na, an pater teneatur iterum sibi præstare alimenta: di-
cas quòd sic. ita dixit Iaco. de Are. in l. si libertus qui ope
rarum. ff. de ope. liber. quem refert & sequitur Barb. in c.
ex parte in iij. col. de consue. & Bal. in l. j. §. ius naturale.
in ver. quæro quid si filius. ff. de insti. & iur. Côtra prædicta
tamẽ faciũt quàmplura adducta per do. Feli. in c. quæ in
ecclesiarum. in xxiiij. colum. versi. & in quantum. de con-
stitu. in quibus dicitur, quòd ille qui dat causam pauper-
tati suæ non iuuatur propter ipsam. sed responde quod
in illis iuribus est diuersa ratio: nam in illis non concur-
rit naturalis obligatio, & naturalis ratio: vt hic in patre
quo ad filium.

CV.

*1 Emptionem in dubio semper præsumi, vbi de pretio mentio fit. vn
de fit. si statuto caueatur, quòd de pretio cuiusque rei in con-
tractum deductæ, gabella pendatur, quòd intelligatur de em-
ptione tantum.*
*2 Princeps, si pro feudo pretium recipiat, ac deinde dicat, indulge-
mus, vel quid simile aptum feudo, non propterea feudum erit,
sed emptio, & ob id non posset reuocari, nec fidelitas præstari
debet.*

1 VBicunque † fit mentio de pretio, semper in dubio præ
sumitur emptio. gloss. est sing. in l. cùm dotem. in ver
bo, quis enim. C. de iure dot. quam ibi summè not. Bal. &
per eam dicit, quòd si statutum disponit, quòd de pretio
cuiuscunque rei deductæ in contractum soluatur gabel-
la, quòd intelligitur de emptione tantum, propter ver-
bum pretij, positum in statuto: quod dictum pro not. val-
de refert & sequitur do. Ias. in l. j. in vij. colum. C. de iure
emphy. pro qua gloss. & doctrina ipse allegat ibi tex. not.
in l. fina. C. de prædiis curialium. lib. x. & doctrinam Bal.
in l. qui se patris. in x. colum. in versi. scias C. vnde liberi.
2 vbi dixit, † quòd si princeps pro feudo reciperet pretium,
& postea diceret, indulgemus, vel aliquod simile verbum,
non propterea esset feudum sed emptio: & ideo reuoca-
ri non posset, nec ei deberetur fidelitas. Quod dictũ etiã
refert & approbat do. Feli. in cap. quæ in ecclesiarum. in
xviij. col. in versi. secundò confirmatur. de consti. De quo
etiam per Bald. secundum eum in l. Gallus. in §. & quid si
tantùm. ff. de libe. & posthu. in ij. colum. quam glo. tamen
limitat ipse Iason ibi. vt procedat quando fieret mentio
de pretio, & pretium esset condignum rei: nam tunc bene
præsumeretur emptio: aliàs secus secundũ Bal. in l. ex con
uentione. C. de pact. & hoc per gl. quam ipse Bal. reputat
ibi sing in l. j. §. j. ff. de superficiebus.

CVI.

1 Cingendum de proximo pro cincto haberi.
*2 Dotem, si ex statuti forma, muliere in matrimonio sine liberis de-
cedente, vir lucretur, an id quoque locum habeat in sponsa per
verba de præsenti, matrimonio necdum copula carnali con-
summato?*
*3 Filia maritata seu nupta si vi statuti ad successionem venire non
debeat, an sponsa per verba de præsenti tantùm, statuto com-
plexa sit?*
4 Et quid si mulier in viri domum ducta sit?
*5 Posthumus in quinque mensibus natus, ac dimidiam tantum ho
ram viuens, testamentum non rumpit.*

1 QVi de proximo † est cingendus habetur pro cincto. l.
penulti. ff. de testamen. mili. l. item legato. ff. de le-
ga. iij. l. si quis cum sciret. ff. de vsucap. pro empt. §. fina. in
authen. vt exact. instan dot. & voluit Bald. vbi not. loqui
tur in l. si non sortem. §. non adeo. in prin. ff. de condict.
indebi. Vide Soci. in consi. lxx. incip. vtrum &c. in penult.
colum. circa finem. in iiij. volu. & Barba. in ca. iurauit. in
2 xvj. colum. de probatio. Et tene † menti propter hanc re-
gulam singu. verbum: nam habemus quòd stante statuto
quòd muliere decedente in matrimonio sine liberis vir
lucretur certam partem dotis, vt communiter sunt sta-
tuta

tuta per Italiam, non habet locum in sponsa per verba
de præsenti matrimonio nondum carnali copula con-
summato. vt voluit Pet. de Ancbar. in repeti. c. j. in xlviij.
char. versi Quæro de quæstione quę mihi occurrit &c. ex-
trà de constit. vbi dicit, quòd statutum quod loquitur de
nupta, non intelligitur de desponsata tantùm per verba
de præsenti: & ideò ibi ipse refert se vnà cum do. Anto. cō
3 suluisse, †quòd stante statuto quòd filia nupta, seu mari-
tata non veniat ad successionem, quòd hoc casu filia de-
sponsata de præsenti non excludetur: quia nō dicitur nu
pta. Item hanc partem quòd prædictum statutū non ha-
beat locum in sponsa, tenet Bald. in l. non sine. in princ.
C. de bonis quæ libe & Bald. in authen. dos data in ij co-
lum. C. de donatio antenup. Idem firmat do. Abb. in ca.
tertio loco. de præsumptio. dicens se consuluisse Senis pro
hac parte. quod cōsilium suum in hoc casu habes in se-
cundo volu suorum consiliorum in consi. lxxix & incip.
videtur primò &c. & idem etiam ipse tenet in consi cvij.
incip. quatuor sunt. in fi. in iij. volumi. idem etiam ipse te
net in c. ex publico. de conuersio. coniuga. & idem tenet
Sali. in quodam suo cōsi. incip. Iacobus promisit Stepha-
no &c. & Pet. de Ancha. in consi. xx. incip. pro solutione
dubiorum. vbi dicit, quòd statutum puniens contrahen-
tes matrimonium in certo casu, intelligitur de matrimo
nio consummato, & non ante. idem etiā tenet do. Abb.
in c. si inter. de sponsa. & Petr. de Ancha. in c. j. in vlti. col.
de sponsa. in v pro quibus facit gloss in clemen j. de con
sangui & affini & hanc partem etiam tenet Abb. in c. ij.
per illum tex. extrà de sponsa duorum. & ista est commu
nis opin. licet aliqui doctor. vt Bald. variauerint in hoc:
de quo latiùs per Moder. in dicto c. tertio loco. de præ-
sumpt. Vide Deci in consi. clx. incip. quæritur. in ij. colū.
4 Attamen †tene menti, quòd licet ista sit communis opi.
& sustentabilior: tamen si mulier esset ducta ad domum
viri, & viro coniungeretur, & ante coniunctionem ipsa
mulier decederet, quòd hoc casu vir lucraretur partē do
tia debitam à statuto: quia pro coniuncta & copulata ha
betur quæ de proximo copulanda est. ita singu. dixit Sa-
li. in l. cum te. in fi. verbis. C. de donatio. ante nupt. quod
dictum pro valde singulari refert & sequitur do. Felin. in
dicto c. tertio loco. in iiij. col. versi. & retenta &c. & in ru-
bri extrà de sponsa. in v. col. circa medium. Vide Corse-
tum in notab. suo lxxxj. in verb. donatio. ij. incip. vxor do
nauit marito. & ibi in apostil. & singu. cccxviij. sub verb.
salarium. iij. incip. licet hæres deberet consequi. & Alex.
consi. cxxix. incipi. super primo &c. in ij. col. in vij. volu.
quod dictum tene menti: quia euenit in facto proximis
superioribus annis in ciuitate Senarum. Pro quo dicto
faciūt optimè dicta per Pau. de Cast. in cōsi. suo ccxxxix.
incipi. videtur dicendum. circa medium. in ver. breuiter
ego puto contrarium. Et vide quæ dixi in l. fin. C. quæ res
pign. obliga. non poss. circa secundam char. in versicu. &
scias vnum. & ad supradictā materiam qui de proximo
est cingendus, vide Pau. de Cast. in l. iij. in §. si seruus. ff. de
acquiren. possess. vbi loquitur de bannito rebanniēdo de
proximo, an possit impunè offendi: & quid de non ban-
nito sed de proximo banniēdo, vide ibi, & latius per do.
Albertum de Cataneis dudum præceptorē meum in tra-
cta. suo violantes. in verbo, alij. in penult. col. Et vide do.
Feli. in c. fina. de Iudæis. in primo notabi. vbi dicit, quod
paria sunt quem esse condemnatum, vel de proximo con
demnandum. allegat hoc voluisse Pau. de Leaza. in clem.
pastoralis. de re iudic. Et in materia ista adde hic omni-
no dicta per do. Feli. in cap. sicut ex tua. in fi. de homicid.
& in c. veniens. in fi. j. col. de accusatio. & in c. cùm adeò.
in j. & ij. col. de rescript. & Pet. de Ancha. in clemen. ne Ro
mani. §. sanè. circa finem de electio. & Ioan. de Ana. in c.
5 nulli in ij. colum. de Iudæis. Et adde quòd †si posthumus
nascatur in quinque mensibus, & non viuat nisi per me-
diam horam, quod non rumpit testamentum, secundum
Rapha. Fulgo. in consi. suo lxix. incip. punctus talis est, Ma
rianus &c vide tamen contra superiùs dicta, videlicet,
qui de proximo est cingendus, not. verbum Cardi. in cle-
men. j. in fi de baptis. & text. in l. item Mela. §. Celsus. ff. ad
legem Aquil. & in l. huic scripturæ. eodem titu. Et omni-
no do. Nellum in tracta. bannitorum, in iiij. parte primi
temporis. quæstio. viij. incipien. octauò quæro quis putà:
& ibi omnino in quæstio. sequen. & quæ dixi in l. j. in prin
ci. in xv. fallentia. ff. de sicar & de illo articulo, an vir lu-
cretur dotem vxore moriente ante consummatum ma-
trimonium, vide Bald in consi. cclxvj. incip. consuetudo.
in secundo volu. Ad hanc materiam vide not. verba Ias.
in l. quoniam. circa finem. C. de testamen. & vide eūdem
in l. non tantùm. C. de lega. & omnino in authenti. si qua
mulier. in vj. colum. C. de sacrosanct. eccle. & in l. si is qui
pro emptore. in xx. col. ff. de vsucap. & omnino Ias in l. di
uortio. §. interdum. in v. col. ff. solu. matr. & quæ ego dixi
in repe. rubr. ff. de fideius. in xxxj. q. & Ias. in l. diuortio. in
prin. in fi. ij. col. solu. matri.

CVII.

1 *Dignitatis priuilegium dignitate finita perdurare. Ob id fit, vt clericus licet degradatus, non potest percuti citra canonis incursionem.*

2 *Et quid de eo qui aliàs consiliarius fuit, qui in præsenti non sit, an torqueri possit?*

3 *Infamia apud infamem infamiæ causa etiam extincta, remanet, nec extinguitur causa ipsius extincta.*

4 *Periurus etiam peracta pœnitentia, testis esse non potest. sicut nec ante peractam pœnitentiam. nec inimicus etiam reconciliatus testis idoneus est, aduersus eum cui inimicus fuerit.*

1 PRiuilegium †dignitatis durat finita dignitate: secun-
dum Bal. in cap. sedes apostolica. de rescript. qui ad
hoc alleg. Innocen. ibi: pro quo facit gloss in c. accedens.
50. distinct. quæ singu. dixit, quòd licet clericus sit degra-
datus non tamen potest percuti, & percutiens eum inci-
dit in canonem. alleg. l. vnius. in §. seruus ff. de quæstio. &
c. ostenditur. de consecra. distinctio. iiij. idem voluit glo.
in c. dictum. lxxxj. distinct. pro quibus facit tex. in l. fin. in
versi. non esse torquendum in memoriam pristinæ digni
2 tatis. ff. de decurionib. vbi †ille qui fuit consiliarius, licet
nunc non sit, non potest torqueri in memoriam pristinæ
dignitatis. & per illum tex. refert ibi Francis. Tigri. quòd
per illum text. Marti. de Fano euasit quendam qui fuerat
condemnatus ad mortem, & dum appellauit, opposuit
coram iudice quòd fuerat consiliarius suæ ciuitatis. Po-
testas tamen propter indicia contra eum existentia po-
suit eum ad torturā, quo casu non poterat torqueri, per
illū tex. & licet ibi in tormentis confessus est maleficiū, ex
quo illa tortura non tenuit, eodem modo non tenuit cō-
fessio. quod est bene not. secundum Barba. in dicto c. se-
des apostolica. in v. colum. Et quia, vt nosti, contrariorū
eadem est disciplina, iuribus vulgatibus: ideo ista adde-
repotes ad gloss. valde not. iunctam tex. in c. constituit.
3 xvj. q. iiij. quæ voluit, †quòd infamia remanet apud infa-
mem extincta causa infamiæ: & ideo dicit quòd Iudæus
in casu quo non potest esse testis contra Christianū, non
poterit etiā esse testis si efficiatur Christianus, & sic post
baptismum. quem text. & gloss. allegat pro singulari Lu-
do. Roma. in singu. suo dclxxix. quod incip. nunc venia-
mus ad lucrum panis. circa quod etiam vide do. Felin. in
cap. eam te. in ix. col. de rescript circa finem. Ita econtra-
rio sicut infamia nō extinguitur extincta causa infamiæ,
ita priuilegium dignitatis non finitur finita dignitate, vt
patet in dictis iuribus præallega. Et istis adde gloss. not.
in l. qui cum vno §. ignominia. ff. de re milita. quæ dicit,
4 †quòd periurus etiam post peractam pœnitentiam non
poterit esse testis, sicut nec antea poterat. quam gloss. pro
not. alleg. ad hoc Bald. in l. Lucius in fin. ff. de infami. &
allegat etiam Archidia. quem vide. Item adde quòd ini-
micus etiam post pacem seu reconciliationem non po-
test esse testis contra illum cum quo habebat inimicitiā.
Ita dixit do. Alexan. in consi suo xcix. incip. in causa in-
quisitionis &c. ad quod alleg. bonum text. in cap. accusa
tores. j. iij. quæstio. v. de quo vide latius per me in repeti
tio. mea l. fina. C. de probat. in xvj. chart Et ad materiam
supradictam vide do. Feli. in c. cùm sit. in princip. de Iu-
dæis. & in cap. cùm contingat. in finalibus verbis, de sen
ten. excommunicatio. Vide omnino Alberic. de Rosa. in
secunda parte statu. in xx quęstio. incip. quid si statur &c.

& domi. Alexan. in l. fina. C. de decur. o. lib x. in apostillis. Et vide quæ dixi suprà in singular xxv. incipi. ille qui nunquam &c. in princ.

CVIII.

1 *Reus criminosius legitimis probationibus victus, vrgẽtibúsque inditijs pressus, in quæstionibus nihil tamen confessus, an cõdemnari ad mortem, aut membri mutilationem, non obstãte perseuerantia, possit?*

1 ALias † fui interrogatus à quodam iudice maleficiorum iuuene & tyrone, vtrum ipse posset condemnare reum quem habebat in fortiis, qui non obstãtibus indiciis vrgentibus, & etiam legitimis probationibus contra eum existentibus nolebat confiteri crimen, sed semper in tortura, & extra perseuerauit in negãdo delictum commisisse. Cui latrunculatori respondi, & dixi, quòd poterat indubitanter eum diffinitiuè condemnare ad mortem, vel ad membri mutilationem non obstante eius negatiuæ & perseuerantia. Et allegaui sibi Bal. hanc quæstionem ponentem in terminis, & hanc partem tenẽtem per illum text. in capit. ad nostram. extrà de probat. circa finem. versicu. & not. & vltra Bal. allegaui sibi tex. formalem de hoc in l. qui sententiam. C. de pœn. & ibi doct. de quo text. miror, quòd Bald non fecerit mentionem in dicto c. ad nostram. Vide Ange. in l. si quis alicui. in fi. C. ad legem Iuliam maiesta. & ibi Salic. Nuperrimè inueni Bald. idem tenentem in l. j. in fi. C. de iuramen. calum. & do. Alexan. per illum tex. in l. vnius. §. reus. ff. de quæstio. & do. Francis Brunum in suo tracta. de indiciis & tortura. in x. char. in prima col. vbi omnino videas. & do. Bartholo. Cæpol. in consi. xxxij. incip. Quidam rustici. in ix. colum. & vide infrà in singu. cclxij. incip. Quod potui noui. & vide Card. Alexan. in c. j. § publici latro. de pace tenen. & eius violat.

CIX.

1 *Infamem facti infamia in ciuilibus à testimonio prorsus, licet nõ plenè probet, repelli: nec ipsius dictum in causa nimirum ciuili ardua quicquam probare, siquidem ciuilis ardua criminali æquiparetur.*

2 *Infamiam vel per testes minimè iuratos probari.*

1 INfamis † infamia facti in causis ciuilibus in totum repellitur à testimonio, licet non plenè probet: vt habetur per docto. in l. j. C. de summa trini. & fide catho. & in cap. testimonium. extrà de testib. & per Bart. in l. Cassius. ff. de sena. & per doct. in l. j. ff. de his qui notan. infa. & per gloss. in l. iij. §. duæ causæ. ff. de Carbon. edict. & per Bald. in authen. presbyteri. in princi. C. de episco. & cleri. & per Specu. in titu. de teste. §. j. versi. item quòd est infamis. de quo dixi latissime in repetitio. mea l. fina. in vj. chart. C. de probatio. Scias tamen quod talis infamis infamia facti in totum repellitur à testimonio, & dictum suum nihil probat: & hoc est in causa ciuili ardua. ita singu. dixit Bal. in c. ad nostram. extra de probatio. & allegat ad hoc cap. licet causam. extrà de testib. quod dictum pro nota. refert & sequitur Feli. in c. testimonium. in v. col. in fi. extrà de testib. allegat rationem dicens, quòd ratio huius est, quia causa ciuilis magna æquiparatur causæ criminali. c. j. de restitutio. spolia. in vj. l. propter litem. §. j. ff. de excusatio. tuto. & voluit hoc Bal. in l. parẽtes. C. de testi. quem refert & sequitur Barba. in dicto cap. testimonium. in x. char. in iij. col. Pro quibus optime faciũt quæ in hac materia arduæ causæ dixi satis late in dicta repetitio. mea l.
2 fina. in vj. char. in fin. C. de probatio. Et scias † quod infamia probatur etiam per testes non iuratos: secũdum gl. in cap. tua. in verb. testimonio. de cohabitatio. clerico & mulierum. quam pro singula. & not. refert & sequitur ad hoc Bald. in repetito. suo, in versicu. infamis. in prima colum. vide Ias. in l. j. in xiij. colum. C. de summa trinit. quæ omnia tene menti: quia quotidie infames infamia facti examinantur in causis. Et vide quæ dixi infrà in singula. ccxlv. incip. quando dubitatur.

CX.

1 *Confessionem probationem non esse, sed à probatione releuationẽ. Et ideo post probationum dilationes omnes prætergressas, per aduersarij confessionem parti probare potest.*

2 *Confessiones partis etiam post sententiam fieri posse: quinetiam attestationibus publicatis, positiones vel super articulis, super quibus probandis testes produci nequeunt fieri posse iuris authoritate & doctorum constat.*

1 COmmunis doctorum opinio est, quòd † confessio non sit probatio, sed probationis reuelatio: de quo per scribentes in c. j. de confes. in vj. per do. Anto in c. [illegible] sacerdos. in prin. de offic. ordi. & per eundem post Innocen. in rubric. extrà de probatio. per Ioan. Andr. in c. bonæ. j. de electio. per do Anto. & alios in c. licet causam. in vj. col. extrà de probatio. & in c. in præsentia. de renun. in ij. colum. per Bal. in c. j. § si vasallus. in ij. col. si de feu fuer. controuer. inter domi. & agna. & in l. i. § quod obseruari. C. de iuramen. calum. per Pau. de Cast. in l. j. ff. de confes. & in l. Publia. § fina. ff. deposi. per Roma. in l. admonendi. in vj. char. de iureiuran. & per do. Feli. latè in rubri. extrà de probatio. in iiij. col. versicu. vlterius secundo loco &c. & ideo tene menti, quòd post lapsas omnes dilationes potest pars probare per confessionem aduersarij. ita singu. dixit Innocẽ. in c. vltra tertiam. extrà de testi. & ibi eum
2 sequitur Bal. dicens, † quòd in quacunque parte iudicij, imò post sententiam possunt fieri cõfessiones: & allegat gloss. primam in l. Iulianus. ff. de condi. indeb. & in dicto c. vltra tertiam refert Cardi. se in facto consuluisse, quod publicatis attestationibus possunt fieri positiones, etiã super articulis, super quibus non possunt produci testes ad probandum per c. j. de confess. in vj. & per dictum Innocen. ibi: de quibus doctrinis facit festum do. Feli. in dicto capit. vltra tertiam in fine. quibus adde Bald. in authent. sed nouo iure. versus fin. C. si certum petatur & Ludo. Roman. in d. l. admonendi. in antepenulti char. ff. de iureiurando. Quæ omnia tene menti: quia sunt quotidiana & vtilia.

CXI.

1 *Supplicans Principi, quales debeat preces exhibere, & quid continere eas necesse sit?*

2 *Rescriptum secundæ indulgentiæ prioris mentione non facta inefficax ac nullum est.*

1 SVpplicans † debet specificè omnia narrare, & exponere principi etiam cum omnibus qualitatibus quæ faciunt ad rem, de qua supplicatur. c. pastoralis. & ca. super eo de rescrip. habetur per scriben. in cap. super literis. eodem titu aliàs si omnia specialiter non exponat, & obtineat rescriptum, tale rescriptum est nullum, & non valet: vt in dictis locis. & ideo dixit Gulfiel. de Cun. sing. verbum in l. iij. C. de episco. audien. Titius occidit hominem, & à principe obtinuit gratiam & indulgentiam vt non puniretur: posteà occidit alium, & iterum supplicauit principi pro gratia obtinenda, & obtinuit, sed in supplicatione non narrauit seriem facti: videlicet, quòd alium occiderat. & indulgentiam obtinuerat dicit ibi Gu-
2 liel. de Cun. quòd † tale rescriptum secundæ indulgentiæ est nullum tanquam surreptitium. quod dictum pro valde nota. refert & sequitur ibi Bald. & Barba. in cap. super literis. in x. char. de rescript. vbi subdit se vidisse hic Bononiæ decapitari vnum, qui occiderat duos homines, & pro primo habuit gratiam, & postea etiam habuit gratiam pro secundo homicidio non expresso primo in supplicatione: & propter hoc secunda gratia & indulgentia fuit nulla. ideo fuit decapitatus. Et subdit etiam Barba. quòd si fuisti condemnatus in mille pro homicidio, & supplicasti principi pro compositione, & in supplicatione inseruisti quòd eras condemnatus in mille sed causam & qualitatem condemnationis non expressisti: quia verisimile est quòd si expressisses te esse condemnatũ pro homicidio, superior tecum non composuisset. argu. l. ij. C. de episco. audien. hoc casu si superior rescribendo cõponat tecum, tale rescriptum, seu cõpositio est nulla. ad quod allegat text. in dicto c. super eo. in versi. literas quæ facti seriem non continent. &c. Et idem etiam dixit Barba. in cap. dilectus. in ij. char. eodem titu. & in cap. ad nostram. in vij. col. de appellatio. & in cap. cùm tanto. in ij. colum. de consuetu. & do. Feli. in c. postulasti. in iiij. col. de rescrip.

de tescri. Et vide in proposito not. verba do. Feli. in c. veniens. in ij. col. de præscrip. Et vide do. Rochum de Curte in c. fi. in ij. col. de consue.

CXII.

1 *Testimonio duorum vel trium omne verbum stare. ac proinde vnius testimonio nihil plenè probari. Et quid si solus testis de corruptela aduersus corrumpentem corruptus deponat?*

2 *Barattariam per iudicem admissam iuramento probari. Et quid in hoc Bal. de Ancha. & reliqui.*

1 IN ore† duorum vel trium stat omne verbum. c. veniẽs. & c. licet vniuersis. extrà de testi. l. vbi numerus. ff. eo. cũ concor. ibi alleg & testimonium vnius regulariter non probat plenè: vt habetur in dictis iuribus. Tene tamen menti perpetuò, quòd si testis solus productus ab eo contra quem fuerat corruptus pecunia, ne testimoniũ diceret, contra corrumpentem eum hoc deponat, plenè probat verbum fuit singulare Bal. in c. j. in ij col. si de inuesti. inter do. & vasal lis oria. in vsi. feud. quod dictum pro valde not. refert & sequitur do. Feli. in c. licet causam. in v. col. extrà de proba. Adde hic omnino gl. no. in authen. vt iudi. sine quoquo suffr. in §. nos enim. in ver. ostenderit. quæ dicit, quòd etiam per solum iuramentum probatur bararatia commissa per iudicem & vide Ange. in d. tit. in § oportet. qui no. loquitur. vide tamen contra hoc dictum Bal. Pe. de Ancha. in consi. suo xxiij. incip visa inquisitione in j. col. & Raph. Fulg. in consi. suo clxxiij. inci. in causa inquisitionis. in j. & ij. col. & dom. Philip. Deci. in consi. clxxxix. incip. Lætatus sum. in v. colum. & Bal. in l. si quis testibus. C. de testib.

CXIII.

1 *Testis dictum ad iuramenti, non examinis diem pertrahi.*

2 *Et quid in instrumentorum productione, vbi prius copia, quàm originale producta est.*

1 DIctum† testis trahitur ad diem iuramenti: nam sufficit quòd in termino probatorio ipsi testes iurauerint, licet non fuerint tunc examinati, sed postea: & dictũ suum refertur ad diem quo iurarunt ita volunt Barto. & alii in l. damni. § Sabini. ff. de dam. infect. & Bal. & docto. in l. si quando. C. de testi. & habetur per cano. in cap. licet causam. de proba. & in c. pia. de except. in vj. de quo per Spe. in tit. de teste. §. qualiter. versic. is quoque. & in tit. de dila. §. rursus. versi. sed quid si infra. per Io Cald. in consi. j. sub rubri. de testib. per Bald. in rubri. C. si ex fal. instru. & per Bal. in addi. Spe. in tit. de sen. in pen. col. versi. pone q post sententiam. per Lud. Roma. consi. ccccxliij. inci. quo ad primum in ij. col. per Alex. in consi. cclxv. inci. in causa & lite. in penul. col. in fi. de quo dixi in repeti. mea l. fin.

2 C de proba. in xxviij. char. & teneas menti quòd † idẽ est in termino dato ad producenda instrumenta: nam statuto termino parti ad producenda instrumenta, si in termino sibi statuto nõ producit originale, sed solùm producit exemplum ipsorum instrumentorum elapso vero termino, postea producit originalia, talis productio sufficit: & illa productio originalium trahitur ad diem productionis exemplorum. ita singulariter dixit Bald. in c. j. in prin. extrà de fide instrumen. vbi dicit hoc esse notatu dignum. alleg. bonum tex. in l. si donatæ. §. si sponsus. ff. de dona. inter vir. & vxor. quod dictum pro valde no. refert & sequitur Feli. in c. licet causam. in xiij. col. in prin. extrà de proba.

CXIIII.

1 *Testes singulares non probare, vulgata est sententia, etiam si mille testes singulares forent, quoniam non amplius, quam vnus ac solus, probant.*

2 *Nisi tales sint testantium personæ, quæ iudicem ad indubitatam rei probandæ fidem pertrahant & inducant.*

3 *Testibus credere non semper habet iudex necesse, si tamen causam non adhibitæ fidei exprimat.*

1 VVlgatum† & tritum est apud omnes, q testes singulares non probant: vt habetur in c. bonæ. de elect. in t. cùm dilectus. eo. tit. in c. licet causam. vbi per omnes, de proba. in l. ob carmen. ff. de testi. in §. fi. in l. qui falsa. eo. tit. & in c licet vniuersis. extrà eo. & habetur per Spe. in ti. de teste. §. j. ver. item q testes sunt varii. de quo plene dixi in repe. mea l. fina. C. de proba. in xxiij. char. circa med. Quinimò etiam si essent mille testes singulares, non pro

a barent: quia tantù probãt mille testes singulares, aquantum vnus: secundum Bald. in l. iurisiurandi. C. de testi. & in c. tam literis. extrà eo. & in addi. Spec. in tit. de teste. in §. j. in iiij. col. ver. etiam mille Vide Deci. in consil. cccx.

2 incip. visis. in vlt. col. Scias† tamen, & nunquam obliuiscaris quòd licet, vt dixi, testes singulares non probent, si tamen sunt ita nobiles, quòd iudicem adducant ad indubitatam fidem: iudex non debet curare illam singularitatem: sed secundum eos debet iudicare. ita singul. & mirabiliter dixit Pau. de Cast in l. admonendi. ff. de iureiur. & in l Lucius. ff. de his qui not. infa. in suis recollectis Florentinis. & subdit illud dictum esse notabile, & verum: licet quidam doct. proterui teneant contrarium & malè: & dicit quòd illud dictum suum est de mente Bal. in d. l. Lucius. vbi Bar. etiam sing. dixit, & Bal. ibi post eũ, quòd

3 etiam † si testes probant secundum verba eorum: & tamen iudici videatur non esse credendum illis testibus aliqua de causa, quòd potest illis testibus non credere & debet causam exprimere in actis: ne fortè postea teneretur in syndicatu quod dictum Bart. refert & sequitur Barb. in consi suo incip. Præclarè scripsit. in viij. col. quod consiliũ est insertum inter consilia do. Laut. Calca. in lxiiij. & Socin. in consi. cclxij. incip. in causa magnifici. in antepe. col. Et illud dictum Pau. de Cast. refert & sequitur pro valde singulari do. Io. Bap. de Cazalupis in repe. l. admonendi. in vij. char. in ij. col. de iureiur. & quidã Modernus doct. Franc. Brunus de S. Seuerino in suo notab. tracta. de indiciis & tortura, in j. char. in iij. col. circa princ. quod est perpetua memoria dignum, cùm sit valde quotidianum & practicabile &c. Pro quibus optimè facit quod voluit do. Feli. in c. quia verisimile. in prin. vlti. col. de præsum. quem vide. Soci. in consi. xc. incip. in causa. in vj. col. in ver. confirmat &c. in iij. vol. & in cõsil xcviii. incip. iustissime iudex. in iij. col. circa med. in iiij. volu. & in consi. xxxvij. in iij. vol & omnino Alex. in cõsi. ccxxxvj. in j. col. in vj. vol. & in consi. ij. in iiij. col. in vij. vol.

ADDITIO.

a Mille testes singulares. Adde Alex. consi. xiij. ex his quæ in themate. col. vlt. lib. j. & consi. xxxij. viso puncto & dubiis. ad fin. eo. lib. cõsil. lxxij. eo. li. j. vbi latè cõsuluit qñ testes singulares probent. Ias. in repe. l. admonẽdi. col. lxxxiiij. ver. itẽ adde inquantum Bar. ff. de iureiur. Alex. cõsi. c. lib. j. col. pe. Dec. cõsi. cxxxiij. Alex. consi. xj. lib. iiij. consi. cl. in fi. lib. v. & in proposito dicebat Bal. post Richar. Malumb. in l. ob carmen. §. vlt. ff. de testib q ideo testes singulares non probant, quia super eo quod deponunt, quilibet est vnus solus: & vnus testis nõ probat. alle. c. bonæ. & c. cũ dilecti. de elect. nisi negotiũ esset connexum. vt ibi latius per eum. quem sequitur Alex. in d. consi. lxxij. ver. idem tenet. lib j & vlterius hoc adeo verũ est, quòd sicut testes singulares non probant, eodem modo nec hi qui ita possunt esse singulares, sicut cõtestis. ita sing. Bal. in l. vl. in xv. opposit. C. de edict. diui Adria. tol. & in c bonæ. j. versi. sed quid si testes. extrà de elect. vbi refert ita consultũ. & hoc dictum Bal. pro singu. citat Cor. consi. xiij. lib. j. & reassumit idẽ Corn. consi. cxxx. & consi. cccxliij. eo. lib. Sed tñ hoc declara qñ testes ambiguè deponentes in quolibet intellectu cõclusiuè probant intentionẽ producentis. ita singul. decidit Alex. in l. inter stipulantẽ. §. j. col. pen. in fi. ff. de ver. obli. post Ioan. And. in c. j. de pact. lib. vj. & hanc decisionẽ Alex. pro singul. refert & sequitur Ias. in l. vbi autẽ non apparet. §. qui illud. in ij. nota. eo. ti. & est fortis decisio, & notab. secundum eundẽ in l iij. in prin. in j. notab. ad fi. ff. de condict. caus. dat. & in l. & si post tres. ff. si quis cautio. & in l. non hoc. ver. quartò limita. C. vnd. legi. Secũdò declarari potest qñ omnes testes concordãt in dicto. nã licet oõ deni se pro cõtestibus, tñ cõtestes præsumũtur, secũdũ Bal. in l. ij. C. de sec. tab. vbi Ias. col. pen. commendat post Alex. ibi in fi. & consi. xlviij. abundè. lib. ij.

CXV.

1 *Fugam non semper ad quæstionem indicium facere, nempè vt si quis post accusationem, vel inquisitionem aufugerit. quòd iusto timore fecisse præsumitur.*

2 *Fuga Officialis tempore syndicatus fugientis, aduersus eum plenam probationem facit. Et vide alios casus remiss. nu. 3.*

4 *Fuga, vbi præsumptionem aliquam, aut indicium contra aliquem inducit, huiusmodi præsumptio è fuga capta, fugientis iuramento tollitur.*

1 FVga† non semper facit indicium ad torturam: vt puta, si quis aufugit postquam fuit accusatus, vel inquisitus: nam hoc casu si aufugit ductus est iusto timore, & talis fuga non facit indicium contra eum: secus si aufugit antequam sit accusatus vel inquisitus: quia tunc fuga facit indicium contra eum: secundum Bart. in l.j.ff.de bo. eorum qui mor. sibi consci. arg. illius text. quem refert & sequitur Ias. in l. admonendi. in lxvij. col. in fi. de iureiur. in repe. & Decius in consi. ccxxiiij. inci. in effectu. in ij. col. quod dictum suum refert & multũ commendat Ange. in l. fi. ff. de quæstio. in pe. col. & Mathe. in notab. suo cxlv. inci. nota aureum dictum, quod tota. & eum etiam refert & sequitur Lud. Roma. in l. lex Cornelia. ff. ad Sylla. in ij. col. & Ang. de Are. in lib. malefi. in ver. fama publica. in
2 ver. an fuga sit sufficiens &c. Adde † hic quòd fuga facit plenam probationem contra officialem fugientem tempore syndicatus: secundum Ias. in l. j. in fi. penul. col. C. vt omnes iudic. tam ciui. quàm crimi. & in repet. l. admonendi. in lxvij. col. in prin. de iureiu. & omnino vide quæ
3 dixi in repe. rub. C. de proba. in liiij. col. Et † alios etiam casus ponunt doct. cum aliquibus limitationibus, quando fuga faciat indicium vel præsumptionem, & quando non. de quibus per eos in l. admonendi. ff. de iureiur. & in l. in bonæ fidei. C. eo & in l. fina. ff. de quæstio. & in d. l. lex Cornelia. & per Ang. de Aret. in d. tract. malefi. in ver. fama publica. in vj. char. in ver. an fuga &c. & ibi per domi. Augu. de Arimin. & per Bal. in consi. cccciij. incip. quidã fuit. in ij. col. in iij. vol. & dixi latè post alios in repet. mea
4 l. fi. C. de proba. in lxxx. chart. Sed † ad vnum aduerte, ac erige aures, quod casu quo fuga inducat aliquam præsumptionem contra aliquem, seu indicium: tunc talis præsumptio taliter inducta per fugam tollitur per iuramentum ipsius fugientis. ita singu. & mirabiliter voluit Cy. in l. fi. C. de requi. reis quod dictum nunquam est obliuioni tradendum: & illud dictum pro valde not. refert & sequitur do. Fran. Brunus de sancto Seuerino in dicto suo tractа. de indiciis & tortura. in iij. char. in ij. col. in fi. verbis. & do. Catal. in tractatu suo syndicat. versi. cccccxlij. inci. quia sæpè &c. ante fin. quod tene menti ad adiuuandum amicum contra quem est indicium fugæ.

CXVI.

1 *Præsumptio iuris ac de iure, maxima est efficacia, pluraq́; ac varia operatur: ac præcipuè, vt ex huiusmodi præsumptione condemnatus appellare non possit, vt qui pro confesso, ac conuicto habeatur, qui non appellat.*

1 PRæsumptio† iuris & de iure est maximæ importãtiæ, & operatur plura: vt habetur in l. fi. C. arbit. tute. & in l. antiquæ. C. ad Velleia. & in l. fi. ff. quod me. cau. & in c. is qui. de spons. cum simi. de quibus habetur latè per domi. Feli. & alios in c. quanto. in vlt. col. de præsum. & inter alios effectus quos operatur talis præsumptio iuris & de iure, tene menti quod operatur vt condemnatus ex præsumptione iuris & de iure non possit appellare: quia habetur pro confesso & conuicto: & confessus & cõuictus nõ appellat: vt l. ij. C. quor. app. nõ recip. ita sing. dixit Bal. in l. si qui adulterii. C. de adul. quod dictũ refert & sequitur pro not do Franc. Brun in tractat. suo de indi. & tortura. in vj. char. in ij. col. in prin. Sed tu dicas, quod idem dixit Bal. in l. quædam mulier. ff. fami. erc. in additio. & hæc doctrina sua probatur optimè in d. l. si qui adulterii. in fi. coniuncta d. l. ij. C. quorum appel. non recip.

CXVII.

1 *Quæstionem, non nisi præcedentibus indiciis decerni, etiam in crimine maiestatis imminuta: accusatus tamen vel inquisitus, propter contumaciam bannitus, ac deinde comparere, contumaciamq́; purgare volens, nullis aliis indiciis præcedentibus torqueri potest.*

2 *Et alijs casus, quibus id liceat, vide remissoriè.*

1 AD† torturam perueniri non potest nisi indicia præcedant: vt habetur in l. j. in prin. ff. de quæstio. & in l. milites. C. eo. & in l. sicut. in fin. C. de fal. & habetur late per Ang. de Are. in tract. malefi. in versi. fama publica. & per Alex. consi. lxv. incip. Habita super contentis. in j. volu. & per doct. in dictis locis præallega. Et illud etiam habet locum in crimine læsæ maiestatis, in quo nõ deuenitur ad torturam, nisi præcedant indicia. ita dixit Bal post glos. in l. si quis alicui. C. ad legem Iul. maiesta. Attamen tene menti vnum casum, in quo potest deueniri ad torturam sine indiciis, videlicet quando accusatus vel inquisitus, quia non comparuit, fuit positus in banno propter contumaciam: nam si postea comparet, & vult purgare contumaciam, sic fortè permittente statuto, poterit tũc poni ad torturam absque aliis indiciis propter præcedentem contumaciam: secundum Nicol. de Nata. & Bal. in l. j. in viij. col. C. de hære. insti. quod est singulariter not. in practica: & istud dictum pro valde not. refert & sequitur do. Fran. Brun. in suo tract. de indiciis & tortura, in xxxv. co
2 lum. in princ. ver. addo alium &c. Alios etiam casus, † in quibus peruenitur ad torturam non præcedentibus indiciis, vide per gloss. in c. quæstionem. xij. q. ij. & Bald in l. quicunque. C. de ser. fugi. vide tamen text. in l. si quis alicui. & ibi gl. Cy. Bal. & Sali. C. ad leg. Iul maiesta. De quo etiam per Iac. de Belui. in sua practica iudiciaria in caussis criminalibus, sub rub. de criminoso remisso. in princ. & dixi in l. penul. in fi. ff. de quæstio.

CXVIII.

1 *Stylum curiæ & spectandum & obseruandum: & ideò, qui secundum consuetum in citando morem citatus non est, à contumacia, si non compareat, excusatur.*

1 STylus† curiæ est attendendus & obseruandus. l. Labeo. versi. & si quæreretur. ibi, more agẽtium sequi debemus &c. ff. de sta. lib. habetur in c. quam graui. de crimi. fal. & ibi latè per Io. de Ana. in pe. & vlti. col. per Bar. in l. iij. §. lege Iulia. ff de testi. per Bal. in l. j. in fi. C. vt quæ desunt aduo. par. iud. sup. & faciunt dicta per do. Anto. in c. cum in tua. de sponsa. & in c. fi in pen. col de consuet & per Cy. in l. ij. versi. Secundò quæritur. C. quæ sit long. consue. & per Ang. consi. cccviij. inci. Factum tale est. Christophorus &c. in vlti. col. & per Oldr. consil. cccxxvii. in ip. ad idem &c. in ij. col. Et ideo teneas menti, quòd excusatur à contumacia citatus qui non comparuit, quando citatus non erat secundum consuetum stylum citandi. ita singu. dixit Ange. in l. fi. C. de cano. præstan. lib. x. quod dictum pro singulari refert & sequitur do Feli. in c. quoniam contra. in vij. col. in fi. de probat. & in c. ex parte. in viij. col. de rescri. de qua materia styli vide eundem Feli. in c. ad hæc. de sen. excom.

CXIX.

1 *Libellum ineptitudine vitiari, de qua non ante sententiam modo, verum & post sententiam ipsam ad eam annullandam opponi potest.*

1 INeptitudo† libelli vitiat ipsum libellum: vt habetur in l. j. §. Labeo ff. de fluminib. & in cle. fina. de appel. & per scriben. in l. fi. ff. si mens. fal. mo. dixe. & per Bal. & alios in l. edita. C. de eden & per Ang. in l. Titiæ textores. ff. de lega. j. & habetur per doct. in l. j. ff. de offi. asses. & per Bal. in l. ij. C. de rescin vend. in xiiij. q. & per Bar. in l. initar. in fi. C. de iure fisci. lib. x & per Inno. & Bal. in c. j. de offic. iudi. & in c. ad aures. de præscript. Et tene menti, quod de ipsa ineptitudine libelli potest semper opponi, nedum vsque ad sententiam, sed post sententiam ad eam annullandã. ita dixit sing. Pet. de Ancha. in clemen. cum à repulsione. in j. col. de appel. per tex. no. in c. dilecti. de empt. & vendi. quod dictum pro valde not refert & sequitur do. Feli. in c. quoniam contra. in xiiij. colum. de proba. dicens, quòd idem voluit Bal. in l. ij. in xiiij. quæst. præalleg. C. de rescin. vend. & remittit se ad dicta per eum in c. examinata extrà de iudic. vbi videas. Et adde quòd idem dixit Angel. in consilio ccxcvij. incip. quod exceptio. & alleg. Guliel. de Cuneo hoc dicentem in l. si libertus patronum. ff. de iureiurand. & vide quæ dixi in repetitione mea l. final. C. de probatio. in lix. chat. & adde hic dicta per Pet. de Ancha. in consil. ccclxxxiij. incipient. primò & ante omnia. circa finem.

CXX.

CXX.

1 *Nepotem ex filio, in aui viuentis potestate, non patris, esse. Ac proinde eidem nepoti contractum inituro aui viuentis, nō patris, consensum necessarium esse.*

2 *Nepotem ex filio, etsi in aui potestate sit, potest tamen pater, vel inuito auo, religioni tradere: sicq; potest filium nepoti patris consensu, votum auo etiam inuito, emittere. & id cur sit? nume-ro 3.*

3 NEpos† ex filio est in potestate aui & non patris vi-
uente auo: vt est text Institu de patria potestat. in
§.fi.& Instit. quibus modis ius patriæ potesta. sol. in prin.
& habetur in l. sic eueniet. ff. ad le. Iul. de adul. & in l fi. C.
de legi. tute. & in l. liber homo. § fin. ff. de acquir. re. do. &
ideo sicut non valet actus factus à filio sine consensu pa-
tris, si nepos vult facere contractum validum, requicitur
consensus aui & non patris. l. filium habeo. ff. ad Mace-
donia. l. filiusfamiliás. ff. de acquiren. hæred & voluit Lu
do. Roma. latius in consilio ccccexij. incipien. quo ad pri
mum Scias† tamen quòd licet auus habeat filium & ne-
potem in potestate, attamen filius etiam inuito patre po
test filium suum, & sic nepotem aui tradere monasterio
& religioni. Ita singulariter dixit Inno. in c. ij. post princ.
de regu. & Archi. in c. addidistis. xx. q. j. quos refert & se-
quitur Ludo Roman in dicto consi. ccccexij. incip. Quo
ad primum, &c. in ij. col. ex quo dicunt Modet. in c. scri-
5 pturæ. in vlti. col. extrà de vot. † quòd filius potest vouere
cum consensu patris, licet auus cōtradicat: & ista, vt pu-
to, procedunt fauore religionis & animæ. quæ adde ad
ea quæ dixi anno præterito in repetitio. rubri. ff. de fide-
iuss. vbi pluca adduxi de fauore religionis seu ordinis
clericatus.

CXXI.

1 *Naturales filios etsi pluribus modis legitimos fieri contingat, maximeq; per matrimonium subsequens in incestuosis tamē non aquè contingit. Et quid si naturalis filius ante matrimonium subsecutum decedat, an nepos ex eo naturali filio vi matrimonij subsecuti legitimus fiat, sicq; in aui potestatem trāseat. nume. 2.*

1 CRedo† te scire, quòd filii naturales pluribus modis le
gitimantur: de quibus habetur in authen. quib. mo.
natu. effi. legiti. in prin. & quasi per totū. & in l. eum quis.
& in l. nuper. C. de natu. libe. & Insti. de hære. quæ ab inte.
defe. in §. j. & in §. fi. Insti. de nup. Et inter alios modos le-
gitimantur per subsequens matrimonium: vt habetur in
a dictis iuribus. Scias tamen quòd filius incestuosus [a] non
legitimatur per subsequens matrimonium contractum
ex dispensatione Papæ, nisi de eo sit facta mentio: secun-
dum Bal. in c. j. in §. naturales. in vlti. col. si de feu. fue. con
tro. inter dominū & vasallum. ad quod etiam vide Bart.
in l. eum qui. ff. de statu hominum. & ibi Alex. & Bal. in l.
& si contra. C. de nup. & vide Alex. in consi. lxx. inci. ma-
2 gnificus. in j. col. in vj. vol. Sed† tene menti singulare ver-
bum in materia ista: videlicet, quòd si filius naturalis mo
riatur ante, quàm pater contrahat matrimonium cum
matre sua, licet postea contrahat, non tamen legitima-
tur nepos ex illo filio naturali, nec transibit in potestatē
aui. ita singu. dixit Bal. post Guli. de Cun. in l. benignius.
ff. de legi. quod perpetuò teneas menti: & illud dictum pro
notabili referunt quidam Moderni in apostil. ad domin.
Andr. in c. tanta. extrà qui fil. sint legi. in iij. col. post prin.
idem dixit Io. And. in c. per venerabilem. qui filii sint le-
gi. & Pau. de Cast. in l. j. §. cæterum. de acqui. pos.

ADDITIO.

a Filius incestuosus. Item nota quòd filius natus ex ea cum qua
matrimonium non poterat dignè & cum honestate cōtrahi,
vt puta quia mulier meretrix fuerat, vel vilissimæ conditio-
nis, & pater nobilis & diues, non legitimabitur per subsequēs
matrimonium: cùm tale matrimonium ob mores sit impro-
batum: secundum Ange. in authenti. quibus mod. natu effic.
legit. §. sed & aliud. per illum text. vbi dicit quòd habuit de
facto.

CXXII.

1 *Vasallus pluribus de causis feudum amittere potest, propter domini tamen delictum feudo minimè priuatur.*

1 VAsallus† perdit feudum ex plocibus causis: de quibus
habetur in toto tit. quib. mod. feu. amit. in vsib. feud.
Sed quæro ego, vtrum propter delictum domini vasallus
priuetur feudo? dicas quod non: nam hoc casu propter deli-
ctum domini feuda non cōfiscantur: imò ipsa feuda per
ipsum concessa firma manēt: & quod plus est, vasalli ipsi
efficiuntur franchi. Ita sing. dixit Bal. per illum tex. in c. j.
in v. col. in tit hic finitur lex Corra. & incip. consuet. feu-
dorum. in vsib. feud. quod dictum pro valde not. refert &
sequitur do. Ias. in l. fi. in ix. col. in prin. C. de iure emphy.
quod perpetuò tene menti.

CXXIII.

1 *Notarius instrumentum conficiens, clausulas consuetas in eo, etiā id non dicentibus partibus inserere potest si modo de conficiendo instrumento rogatus fuerit.*

2 *Et quid si non rogatus, sed extendendi instrumenta à statuto, vel superiore officium authoritatémve habeat.*

3 *Notarium posse clausulas instrumento consuetas inserere, etiam partibus non id dicentibus, quatenus accipiendu*

4 *Et quid de iuramento licet id consuetudo habeat?*

1 IN iure clarum est, quod† notarius conficiens instrumen-
2 tum potest in eo apponere clausulas cōsuetas [a], etiam
si sibi non sit dictum à partibus. l. si prios. §. placuit. & ibi
Bar. ff. de aqua plu. arcen. facit tex. ibi, & hoc voluit Bald.
in c. cùm M. Ferrariensis de consti. in vij. col. & Bal. in c. j.
§. hoc quoque. de succes. feu. in xlvij. col. Bar. in l. ex parte.
in prin. ff. de ver. ob. & in l. fi. in prin. ff. de his quæ in frau.
cre. & in l. si procurator in princip ff. de iure iu. & in l. de
die. in fi. prin. ff qui satisd. cog. Vide Ias. latè loquentē in
hac materia in l. certi condictio. in §. si nummos. in v. &
vj. col. ff. si cer. pe Et habetur latè per do. Feli. in d. c. cùm
M Ferra. in iij col. & in c. j. ix. col. versi. Secunda declara-
tio. vt lit. non cōte. de quo dixi latè, vbi allegani alia plu
ra in repe. mea l. fi. C. de pcoba. in illa quæstione, an con-
suetudo excuset quem à delicto, vbi videas. Sed tene mē-
2 ti, quod licet ista sint vera, tamen† solùm habent locū in no-
tario, qui fecit instrumentum, & de eo fuit rogatus: secus
est autem in alio notario qui de ipso instrumento non
fuit rogatus: sed habet officium seu authoritatem exten
dendi aliquod instrumētum à statuto, vel à superiore: nā
talis notarius non poterit in instrumento apponere clau
sulas consuetas apponi in similibus instrumentis, si illæ
clausulæ appositæ non sint in originali. Ita sing. dixit Bal.
in rub. C. de fide instr. in vj. col. ver. quartò quæritur. quod
dictum pro valde not ab. refert & sequitur do. Ias. in l. fi. in
xij. col. C. de iure emphy. quod multum not. quia ferè per
totam Italiam obseruatur contrarium. Limita etiā præ
3 dictam cōclusionem, quod† notarius potest apponere in in-
strumento clausulas consuetas apponi, etiam si sibi non
sit dictum à partibus, hoc esse verum, quando cōtractus,
seu instrumentum est in fieri: secus autē est in instrumen-
to iam facto quia in eo notarius non poterit apponere
clausulas consuetas apponi, si non fuerūt appositæ à par
tibus tempore celebrati contractus. vel instrumenti. Ita
no. dixit Barb. in c. ij. in ij col. extrà de preca. allegat hoc
voluisse Bar. in rubr. C. de reuo. his quæ in frau. alie. sunt.
in vlt. col. pro quo facit tex. in l. apud Celsum. §. in hac. ff.
de dol. exce. de quo dixi etiam in repe. mea l fi. C. de pro-
4 ba. in xxxiij. char circa medium. Item † limita etiā præ-
dicta, quòd talis notarius nō poterit apponere iuramen
tum in ipso contractu licet sit de cōsuetudine apponi. ita
dixit do. Ant. & Abb. in c. pe. de iurein. de quo latius dixi
in auth. quod obtinet. in lj. priui. iuramenti. C. de proba.

ADDITIO.

a Clausulas cōsuetas. Adde vltra hic alle. Bal. in l. vit. per illum
tex. C. de fideiusso. cū infinitis simi. traditis per Ias. in l. vlti. in
a. not. C. de iur. emphy. & in repe. l. admonendi. ver. quartò &
vltimò. ff. de iureiur. post Alex. in l. huiusmodi. ad fin. prin. de
leg. j. & cōsi. xxvij. in causa & lite. vers. accedit. & cōsi. seq. li. ij.
& cōs. cv. reuerēde domine. eo. lib. vbi dānat sing. dictū Ang.
contrarium tenentis in l. licet. C. locat. Hoc tamen declara-
tur solùm procedere quando notarius rogatus esset confi-
cere instrumentum ad sensum sapientis, & ipse non indigeret
sensu talis sapientis, quia tunc ex proprio intellectu potest

apponere renuntiationes, prout in communi formulario ta-
bellionum continetur. ita singul. Bald. in rub. C. de reuoc. his
quæ in fraud. credit. versi. & nota quòd Bar. quam limitatio-
nem approbat Feli. in c. cùm M. Ferrariēsis. iiij. notab. de con
sti. Secundò limitari potest non procedere in pœna consue-
ta, quam non potest notarius apponere, nisi expressè à parti-
bus dictum sit cùm sit variabilis ex voluntate contrahentiū.
ita no. Bal. in l. vlt. in l. j. C. de execut. rei iudic. sequitur Alex.
consi. xxxviij. viso & præhabito. lib. ij. & latè Ias. in l. ex ea par
te. ij. no ff. de ver. oblig. & confirmari potest ex l. in testamen-
to. j. ff. de condi & demonstr. Tertiò limita non procedere in
iuramento & stipulatione, quæ non possunt per notariū ap-
poni. ita singul. dicit Anto. de Butr. in c. pen. circa fin. de iure-
iur. quod pro singu. commendat Soci. consi. xxiiij. & consilio
lxxxv. viso compromisso facto. versicu. sed ad hoc. lib. j. & est
memoria dignum, secundum Iaso. in d. l. ex ea parte. ij. not. de
verbo. obliga.

CXXIIII.

1 *Iurisdictionem suam extra territorium exercere nemo potest.*
2 *Bannitum extra statuentis territorium occidens, præmium ban-
niti occisori constitutum habere debet.*

1 VIdisti anno præterito l. fi. ff. de iuris. om. iud. † quæ po
nit generalem regulam, quòd nemo potest exercere
iurisdictionem suam extra suum territorium: & hoc est
2 clatum. Sed † ego quæro, statutū iudicis vel principis dat
præmium occidenti bannitum, an comprehēdat etiam
occidentem bannitum extra iurisdictionem, seu terri to
rium statuentis. Quilibet prima facie diceret quòd non:
per d. l. fi. attamen contrarium determinat Bal. multum
sing. in consi. suo cccxcvij. inci. præmittendum est ad eui
dentiam, quod quædam sunt quæ requiruntur. in vj. vol.
quod volumen nondū typis est excusum, & nō est apud
hominem viuentem, nisi penes me. & ibi dixit Bal. quòd
talis occidens bannitum extra territoriū statuentis, de-
bebit habere præmium: quod est no. maximè ad limi. d.
l. fi. ff. de iuris. om. iu. ad quod vide aliquid etiam per Bal.
super statu. in ver. bannitus. in ij. ver. & vide omnino in-
frà in sing. ccxciiij. inci. Odia &c.

CXXV.

1 *Exceptiones reo principali competentes, & fideiussori quoque com
petere.*
2 *Instrumentum si reus principalis apud iudicem ecclesiasticum
suo & fideiussoris nomine vsurarium dixerit, ob idq; iudici se-
culari inhibitū fuerit, ne ad rei capturam procedat, num ea
quoque inhibitio ad fideiussorem porrigatur, eiq; prosit?*

1 TV † scis regulam iuris esse, ꝙ exceptiones compe-
tentes reo principali competunt fideiussori l. om-
nes. ff. de exce. l. defensiones, C. eo. l. ex persona. ff. de fide-
iussor. l. tam mandatori. C. de non nu. pecu. cum simi. Sed
scias tamen vnum in practica, & ad limitationem dictæ
2 reg. † quòd si reus principalis dixit instrumentum vsura-
rium coram iudice ecclesiastico suo nomine, & nomine
fideiussoris, postea facta fuit inhibitio iudici seculari per
iudicem ecclesiasticum ne procederet ad capturā dicti
rei: hoc casu ista inhibitio nō proderit fideiussori aliquo
modo, sed poterit ipse capi & grauari. ita sing. dixit Bal.
in l. j. in fi. C. de diuer. rescri. allegat l. creditor. in princ. in
tex. & gl. ff. mand. idem etiam videtur tenere Bald. cū vna
limitatione tantùm in d. l. tam mandatori. quam doctri
nam refert & sequitur dom. Fran. de Arc. in consilio suo
xxxiij. incip. consultatio &c. in j. col. in fi. quod tene mēti
in practica.

CXXVI.

1 *Statuto cauente, vt nulla venditio, aliúsue contractus summam
centum excedens non nisi per instrumentum publicum pro-
betur, si talis contractus factus sit, insertúmque sit iuramen-
tum cum testium designatione, non tamen de eo factum est
publicum instrumentum, qualiter huiusmodi cōtractus pro-
bari possit.*

1 IN † multis ciuitatibus extat statutum, ꝙ venditio, seu
alius contractus excedens summam centū non possit
probari nisi per instrumentum publicū. Sed quæro ego:
pone ꝙ factus est cōtractus excedens dictam summam,
& in eo est appositum iuramentum: sed de ipso contractu
non fuit factum instrumentū, sed solùm interfuerunt te-
stes, quo casu contractus ipse non poterit probari per
dictos testes ex prohibitione dicti statuti: an hoc casu po
terit probari iuramentum appositum in dicto cōtractu
per testes? & dicas ꝙ sic. Ita sing. dixit Io. de Imo. in repe.
c. cùm contingat. in vj. char. de iureiu. quod dictū refert,
& sequitur, & exclamat do. Feli. in ca. sicut consuetudo. in
vj. col. de proba. versi. Sexto intellige Quod dictum tene
perpetuò menti, quia est maximi effectus: nam licet agēs
ad obseruantiam cōtractus non possit directò probare
ipsum contractum per testes: tamen probando indirectè
iuramentum coram iudice ecclesiastico per duos testes,
obtinebit: quia probato iuramento iudex coget ipsum
iurantem ad obseruantiam ipsius contractus. Pro quo fa
ciunt optimè dicta per Pau. de Castr. in consil. suo ccxix.
incip. In causa quæ vertitur. ante fi. ideo non obliuisca-
ris. & ista addes ad ea quæ dixi suprà in singu. xvij. incip.
Accessorium &c. circa fi.

CXXVII.

1 *Iudicandi munus etsi necessarium est, artifices tamen periti ar-
tis insignes referendi officium super re aliqua ad experiētiam
pertinente, cogi nequeunt.*

1 IVdicandi † munus necessarium est. l. fi. § iudicādi. ff. de
mune. & hono. l. prætor § qui autem ff de excu. mun. l.
sancimus. C. de aduo. diuer. iudi. habetur in auth vt iud.
non expect. sac. ius. cum limi. Scias tamen, ꝙ hoc fallit in
peritis in arte: quia tales periti compelli non possunt ad
assumendum officium referendi super aliqua re quid sen
tiant. Ita no. dixit do. Abb. in ca. cùm dilectus. j. extrà de
purga. cano. quod dictum pro singu. & valde not. refert &
sequitur ille iuris amplissimū pelagus, do. Feli. in c. pro-
posuisti. in iij. col. versi. & scias. extra de proba. & ibi dicit
hoc dictum alibi non legisse, nisi vbi suprà.

CXXVIII.

1 *Testes in matrimoniali causa post testificatorum apertionem, pu
blicationémque produci posse. Et quid producturus efficere
debeat?*

1 TEstes † etiā produci possunt in causa matrimoniali
post didicita testificata. tex est, & ibi habetur latè
per doct. in c. feries. extrà de testib. & hoc quia agitur de
re periculosa. & habetur etiam in c. iurauit. extrà de testi.
Verumtamen scias, ꝙ ille qui vult producere tales testes
post didicita testificata, debet prius iurare ꝙ dictos te-
stes non subornauit: aliàs non admitteretur ad producē-
dum dictos testes. Istud fuit sing. verbum Bal in c. iura-
uit. extrà de testi. in iij. col. versic nota ꝙ matrimonium.
quod no. quia fortè adueniente casu pauci procuratores
vel aduocati animaduerterunt ad hoc. Et istud dictum
ibi magnifacit do. Feli quem vide.

ADDITIO.

Adde suprà sing. lxvj. & quæ ibi dixi.

CXXIX.

1 *Mulier monasterium ingressa, ac religionem professa si monaste
rium deserat, ac deinde matrimonio se dedat, si marito super-
stite nullis liberis decedat, successionem bonorū ad quos trans-
mittet, stante etiam statuto, quod hoc mortis euentu vir bono
rum dimidiam consequatur?*

DVm essem aliàs in partibus Ianuēsiū, vbi morā traxi
1 in officio, fui interrogatus de tali casu: Quædā † mu-
lier intrauit monasterium monialium vt Deo seruiret, &
in eo monasterio fecit professionē: postea, vt plerunque
accidit, instigante diabolo ista monialis exiuit monaste
rium, & proiecto habitu se transtulit ad diuersas partes,
tandem incognita in terris ecclesiæ, nescio vbi, ista se tra
didit nuptui, & marito dedit plura bona quæ habebat in
dotem, postea per aliquod tēpus mortua est hæc mulier
sine filiis & ab intestato: modò maritus petebat dimidiū
dotis stante statuto, ꝙ mortua vxore in matrimonio vir
lucretur medietatē dotis: venientes autē ab intestato pe-
tebant omnia bona istius mulieris: dubitabatur ad quē
pertineret talis dos & talia bona. Rńdi interroganti, ꝙ
omnia bona sua spectabant ad monasteriū, & non ad ve
niētes ab intestato, nec ad maritū: nā venientes ab inte-
stato

ſtato erant excluſi, per auth. ingreſsi. C. de ſacroſan. eccl. maritus autem erat excluſus ab illa parte dimidia dotis quam marito dabat ſtatutum: eo quia ſtatutum vel pactum de lucranda dote non habet locum, quando matrimonium eſt illicitum, habens perpetuã cauſam prohibitionis, etiam ſi ignoranter ſit contractum: vt in caſu noſtro ſecundum Bald. multum ſing. in c. iurauit. in j. col. & ibi do. Feli. extrà de proba. quod etiam voluit idẽ Bal. in l. j. C. de condi. ob cau & Ange. in §. adſcripto. in auth. de nup. de quo per Lud. Roma. in l. ſi cùm dotem. §. fin. ff. ſol. mat. & per Bal. aliquid in l. fin. ff. de lega j. & per Ange. qui videtur cõtrariari in l. ſi adulterium cum inceſtu in §. ſtuprum. ver. quare. ff. de adult. Et per iſta credo q̃ poſtea monaſterium ſucceſſerit in totum excluſo marito, & excluſis venientibus ab inteſtato, qui vt intellexi, conabantur probare quòd illa iuridicè nõ erat profeſſa: licet moram traxiſſet in monaſterio, & detuliſſet habitũ: ſed quid ſecutũ fuerit in dicta cauſa me latet: quia mea quoquomodo non intererat.

CXXX.

1 *Naturales filios etſi variè legitimari certum ſit, quoties tamen per ſubſequens matrimonium legitimi fieri poſſunt, nunquã Principis reſcripto legitimantur.*

DIxi tibi ſuperius in ſingu. cxxj. quòd multis modis filij
1 naturales legitimantur. Sed † nunc dico tibi vnũ,
a quòd filius naturalis [a] quoties poteſt legitimari per ſub-
ſequens matrimonium, nunquam poteſt legitimari per
reſcriptum principis. Ita dixit ſingula Bald. in capit. per
tuas. de maiori. & obedien. allegat tex. ſingu. in authent.
quibus modis natu. effic. legiti. in §. cùm igitur. quod eſt
notabile.

ADDITIO.

a Filius naturalis. Adde Gerard. de Petraſanct. ſing. lx. nume. 2. Cæpo. caut. ccxxiij.

CXXXI.

1 *Naturalis filius quanquam ſubſtitutum à ſucceſſione excludit, eccleſiam tamen ſubſtitutam non excludit, etiã ſi huiuſmodi naturalis filius ab imperatore legitimatus ſit.*

1 TV ſcis, † q̃ filius naturalis tantum excludit ſubſtitutum: vt habetur in l. ex facto. in §. ſi quis rogatus. ff. ad Treb. & in l. cum pater. §. volo. ff de leg ij. & in l. j. C de condi. inſer. & in l. generaliter. C. de inſti. & ſubſti. ſub condi. fac. Quod tamen limita, niſi eccleſia eſſet ſubſtituta: quia ipſa eccleſia ſic ſubſtituta non excluderetur per filios naturales tantùm. Iſtud fuit ſing. dictum Bal. in c. in præſentia. in pen. col. extrà de proba. & dicit hoc procedere etiã ſi talis filius naturalis eſſet legitimatus ab Imperatore: & hoc propter dignitatem eccleſiæ. quod dictũ multum commendat do. Feli. in d. c. in præſentia. in ix. col. & dicit ſe hoc dictum alibi non legiſſe.

CXXXII.

1 *Eccleſiaſtica bona immobilia non ſine ſolennitate alienari poſſe: poſſunt tamen fratres mendicantes citra ſolennitatem alienare. Item eccleſia per fideicommiſſum alienare grauata. & nume. 2.*

1 IN † alienatione rerum eccleſiaſticarum immobilium
requiritur ſolennitas: de qua in c. ſine exceptione. xij. q.
ij & in auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſan. eccl. Scias
tamen, quòd duo ſunt caſus in quibus talia bona eccle-
ſiaſtica poſſunt alienari ſine tali ſolẽnitate. Primus enim
caſus eſt: nam fratres mendicantes ſunt incapaces bono
rum immobilium: vt in clemen exiui. de verb. ſig. & lega
tum rerũ immobilium eis factũ non valet, niſi quantũ ad
æſtimationem, vt volunt Bar. & Bal. poſt Iac. de Aren. in
l. apud Iulianum. §. fi. ff. de lega. j & in l. ſi res. & in l. fidei-
commiſſa. §. ſi ſeruo. ff. de leg. iij & Bar. in tracta. minori-
carũ, in j. parte. & ego latius dixi in l. fi. in ſingulos. in pen.
col. ff. de annu. lega. vbi videas. Et ideo ſubdunt docto. in
dictis locis, quòd licet fundus nõ poſsit ſimpliciter men-
dicantibus relinqui, tamen poterit eis relinqui, vt illum
a vendant [a], & in neceſsitatibus ſuis pretium conuertant.
ad quod allegant glo. not. in c. j. in verbo, domum. de re-
lig. domib. lib. vj. & idem tenet do. Ant. in c. in præſentia.
in vij. col. ver. Quintus caſus. de probatio. & Bal. in auth.
ingreſsi. in vij. col. C. de ſacroſan. eccle. & in l. cùm quæ-
ſtio. in fi. C. de legat. & Ludo. Roma. in l. Antiſtius § fin. ff.
de acqui. hære Ex hoc caſu in venditione talium hono-
rum immobilium non requiritur ſolennitas d. c. ſine ex-
ceptione. Ita ſingu. dixit Bal. in auth. ſi qua mulier. in iiii.
col. C. de ſacroſan. eccl. poſt Guliel. de Cu. in d. auth. hoc
ius porrectum. & Bald. in c. cùm cauſa circa fin. extrà de
2 ſen. & re iudi. Alius † eſt etiam caſus in quo dicta ſolenni-
tas non requiritur: videlicet quando eccleſia eſſet coacta
alienare rem: vt putà ſi eſſet grauata alienare fundum per
fideicommiſſum: nam hoc caſu alienabit ſine ſolennita-
te aliàs requiſita. ita dixit multum not. Lap. allegat. xxvj.
incip. diſputat primò &c. poſt med. quæ dicta refert & ſe-
quitur Feli. in c. in præſentia. in xvj. col. in fi. de probatio.
non tamen allegat Bal. in d. c. cùm cauſa. quem ego ſolus
in hac materia allego.

ADDITIO.

a Vt illum vendant. Adde Roma. ſingu. ccxciiij. incip. probibetur forenſi. latè per Alex. & Iaſ. in l. apud Iulianum §. cõſtat. ff. de lega. j. Ioan. Dilect. de arte teſtand. cautel. xl. & Dec. cõſi. cccclix. Cortet. ſing. clxxvj. in verb. mendicantes.

CXXXIII.

1 *Affinitas à teſtimonio repellens, & ad agendum ſine mãdato admittens, à linea aſcendente vel deſcendente, non etiam tranſuerſali, prodire debet.*

1 AFfinitas † repellẽs à teſtimonio, & admittens ad agendum ſine mandato, iuxta l. ſed & hæ. ff. de procur. & l. exigendi. C. eo. debet eſſe per lineam aſcendẽtem vel deſcendentem: non autem ſufficit eſſe per lineam tranſuerſalem. Ita ſing dicunt Inno. & Ioan. Andr. in c. nonnulli. de reſcript. quod dictum pro valde not. refert & ſequitur Ang. in conſi. ſuo cxciiij. incip. Viſis proceſsibus &c. in ij. colũ. vbi dicit, quòd ita intelligitur & limitatur l. ſed & hæ ff. de procura quod eſt valde not. in practica. Et illud dictum Ange. refert & ſequitur Iaſ. in repetitio. l. admonendi. in lxxj. colum. poſt med. de iureiur. & in hac materia vide Alexan. in conſi. clxj. incip. viſo. in penulti. col. in fi. in vj. volu.

CXXXIIII.

1 *Canonis propter ſterilitatem remiſſionem fieri iure conſtat. Si tamen prouentus rei locatæ augeatur, non ob id penſionem augeri: ſicuti nec fundo locato alluuione aucto, penſionem augendam non eſſe certum eſt.*

2 *Furnarius ſi operam ſuam alicuius familiæ panibus coquendis locauerit in anno pro decem, aucta familia nõ amplius conſequetur, atque conuentum eſt: ſicuti nec diminuta minus eſt conſequuturus.*

1 TV ſcis, † q̃ propter ſterilitatẽ conductori fit remiſ-
ſio canonis: vt habetur in c. propter ſterilitatẽ. ex-
tra de loca. l. licet. cum vulgari. C eo. ti. Sed pone q̃ auge
tur prouentus rei locatæ ipſi conductori aliquo modo,
an tali caſu dominus poſsit petere maiorem penſionem?
& videtur dicendum q̃ ſic. Primò, quia contrariorũ ea-
dem eſt natura, iuribus vulgaribus: ſed ſi venit ſterilitas,
& diminuatur prouentus, fit remiſsio canonis, & dimi-
nuitur penſio, vt in dictis iuribus: ergo creſcente prouẽtu
debet creſcere penſio. Secundò, quia eũ ſequuntur com-
moda, quem ſequuntur & incõmoda: & econtrà. l. ſecun-
dum naturam. ff de reg. iu cum concor. Sed in contrariũ
eſt veritas ſecũdum Ang ſing. in l. legem. C. loca. vbi ſing.
dixit, q̃ penſio fundi locati non eſt augenda, etiã ſi fun-
dus conductus creuerit per alluuionẽ. quod dicit ibi An-
ge. eſſe no. dignum. & dicit hoc voluiſſe ibi Cyn. quod te-
neas perpetuò menti ad limitationem dictæ reg. eum ſe-
quuntur commoda &c. licet contrariũ teneãt dicta per
Ang. in auth. vt determi. ſit nume. cle. in fi. quẽ refert Feli.
in c. cum M. Ferrarienſis. in prin. iij. col. de conſtit. & vide
etiam Ang. in l. ſi quo. in §. & ſi fi. eius ſores. ff de peti. hær.
Et pro ampliatione huius limitationis adduci poteſt qđ
voluit Pau. de Caſt. in conſi. ſuo xvij. incip. in cauſa quæ
vertitur Parmæ. in vlt. col. verſi. idem ſi pretiũ. & Abb. in
2 c. quanto. extrà de cenſi. vbi dixit, † q̃ ſi furnarius ſe obli-
gauit coquere panẽ alicuius familiæ pro x. in anno: & his

ſtantibus augeatur familia aliquibus perſonis, qȝ non poteſt petere maius ſalariū. ratio eſt, quia iſtud pendebat à fortuna: & ideò ſi diminuta eſſet familia per mortem, vel per abſentiā, non deberet ipſe furnarius habere minus. Ita pari ratione dicendum eſt in dicto caſu alluuionis vt in furnario: vt dixit Cy. in l. nō modus. C. de ſerui. & aqua, & in l. placet. in fi. C. de ſacroſan. eccl. & Pe. de Anch. in d. c. quanto. de quo vide latiſsimè per Barthol. Cæp. in tracta ſuo de ſerui. vrba. prædi. ſub tub. de furno. in ij. colū. verſi. Quinta quæſtio, &c. de quo dixi ego in repeti. rubri. C. de proba. in lxxxij. colum. & in l. à vobis quoque. in iij. char. ff. de annu. lega. vbi latè poſui materiam incertitudinis. & faciunt optimè dicta per Alex. in conſi. ſuo inci. In occurrenti caſu. in ij. col. ij. vol. & per Bart. in l. Seio amico. in fi. prin. & ibi dixi. ff. de annuis legatis.

CXXXV.

1 *Inſtrumentum debiti guarentigiatum, ſi ex forma ſtatuti executionem paratam habeat, an inſtrumentum confeſſionis nudæ de debito coram notario facta, vi ſtatuti executionem quoque paratam habeat?*

1 QVæro de notabili & quotidiano dubio: ſtatuto † cauetur, quòd inſtrumentum debiti guarentigiatum habeat executionem paratam: pone, tu petis à me centū ex aliqua cauſa, puta mutui, vel depoſiti ego coram notario confiteor me debitorem tuum ex illa cauſa: notarius facit ſolenne inſtrumentum huius cōfeſsionis meæ, an tale inſtrumentum habebit executionem paratā vigore dicti ſtatuti: In quo breuiter dicas quòd non: nam illud non dicitur inſtrumentum debiti, ſed potius inſtrumentum confeſsionis debiti, quod ſumit vires tantum à die talis confeſsionis & non antea. ita ſing. dixit Ange in l. ſi fideiuſſor. poſt prin. C. de fideiuſ. quod nota: quia faciet tibi honorem ſi ſcies practicare. Vide tamen omnino quæ dixi infrà in ſingula. ccccclxxxiiij. incipien. ſi vera loqui fas eſt.

CXXXVI.

1 *Donatio mortis cauſa facta contractúſne ſit, an vltima voluntas?*
2 *Legatum, vt reuocari cenſetur, ſi rem legatam teſtator voluntariè alienauerit, ſic & donatio cauſa mortis, ſi donans rem donatam voluntariè quoque nulla neceſſitate cogente alienarit. Idemq́ obſeruandum, ſi inter donatorem ac donatarium inimicitiæ interceſſerint. nu. 3.*

1 LOnga profectò diſputatio eſt inter doct. an † donatio cauſa mortis ſit contractus vel vltima voluntas: de qua quæſtione habetur per doc. in l. fina. C. de dona. cau. mor. & in l. ij. ff. de do. præle & Inſti. de dona. in prin. & in l. vnica. ad fi. C de cadu tol. & in l. quæ ſub conditione. §. hoc edictum. ff. de condi. inſtit. & habetur latè per domi. Ioan. de Ana. in c. quia in omnibus. in xxj. colum. in ver. quartò quærit. extra de vſur. & per do. Alex. in l. ij. in prin. ff. de verbo. oblig. Sed pro opi. quòd ſit magis vltima voluntas quàm contractus, quæ videtur communior ſecundum Ludou. Roma in conſi. lxxv. incip. Neſcio &c. tene
2 menti not. verbum, quòd † ſicut legatū reuocatur, ſi teſtator voluntariè alienauit rem legatam: vt ff de adi. leg. l. rem legatam. & l. ſidei commiſſa. §. ſi rem. ff. de leg. iij. ita etiam intelligitur reuocata donatio cauſa mortis, ſi ipſe donans rem donatam voluntariè nulla neceſsitate cogente alienauerit. ita ſingula. dixit Dyn. in l. Stichum qui meus erit. ff de lega. j. quod dictum tene menti perpetuò, quia eſt aureum ſecundum Bal. in d. l. Stichum. vbi dicit alibi non vidiſſe iſtud dictum. quod dictum etiam refert & ſequitur pro valde ſing. do. Alex. in l. nō omnis. in prin. ff. ſi cer. pet. ſubdens, quòd † eadem ratione ſi ſuperuenerint inimicitiæ inter donantem cauſa mortis & donatarium, inducetur reuocatio donationis, ſicut contingit in legato: vt in l. iij. in fi. cum l. ſeq. ff. de adi. leg.

CXXXVII.

1 *Debitorem è familiæ publicè manibus eximentem ad debitum creditori ſoluendum teneri iure clarum ac receptum eſt, quaſi pro exempto fideiuſſiſſe videatur. Et quid de eo, qui debitorem de aufugiendo ne prehenderetur creditoris nomine ſubmonuit? nu. 2.*
3 *Criminis reum eximens, qua pœna puniendus. remiſſiuè.*

1 IN iure clarum eſt quòd † eximens aliquē de manibus familiæ, tenetur ipſe ad illud debitum ſoluendum, ad quod tenebatur captus, tanquàm ſi pro eo in omnem
a caſum fideiuſsiſſet. [a] textus. eſt nota. in l. quoties C. de exac. tribu. lib. x. & ibi doc. & voluit Bald. in l. addictos. C. de epiſ. aud. & Ang. de Are. in §. pœnales. verſicu. adde quòd eximens. Inſti. de act. doc. in l. j. ff. ne quis eum qui in ius voc. eſt vi exi. & voluit Bar. Bald Ang. & Paulus de Caſt. in l. ſed eximendi. & in l. ſeq. per illa iura. ff. ne quis eum qui in ius voc. Sed tene menti vnum quod eſt for-
2 tius: videlicet † quòd nedum ille qui de facto eximit rectè captum de manibus familiæ, tenetur creditori ad ſolutionem illius debiti tanquàm ſi fideiuſsiſſet, ſed etiam ille qui notificauit debitori alicuius quòd aufugere deberet, quia creditor ſuus ordinauerat facere eum capi & detineri, tenetur creditori ad ſoluendum debitum illud ſi talis debitor fugam arripuit: ita notabiliter dixit Pet. de Ancha. in conſil. ſuo cccxlj. incip. viſo themate. in fi Barb. in c. dilectis. in iiij colum. de app. & ibi Car. Alexan. & Ioan. de Ana. in conſi. lv. incipien. quia dubia &c. in finalib. ver. de quo dicto feci mentionem anno præterito in repetit. mea rubric. ff de fideiuſ. in vij. colum. in prin. quod dictum non memini me alibi vidiſſe: ideo tene menti quia quotidie occurrit in facto: vide tamē quæ dixi ſuprà in ſing. xliij incip. debitor. Vide Iaſ in d . j. §. quod prætor in ij. col. ne quis eū, &c. Barb. in conſi. lxxv.
3 incipi. ſapienter. in iij. & iiij col. in v. vol. & vide ĩ. in ſing. ccccccclxvj. aliqua. Qua † autem pœna puniatur eximens reum inci. criminis, vide Bald. in l. cuiuſque. ff ad legem Iuliam maieſtatis. & Alex conſi. xxxv. incip. viſo themate. in ij. col. in ij. volum. & infrà in ſingula. cclxxiij. incip. not ſsimum.

ADDITIO.

a Fideiuſsiſſet. Intellige hoc verum, niſi officialis iam captum pro maleficio poſuiſſet eum intra mœnia ſua: quia tunc eximens tenetur crimine læſæ maieſtatis, vt eſt tex. & ibi Bartol. in l. iiij. in fin. ff ad legem Iuliam maieſt. quod eſt verum ſi talis captus iam erat condemnatus, vel omnino cōdemnandus: vt d. l. iiij. in fin. cum gl. aliàs autem eximens punitur iuxta §. eripiant autem. in auth. vt omnes obed. iudic. prouinc. niſi in caſu l. fi. C de malefic. & mathemat. vbi tenetur ad mortem. ſecundum Bar. in d. l. iiij.

CXXXVIII.

1 *Iudex vnius territorij, alterius territorij iudicis in rogatoriarum literarum vim ſententiam exequi poteſt, ſi ſecundum legē lata ſit: Secus ſi ſecundum ſtatuta & conſuetudinem loci iudicantis lata ſit. nu. 2.*
3 *Iudex alterius territorij, cui literæ in iuris ſubſidium pro ſententia alterius iudicis executione diriguntur, de ſententia iniquitate cognoſcere poteſt.*

1 IVdex † vnius teritorij mandat executioni ſententiam iudicis alterius territorij mediantibus literis ipſius iudicis, qui tulit ſententiam: & hoc quando bona ſunt ſita in territorio iudicis cui literæ diriguntur. ita habetur in l. à diuo Pio. § ſententiam & ibi per doct. omnes ff. de re iud. in l. fi. ff. de iuriſd. omn. iud in c. Romana. §. contrahentes de foro competen. & ego alias ſentententias infinitas mandaui executioni ad petitionem aliquorum iudicum, dum fui iuſdicens in pluribus & diuerſis locis: ac ſæpius ſententiæ meæ eodem modo in ſubſidium iuſtitiæ mediantibus literis meis fuerunt miſſæ executioni: quia ita iura requirunt. Vide in materia iſta Bald. in conſilio ccccl. incipitur. quidam in terra Burgi, &c. in ſecundo volum. & Iaſ. in l. properandum. in §. ſin autē reus. in j. & ij. colum. C. de iudic. Pro quibus faciunt dicta per Alber. Gand in ſuo tractat. maleſi. ſub rubric. de cita. in maleſi. fac in ſecunda colum. ver. ſed ego non puto. & vide Ange. in l. eū vnus §. pen. ff de bon. author. iudic. poſ-
2 ſid. Tene tamen mēti, † quòd illud procedit & habet locum, qñ iudex alterius territorij pronuntiauit ſecundū leges: ſecus autē ſi pronuntiauit & ſentētiauit ſecūdum ſtatuta loci ipſius iudicis: quia tunc iudex alterius territorii non tenetur talem ſententiam mittere executioni. iſtud fuit ſingu. dictum Bald. in l. j. in fin. verbis. C. de confeſ. & eiuſdem Bal. licet non tam clatè, l. j. in iiij. col. C. ne filius

ne filius pro patr quàdoctinã pro valde no. refert & sequitur do. Alexan. in d. l. à diuo Pin. §. sententiam. in prima additio. in iij. colum. ver. secundo limita. ff. de re iudicat. & Paleotus in l. j. in fin. ff. de officio assessor. quod tene menti: quia poteris impedire executionem plurium sententiarum, ad quas iudices non animaduertunt. Et
3 † teneas mẽti, q talis iudex alterius territorij, cui literę diriguntur, vt in subsidum iuris exequatur talem sententiam, potest de iniquitate talis sententiæ cognoscere: & si viderit talem sententiam iniquam, aut de hoc vehementer suspicetur, non debet illam executioni mandare. ita dixit Angel. in l. si vt proponis C. de executione rei iudicatæ. quod dixit esse valde quotidianum. ad quæ faciunt quæ dixi in l. j. §. si quis vltro. in sexta chart. ff. de quæstio. & in hac materia vide Paul. de Cast. in l. omnis. in §. nihilominus C. de episcopis & clericis.

CXXXIX.

1 *Filiorum appellatione naturales contineri, non tamen id perpetuum. & id quando? Et quid de spurio? numer. 2.*

2 Dixi tibi superius, † quòd appellatione filiorũ veniunt naturales tantùm. & plures casus in quibus tales filij naturales veniunt, ponit do. Felin. in c. in præsentia. in x. col. de probat. Tene tamen menti vnum notab. casum in quo appellatione filiorum non comprehenditur naturalis tantum: nam si pater habet inimicitiam cum aliquo, & secum facit pacem, & præstat cautionem pro se & filiis de illo nõ offendẽdo, non tenetur de offensa postea illi illata per filium naturalem tantùm. ita singula. dixit Cy. in l. cum pater. § volo. ff. de lega. ij. quod dictũ refert & sequitur do. Felin. in dicto c. in præsentia. in x. col. circa medium. versicu & adde quòd si pater. pro quibus faciunt optimè dicta per Ioan. Andr. in additio. Specul.
2 in titu. qui filij sint legi. sub rubri. vbi dicit, † quòd statutum disponens quòd pater teneatur emendare damnum datum per filium, non comprehendit dãnum datum per filium spurium. quod dictum sequitur Alber. de Rosa. in prima parte statut. quæstio. xlix. incip. item supposito. & in quæstio. lxj. incip. item quæro. in prima parte statutorum. & in cap. per venerabilem. in xxxij col. qui filij sint legiti. & Ioan. de Imol. in l. Lucius. in §. fi. ff. de lega. ij. vbi plus etiam dicit, quòd tale statutum etiam non habebit locum in filio naturali tantùm: de quo etiam per eum in l. ex facto. in §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. & per Ludo. Roma. in l. si filio. ij. ff. soluto matrimo. & per do. Alexan. qui alia plura refert in consil. suo lx. incip. visa legitimatione. in v. col. in ij. volu. vbi videas: licet in contrariũ faciant dicta per Ange de Aret. Insti. de hære. quæ ab intesta. in §. interdum. circa fi. & per Pet. de Ancha. in cõsi suo clxxxvij. incip. apud me quæstio ista. Et dicta per Ias. in l. si is qui pro emptore. in lxix. col ff de vsucap. Et vide plura ad materiam istam facientia per do. Alex. in l. fi. in apostil. C. de verb. sign. Tene menti perpetuò: quia singularia sunt & de pane acquirendo.

CXL.

1 *Testis ad testificandum se obtrudens, suspectus præsumitur, ac proinde à testimonio dicendo repellitur.*

2 *Non tamen id passim, nimirum vt cum de peccato vitando agitur: nam tunc offerenti se testi creditur.*

1 TEstis † qui offert se ad testificandum contra aliquẽ, præsumitur suspectus: & ideo repellitur secundùm Barto. in l. post legatum. § his verò. ff. de his quibus vt indig. la co. de Belui. in §. si verò ignoti. per illum tex. in authen. de testib. Bal. in authen sed nouo iure. in prima colum. C. si certum peta. & in l. quoniam liberi. in princi. C. de test. & Barto. in l. vxori. ff. ad legem Corne. de fal. & in l. quæ omnia. ff. de procurato. & Abb. in ca cùm P. circa
2 finem. de accusa. Attamen † limita & restringe hoc non habere locum, quando essemus in materia, in qua ageretur de peccato euitando: quia tali casu testi se offerenti creditur. ita singular. dicit Ioan. de Imol. c. iurauit. per illum text. de probatio. quod dictum pro valde not. refert & sequitur domi. Felin. in cap. ij. in octaua colum circa medium. extrà de testibus. vbi subdit, quòd ita potest intelligi text. in cap. cùm in tua. de sponsal. in versicu. sponte oblata. & facit secundum eum cap. præterea. ij. eodem titu. & ibi ponit etiam aliam limitationem notab. ad illud, quòd testi se offerenti non creditur.

CXLI.

1 *Iuramentum per debitorem in obligatione præstitum, præscriptionem impedit, nec eam huiusmodi debitor obijcere potest, quòd huiusmodi iuramento obligatio perpetua reddita sit.*

AVdiuisti fortè aliàs à præceptoribus mis quamplures effectus iuramenti: sed fortè non audiuisti vnũ, quem volo te docere, tanquam pulchriorem & vtiliorem cæte-
1 ris: ideo aduerte & tene menti, quòd si † iuramentum est appositum per debitorem, vel per se obligantem in ipsa obligatione: tunc nunquam potest talis debitor opponere præscriptionem ita singul. dixit Ludo. Roma. in repetitio. l. j. in iij. char. versicu. & adde duas not. cautel. ff. de vsuca. vbi dixit, quod ad hoc vt impediatur præscriptio, cautela est, quòd in fine instrumenti apponatur iuramentum: quia tunc est sublata præscriptio: nam iuramentum perpetuat actionem. allegat text. quem dicit singula. in l. nam & postea. in §. si damnetur. ff. de iureiurã. quem text. dixit ipse ibi, quod allegauit ad hoc Ange in voce. & respondet ibi Ludo. Roma. ad ea quæ contra hoc dicti possent adduci, quæ non refero breuitatis causa. Et ita aliàs iam pluribus annis elapsis habui & obtinui in contingẽtia facti in hac ciuitate: & fuit mihi necesse portare Ludo Roma. in palatio in dicta l. j. quia iudex noluit mihi credere, quòd hoc diceret Ludo. Roma. Idem dixit Baueria in xxix. priuileg. iuramenti, quem vide. Sed postea inueni do. Ias. hanc partem tenentem in §. sed aliquãdo. Institu. de vsucap. in suis additio. ad do. Christophorũ Porcum in vj. additio. quæ incipit, Adde vnum notabile in materia. Et subdit ibi ipse, quòd hoc colligitur ex nota. per do. Anto. post Hostien. in cap. si diligenti. extrà de præscript. & dicit, quòd pro hoc faciunt not. per Barto. in l. nam & posteà §. si is qui. ff. de iureiuran. & illud dictum etiam approbat do. Andr. Barba. in consi. suo xx. incip viso puncto. in penulti. colum. in iiij. volu. & do. Bartholo. Soci. in consi. suo lxxvj. incip. in causa cõmunitatis &c. in v col. versic. secundò probatur dicta conclusio. Quod dictum tene cordi, quia aureum & vtile est: de quo ego etiam dixi in repet. mea l. si. C. de proba. in xxxv. char. vbi plures effectus notabiles iuramẽti cumulaui. Et ad prædicta faciunt dicta per do. Fel. in c. quoniam. in iij. col. post prin. extrà de præscript.

CXLII.

1 *Emergentia de nouo, nouo quoque auxilio egere.*

2 *Exceptionem excussionis dilatoriam esse, ac ante litis contestationem opponi debere. Et num illam fideiussor aduersus creditorem agentem bonis principalis debitoris auctis, obijcere queat, non obstante, quòd in prioris excussione debitor ipse non soluẽdo repertus sit.*

CAurum est de iure ciuili, ac etiam conuenit iuri natu-
1 rali, quòd quæ † de nouo emergunt, nouo indigẽt auxilio. vulgar. a l. de ætate. §. ex causa. ff. de interroga. actio. habetur in cap. penulti. de cleri non residen. & in ca. suggestum. de deci. & in l. ex facto. ff. de vulg. & pupil. & facit optimè text. in l. si hominem. ff. mandat. cum multis similibus. Vide infrà in singul. ccxxxiij. incip. quæ de nouo &c. & omnino Decium in consi. cccxxxv. incipi. viso. in secunda colum. Et adeò est vera hęc regula, quòd licet
2 † exceptio excussionis sit dilatoria, vt habetur in l. peremptorias. C. senten. rescin. non poss. & in cap. inter monasterium. de re iudica. & in l. ita demum. C. de procurato. cum similibus. & sic debet opponi ante litis contestationem: vt in dictis iuribus. attamen si prius fuit facta excussio contra debitorẽ principalem. & ipso non reperto soluendo creditor velit agere contra fideiussorem, vel contra extraneos possessores. & interim superueniant bona de nouo debitori principali, poterit ipse fideiussor, vel tertius possessor, contra quem ageretur, de hoc excipere & petere quòd de nouo fiat excussio contra ipsum principalem. ita singu. dixit Cy. post Pet. in authen. præsente. C. de fideius. in penul. quæst. & Bal. & Pau. de Cast in l. fi. §. j. ff. si cer. peta. & Bal. in d. l. peremptorias. idem voluit do.

a Alex in consi. suo 100. incip. discussis. in penul. colum. in v. volu. & ibi alia not. subdit in materia, quæ vide. de quo latiùs dixi in consilio men lr. incip. super articuln. in iiij. char. & dixi anno præterito in repetitio. rubri. ff. de fideiuss. viij. col. vbi videas.

CXLIII.

1 *Bastardo filio quicquam directè à patre relinqui non potest: nepoti tamen ex eo legitimè nato ab auo relinqui posse receptum est.*

2 *Et quid de nepote ex filio incestuoso nato?*

1 Filio † bastardo non potest recta via, seu directè aliquid relinqui à patre. authen. licet. C. de natut. libe. l. fina. eodem titu. §. ne igitur. in authen. quibus mod. nat. effic. sui. habetur per scriben. in cap. cùm haberet. extrà de eo qui duxit in matri. quam pol. per adulte. secus autem est in nepote legitimo, nato ex ipso filio bastardo: vt 2 volunt docto. in dictis locis. Sed scias tamen, † quòd licet legitimus natus ex spurio posit institui, vel ei relinqui ab auo: illud tamen non habet locum in nepote na- a to ex filio incestuoso, a qui à nullo ex parentibus institui potest. ita sing dixit Bald. in c. in præsentia. in viij. col. de probatio. vbi dicit, quòd de hoc est casus vnicus in iure in l. si quis incesti. C. de incest. nup.

ADDITIO.

a Filio incestuoso. Idē probat Corse. sing. cxxxvij. inci. licet nepos. & Alex. in l. Gallus. § quid si is. ff. de lib. & posth. & est cōmunis opinio, vt dicit Sal. in d. l. si quis incesti. & Corne. cōsi. xxv. vol. j. licet Ias. in dicto §. quid si is. discutiat. & Pet. Duesiias in regu. ccclvj. incip. filius spurius de iure ciuili. in ij. limitat. versi. quæ limitatio in nepote nato.

CXLIIII.

1 *Error in nomine appellatiuo, si modò de corpore constet, actum aut dispositionem non vitiat. Et ideo si error in nomine appellatiuo bannitis sit, bannum ob id inefficax non redditur.*

1 Error † in nomine appellatiuo non vitiat actum, seu dispositionem, dummodo de corpore constet. ita habetur per scriben. in l. si quis in fundi vocabulo. ff. de lega. j. & in l. his verbis. §. fina. ff. de hæredi. instituen. & per docto. post gloss. in l. quæ extrinsecus. ff. de verborum obligatio. Et ideo tene mēti, quòd si quis, puta Titius, fuit exbannitus ex ciuitate propter homicidium, & in banno iudex errauit, quia debebat dicere, q̄ banniebat Titiū de Mutina, quia erat de Mutina: & dixit Titiū de Ferraria, & sic errauit in nomine patriæ: attamen valebit tale bannū, si cōstat de corpore, & de maleficio per eum cōmisso. ita singu. dixit Ange. in d. l. his verbis. §. fi. ff. de hæredi. institu. vbi refert aliàs quendam hic Bononiæ fuisse decapitatum: quia erat descriptus in numero bannitorū tanquam esset de vna ciuitate, cùm esset de alia: & ipse propter hoc non credebat esse bannitum: attamen fuit captus, & decapitatus & iustè, secundum Angel. ibi: ex quo constabat eum fore citatum & maleficium commisisse. & istud dictum refert & sequitur pro valde not. Barba. in c. significante. in iiij. char. de rescrip.

CXLV.

1 *Fidem frangenti. eidem quoque fides frangenda. Et ideo si nouandi animo transactum sit, in idq; datum pignus, nec seruetur transactio, pignus meritò retinetur.*

1 Frangenti † fidem fides frangatur eidem. l. quærto §. inter locatorem. ff. loca. cum simili. Attamen teneas menti, quòd licet transactio sit facta animo nouandi, & ex ea pignus datum sit, si tamen transactio non seruatur, pignus non restituitur, sed pro obligatione nouata retinetur: quod est valde notatu dignum: ita singu dixit Ange. in l. est differentia. ff. in quibus causis pign. tac. cōtraha. & vide Ange. de Are. in § item Seruiana. in iij. colum. versi. quæro an innecta &c. Institu. de actio.

CXLVI.

1 *Creditorem pecuniam sibi promissam recipere ante tempus, nisi aliequi debitoris intersit, cogi non posse: & quid de vino, oleo, grano, & id genus speciebus, quæ temporis cursu deteriores fieri possunt. nu. 2.*

1 Creditor † non potest cogi ante tempus ad recipiendam pecuniam sibi promissam, nisi intersit debitoris: vt habetur in l. si pecuniam. ff. si certum peta. & in l. Titius. ff. quæ res pign. oblig. pos. & l. qui Romæ. in princi. ff. de verborum obligat. Scias tamen in hac materia quòd licet aliquo casu creditor cogi posit recipere pecuniam 2 sibi debitam ante tempus: attamen † quando aliquis debet recipere aliquid ab aliquo quod cursu temporis deteriorari potest, vt vinum, granum, oleum, & similia, nūquam hoc casu cogitur recipere ante tempus. istud fuit singular. dictum Gulielmi de Cun. in l. comparationes. C. de fide instru. quod dictum pro valde not. refert & sequitur Ang. in d. l. Titius. in fi. ff. quæ res pig. obli. pos. de quo etiā aliquid per Pau. de Cast. in l. item quia. in fin. versicu. vltimò quæro. ff. de pact.

CXLVII.

1 *Filius præsens ac tacens ex matrimonio per parentes suos cōtracto obligari potest. Et quid de alijs parentibus consanguineis filij, vel filiæ? At si reticentiam huiusmodi causa cognita ob parētum, vel alterius reuerentiam intercessisse appareat, minimè filius, vel filia tali obligabitur matrimonio. nu. 2.*

1 Filius † præsens & tacens obligatur ex matrimonio cōtracto per parentes suos. c. vnico de despon. impube. lib. vj. & hoc procedit, & inductum est fauore matrimonij & fauore parentum: secus tamen est in alijs cōsanguineis illius filij vel filiæ: quia licet sit præsens & tacens, non obligatur ex matrimonio contracto per tales consanguineos: secundum Ioan. And. in dicto c. vnico. in nouella. & do Abb. in cap. nonne. de præsump. & in c. j. in vlti. not. extrà de matri. contract. contra interdic. eccle. Sed 2 † hoc dictum limitatur, videlicet, nisi causa cognita constaret filium vel filiam ob reuerentiam parentum, vel alterius ipsorum tacuisse: quia tunc filius qui tacuit, non obligabitur tali matrimonio. Ita singu. dixit do. Abb. in d. c. nonne. in vlti. col. de præsump. quod dictum refert & sequitur do. Feli. ibi, in iij. col. & de en facit magnum festum, dicens, quòd nunquam obliuiscaris hoc dictū: quia illud dictum ipse alibi non legit: & quòd istud dictum est aptum infringere mille sponsalia. Vide infrà in singul. ccxv. incip. validum est argumentum. & in sing. cccxlvij. incip. matrimonium &c.

CXLVIII.

1 *Fidem fallere graue, pacta seruare fidei humanæ congruere: nihilque fide melius: nihil item in principe fide recta splendidius.*

2 *Actio ex pacto nudo quanquàm non prodeat, ex eo tamen iustitia petita denegari minimè debet. nam verecundia est denegare, quod pacto nudo promisit.*

3 *Fide Deum obligari, qui nec inter simplicem loquelam ac iuramentum differentiam facit.*

4 *Fidem his temporibus pessum isse, prorsusq; interijsse, infidos ac improbos alios anteire, & à compluribus venerandos haberi.*

1 Graue † est fidem fallere. l. j. ff. de constitu. pecu. in principi. Et nihil tam congruum humanæ fidei, quàm pacta seruare. l. j. ff. de pact. l. iurisgentium. §. prætor ait. eodem titu. Vide Decium in l. ea est natura. ff. de regu. iuris. ad fin. Et ideo dixit gl. & Bal. ibi post eam in l. à procuratore. C. man. quòd nihil est melius bona fide. & facit text. in epistola, inter claras. C. de summa trinit. & fide catho. vbi dicit, quòd nil luce præfulget quàm recta fides in principe. Et ideo tene menti singulare verbum do. Andr. nam 2 tu scis, quòd † ex pacto nudo nō oritur actio regulariter. l. iurisgentium. §. sed cùm nulla. ff. de pact. cum simi. attamen licet pactum nudum non pariat actionem de iure: quia tamen procedit secundum præcepta iurisgentium, non debet denegari iustitia si pro illo petatur. ita singul. dixit do. Anto. in c. quæ in ecclesiarum. de constitu. quod dictum refert & sequitur do. Alexan. in l. Quintus. in apostil. ad Barto. ff. manda. pro quo dicto ipse do. Alexan. allegat aliqua ibi: de quo dicto vide eundem Alexan. in dicto §. sed cum nulla. circa finem. & pro istis facit quod dixit Barto. in dicta l. Quintus. vbi inquit, quod verecūdia est denegare quod pacto nudo quis promisit. & ideo dixit Bal. in dicta l. j. ff. de pact. in princip. quòd Aristoteles dixit ad Alexandrū, ó Alexāder, serua fidem. & ibi etiam

refert

3 refert magistrũ sentẽtiarum dicentem, quòd † Deus obli
gatur ex fide.& pro istis facit tex. in cap. iuramenti.xxij.
q.ij.vbi dicitur, quòd inter simplicem loquelam & iura-
mentum Deuanon facit differentiam.quod etiam dixit
gl.in c.j.extrà de pac & faciunt dicta per doct.in l.digna
4 vox.C.de legi.attamen † prædicta cessant modernis tem
poribus:quia vt experientia docet,fides in totum est an-
nihilata:& infidi & improbi sunt in pretio,& alios ante-
cedunt,& à quamplutibus venetantur.

CXLIX.

1 *Vota à voventibus persoluenda,si tamen causa iusta id non vetet.*
& iura votis,ac vota persoluẽtibus fauere. Ac proinde quis con
finia sibi sub pœnam assignata, votorum persoluendorum cau-
sa egreditur,ea violare non censetur,nec in pœnam cadit.
2 *Voti persoluẽdi occasione mulier de carceribus exiens, non dicitur*
de carceribus aufugere.
3 *Filius monasterio addictus patris alendi causa liberè exire mona*
sterium potest.

1 VOuentes † tenentur vota adimplere,nisi aliqua iusta
causa adsit. vt habetur in toto titulo extrà de vot.fa
cit illud, videlicet, Vouete & reddite,&c.& iura fauẽt vo-
tis.& vota adimplere volentibus.Ideò tene menti, quòd
si alicui sint assignata confinia,& ille promittat non exi
re de confinibus sub pœna: si tamen exit de confinibus,
vt vadat ad complendum votum,non cadit in pœnam.
text est,& gloss.singul.in l.illud.ff.de offic.præsid. quæ iu-
ra ad hoc allegant Moder.in ca.literaturam. de voto. Et
facit quod dicit Bald. in l ij.in iij.col.C.de ædil. act. vbi
2 dicit, quòd † mulier exiens de carceribus vt vadat ad ali-
quam ecclesiam causa implendi votum,non dicitur au-
fugisse de carceribus: quod nota. Adde hic Paul.de Cast.
in l.si filiusfamiliás.§.fina.ff.de procurat. vbi dicit, quòd
facta religionis gratia excusant facientem. Et facit dictũ
Rayne.de Forli.in l.qui cum vno.§.fina.de re milita.vbi
3 dixit per illum tex.quòd † filio existenti in religione lici-
tum est illam exire pro alendo patrem.quod dictum re-
fert & sequitur Nellus in tractatu bannitorum, in prima
parte secundi temporis,quæstione xlviij.incipien.Quæ-
to an bannitus.in fin.

CL.

1 *Meretricis publica non nuptæ & si accessus impunè sit,ad mere-*
tricem publicam nec nuptam carceri iniectam adire impu-
nè non licet nu.4.
2 *Bannitum incarceratum occidere,aut offendere impunè non li-*
cet,licet alias id statutum permitteret. Et quid si huiusmodi
incarcerato proximi affines venena neci deuitanda mortis al-
terius causa propinent.nu.3 6.
5 *Occidere inimicum bello licito captum non licet.*

1 ACcessus † ad meretrices publicas non nuptas est im-
punibilis de iure. vt habetur in l.si vxór.& ibi per Bat
to.ff.ad legem Iul.de adulte.& in l.si ea.& in l.qui adulte-
rium.& vtrobique per Ange.C.de adulte. & habetur in l.
verum.ff.de fur.vbi voluit hoc Battol. dicens, quòd coi-
tus cum meretrice est impunitus: alleg l.j.C.de concub.
Vide Alexan.in consi.acix.incip.visa inquisitione. in vj.
volumi.in vlti.colum.in princi.Et hoc voluit Alber. Gan
di.in suo tracta.maleficiorum,sub rub.de aliquibus quę-
stionibus variis in maleficiis.In prima col.in fi.ver.quæ-
stio de facto.Do tamen tibi casum singu. in quo accessus
ad publicas meretrices etiam non nuptas, & habẽs rem
secum, punitur tanquam si accessisset ad mulierẽ hone-
stam:qui casus est quando meretrix ipsa est carcerata:nã
tunc accedens ad eam,& habens rem secum, punitur ac
si accessisset ad mulierem honestam.Ita singul. dixit do.
Paris de Puteo in suo solenni tractatu syndicatus, in xvj.
char.sub verbo, adulteriũ.in prima col.Mouetur ad hoc
2 dicendum ratione notabili:videlicet, Nam † licet ex for-
ma statuti bannitus possit impunè occidi & offendi, at-
tamen istud fallit in bannito capto & carcerato: quia
talis bannitus & carceratus non potest offendi:quia car
cerati sunt sub protectione curiæ l.fina.C.de custod.reo.
& offendens talem bannitum debet puniri. ita dixit Bar-
to.in l.in laqueum.ff de acquiren.rer.domi. & in l.iij.§.
transfugas.ff.ad legem Cornel.de ficar & in l.legis Iuliæ.
ff.ad legem Iul.de vi priua.Sed tu adde quòd idem tenet
do.Nellus in tracta.bannitorum.in ij.parte secundi tem
poris,quæstio.xxviij.& ibi in quæstio.xxiij.incip.quæro
quidam.& Bald.in l.libertas.ff.de statu homi. vbi subdit
3 in proposito,quòd † si captus est bannitus & carceratus,
& debet suspendi,quòd si affines sui eum venenant in car
cere,ne vituperentur,quòd puniri debent tanquam par-
ticidæ idem dixit Ioan. de Ana. in c.cum iuramento. io
vlti.col.de homicl.& de bannito carcerato renuit idem
Bal.in l.fina.C.de malefic.& mathe.& in l.fideicommissa.
§.si quis.ff.de lega.iij.& in l.j.C.vnde vi.in penulti. col. &
voluit Barto.in §.arripiat.in authen.vt omnes obe.iud.
& Ioan.And.in additio.Specu.in titu.de accusat. in iiij.
parte.in §.sequitur.in additio.magna.in iij.col. & Ioan.
de Imol.in l.Publius.§.j.de conditio.& demonstratio &
Ioan.de Ana.in dicto c.cum iuramento.& in c.j.in fin.de
sortileg. Et sic ex hac ratione conclusit ipse do. Paris in
4 d.suo tracta.quòd † licet meretrix possit impunè cogno-
sci,non tamen hoc habet locum in meretrice carcera-
ra,ne fiat iniuria castitati carcerum,& loci qui est publi-
cus,per l.j.C.de offi.ciuil iudi.& per rationem authent.
nouo iure.C.de custo.reo.tene menti,quia alibi non le-
gi hoc dictum. Pro quibus etiam facit quod voluit Pau.
de Cast.in consi.suo cxcvj.incip.viso processu. in secun-
5 da col.vbi dixit, † quòd etiam in bello licito non est lici
tum occidere inimicum postquam est captus: per d.l.li-
bertas.& vide Albert.de Catan.in tract.violantes.in ver
bo,mortui.in iij.char.in iij.colum.in fin.& ibi in sequẽ.
col.Et idem dixit text. in cap. noli æstimare.xxiij.quæ-
stio.j.& Alber.Gandi.in tracta.maleficiorum, sub rubri.
de bannitis pro maleficio.in septima colum.versicu. vl-
6 timò duas quæstiones. vbi † melius omnibus aliis exa-
minat illud de bannito capto,an possit tunc impunè oc
cidi à priuato,vigore statuti permittentis bannitũ posse
impunè occidi.

CLI.

1 *Interpretatio benignior in dubijs & obscuris semper desumenda*
est.
2 *Et an id vbi de animæ vtilitate agendum,locum habeat?*
3 *Vsurarius si in testamento se vsurarium fassus fuerit, ad quod vi-*
ta & quantum tempus referatur.
4 *Irregularem se in foro animæ quis præsumere debet.*

1 SEmper † in dubiis & obscuris benignior interpretatio
est henda.l.semper in obscuris de reg.iur.l. Arrianus.
ff.de act.& obliga.l. absentem.ff.de pœn.l. merito.ff. pro
soc.cum infinitis similibus.de quo ego latè locutus sum
adducendo fortè centum doctrinas,& pulchra dicta in
repetitio.mea l.final.C. de probatio. in quinquagesima
2 char.Sed scias, † quòd ista regula non habet locum, vbi
agitur de vtilitate animæ. quia tali casu melius est præsu
mere delictum quàm non delictum.ita singu. dixit Petr.
de Anchar in consilio suo clxxix. incip. prima facie. vbi
3 † consuluit,aliquis in testamento confessus est se esse vsu-
rarium,vtrum ista confessio referatur ad totum tempus
præteritæ vitæ,vel ad quantum,adeò quòd possit agi cõ-
tra hæredem vt restituat: & concludit, quòd refertur ad
totum tempus vitæ,cum agatur de salute animarum. vn
de cessat d.l.merito.& alia iura allegata:quia in foro ani
mæ timenda est culpa,etiam vbi culpa non est.c. consi-
lium.de obser.ieiu.& istud dictum pro valde not. allegat
& sequitur do.Feli.in c.dudum.in v.col.in princ. de præ-
scrip.vbi pro hoc etiam allegat Inno in c.ad audiẽtiam.
4 de homi.vbi dicit, † quòd in foro animæ debet quis in du
bio præsumere se irregularem.& allegat c.illud. de cleri.
excom.mini.& gloss.in cap.consulti de regul.& illud di-
ctum etiam refert & sequitur do.Feli.in c.audiris. in an-
tepe. col de præscript. vbi ipse per duas col. ponit multa
circa materiam dictę regulæ, quòd semper in dubiis,&c.
Et vide Cazalu.in reper.l admonendi.in xix.char. in iij.
col.versi.quinimo.ff.de iureiur.& Bal.in c.j.in prin. in vj.
col.circa prin.quib.mod.feud.amit.

CLII.

1 *Sententia,si intra decem dies appellatum non sit,licet in rem iudi*

eatam transierit, agenti tamen de sententia nullitate probabili ratione interim appellandi tempus non currit.

1 SVccumbens † in causa habet decem dies ad appellandum. authen. hodie. C. de appellatio. & in corpore vnde sumitur. aliàs non appellando intra decem dies à tempore sententiæ ipsa sententia trãsiuit in rem iudicatam: vt in dictis iuribus habetur. Scias tamen vnũ, quòd si aliquis agendo principaliter de nullitate dicit sententiam nullam: & probabili ratione hoc facit, quòd interim ei non currit tempus appellãdi. ita multum not. dixit Bal. in l. cõtra maiores. circa finem. C. de inofficio. test. quod dictum pro valde notab. & eleganti refert & sequitur Angel. in l. Paulus. in § hæres rogatus. in fin. primæ colum. ff. de vsur. & vide quæ dixi suprà in singula. lj. incipi. instantia causæ, &c.

CLIII.

1 *Clausula. si preces veritate nitantur, magni est effectus. Vnde si Papa certum quid fieri mandet sub excommunicationis latæ sententia pœna, nec id fiat, non incurritur non obediende excommunicatio. si narrata vera non sint.*

1 CLausula, † si preces veritate nitantur. est magnæ importantiæ: de qua per Hostien. & docto. in c. ex parte. j. de rescript. Barto. in l. à diuo Pio. ff. de re iudica. & in l. iustè possidet. ff. de acquiren. possess. & in consil. incipien. missus in possessionem. per Innocen. in cap. cum nostris. de concess. præben. per gloss. & docto. in l. item quia. ff. de pact. per Bal. in l. præscriptione. C. si contra ius vel vti. publi. per Hostien. in sum. in titu. de rescrip. §. quid iurisdictio conferat. per Ange. in §. sed quod principi. Instit. de iure natu. versi. addas quod non præsumitur placere. Et in materia huius clausulæ tene menti vnum singula. verbum, videlicet, quòd si Papa mandat fieri certũ quid sub pœna excõmunicationis latæ sententiæ, & illud non fiat, non incurritur excommunicatio non obediendo, si narrata non sunt vera: quia illa cõditio, si preces veritate nitantur, quæ subintelligitur, suspendit excommunicationem ante eius verificationem. iuxta not. in ca. præterea. de appel. Ita singu. & egregiè dixit Pet. de Ancha. in consilio suo ccxlj. incip. per prædicta, &c. ad fin. quod dictum refert & sequitur pro valde not. do. Feli. in cap. j. in decima colum. post medium. de præsump. & in cap. ex parte. in princi. v. col. de rescrip.

CLIIII.

1 *Parietem, vel domum ad cælum vsque attollere cuilibet licet. Id autem quot casibus non liceat?*

2 *Fenestram vel in pariete proprio ad alterius æmulationem facere non licere.*

1 CVilibet † licitum est parietem, vel domum suam tollere vsque ad cælum: vt habetur in l. altius. C. de serui. & aqua. & in l. fina. ff. de serui. & in l. fina. §. penult. ff. quod vi aut clam. & in l. cum eo. cum simi. ff. de serui. vrba. prædio. Tamen limita hoc tribus modis. Primò per casum notabilem in l. fina. §. fi. ff. de serui. vrba. prædio. Secundò limita quòd non licet tollere domũ seu parietẽ quando præiudicaretur vsufructuario vicino. Ita not. dixit Ange. in l. si is qui. ff. de vsufruct. vbi dicit hoc esse notãdum contra illos qui locant domos, vel vsumfructum earum concedunt, vt non possint postea altios tollere ædes suas, per quas auferatur lumen domorum locatarũ. quod dicit ibi Ange. esse not. quia quotidianum. Tertio limita, nisi quis velit tollere ædes suas vel parietem principaliter animo & intentione nocendi, & non alia necessitate ductus: quia tunc non potest. ita not. dixit Ludo. Roma. in consilio suo lij. incip. in quæstione. circa finem. allegat l. j. §. denique. ff de aqua pluuia arcen. & idem apertius firmat Pau. de Cast. in dicta l. fina. ff. de serui. vrba. prædior. vbi dixit, quòd consultus ita de facto respõdit. Vide Alexan. in consi. ix. incip. consideratis. in vj. volu. per totum. Et pro hoc faciunt optimè dicta per Salice. post Bal. in di
2 cta l. altius. vbi dixit, † quòd etiã in proprio pariete quis non potest facere fenestram ad æmulationẽ alterius: putà vt inspiciat religiosos, vel religiosas, vel vxorem, vel filiam vicini. secus autem si concurreret vtilitas sua. quia tunc posset, licet tunc vicinus damnum pateretur. ita dicunt doctor. in dictis locis. tene mẽti prædicta, quia quotidiana: & aliàs dum fui in officio pluries iudicaui super huiusmodi fenestris, vel muris fiendis, vel non fiendis inter vicinos rixosos & nequissimos: quia sæpius prosequũtur se capitali odio, vt docet experientia.

CLV.

1 *Iudex etiam postquàm in causa conclusum est, vsque ad sententiam pro discutiendis circa causæ merita dubiis, ad priuatam vtilitatem partes interrogare potest. Et qualiter id limitetur ac procedat.*

1 DOctrina † ac conclusio communis doctorum est, quòd post conclusum in causa vsque ad sententiam iudex potest interrogare partes ad clarificãda dubia circa merita causæ, etiam si procedat ad vtilitatem priuatam: de quo habetur per docto. in cap. pastoralis. de causa poss. & proprieta. per Barto. in l. si quod ex Pamphila. in fin. ff. de legat. ij. in l. j. C. de sent. quæ pro eo quod interest. per Bal. in c. eam te. in iij. col. de rescrip. & in cap. ex parte. in iiij. col. eodem titu. & in c. cùm clamor. vbi per docto. de testi. & in l. ij. C. de rescinden. ven. & in l. transigere. in iiij. col. C. de transactio. & in l. presbyteri. in ij. col. C. de episco. & cleri. & in cap. cùm Ioannes. vbi est bonus text. extrà de fide instrumẽ & in pluribus aliis locis, quæ non re-
2 fero breuitatis causa. Limitatur, † & restringitur singula. per Innocen. procedere & habere locum dummodo iudex ipse interroget circa dubia eorum quæ acta sunt ante conclusionem in causa: secus autẽ si vellet de aliis quærere, vel interrogare: quia non posset secundum Innocẽ. in dicto c. cùm Ioannes. quod est multum not. quod dictum dicit ibi do. Cardin. esse incognitum seu ignotum, & quòd ipse sæpe vidit hoc dictum ignorari inter eos qui reputabantur peritissimi in iure. ideo est signandum secundum ipsum. & istud dictum commemorat do. Feli. in dicto c. cùm Ioannes. referens prædicta verba do. Cardi. subdens quòd ita etiam dixit Specu. in tit. de posi. §. iiij. versi. sed si ante. & Bal. in l. per hanc. circa priu. C. de tempo. appel. & Petr. de Ancha. dicens se ita consuluisse in c. j. in prima col. de confess. in vj & Ludo. Roma. in l. iiij. §. hoc autem iudicium. in vlti. col. ff. de dam. infect. & Dominic. in c. ij. in vlti. col. de restitutio. in integrum. lib. vj. & Specu. in titu. de teste. § satis vtiliter. versicu Quid ergo si peto. & dicit quòd ita consuluit do. Cardi. consilio lxxiiij. inci. Titius. & alia ibi adducit ad propositũ not. quæ videas per te. Vide tamen do Alexã. in d. l. iiij. in d. §. hoc autem iudicium. in iij. col. in ver. tertiò adducit. ff. de dam. infect. vbi tenet expressè contrarium.

CLVI.

1 *Testamenti solennitas septem testes desiderat probari tamen per duos testes testamentum potest: & id quando.*

2 *Statutorum volumine perdito, tenorem ipsorum testibus probari posse, quæ probatio quoddam notorium dicitur.*

1 NEmo † prudens est, qui nesciat, quòd ad validitatem testamenti requiruntur septem testes. vulgata l. hac consultissima. in princi. C. de testa. Insti. eo. §. j. l. fina. in fin C. de codicil. habetur in l. hæredes palàm. in §. penulti. ff. de testamen. cum similib. Tene tamen menti perpetuò, quod est dare casum quo sufficit probare testamentum per duos testes. Nam licet regulariter testamentum debeat probari per septem testes, vt dixi, tamen si ipsa scriptura testamenti facta fuit coram septem testibus, & est deperdita, sufficiet hoc casu probare per duos testes casum amissionis illius scripturæ, & continentiam ipsius, ad hoc vt dicatur esse plenè probatum testamentum. Ita singulariter dixit Bal. per illum text. in l. testium. in ij. col. C. de testi. quod est menti tenẽdum secundum eum ibi: quod dictum sequitur ibi Salic. & illud refert & approbat Ludo. Roma. in l. ij. C. de bonorum poss. secundum tabu. & Rapha. Cuman. in dicta l. hæredes palàm. in princi. vbi dicit hoc dictum esse menti tenendum: de quo dicto etiam facit festum do. Baptist. de S. Seuer. in repetitio. sua l. admonendi. in xliiij. col. in fi. ff de iureiuran. & do. Alexan. in dicta l. ij. C. de bono. possess. secundum tabu. vbi plura bona dicta pro hoc dicto Bal. adducit: & idem do. Alexan. in l. si vnus post princip. C. de testa. &

sta.& in l.ij.§.dinus.ff.de iure fisci.Pro quo optimè faciũt
2 dicta per Bald.in l.j.§.fiual.C.de cadu.tollen.vbi † dixit,
quod perdito volumine statutorum potest eorum tenor
probari per testes: quæ probatio est quodã notorium.
quod dictum refert & sequitur do.Feli.in rubri. de con-
stitu.in secunda colum.& faciunt dicta per Bald.in c.j.§.
sacramentum.in iij.col.in fi.de cõsue.rect.feu.& per eun-
dem in cap.j.§.si enim domino.in princi.quid sit inuest.
& per eundem in cap.j.in vlti. colum. quot testes sint ne-
cessarij.& per Bald.in l.comparationes. vet. tertiò nota.
C.de fide instrumen.& per do.Alexan.in consi.xlvij.in fi.
penulti.col.incip.abundè.in ij.parte consi. & in eo.volu.
consi.cxcv.incip.viso testamento.in ij.col.

CLVII.

1 *Statuto cauente, ne probatio fieri possit, nisi per publicum instru-
mentum in certis casibus, quinque tamen testibus fieri potest,
vt qui vicem publici instrumenti præstent.*

VOlore docere singulare verbum, & vtilem doctrinam
puram in materia probationum, in quo tempore iu-
uentutis meæ dum eram scholaris allegaui in voce, & io
scriptis: postea doctor bis consului & obtinui. Sæpenu-
2 mero † vigent in ciuitatibus statuta prohibentia proba-
tionem fieri in aliquibus casibus, nisi per publicum in-
strumentum, tamen etiam hoc casu poterit fieri proba-
tio per testes non obstante tali statuto: nam hoc loco in-
strumenti publici poterit fieri probatio per quinque te-
stes, & erit plena & valida. Istud fuit singu. dictum Cyn.in
l.optimam.C.de contrahen.& committen.stipula.alleg.
text.in l.testium.C.de testib.idem dixit do.Abb.referens
Cy.in dicta l.optimam.in cap.sicut consuetudo.extrà de
probatio.& in cap.cùm Ioannes.in recollectis Parmen-
sibus.de fide instrumen.quod dictum etiam commemo-
rat do.Feli.in dicto cap.sicut consuetudo.in quinta co-
lum.de quo etiam dixi in consilio meo xliij.quod incip.
in causa præsenti.in ij.char. post medium. vbi videas Et
vide do.Feli.in c.si quando.in x.col.in princi.de rescript.
Quod dictum non tradas obliuioni: quia not. & lucro-
sum est: & ego eum habui in facto dum assiderem in ciui
tate Albiganæ in partibus Ianuensium.

CLVIII.

1 *Constitutum, seu precarium in obligatione pro obseruatione con-
tentorum appositum magni effectus esse. & contra possessorem
condictione ex l.fina.C.de acqui.poss.nulla excussione aduer-
sus debitorem facta, patere.*

1 HOdie † communiter in obligationibus apponitur con
stitutum seu precarium: nam debitor dicit, quod pro
obseruatione contentorum in tali obligatione, vel in-
strumento constituit se nomine creditoris omnia bona
sua possidere: iuxta l.quod meo.l.interdum.cum sequen.
ff.de acquiren.possessio.quæ appositio constituti seu pre
carij est maximi effectus.nam tunc si ipse debitor alienat
aliqua bona, potest creditor tanquam possessione priua
tus agere contra possessorem nulla facta excusione cõ-
tra debitorem: & potest agere condictione ex l.fin.C.de
acquiren.possessio.& fortius etiam non excussis aliis, si
plures essent ad eundem debitum obligati: secundum Ia
cob.Buttig.in authen.hoc si debitor. in fin. verbis.C.de
pigno.quod etiam voluit Ange.in l.exitus controuersiæ.
& ibi Rapha.& Ioan.de Imol.ff.de acquiren.possess.idem
firmat do.Alexan.ibi, circa finem.dicẽs, quod hoc etiam
voluit Iaco.Buttig.in l.fina.cum authen.ibi posita.C.de
actio.& obliga.& Pet.de Ancha. ibi in suis reportatis.&
Ange.in dicta l.fina.C.de acquiren.possessio.& Bald. in
l.j.C.de reuoc.his quæ in fraudem credito. vbi dicit hoc
esse verum, quando intentatur condictio d.l.fina secus si
ageretur hypothecaria.idem voluit Ang.in l.ij.§.in hac
actione.ij.in fin.ff.vi bonorum rapto.& Bal.in l.j. in fi.in
reportatis antiquis.ff.pro soc.Ita resides do.Alexand. in
dicta l.exitus.sed vltra eum dicas, quòd idem voluit do.
Flor.in d.authen.hoc si debitor.& Ang.de Are.in §.item
si quis in fraudem.in vj.col.in fi.versi.adde prædictis.In-
stitu.de act.quæ omnia perpetuò teneas menti: quia sæpè
& sæpius occurrunt in facto.

CLIX.

1 *Obligationem fideiussoriam in hæredes permeare, non tamẽ eam,
quæ pro maleficio interesset.*
2 *Et quid si in eam causam pœna stipulatione promissa sit?*

1 OBligatio fideiussoria † transit in hæredes.l.iiij.ff.de fi-
deiuss.l.fideiussoris.C.eo.Instit.eo.§.fideiussor.habe
tur in l.ex cõtractibus & in l.ex depositi.ff.de act.& obli-
ga.cum simi.Scias tamen & teneas menti, quòd hoc fal
lit in fideiussione facta pro maleficio; nam talis fideius-
sio extinguitur morte fideiussoris, & non transit ad hære
des.ita dixit gloss.multùm singularis Insti.de fideius.in di
cto §.fideiussor.quàm gloss. ibi summè not. & exclamat
Ang.de Aret.subdens hoc esse verum, & procedere, quan
do fideiussit simpliciter pro furto, vel alio delicto: secus
2 si promisisset † pœnam centum, licet non dicatur pro fur
to: quia tunc talis pœnalis stipulatio transit contra hære-
dem, & contra hæreditatem iacentem, quando fuit pura
obligatio vel in diem: vt l.ad diem.ff.de verb.oblig.& ibi
Bar.Ang.& Imol.secus si sit sub conditione, & sic nullam
subsistentiam incipit habere contra defunctum: de quo
ibi latius per Ang.quem vide. Vide infrà, in singul.ccciiij.
incip.animaduertant creditores &c.

CLX.

1 *Patrem ac filium personam vnam censeri. & non dici liberè rela
xatum de carceribus, qui filium suum ibidem relinquere pro
obside cogitur.*
2 *Pater per filium, vbi persona electa est industria, seruire potest. Et
si patri violentia inferatur corporalis, fecerit q; filius quippiam
ad patrem liberandum, actus huiusmodi per metum factus di
citur, velut si filio ipsi illata fuisset.*
3 *Confessio metu tormentorum facta, vt non valet, ita nec renuntia-
tio ob metum torquendi filium facta.*
4 *Pater vasallus non tenetur iuuare dominum contra proprium fi-
lium. Sic ecõtrario vasallus, qui non iuuat patrem domini sui
feudo venit priuandus, ac si dominum suum non iuuet.*
5 *Feudum simpliciter receptum, tam pro se, quàm pro suis hære-
dibus masculis etiam si de nullo hærede mentio facta sit, rece-
ptum intelligitur. & quid in emphyteusi?*

1 PAter † & filius censentur vna & eadem persona.l.cùm
scimus.ad finem.C.de agric.& censi.lib.xj.& in §.au-
thoritate.xxv.q.iij.cum simi.pro quo faciunt quæ haben
tur in l.isti quidem.ff quod metus cau. Et ideo consuluit
do.Maria.Soci.in consil.liij.incipi.Magnifice capitanee
&c.quòd nõ dicitur quis liberè relaxatus de carceribus,
quando cogitur filium relinquere in carceribus pro ob-
side. Vide do Philip Decium in consi.ccxix.incipiẽ.viso
puncto.in iij.col.in fi.& in consi.cclxij.in causa in ij.co-
lum.ad fi.& dixit Ludoui Roma. not. verbum, in l.j.ff.in
2 ius vocat. vt eant &c.quòd † vbi etiam electa est industria
personæ, potest quis seruire per filium. allegat tex in l.scié
dum.§ legati.ff de lega. Et dicit singu. Innocen in c.cùm
locum in princi.extrà de spon.quòd si patri fit violentia
corporalis, & filius aliquid fecit vt liberaret patrẽ, quòd
ille actus dicitur factus per metum, ac si illata fuisset fi-
lio.& dixit singu.Bald.in l.ea lege in viij.col C de condi.
ob cau.quòd prohibitus alienare in potentiorem, potest
alienare in filium, quamuis potentiorem. alleg. gl.l.si ita
quis.§ ea lege.ff de verborum obliga.& dixit not. Alber.
de Rosa.in l.eum qui probabilem.C.de episco.& cler. per
illum tex. quòd si filius verberet patrem, vel si pater stu-
prat filiam, nec ille filius, nec ille pater præsumitur. Et a-
deò est verum hoc, quòd pater & filius censeantur vna &
3 eadem persona, quòd † sicut non valet cõfessio facta me-
tu tormentorũ, sic nec renũtiatio facta ob metũ torquen
di filium, secundum docto.post gloss.in c.afferte. de præ-
4 sumpt. Item etiam pro istis facit optimè, nam † vasallus
non tenetur iuuare dominum cõtra proprium filium, se-
cundum Bal.in c.j.de noua for.fideli.& in l.j in ij.quæst.
ff.de rerum diui & in l.j.§.ne autem.C.de cad.tollen.pro
quo facit tex.in § fina.Insti.de noxa.ibi, quis enim pati-
tur filium suum &c. Et pro istis etiam optimè faciunt a-
lia ad hoc propositum adducta per do.Feli.in dicto cap.
afferte.in prima col.& per eundem in ca.si verò in j.col.
versi.limita.extrà de senten.excommu. Et adde hic Ang.

in l.j.§.si pater.ij.per illum tex.ff.ad Sylla.vbi dicit,quòd
vasallus qui non iuuat patrem domini sui,ille priuatur
feudo,sicut si non iuuasset dominum suum. & adde etiá
hic not.verb.Ang.de Are.in lib.maleficio.in verbo,& di
ctus Tirius se defendendo.in iiij.char.versic. quarto sicut.
& vide Capol.in consi.lv.incip.Vnus &c.in iij.col. Et vl-
tra omnia supradicta,& omnia adducta per do. Felin. in
dictis locis,ego adduco not.& singulare verbum Bald.&
And.de Iser.post gloss.in c.j.in princip. in finalib. verbis,
5 quibus mod.feu.consti.potest vbi dixit, † quòd feudum
simpliciter receptum, intelligitur receptum pro se & fi-
liis suis masculis,licet in inuestitura de nullo hærede sit
facta mentio.Et idem dicit esse in emphyteusi, quod di-
cit esse notabile & tenédum cordi,ideo non tradas obli-
uioni.idem dixit Andr.de Iser.in cap.j.quibus mod. feu.
amit.& do. Alexan.in consil. suo xviij.incip.attentis &c.
in ij.col.in v.vol.dixi ego in prælud.feu.in ij.char.de quo
etiam per Alexan.laté in l.qui Romæ.in §.duo fratres.ff.
de verborum obligatio in xxxj.col. versic. Sed circa hoc
&c.vbi improbat hoc dictum Bal.quò ad emphyteusim,
de quo ibi per eum.Et in hac materia quòd pater & filius
censeantur vna & eadem persona, adde contingentiam
facti not.quam refert And.de Iser.in c.j.§.publici latro-
nes.in fi.de pace tenen.vbi ponit,seu refert rem memora
tu dignam,quam non refero breuitatis causa.

CLXI.

1 *Laudi homologatio,seu approbatio id efficit,vt contra laudū quis venire non possit:ecclesia tamen eo enormiter læsa,restitutionē in integrum petere potest.*

1 HOmologatio † seu approbatio laudi operatur,vt quis non possit venire contra ipsum laudum : quia nemo est audiendus contra illud.l quod generaliter. C. de non nume.pecu.l.sicut.C.de actio.& obligat. cum simi. Scias tamen,quòd ecclesia potest petere restitutionem in integrum aduersus laudum enormiter eam lædens, etiam si tale laudum fuit homologatū,& etiam elapso quadriennio, & etiam si prædecessor prælati iurauerit in compromisso non contrauenire laudo. Ita singu. concludit Lud. Roma.in consi.suo cccllx.incip.circa primum propositæ consultationis. in vj.col.quod dictum pro valde not. refert & sequitur do.Fel.in c.placuit.in vij.col.extrà de præscrip.pro quo allegat alia, de quibus ibi per eum.

CLXII.

1 *Debitor si creditori suo leget,actio confundi intelligetur,quasi cōpensandi animo legasse videatur. Et id qualiter limitandum?*

1 TV scis,† quòd si debitor legat creditori, confunditur actio:quia intelligitur legasse animo compensandi:vt habetur in l.licet.C.ad legem Falcid. & in l.cùm secundum.C.de fideicom.& in l.debitori.C.de pact.cum simi. Attamen limita hoc singu.nisi ipse debitor legando creditori dixerit, lego tali creditori meo de bonis meis taurum.&c.quia hoc casu ipse creditor vltra creditū suū poterit legatum petere,nec hoc casu intelligetur factum legatum animo compensandi. Ita multum egregiè dixit Bal.in l.si cùm dotem.in §.si pater.in fin. verbis.ff.soluto matrimo. allegans rationem,dicens,quòd hoc operatur verbum,de bonis meis,quod importat & intelligitur deducto ære alieno.l.subsignatum.§.bona.ff.de verb.signi. quod dictum refert & sequitur do.Feli.in c.quoniam. in iiij.col.circa prin.extrà de præscrip.

CLXIII.

1 *Crimen falsi,non modo enorme crimen est, sed & nonnulla vltra alia crimina habet. Nec generali delictorum remissione falsi crimen continetur.*

2 *Locus & tempus commissi delicti in accusatione delictorum, vel inquisitione licet apponi debeat,in crimine tamen falsi non est necesse.*

3 *Confirmatio etsi defectum in confirmato existentem suppleat,tamen si quod confirmatum est,falsum comperiatur,confirmatio quacunque clausula existente nihil operatur.*

1 CRimen † falsi est crimen enorme, & aliqua habet vltra alia crimina:ideo dixit Bal.in l.Lucius.in fi.ff. ad
Turpil.quòd in generali sermone remissionis delictorū
nunquam comprehenditur crimen falsi.idem dixit Petr.
de Ancha.in repetitio.c.j.in xxxix.char.versi.vnde si sta-
tuto.de constitu.& Angel. in disputatio. sua incipi.exor-
ta guerra, &c.& dixit Ange.de Aret.in tracta. maleficio.
in verbo,falsatio.in versic.& tene menti tu iudex inqui-
2 rens,quòd † licet regulariter in accusatione vel inquisitio
ne delictorum debeat apponi locus & tempus commissi
delicti,tamen hoc fallit in crimine falsi: quia in eo non
requiritur apponi nec locus nec tempus. allegat ad hoc
gloss. Institu.de public.iudic.circa princip.& Bald.in c.j.
circa princi.quibus mod.feu.amit.& idem dixit ipse An
ge.in d.tracta.maleficio.in versicu.in platea communis.
in princi.& vide not.verba Pau de Cast.in consil. suo clj.
incip. Videtur dicendum.post princi.& dicta per do. Io-
an.Baptist.de Cazalup.in repetit.l.omnes populi. in cal.
col.ver.quintò fit statutum.de iusti.& iure.& vide omni-
no quæ dixi in l.j §.si seruus.ver. vltimò pro prædictis,&c.
3 ff.de quæstio.Et teneas menti,quòd † licet cōfirmatio ope
retur supplementum defectus existentis in confirmato,
vt habetur in c.quoties.extrà de pactis.& in c.j. de trans-
actio.& latè per Oldr.in consil.suo cclvij. incipi. Factum
tale est,&c. in iiij.col.& dixi suprà in singul.lxxix. incipi.
Confirmatio,&c. tamen quando illud quod cōfirmatur,
putà priuilegium,reperitur falsum,tunc confirmatio fa-
cta cum quacunque clausula,vel ex certa scientia,vel mo
tu proprio,vel alio modo,non prodest,& nihil operatur.
ita singu.dixit Abb.in c.inter dilectos.de fid.instru. & ibi
do.Feli post eum in v.colum.quod est singul. notandum:
quia potest seruire ad multa. & istud etiam est de mente
Innocen.Ioan.Andr.domi.Cardi.& domi.Anton.in di-
cto capit.inter dilectos.& vide quæ dixi suprà in dict sin-
gula.lxxix.in fin.

CLXIIII.

1 *Carceribus,vel tormentis nemo se submittere debet, si quidē nemo membrorum suorum dominus est.*

2 *Crimen læsæ maiestatis per simplicem scientiam probabilem incurri.*

3 *Assessores sequentes Barto.dictum in l.verum ff.ad legem Pomp. de parrici.& occidentes homines ob id duntaxat,quòd non reuelant secretum non probabile,omnes homicidas esse. Et ibidem,quòd sensus corporis & motus primi nō sunt in potestate hominis.*

4 *Bartoli animam propter dictum suum in inferno sepultam.*

5 *Coniunctionem sanguinis consanguineum non reuelantem de crimine læsæ maiestatis aliquatenus excusare.*

1 NEmo † debet se submittere tormentis,vel carceribus:
vt habetur in l.iij.C.ad legem Iul.maiesta.& in l.fin.
C.de accusat.imò si vellet quis sponte se submittere tor-
mentis,non posset:quia nemo est dominus membrorum
suorum.l.liber homo.ff.ad legē Aquil. Et ideo tene per-
2 petuò menti vnum,quòd † licet per simplicem scientiam
quis incidat in crimē læsæ maiestatis,vt in l.quisquis.ver.
fi.C.ad legem Iul.maiesta.& ibi docto.& Barto.in l.verū.
ff.ad legem Pomp.de parricid.tamen istud est verū, quan
do talis scientia esset probabilis:secus autem si esset im-
probabilis.quia tunc quis non cadit in crimen læsæ ma-
iestatis per simplicem scientiam sine reuelatione.Ita sin-
gu.dixit Bald.in consi.suo incip.quanquam allegata sint
plura & pulchra.per plures rationes,& maximè per illā,
videlicet,quod nemo debet se submittere tormentis vel
suppliciis.Ad quid enim tenetur quis reuelare quod ꝓ-
bare nō potest:qui enim solùm audit & non reuelat,quia
probare non potest,immunis est à delicto, vt habetur in
l.nostris.C.de calum.& istud dictum Bald.refert & sequi
tur Ange.de Aret.in lib.malefic.in verbo, *Che has tradita la tua patria*,in ij.chart.verb.quod crimen,&c.vbi dicit ꝙ
3 Bal.ex hoc infert,† quòd assessores sequentes Barto.in di
cta l.verum.& occidentes homines solummodo,quia non
reuelant secretum non probabile,omnes sunt homici-
dæ:quia visus vidit,velit nolit,auris audit,quia sensus cor
poris,& primi motus non sunt in potestate hominis: vt
dicit glo.in l.j.§.ius naturale.in verbo, coniugatio.ff.de
insti.& iure.& illud dictum Bald.etiam refert & sequitur
Ioan.de Anan.in rubri.de his qui fil.occid.de quo etiam
per Ange.

per Ang. de Are. Inst. de pub. ind. in §. publica. in fi. Et propter hoc ipse Bal. in d. consi. deplorat memoriam fidelissimi domini Donati de Barbadoris, qui ob hanc causam cum aliquibus aliis fuit decapitatus: & subdit ibi
4 Bal. quòd † anima Bart est sepulta in infernũ propter illud dictum suum: & dicit Ange. ibi ꝙ hoc refert Io. de Platea doctor Bononiensis, Insti. de publ. iud. §. publica antem proquo facit secundnm eum c quia plerunque. ij. q. vij. Tu autem vltra Ang. adde quòd illud dictum Bal. refert & sequitur do. Feli. in c. decætero. in vlii. colum. de re indi. & pro illo dicto Bal. contra Bart. est tex. & gl quẽ ad hoc ego solus allego io cle. volentes. in § notarij in versi. ea probare valcant, &c. & ibi glo. tenet hanc partẽ. & de hæretic idem tenet gl. in cap. si quis papa superstite. l. xix. distinctio. & vide Floria. in l. quoties. ff. ad legem Aquil. vbi limitat hanc doctrinam. ex quo tex. col ligit ibi do. Cardina. quòd qui non potest probare, non tenetur nũtiare. licet do. August. de Arimin. in suis addi. ad Ang vbi suprà, sequatur opi. Bar. in d. l. vtrum. dicens, quòd idem dixit ipse Bar. in l. j § occisorum. ff. ad Sylla. & ibi Ang. & Abb. in c. j. de relli ipo. sed Lud. Roma. in d §. occisorum. dicit, quòd contra Bar. & sequaces consuluit Bal. Florentiæ & obtinuit: licet Ange. in d. verbo, *Che has tradua la tua patria* dicat, quòd opi. Bart. seruatur in practica. quod mihi videtur durum & iniquissimũ propter rationes Bal & quia secundũ opin Bar. & sequacium, innocentes punirentur ex defectu probationum: quod remotum est ab omni iustitia & æquitate. & in hanc partẽ, & sic pro opi. Bal. cõcurrit Ang. in l. frater. ff. ad leg. Pompe. de parric. vbi dicit, quòd fuerunt decapitati plures ciues, qui non reuelauerunt tractatum quem solummodo sciebant, & non fuerũt participes: & dicit, quòd hoc fuit malè factum & iniquè · quia iura hoc non patiuntur. de quo etiam per do. Feli. latè in c quantæ. de sent. excom. & in c. ij. extrà de hæreti. & subdit Ang. in d. l. frater. ꝙ pœna capitis est solùm quando fieret tractatus contra principem & Papam, & sic cõtra ecclesiam vel imperium. Vide Alex. in consi. xiij. inci. consideratis his. in j. col. in vj. vol. Et idem latius dixit do. Nellus in tract. bannitorum, in j. parte secundi temporis. q. xvj. incip. visis, &c. vide tamen Card. Alex. in c. j. in j. col. quæ sint rega. in vsib. feud. & idẽ dixit Ange. de Aret. Insti. de hære. quæ ab intest. defe in §. interdum. post prin. licet contrarium dicat Pau. de Cast. in l. nemo. in ij col. C. de epis. andien. Subdit etiam Ange. vbi suprà, quòd vnus forensis qui non est de populo, & sic ius populi non debet iueri, licet sciat conspirationem & non reuelet, non debet puniri: & dicit quod hoc tenet gl. in d. l. vtrum. in verbo, cõscii. ad quæ etiam vide do. Augu. de Ari. in dictis suis addit. vbi ponit prędicta, & tenet opi Bar. & dicit, quòd aliàs fecit vnum potentem dominum decapitari: de quo fortè, vt puto, anima sua passa est, & patietur detrimentum & afflictionem apud inferos in æterna secola. Et hic etiam adde Bald. in consi suo xxxiij. inci. Casus talis est, Guido &c. in fin in iij. vol. & in
5 cõsi. ibi seq. vbi dicit, † ꝙ cõionctio sanguinis aliqualiter excusat consanguineum si non accusauit consanguineũ de crimine læsæ maiestatis. Et plura ad excusandom consanguineum aliquid facientem pro consanguineo, vide per do. Feli. in c. cùm quidam. in pe. & vlti. col de iureiur. & per Bar. in l. fi. in fi. ff. de hære. insti.

CLXV.

1 *Matrimonium perfectum à Papa dirimi non posse. si quidẽ quos Deus coniunxit, separet nemo Potest tamen ex maxima & vrgentissima causa de potestatis plenitudine super matrimonio iam consummato papa disponere.*

2 *Vxorem non cognoscibilem si vir scienter ducat, etsi separari à se inuicem non debeant, ob apparentem in viro incontinentiam potest Episcopus Papa inferior prouidere, vt vir cum alia contrahat, sed priorem alere tenetur.*

SCriptum est in capitu. sunt qui dicunt. xxvj. quæstio. ij. & in capit. an quod. & in capitu. penul. xxxiij quæstio. ij. & in capitu. inter corporalia. de transla. episco. Quos
1 Deus † coniunxit, homo nõ separet: matrimonium enim perfectum non potest etiam à Papa dirimi, & separari: quia Papa non habet aliquam potestatẽ super tali matrimonio · secundum Archid. in capit. quapropter. xxvij. quæstio. ij. & Bald. in l. Deo nobis. in iij. colum. versi vlterius not. C. de episco & cleri Licet ex maxima & vrgentissima causa posset super matrimonio iam consummato disponere de plenitudine potestatis, secundum Ioan. Andræam in regula, actus legitimi. de regulis iuris, in mercuria. & Bald. in l. si tibi filius ff. de adoptionib. Vide domin. Philipp. Decium in consilio cxij. incipien. In præsenti consultatione. quasi per totum & per Petr. de Anchara. latè in consilio suo ccclxxiiij. incipient. reuocatur in dubium. & per dominum Felinum in capit quæ in ecclesiarum. in quinta colum. de constitutio. vbi loquendo
2 remissiuè plures alios ad hoc allegat. Teneas † tamen menti, quòd si vir duxit scienter vxorem non cognoscibilem. licet non debeãt separari, tamẽ si Episcopus, qui satis est inferior papa, videt eum suspectum de incontinentia, debet prouidere vt contrahat cum alia, & primã tenebitur alere Ita dixit Abb. in c. consultationi. de frigi. & malefi. quod dictum refert & sequitur do. Feli. in c. lator. in secunda columna. de re iudi quod est menti tenendum: quia sæpe ista occurrunt in facto: & ego iam sunt duodecim anni quibus vidi hunc casum de facto hic Bononiæ.

CLXVI.

1 *Inconstantia etsi in quauis persona illaudabilis & improbanda, maximè in principibus Vnde fit, vt si papa omnes suas concessiones reuocet, non tamen à se per viam contractus initas reuocare intelligitur.*

2 *Varietatem ac vacillationem legibus inimicam esse, & doli mali materiam ac segetem Vnde regibus & Imperatoribus verbũ maximè conueniens est: semel locutus est Deus &c.*

3 *Princeps calamum vnum linguam vnam, non plures calamos, ac plures linguas habere debet.*

4 *Episcopus si mandauit vni beneficium conferri, re etiam integra variare non potest.*

1 INconstantia † reprobatur in qualibet persona, & maximè in principibus epistola, inter claras. C. de summa trini. & fi. cath. & habetur in l. j. de constit. pecu & in capitu. j. de pac. cum similib. & ideo dixit do. Cardin. in consilio suo cxlvij. incipien. Dominus papa. quòd si papa reuocat omnes suas concessiones, non intelligitur reuocare à se initas per viam contractus. Et dixit idem Cardi. in consilio cxlj. incipien. punctus &c sanctissimus dominus noster. quòd rescriptum contrarium primo non nocet gestis iam legitimè vigore primi. & dixit singular. Bald. in consilio suo vltimo in j. volum. in quinta colum-
2 na, quòd † varietas seu vacillatio est legibus inimica, & doli mali materia. vnde maximè conuenit regibus & imperatoribus illud verbũ, Semel locutus est Deus. & iterũ,
3 Quod scripsi, scripsi. vnde dicit, † ꝙ princeps debet habere vnum calamum, & vnam linguam, & non plures calamos & plures linguas: quia scriptum est, Quæ processerunt de labiis meis non faciam irrita. Et ideo debet esse immobilis sicut lapis angularis, & sicut polus in cœlo Et in materia etiam tene menti nota. verbum dominorum de Rota in antiquis, decisio. xxix. vbi di-
4 cunt, † quòd episcopus qui mandauit, quòd vni conferretur beneficium, non potest variare etiam re integra. quod dictum pró notab. refert & sequitur do. Felin. in capitu. cum olim. in iij. colum de re iudi vbi prædicta & alia quamplura similia adducit ad hanc materiam, quæ videre poteris.

CLXVII.

1 *Violentus inuasor rei alicuius hoc punitur, quòd omne ius, si quod in re habeat. perdit, aliis quoque pœnis subiicitur Et quid si quis rem occasione iuris præsumpti, quod in re habet, non solum in proprietate, sed etiam in eius possessione occupet, an à dolo, culpa, & consequenter à pœna excusetur?*

2 *Ecclesia occupans possessionem rei quæ vere ad prælati heredem pertinet, an in pœnam incidat,*

1 VIolentus † inuasor alicuius rei punitur: quia perdit omne ius, si quod habebat in re: & punitur aliis

pœnis,de quibus in l.si quis in tantā C.vnde vi.Tene tamen menti,quòd si quis occupat rem ratione præsumptionis iuris quod habet in re,non solùm in proprietate,sed etiam in ciuili possessione,excusatur à dolo & à culpa: & per consequens à pœna d.l.si quis in tantam C. vnde vi.ita singu.dixit Inno.in c.cum in officiis.extrà de testa.quod dictum pro valde not.refert & sequitur Bal in auth.licentiam.in vlti.col.C.de epis.& cle.& do. Bartho. Cæpo.in consi.suo iiij.incip.visa querela &c.in fi.verbis.
2 Exemplum ponit Bal.in ecclesia,dicens,† quòd si ecclesia occupat possessionem rei,quæ re vera pertinet ad hæredem prælati,quòd ecclesia non incidit in aliquam pœnam:quia ratione præsumptionis iuris,quam habet ecclesia pro se,excusatur,vt suprà:idem à paritate rationis dici posset in priuato:quod est no.verbum.

CLXVII.

1 *Aequalitatem in iudiciis seruandam.vnde si actori ad probandū & liquidandum dilatio datur,ea quoque durante poterit & reus contrà probare & allegare,licet statutum reo exceptionem adimat.*

2 *Exceptio,si ex forma statuti probari per testes non potest,sic nec actio,seu replicatio,quandoquidem nec iudex,nec iudiciū claudicare debent.*

3 *Bannitus condemnatus de aliquo delicto,si captus est,tuncq́; suā velit innocentiam probare,poterit,& pariter aduersarius de ipsius banniti noxa probare,temporis lapsu non obstante.*

a AEqualitas † semper seruāda est in iudiciis:vt habetur in c.j.de re iudi.in vj.& in l.qui accusare.C.de eden. & in c.cū inter.de excep.& in c.nouit.de iud.& iij.q.ix.c. vlt & iiij.q.iiij.c.ij.& l.non debet.ff.de reg.iur.& ff.quod quisq.iuris,in rubro & nigro.cū si.Et ideo teneas mēti,ꝙ stante statuto,ꝙ reus non possit opponere aliquam exceptionem,vel defensionem contra instrumentum,vel eius executionem,si tamē actor qui petiit executionem instrumenti non liquidi habuerit aliquam dilationem ad probandum,& liquidandum,tunc durante tali dilatione poterit similiter reus probare,& allegare contra ipsam liquidationem,& concernentia illam,non obstāre dicto statuto.ita multum signanter dixit Bal.in l.si causam.in vlt.col.C.de exec.rei iudi.quod dictum pro valde not.refert & sequitur do.Io.Baptista de sancto Seueri.in repe.l.admonendi.in v.char.in iij.col.in fi.ff.de iureiuran.vbi ad hoc etiā allegat Bar.ibi & alios:& dicit,ꝙ ad hanc doctrinam Bal.semper recurritur in palatiis,& in foro per causidicos:& ideo rogat omnes tenere menti hanc doctrinam:quia faciet eam scientibus singularem honorem:quia communiter ignoratur secundum eum ibi.Et illam doctrinam etiam refert & sequitur do.
2 Phil.Decius in l.non debet.ff.de reg iu.Sed † tu vltra eum ibi addas Bal.in c.j.in ij.col.in fi.extra de mutuis peti. vbi dicit,quòd ille tex facit in arg.quòd si exceptio non potest probari per testes ex forma statuti,similiter non poterit probari per testes actio seu replicatio:quia iudex & iudicium non debent claudicare secūdum eum ibi.ad quæ etiam vide dicta do.Feli.in rub.de rescri.in j.col.circa med.& per eundē in c.ecclesia sanctæ Mariæ.in xxxiij.
3 col.post priu.de consti.Itē ad materiam istam adde,† ꝙ si captus est bannitus condemnatus de aliquo delicto, qui velit probare tunc suam innocentiam,quòd eo tempore etiam aduersarius poterit probare nocentiam ipsius banniti non obstante lapsu temporis.ita singulariter dixit Guido de Suza.in l.seruum quoque.in § publicè interest.ff.de procu.quem refert & sequitur Io.Andræ. in addi.Spec.in tit.de accu.in quarta parte.in §.fi.in addi.incip.sunt ibi hæc verba.in versi.subdit demum.Vide Ias.in l.j.in j.col.ver.adde ad hanc legem.C.de iur.& fac. igno.& quæ dixi infrà.in singu.ccclxxxix.incipiē.tu scis &c.& Ias.in repetit.l.admonendi.in vij col.de iureiur.& Soci.in consi cx.inci.insignis doctor &c.in fi.in iiij.volu. Pe.de Anch.in repe.c.canonum statuta.in cvij.col.versi. subiicio similem quæstionem.de consti.

CLXIX.

1 *Actore non probante reum absolui debere,diffinitiuè scilicet,& non aliter.Et quid si terminus actori reo absente ad probandum datus sit,nec intra terminum probatum sit,an absoluendus quoque reus,ac qualiter?*

1 NOta est regula illa & vulgata,quòd † actore non pro-
a bante[a] reus debet absolui.l.qui accusare C.de edē. c.vnico.vt ecclesiast.benefi.cum multis simi.Et intellige quòd debet absolui,scilicet diffinitiuè & non aliter: vt dixit gl.in auth qui semel.C.quomodo & quādo iud.in verbo,quòd locum.in fin.teneas tamen menti,quod si actori fuit statutus terminus ad probādum absente reo, & ipse actor non probauit in termino,quod tunc licet reus debeat absolui,per iura prædicta,tamen non debebit hoc casu absolui diffinitiuè:sed absoluetur ab obseruatione iudicii·quia minus hoc casu imputatur actori: quia si reus fuisset præsens,fortè confessus fuisset petitionem actoris.ita singu.dixit Inno in c.prout de do.& contu.in fi.quod dictum pro valde no.refert & sequitur Bal. in margarita sua,in verbo,actor.versi.actor si dato &c.& do.Io Bapti.de sancto Seue.in reper.l.admonendi.in vj. char.in iiij.col.versi.Quintus casus.pro quo alle.dictam gl.in d.auth.qui semel.quæ optimè facit.sed,si vera loqui fas est,ego,& si minimus sim,dico quod prædicta doctrina Inno.& sequacium nunquam mihi placuit: maximè propter rationem per eum allegatam, videlicet, quia si præsens fuisset reus,fortè confessus fuisset. Tunc ego dico,dato quòd non fuerit præsens tempore statuti termini,in quo potuisset confiteri,illud nihil releuat:quia ipse actor in dicto termino sibi statuto ad probandum,potuisset citari facere reum,& eidem facere positiones seu interrogationes,quibus reus coactus fuisset respondere medio iuramento suo:& potuisset tunc reus sic confiteri intentionem actoris,sicut potuisset confiteri,quādo fuit sibi statutus terminus si fuisset præsens tunc:& sic per hoc mihi videtur ꝙ ratio Inn.& sequacium non militet.Ideo cogita,quia dubium est quotidianum & practicabile.

ADDITIO.

a Non probante.Ratio est,quia negatiua exceptio nō est probanda.vt dicit tex.in c.quoniam contra falsam. & ibi Lanfranc.in ij.notab.de probat.Alex.consil.cxxviij.ponderatis his.col j.vol.j.Et hæc regula ampliatur,etiam si intentio actoris fundaretur in negatiua,puta,quòd hæres mulieris diceret,maritum priuatū lucro dotis,quia in infirmitate non adhibuerit medicum vt debebat.l.si ab hostibus.§ j.vbi scribēt. ff.sol.mat.quia hæres tenetur probare quòd maritus non adhibuit medicum.Corn.consi.xj.pro decisione.col.pen.lib.ij. Amplia etiam eo casu quo ex forma statuti denegaretur defensio reo.ita singu.Bal.in rub.C.de manumiss.vindict.& est memoria dignum ad statuta quæ disponunt,quòd cōtumax habeatur pro confesso,& non debeat audiri.& hoc pro singu.refert.Cæpol.cautel.cclv.similem cautelam.nu.3.vbi adducit eundem Bal.consi.ccxxviij.incip.à domino Cyno.vbi dicit sing.quòd quando liquet iudici euidenter absentē non esse culpabilem,& nullum delictum commisisse,licet sit contumax,& habeatur secundum formam statuti pro confesso, tamen iudex non poterit eum condemnare.per l. si non defendantur.ff.de pœn.& l.non tantum.ff. de appel.l.addictos. C.eo.aut ben.qui semel.ibi,perquisita veritate.C.quomo & quando iud.l.ampliorem.in fi.prin.ibi,nihilominus iudicem per suum vigorem.&c.C.de appel.

CLXX.

1 *Actore non probante reum absolui debere Et an instrumentum in actis ante litem contestatam productum probet ita,vt inde sequi condemnatio possit? Et quid agendum producenti ante litem contestatam,vt sic productum probationem faciat?*

2 *Iuramentum in ingressu litis ac iudicij præstitum magis calumniæ quam probationis esse:adeo vt probet,debet post responsionem rei & tempore probatorio rursus iurari,dato etiam quòd ex statuto,damnum passi iuramento stetur.*

ANimaduertant rogo procuratores, & qui versantur in palatiis,maximè tyrones ad vnam doctrinam notabilem,quæ sæpissimè occurrit Nam dixi suprà proxi-
1 mè,quod † actore non probante reus debeat absolui. Sed quæro,peto à te centū vigore cuiusdā instrumenti publici,quod effectualiter produco corā iudice, & cū dicto in

to in actis apud notarium, tu negas mihi teneri in aliquo: quo stante iudex statuit mihi terminum ad probandum: in quo termino nihil produco, sciens me produxisse publicum instrumentum faciens plenam fidem, & cũ dimisisse in actis apud notarium causæ, an hoc casu tale instrumentum probet, adeò quòd debeat sequi sententia condemnatoria in mei fauorem absque eo quòd aliud faciam vel producam. In quo dicas breuiter ꝙ non: imò tu debebis absolui, tanquam ego actor nihil probauerim, vel produxerim Ratio autem est, quia licet produxerim publicum instrumentum debiti, probans plenè debitum, attamen illud produxi ante litem contestatam ad fundandum intentionem seu petitionem meam: non autem illud produxi ad probandum, quia eo tẽpore quo produxi, scilicet ante litis contestationem, non poterant fieri probationes: vt habetur in rubro & nigro, extrà vt lit. non contest. Et ideo tanquã non probans debeo succumbere, & tu debebis absolui. ita sing. dixit Fede. de Se. in consi. suo clx. incip. Casus talis est, do. Minus. vbi dicit, quòd instrumentum productum ante litem contestatam non probat, nisi post tempore probatorio iterum producatur: & ideo cauti procuratores tempore probatorio dicũt coram iudice præsente, vel citata parte, produco, ac reproduco omnia antea producta per me in tali causa, & tũc talia iura taliter reproducta plenè probant. alleg. ipse Fede. pro dicto suo casum quasi ad literã secundum eum in c. veniens. ij. extrà de testib & quæ no. in c. cùm dilectus. de ordi. cog. in gl. & hanc doctrinã pro valde no. refert & sequitur do. Anto. in d. c. cùm dilectus. in §. nos igitur. in vlt. col. & in c. j. extrà de proba. & in c. cùm venissent. de testi. in integ. & do. Feli. in cap. causam quæ in ij col. de testi & in c. j. in pe. col. de proba. vbi ponit not. restrictionem ad hanc doctrinã, quam vide post do. Anto. ibi: qui dicit, quòd productio instrumenti ante litis cõtestationem non prodest ad merita causæ, nisi de nouo producatur. & alle. Fede. in d. consi. clx. Sed ego vltra do. Feli. & alios dico, quòd istud videtur decidere gl. in l. quæ omnia. in j. gl. ibi, omnia de nouo reiterari oportet. ff. de procura & optimè faciunt quæ voluit Bart. in l. mutari. in prin. eo. tit. & idem expressè tenet Bald. in l. ait prætor. in prin. ver. circa secundum. ff. de iureiur. vbi lo-
2 quitur in iuramento: & dicit, † quòd iuramentum quod præstatur pro ingressu iudicii est magis iuramẽtum calumniæ, quàm iuramentum probationis: & ideo nil facit ad probationem, cùm nondum sit tempus probationis: & ideo quò ad probationem iteratò iurandum erit. & idem dixit ipse Bal. in addi. Spec. in tit. de primo & secundo decreto. versi. quòd iuramentum. vbi singu. dixit, quòd iuramentum calumniæ non est loco probationis. & ideo dicit, ꝙ si ex forma statuti accusatio damni dati probatur per iuramentum, ꝙ non sufficit tempore productæ accusationis iurare causam esse veram, & non calumniosam: quia istud iuramentum calumniæ non est iuramentum probationis, quæ debet fieri post responsionem rei: ideo nouo iuramento opus est, & debet præstari intra terminum probandi. & dicit quòd ita de facto seruatur Perusii in palatio. & idem expressè tenet do. Alex. in consi. suo iij. incip. in causa & lite. in iiij. col. in iij. volu. Pro istis etiam optimè faciunt dicta per Mathesil. in not. suo clxvij. incip. not. singularem doctrinam. Videas tamen Bald. qui videtur tenere contrarium in consilio suo cccxvj. incip. Præsupposito statuto. in fi. in iiij. vol. & in l. vnica. C. vt quæ desunt aduo. par. vbi tamẽ remittit cogitandum. Contra dicta in hoc singulari faciunt dicta per Ange. in l. j. & in l. properandum. in §. & si quidẽ. C. de iud. & per Bal & Pau. de Cast. in l. vnica. C. vt quæ desunt aduo par quos refert & sequitur Ias. in d. §. & si quidem. in j. col. in fin. ver. quartò limita, &c. & circa hanc materiam vide in simili Ias. in repeti. l. admonendi. in lv. col. de iureiurand. Tene menti prædicta, quia quotidiana sunt & practicabilia: nec ea fortè ita diffusè facilè alibi reperies.

CLXXI.

1 *Indefinitam vniuersali æquipollere: non tamen in testis dicto idẽ, si quidem testis dictum de necessitate concludere debeat.*

2 *Syndici legitimam constitutionem non probat instrumentũ continens, quòd tales canonici talem syndicum constituerunt.*

1 AVdiuisti † aliàs regulam istam, videlicet quòd indefinita æquipollet vniuersali: vt habetur in l. si pluribus. ff. de lega. j. & in c. solitæ de maio. & obed. & in l. j. per gl Bar. & alios. ff. de reg. iur. attamen scias, ꝙ hæc regula fallit in testibus: quia in dicto testis indefinita non æquipollet vniuersali. ita dixit singu Abb. in c. auditis. in iiij. col. extrà de rescri. post Inno. ibi in gl. super verbo, exceptio. alleg. rationẽ dicens, quòd hoc est, quia probatio seu dictũ testis debet de necessitate concludere. c. in præsentia. de probat. vnde si dicunt aliquem exercuisse iura episcopalia, non probant ꝙ exercuerit omnia, cùm dictum eorum possit verificari in aliquibus iuribus tantũ. de quo dicto facit festum Alex. in consi. suo cx. inci. Visis acutissimis, &c. in ij. col. in j. vol. alle. etiam ad hoc Oldr. in consi. c. inci. in executione, &c. & Pet. de Anch. & Io. de Imn. in c. quanto. de his quę fi. à præla. sine cõsen. cap. vbi
2 † dicunt, quod si in instrumento dicitur, tales canonici constituerunt talem syndicum, quòd per hoc non probatur legitima constitutio syndici, scilicet, ꝙ fuerit constitutus ab omnibus, vel à maiori parte: quia ille sermo, & illa indefinita, scilicet, canonici, potuit verificari in duobus canonicis tantùm: vt habetur in l. inter illã. ff. de ver. sig. & in l. libertas. § si. ff. de mann. test. & dicit ꝙ idem voluit Bar. in l. curiales C. de pręd. cur. lib. x. idem etiã dixit ipse do. Alex. in consi. suo vij. inci. super hac dubitatione. in fi. in j. vol. & in l. rescriptũ in prin. ff de pact. & in consi. suo lxviij. incip. viso & discusso. in iiij. col. versi nec suffi-
1 ciat, &c. in ij. vol. de hoc tamen dicto quia aliqua possent allegari in contrarium, vide do. Feli. latè loquentẽ circa hanc doctrinam in d c. auditis. in xiij. col. ver. gesta etiã &c. de præscript & in c. cùm omnes. in xvj. col. versi. tertia declaratio. de consti. ad quem me remitto, ne sim lõgior in præsentiarum.

CLXXII.

1 *Compromissum factum intra certum tempus expediendum si intra id tempus expeditum non fuerit, an actore ad ordinarium redeunte, reo contra nitente, ac requirente iterum compromissum fieri, statuto cauente, quòd de litibus inter affines vertentibus compromittatur, an audiendus reus, ac sic repeti cõpromissum possit?*

HAbeo nunc vnam quæstionem de facto, quã aliàs pluribus vicibus hic, & alibi vidi in facti contingentia. Statuto cauetur in hac ciuitate Bononiæ, & communiter
2 viget per Italiam, quòd † de litibus & quæstionibus vertentibus inter affines, fiat compromissum. Modò affines fecerunt compromissum, quod est expiratum lapsu temporis: vnus ipsorum, qui est actor, iterũ reuertitur ad iudicem ordinarium pro dicta causa: reus autem corã iudice petit vt iterum inter eos fiat compromissum, actor autem negat velle vlterius compromittere, dicens quòd adimpletum est statutum per compromissum iam factũ: reus autem dicit imò non esse satisfactum dicto statuto cum effectu: dubitatur modò quid iuris, videlicet, an iterum debeat fieri compromissum inter eos? In quo dicatis quòd sic. ita sing. dixit Bal. in l. fideicommissa. §. si quis decem. ff. de lega. iij. quod dictum pro valde not. refert & sequitur Ludouic. Roman. in consilio suo ccccciiij. incipien. In casu propositæ consultationis, &c. vbi pro hoc alleg. plura iura, subdens, quòd ratio huius potest esse, quia verba legis vel statuti debent intelligi cum effectu: vt ff. ne quis eum qui in ius vocat. l. si per alium. §. docere. & ff. quod quisque iur. l. prima. §. hæc verba. cum multis simi. Tu dicas vltra Ludo. quòd idem in terminis voluit Bald. in l. veluti. §. hæc vox. ff. de eden. vbi dicit, ꝙ ista quæstio sæpe accidit in palatiis. Idem tenet dn. Feli. in c. innouamus. in vlt. col. de treug. & pace, vbi videas. & hoc dictum habeas menti continuò, quia est multum quotidianum & practicabile: de quo dixi etiam in repet. rubr. ff. de fideius. in 50. col. vbi adduxi etiam aliam rationem corroboratam pluribus iuribus, videlicet, quòd paria sunt non facere, vel facere & minus legitimè vide ibi plenius. pro quo faciunt optimè dicta per do Feli. in c. qua-

liter.j.in pen.col.de accus. Prædictam tamen doctrinam & conclusionem intellige esse veram, quando quis tenetur facere compromissum ea dispositione legis vel statuti: sed secus est quãdo ad hoc tenetur ex ordinatione seu dispositione hominis. nam tunc sufficit quòd semel tantum compromiserit, licet non sit sequutum laudum. ita dixit Soci. in consi. suo cxvij. incip. visa. in j.col. vbi dicit, q̃ hoc voluit Spe. in tit. de arbi. in § excipitur. in versi. sed quid si fuerit actum, &c. & Bal. in l.j.C. de his quæ pœ. nomi. & alios alleg. de quibus ibi per eum: & quæ limitatio est multum no. ad prædicta.

CLXXIII.

1 *Compromissum si fit, vt arbitri absentibus partibus sententiã ferre possint. ferre tamen partibus non citatis non poterunt, nisi id expressim dictum sit.*

1 Fiunt quotidie† compromissa, in quibus dicitur, quòd arbitri possint ferre sententiam absentibus partibus: an hoc casu poterunt tales arbitri ferre sententiam partibus non citatis[a]. In quo videtur dicendum quòd sic, propter illa verba, absentibus partibus. nihilominus cõtrarium determinat Spe. in titu. de arbitr. in §. excipitur. in fi. dicens, quòd hoc casu non valebit sententia partibus nõ citatis. quod dictum pro not. refert & sequitur Io. de Imo. in c. cum dilectus. de arbi. & do. Alexan. in l. si quis arbitratu. in v. colum. in iiij. limitat. ff. de verb. obligatio. & domin. Felin. in capitu. cùm olim in x. column. de re iudi. & ideo debebit dici in compromisso, quòd arbitri possint ferre sententiã partibus absentibus & non citatis: nam hoc casu bene valebit sententia non citatis partibus secundum doctor. in dictis locis: quod est practicabile.

ADDITIO.

a Partibus non citatis. Et est ratio, quia cùm citatio sit de iure naturali, non potest omitti. clemen. pastoralis. de re iud. optimè facit, quia statutum dicens, quòd iudex possit procedere vt voluerit etiam de facto, non tollit ordinem iudiciariũ datum à iure naturali. ita voluit Bar. in extrauag. ad reprimendum. in verb. citatio. & consuluit Roma. consi. ccxcvij. & vide eundem singu. cclxxiij. Alex. in l. diem §. si quis ex litigatoribus. ff. de arbit. & Ias. in §. in bonæ fidei. nu. 17. Institu. de actio. eundem Hippolyt. infrà singu. cccccxxxiij. Item adde quòd arbiter cui data est potestas prorogãdi compromissum etiam partibus absentibus & ignorantibus, non potest tamẽ efficaciter dici prorogasse, nisi partibus notificetur. ita sing. Bal. in l. eos. §. apostolos. versi. quæro nunquid iudex. C. de appel. vbi dicit se ita consuluisse. quod est notandum secundũ Feli. in c.j. col. pen. versi. tertiò no. de constit. & in ca. Rodulphus. de rescrip.

CLXXIIII.

1 *Adscribens sibi aliquid de bonis testatoris in ipsum testamento, in falsi pœnam incidit. Et quid in Prælato ecclesiæ suæ adscribente?*

1 Ille† qui sibi adscribit aliquid de bonis testatoris in testamento in scriptis, incidit in pœnam falsi. text. est in l. iij. C. de his qui sibi adscri. in testa. Tene tamen menti q̃ istud fallit, & non habet locum in prælato[a] adscribente aliquid de bonis testatoris ecclesiæ suæ, quia non cadit in falsum: ita sing. dicunt Io. And. & do. Ant. post Hostiẽ. in c. cùm inter. de re iud. quod dictum refert & approbat ibi do. Feli. in iij. col. in prin. quod dictum poteris addere ad priuilegia clericorum, quæ tibi dedi in repetit. mea rub. ff. de fideiussorib.

ADDITIO.

a Non habet locum in prælato. Adde Ias. in l.j. §. huius studii. ver. tertiò limita. ff. de iust. & iur. vbi refert & sequitur istud dictum. Roma. singu. ccclj. tu scis quòd sacerdos. & Mathesil. sing. lxxxvij nota singulare dictum. Alex. in l. impuberem. §. ij. ff. ad l. Cor. de fals. & in l. vniuersos. in apostil. Bar. C. de decurio. lib. x. & potest esse ratio quare prælatus adscribens ecclesiæ suæ non incidat in falsum, quia non dicitur propriè sibi adscribere, cùm bona ecclesiæ non sint prælati, cap. ij. cum simil. lib. de donat.

CLXXV.

1 *Concesso vno, & omnia cõcessa videri per quæ ad illud deuenitur: vnde si mihi statuto liceat, vt iniuriam illatam vlciscar, an possim illud amicis accitis impunè exequi.*

2 *Facere quod per me possum, possum & per ministros mihi necessarios. Et qui illis resistit, mihi resistere videtur.*

3 *Veronæ statuto spectato, quòd fratri quem turpiter cum sorore versantem reperienti occidere liceat. an per amicos armatos eundem turpiter cum armis versantem occidere possit, licet de fratre tantum loquatur statutum?*

1 Concesso† vno omnia videntur esse concessa per quæ deuenitur ad illud. l. ij. ff. de iuris. om. iu. l. iij. §. qui habet. ff. de ser. rusti. præd. l. si vẽditor. ff. de reli. & sump. fune. l. vxori. ff. de aur. & arg. lega. habetur latè per Old. in cõsil. suo xj. inci. Thema tale est, in quadam clausula &c. & per eundem in consi. xxvij. inci. Thema tale est vacãte. & per do. Feli. in c. causam quæ. in j. & ij. col. de re iud. & in c. quã sit. circa prin. de Iudæ. Ideo tene menti, q̃ si à statuto conceditur alicui licentia aliquid faciendi, vt putà se vindicandi contra aliquem de offensa sibi illata, q̃ erit sibi licitum congregare amicos, qui ipsum iuuent ad hoc: & illi tales adiuuantes non punientur, sicut nec principalis. ita sing. dixit Pau. de cast. in l. refectionis gratia. per illũ tex.

2 in ver ego, fabrique mei &c. ff. com. præd. vbi dicit, † q̃ illud quod facere possum per me, possum facere per ministros meos ad hoc necessarios: & illis resistẽs videtur mihi resistere. & de hoc dicit esse glo in l. cùm fundum. in verb. postea. ff. de vi & vi ar. & rñdet ibi ad gl. in l. Gracchus. vbi est bonus tex. ad hoc. C. de adul. quæ videtur aliqualiter contrariari: & dicit hanc partẽ tenuisse Iac. Bu. in d. l. refectionis. & idem tenuit ipse Pau. de cast. in l. raptores. in ij. col. C. de epi. & cle. & Bal. in l. j. in antepe. col. ver. sed quid dicemus, statutum permittit &c. C. vnde vi. & Bal. in l. vt vim in iij. col. ff de iust. & iu. & idem firmat do. Fel. in c. super literis in xiij. col. de rescr. & Bal. in c. de cætero. de re iud. Vide Bal. super statu. in verbo, bannũ. seu in versi. bannitus. in viij. col. versi. statutum dicit q̃ bannitus pro certo crimine. & vide Ias. in l. scriniarios in prin. C. de testa. mil. & vide apostil ad sing. x. Corse. in verbo, auxilium &c. & do. Bar. Cæpol. in consi. suo iiij. inci. Querela &c. in vlt. col subdit per has doctrinas aliàs se obtinuisse in con-

3 tingentia facti in ciuitate Veronæ, † vbi est statutum, q̃ si frater reperiat aliquem turpiter conuersantem cũ sorore sua possit ipsum impunè occidere: q̃ vnus qui repererat quendam in camera cubiculari cum sorore sua cum armis cõuocauit amicos armatos, & occidit illũ: & licet statutum loqueretur de fratre tantùm, tamen dixit q̃ debet extendi etiã ad amicos congregatos sine quibus non potuisset tutè occidere illum repertum cum sorore. & refert q̃ ita per totam curiam Veronæ iudicatũ fuit. & dicit etiam fortius Pau. de Cast. in dictis locis, q̃ in casibus, in quibus quis potest facere vindictam in personã alicuius, q̃ hoc poterit etiam fieri facere per alium, & ille talis hoc faciens nõ punietur. in quo tamen Bal. in dictis locis tenet expressè contrariũ, dicens, q̃ illud quod alicui personæ specialiter cõmittitur, ad alium non potest transmitti per l. cum patronus. ff. de leg. ij. de quo etiã per Bal. in c. ad nostram. extrà de proba. & per Bar. in l. non solũ. ff. de iniur. & in c. j. §. si quis verò. de pace iura. firman. & Bal. in l. per diuersas. C. mand. & vide tex. not. ad hoc in l. cùm fundum. ff. de vi & vi ar. & in l seruus si hæredi. ff. de stat. lib. & Bal. in d. l. Gracchus & Pe. de Anch. in c. j. quod me. cau & Io. de Ana. in c. ij. in vltimis verbis. de homici. & per do. Feli. in c. quæ in ecclesiarũ. de consti. in iiij. col. ver. cæterum. & do. Paridem de puteo in suo tractatu syndicatus, in xlj. chat. versi familiaris. tene menti prædicta, quia sunt quotidiana, & valde vtilia & lucrosa: quę addere potes his quæ dixi s. in singu. xvij. inci. Accessorium.

CLXXVI.

1 *Voluntas ac propositum malefic. a distinguũt Et sic qui verberãdo tãtum animo aliũ percutiẽdo occiderit, an de occiso teneatur?*

2 *Delinquens vltra propositum, vel an delictum sine dolo commissum puniendum sit: remissiuè.*

1 Voluntas† & propositum distinguunt maleficia. l. qui iniuriæ. ff. de fur. l. quod ter ij ub. ff. de iniu. l prima. C. ad leg.

ad leg. Corne. de sica. cum simi. & affectio operi nomen imponit. l. si non conuitij. C. de iniur. Vide gl. in c. cùm in captiuitare. axiiij. quæstio. ij. Et ideo tene menti, quòd si aliqui aggrediuntur aliquem animo & intentione eum bastonandi, vel aliter percutiendi: & eum sic bastonando & percutiendo interfecerunt, quòd isti interfectorea de occiso non tenentur, sed aliter mitiùs puniuntur, cùm vltra propositum deliquerint. Ita finglariter per optimas rationes consuluit Paulus de Castro in consil. suo cxcij. incip. In causa incarceratorum. & ibi respondet ad contraria quę adduci possent. & profectò est sing. consi. quod refert & sequitur domi. Augu. de Arimi. in suis addi. ad Ange. de Are. super maleficiis. in ver. & appensatè &c. in fi. vlti. addi. & in versi. dictna Andręas armatus. circa fi. primæ addi. Quod dictum optimè facit pro illa quæstione,
2 & articulo magno, & proliao, videlicet, † an delinquens vltra propositum, vel an delictum commissum sine dolo, puniatur, & quo modo: quæ dubia nunc non examino propter eorum proliaitatem, sed solum loquar remissiuè: ideo videas Bar. in l. diuus. ff. de sica. Bart. in l. omnes populi. circa xx. colū. versi. ex prædictis. ff. de iusti. & iur. Bar. in l. non dubium. in iij. col. C de legi. Bar. in l. in lege Cornelia. ff. de sicar. Bal. in l. si quis seruo. C. de fur. Bal. in l. venia. C. de in ius voc. Bal. in l. si qua per calumniam. C. de epif. & cle. & in l. si quis ignorans. ff. loca. Bal. in l. si mādati. C. man & l. data opera. C. qui accu. non pos. Bal in d l. omnes populi. in a. col. & in d. l. non dubium. & in l. si quis alieno. §. cùm autem. ff. de his qui nor. infa. Bal. in d. l. Gracchus. C. de adulter. & in l. quamuis. ff. de in ius voc. Bal. in l. benignius. ff de legi. Bal in l. decuriones. C. de infami. Bal. in c. j. in v. col. de consti. Bald. in l. penultima. ff. quod quisque iur. Bal. in l. in actionibus. ff. de in lit. iuran. Bal. in l. quicunque. in v. col. C. de ser. fugi. Bal. in l. si serui vestri. C. de noxa Bal. in l. j. in ij. col. ff. de legi. Bal. in l. quæ fortuitis. in penul. col. C. de pigno. act. Bald. in l. j. §. quod prætor. ff. ne quis eum qui &c. Bal. in procemio Digestorum, in §. sed tamen nos. in vj. col. Bald. in l. vnica. in xiiij. col. C. de confes. Bal. in l. j. in ij. col. C. si à non compe. iud. Bal. in l. j. C. de his qui latro. Bal. in repeti. l. j. C. de summa trini. & fide catho. in antepe. col. Bal. in consi. suo ccxiiij. incip. Dubitatur. in iij. volu. Bar. in l. repeti. ff. de quæstio. & in l. quod Nerua. ff. deposi. Ange. in d. l. diuus. ff. de sica. & in l. quoniam multa. C. eo. Ange. in l. j. §. non autem. ff. si quis testą. lib. esse iussus fue. Ange. in l. plagii. C. de plag. Ange. in l. prima. C. de thesau. libro x. Ange. de Are. in tractatu maleficiorum, in versicu. & appensatè. in versicu. vltimo. & ibi in versi. quid si habeat arma &c. Ange. in authen. de teste. §. & licet. in vlti. colum. Salic. in dicta l. quoniam multa. Sali. in l. data opera. C. qui accus. non pos. Ioan And. in mercurialibus, in regula, cum quis. de reg. iuris. vbi ponit plures quæstiones similes. Ludoui. Rom. in l. j. §. occisorum. in iij. col ff. ad Sylla. doct. in l. penul. ff. de adul. doct. in cap. fin. de homici. & in l ex incendio. ff. de incēd. rui. naufra. gl. & doct. in c. j. quibus mod. feu. amit. do. Floria. in l. iij. §. iniuriarū. in ij. col. ff. ad leg. Aqui. Guid. de Suza. in quæst. statut. in ij. col. Cyn. in l. j. ff. de legib. Pet. de Ancha. in consi. cclxxaiiij. inci. iure stricto. in fin. Alex. consi. cix. incip. Visis, & vt oportet consideratis. in j. volu. & eo. volu. consi. iij. incip. Ponderatis. in j. col. & in cons. cxl. incip. videtur in casu proposito. in ij. & in vlt. col. in ij. vol. do. Io. Baptista de sancto Seuerino in repe. l. omnes populi. in versic. quintò infert quòd si statutum. de iust. & iur. Pau. de Ca. in consi. caaaia. incip. viso processu. in ij. col. ver. quod quidem. Paul. de Cast. in l. nemo. C. de epis. audien. Raph. Cuma. in consi. cxaaiiij. incip. visis. in fin. Ioan. de Ana. in c. laror. post alios, de homi. do. Barthol. Cæpol. in cantela sua ij. versi. si statutum imponat. & in consi. axia. incip. viso processu. in antepe. col & in consi. xaaj. incip. super homicidio. in antepe. col. & in consil. axaiij. incip. multa &c. in j. col. & in consil. aaxiiij. incip. si vnquàm. in iij. char. in penult. col. & do. Paridem in tractatu syndicatus. in laa v. char. in iiij. colum. & do. Feli. in c. quoniam contra. in v. col. de proba. & c. in nomine. in ij. col. de testi. post prin. & in c. lator. de homicid. Tene menti prædictam doctrinam Pau. de Cast. in dicto consilio cxcij. quia non fallor, est no. & posset tibi facere honorem & vtilitatem. Et vide omnino dicta infrà in singulari ccxlvij. incip. principale propositum.

CLXXVII.

1 *Malitiis hominum obuiandum. Et ideo aduersus calumniantem, se cum calumnia quiuis tueri potest.*

2 *Mutuum à te acceptum, si tibi seorsum restitui, ac rursus à me petis, à te quicquam habuisse licitè negare possum.*

3 *Carceratus iniustè custodem, ut se ad audiendam concionem abire sinat, se rediturum iurans, an licitè in ecclesia remanere, nec inde redire possit, velut & qui à capitaneo iniustè detinetur, si aufugiat?*

4 *Papa Alexander tertius, cùm episcopum simoniacum ad manus haberet, ut veritatem ab eo erueret, clam illi promisit, quòd si publicè delictum fateretur, eum dispensaret, confessum coram Cardinalibus statim deposuit. Et quid de iudice delinquenti remissionem delicti remittente?*

5 *Furtum passus si pactum cum Titio fecerit, ut si furtum sibi factum indicaret, ac fures, nihil de eo se ab eo exacturum, an non obstante pacto aduersus eundem agere queat, si furti teneatur?*

6 *Furtiuè à te aequiualentem rem accipere possum, si quam de me habes, recuperare non possum, sed nec si inde mors sequeretur, irregularis fiam.*

7 *Dolus nullus, si prædonibus fides non seruatur.*

1 MAlitiis † hominum obuiandum est. c. sedes apostolica. de rescrip. l. in fundo. ff. de rei vend. cum si. quod intellige nedum recta via, sed etiam cum malitiis, secundum doct. in dicto capit. sedes. & ideo dixit gloss. not. in dicto cap. cupientes. in ver. malignantium. de elect. quòd aduersus calumniam quis potest se defendere cum calumnia. quam gloss. refert & sequitur Bald. in rubr. C. de fide instru. in viij. col. & Ang. in l. maritus. quæ est l. penul. ff. de vsur. & dixit glos. valde not. in cap. dominus noster. xxiij. quæstio. ij. quòd si aduocatus fouet iustam causam, potest conuincere aduersarium suum cum malitia. & faciunt dicta ibi per Archi & per gloss. in cap. nullus. iiij. q. iiij. & text. not. in l. cùm pater. §. Titio. ff. de leg. ij. ver. nec dolo videtur fecisse cùm fraudem excluserit. quem text. alleg. Ang. pro dicto glo. in d. c. cupientes. in dicta l. maritus. pro quo faciunt dicta per Bart. in l. j. §. præterea. ff. de quæstio. & dixit sing. dom. Ant. in c. j. de mu. peti. quòd
2 † si mutuasti mihi decem, quæ tibi restitui in secreto si tu iterum illa petis, possum licitè negare, & dicere nihil à te habuisse. quod etiam tenet Petrus de Ancha. in cap. ij. de reg. iur. in vj. & in dicto cap. cupientes. ad quæ etiam faciunt dicta per Bald. in d. rub. C. de fide instrumen. in viij. col. versi. incidenter etiam quæro. & dixit not. Io. And. in addi. Spec. in rub. de iureiur. ver. Iterum quæro de eo qui
3 iurauit redire, &c. quòd † iniustè carceratus, qui iurauit custodi, quòd si eum relaxaret, vt posset ire ad audiendum concionem, quòd ea audita reuerteretur ad carceres, qui postea intrauit ecclesiam, & noluit exire nec reuerti ad carceres, an hoc sibi licuerit? decidit ibi quòd sic. pro quo facit optimè quod voluit Bart. in l. vis eius. C. de probatio. vbi dicit, quòd si quis iniustè detinetur ab aliquo capitaneo, & aufugit, non tenetur in aliquo. quod etiam voluit dom. Alexan. referendo Bart. in l. sed eximendi. §. si quis. circa fi. ff. ne quis eum qui in ius voc. & in l. relegati. ff. de pœn. & illud dictum Ioan. And. in d. rubt. de iureiur. refert & sequitur dom. Abb. in cap. inter alia. in fin. de immu. eccl. dicens hoc tantum esse verum, vbi imminetet mors, aliàs secus: quia ille teneretur ad obseruantiam iuramenti. Et pro illo dicto allegat bonam gl. in cle. pastoralis. in ver. per violentam. de re iud. & vltra prædicta facit quod dixit Archid. in cap. vtilem.
4 xxij. quæst ij. vbi dixit, quòd † cùm Papa Alexander tertius haberet præ manibus episcopum simoniacum, promisit ei in secreto, quòd si publicè fateretur delictum suum, dispensaret cum eo: & statim cùm ille confessus fuit coram Cardinalibus, deposuit eum. quod dictum refert & sequitur dom. Felyn in c. accedens. ij. vt lit. non contest. in j. col. & in c. afferte. post princ. de præsump. Ad idem facit quod not. Dom post Vgo. & Arch. in c. nos in

quemquam.ad fin.ij.quæst.j.vbi dicunt,quòd iudex pro-
mittẽs delinquenti remittere sibi delictum,si illud con-
fiteatur,quòd si confiteatur,ex tali confesione potest eũ
condẽnare,& excusatur iudex ex tali simulatione,pec
tea.in d.c.vtilem.quod dictum refert do Feli.in c.afferte.
in prin.extra de præsump.contra quæ faciunt quæ dixi in
fra in sing.meo ccj.incip.in confessum.Ego autem,dum
fui in officiis,nunquã curaui facere reis tales promissio
nes.Et vltra prædicta ad propositum adduco not.ver-
bum,de quo nunquam obliuiscaris, videlicet dictum
Vber. de Bobio in l.si pro fure.ff.de condi.fur.& Io.And.
referentis eum in addi.Spe.in rubr.de fur. vbi dixerunt
5 †quòd si pastus furtum fecit pactum cum Titio, quòd si
indicaret fures,ab ipso nihil peteret,si sibi ex illa causa in
aliquo teneretur quo stante ipse Titius indicauit furtũ,
per quod apparuit ipsum fuisse de furibus:dominus cõ-
tra eũ agit furti,ipse excipit de pacto, dicũt tamẽ prædi
cti doct.quòd poterit agere contra eũ, nec iuuabitur ex
pacto:quod est singulare verbum perpetua memoria di-
gnum:quia quotidie occurrit aliquod furtum,& fiunt
proclamationes ꝙ indicanti furtum parcetur,si est de so
ciis.Ideo tene menti:& istud dictũ pro valde not.refert &
approbat Barb.in c.sedes apostolica.in iiij.col.de rescr.
Ad quod vide etiam Ias.in l.conuentionum.ff.de pact in
ij.col.Item etiam ad propositum huius prædictæ regulæ,
ꝙ malitiis hominum est obuiandum,adduco no.verbũ
Inn.in c.cùm olim.j.de restit.spol quem ibi sequitur do.
6 Ant.vbi dixit,†ꝙ si non possum recuperare rem meam
a te,ꝙ possum æquiualentẽ furtiuè à te recipere:per cap.
dominus noster.xxv q.ij.quod dictum refert & sequitur
do.Flor.in l.itaque.ff.ad l.Aquil.vbi bonus tex quod di-
cit ibi Flo.esse mirabile:& subdit ipse ibi, ꝙ si etiã mors
sequeretur,ex hoc ille non esset irregularis. Tu dicas ꝙ
hoc etiam dixit gl.in c.ius gentium.j.dist.quam pro sin-
gulari ad hoc alleg.do Feli.in c.quoniam.in vlti.col.de
simo.& idem etiam voluit Inno.in c.quia pleríque.extrà
de immu.eccl.quem refert & sequitur Bal.in l.j.in ij.col.
C.de rest.& Alex.in consi.suo cxxxv.incip.Circa primũ,
&c.in j.col.in j.vol.Alex.in l.si quis in tantam.in j.apost.
C.vnde vi.& Bal.in l.ij.in xv.colum.C.de serui.& aqua.in
vers.& not.quòd subditi.& Alex.in consi.cccclxxvj.inci.
Pulchrè respondit.in pe.col.& in consi.cccclxxiiij.incip.
visa inquisitione.in iij.col.& do.Feli.in ca.pen.de homi.
Contra prædicta tamen fortiter facit illud, videlicet, ꝙ
graue est fidem fallere.l.j.ff de consti.pecu.de quo dixi s.
in sing.cxlviij.incip.graue.& etiam illud quòd etiã hosti
fides seruãda est:de quo in c.noli.xxxiij.q.j.& in c. inno-
cens.xxij.q.iiij & in c.dominus noster.xxiij.q.ij.Sed po-
tes dicere,quòd illa iura intelliguntur in hostibus seruã-
tibus fidem aliis:secus si ipsi non seruant fidem aliis. Ita
dixit gl.in d.c.noli.sed in prædictis casibus posset dici il-
los non seruare fidem ergo eis non est seruanda. Et idem
dixit gl.in c.vt pridem.xxiij q.vlt.in j.gl.& vide glo.in c.
dominus noster.xxiij.q.ij.& vide do.Phil.Dec. in l.ea est
natura.in fi ff.de reg.iu.Et facit pro hoc gl.in d.c.vtilem.
xxij.q.ij.quæ dixit, ꝙ dolus contra hostem est bonus. Et
dixit Bal.in l.j.in pen.col.ver.quæritur, quidam cleri.C.
7 vnde vi.ꝙ†nullus est dolus si fides prædonibus non ser-
uatur. Vide quæ dixi in repet.mea l.fi.C.de proba.in xx.
char.in fi.& vide etiã do.Paridem de Puteo in suo tracta.
synd.in xcvij.char.in ver.& aduertendũ est.& in eo.tract.
lxxxvj.char.in j.col.in versi.Saluus conductus.& istas do
ctrinas & dicta teneas menti rogo,quia indubitanter te-
neo quòd alibi ista cumulata non reperies:sed ego so-
lus omnia prædicta iam pluribus annis collegi maximo
cum labore:& tene menti.

CLXXVIII.

1 *Inimicum à testimonio repelli. Et quatenus id procedat?*
2 *Testi dicenti se nullas inimicitias cum eo aduersus quem produ-*
citur,gerere,non creditur,quin à testimonio repellitur si ini-
micitia causa subest.

1 INimicus†repellitur à testimonio.c.repellantur.c.cùm
P.& c.cum oporteat.de accu.& in c.si testes.iiij.q.iij.&
in l.liberi.C.de inoffic.testa.& in authen.si verò dicatur.
C.de testib.cum multis simil.de quo vltra omnes dixi in
repet.mea l fina.C.de probat. in xvj.chart.cum sequent.
quod est verũ nedum in inimico publico & manifesto,
sed etiam habet locum in eo apud quem est causa inimi
citiæ contra illum contra quẽ producitur, licet ipse con
tra quem producitur,nesciat illam causam : vtputà.Ti-
tius accusauit Sempronium de aliquo crimine, certè li-
cet ipse Sempronius nesciat se accusatum esse ab eo, ta-
men non poterit contra eum esse testis. vel pone, Titius
adulterauit vxorem, vel filiam Caij,hoc tamen est inco-
gnitum ipsi Caio,attamen non obstante illa ignorãtia,
quia tamen subest causa inimicitiæ, nõ poterit ipse Ca-
ius testificari contra ipsum Titium.Ita sing. dixit Bar.in
l.j.in fi.ff.de his quibus vt indig & Inno.in c.cùm I.& A.
circa fin.extrà de re iudic.& Bald.referens Inno.in l.præ-
scriptione.in antepenul.colum.C.si contra ius vel vti.pu
bli.& in dicta authen.si dicatur.in vlti.colum.& Abb. in
dicto cap.repellantur.& in dicto capitu. cùm oporteat.
vbi videas etiam domi.Feli.in vij.colum.circa fi.& Lu-
do.Roma.in l j.§.rescriptum.in princip.ff.ad Sylla.& in
rubric.ff.de arbi.in ix.colum.ver.scias tamen.& domin.
Alexan.in consilio suo cccclxxiiij.incip.Visa inquisitio-
ne.in vltim colum.in fi.& in consilio suo xcix.incipien.
in causa inquisitio.in ij.colum.in j.volu.& Lud.Roman.
in singu.suo cccxix.secundum ordinem meum, incipiẽ.
Innocen.in cap cùm I.& A.&c.& domi.Feli.in cap.sci-
scitatus.in viij.col.de rescrip.de quo latè dixi in prædi-
cta repet.mea l.fi.C de proba.in xvj.chart.vbi videas,&
2 teneas menti,†quòd licet testis dicat non habere inimi-
citiam,vel odium aliquod cum illo,contra quem testifi-
catur,attamen repellitur,& ei non creditur,si subest cau
sa inimicitiæ, per prædicta : quod apertè voluit domin.
Alexan.in suo consi.xcix.in ij.col quod est no.quia com
muniter testes dicunt se non inimicos illius cõtra quem
testificantur.

CLXXIX.

1 *Percutiens priorem vel antianum,si statuto cautum sit, vt in du*
plum puniatur,an remotum priorem percutiens in statutum
cadat:cum qualitas adiuncta verbo debeat intelligi &c. Et
quid de Potestate syndicatu durante?nu 3.
2 *Vasallus à vasallitico liberatus dominum defendere non tenetur,*
sicuti nec offendere:si tamen offendat,non eadem pœna puni-
tur,qua & dominum offendens.
4 *Clericum depositum ac degradatum percutiens in excommuni-*
cationẽ cadit Et quid de illo,qui consiliarius fuerit,at in præ
sens depositus est,an priuilegijs dignitatis, ne torqueatur frui
possit?Et quid de aduocato officio aduocationis abiurato?
5 *Tabellio ab officio remotus,si instrumentum conficiat, an mortis*
pœna puniri debeat?
6 *Iudæus de proximo effectus Christianus,an aduersus Christia-*
num testis idoneus sit?Et quid de periuro pœnitentia peracta?
Quid item de inimico,cum quo pax inita est?

1 VIget†communiter statutum per Italiam quo caue-
tur,quòd percutiens priorem,vel antianum, punia-
tur in duplum modò aliquis fuit prior vel antianus, sed
de proximo est remotus à tali officio, vtrum hoc casu si
aliquis eum percutiat, cadat in pœnam dupli? In quo
Alber.de Rosa in secunda parte statutorum, quæstio.xx.
incipient.quid si statuto,&c.dicit,quòd hoc casu pœna
duplicabitur. alleg. l. ordo.ff.de publi.iudic.& l.ordine.
ff ad municip.Sed Ludouic.Roman.in l.si quis in graui.
§.de his.ff.ad Sylla.tenet contrarium,dicens,quòd qua-
litas adiuncta verbo debet intelligi secundum tempus,
& actum verbi:per legem,in delictis.in §.si detracta.ff.de
noxa.& in l.Titius.ff.de testamen.milita.& in l.habebat.
ff.de instito.Vnde cùm statutum loquatur de priore vel
antiano,non habet locum in remoto:quia de illo statu-
tum non loquitur.l.si verò.§.de viro.ff.sol ma.l.si cui eo-
rum.§ affinitatis.ff.de postu.Adducit postea text.in c.fi.
in fin. verbis de vasal.qui contra constitu.Lotha.in vsib.
2 feud.vbi secundum eum dicitur,quòd†si vasallus est à va
sallitico liberatus,dñm defendere non tenetur vt priùs,
ita nec offendere:& si eũ offenderit,non punietur ea pœ-
na,qua puniretur,si dominũ offendisset, sed aliàs iudicis
arbi-

arbitrio.& dicit quòd ita dicit ibi text. coniuncta gloss. & ideo prædictam decisionem Albe. ipse reputat falsam. Dicit tamen quòd pro Alberico ipse allegat duos tex. in l.fina.ff.de decurio.& in l.penulti.eodem titu.& l.frustrà. C.de senten.pass.dicit etiam, quòd miratur de Alber. qui alleg.d l.ordo.quia illa lex modo aliquo non facit ad illud, ad quod Albe.eam alleg.& hanc opinio. Lud. in hac quæstio. sequutus est Ange.de Aret. in tracta. maleficio. in versi.Caium Sempronij.in vlti.char. in versicu. & diligenter pondera. vbi refert Ludo.Roma.de verbo ad verbum. dominus autem Alexan. in l.penulti.C.de decur. libro x.refert Albe.Ludo.Roma.& Ange.de Aret. in dictis locis, nec aliquam opin. approbat: sed do. Augu. de Ari. in suis additio.ad Ange.in d.versicu.& diligenter pondera. videtur inclinare in opin.Ludo. allegat enim Bald. in l.obseruare.§.proficisci.ff.de offic.proconsul. in vij.q.
3 vbi tenet idem quod tenet Ludo.secus† autem dicit esse in Potestate durante syndicatu, quia tunc offendēs eum, cadit in pœnam statuti punientis offendentem Potestatem. Ego autem in hac quæstione sum valde dubius propter dictas contrarietates,& varias opin. Tamen in contingentia facti magis inclinatem in opin. Albe.quàm Ludo. Roma.& sequacium: quia illa verè est æquior & sustentabilior. Videmus enim, quòd ea quæ fiunt de proximo, videntur inesse.argu l.filiusfamilias.ff.de testamen. mili. & l.lecta.ff si cer.peta.versi.dicebam. Item pro opin. Albet.est text.in dicta l.si quis in graui.§.de his.ff.ad Sylla. ex quo text.Ludo. Roma. ibi format illam quæstionem. Item est text.in l.fina.ff.de decurio.& in l.penulti.C.eo.libro x.& in l.frustrà.C.de senten.pass.& in l.vnius facinoris.§.seruus.ff.de quæstio.& in l.extraneo.§. fina.eodem titu.& in l.seruos non solùm.C.de quæstio.& in l.nihil. in fi eodem titu.in quibus omnibus iuribus probatur clarè opi.Albe.& vltra dicta iura etiam plures doctrinæ doctorum reperiuntur pro hac parte: ideo adduco ea quæ adduxi suprà in singu.cvij.incip.priuilegium dignitatis. vbi dixi, quòd priuilegium dignitatis durat finita dignitate: secundum Bal.in cap.sedes apostolica.de rescriptis. post Innocen.ibi, ad quod adduxi gloss.in cap.accedens.
4 quinquagesima distinctio.quę dixit, quòd† licet clericus sit degradatus, attamen eum percutiens cadit in excommunicationem.& gloss.quę idem voluit in c.dictū.lxxxj. distinct.& doctri.Marti.de Fano quam refert Franc. Tigri.in dicta l.fina.ff.de decurio.vbi dixit, quod per illum text.euasit quendam qui fuerat condemnatus ad mortem:& dum appellauit, opposuit coram iudice quod fuerat consiliarius suæ ciuitatis. Potestas tamen propter indicia contra eum existentia posuit eum ad torturā, quo casu non poterat torqueri per illum tex.& ille in tormentis confessus est maleficium:& ex quo illa tortura non tenuit, eodem modo non tenuit confessio. Et vide do.Feli. in c.eam te. in ix.col.in versi.infidelitas præcedens.de rescrip.& faciunt dicta per Barto.in l.j.C.de aduoc. diuer. iudic.vbi dixit, quòd ille qui deposuit officium aduocationis, adhuc est in dignitate,& appellatur clarissimus:& quòd non debet torqueri tanquam habens dignitatem, & quòd debet mitti iuramentum ad eum tanquàm ad egregiam personam. Et faciunt etiam quæ dixi in singula.
5 xxxv.incip.ille qui nunquàm.vbi dixi,† quòd ille, qui alias tabellio fuit,& fuit depositus à tabellionatu: si tamen facit instrumentum tanquàm tabellio, non debet puniri pœna mortis, secus in priuato: & hoc quia ipse olim tabellio iuuatur primordio veritatis, secundum Bal. in l.si quis.C.de aquęduct.lib.xj.& Bald.in l.data opera.C.qui accu.non poss.in xxij.colum de quo latiùs ibi. & facit gl.
6 in c.constituit.xvij quæstio.iiij.quæ dixit,† quòd Iudæus, qui de proximo est effectus Christianus, non poterit esse testis contra Christianum.& facit glos.in l.qui cum vno. §.ignominia.ff.de re mili.quę dixit, quòd periurus etiam post peractam pœnitentiam non poterit esse testis, sicut antea non poterat. Item facit etiam, nam inimicus etiā post pacem factam non potest esse testis contra illū, cum quo habebat inimicitiam: secundum Alexan.in consilio xcix.incip.in causa inquisitionis.in primo volu.vbi plura ad hoc allegat: de quo ego latè locutus sum in repetit. mea l.fina.C.de probat.in xvj.char.cum sequen. de quo etiam per Feli.in c.cùm oporteat.in v.col.in fi. de accusatio.& facit optimè text.in ca.is qui.in fi.de sepul.in vj. & in l.filij.§.vidua ff.ad muni.cum concord.in glo.alleg. vbi habetur, quòd dignitas quæsita vxori propter maritum durat etiam mortuo marito. Et facit etiam, nam licet inimicitia surgens ex spoliatione purgetur facta restitutione.c.cùm quis.de restitutio.spolia.in fi. tamen non purgatur, adeo quòd ille qui spoliauit non possit, si sit datus iudex, recusari. Casus est cum gloss.penul. in cap.conquerente.de restitutio.spol.quem singu.not. ibi do.Francis.de Are.ita dicit do.Feli.in dicto cap.cùm oporteat.in viij.col.de accusa.in prin. possent etiam alia quamplura adduci ad propositum, quæ breuitatis causa omitto: sed me remitto ad plenè dicta per do.Feli.in c.quæ in ecclesiarum.in xxiij.col.versi.fallit quintò &c. de constitu. Et sic per ista mihi magis placet opi. Albe.non obstat ratio Ludo Roma.videlicet, quòd qualitas adiuncta verbo debet intelligi secundum tempus & actum verbi: quia respondeo quòd illud non est semper verū. vt patet in exēplis & doctrinis superius adductis. Nec habet etiam obstare tex.in dicto c.j.de vasal.qui contra constitu. Lotha. &c.quem pro opinione sua alleg. Ludo. Roma. vnà cum gloss sua: quia ego respondeo & dico quòd mirādum est de Ludo.Roma.& de Ang de Are.qui eum sequitur: quia ille tex.non dicit illud ad quod ipsi eum allegant, sed imò probat contrarium, si rectè inspiciatur in fin. dum dicit, sed eum quidem tunc offendere non debet.& gl. ibi supplet, in memoriam pristinæ fidelitatis &c. & glo.ibi vlterius procedēs tenet quasi apertè opi. Alb. ideò nec Rom. nec Ang. Aret.bene inspexerunt d.tex.& d.gl.quia, vt dixi text.ille & gl.faciunt de directo contra eos. Et per ista ego remaneo cum opinione Albe & eam sequor, quæ, vt dixi, est æquior & sustentabilior iudicio meo.quibus etiā adde dicta per do.Paridem de Puteo in tracta.suo syndi. in xxxix.char.in pen.col.in prin.& post med. Quę omnia tene mēti ad hanc quæstionem,& etiam pro limitatione & restrictione illius vulgatę regulæ, videlicet, quòd cessante causa cessat effectus, de qua in l.adigere.§.quamuis.ff. de iure patro.cum simi.

CLXXX.

1 *Inhabiles communionis occasione habilium priuilegijs gaudere.*
2 *Delinquentes plures simul.quorum vnus clericus est.si à iudice seculari capti sunt,& ab eodem inquisiti.& clericus remitti ad iudicem ecclesiasticum petat, an si remittatur, reliqui quoque laici occasione communionis remitti debeant?*
3 *Fratres cum fratre ab oneribus immunem habitantes an immunitatis beneficio fratris gaudere quoque debeant?*
4 *Saluusconductus alicui & socijs concessus.Iudæum quoque socium comprehendit.*
5 *Mulier cum sacerdote fornicans iudicem ecclesiasticum habet, non secularem.*

PLura & plura iam dedi tibi singularia, & notabilia nō omnibus cognita iudicio meo: sed nouissimè do tibi vnum notabilius cæteris omnibus, quod tenendum est
1 semper in scrinio pectoris. Tu scis† quòd propter com-
2 munionem[a] vel societatem inhabiles gaudent beneficio habilium. vt est text. in l.si cōmunem.ff.quemadmodum ser.amit.in l.si is qui duos.& ibi Bartol.ff.de libe.lega.& voluit Abb.in c.ad audientiam extrà de præscript. dicēs, quòd contra priuatum habētem rem communem cum ecclesia Romana currit solùm præscriptio centenaria: & dixi de hac communione seu societate fortè vltra alios in repetitio.mea l.fina.C.de probatio.in vj.char. vbi plura dicta iura & doctrinas posui: sed vltra omnia quæ ibi posui, tene menti quòd ista communio seu societas ope-
2 ratur mirabilem effectum, videlicet,† quòd si plures simul sunt capti,& inquisiti à iudice seculari, quorum vnus est clericus,& ipse petat se remitti ad ecclesiasticum iudicē, iuxta c.si iudex.de senten.excommunica.in vj.cum simi. quòd tunc omnes laici debent secum remitti ad iudicē ecclesiasticum: per d.l.si communem.ne continentia causæ diuidatur,& ne sequatur absurdum, si in eadem causa variæ sententiæ ferrentur,& fortè contrariæ: ita singul. &

mitabiliter dixit do. Ant. de Prato veteri doctor Bonon. in l.j.in fi.ff.quæ senten.sine appellatio.rescin. Quod dictum maximis preconiis & summia laudibus extollit,& ponit in cœlum do. Maria. Soci.in c.ij.in iiij.char. in secunda col. versi.octauò fallit.extrà de mut.peti.& in consilio suo xij incip quoniam in præsentiarum.in vj.col.in versic.est adeò &c.& in dicto c.ij & corroborat eum pluribus dictis & doctrinis,& maximè ex tex.aureo in cap. per tuas.de arbitr.vbi qualitas duorum laicorum per se inhabilium habilitatur propter adiunctionem vnius clerici:& ex hoc dicto infert etiam do.Maria. in dicto loco ad aliud notabile dictum,de quo ibi per eum.Et hoc dictum etiam pro stupendo refert & sequitur ponendo supradicta do.Feli.in c.placuit.in v.col.circa medium.extrà de præscrip.Vide in materia Alexand. in consi.cxlix. incip.in causa inquisitionis.in ij.colum.in vj.volu.& infrà in singu.ccccIxxx.incip.apud doctores.Ego autem ad confirmationem huius dicti adduco Ioan. de Imol. in cõsilio suo cxxxix.incip. Præfati simus.in iij.col.post med. versi.quinimo.vbi idem tenet.Et adduco etiam not cõsi.excellẽtissimi in iure viri do.Ludo de Lodouisiis aliàs protonotarij Bonon.& Archidia.Bonon. quod cõsilium
5 incip. præmittendum est &c. vbi † in contingentia facti cõsuluit & bonis rationibus & iuribus in causa magnifici militis do. Anto.de Magnanis ciuis Bono.qui erat immunis ab oneribus propter numerum liberorum, quòd fratres sui secum simul habitãtes debent gaudere beneficio illius immunitatis:& hoc propter personam fratris sui:& illi consilio se subscripserunt quamplures doct.pro quibus faciunt optimè dicta per do.Felin.in c.quàm sit. in primo notab.de Iudæ.vbi omnino videas:& per eundem in c.quæ in ecclesiarum.in xviij.col.versi.sexta dubitatio.de consti.& facit tex.quem ego solus allego in hac materia.in l.j.in §.si vir.in verbo, cõmixta familia.ff.ad Sylla.& faciunt dicta per Felin.in cap.sedes apostolica. in vij.col.de rescrip.& per Alexan.in consilio suo lxxv.incipien.Videtur in præsenti.in secunda colum.in v.volu.vbi
4 dicit,† quòd saluus conductus concessus alicui & sociis,
b comprehendit Iudæum[b] socium:de quo ibi latiùs per eum.Vide in simili Bal.in c.j.in vlti.col.versic. vltimò extrà quæritur.de controuer.feu.apud pares termi.in vsib. feud.& Ias.in l.j in princi.C de transact.& faciunt dicta per Cardin.Alexan.in rubri.de appellatio in xviij.col.in fin.& faciunt etiam optimè dicta per Federi. de Senis in
5 cõsilio suo clxvij.incip.mulier accusata.vbi dicit,† quòd si mulier aliqua commisit fornicationem cum vno sacerdote,quòd iudex ecclesiasticus,non secularis, puniet ipsam propter ipsum sacerdotem.quod dictum refert & sequitur do.August.de Atimi.in additio.ad tracta. Angel.de Aret.in maleficiis.in versicu, *Che has adulterata la mia dona.* in vj.char in prima additio post medium. & vide Bal. in additio.Specu.in titu.de accusario.in prima col.versicu. sed quid si offensus &c.& vide do.Bartholo.Soci.in l.cùm senatus.in fi.ff.de rebus dub. vbi approbat supradictam opin. referens patrem suum ita tenuisse in c.j.de foro cõpet.& refert ita obtentum fuisse:quod dicit ipse esse summè not.pro adiuuandis amicis.Contra prædicta tamen videntur facere dicta per Bald.in l.non ideo minus. in fi. verbis.C.de accusatio.Tenemẽti prædictam doctrinam, vt possis adiuuare amicum seu cliẽtulum tuum captum & carceratũ:quia ex hac doctrina poteris liberare quàm plures à pœna mortis:quia cùm sunt in manibus iudicia ecclesiastici,sunt tuti à morte, licet non ab aliqua pœna inducta de iure canonico:& ex hoc poteris lucrari multas pecunias,& tunc eris mei memor.

ADDITIONES.

a Propter communionem. Adde Corset.singular.lxxj. in verb. communitas.

b Comprehendit Iudæum. Idem tenet Corset.singu.cclxxxviij. incip.an societas.in fin.

CLXXXI.

1 *Homicidium fieri mandans, vt faciens tenetur.*
2 *Idémque in nuntio homicidij literas scienter portante.*
3 *Nuntij tractatuum maleficiorum, & vsurariorum contractuum proxeneta, ad quid teneantur, & qualiter puniantur?*
4 *Notarius conficiens contractus vsurarios puniendus, nec amplius instrumenta conficere valet, & infamis pronuntiari potest.*
5 *Aduocatus causam iniustam fouens, atque in ea obtinens, parti iustam habenti causam succumbenti ad omne, quod succumbentis interest, tenetur.*

1 Mandans † fieri homicidium tenetur vt faciens illud, secundum Barto & alios in l.si per alium.ff.ne quis eum.in princi.& in l.sed si vnius.§.si seruus.& ibi Alexã. ff de iniuriis.Barto.& alij in l.si seruus.§.prætor ait.ff.de acquiren.hæredi.Bal.in cap.j.in vltima colum.quib.modis feud.amit.Alexan.post alios in l.si quis id quod.ff.de iurisdictio.omnium iudi.& in l.j.in princi.ff.de verborũ obligatio.de quo latè per Ange.de Aret.in tractatu maleficiorum.in verbo,Sempronium mandatorem.per totum.& per docto.in cap.sicut dignum.de homicid.& per do.Feli.in c.mulieres.per totum.de senten. excommuni.
2 vbi videas per te.Sed † quæro ego quid in nuntio scienter portante literas homicidij?dicas quòd tenetur pœna homicidij.ita singul.dixit Cy.in l.non ideo minus.C.de accusat.idem expressè firmat Bald.allegans Cyn.in l.j.§.ne autem.in v.col.C.de cadu tollen.vbi etiam subdit idem esse si mandaui Titio, vt faceret homicidium, & Titius mandauit Seio,nam omnes tenemur. allegat text. quem dicit fore singu.in l.si ego.ff.quod vi aut clam. idẽ etiam
3 voluit Bar.in l.j.§.incidit.ff.ad Turpil.vbi inquit,† quòd nuntij,per quos fiunt tractatus maleficiorum,puniuntur per illum tex.& subdit quòd ille casus est pro gloss.in l.si sciente.ff.ad leg. Pompeiam de parricid. quæ dicit, quòd proxeneta contractus vsurarij tenetur ad restitutionem vsurarum.idem videtur tenere ipse Barto.in l.aut qui aliter.§.fina.ff.quod vi aut clam.Idem etiam expressiùs voluit Angel.de Aret.in tractat.malefic.in verbo, Sempronium mandatorem.in iij.chart.versicu.sextò quæro &c. Idem voluit etiam Sali.in dicta l.non ideo minus. in antepenul.col.versi.viso de mandante,quæro quid de nuntio &c.& adde quòd illam gl in dicta l.si sciente. approbat Ludo.Roma.in singu.suo cclxxv.incip.fui interrogatus.vbi dicit illam fore singu.& reprobat Bal.reprobantem illam in c.j.§.similiter.in vltima col.de cõtrouer. inuest.pro qua ipse Ludo.ibi alleg.gloss.& Innocen. ac Ioan.And.in c.Michaël.de vsur.& Archidia.in ca sicut non suo.xlvj.distinctio. & Lap.allegatione xciij. Sed tu vltra Ludo.Roma.dicas,quòd illa gloss.non est singul. sed imò alia est similis in l.ordine.§.fina.in verbo, minister.ff.ad municip.pro quibus gloss.facit optimè quod voluit Hostien.in summa,in titu.de vsur.§.fina.versicu.quid de no-
4 tario.vbi † dixit,quòd notarius scribens instrumentum vsurarium punitur:quia efficitur periurus,& non potest vlterius instrumenta facere, & potest pronuntiari infamis.quod dictum refert Archidia.in dicto cap.sicut non suo.& Ludo.Roma.in singu.suo ccclxxxv.incipi. pone quòd notarius.Ad quæ omnino vide Bal.in rubric.C.res inter alios acta.in vlti. col. pro quibus etiam optimè faciunt dicta per do.Feli.in c.si aduersus.de hæret.in secundo notab.& dicta per do.Bartholo.Cæpol.in consi.suo vltimo.
5 Et adde etiam in simili,quòd † si aduocatus auxiliatur fouenti iniustitiam,& habens iustitiam succumbat, teneturei ad omne interesse:secundum do.Anto.in c.calumniam.in fi.de pœn.quem refert & sequitur Feli. in ca.j.in xij.col de consti.& in c.tua nos.in prin.de homicid.& ibi vide alia plura similia istis.

CLXXXII.

1 *Iudex lege clementior esse non debet: potest tamen ex causa augere pœnam, vel minuere. Itaque statuto cauente, quòd pro paruo furto furca suspendi fur possit, poterit tamẽ iudex statuti pœnam citra mortem temperare. & nu.2. & 4.*
3 *Episcopus licet factum Papæ immutare non possit, pœnitentiam tamen ab eo iniunctam ex causa minuere potest. Et an cõtra concilij decretum dispensare queat?*
5 *Constitutio quæ ex rationis identitate extenditur, non tamen respectu pœnæ extenditur.*

1 Iudex † non debet esse clementior lege.§.oportet.in authen.de iudicibus.l.respiciendum.ff.de pœnis.l.fina.C. ne mancip.

ne mancip. Christia. voluit Bald. in l. cùm fratrem. C. de his quibus vt indign. & in c. j. quę fuit prima causa benefi. amit. & latiùs habetur per Ioan. de Ana. in c. in ciuitate. in vij. col. in versi. verum autem &c. de vsur. Scias tamē quòd hac regula non obstante iudex ex causa potest augere vel minuere pœnam. Ita habetur per omnes in l. hodie. ff. de pœn. & in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notan. infa. & per Bal. in l. & si seuerior. C. de infam. & per Bal. Ludo. Roma. & alios in l. quod seruus. ff. de condi. ob cau. de quo etiam per Angel. de Aret. latè, & ibi in additio. in tractatu maleficiorum. versi. quas si non soluerit intra decem dies, soluat cum quarto pluri. Vide in materia not. verbum Hostien. in c. in archiepiscopatu. de rapto. quem refert & sequitur Bal. in repertorio suo, in verbo, pœna. in ij. colum. in versi. pœna legalis &c. & vide gl. in c. si quem pœnituerit. §. notandum. in ver. voluntati. ij. quæst. iij. & vide Io. de Ana. in dicto c. in archiepiscopatu. in iiij. col. & ad prædicta vide omnino do. Flor. de sancto Petro in l. j. §. socius. in secunda colum. in ver. dic ergo quòd ibi &c. ff. de vsur. & vide do. Augu. de Arimi. in additio. ad tracta. Ange. de Aret. super malefic. in verbo, scienter & dolosè. in iij. char. in j. additio. in fi. Et ideo tene menti nos decisio. Ludo Roma. in consi. suo ccccxxix. incip. considero in proposita. vbi per plures optimas ra-
2 tiones consuluit, quòd † licet ex dispositione statuti fur pro paruo furto possit furca suspendi, tamen iudex potest moderare pœnam illius statuti citra mortem: quod profectò est not. verbum in practica. quod dictum refert & sequitur do. August. de Arimi. in additio. suis ad Ange. de Aret. in tracta. maleficio. in verbo, quas si non soluerit. in secunda additio. ante finem. pro quo facit opti-
3 mè: nam † licet episcopos [a] factum papæ tanquam supe-
a rioris mutare non possit: vt habetur in l. minor autē magistratus. ff. de minorib. & in c. cùm inferior. de maiorit. & obedien. & xxj. distinctio. cap. inferior. tamen ex causa pœnitentiam, quam papa iniunxit, diminuere poterit. ita dixit glo. singu. in c. tempora pœnitudinis xxvj. q. vij. quam refert & sequitur Ludo. Roma. in consil. suo ccccxxviij. incip. in terminis &c. in i. & facit not verbum Ioan. de Lign. in cap. at si clerici. de iudic. quem sequuntur domini de Rota decis. cccccxxxij. & Archidia. in c. licet canon. de electio. in vj. & Lud. Roma. in dicto consi. ccccxxviij. vbi dixit, quòd quamuis episcopus dispensare non possit contra decretum concilij: tamen ex euidenti & iusta causa potest contra illud dispensare facit etiam alia not. decisio Barto. & aliorum, quam refert Ludo. Roma. in dicto consil. ccccxxviij. in vltimis verbis. & in hac ma-
4 teria etiam teneas mēti vnum, videlicet, † quòd sicut pœnam impositam à lege vel statuto ex causa iudex potest augere vel minuere, vt dixi, ita poterit augere vel minuere pœnam impositam per consuetudinem. Illa est gl. not. in dicta l. hodie. in vlti. glos. quam refert & approbat do. Abb. in cap. de causis. in vltimis verbis. de offic. delegat.
5 Et in hac materia pœnæ tene † mēti quòd constitutio quę extenditur ex identitate rationis, nunquam extenditur respectu pœnæ. ita singular. dixit Ioan. Andr. in c. dispensanda. de rescriptis. in vj. quem referunt & sequuntur do cto. in pluribus locis, quos refert domi. Feli. in proœmio Grego. in tertia colum.

ADDITIO.

a Licet episcupus. Adde Ruman. singu. cccclx. incip. papa imponit pœnitentiam. & singu. ccccxcij. incip. sed an possit episcopus. & vtrobique in additionib.

CLXXXIII.

1 *Testi de credulitate non creditur, nisi adsit ratio, vel præsumptio inferens ita credendum. Nam tunc probat. Et quid si dicat, ita iudicio meo.*

1 Diffusè † satis tibi dixi superiùs in singul. xix. incip. tu scis clarum esse &c. quòd testis de credulitate non probat, ideo non repeto ibi plenè dicta, sed addo vnum not. videlicet, quòd licet dictum testis deponentis de credulitate non probet, attamen si tale dictum iunctum est rationi vel præsumptioni inferenti ita credi debere, dictū talis testis probat. ita not. dixit Iaco. de Aren. & Cy. in l. testium. C. de testibus. & Bal. in l. solam. in ij. colum. versi. ex hoc nota &c. C. de testibus. & Ioan. Andr. in addi. Specu. in titu. de teste. §. super. versicu. item quòd deponit de credulitate &c. & do. Alexan. referens prædictos in dictis locis in consilio suo clxxvj. incip. in hac causa & lite. in penul. col. in secundo volumi. vbi dicit idem esse in dicto testis deponentis per verbum indicio suo. quod tene mēti: quia vt plurimum testes vtuntur altero de istis verbis, videlicet credere meo, vel iudicio meo. Et idem dixit ipse Alexan. in consilio cxix. incipien. viso processu. in iij. colum. in vij. volu.

CLXXXIIII.

1 *Ratihabitionem mandato æquiparari, non tamen ob id irregularitatem contrahi. Et ideo clericus homicidium ipso ignorante factum, ratum habens, irregularis non fit.*

2 *Clericus si quem contendebat occidere, mortuum inuenit, eique vulnus intulit, irregularis non fit.*

1 Ratihabitio † æquiparatur mādato l. quid ergo. in principi ff. de his qui not. infa. l. j. §. quoties ff. de vi & vi arma. c. penulti de electio. c. cùm ad sedem. de restitu. spolia. in fi. in regula, ratihabitionem. de regu. iur. in vj. cum concordan. ibi alleg. in gloss. Teneas tamen menti quòd hæc regula non habet locum quo ad irregularitatem incurrendam. Et ideo clericus habens ratum homicidium eo ignorante factum, non est irregularis. ita singul. dixit Specu. in titu. de dispensa. in § iusta. in antepenulti. char. in vlti. col. versicu. quid ergo si placet. Vide Ias. in l. si is qui pro emptore. in xlvj. col in princ. ff. de vsucap. & do. Feli. in cap. sicut dignum. in iiij. col. In fin. extrà de homicid. vbi etiam allegat Archid. in c. fina. xv q. j. vbi dixit, quòd
2 † si clericus inueniat mortuum illum, ad quem accedebat vt eum occideret, & intulit ei vulnus, non tamen per hoc est irregularis. & alia allegat ibi ipse dom. Feli. quem videas: & vide eundem in cap. à nobis. ij. de sententia excommunicationis.

CLXXXV.

1 *Confitens se ad sui defensionem hominē occidisse, curia cōtra ipsum inquirentis intentionem fundat. Et qui id intelligendum & accipiendum sit?*

2 *Confitens se ad sui defensionem hominem occidisse, si tamen aliunde de homicidio non constet, licet defensionem non probet, ob huiusmodi confessionem mortis pœna non punitur.*

1 Confessio † inquisiti hoc modo facta, videlicet, confiteor me occidisse hominem ad mei defensionem, fundat intentionem curię inquirentis, adeò quòd ipso inquisito non probāte fecisse ad suam defensionem, debet sequi condemnatio: quia confessio talis diuiditur, & statur ei contra ipsum inquisitum: secus autem pro eo, quia habet præsumptionem iuris contra se, quòd non fecerit ad sui defensionem. ita dixit Barto. in l. Aurelius §. idem quæsiit. ff. de libe. lega. de quo etiam per Bald. in additio. Specu. in titu. de confess. in ij. col. versicu. cōfiteor me occidisse & per Bald. in l. si filius. §. in exceptionibus. ff. de interro. act. & in l. codicillum. C. de codicil. & in l. j. C. de confess. & per Bald. & Imol. in l. ij. ff. de verborum obligatio. & per Abb. post gloss. in c. cùm venissent. extrà de institu. & per Bald. in consilio suo ccxlv. incip. *Danantes da vos, &c.* in ij. volu & per docto. in c. j. de confess. in vj. & per Abb. & alios in c. bonæ. de postula. prælat. per Bald. in l. si quidem. C. de exceptio. & in l. ij. C. de donatio. ante nup. & in l. ea quæ. C. de condictio. indeb. per Abb. in c. j. de iuramen. calū. per Ange. in l. j. § si quis simpliciter. ff. de verborum obligatio. & per do. Anto. in c. cùm dilecti. de offic. delega. & per Ange. de Aret. in tractatu maleficiorum, in verbo, cōparent inquisiti, & partē negant &c. in princ. & ibi in additio. in dicto tracta. in verbo, de anno præsenti. versicu. quid si accusator &c. & ibi in addit & per do. Alexan in l. non solum. §. sciendum. ff. de noui oper. nuntia. & per do. Feli. in cap. pastoralis. in vj. col. de exceptio. In hac materia vide omnino Ias. in §. item si quis. in iiij. & v col. Insti. de action. & in l. vt vim. in iij. & iiij col. ff. de iustitia & iure. & Iacob. de Belui. in sua practica iudiciaria causarum criminalium, sub rubri. de quæstionib. in xxij. colum. Teneas tamen menti perpetuò singulare ver

1 bum,videlicet,†quòd si de homicidio non constat a ali-
a tet,nisi quia reus captus & inquisitus dicit, interfeci, seu
occidi ad meam defensionem,& suam defensionem non
probat,tamen per hanc confessionem non punietur pœ
na mortis:ita singulariter dixit do.Abb.in c.audiris.cir
ca vlti.colum. de præscript. quem sequitur ibi do Felin.
dicens hoc esse dictũ singul.& alibi non reperiri:& quòd
apud practicos aduocatos est in solenni cultu. idem etiã
ipse dixit in cap.significasti.ij.in penulti.colum.de homi
ci.quod dictum etiam sequitur domi.Alexan.in dicto §.
sciendum.non obliuiscaris,quia singulare est. Vide om-
nino Bald.in consilio suo cclxxij.incip.pone quidam ac-
cusatus &c.in vj.volu.

ADDITIO.

a De homicidio non constat aliter. Adde Anto.Trigon.singu-
la.lxx.nume.3 & Thom.Ferrat.cautel.v. vbi per eadẽ & alia
iura idem tenent.

CLXXXVI.

1 *Condemnatus ad certam quantitatem soluendam,si ad soluẽdum
dilationem petit,appellationis beneficio renuntiare videtur.
Et quid si procurator,non dominus dilationem petat?*

a TV†scis,quòd condemnatus ad soluẽdum aliquam
quantiratem,si petit dilationem ad soluendum,vi
detur approbare illam sententiam,& tenuntiare appel-
lationi:vt habetur in l.ad solutionem. C.de re iudic. Sed
quid si procurator & non dominus petit dilationem ad
soluendum,an intelligatur esse renunti atum appellatio-
ni in præiudicium domini?Dicas quòd sic.ita singu. di-
xit Aegidius Bella.in suis decis.in xxix.char.sub rubr.de
renuntia.decisio.cxxxvij.incip.procurator &c. quod di
ctum refert & sequitur pro no.do.Feli.in c.quòd ad con-
sultationem.in vij.col.circa med.extrà de re iudic. quod
not.ad ampliationem d.l.ad solutionem.

CLXXXVII.

1 *Qualitas accusationi,aut inquisitioni inserta probari debet:aliô-
qui non probata,absolutoriam subsequi necesse est. Et ideo qui
accusat Titium,quòd Seium occiderit,si probat quòd homici-
dium fecerit per alium,causa cadet,nullusq́; erit processus.*

2 *Qualitatem si quam statutum,aut lex cõtineat,ex ea.q́; quis intẽ
tionem suam fundare velit,tunc agens aut se fundans ex lege
tali,vel statuto,articulatim,seu speciatim huiusmodi qualita-
tem deducere & probare debet.*

3 *Testium si quando optima opinio & existimatio est causa plena
probationis inductiua,quæ aliôqui non foret , tunc de ea quo-
que speciatim & per articulos deductio fieri debet.*

4 *Qualitates in statuto apposita punientis abducentem mulierẽ ho-
nestæ vitæ,bonæ conditionis & famæ probari debent, vt statu
ti pœna locus sit.*

1 QValitas†apposita in accusatiõe vel inquisitione de-
bet probari,aliás illa nõ probata debet sequi ab-
solutoria,secũdum Iaco.de Are.& Cy.in l.ij.C.de proba-
tio.& Ioan.And.in additio.Specu in titu.de accusatio.&
inquisi.in rubri.de quo per Barto.in dicta l.denuntiasse.
§.quid tamen.ff.de adulter.& per Bal.in l.j.C.qui accus.
nõ pos.& in l.edita.in repetit.C.de edẽ.& in l.quid ergo.
§ pœna grauior.ff.de his qui not.infa.& per Pe.de Anch.
in consilio suo xxxiij.incip.in hac causa,quia Ludouicus
&c.in fi.penulti.colum.& per Ludo.Roma.in consilio cx.
incip.quæstio consultationis.de quo etiam per do. Felin.
latè loquentem in cap.ex parte.in xiij.& xiiij. colum.de
rescrip.Et ideo teneas menti,quòd si aliquis accusat ali-
quem quod interfecit Titium,postea si probat quod hoc
fecit per alium,accusans ipse succumbet,& processus e-
tit nullus.ita singu.& mirabiliter dixit Ioan.Monach.io
regula,qui per alium.de regu.iur.in vj.de quo dicto facit
festum Bald.in cap.j.§.iniuria.in vltima colum. ver.po-
ne accusore.de pace iuramen firman.& do.Feli.in capi.
2 mulieres.in penul.col.de senten.excom. Pro † quo opti-
mè facit,nam quotiescũque statutum seu lex disponit in
aliquo casu exprimendo aliquam qualitatem, tunc agẽs
seu fundans se ex tali statuto debet articulare,& probare
qualitatem ipsius legis vel statuti.ita not. dixit Angel. in
l.vel negare.ff.quemadmodum testamenta aperian.vbi
3 †dicit,quòd vbicunque optima opinio testium est cau-
sa inductiua plenæ probationis,quæ aliàs plena non es-
set,tunc de plena & optima opinione est articulandam
& probandum:vnde dicit,quòd cùm statutũ Bononien-
se disponat,quòd ad probationem mortis alicuius,qui
extra territorium decessit,sufficiat probatio per tres te-
stes optimæ opinionis deponẽtes de fama,non erit pro-
bata mors,nisi probetur illos testes deponentes esse opti
mæ opinionis & famæ.Idem dixit Ang.in l.j.§.si quis ne-
get.ff.quemadmodum testamen. aperian. quem refert &
sequitur Alexan. in consilio suo lxxxij.incipien. in causa
vertente.in iij.colum.in primo volu.& illud dictum An-
ge.in dicta l.vel negare.refert & sequitur domi.Bartholo.
Cæpol.in consilio lviij incipi.Franciscus.in vlti. col.ver.
4 postremò.vbi consuluit†quòd si statutum punit abducen
tem mulierem honestæ vitæ, bonæ conditionis & famæ,
quòd istæ qualitates erunt probandæ ad hoc , vt abdu-
cens mulierem puniatur pœna statuti:aliàs si tales quali-
tates non sint probatæ,non poterit abducens condem-
nari,etiam si sit confessus se talem mulierem abduxisse,
de qua loquitur statutum.allegat etiam Barto.in l.in illa
stipulatione si calendis.de verborum obligat. & l.ex hoc
iure.ff.de iustitia & iure.Pro quo faciunt etiam dicta per
Sali.in l.si quando.C.vnde vi. versi. quæro,quartò statutũ.
ad quæ vide etiam Soci.in consi.cclxxiiij.incip. in causa
dominæ Lisæ.in xij.colum. ver‥c.postremò.Vide domi.
Alex.in consi.ccccl xj.incip.in causa & lite.in j.col.in ver-
si.ad secundum dubium,&c.& in consi.suo liiij.incipien
te,viso themate.in vlti.colum.in versic. secundũ respon-
deo,&c.in primo volu.Ad quæ vide etiam quæ latiùs di-
xi in consi meo xxviij.incip.in causa vertente. in prima
char.vbi plura adduxi in proposito.

CLXXXVIII.

1 *Capitulum,si quis suadente diabolo. xvij.quæstio.iiij. licet odio-
sum,tamen latè extenditur,vt & vestibus violentiam infe-
rentem,conspuentem,vel eundem aqua perfundentem, com-
plectatur id tamen tum procedere dicitur,si clericus sentiat,
secus autem si dormiat.*

1 CApitulum , † si quis suadente diabolo xvij.q.iiij.vo-
lens,quòd percutiẽs clericum sit excommunicatus,
extenditur licet odiosum,ad facientem sibi violentiam
in vestibus:secundum gloss.ibi in versi.manus.quæ dicit,
idem esse si quis spuat in clericũ, vel eum perfundat cum
aqua.& idem quò ad vestes tenet gloss in cap.si quis pul-
satus.de pœniten.distinctio.j.& idem tenet Innocen.in c.
nuper.de senten.excommu.quem ad hoc refert Bar.in l.
2 j.§.hoc autem interdictum.de ope.noui nuntia.& in l.li-
citatio §.quod illicitè ff.de publican. idem etiam tenet
Bal referendo innocen.vbi suprà,in l.j.§.hæc verba.ff.de
his qui deie.vel effu.& in l si quis per calumniam.in j.co-
lum.C.de episco & cleri.& in l.Gallus.§.ille casus.ff. de li
ber.& posthu.& in c.j quibus mod.feud.amit.& do.Flo-
ria.in l.si seruus seruum.§.rupisse.ff.ad leg.Aquil.de quo
etiam per Barto.in l sed quæstionis.ff.de iniur. hanc ta-
men extensionem,seu ampliationem, quòd faciens vio-
lentiam clerico in vestibus sit excommunicatus, lim ita
procedere,& habere locum dummodo ipse clericus sen-
tiat,secus si dormiat nam tunc lacerans sibi vestem, vel
faciens aliquam aliam violentiam in ipsis vestibus,non
est excommunicatus.ita not.dicit do.Cardin. in cle.j.in
prin in vj.quæst de pœnis.quod dictum refert & sequitur
Feli.in dicto c.nuper.in vlti.col.de senten.excommu. vbi
ponit etiam plures limitationes ad d.c.si quis suadente
&c.de quibus ibi per eum.

CLXXXIX.

1 *Legis,plerique.ff.de in ius voc egregia limitatio,vt quis vel inui-
tus de domo extrahi queat.*

2 *Felinus iuris verus illuminator.*

1 TV audiuisti aliàs l.plerique.ff.de in ius voc.†in qua
habetur,quòd nemo potest capi,seu inuitus extra-
hi de domo sua,nisi pro causa criminali: vt ibi per doct.
Sed fortè non audiuisti vnam noc. limitationẽ ad illam
legem,quam volo te docere : ideo dico quòd illa lex,quæ
vult,quòd quis inuitus non possit extrahi de domo sua,
quia

quia vnicuique est tutissimum refugium, potest limitari
& restringi, nisi illa domus, in qua quis est, minatetur rui
nam. nam tunc existens in tali domo inuitus potest ex-
trahi de domo etiam vi in inferendo. ita dixit glo. singul.
in c. ipsa pietas xxiij. quæst. iiij & ibi est etiam bonus tex.
2 ad hoc. quam gloss. refert & sequitur ille † verus iuris illu-
minator do. Feli. quem hactenus mihi incognitum vene
ror, & incredibili amore prosequor propter eminentis-
simam scientiam, & doctrinam integritatémque, in cap.
contingit. in ij. col. extrà de sen. excommu. Etiam sequi-
tur dn. Alex. eam referens in l. non tantùm. ff. de appella.
quod tene menti nedum ad limitationem d. l. pleti que. sed
etiam ad ampliationem illius regulæ, videlicet, quòd ne-
mo est dominus membrorum suorum. circa quam regu
lam ponit quamplura notabilia ipse do. Feli. in d. c. con-
tingit. circa medium. vbi videas.

CXC.

1 *Iudices, & qui ciuiles exercent iurisdictiones, manibus esse debēt puris, & his quæ à fisco dantur, contenti.*

2 *Sententiam per pecuniam latam nullam esse. Et dans pecuniam non corrumpendi iudicis causa, sed conseruādi iuris sui proposito. eam repetere potest.*

3 *Et quid si post sententiam latam data sit pecunia?*

4 *Iudici si pars ante sententiam nihil dedit sed ei promisit secuta sententia pecunias dare. an per huiusmodi promissionem sententia venalis sit reddita.*

1 IVdices † seu alij officiales, qui ciuiles administrationes
habent, puris debēt vti manibus, & ab omni acceptio
ne se abstinere, contenti his quæ sibi à fisco dantur: vt ha-
betur in authen. vt iudic. sine quoquo suffra. § cogitatio.
& alibi dicit Canon, estote contenti stipendiis vestris: vt
habetur in cap. non satis. lxxxvj. distinct. circa finem. quę
quidem stipendia eis dantur, & constituta sunt, vt gratis
iustitia litigantibus ministretur, & ne iustitia efficiatur
venalis: vt habetur in cap. cùm ab omni de vita & hone-
sta. cleri. & in cap. non licet. xj. quæst. iij. Est enim auari-
tia omnium malorum mater: vt habetur in cap. bonorū.
xlvij. distinct. & in dicta authen. vt iudi. sine quoquo suffr.
in secunda col. maximè quando non priuatorum sed in
dicū inhæret animabus, vt ibi dicitur. Et ideo dicit text.
2 in l. venales. C. quando prouoc. non est neces. quod † sen-
tentia lata per pecuniam est ipso iure nulla. & habetur
etiam in §. venales. ij. quæst. vj. & notat gloss. in cap. qua-
tuor modis. xj. quæst. iij. & adeò prædicta sunt vera, quòd
etiam dans pecuniam non causa corrumpendi, sed cau-
sa iuris sui conseruandi, potest ipsam repetere à iudice.
gloss. est in cap. non sanè. xiij. quæstio. ij. & voluit Archi-
diaco. in cap qui rectè. xj. quæstio. iij. Scias tamen & men
3 ti habeas, † quòd si pecunia sit data iudici post sentētiam
latam, quòd tunc valet sententia, nec dicitur venalia, nec
poterit iudex puniri de barataria. ita not. dixit Petr. de
Anchar. in consil. suo cclxxij. incip. de titulis criminum.
in penul. colum. quod dictum refert & sequitor do. Feli.
in cap. tua nos. de simonia. in fi. pro quo vide eundē Pet.
de Ancha. in consilio suo ccij. incipien praemittendum.
in princi. Ad quæ vide etiam Bald. in consil. suo ccccxc.
incip. proponitur quòd dictus processus. in versicu. super
4 primo puncto. in iiij. volu. Sed † ego dubito de vno, quid si
pars nihil dedit iudici ante sententiā, sed ei promisit post
sententiam dare pecunias, vtrum hoc casu sententia lata
in fauorem illius promittentis sit nulla tanquam vena-
lis? Bald. in dicto consilio, tenet quòd sic: sed de hoc valde
dubito, quia rari reperientur iudices qui vellent sub sim
plici promissione partis sine reali numeratione ferre sen
tentiam ad requisitionem partis. nam communiter ante
prolationem sententiæ partes promittunt iudici maria
& montes: sed post prolationem ipsius nedum non ob-
seruant promissa, sed nec partem promissorum, imò sępe
fingunt eum non cognoscere: & qui viderunt testimoniū
perhibuerunt: nam aliàs dum essem ex vicariis generali-
bus ducis Mediolani, multos iudices & officiales syndi-
caui, à quibus quamplura percepi circa prædicta: & ego
quoque per xxij. annos moram traxi in officiis: ideò ple-
nè noui mores litigantium. Cogita tamen.

CXCI.

1 *Masculinum in contractibus fœmininum non concipit.*

1 SAepius † iam dixi tibi, maximè in singul. xx. incipien.
Masculinum &c. & in singul. xxxvj. incip. Capias vnū.
quòd masculinum concipit fœmininum regulariter, vt
in iuribus ibi adductis, quæ non repeto, sed nouissimè di
co tibi, quòd hoc limitatur, & non habet locum in con-
tractibus. quia in illis masculinum non concipit fœmini
num: quia verba contractus strictè interpretantur con-
tra contrahentes. l. veteribus. cum ibi notat. ff. de pactis.
Istud fuit singul. dictum Archidia. in cap. si quis suaden-
te. xvij. quæst. iiij. vbi dicit, quòd hāc partē tenet Guid. de
Suza. & hanc partem firmat do. Ioan. de Imol. in cap. po-
tuit. prope fin. extrà de loca. vbi dicit se ita in facto con-
suluisse: & ideo inuestitus de emphyteusi pro se & filiis, nō
censetur inuestitus pro filiabus, secundum Archidiac. in
dicto c. si quis suadente. quod etiam firmat do. Felin. po-
nens prædicta in cap. quoniam. in secunda col. in versic.
hoc etiam extrà de simon. vbi subdit, quòd de hoc dicto
etiam exclamat Ludo. Roma. in l. ij. in princi. in vij. col.
ff. de verborum obligatio. dicens hoc dictum fuisse co-
gnitum soli Bald. in l. Gallus. in princi. ff. de libe. & post-
hu. & idem tenet Ioan. de Imol. in c. potuit. in vltima co-
lum. de loca. vbi refert se ita consuluisse apud Lucam: &
ibi etiam Barba. in fin. verbis dicit se consuluisse Rauen-
næ. & do. Alexan in consilio suo cciij. incip. Consideratis
verbis. in iiij. col. in ij. volu. & in consil. lxj. incipien. super
eo quod quæritur in iij. col. in primo volumi. & in l. sed si
hac. §. liberos. in princi. ff. de in ius voc. & in l. quod dici-
tur. in ij colum. versi. subdit tamen. ff. de verborum obli-
gatio. de quo etiam in consilio meo xxxv. incip. in Chri-
sti nomine. in j. char. Et vide infrà in singula. cccccxxxvj.
incip. habuisti iam &c.

CXCII.

1 *Præstationem diuturnam ex mera liberalitate procedentem obligationem non inducere. Secus tamen in præstatione ad piam causam facta, quæ obligationem inducit.*

1 DIuturna † pręstatio facta ex mera liberalitate nō pro-
ducit obligationem secūdum Innocen. in cap. cùm
ecclesia. de causa possess. & proprieta & Bart. in l. cum de
in rem verso. ff. de vsur. & doct. omnes in l. si certis annis.
C. de pactis. Scias tamen, & teneas mēti, quòd istud non
procedit in præstatione quæ fit in piam causam: nam
ex tali præstatione diuturna quis obligatur. Istud fuit
singu. verbum Pau. de Leazar. in cap. in literis. in decima
colum. versicu. modò quæritur. extrà de restitutione spo-
liato. alleg. text. in cap. ad apostolicam. extrà de simo. ex
quo dicit limitari text. in cap. peruenit. de censib. vbi ha-
betur, quòd diuturna præstatio facta ex mera liberali-
tate non producit obligationem. quod dictum pro val-
de not. refert & sequitur domi. Felin. in dicto cap. ad apo-
stolicam. in fi. vbi videas.

CXCIII.

1 *Bastardi, & qui natalium defectum habent, præsertim sacerdotis filij in sacerdotio geniti, beneficiorum ecclesiasticorum incapaces sunt, nec ea obtinere nisi soluti canone possunt.*

1 BAstardus & † cæteri qui patiūtur defectum natalium,
& maxime filij sacerdotis geniti in sacerdotio, sunt
incapaces beneficiorum ecclesiasticorum, nec beneficia
possunt habere, nisi cum eis sit dispensatum ab habente
potestatem. ita habetur in c. ij. & iij. & ferè per totum ti-
tulum, extrà de fil. presbyte. & in c. j. & ij. eo. titu. libro vj.
quinimò teneas menti vnum in materia ista, videlicet q
si talis incapax beneficiorum, vt putà filius sacerdotis, sit
habilitatus per Papam ad omnem dignitatem non ob-
stante defectu natalium, tamen non habebit beneficiū,
nisi habeat specialem dispensationem ad beneficia obti
nenda. istud fuit singul. dictum Innocen. in cap. dilectus.
iij. de præbendis. quod dictum pro valde not. refert & se-
quitur domi. Felin. in cap. veniens. in prima col. de accu-
satio. vbi dicit illud dictum esse menti tenendum ad re-
stringendas habilitationes. Vide infrà in singu. cccxxxij.
incip. credo te scire.

CXCIIII.

1 *Ius quæsitum a iure quærendo longè distare. Vnde prælatus ecclesiæ in iure obtinendo nocere potest, in quæsito non potest.*

2 *Episcopus, vel alius infra Papam relicta ad pium vsum, licet mutare non possit, voluntatem tamen testatoris necdum executioni mandatam immutare potest: secus tamen in executioni mandata.*

3 *Laici per statutum super iuramento præstito non disponunt, super præstando possunt. Item nec super iure ecclesiæ quæsito, super quærendo sic.*

1 MAgna † est differentia inter ius quæsitum & ius quærendum. Vide Socin. in consi. lxxvij. incip. reperi. &c. post medium, & in reperto. meo, in litera B. in a. chart. in iij. notab. & do. Anto Burgos in rubric. extra de emptio. & venditio. in vj. col. Et ideo dixit gloss. not. in §. fina. xvj. quæstio. vj. quòd prælatus potest præiudicare ecclesiæ in obtinêdo, non autem in obtento. quod etiam firmat Innocen. in cap. fraternitatem de dona. Bal. in l. bonorum. C. qui admit. & in c. potuit. de loca. vbi dicit, quòd prælatus recipiens pensionem ab eo, quem poterat priuare propter non solutum canonem, præiudicat ecclesiæ, vt amplius eum expellere non possit. Idem tenet Federi. de Sen. in consi. ix & Cardi. in cap. tua. de his quæ fiunt à prælа. sine consen. capituli & Bart. in l. pupillorum C. de repud. hæred. de quo latiùs per Barba. in cap. cùm dilectus. in penulti. char. in iij. col. de consuetu. vbi plenè de materia. & per do Feli. in c. quæ in ecclesiarũ. in ix. col. de cõsti. Vide omnino Abb. in consil. lxxxij. incipien. conditor omnium &c. in fine in versicu. ex coniecturis &c. in primo volu. Et per Bald. in consi. suo cclv. incip. *Dauanti da voi.* in secundo volu. vbi dicit, quòd datiarij possunt obesse seu præiudicare fisco in iure quærendo: secus autem in iure quæsito. & teneas menti vnum singulare verbum,
2 quòd † licet episcopus vel alius citra papã non possit alterare relicta ad pium vsum: vt in clemen. quia contingit. in princip. de reli. domib. & ibi per Ioan. de Imol post Pau. de Leaza & habetur per Bar. in l. legatum. ff. de vsufruct. lega. & in l. legatum. ff. de admini. rer. ad ciui. perti. & per eundem Barto. in l. fina. ff. de oper. publi. & per Bal. in l. si quis ad declinandam. C. de episco. & cleri. & per Ludu Roma. in consi clxxvij. incip. licuit ipsi notario. in fi.
2 attamen episcopus[a] voluntatem testatoris nondum executam potest alterare: secus in iam executa: quia facilius tolluntur fienda quàm facta: vt in l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. in cap. quemadmodum de iureiuran. Ita singu. dixit Ioan. de Imol. in l. j. in lxxxiij. col. ff. de condi. institu. quod dictum pro singu. refert & sequitur do. Felin. in cap. super his. in secunda col. de accusat. vbi subdit, quòd etiam pro hac parte faciunt dicta per do. Dominicum in cap. quamuis. de pact. in vj. vbi dicit,
3 † quòd laici non possunt disponere per statutum super iuramento præstito: secus super iuramẽto præstando. & adducit etiam Bal. in consi. suo incip. sub protectione & dominio. quod consilium secundum eum est inter consilia Pet. de Ancha. vbi dixit, quòd quamuis laici non possint statuere super iure quæsito ecclesiæ, tamen statuere possunt ex causa super iure quærendo ecclesiæ. De quo etiam vide Alexan. in consil. clj. incipi. viso themate. in secunda colum. in vij. volu. Tene menti prædicta, quia sunt notabilia & vtilia: ego, dũ essem vicarius generalis ducis Mediolani nũc depositi & carcerati habui casum dictæ clemen. quia contingit. & super eo iudicaui in causa ardua triginta mille ducatorum hæreditatis do. Ioan. Martij de Grassis de Bononia: qui per multa tempora fuit capitaneus iustitiæ ciuitatis Mediolani: & causa illa vertebatur inter episcopum Tortonæ & quendam Franciscum de Palma Alexandrinum: & ex salario illius sententia habui centum ducatos.

ADDITIO.

a Attámen episcopus. Adde aliam limitationem ad d. cle. quia contingit. per Roma. sing. cccclxxxj. legatum factum.

CXCV.

1 *Possessione nullus, etiam prædo, nisi causa cognita priuandus 3.*

2 *Vasallus inuestituram non petens tempore debito, feudo sine citatione non priuatur sicuti nec clericus etiam ipso iure priuatus sine citatione non priuatur.*

1 NEmo † priuandus est possessione sua etiam si sit prædo, nisi primò citetur. & interueniat causæ cognitio l. fina. C. si per vim vel alio modo. cap. licet episcopus. vbi gloss. not. de præben. in vj. voluit Innocen. in c. j. in ij. gloss. de conces. præben. in vj. & in c. cùm olim. de priuileg. & Ludo. Roma in l. ille possidet. ff. de acquiren. possess. & Bal. in l. ij. C. vbi in rem actio & Ange. in l. ordo. C. de executio. rei iudica. & Pet. de Ancha. in consi. suo ccacij. incip. videtur prima facie. circa medium. & in cõsil. suo cclxxv. incip. ad declarationem. Abb. in c. cum olim. de re iudica. & Calde. in tit. de dilatio. consi. iiij. Vide do. Philip. Decium in consil. cccc. incip. viso. in tertia col. Et ideo dixit do. Cardi. in consi. lxxvj incip. do. Abb. in pri-
2 mo dubio, quòd † vasallus non petens inuestituram tẽpore debito non priuatur feudo sine citatione. pro quo faciunt dicta per eundem in consi. suo cxxxij. incip. archipresbyter. circa finem. & dixit not. ipse Cardi. in consilio xxxvij. incip. reuerende pater. quod si iudex expellit possessorem eo non citato, cùm esset int. usũs, debet reuocare traditionem possessionis. & dicit not. Bal. in l. si maritus. j. C. de donatio. inter virum & vxorem quod licet clericus sit ipso iure priuatus, non tamen debet expelli sine causæ cognitione & citatione. & eum sequitur ibi Ange. & Bal. in dicta l. si deserta. C. si propter publi. pensi. & do. Cardi. & Ioan. de Ana in cap ij. in prima col. de simo. & dixit Ludoui. Roma. in consi. xcix. incip. Viso quæstionis themate. in vltima colum. quòd non valet missio in possessionem facta etiam contra possidentem de facto, si ipse taliter possidens non fuit citatus. & dixerunt domini de Rota in antiquis decisio. in titu. de restitutio. spol. in v. decisio. quòd qui perdit titulum sed non possessionem, non est sine ordine iuris spoliandus. pro quibus etiam optimè faciunt dicta per do. Feli in cap. fin. in viij. colum. de præsumpt. & per eundem in cap. cùm olim. in vij. colum. circa princi. de re iudica. & ibi in ix. colum. & in cap. ij. de simo. in quibus locis adducit ad propositum etiam do. Alexan. in pluribus consiliis, & alias quamplures doctrinas: teneas tamen perpetuò menti, quod si quis notoriè tenet ecclesiam iniustè, non est necessariũ quòd episcopus eum vocet in iudicium, sed potest eum spoliare de facto, sicut de facto se ingessit. ita singu. dixit domi. Abb. in cap. quia clerici. in vlti. not. de iure patrona. vbi subdit, quòd ea quæ fiunt per partes de facto extra iudicium, possunt per iudicem de facto extra iudicium reuocari, per illum textum. quod dictum est menti tenendum in æternum secundum dominum Felinum, qui refert & sequitur illud in cap. qualiter & quando. j. in x. colum. de accusa. per quod dicit, quòd possunt limitari text. & glo. in dicto cap. licet episcopus. de præbend. in vj. & alia iura
3 superiùs allegata, volentia, † quòd etiam iniustus possessor non sit priuandus possessione sua non præcedente citatione & iuris ordine. quia illa iura procedunt dummodo non sit notoria intrusio seu notoria iniusta possessio: putà si quis propria authoritate omni colore cessante se ingessit: quod profectò est summè notandum ad limitationem & restrictionem iurium & doctrinarum superius allegatarum. & illud dictum addere poteris ad gloss. not. in l. minor. aliàs, si minor. ff. de euict. & ad alia similia iura volentia quòd factum de facto debet reuocari de facto. de quo per Bal. & Modern. in l. si pacto quo pœná. C. de pactis. Vide Corse. in no. suo ccxc vj. incip. interlocutoria. &c. sub verbo, sententia De quibus dixi in repetitione mea rubri. C. de probatio. in materia notorij: & in l. ij. circa finem. eodem titu.

CXCVI.

1 *Confirmatio superioris inualidum validum facit. Si tamẽ in huiusmodi confirmatione actus validi & inualidi simul concurrerent, talis confirmatio in dubio ad actum validum refertur: sicq; potius validum confirmat, quam nullum, & inualidũ validet. & nume 2.*

3 *Superioris factum: si secundum ius commune interpretari potest, nunquam dispensatum intelligitur, nec inutile confirmatum.*

Rex

4 *Rex licet filio suo & in ipsius potestate existenti propter Regiam authoritatem donare possit, si tamen eam donationem valere velit, expressamentio. quod id Regia authoritate faciat, in ipsa donatione fieri debet. nu. 5.*

1 CONfirmatio† superioris validat inualidum: vt patet in l. adoptio non iure facta. ff. de adoptio. & in l. iij. C. de donatio. inter virum & vxor. & in c. j. & ij. de transactio. & habetur in c. ad petitionem. de accusatio & in c. cùm dilectus. de confirma. vtili vel inutili. & per glo. in c. quis nesciat. xj. distin. de quo pulchre per Oldrad. consil. cclvij. incip. factum tale. in iiij. colum. & per do. Francis. de Aret. in consilio suo viij. incip. abunde satis. in ij. col. & dixi supra in singu. lxxix. incipien. Confirmatio superioris. Vide Decium in consi. cclxij. incip. in causa. in vlt. col. Scias tamen vnum, de quo nunquam obliuiscaris, quòd

2 †si in confirmatione facta per principem concurrerent actus validi & inualidi, quia tunc in dubio talis confirmatio refertur tantùm ad actū validum: & sic potius confirmat validum quàm validet nullum. illud fuit sing. verbum Io. And. in c. dudum. in ij. de decimis. quod dictum ibi refert & sequitur do. Ant. dicens quòd hoc dictum de facili non inuenies alibi: quod dictum etiam allegat Bal.

3 in l. bonorū. C. qui admit. in j. col. vbi dicit, †quòd quando factum superioris potest interpretari ad ius commune, nunquam præsumitur dispensatum, nec inutile confirmatum. & illud dictum Io. Andr. refert & sequitur pro aureo & singulari illud iuris lumen, & doctorū omnium decus æternum do. Feli Sandeus in c. qualiter & quādo. j. in xij. col. versi. quartò limitat. extra de accus. vbi dicit, ꝙ pro hoc dicto facit quod voluit Bald. in c. j. § item sacra-

4 menta. in vlti. colū. de pace iura. fir. vbi dixit, quòd † licet Rex possit donare filio suo in potestate propter authoritatem regiā: arg. l. penul. C. de donatio. inter virum & vxo. tamen dicit, quòd si rex vult quòd donatio valeat, debet exprimere se facere authoritate regia. & illud dictū etiā refert & sequitur idem do. Feli. in c. j. in viij. col. de consti. & in c. j. in viij. col. in princ. de rescriptis & do. Alex. in cō sil. suo lix. inci. viso statuto. vij. col. in fi. in j. vol. & in consil. cclxxxiij. incip viso statuto in iiij. colum. & domi Felin. in c. cùm inter priorem. in iiij. colum. in fi. de exceptio. & in c. cùm venissent. in ij. col. de testib. & vide etiam in materia ᵗaf. in l. legata inutiliter. in ij. col. ff. de legat. j. Tene menti illud dictum, quia est singulare: & videtur destruere quamplura iura & doctrinas, in quibus dicitur, quòd quando inhabilis concurrit cum habili, inhabile sustentatur propter habilem: de quo per Bald. in l. si quis ex argentariis. § i ff. de edendo. & in l. imperator. j. in iij. colum ff. de statu hominum. de quo latissimè loquutus sum in repetitione mea l. fi. C. de proba. in v. & vj. charta. & aliquid etiam dixi supra in singu. clxxx. incip. plura

5 & c. nam †in hoc casu patet quòd per confirmationē superioris actus inualidus non validatur, licet concurrat cum valido & habili. tene menti: & an confirmatio superioris firmet actum nullum, vide singularia verba domi. Feli. in c. inter dilectos. in v. colum. circa medium. de fide instrumentum.

CXCVII.

1 *Iuramentum in probationis supplementū vt delatori locus sit, cùm probatio huiusmodi testis vnius sit, necesse est testem integrū esse, ac omni exceptione maiorem, & non suspiciosum, nec vllius defectus participem.*

2 *Iuramentum in supplementum probationis, etiam quando testis vnus examinatus non tantum integer, sed etiā inhabilis pror sus, quandoque deferri. Et hic casus egregius & not.*

3 *Testis non edens dicti sui rationem, non debilitat dictum testis causam dicti reddentis, adeò vt deferri non possit iuramentum in supplementum probationis ei, qui cum testem sui dicti rationem reddentem produxit.*

1 QVo ad hoc† vt deueniri possit ad deferendum iuramentum in supplementum probationis factæ per vnum testē, necesse est ꝙ ille testis sit integer, & omni exceptione maior: aliàs ille testis non faceret semiplenam probationem, sed tantum induceret iudicem ad suspicandum: vt in simili dicit glo. in l. etiam matris. ff. de proba. & ita firmant docto. in l. admonendi. ff. de iureiur. & in l. in bonæ fidei. C. eo. tit. concludentes, quòd vbicunque aliqua est suspitio contra testem, talis testis non facit semiplenam probationem: vt habetur in l. fi. C. de fide instru. & in c. fi. de success. ab intest. & ideo dixit not. Bal. in l. fi. in prin. ij col. C. qui, & aduer. quos. quòd quādo semiplena probatio aliqua præsumptione elidirur, non est locus delationi iuramenti. & idem dixit Ludoui Roma. in consi. suo xcj. inci. visis. in pe. col. & dixit Bal. multum no. in c. j. §. sacramentum. in ij. col. de consue. recti feu. quòd quilibet minimus defectus in teste impedit, vt non possit parti deferri iuramentū in supplementū probationis: de quo ego feci mentionē in repe. mea l. fi. C. de proba. in vij. char. Pro quibus faciunt dicta per Bal in rubri. de controuer. inuesti. circa prin. vbi dixit, ꝙ testis faciēs semiplenam probationem ad hoc vt possit deferri iuramentum in supplementum probationis, debet esse omni exceptione maior: nā si aliquo modo læderetur talis testis opinio, non deberet iuramentum deferri. ita formaliter dicit Bal. vbi supra. Teneas †tamen menti vnum ca-

2 sum in quo defertur iuramentum in supplementum probationis, etiam quando examinatus est vnus testis non tantum integer, sed etiam inhabilis in totum: qui casus est, videlicet, tu scis quòd nec iudici nec arbitro in forma testis producto creditur de pertinentibus ad causam in qua iudicarunt: ita tenent docto. in capitul. cùm à nobis. extra de testib. Cy Iac. But. Bart. Bald. & Sali. in l. ne in arbitris. C. de arbi. do. Abb. in c. j. vt eccle benefi. Bald. in l. iubemus. ij. § sanè. C de sacrosan. eccles. in fi. domin. Antonu. multūm copiosè & notanter in cōsi suo xxiiij. incip. quæstio hæc dubia habet vulgaria. in pen. col. & ibi allegat rationes ad hoc, de quibus per eū ibi: & per doct. in dictis locis: attamen non obstante quòd ipse arbiter non admittatur, & quòd dictum suum sit ipsius solius, & sic singulare, tamen hoc casu pars in cuius fauo tem est latum laudum, quando ipse arbiter fuit examinatus de gestis coram se, poterit iurare in supplemētum probationis, & erit plenè probatum ad fauorem suum. ita multum singu. & egregiè dixit do. Cardi. in consi. suo cxl. incip. in Christi nomine amen, factū tale est magister Bartho. manentis &c in v. col. quod dictū pro valde not. refert & sequitur do. Fel. in c. cùm dilecti in iiij. col. de accu. quod tene menti, quia est sing. limitatio ad prædicta iura & doctrinas: & vide etiā Bal. in l. de quibus. in pe. col.

3 ff. de legib. vbi dicit, quòd † testis non reddens rationem dicti sui non debilitat dictum testis reddentis causam, adeò quòd non possit deferri iuramentum in supplemētum probationis ei qui produxit illum testem reddentem rationem dicti sui. quod est menti tenendum no. ad limitationem eorum quæ superius dicta sunt. & istud dictum Bal. refert & sequitur domi Feli in cap. causam. in vj col. versicu. fallit quartò. extra de testib de quo dixi in l. proprietatis. C. de probatio.

CXCVIII.

1 *Testis, qui examinari non debet, examinatus tamen qualequale saltem indicium facit. Nam & minor qui ob ætatē examinari non debet, examinatus indicium solenne facit & nu. 2.*

3 *Exceptionum aduersus testes reseruatio, eius est effectus, vt si de ipsarum postea veritate constet, omnia retro gesta sint nulla.*

1 TEstis† qui non debet examinari, examinatus facit indicium, & si non plenum, saltē qualecualē: vt voluit Bar. in l. maritus. ver. Vlterius oppono ff. de quæstioni. & glo. in l. iij in prin. versi. aduertendum. ff. de testib. & Bal. in l. cunctos populos. C. de sum. trini. & fide catho. & Bald. Salic. & alii in l seruos. C. de testi. & voluit do. Abb. in c. ex literis. in princi. de transact & Bald. in c. j. de confes. circa prin. vbi dixit, quòd minor qui ratione ętatis nō debet examinari, examinatus facit indi ium solenne cū quo dicto concordat Sali. in l. fina C. de his quibus vt indign. & facit quod voluit domi. Floria. in dicta l. iij. ff. de testib. vbi per illam glos ibi dixit, quòd licet testis in aliqua causa, vt suspectus repellatur à testimonio, tamen si sit examinatus, facit indicium, & dixit notab. Bald. in l. cùm Titia. in fin. C. de iure dotium. quòd vbi regulariter requiritur certus numerus testium, minor numerus

facit indicium.& dixit Barto in l.ij ff.de appel.reci.quòd testis qui post terminum datum ad probandum non est examinatus,si postea examinetur,facit aliquod indiciũ. & bene facit glo.in c.cum olim.j.de priuileg.& text.in c. cùm olim.de dolo & contu.per quem dicit ibi do.Abb. in iij.notab.quod testis sine iuramento examinatus, facit præsumptionem.de quo per Alexand.in consi.xxiiij. incip.animaduersis.in iiij.char.in ij.vol.& ego larius dixi in repeti mea l.si.C.de probatio.in lxxxj.chart teneas
2 †tamen menti perpetuò quòd in casu in quo testis,qui non debebat examinari,examinatus facit indicium : est verum,si à principio antè quàm fuerit examinatus, non fuit per partem opposita contra eum exceptio suæ inhabilitatis:sed si antè quàm fuerit examinatus, fuit opposita exceptio suæ inhabilitatis contra eum,tunc si posteà fit examinatus,eius dictum nullum facit indiciũ,& pro nullo reputatur:ita singu.dixit do. Fran. de Aret.in c.ex parte Adæ.in v.char.extrà de testi.alleg.rationem dicẽs, quia sicut testis à principio si repulsus est, nihil penitus probat pro producente,quia non esset examinatus:ita si examinaretur post reseruationem,nullum penitus facit indicium exceptione probata:quia reseruatio operatur effectum conseruatiuum actus,perinde ac si suo tempore factus esset quoad omnia,vt probat tex.cum glos.in l. item Labeo.§.j ff.famil.ercisc.de quo meminit Bald.in l. terminato.C.de fruct.& lit.expen.pro quo bene facit qđ no.gl.& doct in c.cùm contingat.de fo.compe.Vide infrà in singu ccclxv.inci.exceptio.Et quòd talis testis hoc casu nullum faciat indicium,dicit ipse do.Fran.se allegare casum not.in authenti.de testi.§.si verò dicatur.circa prin.vbi tex.secundum eum dicit, quód perinde est ac si nunquam fuerit examinatus.& ideo dixit Bart.in l.ille à
3 quo.in §.testamento.ff ad Trebel.quòd † reseruatio exceptionem operatur,quód si postea pateat de veritate ipsarum exceptionum,omnia retro sunt nulla.idẽ dixit Pau. de Cast.in consi.cccxcij.incip.viso quodam libello.in fi. ij.col.& idem voluit gl.& ibi doct.in c.cum cõtingat.extrà de offi.deleg quam ad hoc allegat pro singulari domi. Ias.in §.præterea.in penul.col.Insti.de actio.Illud autem quod voluit Barto.& sequaces in d.l.maritus.est verum, quando fieret examinatio testis,qui non debebat examinari parte non opponente.ita ad literam dixit do.Fran. de Aret.in d.c.ex parte Adæ.quod dictum cum omnibus per eum ibi dictis refert & sequitur do.Feli.in c.cùm dilecti.in pen.col.de accusa.dicens hoc dictum esse valde no.& eum alibi non legisse.Ideo tene menti in practica: quia posset facere tibi magnum honorem.

CXCIX.

1 *Spoliatum regulariter ante omnia restituendum: non tamen semper procedit,vt in sacerdote corpore mortuo iam sepulto, spoliato.Et id cur? in alijs tamen casibus secus.*

2 *Et id non solùm si interdicto recuperandæ,sed etiam si per viam attentati agatur.*

3 *Appellans,ne debitoris sui corpus sepeliatur, audiendus non est. Et an id perpetuum?*

1 IN † iure expressum & clarum est,quòd regulariter spoliatus ante omnia est restituẽdus:vt habetur in l.si quia à se fundum.C.ad legem Iuliam de vi & in c.reintegranda.iij.quæstio.j.& latè per Alexand.in l. naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquir.pos.& per Bertha.io reperto. suo,in verbo,spoliatus.& dixi suprà in singu.xj.incipien. regula vulgata est.scias tamẽ quod prædicta regula non habet locum, quando sacerdos esset spoliatus corpore mortuo iam sepulto:quia tunc non est ante omnia restituendus,& hoc vt euitetur vexatio corporis humani:licet in aliis sit secus.ita singulariter dixit Innocen. in capitu.cùm liberum.extrà de sepultu. & ita affirmant io facto obtentum fuisse do.de Rota decisio.ccciij.in anti-
2 quis,incip.Item no.gloss.quòd † habet etiam locum nedum in agente interdicto recuperandæ,sed etiam si ageretur per viam attentati :quod est remedium pinguius secundum Innoc.& alios in cap.cùm dilecti.de maio.& obe.& ita in proposito dicunt do. de Rota in nouia decisio.decis.cliij.incip.cùm partes litigarent.quos sequitur Dominicus in c.non solùm.in fi.de appel. in vj.licet dicant secus esse de rigore iuris secundum Hostien.in d.c. cùm liberum.& istud dictum Inno.in d.c.cum liberum. pro valde singulari refert & sequitur ponens prędicta do. Feli.in c.sicut Iudæi.in j.col.extrà de Iudæis,subdens vltra prædicta,quòd istis addi potest text.in l.sunt personæ. ibi, ne insepulta corpora iacerent. ff.de religio. & sumpt fune.& tex.in l.si quis sepulchrum.in princ.& in l.
3 ne corpora.eo.tit.Et ideo † dixit Spec.secundum eum in tit.de appel.§ quibus.versic.Octauò.quòd non auditur creditor appellans ne corpus debitoris sepeliatur:quia est actus non recipiens dilationem : quod procedat nisi creditor haberet instrumentum,per quod debitor capi posset ad omnem instantiam creditoris : quia tunc creditor cũ licentia iudicis potest sequestrare corpus mortui debitoris ne sepeliatur, donec sit sibi satisfactum, secundum Ange.not.in authẽ.vt defunct.seu funera.circa prin.quòd non credit ipse do. Feli.procedere de æquitate per prædicta:de quo dicto feci mẽtionem proximis diebus in voce & in scriptis in l si in singulos.in vij.col.versi. Vltimò adde hic no.verbum,&c.ff.de annuis legat.& in l.fi.in vlti.colum.versi.Vltimò in hac materia.ff.de quæstio.vbi videas.

CC.

1 *Sententia condemnatoria ab ea quæ dicit quem condemnandum differt. Ideoque legatus licet Episcopum deponere non possit, potest tamen pronuntiare Episcopum deponendum esse sicut & clericus clericum deponere nequit,deponendũ tamen pronuntiare potest.Et multa id genus.*

2 *Sententia,per quam pronuntiatur quem commisisse crimen priuatione dignum,ob id priuatus non est, nisi id ipsum in sententia contineatur expressim.*

1 DIffert † sententia condemnatoria à sententia in qua pronuntiatur quem condemnandum:secundum Io. Andr.& alios in c.j.de offic.lega.vbi dixit, quòd legatus potest pronuntiare episcopum deponendum, licet non possit illum deponere pro quo facit quod not.Bald in c. at si clerici.in vlti.col.de iudic.& Ioan.Andr.in c.transmissa.de elect.& Domi.in ca.ij.in j.colum. de pœn in vj. vbi dicunt,quòd licet electus non possit deponere clericum,per gloss.dicti c.transmissa.tamen potest pronuntiare eum deponendum.Et ideo dixit Albert.de Rola.in iiij.parte statutorum,q.lxxiiij.incip.Sed pone statuto. ꝙ officialis prohibitus à statuto aliquem bannire prope finem officiĩ vel absoluere,potest tamen pronuntiare banniendum vel absoluendum:quia aliud est bannire, aliud pronuntiare quem banniendum. l. final. C. vbi & apud quem.de quo etiam per Barto.in l.solent.in fin.princip. ff.de officio proconsul. & ideo dixit Ioan.de Imo.in l.si quis filio.§.eius qui.ff.de iniusto testamẽ. quòd officialis proximus fini officii sui licet non posset condemnare,tamen potest condemnandum pronuntiare.& dicit idem Ioan. de Imo.in l.prima.§.ij.in iij.columna.ff.de verborum obligat.quòd sententia dicens, pronuntiamus talem condemnandum, non cõdemnat, nisi addat,& ideo iubemus vt soluat. Idem tenet ibi Ludouic. Roman. & Alexan.allegans plora ad hoc.& idem etiam tenet Bald. in l.nc quicquam. in §.fina.ff.de offic.proconsul.& in c. j.ad fi.de offi leg.& Ange.in l.fin.C.vbi & apud quem.& domi.Felin.vltra prædicta adducens alia plura in capit. non potest.in ij.colum.de re iudica.De quo etiam per dominum.Feli.in cap.cæterum. in penultima colum.de rescri. Et ideo teneas menti in materia vnum not. verbum, vi-
2 delicet, † quòd si est lata sententia contra aliquem, per quam pronuntietur ipsum commisisse crimen dignũ priuatione,propter hoc non est priuatus,nisi hoc exprimatur in sententia.Istud fuit not.verbum Innoc.in c.qualiter & quando.ij.in glo.super verbo,ad denuntiationem. ibi,credimus tamen.extrà de accusation. quod dictum referunt & sequuntur do.de Rot.decisio. ccxxvij. in nouis,quæ incipit,Accusatua coram ordinario.in fi.& domin.Feli.in capitu inquisitionis.in iij.colum.post princ. extrà de accusatio.Et per hæc sint expleta singularia mea præsentis anni 1500.ad laudem summi clemẽtissimique Dei.

Dei.Hippolyt.de Marsiliis Iuris vtriusque Doctor Bononiensis.

CCI.

1 *Iudicis in confessum partes nulla, nisi in condemnando: etiam si processus sit inordinatus, vel data etiam processus nullitate. & nume. 3.*

2 *Confessio plusquàm alia probationis species efficax est, vt qua ordinem iudicij non desideret.*

4 *Confessus etiam quandoque ex sua confessione condemnari nequit. Et id quo casu.*

1 IN†confessum nullæ sunt partes indicia nisi in condemnando.l.pro inde ff.ad leg.Aquil.l.si confessus.ff.de custo.reo.l.qui sententiam.C.de pœn.l.j.ff.de confes & in l. vnica C.eo.cum similib.Et adeò est vera hæc regula, quod ipse confessus etiã super inordinaro processu potest condemnari.Ita dixit singu Innoc.quem omnes sequuntur ibi,in c.qualiter & quando.ij.de accusa.vbi dixit, quòd confessio est tanti vigoris,quòd ipse confessus potest condemnari etiam data nullitate processua.& idẽ dixit ipse Inno.in c.per inquisitionem.de elect.& Abb.antiquus in c.Pisanis.de resti.spolia.& Bal.in l.edita.C.de eden.in v. col.in versic.Sed pone quòd reus.& illam doctri. Innoc. refert & sequitur Barb.in c.veniens. in iij.col. de accusa. & in consi.suo incipiẽ Propè est dominus inuocantibus eum &c.& in repeti.c.testimonium.in xiiij.chart.in vlti. col.versi.nam confessio.extrà de testib.vbi allegat etiam hoc voluisse Inno.in c.ij.de ord.cogni.quam doctrinam etiam sequitur Mathes.in notabili suo liij.incipiẽ. Nota vtilem regulam.& idem voluit Bal.in l.j.circa fi.ff.de iurisdi.om.iudi.& in l.ij.ff.de re iudic.& Ange.in consi.suo clxxviij.incipien.Visis actis productis.& in consi.ccxvij. incip.In causa accusationis productæ per do.Philipp.& Bal.in additio.Specu.in tit.de libelli concept.in vlti.versic.& Are.in tractatu suo maleficio.in verbo,comparene dicti inquisiti,& confitentur totum.in versic.Quæro an confessus.& volũt doct.in plerisque locis quo aretuli magis accuratè in l.j.§.diuus Antoninus.in iij.charta.ff.de

2 quæstionib.vbi videas.Et hic adde,†quòd confessio plus operatur, quàm aliqua species probationis, secundum Bald.in l.cùm mulier.in xiij. colum. versicu.deinde quæro.ff.sol.matrimo.Pro qua doctrina Innocen.etiam facit optimè not.verbum Bald.in l.properandum.in prin. in fin.verbis.C.de iudi.vbi dixit,quòd licet lapsa sit instantia,tamen confessus potest condemnari.& ibi allegat rationem,dicens,quòd confessio non requirit talẽ processum seu ordinem iudicij.quod dictum refert & sequitur Angel.Aretin.in tractatu suo maleficiorum. in verbo,inchoata & facta.in iiij.colum. & Barb. in dicto suo consil.& in d.c. veniens.in iij.colum.& Angel.Aretin. in d.tractatu,in verbo,comparent dicti inquisiti,& confitentur totum.in d.versic.Quæro an confessus.Et dixit singu.Ange.in l.ij.C.quorum appel.non recip.quòd licet tertius possit appellare pro reo condemnato capitaliter etiam ipso inuito,tñ istud fallit,nisi talis reus cõdẽnatus sponte cõfessus sit crimẽ,& in eo perseuerauit.de quibus

3 omnibus latiùs dixi in d.§.diuus Antoninus. Potes† tamẽ limitare omnia prædicta,nisi nullitas processus perueniret ex defectu iurisdictionis iudicis:nam tunc confessio partis confitentis intentum aduersarij non iustificat,nec validat processum.Ita nota.in c. at si clerici. in princ.de iudiciis.& in c.olim.vbi est bonus text.secundũ do.Abb.ibi,extrà de rescript.Ita not.dixit Cardi. Alex. in c.dilecto.in ij.col.in fi.de appella.& hoc optimè poteris addere his quæ dixi suprà in singu.x.incip.Tu scis&c. Pro qua etiam limitatione facit singu. dictum Ange. in consilio suo ccxvij.incip.In causa accusationis productæ per do.Philipp.in vlti.colum.vbi limitat doctrinam Innocen.& aliorum in dicto capitu.qualiter & quando. habere locum tantùm coram iudice ordinatio:secus coram delegato.quod dictum pro valde singu.refert & sequitur domi.August.de Ari.in suis additio.ad Angel.de Aret in tractatu malefic in verbo, qui iudex addidit.in penulti.additio.de quo etiam dixi in repeti.l.fina.C.de proba.in lvij.charta,circa medium.Pro hoc dicto facit in arg.nota.verbum Abb.in capitu.olim ex literis.post princip,in ver.& ex hoc & ex illo text.&c.de rescript.Te-

4 neas†tamen perpetuò menti vnũ casum no.in quo sponte confessus non potest ex confessione sua condemnari: qui casus est quando iudex habens in manibus reum criminis dicit sibi,Confitearis delictum,quia promitto tibi indulgere,& facere tibi gratiam.nam isto casu si reus confiteatur delictum,non potest ex confessione sua puniri.Ita singulariter & mirabiliter dixit Ioan. de Imo.in consilio suo cix.incip.Visa inquisitione.& mouetur in tribus & rationibus de quibus ibi per eum.quod maximè procedit si in ipsa confessione non perseuerat,vt ibi. pro quo faciunt dicta per domi.Nico Millum in suo reperto.in ver.confessio.in versi. confessione persuasione aduersarii.de quo feci mentionem in l.j.§.quæstioni.in vlti.colum.ff.de quæstioni. vbi videas.pro quo etiam faciunt dicta per Ias.in l.error.in iij.colum.in fin.C.de iur. & facti ignor.& idem quòd dixit Ioann.de Imo.in dicto consilio dixit domi.Paris de Puteo in tractatu syndicatus,in xviij.charta,versicu.Sequitur quæstio quotidiana. Teneas menti.quia aliàs plures audiui iudicentes facere talem promissionem reis.Et istud addere poteris dictis suprà in singular.clxxvij. incipien. maleficiis hominum.& alia requisita in confessione vt præiudicet confitenti in criminalibus,vide per me in l.j.in princip.in vj. char.ff.de quæstioni.& in repe.mea.rub.C.de probatio. in materia confessionis.

CCII.

1 *Confessionem absente parte factam, non plenè probare: semiplenam tamen probationem præstare nu.2.*

3 *Et ibidem casus aliquot, quibus plenam probationem facit huiusmodi absente parte facta confessio.*

TV scis regulam illam satis vulgatã, videlicet, quòd

1 †confessio facta absente parte non plenè probat: de qua in l.certum.§.si quis absente ff de confes.& in l.fi. ff.de interroga.actio.cum simi.attamen aliqui sunt casus,in quibus talis confessio plenè probat.vnus est casus multũ singularis in quo talis confessio facta absente parte plenè probat,qui casus est in solutione alicui facta:vtputà,Titius erat debitor ex instrumento Sempronii in certa quantitate,& Sempronius confitetur in absentia ipsius Titii debitoris se esse solutum,& sibi esse satisfactum ab ipso Titio:tunc talis confessio, licet sit facta in absentia partis, tamen plenè probat solutionem, & repellit cõtrariam præsumptionem.Ita sing.dixit Bal. in consi.suo xlj.inci.In primis &c.in v.vol.quod est sing. no.ad limitationem dictæ regulæ.Et idem dixit do.Ioã. Bap.de sancto Seue.in repe.l.admonendi.in xix.charta, in ij.col.in fi.ff.de iureiur.& Alex.in consi.ccxlv.incipiẽ. ponderatia&c.in vlti.col.in vj.vol.& in consi.cxv.incip.

2 visa scriptura.in j.col.in vij.vol.Et†scias etiam quòd licet talis confessio facta parte absente non plenè probet, tamen probat semiplene.Ita dixit Bart.in l.admonendi. in xvj.col.ff de iureiur.& Lud.Rom. in cõsi.suo ccclxxiij. incip.Visis allegationibus hincinde confectis.& Bald.in addi.Specu.in tit de confes.circa fi & Abb.in c.fi.de success.ab intesta.& Bal.in l in bonæ fidei.C.de reb.credit.& iureiu.& do.Alex.in consi.xxiiij.incip.animaduersis &c. in pe.col.ante fi.in ij.vol.& in consi.cxxviij.inci.ponderatis narratia.in pe.col.& dixit Lud.Roma.in consil.suo ccxcj.incip.cùm isti fratres.in iij.col.quod talis confessio facta absente parte facit præsumptionem aduersus confitentem.Et teneas menti etiã aliquo alios casus in quibus confessio facta absente parte plenè probat.Vnus est in confessione facta in libello,vel in alia scriptura iudicii producta parte absente : nam talis cõfessio facit plenam probationem:secundum Bal.in l.vnica in pen.col.C.de confes.Alius est casus in confessione facta absente parte cum iuramento.quia talis confessio plenè probat:secundum Oldr.in consi.ccxcj.inci.Hæc sunt rationes & Bal. in consi.ccxliij.inci.In causa do.Ludo.in iiij.vol.licet cõtrarium teneat Pan.de Cast.in consi.suo ccxlj.incip.Primò videndum.circa fi.Item est alius casus,nam cõfessio facta absente parte non nocet confitenti,hoc est verum, nisi sit frequens & continuata,& toties repetita quod trans-

eat quasi in publicam vocem & famam:quia tunc plenè probat.Ita not dixit Pau.de Cast.in consi suo clxxv incip.Super primo &c.in vlti.col.ante fin.Est & alius casus, nam confessio facta absente parte plenè probat, quãdo fit ad exonerationem conscientiæ:secundum Felin.qui plura allegat in c.olim.io iiij.col.de rescrip. idem etiam procedit in foro pœnitentiali secundum Bal.in l.rationes.in fin.C.de proba.& in c.innotuit.in j.colũ.de elect. quem refert & sequitur do.Feli.in d.c.olim.in fi.iiij.col. Item confessio facta absente parte licet non præiudicet confitenti,tamen fallit in confessione, quæ non tẽdit ad obligandum confitentem alteri,sed tendit principaliter ad probandum aliquid,ex qua probatione absenti quæritur obligatio:vt putà,si quis approbat aliquod instrumentum tanquam verum, vigore huius approbationis omnes,quorum interest,poterunt agere contra approbantem.Ita no.dixit Ange.per illum tex.in §.si verò expressim.in iiij.col.in versi.ex hoc patet.in authen.de hære.& falcid.quod dictum refert & sequitur Feli.in c.cùm M.Ferrariens.in xvij.col.de consti. An autem de æquitate canonica confessio facta absente parte plenè probet, vide do.Franc.Aret.in consilio suo lxiiij.incip. Diligenter.& per do.Alex.in consilio suo clxxix.incip. In causa Angiorum .in iij.col.in ij.vol.& in consi.cxv.incip.visa. in j.col.in vij.vol & in consi.ccxlv.inci.ponderatis. in vj. vol.in vlti.col.Et per do.Feli.latius in d.c olim.de rescri.
3 in iiij colũ.vbi j † etiam ponit alios casus,in quibus valet confessio facta absente parte ad plenam probationem faciendam.& in materia vide etiam Alexand.consilio clxxxvj.inci.In causa & lite.in iij.colum.& vide Paulum de Castr.in l.quidam in iure.in princip.ff.de dona.& in l. nuda ratio.eodem titu Et vide infrà in singu.ccccl.ix.incip.vox viua.

CCIII.

1 *Iudex extra territorium nullum habet imperium. Quandoque tamen iudex vnius territorij in alieno territorio quem citare potest.Et id quo casu liceat?*

1 IVdex † extra territorium suæ iurisdictionis nullum habet imperium:vt habetur in l.fi.ff.de iurisdi.omni.iudi. & in c.fi de foro compe.& in cle.pastoralis de re iudic.& habetur in l.fi.ff.de offic.præfec.vrb. cum simi. Scias tamen,quòd si iudex alicuius loci scripsit literas, vel misit nuntium iudici alterius territorii, iuxta ea quæ dixi suprà in singu.cxxxviij.incip. Iudex alterius territorii. rogando ipsum iudicem quòd vellet citare reum subditum suum ratione habitationis in loco coram ipso iudice in causa delicti per eum cõmissi in loco iurisdictionis ipsius iudicis scribentis hoc:& talis iudex requisitus hoc modo non vult citare ipsum reum,quòd hoc casu poterit talis iudex loci delicti per semet citari facere per edicta, vel per nuntium talem reum in territorio vbi degit, sicut si esset in territorio suo.Ita singu dixit Bar.in tracta.ad reprimendum.in verbo,per edictum.in vlti col.quod dictũ pro valde no refert & sequitur do.Fran.Aret in consilio suo lviij.incip.diligenter.in iij.col.versic. Amplius dixit. quod multum no.in practica.& ad limitationem d l.fi. cum concor.ff.de iuris.om.iudi.

CCIIII.

1 *Clericum percutiens in excommunicationem incidit.Sed nec eam deuitat si ipsius clerici consanguineum contemplatione eiusdem percutiat,aut vulneret.*

2 *Pacem initam frangere dicitur,qui consanguineum eius,cum quo pacem iniit,offendit. Et id qualiter intelligendum.*

1 PErcutiens † clericum incidit in excommunicationẽ, c.si quis suadente.xvij.q.iiij.& ibi doct.Et tene menti,quòd adeò prohibitum est percutere clericum, quòd non solum est excommunicatus ille qui percutit clericum,vt dixi,sed etiam excommunicatus est ille qui percutit, seu vulnerat consanguineum ipsius clerici respectu ipsius clerici:ita singu.& mirabiliter dixit Ludo.Roma. in repeti. rubricæ ff.de arbitr.in xxiiij.colum.in fi.ad quod allegat optimum text.in cap.sciant cuncti.in verbo,consanguineos.de elect.in vj.quod dictum pro mirabili refert & sequitur do.Feli.in c.a ecclesia sanctæ Mariæ.in xlij.col.de consti.vbi plura allegat : sed inter cætera allegat dictum
2 Pet.de Ancha.in d.ca.sciant cuncti.vbi dixit, † quòd ille dicitur frangere pacem,qui cùm promisisset Titium nõ offendere,offendit consanguineum suum.& allegat etiã not.per Ioan.Andræ.in regula,frustrà.in mercurialibus. quod tamen dicit intelligendum esse,quando non apparet,quòd offendat eum ex alia causa,quàm ex illa de qua fuit facta pax:aliàs secus.per no.per do.Ant.& Imo.in c. fi.de renuntia.& alia etiam ad hoc allegat ipse do.Felin. In d.c.ecclesia sanctæ Mariæ.de quibus ibi per eum: vbi etiam latè examinat quæstionem illam,videlicet,an statutum laicorum imponens pœnam consanguineis clericorum valeat ibi.

CCV.

1 *Opinio vehemens veritati congruens idem quod certitudo efficere dicitur.*

2 *Opinio vehemens & coniectura facit conditionem necdum impletam pro impleta haberi, vt in substitutione facta eo casu, quo masculus non nascatur,si vehementi coniectura appareat fœminam,non marem,nasciturum.*

3 *Adminiculum vehemens defectus probationis suppletio est:quin etiam adminicula vehementia indicia dicuntur.*

4 *Infamiam vehementem absque alio indicio ad quæstionem sufficere. Nam & aduersus vehementer diffamatum testes etiam viles admitti possunt.*

1 VEhemens † opinio consona veritati idem operatur quod certitudo.gl.est no.in l.si quia extraneus.§.sciẽdum.in gl.fi ff.de acqui.hære.& ibi Bal.summè eam notat,dicens,quòd multa sunt,de quibus non potest haberi vera certitudo:tamen vehemens opinio iuncta cũ veritate idem operatur quod certitudo.ad idem est glo.in l.ij.§.idẽ Labeo ait,cum quæritur.in verbo,sciat.ff.de aqua plu.arcen.& in l.si duo.§.nõ videor.in verb. scirẽ.ff. vti possi.& sentit gl.in l.si liberti ff.de pecu.& gl.in l.si paterfamil.ff.de hæred.instit.& ibi illam no.Bald.& Imo.& Bar.in l.qui bona.§.qui alienũ.ff.de dã.infect.& do.Ant. & Abb.& Imo.in c.cum causam.de iura.calum.ad idem dixit singulare verbum Pet.de Ancha.in consi.ccclv.in-
2 cip.Visto diligenter puncto.quòd † in substituto,casu quo masculus non nascatur,potest haberi ista conditio pro impleta etiam ante partum,si ex vehementi coniectura fœtus fœmineus sit in vtero,& postea hoc apparet ex partu:quia præcedens opinio verisimilis attentis pluribus de quibus ibi iuncta veritate postea detecta facit illam opinionem haberi pro certitudine.vnde dictus substitutus transmittet hæreditatem , etiam si eam adierit ante partum.Et idem consuluit ipse Pet.de Ancha.in consilio suo cccxciij.incip. Visis diligenter.in quibus locis allegat quamplura:quæ omnia refert ad literam do.Felin.in c.j.in j.col.de sum.tri.& fide catho.vbi plura alia in materia ista alleg.de quibus ibi per eum.& in c.præterea.in prin.extrà de testi. Et vide etiam ipsum do Feli.in c.cùm contingat.in iiij.col.in fi.de rescrip.in c.j.in iiij.& in v.colum.de lit.contest.vbi etiam ponit plura notabilia dicta in materia credulitatis:& vide quæ dixi in rubr.C.de proba.in materia probationis,quæ fit per vehementem omnium opinionẽ.& do.Fel.in c.præterea.in prin.extrà
3 de testi.Et † de hac re vehementi adde,quòd vehemens adminiculum supplet semiplenã probationem,secundũ Bald. in consi.suo,inci.Quidam Petrutius de Viterbia &c.quẽ refert & sequitur Soci.in consi.suo lxxxix.incip.In causa agitata inter Iacobum.in vj col.vbi etiam adducit Bal. in l.ea quidẽ.in ij.col.C.de accusa vbi dicit,quòd vehemens adminiculum est suppletio defectus probationis.& alia circa prædicta dicit ipse Soci.in d.consi.quæ ibi videas. Vide tñ Io.de Ana.in consi.suo lix.inci.visa inquisitione. in ij.col.post prin.Et circa hanc materiam etiã adde do. Alex.in l.fi.in pen.additio.ff.de quæstio.vbi dixit,quòd adminicula dicuntur vehementia indicia.ad quod alleg.c. cùm dilectus.de succes.ab intest.& Bal.in l.fi.in iij.col.C.
4 famil.ercisc.Item adde etiam quòd † vehemens infamia etiam sine aliquo alio indicio sufficit ad torturã:vt habetur extrà de purga.cano.io c.si quis.per Inn.Ita dixit do. Alex.in l.fina.in iij.versicu.ff.de quæstio.ad quod etiam alleg.

alleg.l.quarto.§.fin.ff.de ædil.edic.Item subdit etiam do. Alexan.vbi suprà,quòd Inno.in c.cùm I.& A.de re iudi. dicit,quòd etiam admittuntur testes viles contra valde diffamatum: quæ omnia tanquam notabilia & non omnibus nota reponas in scrinio pectoris: quia seruient tibi ad multa.Et vltra adducta suprà per domi.Felin.potes tu in illa materia etiam adducere tex.in l.filiusfamilias.ff.de ritu nupt.vbi est tex.quòd illud dicitur certum, quod probabili ratione certum est.pro quo facit dictum Bald.in capitu.primo.in princip.in ij.colum.de controuer.inuesti.quem vide.& hic etiam in materia adde singulare verbum Bal.in l.bello.in fi.ff.de excusa.tut.quem omnino vide.

CCVI.

1 *Incertitudinem regulariter dispositionem siue in contractibus,siue in iudicijs,siue in vltimis voluntatibus sit,omnem vitiare. Est tamen quando actum non vitiet.*

2 *Probationes in criminalibus luce debent esse meridiana clariores. Est tamen vbi testes in eundem rei finem conuenire sufficiat licet depositiones per diuersa verba fiant.*

1 INcertitudo †regulariter vitiat omnem dispositionem, siue loquamur in côtractibus,siue in iudiciis, siue in vltimis voluntatibus:vt latè dixi iudicio meo vltra omnes in l.à vobis quoque.ff.de annuis legatis.& in repetit.rubri.C.de probatio in penulti.& vltima charta. Attamen tene menti perpetuò,& non obliuiscaris vnum casum in quo incertitudo non vitiat actum.Nam si probatio est verificabilis,& côclusiua in omni intellectu prodest probanti,licet habeat ambiguos intellectus.ita colligit Dominicus ex verbis Ioan.And.ibi,in c j.in vlt.col.de pact. in vj.Idem dixit do.Philip.Deci.in consi.ccliij incipien. in casu.in j.col.Ex quo dicto intulit do.Alexan.in l.inter stipulantem.§.j.in vlti.col.ff de verbo.oblig.quòd si accuso Titium,quòd occidit Seium,& testes super hoc deponentes deponunt alternatiuè,dicentes quod eum occidit cum gladio vel cum claua,licet deponant incertè & ambiguè,tamen quia vterque intellectus concludit homicidium,habetur pro probatione certa:quod est multum not.quod dictum refert & sequitur domi.Feli.in ca. ea parte.j.in xiij.col.de rescript & domin.Ias in l.dedi.in j.col.ff.de condictione causa data,causa non secuta. Vide tamen in contrarium Federic.de Senis consi.claij.in quæstione proposita.& vide omnino Paul.de Castr. in l.si communem.in §.si is qui aquam.ff. quemadmodum seruitu.amittan.in fi.& Ang.Areti.Insti. de exceptio. in rubri.in xvj.colum.& Bald.in additio.Specul.in titu.de accusatio.in versic.sed quid si statutum dicit.& in l.j.ante fin.in versic.item scias &c.C.si vnus ex pluribus appel.

2 Tene †menti,quia est not.limitatio ad l.fi.C. de probatio.vbi in criminalibus probationes debent esse luce meridiana clariores.& etiam facit ad ampliationem illius regulæ,scilicet,quòd sufficit quòd testes in eundem rei finem concordent,licet per diuersa verba : de qua in l. qui sententiam.C.de pœn.& in c.nihil.de verb. signifi. & per glo.in c.dudum. de côuer. coniuga. & in c. cum ecclesia sutrina de causa posses.& proprieta.& in aliis pluribus locis, quæ adducere præsentialiter non expedit. vide docto.in dictis locis.Et vide quæ latius dixi in repetiti.mea rubric.C.de proba.in lxxiiij.colum.versic.& ideo si accuso.

CCVII.

1 *Victum victori in expensis,siue in ciuilibus, siue in criminalibus condemnari debere:nisi victus legitimam ac iustam causam litigandi habuerit:nam tunc ab expensis absolui debet. Et limitationes huius ibidem vide.*

1 VIctus †victori debet condemnari in expensis, siue loquamur in ciuili:vt in l.qui soliduum.§.etiam.ff.de lega.ij.& in l.eum quem temerè.ff.de iudiciis.c.finem litibus.de dolo & contuma.§.hæc autem.Instit.de pœn.temerè litigantium.cum similibus.siue loquamur in criminalibus.tex.est secundum vnam lecturam in l.fina C. de fruct.& litis expen.& voluit gloss.in d.c.finem litibus. cum similib.de quo dixi latissimè in repetitione mea l. fi.C.de probatio.in xix.quæstio.principali. quod tamen fallit secundum doct.in dictis locis, nisi victus habuisset iustam causam litigandi,quia tunc debet absolui ab expensis. Quod tamen vltimum limitatur pluribus modis: vt dixi in d.l.fina.in xix q.& inter alia limitatur vno modo,videlicet nisi extet statutum in loco iudicii,dicens quòd victus victori condemnetur in expensis:quia isto casu etiam si habuerit iustam causam litigandi, condemnabitur tamen in expensis.Ita dicit glo.reputata singularis, in authen.de exhiben.reis.in §.sancimus.quam ibi summè ponderat Ange.& eam etiam sequitur do.Alexan.in consi.suo cclvij.incip.viso processu.in fi.& do Francis.de Are.in notabili suo cxx & Ang.in l.non solùm.ff.de rei vendic.& hoc dicunt doct.procedere, vt statutû aliquid operetur vltra ius commune,& ei aliquid addat.de quo etiam per Bar.in c.causam quæ.de rescript.& in consilio suo lv.incip.proposita mihi.in antepenul.col.in iij.volu. Et adeo est verum,quòd quando statutum est in loco, quòd victus victori condemnetur ipso iure in expensis,quòd tunc debet condemnari in expensis,etiam si habuerit iustam causam litigandi:quod etiam hoc casu iudex non posset eum absoluere ab expensis:imò si eum absoluat,non valet talis sententia absolutoria,tanquàm sententia contraria primæ sententiæ statuti. Ita singulariter dixit Salî. in l.j.in iij.colum.C.quando pronoc.non est necesse.vbi dicit ita fuisse conclusum Ferrariæ post varias allegationes:quam doctrinam refert & sequitur domi.Feli.in ca. inter monasterium.in fin.extrà,de re iudi.quod est multùm not.cùm sæpissimè in ciuitatibus extet tale statutum:& in hac materia condemnationis expensarum vide quæ dixi in dicta l.fina.in xix.quæstio.principali.C.de proba.& in l.patre vel marito.ff.de quæstionib.in quibus locis plura dixi not.digna in materia ista.& vide etiam omnino do.Feli.in c.aduersatio tuo.in penul.col.versic. Ad aliud.de except.

CCVIII.

1 *Compensationem propriè solutionem non esse,sed adeò ab ea differre,vt qui soluere iurauerit,compensare nequeat.& ibidem Bar.sententia refellitur.*

2 *Compensatio etsi propriè solutio non sit, vim tamen solutionis obtinet.Et an compensationem obijciens, excipere propriè dicendus.*

3 *Debitori,sicut in iudicio pecuniam offerre satis est,ita sufficit si in iudicio compensationem offerat.*

1 COmpensatio †non est propriè solutio,sed differt à solutione,adeò quòd secundum magis communẽ opinio.ille qui iurauit soluere,non potest compensare:vt est text.secûdum vnam lectu.ibi communiter approbatam per omnes scribentes in c.ad nostram.j.de iureiuran. & voluit Io.de Imo.in l.si hæredi.ff.de condit.& demonstr. & Mathe.in notabili suo liiij.incip.nota quòd iuramentum.& Bar.in l.statuliberos.ff.de statulibe.& Alexan.in consi.suo acj.incip.Visis actis mihi transmissis.in iij.colum.in ij.vol.& do Franc.Aret.in consi.cx.incip.Longitudo verborum.in penul.col.licet Bart.tenuerit contrarium & malè in l.amplius non peti.ante fi.ff rem ratam haberi de quo ibi per scribêtes.Pro qua opinione facit, nam si quis ex iuramento tenetur aliquid facere.potest præcisè compelli ad faciendum, nec liberatur soluendo interesse:vt volunt scribentes in l.si pecuniam.ff de condi.ob causam.Et facit etiam quod voluit Bal.in consilio suo xxxiij.inci.Verba instrumenti.in fi.in iij.vol.vbi dixit,quòd pactum de non probanda solutione,non est pactum de non probanda côpensatione,quia sunt diuersa,

2 licet concurrant in eundem finem.Scias †tamen,quòd licet per prædicta compensatio non sit propriè solutio,attamen sæpius vim solutionis retinet.vnde dixit notanter Bal.in l.filium.in vj.col.versi.est & alia ratio.C.fami.erciscun.quòd satis restituit qui compensat. & dixit Bald. in l.fi.in v.col.C.de edendo.quòd obiiciens compensationẽ nô dicitur propriè excipere de quibus per Pau.de Cast. in consi.suo lxvj.inci.quod Nanes & Gorus.& dixit Ale. in consi.suo xij.incip.Viso testamêto ante scripto.in pe. col.quòd prohibitus opponere exceptionẽ: potest com-

pensare etiam si iurasset non excipere, etiam si statutum
concederet solum exceptioné solutionis. allegat quam-
plura de quibus ibi per eum. & teneas menti no. verbum
Ang. in consi. suo cxxxij. incip. Quidam Nicolaus. aliás
incip. Visis dictis dubiis. in prin. vbi dixit, quòd si statutũ
prohibet opponi omnem exceptioné contra instrumen
tum, non intelligetur de compensatione: quia illa pote-
rit opponi non obstante statuto. quod est not. quod di-
ctum & quasi omnia supradicta refert & sequitur do. Fe-
li. in c. suborta. inj. col. de re iudi. vbi etiam adducit a-
lia plura, examinando, an exceptio cõpensationis pos-
sit opponi in executione sententiæ: & vltra dicta per eum
adde Bald. in consilio aaxiij. incip. Verba instrumenti.
3 in fi. vbi † dixit, quòd sicut sufficit debitori afferre pecu-
niam in iudicio, ita sufficit si in iudicio offerat compen
sationem: quod est not. allegat l. Iulianus. ff. de conditio-
nibus & demonstrationibus.

CCIX.

1 *Iudicium licet ex sua assertione criminis socius contra socium non
faciat, in certis tamen delictis potest socius de consocijs inter-
rogari. Et an depositum socij ad quæstionem sufficiens indi-
cium faciat nu. 2.*

1 SOcius † criminis non facit indicium ex eius assertione
regulariter contra socium eiusdem criminis: vt habe-
tur per Cy. & alios in l. fi. C. de accusa. & per do Ant. in c.
j. de confes. & Pau. de Leazaris in c grauis. extra de depo-
sit. & per Alex. in consi. suo cccaxiij. incip. viso themate
ante scripto. In hac materia socij criminis vide Philip.
Decium in consi cccxliij. incip. in causa. in j. & ij. col. Ali
qua tamen sunt delicta, de quibus socius criminis potest
interrogari de consociis: vt notat Bald. in l. repeti. in §.
is qui. ff. de quæstio. & do. Alex. in consi. lxix. incip. Visa
facti renuntiatione. in fin. in ij. vol. & per Gand. in suo
not. tract. malefi. sub rub. de quæstio. & tormentis, in iiij.
col. ver. Nunc autem. de quo latè dixi in l. j. §. diuus An-
toninus. ff. de quæstioni. & in repe. mea l. fi. in laxa. chart.
2 C. de proba. Teneas † tamen menti perpetuo, & nunquá
obliuiscaris, quòd in casibus illis in quibus socius crimi
nis potest interrogari de consociis, tale dictum seu de-
positio ipsius socij criminis non facit indicium ad tor-
turam contra socium criminis, nisi contra eum alia sint
indicia. ita singulariter dixit Guido de Suza. in tracta.
suo de tormentis, in viij. col. j. ver. sed quid de quæstione
occurrenti? & idem voluit Salic. in l. fin. in fi. C. de accus.
quem refert & sequitur domin. Alexan. in consil.o suo
cccaiij. incip. Viso themate ante scripto. in ij. colum. &
in consil. suo cccclaav. secundm ordinem meum incipi.
Quoniam abundè. circa fin. vbi dicit, quòd hoc etiam
voluit Ioan. de Imol. in cap. j. de confes. idem etiam dixit
domin. Iason in §. item si quis. in v. colum. ver. Duo etiam.
Instit. de actio. vbi dicit de hoc esse gl. no. in l. si quidem.
& ibi Bal. C. de excep. vbi ipse Bald. dixit, quod illud ali-
bi in iure non habetur. nemo tamen allegat Guido. de
Suza. in d. loco, cuius fuit originalis doctrina: de quo dixi
aliquid in dicta l. j. §. diuus Antoninus. ff. de quæstio. vide
infrà singu. ccclaxxij. tene menti, quia non fallor, est ve-
bum honoris & vtilitatis plenum.

CCX.

1 *Sanguinis iura nullo ciuili iure dirimi posse. Et ideò iura genera-
liter communicationem cum excommunicato vetantia, ipsi
excommunicato coniunctos non continere, sicut nec statutum
affinem receptantem bannitum affinem, & coniunctum.*
2 *Aduocare pro affine, vel coniuncto etiam aduersus rempubl. quis
non prohibetur: quod in alijs secus habet.*
3 *Bannitum fratrem frater etiam vi statuti bannitum impunè oc-
cidi volentis, occidere non potest. Sed nec vasallus dominum
bannitum impunè occidere posset nu. 4.*

1 IVra † sanguinis nullo iure ciuili dirimi possunt. l. iura
sanguinis. ff. de regulis iuris. & Insti. de nupt. cum simi.
& ideo iura generaliter prohibentia communioné cum
excommunicato, non comprehendunt coniunctos ipsi
excommunicato. tex. est in c. quoniam multos. xj. quæ-
stio. iij. & in c. inter alia. de senten. excommu. & facit tex.
in l fi. ff. de recept. vbi dicitur, quòd lex puniés receptan-
tem bannitum, non habet locũ in receptante bannitum
affinem vel coniunctum. & tex. in l. penul. ff. de postu. vbi
dicitur, quòd quis non prohibetur assumere aduocatio
nem contra rempublicam pro aliquo affine vel coniun-
cto, licet pro aliis sit secus: vt habetur in l. ij. C. de aduoc.
diuer. iudi. & vide not. verbum Ange. in auth quib. mod.
natu. effi. legi. in §. j. circa medium & adduci possent alia
plura, & plura iura ad hoc propositum cumulata per Lu
do. Roma. in l. j. ff. in ius voc. vt eant vel satisd. & per eundé
in repetit. l. si verò. §. de viro. in avij. fallen. ff. soluto ma-
trimonio. & per Feli. in c. cum quidam. in penul. colũ. de
iureiurand. quæ hic non transcribo breuitatis causa. Sed
3 † solùm addo vnum singulare verbum, videlicet, quod adeò
est vera supradicta regula, quòd stante statuto. quod ban
nitus possit impunè occidi, attamen frater non poterit
occidere fratrem bannitum impunè prætextu talis sta-
tuti. ista multum singu. dixit do. Nellus in tractat. banni.
in tertia parte secundi temporis, in q. liij. incip. Quæri-
tur, duo ciues. vbi refert ita tenuisse do Aegidiũ in qua-
dam eius disputatione. quod dictum pro valde not. re-
fert & sequitur domi. Barthol. Cæpol. in consi. suo v. inci.
Casus talis est. in v. col. post priu. & etiam idem dixit ipse
do. Nellus in d. tractat. bannit. in secunda parte secundi
temporis. q x. quem vide: & quem tenuit Dy. in l. si adul-
terium cum incestu. §. liberto. ff. de adult. vt refert Bart.
contrarium tenens in l. minimè. ff. de religios. & sumptib.
funerum. sed Bar. non loquitur generaliter in omni ban
nito, sed in bannito. qui est hostis ciuitatis: per illum tex.
4 ideo secus est in aliis bannitis. Et † scias etiam quod stan
te statuto, quòd bannitus possit impunè occidi, quòd
tamen vasallus non poterit occidere impunè dominum
bannitum. ita not. dixit Ange. in l. si adulterium cum in-
cestu. in §. liberto. ff. de adulter. qui etiam ponit quid in
patre quò ad filium, & econtra. Vide Ias. in repetitio. l.
omnes populi in vltima chart. in ij. colum. ante finem. ff.
de iustitia & iure.

CCXI.

1 *Testes à iudice incompetenti examinati coram competenti iudice
fidem non faciunt: nisi in prouincia à iudicij loco remota forẽt,
déque eorum absentia, vel morte metueretur.*

1 TEstes † examinati à iudice incõpetenti non faciunt
fidem coram competẽti: vt habetur in l. iij. §. idem
diuus. ff. de testib. & in l. fin. & ibi Bal. & doct. C. de testi. &
in l. pen. in fi. C. de arb. cum simi. Quod tamen limitat sin
gu. Ludo. Roma. nisi testes examinandi essent in prouin-
cia remota à loco iudicii, & de eorum absentia vel mor-
te dubitaretur: nam hoc casu necessitatis ratione, & ne
probationis copia pereat. argu. l. quoniam. C. de hæreti.
poterunt testes coram iudice loci, vbi sunt, examinari: &
facient fidem coram iudice competenti, si absentes fue-
rint, vel mortui: si verò viuunt adhuc, poterit noua exa-
minatio fieri per iudicem competentem, vel per alium
de commissione sua. ita not. dixit Ludo. Roma. in repet.
l. si verò. in § de viro. in liiij. fallen. ff. soluto matrimonio.
alleg. tex. not. in d. l. fi. C de testib. & quæ habentur in l. ij.
C. de naufrag. lib. xj. & alle. domi de Rota, & alia de qui-
bus ibi per eum. & dicit quòd ita intelligit Bar. in l. cùm
bi. ff. de transactio. dum tractat coram quo fieri debeat
examinatio testium ad perpetuã rei memoriam. & vide
domi. Felin. in c. quoniam frequenter. in vj. col. post me-
dium, vt lit non contest. & in materia vide etiã quæ dixi
in repeti mea l. fi. C. de proba. in axxvij. char in quæstio-
ne illa, videlicet, an testes examinati parte non citata
probent. & latius in l. j. in §. præterea. in ij. col. ff. de quæ-
stio. vbi latissimè locutus sum de necessitate, & eius effe-
ctu: & vide quæ dixi suprà in singu. xaiiij. incipiẽ. Clarum
est in iure.

CCXII.

1 *Testibus dicto in iudicio solenniter facto, non extra iudicium, si di-
uersa dixerit, statur.*
2 *Testis dictum extra iudicium, quid præstet ac efficiat? Et quid
si in præsentia partis potentis extra iudicium testis prima*

leuteris dixent vnum, ac deinceps coram iudice iuramento intercedente aliud deposuerit, vtri dicto inhærendum sit? numero 3.

1 COmmunis † omnium scribentium opinio est, quòd si testis dicit vnum extra iudicium, & aliud in iudicio, quòd statur dicto suo in iudicio solenniter facto, & cum iuramento. c. j. & ibi per Bal. §. si enim domiuo. quid sit in uestitura gl. & doct. in c. cùm causam. de testi Spec. & Ioan. Andr in tit. de teste. §. j. ver. quid si idem testis. Bal. & Salice. in l. nullum. C. de testi. Bal. in l. gesta. in ij. col. C. de reindica. Vide gloss in c. literas. in verbo, purgauit. extrà de præsumptio. & Barba in consilio lxix. incip. illud referam. in penul. colum. in quarto volu. de quo latè per Alexan. in consilio suo lxxiiij. incip. Viso testamento. in xv. col. in primo volu. & in consi. ccxxj. incip. visa facti narratione. in v. col. in ij. vol. & per Bal. in cõsi. suo clxj. incip. Licet assessores. in v. volu. & per Ludo. Roma. in consi. suo cv. incipien Cùm testis. in princi. & per Bart. Ange. & alios in l. eos. ff. ad legem Cornel. de fal. & per Bald. in cap. per tuas. in vltima colum de probatio. & per docto. in a-

2 liis locis relatis à do. Alexan. in dictis consiliis. Teneas † tamen menti, quòd dictum testis extra iudicium est tanti effectus, quòd quando tale dictum extraiudiciale est factũ post dispositionem iudicialem, quòd tunc iudex ad sententiam secundum dictum iudicialiter factum procedere non debet: licet si iam esset lata sententia, ex hoc non posset eam reuocare. ita singu. dixit do. Anto. in cap. cùm in tua. extrá de testib. quod dictum refert & sequitur domi. Francis. de Aret. in consilio suo lxxj incip. Diligenter & maturè. in iiij. colum in versicu. his tamen non obstantibus. Alexan. in consilio cclxiij. incip. In causa appellationis. in v. col. Et in hac materia adde not. verbum Abb. in cap. inquisitionis. §. tertiæ circa medium. versicu & ex

3 hoc posset. de accusatio. vbi † dixit, quòd si testis fortè vilis fortunæ dixit in præsentia partis potẽtis aliquid, quod veniebat in fauorem illius partis, si postea in iudicio iuramento præstito dicit contrarium, quòd debet stari posteriori dicto: quia satis præsumi potest testem illud dixisse extra iudicium, vt placeret parti, timens eius potentiam, sed in iudicio metu iuramenti dixit veritatem: secus vbi talis præsumptio nõ subesset: quod dicit ibi Abb. fore bene menti tenendum perpetuò.

CCXIII.

1 *Viam, quam quis sibi elegerit, patere debet. Ac proinde si quis aduersario iuramentum deferri petierit, quo casu iudex deferre pronolebat, ex eoq; lata sit sententia, nouis postea superuenientibus bationibus, sententiam rescindere non poterit.*

2 *Conductori si ex pacto liceat post mensem à contractu quãdocunque recedere, nisi certa seruentur promissa, qualiter intelligendum verbum hoc quandocunque?*

1 VIam † quam quis elegit, sibi patere debet. l. si mulier, § fina. ff. quod metus causa. l. si quis iusiurandum. C. de rebus creditis. cap. gratum. de offic. delega. cap. solicitudinem. de appellatio. cum multis vulg. & pro ampliatione huius regulæ tene menti duo singularia dicta. Primum est, quòd si quis petit iuramentum deferri aduersario, quo casu iudex nolebat eum deferre, tamen ex quo pars voluntariè petit tale iuramentum deferri aduersatio, non potest postea rescindere sentẽtiã ex nouis probationibus superuenientibus. ita not. dixit Gul. de Cun. in l. admonẽdi. ff. de iureiuran. quod dictum refert & sequitur Barba. in consilio suo lxiij. incipien. Viso puncto.

2 in tertia colum. in tertio volu. Secundum est, † quòd si ex pacto licet conductori recedere à contractu post mensem quãdocunque voluerit, nisi fuerint sibi seruata quædam promissa: illud verbum, quandocunque, debet intelligi, nisi post mensem fecerit actum per quem videatur ab illa facultate recessisse: vtputà si petierit adimplere sibi promissa. Ita sing dixit Sali. in l. commissione. in fi. C. de pactis inter emptorem & venditorem cõpositis. quod dictũ pro aureo & singulari refert & sequitur do Fel. in c. sedes apostolica. in xij. col. de rescrip. in ver. faciat, &c.

CCXIIII.

1 *Testis dictum vt valeat, necesse est iuramento fulciri: quod non in teste locum tantum habet producto, sed etiam in eo cuius dicto stari desideratur.*

2 *Nuntij simplici verbo, etiam statuto id cauente, nisi priùs iurauerit, inhærendum non esse: sicuti nec damnum passi, nisi priùs iurarit.*

3 *Commissarius, cuius conscientiæ per legem aut principem quid cõmissum est si velit sententiam suam valere, necesse est vt iuret sua conscientiam sibi dictare.*

4 *Papa dispensare nequit, vt testis in testimonio iudicialiter ferendo, iurare non debeat.*

1 AD † validitatem dicti testis requiritur inter alia iura

2 mentum. a l. iurisiurandi. C. de testib. c. tuis quæstionibus. extrà eodem. & ibi in c. nuper. & in c. item iurisiurandi. iiij. quæstio. iij. & in capit. hortamur. iij. quæstio ix. cum simi. Vide infrà in singu. ccccxxxiiij. incip. Aliàs tibi dixi. Et hoc non solum habet locum in teste producto ab vna parte, sed habet locum in eo cuius dicto standum est de voluntate vtriusque partis, vel vigore alicuius statuti, vel alterius dispositionis, secundum Ange in repetitio. l. si vacantia. in secunda colum. C. de bonis vacan. libro x. vbi singulariter dixit, quòd licet ex dispositione alicuius statuti stari debeat simplici verbo nuntij, non stabunt nisi primò iurauerit ante eius dictum. alleg. text. not. in l. Theopompus. ff. de dote præleg. quod dicit esse vtile ad statutum volens quòd stetur simplici verbo accusatoris de damno ipsi dato, quòd ei non creditur, nisi primò iuret. alleg. l. qui bona. §. qui damni. ff. de damn. infect. & in l. si quando. C. vnde vi. quam doctrinã refert & sequitur do. Maria in repetitio. c. qualiter & quando. ij. de accusat. in vij. & ix. quæstio. princi. de quo etiam per do. Feli. in cap. significasti. j. in fi. de homic. & in cap. quia iudicante. in j. colum. de præscrip. Vide Soci. in consil. xc. incip. Visis. in iiij. colum. in iiij. volu. Baueriam in lvj. priuilegio iuramẽti. Pro quibus optimè facit text. in cap. j. circa medium. extrà de frigid. & malefic. coniuncto text. in cap. continebatur. de despon impube. & facit text. in l. comparationes. circa finem. C. de fide instrumen. & ibi dixi. Pro quibus faciunt dicta per Ioan. de Ana. in dicto cap. significasti. ij. in vj. col. versicu. Circa secundum. de homic. Et faciunt optimè dicta per Ange. & Pau. de Cast. in l. de pupil

3 lo. in §. qui opus. ff de operis noui nuntia. vbi † dixerunt, quòd vbi committitur aliquid conscientiæ alicuius per legem, vel per principem, si vult commissarius quod eius sententia valeat, requiritur quòd ante eius sententiam iuret, quòd ita dictat sibi conscientia sua: aliàs non est standum eius sententiæ. quod dictum refert & sequitur dom. Alexan. in consilio suo ccxvij. quod incip. Visis verbis dicti &c. in penul. colum. versi. ad prædictorum confirmationem. de quo dixi in repetitio. mea l. fina. C. de probatio. in xxvij. char. & vide Alexan. in consi. lxiiij. incip. Viso processu. in vj. volu. Et in materia ista scilicet iuramen

4 ti testis, tene menti † quòd etiam papa non potest dispensare quòd testis in ferendo testimonio in iudicio non debeat iurare: ita singu. dixit Augu. de Ancho. in lib. de potesta. eccle. quæstio. lv. arti. vlti. quia hoc est de iure diuino, quòd testis iuret: vt habetur Genesis 5. quod dictum pro stupendo & canonistis incognito refert & sequitur do. Feli. in cap. constitutus. in viij. col. de rescript. vbi videas: & vide quæ dixi in consi. meo incip. Non auferas de ore meo verbum veritatis domine. in penult. char. & vide omnino do. Anto. in consi. suo xxj. inci. Viso &c. in verbo, ad secundum. vbi ponit not. verbum.

ADDITIO.

a Iuramentum. Sed nunquid hoc procederet, etiam vbi ageretur summariè, simpliciter, & de plano? Bart. tenuit quòd sic, in extrauagan. ad reprimendum. in verb. & figura. post med. sequitur Alexan. in l. milites. C. de testamen. milita. iuncto notabili dicto Mathesi. singu xxxviij. nota quòd in causis summariis. Si tamen data est iudici potestas, vel arbitro procedẽdi de facto, sed sententiandi de iure tantùm, poterit iudex credere testibus non iuratis: vt per Bald. in cap. consanguinei. ad finem, de re iudica. cùm secundum eum iuramentum in teste sit de ordine, non de substantia. & hoc dictum pro sing. commendat Ias. in repetitio. l. admonendi. col. lxxxvj. versic. nunquid autem. ff. de iureiurau. Est & alius casus in quo adhibe-

cui fides testi non iurato, videlicet quando iudex recipit te-
stes ad sui informationem:quem ponit gloss.singu.in c.j.§ si
duo homines.in verb.testimonium.in titu.de pace tenend.&
eius violator.Et in proposito dicit Innocen. in cap.per tuas.
circa princip.extrà de testib.quòd iudex non compellitur da
re parti aduersæ copiam eorum quæ sibi dantur ad eius in-
structionem:quod ignorauit Ioan.de Imol. vt refert Ludo.
Roma.singu.cclxvj.fui interrogatus.vbi putat aureum & di-
gito ligandū.extendens ad consilia & allegationes iuris,quæ
dantur iudicibus.in quo vltimo contrarium tenet Ias. in l.ij.
in quarto notab.C.de edend.Adde infrà singula. ccccxxxiij.
& singular.ccccl x.

CCXV.

1 *Argumētum à matrimonio carnali ad spirituale efficax esse. Et ideò mulier religionem ingrediens cum Christo, seu cum ecclesia matrimonium contrahere dicitur.*

2 *Testator si testamento suo cauerit, vt si filia nupserit, habeat mille, si religionem intrauerit, sexcentum duntaxat: ingressa monasterium mille velut nupta habebit.*

3 *Argumentum à matrimonio carnali ad spirituale adeò validum, vt si qua statuto indicatur pœna aduersus mulierem nuptam cognoscentem, habebit quoque locum aduersus eum qui monialem cognouerit.*

4 *Argumentum tamen à carnali ad spirituale matrimonium, vbi ecclesiæ noxium esset, non procederet.*

1 VAlidum † est argumentum de matrimonio carnali
ad matrimonium spirituale.c.sicut vir.vij. quæstio.j.
c.quæ Christo.xvij.quæst.j.c.inter corporalia.de translat.
episco.voluit Cardina.in clement.j.in §.quem etiam.in
iij.quæstio de concess.præben.Vide tamen Bertha. in ver
bo,professio.in xj.versicu. Et ideo dicimus,quòd quan-
do mulier ingreditur religionem, quòd dicitur tunc ma
trimonium cōtrahi cū ecclesia seu cum Christo. d.c.quæ
Christo.cū simili. Vide in hac materia matrimonij suprà
in singu cxlvij.incip.Filius præsens &c. & infrà in singul.
2 ccexlvij.incip.Matrimonium.Et † pro hac parte,quod à
pari procedant matrimonium carnale & spirituale,opti
mè facit illa decisio doctorum volentium quòd si testa-
tor in testamēto suo reliquit filię mille, si nupserit,& sex-
centum si religionem intrauerit:quòd si ipsa filia intraue
rit religionem,tamen debebit habere mille, ac si matri-
monium carnale contraxisset:vt voluit Ioan.And.in ad-
ditio.Specu.in titu.de statu monach.sub rubri. & do.An
to.& alij in cap.in pręsentia.de probatio.in xx.colum.&
Barto.in l.ij.vbi vide Soci.ff.de his quæ pœnæ nomi.& Lu
do Roma.in l stipulatio hoc modo concepta. in vij. col.
versi.venio ad idem.ff.de verborum obligatio.& Abb.in
repetitio.c.ecclesia sanctæ Mariæ.in xxxj.colum.de con-
stitu & Albe.de Rosa.in prima parte statu. quæstio.cv. &
quæstio.sequen.& Bald.in dicto cap. in præsentia. in vj.
colum.versicu.sed quid si testator.& Math in not.suo ij.
quod incip.not.quòd si testator.& Ias.latè in authent. si
qua mulier.in ij.& iij.colum.C.de sacrosanct.eccle. & vo
lunt alij plures doct.quos retuli in repetitio. mea rubr.ff.
de fideiuss.in xx.colum.vbi posui hanc quæstionem:& te
3 neas menti †quòd adeò est verum,quòd validum est ar-
gu.de matrimonio carnali ad matrimonium spirituale,
quòd statutum puniens aliqua pœna cognoscentem mu
lierem nuptam,haberet locum in cognoscente monia-
lem.Ita dixit quidam do.Dionysius de Peru.in consi.suo
xx.incipien.& si doctrina cæcum illuminet.quem refert
& sequitur do.Maria.Soci.in dicto c.qualiter & quando.
ij.quæstio.viij.arti pe.quos refert & sequitur do.Felin. in
cap.non satis.de simo.licet istud dictum reprobet ipse do
mi.Feli.in c.ecclesia sanctæ Mariæ.de consti.in xxxj.co-
lum.Attamen opi.do.Maria videtur communior & fa-
uorabilior ecclesiis,& personis ecclesiasticis ac iuri dini
no.quam opinionem etiam firmat Bald.in c.causam ma
trimonij.in vlti.colum.de probatio.tene eam mēti,quia
4 est not.verbum.Adde† tamen quòd tale argumentum de
matrimonio carnali ad matrimonium spirituale non
procederet,vbi esset damnosum vel cōtrarium ecclesiæ,
per doctrinam Bal.in l.Deo nobis.C.de episco.& cleric.
vbi dixit,quòd si maritus relinquit vxorem suam domi-
nam,massariam & vsufructuariam donec castè & hone-
stè vixerit,& vitam vidualem seruauerit, si ingrediatur
monasterium,non perdit legatum:& tunc cessat dictum
argu.de matrimonio carnali ad spirituale:quia esset cō-
tra ecclesiam.quod dictum pro singulari refert & appro-
bat do.Franc.Cremen.in not.suo cxliij.incipi. Maritus
reliquit.& dixit istud dictum fortè non esse alibi.Et ad su
pradictam materiam de matrimonio carnali & spiritua
li,facit in argu.gloss.in cap.aut facta. in verbo, parētem.
de pœnitent.dist.j.quæ dixit,quòd eadem pœna punitur
occidens patrem spiritualem,quâ punitur occidens pa-
trem naturalem.quam gl.ad hoc refert & sequitur do Pa
ris de Puteo in tract.syndi.in xvi.char.in iij.col.Vide om
nino quæ dixi,& quæ postea addidi in l.diuus Adrianus.
in fi.ff.de parricid.

CCXVI.

1 *Sententia pro delicto contra vnum iam tertio nocet, vbi de ærarij publici agitur cōmodo: adeò vt citra nouum processum ipsius sententiæ vigore contra tertium deueniri possit, qui nec se hinc tuebitur, quòd ad causam citatus non fuerit. Et quid si sententia huiusmodi nulla fuerit, principis tamen rescripto validata? num 2.*

1 VBi†agitur de his quæ concernunt commodum bur-
sæ publicæ,sententia pro delicto lata contra vnū no
cet tertio.adeò quòd sine nouo processu vigore dictæ sen
tentiæ potest deueniri contra tertiū,qui se tueri non pò-
test,ex eo quòd non fuerit ad causam citatus.Ita habetur
in l.j.C.vbi cau.fisca.l.quisquis C. ad legem Iul. maiesta.
cap.cùm secundum.de hære.in vj. & not. plenè per Bart.
in disputatione sua incipien. Perusinæ ciuitatis statuto.
& in l.cùm filius.in princi.ff.de verborum obligat. & per
Bal.in l.j.C.ne filius pro patre.& in l.fin. §.j.C.de bo. quæ
liber.& per Bal.in additio Specul.in titu. de senten.pro-
la.in xvij.colum.& per Salice.in l si filius C.ne filius pro
patre.& per Canoni.in cap.quamuis.de re indi..Teneas
2 †tamen menti,quòd etiam in casu isto sentētia nulla va
lidata per rescriptum principis nunquàm nocet tertio.
Ita multùm singulariter dixit do.Alexan.in consilio suo
cccviij.secundum ordinem meum,incipiē.In causa quæ
vertitur inter agentes.in tertia colum. quod dictum pro
valde not refert & sequitur domi.Felin.in cap.quamuis.
in vltimis verbis.de sent.& re iudica.quod dicit esse pro-
priè notandum propter commissiones papæ sanantes sæ
pe nullitates sententiarum.

CCXVII.

1 *Occisus in rixa si quis fuerit vnicum vulnus habens, vel pauciora vulnera, quam fuerint rixantes, nec sciatur ex quo, vel cuius vulnere occisus fuerit, qualiter ad punitionem sit procedendum: & num mortis pœna infligēda sit, & ad quæstionem deueniri possit? & num. 2.*

3 *Fuga indicium facit contra fugientem, quando ipse fugiens malæ est vitæ & conditionis alioquis secus.*

4 *Incertitudo authoris delicti & homicidij efficit vt ad mortis pœnam non deueniatur.*

TEr vel quater iam retroacto tempore consului, &
etiam quandoque allegaui in voce,& continuè ob-
1 tinui in hoc,videlicet,†quòd quoties occisus seu interfe
ctus non habet nisi vnicum vulnus , & plures fuerunt in
rixa , vel mortuus habet minora vel pauciora vulnera,
quàm fuerint numero homines contra eum in rixa:quòd
si nescitur ex quo vulnere sit mortuus , vel nescitur quia
ipsorum rixantium intulerit vulnus, vel vulnera , tunc
propter incertitudinem nemo ipsorum rixātium debet
puniri pœna mortis:& hoc per regulam l.absentem.ff.de
pœnis.vbi melius est nocentem absoluere,quàm innocē-
tem condemnare. ita voluit gloss. multùm singularis in
l.item Mela.in §.si plures ff ad legem Aquil.quam gloss.
pro singulari refert & sequitur do.Alexan.in consilio suo
ccxxxvij.incipien. Ponderatis narratis in themate.in ter
tia colum.& dicit quòd dictam gloss.secutus est Dy. con
sulendo quod consilium Dy.refert & sequitur Pet de An-
cha.in consilio suo ccxvij.incipi.In Christi nomine ,nos
Bartholo.de Salice.Et idem quod voluit dicta glo. voluit
Specu.in titu.de homic.§.j.versi.sed pone quòd quatuor
homines.Et idem, quòd nemo in dictis casibus punia-
tur

tur pœna mortis, tenuit Ioan. de Ana. in cap. significasti.
ij. in xxiiij. colum. de homic. & domi. Alexan. in consilio
suo xv. incipien. Viso processu inquisitionis. in v. & vj. co-
lum. in primo volu. vbi allegat hãc partem tenuisse Gan-
di. in suo tracta. malefic. sub rubr. de homic. & Ludo. Ro-
ma. in consi. ccccj. incip. eo proposito. Et idem tenet Bal.
in consilio suo lxxij. incip. Præsupposito quòd in ciuita-
te. in v. volu. vbi remittit se ad dicta per Specu. in titu. de
homi. in dictu versicu. Sed pone quòd quatuor homines.
& in consi. suo cccxj. incip. Quidam rumor &c. in iij. vol.
Idem tenuit Rapha. Cuma in consi. suo cxxxiiij. incip. Vi
sis. in iij. col. & Bald. in reperto suo in verbo, vulneratus
pro vulnere. in j. versicu. vbi allegat d. gloss. in dicto §. si
plures. quam ibi dicit singularem, & alibi non reperiri.
& idem dixit ipse Bal. in dicto repert. suo in verbo, homi-
cidium. in vj. versicu. & idem etiam firmat do Alexan. in
consi. suo cclvij. incip. Ponderatis, &c. & in consil. cccxc.
incip. Copiosè. & idem tenet Specu. in titu. de dispensa-
tione. in §. iusta. in penult. colum. versic. quid si aliquis in
rixa. & ibi Ioan. Andr. remittens se ad Spec. in dicto ver.
Sed pone quatuor homines. & idem etiam tenet do. Fe-
li. in cap. significasti. ij. de homi. in iij. colum. Pro qua opi
nio. facit gloss. in l. j. in ver. sibi domino. ff. si quadru. pau-
pe. fecis. dicatur. & gloss. in cap. nolite. xj. quæst. iij. & glos.
in cap. quiescamus. xlij. distinctio Et faciunt etiam dicta
per Alber de Rosa. in tertia parte statu. quæstio. lxj. incip.
Item quæritur quinque. & dicta per do. Ioan de Imol. in
clemen. j. extra de homic. in vlti. colum. & faciũt dicta per
do. Feli. in c. dilecti filij. in vlti. colum. de exceptio. & per
me in consilio meo xxij incip. Illud in medium. vbi con-
sului super hoc dubio pro hac parte: de quo etiam latè
dixi in l. à vobis quoque in iij. chart. ff. de ann. lega. dum
posui materiam incertitudinis: & in reperi. mea rubr. C.
2 de probatio. io eadem materia incertitudinis. Ex † qui-
bus satis constat, quòd propter incertitudinem, quia ne-
scitur quis intulerit vulnus, nemo, vt dixi, poterit puniri
ad mortem: nec aliquis eorũ eadem ratione poterit tor-
queri ad veritatem inuestigandam, quando aliqua indi-
cia non sunt magis contra vnum quàm contra alium: ne
innocens indebitè pro nocente torqueatur. Sed omnia
prædicta tamen singulariter limita & restringe, nisi vnus
ipsorum qui fuerit in rixa sit malæ conditionis & famæ:
vt quia aliàs commisit simile delictum, seu intulit simile
vulnus: quia hoc casu non obstante incertitudine pote-
rit ad veritatem eruendam ille talis torqueri. Ita multùm
singulariter & mirabiliter dixit Sali in l. fin. in vltima co
lum. in versicu. Quarto an sufficiat. in fin. C. de quæstio. &
idem videtur velle Guido de Suza. in tract suo de tormẽ.
in iiij. colum. versicu Quæ & qualia indicia. circa fin. Pro
hac doctrina facit in simili not. verbum Catal. in tracta.
suo syndica. in versicu. ccccxlij. inci. Adde quæ sæpe, &c.
3 in fi. ij. colum. illius versi. vbi † dixit, quòd fuga facit indi
cium contra fugientem quãdo ipse fugiens est aliàs ma-
læ vitæ & conditionis: aliàs secus. Tene mẽti, quia est ver-
bum aureum & singulare ex quo multum honoris & lu-
cri acquirere poteris in contingentia facti si eris aduoca
tus partis offensæ: nec apud aliquem antiquum vel mo-
dernum supradicta ita diffusè & copiosè inuenies. Item
4 † limita etiam prædicta alio modo, scilicet, quòd nemo
punitur pœna mortis in dicto casu propter incertitudi-
nem: quod est verum, quando constat istos rixantes, seu
percussores non habuisse animum occidendi. vt putà,
quãdo talia vulnera fuerũt facta in rixa. & non appẽsatè
& data opera: secus autẽ si cõstaret eos tractasse, insultas
se, & percussisse, & occidendi animũ habuisse, tunc ex vo
luntate quã habuissent, & postea ex facto subsecuto om-
nes ad mortem condemnarentur. Ita singula. dixit gloss.
Barto. & Ange. in l. fina. ff. de sica. & ibi ego dixi: & voluit
Gand. in tracta. suo malefic. sub rubric. de homici. in ter-
tia colum. versicu Pone quæstionem, quam ego multo-
ties vidi. circa medium. vbi satis plenè examinat hanc
quæstionẽ: & pro limitatione ista adducit aliqua, de qui-
bus ibi per eum: tene menti togo, quia ista verè non sunt
vulgaria nec paruipendenda. Et pro prima limitatione
superius data faciunt optimè quæ dixi suprà in singula.
lxxiiij. incipiente, Tu habes regulam. vbi plura not. di-
gna adduxi circa illam regulã, qui semel est malus, sem-
per præsumitur malus, &c.

CCXVIII.

1 *Benigniori ac mitiori parti in ambiguis & obscuris inclinan-*
dum, non tamen id perpetuum: nimirum, vt si dubitetur de
vulnerato mortuo, num ex vulnere mortuus sit, tunc medi-
cis diuersa opinantibus, aduersus percussorem iudicatur. nu-
mer. 2. Et ibidem quinque casus egregij notantur. numero 3.
4. 5. 6. & 7.

REgulam habemus in iure clarissimam & vulgatam,
1 quod † in dubiis, obscuris, & ambiguis semper debe-
mus inclinare in mitiorem & benigniorem partem, vt in
l. semper in obscuris. ff. de regu. iur. & in l. factum cuique.
§. fina. eodem titu & in regula, in pœnis. de regulis iuris,
in vj. cum multis similibus. ibi in glo alleg. & in c. eos ve
rò. 50. distinctio. & in l. meritò. ff. pro suc. & in l. Arrianus.
ff. de actio. & obligatio. de quo latissimè locutus sum in
repetitio. mea l fina. C. de probat. in vj. char. & in sequen.
ibi. vbi ad istud propositum adduxi forsan lxx. notabi-
les doctrinas: de quo etiam per Ias. in l. fructus. in iij. col.
versi. Tertiò adde. cum versi. sequen. ff. solu. matrimonio.
Et facit quod voluit Bald. in cap. duobus. in prima col.
versi. quid si iudices. de re iudica. vbi dicit, quòd in testi-
bus pari numero discordantibus præualet benignior
pars. & do. Feli. in cap. aduersario tuo. in iij. colum. per to
2 tum. de except. Sed † scias tamen quòd ista regula non est
semper vera: sed fallit in aliquibus casibus multùm sin-
gularibus, quos perpetuò tene menti. nã primò fallit hæc
regula, quando dubitatur, an vulneratus sit mortuus ex
vulnere: & super hoc sunt examinati plures medici, qui
diuersimodè deponunt, & sunt in diuersis opinionibus:
nam hoc casu iudicatur contra percussorem, & sic in du-
riorem partem. Ita not dixit Bal. in cap. j. in princi. in vj.
colum. quibus mod. feud. amit. & do. Feli. referens Bal. in
cap. presbyterum. in prima colum. in fin. de homic. & do.
Cataldinus in suo tracta. syndic. in versic. cclxxxvij. inci-
pien. adde quòd quando. pro quo mihi videtur text. for-
malis in c. significasti. ij. in §. fina. de homicid. & illud di-
ctum Bald etiam refert & sequitur do. Bartholo. Cæpol.
in consilio suo lxij. incipien. Magnifice. in vlti. colum. li-
cet nemo ad hoc alleget illum textum, in dicto c. signifi-
casti. Adde tamen quòd contrarium tenet Bald. in consi-
lio suo cxcv. incipien. An vulnus. in primo volu. in duo-
bus locis illius consilij. & Raph. Cuma. consi. cxxxiiij. in-
cipien. Visis. in ij. colum. ante medium. & Sociu. in consi
lio cxxxviij. incipien. Primo aspectu. in tertia colum. sed
cum Bald. tenet Flor. in l. si vulneratus. ff. ad legem Aquil.
3 Alius † casus, videlicet, quando reperitur confessio rei de
crimine, & dubium est vtrum confessionem illam fece-
rit metu tormentorum an sponte: & sic ex conscientia cri
minis, tunc in dubio præsumitur potiùs quòd illam fece
rit ex conscientia criminis, quàm metu tormentorũ. Ita
notanter dixit Bal in l vnica. in vij. col. C. de cõfes. quod
dicit esse multum notabile: de quo tamen dicto dubito,
4 per ea quæ dixi suprà in singu. j. Alius † est etiam casus, vi-
delicet, si quæratur vtrum ille, cui datum est cõsilium, vel
mandatum ad maleficium committendum, esset aliàs il
lud facturus necne: & in hoc præsumitur contra cõsulen
tem, & sic quòd ille non fuisset aliàs facturus. Ita singu. di-
xit Dy. in dicta regula, in obscuris. quem refert & sequi-
tur Bal. in l. ob hæc verba. circa medium. ff. de his qui no
tan. infa. quos refert & sequitur do. Alexan. in consil. suo
ciij. incipien. Videtur, &c. in vij. colum. in primo volumi.
vbi dicit, quòd hoc idem voluit Bald. in l. data opera. in
xvij. colum. C. qui accusa. non possunt. Et voluit do. Felin.
in cap. sicut dignum. in iiij. colum. in fin. versi. Tertia con
clusio. de homicid. vbi alia etiam allegat pro hoc dicto:
pro quo faciunt optimè dicta per do. Barthol. Cæpol. in
consilio suo xxxiiij. incipien. Si vnquam, &c. in xviij. col.
5 versi. Decimò, &c. † Item adde alium casum, videlicet, in
confessione quæ potest se habere ad delictum & non de-
lictum, quia interpretatur in deteriorem partem text. est
notab. quem ibi ponderat Ioan. de Ana. in cap. cùm dile
cti. de accusa. Contrarium tenet do. Anto. in cap. ex lite-

ris.in vltima colum.de sponsa.& Bart.in l.inter stipulantem.§.j.ff.de verborum obligatio.quos refert & sequitur Decius in consilio clxxxix.incipien. Lætatus sum. in vij.
6 colum.in fi. Item † adde alium casum, quem ponit Ioan. de Anan. in cap.dilectus filius.secundo, in vij. columna, de simon. vbi dicit, quòd si vniuersitas vel aliquod collegium delinquit, & nó apparet expressè quis fuerit, vel qui fuerint qui deliquerint: tamen stante hoc dubio omnes punientur. Exemplum ponit quãdo positum est partitum ad fabas albas & nigras, & obtentum est partitum ad delinquẽdum, licet non sciatur quis dederit fabas albas ad delictum committendum, tamen omnes debent puniri, & hoc ne delicta remaneant impunita. ad hoc alleg. Barto.hoc tenentem in dicta l.aut facta. in §.final.in iiij.col. ff.de pœn.quod multùm not.ad materiam glos. in l.item Mela.§.si plures.ff.ad legem Aquil.de qua dixi suprà in singulari proximo: licet iudicio meo hoc non dicat Bartol.
7 si rectè ponderentur verba sua ibi. Item † adde etiam alium casum, in quo sequimur quod durius est: qui casus est in notario scribente falsum instrumẽtum, cui abscindi debet vna manus, nam debet abscindi manus dextra cum qua deliquit, & non sinistra: quæ est minus digna, & minus vtilis ipsi notario. Ita dixit And.de Iser. in cap.j.§. scriba.de prohibit a feudi alienatione per Federicum. in vsib.feu.quem ibi refert & sequitur Cardi. Alexan. circa finem.quod dicit notãdum esse ad limitationem eorum quæ habentur in authenti.sed nouo iure.C.de seruis fugi. Et vide Bal.in l.data opera.in vij.col.ver. Vnde in casibus istis, &c. vbi dixit, quòd in dubio in deteriorem partem interpretanda sunt propter rigorem iudiciorũ cõseruandum. Alium casum vide per Ang.in l.verum.ij.ante fi.in ver.vlti. subdit.ff.de fur.

CCXIX.

1 *Obligationem sine causa inefficacem esse. Et idem tenendum in papa dispensatione, donatione à promissione incipiente, iudicis præcepto, & similibus, tum in ciuilibus, tum in criminalibus.nume.2.*

1 OBligatio † non continens causam est inefficax. Ita dixit gloss.in l.instrumenta C.de probatio.& in l.generaliter.in verbo, causa.C.de non nume.pecu. & voluit Barto.in l.nuda.C.de donatio. & Salice. in l.j.C.de confess.Barto.in l.j.C.de eden.Specu.in titu. de confess.in §. nunc videndum. versi. Sed quæ est ratio.in secunda parte. & ibi Ioan. And. in additio.incipien. Rufredus, &c. Vide Alexan.hoc limitantem, & not.loquentem in consi.clvij. incipien. Viso themate.in vlti.colum.in vj.volu. Et volunt alij quamplures doct.in diuersis locis, quos retuli in l.j.in §.præterea.in viij.chart.ff.de quęstio. vbi idem probaui esse in dispensatione Papæ, in donatione quando incipit à promissione, in præcepto iudicis, in petitione restitutionis in integrũ, in petitione absolutionis à iuraméto, & in similibus. Et teneas perpetuò menti vnum, de quo etiam feci mentionem, videlicet, quòd istud nedum procedit in causa ciuili, sed etiam in criminali: in qua similiter non valet cõfessio facta sine causa. Ita singulariter voluit Pet.de Ancha.in consi.suo xxiij.incip. Visa inquisitione formata contra Philippum.in prima colum. versi.
2 Item nuda confessio. vbi inquit, † quòd cõfessio sine causa in criminalibus non pręiudicat confitenti, sicut nec in ciuilibus. quod dictum tanquam mirabile & aureis literis scribendum teneas menti perpetuò: quia posset tibi afferre bonorem simul & vtilitatem: & de hoc dicto feci mentionem in dicta l.j. §. præterea. in viij. charta. ff. de quæstionibus.

CCXX.

1 *Fideiussor obligationi accedens regulariter excussionis beneficium habet.*

2 *Fideiussor hominis extranei, an beneficio excussionis gaudeat, vt sic extraneus principalis debitor in domicilio prius excutiatur, quàm ad ipsum fideiussorem perueniatur? 3.*

1 FIdeiussor † accedens obligationi regulariter habet beneficium excussionis. in authen. præsente. & ibi doct. C.de fideiuss.& in authen.de fideiuss.in princip. & in au-
2 then.hoc si debitor.C.de pigno.cum simi. Sed pone † Florentinus vel Senensis dat fideiussorem Bononiæ, qui Florentinus in domicilio suo est idoneus de soluẽdo, sed hic Bononiæ vbi iudicium agitur, nihil habet, an hoc casu absque eo quòd alia fiat excussio in bonis sitis Flurẽtiæ, possit ipse fideiussor conueniri? in quo dicas quòd non: sed ad hoc vt ipse fideiussor possit conueniri hic, necesse est quòd primò fuerit facta excussio in bonis principalis etiam si sit extra iurisdictionem iudicis, vbi iudicium agitur. Ita singulariter dixit Iaco.de Are. quem refert & sequitur Bald.in l.fina.§.sed si cum Seio.ff.si certum peta. quod dictum refert & sequitur do. Alexan. in consil. suo cccviij.incip. In causa quæ vertitur in vlti.colum. Limita
3 † tamen hoc dictum secundum Bal. in dicto §.sed si cum Seio.& domi. Alexan.in dicto consilio, esse verum, & procedere, quando facilis esset exactio seu excussio bonorũ alibi sitorum, aliàs secus: quia absurdũ esset, quòd actor cogeretur peregrinare faciendo excussionem in diuersis locis. & ad hoc plura alleg. Bald.& do. Alexan.in dictis locis, quæ videas per teipsum.

CCXXI.

1 *Restitutionem in integrum primæ causæ naturam retinere, secundùmque illam regi: adeò, vt sicut in causa criminali procurator interuenire non potest, ita nec in petenda restitutione in integrum aduersus sententiam in capitali causa latam.*

1 REstitutio † in Integrum retinet naturam primæ causæ, & secundum illam regulatur, adeò quòd, vt scis, sicut in causa criminali non potest interuenire procurator: vt in l. penultima. in §. ad crimen.ff.de public.iudi.& in l.seruum quoque §.publicè iure rest.ff.de procurator. & in cap.veniens.extrà de accusatio. ita nec in petendo restitutionem in integrum aduersus sententiam latam in causa capitali poterit interuenire procurator. Ita no. dixit Bald.in l.j.§.penulti.in fin.ff.de postul.quod dictum pro notab.& singulari refert & sequitur domi. Franc. de Are.in dicto cap.veniens.in xxij.colum.de accusa. Quod dictum not. in practica, quando clientulus tuus minor vellet petere restitutionem in integrum aduersus sententiam capitalem contra eum latam in casu quo posset eam ipse petere, & non potest eam petere per procuratorem. ad quæ etiam vide quæ dixi suprà in singul.lxxxviij. incip. Stante statuto.in fi.verbis.

CCXXII.

1 *Exceptionem non numeratæ pecuniæ intra biennium opponi posse. Et quid si à debitore huic exceptioni renuntiatum sit? numero 2.*

1 EXceptio † non numeratæ pecuniæ potest opponi intra biennium. l.in contractibus.C.de non numera pecu.etiam si in contractu sit appositum iuramentum: vt in l.fina.C.eo.de non nume.pecu. Sed pone quòd renuntiatum est per debitorem huic exceptioni, an hoc casu poterit opponi talis exceptio? in quo Barto.in l.si ex cautione.eodem titu.in fin. post multa tenet, quòd non obstante tali renuntiatione poterit opponi talis exceptio. & mouetur potissimè hac ratione, dicens, quòd ea facilitate & fragilitate qua inducitur ipse debitor ad promittendum, eadem fragilitate inducitur ad renuntiandum. & alia dicit ibi ad hoc, de quibus per eum ibi. vbi etiam per Bald.satis latè. Sed tu in hac materia tene semper mẽ
2 ti vnum not. verbum Bald. videlicet, † quòd ex confessione partis in qua confitetur se habuisse & recepisse cũ renuntiatione exceptionis non numeratæ pecuniæ oritur præsumptio iuris, & de iure contra ipsum debitoré, quòd verè habuerit & receperit dictam pecuniam: cõtra quam non admittitur probatio in contrarium nisi per confessionem partis aduersæ. authen. sed iam necesse. C.de donatio.ante nupt. Ita multùm singul. dixit Bald. in consilio suo ccccliij.incipien. Duo rei. in primo volu. de quo dixi in consi.xlviij.incipien. In causa & lite.in ij.char. vbi plura etiam dixi in materia exceptionis nõ numeratę pecuniæ & vide quendam Modernum notabiliter loquentem in hac materia in tracta.clausularum, sub rubric.an excep.non numeratæ pecuniæ renunt. possit. per totum. tene menti, quia illa doctrina Bal.aliàs fecit mihi honorem in contingentia facti.

CCXXIII.

CCXXIII.

1 *Incertitudo & si regulariter de iure ciuili dispositionem vitiet, tamen de æquitate canonica vt promissor arbitrio boni viri compelli potest ad incerta etiam promissa adimplenda.*

NOnnulla dedi tibi singularia dicta suprà, in materia incertitudinis, videlicet, in singul. ccvj. incipien. Incertitudo. & in singu. ccxvij. incip. Ter vel quater. licet principaliter abunde & latissimè materiam ipsius incertitudinis posuerim in l. à vobis quoque. ff. de annuis leg. Et meliùs & latiùs in repetitio. mea rubri. C. de probatio. ante finem. Nuperrime autem do tibi vnum aliud non omittendum in ipsa incertitudinis materia,
2 videlicet, † quòd licet incertitudo de iure ciuili regulariter vitiet dispositionem, tamen de æquitate canonica cõpelli potest promissor vt arbitrio boni viri impleat promissa incerta. Ita multum singulariter dixit Archidia. in c. nonnulli. j. quæstio. j. quem refert & sequitur do. Anto. in dicto c. ex parte. extrà de censi. quos refert & sequitur do. Alexan. in l. j. in vj. colum. ff. soluto matrimo. vbi dicit, quòd non recordatur vidisse hoc dictũ apud legistas relatum, præterquàm a Bal. in l. salarium. ff. manda. qui solum dicit, vide Archidia. in cap. nonnulli. j quæstio. j. & illud dictum refert & magnifacit etiam ipse do. Alexan. in l. ita stipulatus. in ij. col. versi. Et similiter per hanc legem. ff. de verborum obligatio. vbi not. loquitur. Et in consil. clviij. incip. Viso testamento. ad finem. in vij. volumi. De quo dicto vide etiam meliùs per Feli. in cap. j. In tertia colum. in fi. ver. Pro ista opinione communi. extrà de pact. vbi plures refert approbantes illud dictum, & aliqua no. similia adducit. Et illud etiam refert ipse do. Feli. in cap. si cautio. in viij. col. in prin. de fide instru. & in c. cum iuramento. de homi. vbi etiam dixi: tene menti, quia profectò est singu. verbum ad multa.

CCXXIIII.

1 *Filius patris debita soluere non tenetur, nec contra. Et an valeat statutũ cauens, vt vnus pro alterius debito teneatur? Et quid si statuto cautum sit, quòd bona filiorum & vxoris, & etiam quòd filij pro delicto fallentia siue cessionis à foro patris, capi possint. an valeat statutum? nu. 2. & 3.*

1 FIlius † non tenetur soluere debita patris, [a] nec econ-
2 tra: vt habetur in toto titu. C. ne fil. pro patre. & C. ad Macedo. & istud est naturale & regulare: vt habetur in l. penulti. & fi. C. ne vxor pro mar. & in l. vnica. C. vt nullus ex vica. pro debi. alien. lib. xj. & in l. hac diffinitione. C. de omni agro deser. lib. xj. & in §. quia verò. in authenti. vt nulli iudi. & in l. prouidendum. C. de decurio. lib. x. & in l. ob æs. & in authen. ibi posita. C. de actio. & obligat. Nec valet secundum aliquos statutum, volens quòd vnus teneatur pro debito alterius: vt dixit Bald. in l. iij. in vlti. colum. C. de constitu. pecu. de quo etiam per Bald. in rubri. C. res inter alios acta. & per do. Iaso. de May. Institu. de actio. in §. actiones autem. in antepenultl. colum. Et per do. Franc. de Are. in not. consilio suo xxix. incip. Diligenter &c. in iiij. char. & per Bal. in l. dotis. C. de iure dot. Et Pet. de Ancha. in cap. canonum statuta. in vj. char. in ver. Quæro vlterius scriptum est. de consti. & Ioan. de Imol. in c. penul. de consuetu. & per do. Alexan. latiùs in consi. suo xlij. incipi. Super præmisso themate. in xij colum. in primo volu. vbi alios adducit: & per do. Feli. latè in c. ius generale. in penulti. & vlti. colum. j. distinct. Tene tamẽ menti,
3 † & nunquam exeat mentem tuam, quòd statutum volens quòd bona filiorum & vxoris, & etiam quòd ipsi filij possint capi pro delicto fallentiæ, scilicet quando pater fallat, seu cedat foro, valet: nam amore coniugis & filiorum sæpe homines retrahũtur ab illa fallentia. Ita singu. & peregrinè dicit Abb. in cap. ex parte. in vltimis verbis. extrà de consuetu. vbi etiam subdit esse in similibus
4 casibus ardua & valde periculosa. Dicit † tamen quòd tale statutum est iniquum, quãdo ex necessitate inducitur quis ad fallendum: secus autem quãdo quis fallit ex proposito: quod est singul. not. quia vterque modus fallendi sæpe venit in facto. ex quo dicto poteris ex hac doctrina limitare text. in dicto §. quia verò. in authenti. vt nulli iudicum. & alia iura superius alleg. vide etiam in materia Ioan. de Anan. in cap. ij. in septima colum. versicu. Quid autem ecõtra. extrà de delict. puerorum. vide Baldum & Iason. in l. his solis. ff. de condictione indebiti. & Ludoui. Roma. in singu. suo ccxiij. incip. pater erat pauper. Bald. in l. fina. C. ad Macedo.

ADDITIO.

a Soluere debita patris. Adde alium casum in quo filius tenetur soluere debitum patris, quando scilicet pater pauper accepit mutuo pecuniam quam conuertit in alimenta filiorum, si postea efficiantur diuites, tenebuntur ad illud debitum patris. ita singul. not. Barto. in l. his solis. ff. de condictio. indebi. quem sequitur Roma. in d. singu. ccxiij. & Cremens. singula. xxxvij. Decius tamen & Alciat. in l. si eum seruum. in princip. ff. si certum petatur. tenent contrarium. tu vide eorum rationes. Adde alium casum per Cæpol. cautel. ccxlv. quando scilicet extat statutum quòd filij mercatores teneantur ad debita patris, licet non sint hæredes: quia tale statutum valet, iuxta not. in rubri. C. de decret. decurio. lib. x. & sentit glo. in l. dotis tuæ. C. de iure dotium. secundum Bal. ibi.

CCXXV.

1 *Initium non autem finem in delictis fauore rei spectari. Et ideo bannitum offendens, eo deinde à banno exẽpto non tenetur.*

2 *Animalia aliena, si ex statuti forma in fundo reperta, liceat ipsius fundi domino occidere, quæ dum persequeretur dominus, effugerint, an etiam extra fundum illa persequens impunè occidere possit? Et quid de homine alienam possessionem ingrediente, stante statuto, quòd impunè offendi possit?*

4 *Debitor & si pro debito ciuili domi capi non potest. si tamen extra domum per officialem repertus in domum aufugerit. potest inde extrahi. Idem de in ecclesiam fugiente.*

1 IN † delictis ad fauorem rei attenditur initium & non finis. l. qui cum maior. in princ. versi. sed minor. ff. de bo. liber. l. quod ait lex. §. ait ff. de adulter. & ibi Barto. & volunt docto. in l. Gracchus. C. de adulter. & Bal. in l. si quis non dicam rapere. C. de episco. & cleri. in tertia colum. & Alexan. in consi. suo ccxcix. incip. Viso themate. in vltima colum. & Ioan. de Anan. in consilio suo xj. incipien. Omissa discussione. in secunda colum. Et ideo offendens bannitum non tenetur eo postea exempto à banno: quia inspicitur initium. ita dixit Bald. in l. si constante. in §. si
2 vxor rem. ff. soluto matrimo. Et † ideo tene menti, quod stante statuto hic Bononiæ prout stat, quo cauetur, quòd vnicuique liceat animalia aliena quæ repererit in fundo suo propria authoritate occidere in illo: attamen si quis repererit aliquod animal in fundo suo, & cùm vellet illud occidere, animal aufugit extra fundũ, poterit tunc illud extra fundum impune occidere. Ita not. in propriis terminis dixit Salice. in dicta l. Gracchus. in penult. colum. versicu. Ex prædictis habes. C. de adulte. Tene menti, quia quotidie istud occurrit inter rusticos. Et idẽ expresse dicit Barto. in l. quod ait lex. in § quod ait. in fin. ff. de adulter. quem refert & sequitur Ange. de Are. in lib. maleficio. in verbo, in platea communis. in j. char. in fin in versi. incip. quæro quid si aliquis existens, &c. & vide Pet. de Ancha. in repeti. cap. canonum statuta. in lxxxj. col. in versi. vltimò circa istam. de constitu. Et adde hic Bald. in dicta
3 l. quod ait. in § fina. vbi dicit, † quòd si quis potest offendere ex forma statuti ingredientem possessionem suam, & aliquis eam fuit ingressus, & postea aufugit, & dominus eum prosequitur, quòd poterit eum offendere extra possessionem suam. Et dixit Bald. in l. cunctos populos. in repetitio. post medium. C. de summa trinita. & fide ca-
4 tho. quòd † licet pro debito ciuili quis non possit capi in domo, si tamen repertus fuerit per officialem extra domum, & fugerit in domum, quòd tunc poterit extrahi de domo. Et dixit Cyn. in authen. si quis ei. C. de adult. quòd licet quis de ecclesia per officialem secularẽ extrahi non debeat, tamen si deliquit extra ecclesiam, & aufugit in ecclesiam, adeò quòd officialis eum extra ecclesiam capere non potuit, poterit de ecclesia extrahi, per tex. in § sed neque homicidium. in authenti. de manda. princip. quæ omnia vltimò hîc adducta refert & sequitur do. Alexan. in consilio suo xxiiij. incipien. Animaduersis, &c. in x. colum. in ij. volu. quem vide. Et hîc adde not. verba Bald. in

l.Pomponius.in prima colum.ante finem.versic.not inspici initium.ff.de nego gest. vbi format tres similes quęstiones:& decidit quòd attendatur initium.& eum refert & sequitur Ioan de Ana.in cap.fina.in xiiij.colum. circa medium.de collu.detegen.de quibus omnibus dixi in c.j.circa princi.extrà de homi.& in cap.ij circa finem eod.titu.vbi omnino vide.Videas tamen Iason.in l.plerique.in secunda colum.versi nonò procedit.ff.de in ius vocã.vbi tenet contra superiùs dicta.

CCXXVI.

1 *Emphyteutam priuati triennio canonem soluere cessantem, à iure suo cadere.ecclesię biennio,nisi singulis annis soluere iurauerit:nam tunc per annum cessans à iure cadit & vide nu 3*

2 *Iuramentum non semper naturam contractus super quo interponitur,sequi habet. In quo refellitur Iason. Et quid in iudicijs? numero 3.*

1 EMphyteuta † priuati non soluens canonem per triennium cadit à iure suo:vulgata l.ij.C.de iure emphyte. emphyteuta autem ecclesiæ non solués per biennium cadit à iure suo. authen.qui rem C.de sacrosanct.eccle.cap.potuit.de loca.§.si verò quis.in authen.de alie.& emphy.cum simi.quod tamen intellige,nisi ipse emphyteuta iurauerit soluere singulo anno:quia tunc cessando in solutione per annum tantum,cadit tunc à iure suo:vt singul.dixit Bald.in cap.querelam.extrà de iureiuran quem refert & sequitur do.Alexan.in consi suo lxxxv.incip.Non puto.in primo volu. vbi etiam aliqua pro hoc dicto allegat.quam doctrinam sequot.licet do.Ias.de May.illam reprobet,& malè iudicio meo,in l.ij.in vij.colum. versi.nonò quæro.C.de iure emphyteu. fundat enim opinio-
2 nem suam contra Bal.solùm ex illo, videlicet † quòd iuramentum sequitur naturam contractus super quo interponitur.l.fina.C.de non nume.pecu. Sed de natura cõtractus emphyteutici est,quòd ante biẽnium non cadat emphyteuta à iure suo non soluendo : ergo licet non iurauerit cadet à iure suo non soluendo in primo anno.Sed illa ratio non habet tollere doctrinam Bald.quia non est semper verum hoc,quòd iuramẽtum sequatur naturam contractus super quo interponitur:imò potiùs iuramentum alterat naturam contractus,vt patet in pluribus doctrinis & iuribus traditis per Moder. in l.si duo patroni.§.Marcellus.ff.de iureiuran. & patet etiam ex dictis per me in repetitio.mea l fina.C.de probatio.in xxxiiij.char. vbi plura notabilia posui in materia iuramenti.& dixi etiam satis amplè in consilio meo lij.incipien Præsupposita.& latiùs valde in authen.quod obtinet.C.de proba-
3 tio.& illa regula,† scilicet,quòd iuramentum regulatur secundum naturam contractus,habet locum in substantialibus iudicij:secus in accidẽtalibus seu accessoriis,secundum Ioan.de Imol.in cap.j.de iudi. vbi not. loquitur in materia huius iuramenti.Sed teneas menti in hac materia emphyteutæ vnum perpetua memoria dignum,videlicet,quòd licet emphyteuta non soluens in primo anno regulariter non cadat à iure suo, hoc tamen fallit in emphyteuta ecclesiæ, qui fuisset citatus ab ipsa ecclesia ad soluendum canonem:nam facta tali citatione non erit necessarius cursus biennij,sed sufficiet lapsus sex mensium:in quo si non soluerit canonem,cadet à iure suo nõ expectato alio tempore decurso.Ita singular.dixit Ange.in l.hac diffinitione.C.de omni agro deser.lib.x.quod est singula.not.& perpetua memoria dignum. quod dictum pro valde notab.refert & sequitur dominus Antonius Corsetus in sua repetitio.rubri. extrà de iureiuran. in xj.priuilegio iuramenti.

CCXXVII

1 *Fideiussoris de iudicio sisti datione & de iudicato soluendo, ob id quòd quis ita satisdedit non videtur sic in iudicem consensisse, vt exceptionem declinatoriam opponere non possit. Et quid de eo qui satisdederit ad tenutam quam ex primo decreto passus est reuocandam? nu.2.*

1 PEr † dationem fideiussoris de iudicio sisti,& de iudicato soluendo satisdans,non dicitur consentire in iudicem : adeò quòd postea non possit opponere exceptionem declinatoriam:secundum Barto.& alios in l.si conuenerit.ff.de iurisdictio.omnium iudic.quia in tali fideiussione subintelligitur, nisi iusta causa iudex recusaretur:quod etiam probatur in authen.offeratur.C.de lit.cõtesta.vbi post satisdationem datur tempus ad deliberandum.& idem voluit Ange.in l.sed si susceperit.ff.de iudi. dicens quòd actus factus ex necessitate,vt est iste, non infert consensum in iudicem.ad quod alleg. Innocen. in c.inter monasterium. de re iudica.Et idem tenet Bal.in dicta authen.offeratur.in secundo notab.& Bald. in c.j.colum.j.extrà de iudi. & in l.ij.in princi.in iij.col.ff si quis in ius voca.non ierit.& in l.ij.C.de bon.autho.iudi pos. vbi idem dicit in eo qui satisdat de parẽdo mandatis curiæ.
2 Teneas † tamen menti,quòd prędicta non habent locum in eo qui satisdat,vt reuocet tenutam quam passus est ex primo decreto. iuxta c. quoniam frequẽter. vt lit.non cõtesta.quia odio suæ cõtumaciæ inductum est vt non possit vlteriùs forum declinare.Ita singu.dixit Ang.in l.eum qui in possessionem.ff.de priuileg.credit.per text.in l.de die.ff.qui satisda.cogan.& in l.si finita.§ item videamus.ff.de damn.infect.vbi idem tenet Angel.& Ioan. de Imol. quam doctrinam refert & sequitur do Feli.in c.inter monasterium.in vj.colum.extrà de re iudica.de qua dixi in l.si quæramus.in iij.char.ff.de testa. & in l.si quis ne quæstio.in vj.colum.versi.vnum tamen not.ff. de quæstio. Expro dicta doctrina Ange. facit optimè quod voluit Petr. de Ancha.in consilio suo cxcij.incip.In auxilium veritatis.circa medium.vbi dicit,quòd licet per satisdationem de iudicio sisti quis non dicatur prorogare iurisdictionem iudicis,& in eum consentire:vt per Barto. & docto. in dicta l.si conuenerit.attamen hoc fallit, nisi quis esset captus & carceratus,& vt reuocaret capturam,& exiret carceres, praestaret fideiussorem de iudicio sisti.& de iudicato soluendo:quoniam hoc casu per talem dationem fideiussoris dicetur in ipsum iudicẽ consensisse:adeò quòd non poterit vlteriùs impugnare eius personam. quod est not.verbum.In cõtrarium tamen faciunt not. verba do. Ioan.Baptist.de Gazalup.in tractatu suo de debi. fugi. in versi.Quintodecimò,&c. vbi videas.

CCXXVIII.

1 *Agens in iudicio alieno nomine,de cuius mandato dubitatur,sine cautione de rato non admittitur,nisi dominus ita propinquus sit,vt facile eius præsentia haberi queat ad tollendum huiusmodi dubium.*

2 *Coniunctus pro coniuncto sine mandato,num agere possit?*

1 AGens † in iudicio nomine alieno si dubitatur de mãdato,non admittitur sine cautione de rato l.non solùm.§.qui alienum.ff.de procurato.l.j.C.de satisdan.& in l.si is a quo.in §.si procurator.ff vt in pos.leg.& in l.j.C.de procura.Sed tene menti notabilem limitationem & restrictionem ad prædicta iura:videlicet quòd quando dubitatur de mandato,admittitur talis agens cum cautio
2 ne de rato. Istud est verum, † nisi dominus pro quo ille vult agere,sit intra ciuitatem,vel in loco propinquo, ita vt faciliter possit haberi eius præsentia, & possit tollere dubium circa mandatum : nam hoc casu non admittetur etiam cum cautione de rato.Ita singula. dixit Angel. per illum tex.in l.mutus.in §.is qui curatorem.ff.de procurar.quod dicit bene notandum & semper mẽti tenendum esse.quod dictũ pro valde notabili ibi sequitur Pau. de Cast.& similiter dicit illud esse perpetuò menti tenendum.pro quo optimè faciunt dicta infrà in singula. cclx. incip.Citatus semel.& dicta per Ioan. Andr. in additio. Specu.in titu.de appellatio.in § nunc breuiter. in ij.col.
2 in additio incipien. Aduerte,quia mandatũ,&c. Ex † quo dicto ego inferebam ad vnum , quòd licet cõiunctus admittatur pro coniuncto sine mandato:vt l.sed & hæ.ff.de procura.& in l.exigendi.C.eo.dummodo caueat de rato:vt est tex.in l.iij.§ sed si fortè.ff.iudic.sol.& volunt docto.in dictis locis, dummodo non appareat de contraria voluntate illius coniunctæ personæ, pro qua coniunctus agit:quia si appareat de cõtraria volũtate nõ admittitur talis coniuncta persona etiam cum cautione de rato:vt est text.ibi & docto.omnes in l.Pomponius. in §.fi. ff.de procura.Tamen si non est certum de contraria voluntate,sed dubitatur,si tunc ipse coniunctus, de cuius

voluntate

voluntate dubitatur, est in ciuitate vel loco propinquo, in quo faciliter potest haberi eius præsentia, & eius declaratio voluntatis suæ, tunc non admittitur talis coniunctus pro coniuncto etiam cum cautione de rato. & hæc illatio optimè mihi videtur probari in d l. mutus. in §. is qui curatorem. & etiam ex dicta doctrina Ang. & Pau. de Cast. ibidem. quod profectò est menti tenendum, cùm faciliter posset in facto contingere. pro quibus omnibus optimè faciunt dicta per Bart. in l. admunendi. in xiij. col. ver. Venio ad tertium. ibi, Idem hoc intelligo verũ &c. ff. de iureiur. Vide Alex. in consi. xxxix. incip. Stantibus &c. in iiij. col. in vj. vol. & Soci. consi. lxvj. incipiẽ. Viso compromisso. in ij. col. in iiij. vol.

ADDITIO.

a Istud est verum. Adde Roma. singu. cxv. vltimò volo tibi dicere. Bald. in dicto § is qui. Alexand. in additio. & in lectur. in dicta l. prima. & ibi Ias. ij. fall. C. de procur. Soci. reg. cccxviij. fallent. j.

CCXXIX.

1 *Sententiam, quæ in rem transiuit iudicatam, instrumentorũ recènt compertorum prætextu non retractari: sed restitutionis in integrum beneficio, si iusta ignorantia subfuerit causa, innuendum esse.*

1 SEntentia, † quæ transiuit in rem iudicatam, non retractatur prætextu instrumentorum nouiter repertorũ: vt latè habetur in l. sub specie. C. de re iudi. & in l. imperatores. ff. eodem titu. & in cap. inter monasterium de re iudic. & in l. sub prætextu. C. de transactio. & in l. argentarius. in §. cùm autem. ff. de edeu. cum simi. Teneas tamen menti, quòd licet prædicta sint vera, tamen si ille, qui vult dictam sentẽtiam infringere, habuit iustam causam ignorandi dicta instrumenta, poterit petere dictam sententiam retractari per remedium restitutionis in integrum concedendum ex clausula generali, si qua mihi iusta causa &c. de qua in l j. in fi. & in l. sed & si per prætorẽ. §. hæc clausula. ff. quibus ex cau. maio. Ita sing dixit Cy. in l. j. C. de condi. indeb. quem refert & sequitur Io. Andr. in addi. Specu. in titu. de execu. senten. in §. fin. super ver. illud autem quæritur &c. & Ioan. de Imo. in dicta l. Imperatores. quos omnes refert & sequitur do. Alexand. in consi. suo ccxciij. secundum ordinem meum incipien. In causa & lite vertente. in ij. colum. Sed tu vltra eum dicas, quòd idem in effectu tenuit Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de instru. edi. in §. postquam. in v. col. in addi incip. Hæc iura loquuntur &c. Teneas menti ad limitationem dictorum iurium, scilicet l. sub specie. C. de re iud. cum aliis superius allegatis Et verè non sunt multi dies, quibus euenit hic casus in facto: & plura dicta fuerunt super eo: attamen à nemine fuit allegata prædicta doctrina Cyn. & aliorum sequacium.

CCXXX.

1 *Papa circa ius positiuũ, an sine causa dispensare queat? Et num idem sine vlla causa dilationem iuris omnem contrahere ac abbreuiare possit?*

2 *Papa in aliquibus licet sine causa dispensare possit, non tamen idẽ ipsius vices gerenti licet.*

1 ANtiqua dubitatio est apud doctores, an † papa sine causa possit dispensare circa ius positiuum: in quo fuerunt varii. nam Innoc. in capitu. inter monasterium. de re iudi & Petr. in capitu. non est. de voto. quos ibi refert Abb. tenent quòd sic. pro quibus facit c. proposuit. de concess. præben. & gloss. in capit. j. in verbo, ab omnibus. de constitu. hinc est quòd papa sine aliqua causa potest abbreuiare omnem dilationem iuris, secundum Petrum de Anchar. & Imol. in capitu. ex ore. per illum text. de his quæ fiunt à maior. parte capitu. & Bald. in consilio suo ccccxxxiij. incipien. Quæritur vtrum &c. in iij. volumine. Contrariam autem opinionem, scilicet, quod non possit sine causa dispensare, tenuit Innocen. in capit. diuersis fallaciis. de cler. coniug. vbi dicit fortius, quòd superior dispensans sine causa peccat & idem videtur velle in c. veniens. de filiis presby. quẽ refert & sequitur Pau. de Cast. in cõsi. suo cxix. inci. Notandum est quòd adulterium. in j. col. vbi etiam allegat pro hac parte text. in c. innotuit. de elect. Ex quo subdit ipse Pau. de Castr. in d. consi quòd superior dans potestatem officiali dispensandi in aliquo casu, debet subintelligi causa rationabili subsistente & non aliter. & hanc partem etiam in ipso papa firmat satis latè Abb. in d. ca. non est. de voto. vbi est gl. ad hoc in iure solitaria, secundum Barb. in c. cùm sit Romana. in viij. col. de appel. quã quæstionem tamen ad præsens latius vel diffusius non examino, sed remitto me ad plenè dicta per docto. in d. c. proposuit. & ad dicta per Archi. in c. cõsequens. xj. dist. & per Io And. in c. de multa. in iij. col. de præb. & per Abb. in c. per venerabilem. in prin. qui filij sint leg. & per Gemin. in d. c. consequens. & per domi. Feli. in cap. ad audientiam. de rescrip. & in cap. primo in iiij. fallentia, vbi videas, de consti & in capitu. postulasti. in xix. columna, de rescri. tetigi ego vnum verbum in l. prima in §. præterea. in viij. chart. ff. de quæstio.

2 Attamen † non omitto vnum singulare verbum in hac materia dispensationis, videlicet, quòd licet papa in aliquibus casibus posset dispensare sine causa, attamen si quis tanquàm vicegerens papæ dispensat sine causa sibi commissa à papa, talis eius dispensatio non valet, licet papa hoc potuisset facere. quod est singular. not Ita dixit Inn. in c. dudum. ij. ad fi. ibi, item si papa. extrà de elec. & idem tenet ipse Inno. in c. cùm ad monasteriũ. in j. col. ibi, Item licet conditioni. de statu mona. & in capitu veniens in prima gloss de filiis presbyter. quem refert & sequitur lumen & decus iuris immortale domi. Feli. in dicto capitu. postulasti in xviij. colum. versicu. Quartus casus &c. de rescript. vbi subdit, quòd hoc etiam not. Abb. in capitul. at si clerici. in §. de adulteriis. in lx. colum. de iudic. & in capitu. præterea. in penulti. colum. de test. cog. & Bald. in l. si testamentum. post princip C. de testamen. & Fed de Senis in consilio suo ccciiij. incipiẽ. Reuerende pater &c. Et istud dictum teneas perpetuò menti: quia secundum domi Feli. vbi suprà, ex hoc dicto poteris facere infringere in foro cõtentioso mille dispensationes, quas faciunt legati papæ super incompatibilibus cum personis indignis.

CCXXXI.

1 *Causam iustam magni effectus, multumq́; operari, siue in de principibus, siue de iudicibus, siue de priuatis agatur.*

2 *Statuto primo ex iusta causa statuentes mouente, per secundum potest derogari.*

1 IVsta † causa multùm operatur, & est magnæ importantiæ, siue loquamur in principibus, siue in iudicibus, siue in priuatis: vt satis luculenter & copiosè ostendit domin. Alex. in consi. suo cxix. incip. Titulus quæstionis &c. in v. col. in ij. vol. & Barb. in consi. suo lxxvj. inci. Viso puncto. in iij. vol. & Bal. in auth. generaliter. C. de epis. & cler in ij. col. & patet etiam ex tex. vnico secundum omnes in l si hominem. ff mand. de quo pluries dicit do. Felin in c. j. in xv. & xvj. col. de consti. & Barb. in c. cùm olim. j. in xij. col. de offi. deleg & in c. cæterum. in prin. de iura. calum. & in c. fi. de consue. & in c. at si clerici. de iudi. & in ca. cum sit Romana. de app. in x. col. & in d. consi. lxxvj. & Bal. in l. si pater patruus. C. de sponsa in ver. Sed pone pater. de qua iusta causa aliquid dixi in l. j. §. præterea. circa med ff. de quæstio. & supra in singu. cxiiij. incip. Vulgatum &c. vbi posui no. verbum. & vnum aliud posui infrà. in singu. ccxxxiij. incip. Quæ de nouo &c. & cclxj. incip. Exceptio. Et plura etiam ponit Ias. in l. Barbarius. no. 16. per duas co-

2 lumnas, de of. præto. Sed † vltra omnes effectus ipsius iustæ causæ positos in dictis locis à doctoribus do tibi vnum alium effectum fortè notabiliorem cæteris: nam tu scis quòd vltimum statutum non tollit primum habens clausulam derogatoriam, nisi in secundo fiat expressa mentio, & reuocatio primi statuti derogatorii: vt voluit Cy. in disputatione sua incipien. Prima voluntas sequentibus derogatoria &c arg l si mihi & tibi. § in legatis. ff. de leg. j. & in l. si quis in principio testamenti ff. de leg. iij. & no. in l. fin. C. si contra ius vel vtili. publi. & volunt Cano. in c. nonnulli. de rescri & Bar. in tracta. ad reprimendũ. in verbo. non obstante. Attamẽ quando cõstat secũdum statutum emanasse ex aliqua iusta & rationabili causa

mouente statuentes, quibus visum fuit primum statutum fore inutile: tunc per tale secundum statutum cum clausula generali non obstante, videtur derogatum primo quantumcunque derogatorio: eo quòd causa derogationis superueniens habet in se vim reuocationis. Ita fuit de mente Bald. in c.j. de consti. lib. vj. quod dictũ pro valde not. refert & approbat do. Ioan. Bapti. de sancto Seuerino in repe. l. omnes populi. in xv. char. in versi. quibus etiam adde. ff. de iusti. & iur. & do. Feli. in c. nonnulli. in vij. colum. versicu. limita hoc de statuto. extrà de rescri. quod dictum dicit alibi non vidisse. pro quo allegat l. si cùm Cornelius. ff. de solutio. & dictam l. si hominem. & text. in authentic. hæc constitutio innouat. in rubro & nigro. pro quo etiam dicit videndum fore dictũ Bald. in l. prima. in penulti. colum. versi. Item valet. C. qui bo. ceder. poss.

CCXXXII.

1 *Statuto cauente, quòd aliquo casu ad restitutionem seu emendationem damnorum datorum villa teneatur, an hoc casu quælibet villa teneatur?*

1 Capias† vnum pro rusticis: communiter extant statuta per Italiam quibus cauetur, quòd in aliquo casu villa teneatur ad restitutionem seu emendationem damnorum datorum, an hoc casu quælibet villa teneatur ad talem emendationem? in quo dicas quòd non: nam tale statutum non habebit locũ in villa in qua non sint quinque homines, qui sint patresfamilias. ita not. dixit Bald. in c.j. in ij. columna versicul. Quæro quot homines. extrà de elec. vbi idem etiam dicit esse in castro. quod dictum refert do. Alexand. in l. fin. in pe. columna ante fin. versicul. Item per illum textum. C. de testamen. ad quod dicit videnda esse not. per Bart. in prætor. ij. in prin. ff. vi bon. rap & per Ange. post Bart in l. sicut §. in decurionibus. ff. quod cuiusque vniuersi. nomi. tene menti: quia alias vidi de hoc dubitari in contingentia facti. Et adde in simili quòd fama villæ non sufficit, vbi in villa non sunt nisi duo, vel tres homines tantùm. Ita not. Abb. antiquus in capit. inquisitionis. de accus. quem refert & sequitur Bald. in Margarita sua, in verbo, fama, in vij. versic. vide tamen Bald. super statutis, super verbo, familia. vbi videtur tenere contrarium.

CCXXXIII.

1 *Emergentia de nouo, nouo egere auxilio. Idq; adeò verum, vt si statuto caueatur, vt in appellationis, vel nullitatis causa nouæ non recipiantur probationes, si tamen de nouo emerserint, recipientur.*

2 *Procurator satisdans de iudicio sistendo eum cuius procurator est, item de iudicato soluendo, an si is pro quo satisdedit, non soluendo efficiatur possit illius defensionem deserere, ne in euentũ condemnationis pro eo teneatur?*

1 Quæ† de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. l. de
ætate. §. ex causa. ff. de interrog. act. vbi per Bart. &
alios. & habetur in l. planè. ff. vt in pos. leg. & in l. j. in prin.
ff. de ven. inspic & in cap. postoralis. de except. & in c. cæ
terum. de iura. calum. cum similib. de quo latè locutus
sum in l. j. in §. fin. in iiij. chart. parua. ff. de quæstio. vbi plu
ra notabilia dicta adduxi in hac materia: & dixi etiam
aliquid in l. si quæramus. ff. de testament. in vj. chart. par-
ua. pro quo facit not. verbum Bal. in l. iij. in fin. C. de epis.
audien. Ad hanc materiam vide no. verbum Dyn. in con
sil. xx. incip. Super quæstione qua quæritur vtrum filius,
&c. vbi dixit, quòd licet statutum vel ius commune di-
cat, quòd in causa appellationis vel nullitatis non reci-
pientur nouæ probationes, quòd tamen recipientur, si
de nouo emerserunt. quod dictum pro not. refert & se-
quitur Flo. in l. quædam mulier. in iij. columna, circa me
dium. ff. fami. ercisc. Sed vltra omnia quæ in dictis locis
dixi, addo vnum no. & singulare verbum iudicio meo, vi
2 delicet, † quòd si ego procurator tuus satisdedi de iudi-
cio sisti, & de iudicato soluendo pro te quem defendebã,
iuxta l. j. C. de satisdan. & ea quæ habentur in l. non so-
lum. in §. qui alieno. ff. de procur. & in l. j. C. eod. cum simi
libus, & postea tu efficiaris non soluendo: vt quia bona
tua iam incepta sunt possideri per creditores tuos, quòd
ista est iusta causa recusandi defensionẽ tuam, & vlterius
non litigandi pro te. quia si ego condemnarer pro te, &
soluerem, non possem postea à te recuperare: ideo non te
neor vlteriùs pro te litigare: nec contra me committi-
tur stipulatio ob rem non defensam. Ita singul. & egre-
giè dixit Paul. de Castr. in l. mutus. in §. qui non cogitur.
per illum tex. ff. de procura. quod est multùm not. ad ma
teriam dictæ regulæ, quæ de nouo emergunt, &c. & etiam
ad limitationem illius regulæ, videlicet, quæ ab initio
sunt voluntatis, ex post facto sunt necessitatis. de qua in
l. sicut. C. de act. & obliga. cum concor. ibi in gl. alleg ad
quæ vide etiam dicta infrà in singulari ccxlj. incipi. Non
debet addi.

CCXXXIIII.

1 *Delicta paria compensatione tolli.*

2 *Mulier ob adulterium nec dotem, nec ipsius actionem perdit si contra maritus eius & concubinas habeat, & adulteriũ commisit. Quinimò dotem à marito concubinas retinente, repetere constante matrimonio potest.*

3 *Mulier, vt propter adulterium viuente marito commissum, dotem perdit: sic si vidua existens stuprum committit, actionemq; ad illam repetendam.*

1 Paria† delicta mutua compensatione tolluntur. l. viro
atque vxore. ff. soluto matrimonio. l. cùm mulier. j. eo.
tit. c. significasti. de diuor. c. penul. de adul. & c. si. eo. tit. &
xxxij. quæstio. vj. c. nihil. cum multis simil. in gloss. dicto-
rum iurium alleg. & per Specu. not. loquentem in titu. de
accusa. in §. j. in versic. quid si te vocaui latronem. Et cir-
ca hanc materiam vide Iason. in l. in arenam. in fin. ver-
2 bis. C. de inofficioso testamento. Et† ideo tene menti, quòd
licet mulier committens adulterium perdat dotem &
actionem ipsius, vt habetur in dicta l. viro atque vxore.
& in dicta l. cum mulier. & in l. consensu. C. de repudiis.
& in capitu. plerunque. de donationib. inter virum & v-
xorem. attamen si mulier commisit adulterium, nõ per-
dit dotem suam, si maritus suus tenebat concubinas: &
similiter committebat adulterium. Ita singular. dixit
Pau. de Castro in consilio suo cxxviij. incipient. Hæc mu-
lier non debet excludi à petitione dotis. Et mouetur per
dicta iura, & per dictam regulam, quòd paria delicta. Et
idem tenet apertè gloss. final. in dicto capitul. penultim.
de adulteriis. licet eam non alleget Paulus de Castro.
Quod dictum pro valde not. refert & sequitur dominus
August. Arim. in additionibus suis ad Angel. de Are. in
tractat. malefic. in verbo, *Che hai adulterata la mia dona.* in
iij. charta in penulti. addition. ante finem. de qua doctri-
na feci mentionem in l. patre vel marito. in secũda char-
ta. ff. de quæstio. Et idem tenet Specu. in titul. de crimi. in
modum except. opposit. in §. in primis. versicul. excipi-
tur. Pro quo faciunt etiam dicta per Abb. in capit. con-
stitutus. de conuersione coniugatorum. & per Raphael.
Cuman. quem omnino vide in consilio suo clxxix. inci-
pien. Domina Andriola. circa finem. vbi etiam dicit quòd
mulieri competit actio de dote etiam constante matri-
monio marito retinente concubinas. ad quod allegat
plura de quibus ibi per eum. quod multum not. ad fauo-
rem mulierum, & ad ampliationem dictæ regulæ, quòd
paria delicta, &c. & etiam ad limitationem gloss. singul.
in capitu. plerunque. de donatio. inter virum & vxorem.
quæ voluit, quod sicut mulier committens adulterium
perdit dotem, ita perdat bona paraphernalia. quam gl.
dixit singularem Ludouic. Roman. in singula. suo ccc.v.
incipient. Propter adulterium, &c. Tene menti, quia ra-
rò probatur adulterium commissum esse per mulierem,
quin possit probari similiter adulterium esse commis-
sum per maritum: quia rarissimi sunt qui stent contenti
3 propria vxore: vt communiter dignoscitur. Et† adde præ
dictis, quòd sicut viuente marito propter adulterium
vxor perdit dotem, similiter mortuo marito si vidua cõ-
mittit stuprum, perdit dotem, seu actionem ad repeten-
dum dotem. Ita singul. dixit Pau. de Castr. in consilio suo
cxxj. incipiente, Reuocatur in dubium. allegat bonum
text.

tex.cum gloss.in l.penul & ibi Bar.ff.de adulte.vbi not.
Barto.quòd qui offenditur ex adulterio constante ma-
trimonio, ille offenditur ex stupro viduitate durante.
Quod dictum exclamat domin.Iason in l.secunda.in ij.
colum.versi.adde quòd illud.ff.soluto matrimo.vbi ad-
ducit Pau.de Castr.hoc idem tenentem in aliis locis. &
vide domin.Felin.in capitu.pastoralis.de iudic.Et quan-
do mulier quæ commisit adulterium est mortua, an pos-
sit hoc hæredibus suis repetentibus dotem opponi, vide
Ioan.de Ana.in capitul. intelleximus. in viij. columna.
de adulter.

ADDITIO.

Adde Ias.in l.secunda.in princip.solu.matrimo.& in rubric.
C.de iudic.Alexand.post alios in l.rei iudicatæ solu. matri.
vbi etiam ponit an hæredes mariti possint allegare adulte-
rium vxoris, vt dote priuetur, & an maritus possit hoc idem
opponere hæredibus vxoris.& tradit Felin.in capitu.pasto-
ralis.versic.mulier impudica.de iudic.vbi etiam habes quid
in vidua, quæ mortuo viro stuprum commisit. Verùm hæc
omnia amplientur singulariter secundum Baldum in capitu.
tuæ.circa finem.vt procedant etiam si vxor tua fuisset ab a-
liquo luxuriosè osculata, vel eidem manus mamillis admotæ
fuissent per aliquem ipsa consentiente: quia hæc & similia
præparatoria sunt ad adulterium.& hanc ampliationem pro
singula.commendat Dec.in rubric.extrà de iudic.in prima
lectu.& in rubric.C.de edend.in j.conclusione.vbi declarat,
quomodo debeat intelligi, ne mulieres tantum terreantur.
Sed an propter adulterium vxor, vel adulter perdant lega-
tum factum à marito.Bald.notab.in dicto capitu.tuæ. ad fi-
nem, tenet quòd sic:& quòd applicatur fisco. vbi pariter di-
cit fisco applicari legatū factum illi mulieri, quamquis pol-
luit per adulterium: declarando vt ibi per eum, per legem
Claudius.ff.de his quibus vt indign. De vidua autem quòd
propter stuprum mortuo viro commissum priuetur dote,
consulun Castrens.consilio cxxj.reuocatur in dubium. in
fin.in antiquis.aliàs consilio cxlvij.libr. secundo.sed contra-
rium tenet Alexand.in l.sororem.C.de his quibus vt indign.
sequitur Ias.in l.fideicommissum.C.de fideicommiss.& ista
opinio est æquior secundum Decium in dicto capitu.pasto-
ralis.& eam sequitur Rip.in l.secunda. soluto matrimonio.
Vide Hippol.Marsi.sing.cccexvj.plures profecto.& Gerard.
de Petrasanct.sing.xlviij.& ibi in addit.

CCXXXV.

1 *Actus processus, vel sententia vt valeat, non solùm necesse citatio-
nem partis fieri, sed & in commissione nuntij necessaria est no-
minis nuntij expressa mentio.*

PRocuratores, aduocatos, & alios morantes in palatiis
rogo, vt animaduertant ad vnum per quod poterunt
facere corruere mille processus & sententias: nam tu scis
quòd citatio est magni effectus: vt dixi suprà in quam-
pluribus singularibus: maximè in singul.lxxv.incipi ci-
1 tatio.Sed † tene menti, quòd ad validitatem actus, pro-
cessus, vel sententiæ, non solùm requiritur quòd fiat ipsa
citatio: sed etiam requiritur quòd iudex committens ci-
tationem exprimat personam, vel nomen nuntii per quē
vult quòd fiat talis citatio: aliàs si generaliter commit-
teret partem citari & non exprimeret per quem nuntiū,
non valeret citatio. Ita singula. dixit domi. Fran.de Are.
in consi.xxxiij.inci.Consultatio præmissa.in iiij.col.ver.
nec potest dici.circa medium illius versi.ad quod alleg.
Bald.in l.petens.C.de pact.Sed tu dicas quòd hoc aper-
tiùs voluit Bald.quem ipse non vidit in l.eius qui in pro
uincia.in iij.col.in ver.præterea.ibi, & in nuntio videtur
clariùs, &c.ff.si cert.pet. Vide Bald.omninò in l. fi. circa
med.versi.vnde datur q credatur, &c.C.de exhib.reis.&
Bal.in c.venerabilis.in ij col.post med.de dolo & contu.
Tene menti, quia ex hoc dicto poteris consequi decus &
commodum: maximè quia istud dictū paucis est notū:
& cōmuniter iudices cōmittunt citationē partis gene-
raliter dicendo notario causę, facias partē citari ad talē
actū pro tali die & hora.nec aliter exprimunt personā vel
nomen nuntij: ideo teneas perpetuò méti. Et illud dictū
poteris addere ad materiam incertitudinis, quam satis
latè posui in l.à vobis quoque.ff.de annuis legat.& latiùs
in repet.mea sub C.de proba. in materia incertitudi-
nis.Et circa hanc materiam nuntij, vide Ang. de Aret.
not.loquentem, in §.quadrupli.à versic. in glo. quadru-
plum.vsque ad versic.in gl.omnino.Instit.de actio.

CCXXXVI.

1 *Tanquam particula, improprietatis nota est: quandoque tamen
veritatis est expressiua. Et idem de voce perinde.*
2 *Statutum si dicat, quòd quis puniatur tanquam falsarius, non de-
bet puniri pœna leg.Cornel. de fals. sed arbitraria alia.*

1 DIctio † tanquam, est nota improprietatis. l. si pecu-
niā.ff.si cert.pet.l.iubemus.in §.sanè.j. C. de sacros.
eccl.voluit Bar.in l.j.in fin.princ.ff.de offi.eius cui man.
est iuris.Bal.in l.apud antiquos.C.de furt.licet aliquan-
do sit expressiua veritatis.cap.solitæ.& ibi gl.de maio.&
obedien.c.j.& ibi not.Archid.de homi lib.vj.l.j.& ibi no.
Bal.in princ.ff.de hære.instit.de qua dictione vide etiam
tex.cum gl.in c. cùm pro causa.de sen.excom. & in c. ex
parte de sponsa.& per Barto.in l.si is qui pro emptore.in
xxiiij colum ff.de vsucap.& in l.si maritus.ij.§.j.ff.de ad-
ulter.& domi.Anto.in capit.nuper.in fin extrà de biga.&
per domi.Feli.in d.c.solitæ.& per domi.Alexan.in con-
silio suo xv.incipien.Viso processu.in ix.col.in j.volumi.
Idem dicas in verbo, perinde, secundum Fulgos.in l.licet
2 in prædiis.ff.in quibus causis pig.taci.contrah.Et † ideo
teneas menti vnum not.verbum, videlicet quòd si statu-
tum dicit, quòd aliquis puniatur tāquam falsarius, quòd
non debebit puniri pœna legis Corneliæ de falsis: sed a-
lia pœna arbitraria iudici. Ita singular.dixit Bald.in ca-
pit.nonnulli.in §.sunt & alii.de rescript.quod dicit esse
menti tenendum.quod dictum refert & sequitur ibi do.
Feli.in ix.colum.in princ.& in d.c.solitæ.in ij.colum.de
maior.& obedien.

CCXXXVII.

1 *Expensas conuentionales à iudicialibus longè differre. Nam etsi
iustam litigandi causam habens ab expensis iudicialibus ex-
cusetur, a conuentionalibus tamen non excusatur.*
2 *Ac proinde si iudex partes ab expensis in sententia absoluat, de
expensis iudicij duntaxat absoluisse intelligitur, non de conuen-
tionalibus.*

1 EXpensæ † conuentionales valde differunt ab expen-
sis iudicialibus: nam habens iustam causam litigādi
excusatur ab expensis iudicii, si succumbit: vt habetur in
l.properandum.in §. si autem.C.de iudic.& in l.qui so-
lidum.§ etiam.ff.de lega.ij.& in l.eum quem temerè. de
iudic.& in c.finem litibus.de dolo & contu.cum similib.
Attamen licet habeat iustam causam litigandi, non ex-
cusabitur ab expensis conuentionalibus: vt quando in-
ter ipsas partes conuentum est.quod succumbens in cau
sa teneretur soluere expensas ipsi victori: nam hoc casu
non habito respectu, an victus habuerit iustam causam
litigandi necne, condemnabitur in expensis. Ita dixit gl.
sing.in auth.de iudicibus, in §.oportet.quam glo.ad hoc
summè ponderat Ange.in l.properandum.§ sin autē al-
terutra.C.de iudi.& ibi Bal & Bar.& Bal.in l.si mulier.in
§.si rem.ff.de leg iij.& Bal.in authentic.generaliter.in iij.
col.C.de episco.& cler.& Bal.in l.eos.in §.cautione.in j.
col.C.de appel.de qua glo.& materia latius valde locu-
tus sum in l.patre vel marito.in iij.char.parua.ff.de quę-
2 stio.vbi omnino videas.Sed † vltra ibi dicta teneas etiam
menti, quòd si iudex in sententia absoluit partes ab ex-
pensis, intelligitur solùm ab expensis iudicii, non ab ex-
pensis conuentionalibus: quia non obstante tali absolu-
toria pars ipsa obtinens poterit petere expensas conuen
tionales. Ita singu. dixit Ange.de Are. l. sti.de pœn.teme.
litig. in §.hæc autem omnia.in fin.j.colum per d.§ opor-
tet.quod dicit no.esse, iubens quòd hoc nunquam exeat
mentem legentis.

CCXXXVIII.

1 *Habitantes prouincia ab his qui in confinibus habitant, differre.
Et ob id si de habitantibus in certa regione vel prouincia in
statuto mentio fiat, eo in confinibus habitantes non continetur.*

1 DIfferunt † habitantes in prouincia ab habitantibus
in confinibus ipsius prouin. iæ. Et ideo si fit mentio
de habitantibus in certa regione vel prouincia, nó com-
prehenduntur habitantes in confinibus. Ita singu. dixit
Domi. de sancto Gemi. in c. j. in j. colum. de tempo. ordi.
lib. vj. colligens hoc ex dicto Io. And. ibi per quod sequi-
tur secundum eum quòd in materia stricta emanãte su-
per prouincia Tusciæ, Lombardiæ, Romandiolæ, & Mar
chiæ Triuisanæ, non includitur Bononia, quia est sita in
confinio istarum quatuor prouinciarum: vt dicit patere
in priuilegio studii quod dictum dicit esse not. do. Felin.
referens eum in c. Rodulphus. in xiiij. col. ver. cæterum. de
rescript. vbi dicit, quòd pro hoc dicto facit quod voluit
Bal. in l. omnes populi. in xiii. col. versi item si statutum
dicat. ff. de iusti. & iu. quod dictum Bal. refert & sequitur
Pe de Anch. in c. canonum statuta. in quarto membro. &
alia de quibus ibi per eum. & vide etiam bonum dictum
Ange. in l. j. §. occisorum. ff. ad Sylla. vbi loquitur de ma-
leficio commisso in confinibus.

CCXXXIX.

1 *Contumax ac morosus litispendẽtiã allegare non possunt. Quamobrem si ad curam episcopalem remissus super aliquo incidenti, ibi in mora est, tunc prima causa iudex ad vlteriora procedere poterit. Nec poterit litispendentia à moroso allegari.*

2 *Et ibidem cautela pro iudice remittente.*

1 COntumax † seu morosus non potest allegare penden
tiam litis, secundum Bar. in l. vbi cœptum. ff. de iudi.
& in l. quamuis. ff. de dam. infec. & in l. sepulchri. ff. de se-
pul. vio. Et ideo teneas menti, quòd si remissus ad curiam
episcopalem super aliquo incidenti est ibi in mora, quòd
tunc iudex primæ causæ potest ad vlteriora procedere,
quia morosus vel contumax non potest allegare penden
tiam litis in alio loco. Ita singu. dixit Bal. quem ibi refert
& sequitur do. Alex. in l. de die. § tutor. post med. ff. qui sa
2 tisd. cog. vbi † dicit, quòd cautela est, quod iudex secula-
ris quando remittit partes ad curiam episcopalem pro
aliquo articulo, vt præfigat terminum intra quẽ debeat
se præsentare coram episcopo: quod facere potest iudex
secularis: vt probatur in l. præses. cum ibi not. & hoc vo-
luit ibi Barto. per illum textum. C de appel. de quo etiam
latius per domin. Alexand. in dicto §. tutor. vbi videas:
quia istud est not. dignum in practica secundum eũ ibi:
quem refert & sequitur do. Feli. in ca. cùm sit Romana. in
ij. col. de appel.

CCXL.

1 *Regula leg. per hanc. C de tempo appel. videlicet, non probatum probabo, & non deductum deducam in appellationis causa locum habet. Et qualiter ea regula procedat.*

1 REgula † legis, per hanc. C. de tempo. appel. videlicet,
non probatum probabo, & non deductum deducã,
in causa appellationis habet locum, vt petatur seu dedu
catur aliquid in causa appellationis de nouo circa prius
petita in causa principali: non autem vt aliquid de nouo
petatur, & super eo aliquid ꝓbetur, vel deducatur quod
non sit petitum vel deductũ in causa principali: quia hoc
non pertinet ad iudicem appellationis: vt in l. eos. C. de
appel. & ij. q. vij. in fi. Ita sing. dixit Abb. in c. significaue-
runt. de excep. quem refert & sequitur ibi do. Felin. in iiij.
col. vbi ipse de hoc dicto facit festum, & dicit, quod pro-
pter hoc datur singularis declaratio ad d. l. per hanc. & ad
c. cum Ioannes. de fide instru. tene menti in practica: quia
pauci animaduertunt ad hoc. Vide Ias. in repet. l. admo-
nendi. in xxv. colum. ff. de iureiuran. Et hic adde omnino
sing. dictum Inno. in simili quod ego plene retuli in l. j. §.
fi. in xiiij. col. ver. Et inquantum. ff. de quæst. Vide in singu.
clv. incip. Doctrina.

CCXLI.

1 *Afflictio afflicto addi non debet. Vnde fit, vt qui bonis suis belli tempore spoliatus fuerit, deinceps à creditoribus suis insolidum conueniri non debeat.*

1 NOn † debet addi afflictio afflicto. ca. cùm percussio.
vij. q. j. l. tam dementis. C. de episc. audi. l. diuus. ff. de
offi. præsi. cum simi. in gl. ibi alleg. Et ideo teneas menti, ꝙ
si quis fuerit spoliatus bonis suis propter guerram, quod
non debet posse postea insolidum conueniri à credito-
ribus suis. ita sing. dixit Ioan. Fab. Insti. de actio in §. eum
quoque. quod dictum secundum eum est pium & æquũ,
& eum sequitur Ioã. de Pla. ibi: & do. Ias. dicens hanc esse
mirabilem decisionem & notandam: quã tamen reliquit
cogitandam. pro quo facit dictum Bal. in c. j. in fi. verbis.
in tit. an agna. vel fil. Vide omnino Bal. in simili in l. ij. C.
de vectiga. Et istud poteris addere his quæ dixi suprà in
sing. ccxxxiij. incip. Quæ de nouo.

CCXLII.

1 *Possidens rei vendicatione conuentus, si negat rem possidere, de mendacio conuictus ab ipsius rei possessione cadit, statimq; ab eo in actorem transfertur, etiam de suo iure nil probantem.*

2 *Quid autem in emphyteuta negante rem emphyteuticam, vasallo negante feudum, creditore rem pignoratam similiter inficiante? nu 3. & 4.*

5 *Lex fin. ff. de rei vendicatio. quando & quo casu in negante in actione rei vendic. locum habeat.*

TExtum habes valde no. in l. fi. ff. de rei ven. dicentẽ,
1 † quòd si quis in veritate possidet aliquam rem, &
contra eum agatur rei vendicatione ad illam rem, si ipse
negat illam possidere, & conuincatur de mẽdacio, quia
actor probet ipsam possidere, tunc debet talis possessio
incontinenti ab eo auferri, & in actorem transferri etiã
nihil de suo iure probante. de quo text. latè loquitur do.
Abb in c. pe. in vj. col. de iura. calum. & Ang. de Are in §.
omnium. Insti. de actio. vbi dicit idem esse si actum esset
contra aliquem qui diceret se tenere pro Titio, nomi-
nando Titium in iudicio, vt haberet beneficium l. iij. C.
vbi in rem actio. cũ ille Titius non esset dominus, nec pro
eo possideret, sed possidebat pro se: tunc si conuincatur
de mendacio, debet priuari possessione, & illa est in ad-
uersarium transferenda. & ita dicit tenere Spe. in tit. de
primo & secundo decre. in § restat. ver. quid si nominãs.
& Bal. in d. l. fi. ff. de rei vend. ad quod etiam vide Bal. idẽ
tenentem post Bar. in d. l. iij C. vbi in rem actio. in v. colũ.
in xj q & Bal in l. vnica. C. de his quæ pœ. nomi. & in rub.
extrà de eo qui mit. in pos. rei seruan. cau. circa fi & Inno.
in c. quoniam frequenter. in §. quod si super. extrà vt lite
non contesta. & ibi do. Ant. in ij. col. de quo etiam tex. in
d. l. fi. ff. de rei vend. videas Abb. in consi. xvij. incipien. In
quæstione Ottonelli. & videas Lud Rom. latè loquentem
in consi. suo lxx. incip. Visis themate. in ij. & iij. col. & An-
2 ge. ibi, per illum tex. dixit in j. colum quòd † si emphyteu-
ta negat rem esse emphyteuticã, & conuincatur de men-
dacio, quòd priuatur iure suo emphyteutico. & alleg. In-
no. idem tenere in c. cæterum. in fin. de iudi. licet contra-
rium videatur tenere Bal. in c vasallus. j. si de feu fue. con
tro. inter domi. & agna in ij. col. versi. extrà quæro vtrum
3 ista pœna. Et † idem dicitur esse in vasallo negante feudũ:
quia si conuincatur de mẽdacio, priuatur iure feudi. tex.
4 est not. in dicto capitu. vasallus. j. Idem † etiam dicas esse
in creditore negante rem esse sibi pignoratam; quia per
talem negationem videtur repudiare ius pignoris: secun-
dum Ange. in l Titius. in § Titius Seio. ff. quibus modis
pig. vel hypo. sol. & vide quæ dixi in authen. item posses-
sor. C. qui potio. in pign. hab. Et de pluribus aliis negan-
tibus quibus probatur contrarium, vide Ias. in l. prima.
in penul. & vlti. columna. C. de transac. Sed teneas tamen
5 menti, quòd dicta l. fina. ff. de rei vend procedit, † & locum
habet, quando reus specialiter negat se possidere: sed se-
cus est si respondens libello diceret, nego narrata prout
narrantur, esse vera: quia tunc per talem negationẽ non
diceretur negare se possidere, eo quia per talem negatio
nem videtur negare illud quod est substantia libelli, non
autem eius circunstantias. istud fuit not. dictum Bartol.
in l. si dubitetur. in §. ita demum. ff. de fideius. quod dictũ
refert & approbat domi. Ias in §. omnium. in xx. colum-
na, in fin. Instit. de actio. dicens hoc dictum esse perpetuò
notandũ, quia vtilissimũ in practica, vt conuentus nun-
quàm neget se possidere, ne incidat in pœnã d. l. fi. sed sim
pliciter neget narrata in libello, prout narrãtur esse vera.

& refert

& refert Ioan. de Imo. in dicta l. si dubitetur. in §. ita demum. dicere aliis fuisse bene lucratũ de hoc dicto. quod dictum etiam sequitur ipse Ioan. de Imo. in dicta l. si de hoc ita ff. de re iudic. de quo latius per domi. Ias. in dicto §. omnium. in xix. & xx. colum. de quo tamen dicto vide do. Feli. in c. j. in iiij. col. de lit. contesta. in ver. ad tertiam quæstionem. Et illud dictum Bart. etiam refert & approbat Alexand. in consilio xcj. incipien. In causa &c. in penultima colum. in vj. volumi. Et vide etiam Bald. in l. error. in v. columna. versicu. secundo casu. C. de iur. & fact. ignoran. vbi videtur aliqualiter discrepare à supradicta doctrina.

CCXLIII.

1 *Creditori vt licet fugientem debitorem capere, etiam propria authoritate, sic & procuratori ipsius.*

1 Satis notum est in iure, quòd † licitum est creditori capere debitorem suum fugientem etiam propria authoritate: vulgata l. ait prætor. §. si debitorem. & ibi gloss. & doct. ff. quæ in fraud. cred. & habetur per scribentes in l. j. C. quando lic. se sine iudi. vindi. & in auth. & omnino. C. ne vxor pro mari. cum simil. Sed potest quæri vtrũ hoc liceat facere procuratori ipsius creditoris, sicut licet ipsi creditori? & certè videretur dicendum quòd non: quia illud quod alicui personæ specialiter conceditur, ad aliũ non poterit transmitti. secundum Bald. in l. j. in antepen. col. versicu. sed quid dicemus, statutum permittit. C. vnde vi. & in l. vt vim. in iij. col. ff. de iusti. & iur. ad quod allegat l. cùm patronus. ff. de leg. ij. de quo etiam per Bart. in l. nõ solùm. ff. de iniuriis. & per Bal. in c. ad nostram. de prob. & in c. j. §. si quia verò. de pace iura. firm. & in l. per diuersas. C. mand. Contrarium tamen dicas esse verius, videlicet, quòd sicut licet ipsi creditori capere debitorem suum fugientem, ita hoc licebit eius procuratori. ita dixit glo. vnica & singu. in iure, iuncto tex. in l. j. C. vbi quia decu. vel coar. in gloss. parua, in verbo, ab his. & ibi vide Ange. quam gloss. refert & sequitur, & de ea facit festum do. Ias. Instit. de actio. in princ. in xv. col. versicu. aduerte etiam. Vide omnino Alex. in consi. cxxxiij. incipiẽ. Circa executionem. in j. col. in vj. vol. Et licet aliquis posset impugnare illam glo. propter dicta Bald. & aliorum in locis superius allegatis, & etiam quia illa glo. nihil allegat, quæ non est tenenda, secundum Bal. in l. respublica. C. ex quibus caus. maior. Sed tu sustinendo illam gloss. dicas, quòd pro illa glo. est tex. notab. in l. refectionis gratia. in verbo, ego fabrique mei. ff. communia prædiorum. & ibi Paul. de Cast. eum summè not. pro quo vide quæ dixi suprà in sing. clxxv. incip. Concesso vno. Et ad limitationẽ & restrictionem d. l. ait prætor. §. si debitorem. vide Bald. in d. auth. & omnino. in penult. colũ. C. ne vxor pro marito. quem refert & sequitur do. August. Arim. in addit. ad Angel. de Aret. super maleficiis, in verbo, fama publica. in viij. charta. in addi. incip. Tu autem in hac materia teneas. & vide quæ dixi suprà in singul. xliij. incip. Debitor fugitiuus.

CCXLIIII.

1 *Delicti enormitas facit, vt iudicanti iura, ac statuta & consuetudines transgredi liceat, si tamen iudex is sit è numero & ordine maiorum magistratuum, non autem inferiorum.*

Tu scis illud quod fere omnibus notum est, videlicet,
1 quòd propter enormitatem † delicti licitum est iura, statuta, & consuetudines transgredi: secundum Inno. in c. j. de consti. vbi per omnes & voluit Bal. in l. quid ergo. in §. pœna grauior. ff. de his qui not. infa. in iiij. col. & Bald. in c. j. in vj. col. qui feu. dare pos. & Bal. in l. & si seuerior. in ij. col. C. ex quib. cau. infa. irrog. Bald. in l. j. in prin. v. col. C. qui accus. non pos. Bal. in l. obseruare. in §. proficisci. in vj. col. ff. de offi. procõs. Bal. in l. j. C. de precib. imper. offer. Bal. in c. j. §. iniuria. in prin. de pace iura. fir. Bal. in auth. sed nouo iure. C. de ser. fugit. in j. col. Bal. in c. iurgantiũ. in fi. de re indic. & volunt alij doct. in pluribus aliis locis, quos satis accurratè reduxi in repe. mea l. fi. C. de prob. in lxxiij. & lxxiiij. char. vbi plura notabilia adduxi in materia. Sed istud dictũ nõ intelligas ita absolutè procedere, sed restringe multum singulariter, videlicet, quòd propter enormitatem delicti licitum est iura, statuta, & consuetudines transgredi: hoc est verum in maioribus magistratibus tãtùm, quibus hoc licet: sed secus est in minoribus magistratibus, vt in potestatibus terrarum: quia ipsi non possunt leges, vel statuta transgredi etiam propter enormitatem delicti: quia debent seruare statuta ad vnguem. Istud fuit singulare dictum Bal. in authen. hodie. per illum tex. C. de iudic. quod dictum refert & sequitur do. Ias. Instit. de actio. in §. ex maleficiis. in ij. col. vbi pro hoc dicto allegat Lud. Rom. in l. si verò. in §. de viro. in xlvj. fallen. ff. sol. matr. vbi singul. dixit secundum eum, quòd propter enormitatem delicti non licet magistratui leges transgredi: sed quòd imò tunc debet consuli superior. pro quo allegat tex. quem dixit vnicum & singul. in iure in l. diuus. ij. ff. de falsis. & dicit do. Ias. vbi suprà, quòd istud dictum Ludo. Rom. alibi non reperitur scriptum, licet sibi videatur quòd ille tex. non probet illud. Sed parcat mihi excellentia do. Ias. quia imò ille tex. hoc dicit apertè. Et vltra eum dico, quòd illud quod dixit Bald. in d. authen. hodie. dixit etiam idem Bald. in auth. sed nouo iure. circa ij. col. C. de ser. fugit. vbi videas. Vide quæ dixi infrà in singul. cccxcvij. incip. Arbitrium.

ADDITIO.

Adde Rom. singul. dclxvj. tu habuisti l. & si seuerior. &c. & ibi in additionib.

CCXLV.

1 *Procuratorem sine cautione de rato, vbi de mandato dubitatio est, non admitti. Et id qualiter accipiendum, ac procedat?*

1 Quando † dubitatur de mandato, tunc non admittitur procurator sine cautione de rato. l. j. C. de procura. l. non solùm. §. qui alieno. ff. eod. habetur plenè per doct. in l. vnica. C. de satisdan. & licet regula ista sit vera, attamen teneas menti, quòd ista regula, & iura prædicta, & similia sunt limitanda, nisi agatur de magno præiudicio: & propter quam cautionẽ non esset sufficienter prouisum: quia in tali casu si dubitatur de mandato procuratoris, tunc non admittetur cum cautione de rato. ista fuit singularis doctri. Paul. de Cast. per illum tex. in l. qui ita. in §. etiam absentis. ff. ad Trebel. quod etiam sentit ibi Ang. quam doctrinam non memini me alibi legisse: per quam poteris restringere & limitare l. exigendi. C. de procur. & in l. sed & hæ. ff. eo. Et vide quæ dixi suprà in singul. cix. incip. Infamis infamia facti.

CCXLVI.

1 *Iniuriarum remissionem in conscientia foro, nihil operari in contentioso, nisi iniuriam passus integram iniuria remissionem fecerit.*

2 *Restitutionem degradati & beneficio priuati, ad ipsum beneficium non trahi, nisi plenè restitutus sit.*

3 *Verba hæc, facimus tibi gratiam, & facimus tibi plenam gratiam, quid inferant?*

1 Remissio † iniuriarum facta in foro conscientiæ, licet non operetur in foro cõtentioso, vt habetur per Bal. in c. j. §. iniuria. de pace iuramen. firman. & per Bald. in l. non solùm. in §. j. ff. de iniur. in suis addit. & voluit Lud. Rom. in l. ij. ff. ad Sylla. & per Bart. in d. l. non solùm. & in l. si tibi. §. j. ff. de pact. tamen istud fallit, si dixisset ipse iniuriam passus se facere plenam remissionem iniuriæ. ita dixit Bald. & Lud. Rom. in dictis locis, quos refert & sequitur do. Felin. in c. inter quatuor. ante fi. de maiori. & obed. vbi dicit, quòd hoc etiam tenet Alexan. in d. l. si tibi. & allegat etiam Specu. in tit. de legato. in §. j. ver. quid
2 si degradatus. vbi † dicit, quòd licet restitutio degradati & priuati beneficio non trahatur ad ipsum beneficium, tamen hoc fallit, nisi sit plenè restitutus. quod etiam volunt Ioan. And. & Dominic. in c. quamuis. de rescript. in vj. Pro quibus etiã faciunt secundum eum ibi paulo antè dicta per Barb. in repe. c. testimonium. in penult. char. in versi. illustris do. Marchio Ferrariensis &c. de testib. & in c. eam te. in xij. colum. de rescript. in ver. ego cõsului. vbi
3 dicit se obtinuisse Ferrariæ, quòd † licet ista verba, faci-

mus tibi gratiam, importent simplicem indulgentiam & remissionem pœnæ. non autem restitutionem bonorum: vt finaliter concludit Sali. contra Barto. in l. fina. ad fi. C. de senten. pas. hoc tamen fallit vbi princeps diceret, facimus tibi plenam gratiam. quia tunc etiam recuperabit bona alienata per fiscum. ad quod inducit verba Bald. in tit. de pace Constantiæ. in verbo, in plenitudine gratiæ nostræ. Et alia adducit domin. Felin. ad hoc propositum in dicto capitu. inter quatuor. quæ per te videre poteris.

CCXLVII.

1 *Propositum principale in actibus considerari. Vnde si statutum puniat rumorem excitantes, vnus autem inimicum suũ percussit, hincque incidenter rumor secutus fuerit, ob id talis statuti pœna non est puniendus.*

1 Principale † propositum, vt scis, semper attendi debet: vulgata l. si quis nec causam. ff. si cer. pe. l. sed & si quécunque in fin. ff. ad legem Aquil. l. qui iniuriæ. in princi. ff. ff. de furt. cum simil. pro qua regula possem plures singulares doctrinas adducere, quas aliàs cumulaui pro ampliatione ipsius regulæ quæ præsentialiter omitto. Sed solùm do tibi singulare verbum in hac materia, videlicet, quòd si statutum puniat leuantes rumorem, & vnus inimicum suum percussit, ex quo incidenter sequutus fuit rumor, quòd hoc casu talis non debet puniri pœna statuti: quia ille principaliter non intendebat offendere rempublicam, nec leuare rumorem ita singu. consuluit Bald. in ciuitate Asisii per text. in l. si quis ingenuam. in §. in ciuilibus. ff. de capt. & postlim. reuers. quòd dictum refert & approbat domi. Catal. de viso. in tracta. suo syndi. in ver. cccxciiij. incip. Adde tamen, quòd ille non dicitur perturbare &c. quæ omnia ponit, & approbat domi. Feli. in rubric. de treuga & pace. in iij. colum. in fin. & vide in simili dicta suprà in singu. clxxvj. incip. Voluntas & propositum. & vide domi. Nellum in tracta. bannit. iiij parte secundi temporis, quæstio. xiij. incip. Sed circa idem. & domi. Ias. in l. si quis nec causam. in iij. colum. ff. si certum peta. & quæ ego dixi in c. ij. prope fin. de homic. Vide in simili notab. dictum Fulgos. in l. quid si fugitiuus. ff. de ædil. edic. in princip. & domi. Alexan. in consi. cxiij. incipien.. Viso instrumento. in fin. in ij. volumi. & Socin. in consi. lxxx. incip. Præsens consultatio. in iiij. col. circa medium. in iiij. vol. & ibi in consi. cxxj. incip. Præmittenda est. in ij. col.

CCXLVIII.

1 *Mulierum conditionem in pluribus masculorum conditione deteriorem, tametsi in plerisque fauorabilior habeatur. Et id quibus casibus qui hic doctè ac cumulatè pertractantur vsque ad finem.*

1 Conditio † mulierum licet in pluribus casibus sit deterior conditione masculorum, attamen cap. as plures casus notabiles, in quibus conditio mulierum est fauorabilior. Et primò quò ad carcerationem. Nam mulier regulariter pro debito carcerari non potest: quod tamen secus est in masculo. probatur in l. prima. C. de offic. diuer. iudic. & in authentic. ibi posita. & in authentic. sed nouo iure. C. de custo. reor. & habetur per Bartol. in authentic. matri & auiæ. in quarta column. C. quando mulier offic. tut. fungi potest. & voluit Bartol. in l. si quis sub conditione. in octaua columna. ff. de testament. tut. & Bald. in l. prima. ff. qui satisda. cogan. & Bald. in l. prima. in quarta colum. C. qui bo. ced. pos. Bald. in l. etiam. in quinta columna. C. de execu. rei iudic. Bald. in l. consentaneum. in penultima column. C. quomodo & quando iudex. Bald. & Imol. in l. si quis post ff. de test. Ludouic. Roman. in l. alia §. eleganter. in quarta columna. ff. soluto matrimo. & Mathesi. in notab. suo cviij. & per Albe. Gandi. in tracta. suo malefi. sub rubri. quid sit agendum reo præsente. in tertia columna, versicu. sed quid si non appareat. in fin. Vide Bald. in consilio cccxiij. incipiente, In punctis. in secundo volumine. Quod tamen non procedit in causa tutelæ, & eius administratione: quia tunc bene poterit mulier carcerari, secundum Bartolum, in dicta authent. matri & auiæ. & in dicta l. si quis sub conditione. & Ludouic. Roman. in dicto §. eleganter. & Mathesil. in dicto not. cviij. & Ange. in l. quoniam. C. de custo. reor. Nam etiam procedit in muliere meretrice: quia illa carcerari poterit secundum Baldum, in l. consentaneum. & Ange. in dicta l. quoniam. & Lud. in dicto §. eleganter. Quod tamen verum intellige nisi talis meretrix
a sit maritata: quia tunc incarcerari non poterit [a] secundum Ioannem Andræam, in addi. Specu. in titu. de iniur. & damno dato Pro quo facit dictum Bald. in compendiosa sua, in rubric. de quæstio. circa sententiam. versicu. xiiij. quæritur. vbi dixit, quòd statutum dicẽs, quòd meretrix possit impunè offendi, non habet locum in meretrice maritata. Et facit dictum Bald. in l. prima. in vltima columna. C. de raptu virg. vbi dicit, quòd licet lex illa non habet locum in meretrice, tamen secus est in meretrice maritata. ad quod vide Bald. in l. fina. ff. de rerum diui. & in l. raptores. circa princip. C. de episcopis & clericis. & per Angelum in l. verum. ff. de furtis. & Mathesil. in notab. suo cviij. incipien. nota casum quotidianum. Potes etiam limitare prædictam regulam nisi mulier recusaret redire cum viro suo: quia tunc poterit personaliter capi & cogi redire cum viro suo: vt habetur per Ab. in capitul. literas. in vltima quæstio. vbi etiam per alios, de restitutione spoliatorum. Et teneas menti circa hanc administrationem tutelæ, quòd nedum ipsa mulier pro causa administrationis tutelæ potest carcerari, sed etiã ille qui accepit in vxorem mulierem, quæ fuit tutrix filiorum suorum, si non reddidit administrationem antequam contrahat matrimonium, bona ipsius viri sunt obligata pro dicta administratione. Ita singu. dicit text. in l. si mater. C. in quibus causis pign. taci. contrahitur. & ibi Bald. multùm exclamat illum textum, & dixit quod eum summè habent notare illi qui contrahunt matrimonium cum viduis: & vide etiam duo iura similia allegata per glossam d. l. si mater. Item in alio casu conditio mulierum est melior: nam in casibus in quibus quis in iudicio comparere cogitur personaliter, nunquam illis casibus mulier cogi potest, secundum Baldum in l. final C. de procurator. & Bald. in l. prima. de iudic. in vj. Item & alio casu conditio mulierum est fauorabilior: nam si legatum est factum monasterio, nec apparet cui, in dubio intelligitur factum tale legatum monasterio mulierum, & sic monialium: non autem virorum. Ita dixit Bald. post Cyn. in l. cùm multæ. C. de dona. ante nup. & Bald. in l. in multis. ff. de statu homi. & Ias. in § ex maleficiis. in xiij. columna. in princip. Institu. de actio. Item alio etiam casu conditio mulierũ est fauorabilior: nam stante statuto quòd nullus audiatur contra instrumentum, item quòd nullus magnum ingrediatur palatium, certè non habebit locum in muliere volente vti beneficio Velleiani contra instrumentum contra eam productum secundum Baldum in dicta l. in multis. Item stante statuto, quòd filii bannitorum expellantur de ciuitate. attamen non expellentur filiæ fœminæ. Ita dicit Bald. & Salicet. in l. quicunque. in quarta columna. C. de seruis fugitiuis. Item si mulier sit inuenta cum armis, etiam si non inueniat fideiussorem, non tamen debet duci ad palatium, sed debet relaxari præstita cautione iuratoria de stando iuri. authentic. sed nouo iure. C. de custo. reor. Ita not. inquit Bald. in l. sed & si is. ff. de in ius vocand. quod dictum refert & sequitur domin. Felin. in capitul. legebatur. in princip. de maior. & obediend. & idem dixit Bald. in additio. Specu. in titu. de senten. in penulti. charta. in versicu. Titius fideiussit. & Bald. in l. nemo deinceps. post medium. C. de episcopis & clericis. & Angel. de Aret. in tracta. malefic. in verbo, pro quibus Antonius fideiussit. in secunda charta. in versicul. & aduertas &c. Et vide ad prædicta quæ dixi in singul. cclxxix. incipient. Dixi tibi. Item alio casu conditio mulierum est melior: nam mulier non potest etiam pro maleficio capi in domo. Ita dixit Bald. in additio. Specul. in rit. de citatio. in ij. colum. versi. an nuntius possit. pro quo faciunt dicta per Bald. in d. l. sed & si is.

Additio.

ADDITIO.

a Incarcerari non poterit. Limita, nisi maritus esset leno, vel infamis: quia tale coniugium non obstaret quin posset carcerari pro debito, vt tenet Ioan. Baptist. de sancto Seuer. in tracta. de debitorib. suspect. & fugit. vide infrà singula. cclxxix. Adde an mulier, vel minor posit carcerari pro debito, Ange. Aret. in §. eum quoque Instit. de actio.

CCXLIX.

1 *Obligationem sine causa non valere quo ad scilicet probationem plenam secus in semiplena probatione.*

a OBligario † sine causa non valet: vt habetur in l. cùm de indebito. in §. fina. ff. de probario. & in cap. si cautio extrà de fide instrumen & voluit gloss. in l. instrumenta. C. de probario. & in l. generaliter. in verbo, causam. C. de non nume. pecu. & Barto in l. nuda. C. de donat. & Salice. in l. j. C. de confess. Barto. in l. j. C. de eden. & alij plures docto. quos ad hoc retuli in l. j. §. prætereà. in xxxij colum. in forma parua. ff. de quæstio. Attamen teneas menti q; licet talis obligatio sine causa non probet rē plenè: secus antē semiplenè. nāralis obligatio sine causa ꝓbat semiplenè. ita dixit Spec. post Mart. de Fan. in ti. de cōfes. §. nunc videndum. in vij. colum versi. sed nunquid. Quod dictum pro valde not. exclamat Ludo. Roma. in consilio suo ccclxxiij. quod incipit, In casu proposito. ante finem. & idem dixit do. Alexan. in consilio suo iiij. incip. Circa primum quæsitum. in penulti. colum. in primo volu. & in consilio suo lxxxiij. incipi. In causa & lite. in primo volu. & do. Anto. in dicto cap. si cautio. de qua materia latissimè dixi fortè vltra omnes in dicta l. j. §. præterea. in xxxij. col. cum seq. ff. de quæstionib.

CCL.

1 *Filios naturales per matrimonium subsequens, quanquam legitimari receptum, ad tamen non perpetuum. Et cur ita.*

2 *Filij naturales, vt per matrimonium subsequens legitimētur, quāquam iure ciuili dotalia desiderentur instrumenta, non tamen idem iure canonico.*

IN materia legitimationis filiorum per subsequens matrimonium dixi tibi singulare verbum suprà in singul. cxxj. incipien. Credo te scire. Sed præsentialiter dico tibi vnum aliud in eadem materia non minus solenne iudi-

1 cio meo, videlicet, † quòd filij naturales legitimantur per subsequens matrimonium, vt dixi in dicto singul. cxxxj. attamen si alij filij legitimi & naturales adsunt, isti naturales non legitimabuntur per subsequens matrimonium tantum, nisi tempore sequuti matrimonij fiant instrumēta dotalia. ita singu. dixit Bal. in l. cùm mulier. in prima colum. in fin. C. de donatio. ante nupt. & in l. neque. C de nupt. quod dictum pro valde not. refert & sequitur Ange. in l. contrahitur. ff. de pig. Ex quo ipse singulariter infert ad vnū, videlicet, quòd si pater habens filios ex concubina, illam posteà accipit in vxorem sine instrumentis dotalibus, deinde post matrimonium cōtractum habuit ex ea filium, & sic legitimum & naturalem, ex post moritur pater ab intestato: qualiter succedūt isti filij? dicit, quòd ex quo non interuenerunt instrumenta dotalia, primogenitus non succedit quia naturalis: sed succedet secundogenitus, quia legitimus & naturalis: quod dicit ibi Ange. esse figendum cordi perpetuò, si aderant filij legitimi & naturales tempore dicti matrimonij contracti: aliàs si non adfuissent alij filij legitimi & naturales, ita succederet primogenitus sicut secundogenitus: quia ad eorū legitimationem non requiruntur instrumenta dotalia, nisi quādo adsunt filij legitimi & naturales, vt dixi: ideo tūc ambo essent æquales in successione. tene menti, quia est verè not. verbū existens apud paucos: fateor tamen quòd prædicta solùm procedunt de iure ciuili: vt etiam tenet

2 gl. in §. fi. Insti. de nup. & ibi doct. Secus † autem est de iure canonico: quia de iure canonico non requiruntur instrumenta dotalia ad talem legitimationem filiorum fiendam per subsequens matrimonium, secundum dominum Abba. in capitu. tanta. in princip. qui filij sint legitimi. & Angel. de Areti. in dicto §. final. Institut. de nupt. quos videas.

CCLI.

1 *Connexorum iudicium idem esse, ita vt si procurator ad connexa mandato se immisceat, mandati fines excedere non videatur. Et multa huius generis exempla.*

2 *Transactio generalis facta super re de qua litigatur, licet ad cōnexa extendatur, & accessoria, ad expensas non trahitur.*

1 COnnexorum † a idem est iudicium. l. proinde si ser-

a uum. ff. ad legem Aquil. l. Lucius. ij. in § Paulus respōdit. & ibi Barto. post Iaco. de Are. ff. de administratio. tuto. l. quid ergo. §. sufficit. & ibi Bal. ff. de contrario iud. tute. c. cum singu. de præben. in vj. cum simi. in gloss ibi alleg. & voluit Ioan. de Imol. in consi. suo cxxxix. incipient. præfati sumus. in secunda columna. vbi plura allegat ad hoc. & domi. Francis. Areti. in consi. suo xxix. incipi. Diligenter. in xij. colum. versicu. his breuiter. & do. Alexan. in consil. suo cxcvj. incipi. Circa primum. in vlti. col. post medium. in secundo volu. Pro quibus faciunt dicta per Bal. in c. j. de capi. qui curiam vendi. & per gloss. in c. quia in tantum. de præben. vbi dicit, quòd dispensatio extenditur ad connexa. & facit not. verbum Paul. de Castr. in consi. suo xxviij. incip. Viso puncto. in princip. vbi dixit, quòd procurator apponens manus ad connexa mandato non dicitur excedere fines mandati. & idem in delegato dixit gloss. j. in c. licet ergo. vij. quæst. j. & idem in arbitro dixit Innocen. in c. cùm dilectus. de arbit. & idem in teste dixit Bal. in l peremptorias. C. senten. rescin. non posse. Et faciunt dicta per Pan. de Cast. & do. Alexan. in l. ij. in princi. per illum tex. ff. si quis cau. vbi dixerunt quòd transactio facta super sorte, operatur etiam super pœna tanquàm super connexo. quod dictum refert & sequitur do. Feli. in cap. super literis. in xiij. col. de rescript. vbi etiā dixit, quod iurisdictio super principali extenditur ad cōnexa allegat gloss. in §. accusatus. in verbo, iudicari. de hæret. in vj. quam allegant ad hoc Ange. & Ioan. de Imo. & do. Alexan. in l. qui Romæ. in §. duo fratres ff. de verborum obligatio. & allegat etiam tex. in clemen ij. in versi. eas quoquomodo tangentes. de iudic. & poterat allegare tex. & quæ ibi habentur in c. j. de iudic. in vj. Et subdit etiā do. Felin. in dicto cap. super literis. quòd liberatio super principali extenditur ad dependentia & connexa etiam non expressa. ad quod allegat Barto. in l. Aurelius. §. Caius. in vj. quæstio. ff. de libe. lega. & alia adducit ibi do. Felin. de quibus ibi per eum. de qua materia vide quæ latè dixi in l. j. §. diuus Adrianus. ff. de quæstionib. & quæ dixit do. Felin. in cap. translato. in iij. col. de constitut. & in cap. j. in ix. colum. versicu. secunda declaratio &c. vt lite non contesta. vbi dixit, quòd in mādato facto alicui intelliguntur contineri connexa seu dependentia. ad quod allegat notabiles doctrinas de quibus ibi per eū. Teneas

2 † tamen menti, quòd transactio generalis facta super re, de qua litigabatur, licet extendatur ad connexa & accessoria: vt habetur in l. si de certa. & in l. age. & in l. sub prætextu. C de transactio. cum simil. tamen non extenditur ad expensas. Ita singulariter dixit Ioan. And. in additio. Specul. in titu. de primo & secundo decreto. in §. sequitur. in additio. incip. Quòd iudex intra annum &c. quod dictum referunt pro valde notabili aliqui Modern. in dicta l. si de certa. C de transactio. quod est multùm notabil. cùm sæpe de facto contingat. pro quo optimè faciunt dicta per Specula. in titu. de accusatio in §. j. in sexta colum. versic. quid si vulneratus. vbi omnino videas. de quo etiam dixi in l. patre vel marito. in materia expensarum. ff. de quæstionibus.

ADDITIO.

a Connexorum. Adde l. ij. ff. de iurisdictio. omnium iudic. cap. translato. de constitu. cap. præterea. & ibi gloss. ordina. Bald. in l. cùm necessitatem. in fin. C. de fideicommiss. Ex hac regula Paul. Iuriscon. in l. si communem. in princi. ff. quemadmo. serui. amit. singulariter decidit, quòd si maior habet fundum cui debetur seruitus, communem cum pupillo, licet vterque non vtatur, tamen propter pupillum maior etiam seruitutem retinet. & ille text. est ad hoc valde singul. secundum And. Sicul. consi. j. colum. v. versic. præterea facit. lib. ij. & pro aureo latè reassumit, & multis similibus ornat Felin. in cap. j. de rescript. & in rubri. de offic. delega. colum. j versicul. dicunt hic

Moder.& cap.ij.colum.penul.versi.vtrum causa.de iud.quæ similia etiam apud legistas tradit Ias.in l.si emancipati.iij. & iiij.col.C.de collatio.& vltra eos in pulchro casu consuluit Bald.consilio cccxcviij.punctus talis est.ad finem,lib.iij.Alexan.consi.cxxij.viso.colum.iiij.lib.iiij.& in pluribus fratribus,quorum vnus est clericus,tradit Aret.consilio xxv. viso themate.in secundo dubio.Et bene facit quod tradit Bald.in l.seruitus.per illum tex.ff.quemadmodum seruitu.amitt. vbi etiam Ange.& Flor.ad hoc not. quòd si sunt plures domini vnius castri,& per vnum solum iurisdictio exerceatur, quòd omnes videntur vti ea iurisdictione,& sic possessio omnibus conseruatur.Item bene facit aliud singul.dictum Bal. in ca.j. in princ.versicu.quid si sunt duo fratres.quibus modis feud. amit.quod pro singulari refert & sequitur Ias. in l.j.not.j.C. de transact.vbi dicit quòd est fortis decisio.Sed an ista regula procedat quo ad damnum pupilli? Pone exemplum, mortuus est sororis meæ vir,relicto fratre, & maiore, & infantibus filiis:dubitatur,an ex eo quia frater habet bona communia cum minoribus excusetur ab eorum legitima tutela? Videretur quòd sic,per prædicta.In contrarium faciunt multa similia,in quibus dicimus quòd priuilegium quod tibi conceditur propter me,non debet mihi nocere.vt est text.in l.amicissimos §.vltimo.ff.de excusatio.tuto.not.Ange.in l.fina. ff.de feriis.Tamen in terminis est casus qui decidit quòd non excusetur,in l quoniam res.C.de excusatio. tuto. quæ lex est hodie correcta per authen.minoris debitor. C.qui dari tuto. poss.vt firmat gloss.j.in dicta authent.quæ communiter approbatur,reprobata alia gloss. contraria in dicta l. quoniam res.& ibi per Barto.

CCLII.

1 *Iuramentum calumniæ à litigatoribus in iudicij principio, vel vbi requisiti sint,debere præstari.nec priuatorum pacto remitti posse.*

2 *Iuramentum calumniæ qui præstare detrectat, causam amittit.*

1 IVramentum † calumniæ debet præstari à litigatoribus in principio iudicij,vel quando sunt requisiti iurare.l.j. & fin.& quasi per totum.C.de iuramen. calum. imò tale iuramétum tanquam introductum fauore publico non potest pacto priuatorum remitti.tex.est in l.fi.§.sed quia
2 veremur.C.de iuramento calumniæ.Et scias,† quòd dictum iuramentum calumniæ est tantæ importantiæ & effectus,quòd ille qui recusat præstare ipsum iuramentum, perdit causam.Ita singulariter dixit Angel.de Aret. Institu.de pœn.teme.litig.in princi.in ij.col.versicu. aduertas &c.allegat hoc voluisse Iaco.Butri.in l.ij.C.de iuramen. calum.& istud dictum multùm exclamat Angel. vbi suprà.& dicit,teneas perpetuò menti,& nunquã exeat mentem tuam.Sed profectò mirandum est de Ang. quòd tantum istud dictum exclamet:quia de hoc dicto habemus textum apertum in terminis,quem ipse non vidit,in authen.vt litig.iurent.in §.illo videlicet.& in authen principales.C.de iuramen.calum.quæ extracta vel sumpta est ex dicto §.illo videlicet.

CCLIII.

1 *Forenses ciuitatis statuto non ligari,nec etiam eius beneficio adiuuari.*

1 FOrenses † non ligantur statuto ciuitatis,secundũ Barto.& alios in l.cunctos populos.C.de summa trinit.& Iaco. de Are. & Bal.in l.si non speciali.C.de testa. & latè per cano.in c.j.de constit.Vide in materia forensium notabile verbum Cataldin.in tractat. syndicat. in versicul. cccccxlv. incipien.Adde quòd stante statuto &c. Et sicut non patiũtur onera ciuitatis,& non supponũtur statutis ciuitatis,ita non gaudẽt beneficio statuti ipsius ciuitatis. argumen.l.si vnus.§.si vnus.ff.pro socio & l.manifestissimi.§.cùm in secunda.C.de furt.& facit l.secundum naturam.ff.de regu.iur.cum multis simi.Et faciunt optimè dicta per Soci.in consilio suo cxxv.incip. Cùm in præsenti. in vij.& x.col.Et ideò teneas menti, quòd stante statuto, quòd debitor debitoris capiatur ad petitionem creditoris,non poterit capi debitor debitoris ad petitionẽ creditoris forensis.Ita singul.dixit Ludo.Roma.in consi.suo cxxiiij.incip.Ista captura facta de Gratiolo &c.ad quod allegat Ang.in consi.suo incip. Dicta actio sine cessione, quod dictum pro valde not.alleg.& sequitur Barb. in tractatu Cardinalium.in ij.quæstio.secundi tractatus, vel secundæ partis,incipien.sequitur in ordine.in ix.col. versi. & ideo consuluit.vbi dicit,quòd pro hoc dicto etiam facit notabile verbum Pau.de Cast.in consilio suo cccxlv. quod incip.Statutum suprà relatum.in vlti.col. vbi consuluit,quòd statutum arctans communitatem ad emendationem damni dati alicui , non arctat eam , quando damnũ passus est forensis,cùm statutum voluerit prouidere subditis,ex quo supportant onera ciuitatis,non autem extraneis. Tene menti,quia ista sæpe eueniunt in facto:de qua materia vide etiam Alber.Gandi.in tract.malefic sub rubri de rebus non portan.contra denetum.in ij.col.versic.præterea. & Catal.in tracta.syndic.in versic. cccccxlv.incip.Adde quòd stante statuto.

CCLIIII.

1 *Affinitatem ex coitu illicito contrahi respectu matrimonij contrahendi,vt id ipsum impediat:secus autem quò ad puniendi rationem.*

2 *Incestus pœna non puniri, qui cum vna sorore secretè concubuerit,ac deinde aliam sororem palam in vxorem duxit.*

1 EX † illicito coitu cótrahitur affinitas.c.discretionem. c.pen.& fin.de eo qui cogno.consangu.vxo.suæ. l.non facilè.§.nonnunquam.& ibi gloss.ff.de gradi.cum simil. Vide Soci.consi.cxx.incip.Circa primum &c.in fi.iij.volu. Quod tamen intellige verum ,quò ad impediendum matrimonium:secus autem quò ad puniendum aliquem de incestu : quia tunc talis illicitus coitus operatur, vt quis possit puniri de incestu. Et ideo dixit consulendo multùm egregiè Pet.de Ancha.in consi.suo cccxcij.Inci.
2 Videtur prima facie. quòd † licet aliquis concubuerit cum vna sorore secretè,& postea aliam sororem duxerit in vxorem palã quòd tamen propter hoc nõ debebit puniri pœna incestus.quod dictum pro valde not. refert & sequitur do.August.Ari.in suis addit.ad Angel.de Aret. in tractatu.malefi.in verbo, *Che hai adulterata la mia dona.* in penulti. addit.in fin.verbis.quod dictum est notandum:quia sæpe contingit,ex quo possunt limitari dicta iura,& verè nunc pendet de facto.

CCLV.

1 *Subrogatum eius,in cuius locum subrogatur,naturam sapere. & nume.3.*

2 *Testator, si executori testamenti mandauit,vt bona sua in pauperes distribuat ex sententia,& iudicio Titij. in eoq; exequendo executor negligens fuerit,ob idque res ad Episcopum sit deuoluta, num tunc Titij opinionem ac sententiam Episcopus sequi teneatur?*

1 SVbrogatus † sapit naturam illius , in cuius locum subrogatur.l.si eum.§.qui iniuriarum.ff.si quis caut.l.si donatæ.§.si sponsus.ff.de dona.inter vir.& vxo.l.filiæ.§. Titia.ff.de condi.& demonst.l.j.§.sed & si.ff.de exercit.cum simi.in glos.dictorum iurium allegatis.de quo per Dyn. in l.quod debitori.ff.de dona.cau.mort.per Pet.& Cyn. in l.si creditori.ff.de legatis primo.per Bartolum in l.j.§. hæc actio.ff.si quis test.liber esse iussus fue.& per docto. omnes in d.l.si eum §.qui iniuriarum. Vide Alex. consil. cxcix.incipien.Perspectis.in vlti.col.in vj.vol.& do.Francisc.Curt.in consi.lxxiiij.incip.Super memorata &c.nu. 50.cum seq.vbi omnino vide.& vide singu.verbum Soci. in consil.lxiij.incip.Visis, &c.in vj.colum.in iij.vol. Vide Lud.Rum.in consil.ccj.incip.Pro decisione &c.post prin. & Bald.in addit.Spec.in tit.de accusa.in iij.colum. versi. per formam statuti.& Bald in l.si post diuortium.ff.solu. matri.& domi.Philip.Deci.in consilio suo lix.incipien. Licet in casu.in iiij.col.vide infrà singulari cccclxvij.incip.Viget statutum &c.parum ante fi.Socin.in consil.lij. incip. Viso.&c.in j.col.in iiij.vol.& in consil.lxvij.incip. In præsenti.in vlti.col.ad fin.Et adeò est vera regula prædicta,quòd stãte statuto,quòd contractus minorum non valeant,nisi fiant in præsentia,& cum consensu consanguineorum , si fiat vel constituatur cum dicta solennitate per minorem aliquis procurator ad contrahendum,puta ad vendendum nomine ipsius minoris , certè ille procurator dum contrahet , debebit seruare eandem solennitatem,

nitatem, quam seruare deberet ille minor principalis, si
contraheret ipsr. ita singu. dixit do. Ioan. Baptist. de Ca-
zalupis in repetitio. sua, authent. sacramenta puberum.
C. si aduer. vendi. vbi plura pro hoc allegat, & dicit quod
ita consuluerunt in quæstione de facto multi illustres do
cto. & dicit quòd etiam multi doct. erant credentes suffi-
cere quòd dicta solennitas esset seruata tépore dati man-
dati, seu tempore constituti procuratoris. Vide Ias. in l. j.
§. item acquirimus in secunda colum. versi. secundò princi-
paliter not. cum col. ibi sequen. ff. de acquiren. possessio.
& omnino Alexan. in consil. clxxxia. incipi. Viso statuto.
per totum maximè in vlti. colum. in vij. volu. Et istud idé
dixit in terminis idem do. Ioan. Baptist. de Cazalupis, in
repetitio. sua l. cunctos populos in xv. char. in uij. colum.
C. de summa trinita. & fide catho. versi. & prædictis acce-
dunt. & idem dixit do. Bartholo. Socin. in consi. suo cxij.
in versicu. postremò moueor. incipi. Multum abundè. &
Ias. in l. j. §. item acquirimus. in secunda colum. ff. de ac-
quiren. possessio. Et vltra adducta per eos pro hoc dicto
optimè facit dictum Bal. in l. si puellam. C. si mancip. i. a
2 suc. alie. vbi dixit, † quòd si testator mandauit executori,
vt distribuat in pauperes bona sua secundum consilium
Titij: modo propter negligentiam executori Episcopus
succedit: vt habetur in l. nulli. C. de episco. & cleri. an tūc
episcopus teneatur sequi formam à testatore datā sequen
di consilium & opinionem Titij? & dicit quòd sic: quia li-
cet recessum sit à persona, tamen non est recessum a for-
ma de quo latiùs per Barb. in c. cùm dilecta. in viij. char.
de rescript. & aliquid per Bald. in additio. Specu. in titul.
de tut. versicu. si tutor non fecit inuentarium. & in l. si al-
terius. C. si minor se maio. dixer. & in l. non omnis. in fin.
princi. ff si certum peta Adde hic Alexand. in l. j. §. hæc a-
ctio. ff. si quis testa. liber esse iussus fuer. & Ias. in §. fuerat.
in secunda colum. Instit. de actio. & do. Anto. Corset. in
notabili suo lxx. incipien. quando in aliquo actu. in ver-
bo. consilium. Et illud dictum Bald. in dicta l. si puellam.
refert & approbat do. Feli. in c. cum accessissent. in viij.
colum. versicu. & ex hoc dicto. de constitu. vbi plura sin-
gularia adducit pro illo dicto: & do. Alexan. in l. j. §. hæc
actio. ff. si quis testa. liber esse iussus fuer de quo etiam per
do. Feli. in cap. cùm dilecta. in xvj. colum. in versicu. am-
plia septimò. extrà de rescript. & in c. j. in vj. & vij. col. co.
3 titu. de rescriptis. Et † in materia illius regulæ, quòd subro
gatum debet sapere naturam illius, in cuius locum sub-
rogatur, vide not. verba Bald. per illum tex. in l. parabo-
lani. C. de episc. & cler. & quæ ego dixi in repetitione mea
rubri. C. de probatio. in lxxj. colum. versicu. sed vltra ad-
ducta. & vide Ange. in § reliquum in fi. in authen. de hæ-
red. ab intesta. venien. Contra prædictam doctrinam do.
Ioan. Bapt. & sequacium facit tamen dictum Bald. in l.
si pupillorum. § j. ff de rebus eorum. & Bar. in authē. hoc
ius porrectum. in vlti. col. versic. quæro, pone quod eccle-
sia. C. de sacrosan. eccle.

CCLVI.

1 *Totius quò ad totum eandem rationem esse, quæ de parte quò ad partem. Ac proinde, vt ordinis iudiciarij omissio processum nullū reddit in iudicijs ordinarijs, ita in extraordinarijs qualisqualis ordinis omissio iudicium ipsum vitiat.*

2 *Executio, si quando super toto corpore animato fiat, vt merum imperium requiritur, sic etiam quum super eius parte fit.*

1 EAdem † ratio est de toto quò ad totum, quæ est de par
te quò ad partem. l. an pars. ff. pro derelict. l. qui scit. ff.
de vsur. l. quæ de tota. ff. de rei vendica. cum simil. Et ideo
dixit multùm not. Innocen. in cap. tua. ad finem, extrà de
cohabi. clerico. & mulie. quòd sicut omissio ordinis iudi
ciarij reddit processum nullum in ordinariis iudiciis, vt
in l. prolatam. C. de senten. ita omissio qualisqualis ordi
nis & in extraordinariis iudiciis vitiat ipsum iudicium.
quod dictum refert & approbat Pet. de Ancha. in consi-
lio suo clxvj. incip. Visis diligenter. circa finem. quos re-
fert & sequitur do. Feli. in c. j. de lit. contesta. in tertia co-
lum. versi. dicas tamen. & in ca. ecclesia sanctæ Mariæ. in
xii. col. versic. quintò nota extrà de constitu. Et facit not.
verbum Ange. in l. j § sed sciendum. ff. de ædili. edict. vbi
2 † dicit, quòd sicut quando fit executio super toto corpo-
re animato requiritur merùm imperium: ita & quando
fit executio super eius parte. ad quod allegat gl. quam di
cit singu. in l. imperium. ff de iurisdict. omnium iudic. Et
facit etiam not. verbum Bal in l. denique. §. j ff. de mino-
rib. quod refert & sequitur do. August. de Arimin. in suis
additio. Auge de Aret. super malefic. in primo verbo, in
viij. char. in j. additio. post medium.

CCLVII.

1 *Confessioni voce propria factæ contraueniens audiendus est nemo. Et ideo licet acta facta in iudicio summario, in plenario non noceant iudicio. vel inter easdem personas, confessio tamen in iudicio summario facta, confitenti in plenario nocebit.*

2 *Et id qualiter restringendum & limitandum nu. 3. & 4.*

1 NEmo † audiendus est, veniens contra illud quod
propria voce cōfessus est. l. generaliter. C. de non
numera. pecu. c. per tuas de probat. & adeò istud
est verum, quòd licet acta facta in iudicio summario non
noceant in iudicio plenario etiam inter easdé personas,
secundum Bartol. in l. ij. in v. col ff. vi bono. rapto. & do.
Anto. Abb. Imol. & alios in cap. causam que. j. extrà de te
stib. & in cap. veniens. eodem titu. tamen hoc fallit in cō
fessione: quia confessio facta in iudicio summario noce
bit confitenti in iudicio plenario Ita singul. dixit Innoc.
in cap. ij. de ordin. cogni. quem refert & sequitur Ioan. de
Imol. in clemen. constitutionem. in v. colum. de electio. &
do. Anto. in cap. dilectus. in xj. colum. de capel. monach.
& in cap. vestra. in xliii. colum. de cohabita. cleric & mu-
lie. & Ludo. Roman in l. naturaliter. §. nihil commune in
viij. colum. ff de acquiren. possessio. & idem voluit Bal. in
authen. item possessor. in fi. C. qui pot. in pig habean. vbi
videtur gloss. contraria. & illam doctrinam Inno. & alio-
rum refert & sequitur etiam do. Feli. in cap. j. in penul co-
2 lum. vt lite non contesta. vbi † subdit, quòd istud restringi
tur solum in confessione principalis: sed secus esset in cō
fessione procuratoris: quia tunc cessat ratio d. l. genera-
liter. & d. c. per tuas. quod tamen relinquit cogitandum.
3 Supradictam † tamen doctrinam limita & restringe, nisi
contra illam confessionem in primo iudicio fuerit pro-
nuntiatum: quia tunc illa confessio non nocebit in alio
iudicio. Ita dixit gloss. not. in dicta authē. item possessor.
C. qui pot. in pign habean. de qua gloss. videtur dubitare
ibi Barto sed pro illa gloss. faciunt dicta per Bartol. in l.
Papinianus. in §. sed nec impuberis. ff. de inofficio. testa-
men. & pro ea faciunt dicta not. Barto. in authent. nouo
iure. C. de pœn. iudi qui malè iudi. & faciūt dicta per In-
4 nocen. in cap mulieri. de iureiuran. vbi dixit, † quòd con
fessio non nocet confitenti, quando contra ipsam cōfes-
sionem sententiatum est. quod dictum refert & sequitur
Bald. in l si quis in hoc genus. C. de episco. & cleri. & in di-
cta authen. nouo iure. & adde quod idem dixit glo. in §.
illud quoque. in gl. in verbo, & legem. in princ. in authen.
de trien. & semis. quam ad hoc alleg Barto. in dicta auth.
item possessor. de quo etiam per do Augu. Arimi. in ad-
ditio. Ange. in tracta. malefic. in verbo, necnon ad quere-
lam in xvij. chart in vltima additio. ante finem. & per do
minum Felin. in cap. j. in quinta colum in versicu. limi-
ta tertiò. de except. & in cap. capitulum sanctæ crucis. in
xxiiij. colum. de rescriptis.

CCLVIII.

1 *Conceduntur permulta, si quando res est peritura, quæ alioqui nō concederentur.*

2 *Iudex a cuius sententia interlocutoria appellatum est, licet nihil appellatione pendente attentare debeat, si tamen res de qua agitur, tempore sit peritura, valebit per iudicem appellatione etiam pendente attentatum. Et de testium absuturorum, vel proxime morituorum examine pendente appellatione nu. 3.*

1 PLura † conceduntur quando res est tempore peritura,
quæ alias non concederentur: vt late dixi in repetitio.
mea. l. fina. C. de probatio. in xl. char. & in l. j. in ij. col. C.
de executio. rei iudica & vltra ea quæ dixi in dictis locis,
2 teneas menti vnum aliud verbum, quòd † licet iudex, à cu
ius interlocutoria est appellatum. nihil debeat attenta-
re in causa pendente dicta appellatione: vt habetur in c.
non solùm. de appellatio. in vj. & ff. nil noua. appellatio.

penden.in rubro & nigro.ai tamen quando res esset tem-
pore peritura, valeret attentatum per iudicem appella-
tione pendente.Ita not.dixerunt do.de Rota in antiquis
3 decisio.suis in tit.de testib.in ii.decisio.vbi dicût,† quòd
non obstante pendentia appellationis, si aliqui sunt te-
stes absfuturi ,vel in breui morituri,qui commodè conue
niri non possint,quòd poterunt tunc appellatione pen-
dête examinari per ipsum iudicem,ne probatio pereat.
Et illud dictum refert & sequitur do.Felin.in c.quoniam
frequenter in princip in vi.colum.circa medium. vt lite
non contesta vbi subdit,quòd tali casu pars petens ta-
lem examinationem non videtur renuntiare appellatio-
ni.quod tamen ipse ibi modificat duobus modis,de qui-
bus ibi per eum.

CCLIX.

1 *Citationem generalem vbi contradictor incertus est valere: non tamen idem si certus est. Et ideò non sufficere generale proclama quòd qui velit hæres defuncti esse, compareat sed citari debere quos proxima successionis causa tangit.*
2 *Clericus, si quado priuilegio clericali priuandus est, maximè quan do causa iuratoriam monitionem desiderant, qualis esse, & qualiter fieri debeat huiusmodi citatio. Et quid si erratum in modo, ac citandi forma? nu.3.*

1 GEne.alis † citatio valet, vbi contradictor est incer-
tus:secus autem vbi contradictor est certus:quia tûc
non valet talis generalis citatio. ita singul. dixit Domini.
de sancto Gemin.in cap.fina.de electio.in vj.Et ideo di-
xit Bal.in l.si curatoris.C.de iure deliberand. quod non
sufficit proclama generale,quod qui vult esse hæres,com
pareat sed debent citari illi quos proxima causa succes-
sionis tangit & hoc per text not.in l. .§.denuntiari.ff. de
vent.inspic.& idem dixit ipse Bald.in l.nam ita d.uus.ff.
de adopt.& in l.obseruare §.proficisci.ff.de offic.procon
sul.& Ludo.Roma.in consi.ciij.incip.Viso themate.in fi.
vbi nnt.loquitur & alleg.d.l.j.§.nuntiare.& d.c.fin.de ele
ctio.in vj.& alia plura de quibus ibi per eum.& voluit e-
tiam ipse Ludo Roma.in consi.suo ccccx.incip Vt cla-
rior reddatur.circa princi.vbi alleg.plures doct.hoc af-
firmantes.& de illo text ad hoc propositum facit festum
Bal.in l iubemus circa.ij.colum.C.ad Trebel.& in l.j.in
vlti.col.C qui admit.& in cap.inter quatuor. de maio.&
obedien.& in l.suspecta in fin.princi.ff.de inofficio. testa
men.& in rubri.C.de success.edicto.in fin.& Bart.in con
silio suo xcj.incipien.In quæstione vertente. Pro quo fa-
ciunt adducta per do.Felin.in cap fina.de maiori.& obe
dien in ij.col.vbi omnino videas:quia more solito no-
tanter loquitur... per eundem domi.Feli.in cap.cogno-
scentes.in vj.colum.in princi.de constitu.vbi similiter di
gnissimè loquitur.& vide etiam domi.Alexan.in consil.
suo cxxxviij.incipien.In causa & lite. in tertia colum. in
secundo volu.Et prædictis etiam adde not.dictum dom.
Abb.in capitu.fina.de vita & honestate clericorum.vbi
2 dixit, † quòd vbi ad perdendum aliquod priuilegium
clericale iura requirunt trinam monitionem fiendam
ipsis clericis non rectè viuentibus,oportet quòd illa citatio,
seu monitio apprehêdat clericos si fieri potest:& non suffi
cit generalis monitio,quòd omnes abstineât.quod dicit esse
menti tenendum:pro quo bene facit decisio Rotæ in ti-
tu.de dolo & contuma.in xj.decisio in antiquis. vbi di-
citur,quòd vbi aliàs sufficerent coniecturæ de hoc, quòd
citatio apprehendat citatum,tamen vbi agitur de priua
tione beneficij,requiritur certitudo : vnde si quis citatur
tanquam inciderit in pœnam cap.licet canon. de elect.
in vj.oportet quòd citatio legitimè & clarè perueniat ad
eius scientiam,nec sufficerêt præsumptiones:de quo nû-
quam sis oblitus secundum dominum Felinum, qui præ-
dicta refert in cap.quoniam frequêter.in §.porrò. in vij.
colum.versicu aliud valde notabi.vt lite non contesta.&
ibi alia adducit in materia,quem vide. Et vltra prædicta
in hac materia citationis teneas menti vnum dictû no-
tab.& mihi nouum,Lud.Roma.in dicto consi.suo ccccx.
incipien Vt clarior reddatur.in prima colum. vbi dixit,
3 † quòd quamuis erratum sit in modo citandi, seu in for-
ma à iure traditis,nihilominus si is, cuius interest, noti-
tiam habuit eius citationis,per quam non legitimè cita
batur,sufficere videbitur. Ita enim eum ligat talis illegi
tima citatio vnà cum notitia subsequuta,sicut citatio le-
gitimè emanans:allegat ad hoc casum notabilem in cle
men.causam.ad finem.de electio.quod not & tene men-
tis quia tibi seruiet ad multa In côtrarium facit quod vo
luit Barto.in l.denuntiasse.in princi.ff de adulter.& do-
mi.Philippus Decius in consi.lxxiiij.in ij.col.& quæ dixi
in meo repertorio,in litera V.in ix.char.in viij.notab.&
vide Alexan.in consi.cxiij.incip.Ponderatis in tertia co
lum.in versi.accedit.in j.volu.

CCLX.

1 *Citatus semel personaliter potest postea per edicta locis publicis proposita efficaciter citari.*
2 *Citandi primum personaliter stylus, ac deinde per edictû non valet: nec huiusmodi citatio arctat citatum, si eo loco sit, quo facile citandus personaliter citari potest: secus autem in eo qui remotior est, nec commodè citari potest. & num.3.*

1 CItatus † semel personaliter potest postea citari per edi
cta posita in locis publicis & consuetis:& talis cita-
tio per edicta arctat ipsum citatum. Ita habetur per tex.
& docto.in clemen.j.de iudic.& per Barto.in tractatu ad
reprimendum,in verbo,per edictum & per gloss. & doct.
in l.ad peremptorium.ff. de iudic. & habetur etiam per
Cyn.post gloss in authen.qui semel.C.quomodo & quâ-
2 do iudex. Sed † teneas perpetuò menti,quod talis stylus
citandi personaliter primò,& posteà per edictû,non va-
let:nec talis citatio arctat citatum quando sumus in lo-
co,in quo faciliter potest personaliter citari ipse citan-
dus.secus autem in illo qui longè abest, & non potest cô
modè citari quia tunc talis citatio per edicta valet, &
ipsum arctat. Ita dixit Ioan.Andr.in additio.Specu in ti
tu.de citatio.in §.viso.in additio.incip.Super illo verbo
&c.quem refert & sequitur Pan.de Cast.in dicta l.ad per-
3 emptorium post medium,vbi subdit, † quòd cùm quidâ
delegatus papæ datus in partibus seruasset istum modû
citandi personaliter primò,& posteà per edictum ,dicit
se dixisse sententiam esse nullam,tanquam latam côtra
non citatum:quod dixit summè notandum esse. quod di
ctum refert & sequitur do.Felin.in cap.quoniam frequê
ter.in §.porrò.in v.col.vt lit.non contesta.& Barba.in c.
consuluit.in x.char in prima colum.de offic.delega. pro
quo optimè faciunt dicta supra in singu.ccxxviij. incip.
Agens in iudicio.pro quo etiam faciunt dicta per Bald.
in consilio suo ccccxliii .incipien.Sequês quæstio.in ter-
tio volumi.& per Abb.in consil. lxxxiiij.incip. Casus su-
per quo aliàs incipit,Arbitror In dubio, in tertio volu.
& per eundem in consilio xliij.incipien. Ex omnibus. in
prima colum.& per Ludo.Roma.in consil.cccclilij.inci-
pien.In repræsenti.in ij.col.

CCLXI.

1 *Exceptio loci non tuti, citatum à comparendo in eodem loco excusat.*
2 *Et quid præstet loci non tuti beneficium? & nu.3.*

1 EXceptio † loci non tuti excusat citatum à comparen-
do in loco vbi est citatus.Ita habetur in clemen. pa-
storalis versi..Pisana.de re iudica.& in cap.cùm dilecta.
de confirma.vtili vel inutili.& in ca.venerabilibus.§.se-
cus.de senten excommunicatio. in vj. & in cap.accepi-
mus.de fide instrumen.& cap.cùm personæ. de priuileg.
in vj.& habetur in l.Fulcinius. in §.quid sit latitare.ff. ex
quibus causis in possessioné eatur.& per gloss in cap.bor
tamur.iij quæst.ix.& per gloss.penulti in fi.in clemen.ap-
pellanti.de appellatio.& latè per Ludo.Roman in l.si ve-
rò.in § de viro.in xj.fallentia.ff.soluto matrimon.& per
domi.Anto.in repetitio.cap.vestra in xxxviij. colum. de
cohabita.clericorum & mulier.& habetur in cap.statui
2 mus.de offic.delega in vj.Item † locus non tutus etiâ ope
ratur alium notabilem effectum:nam si quis se obligauit
in contractu,vt possit ex eo conueniri vbique,tamê non
poterit conueniri inuitus in loco sibi non tuto. ita dixit
Ange & post eum domi.Alexan.in l.cùm res in princi.ff.
de lega.j.quod dictum refert & sequitur domi.Feli in ca.
accedens.ij.in secunda colum.vt lite non contestata.vbi
3 etiam subdit,quòd si quis promittit soluere Titio decem
in certo

in certo loco,& ad illum locũ non sit tutus accessus ipsi
Titio,poterit arctari debitor ad soluendum in loco tu-
tiori:per text. in l.vsuras.C de solutionibus. quam legem
facit singul. Ludo. Roma. secundum eum in consilio suo
ccclij.incipien.quæritur. in penult.col. pro quibus faciũt
dicta suprà in sing.ccxxxj.incip.Iusta causa.

ADDITIO.

Adde Roma.singular.lxxij.& ibi in additio. & Cremens. singu-
lar.cxxiiij.& Guid.Pap.singul.dcccxxxix.§.ij.

CCLXII.

1 *Quod potui nolui,quod volui adimplere nequiui.*
2 *Iudex reum habens plenis conuictum probationibus, non tamen confessum si velit vltra plenas illas probationes confessionem ipsius rei habere,& in hoc eum torqueat,nec quicquam fateatur,imò negat,perg[i]q; in negatione,num vi prædictarũ probationum ad mortem condemnari queat?*
3 *Iudex ordinarius si processit vt delegatus,sic ab eo lata sententia non valet,quia quod potuit,noluit.*
4 *Arbitris duobus concordantibus,si tertius assumatur,huius solius sententiæ parebitur.*
5 *Donatio facta inter coniuges,licet donantis morte,si aliud non intercessit,firmetur,si tamẽ huiusmodi donatio benemeritis submixa sit,plenè probari merita debebunt: Nam assertioni donantis minimè creditur, ac proinde morte donantis non confirmatur.*

1 QVod † potui nolui,quod volui adimplere nequiui.l.
multùm interest.C.si quis alteri vel sibi.l.si genero.
C.de iure dotium.l.quoties.in princi.ff.de hæredibus in-
stituendis.& in l.si emancipatis.C.de donatio.c.cum su-
per abbatia de offic.lega.cap.inter corporalia. in fin. de
translatione episco cum multis similibus, in dictis locis
per gloss.alleg. Adde ad hanc materiam dominum Phi-
lippum Decium in consilio suo cxxix.in iij.colum.versic.
nam quando episcopus &c.& Ange Areti. in §.quadru-
pli.in xvj.colum.versic.quæro,iudex iussit &c.Institu. de
actio.Et pro ampliatione huius regulæ,seu dictorum iu-
rium teneas menti vnum perpetua memoria dignum, &
2 literis aureis scribendum,quod si iudex † habet reum cri-
minis in fortiis suis, contra quem habet plenas proba-
tiones dicti criminis,& sic eum potest absque confessio-
ne sua condemnare ad mortem, iuxta l.qui sententiam.
C.de pœnis & iuxta ea quæ dixi supra in singu.cviij.inci-
pient. Aliàs fui interrogatus. sed volens ipse iudex vltra
probationes dicti maleficij habere confessionem rei,ad
hoc vt post confessionem suam tanquã confessus & con
uictus non possit appellare à cõdemnatione cõtra eum
fienda,iuxta l.ij.C.quorum appella.non recip. ponit ta-
lem reum ad torturam,vt confiteatur dictum crimẽ, seu
delictum,& hoc vigore dictarum probationum:hoc ca-
su si ipse reus tortus sufficienter semper perstitit in nega
tione,tunc iudex non potest vlterius eum cõdemnare de
dicto delicto,vt antea poterat,& hoc quia per talem tor-
turam,& negationem ac perseuerantiam ipsius rei pro-
bationes,quæ erant contra eum,sunt debilitatæ: & ma-
gis videtur verum illud quod dicit,& negat cum perseue
rantia ipse reus,qui melius scit an deliquerit quàm alius,
quàm illud quod deposuerunt testes cõtra eum.Ita mul-
tum singulariter & egregiè dixit Alberic.de Ros. in l.edi
ctum.per gloss.ibi,ff.de quæstio.& ibi dixi . quod dictum
pro valde not. refert & sequitur do Barthol.Cæpol. in
consi.suo xxxij.incip.Quidam rustici. in penulti. colum.
& dicit.quòd istud etiam videtur fuisse de mente Bartol.
in l.vnius.in § j.ff de quæstio.& dicit,quòd istud etiã vo-
luit Ange.de Aret.in tracta.suo maleficio.in verbo,com-
paruerunt dicti inquisiti,& negarunt totum. & refert e-
tiam hoc vidisse aliàs seruari Veronæ. Sed in libro meo
Ange.de Aret.in dicto loco hoc non dicit : quia fortè li-
ber meus corruptus est. Et pro isto dicto facit quod vo-
3 luit Hostien.in c.cùm ex officij. de præscript. vbi † dicit,
quòd si iudex ordinarius processit vt delegatus,non va-
let sententia : quia quod potuit noluit. pro quo faciunt
optimè dicta per Alexan.in consi suo ccxij.incip.Viso &
opportunè.in tertia colum.in fi. & facit etiam singular.
verbum Ange.in l.quòd si fortè.in §.j.in fi.ff.de solut. vbi
4 singu.dixit, quòd † duobus arbitris concordantibus , si
tertius assumatur,eius solius sententiæ parendum est.ar
gu.illius text.& ita dicit tenuisse Iaco.de Are.per l.item
si vnus.§.principaliter.ff.de arbit.& per illum text. Vide
Bald.consi.cccxcj.incip.proponitur quòd propter.in se-
cundo volumi.& Socin.in consilio liiij.incipien.Abundè
&c.in secunda colum. versicul tertius & vltimus. Et fa-
ciunt optimè dicta per Angelum, in l.si donatione.C.de
5 collation.vbi singular. dixit, † quòd licet donatio facta
inter coniuges firmetur morte donantis. l. donationes
quas parentes.C.de donat. inter virum & vxorem. cum
similib.attamen si inter ipsos coniuges sit facta donatio
propter benemerita,tunc ad hoc vt valeat donatio, de-
bebunt plenè probari benemerita,nec staretur assertio-
ni dictorum meritorum factæ per donantem:& ideo ta-
lis donatio in tali casu non confirmaretur morte donan-
tis:quia quod potui nolui.Quod dictum dicit ibi Lud.
Rom.non reperiri alibi.& istud dictum pro valde nota-
bili refert & approbat dominus Franciscus Cremens.in
notabili suo cxxxviij.incipien.Donatio facta simplici-
ter.de quo tamen dicto vide domi Felin.in c.sicut.in xv.
colum.de re iudi.& vide quæ dixi infrà in singu. cclxxxij.
incipien.Tolle moras semper.& facit etiam ad prædicta:
nam testimonium illius qui potest loqui,non valet,in scri-
ptis,secundum Ioan.Andr.in §.nunc tractandum.versic.
quid demum.& ibi Ioan.And in additio.quos omnes re-
fert & sequitur Dominicus de sancto Geminiano in con
si.suo cxxxij.incip.In causa prioris.in ij.col. Et ista om-
nia etiam potes notare pro ampliatione regulæ illius,vi-
delicet,Viam quam quis elegit sibi parere debet : de qua
in l.muliet.in § fi.ff.quod metus causa. & suprà in singul.
ccxiij.incip.Viam &c.

CCLXIII.

1 *Monitus seu condemnatus ad aliquid tali die faciendum,vel tempore,si id propter casum sibi fortuitò superuenientem non fecit, à pœna ipse excusatur,si in culpa.vel mora non fuerit nimis se arctando: alioqui contrà. Quod limita,vt num.2.& 3.*

1 MOnitus † seu condemnatus ad aliquid faciendum ta
li die,vel tali tempore,si illud non fecit propter ca-
sum fortuitum sibi superuenientem, excusatur à pœna, si
ipse non fuit in culpa, vel mora nimis se arctando : secus
si ipse fuit in mora vel culpa nimis se arctando : quia tũc
cadit in pœnam,si illud non fecit non obstante casu for-
tuito.text est not.& ibi docto.in l.ij.in §.quod diximus.
ff si quis cau.& habetur in l.cùm postulassem.in princ.ff.
de dam.infect.& in l.si fideiussor.§.penulti.ff.qui satisda.
2 cogan.Istud † tamen limita multum notanter habere lo-
cum,& procedere,vbi imponitur pœna pecuniaria: se-
cus autem est in pœna corporali : nam vbi pœna corpo-
ralis imponitur,si quis certum quid non soluerit,vel non
fecerit,tunc si illud non potest facere, quia se nimis arcta
uit,non tamen punietur pœna corporali. Ita multùm e-
gregiè dixit Bald.in l.data opera.in xvij col. versicu. Vlti
3 mò nota.C.qui accusa.non poss.vbi † dicit, quòd si quis
fuit condẽnatus in pecuniam,& si non soluerit intra de-
cem dies,fuit condemnatus in amputatione manus , &
camerarius communis cui pecunia erat soluenda , non
fuit inuentus vltima hora termini fiendæ solutionis : ta-
men hoc casu licet ipse condemnatus se nimium arcta-
uerit,non tamen punietur pœna incisionis manus. alle-
gat text.in l.fi.in §.si quis professus.ff.de public.& de hac
materia vide aliquid per domi.Feli.in c.cùm inter prio-
rem.in xij.colum.de exceptio.Vide suprà in singu.xc. in-
cip.Fauorabiliores &c.

CCLXIIII.

1 *Commoda eum sequi debere,quem & incommoda sequuntur.*
2 *Mulierem in matrimonio sine filijs decedente,si statutũ ferat, vt vir dotis dimidiam sublucretur,si pater mariti,non ipse maritus, matrimonij onera sustineat,tunc pater non maritus lucrum reportabit.*

1 EVm † sequuntur commoda,quem sequuntur incómo
da.l.j.ff.de institto.l.in insulam.§.vsuras.ff.soluto ma-
trimo.l.& si contra.ff.de vulga.& pupilla.l.si mandato §.
quoties.ff.mandati.l.secundum naturam.ff.de regu. iur.

cum similibus ibi io gloss. allegatis. Er pro ampliatione
huius regulæ teneas menti singulare verbum Bar. in tra-
2 cta. suo de duobus fratribus, in ij. col. vbi † dicit, quòd si ā
te statuto quòd muliere decedente in matrimonio sine
filiis, vir lucretur dimidiam dotis: quòd hoc casu si pater
mariti sustinet oneta matrimonij faciendo expensas fi-
lio & vxori suæ & decedat ipsa vxor filij sine filiis, quòd ta
le lucrum dimidiæ dotis acquiretur patri & non marito,
licet statutum dicat, quòd acquiratur marito. quod di-
ctum pro notabili refert & approbat do. Abb. in consil.
tun lxxix. incip. Videtur primò. circa finem. in ij. volu. &
Ludo. Roma. in authen. ex testamento, in v. col. C. de col-
latio. Vide in materia Bald. in authen. ex testamento in
xij. col. versicu. tertium capitulum. C. de collatio. Et adde
ad hanc materiam nota. verbum Bartol. in l. quia pote-
rat. in fi. ff. ad Trebellia. quem vide. Teneas bene menti,
quia passim vidi hic Bononiæ, & etiam alibi seruari con
trarium ab idiotis & ignorantibus.

CCLXV.

1 *Mandati fines sedulò obseruandos: vnde fit, vt si campsori debito ri meo dixerim, quòd tibi soluat, non autem quòd tibi promit- tat, tunc si tibi promiserit etiam stipulatione interueniente, à me non liberatur, quin etiam vetare possum, ne tibi soluat.*

2 *Mandatum ad recipiendam solutionem à debitore, cuj. acceptila tionis facultatem eradenda habens, si non appareat de solutio ne re ipsa facta, confessio mandatarij de solutione recepta nihil obest mandanti.*

1 FInes † mandati diligenter sunt custodiendi. l. diligen-
ter. ff. mandati. c. cum dilecta. de rescript. cap. exami-
nata. de confirma. vtili vel inuti. cum multis simi. Et ideo
teneas menti singularem theoricam Pau. de Cast. in l. de-
legare. ff. de nouatio. vbi dixit, quòd si dixi campsori meo
debitori, quòd tibi soluat, non autē dixi, quòd tibi pro-
mittat: hoc casu si ipse tibi promiserit, etiam per stipula-
2 tionem, non liberatur à me, nec fit delegatio. allegat ad
hoc casum quem dicit not. in l. si debitorem. eodem titu.
de nouatio. Vide Philip. Deci. cōsi. cvij. incip. In causa. in
fi. ij. colum. Et ideo possum adhuc sibi inhibere quod non
soluat: quia simplex mandatum potest reuocari re inte-
gra. l. si cum Cornelius. ff. de solutio. & hic videtur res in-
tegra, postquàm nō soluit, licet tibi promiserit: quia hoc
sibi non mandaui: secus si mandassem, per l. vtrum. ff. de
constitu. pecu. & l. si quis prohibuerit. ff. de publi. Et dicit
ipse Pau. de Cast. hæc omnia esse mēti tenenda: quia sunt
quotidiana. Et ex hoc sequitur secūdum eū, quod si cam-
psor efficiatur fugitiuus, damnum est meum, & tu potes
ad me redire. quia non est facta nouatio, nisi esset expres-
sè dictum. Et hanc eandem doctrinam ponit ipse Pau. de
Cast. in dicta l. si debitorem. vbi dicit, quòd ille tex. est sin
2 gularis. & ibi subdit, † quòd si aliquis habet mandatū ad
recipiendam solutionem à debitore, & ad quietādum &
liberandum eum, quòd hoc casu si non apparet de solu-
tione realiter facta, sed solū apparet de cōfessione ipsius,
qui confitetur sibi solutum, & liberat debitorem, quòd hoc
non nocet mandanti, quominus adhuc possit conueni-
re debitorem non obstante liberatione facta: quia man-
datum debet intelligi, quòd liberet debitorem verè sol-
uentem: id est, facere instrumentū solutionis: sed hic non
apparet de vera solutione. & eodem modo dicit si habet
mandatum à me de recipiēdo, non sufficit debitori meo
hæc confessio de recepto, nisi verè appareat de reali solu
tione. de quo ibi latiùs per eū. quæ omnia nota vt ad vn-
guem serues, & non excedas mandatum. vide tamen ad
restrictionem & limitationem prædictorum quæ dixi su-
prà in singul. lviij. incip. Si dedi tibi mandatum. & quæ di
xi in l. nomen quoque debitoris. C. quæ res pigno. oblig.
non poss. in j. char.

CCLXVI.

1 *Iudex secundum allegata & probata iudicare habet: Nihilo se- cius ex confessione aliqua coram se viua voce simpliciter fa- cta, ad iudicandum moueri potest.*

2 *Et quid de iudice maleficium committi vidente, nec alia indicia, aut alias probationes habente?*

1 IVdex † debet iudicare secundum allegata & probata.
l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præsid. & ibi per docto. &
habetur in cap. pastoralis. in §. quia verò. de offic. deleg.
cum simi. Teneas tamen menti notabile verbum, videli-
cet, quòd iudex potest moueri ad iudicandum etiam ex
aliqua confessione coram eo facta viua voce, & non scri
pta in actis. Ita notanter dixit Bald. in l. j. in prima col. C.
de manumiss. vindi. per not. in l. quoties. §. j. ff. de probat.
quod dictum pro aureo & singulari refert & sequitur do.
Felin. in cap. cum venerabilis in xvij. colum. de exceptio.
& in cap. aduersario. in secunda colum. in fi. eodem titu.
& in cap. sicut. in xij. colum. de re iudicata. de quo dicto
dicit, quòd nunquàm obliuiscaris: quia est mirabile secū-
dum eum ibi. Et ad materiam dictæ l. illicitas §. veritas.
vide Specu. in titu. de senten. in §. qualiter. versi. Item de-
2 bet ferri secundum allegata. vbi ponit, † quando solus iu
dex vidit Titiū delinquere, si alias probationes dicti ma
leficij, vel alia indicia non habet, an possit ipsum Titium
ex solo visu suo aliter non allegato, nec probato ponere
ad torturam? vide ibi per eum, & per Ioan. And. in addi-
tio. & in titu. de noto. cri. vbi se remittunt, & illud dictum
Specu. in dicto §. qualiter. refert & sequitur Bal. in l. am-
pliorem. in princi. in ij. colum. versicu. Item quæro an iu-
dex. C. de appellatio.

CCLXVII.

1 *Probationem dubiam contra producentem interpretari debere.*

2 *Auferendi verbum duplex significatum habet, vt & quod vi au- ferri, & sine vi intelligatur.*

3 *Violenter verbum, aut violentiam duobus modis accipi, actiuè sci- licet & passiuè: vt in hoc genere dicendi, Titius Seiam violen- ter, aut cum violentia cognouit.*

4 *Dotis lucranda, si quæstio oborta sit, statutum domicilij viri spe- ctari: si tamen maritus in vxoris domum receptus sit, non vi- ri, sed vxoris domicilium spectandum esse.*

5 *Et ibidem limitatio.*

1 DVbia † probatio semper interpretatur contra pro-
ducentem. gloss. est notab. in cap. in præsentia. in ver
bo, verbum dubium. extrà de probatio. & habetur in l. si
quis intentione. ff. de iudic. & in l. inter stipulantem. §. j.
ff. de verborum obligat. cum simi. Et propter hoc teneas
menti quamplura notabilia dicta, & primò nota singu-
lare verbum Ange. in l. postquàm. ff. de petitio. hæredit. in
fin. vbi dixit semel euasisse quendam accusatum de rapi-
na: quia testes dixerunt fuisse præsentes rapinæ, & interro
gati in causa scientiæ dixerunt, quod viderunt rem au-
ferri de manibus accusantis per accusatum: nam per hoc
non probatur rapina: & hoc per glo. in verbo, abstulisse.
2 quæ vult, quòd verbum auferre, habeat duplex significa
tum, scilicet cum violentia & sine: cùm ergo illa verba te
stium, quòd viderunt auferri de manibus accusantis per
accusatum, possint intelligi cum violentia & sine: & si sint
dubia, debent interpretari contra ipsum accusatorem
producentem secundum Ange. quod est not. pro quo di-
cto facit quod voluit Barto. in l. ij. §. j. in fin. ff. de duobus
reis. vbi dixit, quòd si accusatur Titius, quòd cognouit
Seiam violenter, tunc an condemnari debeat etiam si te-
stes contra eum dicāt, & affirment illam fuisse cognitam
violenter. & dicit non videri probatam violentiam: cùm
3 illud verbum, † violenter, possit intelligi actiuè & passi-
uè: videlicet quod Titius intulerit violentiam mulieri: &
etiam potest intelligi quòd mulier intulerit violentiā ipsi
Titio, propter quod illam violenter cognouerit: ideo ex
tali probatione dubia non debebit cōdemnari. Ita resi-
det ibi Barto. & idem firmat ipse Barto. in l. si vxor. in §. si
quis vxori. ff. de adulter. & Barto. in l. si ita scriptum. ff. de
manumiss. testamen. & Bar. in l. filiusfamil. ff. de testamen.
& Mathe. in notabili suo cij. incip. nota quòd si capitulū
dicat. & Abb. in cap. dudum. in xvij. colum. de elect. pro
quibus est gl. vnica & singularis secundum Ange. ibi in l.
vnica. in verbo, desponsatam. C. de rapt. virginum quam
nec Barto. nec cæteri allēgant ad hoc. Pro quibus etiam
faciunt optime dicta per Ioan. Andr. in additio. Specu. in
rubri. de cohabita. clerico. & mulie. vbi dicit semel fuisse
deuolutam causam Romæ, de qua curia satis habuit so-
latium: erant duo electi, & vnus opponebat cōtra ālium,
quòd

quòd tenebat côcubinam publicè,& hoc posuit. Iste re-
spondendo negauit:arguebatur de periurio, & per testes
fuit probatum,quòd ipse renuit concubinam.iste autem
replicauit quòd imò concubina tenuit eũ in domo sua,
& sibi fecit expensas,& ita euasit periurium. Pro quo fa-
cit quod dixit Bal.in l.fi.circa prin.C.si à non compe.iu-
4 di.vbi dixit,†quòd licet in dote lucranda inspiciatur sta
tutum domicilii viri,vt tenẽt Barto.& Ange.in l.exigere
dotem.ff.de indic.& Bald.in authen.omnes peregrini.C.
communia de succes.in prin.ij.col.& Bal.in c.j.§.fina.de
inuestitu.de re alie.fact.tamen si ipsa mulier ducat mari-
tum ad domum suam,& sic in suo domicilio,tunc in lu-
cranda dote attendetur statutum domicilii ipsius mulie
ris.ita dixit Bald.in d.l.fi.quod est notandum in propo-
sito isto.Et in hac materia vide do.Felin singulariter lo-
quentem,& plura singularia adducentem in c.super his.
5 in ix.colum.extrà de accus.Prædicta†tamen limita, nisi
consuetudo interpretaretur,vel intelligeretur actiuè tan
tùm,vel in malo significato tantùm:quia tunc probatio
non diceretur dubia:sed interpretatur contra reum ac-
cusatum tantùm,& non contra producentem. Ita dixit
Mathe.in dicto notabili suo cij.incip.Nota quòd si capi
tulum.&c.& Io.de Imo.in l.ij.§.j.ff.de duobus reis.& ibi
etiam vide Ange.in materia ista.

CCLXVIII.

1 *Possessor verus cum titulo etiam cum iuris,vel facti errore, fru-*
ctus suos facit:nisi tamen sciens propter aliquod delictum,vel
causam se re priuari posse,tanquam indignum, rem possideat.
Nam tunc ad fructuum restitutionẽ tenetur,nihil impedien-
te huiusmodi possessione ac titulo.
2 *Quod notandum aduersus ecclesiæ prælatos.*

1 VErus†possessor cum titulo,etiam cum errore iuris vel
facti facit fructus suos.l.sed si lege.in § scire autem.&
ibi doct.ff.de petitio.hæredit.& habetur in l.bonæ fidei.
ff.de acquit.rerum dominio.& per Bald.in l.ij.in penult.
colum.C.de seruit.& aqua. Teneas tamen menti, quòd
licet quis sit verus possessor etiam cum titulo,attamen si
scit,quòd propter aliquod delictum, vel aliquã causam
debet priuari illa re & possessione tanquã indignus,tunc
tenetur ad restitutionem fructuum non obstante eius ti-
tulo & possessione.Ita singu.dicit Ange.in l.prædonis.ff.
2 de perit.hæredita.vbi†dicit quòd ibi est casus rotundus
contra prælatos canonicè institutos,qui propter eorum
demerita sciunt se debere priuari tanquam indignos:nã
licet habeant dominium prælaturæ, & faciant fructus
suos,& antequàm priuentur habeant administrandi po-
tentiam,tamen si postea priuantur, eo modo tenentur
quo prædones intrusi.quod est notatu dignum secũdum
eum ibi:& subdit idem esse si non sint priuandi tanquam
indigni,sed quia eorum institutio potest cassari : de quo
ibi latius per eum.quod dictum pro valde notabili refert
& sequitur ibi Pau.de Cast.Teneas menti : quoniam hoc
dictum potest millies contingere in facto.

CCLXIX.

1 *Testem vnum integrum de maleficio deponentem sufficere ad in-*
ducendum sufficiens indicium ad quæstionem, non tamen si
super aliquo à maleficio remoto deponat:nam tunc duobus te-
stibus opus est .Et vide ibidem limitationes nu.2.& 3.

ALiàs dixi tibi latè in l.j.§.iidem Cornelio.ff.de quæ-
1 stio.& in l.fi.post Bart.ibi,eo.tit.quòd†ad probandũ
indicium sufficiens ad torturam,sufficit vnus testis tan-
tùm integer deponens de ipso maleficio, secus si depo-
nat super aliquo remoto ab ipso maleficio.quia tunc re-
quiruntur duo testes,vt voluit gloss.not.in l.fina.C.fami.
erciscun.circa quæ plura adduxi in dictis locis.Nunc au-
tem limito tibi prædicta notabili limitatione, videlicet,
2 quòd†est verum, quòd vnus testis integer deponens de
ipso maleficio facit indicium ad torturam :hoc est ve-
rum,quando solùm tractatur de tortura,secus autẽm si
ex forma statuti vel legis deberet stari indiciis quantum
ad plenam probationem:quia tunc necesse est quòd tale
indicium probetur per duos testes.Ista est gloss valde no.
in auth.de testa.imperfect.post princip.& hoc ibi voluit
3 Angel.vbi inquit,quòd si statutum dicit,quòd†in male-
ficiis nocturnis indicium habeatur pro plena probatio-
ne,quòd tunc licet vnus testis deponat de veritate, & de
ipso maleficio,tamen nõ poterit ex tali indicio sequi con
demnatio,nisi probetur per duos testes:quod est summè
notandum:& verè non memini me alibi vidisse hanc do
ctrinam:de qua etiam feci mentionẽ in repetitione mea
l.fi.C.de proba.in lxxvij.charta.

CCLXX.

1 *Homicidam mortis pœna puniendum, nam occisorum sanguis ad*
Deum continuò clamat.
2 *In iudicis tamen potestate esse non ad mortem damnare, sed de-*
portare.

1 HOmicida†puniendus est pœna mortis:vt habetur in
l.iij.§.legis Corneliæ.ff.ad legem Corneliam de sica
riis.& in l.qui vltimo.cum ibi not.& in l. respiciendũ. §.
fi ff.de pœn.vt habetur in §.item lex Cornelia.Institu. de
public.iudic.& in c.omnis.iij.distin.Et ideo dicit tex. in
l.nemo.C.de epis.audien quòd homicida expectet illud
quod alteri fecit:& ratio potest esse,quia sanguis occiso
rum continuò clamat ad Deum:vt scribitur in Apoca-
lypsi.Ecce post hæc vidi animas interfectorum claman-
tes ad Deum,& dicentes,Vsquequo domine non das iu-
dicium,& vindicas sanguinem nostrum de interfectori-
bus nostris,qui sunt in terris?Quod refert dom. Paris de
Puteo,in suo tract.syndi.in cv. char.in j.colũ.facit illud,
2 Clamitat ad cœlum vox sanguinis. Teneas†tamen men
ti notabile verbum ,quòd est in potestate iudicis non
condemnare pœna mortis,sed deportare homicida. quẽ
impulit iracũdia orta aliter quã ex facto offensi:per text.
in l.lex Iulia.in § fi.ff.ad l.Iul.repetun.ita singu. dixit Lu-
do.Ro.in l.cum mulier. in xxxij.col.ver. aduerte tñ, quia
etiam offensa.ff.sol.ma.quod dictũ pro valde notabili &
mirabili refert & sequitur do.Feli. in c.dilecti filij.in viij.
col.versic.secunda declaratio.extrà de exceptin.vbi etiã
pro singulari adducit.& illum text.in d. l.lex Iulia.in §.
fi.pro not.allegat Bald.in l.addictos. C.de episc. audien.
& Angel.de Aret.in tract.malefi.in verbo,præsente Caio,
& appellante.in versicu. quid autem si non obstante. &
vide quæ dixi suprà in singular.100. incipient. Occidens
aggressorem.

CCLXXI.

1 *Probationes è domo rei sumi non debere , nisi de animæ periculo*
quæstio sit.
2 *Ex magna tamen causa iudex ad fundandam agentis apud se in-*
tentionem,reum ad exhibendum instrumenta, seu rationum
libros in iudicio compellere potest. Et quid hic magna causa
dicatur.

1 PRobationes†non debent sumi de domo rei. l. nimis
graue.C.de testib.l de minore.§.tormenta ff.de quæ-
stionibus.l.qui accusare.C.de edendo.l.ab ea parte.ff.de
probatio cum simılib. Limita tamen hanc regulam &
prædicta iura duobus modis. Primò, quòd non habet
locũ vbi principaliter tractatur de periculo animæ:quo
niam tunc probationes possunt sumi de domo rei. Ita
not.dixit Lud.Roma.in consilio suo cccxcviij.incip. Vt
clamor.vbi dicit,quòd licet regulariter ad fundandam
intentionem reus actori propria instrumenta seu pro-
prias rationes edere non compellatur,vt in c.j.de proba.
& in l.qui accusare C.de eden.cum similib.attamen hoc
fallit,vbi principaliter tractatur de periculo animæ,quo
niam tunc reus actori compellitur edere ad intentionẽ
suam fundandam.alleg.ad hoc tex.in clemen.j.in §. cæ-
terum.de vsuris. quem ad hoc secundum eum allegat
Ioan.Andræ.in addit.Specul.in titu.de instrumentorum
editione.§.videndum.in additio.incipien.Satis est ma-
gna causa.Secundò limita prædictam regulam, quòd li-
cet probationes non sint sumendæ de domo rei, atta-
2 men † ex magna causa iudex ad fundandam apud eum
intentionem agentis compellet reum ad exhibendũ in-
strumẽta seu libros rationum sibi ipsi iudici.Ita no.dixit
Lud.Roma.in dicto consil.suo cccxcviij.ad quod allegat

Specul.in tit.de instr.edi.in §.nunc videndum. versicu.&
nor.ex præmisis.in versicu.& nota quòd si lite penden-
te. & allegaretiam dom.de Rota,in decisio.sua ccccccij.
& do.Anr.in c.j.de proba.& subdit quòd magna causa
est secundum eum,quando parti alteri perisset copia pro
bandi,quod ipsa intendit:sed vltra Lud.dicas,quòd idē
voluerit do.de Rota in nouis decisionibus,in tit.de pro-
bationib.decis.v incip.Licet pars.de quibus doctrinis &
limitationibus dixi etiam in l.de minore.in §.tormēta.
circa fi.ff.de quæstio.vbi videas.

CCLXXII.

1 *Causam vnam in libello deducens,ac de alia probās,vt causa cadat,iuris est recepti si tamen de æquitate vel sola facti veritate inspecta,de ipsa causa cognoscendum est,unam tunc probata alia causa obtinere debet.*

IN hac inclyta ac regia ciuitate Bononiæ mihi patria
amœnissima hactenus fuerunt,& de præsenti sunt ali-
qui procuratores doctissimi in vtraque censura,qui non
dubitant cum quocunque peritissimo viro allegationes
iuris oretenus,& etiam in scriptis facere:adeò quòd,si ve
ra loqui fas est,aliqui procuratores huius ciuitatis sunt
doctores aliquorum doctorum aliquarum ciuitatū Ita-
liæ,& aliarum prouinciarū:& inter alios est hic *ser Mel-
chior de Zanctis* procurator vir profectò magnæ practicæ
& scientiæ,qui proximis diebus elapsis allegando in qua
dam causa dixit singulare verbum,quod non memini ab
alio nec doctore nec procuratore viuo audiuisse, vide-
1 licet:Tu†scis quòd si deduco vnam causam in libello ,&
postea probo de alia,succumbam.l.habebat.in princ.ff.
de instir.& habetur in l j.ff.si mensor fals. mod.dixe. per
Bar.in l.j.in prin.in ij.colum.ver. veniamus ad causam.
ff.de eden.& per Inn.in c.ex parte.de priuilegi.hoc ta-
men limitatur singulariter,nisi causa esset cognoscen-
da de æquitate,vel sola facti veritate inspecta . nam tali
casu,licet actor in libello deduxerit vnam causam,& pro
bauerit de alia causa,debebit obtinere.ad quod allega-
uit Bar.hoc expressè dicentem,si eius verba rectè pon-
derētur in l.Aemilius.in ij.col.ff.de mino.& do.Alex.hoc
idem clariùs dicentem in l.si ita stipulatus.§.Chrysogo-
nus.in v.col.ff de ver.obli.non tamen allegat Bart.in d.l.
Aemilius.sed allegat hoc voluisse do.Anro.in consi.suo
incip.Viso dicto puncto.& Ioan.And.in additio.Spec.in
tit.de acto.& peti.in §.sequitur.super versi. hoc quoque.
& Bar.in tract.suo ad reprimendum,in verbo, sine figu-
ra.& alios de quibus ibi per eū:quæ doctrina est not.non
fallor.& eam addere poteris ad materiam clausulæ,sola
a facti veritate inspecta [a]: de qua per docto.in cle.sæpe.de
verbo.signi.vbi per Lanfran.in ij.col.& per Imo.in c.di-
lecti.de iud.& per Bal.in l.nemo.C.de senten.& in ca.j §.
inuestitura.de noua for.fidel.& per Bar.in tract.ad repri
mendum,in verbo,summariè.& per Barto.in repeti.l.ne
quicquam.in §.de plano.ff.de offic.proconsul.& in l iu-
dices C.de iudi.& per Ludo.Roma.in consi.suo xx.inci.
Viso puncto.in ij.col.& in consi.lix.inci.In casu propo-
sito.ante fi.Vide omnino do.Philip.Decium in consilio
xj.incipien.quoniam.in vlti.col.& Alexā in consi.cxiiij.
incipien.viso processu,&c.in vlti.colum.in vj. volumi. &
Soci.in consilio cv.incipi.visis testibus.in vlti.columna.
in fi.in iiij.volu.

ADDITIO.

a Veritate inspecta.De hac clausula vide Roma.singu.dccxcij.
quid importanr.& infrà sing.cccxciiij.probationes.

CCLXXIII.

1 *Testis vnus de re ipsa,qua de agitur,semiplenam facit probationem.Et num tunc ita probans iuramentum in supplemētum, à iudice petere,& obtinere sibi deferri possit? Quod intelligas vt nume.2.4.5.8.9 11.& 16.*

4 *Fœneratore hærede institute,turpem personam institutam videri.ad hoc vt fratris testamentum per fratrem præteritum rumpi possit.*

7 *Iudæus quo casu aduersus Christianum testis esse nequit,eodem quoque casu factus Christianus & sic nec post baptismū testis erit: sicuti nec periurus peracta etiā pœnitentia nec etiam inimicus reconciliata amicitia.*

10 *Frater licet pro fratre testis esse non potest,religiosus tamen frater testis erit.*

12 *Donationis filijfamiliâs prohibitio regulariter facta ad filiosfami. Senatoris,vel alterius dignitatis,idq; propter persona dignitatem,non extenditur.*

13 *Cardinalis legatus de latere,asserens se commissionem habere ad legitimandum,& famā restituēdum,ad aliusq; procedat,nec litera de mandato appareant,an quod gessit,valeat?*

14 *Testi non verisimile deponenti licet non credatur,tamen id non penitus obseruatur,nimirum in testibus valde dignis.*

15 *Eximens reum de familia publica manibus,licet crimine legis Iuliæ maiestatis teneatur,sitq; eadem pœna, qua exemptus fuerat puniendus,non tamen in Cardinale procedit.*

17 *Spurius notarius,si fuerit notarius alicuius causa,processumq; scripserit,& rogatus fuerit de gestis in causa a partibus & iudice:eaq; ad pluteum iuris fecerit tanquam notarius plutei publici,quod fecerit,subsistere nequit.*

18 *Spurios facti infamia infamis esse.*

1 NOtissimum est in iure,† quod vnus testis deponens de re
ipsa,de qua agitur,facit semiplenam probationē:vt
voluit Bar.& alii in l admonēdi.ff.de iureiur.& in l.in bo
næ fidei.C.eo.tit.cum similibus.Et habens vnum testem,
& sic semiplenam probationē,potest petere a iudice sibi
deferri iuramentum in supplementum probationis :&
iudex tenetur illud sibi deferre regulariter:vt tenēt om-
nes scribentes in dictis iuribus.Attamen teneas menti,quod
illud non procedit,nec locū habet in illo qui pro se exa-
minasset vnum testem,qui esset spurius:quoniam nō de-
ferretur sibi iuramentum in supplementum : & ratio est,
quia spurius censetur infamis,& eius fides non facit semi
plenam probationē.Ita dixit Ludo Roma.in d.l.admo-
nendi quod dictum ibi refert & sequitur domi.Io.Bapti.
de Caxalupis,in xviij.char.in j.col.versic.decimoquintò
fallit ad quod allegat etiam Azo.in summa,in tit.de na-
turalibus liberis.& Bal.in l.j.C.de iure aureorum annul-
lorum.& alios de quibus ibi per eum.Et subdit ipse dom.
2 Ioan.Bapti.vbi supra in versi.xxvj.eadem †ratione idem
esse in spurio petente sibi deferri iuramentum, quando
probauit per vnū testem:quia in hoc iuramento sibi de-
ferendo fungitur vice testis,& tanquam infami tale iura
mentum non est sibi deferēdum.& allegat ea quæ dixi in
dicta repetitione d l.in xij.fallentia.Vide dominum Phi-
lippum Decium in consi.xxxvij.incip.in causa.in iiij.col.
circa principium.Et subdit postea ipse in versic.xxvij.ibi
sequen.quod eadem ratione idem erit in fœnerarore,cū ipse
sit infamis:vt in l.improbum.C.de infamibus.Et ibi vi-
de Pau.de Cast.& Alex.in consi.xciij.incip.repetitus.in j.
col.in vj.volu.& per Cy.in l.si quis ad declinandam.C.de
epis.& cler.& in l.j.C.de sum.trinit.& fide catholica.& in
3 l.Cassius.ff.de senatorib. Et † ideo consequenter dicit, quod
si vnus testis erat fœnerator,quem ego produxi, vel ego,
qui volo iurare,sum fœnerator , non deferetur mihi iu-
ramentum.Ita dixit in indiuiduo dixisse Bal in l.qui ac-
cusare.C.de eden quod dictum secundum eum sequūtur
ibi Moder.& in d.l.admonendi.Pro quo dicit beneface-
re quod dixit Mathe.in notabili suo 50.& do.Ant.in ca.
4 Raynutius.de testa.vbi † dicunt, quod instituto fœnerarore
videtur instituta turpis persona ad finem,vt testamētum
fratrum posit expugnari per fratrem præteritū.de quo
in l.fratres.C.de inof. testa.Ego autem supradicta de spu
rio ampliabam vno modo,postea limitabam aliquibus
5 modis,& †primò ampliabā procedere superius dicta ne-
dum in spurio merè & de facto spurio, sed etiā in spurio
legitimato:quia spurius,etiam si sit legitimatus,est infa
mis.Bal.in l.generaliter.C de institutio.& substitutioni.
sub conditio.factis.pro quo facit quod voluit idem Bal.
6 in c.fi.in ij.col.de translatio.episco.vbi†dixit,quod spu-
rius legitimus est assimilatus homini medicato à morbo
remanente aliqua cicatrice.& facit etiam glo.not.in ca.
constituit.xvij.q. iiij. quæ voluit, quòd infamia rema-
7 net apud infamem extincta causa infamiæ Ideo † dicit,
quòd Iudæus in casu,in quo non potest esse testis contra
Christianum,non poterit etiā esse testis contra eū si effi-
ciatur Christianus,& sic post baptismum. quem textum
& gloss.allegauit pro singu.Ludo.Roma in singulari suo
cccccclxxix.

ccccccla xix.incip.veniamus ad luctum panis. Et facit
gloss.not.in l.qui cum vno.in §.ignominia.ff.de re mili.
quæ dixit,quòd periurus,etiam post peractam pœniten-
tiam,non poterit esse testis,sicut nec antea poterat.quá
glo.ad hoc allegat Bal.in l.Lucius.in fi ff.de infami.& fa
cit etiam,nam inimicus etiam post pacem factam non
potest esse testis contra illum, cum quo habebat inimi-
citiam.Ita dixit do.Alexand.in consi.suo xcix. incipien.
In causa inquisitionis.pro quo allegat bonum text.in ca.
accusatores.j.iij.q v.de quibus latius dixi suprà, in sing.
8 cvij.incip.Priuilegium dignitatis.vbi videas.Limito † ta
men prædicta de spurio non procedere, nec locum ha-
bere in spurio aliàs bonæ conditionis,vitæ & famæ:nam
propter bonitatem & legalitaté personæ receditur á re-
gulis iuris communis,per glo.singu in l.Titio fundus.ff.
de condi.& demonst.de quo late dixi fortè vltra omnes
in l.j §.ad quæstionem. post prin.ff.de quæstioni.& in re-
pe.mea l.fi.C.de probatio.in iij.char. Limito † etiá istud
non procedere in spurio effecto religioso:nam si talis de
ponit pro aliquo,facit semiplenam probationem , adeò
quòd poterit deferri iuramentum parti pro qua depo-
suit.Ad quod dicendú moueor ea not. doctrina Guliel.
de Cun.in l.j.C. de sacrosan.eccl.quem ibi refert & sequi
tur Bal.vbi sing.dixit,quòd per ingressum religionis filius
spurius efficitur legitimus:quod dictum refert etiam &
sequitur Lu Ro.in repe.auth.similiter. in vij. priuilegio.
C.ad leg.Fal.& do.Feli.in c.testimonium.in aj.col.in fi.
extrà de testi.& in c.ex tuæ.de simo.in j.col. circa med.
de quo dicto feci mentionem in repe.mea rubri.ff. de fi-
deius.in xij.quæst.loquendo de dignitate ordinis cleri-
catus.Moueor & præterea per singulare verbum Io. de
10 Imol.in c.cùm R.de offi.deleg.vbi † dicit,quòd licet fra-
ter non possit esse testis pro fratre, vt in l.parentes.C. de
testi.cum simi.tamen istud fallit in fratre religioso : nam
talis frater admittitur ad testificandum pro fratre.quod
dictum refert & sequitur Barb.in d.c.cùm R.canonicus.
in v.col.de quo dixi similiter in d.mea repe.rub. de fide-
iusso.vbi suprà.Et pro hac limitatione faciunt optimè
quamplura per me accumulata circa dignitatem cle-
ricatus seu religionis in d.rubri.in xij.quæst.quæ videas.
11 Limito † etiam prædicta de spurio non habere locum in
spurio nobili, & magnæ conditionis & excellentiæ, vt-
putà in filiis spuriis principum, vel regum, & similium:
nam tales propter dignitatem & nobilitatem persona-
rum suarum facient semiplenam probationem ex dicto
suo , adeò quòd poterit deueniri ad delationem iura-
menti in supplementum probationis. Ad quod dicédum
moueor primò per tex.singu.in c.nobilissimus.xcvij.di-
stinct.vbi creditur verbo simplici Legati sine ostensione
literarum de sua legatione, propter nobilitatem perso-
næ suæ.Et illum text.ad hoc allegauit Angel.in l.ex qua-
cunque § fi.ff.de public.Moueor etiam per text. not. in
12 l.filiusfami.ff.de dona.in §.nonnunquàm.vbi † habetur,
quòd prohibitio donationis facta regulariter filiisfa. nó
extenditur ad filiosfa.senatoris,vel alterius dignitatis:&
hoc propter dignitatem personæ.quem tex.ad hoc mul-
tùm notat Ange.in l.obligatione generali & ibi dixi le-
gendo.ff.de pign.pro quo facit sing.verbum Pau.de Cast.
quod retuli suprà,in sing.caiiij.incip.vulgatum & tritum
est.quod non refero breuitatis causa : de quo etiam feci
mentionem in l.j.§.ad quæstionem.circa medium. ff. de
quæstio.Et facit optimè no.verbum Bal.in l.exemplo.in
13 fi.C.de proba.vbi dixit,quidam Cardinalis † táquàm le-
gatus de latere asserit se habere certas speciales commis-
siones,putá ad legitimandum vel restituendum famæ, &
processit ad executionem illarum:tamen literæ aposto-
licæ de mandato non apparent,& ideo reuocatur in du-
biú quod factum est,quæritur quid iuris: in quo ipse Bal.
respondet,quòd si publicè fecit huiusmodi actus non se-
mel sed pluries,præsumitur quòd habeat mandatú,quod
asserit:& valent gesta,non ratione communis erroris,sed
ratione præsumptæ veritatis, & assertione talis & tanti
viri.allegat no.in capit.cùm ea literis.de restitu.in integ.
in nouel quod dicit esse menti tenendú.pro quo faciunt
optimè dicta per Sali. in l.j.ff.de man.prin.& facit quod
voluit do.Fel.in c.quia verisimile.in prin.vlt.col.de præ-
14 sump.vbi not.dixit † quòd licet non credatur testi depo-
nenti non verisimile,per illum text. & quæ ibi habentur,
tamen hoc non procedit in testibus valde dignis: quia
tales testes tantum probant quantum testes aliàs idonei
cum fama:quod dicit esse sing no . Vide Ias.in l.iubemus.
in ij.& iij.col.C.de iudi.Quibus etiam addi potest di-
ctum Alber.de Ros.in l.addictos.C.de episc.aud. & Bal.
in l.addictos.C.de appell.quos refert & sequitur domi.
15 Barthol.Cæp.in caut.suis,caut.ij.nam † tu scis,quòd exi
mens de manibus familiæ aliquem reum criminis,quòd
punitur crimine legis Iuliæ maiesta.& sic pœna mortis:
vt dixit Bar.in l.cuiusque.ff.ad leg.Iul. maies. & eadem
pœna punitur,qua veniebat puniendus ille exemptus:vt
habetur in l.j.C.de his qui latro occult.quem tex.ad hoc
alleg.Bar.in l.si quis.in fi.ff.ne quis eum.de quò latius per
Alex.in consi.suo xxxv.inci.viso themate.in ij.col.ij.vol.
a Sed hoc fallit in Cardinali:quam quando reus criminis
ducitur ad iustitiam,& obuiat alicui Cardinali,túc ipse
Cardinalis potest illú reú auferre de manibus familiæ,&
familia nó debet sibi facere aliquá resistétiá,sed ob reue-
rétiá ipsius Cardinalis eú sibi tradere.Idé dixit Bal. in re
perto.suo,in ver.priuilegiú circa fi.& Ias.in rub. C.ne li-
ce.pot.Ita dicit Alb.in d.l.addictos.se audiuisse in Roma
na curia,licet hoc de iure non reperiatur cautú.quod di-
ctum ibi refert Pau.de Castr.in fin.dicens,quod illud di-
ctum est vbique diuulgatum.Ex quo dicit, quòd tempo-
re quo erat curia Romana Florentiæ, cauebant rectores
& Cardinales non ire per loca, per quæ criminosi duce-
16 bantur.Et † sic per ista limitabam dicta de spurio non ha
bere locú in spurio nobilissimo & dignissimo.pro qui-
bus optimè faciunt quæ dixi de testibus legalissimis in l.
ptima. §.si quis vltro.post princip.ff. de quæstio.Potes e-
tiam limitare prædicta non habere locum, vbi non pos
set alia probatio haberi:nam tunc admitteretur ipse spu
rius,per ea quæ dixi in repeti.mea l.final.C. de probatio.
in quinta charta.circa princip.& suprà in singul. lxxiij.
incipien plures. Vltimò circa hanc materiam spurietatis
17 scias, † quòd si aliquis notarius spurius fuit notarius ali-
cuius causæ,& scripsit processum,& fuit rogatus de ge-
stis in causa à partibus & à iudice & ista fecit ad banchú
iuris tanquam notarius banchi publici:quod talis pro-
cessus non valet,sed corruit : & non facit probationem.
Ita multum notanter dixit domi. Alexand.in consil.suo
lxxx. incipien.examinato processu.in prima columna.in
secundo volumi.ad quod adducit Bartol.hoc in termi-
nis dicentem in l.eadem. ante fin.ff ad legem Iuliam re-
perú. vbi dicit,quod infamis & sic spurius non poterit
exercere aliquod officium publicum,putà quòd esset no
tarius ad banchum iuris & alleg.not.in l.secunda.§.mi-
les.ff.de his qui not.infa.de quo latius per dominum A-
lexand.in dicto consilio suo:quod profectò est singulare
verbum,quia poterit facere corruere infinitos processus
factos per notarios spurios ab banchum iuris. Ego in
officiis,quæ ferè per totá Italiam habui,semper ad ban-
chum meum iuris vnum, & quandoque duos notarios
spurios habui,qui erant rogati de omnibus processibus
agitatis coram me,& iudicibus seu assessoribus meis,&
partes semper tacuerunt:ego quoque tacui, ne repellédo
eos facere eis iniuriá,dicendo eos esse spurios,& sic infa
18 mes:nam, † vt Z.in prin.dixi, spurij sunt infames infamia
facti:vt etiam dixit Bald.in capitu.primo.§.naturales.in
ij.colum.si de feu.fue.contro.& domi.Alexá.in consi.suo
ij.incip.visis codicillis.in iiij.col.in j.volu.vbi ad hoc al-
leg Azo.in summa.C.de infa.circa princip.& idem dixit
ipse do. Alex.in consi.xxv.incip.Circa primum dubiú.in
iij.col in eo.vol.& in consi.lxvij.inci.Consideratis,&c.in
vij.col.in eo.vol.& in cósil. xciiij.inci.Consideratis, &c.in
iiij.col.in eo.vol.& in consi.lxxx.incip.Examinato pro-
cessu.in j.col.in ij.vol.Teneas etiam menti in hac mate-
ria delationis iuramenti, quòd periuro non deferretur
iuramentum in supplementum probationis, secundum
doct.in c.fi.de iureiu.quos refert Soc.in cósi.cxxxvj.inci.
Præstantissime.in pen.col.pro quibus facit regula, semel
malus.cum similibus.& faciunt quæ latè dixi in l.mari-

tus.in vj.& vij columna.ff. de quæstionibus. Tene menti prædicta, quia facient tibi honorem, & fructum dabunt in tempore opportuno. fortè ista alibi reducta non inuenies, ni fallor.

ADDITIO.

2 Sed hoc fallit in Cardinali. Adde Corset.sing.lxviij.sub verb. cardinalis.& idem si malefactor amplectatur sacerdotē portantem corpus Christi, secundum Ludouicum Roma.singul. cccxxxix.& Corset.singu.ccvij. sub verb. priuilegium immunitatis.

CCLXXIIII.

1 *Nulla quæ sunt, num in iure aliquem quandoque effectum habeant?*

2 *Confessio coram iudice incompetenti facta, licet regulariter nō noceat, efficit tamen vt coram competenti huiusmodi confitens variare nequeat.*

1 LIcet † regulariter ea quæ sunt nulla, non sint in consideratione, & aliquid non operentur: vt habetur in l. iiij.§.condemnatum.ff.de re iudica.& in l.non putauit. in §.non quæuis.ff.de bon.poss.contra tabu.& in l quoties.ff.qui satisdare cogan. cum multis similibus. Vide Ias.in l.licet.C.de procura.& quòd nulla & inualida sint in consideratione, & operentur, vide Ludo.Rom.in cōsi. ccccLxxxiij.incip.saluatoris suffragio.in ij.colum.versic. tertiò, quia videmus, &c. vide infrà in singu.ccccxxxj.incip. dixi tibi, &c.& vide omnino Alex.in consil.clxxxiij. incipiē.in causa & lite in iij.colum.in vj.volumi.Abb.in consi.xxxviij.incip.in quæstione, &c.in ij.col.in versicu. nec obstat quòd dictus, &c.in ij.volumi. Attamen teneas menti perpetuò vnum casum, in quo nullum & inualidū operantur magnum effectum. Nam ad hoc vt tertius cōparens meritò sit audiendus tanquam sua intersit, sufficit quòd de iure suo doceat apparenter, licet excipiatur vel replicetur de nullitate ipsius iuris sui: vnde sufficit probare se electum, licet statim dicatur electionem nullam. vel non canonicam. Ita singu.dixit Innocen. in capitul. veniens.ij.super versi.intentionem de testi. ex quo dicto dicit ibi Card.quòd cùm quidam fratres venirent vt tertii, & probassent in primo cōgressu de quadam vnione, debuerunt audiri, licet statim diceretur inualida. Et ita dicit obtinuisse Florentiæ claudendo per illud dictū ora allegantium: quod dictum dicit ipse signandum cū centum manibus. Quod dictum & omnia quasi supradicta ponit do.Feli.in cap.cùm super.in vij.colum.ver.ad hoc vt tertius.de re iudic.ad quod etiam alleg.domi.Cardin. in consi.suo lxx.incip.In causa fratrum omnium sanctorum. vbi loquitur in materia, non tamen allegat dictum Inno.& alia etiam adducit ibi do.Feli.pro hoc dicto, de quibus ibi per eum. Sed latius etiam ista ponit ipse dom. Feli.in d.c.veniens.ij.de testi.in v colum. in versi.quinta conclusio. vbi dicit, quòd dictum Innocen. sequitur Specu.in tit.de offic.iudi.in §.postremò.& Barto.in l.à diuo Pio.in §.si super rebus.ff.de re iudic.& Card.in cle.j.de re iudic.Et ibi etiam ipse do.Feli.ampliat doctrinam Innocen.& sequacium, quem vide. Teneas menti prædicta ad impediendam executionem sententiarum: quoniam potest sæpiùs occurrere in facto, vt superioribus diebus occurrit, dum ego essem iudex mercantiæ hic Bononiæ. Et
2 adde hic † quòd licet confessio facta coram iudice incōpetenti regulariter non noceat, vt habetur in l.magistratibus.ff.de iurisdictio.omnium iudi.tamen talis confessio facta coram incompetenti, operatur q̄ cōfitens talis non poterit variare corā competenti.ita dixit Inn.in c. per inquisitionem.de elec.quē refert & sequitur Ang.in l. quæro.in §.seruū.ff.de ædil.edic.& vide omnino no.verbum Alexan.in consilio ccccLix.incipien.in causa, &c.in vltimis verbis.

CCLXXV.

1 *Index maleficiorum aduersus furem inquisitionem conficiens, si in inquisitione dicat, quòd ipse fur tali tempore ad domū Titij accessit, & furto subtraxit vestem, vel pecuniā, vel quoduis aliud, quod ad ipsum Titium pertinebat, tum huiusmodi inquisitio non procedit: & id cur.*

STatui omnino te docere singulare verbū paucis, crede mihi, notum, per quod poteris immensum honorem & gloriam, necnon magnas pecuniæ quantitates con-
1 sequi. Ideo attende: Nam † si iudex maleficiorum formet contra furem inquisitionem de furto, dicens in ea inter cætera, quòd ipse fur accessit tali tempore ad domū talis, putà Titii, & furto subtraxit vestem, vel pecuniam, vel aliquid aliud, quod pertinebat ad ipsum Titiū: certè hoc casu non procedit ipsa inquisitio, sed corruit: sed necesse est vt dicat, quòd talis res furata pertinebat ad Titium iure dominii vel quasi: aliàs si simpliciter diceret, quòd ad Titium pertinebat, nō procedit inquisitio vel accusatio, quando illud verbum pertinere latissimè sumitur, & etiā comprehendit eum, cui debetur actione personali: vt habetur in l.verbum pertinere.ff.de verborum significatio. & ideo non competeret accusatio vel inquisitio pro furto, & sic debet sequi absolutio. Ita singular & mirabiliter dixit domi.Marian Soci.in consilio suo viij.incipien. Omnipotens Deus.aliter incipient. Visis & diligenter.in secunda colum.vbi dicit, quòd ita singula.consuluit Bartol.in consilio suo cliiij.incipient.videtur dicendum dictos accusatos.& hoc per not.in l.j.§.Scæuola.ff.si quis testamento lib.esse ius.fue.& per Cynum.in l.si abducta.C. de furt.Et pro hac parte faciunt quæ dixit Ang.de Aret. in tracta.malefi.in verbo, & vestem cœlestem.in penulti. charta.in ver.& aduertas bene quia in inquisitione, &c. vbi omnino vide & Ias.in l.licet inter priuatos.numero 15.C.de pact. Tene menti rogo, quia poteris euadere mille inquisitos vel accusatos de furto à pœna mortis: nam sæpenumero in accusationibus vel inquisitionibus de furto omittuntur illa verba, iure dominii vel quasi, vt docet experientia. Vide tamen dictum Angeli in l.j §.interdictum.ff.si pars hæreditatis petatur.quod videtur destruere prædictam doctrinam si bene ponderetur: & vide quæ dixi in practica mea causarum criminalium in illo dubio, videlicet, an sit necesse quòd ante omnia constet iudici inquirenti de nomine offensi. vbi plura adduxi: & vide etiam omnino Ange.in l.falsus.in § qui alienum.in ver.in tex.ibi, nihil, &c.ff de fur & vide etiam de isto verbo, pertinere, Abbat.post dominum Antonium in capi. primo.in quarta col.de causa pos.& proprie.& in c.cum contingat.in prin.de decimis.& vide domi.Feli.in capi. inter dilectos.in ij column.de fide instru.vbi plura dicit de hoc verbo.

CCLXXVI.

1 *Parum & nihil æquiparari. & ideo statuto cauento, ne quis domum in forensem alienet, si domus parua alienetur, locū non esse statuto.2.*

3 *Officialem pro re minima non esse syndicandum.*

4 *Syndici si ex statuti forma sanguinolentorum percussiones denuntiare teneantur, vbi leuissima est cutis scissura, eam denuntiare non tenentur.*

5 *Febricula leuis appellatione febris non continetur.*

6 *Statutum, vel lex clericum offendētem puniens, leuem iniuriam inferentem non complectitur.*

7 *Res inter alios acta licet tertio non præiudicet, sententia tamen inter alios lata qualequale præiudicium affert, atque exinde effectum mirabilem parit.nu.9.*

8 *Et quid de dictis testium.*

1 PArum, † & nihil æquiparantur.c.licet causam.§.quandoquàm.in verbo, nulla vel modica. extrà de proba. & probatur Insti.ad legem Falcid.circa princip.in ver.pro nullo, aut minimo lucro &c. Vide Barba.in consi.lxxiiij. incip.scripsit &c.in j.col.in iiij.vol.& omnino Ias.in l.si is qui pro emptore.in ij col ff.de vsuc.& Ias oīno in l.sciendū.in iij.& iiij.col.ff.qui satis.cog.vbi adducit plura no. dicta in hac materia, q̄ parum & nihil æquiparātur.pro quo facit gl.in §.pe.in auth.de instr.cau.& fide.in verbo, inter quos &c.quæ dicit, q̄ parū scire, & nihil scire, æquiparātur. Et ideo dixit Lud.Ro.in sing.suo cccxxiiij. in-
2 cip. Hodie quidā. † q̄ statutum prohibens alienare domū
2 in forensem, non habet locum in parua domo: ad quod allegat tex.quē dicit singu.in l.senatus.in §.Marcellus.ff. de lega.j.vbi hoc etiam sentit Ange.& dixit Bal.in c.cùm
3 te.de re iudi.quòd † officialis pro minimo non est syndicandus.

candus.allegat l.quamuis.ff.de condi.&demon. & l.cui
dens.ff deædil.edicto.proquo facit l.Scio.ff.de in integr.
restitutione & l.omnino.ff.de impẽsis in reb.dotal.fact.
& l.res bona fide.ff.de contrahen. emprio. Pro quibus
eriam facit,nam paruum vulnusculum nou est in consi-
deratione:vt est tea.in l.j.in § proiude.ff.de ædil. edicto.
adeò quòd statutum puniens vulnerantem,non compre
hendit facientem vulnusculum,seu paruam curis scissu-
4 ram,secundum Bal.in l.fi.C.de ædi.act.in j.col.vbi † etiã
subdit,quòd si statutũ dicit quòd syndici teneantur de
nunriare percussiones sanguinolentas,non tenentur de
nuntiare,vbi est leuissima cutis scissura & allegat dictã
l.cui dens.&dict.§ proinde.quem text.dicti § etiam pou
derauit Ang.& Lud.Ro.in l.j.§.eacusantur.ff.ad Syl. Pro
quibus facit gl.not.in c.cùm illorum. in verbo, sangui-
nis.de senrẽ.excommunicat.& in cle.ne Romani.in §. fi.
in versicu.effundendis.de electio.& in c. placuit. ij. aviij.
5 distin. & facit l.quæsitum.ff.de re iudi.vbi† dicitur,quòd
appellatione febris non venit leuis febricula. Et diait
Bal.in l.si quis in hoc genus.in fi.C.de episc.& cler.quòd
6 †si statutum vel lex punit offendenrem clericum, com-
prehendit solùm ei inferentem atrocem iniuriam, non
autem leuem: & possem adducere fortè ducenta dicta
in hoc proposito, quæ aliàs cumulaui ad materiam d.
l.quæsitum.quæ omitto breuitatis causa Attamen scias
quòd inter alios casus, qui possent adduci, in qui-
buseriam parum seu modicum est in consideratione,
& multum operatur:est vnus casus multùm not. vide-
7 licet, † quòd licet res inter alios acta tertio non præ-
iudicet:vt in toto tit.C.res inter alios acta.& habetur in
cap.penul.de re iudi.cum simi. attamen sententia inter
alios lata contra tertium operatur qualequale præiudi-
cium,& sic modicum præiudicium:vt habetur in l.à sen-
tentia.& in l.sæpe.de re iud.Et istud qualequale præiudi-
cium operatur maaimum & mirabilem effectum: nam
æquipollet semiplenæ probationi habili ad deferendum
sacramentum in defectum semiplenæ probationis. Ita
multum sing.diait do.Ant.in c.pe.in iiij.col. de re iud.&
dicit quòd hoc tenet Bar.in l.admonẽdi.in xiiij.colum.
8 versi.quæro quid si dicta testium.ff.de iureiurã. vbi† di-
xit,quòd si dicta testiũ sint recepta inter alias personas,
faciunt quoad alios semiplenam probarionem. quod
dicit esse verum, si tales testes nunc eaaminari non pos-
sunt:aliàs sibi imputaretur cur de nouo non faceret eos
examinari.quod dictum eriam ponuut do.Ant.& Abb.
in c.fi.de iureiuran.& domi.Alex.in repe.dictæ l.sæpe.in
xviij.col.in princi.de re iudica.vbi dicit,tene menti istud
dictum obsecro,quia est de pane luctando:& istud di-
ctum etiam refert ipse domi.Alex. in l.si duo patroni.in
princi.ff.de iureiur. vbi etiam ponit de isto qualiquali
præiudicio.& in dicta l.admonendi.in pen.colum. ver-
sicu.quærit etiam Barto.hîc,quid si dicta testium. Vide
infrà in singula.ccclxsj. incip. testis de auditus &c. Item
pro istis etiam faciunt optimè dicta per Ang.in l.ij.in fi.
9 C.de edendo.vbi† dicit,quòd sententia lata inter alias
personas facit qualequale præiudicium quò ad semi-
plenam probationem inter alias personas.faciunt etiam
dicta per Bal.in dicta l.si duo patroni.& prædictam do-
ctrinam do.Ant.in d.c.penul.de re iudicata,refert do-
mi.Feli.ibi in j.colum.& in c.cùm dilecti. in vlt.colum.
de accusa.domi.Abb.in dicto c.pen.reputat hoc dictum
not.tamen dicit esse relinquendum iudicis arbitrio, qui
arbitrari deber secundum quod sententia tangit ius
absentium.allegat aliqua de quibus ibi per eum,de quo
latiùs per dominum Alexan.& domi.Feli.in dictis locis
superius alleg.

ADDITIO.

a Non habet locum.Contrarium singular.tenet Bald.in l.pri-
ma.§.de eaercitoribus.ff. naut. caupo. stabul. vbi concludit
quòd statuto cauente quòd incendens domum combura-
tur,comprehenditur is qui paruam domum incendit.& illud
dictum pro singulari commendat Ias.in capi.primo. in prin-
cip.versi.contra tamen prædicta.in tit.qui feudum dar.poss.
& assignat rationem,quia iste dabat operam rei illicitæ,scili-
cet incendio.Cogita tamen propter ea quæ hic dicuntur de
inferente vulnus,vt non comprehendatur qui vulnusculum
intulit,licet illicitum faciat.

CCLXXVII.

1 *Exceptionem non numeratæ pecuniæ post biennium opponi non posse: poterit tamen debitor iudicis officium post bienniũ implorare. Quoniam prohibitus excipere, iudicis officium implorare non prohibetur.*

2 *Et quid de doli exceptione? Item quid de iure canonico?*

Licet suprà in sing.lxxxviij.incip. stante statuto.plura
diaerim circa materiam recursus ad superiorem, vt
ibi patet:attamen nuperrimè in eadem materia capias
aliud notabile verbum succi plenum, videlicet, Tu scis
1 †quòd eaceptio non numeratæ pecuniæ non potest op-
poni post biennium:vt est tea.in l.in contractibus.in §.
illo.C.de non nume.pecu.attamen poterit debitor post
biennium implorare officium iudicis :secundum Bal.in
l.illicitas in prin ff de offi.præsidis.Quod dictum repu-
tat sing. Belenainus in c.fi.de solutio.in apostillis.& ratio
esse potest,quia prohibitus excipere non prohibetur iu-
dicis officium implorare,secũdum Bar.in l.j.§.& parui.
in ij.col.ff.quod vi aut clam.& dixi in d.sing.laaaviij.Itẽ
2 scias etiam quòd licet post biennium non possit opponi
dicta eaceptio,tamen bene potest opponi exceptio do-
li:quia dolo & fraude petit,vel dicit soluta pecuniã non
numeratam.Ita sing.dixit Hosti.in c.si cautio.de fid.in-
stru.quod dictum refert & sequitur Barb.in consilio suo
xviij.inci.Præclarè scribitur.in vlti.col.in ij.volu.vbi di-
cit,quòd istud dictum sequuntur omnes doct.An autem
de iure canonico possit perpetuò opponi exceptio non
numeratæ pecuniæ.vide Ias.in l.cùm quis.in pe.col.C.de
iur & fac.igno.& in l.qui pecuniam.in j.col.ff.si cert.pet.
Tene menti,quia sæpe practicatur materia ista non nu-
meratæ pecuniæ.

CCLXXVIII.

1 *Creditor duos reos, vel plures obligatos insolidum habens pro debito vno, num possit quem velit pro toto conuenire debito?*

1 Habens† duos reos,vel plures obligatos insolidũ pro
vno debito,potest cõuenire quem vult pro toto de-
bito:vt habetur in l.duos reos.in prin.& in l.reos.§.fin.ff.
de duob.reis & in §.plures.Insti.de fideius.Hoc tamen li-
mita & restringe, quòd tali casu non poterit vnus solus
compelli, nisi primò etiã alii fuerint requisiti, seu inter-
pellati,& fuerint in mora.Ita notáter dixit Pau.de Castr.
in l.in executione.circa prin.ff.de verbo.obliga.vbi pro
hoc alleg bonum tex.in l.fideicommissa.in §.pe.ff.de le-
ga.iij.quem tex.dicit se alibi nescire.& idem dixit Alexã.
in l.ij.in §.& harum.post prin.ff.de ver.obli.& hoc etiam
ipse sentit in eadem l.in § eahis.pro quibus faciũt dicta
per Abb.in c.cùm deputati.in v.col.de iudi.Tene mẽti,
quoniam est quotidianum,& plures errant in hoc.

CCLXXIX.

1 *Mulierem pro debito ciuili incarcerari non posse, nisi huiusmodi mulier meretrix, ac non maritata sit.*

2 *An autem meretrix maritata incarcerari possit, & quo casu?*

Dixi tibi superiùs in sing ccxlviij.incip.Conditio &c.
1 plura in materia mulierum.Et† inter cætera dixi, quòd
licet mulier carcerari non possit pro debito, tamen hoc
fallit in muliere meretrice:quia talis mulier meretria po
terit pro debito carcerari.allegaui doct.hoc tenentes in
pluribus locis.Quod tamen ibi limitaui,nisi talis mere-
trix sit maritata,quia tunc incarcerari non poterit. ad
quod allegaui Ioan.Andr.in addit Specu in titu.de in-
iuriis & damno dato.& alios de quibus ibi videas. Sed
2 †nuperrimè dico, quòd ista limitatio Ioannis Andreæ
& aliorum volentium quòd meretria maritata non pos-
sit carcerari,est limitanda & restringenda, nisi maritus
talis mulieris meretricis sit leno, vel infamis: nam tunc
coniugium non obstaret,quia talis meretrix posset car-
cerari pro debito. Ita dixit domin. Ioannes Baptist. de
sancto Seuerino in tractatu suo de debitoribus suspectis
& fugitiuis,in aiij.colum.post medium.pro quo allegat
in argu.quæ habentur in l.si adulterium.C.de adult.& in
auth.sed nouo iure.eo.tit.Tu vltra cum dicas, quòd pro
hac limitatione & doctrina faciunt optimè in argum.

text.& quæ ibi habentur per doct.in l.in arenā.C.de inofficio.testamento. Tene menti, quia hoc faciliter istis temporibus potest euenire in facto pluribus modis.

CCLXXX.

1 *Agere ad declarationem iuris sui, vbi impetu dubitat, an quis possit? Et quando id liceat?*

2 *Possidens rem, quam tamen restituturus est opponēdo de iure tertij, non potest restitutionem denegare.*

1 LIcet† quis posit agere ad declarationē iuris sui quādo dubitat molestari, vt habetur in l.diffamari.C.de inge.manu.& in l.si duo patroni.in prin.vbi gl.no.ff.de iureiur.& in l.Aurelius.§.centum.ff.de lib. leg. & habetur plenè & magistraliter per Angel.Are.in rub.Instit.de except.in xviij.columna.versicu secundò fallit.& in eadem rubr.in xxviij.col.ver. quartò aduertendū,&c. attamen tene menti, quòd si ego essem in possessione alicuius rei, in qua non haberem ius,& dubitarem in ea molestari à te, quem etiam scio nullum ius habere in eadem re, non posum agere ad declarandum te nullum ius habere in illa re: sed tunc demum possum agere quando prætendo me ius habere, vt illud declaretur. ita singu. dixit Innocen.in c.Abbate.post prin.in j.colum.de verbo. signific. quod dictum pro valde not. refert & sequitur Paul. de Cast.in l.si contendat ff.de fideiuss & idem Pau.de Cast. exclamat illud dictum in l.si finita.§.elegāter.ff.de dam. infect.ad limitationē d.l.si contendat.quod est multùm not.ad limitationem dictorum iurium secundum dom. Alex.in d.§.eleganter.in xj.colum.& Feli.in c.olim.in vj.
2 col.de rescrip quem vide. Item † scias etiam, quòd si quis posideat rem, quā tamen restituturus est, non potest denegare restitutionem, opponendo exceptionem de iure tertii. ita no dixit do.Alex.in l.si patroni.in §.qui fideicommissariam.in iij.col.ff.ad Trebel.vbi ad hoc allegat gl.quam dicit singularem in l.his communiter.§.j.ff.familiæ ercis.& Bart.in l.si.ff pro hærede.& Bal.& Moder. in l.si aliena.ff.soluto matrimo.& idem dixit Lud.Rom. in consilio suo cccxlvij.incipien.quò ad articulum.circa med.vbi etiam allegat domi.de Rota hoc tenentes. Teneas menti, quia verè sunt duo not.dicta in iure.& non parui ponderis.

CCLXXXI.

1 *Socium de culpa ac negligentia teneri. Vnde præpositus debitis societatis colligendis si neglectu ipsius deteriora nomina facta sint, ac non soluendo, consocijs de negligentia tenebitur, ac cedet in eius partem deterioratio.*

1 SOcius† tenetur de culpa & negligentia: vt habetur in l.cum duobus.in §.venit.& ibi Bar.ff pro socio.& in l.socius socium.eodem titu. Et ideo teneas menti, quòd si aliqui contraxerunt societatem insimul, & præposuerunt vnum ex eis negotiationi, quòd si ille neglexit exigere à debitoribus societatis cùm posset, & illi debitores effecti sunt non soluendo. quòd ille tenetur de negligentia commissa in exigendo: ideo quòd in diuisione societatis tales debitores inhabiles imputabūtur in partem ipsius socii negligentis exigere, dum erant soluendo. ita singul. dixit Paulus de Castr.in l.si fideiussor.ff.de fideius. Et verè non est adhuc annus, quòd ego vidi hoc in facto inter duos macellatores socios in arte macellariæ, inter quos ita iudicatum fuit hic Bononiæ.

CCLXXXII.

1 *Creditori volenti debitorem suum tanquam de fuga suspectum capi, & incarcerari, quid prius agendum*

2 *Creditori prehendere & incarcerare debitorem suū volenti, non satis est iurare de suspitione fugæ, sed quatuor hic enumerata necessaria sunt. Et limita vt nume. 3.*

1 CReditor† volens facere capere, & carcerari debitorem suum tanquam suspectum de fuga, debet ostendere iudici, saltem summariè, se esse creditorem illius, quem capi petit in tanta quantitate, putà in centum. Item quòd post tempus celebrati contractus debitor deteriorauit conditionem suam. Item debet probare quòd debitor nō posidet immobilia, & si mobilia, non tamen sufficientia ad quantitatem debiti. Item debet dicere ipsum suspectum de fuga, & hoc probabitur per iuramentum ipsius creditoris: & hoc facto iudex debet dare licentiam capiēdi debitorem fugitiuum: aliàs illis non præcedentibus talis debitor capi non poteit: & si esset captus, tanquam malè captus deberet relaxari: secundum Ange.& alios in l.nemo carcerem.C.de exacto. tribu.libro decimo.& Barto.& alios in l.ait prætor.in §.si debitorem.ff.quæ in frau.cred.& in l.si is à quo.ff.vt in pos.legat.& in l.si creditores.ff.de priuileg.credit.& per Bald.in l.consentaneum.in vj.columna.C.quomodo & quando iudex.& per Pau.de Castr.in consilio suo xxxix. incipien.In causa capturæ.& in consil.ibi sequenti, incipien.Pro pleniori,&c.
2 Et† ideo dixit Ange.multum no.in l.si arbitro.in § fina.ff.qui satisdare cogā.quòd imperiti assessores sequentes imperitos aduocatos immediatè ostenso instrumento debiti,& præstito iuramento de suspitione & fuga, consueuerunt concedere familiam, & capi facere talem debitorem: & malè faciunt, secundum eum ibi: & refert infinitis vicibus practicasse hoc non valere, sed imò requiruntur illa quatuor quæ suprà dixi: de quo etiam articulo habetur per doctores in l.fi.C.de fer. & per Bal.in l.apertissimi.C.de iud.& per omnes in l.ij.ff. sol.matri.& per Anto.in cap.fina.de feriis.& per Imol.in capitu.quemadmodum.de iureiurand.& in capitu.propter.de loca.in iij.not.& per docto.Institu. de actio. in princip.& in l.si fideiussor.§.fina.ff. qui satisdare cogan. & latè per domi.Ioan.Baptist.de Sancto Seuerino, in tracta.suo de debito.suspect.& fugit.per totum: maxime in
3 ver.Sextò principaliter quæritur. Teneas† tamen menti ad restrictionem prædictorum singulare verbum, videlicet, quòd licet, vt suprà dixi, prædicta quatuor requirantur ad hoc, vt creditor posit habere licentiam capiendi debitorem suum suspectum, aliàs non posit capi: attamen propter publicam vtilitatem poterit capi & carcerari talis debitor suspectus de fuga præstito solo iuramento de suspitione, etiam non facta fide aliter, quòd causa suspitionis de nouo superuenerit, nec aliter probatis illis quatuor de quibus suprà. Ita singul.dixit Paul. de Castr.in l.insto.in princ.ff.de vsucapio.vbi etiam subdit, quòd si prædictis non probatis contra capturam opponatur, quòd non valeat, quod non debebit admitti querela propter frequentem vsum, & ne multæ capturæ irritentur.argument illius text.pro quo dicto facit optimè quod voluit ipse Paul.de Castr.in dicto consil suo xxxix. incipien.In causa capturæ.in final.verbis. Tene menti: quia est doctrina not.& luctosa ad sustinendum capturam non ritè factam, quam communiter ignorant procuratores. Vide Ias.Institu.de actio.in princi.in xiiij.colum.in fin.& in l.si ab arbitro.in ij.& iij.colum.ff.qui satisdare cogantur.

CCLXXXIII.

1 *Contumaci viam termini lapsus præcludit. Vnde si cui terminus ad probandum datus, si non intra eum probatum fuerit, ad vlterius probandum non admittitur. Et qualiter limitetur ac procedat.nu 2.*

3 *Contumax vt pro confesso habeatur, etsi statuto caueatur, nihilominus sententia interlocutoria interuenire debet, aliòquin contumax etiam comparendo lapso termino pro confesso non habetur.*

4 *Probatio post terminum conuentionalem num fieri possit? Et quid post terminum statutarium? Et post terminum peremptorium num debeant exceptiones peremptoriæ admitti? nu.5.*

1 LApsus† termini præcludit viam contumaci.l.mancipiorum.& ibi Barto.ff.de optio.leg.l.diffamari.C. de ingenuis manumis.l.si eo tempore.C.de remis.pign.l. si ea quæ.C.qui accusa.non possunt.capit.licet causam. in principio, extra de probatio.gloss.in elemen.sæpe. in verbo, non obstante.extrà de verborum significat.cum similib.& ideo si alicui datus est terminus ad probandum, si non probauerit in illo termino, non admittitur vlterius ad probandum, vt in dictis iuribus. Quod tamē limita,& intellige esse verum, si iudex interlocutus fuit terminum fore lapsum,& per cōsequens amplius audiri

non

non debere: aliàs autem ante dictã interlocutoriam poterit talis contumax probare non obstante lapsu termini. Ita singu. dicunt Ange. & Imol. in l. quandiu. la grande. in prima colum. ff. de acquiren. hæredi. ad quod allegãt Innocen. in cap. lator. qui filij sint legiti. & idem dixit Ange. de Aret. in §. idem iuris. in penul. colum. versi. quid si debitor. Institu. de exceptio. vbi allegat Innocen. in ca. cùm in tua extrà qui mat. accusa. poss. & idem dixit Bal. in authen. ad hæc. in penul. colum. versicu. Quæro si ego. C. de vsuris. & Angel. in l. Papinianus. in §. si quis post. ff. de inoffic. testamen. & do. Francis. de Aret. in cap. licet in beato Petro. in v. colum. in fi. extrà de accusat. licet non alleget Ange. de Aret. vbi suprà. & subdit Ang. in dicto §. idem iuris. quòd procuratores debent aduertere, quòd quãdo parti aduersæ labitur tempus seu terminus, quod accusent contumaciam aduersarij, & faciant etiam per iudicem interloqui terminum fore lapsum: & amplius in illo actu non fore audiendum: & dicit, quòd non sufficit solummodo accusare contumaciam nihil probantis, vel nihil facientis in termino. quod dicit Ang. nunquã exeat mentem tuam: quia quotidianum. Idem dixit domi. Bartholo Cæpol. in cautel. sua clxvij. incip. Vt quis post terminum. vbi solùm allegat Ange. in dicta l. quãdiu. & Innocen. in dicto cap. lator. Et istud dictum videtur extendere Ang. in dicto §. idem iuris. ad exceptionem non numeratæ pecuniæ, vt possit opponi etiam post biennium, nisi fuerit interlocutum per iudicem vlterius partem non esse audiendam per prædicta. Vide quæ dixi in repet. mea rubr. ff. de fideiussor. in lxiiij. col. circa medium, in versi. adducit etiam ad prædicta, &c. Et vide etiam Ange. de Aretio in §. appellantur. in ij. col. in fin. Instit. de except.

2 Et ad † prædictam regulam, videlicet, quòd lapsus termini præcludit viam contumaci, scias quòd illa regula non habet locum in iudice contumace: nam si statutum imponit pœnam iudici non expedienti causam intra mensem, si iudex ipse non expedierit dictam causam intra mensem, lapsus dicti termini, & per consequens contumacia ipsius iudicis non præcludit viam ipsi iudici, nec eum excludit cognitione & pronuntiatione ipsius causæ. Ita not. dicunt Iac. de Aren. Oldra. Cyn. Bartol. Bal. in l. properandum. in princip. C. de iud. & est text. & ibi Bald. & alij in l. j. in fin. C. vt omnes causæ tam ciuiles quàm criminales. & Bald. in l. scire oportet. §. consequens ff. de excusatio. tuto. & voluit Ioan. Andr. in additio. Specu. in titu. de iudic. delega. in § restat. versicu. Quod & instituto. aliàs in versi. Quid si statuto. de quo laté per Pau. de Cast. in consi. suo cccxxvj. incip. videtur dicẽdum. quasi per totum. & Lud. Ro. in cõsi. ccccxxv. incip. Quò ad primũ. in fine. & in consil. suo ccccxxvij. incipien. In proposito casu. in secunda colum. de quo etiam per domi. Feli. in capi. ex parte. ij. in vlti. colum. de rescriptis. & per dominum Marianum Socinum in repetitio. capit. venerabilis. in v.

3 chart. in j. col. de iudi. Adde † etiam prædictis, quòd si statutum dicit, quòd contumax habeatur pro confesso. ꝙ ad hoc vt talis contumax habeatur pro confesso, requiritur super hoc interlocutoria iudicis: aliàs talis contumax etiam elapso termino comparẽdi, non habetur pro confesso. ita singulariter dixit Pau. de Cast. in suo consilio xxxiij. incip. super primo. in ij. col. in versi. secundo quando loquitur &c. Et circa materiam huius tract. vide Bal. in l. si ea. in penul. col. in versi. denuo gloss. C. qui accusare non poss. Et prædictis adde Bal. in consil. suo cccxvj. incip.

4 Punctus super quo. in quarto volu. vbi † dicit, quòd probatio potest fieri etiam post terminum conuentionalem: ad quod inter cætera allegat gloss. pro vnica & singul. in authen. vt sine prohibitione matres debitrices & creditrices. in §. quia verò. de qua gloss. latiùs locutus sum in repetitio. mea rubri. C de probatio. post princip. in materia probationis, quæ fit per testes. & vide etiam Bal. in consi. suo cccxvj. incip Præsupposito statuto. circa finem. in iiij. volum. vbi dicit, quòd post terminum statutarium assignatum ad probandum potest fieri probatio per instrumenta publica quæ omnia non tradas obliuioni, & quia sunt multum frequentia & quotidiana, & multi etiã literati circa prædicta decipiũtur. Et in materia supradicta adde Oldra. in consi. iij. incip. Cùm causa. vbi con-

5 suluit, † quòd post terminum peremptorium exceptiones peremptoriæ non admittuntur, quãuis offeratur iuramentum de noua notitia ipsarum. quod dictum refert & sequitur domi. Felin. in cap. licet causam. in xij. colum de probatio. vbi ponit plures casus not. in quibus valet probatio facta post terminum: quem omnino vide. Et vide eundem domi. Felin. in cap. pastoralis. in xij. col. post medium. de except.

CCLXXXIIII.

1 *Debitoris post contractum debitum capiendi causa potissima est fuga recens ac noua suspitio emergens, post quam cognitam nihil debet creditor tardare, alióquin sibi imputet. Nam per taciturnitatẽ huiusmodi suspitionis & dissimulationis sibi præiudicat creditor, & personam fugitiui approbare videtur.*

2 *Et id intra quantum tempus fieri debeat?*

3 *Mulier per decem annos cessans petere dotem, posteaquam maritus ad inopiam vergere cœpit, deinceps à petitione & dotis exactione excluditur.*

4 *Accusatio accusatoris, qui diu ad accusandum procedere cessauit, suspecta redditur. Et violentia longi temporis lapsu in offensum conuersa videtur.*

Tolle moras, semper nocuit differre paratis. Ita dixit Lucanus in primo. pro quo dicto capias singu-

1 lare verbum. Nam † tu scis, quòd vna ex prioribus & potissimis causis ad capiendum debitorem post contractum, vt voluit Barto. in l. fina. C. de sponsa. & habetur in cap. pastoralis. de except. & in l. ij. C. de consor. eiusdẽ lit. & in l. ita demum C. de procurato. & in l. Pomponius. §. rati. ff. de procura. & in cap. præsentium. de testi. lib. vj. in quibus iuribus habetur, quòd paria sunt quid de nouo emergere, vel de nouo ad notitiam peruenire. & probat text. in dicta l. fina. C. de sponsa. & in l. si ab arbitro. ff. qui satisdare cogan. quinimo si statutum diceret, quòd ratione suspitionis creditor possit facere capi debitorem, debet illud statutum intelligi vt locum habeat, quando suspitio superuenit de nouo post contractum debitum, & non aliter: vt per Barto. in dicta l. fina. C. de sponsali. Teneas tamen menti perpetuò, quòd licet dicta causa suspitionis emerserit post contractum debitum, si tamẽ postquam creditori hoc notum fuit, ipse tacuit per multum tempus, antequam petierit dictam licẽtiam faciẽdi eum capi, sibi imputetur: quia non poterit postea facere eum capi. Ita singul. dixit Ange. in l. si ab arbitro. §. fina. ff qui satisda. cogan. ad quod allegat tex. in l. si creditores. ff. de priuileg. credito quod dictum pro valde not. refert & sequitur domi. Ioan. Baptist. de Cazalupis in tractatu suo de debi. suspec. & fugi. in xv. colum. post princip. quod dicit procedere quasi videatur propter illam taciturnitatem eius personam approbasse, licet suspectam: quod dicit etiam fuisse de mente Iaco. Buttig. in dicta l. si creditores. & domi. Mariani Soci. in commento suo de dilationibus. in xli. char. in prima colum. argumen. xx. quæstio xxviij. versicu. Tertiò exigitur, quod dicit esse perpe-

2 tuò menti tenendum. Quærit † postea ibi quantum istud sit multum temporis, quo patiendo quis sibi præiudicat: & dicit quòd Azo dixit quinquennium. argu. l. i. §. quod dictum est ff. de separa. sed in l. si creditor. tenet quòd sit arbitrio iudicis, vt in l. j. in fin. ff. de iure deliberan. & faciunt ad prædicta quæ dixi suprà in singul. lxxvij. incipiẽ. Patientia & in singulari cclxij. incip. Quod potui nolui. & facit optimè quod dixit Rapha. Cuma. in consilio suo

3 xcij. incipien. Viso subscripto casu. in prima col. vbi † dicit, quòd si mulier stetit per decẽ annos ꝙ non petiit dotẽ postquàm maritus cœpit vergere ad inopiam, est exclusa tali casu à petitione & exactione dictæ dotis. pro quibus faciunt optimè quæ dixi in consilio meo incip. Domine Deus omnipotẽs, qui cæcum illuminasti. circa medium. vbi omnino videas. & vide Bald. in consil. suo xxxvij. incip. Quidam tabellio. ante finem. in tertio volumi.

4 vbi † dicit, quòd si accusator multùm stetit ad accusandum, eius accusatio redditur suspecta · quod nota. Pro quo facit text. in cap. j. in versicu. quia si proclamare voluit, cur tandiu tacuit. &c. de frigi. & malefic. & vide quæ

dixi in l. patre vel marito. in xvj. colum ff. de quæstioni-
bus. & vide Ias. in §. fuerat. in v. colum Institu. de actio. &
in l. j. in vij. colum versi. Item pro excussione. C. qui admi.
& vide suprà in singula. cclxxxj. incip. socius &c. Itẽ adde
quòd violentia per lapsum longi temporis præsumitur
conuersa in offensum: secundum Specul. in titu. de præ-
sumpt. in §. species. in versicu. necessaria &c. Et pro istis
faciunt dicta per Alexan. in consi. cxv. incip. visa &c. in j.
colum ad fi. in vij. volu.

CCLXXXV.

1 *Testes instrumentarij instrumento contradicentes instrumẽtum suspectum reddunt, fidemq; eius labefactare dicũtur. & qualiter sumendum sit, ac intelligendum. nu. 2.*

3 *Testes si in aliqua causa dixerunt vera esse contenta in capitulo, siue articulo ac interrogati de his, quibus præsentibus facta fuerit, respondeant Titio & Seio: qui si posteà interrogati dicant de his se nihil scire, ob id tamen dictum priorum non vitiari, si sufficienti numero sunt ad probandum.*

4 *Actus, qui sine certa solennitate fieri potest, si tamen solennitas illa minus legitimè interueniat, ob id non vitiatur.*

1 MVlti sunt, qui absolutè dicunt, † quòd si testes instru-
mentarij contradicunt instrumento, quòd tunc tale
instrumentum redditur suspectum, & eius fidès annihila-
tur: vt de materia plenè habetur per gloss. & docto. in l. j.
in §. si quis neget. ff. quemadmodum testamen. aperian.
& per Innocen. Ioan. Andr. & alios in cap. cum Ioannes.
de fide instrumen. & per Specu. in titu. de instru. edi. §. re-
stat. in secunda colum. versi. Sed quæro quot testes præiu
dicent instrumento &c. & per Cy. Bal. Salice. & alios in l.
in exercendis. C. de fide instrum. & per Alexan. in consilio
suo lxxvij. incipien. In causa accusationis. in ij. colum. in
primo volu. & in consi. cxlix. incip. Viso processu. in vlti.
colum. in secundo volu. & ibi in consi. ccxvj. incipi. Visa
facti narratione &c. in v. col. & in consi. cclvj. incip. Pon-
deratis verbis. in penul. colum. & in consi. ccclxxvij. in-
cip. Visis & ponderatis. in ij. colum. & in consil. ccxl. inci-
pien. Ponderatis his. in antepenulti. colum. & per Ludo.
Roma. in consi. suo cccxl. incip. Circa primum. circa fin.
& per Ioan. de Ana. in consi. suo xcvij. incip. in causa ista.
post princi. & ibi latiùs in additio. & per Ange. in consi-
lio suo clxix. incipien. super puncto suprascripto. in vlti.
colum. & per Pet. de Ancha. in consil. suo ccvij. incipi. su-
2 per primo. in ij. colum. versicu. super quarto. Sed † tu istam
generalitatem & absolutum sermonem restringe, & in-
tellige esse verum, quando testes instrumentarij necessa-
rij ad actum factũ in ipso instrumẽto cõtradicunt instru
mento: nam tunc vacillat ipsum instrumentum, & eius fi
des annihilatur. Secus est quando aliqui testes instrumen
tarij contradicunt instrumento: attamen remanẽt firmi
tot testes pro ipso instrumento, qui sufficiunt ad validi-
tatem ipsius instrumẽti. Nam tunc non obstante cõtra-
dictione illorum non vacillat instrumentum, nec eius fi-
des annihilatur. Ita not. dixit gloss. fina. in fin. in dicta l. j.
§. si quis neget. ff. quemadmodum testamen. aperi. quam
ibi summè ad hoc not. Bartol. vbi dicit, quòd hoc idem
voluit Innocen. in dicto cap. cùm Ioannes. & ibi Io. And.
& Iaco. de Aren. & Cy. in l. in exercendis. C. de fide instru
3 men. Et † ideo dixit multùm egregiè Pau. de Cast. in l. hæ-
redes palàm. in princi. in secunda colum. ff. de testa. quòd
si in aliqua causa testes dixerunt vera esse contenta in ca
pitulo, seu articulo, interrogati quibus præsentibus illud
factum fuerit, dicunt, præsente Titio & Seio: postea Ti-
tius & Seius interrogati dicunt se nihil scire, quòd tamẽ
per hoc non vitiatur dictum illorum, si sunt in sufficien-
ti numero ad probandum: quod dicit ibi Pau. de Cast. ha
buisse de facto, quia in quodam instrumento erant descri
pti sex vel septẽ testes, cùm sufficerent duo vel tres: & duo
interrogati responderunt se non interuenisse in illo con-
tractu: alij verò erant mortui: quærebatur an ex hoc in-
strumentum redderetur vitiosum? & videbatur quòd sic:
quia sufficit quòd vnus ex testibus descriptis in instrumẽ
to contradicat ei, vt reddat ipsum suspectum: vt not. in l.
j. in fin. ff. quemadmodum testamen. aperian. per Bart. &
per Innocen. in dicto c. cùm Ioannes. Contrarium tamẽ
dicit Pau. de Cast. ibi se dixisse: quia hoc est verum, quan-
do non sunt descripti plures testes in ipso instrumento,
quàm sint necessarij: aliàs si remanent necessarij, qui non
cõtradicunt, non videtur nocere contradictio aliorum
supranumeratorum, vt ibi: quod dicit ipse fore menti te-
nendum. Ego etiam aliàs de hoc dicto Pau. de Castr. feci
mentionem in l. vnius facinoris. in §. fina. in j. chart. ff. de
quæstionibus. in examinatione illius materiæ, videlicet,
4 † quòd quando actus potest fieri sine certa solennitate, si
interueniat illa solennitas minus legitimè, non vitiatur
actus, vbi videas: quia ibi plura notabilia dicta posui in
illa materia.

CCLXXXVI.

1 *Clausula contractus resolutiua an in contractu sponsalium ac matrimonij locum habeat, vt in vim ipsius post sponsalia & desponsatam re ipsa cognitam vir sponsus deserere, aliam q; ducere possit.*

CApias vnam cautelam pro iuuenibus philocaptis, vt
multi modernis temporibus insano ac cæco carna-
li amore dediti inueniuntur: quorum vita detestabilis, vt
communiter dignoscitur, pessimum finem habere solet.
Aliquando iuuenes, vt eorum voti compotes fiant, secre
to modo tempore nocturno intrant domũ amasiæ suæ:
& quandoque, vt ego aliàs vidi, ab affinibus ipsius mulie-
ris ibidem in domo secum reperiuntur in actibus vene-
reis, qui ex metu, vel ex persuasionibus aut blãditiis per-
ueniunt ad actum despõsandi ipsam amasiam suam per
1 verba de præsenti: & deinde ad carnalem copulam. Et † sic
sæpissimè hoc modo accipiunt aliquam in vxorem sibi
domuique suæ indignam. Pro quibus cautela est, vt possit
eam desponsare per verba de præsenti, & rem secum ha-
bere, & tamen non valeat matrimonium, & eam non te-
neatur ducere in vxorem: Nam quando eam desponsat,
debet dicere ipse vir ipsi mulieri, & affinibus suis ibi exi-
stentibus hæc verba, videlicet, Ego te desponso, & te volo
habere in vxorem meam cum hoc, quòd tu eris bona, &
fidelis vxor mihi, & honestè viues, nec cum aliquo facies
vt fecisti mecum, & casu quo vnquam aliquam inhone-
statem facies cum alio, nolo vlterius obligatus esse te ha
bere & tenere in vxorem & pro vxore: tunc si ipsa mulier
expressè consentiat tali protestationi, quod verisimiliter
faciet, quoniam nec ipsa, nec affines sui huic dicto con-
tradicerent, ne ipsa videretur velle meretricari: imò affir
mabunt audacter prædicta. Et hoc facto ipse iuuenis po
terit eam desponsare, & millies habere rem secũ, nec ta-
men per hoc erit eius vxor, sed imò poterit aliam duce-
re ad libitum suum. Vide in sylua nuptiali, in ix. chart. in 2
tertia col. vbi latè ponitur hæc materia.* & ita colligitur
ex dictis do. Abb. in cap. ::. in primo notab. extrà de con
ditio. apposi. vbi per illum tex. dicit, quòd aliquis habens
suspitionem de futura incontinentia mulieris, contraxit
secum matrimonium sub conditione, quòd si committe
ret adulterium, liceret sibi recedere à matrimonio, & a-
liam ducere: quòd tunc non est inter eos contractum ma
trimonium. Et hoc propter conditionem resolutiuam in
ipso matrimonio appositam, quòd idem operatur quod
conditio suspensiua, vt ibi colligitur. Tene menti: quia est
notab. cautela, ad quã etiam periti non animaduertunt.
Et quia occultor alienæ laudis furi par est, vt dixit Bal. in
præludiis feudorum, & ne ex lana vel serico alieno confi
ciam mihi vestem, fateor me hãc cautelam & doctrinam
habuisse ab excellentissimo vtriusque Iuris Monarcha,
& vero iuris illuminatore mihi maiore plurimum hono-
ran. domi. Antonio de Burgos Hispano, quem amare, co
lere & venerari me cogit, & vrget immensa eius scientia,
bonitas & integritas. Et vt ipse mihi retulit, hanc caute-
lam legendo ipse expressit in cap. fina. de precariis. & in
cap. illo vos. de pign. vbi tractatur de conditione resolu-
tiua contractus. Tene menti iterum: quia not. est, & pos-
set tibi conferre decus & lucrum. In contrarium tamen
multum faciunt dicta per Bal. in l. si quis ita. ff. de hæredi.
instit. quem omnino vide.

ADDITIO.

Adde Gerard. de Petrasanct. singu. xxj.

CCLXXXVII.

1 *Clausula præsumentem, id est dolosum ac temerarium puniens, simplicem ac sine dolo & præsumptione hominem non ligat. Nam non agens in contemptum legis pœnam non incurrit. numero 2.*

3 *Procurator bona fide non appellans, quia sententiam iustam credit, vt communis præsumptio pro sententia est, tunc dominus appellare nec contra procuratorem regressum habere, potest.*

TEtigi tibi aliâs, remissiuè tamen, suprà in singular.
clxxvj. incipi. voluntas & propositum. an delictum
commissum sine dolo puniatur, & quomodo? Sed nunc
dico tibi in eadem materia vnum verbũ notabile & sin-
gularissimum do. Cardi. in elemen. j. in xxxix. quęstione,
2 de priuilegiis. vbi † refert se consuluisse, quòd illa clausu-
la puniens aliquem præsumentem: & sic notans dolum
& temeritatem, non ligat hominem simplicem contra-
uenientem sine dolo vel præsumptione: quia cessat respe-
ctus quem lex considerauit. quod dictum refert & sequi-
tur do. Feli. in cap. quoniam contra. in v. col. de proba-
tio. vbi dicit, quòd non legit alibi tam notabile verbum
in materia sua. Postea subdit, quòd prius illud consuluit
Ioan. Calde. in titu. de senten. excommunicatio. in con-
2 silio iiij. incip. Sacerdos parochialis. vbi † late consuluit,
quòd non faciens in contemptum non incurrit pœnam
legis, quæ vtitur verbis denotantibus dolum. Pro quo fa-
cit etiam quod voluit domi. Alexan. in l. fina. ff. qui satis-
dare cogantur. vbi dicit, quòd periurium non commit-
titur sine dolo. de quib. latius dixi in l. de minore. in prin
ci. ff. de quæstionibus. in quæstione illa, videlicet quod sta
tutum dicens quòd occidens occidatur, intelligitur dũ-
modo dolosè occiderit, vbi videas. Et facit not. verbum
Bald. in authenti. hodie. in secunda colum. C. de appella.
3 vbi † dicit, quòd si procurator bona fide cessauit appel-
lare, quia putabat sententiam iustam, vt in dubio præsu-
mitur, tũc dominus non potest appellare, nec habere re-
gressum contra procuratorem, etiam si est soluendo, se-
cundum Bald. ibi. quod dictum reputat mirabile do. Fe
li. in c. j. in v. colum. versicu. pulchrè etiam. extra vt lit. nõ
contesta. dicens, quia illa bona fides est potius quædam
negligentia, vel simplicitas inexcusabilis: nam non po-
terat errare appellando, licet non teneretur prosequi, iu-
xta l. inuitus. C. de procura. quod tamen ibi relinquit co
gitandum do. Feli. tene menti prædicta.

CCLXXXVIII.

1 *Probationem dubiam non releuare probantem, maximeq; in criminalibus. Vnde fit, vt si ex duobus rixantibus vnus percussus vulneratus fuerit, testesq; deponentes super vulnere, dixerunt se non vidisse infligi vulnus, sed quòd rixa finita vulneratum viderunt, tunc resultat aduersus alterum vulnerantem indicium indubitatum, ex quo ad condemnationem perueniri possit. nume 2.*

DIxi tibi suprà in singula. cclxvij. incipien. dubia pro-
1 batio. quòd † dubia probatio non releuat proban-
tem. quod maximè procedit in criminalibus, in quibus
probationes debent esse luce meridiana clariores: vt in
l. fina. C. de probatio. & habetur in l. absentem. ff. de pœ.
cum simi. Attamen teneas menti singula. verbum, videli-
2 cet, † quòd si duo rixarunt adinuicem, in qua rixa vnus
percutitur, seu vulneratur ab alio, testes autem examina
ti super hoc dicunt, quòd non viderunt quando fuit fa-
cta talis percussio, seu tale vulnus, sed viderunt eos inui-
cem rixantes, & quòd statim dimissa rixa dicunt, quòd vi
derunt illum esse percussum & vulneratum: certè ex hoc
resultat indicium indubitatum quòd ille vulnerauit il-
lum, ex quo poterit deueniri ad condemnationem. Ita
singulariter dixit Salice. in dicta l. fina. C. de probationi.
quod dictum refert & sequitur Socin. in consilio liij. inci
pien. Visis testibus. in penulti. colum. in tertio volumi. &
eum etiam refert & sequitur domi. Francisc. Brun. in tra-
cta suo de indiciis & tortura, in v. char. in tertia colum.
pro quo faciunt dicta per eum ibi in sequenti col. de quo
latius dixi in repetitione mea rubric. C. de probationi-
bus. in quæstione illa, an ex præsumptione violenta pos-
sit perueniri ad sententiam diffinitiuam. & in l. repeti. ff.
de quæstionibus. Vide tamen Angel. in l. si quis alieni.
C. ad legem Iuliam maiestat. Teneas menti hoc dictum:
quia sæpissimè occurrit in facto: & ego pluries eum vidi
in contingentia.

CCLXXXIX.

1 *Dolum futurum nunquam remissum intelligi. Et ideò si iudex de partium consensu datus cum clausula appellatione remota, licet ex nulla causa appellari posset, si tamen iudicis dolus, vel culpa lata interuenerit, appellare licebit.*

2 *Clausula, appellatione remota, in statutis apposita, omnis appellatio quo ad omnem etiam effectũ prohibita censetur: nisi ob partis vel iudicis dolum. Et quid si remota est ex persona priuilegio, aut à statuto, partium conuentione, aut propter contumaciam. vel quia appellatio sit deserta?*

3 *Appellationem, vel recursum si statutum prohibet, tũc modus omnis, omnisq; recursus contra sententiam sublatus esse intelligitur.*

1 DOlus † futurus nunquam intelligitur remissus. l. si v-
nus. §. illud nulla. ff. de pactis. l. conuenire. ff. de pactis
dota. l. ita demum ff. de arbit. habetur per Bartol. in l. Au
relius. in § Caius. ff. de libetar. lega. & in l. si quis cùm ali-
ter. ff. de verborum obligatio & in l. tres fratres. ff. de pa-
ctis. & in l. quidam decedens. ff. de administrat. tutorum.
& in l. in commodato. in princi. ff. commo. & per Bald. in
l. j. in fin. C. de vsufruct. Et ideo scias, quòd licet quando
iudex esset datus de consensu partium cum clausula, ap-
pellatione remota, tunc ex nulla causa posset appellari,
cùm censeantur partes renuntiasse appellationi. l. fina. C.
de tempo. appella. & fuit hoc not. verbum Bald. in l. ij. in
fi. C. de appellatio. quod etiam voluit domi. Anto. in cap.
pastoralis & ibi domi. Abb. in quarta colum. de appella
tio. Attamẽ si iudex fuit in dolo, vel in lata culpa, poterit
appellari, non obstante quòd dicta clausula, appellatio-
ne remota, fuerit apposita de consensu partium. Ita sin-
gulariter dixit Bald. in cap vt debitus. in secunda col. de
appellat. quod dictum refert & multùm magnifacit do-
mi. Philip. Francus de Perus. in dict c. pastoralis. in viij.
colum. versicu. quartodecimò operatur. de appella. Circa
hanc clausulam, appellatione remota, subdit ipse domi.
2 Philip. ibi in versi. sequen. quòd † quando ipsa clausula est
apposita in statutis, censetur omnis appellatio prohibi-
ta quò ad omnẽ effectum, nisi propter dolum iudicis vel
partis. & allegat Bald. in cap. pastoralis. §. fina. circa fi. de
offic. delega & domi. Anto. in dicto cap. pastoralis. de ap-
pellatio. limitantem illum tex. ibi procedere, quando ap
pellatio est remota per rescriptum: si autẽ est remota ex
priuilegio personæ, aut à statuto, vel ex conuentione par
tium, aut propter contumaciam, vel quia appellatio sit
deserta, censetur tunc remota appellatio quò ad omnem
defectum: nec posset dictis casibus reuocari grauamẽ per
superiorem, nec habet tunc locum text. in dicto cap. pa-
storalis. de appellatio. quod dicit ibi domi. Philip. Franc.
esse menti tenẽdum. pro quo etiam allegat not. verbum
3 Ange. in l. eos. in princi. C. de appellation. dicens, † quòd
quando statutum prohibet appellationem vel recursum,
tunc intelligitur sublatus omnis modus, & omnis regres
sus contra sententiam: quod est singulare verbum perpe-
tuò cordi tenendum: quia hoc vidi aliàs pluries in facto,
& maximè proximis superioribus diebus hic Bononiæ
in ardua facti quæstione: de quo etiam vide not. verba So
cin. in consilio suo cclij. incipien. circa primum. & ista
addere poteris his quæ dixi suprà in singula. lxxxviij. in-
cip. stante statuto.

CCXC.

1 *Confessionem procuratoris veram non fictam domino præiudicare: ad tamen non procedere in appellatione, vel quoad appellationem. nunquam tamen procuratoris etiã vera domino præiudicat, quin ipse appellare possit. nu. 2.*

3 *Confessio domini vera licet aliàs facta in vno iudicio eidem nocerat in alio, non tamen æquè seruatur in procuratoris confessione.*

1 COnfessio † procuratoris vera & non ficta præiudicat
domino. cap suborta. de re iudica. gloss. in ca. j. in fi.
& ibi docto. vt lit. non contesta. & habetur in cap. j. de po

• ftula.præla.per gloff.ibi in verbo,negauit.& per Imol. in
cap.iu præfentia.in prima colum.de renuntia.& habetur
per omnes fcribentes in cap.fina.de confeff.& per Bal. &
Ange.in l.noo abftulit.C.de donatio.Barto.in authē.hoc
ius porrectum.in fecunda colum.verficu.quæro qualiter
hoc probabir.& ibi Bald.in quinta colum. verfic.Tertiò
quando eft procurator.C.de facrofanct.eccle. Bald. in l.
ad hæc.C.de quadrien.præfcript & habetur per Speco.in
tito.de procura.§.vt autem.verficu.cæterum.& verfi.fe-
qnenti.& in titu.de confefsis.§.nunc videndum. verfi.fed
nunquid confefsio prucuratnris.& in §.poftremò. verfi.
fi verò fit per procuratorem.Iftud tamen limita non ha-
bere locum in appellatione, vel quò ad appellationem:
quoniam licet aliàs propria cōfefsio domini pofsit eum
2 tepellere ab appellando,tamen † nunquàm cōfefsio pro-
curatoris etiam vera præiudicat domino, quòd appella
re non pofsit.ita fing dixit do.Anto.in cap.cum fpecia-
li.in §.fina.de appellatio.per not.in cap.per inquifitionē.
de electio.quod dictum fequitur Imol.io dicto cap.cùm
fpeciali.in v.colum.Et idem voluit do.Anto. in dicto c.j.
& ibi etiam Abb.vt lit.non contefta.& Cy.in l.j.C.de con
feff.quos ad hoc refert & fequitur domi.Felin in dicto c.
j.in penul.colom.verfi.Quarta declaratio.vt lit. non cō-
tefta.& idem firmat Philip.Franc.io dicto c.cum fpecia-
li.in §.fina.in penul.colum.vbi fubdit,quòd pro hoc di-
3 cto bene facit,quia † licet aliàs vera confefsio ipfius do-
mini in vno iudicio noceat fibi in alio,tamen fecus eft in
confefsione procuratoris:quia facta in vno iudicio nū-
qoàm præiudicat domino in alio iudicio.fingulare di-
ctom fuit Compoftella.& Ioan.And.in dicto c.per inqui
firionem.de elect.quos ibi fequitur Abb. in vj.col. in fin.
& ibi pofuit rationem.Tene menti prædictam doctrinā:
nam prima fronte fortè quilibet diceret cōtrarium, cùm
habeamus quòd negligentia vel contumacia procurato-
ris in nou appellaudo præiudicat domino:vt habetur in
c.font quorum.ij.q.vij.& in l.j.ff quando appellā.fit.Et de
prædicta doctrina do.Anto.& fequacium in d.c.cùm fpe
ciali.vide etiam Alex.in l.creditor. in §.iuffus.ff.de app.
& in l.j.in §.fi aduerfus.ff.qoando appel.fit.

CCXCI.

1 *Præfcriptionem per citationem etiam vnicam nec peremptoriam interrumpi.fi modo valida ac legitima fit citatio.*

2 *Et id qualiter procedat?*

3 *Præfcriptio.quo cafu per citationem interrumpitur, non confideratur libellus aptè conceptus fuerit necne, dummodo legitimè facta fit citatio.*

1 PRæfcriptio † interrumpitur per citationem,etiam fi ci
tatio fit vnica,& non peremptoria,fecundum Io.And.
& alios per illum tex.in cap.propofuifti.de foro compe-
ten.& io cap.licet.de offic. delega. & in cap venerabilis.
& in cap.cùm plures.eodem titu.lib.vj.& voluit Ange.in
l.ad peremptorium.ff.de indic.& Barto.iu l ex edicto. in
princi.in prima colum.& ibi Alexan.io v.colum.ff.de eo
per quem factum erit.& Alexan.poft Bald in l.accufatu-
rus.ff.de adulte.hoc tamen intellige per citationem va-
lidam & legitimam non iuterrumpitur præfcriptio,nec
perpetuatur feu præoccupatur iurifdictio fecundom do-
cto.iudictis locis.Pro quibus facit cap. bonæ.ij.de elect.
& ibi gloff.& hoc etiam voluit Barto.in dicta l.accufatu
rus.& iu auth.offeratur.circa fi.& ibi Bal.C.de lit.cōte.&
2 in c.j.eo.ti.Qoinimo † teneas mēti, quòd nō folū requiritur,
quòd citatio in cafibus prædictis fit valida & legitima:fed e-
tiā fi foit valida à principio,& poftea fuit circonducta,pu
tà quia pars,ad cuius petitionem emanauit citatio, non
cōparuit in termino illios citationis:vt habetur in l.poft
edictum.§.circunducto.ff. de iudi & in cap.1.de dolo &
contuma.in vj.ant quia fortè non fuit accufata cōtuma-
cia ipfius citati.vt habetur in l.properādum.in §.j.io ver
bo.incufante.C.de iudic.& pleuè per Bart.in l.fi finita §.
Iulianus.circa princi.ff.de damno infect.quomodocun-
que citatio fuerit circunducta nunquàm ex ea interrum-
pitur præfcriptio, nec inducitur litis pendentia. ita fin-
gu.dixit Bald.in dicta l.fina.ff.de eo per quem factū erit.
Et idem dixit Bald.in dicta authen.offeratur.quando ci-
tatio foret facta tempore feriato,aut fi effet defectus per-
fonæ citatæ,vt quia effet minor,quòd his cafibus nō in-
ducitur per citationem litis pendentia, vel interruptio
præfcriptionis.& iftud dictum Bald.in dicta l.fina. refert
& fequitur eum exclamando domi. Philip.Franc. in ca.
vt debitus.in quinta colum. verficu. tertia conclufio. de
appellat.vbi fubdit etiam vnum effe not. circa hanc ma-
teriam,quod dicit Barto.io dicta l.accufaturus. videli-
3 cet, † quòd eo cafu quo per citationem interrumpitur
præfcriptio,tunc non curatur an libellus fuerit malè for
matus, dummodo citatio fuerit legitimè facta: de quo
latiùs ibi.

CCXCII.

1 *Litigare fub iudice fufpecto graue ac periculofum effe. Et ideo nō poteft princeps caufam cōmittere remedio recufationis fublato:vt quæ de iure naturali produffe credatur. Et id qualiter accipiendum.nu.2 & 3.*

1 NIhil † eft tā graue & periculofum,quàm litigare fub
fufpecto iudice. cap. quia fufpecti.iij.quæftio. v.ca.
fecundò requiris. in fi.de appel.l. apertifsimi.C.de iudic.
cum fimili Et propter hoc videretur quòd princeps non
poffet caufam cōmittere recufatione remota:quia effet
tollere defenfionem,cum recufatio iudicis videatur de
iure naturali:vt probatur in dicto c.quia fufpecti. Ea ve-
rò quæ funt de iure naturali fine caufa per principem tol-
li non poffunt:vt habetur in clemen.paftoralis. de re io-
dica.& Inftitu.de iure naturali.§.fed & naturalia. & per
Innocen.in cap.quæ in ecclefiarum.de conftitu.& dixi in
confilio meo incipi. In caufa magiftri Ioan Ferratienfis.
in viij.char.Et in hac opinione,videlicet, quòd princeps
non pofsit committere caufam recufatione remota, refi
det Abb.in cap ad hæc.extrà de refcrip.dicens de hoc effe
ibi gloff.fingu.& idem etiam tenet in cap cùm inter.de
except.& Gemi.in cap.iudex ab apoftolica.de offic.dele-
ga.in vj.adducens etiam glo.quæ fecundom eum hoc vo
luit in cap.fi quis in quacunque.ij.quæftio.vj. Sed cōtra-
rium tenet Specu.in titu.de recufa.§.j.verficu.quid fi cau
fa.& Lappus in dicto c.index ab apoftolica.& Bald. in l.
fina.C.de fenten.& interlocu.omnium iudic.& Angel. &
Imol.in l.j.in §.interdum.ff à quibus appella.non licet.&
Innocen.in cap ex tranfmiffa.de foro competen.vbi cō-
cludit, quòd princeps pofsit tollere recofationem, cùm
pofsit tollere appellationem:vt habetur in dicto §.inter-
dum.& in c.paftoralis.de appel.& in l.j.C.de fenten. præ-
fect.præto.de quo etiam aliquid per do Philip.in cap j.in
2 princi.de refcrip.Tu dicas,† quòd fi princeps committit
etiam ex certa fcientia caufam notoriè fufpecto,licet va
leat commifsio,per hoc tamen nunquàm intelligitur tol
lere exceptionem recufationis:quia non obftante quòd
caufa fit commiffa per principem iudici notoriè fufpe-
cto & ex certa fcientia principis, tamen intelligitur fal-
uum & referuatū parti ius recofationis. & iftud eft quod
voluit gloff in dicto c.ad hæc. & idem tenuit Innocen. in
dicto c.ex tranfmiffa.pro quibus etiam facit tex.in c.ij &
ibi Abb.vt lit.non contefta.in prima colum.Ita dixit do.
Philip.Franc.de Peruf ponens quafi omnia prædicta in c.
poftremò. in tertia colum.de appel. vbi etiam fubdit in
quarta colum.ibi,quòd quando princeps committit cau
fam etiam notoriè fufpecto cum claufula , non obftante
exceptione recufationis:quia videtur tunc vti plenitudi-
ne poteftatis,tali cafu recufatio fublata eft:quia hoc mo
do tolli poteft.quod dicit fingu.voluiffe Innocen. in di-
cto capitu.ex tranfmiffa.quem fequitur Hoftienfis in di-
cto cap.cùm inter.& gloff.in dicta l.apertifsimi. in verb.
3 recufate.C.de iudic.& Barto.in l.fi.C.de fenten Et † fub-
dit etiam,quòd fi princeps fimpliciter committit caufam
recufatione remota,debet intelligi de friuola, non autē
de graui & iufta fufpitione.ad quod alleg.Specu. in dicto
titu.de recufatio.§ primo.verficu.quid fi fit caufa.de quo
latiùs per ipfum domi.Philip.Franc.in dicto cap.poftre-
mò.ad quæ etiam vide omnino ibi Cardi. Alexand. not.
loquentem more folito.Tene menti prædicta: quia funt
multùm quotidiana.

CCXCIII.

1 *Exceptiones omnes ftatutum tollens,nunquàm tamen ab alio ftatuto exceptiones prouenientes tollere dicitur.*

Et ibi

5 *Et ibi vide facti exempla nu.3.4.& 5.*
6 *Assessores cautos esse debere in banno ferendo, maximè cùm statutum banniendi formam dat, quam illis omnino expedit obseruare, aliàs bannũ & quicquid super eo fundatur, est ipso iure nullum. Namque bannum generale, vel speciale inordinatè, vel sine causa factum, aut datum alicui vim legis, vel sentẽtiæ non habet, siue diffinitiuè, siue interlocutoriè latum sit.*

1 STatutum † tollens omnes exceptiones, nunquam tol-
lit exceptiones prouenientes ab alio statuto: secũdum
Barto. in l.j. in §. & parui. circa medium. versi. vtrum pos-
sit opponi. ff. quod vi aut clam. & Barto. in l. prætor. in §.
eritque hæc differentia. circa finem. ff. vi bonorum rapr.
& do. Anto. io cap. item cùm quis. de restitutio. spoliat.
& Ioan. de Imol. in cap. ex parte. ij. de offic. delega. & in l.
fina. ff. à quibus appel. non licet. & do. Alexan. in consilio
suo cxlv. incipien. Viso &c. in fin. verbis in v. volumi. & in
consi. ccc j. incip. visis. in penulti. colum. & Pet. de Ancha.
in consi. suo ccxxij. incip. discutiendum in fi. verbis. & do
mi. Francis. de Aret. in consi. suo cvj. incip. In præsenti du-
bitatione. in tertio dubio. Et ideo tene mẽti perpetuò no
tabile & singulare verbum Barba. in cap. j. in penul. char.
2 extrà de rescrip. vbi dixit, † quòd si statuto cauetur, quod
iudex teneatur seruare certam formam inferendo ban-
no contra delinquentes: alio statuto cauetur quòd Pote-
stas si ceperit bannitum, intra terminum trium dierum
debeat facere illum decapitari nulla exceptione vel de-
fensione audita vel admissa: modo Potestas bãnuit quen
dam ad pœnam capitis, quòd in banno ferendo non ser
uauit formam statuti: quibus stantibus post certum tem
pus captus est ille bãnitus per Potestatem, qui elapsis tri-
bus diebus vult facere illum decapitari, an possit? & di-
cit quòd non. ad quod allegat Ioan. Andr. in additio. Spe
cu. in titu. de senten. §. postremò. in additio. incipi. Con-
trarium vide. vbi refert antiquos dicẽtes quòd statutum
3 in loco dat certam formam sententiandi. Aliud † statu-
tum dicit, quòd sententiæ intra certum terminum man-
dentur executioni non obstante aliquo alio statuto, an
hoc casu sententia in qua constat non fuisse seruatam for
mam primi statuti mãdetur executioni? & dicit quòd non:
quia illa clausula apposita in vltimo statuto non impedit
vnũ statutum limitari, & suppleri per aliud. Vide Pet. de
Ancha. in repetitio. cap. canonum statuta. in lxxix. colũ.
versi. hic etiam quæro. extrà de constitu. Item allegat etiá
Ioan. Andr. in additio. Specu. in titu. de sententia. in §. vt
autem. in additio. incipient Ad hæc, & ea quæ. vbi refert
4 antiquos dicere. statuto † cauetur, quòd minor non pos-
sit obligari ex præcepto sine certa solennitate: alio statu
to cauetur, quòd contra præceptum nihil possit opponi
quin mandetur executioni: Modo minor obligauit se si-
ne solennitate statuti, opponitur quòd non valet obliga-
tio, replicatur quod nihil potest opponi in executione.
Dicit Ioan. And. ibi, quòd poterit opponi solennitas al
terius statuti: quia vnum statutum limitatur per aliud.
Item allegat etiam Bald. in l.j. in penulti. col. C. ne liceat
in vna eademque causa tertiò prouoc. vbi dixit, statuto
5 cauetur, † quòd sententia feratur de consilio antiquorũ:
alio statuto cauetur, quòd sententia statim executioni
mandetur. dicit ibi Bal. quòd nisi appareat quòd lata fue
rit de consilio antiquorum, non mandabitur executioni:
quia vnum statutum limitatur per aliud. Itẽ allegat ipse
Barba. plures & plures alias doctrinas notabiles pro hac
parte: quas breuitatis causa omitto, referens me ad eum
ibi. & vltra adducta per Barb. ad hoc vbi suprà, adde Bal.
in additio. Specu. in titu. de executio sententiæ. in penul.
6 colum. versi. bannum. vbi † dicit, quòd cauti debent esse
assessores quando statutum dat formam qualiter proce-
datur ad banniendum aliquem, quòd illam formam ser
uent: aliàs bannum, & quicquid fundatur super eo, est nul
lum ipso iure. Item subdit ibi in principio illius versicu-
li, quòd bannum generale vel speciale inordinatè, vel sine
causa factum vel datum alicui, non habet vim legis vel
sententiæ. allegat hoc voluisse Dy. in l. iiij. in §. condemna
tum. ff. de re iudica. siue sit datum seu latum interlocuto-
riè siue diffinitiuè. Et vide Alber. de Rosate in quarta par
te statu. in quæstione lxxxiij. incipien. Sed quid si statuto
caueatur. vbi post plura argumentá pro & contra tenet
cũ And. & sequacibus: scilicet, quòd talis bannitus non
possit decapitari. sed quòd tale bãnum sit nullum. Et idẽ
dixit Alber. Gandi. in suo tractatu maleficiorum, sub ru
brica, de multis quæstionibus dependentibus à statuto.
in vj. colum. versicu Item pone contineri. & vide etiá no-
tabile verbum Ange. in l. sed si lege. in § perinde. ff. de pe-
titione hæreditat. & Bal. in l. Labeo. ij. in §. hæc antẽ clau
sula. ff. de arbitris. & Bal. in cap. ad hæc ij in fin. de appel-
latio. & in cap. j. post gloss. ibi, extrà de rescript. post prin-
cipium & Bald. in cap. ij. in fin. verbis, de exceptio. vbi in
prædictis locis ponuntur not. dicta in proposito. Et vide
etiam Barb. in c. causam quæ. in viij char. de rescript. vbi
refert quasi omnia per eum dicta in d. c. j. de rescrip. Te-
ne menti prædicta: quia temporibus meis nedum semel,
sed, vt ita dicam, millies vidi prædicta in practica: & nu-
perrimè consului pro Petro Antonio de Fernesio, qui e-
rat bannitus, & fuit captus, & eum euasi à pœna mortis:
& consilium meum fuit subscriptum quasi ab omnibus
doctoribus huius ciuitatis.

CCXCIIII.

1 *Odia restringi, & fauores ampliari conuenit. Et ideo licet extra territorium iudicis ei impunè non pareatur, in fauorabilibus tamen locum non habet.*
2 *Pœna specialis vbi per statutum pro aliquo delicto imponitur, huiusmodi statutum ad delictum extra territorium commissum non extenditur.*

1 ODia † restringi & fauores conuenit ampliari: vt in re-
gula, odia. de regulis iuris, in vj. cum similibus. ibi in
gloss. allegatis. Et ideo teneas menti, quòd licet extra ter-
ritoriũ iudicis impunè non pareatur, quia iurisdictio iu-
dicis non extenditur extra territorium: istud fallit in fa-
uorabilibus: nam si statutum iudicis dat præmium occi-
denti bannitum, comprehendit etiam occidentem ban-
nitum extra territorium ipsius iudicis: vt dixi suprà in sin
gu. cxxiiij. incipien. Vidisti anno præterito. Secus autem
est in odiosis: & ideo dixit singu. Ioan. de Imol. in consil.
2 suo lxxx. incipi. in casu præmisso. in fi. verbis, quòd † vbi
per statutum imponitur pro delicto aliqua pœna specia-
lis, tale statutum non extenditur ad delictum cõmissum
per subditum extra territorium. quod dicit voluisse Bar-
to. in l.j. C. de summa trinitate & fide catho. Vide in simi-
li domi. Anto. in cap. proposuisti. in secũda colum. de fo-
ro competen & Catal. in tracta. syndica. in ver. ccccclij.
incipien. Adde & tene menti perpetuò, &c. Ludouic. Bo-
logn. consil. lvij. in ij colum. post medium. quod verè est
notabile verbum. Et vide circa prædicta not. verba Au-
ge. in l. hæres absens. §. j. circa finem. versicu. vltimò circa
istum articulum, &c. ff. de iudic.

CCXCV.

1 *Clausula, appellatione remota, magna importantia atque effectus. qua inferior principe vti non potest, cùm sit casus ipsi reseruatus.*
2 *Clausula. appellatione remota, Legato etiam de latere in suis commissionibus vti non licet, nisi hoc ex speciali mandato habeat: sed nec eidem causas summariè & simpliciter cõmittere permittitur.*
3 *Papa, vel Princeps quanquam alicui vniuersitatem causarum cum plena & omnimoda potestate committat, non tamen per id subdelegandi cum clausula, appellatione remota, facultas concessa videtur.*
4 *Clausula, appellatione remota, virtus ad partes duntaxat in rescripto designatas non ad alterius tertij præiudicium porrigitur. Et sub hac alios effectus vide ad finem vsque.*

1 CLausula, † appellatione remota, est magnæ importan
tiæ: de qua habetur per docto. in l.j. §. fina. ff. à quibus
appel. non licet. & io cap. pastoralis. & in c. super quæstio-
num. §. porrò. & §. si verò duo. de offic. deleg. & per Ioan.
And. & Hostien. in cap. vt debitus de appellat & per Ho-
stien. in summa, in titu. de appella. in §. fin. & per cano. in
cap. pastoralis. de appel. & per Bal. in additio. Specu. in ti
tu. de appella. circa princi. versicu. clausula, appellatione
remota. & per Bald. Salice. & alios in l fina. C. de appel. &
per Bal. in l. ij. C. de appel. per domi. Philip. de Perusio, in

dicto cap. pastoralis. in x. colum. versic. decimo septimò operatur. & per domi. Francisc. de Aret. in consi. suo cvj. incip. in præsenti. in vlti col. sed circa ipsam clausulam aliqua scias vtilia & quotidiana valde. Et primo, quòd inferior à principe non potest apponere clausulam, appellatione remota quia est casus reseruatus principi tex. est not. in d. l. j. intantum quòd dixit Spe. in tit. de legato. §.
2 nunc ostendendum. ver. xiiij quòd † etiam legatus de latere non potest apponere clausulam, appellatione remota, nisi hoc haberet ex speciali commissione Papæ: & ita etiam voluit gl. in c. translationem. extrà de offi. deleg. in gl. magna in fi. pro quo benefacit gl. quæ reputatur singularis in c. fin. in verbo, figura. de hære. in vj quæ voluit, quòd Legatus de latere non possit cõmittere causas simpliciter, summariè, &c. quod etiam sequitur Bal. in l. ij. C. de appel. dicens prædicta procedere, etiam si Papa concessisset legationem cum clausula, omni appellatione remota: quia licet dicta clausula operetur quò ad sententias ferendas per eum, non tamen poterit ipse Legatus cõcedere hoc suo delegato. pro quo est tex. in c. super quæstionum. in princi. & in §. si verò duo. de offi deleg. & sub-
3 dit Bald. † quòd licet princeps vel Papa cõmittat alicui vniuersitatem causarum cum plena & omnimoda potestate, non tamen per hoc intelligitur concessa potestas subdelegandi cum dicta clausula. ita dixit Bald. in l. ij. de appellatio. cuius dicta refert & sequitur Ioan. de Imol. in dicta l. j. ff. à quibus appellare non licet. in xxv. & xxvj. col. quæ omnia sunt menti tenenda secundum domi. Philip. Franc. de Perusio in dicto cap. pastoralis. in xj. col. versic. secundò quæritur. Facit etiam, nam Legatus non committit causam sublato iuris ordine, secundum do. Abb. in cap. j. de rescript. quem refert & sequitur ibi do Feli. in prima colum. versi. legatus, &c. vbi ad prædicta adducit plura & plura singularia dicta, quem omnino videas. Se-
4 cundò † scias, quod virtus huius clausulæ, appellatione remota, extenditur solùm ad partes nominatas in rescripto, non autem ad præiudicium alterius tertij: vnde omnes alij quorum interest, poterunt comparere & opponere coram iudice delegato: & si grauantur, poterunt appellare: quia quo ad eos non intelligitur remota appellatio: quia non sunt nominati in rescripto. ita dixit domi Philip. Francus de Perusio in dicto cap. pastoralis. de appellatio. in xv. colum. versic. septimò quæritur. vbi dicit, quòd de hoc est text. singu. in cap. super eo. suprà de offic. delega. vbi hoc tenent doctor. & idem voluit Barto. in dicta l. j. ff. à quibus appellare non lic. & dicit domi. Philip. Francus vbi suprà, quòd prædicta inducit Abb. ad statuta remouentia appellationem in executionibus sententiarũ & instrumentorum: quia non includit tertios comparentes pro suo interesse, sed solum nominatos in sententiis vel in instrumentis. quod dicit esse menti tenendum. Et ex prædictis inferri potest secundum eum, quòd licet causa sit delegata per principem appellatione remota, & Legatus à principe possit alteri subdelegare. l. j. C. qui pro sua iurisdictio. cap. pastoralis. in princi. de offic. delegati. Et licet eadem debeant seruari & interuenire in subdelegato, quæ in ipso delegato. vt in cap. statutum. §. in nullo quoque. de rescrip. in vj. Et licet aliàs subdelegatus teneatur seruare formam & ordinem datum in rescripto ipsi delegato. cap. venerabilis. de offi. deleg. tamẽ hæc omnia procedunt, præterquàm in clausula appellatione remota, quia posita in rescripto respicit ipsum delegatum: vnde ipse non poterit subdelegare cum dicta clausula: vnde à sententia subdelegati poterit appellari. text. est not. in dicto cap. super quæstionum. § si verò. de offic. deleg. hoc tamen fallit secundum do. Philip. Franc. vbi suprà in casu not. d. cap. pastoralis. §. fina. vbi delegatus potest subdelegare cum clausula, appellatione remota: & ratio ibi patet secundum eum, de quibus latiùs per eum ibi: vbi plura singularia ponit in materia istius clausulæ, appellatione remota, fortè per tres chartas, ideo videas eum ibi. De hac clausula vide dominum Paridem de Puteo in tractatu suo syndic. in xviij. char. in secũda colum. Tene mẽti prædicta, & ea non spernas, quia sunt quotidiana, & de pane quærendo: & non sunt vulgaria.

CCXCVI.

1 *Iurisdictionem delegati per ordinarium præueniri posse, modo literæ delegatoriæ ipsi iudici delegato exhibitæ non fuerint.*
2 *Et quid si impetrans per aduersarium impeditus fuerit?*

ALiàs practicaui vnum in causa propria: de quo consequutus fui vtilitatem & honorem, quod te volo do-
1 cere: videlicet, † quòd iurisdictio delegati potest præueniri per ordinarium, dummodo literæ delegatoriæ non fuerint primò præsentatæ iudici delegato. Ex quo sequitur, quòd si citatus coram iudice ordinario excipit, quòd papa vel princeps primò illam causam alteri commiserat, non auditur: & imputet sibi ipse impetrans quare literas prius iudici delegato non præsentauit. ita de hoc est tex. in cap. vt debitus. & ibi scribentes de appellat. & hoc ibi ponit, vt suprà do. Philip. Franc. de Perusio in iij. col. versi. quintò not. &c. Et dicit, quòd ratio fuit fauor ordinariæ iurisdictionis, quæ est fauorabilis, & largo modo adiuuanda & interpretanda: sed iurisdictio delegati est extraordinaria: vt extrà de transact. cap. decætero. & velut odiosa est restringenda. Ita dixit gloss. not. in verbo, volumus. in clemen. fina. de offic. ordi. & io c. j. in verbo, proce. ius.
2 in fi. de rescrip. in vj. Limita † tamen supradicta, nisi impetrans fuisset impeditus per aduersarium contra quẽ impetrauit, vt sic aduersarius præueniret impetrantem coram iudice ordinario, tunc enim eius dolus non debet ei patrocinari. vt in c. ex tenore. extrà de rescrip. pro quo etiam dicit fore bonum text. in l. quamuis. ff. de bon. autho. iudi. poss. Tene menti, quia tibi etiam posset occurrere in facto vt mihi euenit.

CCXCVII.

1 *Testes de nouo repertos, vel extra probatorium tempus, ac postquam etiam in causa conclusum fuerit admitti, sicuti & instrumenta de nouo reperta post conclusionem in causa factam produci.*
2 *Iudex si Titio facultatem dederit testium producendorum postquam conclusum in causa fuerit, si eos sibi recens ac de nouo notos iurauerit, sintque hac lege examinati, si probatur posteà eidem notos fuisse, huiusmodi examinatio corruit.*

1 TEstes † de nouo reperti admittuntur etiã extra tempus probatorium, & post conclusum in causa. Ita volunt doct. omnes in c. præsentium. per illum text. extrà de testibus. & facit optimè tex. in cap. vt circa. §. alioquin. de elect. in vj. & tex. in cap. nulli. circa finem, eodem titu. & lib. & faciunt quæ habentur in cap. innotuit. de electio. & faciunt quæ dicuntur à Barto. in l. admonendi. in ij. col. vbi etiam per alios. ff. de iureiuran. vbi volũt, quòd instrumenta de nouo reperta possint produci etiam post conclusionem in causa. de quo aliquid suprà in singular. ccxxix. incip. sententia. & habetur per domi. Feli. in cap. suborta. in penulti. & antepenulti. colum. de re iud. Scias
2 † tamen, quòd si iudex dedit licentiam Titio producendi testes post conclusum in causa cum conditione, si iurauerit eos sibi nouiter notos, & postea probetur eos antè fuisse sibi notos, examinatio corruit. quia in dicta conditione, si iurauerit eos sibi nouiter notos, subintelligitur alia conditio tacitè, videlicet, & ita sit. Ita singu. multum dixit Pau. de Cast. in l. cum patruo. C. communia vtri. iudi propter gl. ij. ibi. quod dictum refert & multum exclamat do. Feli. in c. pastoralis. in xij. col. in prin. de except. de quo dicto secundum eum nunquàm sis oblitus. Tene menti: quia poterit tibi seruire ad multa.

CCXCVIII.

1 *Verisimilitudinem magnæ efficaciæ esse. Ac perinde contrà, remotum à verisimili quandam falsitatis imaginem esse.*
2 *Testis si vnum cum iuramento dicat alter sine iuramento, dicto iurato assistendum est, nisi pro dicto non iurato sint præsumptiones, non autem pro iurato.*

1 REmotum † à verisimili dicitur quædam falsitatis imago, secundum Bald. in l. j. in iij. colum. C de ser. fugiti. Et verisimilitudo est magnæ importantiæ: vt latè dixi in l. j. in princi. ff. de quæstio. & in repeti. mea rubr. C. de probatio. in materia verisimilitudinis: & ideo teneas menti
2 notabile verbum, videlicet † quòd licet aliàs quando testis dicit

stis dicit vnum cum iuramento, aliud sine iuramento,
quòd statur dicto eius cum iuramento, secundum Abb.
in c. per tuas. de proba. quod etiam voluit Bald. in l. fi. C.
de re iudic. Attamen quando pro primo dicto sine iura-
mento sunt præsumptiones, & pro secundo cũ iuramen-
to non sunt præsumptiones, tunc statur primo dicto sine
iuramento. Ita singulariter dixit Bald. & Abb. in d. c. per
tuas. per illum text. de prob. quod dictum pro valde not.
refert & sequitur do. Bartho. Soci. in consi. suo ccliij. inci.
In causa domini Ioan. Francis. &c. in ij. col. Et illud etiam
refert & sequitur celeberrimus iuris interpres do. Vlpia-
nus de Zannis in commento suo, Institu. de iusti. & iur. in
§. his ergo &c. in xliij. col. versi. hoc tamen limita. vbi etiã
alleg. Ange. hoc tenentem in l. fi. in j. col. C. de quæstio. li-
cet Ange. ibi non loquatur in dicto iuraméto. & allegat
etiam Barb. referentem & sequentem prædictam doctri-
nam in aliquibus suis consiliis, de quibus ibi per eũ: vbi
laté examinat materiam variationis testium.

CCXCIX.

1 *Iuramentum minoris contractum aliàs inualidum firmat. in quo autem iuramento id locum habeat, ac qualiter procedat, vide hic.*

Aduertas ad vnum in quo vidi quamplures errare.
1 Nam † tu scis, quòd iuramentum firmat contractum
minoris aliàs inualidum: vt habetur laté in auth. sacra-
menta puberum. C. si aduer. vendi. & in l. si quis maior. C.
de transact. & in l. si quis pro eo. ff. de fideiss. & in c. cum
contingat. de iureiuran. & in l. cum pater. §. filius matré.
ff. de lega. ij. cum simil. Sed tu distinguas, quòd aut loqui-
mur in iuramento minoris assertorio, aut in iuraméto
confirmatorio. Si loquimur in iuramento assertorio ap-
posito in contractu per minorem, vt quia asserit se maio-
rem, de quo in l. si in alterius. C. si min. se maio. dixe. tunc
ipse minor prætextu talis iuramenti solùm excluditur à
beneficio restitutionis in integrum, non autem exclu-
ditur à beneficio nullitatis allegandæ. Ita singulariter
dixit Io. And. in addi. Spec. in titu. de senten. §. vt autem.
circa princip. in addi. incip. Ad hæc, & ea quæ præmissa
sunt. quod dictum refert & sequitur Lud. Roma. in consil.
suo xij. incip. Viso facto proposito &c. in vlti. col. dicens
hoc dictum esse singulare: & illud alibi nescire. Et illud di-
ctum etiã pro valde no. refert & approbat Paul. de Castr.
in d. l. si in alterius. quã legit cum l. j. illius tit. & illud etiã
refert & sequitur do. Barto. Soci. in consi. suo lxj. incip. In
præsenti consultatione &c. in iij. col. vbi plura allegat: &
dicit se aliàs laté pro hac parte consuluisse. & dictam do-
ctrinam Io. And. etiam refert & approbat idem do. Bart.
Soci. in consi. suo lxvj. incip. Frustrà. in viij. col. si auté lo-
queremur in iuramento confirmatorio, non posset tunc
allegare nullitatem ipsius contractus, sed ab ea exclude-
retur secundum doct. in dictis locis. Tene méti, quia veré
est no. verbum in practica.

CCC.

1 *Prorogationem cum omnibus rei prorogatæ qualitatibus fieri, nec debet aliquid substantiale immutari, aliòquin prorogationis nomen non retinet fallit nu. 2. & 3.*

4 *Prorogatio compromissi eandem solennitatem desiderat, quam & ipsum primum compromissum.*

1 Prorogatio † intelligitur fieri cum omnibus qualitati-
bus rei prorogatæ. l. lecta. ff. si cer. peta. l. si manente. ff.
de precar. habetur in l. ij. in §. sed si iudex. ff. de iudi. & ha-
betur per Bar. & alios in l. ij. in §. & post operis. & ibi per
Alex. in iij. col. ff. de ope. no. nun. & per do. Anto. & alios
in c. præterea. ij. extrà de app. & per Bald. in c. j. post prin.
de mut. peti. vbi dicit, quòd si aliquid substantiale muta-
retur, non diceretur prorogatio alleg. not. in c. hi qui. de
præben. in vj. Sed aduerte, quia hæc regula limitatur ali-
2 quibus modis. Et † primò limitatur in iuramento Nam
si factum est compromissum cum appositione certi ter-
mini, & cũ iuramento de non veniendo contrà, & postea
intra dictũ terminum fuit dictũ cópromissum porogatũ
facta prius narratione cótentorũ in primo cópromisso,
& non specialiter de aliquo iuramento nisi adiuncto ver-
bo &c. an tali casu iuramentum intelligatur esse repeti-
tum & prorogatum ita, quòd si veniatur contra laudum
latum post terminum primi compromissi, cótraueniens
possit dici periurus, seu possit per censuram ecclesiasti-
cam cogi ad obseruationem iuramenti? In quo dicas,
quòd non erit periurus, nec dicetur prorogatum iura-
mentum. Ita singulariter dixit Baldus in not. consil. suo
ccclxviij. incipien. Quæritur si factum fuit compromis-
sum. in iij. volumi. & allegat ad hoc plura: & respondet ad
3 ea, quæ adduci possent in contrarium. Limita † etiam di-
ctam regulam non procedere in pœna: nam si proroga-
tum est compromissum, non intelligitur prorogata pœ-
na. Ita not. dixit Bald. in l. penulti. §. vxor. ff. solut. matri-
mon per l. si seruus e a lege. ff. de ser. expor. Pro quo facit
dictum eiusdem Bald. in l. si à te. C. de pact. inter empt. &
vendit. vbi dicit, quòd illud quod dicitur, quòd proroga-
tio termini intelligitur facta cum omnibus suis quali-
tatibus, est verum in fauorabilibus: secus autem in odio-
sis: & ibi ponit notabile exemplum de prorogatione of-
ficii potestatis, quem videlicet contra prædicta faciant
adducta per domin. Bartholo. Capol in consilio suo viij.
incipien dicendum. Teneas menti, quia istæ sunt nota-
biles limitationes quæ sæpius occurrere possunt in facto,
& afferre possunt decus & lucrum. Et circa prædicta vi-
deas etiam Bald. in l. etiam. in fin. C. de iure dot. & Barto.
Alexand. & alios in l. item quæritur. in §. qui impleto. ff.
locati. & Paul. de Castr. in l. si procurator. C. de procura-
torib. & Specul. in tit. de procurator. §. ratione autem. in
4 iiij. colum. in versicu. Sed vltra ea &c. † Et in hac materia
prorogationis teneas menti, quòd eadem solennitas re-
quiritur in prorogatione compromissi, quæ requiritur
in primo compromisso faciendo. Ita dixit Bald in con-
silio suo ccclxxviij. incipien Viso statuto. in ij. volumi.
Et sic per ista expedita sunt singularia ccc. quæ aliàs vo-
bis pollicitus sum componere, & vobis tradere, quæ non
tædeat vos sæpe reuidere: quoniam ex ipsis, non fallor,
eueniente opportunitate reportabitis emolumentum,
honorem & gloriam: & fortè sæpius et litis mei præcepto-
ris vestri memores. Hippolytus de Marsiliis, I. V. D.
Bononien.

CCCI.

1 *Mors & si omnia soluere dicatur, euenit tamen vt post mortem quid in viridi & suo robore permaneat, etiã quale ante mortem fuerat.*

2 *Papa si causam deleget vni sub nomine proprio, qui sub hac moriatur, tunc loci ordinarius de illa causa cognoscere, aut se intromittere nequit, sed solus Papa aut de illa cognoscet, aut disponet nu. 3.*

4 *Iurisdictionem delegati ab eo qui ordinarius præueniri posse.*

Dixi tibi aliàs satis plené, & forté vltra omnes in l. fin.
in v. colum. cum quatuor colũ. ibi sequen. ff. de quæ-
1 stio. quòd † mors omnia soluit. ad quod adduxi plura iu-
ra & doctrinas: do tamen nunc tibi casum in quo mors
non tollit omnia, sed imò post mortem, illud quod auté
fuit, remanet in viridi, prout erat ante mortem: qui ca-
2 sus est, † si papa delegauit causam vni sub nomine pro-
prio, qui delegatus postea est mortuus, tali casu ordina-
rius loci post mortem ipsius delegati non poterit se in-
tromittere de illa causa. Ita singu. dixit Bal. in l. si vt pro-
ponis. j. in penulti. colum. C. quomodo & quando iudex.
vbi dixit, quòd licet delegatus sit mortuus, & delegatio
sit consumpta, tamen in tali casu solus papa habet de il-
la causa cognoscere & disponere. allegat hoc voluisse Ar
chid. in §. his ita. xxviij. quæstio ix. in apostilla quæ inci-
pit, adde ibi &c. & dicit, quòd causa quæ semel intrat in
curia Romana, nunquam exit de curia, nisi princeps eam
deleget alteri, vel remittat causam ad ipsum ordinariũ.
quod dicit Bald. esse no. & adduxit illum textum. ad hoc:
quod dictum sequitur ibi Salice. & Ioann. de Imol. in l. si
expressim. in vltima columna in princip. ff. de appella. &
Ias in l. prima. in xvij. colum. versicol. contra tamen ff. de
offic. eius. & in l. more. in vltima columna. ff. de iurisdict.
omnium iudi. Item istud dictum refert & sequitur domi.
Philip. Franchus de Perusio in cap. vt nostrum. in penult.

colum.extrà de appella.vbi dicit,quòd pro hoc dicto est
text.singu.in cap.pastoralis.§.primo.de offic.ordin.vbi
3 †si papa causam spectantem ad ordinarium alteri dele-
gauit,& delegatus processit in causa,& in contumaciam
partis misit in possessionem, vel excommunicauit,licet
postea delegatus moriatur,non tamen potest ordinarius
se de illa causa intromittere,nec absoluere excommuni-
catum,cùm absolutio spectet ad papam delegãtem,nec
poterit per ordinarium recuperare possessionem amis-
sam:quia ex quo papa semel illam causam delegauit,nõ
redit vlterius potestas ad ordinarium.Ita est tex.ibi sin-
gularis.pro quo dicit facere in simili,quia quando papa
semel reseruauit sibi collationem alicuius beneficii, non
redit potestas conferendi ad ordinarium,quousque pro-
uisio illius beneficii virtute reseruationis habuit effectũ.
de quo per Innocen.& Ioan.Andr.in cap.inter dilectos.
de exces.præla.& per gloss.& docto.in capi.sico tempo-
re.de elect.in vj.& in capitul.cùm Vintoniensis.de elect.
refert postea do.Feli.vbi suprà Sal.in d.l.si vt proponis.re
stringere & limitare dictum Bal.procedere,quando de-
legatus decessit re non integra,aliàs si re integra videtur
q; redeat potestas ad ordinariũ,per id quod habetur in
dicta l.si vt proponis.Sed in hoc dicit Innocẽ.secundum
eum in dicta l.si expressim.in fin.esse seruandum stylum
curiæ,quando de illo constaret:vt in capitu.quàm graui.
de cri.fal.& in capitu.cùm M.& in capitul.ex literis.de
4 constit.sed cessante †stylo iurisdictio delegati papæ po-
test præueniri ab ordinario re integra, antequàm literæ
sint præsentatæ iudici delegato.vnde si citatus corã or-
dinario excipit,quòd papa primò illam causam delega-
uit alteri,& cõmisit,non auditur:imputet enim sibi im-
petrans,ex quo prius delegato literas non præsentauit,
etiam si fuit impeditus quòd præsentare non potuisset,
quanto magis si re integra decessetit? & de istia dicit esse
text.in capitu.vt debitus.eodem titu.de appell.Quæ o-
mnia sunt menti tenenda secundum domi.Philip.in di-
cto capitu.vt nostrum &c.Ad quæ etiam vide vnum ver-
bum per Socin.in consi.suo xxxix.incipi.capio primum
&c.in prin.i.v.colum.in iiij.vol.& vide etiam Soci.limi-
tantem hanc materiam in consil.suo lxxxiij.incipiẽ.pro
clariori &c.in iij.col.in d.iiij.vol.

CCCII.

1 *Mater intra annum filij tutorem,aut curatorem non petens,eo-*
rum successione priuatur.Qualiter autem id procedat,ac li-
mitetur.

1 MAter †non petens intra annum tutorẽ dari filiis suis,
aut curatorem,priuatur successione ipsorum.l.ij.
§.si mater.ff.ad Tertul.l.sciant.C.de legi.hæredi.habetur
in auth.matri & auiæ.C.quando mul.offi.tut.fungi po-
test.& habetur de materia per Ioan.de Ana.in consil.suo
xlv.incipien.visis his &c.& per Ludouic.Roma.in consil.
ccvij.incipien.si volumus &c.& in consilio suo cclxxix.
incipien.visis &c.hoc tamen limita non habere locum
quando filius habet multa debita, & propter hoc mater
noluit petere tutorem, vt filius remaneret indefensus. &
sic non posset condemnari,& contra eũ agi, seu aliquid
fieri tanquam contra indefensum.nam hoc casu excusa-
tur mater,nec perdit successionem filiũ.Casus est singul.
in l.ij.§.ego etiam.ff.ad Tertul.quem tex.ad hoc dicit sin
gu.& notandum perpetuò do.Alex.in auth.cessante.C.de
legi.hære.& Lud.Roma.in singu.suo cv.incipiẽ.secundò
quæro &c.quod dicit esse not.

CCCIII.

1 *Filiorum appellatione nepotes ex filijs regulariter contineri.Et id*
quando locum non habeat.& nu 2.

3 *Statuto cauente.quòd extantibus filijs masculis,filiæ fœminæ non*
succedant,& si nepotes ex filijs extent,locum habebit etiam
ipsum statutum.

1 FIliorum †appellatione regulariter continẽtur nepo-
tes ex filiis.l.filii & l.iusta.& l.liberorum.ff.de verbor.
signific.habetur per scribentes in l.cùm acutissimi.C.de
fideicommis.& in l.cùm auus.ff.de condi.& demonstra.
& in l.filium habeo.ff.ad Macedo.& in l.Lucius.ij.ff.de
hæredi.institu.cum simi.Aliqui tamen sunt casus,in qui-
2 bus dicti nepotes non continentur.†Vnus casus est,quan
do filii vocantur cum aliqua qualitate, quæ non erat in
nepote:nam tunc appellatione filii non comprehendi-
tur nepos.l.fi.C.de natu.lib & not.Bartol.in d.l.liberorũ.
in v.col.in ver.secundò quæritur quando verbum filiũ &c
& in l.j.C.de priuile.& voluit Alex.in cõsilio suo cccxlviij.
incip.ponderatis verbis testamenti præsentis nobilis vi-
ri.in ij.col.vbi refert prędicta:& alij plures casus in qui-
bus non veniũt nepotes appellatione filiorum, ponũtur
per Bertachi.in suo reperto.in verbo, filiorum appellatio
3 ne.in xxj.versi.vbi latissimè loquitur.†Et circa hanc ma
teriam teneas menti vnum perpetua memoria dignum,
quòd si statutum dixit,quòd extantibus filiis masculis fi-
liæ fœminæ non succedant,quòd tale statutum etiam ha
bet locum si extant nepotes ex filiis.Ita notab.dixit Ra-
pha.Fulgo.in consilio suo lxxviij.incip.supposito statuto
in ij.col.& Socin.in consi.suo xiiij.incip.sequendo ordi-
nem &c.in versicu.quartò prædicta conclusio &c.De quo
tamen vide do.Philip.Decium in consi.suo lxxxvij incip.
pro resolutione &c.in penul.col.vbi allegat Bald.in con-
trarium in consi.suo xxx.in iij.vol.& vide etiam domin.
Francis.de Aret.in consi.suo clxiiij.incipiẽ.diligenter.in
iiij.col.in versi.nec videtur obstare.de qua materia vide
etiam Alex.in consi.ix incip.visis verbis testamenti.in j
vol.& in consi.cxxviij.incip.consideratis &c.in eod.volu.
& do.Phili.Decium in consilio suo xcv.in iij.iiij.& v.co-
lum.& Francis.de Aret.in consi.suo cxlvj.incip.respon-
dendo &c.& Ias.in l.de quibus.in v vj.& vij.col.ff.de legi.
& in l.ij.in §.prætor ait.in ij.cõl.ff.de in ius vocand.& an
tale statutum habeat locum in filiabus monialibus,vide
Pau.de Cast.in consilio suo cccxxvij.incipien.primum
dubium de quo quæritur &c.In ij.& iij.col.& Soci.in con
sil lxxxj.incip.in præsenti consultatione.in iiij.& v.colũ.
&c.& latiùs per do.Rochum Curt.in c.fi.in cxix.& cxx.
col.de consuetu.Item an dictum statutum habeat locum
in filio spurio legitimato,vide Raph.Fulgo.consi.lxij.in-
cip.stante statuto &c.

CCCIIII.

1 *Creditores debitores captos & carceratos habentes, volentes per*
fideiussores à carcere liberari,qualiter se gerere, & cum huius
modi debitoribus agere debeant.

1 ANimaduertant †creditores habentes debitores ca-
ptos & carceratos,quãdo tales debitores carcerati
volunt exire carceres præstando fideiussorem.Nam si ta-
les fideiussores promittunt sõluere creditori omne id &
totum quod apparebit ipsum debitorem carceratũ sibi
debere facta ratione vel calculo,tunc cautus sit ipse cre-
ditor,vt faciat rationem siue calculum cum ipso debito-
re viuente:nam si moreretur talis debitor antequam esset
factus calculus,fideiussor non teneretur,sed esset libera-
tus.Casus est singularis quem ibi ad hoc summè no.Pau.
de Cast.& do.Alex.in l.qui Romæ.in §.Augerius.ff.de ver
bo.oblig.& Ias.in l.si ego.in iij.col post medium.ff.si cer.
pet.quod est summè no.qui tex.etiam multùm facit con
tra regulam illam,videlicet,quòd hęres & defunctus cen-
sentur vna & eadem persona:de qua habetur in auth.de
iureiuran.à mor.præstito.in prin.de quo latè per Soci.in
consi suo xxiiij.incipien.præsens consultatio &c.in ij.co-
lum.in iij.volu & per Alexand.in consi.xviii.inci.attentis
narratis.in vlt.col.in v.vol.& vide quæ dixi suprà in sin-
gu.lix.incip.obligatio &c.& vide Bal.in l.diem proferre.
in § j.ff de arbi.

CCCV.

1 *Iudex maleficiorum non semper de delicto inquirere potest,etiam*
stante statuto,quod de quolibet crimine inquirere possit:nisi
prius offensus citetur,vt ab eo intelligat,num delinquentem
accusare velit.

2 IVdex †maleficiorum nõ semper potest inquirere de de-
licto etiam stante statuto,quod de quolibet crimine
possit inquirere:nam non poterit inquirere de crimine,
seu de delicto commisso,nisi primo citetur offensus,& in-
telligatur ab eo,an velit accusare delinquẽtem.Ita dicit
glo.sing.

glo.sing.in c presbyter si à plebe.ij.q.iiij.quam gl.ad hoc dicit sing.Bal.in l.senatus.C.qui accu.non pos.dicens, quia ratio est, quia præferendus est ille, qui maius ius habet, & melius fundamentum.ad quod etiam alleg.quæ habentur in simili, in l.j.§.denútiari.ff.de ven.inspi.& in l.si tantum.ff.de leg ij & in l.necessariò.ff.de in diem addic.& in l.quamuis indubitati C.de adul.& in l.ij.§.fi.ff.de adult. Item hanc partem per illam gl.firmauit do.Barth.Capo. in cautela sua xxv.incip.tu scis &c.vbi alleg.tenuisse Ludo.Roma.in suis singu.& idem tenuit Ange.in authen.de tempo.non solutæ pecu.in prin.& in repe.l.si vacantia.in iij.col.C.de bo.vac.lib.xij.& do.Alexan.in l.ij.§.si publico.in j.apostil.ff.de adul.&do.Amodæus Iustinus in trac. suo syndi.in iij.char.in iij.col.post med.de quo latius loquutus sum in practica mea causarum criminalium, in xvij.char.post med.vbi videas.

CCCVI.

1 *Carceratus num & quando cum incarcerante, aut alio cõtrahere efficaciter possit? Et quod si incarcerati occasione, cura ac solicitudine rem suam vendat, num deinceps ab emptore possessionem sine pretij restitutione recuperare possit? nu.2.*

1 MAteria † carcerati an & quando possit contrahere vel cum carcerante, vel cum alio, plenè traditur à scribentibus in l.qui in carcerem.& in l.metũ.§.sed licet. ff.quod met.cau.& in l.qui neque.ff.de verborum significa.& habetur per Ange.in l.nemo carcerẽ.C.de exact. tribu.lib.x.& in sua disputatio. incip. renouata guerra. & habetur per Bald.in l.vnica.in iij.char.C.de confes.& per eum in l.ab eo.C.quomo.& quando iud.in penul.columna.& per Ange.de Aret.in tractatu suo maleficiorum, in verbo, qui iudex dictum Caium detineri & carcerari fecit &c.in vltima colum.in versic.an autem carceratus &c.& ibi in addi.& per Bald.in rubri.C.de rescin. vendi.circa fi.& per do.Abb.in c.accedens.de procur. & per do.Feli.in c.innouamus.de treu.& pace.& per Bar.in tract de carce.circa fi.& per do.Card.Alexan.in c.super
2 eo.ij.in ij.colũna. in fi.de appel.scias † tamen in hac materia no.& singulare verbum, videlicet. quòd si aliquis tyrannus vult extorquere pecuniam ab vno subdito suo, qui non habet pecunias ad manum, facit ipsum carcerari: qui carceratus si vult exire carceres, compellitur facere venditionem cuiusdam possessionis suæ cuidã alij pecunioso qui libenter emit, & credit emere securè postquàm ipse non committit violentiam: & soluit pecuniã illi carcerato vel alteri recipienti pro eo: & postea tyrãnus aufert ab eis tales pecunias: hoc casu ipse cõpulsus vẽdere, poterit recuperare ab illo emptore possessionẽ suam, etiã non restituto sibi pretio per eum exbursato ab ipso venditore.Ita singulariter dixit Paul de Castr. in l non interest.in j.colum.C.quod metus caus. vbi dicit se aliàs pro hac parte consuluisse, & fundat se, quia dictum pretium non est conuersum in vtilitatẽ ipsius venditoris: & ibi ipse respondet ad aliqua contraria, quę adduci possent contra hanc suam doctrinam: de quo ibi latiùs per eum. Pro quo facit, nam carceratus præsumitur soluere per metum: ita dixit Cy.in l.ij C quod me.causa. & Bal.in l.falsus.in penulti.colum.C.de furt. Tene perpetuò menti: quia iam à decem annis citra hic casus euenit millies in Italia: maximè in hac misera, dirupta, dilaniata, lacerata, & conquassata ciuitate Bononiæ, mihi patria miseranda.

ADDITIO.

Adde Bouer.sing.in verb.carcer.nu.2.Guid.Pap.sing.dcccxl.

CCCVII.

1 *Bona delinquentis fisco addicta per fiscum vendicari posse, modo id intra quinquennium fiat.*
2 *Bonis fisco propter vectigal non solutum delatis, si non petantur, quinque annorum spatio præscribi.*

1 BOna † delinquentis confiscata, & fisco applicata possint per fiscum vendicari; vt habetur in l.in metallum.& in l.si vt proponis.& in l.fina.& in authenti.bona damnatorum.C de bon.dam.quod tamen intellige verum esse, & locum habere, si intra quinquennium dicta bona sunt petita, & vendicata à fisco: secus autem post quinque annos: nam si elapsi sint quinque anni à die publicationis vel confiscationis, in quibus fiscus non petit dicta bona, vlterius non potest illa petere nec consequi. Ita dixit Bartol.& Bald.in l.commissa.ff.de public.quos refert & sequitur Barba.in consilio suo lxx.incipien.vbi Christus, &c.in xxiiij.columna in iiij.volumi. vbi etiam pro hoc adducit ea quæ habentur in l.ij.C.de aposta.& gloss.in l.Manichæos.C.de hæreti.& Manichæ. Item adducit etiam bonum textum ad hoc, in l.secunda.C.de ve
2 ctigal.& commiss.vbi dicit text.quòd † in bonis delatis fisco propter vectigal non solutum, præscribitur spatio quinque annorum: de quo latiùs per eum in dicto consilio.& per Alexand.in cõsilio ccxvj. incipien.ponderatis. in ij.colum.in vj.volumin.& vide Bartol.& Bald.in dicta l.ij.C.de vectig.vbi per illum textum soluũt notabi.quæstionem.& Bal.in l.iij.C. si propter public. pensitat. & in consi.suo cccviij.incipien.quidam Lucanus, &c.ante fin. in iij.volum.

CCCVIII.

1 *Relatiuum vnum in oratione locatum aliud præsupponit, facitque aliud intelligi. Vnde statuto cauente, quòd si quis per vim filium non suum corripuerit, capite plectatur: filium patre carentem per vim corripiens in statutum non incidit.*

DIcunt doctor.in l.generaliter.in §.cùm autem. per illum textum.C.de institutio.& substitu.sub condi. fact & in l.legem Iuliam.similiter per illum textum.C.de
1 indic vidui.quod † vnum relatiuum præsupponit, seu dat intelligere aliud: & ideo si dicimus, talis res non est sua, puta Titii, præsupponimus illam esse alienam.ex quo inferunt doctor.quòd stante statuto, quòd si quis per vim arripuerit filium non suum, capite puniatur: quòd si quis rapuerit filium carentem patre, & sic non alienum, non incidit in pœnam statuti.Ita singul.dixit Iacob.Butr.Salicet.& Alexan.in dicta l.generaliter.in dicto §.cùm autem.quam doctrinam pro no.refert & sequitur Ias.in d.l. legem Iuliam.C.de indicta viduitate tollenda.in iiij.col. in versi.secundò principaliter quam teneas menti: quia prima fronte videretur dicendum contrarium: quia omnino iste rapiens delinquit, & dat operam rei illicitæ, ex quo videretur puniendus.

CCCIX.

1 *Confessio coram duobus ex tribus iudicibus datis, facta, vim confessionis iudicialis non habet.*

HAbuisti à me plura notabilia dicta in materia confessionis in singularibus meis quampluribus præcedentibus: sed vltra illa accipe nuper not. verbum in ipsa
1 materia confessionis, videlicet, † quòd confessio facta coram duobus ex tribus iudicibus non valet, vt confessio iudicialis: & ideo si tres sunt iudices delegati simpliciter sine clausula, & si non omnes &c.& confessio fiat coram duobus, non valebit vt confessio iudicialis.ita sing. dixit Abb.in capit.olim ex literis.in fin de rescrip.quod dicit esse singul.not.& alleg.iura de quibus ibi per eum: & voluit domi.Alexand.in consilio suo xxx.incipien.ex allegatis &c.in ij.columna.in vij.volumine.& an citatus à duobus ex tribus iudicibus teneatur comparere, vide Abb.in capitu. prudentiam. de officio delegat. & vide Bald.in additio.Specul.in titu.de cita in iij.columna. in versicu.si sunt tres iudices &c.& vide quæ dixi ego in repetitio.mea l.de vnoquoque.ff.de re iudi.in xxviij.char. versicu.Item circa prædictam materiam commissionis citationis.

CCCX.

1 *Confessio extraiudicialis indicium ad quæstionem parat: nihilominus huiusmodi confessionem à se factam reuocans, quod fieri potest, quæstionem ac torturam impedire.*

1 CRedo te scire, quòd † confessio extraiudicialis facit indicium ad torturam, secundum gloss. ab omnibus approbatam in l.capite quinto.ff.de adulter.de qua satis amplè loquutus sum adducendo plures doctor.eam approbantes in l.de minore.in princip.in ix.column.ff. de quæstio.& de ea loquitur Angel.ponendo plures effe-

ctus confessionis extraiudicialis, in l. prima. ff. de confessis attamen si tu habes clientulum torquendum vigore talis confessionis, si vis consulere saluti suæ, & obuiare seu impedire torturam, sis cautus vt facias, quòd talis clientulus tuus reuocet illam suam confessionem extraiudicialem, quod facere poterit: & sic impediet torturã, nec debebit probare errorem dictæ confessionis quia illa non tenuit quò ad aliquod præiudicium iudicii, sed solùm quò ad præiudicium facti. ita dixit Bal. in l. vnica. in penul. colum C. de confes quod dictum pro not refert & sequitur do. Feli. in c. olim ex literis. in iij. col. versic secundus &c. de rescrip. vbi latissimè & copiosè examinat hanc materiam, videlicet, quando confessio extraiudicialis faciat indicium ad torturam: & ibi in materia prædicta ponit plures no limitationes quas vide: & in materia ista vide do. Philipp. Cor in consi. suo cciiij. incip. pro decisio. in iiij col. in prin. in j. vol. & in consi. xvij. inci. licet muris &c. in iij. vol.

CCCXI.

1 *Citatus in ciuilibus & si teneatur comparere per se, aut procuratorem, si tamen timet vim inferri personæ suæ, nedum causæ, comparere non tenetur.*

2 *Et quid si quis citetur in locum quamuis tutum, in quo tamen statum bonum non habeat citatus ipse, vt guelphus inter ghibellinos, an teneatur comparere?*

1 Citatus † in causis ciuilibus licet teneatur comparere
per se, vel per procuratorem, vt in l. fin. cum materia
sua. C de procur. attamen si citatus timet inferri vim ne-
dum personæ, sed etiam causæ, non tenetur comparere
etiam per procuratorem. Ita dixit Ang. in l. ij. in §. quod
diximus. post med. ff. si quis cau. quem refert & sequitur
do. Feli. in c. accedens. ij. in iii. col. versi. secunda conclu-
2 sio &c. extrà vt lit. non contesta. † & scias, quòd quamuis
locus sit securus citato, tamen si ipse citatus non habet
ibi, vbi citatur, bonum statum: putà si citatur Guelphus
vbi regnant Ghibellini, non tenetur comparere secun-
dum gl. in c statutum. §. j. in versi. non audens. de rescr. in
vj & ideo dixit Ang. In d. l. ij. in §. quod diximus. quod exl
titii terrarũ non tenentur comparere in loco à quo sunt
expulsi quod dictum refert & sequitur eum ampliando
do Felin. in d. c. accedens. in vj col. versic. nona conclusio
&c. & de materia ista habetur etiam per Car. Alex. post a-
lios in c. ex parte tua. de appel.

CCCXII.

1 *Pœnam dispositioni adijcere non possunt, qui disponere nequeunt. Et ideo, sicut priores, quales sunt antiani, salarium doctoribus constituere vel auferre non possunt, sic nec pœnalem legẽ conseruatori vel depositario, ne doctoribus ipsis soluant: qui si partem salarij sequestrent, nulla erit sequestratio. & numero 2.*

1 Illi † qui non possunt disponere, non possunt pœnam
adiicere dispositiõi: vt habetur in l. Seius & Augerius.
ff. ad leg. Falcid. & in l. quod de bonis. eo. tit & ideo sicut
priores, vt sunt antiani, non possunt constituere vel aufer
re salarium doctoribus, ita non possunt imponere legem
pœnalẽ conseruatori, vel depositario ne ipsis doctoribus
soluant. ita ad literam dixit Bald. in addi. Spec. in tit. de
cõstitu. in vlti. additio. Pro quo optimè faciunt dicta per
Alex. in consil. suo cccxiiij. secundum ordinem meum.
quod consiliũ est primum tertij vol. & incip. viso processu
&c. in iij. char. & j. col. post me. quod est no. à doct. Bonon.
2 quibus † quandoque sequestratur pars salarij sui in mani
bus depositarij ab antianis, vel ab alio magistratu nõ ha
bente potestatem constituendi vel auferendi eis salariũ:
quoniam talis sequestratio est nulla, & inualida per præ-
dicta: pro quo faciunt optimè dicta per do. Philip. Dec. in
consi. ccxxxj. inci. viso in iij. col.

CCCXIII.

1 *Fideiussionis verba à fideiussores recipientibus diligenter spectanda.*

1 Diligenter † aduertant recipientes fideiussores ad verba apposita in ipsa fideiussione: nam si aliquis fideiussit & promisit soluere pro actore talis causæ, si ipse actor succubuerit in causa, an hoc casu si est pronũtiatum instantiam fore peremptam, & condemnatus est actor in expensis, teneatur talis fideiussor ad ipsas expensas? dicas quòd non: secundum Bal. multùm eleganter loquentem in cõsi suo cclxxij. incip. proponitur quòd quidam. in ij. vol. quem videas: quod est no. verbum: cuius contrarium prima fronte videretur dicendum.

CCCXIIII.

1 *Prohibitio de alienando hæredi per testatorem facta, & si sæpius prohibito displiceat, quandoque tamẽ est summe vtilis. Nam alienari prohibita in fiscum non cadunt. Et vide limitationes nu. 3. & 4.*

2 *Prohibitio alienationis fauore alterius facta, facit vt delinquendo delinquens non alienet. Nam quæ iura in extraneũ hæredem transire non possunt, nec in fiscum transeunt.*

1 Prohibitio † alienationis facta hæredi per testatorẽ, vel
talis prohibitio facta in alia dispositione, licet displi-
ceat sæpe illi, cui facta est talis prohibitio, tamen quãdo-
que talis prohibitio est summæ vtilitatis & emolumen-
ti: nam si ex forma legis vel statuti bona ipsius prohibiti
alienare ex aliqua causa deberent confiscari, talia bona
prohibita alienari, non poterunt confiscari, eo quia res
prohibita alienari, non potest deuenire in fiscum. ita di-
xit Bar. in l. Imperator. ff. de fideicom. libert. quem refert
& sequitur Alex. in consi xxiij incip. opportunè conside-
ratis. in iij. col. in j. vol & Ludo. Roma. in l. si constante. in
§. fi. ff. solu. matri. & Ange. de Aret. in tract. suo malefic. in
verbo & eius bona publicamus. in iij. char. versi. & nota
facta dicta publicatione &c. & Soci. in consi. suo cxxj. in-
cip. permittenda &c. in iiij. col. in iiij. vol. & idem voluit
Bar. in l. si quis in tantam. in iij. col. versi quæro an domi-
2 nus teneatur. C. vnde vi. vbi dixit, † quòd quando aliena-
tio est prohibita fauore alterius, tunc etiam quis delin-
quendo non alienat. quod dictum refert & sequitur do.
Franc. de Aret. in consi. suo xiiij. incip. viso & diligenter.
in vj. col. Pro prædictis etiam facit, nam iura, quæ nõ pos
sunt in extraneum hæredem transire, non possunt etiam
transire in fiscum qui habetur loco extranei hæredis. l. in
ra libertorum. & ibi Bart ff. de iure patrona. l. eorum. ff.
ad legem Iul. maiest. & voluit Alex. in d. cõsil. xxiij. incip.
opportunè cõsideratis. in iij. col. in j. vol. vbi etiã allegat
alia iura ad hoc. & Soc. in d. cõsi. in iij. col. in fi. Itẽ ad præ
dicta facit etiã, nã in generali alienatione vel obligatio-
ne nõ veniũt ea quæ sunt sub pœna prohibita alienari vel
obligari secundum Bar. & alios in l. codicillis. in §. insti-
tuto filio. ff. de leg. ij. & in l. obligatione generali. ff. de pi-
gno. & no. Spe. in tit. de pigno. § j ad fi. in versic. nunquid
&c. & Bal. in l j. per illum tex. C. quæ res pign oblig. pos. &
in l. voluntas ad fi. C. de fideicom. & in c. imperialem. in
j. col. de prohi. feu. alie. per Feder. & Ang. in auth. de testit.
& ea quæ parit. in prin. & Alex. referens prædictos ad hoc
in consilio suo clxvij. inci. requisitus &c. in prin. iij. col. &
in cõsi. cccclxj. inci. super primo quæsito in fi. iij. col. & vo
luit Lud. Ro. in consi. suo clxvj. incip. visu diligenter. in ij.
3 col. versi secundò probatur. aduertas † tamen, quia illud
quod dixi, quòd res prohibita alienari non potest deueni
re in fiscum propter publicationem bonorum, potest li-
mitari & restringi, nisi personæ, ad quas peruenire debet
talis res prohibita alienari, defecissent: quia deficiẽtibus
illis personis deficit prohibitio alienationis. in l. quoties.
& ibi Bal. C. de fideic. & in l qui filium. in prin ff. ad Treb.
& habetur in l filiusfamilias. in §. diui ff de leg. j & facit l.
adigere. § quamuis. ff. de iure patro & l. cùm cessante. de
appel. cum simil. & ideo defectis illis propter quos erat fa
cta prohibitio alienationis, teneo quòd tunc confiscatis
bonis illius prohibiti alienare, trãsibunt in fiscum. argu.
dictorum iurium: quod est multùm no. in hac materia: de
qua limitatione vide in arg. dicta per Socin. in consi. suo
liij. incip. in præsenti consultatione &c in v. col. versi præ-
4 terea dato &c. † Limita etiam prædicta non habere locũ
in dominio vtili: quia res prohibita alienari non potest
deuenire in fiscum, est verum quò ad dominium directũ:
sed secus est quò ad vtile dominiũ: quia tunc vtile domi-
nium bene transit in fiscum. ita dixit Aegid. Bellamera
in consi.

in consi.suo xxiij. incip. quidam bastardus &c. in j. col. ad quod allegat plura de quibus ibi per eum: attamé credo quòd si dominus rei vel testator prohibuisset etiam alienationem vtilis dominii, quòd tunc eodem modo bona prohibita alienari nó deuenirent in fiscum, etiam quó ad vtile dominium, per iura superiùs allegata. An autéquando est prohibita pignoris obligatio, vide Bar. in l. qui habebat. ff. de leg iij. & in l. in quorum. ff de pign. & in l. fi. C. de reb. alie. non alien. & Abb. in c. j. de pigno. & circa hác materiam alienationis prohibitæ, vide Ias. in l. si stipulatus fuerim. in §. cùm stipulamur. in antepenulti. col. ff de verbo. obbliga.

CCCXV.

1 *Testis examinatus, licet dictum suum ante aperturam processus, & antequam cum parte loquatur, corrigere ac emendare possit, si tamen depositio talis acceptata per partem sit, non est locus correctioni.*

ACceptatio in aliquibus casibus est magni effectus & importantiæ, vt ostendi in repet. mea l. de vnoquoque. ff. de re iudic. in xxx. char. in prin. in versi. Item vltra præmissa scias, quòd si citatus &c. & in repet. mea rub. C. de prob. in xxv. col. versi. Item scias, quòd confessio &c. de quo etiam per Soci. in fallentia lxiiij. in prin. & in fallen. lxix. in princ. & infrà in sing cccxxix. incip. plures &c. cir-
1 ca med. Sed vltra ea, quæ ibi dixi, scias, † quòd licet testis
examinatus possit corrigere dictum suum ante aperturam processus, & antequam loquatur cú parte: secúdum Inno. in c. cùm dilecti. de accu. & gl. in §. illud tantùm. in versi non habebit. in auth de testib. & Bal. in l. presbyteri. in j. col. C. de epis. & cler. & voluit Ias in l. quicquid adstringendæ. in v. col. ff. de verb. oblig. hoc tamen limita, & intellige, nisi talis respósio vel testificatio testis fuerit per partem acceptata: nam tunc testis non poterit reuocare dictum suúm si probato errore. Ita no. dixit Bald. in l. Gallus. in §. j. ff. de lib. & posth. quod dictum refert & sequitur do. Alex. in d. l. quicquid adstringédę & illud etiá refert & sequitur Ias. ibidem, qui dicit, q idem voluit Lud. Ro. in l. j. in §. si quis simpliciter. ff. de verb obli. & in consilio suo ccccxxxiij. inci. quò ad primum &c. in fi. & Alex in consilio suo xc. incip. fere omnis vis huius &c. in j. vol. & in cósil. suo xcij. incip. viso & opportuné &c. in vlt. col. i v. vol. Tene menti, quia secundum do. Alex. in d. l quicquid adstringendæ. est no. in practica. & ibi dicit Ias. quod istud est dictum famosum in palatiis. An autem & quando testis possit corrigere vel emendare dictum suum, vide Alex. & Ias. in d. l. quicquid adstringendæ. in vlt. col.

CCCXVI.

1 *Donatio bonorum mortis causa vxori à marito facta, fiscum ab his petendis in euentum etiam proscriptionis & personæ mariti, & rerum, arcet, si modo ad plenam & integram traditionem peruentum sit.*

2 *Et quid si post proscriptionem maritus huiusmodi donationem reuocarit, num fisco subycientur?*

ACcipe no. & vtilem cautelam cótra fiscum ad excludendum eum à bonis banniri, vel deportati, ex ali-
1 qua causa. nam † si times quòd fiscus bona tua inuadat ex
aliqua causa, facias donationem causa mortis bonorú tuorum vxori tuæ. Postea si contingat, quòd sis positus in banno æris & personæ, vxor poterit defendere talia bona sibi donata, ne veniant in fiscum. Nam iste bannitus quó ad ciuitatem suam, vnde exulat, patitur tale exilium quo maius non reperitur: & ideo talis donatio tanquam ex morte mariti confirmatur: ideo vxor tali casu potest bona defendere à fisco, dummodo processum sit ad plenam traditionem: & tamen maritus ita bannitus posset dictá donationem reuocare: vt est tex. vnicus & singularis in iure in l. sed si mors. ff. de dona. inter vir. & vxo. Ita ad literam dixit Bal. in l. penul. in ix. colum. in versi. quæro, qui-
2 dam timens, &c. C. de execu. rei iudic. & † ibi subdit, quòd
si fieret reuocatio talis donationis sequuto banno, quòd tamen etiam tali casu fiscus non habebit bona, sed imò remanebunt ipsi marito: quia non fuerút inclusa in confiscatione. allegat ad hoc l. si deportati seruo. ff. de legat. iij. & hanc doctrinam & cautelam refert & sequitur Ias. in l. si stipulatus fuerim. in §. cum stipulamur. in penulti. colum. ff. de verborum obligatio. & dicit, quòd idem tenet Bald. in dicta l. sed si mors. ff. de dona. inter vir. & vxo. Pro quo etiam alleg. l. res vxoris. C. eo. Item subdit etiá Ias. & dicit, quòd hanc doctrinam Bal. refert & sequitur pro singulari Pau. de Castr. in l. post contractum. in fin. ff. de dona. tu dicas, quòd illam etiam refert & sequitur Alexan. in d. l. sed si mors. & idem tenet Bar. in d. l. res vxoris. vide tamen in materia Ange. in authen. de trien. & semis. in §. illud quoque. in prin. & tex. in l. j. & ibi doct. C. de iur. fisc. lib. x. & Ias in §. item si quis in fraudem. in xv. colum. Institu. de actio.

CCCXVII.

1 *Filiorum appellatione & masculos & fœmellas contineri. Quod in materia fauorabili, non autem in odiosa accipiendum est. Limitationes & declarationes huius habes nu. 2. & 3.*

4 *Filiorum appellatione, num etiam ex filijs nepotes contineantur? remissiuè.*

1 FIliorum † appellatione comprehenduntur masculi &
fœminæ l. si ita scriptum. in prin. & ibi Bar. ff. de lega.
iij. voluit Bal. in l. j. C. de leg. hæredi. Bal. & Alexan. in l. sed
si hac §. liberos. ff. de in ius vocan. Pau. de Cast. in consilio
ccclvj. & in consi. ccclv. & in consi. lxxvij. Istud tamen in-
tellige verum esse, & locum habere in materia fauorabi-
li: secus autem in odiosa: vt in l. j §. sed si incertú. ff. de ven.
2 in possi. mit & voluit Bar. in d. l si ita scriptum. † Item illud
est verú, nisi ex coniecturis colligitur mens testatoris con
traria, vt si testator plus affectionis habuit ad masculos,
quàm ad fœminas, secundum Bal. in consi suo incipien.
in Christi nomine amen, Quia allegationes, &c. & Alex.
in l. Gallus. in § quidam rectè. in vlti. colum ff. de liber. &
posthu. & Soci. in consi. xlix incip. Capio primum, &c. in
v. col. & in consi. xxxvj. incip. rectè & maturè, &c. circa fi.
3 † Item etiam intellige prædicta esse vera, nisi statutum sit
in loco, quòd extantibus agnatis fœmina non succedat.
Quia tunc institutio filiorum facta à patre, intelligitur se
cundum mentem statuti, videlicet de masculis tantùm:
non si sit facta ab extraneo. Ita not. dixit Petr. de Ancha.
in l. tres fratres. ff de pact quem refert & sequitur Alexan.
in l. Gallus. in §. quidam rectè. in fi. ff. de liber. & posthu. &
in consi. suo ccclix. incip. viso testamento, &c. in j colum.
& in consi. cccxcvj. inci. circa hanc dubitationem. in xij.
col. de quo etiam per Soci in consi. xxxvj. incipié. rectè &
maturè, &c. in fi. & in consi xlix. incipié. Capio primum,
&c. in v. col & per eundem Soci. in consi. lj. incip. visa facti narratione. in vi. & vij. col. in iiij. volu. & per eundem
Soci. in consi lxxiij. incip. capiendo &c. in iij. col. in fin. in
eo. iiij. vol. & in l. hæredes mei. in § cùm ita. ff. ad Trebel.
in vlti. char. in vlti. quæst & Decium in consi. ccxcix. incip.
in causa. in fi. iiij. col. & in consi. cccxvj. incipié in casu. in
penul. col. Ad quæ vide etiam dicta per Ias in l. ij. in lxxiij.
col. post med C. de iure emphy. & dicta per Pau. de Castr.
in consi suo lxxix. incipien. casus iste frequenter contin-
git & per do. Ant. in consi. suo j. incip. viso puncto & quæ-
sitis. in j. col. & per Bar. in l. vt iurisiurandi. in §. si liberi. in
4 ij. col. ff. de oper. liber. † An autem appellatione filiorum
veniant nepotes ex filiis, vide Alexand. in consi. xvij. incipien ponderatis his &c. in j. & ij. colum. in v. volumine. & ibi in consi. xxix. incipien. perspectis. & Rapha. Cuma. in consilio lxix. incipien. Blasius. in iij. colum. versi. superest. & Rapha. Fulgo. in consi. lxxviij. incip. supposito statuto. in j. col. & per domi. Philip. Deci. in consi. xv. in j. & ij. col. & ibi in penul. col.

CCCXVIII.

1 *Gemmas factitias atque adulterinas venditantes, colore quæsito, quod Papæ, aut summo alicui Principi furto subtractæ sint, vt fures, vel acrius etiam puniendos.*

1 FVit † rogatus à iudice maleficiorum huius ciuitatis hesterna die vt deberem videre qua pœna sint puniendi isti zuntatores moderni, qui vadunt per diuersas partes, & vendunt aliquam gemmam falsam, & minimi valoris magno pretio, fingendo illam fuisse derobatam papæ vel

Imperatori, vel alteri magno principi: cui respondi quòd
• prædicti auotatores tanquam fures puniantur, & etiam acrius, per l. saccularii. in princip. ff. de extraordi. cri. ibi, plos quàm fures puniendi sunt &c. & ostendi sibi do. Io. Bapt. de sancto Seuer inn hoc expressè tenentem in repetitióe sua, l. cúctos populos. in x. char. in j. col. circa princ. C. de summa tri. & fide cathol. vbi etiam alia iura allegat de istis auotatoribus.

CCCXIX.

1 *Hora in instrumentis, rescriptis, & similibus inserta, magna est efficacia, adeò, vt collatio beneficij ab ordinario facta cum appositione temporis & hora collationis Papa eodem die facta horam non habenti præferatur. nu. 2.*

1 HOra † in instrumentis, a & rescriptis, vel in similibus
a est maximæ importantiæ & effectus: nam facit quòd vnú dicitur prios altero: secundum gl. in l. si ex pluribus. in § fi. ff. de solut. quam extollunt doct. pro singulari in pluribus locis, quos refert Felin. in ca. pastoralis. in iij. col. in versi. ratione vnius horæ. extra de rescript. vbi plura ponit circa hanc materiã horæ, vel certi téporis: circa quã materiã teneas menti, quòd si collatio beneficij sit facta à papa vni, & ab ordinario alteri eadẽ die, quòd hoc casu collatio papæ præfertur: vt in c. si à sede. de præben. in vj.
x attameo † si in collatione ordinarij sit apposita hora certa collationis factæ & in collatione papæ nõ sit apposita hora, præfertur collatio ordinarii collationi papæ. Ita not. dixit Soci. ex pluribus ioribus & rationibus in l. j. in ij. col. ff sol. ma quem refert & sequitur do. Philip. Deci. in consilio suo clxix. in vlti. col. pro quo faciunt optimè dicta per Feli in d. c. pastoralis. de rescrip. in iij. col. Ad quæ vide etiam Soci. in consilio suo lxvij. incipien. eadem die &c. per totum.

ADDITIO.

a Hora in instrumentis. Nota horam apponi quãdoque in instrumentis ad tollendum dubium, quãdo ratione vnius horæ instrumentum dicitur prius cõfectum: vt per d. gl. in d. l. si ex pluribus. §. fi. in verb. obligauit. ff. de solutio. quam in proposito dicebat raiò reperiri And. de Rafani, vt refert Bald. in l. imperator. col. pe. versi. & nota quòd dies. ff. de statu homi. & eam pro notab. & singul. citat And. Sicu. in repe. rub. extrà de fide instrumen. col. xxviij. versi. quid de hora. Soci. in l. si mulier. in j. notab. ff. de reb. dub. & Ias. in l. j. § j in ij. no. ff. de edẽ. Feli. in c. ij. in j. no. & in cap. consuluit. de offi. deleg. Prædicta procedunt clarè quando talia instrumenta essent confecta à diuersis notariis. Sed quid si ab eodem tabellione? videtur quòd id quod primum se offert in ordine protocollorum, præsumi debeat prius cõfectum. ita in propriis terminis not. signanter Bar. in j. consti. Cod. in vlt. col. per tex. ibi, in verb. colligẽtes vero. vbi etiam Bal. in §. quibus. in vij. notab. ad hoc ponderat. & tradit Ias. in l. j. in j. col. ff. solu. matr. post Feli in c. cum dilecta. Et vltra ea facit quod notabil. concludit Bald. post Mart. Sylima. Cyn. & alios in l. de rebus. C. de dona. ante nup. quòd inter duas probationes illa præualet, quæ certius & magis determinatè concludit: vt si vnus probat de die, alius de hora: & quod plus est de puncto vel momento, puta quando manu eiusdem notarii essent celebrati contractus eodẽ die: nam ille dicitur potior qui in ordine protocolli prius reperitur. iurib. suprà alleg. Et ideo in proposito alibi singu. Raph. Cuma. in l. j §. dies. ff. quand. appel. sit. post Ioan. Andr. in addit. Spe. intit. de instrumen. edit. §. breuiter. in addit. inci. dies. monet eum qui decimo die appellat, vt inserat horam: quia decendium currit de momento in momentum, id est primus dies non computatur totus, sed punctus illius diei qui sic refertur ad decimum diem in eodem puncto. vnde posset euenire quòd in decimo die esset inchoatus vndecimus: & dicit ibi Ange. Aret. se ita practicare, & sequitur Feli. in d. ca. consuluit col. ij. versi. limita hoc & in c. quod ad cõsultationem. xvj. col. versi. quarta conclusio. de re iudic. Prædicta etiã sunt notanda ad inquisitiones & libellos, in quibus etiã horæ quãdoque inseritur: quia per statuta terrarum quædam sunt delicta aliqua hora, quæ alia hora non essent delicta. ideo hora de necessitate debet inseri: vt concludit Bar. in l. libellorum. vers. circa tempus. ff. de accusat.

CCCXX.

1 *Iudex decreto à se interposito, si in illo à partibus se circumuentum deprehenderit, motu proprio illud ex officio reuocare potest.*

1 SAepe † contingit quòd partes contrahentes vnum fingunt, & aliud faciunt, & circumueniũt iudicem ad interponendum decretum suũ tali contractui: & ideo scias, & perpetuò tene mẽti, quòd si iudex reperit se deceptum in interpositione decreti, potest proprio motu ex suo mero officio illud reuocare. Ita sing. dixit Ioan. Andræ. in c. consultationibus. de offi. deleg. in nouella. quem refert & sequitur Bal. in c. j. in v. col. in fi de mili. vasal. qui contu. est. quod est no. Et idem etiam videtur velle ipse Bal. in l. vnica. in iij. col. versi. sequitur quartum membrum. C. de confes. pro quo faciunt dicta per Innocen. in c. dilecto. de verbo. signi. quem refert & sequitur Lud. Roma in consi. suo ccccliiij. incipi. in re præsenti &c. in iiij. col. & faciunt etiam quæ dixi suprà in singu. xviij. incip. quotidie &c. & quæ dixit do Philip. Decius in consi. suo clxxx. incip. visa &c. in v. & vj. colum.

CCCXXI.

1 *Emptionem fundi, domus, & id generis, locationem prius factam interrumpere, ita vt emptor conductorem inde expellere queat.*

2 *Quid autem agendum conductori in conductione tractanda, ne sic ab emptore, aut singulari successore expelli possit? Itẽ quid colono, vel inquilino. nu. 3.*

1 CRedo te scire, † quòd emptio fundi, vel domus, vel alterius rei rumpit locationem iam factam de ipso fundo, domo, vel alterius rei: adeò quòd ipse emptor potest expellere conductorem, cùm non teneatur stare tali locationi, nisi aliter sit cõuentum inter ipsum emptorem & venditorem. Ita probatur in l. emptorem. C. loca. & in l. nihil. §. fi. ff de lega. j. & in l. qui fundum. ff. loca. & in l. arbores. §. j. ff. de vsufruct. l. Iulianus. §. penul. ff. de act. emp.
2 cum simi. † Attamen cautela est pro conductore, & colono vel inquilino, vt non possit expelli ab emptore fundi, vel domus, vel alterius rei: nam cautela est, vt talis conductor tempore conductionis per obseruantiam contractuũ recipiat obligationem omnium bonorum locationis: quia tunc cùm habeat ius in re illa sibi locata, & obligata pro obseruatione cõtractus, non poterit expelli per ipsum locatorem, nec etiam per singularem successoré. Ita dixit Bar. in d. l. emptorem. C. de loca. vbi dicit, stante tali obligatione in contracto locationis colonus vel inquilinus poterit dicere emptori, ego habeo ius in re, & sic nolo inde discedere donec mihi satisfiat de pœna, vel de interesse meo, cùm hæc res iam sit mihi obligata: & ita dicit se iam obtinuisse de facto. & subdit, quòd cùm casus occurrisset, fecit facere protestationem à cõductore emptori, vt diceret se detinere rem pro obligatione sibi facta, vt ideo eum nõ inquietaret. & idem dixit ipse Bar. in l. j. §. quod ait prætor. ff de superfic. & in l. si creditor. §. fin. ff. de distra. pig. & in l. filio. §. si vir. ff. soluto matrimonio. & in l. qui fundum. ff. loca. & in l. si ea lege. C. de condictio. ob cau. & in l. si ita quis. in § ea lege. ff. de verborum obligat. & idem dixit Abb. in c. fi. ne præla. vices suas. ad quæ in materia vide etiã Barb. in c. propter sterilitatem. de loca. & in repeti. c. Raynal. in Ioannina, in xlvj. chat. extra de testa & Ange. in l. prætor. §. hac actione. circa fi. ff. vi bono. rap. & Bal. in margarita sua, in verbo, colonos in ij. versi. & Soci. in cõsi. suo xcix. inci. in causa eximii. &c. in vlt. col. vbi videas. & vide etiã Pau. de Cast. in l. qui merces. in §. j. ff. locati. & Io. de Imo. in l. filiusfamiliás. in § diui. ff. de leg. j. & i l. qui absenti. §. j. ad fi. ff. de dona. & oĩno vide Ias. in l. quoties. in vij. col. versi. vndecimò &c. de rei vendic & vide Ias. omnino in §. item si quis. in xviij. colũ. post med. Instit. de actio. & Socin. in consilio suo xxix. incip. visis duabus &c in vlti. col. circa fi. in iiij. vol vbi omnino videas. & in cõsi xc. incip. visis. in j. & ij. col. in d. iiij vol. & in cõsil. suo xvij. incip capio primã. in
3 penul. col. in iij volu. Et vltra † prædicta teneas mẽti, quòd nõ solùm in casu prædicto colonus vel inquilinus nõ potest expelli ab emptore rei, nisi sibi satisfiat, vt dixi: Sed nec etiam conductor, qui confecit expensas vtiles, potest expelli à singulari successore, nisi primò sint sibi solutæ tales expensæ: etiã si talis cõductor expellatur propter pensionem

nem non solutam. Ita dixit Soci. in consi. suo xv. incip. visis prædictis &c. in vj col. in fi. vbi ad hoc allegat l. dominus. §. j & l. colonus. in prin ff. loca. & l. penul. eo. tit. Item allegat etiam l. colonus. ff. de vi & vi arma. & alia allegat de quibus ibi per eum. quæ omnia tene menti, quia sunt quotidiana, & sæpe de facto contingunt & hîc & alibi. & vide quæ dixi infrà in sing. ccccxlviij. incip. rei suæ &c.

CCCXXII.

1 *Iuramentum in probationis supplementum, nisi semiplena probatio præcedat, non deferri. Limita vt hîc.*

2 *Iuramentum in probationis supplementum num iudex refrænare possit?*

1 IVramentum † in supplementum probationis non defertur, nisi præcedat semiplena probatio: vt plene tradunt doct. in l. in bonæ fidei. C. de reb. credi. & in l. admonendi. ff. de iureiuran. & in l. manifestæ. eo. titu. de quo etiam dixi suprà in sing. lxxxiij. incip. in ore vulgi &c. Scias tñ, quod est dare casum in quo defertur iuramentû nulla præcedête semiplena probatione. Qui casus est, si facta est probatio, quod ego mutuaui tibi pecuniã, non tñ est probata quantitas: certè hoc casu potero petere, quod mihi deferatur iuramentû de quãtitate: & stabitur in hoc iuramêto meo. Ita sing dixit Ray. de For. l. j. ff. de in lit. iur. quod dictû pro valde notabili refert & sequitur Bartho. Cæpo. in caute. sua ccx. inci. aliquis mutuauit. pro hoc dicto allegat nônulla
2 iura: & dicit quod Ray. de Forli. in d. l. j. credit, † quòd iudex possit refrænare tale iuramentum iuxta illud quod videtur sibi verisimile, de quo ibi latiùs per eum. quod dictum etiam refert & sequitur Philip. Dec. in consil. suo cxlvj. in vij. col. vbi dicit, quod hoc etiam videtur voluisse Bar. concurrentibus aliis coniecturis, in l. admonêdi. in xij. colum. versicu. quæro, quid si testis. ff. de iureiurand. pro quo dicto ipse domi. Philipp. dicit, quòd facit text. in l. Titius. & in l. creditor. ff. de actio. empt. & in l. prædiis. §. Titio. ff. de legatis ij. & quod tradidit Barto. & alij in l. fi. C. de eden. & quod not. Innoc. in simili in c. cùm clamor. extra de testib. Tene mêti, quia est singulare verbum in practica: & multi dicerent contrariû prima fronte.

CCCXXIII.

1 *Temporis diuturnitas facit, vt omnia solenniter acta præsumãtur.*

2 *Temporis diuturnitate mandatum ad vendendum, emendum, compromittendum & huiusmodi, etiam ex centum annorum cursu nunquam præsumi.*

3 *Temporis diuturnitate propinquorum consensum in contractu interueniße non præsumi.*

4 *Mandati exceptionem quandocunque opponi posse, etiam post sententiam ad iudicium retro nullum reddendum.*

1 DIuturnitas † temporis operatur, quòd omnia præsumuntur solenniter acta. l. si filius. & ibi doct. C. de petitio. hære. l. qui in alieno. §. sed si non adierit. & ibi doct. ff. de acquiren. here. & not. Bal. Ange. & Moder. in l. sciendum. ff de verbo. obli. Host & Ioan. And. in c. Albericus. de testib. & Cy. in l. emãcipatione. C. de fide instru. de quo etiam per Pau. de Cast. in côsi. suo 50. incip. In causa quæ vertitur inter reuerendissimum &c. in iij. col. & per Alexan. in consi. cccxlv. incip. ponderatis. in penul. col. & in consi. cccxlj. incip. viso. in iij. col & per Bal. in c. j. in vj. colum. vet. quæro si apparet &c. de mili. vasal. qui cô umax est. & per Socin. in consi. suo ccxlvj. incip. in causa &c. in xvj. col. & per domi. Feli. in c. illud. in iij. col. de præscript. & per Soci in consi. xv. incip. visis. in penul. col. & per Alexan. in consi. lxxix. incip. circa princ. in v. col. in j. volu. & ibi in consi. cxiij. incip super primo. in iij. col. & in consi. ccxij. incip. Viso & opportuné. in ij. col. & per Barb. in rubri. C. qui admit. in iij. col. & in rubri. de fide instrumé. in xxix. char. in iij. & iiij. col. & Alex. in consi. ccclxj incip. viso. in iij. col. & per Ludo. Roma. in consi. suo cclij. incip. pro decisione. in ij. col. & in consi. cclxxv. incip. quod primum. in j. col & per Ias. in repetitio. l. admonendi. in xcj. col. de iureiuran. & per do. Philip. Deci. in consil. suo clij. incip. in causa. in vlti. col. & in consi. xxxvj. in ij & iij. col. & vide infrà singu. ccccxxxvj. incip. latè satis &c. Tene tamen
2 menti perpetuò, † quòd mandatum ad vendendum, emendum, compromittendum, vel ad similia, nunquam præsumitur ex diuturnitate têporis, etiam ex cursu centum annorum, nisi probetur: secundum Bal. in l. ij. C. si ex fals. instrumen. in versi. quæro quid si dominus &c. & Bal. in l. j. C. de rebus alie. non alienã. quem refert & sequitur Alexan. in consilio suo cccxlv. incip. ponderatis &c. in penulti. col. & in l. sciendum. ff. de verb. obligatio. & in l. qui in aliena. in princi. ff. de acquiren. hæredita. quos refert & sequitur domi. Philip. Decius in consilio suo xxxvj. in iij. colum. in princi. & in consilio suo xlij. in vij. colum. versi. aggredior igitur. & in consi. cxcix. incip. visis &c. in prima col. & voluit Soci. in côsi. suo lxxx. incip. in quæstiôe. &c in ij. col. in iij. volu. & ibi in consil. xlvj. incip. in causa. in ij. col. & Alexan. in consi. cxcj. incip. perspecto. in ij. col. in vj. volu. & do. Philip. Decius in consilio ccxv. incipi. in causa. in prima col. & in consil. ccxcvij. incipi. non patitur. in ij. colum. & Alexan. in consi. xxxv. incip. consideratis. in j. col. in vij. volu. & domi. Francisc. Curt. in consilio suo xlix. incip recolendæ memoriæ &c. in vj. col. & vide omnino domi. Francisc. Curt. in consil. suo lxxvij. incip super notitiis. in ij. & iij. col. vbi tenet contra dictum Bald. & sequacium in dicta l ij. C. si ex fal. instru. quod est not. Vide tamen do. Philip. Deci. in dicto consil. suo xlij. in penulti. colum. circa princi. vbi videtur hoc dictum li
3 mitare Et † adde, quòd ex diuturnitate têporis non præsumitur quòd in contractu interuenerit consensus propinquorum. Ita dixit Bal. in l. ij. C. de legiti. hæredib. & Ludo. Roma. in l. sciendum. in xiiij. colum. ff. de verbo. obligatio. de quo latiùs per Alexand. in consi. ccxviij. incip.
4 ponderatis. in secunda colum. in quinto volumi. & † adde etiam, quòd ista exceptio mandati potest quandoque opponi etiam post sententiam: quia reddit iudicium retro nullum. Ita dixit Alexan. in consi. cxlvij. incip. visis dubitationibus. in j. col. in vj. volu.

CCCXXIIII.

1 *Mulier in dote confessata licet creditoribus debitum per solã confessionem probantibus præferatur, si tamẽ creditores sint ex causa, cuius confessio efficaciter præiudicet, tunc melioris conditionis, quàm mulier habentur.*

1 MVlier † licet in dote confessata præferatur creditoribus probantibus debitum per solam côfessionem: quia in pari causa potior est causa dotis. l. in ambiguis. ff. de iure dotium. & voluit Bald. in l. assiduis. C. qui poti. in pigno. habeant. & docto. in l. j. ff. soluto matrimonio. Istud est verum, nisi alij creditores essent creditores ex alia causa in qua confessio efficaciter præiudicaret, vt potà ea causa depositi: quia tales creditores erunt melioris conditionis, quàm mulier, quæ innititur ex sola confessione dotis: quia talis confessio non reputatur ita efficax: cùm exceptio non numeratæ dotis possit opponi; vnde non sint in pari causa, & sic cessat ratio docto. Ita dixit Alexand. in l. j. in septima column. in versicu. circa quod primò adde &c. ff. solu. matrimo. vbi etiam latiùs loquitur. & idem tenet ibi do. Francis. de Are. quos refert & sequitur domi. Philip. Decius in consilio suo xcvj. incipi. Viso puncto &c. in fi.

CCCXXV.

1 *Potentiam in habitu idem efficere quod & potentiam in actu. Et ideo si maritus vxorem egregiè verberauit, quòd certo contractus consentire nollet, si deinceps ex interuallo consenserit, consensus metu extortus præsumitur, etiam si amici interueniant.*

2 *Viro viuente metus in vxore durare dicitur, sicut tyranno viuente metus in subditis durare præsumitur.*

3 *Violentia signa si extrinsecus appareant, nec de animo cõstet, tunc ex his quæ extrinsecus apparent, fit probatio.*

4 *Beneficio, si in studio filius agens renunciet, metúmque à parentibus cum in patria ageret, illatum probet, ob quem beneficio renuntiauerit, non audietur aduersus volens per testes probare, quòd sponte ac liberè renuntiatum sit.*

5 *Et quod de puella rapta, quæ deinde desponsata fuit, ac posteà à raptore fugit si raptor puellam in cõtractu matrimonij risisse probare velit.*

6 *Metus signa si appareant non recipitur volens probare metũ per lætitiam purgatum: siquidem animus humanus cognosci ab homine nequit.*

7 *Tormentorum suspicionem probabilem idem efficere, quod illorum illationem.*

DIxi tibi aliàs in l.penul.in iij.col.versi.adde do.Pari-
1 dem &c.ff.de quæstio.quòd† idem operatur potẽtia in habitu.quod operatur potentia in actu,de quo ibi latè loquutus sum:& ad illam materiam tene menti vnum vltra ibi dicta,quòd si maritus bene & optimè verberauit vxorem,quia nolebat consentire contractui fiendo,si postea ex interuallo talis mulier consentit,præsumitur per metum consensisse:quia donec durabit in matrimonio illius viri,sẽp metus ille durabit.ita not.dixit Bar.per illum tex.ff.de condi.ob tur.cau quod dictũ pro not.refert & sequitur Ias.in § quadrupli.in x.col.Insti.de act.vbi alleg Ange.idem dicentem in l.ad inuidiam.C.quod met.cau.hanc tamen doctrinam limitat,& restringit do.Anto.in c.causam matrimonij.in ij.col.de offi.deleg.videlicet,nisi quando ipsa vxor consensit,interuenissent amici ipsius vxoris qa tũc videtur quòd cessauerit metus.arg l.transactionem.C.de transact.& ibi Bar.& arg.gl & ibi Bar.in l.ij §.quæ onerandæ ff.quarum rerũ actio non datur.Sed hæc limitatio mihi non placet modo aliquo ex pluribus:maximè ex ratione naturali.Nam si mulier consentit viro ad faciendam aliquam obligationem postquam ab eo fuit percussa,licet ibi sint amici,non tamen facit sponte:nam si in præsentia amicorum cõtradiceret voluntati mariti,timeret sibi & personæ suę:nam si primò eam percussit,semel semotis dictis amicis eam acrius & durius percuteret: & ideo mihi non placet aliquo modo limitatio do.Anto.& pro opin.mea cõtra do.Anto.optimè faciunt dicta per do.Alex.in consi.cccxcj.incip.in causa prædicta.in iiij.col.vbi ad hoc alleg.glo.fi.
2 in c.j.quod met.cau.quæ dicit,† quòd viuente viro metus ipsius præsumitur esse in vxore.Item adducit etiam glos.in c.accedens.de cõuer.cõiug.adducit etiã Bar.in l.ij.C.quod me.cau.qui dicit,ꝙ si aliquis facit aliquid metu tyranni,præsumitur durare metus donec viuit tyrãnus,&
3 adducit etiã Inno.in c.super hoc.de renun.vbi dicit,† ꝙ vbi apparẽt signa extrinseca violẽtiæ,& non potest apparere de animo,tunc ex extrinsecis fit probatio:quasi dicat,quòd si apparent acta extrinseca violentiæ,licet timens violentiam inferri,faciat animo læto & iucundo,præsumitur tamen per metum facere,nec audiretur volens probare,quòd sponte fecit:& dicit,quòd tunc non admittitur directa probatio,sed indirecta.& ibi do.Alexan.ponit exempla,& dicit do.Alex.in d.cõsi.quòd illod dictum Inno.sequuntur Ioan.Andr.do.Anto.& Ioan.de Imol.in d.c.super hoc.in xviij.& xix.col.de renun.vbi re-
4 ferunt Boatinum dicentẽ,† quòd si filius in studio renuntiat beneficio,si probat metum fuisse illatum à parentibus in patria,propter quem renuntiauit,non audietur aduersarius,si dicit se velle probare per testes,quòd liberè & sponte renuntiauit:nam testes non poterunt videre metum quem intrinsecè patiebatur.& idem dicit Abb.
5 ibi,referens Ioan.And.& doct.præallegatos,qui † dicũt,quòd quædam puella rapta & desponsata fuit,& postea aufugit:& raptor volebat probare quòd tempore cõtracti matrimonij puella ridebat,ideo sponte contraxerat,dicit,quòd non admittitur talis probatio:quia quæcunque signa sint exteriora demonstratiua lætitiæ,nullius tamen sunt momenti,ex quo apparẽt signa extrinseca metus:nam animũ intrinsecum nullus mortalis cognoscere potest,& multi fingunt ridere,qui timent:vnde iura &
6 doct.volunt,† ꝙ si appareant signa metus,non admittatur volens probare per lætitiam metum esse purgatum:quia animus cognosci nõ potest.Ita dixit do.Alex.in d.consi.cccxcj.incip.In causa prædicta &c.& in consi.cccxxiij.inci.in casu suprascripto &c.in iij.& iiij.col.& pro supradictis optimè facit tex.nota.in l.nouissimè.in ver.quid si cõpulsus.ff.quod fal.tuto.autho.per quem text.di
7 cit ibi Dy.quòd† idem operatur probabilis suspicio tormẽtorum,quod operatur ipsorum illatio:de quo latiùs per Alex.in d.consi.cccxxiij.in iij.col.& latiùs per me in l.j.in prin.in x.col.versi.vlterius inquãtum &c.ff.de quæstio.Tene menti prædicta:quæ etiam multùm faciunt ad intellectum l.ij.C.quod met.cau.

CCCXXVI.

1 *Pœnitẽtia in delictis re integra id efficere,vt qui delinquere proposuit,non puniatur:quod etiam in nõnullis etiam enormibus criminibus locum habet,etiam si se ad delinquendum præparant.*

2 *Pœnitentia in baratariam committente locum non habet etiam re integra.*

3 *Et quid si pœna ipso facto incurritur,vel ipso iure committitur.*

1 POenitentia† in delictis re integra operatur,vt ille qui proposuit delinquere,non puniatur.quod etiam habet locũ in aliquibus criminibus enormibus,vt est crimen falsæ monetæ:nam ille qui proposuit fabricare falsam monetam,& ad hoc se præparauit,si ductus pœnitẽtia destitit,non punitur:secundum Bar.& docto.in l.qui falsum.ff.de fal.& ego ibi dixi in ix.col.in prin.de qua pœnitentia habetur per scribentes in l.si quis non dicam rapere.C.de episco.& cleri.& in l.j.C.de rap.virgi.in ca.ad abolendam.de hæreti.in versic.sponte recurrere &c.& in l.non prodest.ff.vi bono.rapto.& per gloss.in c.apostolicos.xij.q.ij.& in l.qui ea mente.vbi est gl.magistra in hac
2 materia pœnitentiæ.ff.de fur.Teneas† tamen mẽti,quòd
2 in committente barattariam[a] non habet locum pœnitentia etiam re integra.Ita dixit Bald.in l.& generaliter.in prin.ff.de calum.quod dicit fuisse de facto seruatum Florentiæ:quod dictum pro valde not.refert & sequitur Ias.in §.quadrupli.in xij.col.in fi.versi.& aduerte &c.Insti.de
3 act.quod dicit esse bene signandum.Et scias,† quòd in aliquo delicto non habet locum pœnitentia,quando imponitur ipso facto,vel cõmittitur ipso iure.Ita dixit gl.not.in cle.ne in agro.in §.quia verò.in verbo,ipso facto.de statu monach.quam glo.ad hoc dixit singularem Alexan.in consi.suo xiiij.incip.Viso,& considerato.in secunda col.in ij.volu.& Bal.in auth.habita.in vlt.col.C.ne fi.pro patre.& Alex.in l.qui ea mente.in fi.ff.de fur & in l.si insulam.in ix.col.in versi.vndecimò fallit &c.ff.de verb.oblig.& in l.j.ff.de his qui notan infa

ADDITIO.

a Barattariam.Adde Roma.singu.cccxxxj.

CCCXXVII.

1 *Exceptionem non numeratæ pecuniæ à contrahente,qui habuisse & recepisse pecuniam iurauit,renuntiauitq; eidem exceptioni,superque contractu iuramentum apposuit,opponi non posse.*

2 *Præsumptionẽ iuris & de iure prodire ex confessione eius,qui se pecuniam habuisse ac recepisse confessus exceptioni pecuniæ non numeratæ renuntiauit,contra quam ad contrarium probandum non admittitur,nisi per partis aduersæ confessionem.*

3 *Et qualiter sit succurrendum sic confesso?*

4 *Iuramentum super contractu simulato interueniens iurantẽ non obligat,nec subijcitur absolutioni.Ad quem autem id declarare pertineat,nempe quod iuramentum huiusmodi inefficax sit,ad episcopum,an ad iudicem secularem?*

1 EXceptio† non numeratæ pecuniæ non potest opponi ab illo contrahente,qui in contractu iurauit habuisse & recepisse pecuniã,& renuntiauit exceptioni non numeratæ pecuniæ,& super contractu apposuit iuramentum:secundum Bar.in l.fin.C.de non nume.pecu.& in l.si ex cautione.eo.tit.& voluit Bal.in l.j.in repe.ff.de iureiuran.& Ang.& Pau.de Castr.in d.l.fi.& in d.l.si ex cautione.firmiter tenent,quòd quando est renuntiatum prædictæ exceptioni cum iuramento,quòd isto casu non potest opponi dicta exceptio.& idem in simili tenuit Paul.de Cast.in consilio suo ix.incip.viso puncto &c.Pro quibus faciunt dicta per Barto.in l.fina.C.qui pot.in pigno.habe.& per Ange.de Are.in §.fuerat.Insti.de actio.& per Ioan.de Imol in l.nemo potest.ff.de legatis j.& facit not.verbum Bal.in consilio suo ccccliij.incipi.duo rei &c.in
2 primo volu.vbi dixit,† quòd ex confessione partis in qua confitetur se habuisse & recepisse cum renuntiatione exceptionis non numeratæ pecuniæ.oritur præsumptio iuris & de iure.contra quam non admittitur probatio in contrarium,nisi per confessionem partis aduersę.authẽ.sed iam necesse.C de donatio.ante nupt.& in authent.de æqua.do.in §.illud consi.de quibus omnibus plenius dixi in

xi in cons.meo xlviij.incip.in causa & lite,&c. in ij.char.
3 scias tamen,& perpetuò menti habeas, † quòd etiam in
tali casu potest aliquo modo & via subueniri tali cōtra-
henti,qui non habuit pecuniam,tamen cōfessus est illam
habuisse & recepisse,& renūtiauit exceptioni non nume
ratæ pecuniæ cum appositione iuramenti, &c. Nam re-
medium est, quòd quando renuntiatum est exceptioni non
numeratæ pecuniæ,& est appositum iuramentū, hoc ca-
su poterit opponi exceptio simulationis contractus, vi-
delicet,quòd licet confessio fuerit facta de recepto cum
renuntiatione & iuramento,tamen fuit contractus simu
latus & non verus,sed fictus:& hoc casu iuramētum non
obstabit:quia iuramentum interpositū super actu simu-
lato non validat actum,nec ligat iurantem:vt est gl.sin-
gu.in l.emptione.ad fi & ibi Bal.C.plus vale.quod agitur.
ita dixit Ange.ponens hūc modum in l.j.C.de dote cau.
non nume.quam doctrinam & cautelam refert & sequi-
tur pro singu.do.Ias.in §.fuerat.in xx.col.versi.aliud sin-
gularissimum,&c. Instit.de act. & dicit, quòd de veritate
gl.d l.emptione.debemus omnino videre Bal.in l.j.C. de
4 oper.liber.vbi Bal.idem tenet,videlicet, † quòd quando
interuenit iuramentum super contractu simulato,quòd
illud iuramentum non obligat iurantem,& quòd non re
quiritur relaxatio siue absolutio à tali iuramento.& ibi
etiam ponit Bald.ad quem spectet declarare quòd tale iu
ramentum non valeat,an ad Episcopum tantum, an ve-
rò etiam ad iudicem secularem:& etiam Ias. vbi suprà
adducit quamplures doctores tenentes quòd à tali iu-
ramento non requiratur absolutio seu relaxatio.de qui-
bus ibi per eum.

CCCXXVIII.

1 *Mandatum superioris alicui factum vt quid faciat, ita factum intelligitur, vt id cum causa cognitione, & seruatis seruandis fiat.*

2 *Iudici si data est libera potestas, prout voluerit, & sibi videbitur procedendi iuris tamen ordinem, statutum ac consuetudinem necesse obseruare debet. Item si aduersus fures libera quoque potestas concessa sit, idem seruandum. nu. 3.*

MVlti sunt iudices committentes errores, & aliquod
iniustum,qui postea volunt se excusare sub prætextu
mandati superioris :sed vere talis clypeus sibi non pro-
1 dest in aliquo:eo † quia mandatum superioris factum ali
cui,vt aliquid faciat,intelligitur tamē cum causæ cogni
tione,& seruatis seruandis:secundum Bal.in ca ij.in vlti.
col.extrà de rescrip.vbi dixit,quòd si papa mādat senten
tiam confirmari,quòd hoc non intelligitur velo leuato,
sed causa cognita:quia iudicium non procedit sine cau
sæ cognitione:de quo ibi latiùs per eum. quod dictum pro
nu.refert & sequitur domi.Philip.Deci in cōsi.suo clxxv.
incip.In causa falsitatis,&c.in vj.colum.vbi ad hoc etiam
alleg Bar.in l præscriptione.C.si contra ius vel vtili. pu-
bli.ego etiam pro hoc dicto vltra domin Philip. adduco
Pau de Cast.in l.j.C.de execution.rei iudi.& Bal.in l.j.in ij.
2 col.C.si propter publi.pensit.vbi † dixit,quòd data libera
potestate iudici procedendi prout sibi videbitur, intelli
gitur tamen iuris ordine seruato, & seruato statuto & cō
suetudine:item si alicui iudici sit datum liberū arbitriū,
debebit tamen seruare ordinem iuris per id quod dixit
Bal in c.j.in fin.de pace iuramen.fir.aliàs de allodiis. vbi
dixit,quòd verbum liberè,requirit ordinē iuris ad quod
alleg Barto.in l.alio.in tertia col.in fi ff.de alimen.& ci-
ba.lega.vbi dixit,quòd verbum,videbitur,importat ar-
bitrium boni viri.& facit optimè text.in cap.j.in verbo,
liberam.de offic.ordin.vbi dixit Bald & domi.Anto.per
3 illum tex.quòd † si datum est liberum arbitrium,vel libe
ra potestas iudici procedendi contra fures,intelligitur ta
men præcedente diffamatione,& seruato iuris ordine. &
faciunt dicta per Pet.de Ancha.in consi.suo clxvj.incip.
visis diligenter.in prima col.& per Alber.de Rosa.in ter-
tia parte statutorum quæstio.xxxvij.incipi.an potestas
&c.& ibi in quatuor quæstionib.antecedētibus & faciūt
dicta per Ange.de Aret.in tracta.malefic.in verbo, *men-
tiore di mal dadi* in iij.char.in versicu.quæro quæ sit pœna
&c.in fi.& per Soci.in consi suo cxxvj.incip.præsentis cō
sultationis.in ij.col.versi.confirmatio videtur &c. in iiij.
volu.& per Ias.in l.ij.in ia.col.circa mediū C.de iure em-
phy.& per eundem in l.iij.in prin.ij col.eo.titu.& faciunt
dicta per do.Catal.in tractatu suo syndicatus. in versicu.
cxxij incip.adde quòd vbi index ex forma statuti &c.&
in versi.cxxxix.incip.adde,quòd si datur arbitriū &c.& per
Alex.in consi.suo lxv.inci.habita super cōtentis &c.in ij.
col.in j.vol.& in cōsi.suo 50 inci.visis actis.in iij.col.in ij.
volu.& Pau.de Cast.in l.certo generi.in §.si totus.in fi ff.
de serui rusti præ.di & Moder.in l.milites.C.de testa.mili
& vide Pau.de Cast.in consi cclxij.incip.videtur per præ
dicta &c.in j.col.& per do. Nicolaum Millum in reper-
torio suo,in litera P.in iij.col.in vlti.notab.

CCCXXIX.

1 *Confessio quibus casibus confitenti non noceat, quo ad saltē plenam probationem, vel ad veram delicti pœnam imponendam, hic sigillatim habes nu. 1. & seq. vsque ad nu. 22.*

1 PLures † sunt casus in iure sparsi,in quibus cōfessio non
nocet confitenti,saltem ad plenam probationem fa-
ciendam,vel ad imponendā veram pœnam delicti,quos
hic simul reducere statui Vnus est casus in quo confessio
non nocet confitenti,videlicet,quando est incidenter fa-
cta & non principaliter:de qua dixi in l.j.in prin in xv.co
lum.versi & vltra prædicta &c.ff. de quæstio. & in d.l in §.
diuus Antoninus in iiij col.versi.posset tamen huic dicto
&c.eo.titu.in quibus locis post lecturam meam impres-
sam alia addidi.Pro quo faciunt optimè dicta per Abb.
2 in cap at si clerici.in prin.ij.col.de iudic.Alius † est casus
in confessione contra quam est sententiatum:de qua di-
xi in reperi.mea rubri.C.de probatio.in xxv col.in versi.
vltimò circa hanc materiam.& in eadem repe. in xxxij.
col.versi.quinimo &c.& in singu.meo cclvij.incip.nemo
3 audiendus est Alius est † casus videlicet in confessione fa
cta calore iracundiæ:de qua dixi in dicta repetitio. mea
rubri.C.de probatio.in xxi .colum.post medium, versi.
Item adde quòd requiritur &c. de quo etiam latius per
Ias.in l.si filiam.in penulti.colum.C.de inofficio.testam.
4 Alius † est casus,videlicet in confessione facta in crimi-
nalibus sub spe gratiæ promissæ : de quo dixi in singular.
meo ccj. incip. in confessum. & in dicta repetit.mea ru-
bric.C.de probatio in xxv.colum.in versicu. Item scias,
quòd confessio debet esse pura &c & in l j.in §.quæstio-
ni,ante finem.ff.de quæstio.vbi etiam aliqua addidi post
5 impressionem ipsius lectu Alius † est casus,in confessione
facta per torturam, quando non præcesserunt legitima
indicia,vel non fuerunt seruata seruanda:de qua satis di-
xi in l.j.in princi.in vj.col.versicu.primò enim. & in l.pe-
nulti.in secunda colum.versicu.modo & redeundo.ff de
6 quæstio Alius † est casus,videlicet in confessione impos-
sibili:de qua dixi in l.j.in princi.in xliij.colum.versicu de
confessione autem impossibili &c ff.de quæstio. & in l.
fina.in vij.culum.in versicu.Item etiam adde, quòd si confi-
teor &c.eo.titu.& in reperi.mea rubri.C.de probatio. in
7 axiij.col.versi.requiritur etiā &c. Alius † est casus,videli-
cet,in confessione facta sine causa,siue loquamor in ci-
uilibus,siue in criminalibus : de quo dixi in l.j.in §.præ-
terea.in xvj.col.in ver.Item pro prædictis &c.ff.de quæ-
sti.& in sing.meo ccxix.incip.obligatio &c.& in d.repe.
mea rub.C.de proba.in xvij col.versi.nam primo &c.De
quo etiam per Pau.de Cast.in l.j.ff de confes.in versi est &
8 alia &c.Alius † est etiā casus in cōfessione facta, sed non
acceptata per partē:de qua dixi in d.repe. mea rub.C.de
proba.in xxv.col.in ver.itē scias etiā &c.&in repe.mea l.de
vnoquoque.in xxx.char.de re iud.& s.in sing.cccxv inci.
9 acceptatio.Alius † est casus,in cōfessione etiam sponta-
nea facta in criminalib.quæ non nocet,nisi per ipsum cō
fitentem sit sæpius reiterata,secundum Rapha.Cuma. in
consi.suo cxxxviij.incip.hoc maximè.in ij.col. in versic.
quārum ad primum &c.Ad quod vide etiā Barb.in cōsi.
10 lxx.in iij.col.in iiij.volu.Alius † est casus,videlicet quādo
sunt tres iudices delegati,& confessio est facta solum co
ram duobus ex illis:de qua dixi supra in sing cccia.inci.
11 habuisti à me &c.vbi vide.Itē † alius est casus in cōfessio-
ne nō iurata,quæ nō probat,nec nocet cōfitenti,secun-

dum do.Anto.in consi.suo xxj.incip.Viso puncto & quę-
sito.in versi.ad secundum. Ad quod allegat plura iura, dè
quibus ibi per eum. Pro quo faciunt optimè quæ dixi su-
12 prà in sing.ccxiiij.incip.ad validitatem &c. Alius † est ca-
sus, videlicet in illo, qui confessus est se fecisse homicidiū
ad suam defensionem, de quo dixi in sing.meo clxxxv.in-
cip.Confessio inquisiti &c.& in l.repeti.in vij.col. versic.
13 quartus est casus &c.ff.de quæstio.Item † alius est casus in
eo qui confessus est se commisisse delictum:nam non de-
bet puniri, probato quòd illud fuit ab alio commissum:
etiam si contra confitentem fuerit lata sententia. Ita di-
xit do.Flori.in l.ait lex. alias incip.inde Neratius.in §.si
14 quis hominem.post prin.ff.ad leg.Aquil. Alius † est casus,
videlicet in confessione facta coram tabellione absque
præsentia iudicis, vel etiam coram iudice non sedēte pro
tribunali:de qua dixi in l.j.in prin in iiij.col. in versic. &
hanc partem &c.ff.de quæstio.& in l.de minore.in §.plu-
rium.in ij.col.in versi.& facit gl.&c.co.titu.De quo etiam
per Alex.in consi.xxx.incip.ex allegatis &c.in j.col.in ij.
15 volu. Alius † est casus, videlicet in confessione non proba
ta, seu non verificata, quę non nocet confitenti.de qua di
xi in d.l.j.in prin.in xiij.col.in versi.& primò si confessio
&c.& in repeti.mea rubr.C.de proba.in xxij.col.in fin.in
16 versic.modò vltra prædicta &c. Alius † est casus, videlicet
in confessione non verisimili, quæ non præiudicat cōfi-
tenti:de qua dixi in l.j.in prin.in xv col.versi. quò autem
&c.& in d.l.de minore.in princ.in x.colum.in versicu. an
hoc habeat locum &c.ff.de quæstio.& in d.repe.mea ru-
bri.C.de proba.in xxiiij.col.versi. Item & vltra prædicta
17 &c.vbi laré loquutus sum in materia. Item † alius est ca-
sus, in confessione facta extra iudicium, quæ non nocet
ad plenam probationem:vt dixit gl. in l.pen.C.de inter.
matri.& in l.quoniam.ff.de infa.& voluit do.Paris de Pu
teo in tract.syndi.in xcvj.char.in ij.col.versi.quia cōmu
18 niter dicitur &c. Alius † est casus, videlicet in confessione
facta per metum.tex.est & ibi Bal.& docto.in l.nec si vo-
lens.C.de libe cau.& voluit Bal. in l.ij.C.quod met. cau.
19 Alius † est etiam casus, videlicet in cōfessione facta extra
tempus. Nam si reus confitetur maleficium etiam noto-
rium tempus datum ad inquirendum per statutum, ex ta
li confessione non poterit condemnari:de qua cōfessio-
ne dixi in l.j.in prin.in xv.col. versic.adde etia.ff.de quæ-
stio & vide etiam do.Franc.de Aret.in c.cùm P.in vj.col.
de accusa.& Alex.in l.nō tantùm.in pen.apostil.ff.de ap
pel.& vide tex.in l.postquam.ff.de fideius.& Bal.in l.que-
rela.C.de falsis.ante fi.& Bal.omnino in l.si pœnæ.in fi.ff.
de condi.indeb.& vide etiā quæ dixi in sing.meo lxxxiij.
20 incip.in ore &c. in vlt.verbis. Et † vide etiā alium casum,
quem posui in l.edita.in prin.in vlti.col.in ver.& teneas
21 menti.ff.de quæstiu.& † alios etiam casus in quibus non
valet confessio, vide per me in practica mea causarū cri
minalium in xxiij. xxiiij. xxv. & xxvj.char. vbi latissimè
loquutus sum.& vide omnino Alex in consi.xxx. inci.ex
allegatis &c.in ij.col.in vij.volu.vbi not.loquitur in ma-
22 teria confessionis. Et inter † cætera dicit, quòd confessio
facta coram incompetenti non valet, etiam nec confes-
sio extraiudicialis:ad quod alleg.iura, de quibus ibi per
eum. Tene menti prædictos casus not. in materia con-
fessionis: quos simul volui reducere pro minori labore
studentium.

CCCXXX.

1 *Patientiam cum taciturnitate consensum inducere: non tamen in his quæ scripturam desiderant.*
2 *Quæ autem scripturam desiderent, vide remissiuè.*

SI bene sis memor, dixi tibi suprà in singu.lxxvij. inci.
1 patientia &c. quòd patientia cum taciturnitate indu-
cit consensum, ad quod ibi adduxi plura iura & doctri-
nas, quibus addere potes domi. Philip.Deci. in consi.suo
lxvj.incip.de duobus.in vj.col.vbi ponit not. verbum in
materia.& do.Franc.de Aret.in consi.suo xj.incip.proce
dendum.in penul.col.post prin.& Inno.& Io.And.in c.il
lud.de præsump.quos refert & sequitur Bal.in l.siue pos-
sidetis.in iiij.oppo.C.de proba.Dicta tamē in dicto meo
sing.lxxvij.limita & restringe, & dicas, quòd patientia cum
taciturnitate operatur cōsensum:hoc tamen fallit in his
quæ requirunt scripturam:quia in illis patientia cum ta-
citurnitate non inducit consensum. ita dicit Ias.in l.j.in
xviij.colum.in versi.Item per prædictam communem cō
clusionem &c.C.de iure emphy.& in l.ij.in xlix.col.eo.ti
2 tu.quod est not.quæ † autem sunt illa quæ requirunt scri-
pturam, vide gloss.magistram in cap.j. in verbo, in scri-
ptis.de censi.in vj.& vide gloss & quæ ibi dixi in l.cōtra-
hitur.ff.de pigno.& per Ias.in l.cum proponas.in prima
colum.C.de pactis.

CCCXXXI.

1 *Pacem cum aliquo iniens, promittit sub certa pœna se eum non offensurum, si eum non offendit, sed ipsius consanguineum, perinde in pœnam incidit, ac si eum offendisset.*

1 PAcem faciens cum aliquo, & promittens eum non of-
fendere sub certa pœna: si eum non offendit, sed offen
dit consanguineum suum, ita incidit in pœnam, ac si of-
fendisset eum. Ita not.dixit Pet.de Anch in c.sciant cun-
cti.de elect.in vj.per tex.in c.quicunque.in versi. in bonis
suis vel suorum.de senten.excom.in vj.& idem dixit Io-
an.And.in regula, frustra.de regu.iur. in Mercuria. quos
refert & sequitur Ias.in l.j.in j.colum.C. de indict viduì.
tol.& in l.de pupillo.in §.si quis ipsi prętori.in decima co
lū.de ope.no.nunia.& in l.j.ff.in ius voca.vt eant &c. vbi
latiùs loquitur in hac materia consanguinitatis, plura
not.dicta adducendo.

CCCXXXII.

1 *Omne qui dicit, nihil excludit. Si tamen fideiussor soluere liberè, sinéque vlla exceptione promisit, non tamen ob id beneficio de fideiussoribus renuntiasse intelligitur. Nam verba hæc, sine vlla exceptione, de friuola duntaxat intelliguntur.*

CRedo te scire illam regulam tritam & vulgatam, vi-
1 delicet, † quòd qui omne dicit, nihil excludit: vt in l.
maritus.C.de procura.& in l.cùm prætor.ff.de iudi.cum
simi.hanc tamen regulam limita in vno casu not.videli-
cet, si fideiussor promisit soluere liberè, sine aliqua exce-
ptione:per hoc tamen non intelligitur renuntiasse bene-
ficio de fideiussoribus, quin prius excuti debeat principa
lis debitor, quàm ipse fideiussor, cùm istud veniat ex na-
tura contractus l.quæro.§.inter locatorem.ff.loca. & il-
la verba, sine aliqua exceptione, intelliguntur solum de
friuola.c.ex parte.ij.de offi.deleg Ita dixit Ludo. Roma.
in consilio suo ccxj.incip.allegationes docto.&c. in secū
da colum.quod dictū refert & sequitur Ias.in l.j.in ij.co-
lum.C.de sacrosanct.eccle.pro quibus optimè faciunt di
cta per Bald.super stat in litera O.in verbo, omne. in pri
mo versi.circa medium & faciunt etiam quæ dixi suprà
in sing.cxciij.incip.bastardus &c.& faciunt dicta per So
ci in consi.cxxiij.incip.circa præsentē.in iiij.vol. & idem
dixit Ias.in l.si ita stipulatus.in §.passum. circa finē.ff.de
verbo obliga.& vide dicta per Ias.in §.fuerat. in xix.col.
Insti.de actio.tene menti, quia est not.& quotidianum:&
vide de hoc quæ latiùs dixi in repetitio.mea rubric.ff.de
fideiuss.in cxxvj quæstion.

CCCXXXIII.

1 *Pactum de futura successione inefficax esse iuris recepti est. Valet tamen pactum quo inter partes conuenit, quòd altero præmoriente sine liberis, bona ipsius decedentis ad superstitem & liberos eius deferantur. nu.8.*
2 *Donatio inter coniuges constante matrimonio, quantumlibet non valeat, si tamen reciprocè fiat, vt præmorientis bona superstes habeat, valet & efficax est.*
3 *Et ibidem quòd donatio reciproca & vicissitudinaria etiam quingentos aureos excedens insinuatione non egeat.*
4 *Donatio aliàs ob ingratitudinem reuocabilis si remunerādi causa facta est, ob ingratitudinem non reuocatur, sicuti nec exemptionis priuilegium. nu.5.& 6.*
7 *Lex, vel statutum, vbi in priuilegium vel contractum transit, reuocari non potest.*

1 PActū † de futura successione, vt scis, non valet: vt habe
tur in l.fi.C.de pact.& in l.licet inter priuatos.eo tit.&
in l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de verb.obli. Scias
tamen, quòd si fiat pactum siue conuentio inter aliquos,
videlicet,

videlicet,quòd altero præmoriente sine liberis ad super-
stites,& liberos eius bona deferantur,valet tale pactum.
Ita not.dixit Old.in consil.suo cxxxix. incip.ad haben-
dum aliqualem notitiam &c & Io.And.in addi.Spec. in
tit.de instru.edi.in §.porrò.circa vlti.col.& Sali.in l.si C.
de pac.quos refert & sequitur Alex.in d.l.licet inter pri-
uatos.In fi.C.de pact.& Ange.in consi.clxxix.incipi. visis
prædictis instrumentis.& Alex.in consi.lxxxiij.incip.vi-
sa facti narratione &c.in vij.col.in versi.venio ad secun
dum &c.in ij.volu.vbi alios allegat tenentes hanc partē.
& Ias.in l.si pater puellæ.C.de inoffi.testa.& Alex.in cōsi.
suo ccxv.incip.nec arguendi sumus.in ij.col.& in consil.
ccxliij.incip.ponderatis.in ij.col.Contrarium tamen te
nuit do.Phil.Dec.in consi.suo lxiij.in fi.fretus authorita
te Alex in consi.cclj.incip.ponderatis verbis instrumēti
&c.vbi ipse Alex.sibi contrarius tenet,ꝙ tale pactum seu
conuentio non valeat.& mouetur pluribus iuribus & ra
tionibus,de quibus ibi per eum.Mihi autē magis placet
prima opi.Oldr.& sequacium,quæ mihi videtur æquior,
ea potissimū ratione,quia,vt de se patet,dicta cōuētio
seu pactū est vicissitudinarium:& ista vicissitudo est ma
a ximi effectus:nam† licet donatio inter virum & vxorem
constante matrimonio sit inualida:vt in toto titu.ff.& C.
de dona.inter vi.& vxo.tamen donatio reciproca facta
inter coniuges reciprocè hoc modo:videlicet, ꝙ si cōtin
gat alterum præmori,superstes habeat bona,valet,& te-
net talis donatio.Ita dixit Cy.Bal.& Sali. quos ibi refert
& sequitur Ias.in d.l si pater puellæ.C.de inoffic.testa. Et
Soci.in sallē.sua ciiij.in j.versi.Pro quo etiam facit,nam
3 licet aliàs donatio† excedens quingentos aureos debeat
insinuari,aliàs non valet:vt in l.sancimus.C.de dona.cū
simi.tamen donatio vicissitudinaria non eget insinuatio
ne:secundum Ang.in consi.clxix.inci.visis prædictis in-
strumentis.in penul.col.& voluit gl.& ibi doct.in l.Aqui
lius Regulus.ff.de dona & Bal.post Guli de Cu.in l.illud.
C.de sacrosan eccle.& in l.iij.C.qui bo.ced.pos.& in l.ij.
§.si mortis.ad fi.C.ad le.Fal.& in l.fi.ff.de exerci. & Alex.
in dicto consi.ccxliij.in ij.col.& Io.And.in addi.Spe. in ti
tu.de instru.edi.§.porrò.circa vlti.col.& voluit Ias. in d.
l.si pater puellæ.vbi etiam adducit alia plura in materia
4 vicissitudinis.& facit etiam,nam†donatio,quæ aliàs po
test reuocari propter ingratitudinem,non potest reuoca
ri si est donatio remuneratoria:secundum Ludo.Roma.
in consi.cexcviij.incip.circa præmissam.in fi. & singula.
cccccxx.& voluit Alex.in d.consi.suo ccxv.incip. nec ar
guēdi.in ij.col.ad quod allegat tex.in l.si pater.§.fi.C.de
reuo.dona.& subdit do.Alex.in d consi. quòd licet aliàs
priuilegium exemptionis possit reuocari propter ingra
titudinem,vt no.Bal.in l.ij.C de libe.& eorū libe. tamen
quando esset cōcessum in remuneratione,non posset re-
uocari propter ingratitudinem ad quod allegat Bal. in
l.si cùm mihi ff.de dolo.Itē subdit Alex. vbi suprà,quòd
5 si statuto ciuitatis cauetur,†quòd quicunque venerit ad
habitandum in ciuitatem,& ibi steterit per certum tem
pus,sit exemptus à collectis:quòd si postea ciuitas facit
statutum in cōtrarium in præiudicium illorum qui iam
venerunt,poterunt illi iuuari per exemptionē,vel actio-
nem de dolo,per d.l.si cùm mihi.& dicit Bal. ibi se aliàs
6 consuluisse in ciuitate Senarum,† quòd priuilegium da-
tum quibusdam bannitis.quòd possint securè morari in
ciuitate, eo quia ex eorum opera occupauerunt quod-
dam castrum,est irreuocabile, per d.l.si cùm mihi. & per
gl.in l.decurioribus.C.de silē.lib.xij. quam pro singula-
ri allegauit Bal.in c.fi.in prin.quo tempo.miles. & in l.si
quando.in prin.C.de inoffic.testa.& in l.non plures.in fi.
7 C.de sacrosan.eccle.Item†subdit etiam Alex.vbi suprà,
quòd vbicunque lex vel statutum transit in contractum
vel priuilegium,non potest reuocari per l.sicut.C.de act.
& obliga.& per l.perfecta.C.de donatio. quæ sub modo.
& l.ij.C.quando lice.ab empt.disce.ita secundum eum di
ait Innocen.& alij In cap.nouit.de iudic.& Archidiac.in
cap.quicunque.xj.q.j.& in cap.licet canon.de elect.in vj.
& domi.Anto.in cap.quæ in ecclesiarum.de constitu.al-
legat etiam Bald.in l.suæ.de condictio.ob cau.vbi dixit,
quòd si statuto cauetur,quòd quicūque doctor legat me-
dicinam de mane, habeat à communi centum aureos
pro salario: Et quidam post statutū incepit legere, quòd
non poterit sine causa cassari: quia transiuit in contra-
ctum. Ita residet Alexand. in dicto consil. ccxv.incipien.
nec arguendi &c.in ij.& iij.col.&c.Facit etiam ad prædi-
cta,quod voluit Alexan.in consilio suo cclxx.incipi. visis
instrumentis &c.in iij.colum.vbi dixit,quòd donans te-
netur de euictione,quando donatio est remuneratoria.
allegat Barto.in l.Iulianus §.j.ff.de verbo.obliga & in l.
idemque.§ fina.& in l.ibi sequenti.ff.mandat. de quo ibi
per eum.& faciunt optimè dicta per domi.Barthol.Cæ-
pol.in cautela sua cxij.incipi.donatio &c & per Ias. in l.
petens.in vij.col.versicu.tertiò nota.C.de pact.& per eun
dem in l.si stipulatus fuerim. in §.cùm stipulamur in ij.
col.in versic.Quartò limita.ff.de verbo.obligatio. Et fa-
ciunt plura valde singularia adducta per Iaso.in materia
obligationis antidoralis in l.si non sortem.in §.libertus
8 in iiij.v.vj.& vij.col.ff.de condict.indebi.Ex†istis ergo mi
hi videtur, quòd in casu præmisso, quòd dictum pactum
seu conuentio reciproca de succedendo vnius alteri va-
leat,& teneat,non obstantibus in contrarium adductis.
& ita pertranseo.

CCCXXXIIII.

1 *Promittens aut obligans se vicino in domo sua fenestram non ex-
struere per se,aut aliam personam.si deinceps domum vendat.
emptor ob id obligatus non redditur, quominus fenestrā ex-
truat.*
2 *Seruitutem aliud quàm obligationem personalem esse.siquidē ser-
uitus rei annexa est,Abs qua non separatur. Obligatio verò
personalis personam non excedit.*

1 PEndet nunc de facto in hac ciuitate Bononiæ mihi
patria,quæstio talis,videlicet,†quædam nobilis mu-
lier habebat domum,& veniens ad quandam differen-
tiam cum vicino obligauit se sub pœna non facere per
se,vel per alium fenestram in quodam pariete:qua obli-
gatione stante dicta mulier alienauit dictam domum.
Nunc emptor vult facere fenestram in illo pariete:Modò
dubitatur an illam facere possit,& si eam facit, an ipse,
vel illa mulier cadat in pœnam promissam:in quo vide-
tur primò dicendum quòd non possit illam facere sine
incursu pœnæ.Nam res ad quēcunque vadat transit cum
onere suo.l traditio.ff.de acqui.rer. domi.l.alienatio.ff.
de contrahen.emp.l.si prædium.C.de euict l.si condene-
rit.§.si fundus.ff de pig act.l.si debitorem.C. de distract.
pigno.c.cùm non sit de deci.& c.ex literis.de pig.cum si-
mi.ergo dicta domus transiuit ad illum emptorem cum
dicto onere non faciendi fenestram sub illa pœna.Cùm
ergo transiuerit cum illo onere,non poterit sine incursu
pœnæ facere dictam fenestram. Sed cōtrariū tenuit Spe.
dicens ita iudicatum fuisse,in titulo de empt.& ven.in §.
sciendum.in xiij.col.in versi.sed pone P.cauit vicino &c.
Et allegat rationem,dicens,quòd illa promissio seu obli
gatio facta per illam mulierē non fuit seruitus,sed obli-
2 gatio personalis:ideo emptor nō tenetur,quia†aliud est
seruitus,& aliud est obligatio personalis. Nam seruitus
est quæ rei annexa & affixa est, adeò quòd ab ea non se-
paratur, etiam si per plures manus ambulauerit : sed
personalis obligatio personam non excedit : vt in l. & in
pronuntiandi C.de seruitu & aqua. Et ad prædicta opti
mè faciunt dicta per Ang.in l.non solùm.in § morte. cir
ca med.ff.de ope.noui nun.& per Bart.in l.licitatio.in §.
fi.ff.de publi. & per Spe.in titu.de immu.eccle.in fi.Et vi-
de Ludo Roma.in singulari suo lxx.incipi.concedo,&c.
Et illud dictum Spe refert & sequitur Cæpo in tracta.suo
de serui.in lxij.rubr.de fenestra in penul.col.in ver.Item
quæri potest &c.vbi etiam ad hoc allegat plura :& vide
omnino in simili do.Philip Decium in cōsi.cclxlj. incip.
In causa,&c.per totum.Item illud dictum Spe.etiam re-
fert & sequitur do.Floria.in l vt pomum.ff.de serui. Con
trarium tamen tenet Pau.de Castr.in l.cum fundo.ff.de
serui.rusti.prædio.Tene menti:quia est not.decisio:& for
te multi dicerent contrarium.

CCCXXXV.

1 *Statuto cauēte, quòd de affinium controuersijs fiat cōpromissum*

si vnus affinium iura sua extraneo cedat, num in euentum con
trouersiæ cessionarius statuto obnoxius sit, vt velut affinis cō-
promittere teneatur?

COmmuniter in ciuitatibus Italiæ sunt statuta, qui-
1 bus cauetur,† quòd de litibus seu differentiis existen
tibus inter affines fiat compromissum. modò pone quòd
vnus ipsorum affinium cedit iura sua, quæ habet cum af
2 fine alicui, an ille cessionarius [a] teneatur facere compro
missum prout tenebatur cedens? An quo dicas quòd sic,
ne reus efficiatur deterioris conditionis per talem cessio
nem. ita not. dixit Bald. & Raph. Cuma in l. si post diuor-
tium. per illum textum ff. soluto matrimo. quod dictum
refert & sequitur dominus Philippus Decius in consi suo
lix. incipien. dicet quando in casu proposito, &c. in iiij. co
lum quod intelligunt esse verum. si ipse affinis hoc pete-
ret. secus verò dicit Bal esse, si cessionarius ipse ageret, &
hoc peteret: quia reus inuitus non cogeretur ad facien-
dum compromissum, cùm non videatur tunc eadem ra-
tio, vt ibi, quod est summè notandum: & vide Bald. in l. j.
C. vbi in rem act.

ADDITIO.

a An ille cessionarius. Adde infrà sing. ccccl xvij. nu. 14.

CCCXXXVI.

1 *Argumentum à solitis & communiter euenientibus in iure vali-*
dum esse. Et ideo si fratres stent communes, maiórque natu cō
munis res gerat, ac tunc minor natu vxorem ducat pro cuius
dote restituenda in euentum restitutionis se obliget minor, si
posthac restitutio dotis incidat, fieri de communi patrimonio
debebat, quòd dos ipsa ad maiorem peruenisse censeatur.
2 *Locus à communiter accidentibus iudicium indubitatum facit.*

1 ARgumentum † à solitis validum est in iure. l. illud. &
ibi Barto ff. de excusa. tuto l. j. ff. de sponsa. l. cùm de
in rem verso. ff. de vsur. l. vel vniuersorum. ff de pignora.
act. & dixi satis plenè suprà in singu. j. Et ideo tene menti,
quòd si fratres stant in communione, & maior natu cō-
munes redditus recipiebat & distribuebat: & minor na
tu accipiat vxorem, & se obligauit ad restitutionem do-
tis: quòd restitutio dotis debebit fieri de communi pa-
trimonio: quia sicut cæteri redditus peruenerunt ad ma-
nus maioris fratris, ita & illa dos peruenisse censetur ad
manus suas. Ita singul. dixit Bald. in consilio suo cxx. inci
pien, Duo fratres, vnus maior, &c. in v. volumi. quem re-
fert & sequitur Soci. in consil. suo xlvj. incip. cùm in præ-
senti. in antepenul. colum. vbi etiam adducit aliam ra-
tionē pro hoc dicto, de quo ibi latiùs per eum: pro qua
doctrina optimè faciūt quæ dixit in simili Ang. de Aret.
in §. est & aliud. nu. 3. versi & aduertas quòd Bal. Instit. de
donat. vbi not. loquitur. & facit etiam quod voluit Bald.
in additio. Spec. in titu. de senten. in antepenulti. colum.
2 versicu. ad mortem. vbi dixit, † quòd locus à communi-
ter accidentibus facit indicium indubitatum. & faciunt
quæ dixi in dicto meo singular. j & quæ multum copiosè
dixit Ias in l vt liberis. in iij. & iiij. colum C. de collation.
quem vide. & in l. certi condictio. in § si nummos. in v. co
lum ff si certum petat. Contra prædicta tamen videtur
facere quod dixit Pau de Castr. in l. reos. §. cum tabulis.
ff. de duobus reis.

CCCXXXVII.

1 *Pax si inter aliquos de homicidio, vel vulneribus inita est, sub*
certa pœna, vicissim promittentes de se amplius non offenden-
do: vnusque nihilominus alium posteà offendat tunc offendēs
in pœnā incidit, impunéque offendi potest. Et num liceat primo
offenso, vltra id quod possit offendentem impunè offendere, pœ-
nam petere? nu. 2.
3 *Pacem si cum Titio iniero, & socijs eiusdem & adhærentibus, an*
si vnus sociorum, aut adhærentium offendatur antequā ipsam
ruptam ratam habuerit, pax rupta censeatur? Et quid si plu-
res cum pluribus pacem inierint, promittentes quilibet insoli-
dum, an vnus læsus, à quolibet insolidum pœnam petere pos-
sit? nume. 4.
5 *Pacem rumpere an dicatur, qui metum infert.*

SEquutis homicidiis, vel vulneribus inter aliquos, vt plu
rimum lapsu temporis veniunt ad pacem, vel saltē ad
aliquam treugam temporalem, vt quotidie docet expe-
1 rientia. Ideo scias, † quòd si duo fecerunt pacem, & pro-
miserunt sibi inuicem de se non offendēdo sub certa pœ
na, tunc si vnus primò offendat alium, incidit in pœnam:
& tunc alius postea potest impunè illum offendere. Ita di
cunt docto. in l. cùm proponas. C. de pact. & Io. Andr. in
regula, frustra. de regu. iur in Mercurialib. & in addition.
Specu. in titu. de treug. & pac. in princi. & Pau de Cast. in
consi. suo lxxiiij. incip. quia frustra. in vij. col. in fi in ver-
sicu. si autem dicti fratres, &c. De quo latius per Ias. in di
cta l. cum proponas. in vlti. col. vbi extendit ista etiam si
in instrumento pacis esset adiecta clausula, rato manen-
te pacto: & quòd toties pœna committatur, quoties con
trà factum fuerit. ad quæ allegat Bal. Sali. & Pau de Cast.
in l. qui fidem. ff. de transactio. & in l. qui seruum. ff. de ver
bo. obliga. & Alexan. in consil. ccccl xij. secundum ordi-
nem meum, incipi. viso themate suprascripto, & attesta-
tionibus. in tertia col. Ad quod etiam vide tu Alexan. in
2 consi. xcvj. incip. viso, &c. ante finem. in vj. volu Et † an li-
ceat primo offenso pœnam petere vltra illud quod po-
test impunè offendere primum offendentem? vide Ias. in
dicta l. cum proponas. In fi. & vide omnino quæ ego dixi
in practica mea causarum criminalium, in clxvj. chart.
3 cum sequen. Quid autē † si facio pacem cū Titio & sociis
suis, vel adhærentibus, an censeatur rupta pax, si vnus so-
ciorum vel adhærentium offendatur antequam ipsam
pacem ratificauerit? vide Barto. in l. si vxor. in §. penulti.
ff. de adulter. & Bal. in l. fin. in prima col. C. ad Macedo. &
Pau. de Cast. in l. bonorum. ante finem. ff. rem ratam ha-
4 be. Quid † autem si plures fecerunt pacem cum pluribus,
& promiserunt quilibet insolidum se inuicem non offen
dere, & vnus offendat, an insolidū possit petere pœnā. &
quilibet teneatur insolidū tanquā duo rei? vide Bar. in l.
si. in ij. q. ff. de duo. re. Bar. in auth. hoc ita. in xiij. q. C. de
duo re. Bar. & Pau. de Ca. in l. si id quod ff. de duo re. Bal.
in l. ij. C. de lib. & eo. lib. circa me. Ang. in l. si seruus. § plu
5 rium. ff. si quis cau. Et † an inferens metum dicatur rum-
pere pacem? dicas quòd sic: secundum Angel. in l. si cum
exceptione. §. satis. ff quod met. cau. de quo etiam dixi in
l. j. in prin. in x. col. in fi ff. de quæst.

CCCXXXVIII.

1 *Statuto stante, quòd de damno dato damnum passi iuramento ste*
tur. quò ad damni æstimationem, non autem quò ad damnum
accipiendum est. Et quid si alius damnum resarcire debeat,
non qui damnum dedit? nu. 2.

EXtant statuta per totam ferè Italiam, quibus cauo-
1 tur, † quòd de damno dato stetur sacramento dam-
num passi: certè tale statutum intelligitur, quòd stetur sa
cramento damnum passi quò ad æstimationem damni,
non autem quò ad damnum: & ideo passus damnū debe
bit primò probare damnum esse datum: aliàs non pote-
rit consequi æstimationem damni ex iuramento. ita no.
dixit Bart. in l. diuus Traianus. ff. de testamen. mili. quem
ibi sequuntur doct. & eum refert & sequitur Decius in cō
silio suo lxxxiij. incip. In causa accusationis, &c. in secun
da col. vbi latiùs loquitur. & pro istis facit optimè illud
quod ego latè dixi in l. j. in princ. in secunda col. versicu.
vlteriùs scias, &c. ff. de quæstionib. & quæ dixit Gandi. in
tracta. suo malefic. sub rubri. de præsump. & indiciis in-
dubitatis. in secunda colum. versic. item lex præsumit. &
2 scias † etiam quòd stante prædicto statuto, quòd de dam-
no dato stetur sacramento damnum passi, quòd hoc ca-
su non stabitur sacramēto damnum passi, si alius quàm
ille, qui dedit damnum, tenetur emendare: vt putà, si sta-
tutum dicit, quòd villa teneatur emendare damnum da-
tum: nam hoc casu licet extet statutum, quòd de damno
dato stetur sacramento damnum passi, tamen passus dā
num debebit probare plenè de damno suo aliter, quàm
per suum iuramentum. Ita not. dixit Cy. & Bal. post eum
in l. si quādo. C. vnde vi. & Bar. in l. ne quid. ff. de incē. rui.
naufra. & in l. j. circa fi. ff. fur. aduer. nau. Idem dixit Bal. in
l. numinis. ff. de in lit. iur. & do. Anto. in c. fi in iij. col. vēr.
prædicta faciunt ad quæstionem, &c. quod metus causa.
& Barb. consi. suo lxxvj. incip. Sapienter. in v. col. in fin. in
iiij. volu.

iiij.volu.vbi alleg.alios plures doct.tenentes hanc parté. tene menti:quia ista quotidie contingunt in facto.

CCCXXXIX.

1 *Legis verba cui non conueniunt, nec eius dispositio conueniet. Et ob id, si statuto cautum sit, vt qui alium in sua possessione turbauerit, pœna centum puniatur, ablatáque restituat, sue turbans aliquem in possessione nihil auferens, in statuti pœnam non incidet.*

2 *Statutum si imponat pœnam non habenti pacem ab offenso, nec est offensus abs quo pax haberi possit, non erit locus ipsi statuto.*

1 CVi † non conueniunt verba legis, non conuenit eius dispositio. l.iiij.§.toties.ff.de dam.infect.l. hos accusare.§.omnibus.ff.de accusa.l.ita autem. in princip.ff.de admi.tuto. Et ideo teneas menti, quòd si statutum dicit, quòd turbans aliquem in possessione sua puniatur pœna cétum, & ablata restituat, tunc si aliquis turbat aliquem in possessione sua, & nihil auferat, non incurrit pœná dicti statuti, quia non potest verificari per omnia, scilicet quo ad restitutionem. Ita colligitur e a glo. not. in l. mancipia. C. de seruis fugi quam gloss. ad hoc pro not. refert & sequitur Feli. in c. nonnulli. in xxxvj. colum. versic. amplia. &c. de rescrip. & Ludo Roma in singula. suo ccccvj. incip. statutum puniens, &c. & Socin. in consilio suo lxxj. incipien. super quæstion. in fi. j. col. & in consil. suo lxxvj. incipiente, visa facti contingentia, &c. in princip. iiij. col. & ibi in consilio ciiij. incipien. visis, &c. in v. colum. in fi. & in eodem volu. in consi. cxix. incip. præsupponitur. in vlti. colum. Et in consi. xxxij. incip super quæstionibus ante finem. in iij. volu. & Deci. in consil. ccxxxiij. incip. viso. in penulti. colum. in fi & in consilio cclix. incip. visis. in penul. colum. in fi. & in consi. cclxxv. incip. viso tenore. in vlti. col. & in consi. ccxc. incip. domina Blasia &c. in iij. colum. & in consi. ccxcj. incip. visis. in penul. col. in fine & in consi. cccxvij. incip. visis &c. in j. col. & in consil. cccxxvij. incip. visu. in vj. volu. in vlti. col. Et idem Philip. Decius in consi. suo xc. in ij. col & in consi cxxxvij. in fi. penul. col. & faciũt dicta per eundem Philip. in consi. suo lxxj incip. In casu. in pen. col. Et idem dixit Ias in l. j. in ij. col. ff. de iust. & iur pro quibus faciunt dicta per ipsum in illa l. j. in fin. iij. col. de iusti. & iure. Et facit optimè quod voluit Bar. in consi. suo clxvij. incip. quòd minister fratrum de pœnité-
2 ria &c. vbi dicit, † quòd statutum loquens de pœna imponenda non habenti pacem ab offenso, non habet locum vbi non est offensus, à quo pax haberi posit. quod dictũ refert & sequitur Felin. in d. c. nonnulli. in xxxv col. & ibi dicit, quòd hoc dictũ etiam refert & sequitur Flo. de sancto Petro in l. ij. C. de reb. cred & Ioan. de Ana. in c. ij. in xiiij. col. extrà de maled. Et vide plura notabilia dicta ad hnc propositũ, quæ adducit Feli. in d. c. nonnulli. in xxxv. & xxxvj. col. de rescrip. & vide do. Lau Calca. in cõsi suo lxxiiij. incip. pro dictis filiabus &c. in iii. col & Alex. in l. j. in j. col. ff. de acqui. possess & Ang in l si quis id quod. in prin. in versi. sequitur in tex. ff. de iurisdi. om. iudi & Soci. in consi. suo xxx. incip. quamuis &c. in vj. & x. col. & Pau. de Cast. in d. l. mancipia.

CCCXL.

1 *Banniti reuocati ne impunè occidi, vel offendi possint, quid efficere debeant. nu. 2. & 3.*

4 *Cancellatus de banno tum iniustè & indebitè præsumitur, cùm causa cancellationis nõ apparet. Et ibidem limitationes & declarationes aliquot. & nu. 6. 7. & 8.*

5 *Pacem ineundo si articulis complexum sit, & actum, vt banniti rebannientur, eorumq; cõdemnationes ac banna cassentur, non opus esse nec necesse re ipsa de libris cancellari, sed satis est cancellatos declarari.*

1 CAntè † agant banniti, qui ea forma statutorum possunt impunè occidi: quia etiam si habent gratiam, & sint rebanniti, & soluerunt id quod soluere tenentur, attamen his peractis nisi actualiter & cum effectu fuerint cancellati de banno, poterunt impunè occidi. Ita not. dixit Pau de Cast. in l. si duo. ff. de acquiren. hære. vbi dicit, quòd occidens bannitum, qui erat rebannitus, sed non erat adhuc cancellatus de banno, non debet puniri: quia sufficit quòd esset descriptus in libro bannitorum: quoniam excusatur authoritate publicæ scripturæ. quod dictum refert & sequitur Alexan. in cõsi. suo cxiiij. in iij. colum. in j. volu. & Ias in l. si creditoris. in j. col. C. de fideicom. & idem voluit Bal. in l. Labeo. in §. j. in fi. ff. de pact. & Bald. post Iaco. Butr. in l. de ætate. in §. ex causa. ff. de interroga. act vbi dicit Bal. quòd ille reat. allegatur pro offendente rebannitum, sed nondum cãcellatum de banno, quòd ille sit excusatus propter authoritatem scripturæ. Et dicit ipse Bal. quòd ista est ipsa veritas. Quod dictũ etiam refert Ias. in d. l. si creditoris. & dicit Bal. in dicta l. Labeo. §. j. quòd ex hoc debet esse cautus ipse rebãnitus, vt statim facta resolutione faciat se cãcellari de libris bãnitorum. Item hanc partem etiam tenuit Albe. de Rosa. in tracta. suo statutorum, in vltima parte, in q. xxxiiij. incip. transeundo ad secundam quæstionem. vbi refert hoc obtinuisse de facto idem etiam tenet Alexan. in cõsi. suo cclxxx. incip. attenta dispositione &c. in fi. j col. vbi refert Bal. in dicta l. Labeo. in §. fi. dicentem, quòd licet bannitus soluerit pœnam, tamen nisi sit cancellatus de banno, adhuc etiam poterit impunè offendi: quia donec est scriptus inter bannitos, ista appellatio, scilicet bãnitus, semper sibi inest. Et sic si durat illud nomen appellatiuum, scilicet bannitus, durat etiam effectus nominis. l. intelas. ff. de capi. dimi. hanc partem etiam tenuit Alex. in cõsi suo ccc j. incip. Visis dubitationibus &c. in iij. col. vbi adducit alios plures doct. tenentes hanc partem. Et idé etiam tenet Alexan in consil. clx. incip. Visis narratis &c. in vij. volu & Iaso. in d. l. si creditoris. Quam conclusionem & communem opinionem amplia duobus modis. Primò,
2 † quòd non solùm talis bannitus debet cancellari de vno libro bannitorum, sed etiam debet cancellari de omnibus libris bannitorum, quando banniti describerẽtur in pluribus libris, vt si hîc Bononiæ. aliàs posit occidi, ac si non fuisset cancellatus. Ita not. dixit Ange. in l. si per illum rea. ff. de his quæ in testa. delen. & ibi Rapha. Cuma. & Ang in l. nostram C. de testamen. & istud latiùs firmat Alex. in d consi. suo cclxxx. incip. attẽta dispositione statuti &c. in j. & ij. col. pro quibus etiam faciunt dicta per Alex. in d. consi. suo ccc j. incip. Visis dubitationibus &c.
3 in ij. vel iij. col. Item † amplia & secundò supradicta, & dicas, quòd talis bannitus, si fuit cancellatus de libris bannitorum, non poterit impunè occidi: hoc est verũ si debitè & legitimè fuit cancellatus: secus si indebitè fuit cãcellatus: quia offendens bannitum indebitè cãcellatum de banno, non punitur perinde ac si offendisset, vel occidisset bannitum non cancellatum. Ita dixit Bal. in c. j. in prin. in titu hîc finitur lex Corra. & incip. consuet. regni. & Bal. in consilio suo ccviij. incip coniungamus &c. in secunda colum. in vj. volu. Idem voluit ipse Bal. in l. sectiniarios. C. de testa. mili. & Ioan. And. in cap. veniens. de accusa. in nouel. & do Nellus in tracta. bannitorum in prima parte tertij temporis, in iij q. & voluit dn. Bartholo. Cæpo. in consilio suo vij incip quidam fuit Paduæ condemnatus. &c. in ij. col. vbi dicit, quòd idem voluit Rayner. in l. si non serui. per illum tex. ff. de donatio. inter vi-
4 rum & vxor. Et † scias quòd quis præsumitur indebitè & iniustè cancellatus de bãnn. quãdo nõ apparet causa ꝓpter qua fuit cãcellatus ita dixit Bal. in c. cùm super. in vj. col. de re iudica. & in l. si non sortem. §. adeò. ff. de condic. indebi. & in l. si præses. C quomodo & quando iudex. in fi. de quo dixi in l. j. in prin. in ix. col. ff. de sica. pro quibus faciunt not. verba Bald. in l. si præses. C. quomodo & quando iudex. & faciunt dicta per me in l. fina. in quarta col. versi. adduci etiam potest & c. ff. de quæstio. & per Abba. in consilio suo vij. incip. tria circa primum &c. in iij. colum. in secundo volu. & per dom. Nellum in suo tract. bannitorum, in tertia parte secundi temporis, in quæsti. lxxvij. incip. Sed circa idem &c. & faciũt optimè not. verba Bal. in dicto consilio suo ccviij. incip. Coniungamus &c. in tertia colum. in vj. volumi. quem omnino vide: & per eundem Bal. in repertorio suo, in litera B. in ver. bannum cùm cancellatur &c. Modò circa illud quod suprà dixi, quòd rebannitus non cancellatus de banno potest

impunè offendi,ſicut antea poterat:limita aliquib' mo-
dis.Et primò limita quando extaret ſtatutum in loco di
cens,quòd banniti debeant rebanniti per quoſdam ſa-
pientes.Nam hoc caſu licet bãnum non ſit cancellatum,
tamen tales banniti non poterunt impunè occidi :quo-
niam tunc bannum propter tale ſtatutum redditur inef-
ficax.Ita not dixit Bal.in l.ſi creditoris.circa princip.C.
de fideicommiſ.& eum ſequitur ibi Pau.de Caſt. dicens,
quòd ſi deliberatum ſit,quòd banniti rebanniãtur,quòd
tunc etiam antequàm de banno cancellarentur,non po-
terant ex forma ſtatuti impunè offendi. Idem tenet Ale
xan.in conſilio ſuo cxiiij.incip.ponderatis.in ij.col. in j.
volu.vbi pro hac parte alleg.not.verbum Ioan Andr. in
additio.Specu.in titu.de obliga.& ſol. ſuper rubri.quod
etiã refert & ſequitur Iaſ.in dicta l.ſi creditoris. pro qui-
bus etiam faciunt dicta per Ange.de Aret. in lib maleſic.
in verbo,qui iudex ad probationem ſuæ inquiſitionis,in
j.ver.ante fi.vbi dicit,quòd ſufficit cancellatio facta ver
bis.ad quod alleg Bar.in l.emptor in §.Lucius. in fi.ff de
5 pact.vbi † dicit,quòd ſi in capitulis pacis actum ſit,quòd
banniti rebanniantur,& eorum condẽnationes & ban-
na caſſentur,quòd tunc nõ requiritur quòd de facto can
cellentur ex libris:ſed ſatis eſt quòd declarentur haberi
pro cancellatis,per illum text. & idem firmat expreſsiùs
Ange.& Imol.in l.j.in fi.ff.de his quæ in teſtam.delen. pro
quibus etiam faciunt optimè dicta per Bald. & Paul. de
Caſt.in l.huiuſmodi.in §.cùm ita.ff.de lega j.& per Paul.
de Caſt.in conſi.ſuo xxxvij.incip. Viſo dicto inſtrumen-
to & tenuta conceſſa &c poſt medium.& in l.ſi non for-
6 tem.§.adeò.ff.de condict.indeb.in fi. Limita † & ſecundò
in eo qui ſciebat bannitum habuiſſe gratiam, vel ſoluiſ-
ſe pœnam banni,vel illum eſſe rebanniendum de proxi-
mo ex aliqua cauſa,vel illum eſſe verbo rebannitum à ſu
periore:nam talibus caſibus propter talem ſcientiam pu
nitur talis occidens talem bannitum non cancellatum,
perinde ac ſi eſſet cancellatus.Ita dixit do. Nellus in ſuo
tracta.bannitorum,in prima parte tertij temporis,in ij.
q.& Bal.in l.ij.in iij.col.in prin.ff.ſi quis in ius voca. non
ier.& in l.quid ſit fugitiuus.§.apud Labeonem.ff.de ædil.
edic & Ioan.And.in regula,quod quis mandato.de regu.
iur.in vi.in mercurial.& Bal.in l.j.C.de pœn.& Alex. in d.
conſi.cxiiij.incip.ponderatis &c.in ij.col. ante medium.
in primo volu.& Bal.in l huiuſmodi.in §.ſi ita.ff.de leg.j.
7 Limita † & tertiò ſecundum Iaſ.in d.l.ſi creditoris.quan-
do rebannitus dato quòd actualiter non ſit cancellatus
de banno,tamen per ſolenne inſtrumentum poſitum in
archiuo publico appareret per eum fuiſſe actualiter ſolu
tam tantam pecuniam per quantam erat in banno poſi
tus:& qua ſoluta eximitur à banno: quia tunc non dici-
tur amplius figuraliter nec ſubſtantialiter bannitus. al-
leg.ipſe Iaſ hoc voluiſſe Bal.& Rapha.Cuma.in d.l.huiuſ
modi.§.ſi ita.& dicit,quòd hoc tamen ibi limitat Ioan.
de Imol.vt procedat ſi iuxta bannum facta ſit mentio de
ſolutione:aliàs tenet,quòd adhuc occidẽs non veniat pu
niendus,cùm adhuc etiam poſsit probabiliter ignorare.
quod tamen dictum non approbat Iaſ. in d.l.ſi credito-
ris.quod ego etiã improbo ex pluribus quæ adduci poſ-
ſent:& maximè per ea quæ ego dixi de archiuo publico
in repetitio.mea rubric.C.de probatio.in lvj.& lviij.col.
8 vbi videas.Limitat † etiã Iaſ.per dicta vbi ſuprà.non ha-
bere locũ in bannito,qui tolerabatur à ſuperiore:nam
talis bãnitus non poterit impunè offendi.licet ſit deſcri-
ptus in banno & in libro bannitorum:vt dixit Salic.in l.
nullus.C.de Iudæ.de quo dicto vlteriùs me non extendo:
quia laté de illo dicto locutus ſum in ſingul. meo lxxvij.
incip.patientia &c.vbi videas.Et circa illud quod dixi de
eo qui ſciebat bannitum habuiſſe gratiã , vel ſoluiſſe vel
debere de proximo rebãniri : ſi vis ſcire ex quibus præſu
matur ſcientia,vide Ange.in l.Titius.In §.Lucius Titius.
ff.de libe & poſthu.An autem quando aliquis eſt banni-
tus pluribus bannis, debeat vná habere abſolutionem,
vel cancellationem , vel plures,vide do.Nellum in tract.
ſuo bannitorum,in iij.parte ſecundi temporis, in lxxij.
q.incip.quæro Titius &c.Et circa materiam bãniti non
cancellati & materiam cancellationis,vide Bal.etiam in
l.ex morte.C.ad leg.Aquil.Bald.in l.quid ſit fugitiuus.§.
apud Labeonẽ ff.de ædil.edict.& in l.j.in ij.col.C.ſi à non
compe.iudi.& vide quæ dixit domi.Nellus in tract.ban-
nitorum,in iij.parte ſecũdi temporis.q.lxxiiij.incip.In ci
uitate ordinatũ eſt,&c. & quæ ego dixi in practica mea
cauſa.crimi.§ aggredior.nu.30.cum ſeq.& in l.j.in prin.
in ix.col ff.de ſicar.Tene menti perpetuò:quia audeo di-
cere,quòd ab aliquo iſta plenè in ſimili non ſunt addu-
cta,& verè ita ſunt quotidiana & lucroſa.quòd eſſent lite
ris aureis inſcribenda. Et ego illa millies habui in facto
in diuerſis locis & ciuitatibus,&c.In hac materia vide e-
tiam Cor.in conſi.xvij.incip.In hac conſultatione.in pri
mo volu.& Philip.Decium not.loquentem in conſi.ccc-
xxvij.viſo.per totum.& vide ſingularia verba Alexan.in
hac materia in conſil.ſuo ccci præalleg. incip. Viſis du-
bitationibus.in tertia colum.in verſicu.ad prædicta etiã
bene facit.

CCCXLI.

1 *Obligatus ad aliquid faciendum ſub certa pœna intráque tempus*
certum nec illud intra idem tempus,non monitus tamen de eo
exequendo,faciendo interpellatus in pœnam non cadit. Et id
tur ita.

2 *Monitio vel interpellatio,licet in hoc requiratur, vt quis ob non*
factum in pœnam cadat,ſi tamen quis ex aliqua particulari
obligatione promittit , vel adſtrictus eſt,aut etiã ſtatutũ eum
ad illud vrgeat faciendum,vt ſtatuti vis permaneat,illud fa-
cere etiam ſine monitione neceſſe habet,aliòquin in pœnã cadit.

1 Ille † qui tenetur ad aliquid faciendum ſub pœna intra
certum tempus,ſi illud non fecit intra illud tẽpus,quia
ad illud faciendum non fuit monitus vel interpellatus,
non cadit in pœnam:ita dixit do.Abb.in c.penul. in pe-
nul.col.extrá de iudi.& Bald.in c.j.§.iudices.in iij.col.de
pace iura.fir.& Bal.in conſil.ſuo lxj.incip.ſuper conten-
tis,&c.in vj.volu & Catal.in tracta.ſynd.in verſi.xlij.in-
cipien.Adde quòd ſi tu iudex,&c. vbi dicunt,quòd ſi iu-
dex tenetur expedire proceſſum vel cauſam intra tertũ
tempus ſub certa pœna,non cadit in pœnam,ſi non ex-
pediuit:quia pars non inſtitit,& eum non interpellauit.
Pro quo facit l.iiij.§.hoc autem iudicium.ff.de dam. in-
fect.& facit tex.in l.j.in §.magiſtratibus.ff.de magi. con
ue.vbi dicitur,quòd magiſtratus,qui non dedit tutorem
vel curatorem minori,tenetur:quod verum eſt,dicit ibi
tex ſi ad hoc interpellatus fuit,aliàs non.& facit gloſ. in l.
vniuerſa.C.de preci.imper. offer.vbi text.dicit quòd ha-
bens dilationem ad ſoluendum à principe tenetur ſatiſ-
dare de ſoluendo finito termino:aliàs non gaudet com-
modo dilationis.Et gloſſ.ibi dicit hoc eſſe verum ſi talis
ſatiſdatio petatur à creditoribus,aliàs ſecus.Et per illam
gloſſ.dicit ibi Pau.de Caſtr.not.verbum Pro quibus fa-
ciunt plura & plura quæ ad hoc propoſitum ſimul redu-
xi in l.vnius facinoris.in §.cogniturum.in j.ij.& iij.col.ff.
de quæſtio.& faciunt dicta per domi.Franc.de Are in c.
ij.in i .colum.de accuſat.& facit optimè quòd not.dixit
Soci.in conſilio ſuo cxxxiij.incip.Profectò ni fallor,&c.
2 In prima col.poſt prin.Teneas † tamen menti,quòd licet
ad hoc vt quis cadat in pœnam non faciendo,requiratur
monitio vel interpellatio, vt ſuprà dixi : tamen quando
quis promittit vel obligatus eſt ad aliquid faciẽdum ex
aliqua particulari obligatione,& etiam ſtatutum artat
eum ad illud faciendum,tunc vt ſtatutum aliquid opere
tur,tenetur illud facere ſine monitione:aliàs cadit in pœ
nam.Ita dixit Fride.de Sen.in conſi.ſuo ciiij.inci.Quòd,
non fecerit reſidẽtiam,&c.quem refert & ſequitur Abb.
in c.quoniam frequenter.in § porrò.in vj.col.extrà vt li.
nõ conte.quos refert & ſequitur Soci.in cõſi.ſuo cxxxiij.
incip.profecto,&c.in fin.verbis Pro quibus faciunt dicta
per eundem Fride.de Senis in conſi.ſuo cv.incip.conſue-
uerunt viſitatores,&c.quem vide:& vide quæ dixi in l.pa-
tre vel marito.in vij.col.ff de quæſtio. & vide omnino in
materia iſta Iaſ.in l.vnica.circa fin.C.quando lib.princi-
patus. & faciũt dicta per Corſet.in not.ſuo.in verbo,pro-
hibitio.quem vide.

CCCXLII.

1 *Teſtis omni exceptione maior in dubio in ciuilibus ſemiplenã pro-*
bationem.

bationem in criminalibus indicium ad quaestionem facit: ad tamen verum quum rite ac legitimè examinatus est, et si cum eo alia indicia concurrant: alioquin secus. nu. x.

1 QVando † testis est omni exceptiõe maior, absque du
bio in ciuilibus facit semiplenam probatioõẽ, in
criminalibus facit indicium ad torturã. Ita habetur in
l. admonendi ff. de iureiuran. & in l. in bonæ fidei. C. eo. &
in l. maritus. & in l. si. ff. de quæstio. & in l. fina. C. eo. Istud
intellige esse verum, quando talis testis est ritè & legitimè
examinatus: secus autem si non sit ritè & legitimè exa-
minatus: quoniam tunc non facit semiplenam proba-
tionem, nec indicium. Ita not. dixit Bal. in c. j. in §. sacra-
mentum. in ij. col. de consue. recti feu. quẽ refert & sequi-
tur Barba. in consil. suo xj. incip. illud in medium, &c. in
antepenul. col. in iiij. volu. & facit quod voluit idem Bal.
in authen. sed & si quis. in vlti. colum. C. de testib. vbi di-
xit, quòd testes inordinatè recepti non probant, etiam si
essent recepti à Cardinalibus. Et facit dictum eiusdem
Bal. in c. j. in j. colum. qui successo. teneãt. vbi dixit quòd
2 vbi non est ordo, deficit substantia. Et † teneas etiam mẽ-
ti in hac materia, quòd licet vnus testis omni exceptione
maior faciat indicium ad torturam, vt dixi, hoc est verũ
si cum ipso teste concurrant alia indicia: secus si est solus
sine aliis indiciis, quòd tunc talis testis solus non faciet
indicium ad torturam. Ita dixit Cy. in l. fin. C. de quæstio.
quem refert & sequitur Alexan. in consil. suo cccxiij. inci
pien. viso themate an rescripto. &c. in ij. colum. quos re-
fert & sequitur Ias. in repetitio. l. admonendi. in lxxvij. co
lum. ff. de iureiurand. in ver. x. prædicta regula, &c. Tene
menti, quia ista sunt quotidiana, & lucri ac honoris ple-
na in contingentia facti.

CCCXLIII.

1 *Verisimilitudinem maxima esse importantia & effectus.*
2 *Testatoris prouisio in vno casu facta, in alio quoque verisimili procedere videtur, quòd idem testator in eo cauturus præsumitur. Quod & locum habere in statuta edentibus.*
3 *Testibus paucis verisimilia deponentibus magis inhærendum, quàm centum non verisimilia deponentibus. Nec debet exceptionem non verisimilem iudex admittere. Et in verisimili testes non idoneos deponentes pro idoneis haberi nu. 4.*
5 *Testis dictum parte non citata licet iure recepto non valeat, si tamen verisimile sit apud bonos & graues viros, qui sola facti veritate perspecta procedunt, concludere debet.*

1 VErisimilitudo † est maximæ importantiæ & maximi
effectus: vt apparet ex his quæ dixi suprà in singu. cc-
xcviij. incip. remotum à verisimili, &c. & infrà in singul.
cccxcvj. incip. verisimilitudo. &c. & in l. j. in princip. ff. de
quæstio. & in repetitio. mea rubri. C. de probatio. in ma-
teria verisimilitudinis. Et patet etiam ex tex. valde singu.
in l. Titius. in §. Lucius. ff. de libe. & postku. & ex tex. l. fin.
secundum intellectum Barto. C. de posthu. hered institu.
2 vbi † prouisio testatoris facta in vno casu procedit in alio
casu, in quo testator verisimiliter idem statuisset: & facit
gl. singu. in l. tale pactum. §. fina. ff. de pact. quæ vult quòd
quando verisimile est, quòd statuentes idem statuissent, si
fuissent interrogati, habetur ac si statutum esset: quã g'o.
extendit Bald. ad rescripta, & generaliter ad alia in l. j. C.
quæ res pign. obliga. poss. & l. Barbarius in versicul. sed &
si scisset. ff. de offic. præto. de qua glo. ego plura dixi aliàs
consulendo, vt apparet in pluribus consiliis meis. & di-
3 xit Bald. in l. testium. in penulti. colum. C. de testi. † quod
magis creditur paucis testibus verisimilia deponẽtibus,
quam centum non verisimilia deponẽtibus. & dixit Bal.
in l. scripturæ. in secunda colum. & ibi Salic. C. de fide in-
strumen. quòd in probationibus multùm attenditur ve
risimilitudo. & dixit do. Anto. in ca. super hoc. de renun.
quòd iudex non debet admittere exceptionem non ve-
risimilem. & dixit do. Alexan. in l. si duo patroni. in prin.
4 in secunda colum. ff. de iureiuran. quòd † testes aliàs non
idonei si deponunt verisimilia, vel habent præsumptionẽ
pro se, efficiũtur idonei: & dixit Ang in cõsi. suo ccxlviij.
incip Philippus ciuis de Florentia, &c. in secunda colum.
quod nulla dispositio tam generalis est, quæ trahi debeat
ad ea de quibus non est verisimile disponẽtem vllatenus
cogitasse: quæ omnia refert Ias. in l. si extraneus. in secun
5 da colum. ff. de condi. cau. da. cau. non secu. & c. Sed † vl-
tra eũ circa hanc materiam verisimilitudinis scias, quòd
licet non valeat dictum testis parte non citata iuribus
vulgaribus, de quo latè dixi in repetitio. mea l. fina. C. de
probatio. in xxxv. char. tamẽ si depositio talium testium
sit verisimilis, debet apud bonos & graues viros, qui in-
specta sola facti veritate procedunt, concludere, secun-
dum Bal. in l. solam. circa finem. C. de testib. quem refert
& sequitur do. Francis. de Aret. in consilio suo cxxvij. in-
cip. In causa domi. Anto. in secunda colum. quos refert
& sequitur domi. Phillp. Dec. in consilio suo liij. incip. pla
cet, &c. in penul. colum. & illud dictum Bal. etiam refert
& sequitur idem domi. Francisc. de Aret. in consilio suo
lxxxiiij. incipien. diligenter ponderatis, &c. in tertia co-
lum. & Ias. in l. certi condictio. in §. si nummos. in vij. co-
lum. ff. si certum peta.

CCCXLIIII.

1 *Taciturnitatis effectum, ac vim magnam, vt qua interim debiti non noti probationem pariat. Et huius cautio ac prouisio variè & amplè explicatur.*
2 *Debitor in ducentum si creditori dicat, tu cẽtum tua quatibi tantum debeo, accipe: si creditor taceat, sibi præiudicat.*
3 *Dotes filiabus vnius ex fratribus communibus datæ, præsentibus reliquis fratribus scientibus, nec aliquid protestantibus, pro parte ac virili tacentium donata videntur, vt in diuisione bonorum nihil de his prætendere queant.*

1 TAciturnitas † quandoque est magni effectus & im-
portantiæ: vt patet in l. cum ostendimus. ff. de fide-
iusso. tut. & ex his quæ dixi in singu. meo lxxvij. incip. pa-
tientia. & ex dictis per do. Philip Decium in consilio suo
lxvj. incip. de duobus, &c. in vj. colum in fin. & ex bis quæ
addidi ad d. l. cùm ostendimus. Et patet etiam ex dictis
per do. Ias. in l. cùm proponas C. de pact. & in l. non mi-
norem. versi. secundò limita. C. de transact. Et inter alios
effectus operatur probationem debiti. Nam quando mu
tuasti pecuniã nullo teste præsente, ad hoc vt possis pro-
bare dictum mutuum, cautela est, vt tu scribas vnam lite
ram illi, cui mutuasti, coram duobus vel tribus testibus,
qui legant continentiã ipsius literæ in qua scribas, quòd
tu rogas illum, cui mutuasti, quòd restituat tibi illa cen-
tum quæ tu ei mutuasti: & postea mittas dictam literam
illi debitori tuo per vnum ex illis testibus qui vidit & le-
git continentiam illius literæ. Nam si postquàm ipse de-
bitor legerit dictam literam, & statim non fuerit prote-
status, quòd miratur de tali litera, eo quia nõ est tibi de-
bitor in aliquo, sed tacuerit: tunc per talem taciturnita-
tem inducitur probatio pro te contra illum debitorẽ de
illis centum, adeò quòd ex hoc poteris cogere eũ ad sol-
uendum dicta centum. Ita not. dixit Bart. in l. filiusfa. ij.
per illum text. ff. ad Macedon. & idem ipse dixit in l. quo
enim. in §. j. ff. rem ratam habe. & Bart. in l. si tabernam.
in §. idem quæsijt. ff. de pign. & in l. publia. in fine. ff depo-
si. & idem firmat Matthe in nota. suo xxij. incip. Nota mi
rabilem &c. vbi alleg. d. l. filiusfa. & text. in clementi. j. de
procura. idem etiam voluit Bald. in l. si procurator absen
tis. in princi. ff. de procurato & Barto. & Bald. in l. Titius
Seio. ff. de constitu. pecu. & Bald in rubri. C de fide instru
men. in antepenul. colum. versi. quæro quid de literis &c.
& in l. si literarum. C. de solu. & in l. fina. C. ad Macedo. &
Bald. in l. si literas. C. manda. & in l. fina. C. de nouatio. &
in cap. ex parte. in septima colum. de rescript. & in c. fin.
in octaua colum. de iureiuran. & Ioan. de Imo. in l. qui in
domini. ff de testamen. & in l. non solùm. in § morte. ff. de
operis noui nuntia & in clemen. j. de procura. in fin. & Lu
do. Roma. in l. quæ dotis. in vij. colum. ff. solu. matrimo. &
Abb. in cap. non iustè. in tertia colum. de procurator. &
Abb. in cõsi. suo xviii. incip. in causa & quæstione. in ij. co
lum. & Cæpo. in cautela sua xj. inci. pone quòd filius &c.
& docto. in l. fina. C. ad Macedo. Idem voluit gl. in l. Pom-
ponius scribit. ff. in quibus cau. pig. taci. contraha. & ibi
voluit Ange. & Imol. & domi. Philip. in c. cùm M. Ferra-
riensis. in xviij. colum. de consti. & do. Lau. Calca. in con
silio suo xviij. incip. Ad primum videtur &c. in iiij. col &

do. Alexan.in consil.suo cxlvij.incip.ponderatis verbis. in iiij.col.in ij volu.& Ias.in repetit.l.admonendi. in lxij. col.de iureiur.De quo etiã dixi in consi.meo xlviij.incipien.In causa & lite in ij.char.& latiùs dixi in repeti.mea rubri.C.de proba.in ij.colum.vbi omnia supradicta ad-
1 duxi.Et circa hanc materiam scias,† quòd si debitor in ducentum dicit creditori, accipe tua centum quæ tantum tibi debeo:si creditor tacet sibi præiudicat:quia dicitur fateri se tantùm debere habere centum & non vltra.secus autem si non apposuit dictionem taxatiuã tantum.Ita not dixit Barto.& Raph Cuma in l.si cùm dos. ff.rerum amota.quod dictum refert & sequitur Lud.Roma.in l.j.ff.si quis ius diceñ.non obtẽpe.& Ias in l.si quidem.C.de transact & in §.si minus.in ij.col.Instit. de act. Teneas etiam menti singu.verbum in hac materia taciturnitatis,videlicet quòd si filiæ vnius ex fratribus fuit data dos per patrem de bonis communibus aliis fratribus tacentibus & non contradicentibus,vidẽtur fratres qui non contradixerũt,eorum partem donasse. Ita dixit Ioan.de Imol in quodam consi.suo incip.In casu præmisso de pluribus est videndum &c.in iiij.dubio. vbi expres-
3 sè dicit,† quòd dotes datæ filiabus alicuius,intelliguntur datæ de communibus bonis fratrum, si sunt datæ scientibus fratribus,nec aliquid protestantibus:adeò quod tales dotes tempore diuisionis non sunt in partem illius cõputandæ cuius erant filiæ:quia fratres non contradicentes videntur partem eorum donassẽ,per id quod not.in l. si seruus communis.ff.de dona.inter virum & vxo.quod dictum pro valde not.refert & sequitur do.Philip Dec.in consi suo lxvj.incip.de duobus.in antepenul.col. in fine. quod etiam tenuit Soci.in cõsil.suo v.incip.suprascriptis insignes docto.in iiij.col.versi.circa secundam.in iiij.volu.& ibi in consi.seq.& idem voluit Pau.de Cast.in consi. cxxij incip.ad primũ respondetur.in ij. col.pro quo optimè faciunt dicta per do.Philip Decium in consi.cclxvij. incip.non excidit.in ij.col.ad fi.vbi omnino vide:quod profectò est perpetua memoria dignum:cum sæpe de facto contingat.Ad quæ vide etiam Ias.in authen. quod locum.in iiij.& v.col.C de colla.

CCCXLV.

1 *Maritus in dotali instrumento confessus, aut alius eius nomine, dotem habuisse & recepisse. num & quando exceptionem dotis non numeratæ opponere possit? nu.2.*

1 MAritus† si confessus est in aliquo dotali instrumento vel alius eius nomine se habuisse & recepisse dotem, potest si eam verè non habuit, intra debitum tempus opponere exceptionem non numeratæ dotis.l.fi.& auth. ibi posita.C.de dote cau.non nume l.si voluntate.C.de dot. promis.habetur in l.in contractibus. in §.sed quoniam. C.de non nume.pecu.& in §.fuerat. Inst.de act.quod intellige nisi dictæ exceptioni sit renuntiatũ:vt in dictis iu-
2 ribus.Istud tamen procedit,& locum habet† quando maritus cõfessus fuisset se dotem accepisse ab eius vxore,vel ab eius patre: secus autem si confessus fuisset se habuisse dotem à tertio:quia tunc præsumitur semper fuisse actualiter numerata.Et ideo tũc non admittitur exceptio non numeratæ dotis.Istud fuit sing.verbum Sali.in authẽ sed iam necesse.C.de dona.ante nup.quod dictum pro singularissimo refert & sequitur Ias.in §.fuerat.in xxiij.col. in ver.vnum etiam non omitto &c. Insti.de actio.

CCCXLVI.

1 *Præscriptionem pluribus modis interrumpi, sed maximè per citationem legitimam, & scriptis nuntij referentis complexam. nume.1.*

1 PRæscriptio† interrumpitur pluribus modis, vt habetur per Abb.in c.illud.extrà de præsump. & per doct. in pluribus & diuersis locis:quos refert Bertha. in reperto.suo, in verbo, præscriptio interrumpitur. in j.ver. vbi latissimè loquitur circa hanc materia. Et inter alios modos interrumpitur ipsa præscriptio per citationem legitimè factam secundum Ioan.And.& alios in c.proposuisti.de foro competen.& in c.licet de offic. delega. & in c. venerabilis.& in cap.cùm plures.eodem titu. lib.vj. Bar. in l.ex hoc edicto.in princip.in prima colum.& ibi Alex. in v.col.vbi allegat alios plures tenentes hanc partẽ.ff.de eo per quẽ fac.erit.& Ang.in l.ad peremptorium.ff.de iudic.& Oldra.in consilio suo ccliiij.incip.quia tota &c. in quarta col & Barto.& Alex.in l.accusaturus ff.de adul-
2 te.Tene† tamen mẽti,quòd nunquàm per citationem interrumpitur præscriptio,nisi de tali citatione sit facta relatio per nuntium iudici:& talis relatio sit in scriptis redacta.Ita dicunt docto.in clementi.ij. vt lite pend quod dicit Petr.de Anchar.ibi,esse singularissimum dictum: & refert se illud audiuisse à Bal.in voce,dicentem hoc tenere Guli.de Cu.in l sicut C.de præscrip.xxx.an. quod dictum refert & sequitur Ias.in §.pœnales. in xxvij.col. ver. & circa prædicta.insti.de act.quod est not.

CCCXLVII.

1 *Matrimonium metu contractum nullum esse, nec tenere, si modò talis sit metus qui vel in constantem virum cadere queat.*

2 *Et quid de matrimonio spirituali, num metu quoque, & quo vitiari queat?*

3 *Filiam propter nimiam patris reuerentiam iurantem non obligat iuramentum.*

1 MAtrimonium† metu contractum est nullum, & non tenet:secundum gloss.in l.j.in fi.ff.de autho tuto. voluit Card.in clemen.j.in xvij.q.de consan.& affini. & Oldra.in consi.suo xxxv.incip.factum tale est &c. & docto. in c.consanguinei.de re iudi.Bal.in tracta.schisma.in vj. col.& habetur in c.quod locum. & in c.sequen extrà de spon.& per Innocen.in c.causam matrimonij. de officio delega.per Bart.in l.fi.ff.si quis aliq.test.prohi. & per Bal. in l.j.C.eo.titu.per gloss.in l.si mulier.in §. si dos.ff.quod metus cau.quod est verum si metus sit talis, qui cadat in constantem virum,aliàs non,vt habetur in c.veniens.ij. de spon.de quo etiam per Alexan.in consil.cccxcj.incip. in causa &c.& in consi.ibi sequen.& in consi.clvj.incip.viso processu &c.in quinto volu.& in cõsilio suo cccxliiij. incip.quoniam.matrimonium tamen carnale non inualidatur propter metum reuerentialem patris,vt est text. not.& ibi Bal.& Salice.in l.si patre cogente ff.de ritu nuptia.ad quod tamen vide quæ dixi suprà in singul.cxlvij. incip.Filius præsens.& in sing.ccxv.incip. validum est ar-
2 gumentum.Dicas tamen,& perpetuò teneas menti, † quòd in matrimonio spirituali,putà,in ingressu religionis facto per filium vel filiam coactè,propter reuerentiam paternam vitiatur tale matrimonium & talis ingressus:ita dixit gloss.singula.in cap.præsens clericus.xx.quæstio.iij. quam gloss.pro valde not.refert & sequitur Ias.in § quadrupli.in nona colum in fin.insti.de actio.vbi dicit illam gloss.esse perpetuò notandam,quia sæpe contingit de facto,quòd filiæ inuitæ,quia forte sunt deformes aut claudæ,propter reuerentiam patris ingrediuntur monasterium,aut virginitatis habitum suscipiunt, quòd per hoc vitiatur ingressus & professio: ita quòd sine præuaricatione potest deseri & deponi. Ad quod etiam dicit videndum etiam esset text.in cap.cùm vitum.& ibi dnmi. Anto.extrà de regu & Imol.in l.si cùm dotem.in §.eo antẽ tempore.ff.soluto matrimo.& text.in cap.j.& ibi gloss & Abb.extrà quod metus causa.de quo etiam per Alexan. in dicto §.eo autem tempore.in penul.colum.& per Ias. in authenti.ingressi.in primà colum.C.de sacrosanct. ec-
3 cle.pro† quibus etiam facit:nam si filia propter nimiam reuerentiam patris iurat,tale iuramẽtum eam non obligat.Ita not. dixit Bal.in l.etiam.C.ad Velleia.& in l.pactum quod dotali.in iij.col.in prin.C.de colla. quem refert & sequitur do.Albe.Catanius in tract.suo,violantes. in verbo,mulier,in ix.char.in ij. col.& faciunt dicta per do.Philip.Dec.in consi.ccxix.incip.viso pũcto.in iij col. in fi.ver.septimò adduco.Tene menti prædicta,quia plusquàm quotidiana sunt.Et nimirum si quãdoque moniales sunt inhonestæ,& turpem ducunt vitã in vituperium religionis & suorũ affinium. Nam hoc euenit quia ipsæ fuerunt factæ moniales contra earum voluntatem.

CCCXLVIII.

1 *Libellum generalem & incertum regulariter non admitti. Id tamen tribus modis limitari hic.*

Libellus

1 LIbellus † generalis & incertus regulariter non admit
titur, vt habetur in l. si in rem. ff. de rei vendi. & in l. j.
§. si quis argentum. ff depos. & in l praetor edixit. in prin
ci. & in § quod autem praetor ait. ff. de iureiuran. & in l. in
actione. ff. de furt. & in c. j. ij. & iij. de libel. obla. cum simi.
Haec auté regula limitatur multis modis, sed inter alias
limitationes limitatur hoc esse verũ, si opponatur à par-
te: secus autem si non opponatur: quia tunc procedit ta-
lis libellus generalis & incertus: ita per docto. in l. fin. vbi
gloss. C. de annal. except. & gloss. in l. j. in princip. in gloss.
magna. ff. de eden. & ibi Barto. in vlti. colum. & habetur
in c. Abbate sanè. de re iudi. in vj. Istud tamen, q̃ libellus
incertus & generalis ac obscurus ꝓcedit reo non oppo-
nente, est verum, & procedit in causis ciuilibus: sed secus
tamen est in causis criminalibus. Et ideo si dicerem, ac-
cuso Titium de omnibus maleficiis quae commisit, non
procederet accusatio etiam parte non opponente per l.
libellorum. in princ. iuncto ver. quod si libelli. & ibi Bar.
ff. de accusa. Ita multum singu. dixit Bal. in l. j. in xij. col.
C. de confess. quod dictum pro not. refert & sequitur Ias.
in §. curare. in v. col. in versi. ad vnum tamen sing. aduer
tas, &c. Institu. de act. de quo etiam secundum eum habe
tur per Bald. met in additio. ad Specu. in titu. de senté. in
xx. col. & per Ange. in repetitio. l si vacantia. in v. char. C.
de bon. vac. lib. x. Et ex hoc dicto habes not. limitationé
ad tex. in l. absentem. ff de poen. vbi dicitur, quòd in cau
sis criminalibus proceditur ad instar ciuilium: ad quem
text. ponit aliam limitationem gloss. valde not. in cap. de
induciis. quod est cap. primum. iij. q. ij. quam gl. pro val-
de sing. refert & sequitur Lud. Roma. in sing. suo dccj. in-
cip. quaero nunquid, &c. Et alia limitatio ad illũ tex. col-
ligitur ex dictis per me in l. j. § fi. in ij. col. in versi. scias ta-
men vnum, &c. ff de quaestio. vbi videas.

CCCXLIX.

1 *Iuris communis regulas tunc non sequimur, cum de irreparabili
damno aut praeiudicio agitur.*

2 *Executor merus licet conscientiam habeat cõtra sententiã, quam
habet exequi, cum illam iniustam perpendat, tamẽ illam exe
qui tenetur, quod in criminalibus, maximè cùm de poena cor-
porali agitur obseruandum non est.*

1 INthis in quibus tractatur de praeiudicio irreparabili
recedimus à regulis iuris cõmunis quod patet. Nam
licet quis non possit appellare à grauamine futuro in iu
dicialibus, quia non grauatus non appellat. vt habetur
in c. ante sententiam. & in c. non ita. ij. q. vj. & voluit Bart.
in l. Titia. ff. de accusa. in v. col & do. Anto. in c. ex parte.
in penul. colum. extrà de appel & habetur late per Cano.
in c. vt debitus. eo. titu. tamen istud fallit vbi tractatur de
praeiudicio irreparabili: vt putà, si pronuntiatur quis tor
quendus: nam licet nondum sit tortus, poterit tamen ap
pellare ne torqueatur, cũ per torturam tractetur de eius
praeiudicio irreparabili. Ita habetur in l. si quis prouoca-
tione. C. de appel. & per do. Cardi. Alex. in d. c. vt debi-
tus. in ix. col. de appella. vbi ad hoc allegat etiam not. per
Barto. in l. ij. ff. de appel. recip. pro quo faciunt not. verba
Bal. in dicta l. si quis prouocatione. & dicta per domi. Fe
li. in cap. cum super. in penul. colum. de re iudica. & in c.
cùm inter R. priorem. in octaua col. de excep. & per Ang.
de Aret. in tracta. suo malefic. in verbo, Et dictus Titius
se defendendo. in j. char. in vltimo ver. incip. dixi, &c. post
princi. & per do. Feli. vbi omnino videas in cap. significa
uerunt. in vlti. col. post medium. de except. & in dicto ca.
cùm super. in quarta col. ante medium. Patet etiã ex his
quae dixi in l. si quis ne questio in prima colum. & in l. j. in
princi. in tertia col. versi. & subdit Bart. & c. & ibi in viij.
2 colum. versi. si sequeretur etiam, &c. ff. de quaestio. Et † ideo
tene menti, quòd licet merus executor habeat conscien-
tiam suam contra sententiam, quam debet exequi, cùm
videat illam iniquam, tamen tenetur illam exequi: vt vo
lunt docto. in cap. pastoralis. § quia verò. & in c. praeter-
ea. de offic. delega & in l. si vt proponis. & in l. executo-
rem. vbi per gloss. & Bald. C de execu. rei iudica. Tamen
hoc fallit in causa criminali, in qua tractatur de poena
corporali: quia in talibus causis merus executor non de-
bet exequi sententiam iniustam contra conscientiam
suam. quia damnum talis executionis est irreparabile.
Ita not. dixit Innocen. in dicto cap. pastoralis. in dicto §.
quia verò quod dictum refert & sequitur Ias. in §. si mi-
nus. in vij. colum. in princi. Insti. de act. ad quod etiam al
legat Paul. de Leaza. & Petr. de Anchara. in clementi. j. de
re iudica. & Bald. in l. addictos. C. de episcop. audien. pro
hoc etiam facit illud satyrici, videlicet, nulla vnquam de
morte hominis contentio longa est. Et vltra cum dicas
tu quòd propter dictis optimè faciunt dicta per do. Nel-
lum in tracta. suo bannitorum, in quarta parte primi té-
po. in v. q. inci. Quintò quaero, &c. in ver. ego verò, &c. vbi
notanter loquitur, &c.

CCCL.

1 *Damnum quod quis sua culpa sentit, sibi imputet, non aliis.*

2 *Locatio alicui facta in emphyteusim pro se ac filiis suis, ad filios
non extenditur adoptiuos, nisi rogatu & instantia locationis
adoptati sint.*

1 DAmnum † quod quis sua culpa sentit, sibi imputet &
non aliis. l. si fideiussor. ff. manda. l. si merces. in §. cul
pae. ff. loca. l. inter omnes in §. penul. ff. de furt. l. j §. vsque
adeò. ff de iniur. l. iij §. si quis volentem. ff. de libe ho. ex-
2 hi. cum simi. Et † ideo teneas menti: nam tu scis, quòd si
sit facta locatio in emphyteusim alicui pro se & filiis, non
comprehenduntur filij adoptiui: secundum Specu. in ti-
tu de loca. in §. nunc aliqua. in ver. lxviij. & habetur in c.
adoptiuus. in titu. si de feu. fue. controuer. inter do. & agn.
hoc tamen intellige verum esse, nisi ad instantiam conce
dentis seu locatoris fierent filij adoptiui: quia tunc tales
filij adoptiui comprehenderentur in tali locatione. Ita
not dixit Socin in l. si cognatis. in xij. col. in fine. ff de re-
bus dub. quod etiam extendit ad materiam l. si vnquam.
C. de reuoc. dona. de quo ibi latiùs per eum. Pro quibus
faciunt dicta per Socinmet in fallẽtiis suis in ccclxxij. fal-
len. in prin. quod est not. & faciunt etiam dicta per eun-
dem Socin. in consi. suo vj. incip. licet adiicere. in ij. & iij.
col in iiij. volu. & dicta per me in repeti. mea rub. ff. de fi-
deiuss. in xix. q. ante fi. & dicta per Ludo. Roma. in singul.
cccclxviij. incip. emptor, &c.

CCCLI.

1 *Amicitiam magnam idem efficere, quod & sanguinis coniunctio.
Vnde affectio facit, vt ex testamento non solenni legata qua-
cunque debeantur.*

2 *Iura loquentia in affine, vel coniuncto sanguine, in amico magna
amicitia coniuncto locum habere. Vnde si licet impunè insultan
tem cum armis consanguineum meum occidere, licebit & insul
tantem amicum meum maxima amicitia coniunctum.*

3 *Aggressorem occidere licere, etiamsi aggressurum nunquàm no-
rit.*

1 AMicitia † magna idem operatur quod coniunctio
sanguinis. l. cum allegas. C. de castren. pecu. libr. xij.
& gloss. in cap. ij. in gl. penul. de testa. in vj. glo. & ibi Abb.
in vlti. colum. in cap. requisiti. de testa Cy. Salice. Alexan.
& Ias. in l. exigendi. C. de procura. Ioan. And. in cap. fina.
de postu. & Cy. in l. innitus. in tertia colum. C. de procu-
ra. Pro quo facit optimè text. in l. ij. in princip. in verbo,
amici. ff. qui pet. tut. & facit text. & gloss singu. in l. in testa
mento. ff de fideicommiss. libe. quae dixit, quòd affectio
facit quòd ex testamento non solenni quaecunque legata
debeantur: & de quo text. & glo. dixit plura singularia Ias.
in l. non dubium. in secunda colum. C. de testamen. & fa-
ciunt dicta per Bald. in l. si iure. C. de statu monach. & per
Socin in consilio suo lxviij. incip. Ioannes, &c. in penulti.
colum. in princi. & per Barba. in repetitio. l. cùm acutis-
simi. in xiiij. colum. in versi. & si verbis daretur audacia,
&c. C. de fideicommiss. vbi conatur sustinere quòd dispo
sitio d. l. cùm acutissimi. & l. cùm auus. ff. de conditio. &
demonstrationi. & l. generaliter. §. cùm autem. C. de insti
tu. & substitu. &c. habeat locum etiam in persona valde
dilecta testatori. Et hoc ex pluribus iuribus, & maxi-
mè propter gloss. in l. ij. C. in quibus cau. colo. censi. li. xj.
Sed istud dictum improbat Ias. in dicta l. exigendi. in pe-
nulti. colum. C. de procurato. & pro supradictis faciunt
optimè dicta per Barba. in consilio suo lxxv. incipien. fa-

pienrer.in iiij.colum.in iiij.volu.& in eodem volumin. in confilio xxij.incip.Clemenrifsimum.in fecunda col.Mo
2 do† ex fupradicta conclufione pluribus iuribus roborata à doct. in dictis locis, videlicet quòd iura loquentia in affine vel coniuncto fanguine habẽt locum in amicitia cõiuncto: ego infero ad vnum multum fingulare: videlicet quòd ficut ego impunè poffum occidere illum qui fecit infultum cum armis contra confanguineum vel affinem meũ pro defenfiõe fua, ficut ego poffem pro me tali cafu talem infultantem impunè occidere: vt dixit Bal.in l.raptores.in ij.no.C.de epi.& cle.quem refert & fequitur Iaf. in l j.in ij.col.C.de indic.vidui.tol.vbi plura ad corroborationem huius dicti: ita potero impunè occidere infultãtem cum armis amicum meum maxima amicitia coniunctum per prædicta, quod audacius affirmo: quia hoc exprefsè voluit Bal.in l.vt vim.in ij.col.ver. quintò quæritur.&c ff.de infti.& iure. Pro quo allegat quæ habentur in l.cum alienam.C.de leg. Vide tamen Salic.in l.nullus. C.de maledi.& mathe. qui videtur dicere vnum verbum contra prædicta: fed eius dictum poteft reprobari per fupradicta: de quo etiam dixi in repetitio.mea l.j.C.de raptu virgi.in xlix. char.vbi videas: ad quod etiã vide Corne.in confi.cciiij.incip.Pro decifio.in fecunda colum. in primo volu.& vide do.Feli.in c.fi verò.j.in fin. de fenten.
3 excommunicatio. vbi † dicit, quòd licitum eft occidere aggrefforem, etiam fi aggreffum nunquam cognouiffes: allegat gloff.in capit.j.in verbo, hactenus. xxiij. quæftion.vij.de quo ibi latiùs per eum. Tene menti: quia fæpe contingit in facto.

CCCLII.

1 *Pace, vel induciis initis cum bannito, num feruanda fit ei pax, & an non feruans in pœnam conuentionalem incidat? nu.1.*

1 SAepius† vidi dubitari circa vnũ, videlicet fi fiat treuga vel pax bannito, an illa fit fibi feruanda? & an non feruans eam cadat in pœnam conuentionalem? in quo breuiter dicas, quòd talis non feruans talem pacem vel treugam non cadit in pœnam. ita dixit Bald. fuper ftatuto, in verbo, pax. in primo ver.& do. Nellus in tracta. bannitorum in iij. parte fecundi temporis. quæftio.lj.incip. quæro bannitus, &c.& ibi in quæftio.fequen. de quo etiã per Bal.in l.iurifgentium.in §.fi pacifcat.j.& in §.fi pacifcat.ij.ff.de pact. vbi tenet, quòd talis pax non valeat: & ideo quòd contra ueniens non cadat in pœnam. quod dicit obtinuiffe in contingentia facti. quod dicit procedere etiam fi pœna fit promiffa cũ iuramento. De quo etiã per Ioan.Andr.in regula fruftra.de regu.iur.in vj.in mercurial.& per Barto.Bal.Ang.& Imol.in l.quid ergo. in §. fi hæres, per illum text.ff.de lega.j & per Bart. in quæftione fua incip.Lucanæ ciuitatis.& in l.elegantet. in § fina. per illum text.ff.de pign.actio.& per docto.in l.j.C.quando lice.fe fine iudic.vindi.& per Barto.Bal.& Ange. in l.j. in §.non autem.per illum text.ff de dolo.& per Bal.in l.j. in vltima colum C.fi à non compe.iudic.& in l.pacifci.ff. de pact.& per Iaf.in l.cõuentionum.in prima col.ff.de pactis.& per do.Philip.Corn.in confilio fuo clxxv.incip.cõfuluit.in primo volu.& per Alexan. latiùs loquentem in l.qui feruum.ff.de verbo.obliga.vbi etiam limitat prædi
2 cta. Et † dicit ifta effe vera, quando cuilibet iure publico competeret facultas offendendi bannitum: fecus fi folo offenfo, quia tunc poterit per pactum tolli. alleg. in argumen. l.j.in fine. & l.iij.ff.de adimend. lega. & l.iurifgentium. in dicto §.fi pacifcat.& dicit quòd ita limitat Bal. in l.reus.in xiiij colum.C. de accufatio. & Bald. & Salicet.in dicta l.accufationis.ff.quod metus caufa. de quo latiùs valde dixi in practica mea caufarum crim.in clxvj. char.vbi omnino videas: quia ifta funt multùm vtilia, & valde quotidiana.

CCCLIII.

1 *Pecunia datio & interuentus delictum indicant, vbi aliàs delictũ non effet: vt in tefte pecuniam ob dicendum teftimonium verum accipiente. Nam in falfi pœnam incidit.*

2 *Mulier, quæ ob auri dationem inducta ad adulterium committendum eft, licet & committere aliòquin vellet, cẽfetur tamen inuita adulterium commififfe. Et dans pecuniam puniendus ftatuti pœna quæ inuitam mulierem adulteranti imponitur.*

1 DAtio† pecuniæ & interuentus ipfius inducit delictũ, vbi aliàs delictum non effet: & hoc patet in pluribus cafibus. Primò apparet in tefte qui accipit pecuniam vt dicat verum teftimonium: nam talis teftis incurrit pœnam falfi fecundum gloff. Barto.& alios in l.j.in princ.ff. de fal.& ibi dixi in prima col.& idem dicit ibi gloff.Bar. & alij in iudice accipiente pecuniam vt iuftam fententiã ferat: vt in l.ij.ff.de cõdict.ob turpem caufam. & ratio eft fecundum Barto.in d.l.j.quia teftes debẽt deponere gratis illud quod fciunt, non autem per pecuniam: vt in l.iij. in § lege Iulia.ff de tefti. Et illud quod debet fieri gratis, fi fiat per pecuniam, turpiter fit: vt not.in l.iiij.in §.fi tibi. ff.de condict.ob turpem cau.& idem etiam dixit Bart.in l.diuus.ff.de re iudica.& Bald.in l.data opera. in xv.col. verfi.quid fi teftis.C.qui accufa.non poffunt. pro quibus facit l.j.verficu.pecunia accepta.ff.de recep.& tex. in l.fi. in §.fina.ff.ad legem Iul.repetun.& faciunt optimè dicta per do. Nellum in tracta.bannitorum, in ij.parte fecundi temporis, in xlj.quæftio. Et vltra prædicta circa hanc dationem pecuniæ teneas menti perperuò fingulare ver-
2 bum: videlicet† quòd fi per auri dationem inducitur mulier ad adulterium, licet contenta fuerit committere tale adulterium, tamen inuita reputatur illud commififfe. Et ille qui aurum vel pecuniam dedit, punietur pœna ftatuti quæ imponitur adulteranti mulierẽ inuitam. Ita fingu.dixit Ange.in authen.de lenoni.in §.fina.circa finem. quod dictum pro not.refert & fequitur do.Philip Decius in confilio fuo clxx.incip.Vifo themate&c. in ij.col. pro quo fecundum eum facit text. in l.j.C.de raptu virgin.& in l.j.§.perfuadere.ff.de fer.corrupt.& etiam videtur idẽ dicere Cy in dicta l.j.C.de raptu virgi.in prima colum.in verficu. tertiò oppo.ibi, & fic mulier decepta &c. & idem voluit do.Ioan.Neuizanus in fylua fua nuptiali, in xiiij. char.in fecunda colum.in fine. quod eft not. pro quo facit: nam aurum feu munera faciunt non volentem velle. Ideo fcribitur Deuteron.c.16. Quòd munera excæcant oculos fapientum, & mutant verba iuftorum: quod dictũ refert Ange.& Iaf.poft eum, in l.non dubium.in princ.C. de tefta.& dicit text.in c.qui rectè.xj.quaft.iij.quòd acceptio nummorum præuaricatio veritatis eft. & facit tex. not.in cap.pauper.xj.quæftio.iij.in verficu.cito violatur auro iuftitia.

CCCLIIII.

1 *Præfumptionem in dubio pro iudice effe, maximè quum in procedendo rectum ac debitum ordinem feruauit, aliòquin fecus.*

2 *Venditor in inftrumento vẽditionis promittens fe emptorem defenfurum de iure & facto, etiam fi per iudicis iniuriam res euincatur, quatenus obligetur, ac qualiter accipienda huiufmodi promiffio?*

1 IN† dubio præfumitur pro iudice.l.ij.C.de offic.ciui. iudic.l.Herennius.in §.Caia.ff.de euictio.cap.Pifanis.de reftitutio.fpolia.cum fimilibus.hoc tamen intellige verum, & locum habere quando iudex feruauit debitum ordinem in procedendo, fed quando debitum ordinem omifit, non præfumitur pro eo. Ita notabil.dixit Bald.in l.fancimus.in iiij.col. verficul. tertiodecimò quæritur.C. de iudi.quod dictum refert & fequitur do.Paris de Puteo in tracta.fuo fyndica.in xix.char. in iij colum. Tu adde, quòd ratio poteft effe: quia cognofcere iuris ordine non feruato, eft ius alterius auferre, fecundum Baldum in c. j.§.feu furtum.in quinta colum.de pace iuramen.firma. quem refert & fequitur domi.Hierony. Tortus in confil. fuo quod fecit pro communi Florentiæ tẽpore Sixti pontificis in xxvj.colum.& domi.Catal.in tractatu fuo fyndica in verficu.ccccxvj.inci.adde q cognofcere &c.& in eo.tract.in ver.cxxviij.incipient. Adde quòd fi poteftas. Item alia eft etiam ratio, quia iudex procedens extra ordinem, dicitur procedere de facto fecundum Baldum, in l.ictus fuftium.in vltima colum.ff.de his qui notan.infamia. Et pro prædictis facit not.verbum Ange.in confilio clxxvj.quod refert & fequitur domi.Philip.Decius in cõ-
2 filio fuo lxxiiij.in quarta colum.vbi dixerunt, † quòd quãdo in inftrumento venditor promittit emptorem defendere de iure & de facto: &, quod plus eft, obligat fe, etiam

fi per

si per iniuriã iudicis res euincatur: hoc tantum pactum intelligitur, quando per ignorantiam iuris vel facti iudicis euinceretur, q iudex seruato iuris ordine processit: secus autem esset si prætermisso iuris ordine iudex procederet, & res euinceretur: quia isto casu vigore prædictæ promissionis venditor non obligaretur. Et adducunt rationes & iura, de quibus ibi per eos. Tene méti: quia modernis tẽporibus iudices sunt temerarij & bestiales & nullũ iuris ordinẽ seruãt: imo ex capite & ceruice sua nouas leges faciunt conniuentibus oculis superiorum suorum: quod subditis tolerare necesse est cũ aliis calamitatib9.

CCCLV.

1 *Debitorem in diem ante diem conueniri, aut soluere cogi nõ posse: nisi tamen fisco debitor sit, qui ob necessitates ipsi fisco imminentes ante diem & conueniri, & soluere cogi potest, sed & debitoris ipsius debitor.*

2 *Gabellarum emptores & conductores pro republ. necessitate ante solutionis tempus cogi posse, relicto tamen eis medij temporis interusurio.*

3 *Fideiussor omnis fugitiuus ante diem solutionis faciendæ capi potest.*

1 DEbitor † in diem non potest cogi soluere ante diem. l. instas. C. de iure fisci. lib. x. l. si mãdauero j in prin. ff. manda. l. eum qui calẽdis. ff. de verb. oblig. l. cedere diẽ. ff. de verb. sign §. plus autem instit. de actio. cum si Et dicit vulgare prouerbiũ, quòd optimus est debitor, qui soluit in termino obligationis. Teneas tamen méti in materia singularem casum. l. j. C. de cõdi. ex leg. vbi habetur quòd hoc fallit in fisco, qui propter necessitates suas occurrẽtes potest debitores suos ante diem exigere: & quod fortius est, debitorem sui debitoris potest ante diem exigere: debet tamen interusurium medij temporis debitori relinquere, secundum gl. & dnct. ibi Et illum casum dicit ibi Bar. singularem: & dicit ibi Bal. per illum text. quòd
2 † emptores gabellarũ pro necessitate reipublicæ possunt cogi ante tempus, dimisso tamen eis interusurio medij temporis: & subdit, quòd tota die propter repentinas necessitates publicas hoc fieri videmus: & dicit, quòd hoc non est iniustum: quod dicit esse menti retinendum. Et dicit ibi Salice. quòd hoc frequenter practicatur in Bononia contra gabellarum conductores & daciarios: & verum dicit. Nam ego vidi hoc fieri in hac ciuitate pluribus vicibus: & idem per illũ text. d. l. j. C. de condi. ex leg. dixit Ias. in l. in diem. in j. col. in fi. de condi. indebi. Et
3 † add. hic quòd omnis fideiussor fugitiuus potest capi ante diem fiendæ solutionis. Ita dixit Bal. in dicta l. j. in fi. verbis. C. de cõndi. ex lege. allegat ad hoc l. quæsitum. ff. de pig. vbi est gl. no. pro hoc dicto suo: quam vide.

ADDITIO.

Add. Io. Anto. Trigo. sing. vij.

CCCLVI.

1 *Iuramentum magnæ potentiæ, & plures effectus habere. Nam in instrumento appositum, facit vt ipsum instrumentum executionem habeat paratam, licet de iure communi non habeat.*

1 IVramentum † est maximæ potentiæ, & habet plures effectus, vt patet ex dictis canonistarum in tit. de iureiur. maximè in c. cùm contingat. & in c. licet mulieres. eo. tit. in vj. & patet etiam in tractatu de virtute iuramenti edito ab excellentissimo V. I. interprete do. Marco Antonio Baueria. Et per do. Ant. Corsetũ in repet. sua rub. extrà de iureiu. & per me in repe. mea l. fina. C. de proba. in xxxiiij. & xxxv. char. vbi posui plures notabiles effectus ipsius iuramenti. Et inter alios effectus habet vnum qui est magni commodi & vtilitatis: nam iuramentum appositum in aliquo contractu operatur quòd tale instrumentum ipsius contractus habebit executionem paratam: licet de iure communi instrumẽtum publicum non habeat executionem paratam. l. minor xxv. an. cui fideicommissum. ff. de mino. ita dixit Bar. in l. ij. ad fi. ff. de iureiu. & ibi dicit, quòd miratur quòd cõsuetudo hanc cautelam & hunc modum non adinuenerit. Idẽ tenet Fulgo. in l. sed & si possessori. in §. si cum hæreditate. ff. de iureiur. & Pau. de Cast. in l. nam & postea. §. si petitor. eo. ti. & in l. post rem. ff. de re iudi. & do. And. Barb. in repetit. rubric. extrà de iureiu. & Alex. in d. l. ij. & do. Ias. in §. item si quis. in iiij. col. ver. duodecimus effectus &c. Instit. de actio. & Alex. in dicta. l. ij. & Ias. in §. item si quis. in iiij. col. ver. duodecimus &c. instit. de actio. Et latiùs ponit ipse Ias. in eodem §. j. xvij. col. ver. extra gl. vt obseruem &c. vbi ipse per tres col. examinat prædictum articulum. Et firmat hanc partem. & respondet omnibus quæ adduci possent in cõtrarium. Et hanc partem etiam firmat do. Anto. Corse. in dicta sua repeti. rubr. extrà de iureiur. in x. priuilegio iuramenti.

CCCLVII.

1 *Iuramento damnum passi si ex statuti forma inhærendum sit, non tamen inhærebitur, si pars aduersa contrarium probet.*

2 *Quid autem si statutum in contrarium probationem tollat, vel dicat, quòd iuramentum pro plenissima, vel omnimoda habeatur probatione?*

1 EXtant † statuta in aliquibus ciuitatibus vt in hac nostra ciuitate Bononiæ, quibus cauetur, quòd in aliquibus casibus, vt est in casu damni dati, quòd stetur iuramento alicuius putà damnum passi. Certè tale statutum debet intelligi nisi per partem aduersam contrarium probetur. Ita multum no. dixit Ang. in l. qui restituere. in ij. colũ. ff. de rei ven. & clarius in l. qui vas. ff. de fur. vbi dicit idem esse si statutum dicit, quòd stetur dicto seu iuramento saltuarii. & idem voluit Bar. in l. ij. in §. si à pupillo. circa fin. ff. de vsucap. pro empt. & in l. potest. in penul. col. ff. de acqui. hære. & Ange. in authen. de exhibẽ. reis. in prin. Bal. in c. j. in j. col. in tit. si de inuesti. inter domi. & vassal. lis oria. & in l. contra negantem. C. ad l. Aquil. & in l. j. & ibi Sal. C. de re. cred. & in l. j. C. de re iudic. idem voluit Albe. in secunda parte statu. q. xv. & do. Phili. in c. pastoralis. in ij. col. de excep. vbi alios etiam adducit tenentes hanc partem. & do. Iaso. in §. sed istę. in xxiiij. col. Insti. de actio. vbi alia etiam adducit pro hac opi. & inter alia adducit Inn. & Io. And. in c. quia propter. §. illud. de elect. vbi dicunt, q licet quis possit probare impedimentum per suum iuramentum, vt est ibi tex. tamen admittitur probatio in contrarium: & adducit etiam alia plura
2 de quibus ibi per eum. † Limitat tamen prædicta do. Fel. in d. ca. pastoralis. nisi in statuto diceretur, q non possit probari contrarium: vel nisi diceretur, q iuramentũ haberetur pro plenissima vel pro omnimoda probatione: quia tunc non admitteretur probatio in contrarium, secundum Lud. Ro. in l. si duo. ff. de acqui. hęre. & hoc propter glo. in verbo, fecisse. in cle. j. de probatio. & in cle. j in versi. omnimodam. de so. cõpe. Tene menti prædicta pro statuto huius ciuitatis posito sub rubrica, de emẽdatione damnorum datorum à quibus ignoratur, &c. Et vide ad prædicta omnino quæ ego dixi in l. j. in §. si serui quasi. in ij. col. ff. de quæstion. & vide omnino Alex. in consi. suo cccclxj. incip. in causa & lite, &c. in j. col & quasi per totũ: & maximè in iij. col. circa princi. & vide Ias. in l. j. § j. in j. col. ff. si ex noxa. causa agatur.

CCCLVIII.

1 *Pater de iure ciuili filio bastardo nihil dare tenetur, sed ne alimenta quidem, quanquam iure Cano. alere teneatur.*

2 *Parentes filijs suis spurijs in alimentorum causam legare posse: sed & donare quoque & dotes relinquere filiabus posse nu 3.*

4 *Filij illegitimè etiam nati non modo à patre ali, sed eo quoque mortuo, in eius bonis viri boni arbitrio alimenta habere debent, etiam si testamento id vetuerit pater. nu. 5.*

1 PAter † de iure ciuili non tenetur aliquid dare filio suo bastardo. vt habetur in auth. ex cõplexu. C. de incest. nup. & in auth. licet. C. de natu. lib. nec etiã tenetur ei dare alimenta, vt in dictis iuribus: tamen de iure canonico pater tenetur dare alimenta tali filio bastardo. tex. est in c. cùm haberet. in fi. & ibi hoc volũt doct. extrà de eo qui duxit in matri. quam pol. per adulter. & dicit ibi Abb. quòd ille tex. non est alibi: & dicit quòd licet de iure ciuili sit secus, quòd tamen statur iuri canonico in hoc: quia ecclesia hoc induxit ex quadam æquitate naturali, ne filii alimentis priuati pereãt. & hoc etiam firmat Bar. in d.
2 authen ex cõplexu. C. de incest. nupt. † vbi dicit parentes

posse legare filiis spurijs ratione alimentorum. Et dicit,
quòd possunt parentes donare vel relinquere dotes filia
bus, cũ dos succedat loco alimentorũ. quod dicit Ab. in
d.c. cum haberet. esse notandum. Et ita dicit Bar. vbi su-
prà se consuluisse Et idem dixit Bar. in l.j. in repet. in xiiij.
col ver. super sexta, &c. C. de sacrosan. eccle. & Ioan. And.
in addit. Specu. in titu. de instru. edi in §. nũc verò aliqua.
in pen. char. in ij. col. in addit. incip. contineatur hic alia
quæst. &c. in fi. & Spe. in ti. qui filij sint legi. in §. j. in viij.
col. in versi quid de natis, &c. Et idem voluit Bal. in consi.
suo ccxxxij. incip. recolo me consuluisse, &c. circa med.
3 in iij. vol. vbi † dicit, quòd alimenta possunt donari & le-
gari spurijs de iure canonico naturali pietate inspecta:
quia licet filius spurius sit spurius, tamen filius est, quia
4 natura cõmunis est: quinimò † filij illegitimè nati nedum
debent ali à patre, sed etiã patre mortuo debent habere
alimẽta in bonis patris arbitrio boni viri. Ita dixit gl. in
auth. de triẽ. & semis. in §. consideremus. in ver. legiti. quã
gl. ibi not. ad hoc. nã illa gl. loquitur in filiis naturalibus.
5 Et tene menti perpetuò circa hanc materiam, ꝙ † si pa-
ter in testamento suo expressè prohibuisset hæredibus
suis, vt non darent alimenta filio suo spurio, tamen tali
prohibitione non obstãte, hæredes tenebũtur sibi dare a-
limenta. Ita multum sing. dixit Bal. in l. id quod pauperi
bus in vltim. colũ. C. de episcop. & cleric. quod profectò
est singul. verbum, & fortè paucis notum.

CCCLIX.

1 *Iuramentum, quod sine salutis æternæ detrimento seruari potest,*
semper esse seruandum.
2 *Iurans in aliqua iusta causa potest contra iuramentum venire*
neque ob id minus valebit ac tenebit ab eo factũ. Vnde si quis
se nunquam pro vllo fideiussurum iurauit, si tamen eius pro-
pinquior quispiã in magno sit periculo constitutus, nisi pro eo
fideiubeat, non obstante iuramento, & debet & tenetur pro eo
fideiubere. nu. 3. vide nu. 4. remissiuè.

1 IVramentum † semper est seruandum, quando seruari
potest sine interitu salutis æternæ. c. cũ cõtingat. & ibi
per oẽs, extrà de iureiur. habetur in c. licet mulieres. eo.
tit. lib. vj & in c. quãuis. de pact in eo. lib. & in l. si quis ma
ior. C. de trãsact. in auth. sacramẽta puberum. C. si aduer.
2 ven. cum si. Scias † tamen quòd iurans in aliqua iusta cau
sa potest venire contra iuramentum. Et tali casu factum
ab eo valebit, & tenebit non obstante dicto iuramento.
Ita multum sing. dixit Io. And. in add. Spe. in tit. de iure-
3 iur. super rub. vbi dixit, † quòd si aliquis iurauit non fide-
iubere pro aliquo. & ex post proximior eius sit in ma-
gno periculo constitutus, nisi pro eo fideiubeat, quòd nõ
obstante iuramento tenetur, & debet pro eo fideiubere.
quod dictum pro valde singulari refert & sequitur Ias. in
4 §. item si quis. in xvj. colũ post med. inst. de actio. vbi † etiã
ponit, si quis iurauerit non fideiubere pro aliquo, an te-
neat iuramentum, vel impediat cõtractum fideiussionis
postea factum? vide ibi per eum.

CCCLX.

1 *Negligentiam damnosam esse apud scriptores legitimos receptum*
est, contra verò vigilantibus iura prompto esse subsidio.
2 *Excommunicatus, quanquam se defendere potest, agere nõ potest:*
Sed nec ad se tuendum admittetur si excommunicationem ne
glexerit, nec se absolui curauerit.
3 *Non probatum in principali causa, & non deductum, in appella-*
tionis causa probari & deduci potest. Quod qualiter procedat,
hic traditur.
4 *Maritus licet dotis vsuras post biennium ab vxore in domum de-*
ducta petere possit, si tamen per decennium cessarit maritus pe
tere ad amplius petendum non admittetur.
5 *Debitor, si bona aliquot in creditorum fraudẽ alienauerit, ac de-*
inde in meliorem rerum suarum conditionem redierit, vt vel
creditoribus ipsis satisfacere possit, nec sua repetierint credito-
res, imò in repetendo debito suo negligentes fuerint. facto rursus
non soluendo eodem debitore, aduersus tertios bonorum posses-
sores nullus illis patebit recursus.

1 SCribitur † apud legistas, ꝙ negligentia est dãnosa: &
è conuerso, ꝙ vigilãtibus iura subueniunt, vt dicit tex.
in l. pupillus. in fi. & in l. qui antẽ. §. sciendũ. ff. quæ in frau.
cre. & habetur in l. summa. § sed si illi. ff. de pecu. & in l. de
bitor. ff. de separatio. Et habetur per gl. in procemio inst.
in verbo, vigiliis. Et dixi ego de hac negligẽtia seu vigilã-
tia aliqua suprà ĩ sing. cclxxxiiij. inci. tolle moras, &c. Sed
vltra ibi dicta circa hanc materiam adde no. verbum Io.
2 Cal. in c. ab excommunicato. de rescrip. vbi dicit † quòd
licet excõmunicatus possit se defendere, non tamẽ possit
agere: vt habetur in c. intelleximus. de iudi. tamẽ dicit, ꝙ
est verũ, ꝙ potest se defendere, si talis excõmunicatus cu-
rauit se absolui ab excõmunicatione: secus si non cura-
uit absolui, sed contempsit excommunicationem: quia
tunc nõ audietur, etiam se defendendo. quod dictum re-
fert & sequitur Barb. in c. sacris. extrà quod me. cau. Item
3 † adde etiam quod illud, quod dicitur in l. per hanc. C. de
tẽp. ap. videlicet, nõ probatum in causa principali potest
probari in causa appella & non deductum potest dedu-
ci. istud habet locum, quando ignorãter fuit dimissum,
& non probatum vel deductum: secus si scienter & per ne
gligentiam fuit omissum: quia tunc in causa appellatio-
nis non poterit probari nec deduci. Ita sing. dixit domi.
Anto. in c. ad audientiam. ij. in iij. colum. per gloss. ibi, ex-
trà de rescrip. de quo tamen dicto vide ibi do Felin in x.
col. & idem in simili dicit Bar. in authen. qui semel. in iij.
col. in ver. circa secundum. C. de proba. & Lud. Roma. in
consi. suo ccxxvj. incip. vltra pridie allegata, &c. ante fin.
4 † Item adde etiam, quòd licet maritus possit petere vsu-
ras dotis post biennium à die ductionis vxoris ad domũ
mariti, vt in l. fi. §. præterea. C. de iure dotium licet cõtra-
rium teneat gl. in l. de diuisione. in gl fi. ff. sol. mar. de quo
latiùs per Ias. post Ange. de Aret. in §. fuerat. in iiij. col. in
ver. quòd autem incipiant, &c Institu. de actio. Tamen si
petitio talium vsurarum non fuit facta per longum tem-
poris spatium, putà decem annorum, non poterunt vlte-
rius peti ab ipso marito: quia per talem tarditatem & ne
gligentiam præsumitur illas remisisse: ita quòd pro præ-
terito tempore peti non poterunt. Ita multum not. dixit
Bal. in consi. cxlix. incip. post bienniũ à die ductionis, &c.
in v. col. quem refert & sequitur Ias. in d. § fuerat. in v. col.
& alleg Bal. ad hoc casum in terminis valde sing. in l. cũm
quidam. in §. diuus. ff. de vsur. quę omnia sunt no. ad pro-
positum dictæ regulæ, quòd vigilantibus iura subueniũt,
&c. Et dicit Ias. vbi suprà quòd istud dictũ esset aureis li-
teris scribendum: quia est quotidianum, & summæ vtili-
tatis. Et ad prædictam regulam etiam optimè facit: nam
5 † si debitor alienauit aliqua bona in fraudem creditorũ,
& postea superlucratus est de nouo alia bona, quibus po
tuit creditoribus integrè satisfieri: quòd si creditores fue
rint negligentes in cõsequendo creditum suum, si postea
de nouo debitor efficiatur non soluendo, non poterunt
creditores habere regressum contra bonorum possesso-
res, in quos facta est alienatio à debitore in fraudem cre-
ditorum, nec contra eos poterunt agere reuocatoria. Ita
probat tex. in l. fideiussores in princi ff. de fideiussor. per
quem tex, ita decidit Bald in l. fi. in prin. ff. si certum peta.
quod dictum refert & sequitur Ias. in §. itẽ si quis in frau-
dem. in pe. col. Institu de actio. circa fi vbi dicit vidẽdos
esse doct. in aliquibus locis, de quibus ibi per eum Et ad-
de etiam hic tex. no. & ibi doct. in l. fi. C. si maior fac. alie.
sine decre. fac. ratam habue. de qua exclamat Ludo. Ro-
ma. in sing. suo dccxcv. incipiẽ iudex Bononiensis. quem
omnino vide.

CCCLXI.

1 *Fauori suo quiuis renuntiare potest, non in damnum suum modò,*
sed in alterius quoque damnum id facere potest.
2 *Statuto cauente, quòd masculis extantibus fœmina non succedat,*
num si masculus & fœmina extent, possit statuti beneficio ma
sculus renuntiare, & fœminam secum admittere?

1 EXtat iuris regula satis trita & vulgata, videlicet † ꝙ
quilibet potest renuntiare fauori suo: vt probatur in
l. si quis in conscribendo. C de episco. & cler. & in l. si quis
in conscribendo. C. de pactis. & habetur in l. non vsque-
adeò. ff. si quis à paren. fue. manu. & in l. nemo exterus. C.
de Iudæis. & ideo videmus quòd beneficio purgationis
moræ potest pacto renũtiari: vt in l. sancimus. in § siqui-
dem.

dem.C.de fideicom.secundum Bal.in l.si pacto quo pœnam.ad fi.C.de pact.quem refert & sequitur Ias.in dicta l.si quis in cōscribendo.in iij.col.C.de pac.vbi plura alia adducit ad materiam huius regulæ,de quibus ibi per eū: & teneas menti quòd nedum quia potest renuntiare fauori suo in damnum suum, sed etiam hoc potest facere
2 in damnum alterius. † Et ideo scias,quòd stante statuto quòd existentibus masculis filia fœmina non succedat, quòd hoc casu si extat masculus & fœmina,potest masculus renuntiare huic statuto & eius beneficio,& filiam secum admittere,& hoc modo poterit præiudicare creditoribus suis.Ita sing.dicit Bald.in l.maximum vitium.in vij.col.versi.Sed pone quòd frater.C de libe.præter.quod dictum pro valde not.refert & sequitur Iaso.in §.item si quis in fraudem.in penulti.colum.in fin.Institu.de actio. quod est not.

CCCLXII.

1 *Statutum volens patrem pro filij delicto ad pœnam pecuniariam teneri,licet a iure exorbitet,efficax tamen ac validum est.*

2 *An autem huiusmodi statutum laudabile ac recipiendum. ibid. vide nu.3.*

4 *Et qualiter limitandum.*

1 STatutum † volens quòd pater teneatur pro delicto filii ad pœnam pecuniariam,licet sit exorbitans à iure, tamen valet,& tenet.Bal.in l.receptitia.in prin.iij.col.C. de constitu.pecu.& in rubric.C.res inter alios acta.in ij. colum.vbi etiam dicit,quòd licet tale statutum sit tolerabile,non tamen est laudabile.& idem etiam tenet Bal. met.in l.si quis in tantam.in iiij.columη.C.vnde vi.& ibi dicit,quòd tale statutum est contra ius naturale.sed tamen valet.& idem etiam tenet ipse in l.si filio.ij.ff.soluto matri.& in l.ij.ff.si ex noxa.causa agatur.& in l.lex Cornelia.in princip.ff.de vulga.& pupil.& in authē.si captiui.
2 C.de episco.& cleri & ibi etiam dicit,† quòd talia statuta quæ disponunt quòd parentes præcisè teneantur,& cogantur soluere condemnationem filiorum:quia sunt iuri communi contraria,& sic odiosa,sunt strictissimè interpretanda.Et idem quod suprà etiam tenuit Albe.de Rosa.in prima parte statutorum.in quæstio. lxvj. & lxvij. & sentit etiam Bald.in l.4.§.j.in vlt.colum.C.de vsur.rei iu-
3 dic.vbi † etiam subdit,quærendo an stante statuto de quo suprà,quòd pater teneatur pro delicto filii, nunquid pater repræsentando filium in carcerem euadat onus statuti:Et determinat quòd non,cùm possit dare filium pro noxa,per §.fin.Insti.de nox.& idem tenet Bald.in l.sancimus.C de pœnis.vbi dicit per illum text.quòd statutum ciuitatis Perusii,quo disponitur quòd consortes teneantur pro delicto consortis,quamuis sit iniquum & cōtra Ius diuinum,tamen valet:quia licet non sit culpa,tamen subest causa vt à delicto magis abstineatur.Et hanc partem etiam tenent alii doct.in diuersis locis,quos refert & sequitur Ias.in §.actiones autem.in xj.colum.Institu. de actio & in hoc se fundant per gloss.in rubric.C.de decre. decurio.lib.x.quæ dicit,quòd illud quod potest fieri per pactum,potest etiam fieri per statutum : sed per pactum posset hoc fieri , ergo & per statutum : de quo latius per
4 Ias.vbi suprà.† Sed limita tamē prædicta, videlicet quòd stante validitate dicti statuti, tamen eius dispositio non habet locum in filio pupillo:nam si filius in pupillari ætate & intra decimum quartum annum cōmiserit delictū, pater eius non tenebitur vigore dicti statuti.Ita multum sing.dixit Ias.in d.§.actiones autem.in xij.col. vbi propter hoc alleg.no in c.ij.extrà de delic puero.& ibi Pe.de Ancha.& alia etiam allegat de quibus ibi per eum. Tene menti:quia est singu verbum & lucrosum : quia sæpe superiores,qui tenent quodammodo ciuitates in prædam, faciunt talia statuta iniqua & exorbitantia solùm,vt extorqueant pecunias à subditis,& non aliqua alia de causa,vt quotidie docet experientia &c.Et vide etiā ad hanc limitationem Albe.de Rosa.in secunda parte statutorū, q.lxxj.incip.Item quæritur &c.& vide infrà in sing.ccclxxxj inci.Communis opinio.

CCCLXIII.

1 *Precarium quandocunque ad concedentis arbitriū reuocari posse etiam si tempus precario adiectum sit,nisi tamen reuocatio sine causa fieret.*

1 CRedo † te scire,quòd precarium potest reuocari quandocunque ad libitum concedentis:vt in l.j.in prin. ff.de precar.& in l.ij.in prin.& in l.& habet.in prin.eo.tit. & hoc est verum, etiam si esset adiectum tempus vsquequo haberet vti:vt in l.cum precario.in prin.ff.de preca. Limita tamen hoc & prædicta iura, nisi talis concedens precario vellet sine causa reuocare precarium illico cum maximo damno illius cui concessum est : nam hoc casu non poterit illud reuocare : quia sibi obstabit exceptio doli:cùm non possit negari quòd precarium non sit beneficium Nam est beneuola actio commodum tribuens capienti:vnde non debet dolosè versari in beneficio concesso.Ita not.dixit Abb.in capitu fina.in vltima colum. extrà de precario.vbi allegat in simili Ioann. Andræ in procemio decretalium.quod dictum pro valde no.refert & sequitur Ias.in §.sequens.in vj.col.in prin.de actio.vbi videas &c.

CCCLXIIII.

1 *Libellum in certis causis necessariò non requiri. Et quid si actor ad iudicem eat,ac notario dicat scribas qualiter à Titio peto centum,ad quos peto eum condemnari &c.an quo casū libellus requiritur,sufficiat illi pro libello porrecto?*

1 LIbellus † in aliquibus causis necessariò non requiritur,vt colligitur ex dictis per Specu.in tit. de libel. concep.§.nunc videndum.vbi enumerat fortè 50 casus in quibus non requiritur libellus. Et habetur etiam per gloss.in authen.de exhiben.reis.in §.sancimus.in gl.magna.& per Ange.post glos.in §.tripli.Instit.de actio Scias tamen vnum,quòd in casibus in quibus requiritur libellus,si actor vadit coram iudice,& dicit notario,scribas qualiter peto à Titio centum,in quibus peto eum condemnari &c.quamuis notarius hoc scribat in actis,per hoc tamen non videtur libellum in scriptis obtulisse,nec dicitur procedere ordinario modo, sed extra ordinem. Ita dixit not.Bart.in l.in sacris.iij.C.de proxi.sacro.scrini lib.xij.quod dicit esse bene signandum:quia posset sæpe contingere de facto-quod dictum pro not.refert & sequitur Ias.in §.tripli.in v.colum.Institu de actio.vbi dicit,quòd hoc dictum sequitur Ludo Roma.in l.j.in ij.colum ff.de arbitr.de quo etiā dicit videndū esse Bal.in authen.offeratur.ad fi.C.de lit.contesta.& Ange.in l.prima. in princip.in j.columna.& ibi Bald & Paul.de Castr.ff.de eden.Tene menti hoc dictum,quia not.est:& ex eo limitatur etiam regula illa,videlicet quòd non refert quid ex æquipollentibus fiat:de qua in l.generaliter.C de institr.& substi.sub condi.fac.& in l.cùm seruus.ff de ver.obli.& in l.Titius.§.Lucius Titius.ff.de lib.& posth.cū multis si.vide tamen glo.no.in l.si quis se iniuriam.C.de accusa.quæ dixit hoc non habere locum,vbi procedi potest per simplicem querelam.quam gl.ad hoc summè no.Bal.in l.j.in vlti.col.C.vt in pos.lega & Lud.Ro.in sing.suo dcclxxviij. incip.Dicit statutum &c.

CCCLXV.

1 *Exceptionem altiorem indaginem requirentem non admitti,sed in causa principaliori & in vltimo iudicio reseruari debere:nisi tamen excipiens probare incontinenti sit paratus.*

2 *Et de effectu huius reseruationis.*

1 EXceptio † requirens altiorem indaginem non admittitur,sed debet reseruari in causa principaliori & in vltimo iudicio,vt habetur in l.iij §.ibidē.cum glo.in verbo,obscurior.ff.ad exhiben.& in l.fin.C.de compensa.& vtrobique per doct.hoc tamen fallit nisi excipiens sit paratus incontinenti probare:secūdum Bar.in l si is à quo. in prin.ff.vt in pos.leg.de qua oblatione offerentis se statim seu incontinenti probare,dic,vt dixi late in c.ij.vltra mediū extrà de crimi.fal.& in repeti.mea rub.C.de probatio.in vlti.col.de quo etiam per Abb.in consi.xxxj.incip.In causa & quæstione &c.in fi.& per Bald.in l.j.in ij.
2 col.C.vt in pos.lega.† Et circa hāc materiam reseruationis exceptionum teneas menti,quòd talis reseruatio exceptionum quā facit iudex per hunc modū,videlicet interloquor esse ad vlteriora procedēdū saluis exceptioni-

bus, quòd ista verba sunt tantæ importantiæ, quòd si appareat postea dictas exceptiones esse veras & iuridicas, & quòd verè obstarent, tūc processus redditur retro nollus, & quicquid postea factum est habetur pro nō facto. Ita dixit gl. in capi. cùm cōtingat. & ibi docto. de officio delega. & Bal. in l. ille à quo. §. si de testamento. versi. si. ff. ad Trebellia quos refert & sequitur Ias. in §. præterea. in aij col. Insti de actiōibus. ad quæ vide quæ dixi suprà in singulari cxcviij incip. Testis qui non debet &c. Nam ibi dicta multùm fraternisant cum dictis hic.

CCCLXVI.

1 *Receptans mercatorem foro cedentem, seu vt vulgus ait, fallitum, eum exhibere cogi non potest.*

ALiquari ibi dixi suprà in singul. aliij. incip. Debitor &c. de impediente creditorem, vt non possit con-
1 sequi creditum suum. Nunc † autem dico tibi circa hanc
materiam vnum aliud non minus vtile: videlicet quòd
licet ego receptauerim in domo mea mercatorem fal-
litum, vel qui fregit, vt vulgariter dicitur, non tamen
propter hoc possum conueniri vt eum debitorem tuum
tibi exhibeam: aliàs tenear ad interesse. Ita singula. dixit
Ioann. de Platea, in §. præterea. Institu. de action. Et hoc
per tex in l. si ff de libe. homi. exhibendo. quod dictum re
fert & sequitur Ias. in d. § præterea. in x. col. ante fin. vbi
dixit, quòd hoc dictū est diligentissimè no. quia est quo-
tidianum, & dixit quòd hoc dictum fortè alibi non inue
nitur. Vide quæ dixi suprà in singul. cxxxvij. incip. In iure
&c. Et ex hoc dicto etiam clarè constat, quòd titulus de
receptatoribus non habet locum in ciuilibus, sed solum
in criminalibus.

CCCLXVII.

1 *Iudex secularis quantumlibet emineat, de iuramenti materia nō cognoscit, nisi tamen iudex secularis de absolutionis nullitate ab ipso iuramēto facta à iudice ecclesiastico cognoscere velit: quod potest. Et ibidem limitationes alias remisi.*

2 *Iudex secularis præceptum iudicis ecclesiastici exequi non tenetur, si scit, vel suspicetur de ipsius iniustitia.*

1 NEmo † prudens est qui nesciat quòd iudex secularis
cuiuscunque sit præeminentiæ, non est regulariter
competens, quando tractatur de materia iuramenti, cū
sit quid spirituale, quod laicis non conuenit. Ita habetur
in capitu. per venerabilem. qui filij sint leg. timi. & in ca-
pitul. cùm sit. de foro competen. & in capitul. prædican-
dum. xxij. quæst. j Et habetur per Hostié. in c. tuam. super
glo. fin. de ordin. cognit. & per Abb. in capitu. significan-
te. de pigno. in j. notabili. Istam tamen conclusionem
& dicta iura limitat multum singul. domin. Feli. quin-
que modis in ca. ij. extrà de sponsa. in xij. colum. Et inter
alias limitationes limitat vno modo, videlicet nisi iudex
secularis vellet cognoscere de nullitate absolutionis à iu
ramēto facta à iudice ecclesiastico, quia potest, nec tene
tur statc seu præcisè sequi absolutionem factam per iudi
cem ecclesiasticum. Ita dicit multū solenniter consuluis
se Per. de Anch. in consilio suo ccclxxxiij. incip. retéro or
dine dubiorum. in ij. col. motus per no. per Ioan. Andr.
in c. cū in iure. de offic deleg & in c. j. de offi. ordi. vbi tra
2 ditur † quòd iudex secularis non tenetur exequi præce-
ptum iudicis ecclesiastici, si scit vel suspicetur de eius in-
iustitia: de quo latius ibi per eum. & per do. Felin. in d. c.
ij. in xij. columna. in versicul. quintò limita &c. de spon-
salibus Et idem dixit do. Barthol. Cæpol. in cautela sua
cij. incip. In multis cōtractibus &c. Et Socin. latius loqui-
tur in hac materia in consil. suo lxxxiij. inci. Pro clario-
ri &c. in ij & iij. col. in iiij. vol. Et in materia ista ponit no.
verbum Soci. in consi. cvj incip. Insignis doctor. in ij. col.
in eodem iiij. volu. & in materia ista vide singulare verbū
Lud. Roma. in consi. suo ccxix. inci. In proposita consulta
tione &c. post prin. & vide Soci. in xvij. fallétia sua. in vlt.
verb. in fi. vbi ponit singu. verbum circa hanc materiam.
Tene menti: quia est singulare verbū in practica ad mul-
ta. Hippolytus de Marsiliis, &c.

CCCLXVIII.

1 *Creditore inuito, licet quiuis pro debitore soluere possit liberationis fauore, canonem tamen pro emphyteuta inuito domino directo soluere non potest. quum in hoc simplex solutio non sit. Limitabis tamen nu. 2.*

1 LIcet † tertius possit soluere pro debitore creditore
inuito fauore liberationis. l. solutionem. ff. de sol. &
habetur in l. soluendo. ff. de neg. gest. & in l. qui decem. §. j.
ff de sol. & in l. postliminium. C. de captiuis. cum simi. ta-
men non potest tertius soluere canonē pro emphyteuta
inuito domino directo. Nam illa solutio canonis nō est
simplex solutio, sed est recognitio directi dominii, quam
alius pro alio facere nō potest Ita no. dixit Bal. in l. acce-
2 ptam. in xxv. q. C. de vsu. † Quod dictū tamen limita sing.
nisi volēs soluere prætēderet aliquod interesse: putà, quia
esset creditor emphyteutæ: quo casu si emphyteuta cade-
ret à melioramentis, non haberet postea vnde sibi satisfie
ret: ideo ne emphyteuta cadat, poterit soluere etiā inuito
domino directo. Ita no. dixit Ange. in l. lex vectigali fun-
do. ff. de pigno. quod est multum not. ad quæ vide Ias. in l.
ij. C. de iure emphy. in xviij. & xxij. col.

CCCLXIX.

1 *Fratres duo, aut alioqui in re certa communes indiuisa, vtpote domo. si vnus habitare, alter locare velit, vter præferēdus. Quid item de communem fundum habentibus, si vnus vult fundum coli ac seri, alter neutrum velit, sed partem suam vacare num per alterum coli ac seri queat: & quid tamēn nu 2.*

3 *Aedificium commune ac indiuisum si qui habeant reparatione egens, altérque ipsorum, altero negligente resarciri ac reparari curauerit, nec alter expensas rependere sarcienti satagat, qualiter prouideri ipsi possit?*

MIlle hominum species & rerum discolor vsus. Velle suū cuique est, nec voto viuitur vno. Ita scribitur apud Persiū.
Quæ carmina profectò indubitatam veritatē continent:
vt experientia quotidiana ostendit. Et ex hoc dubitant
1 doct. † Pone ꝙ duo fratres vel duo filij habeāt domū com
munem pro indiuiso, & vnus vult habitare domū, alius
vult eam locare, quis præferatur? Et dicunt ꝙ debet præ-
ferri ille qui vult habitare domum. Ita dixit Bal. in l Sabi
nus. in vltimis verbis, per illum tex. ff communi diuidun.
vbi etiam vide per do. Flor & dicit etiā Sal. in l. iubemus.
2 ij. in prin. C de sac. san. ecc. † ꝙ si duo fratres vel duo socii
habēt fundum cōmunem pro indiuiso. & vnus vult ꝙ co-
latur & seminetur prout fieri debet : alter verò qui est ri-
xosus & bestialis dicit quòd pars sua non seminetur: &
dicit fratri vel socio quòd faciat coli & seminari partem
suam : attamen frater vel socius qui est prudentior facit
totum fundum coli & seminari, non tenebitur alteri re-
spondere de fructibus etiam pro parte dominica. Ita di-
cit Sali. in d. l. iubemus. & dicit quòd hoc sentit gloss. ibi:
quæ duo dicta refert & sequitur Ias. in l. j. in pe. col C. qui
testamen. face. & in repeti. sua l. quominus. in xxxiiij. co-
lum. ff. de flumi. & ad materiam huius vltimi dicti facit
optimè text. in l. si vt proponis. C. de ædific. priua. & in l.
cum duobus. aliàs incipit, si fratres. in § idem respondit
3 socius qui cessantis. ff. pro socio. † In quibus dicitur, quòd
si sunt duo socii qui habent rem communem : puta ali-
quod ædificium quod egeat reparatione, & ad reficien-
dum vel reparandum vnus ipsorum sociorum sit negli-
gens, alter verò reficiat, quòd si socius negligens non sol-
uat partem suam expēsarum cum vsuris ad eum pro sua
rata portione pertinentium intra iiij. menses, perdit do-
minium partis suæ: & illud acquiritur & applicatur socio
reficienti. Et illos text. ad hoc adduxit Ange. de Aret. in §.
sequens. in penul. col. in princ. Institu. de actioni. quos di-
cit esse singularissimos. Et idem dixit Cæpol. in tractat.
vrb. serui. in tit. lix. sub rub. de refectione. in iiij. colū. &c.
Et idem per prædicta tenet Ias. in repetit. l. quominus. in
xxiij. col ff. de flumi. & in d. § sequens. in vlt. col. & in l. cre
ditor. in fi. ff si cer. peta. & circa materiam hîc tactam vi-
de latè Soci. in consilio suo lviij. incipien. In causa &c. per
totum in iiij. vol.

CCCLXX.

1 *Vsucapionem præsidium impium dici, atque iniquissimum, quod & de præscriptione quoque dicitur.*

2 *Obligatio naturalis vbi subest orta ex consensu. vt quia per pactũ nudum promisisti mihi, vel quod cum iactura mea locupletaris, mutarisque vsucapione aut præscriptione duntaxat, ad ecclesiam per viam denuntiationis euangelicæ recurrere possunt.*

3 *Debitum scienter præscribens denuntiari semper potest. siquidem ius ciuile obligationem tollere non potest naturalem.*

4 *Commissarius, cui causa secundum veritatem & æquitatem commissa est, sententiam pro eo, qui solo vsucapionis vel præscriptionis præsidio subnixus est, vt quæ naturali æquitati repugnent.*

1 VSucapio† dicitur præsidium impiũ. tex est in authẽ.
vt ecclesia Rom. circa medium. Item etiam dicitur
præsidium iniquissimum: secundum Ang. in l. qui æquita
te. ff. de doli exce. & in l. j. C. de præscr. xxx. ann. & idem est
dicendum de præsceiptione: quia fratrenisant secundum
Bal. in l. j. in vij. col. C. de ser. fugi. & not. insti. de vsucap. in
prin. & rub. ff. eo. tit. & voluit Soci. in consi. lxxxvj. incip.
In causa cõmunitatis. in v. col. & præscriptio dicitur esse
contra naturalem æquitatem secũdum Bal. in l. aucillæ.
in iij. col C. de furt. & Abb. in c. fi. in vj. col. extrà de præsc.
vbi etiam adducit Bar. in extrauag. ad reprimen. in ver-
2 bo, denuntiationem. vbi dicit, † quòd vbi subest obliga-
tio naturalis orta ex cõsensu: putà, quia promisisti mihi
per pactum nudũ: vel quia locupletaris cum iactura mea,
possum recurrere ad ecclesiam per viam denuntiationis
euangelicæ: quod in præscriptione dicit apertè voluisse
Bald. in c. si quis per triginta. in tit. si de feud. fuerit con-
3 trouers. vbi † dicit, q̃ præscribens debitũ scienter potest
semper denuntiari: quia ius ciuile nõ potuit tollere obli
gationẽ: vt in §. sed naturalis. Insti. de iure nat. gẽ. & ciui.
Et præscriptio est restringẽda, quia est odiosa: secundũ
Inn. in c. ex transmissa. de præscri. quem refert & sequitur
Bal. in Margarita sua, l verbo, præscriptio. in iij. ver. Et idẽ
dixit Innoceo. in c. tua, ad fin. de decimis. & Bald. in l. nõ
dubium. in versic. adde quòd consuetudo &c. C. de legib.
Bar. in l. fi. post prin. ff. de eo per quem factũ erit. & voluit
Pau. de Cast. in consi. suo ccxcv. incip. Visis & ponderatis
4 omnibus &c. in ij. col. † Et teneas menti ex istis, quòd si a-
cui est commissa causa secundum veritatem & æquitatẽ,
q̃ non debebit talis commissarius ferre sententiam pro
vtente præsidio vsucapionis vel præscriptionis: quia natu
rali æquitati repugnat. Ita multùm singu. dixit Ange. in
l. j. ff. de nego. gest. & in l. sequitur. in §. si viam. ff. de vsuca.
quẽ refert & sequitur Ias. in repet. l. si is qui pro emptore.
in xxv. col. ff. de vsucap.

CCCLXXI.

1 *Testis de auditu auditus deponens licet non probat, qualemqualem tamen præsumptionem seu coniecturam facit. Et cui vsui sit huiusmodi præsumptio.*

1 TEstis† de auditu auditus licet non probet: tamen facit qualemqualem præsumptionem seu coniecturam secundum Archi. in c. hoc videtur. xxij. q. v. quem refert & sequitur Pau. de Cast. in cõsi suo xvij incip. In causa quæ vertitur Parmæ in x. col. & Alex. in cõsi. suo xxviij. incip. In causa accusationis de crimine falsi &c. in j. volu. & do. Francis. Curt. in consi. suo lxx. incipi. Circa primũ. in iij. col. in princ. Et scias quòd prodest habere pro se istã qualemqualem præsumptionem: quia si probationes ab vtraque parte essent pares, ille obtineret qui haberet istã qualemqualem præsumptionem pro se. gloss. est not. ibi communiter approbata in l. si duo patroni. in prin. in gl. parua in versic. authoritatis. ff. de iureiuran. Quæ omnia refert latius Ias. in repetit. l. admonendi. in xxv. colum. in prin. ff. de iureiur. & de hac quali quali præsumptione vide gl. no. & ibi Bal. in l. mater. C. de calumnia. & do. Catal. in tract. syndic. in versi. ccccc xxxvij. incip. Adde quòd licet aliquis. & vide do Philip. Decium in cõsi. suo lxxxij. incipiẽ. Viso processu &c. in ij. col. Tene menti prædicta, quia possent tibi prodesse tam in causis ciuilibus quàm criminalibus. Et ex istis poteris limitare quæ dixi suprà in singu. cclxxvj. incip. Parum & nihil &c. Et ibi etiã posui singulare dictum in materia qualisqualis præiudicii.

CCCLXXII.

1 *Iudex si quando aduersus occidentem bannitum inquirat, qui ex statuti forma impunè occidi poterat, tunc quilibet de populo coram inquirente iudice comparere ac de banno docere banniti occisi, ac petere vt iudex contra occidentem procedat.*

2 *Et quid si occisus bannitus duntaxat ex contumacia fuisset.*

1 CApias† vnum paucis, vt credo, notũ: videlicet quòd
quando iudex inquirit contra occidentem banni-
tum, qui ex forma statuti poterat impunè occidi, tũc qui
libet de populo potest comparere coram iudice inquirẽ
te, & ostendere bannum illius occisi: & statutum permit-
tens illum posse impunè occidi, & petere vt ipse iudex vl-
terius non procedat contra occidentem secundum Bar.
in l. vbi pactum. C. de transactio. quem sequuntur doct.
& fuit originalis doctrina Richar. Malumb. in l. filiusfa-
mil. §. veterani. ff. de procur. per gl. ibi. Quam doctrinam
referunt & sequuntur doct. in pluribus, & pluribus locis
quos latissimè adduxi in l. si quis ne quæstio. in xxv. colũ.
ff. de quæstionibus & in repetitione mea rubr. C. de pro-
batio. in xliij. col. & in l. infans. in v. col. ff. de sicariis. & in
practica mea causarum criminalium, in xvij. chart. & ibi
in xxix. & in 100. charta. de quo etiã habetur per do. Nel-
lum in tractatu bannitorum, in prima parte primi tem-
poris, in ij. quæst & in secunda parte secondi temporis, in
xiiij. quæst. & per Gandin. in tractatu maleficiorum, sub
rub. vtrum procurator in maleficiis interue. in v. col. ver-
sicu. Vltimo circa materiam &c. cum versic ibi sequenti.
& per domi. Maria. Soci. in repetitio. c. veniens. in lxiij. &
2 lxiiij. colum. cum sequen. de accusa. † Scias tamen & per-
petuò tene menti, q̃ prædicta non haberent locum quan
do talis bannitus interfectus, fuisset bannitus per contu
maciam, & non ex veris probationibus delicti. nam sta-
tutum permittens bannitum posse impunè occidi, non
comprehendit bannitum per contumaciam, nec de illo
intelligitur, sed solum de bannitis ex veris probationi-
bus delicti. Ita singu. dixit Alexan in l. omne delictum. in
prin. ff de re mili vbi sing. dixit, quòd stante statuto quòd
bannitus possit impunè occidi, quòd vigore talis statuti
non poterit impunè occidi bannitus per contumaciam.
allegat hoc voluisse Bal. & Ioan. de Imo. in l. si mora ff. so
lu. mat. & dicas tu quòd idem dixit Bald. super statutis. in
verbo, pax. in iij. versi. & in l. transigere. in iiij. col. ver. no-
nò oppono C de transact. pro qua doctrina faciunt opti
mè quæ dixi in singulari meo iiij. incip. quamuis &c. & in
l. infans in v. col. ff. de sicar. vbi omnino videas. & sciunt
dicta per Alexã. in l. cùm filiusfami. in ij. col. ff. de verbo.
oblig. & per do. Philip. Cor. in consi. suo cxliij. incip Li-
cet. in ij. col. ver. & propterea. in ij. vol & per Bald. in l. fi. in
fi. ver. quæro hîc si tabellio. C. de fide instr & vide quæ ad-
didi in d. l. infans. in v. col. & vide quæ dixi in repetit. mea
causarum crimi in §. sequitur. nu. 10. & vide omnino do.
Fel. in c. cũ Bertold. in ix. col. de re iudi. & sic ex dicta do-
ctrina Bal. in d. l. si mora. & do Alex. in d. l. omne delictũ.
& aliorum quos suprà adduxi potest limitari & restringi
doctrina Bart. in d. l. vbi pactum. C. de transact. & sequa-
cium. quos adduxi in dictis locis. Tene mẽti, quia est ver-
bum non obliuiscendum.

CCCLXXIII.

1 *Scribens literas cuidam, quibus fatetur ille se debere centum mille, aut quiduis aliud si moriatur antequàm literæ præsententur, nullius sunt momenti huiusmodi literæ, nec hæredibus præiudicabunt.*

VT nosti à doctoribus in diuersis locis examinantur
plures quæstiones circa materiam literarum, quæ
quotidie scribũtur à mercatoribus inuicem, vel ab aliis:
1 & hoc maximè in l. admonendi. ff de iureiu † Ego autem
volo solummodo dare tibi singulare verbum circa ean-
dem materiam literarum: & ideo tene menti, quòd si
scribo tibi literam in qua confiteor me esse debitorem
tuum in mille, vel in alia summa, sed antequam illa lite-
ra tibi præsentetur ego moriar, hoc casu talis litera non
nocebit, nec præiudicabit hæredibus meis. Ita sing. dixit

Innoc.in c.cum dilectus.extrà de succes.ab intesta.quod dictum reputat sing dõ. Ant.in c.fi.in v.col.extrà de confess & Baib.in d.c.cùm dilectus.& in c.post cessionem.de proba.in rubri.extrà de testa.in lectu.in ij.colum.non in repeti & Corse.in suis norabi.sub verbo,confessio.in no. incip.Si scribo &c.De quo latiùs diai in repeti.mea rub. C.de probar.in ij.columna ante fin.in versi & postquàm &c.& in l.fi.in vj.col.post medium.versi.Et tene menti.ff. de quæstio.Et ratio potest esse,quia Titius,si est mortuns, non dicitur amplius Titius secũdum Bal.in l.j.in xiij.colum.versi.Sed quid dices.C.de confes.quod etiã ipse sentit in l.conuenticulam.in vlti.col.C.de epis.& cler.Et illud dictum Inno.etiam refert & sequitur Ange.in l.j ff.de confes.& do.Anto.in c.per inquisitionem.de elect.& Ias. in repeti.l.admonendi.in lxij.col.de iureiu.vbi no.loquitur circa hanc materiam.

CCCLXXIIII.

1 *Banniti intercepti bannum suum qualiter recognoscere debeant. & in hoc qua illis cautio adhibenda.*

1 BEne† & diligenter aduertant banniti capti dum recognoscunt bannum suum,vt illud simpliciter recognoscant.Sed caueant vt non fateantur contenta in dicto banno esse vera,quia si illa confiterentur possent puniri:& bannũ contra eos posset exequi,etiam si tale bannum esset nullum.Et hoc quia talis confessio spontanea facta cum recognitione banni validat sentẽtiam banni: cùm cautum sit in iure quòd confessio spontanea validat processum inualidum:cùm talis confessio non requirat telam seu ordinem iudicii:vt dixit Inno.in ca.qualiter & quando ij.de accus.& in ca.per inquisitionem.de elect.& Bal.in l.properandum.in fi.prin.C.de iudi.Et volunt alii quamplures dnĩ in diuersis locis quos simul reduxi in l. j.in § diuus Antoninus.in iij.& iiij.col.ff.de quæstion.ita sing.dixit Ange in l.j.ff.de confes.ad quod allegat Innoc. in d.c.qualiter & quando.Tene menti,quia sæpe banniti & maximè rustici in recognitione banniti ignoranter vel inaduertenter confitentur contenta in banno esse vera.Etiam sæpe iudices sub inuolucro verborum faciunt eos taliter confiteri:nam tunc possent puniri,& bannum exequi,etiã data nullitate banni.& ideo caueant ipsi bãniti.Attamẽ si contingeret casus,venias ad me.quia prædictis non obstãtibus proculdubio defensabo eos de iure à pœna mortis ex pluribus iuribus & rationibus, quæ breuitatis causa præsentialiter non adduco.

CCCLXXV.

1 *Stultos conditionis esse melioris,quàm prudentes non debere: vnde sicut prudentem pro sui defensione occidere licet,sic & stultum occidere licebit.*

2 *Stultus,furiosus,vel dormiens si quem insultet,num impunè occidi queat?*

1 STulti† non debent esse melioris cõditionis, quàm sint prudentes ita dixit tex.in l.Seruius ff.quod vi aut clã. & in c.eum qui.de præben.in vj.& in l.regula.in vj.parte. ff.de iur.& fact.igno.Et ideo scias, quòd sicut licitum est occidere hominem prudentem pro defensione sua:vt satis plenè tradidi in l.vnius facinoris.in §.cognitiurum in x.& xj.col.ff.de quæstionib.& in l.j.in prin.in v.& vj.col. ff.de sicar.ita licitum est occidere stultum contra aliquẽ irruentem cũ armis,nec iuuatur ex eo quia stultus:quia arma stultorum ita incidũt & offendunt hominem sicut armá sapientum.Ita multum no.dixit Bal.in l.j.in xj.col.
2 in ver.Quid de furioso.C.vnde vi.vbi † dicit quòd si aliquis furiosus vel dormiens insultat aliquem, vt multi faciunt in somnis,an talis poterit impunè occidi?Et dicit primò videri dicendum quòd non:quia talis insultus vitio caret.allegat.ff.de offi.præsi.l.diuus.& ij.q.ia.c. indicas Hermanum.ergo iniustum esset eum interficere.Contrarium tamen dicit,non quia contingat hoc vitio offensionis,sed natura defensiõis:sicut si quis pateretur insultum ab animali tuo:nam impunè illud animal occideretur,licet aliter occidẽs teneretur Aquiliamam cùm se defendens propriam salutem principaliter intendit, impunè facit:quia principalis debet considerari, & non secundariò:vt ff.ad Syllania.l.qui posthumum.& de fur.l. verum.Ita formaliter dicit Bald.in dicta l.j.in xj.colum. in dicto versicul.Quid de furioso,&c.C.vnde vi.quod est menti tenendum, cùm sæpe isti stulti sint periculosi: & quandoque bestialiter percutiant prudentes, vt in facto sæpius visum fuit.

CCCLXXVI.

1 *Maior pars quod facit,omnes facere videntur.Et ideò si statuto caueatur,vt nullus inquiri,vel torqueri posset,nisi cum deliberatione potestatis & antianorum,an si potestas vnum antianum sibi adstipulantem habeat,reliquis dissentientibus,posset quod sibi & soli antiano videbitur statuere,quasi in his maior pars consistat.*

1 QVod† maior pars facit,valet:quia omnes facere videntur.l.quod maior.ff.ad municip.l.duo ea tribus ff.de re iud.l.diem proferre.§.si plures.ff.de arbit.l.fi. §.j.C.qui bonis cede.pos.c.cùm inter.c.dudum.c.in Genesi.ca.cùm in veteri.c.congregato.de elect. cum multis simil.Et ideo teneas menti, quòd si statutum dicit, quòd nullus inquiri nec torqueri possit,nisi cum deliberatione Potestatis & antianorum,& Potestas cum vno de antianis dicit aliquem esse torquẽdum vel contra eum inquirendum,omnes autem antiani dicunt contrarium,ꝙ hoc casu præfertur dictum Potestatis cum vno de antianis:quia licet Potestas solùm habeat dimidiam vocẽ & antiani aliam dimidiam,tamen postquam Potestas habet secum vnum de antianis,apparet quòd ea accedit dimidiam partem,& sic quod ipse Potestas facit cum illo antiano,dicitur factum à maiori parte, & per consequens valet.Ita nor.dixit Alber.de Rosa.in ij.parte statu. in q. clxxxviij.incip.Paduæ est statutum.vbi refert Richar.dicere se hoc obtinuisse de facto:& ipse Alb.ibi allegat plura iura ad hoc.Et idem dixit Soci.in consi. suo xl.inci. Ex actis gestis &c in princi.ij.col.vbi etiã allegat plura iura: & allegat Cy.& Iac.Butrig.in auth.causa quæ fit cũ monacho.C.de epis.& cler.& tex.& ibi Bal.in l.si quis Titio. ff.de vsufru.leg. & quæ habentur per Bar.in l.j.§.si plures. ff.de exercitoria.& alleg alia plura de quibus ibi per eũ. Tene menti,quia non posset esse magis quotidianũ:nam domini terrarum vt videantur facere aliquam æstimationem suorum ciuium,faciunt aliqua statuta in quibus in aliquibus causis dant iurisdictionem suo Potestati vel Capitaneo,& antianis illius ciuitatis vel alicui alteri officio. certè si tali casu aliquis officialis vel antianus se concordat cum Potestate vel Capitaneo,illud quod erit dispositum per eos valebit,& tenebit tanquam factum à maiori parte:& cæteri antiani vel officiales nihil poterũt propter separationem ab eis factam per illum antianũ: cui antiano immemor illius dicti,quòd omne regnum in se diuisum desolabitur&c. deberetur præmium : de quo loquitur Bal.in l.ita vulneratus.ff.ad legem Aquil.& do. Feli.eum referens in c.de cætero.de homici.quos ego retuli in rubri.extrà de homicid.& in l.j.in princ.in xj.col. in versi.xv.limita &c.ff.de sica.Et vide omnino ad supradicta Ias.in l.si pater.in j.col.ff.de vulg & pupil. vbi notanter loquitur:& in l.fi.in iij.& iiij.col.C.de impub & aliis substi.vbi etiam no.loquitur.& vide Soci.in cõsi.suo cviij.incip.casus &c.in j.col.in iij.vol.& vide do.Rochum de Cur.in tract.de iure patr.in verbo,ipse vel is à quo causam &c.in iiij.col.in versi.tertiò quæro &c.& vide Ias.in l.iurisgẽtium.§.hodie.in nu 9.& in pluribus numeris ibi sequentibus.ff.de pact.

CCCLXXVII.

1 *Contumacem in iudicio nisi prius refectis expensis audiri non debere. Et quod refectis expensis, an omnimodo audiatur Et limita vt hic.& nu.2.& 3.*

1 COntumax† in iudicio non auditur nisi primò refectis expensis.l.sancimus.C.de iud.c.finem litibus.& cap. cùm dilecti.de do.& contu.c.pia.de excep.in vj c j.de do. & contu.eo.lib cum simi.& licet refectis expensis audiatur,tamen etiã tunc non auditur opponendo exceptiones peremptorias.ita no.dixit Inn.in c.prætera.de dilatio.& Aug.in l.peremptorias.C.sen.rescin.non pos.quod

dictum

dictum pro valde not. refert & sequitur Ang. de Are. in §.
2 appellantur. in iij. col. Insti de except. † Ista tamen doctri.
posset fortè limitari & restringi vt non haberet locum in
minore, rustico, vel muliere: & hoc per doctrinam no. do.
Philip. de Pernsio in c. Nicolao. in penul. col. extra de ap-
pel. vbi dicit, quòd licet citatus personaliter sit verus con
tumax, & excludatur ab appellando, vt in l. ex consensu.
in § fin. ff. de appel. & in l. j. C. quando appellan. sit. tamen
3 † dicit, quòd hoc fallit in minore, muliere & rustico: quia
tales personæ citatæ personaliter ad sententiam audien-
dam, si non comparent, nec mittunt procuratorẽ, tamen
poterunt appellare, cùm non censeantur esse in dolo: ad
quod allegat Bal & Ang. in l. vbi exigitur. ff. de edẽ. quod
dicit esse singulariter no. quod dictũ etiam pro valde no.
refert & sequitur Phili. Dec. in consi. suo xxxiiij. in iij. col.
& circa supradictam materiam expẽsarum vide aliquid
per do. Ias. in l. is apud quem. in iiij. col. in versi. rene cum
Bar. &c. C. de edend.

CCCLXXVIII.

1 *Geminationẽ actus magna efficacia, idque adeo, vt si statuto cautum sit, vel ex leg. firma, quòd pro aliquo delicto pecuniaria pœna sit imponenda, si tamen accusatus conuincatur idem delictum iterasse, tunc capitali pœna, ac supplicij vltimi puniri possit. Et sub hac cautela assessorum nu 2.*

3 *Delinquendi cõsuetudine pœnam augeri, vnde qui hodie furatus est rem vnam vilem, cras aliam, & sic deinceps, ratione iterationis & consuetudinis furca suspendi poterit.*

4 *Peccatum veniale geminatum mortale sit. Et bis carceratus pro eodem delicto amplius relaxari non debet.*

5 *Frequenter fieri dicitur, quod bis fit. Et ibidẽ multa id genus cum limitatione subsequente.*

1 GEminatio † actus est maximæ importantiæ & effe-
ctus, vt dixi tibi latissimè vltra omnes in l. j. in §. quę
stioni. in ij. & iij col. ff. de quæstio. sed vltra omnia quæ ibi
dixi, teneas menti singulare & mirabile verbũ in hac ma
teria geminationis: videlicet quòd licet ex forma legis
vel statuti pro aliquo crimine esset imponenda pœna pe
cuniaria, tamen si accusatus de tali delicto conuincitur,
quòd illud etiam aliàs commisit & frequentauit, tunc ta-
lis reus debet puniri capitaliter pœna vltimi supplicii. ita
dixit Bar. Bal. Auge. Odof. & Io. de Platea in l. j. per illum
tex. C. de superexactionib. lib. x. & Bar. & Bald. in l. licita-
tio. §. quod illicitè. circa prin. ff. de publica. & do. Alex. in
suis apostil. in d. l. j. C. de superexactio. pro quo docto. ibi
aliqua adducũt: & maximè Ang. & Io. de Platea: nam di-
2 cit ibi Ange. quòd † quando assessores volunt facere ali-
quem reum mori, ponunt in inquisitione, quam formant
contra eũ, quod illud seu illa crimina, de quibus inquiritur,
pluribus vicibus commisit, & postea eum cõuincunt de
tali perseuerantia: quo facto dicit, quòd securè poterunt
eum ad mortem condemnare: non obstante quod illa cri
mina de sui natura non sint capitalia: quod dicit esse be-
ne menti tenendum: pro quo dicit esse text. in l. omnes. C.
de delatorib. lib. x. vbi quis propter consuetudinem pec-
candi punitur pœna mortis: & dicit Io de Plat. in d. l. j de
3 superexactio. quòd † propter consuetudinem delinquendi
augetur pœna: ad quod allegat etiam l. facultas. C. de iu-
re fisci. & l. iij. in fi. C de epis. and. & d. l. omnes. C. de dela-
to. & dicit do Alex in d. l. j. de superexactio. in suis apo-
stil. quòd ex hoc etiam dicimus, quòd ille qui hodie fura-
tus est vnam rem vilem & cras aliam: & sic successiuè, quod
ratione reiterationis & consuetudinis poterit furca su-
spendi. ad quod etiam alleg. Bal. in l. apud antiquos. in fi.
C. de fur. & doct in auth. sed nouo iure. C. de ser. fugi. ad-
ducit etiam ipse do Alexã. ad hoc quod dicitur, videlicet
quòd consuetus litigare repellitur à testimonio. alleg. ca.
quia suspectos. iij. q. iiij. & c. nullus. ibi frequenter litigan-
tes &c. eadem causa & quæstione. allegat etiam alia plu-
ra ad hoc, de quibus ibi per eũ: & ad prædicta de illo qui
est consuetus furari, quòd puniatur pœna mortis, vide
Ang. de Aret. in tract. malefi. in verbo, & vestem cælestem
abstulit. in ij. char. in ver quæro si alias &c. & ibi in addi
tio. & vide Bar. in l. si cui. § fi. in fi. ff. de accus. quem refert
& sequitur Io. de Platea in d. l. omnes. C. de delato. lib. x.
& ad dictum doct. in d. l. j. C. de superexact. facit optimè
4 tex. & gl. in §. nomine autem criminis. xxv. dist. † vbi di-
citur, quòd peccatum veniale geminatum efficitur mor-
tale: & faciunt dicta per Bar. & Bal. in l. iij. C. de episc. an-
dien. vbi dicũt quòd bis carceratus pro eodem delicto,
amplius non debet relaxari: etiam si ex aliqua constitu-
tione carceratus debet relaxari. & subdit ibi Bal. quod non
valet indultum principis super condemnatione secunda,
nisi fiat mentio de prima, quia videtur obreptitium, eo
quia princeps non esset facturus. quod dicit esse menti te
nendum: & facit etiam, nam licet hęreticus paratus cor-
rigi non tradatur curiæ seculari. c. penulti. § si quis. extra
de hæret. tamen si geminata vice cecidit, non auditur de
correctione c. super eo. & c. accusatus de hæreti. in vj. Et
facit in materia geminationis in d. l. j. §. quæstioni. ff. de
quæstionib. & faciunt dicta per do. Rochum Curt. in re-
pet. c. fi. in ij. col. de consue. & facit etiam, nam contra fre
quentátem viam sumitur indicium maleficii commissi
in illa via secundum doct. quos refert & sequitur do Par.
de Puteo in tract. syndic. in xcvj. char. in ij col. versi. si ali-
quis est inuentus &c. & facit gloss. in l. consentaneum. C.
quomodo & quando iudex. quæ dicit, quòd humanũ est
peccare: sed diabolicũ perseuerare &c & vide circa præ-
dictam materiam Alex. in l. j. in apostil. C. de pascuis pu-
bli. lib. xj. vbi dicit, quòd perseuerantia vel cõsuetudo re-
fertur ad duas vices & vide do. Lauren. Calca. in consilio
suo j. in xix. col. & vide Ang in auth. de trien. & semis. in §.
& quod sæpe vbi dicit quòd dictio pluries. verificatur in
duobus. & idem dixit Bal. in l. fideicommissa. § si quis de-
cem. ff. de leg. iij. & vide Ang. de Aret in tracta. malefi. in
ver. pluribus & pluribus. & ibi in addit. & vide tex. in au-
5 then. de defenso. ciuita § fi. vbi dicit glos quòd † illud fieri
dicitur frequẽter, quod bis fit. Prædicta tamen omnia li-
mita & restringe nisi geminatio esset circa minima: quia
tunc supradicta non haberent locum, nec homo posset
morti tradi propter talia minima: quia talia minima nõ
sunt in consideratione: vt in l. scio ff de in integr. restitu.
l. omnis. ff. de impen. & in c. licet causam. in verbo, nulla
aut modica. de proba. & instit. ad leg. Falcid in princi. in
verbo, pro nullo aut modico. de qua materia dixi latius
in l. furem. in fi. ij. col ff. de sica & in sing meo cclxxvj. in-
cip. parum. Et ad hoc bene aduertas ne erres. & loco iusti
tiæ faceres iniustitiam & iniquitatem: vt in hac nostra ci
uitate fecit superioribus diebus quidam iudex bestialis:
quòd si comedisset fœnũ fuisset vna bestia & vnus asinus:
voluit ostendere se esse doctum & fecit suspendere quen-
dam minorem, quia pro nihilo, & toleratum fuit à supe-
rioribus quod grauius est: sed verè dignior fuisset ipse la-
queo, cũ sine aliqua doctrina auderet similia facere: sed
talia eueniunt quãdo iudices non stant ad syndicatum,
vt ipse non stabat: quia tunc quod placet licet, & cæca eo
rum voluntas subrogatur loco legis: sed ista transeant cũ
aliis enormitatibus hodiernis. Teneas menti prædicta:
nam pauci sunt dies quibus illa vidi in facto &c.

CCCLXXIX.

1 *Testes idonei aduersus clericos non sunt mẽbris mutilati, nec corpore vitiati, in causa criminali.*

CLericorũ priuilegia in iure sparsa sunt plura & plu-
ra, quæ enumerare & insimul adducere laboriosum
esset. vnum posui ego supra in sing cc ix. incip. statuta lai-
corum. aliud posui in sing. lv. quod incip. aduertas ad v-
num &c. aliud in sing. cvij. inci. priuilegium. aliud in sin-
gu. cciij. incip. percutiens clericum. & plura alia posui in
repetitio. mea rub. ff. de fideiuss. sed vltra omnia alia quæ
1 dixi, accipe nouiter vnum aliud non minus dignum: † vi-
delicet, quòd mutilati membris, vel corpore vitiati non
possunt testificari contra clericos in causa criminali. ita
nut. dixit Abb. antiquus in capitul. primo. de exceptio.
quem refert & sequitur Bald. in Margarita sua, in verbo,
mutilati. & idem etiam dixit gloss. in capitul. primo. iiij.
quæstio. iij. in fin. vltimæ gloss quæ dicit idem esse in bi-
gamo, quod est not. & perpetuò menti tenendum. ad quæ
etiam vide gloss. in capit. ipsi apostoli. ij. quæstio. vij. Tene
menti, quia in contingentia facti faceret tibi magnum

honorem & vtilitatem.

CCCLXXX.

1 *Furiosus actum validum facere nequit, sicuti nec contra eũdem, ideo per sententiam condemnari non potest. Et ibidem de furiose multa.*

2 *Furiosus, quanquàm testamenti factionem actiuam non habeat, si tamen rite ac rectè testetur, ac prout quilibet prudens faceret & diligens paterfamilias, valet & tenet eius testamentum. nu. 3.*

1 FVriosus † non potest facere actum validum, nec similiter contra eum potest fieri actus validus: ideo nõ potest condemnari per sententiam, secundum Spe. in tit. de sen. in §. iusta. in versic. licẽ est nulla ratione litigatoris &c. & voluit Bal. in authẽ. & omnino in v. col. C. ne vxor pro
2 marito. Item si cõmittat homicidiũ. non punitur[a]: vt dixi satis latè in l. iij. in prin. in vij. col. ff. de sicariis. Item nõ valet eius confessio: secundum Spec. in tit. de confes. §. sequitur. versi. xiij. Item non potest intrare religionem: vt habetur in c. sicut. de reg. & est gl. in c. ex eo. de electio. in vj. Item furiosus non obligatur iuramento secundũ Bar. in l. qui habet. in § si pupillus. ff. de tutel. & Bald in l. ij. in x. q. C. de rescind. vendi. Item æquiparatur prodigo. l. j. & ibi Nic. de Neapol. ff. de cura. furio. Bar. in l. is cui. ff. de testa. Itẽ æquiparatur ignorãti l. filiusfamilias. j. & ibi Bar. in fi. ff. de testamen. Itẽ æquiparatur absenti. l. sed si vnius. §. filiofamil. ff. de iniuriis. l. ij. §. fi. ff. sol. matri. l. ij. §. furiosus. & ibi Bar. ff. de iure codic. Item æquiparatur mortuo secundum Bal. in l humanitatis. in iiij col. C. de impu. & aliis substi. de quibus omnibus dixi in dicta l. j. in prin. in
2 vij. col. ff. de sicariis. † quibus tũc addo quòd furiosus non habet testamenti factionem actiuam: vt in l. is cui & in l. qui testamento. in §. nec furiosus. ff. de testa. & habetur per scribentes in l. furiosum. C. qui testamen. facere possunt. imò nec ad pias causas potest testari secũdum Bart. in l. j. in repetitio. in j quæstio. C. de sacrosan. eccle quem refert & sequitur do. Philipp. Decius in l. in negotiis. ff. de
3 reg. iur. † Teneas tamẽ menti, quòd licet ipse furiosus non possit testari. attamen si rite & rectè testetur, prout faceret quilibet prudens & diligens paterfamiliàs. valet & tenet eius testamentum Ita multùm not. dixit Ioã. Andr. in c. cùm dilectus. extrà de success. ab intest. vbi refert quòd aliàs per Senatores Romanos fuit approbatum testamẽtum cuiusdam furiosi, quia bene disposuerat: & refert Valerium hoc recitare: quod dictum refert & sequitur Bald. in c. j. in ij. colum. in tit. per quos fiat inuestitu in vsi feu. & Alex. in consi. cxlj inci. maturè, &c. in ij. col. in j. vol. & in consi. suo lxxv. incip. viso themate, &c. in ij. col in ij. volu. & Soci. in consi. suo xcviij. incipiẽ. aliàs consului. in v. col. in iij. vol. & Barb. in rub. extrà de accus. in ij. col. & in consilio suo xliij. incipien. illud. in xvj col. in iij vol. & in ca. ex literis. in penul chart. de consuetu. & in c. sciscitatus. in v. charta extrà de rescri. in quibus locis refert & approbat illud dictũ: licet ipse Barb. ex verbis suis videatur in contrarium in ca. super quæstionum. in §. intentionis. in iiij. col de offi. delega. & contrarium ipse expressè tenet in c. ij. in ix. col de testa. & in l. j. in prin. in vij. col. ff. de verbor. oblig vbi se remittit ad ea quæ dixi in d. c. ij. sed Barto. videtur tenere cum dictu Ioan. And. in tracta. suo de teste. in c. incip. opposita prudentiæ &c. & Ias. in l. furiosum. in ij. col. C. qui testamẽt. facere possunt. & do. Io. Neuizanus in sua sylua nuptiali, in xiiij. char. in iiij. columna. de quo etiam per dominum Philippum Decium in dicta l in negotiis. quæ opinio tanquam communior & rationabilior mihi magis placet: & ista superioribus diebus adduxi contra aliquos volentes annullare quoddam testamẽtum, probando quòd testator non erat in recto nec in sano intellectu dum illud fecit: nam ego dixi, quòd etiam si non fuisset tunc sanæ mentis, tamẽ valebat: cum ipse testator testatus fuerit rite & rectè prout fecisset quilibet prudentissimus & diligentissimus homo: & adduxi doctrinas superius adductas. Ideo teneas menti prædicta.

ADDITIO.

a Non punitur. Amplia etiam de delicto commisso ante furorem: vt no. Bal. & Aluarot. in c. j. an ille qui interfec. fratr. do. sui. in vsib. feudor.

CCCLXXXI.

1 *Reus criminis vbi de pœna corporali agitur. detineri debet, nec fideiussoribus est relaxandus: si tamen ante sententiã relaxandus apparet, relaxari potest.*

1 LIcet † reus criminis, vbi tractatur de pœna corporali, debeat stare detentus, nec sit relaxandus fideiussoribus, vt habetur in l si C. de accusatio & in l. j. C. de exhi. & in l. si quis alicui C. ad leg. Iul. maiesta. & in c. quisquis. ij. q. viij. attamen potest relaxari ante sententiam, quando apparet ipsum reum fore absoluendum. quod apparet publicato processu. Ita dixit Bald. in l. sed si ita. ff. de in ius vocan. & ibi dicit, quòd de hoc est tex. expressus melior de iure in l. nullus. C. de exhib. reis. in ver. donec reperit, &c. idem etiam dixit ipse Bal. in l si quis post accusationem ff. de testamen. & idem voluit Alexan. in consi. clxxix. incip. in causa Anglorum. in pen. col. in princi. & Ias. in l. si pecuniam. in § sed si accepit. ff. de condic. cau. da. cau. non secu. & Ludo. Roma. in sing. cccxcviij. incipi. accusatus. pro quo est tex. in l. qui pœnæ. § j. ff. de manumissio. & faciunt dicta per Io. de Platea in l. monetæ ante fin. C. de delatoribus. lib. x. Tene menti prædicta: quoniam illa pluries practicaui & obtinui: licet iudices se redderent difficiles ad excarcerandum reum ante sententiã tamen finaliter visis supradictis doctrinis annuerunt petitis per me: de quo etiam dixi in repetitio. mea rub. ff. de fideius. in xxxj. q. & faciunt dicta per Bald. in l. si pro ea. in vj. q. C. mandati. quem vide.

CCCLXXXII.

1 *Socius criminis an consocium possit accusare: adeò vt dictũ ipsius indicium contra socium ad quæstionẽ faciat. Et quid si idem in furca moriturus dictum reuocet, mendaciiq; veniam comprecetur?*

1 ALiqui † sunt casus in quibus reus potest interrogari de consociis & tunc dictum socii criminis facit indicium ad torturam contra socium: vt dixi latè in l. j. §. diuus Antoninus. ff. de quæstionib. & supra in singul. ccix. incipien. socius criminis &c. Sed quæro, socius criminis in iudicio coram iudice solenniter sponte vel de tortura seruatis seruandis dixit, quòd Titius fuit eius socius ad committendum tale delictum: ex quo dicto potest torqueri ipse Titius, quando sumus in casu, in quo socius criminis potest interrogari de sociis, vt dixi in dictis locis superius allegatis: hoc stante condẽnatus est reus ad mortem: & dum est super furca antequàm minister iustitiæ eum proiiciat, & occidat, illo instanti dicit coram populo: rogo vos omnes vt rogetis Deum pro me: & dicatis, Pater noster, & Aue Maria, pro anima mea: postea dicit, ego in processu meo huius delicti pro quo morior, inculpaui indebitè, & iniustè Titium, & dixi, quòd ipse fuit socius meus ad committendum hoc delictum: scitote omnes, quòd ego falsum dixi, & mentitus sum: quia dictus Titius nihil vnquam sciuit de tali delicto quod feci: & ideo dictum Titium exculpo, & ab eo peto veniam de mendacio quod dixi contra eum: hoc dicto statim minister iustitiæ eum proiicit de furca & occidit: an per istã exculpationem sit sublatum indicium existens contra ipsum Titium propter primum dictum illius rei factum in iudicio solenniter coram iudice? in quo Bald. in consi. suo lxxix. incipien. regula iuris est &c. in fi. in iij. vol. videtur tenere quòd non sit sublatum dictum indicium proueniens ex prima confessione rei: & allegat rationem, dicens quòd reuocatio confessionis factæ in iudicio, si fiat in carcere nihil operatur: quia talis reuocatio fit extra iudicium, non autẽ in iudicio: & sic pariter videtur dicendum in reuocatione & confessione facta super furca. ego autem hoc dictũ Baldi hic non approbo nec improbo: sed me remitto ad ea quæ circa hanc quæstionem. & circa hoc dictum Baldi dixi latissimè vltra omnes in practica mea causarum criminalium, in lxix. charta, cum sex chartis ibi sequentib. vbi omnino videas. quia hanc quæstionem à nemine tactam nec discussam plenè examinaui.

CCCLXXXIII.

1 *Clericus sine habitu & tonsura incedens clericale priuilegiũ non perdit,licet actibus enormibus se immisceat.*

2 *Priuilegium tamen can. Si quis suadente diab amittit.*

1 CLericus † incedens sine habitu & tonsura an & quando perdat priuilegium suum,habetur latè per scribentes in c.perpendimus.& in capit.in audientia.& in c. cùm nõ ab homine.& in c.cõtingit.ij.extrà de sen.excõ. & satis latè per Ioan. Andr.in consilio suo,inci. Quia sæpissimè &c. insertum inter consilia do. Alex.nu.406.secundum ordinem meum :& per Raph.Fulg.in consi.suo cxxiiij.incip præsuppositis &c.in j.col.& per do.Alexã.in consi.viij.incip.videretur circa primũ in j.vol. & habetur etiam per do. Lauren. Calca.in cõsilio suo lxx.incip.
2 Pro dicto Nicolao &c. Scias † tamẽ ꝙ licet clericus incedat sine habitu & tõsura,& immisceat se enormitatibus, non tamen per ista perdit priuilegiũ fori,licet perdat priuilegiũ c.si quis suadente diabolo.xvij.q.iiij.ita dixit Io. Andr.in d.c.perpendimus.quem refert & sequitur Soc.in consil.suo xij.incip.quoniam in præsentiarum.in vij.col. & idem dixit Cardi.in d.c.perpendimus.quem refert & sequitur Alexan.in d.consil.suo viij.in iiij. col. in versic. fortificantur &c.pro quibus faciunt dicta per Specul. in tit.de sent.excom.in §.j.in versic.sed quæritur vtrũ &c. quem videas.

CCCLXXXIIII.

1 *Malitijs hominum obuiandum esse,etiam indirecta via.*

2 *Statuto cauente,quòd omnes causæ intra tres menses decidantur sub pœna:si nihilominus aduersarius prætextu testium procul absentium ad illos producẽdos dilationem petat,vel vltra tres menses,an non obstante dicto statuto audiri debeat? Et quanam ratione iudex dilationem concedere debeat.& nu.3.*

DIxi tibi suprà in singula.clxxvij.incipi. malitiis &c.
1 quòd † malitiis hominum est obuiandum nedum
recta,sed etiam indirecta via.nunc autem dico tibi circa
eandem materiam aliud notabile verbum : videlicet,
2 † pone,statuto cauetur,quòd omnes causæ intra tres mẽses decidantur sub pœna:aduersarius causa testium producendorum , quos dicit habere in longinquis partibus,petit dilationem, quæ vltra tres mensca extenditur hoc casu non obstante dicto statuto debet audiri, & sic post tres menses de causa cognoscetur. Ita dixit Dyn. & Cyn.quos ibi refert Bald.in l.si cùm ipse. ff.de excusa.tut. quod dicit Bal.esse nota.dignũ.& idẽ dixit Paul.de Cast. in l.interdum.in prin ff de interdi.per illum tex. de quo etiam per do.Catal in tract.suo syndicatus.in versi lxvj. incip.adde quòd si statutum &c.Et per Ias in l.properandum.in j.col.C.de iudi. vide tamen notab.verbũ Alex.in l.j.in prin.in vlt.col.ver.Itẽ in quantũ.ff.si quis ius dicẽti nõ obtẽpe.vbi dixit,† ꝙ si iudex suspicatur ꝙ pars petat talẽ dilationem ad probandũ per calũniam,potest ei dare talem dilationem omni comminatione,quòd si non probabit,mulctabit eũ:& ipso postea non probante poterit eum mulctare.allegat hoc voluisse Pet.de Ancha.in c.cõstitutus de fideiuss.per l.si quis dicat.ff.de manumis. & per l.ius alimentorum.§.penul & ibi Bart.ff.de alimen. pupil.præstand.quod in practica dicit esse not.dignum secundum Imo.in d c.constitutus.de fideius.pro quo faciunt dicta per eundem Alex in d.l j in §.si in vlti.colum. versi.ex hoc nota quòd in tex.ff si quis ius dicen.non obtemper. Tene menti,quia istud dictum potest etiam inseruire quando vnus compromittentium,qui promisit sub pœna cum iuramẽto parere laudo:postea vult reclamare à laudo,vt impediat seu differat executionem, dicendo se enormiter læsum:nam poterit audiri etiam si hoc calumniosè petat:sed superior debebit sibi dare iudicem super tali asserta enormi læsione cum dicta comminatione , quòd si non probabit dictam allegatam enormem læsionem,quòd mulctabitur in tantam : & hoc modo multi litigantes calumniosi abstinebunt se ab eorum calumniis.

CCCLXXXV.

1 *Omne nimium vertitur in vitium Ideò si testis defectu aliquo laboret,non tamen ex toto repellitur,si tamen multis,à testimonio prorsus repellitur.*

1 DIcit † quoddam vulgare prouerbium : quòd omne nimium vertitur in vitium.quod probatur in c.denique.iiij.distinctio.& voluit gloss.in capitu. serpens. de pœniten.distinctio.j.& text.in capitul.nisi cum pridem. circa medium de renuntia.& ideo teneas menti,quòd si testis laborat aliquo defectu,ex toto non repellitur: tamen si plura contra eum laborant, in totum repellitur. Ita not dixit Socin.in consilio suo cxviij.incipi.visa &c. in antepenulti.colum.in versicu.postremò &c. in primo volumin.& idem Barba.in consilio suo lxxv.incipien.sapienter &c.in iiij.columna in iiij.volumi. pro quo facit regula illa vulgata, videlicet,quæ non prosunt singula, multa iuuant.de qua habetur in l.cùm scimus.C.de agricolis & censitis.libro xj.& per glos.in l.secunda.in §.ætas. ff.de excusat.tut.& per Ioannem Andræam post Specul. in titu.de instrumen.edi.§.nunc dicendum.in penultima columna & per Baldum in additio.Specul.in titu.de appella.In penul.char.in ij.colum.in versi.incip.nota quòd diuersè &c.

CCCLXXXVI.

1 *Inualida licet in iure vix considerentur,si tamen princeps aut superior de facto illa seruari velit,perinde habentur,ac si de iure valerent.*

2 *Iure,quando quid non valet nec tenet, si tamen hoc opponi non potest,perinde est ac si valeret. Hinc fit vt si in minoribus clericus constitutus matrimonium etiam nulliter contraxerit,vt pote cum consanguinea,nihilo secius beneficijs quæ habet, priuatur,perinde ac si legitimè contraxisset.& nu. 4. vbi etiam bigamia per matrimonium illicitum,sicut per legitimum contrahi dicitur.*

3 *Lex pœnalis in pœnam eius, quod est legitimè actum disponens, disponere quoque censetur in eius pœnam quod nulliter actum est,dum tamen concurrat ratio identitatis.*

1 INualida † licet regulariter non sint in consideratione,
vt dixi suprà in singu.cclxxiiij incipien. licet.attamen
hoc fallit in tribus casibus.Primò enim fallit quando de
iure aliquid non valet:tamen princeps siue superior facit
illud de facto seruari : tunc perinde est quo ad subditos
ac si de iure valeret. Ita dixit Albet.de Rosa. in l.cunctos
populos.in vltima columna.C.de summa trinit.vbi hoc
tradit pro regula.& ibi per hoc determinat no quæstionem quod dictum pro not.refert & sequitur Alexand. in
consilio suo cvij.incipien.Pro inuestigatione &c.in vij.co
lumna.in ij.volumin & eos refert & sequitur Ias.in l.vbi
pactum.in vltima columna.C.de transactio.vbi post domi.Alexand.in dicto consilio dicit,quòd idem tenet Cardin.& Ioan.de Imo.in capitu.peruenit.de fideius.& subdit etiam Ias.quòd ad idem est gloss.in l.qui habebat.§.
primo.ff.de manumis.testamen.quæ colligit vnum quod
2 est mirabile secundum eum:videlicet † quòd quando aliquid non tenet de iure,& tamen non potest hoc opponi,
est perinde ac si valeret.quod dicit Ias.vbi suprà esse signandum:quia hoc seruit ad multa.de quo latius ibi per
eum.Fallit etiã dicta regula in alio casu posito per Ioannem Andræam in capitu.Ioannes.de clericis coniugatis.
vbi dicit.quòd si clericus in minoribus contrahit matrimonium nulliter:putà,quia contraxit cum consanguinea.priuatur tamen beneficiis,perinde ac si legitimè cõtraxisset:ea ratione, quia saltem contraxit quantum in
eo fuit.quod dictum refert & sequitur Ludouic.Roma.
in consilio suo ccccIxxxiij. incipien.saluatoris suffragio
postulato &c.aliàs incipit,dubitatur primò vtrum &c.in
secunda columna,versic.tertiò quia videmus &c.vbi di-
3 xit:quòd † lex etiam pœnalis disponens in pœnam eius
quod est legitimè actum,disponere etiam censetur in pœnam eius,quod est nulliter actum,dum tamen concurrat ratio identitatis.Ad quod etiam allegat Ioann. Andræ.in capitu.primo.eodem titu.de cleric.coniugatis.
4 & gloss.ibidem † dicentes : constitutum in sacris matrimonium contrahentem,& sic nulliter, beneficiis priuari
sicut legitimè contrahentem:ea ratione,scilicet, ne melioris conditionis sit qui cõtraxit illicitè,quàm qui con-

traxit licitè.allegat in argu.ca.nupet.extrà de biga.vbi apertum est bigamiam induci per matrimonium contractum,licet nulliter omni eo casu quo induceretur per matrimonium legitimè contractum.Ita ad literam dicit Lud Roma.in dicto suo cōsilio.Fallit etiam tertiò dicta regula in casu quem posui in dicto singu.ccclxxiij.incip.licet.vbi videas.

CCCLXXXVII.

1 *Tacitè ac expressè idem iudicium esse. Vnde sicut confessione expressa per partem facta, processus nullus validus redditur, sic etiam tacita per contumaciam inducta statuto cauente, quòd pro confesso contumax habeatur.*

1 TAcitè† & expressi idem est iudicium.l. cùm quid.& ibi gloss & doct.ff si certum peta.l.quanquam.ff.de ritu nupt.l si cui.ff.de seruit.Instit.quibus modis re contrahitur obligatio.in princ.& habetur in l.quicquid adstringendæ.ff de verbo.oblig.& ideò tene perpetuò menti singulare verbum,videlicet quòd sicut cōfessio expressa,facta per partem validat processum nullum:vt dixi latè in l.j.in §.diuus Antoninus.in iij.& iiij.col.ff de quæstionibus quia confessio nō requirit telam seu ordinem iudicii:& ibi dixi,& suprà in singulari ccj.incipi.in confessum &c.& in singulari ccclxxiij.incipien.bene & diligenter &c.& in practica mea causarum criminalium,in xxiij.charta,post medium.ita etiam cōfessio tacita,inducta per contumaciam à statuto volente quòd contumax habeatur pro confesso: nam talis confessio etiam validat processum nullum.Ita singulariter dixit Bart. in consi.suo 100.inci.à do.Cy.de Bononia &c.quem refert do.Nellus in tractatu suo bannitorum,in prima parte secundi temporis,inq.xlix.incip.quæritur an talis &c.in fi. quod est not.

CCCLXXXVIII.

1 *Defensionem maximè in causis criminalibus alicui adimi non posse. Quamobrem & index reo defensionis terminum reo etiam non petenti dare debet.*

2 *Defensio,siue ipsius terminus aliquo statuto,aut cōstitutione tolli non potest:sed nec vlla arbitrij concessione adimi videtur.*

3 *Defensioni reorum lex & iura adeò fauent,vt quanquàm Princeps de potestatis plenitudine in causa ciuili ac pecuniaria tollere possit,in criminali tamen id non potest.*

4 *Assessorum iniquorum sanguinisque humani sitibundorum notata in tollendis pendente termino defensionibus improbitas.*

1 DEfensio†nō potest tolli alicui,maximè in causis criminalibus,vt latissimè dixi in l.vnius facinoris.in §. cognitum.in ia.& in x.colum.ff.de quæstionibus.& vt ibi dixi,terminus defensionis debet per iudicē dari reo etiam ipso reo non petente:secundum Bartolū in cōsilio suo 100.incipi.à domi.Cyn. de Bononia. In vlti.col. vbi ad hoc allegat text.in l.j.§.fin.ff.de quæstio.& text.in l. si non defendatur.ff.de pœn.& idem tenet Bar.in l.iiij.in §. hoc autem iudicium.ff.de dam.infec.& Paul.de Cast. in consilio suo xxxiij.incipien.Super primo.in ij.colum.& in consilio ccvij incipien.Super dubio,&c.in iij.colum.& Cæpol.in consilio suo xlj.incipi.Licet inuitus, &c.in iiij. colum.circa princip.& in consilio suo xlvj.incipiē.Titu-

2 lus.in vltima colum.quinimò† ipsa defensio seu terminus ipsius non potest per aliquod statutum nec per aliquam constitutionem tolli,nec per aliquam concessionem arbitrii sublata esse videtur secundum Ang in consilio suo clxxvij.incipien.In facto proponitur,&c. vbi ad hoc alleg l.primā & ibi Bart ff.de testament-mili.de quo

3 dixi in dicto §.cognitum.in x columna. † Et teneas menti,quòd lex & iura adeò fauent defensioni reorum, quòd licet princeps de plenitudine potestatis possit tollere defensionem in causa ciuili & pecuniaria,tamen hoc non potest facere in causa criminali. ita singular. dixit Bald.in l tertia.in §.si is pro quo.ff. quod quisque iuris. quod dictum refert & approbat dom in Felin.in capitul. dilecti.in vj.columna.de except.& in capitu cùm olim. in vltima columna.de re iudic.& Socin. in consilio suo cxx.incipien.Memini me aliàs consuluisse,&c.in ix.columna.in versicu.tertius casus,&c.& idem voluit domin.

Francisc.de Are.in consilio suo lxv.incipien. sicut Ioannes in xiij.columna.in versicu.ad obiecta, &c.& Soci.in consilio clxiij.incipi. Visa bulla.in vij.columna.in versic.tertius casus quando princeps.& in consilio clxvj.incipien.In causa quæ vertitur.in xx. columna. in versicu. tertius casus,&c. vbi dicit,quòd omnes doct. tenēt hanc doctrinam Bald.& idem etiam videtur dicere Barto.in l. filiusfamiliàs.in ij.columna.in versicu. sed an tunc. ff.de dona.& dom.Paris de Puteo in tract.syndicatus.in xxx. chart.in iij.vol.in ca.incipien.an potestas qui misit,&c. De quo etiam dixi in dicto §.cognitum.in xj.colum.& in practica mea causarum criminalium in lv.& in cxl. chart.vbi videas.& in repetitio.mea l.primæ. C.de raptu

4 virg.in xliij.char.Tene menti prædicta† propter aliquos iniquos assessores,qui sitibundi sanguinis humani, pendente termino defensionis faciunt sibi fieri mandatum à superiore,quòd aliquibus non obstantibus procedāt ad condemnationem & executionem contra talem reum: quoniam non possunt etiam tunc procedere contra ipsum reum durante termino defensionis, aliàs ipsi assessores acriter sunt puniendi pro tali sententia & executione irreparabili. quod est singulariter notandum per prædicta.

CCCLXXXIX.

1 *Correlatiuorum proprium est, vt in vno ex ipsis dispositum, in alio quoque dispositum intelligatur. Et ideo statuto cauente, quòd à sententia super instrumenti guarētigiati executione contra debitorem lata,appellari nequeat,tale quoque statutum contra actorem petentem huiusmodi instrumenti executionem extendatur.*

2 *Limitatio regulæ,lex qua non dicit,nec nos dicamus, vt non procedat in correlatiuis.*

1 TV scis† quòd natura correlatiuorum est, vt dispositum in vno ex ipsis correlatiuis censeatur dispositum in alio:vt ego latissimè dixi in l.si quis viduam. in v. colum.ff.de quæst.& in l.circumcidere.in §.seruo.in ij.colum.ff.de sicar.& vltra ea quæ dixi in dictis locis scias, quòd si statutum disponit quòd à sententia lata super executione instrumenti guarētigiati contra debitorem non possit appellari,tale statutum extenditur et versa vice,si pronuntietur contra actorem petētem executionem instrumenti prædicti,& sic in fauorem rei:putà instrumentum non esse exequendum,non poterit similiter ipse actor appellare à tali sententia,vt sic seruetur æqualitas inter litigantes.ita not.dixit Anto.de Butr.in quodam consil. suo.quod consilium refert & sequitur dom. Bal. Nouellus in tract.suo de dotibus.in x.char.in iij. col. versic. sed vidi dubitatum de facto &c.vbi latius loquitur.ad quod faciunt optimè quæ ego dixi suprà in sing.clxviij.incipi. Aequalitas &c.Pro quibus faciunt optimè dicta per las. in l.sciendum.in §.si fundum.circa fin.versic.vlti.notab. &c.ff.qui satisd.cogan.& per do.Philip.Deci.in l.non de-

2 bet actori.ff.de regu.io.vbi omnino vide.†Et ex istis vná cum materia correlatiuorum limitatur regula illa quæ dicit,quòd illud quod non dixit lex,nec nos dicamus,de qua habetur in l.si fœtum quis.in versi.non dixit prætor. ff.de acquiren hæredi.& in c.inter corporalia.in versicu. vnde si circa &c.de transla.prælat.& in l.liberto.in § largius.in versi.quæsitum est ff.de annuis legatis,& in §.optimum.in authen de non eligen.secundò nubeu. quia illa regula non procedit in correlatiuis,in quibus lex non dicit nec mentionem facit de vno correlatiuo,tamē idem dicitur esse statutum in alio:ad quæ vide etiam Barba.in consilio suo,incipien.Circa hanc &c.in v.& vj.columna. quod consilium est insertum inter consilia Alexand.& est in numero 95.& Bald.in authentic.ex testamento.in vltima columu.C.de secund nupt.& vide etiam text.in l. vnica.in §.sin autem ad deficientis.C.de cadu.tollen.quæ omnia tene menti.

CCCXC.

1 *Debitore excusso,eòque soluendo non reperto, bonorum ipsius possessores pro viris excuti. Liberum tamen quandoque est creditori vnum ex his eligere quem excutiat.*

Tu scis,

1 TV † scis, quòd excusso debitore, & eo reperto nõ soluendo, excutiuntur possessores bonorum suorũ pro rata. l. ij. C. de debit. ciuitatum. lib. xi. l. j. §. si pluribus. ff. si quid in fraud. patro. l. si libertus. iiij. ff. de bo. liber. l. cum possessor. ff. de censi. cum simil. scias tamen quòd si sunt plures tertij bonorum possessores in quos sit facta alienatio à debitore in fraudem creditorum, quòd hoc casu creditor potest eligere vnũ ex his possessoribus quem velit: & eum insolidum conuenire, quatenus ad eum peruenit: nec tenetur omnes possessores pro rata simul conuenire ita not. determinat Bar. in l. Moschis. in princ. ff. de iure fisci. per illum tex. iuncta gl. in verbo, omnem. & per text. vbi dicit hoc esse expressum in l. creditores. ff. de distract. pign. vbi idẽ firmat ipsemet Bart. quod dictum refert Ias. in §. item si quis in fraudem. in vlti. col. Instit. de actio. & vltra eum hanc partẽ affirmat Specul. in tit. de obligat. & solutionibus. in §. j. in xxij. col. in versic. Itẽ debitor meus &c. quod est singulariter notandum in cõtingentia facti, quia prima fronte videretur dicendum contrarium per iura hîc in princ. allegata: & vide Paul. de Cast. in l. eandem. in princ. in vltima colum. ff. de duobus reis.

CCCXCI.

1 *Pœnam suos authores, non alios tenere debere. unde fit, vt capellarum ministeriales maleficiis denuntiandis obnoxij, nec scribere scientes, si per notarium id faciendum & scribendum curent, qui in delinquentis nomine, aliòue errat, ob id ministerialis non teneatur.*

1 POena † debet tenere suos authores & non alios: vt habemus regulam tritam & vulgatã in l. sancimus. C. de pœn. & in l. si hæredis seruus. §. fi. ff. de leg. j. & habetur etiam in l. iij in § si emãcipatus. ff. de bo. pos. contra tab. & in l. si quia præsens. & ibi dixi. ff. de fal. & ideo teneas menti, quòd si ex forma statuti ministeriales capellarum debent denuntiare maleficia, & si aliquis ministerialis idiota, qui nescit scribere, vadit ad notarium, & facit quòd ipse notarius scribit denuntiationem, & ille notarius scribens errat in nomine delinquentis, vel in alio, quòd hoc casu iudex, coram quo fuerit producta talis denuntiatio, non poterit punire talem ministerialem cùm ipse non deliquerit in aliquo. ita not dixit Bald. in l. ij. C. de errore aduoc. quod dictum ego retuli in l. qui falsam. in xj. col. post med. ff de fal. in materia ignorantiæ. tene menti, quia aliâs vidi hoc in contingentia facti in hac ciuitate Bononiæ, & nisi ostendissem dictum Bal. ille ministerialis fuisset condemnatus, licet esset innocens.

CCCXCII.

1 *Furto rei sublata apud alium inuentio indicium contra eum ad quæstionem facit. vt & ipse furatus præsumatur, nisi abs quo habuerit, commonstret.*

2 *Et quid si is bona fama ac vita sit?*

3 *Et quid hoc casu aduocato eius, apud quem res furto sublata reperta fuerunt, agendum sit?*

ADuertas ad vnum quod aliâs fecit mihi honorem &
1 vtilitatem non modicam: nam † tu scis, quòd quando res furata reperitur penes vnum, talis inuentiò facit contra eum indicium ad torturam, quòd ipse eam furatus fuerit, nisi ostendat à quo eam habuit, secũdũ Bar. in l. fi. in pe. col. ff. de quæstio. & in l. ij & in l. milites. C. eo. tit. de quæstio. & voluit Ang. in l. ancillæ. C. de fur. & Ange. de Are. in tract. malefi. in verbo, fama publica. in ii. char. in versi quæro an vnum indicium &c. & per do. Paridem de Puteo in tract. syndicatus, in xcvj. char. in ij. columna. versi. si quis est inuentus. circa fi. & Alex. in consi. ccv. incip. Ponderatis. in [illegible]. col. in vj. volu. de quo latius dixi adducendo plura similia in l. qui falsam. in xiiij. & xv. col. ff. de fal. & in practica mea causarum criminalium, in xlix.
2 char. † Teneas tamẽ menti perpetuò, quòd prædicta non habent locum in homine bonæ conditionis, vitæ & famæ: quia si res furatæ repetiantur penes eum, per hoc non poterit torqueri. ita no. dixerunt Bald. & Ioan. de Imo. in l. fi ff. de hæredi. insti. & voluit Sali. in l. fina. in vlti. colum. C. de quæstio. vbi dat exemplũ in Strazarolis Bononiensibus: & eum refert & sequitur do. Ang. de Ari. in suis additio. ad Ange. de Are. in tracta. malefi. in verbo, fama publica. in iij. chart. in addi. magna incip. Tu autem in hac materia adde quòd miror &c. in ij. col. & in eodem tract. in verbo, & vestem cælestem. in v. chart. in addi. incipien. Tu autem inquantum tangitur hîc &c. de quo latius valde
3 locutus sum in d. l. qui falsam. vbi suprà. † Et ideo sis cautus, quando tu esses aduocatus alicuius rei penes quẽ reperiuntur res furatæ, vel aliæ res suspectæ alicuius delicti, quòd statim probes de bona voce & fama ipsius rei. nam facta tali probatione est sublatum indicium ortum contra eum propter inuentionem aliquarum rerũ penes eum existentium per dictas doctrinas: & ego superioribus annis cũ hac cautela & modo defensaui & liberaui à pœna mortis quẽdam magistrum Lazarum Armarolum, penes quem fuerãt repertæ monetæ falsæ, & stampæ earum, quas deposuerat penes eum quidam amicus suus. in quadam capsa: vt etiam retuli in d. l. qui falsam. Tene menti quia, non fallor, est singularissimum verbum, honoris & vtilitatis plenum.

CCCXCIII.

1 *Malus semel, malus semper præsumitur. Et contrà, bonus semel, semper &c.*

2 *Incendium. & si inhabitantium culpa ortum præsumatur. si tamen domus habitatores vigiles ac prudentes esse consueuerunt, alijs indicijs aduersus eos non apparentibus, de incendio non teneri.*

3 *Prælatus bene ac prudenter administrare consuetus, res ecclesiæ pretium in vtilitatem ipsius conuertisse præsumitur.*

1 REgula †, Semel malus semper præsumitur malus &c. est magnæ importantiæ: & plura operatur, vt dicunt doct. in pluribus locis: & dixi ego aliquid in l. j. in prin. in vlti. col. ff. de quæstio. & in l. maritus. in vj. col. versic. modo quæri potest &c. eod. tit. cum pluribus ver. ibi sequentibus. & in sing meo ccxvij. incipien. Ter vel quater. & in singu. ccxxiij. incipien. Tu habes &c. & in l. j. in princi. in xj. col. versi. xvi. limita. ff. de sicariis. & in d. l. j. §. diuus Adrianus. in vlti. colum. eo. tit. & in repetitione mea l. fi. C. de probat. in lxxxiij. chart. in versicu. quæro vlterius &c. vbi omnino videas. Scias tamen quòd dicta regula habet etiam locum e conuerso, videlicet vt semel bonus semper præsumatur bonus: & ideo dixit Bald. multum singula. in consilio suo cxj. incipien. quidam nomine Restorus &c.
2 in v. volumi. quòd † licet aliâs incendium præsumatur ortum culpa & defectu inhabitantium, tamen vbi inhabitantes in domo erant consueti esse vigiles & prudentes, tunc si alia indicia contra eos non apparent, non tenentur de incendio, licet, vt dixi, incendium præsumatur ortum culpa inhabitãtium. quod dictum refert & sequitur Alex. in l. si quis ex argentariis. in § prætor ait. in vlti. col. ff. de edendo. & idem dixit glo. in dicta regula semel malus. de regu. iur. in vj. quæ dixit quòd semel bonus semper præsumitur bonus: & illud consilium Bal. etiam refert & sequitur Alex. in consi. 50. incipi. Visis &c. in vltimis verbis. in j. vol. pro quibus facit optimè not. verbum Archidiac. in c. hoc ius porrectum. x. quæstio. ij. vbi dicit, quòd
3 † prælatus, qui consueuit bene administrare, præsumitur in vtilitatem ecclesiæ conuertisse pretiũ rei ecclesiæ. quod dictum refert & sequitur Bal. in c. cum causa. ante fi. extrà de iudic. quod dicit esse notatu dignum. Tene menti prædicta. quia seruient tibi ad multa.

CCCXCIIII.

1 *Iudicij calor magni effectus. Idq; adeò, vt & promissio in iudicio facta perinde executionem habeat paratam, velut & instrumentum guarentigiatum.*

2 *Credo verbum, in iudicio prolatum, idem efficere, quod & verbum præcisum, scilicet affirmatiuum.*

1 CAlor † iudiciũ est magni effectus & importantiæ, vt latè ostendi plura adducendo in repetitione mea rubri. C. de probatio. in xix. & xx. colum. vbi videas: sed vltra ea quæ ibi dixi, teneas perpetuò menti singulare verbum: videlicet quòd promissio facta in iudicio habet executionem paratam sicut instrumẽtum guarentigiatum,

ita no. dixit Bald. in l. eum pro quo. ff. de in ius vocan. de
quo etiam ibi per doct. & per Alea in l. tale pactum. in §.
qui prouocauit. ff. de pactis. & addere potes etiam Bal. in
2 l. fi. C arbi. tute. vbi † dicit, quòd idem operatur verbum,
credo, in iudicio, quod operatur verbum præcisum, scilicet
affirmatiuum. pro quibus etiam facit gl. & ibi Pau.
de Cast. in authen. generaliter. C. de episcop. & cleric. quæ
omnia addere poteris dictis per me in dicta repet. mea in
xix. & xx. colum.

CCCXCV.

1 *Statutum rem prohibitam portantem puniens, an persona deportantis apprehensionem desideret?*

2 *Officialis, si aliquem cum armis inuenit, nec eum apprehendit, in actis tamen redigi fecit cum die ac loco, num ex eo sic inuentus postea captus puniri poterit?*

1 DVbitarunt † docto. in plerisque locis, si statutum puniit portantem rem prohibitam, an requirat apprehensionē personæ ad hoc, vt talis portans possit puniri? de
quo habetur per Bald in l. si fugitiui C. de ser. fugi. & per
Barto. in l. qui fiscales. C. de nauicu. libro aj. & per Bal. in
l. omnes populi. in penulti colum. de iustitia & iure. & in
l. si quis non dicam rapere. in ij. col. C. de episco. & cler. &
in l. cùm inter. C. de donatio ante nupt. & in l. eùm proponas.
in princip. C. de nauti. fœno & per Bald & Angel.
in l. arboribus. §. Iulianus. ff. de vsufruc. & per Bal. in cap.
nam concupiscentiā. extrà de consti. Teneas tamen per-
2 petuò menti, quòd † si officialis inuenit aliquem cum armis,
& eum non apprehenderit, si tamen fecit eum scribi
in actis, scilicet qualiter eum inuenit cum armis tali die
& loco, talis scriptura sine captura operabitur, vt talis
inuentus cum armis & non captus poterit puniri. Ita no.
dixit Bald. in l. ictus fustium ff. de his qui notan. infa. Pro
quo dicto est glo. in l. j. in verbo, deprehensus. C. vbi senat.
vel clariss. de quo dicto feci mentionem in practica mea
causarum criminalium. in §. pro complemento. nu. 17.
Quod dictum nefandissimum esset docere istos Modernos
barisellos, ribaldos, & sceleratissimos &c.

CCCXCVI.

1 *Verisimilitudinem magnæ efficaciæ esse, idque vsque adeò, vt vnū verisimile pluribus additum verisimilibus plenam probationem inducat.*

2 *Criminis eiusdem socio, vt etiam in criminibus exceptis credatur, vltra reliqua adminicula coniecturásque, necesse esse vt ex numero testium, vel ex qualitate deponentium, vel ex eorum persona, contra quos deponitur, verisimile sit eos nō mentiri.*

1 VErisimilitudo † est magnæ importantiæ & effectus: vt
dixi tibi satis amplè in l. j. in prin. in antepenulti. col.
versic. quò autem ad tertiam speciem &c. ff. de quæstionibus.
& in singular. ccxcviij. incipien. remotum &c. & in
singular. cccxliij. incipien. Verisimilitudo &c & in repetitio.
mea rubric. C. de probatio. in axiiij. & aav. colum.
sed vltra omnia que dixi in dictis locis teneas menti etiā
in materia illa notabile verbum quod non sum memor
alibi vidisse, videlicet Bald. in l. si creditoris. in lectura antiqua.
C de fideicom quem refert & sequitur Socin. in cō
si. suo calia. incip. In causa Ambrosij. in vlti. col. vbi dixerunt
quòd vnum verisimile additum pluribus verisimilibus
facit plenam probationem: quod est multùm no. in
dicta materia verisimilitudinis: circa quam materiā videas
etiam singulare verbum succi plenum do. Franciſ. de
Aret. in c. cùm P. Mānonella. in vij. col. extrà de accus. vbi
2 dicit, † quòd ad hoc vt credatur socio criminis, etiam in
criminibus exceptis vltra alia adminicula & coniecturas
requiritur quòd vel ex numero testium, vel ex qualitate
deponentium, vel ex persona eorum, contra quos deponitur,
verisimile sit eos non mentiri. ad quod dicit esse
casum in c. in fidei. § fi. de hæretic. in vj. quod est singulariter
notandum in practica.

CCCXCVII.

1 *Arbitrium datum iudici in criminalibus quatenus datum videatur?*

2 *Iudicis, an Officialis, cui arbitrium committitur, qualitas consideranda, nam aliud potest maior magistratus ac potestas, quàm magistratus minor.*

3 *Iudici minori si arbitrium detur aduersus taxillis ludentes, non ex eo arbitrio bona ludentium confiscare poterit. Nam arbitrium expenditur secundum qualitatem eius cui datur.*

4 *Iudicum præcepta dicentia in ære & persona puniēdos delinquentes, non tenere, nisi tales sint, qui hoc ex sua potestate queant.*

1 ARbitrium † si sit datum iudici in criminalibus, tunc
solùm videtur sibi datum tantum in illis in quibus
pœna non est expressa: secus autem in illis in quibus pœna
est expressa per statutum principis: ita dixit domin.
Flor. & Paul. de Cast. in l. certo generi. § fi. ff. de seruit. rustic.
prædio. de quo ego feci mentionem in l. j. §. sed & si
quis. in ij. col. ff. de fals. & de isto arbitrio dato iudici aliqua
dixi in l. quæstionis modum. quasi per totum, maximè
in iiij. & v. col. ff. de quæstionib. & plura dicit Catal. in
suo tractatu syndicatus, in versic. * & in pluribus aliis versic.
& scias tu etiam circa hanc materiam arbitrij quòd
in his quæ sunt commissa arbitrio iudicis, debet ipse iudex
seruare æquitatem secundum Ioan. Andr. in c. j. de
constit. quem refert & sequitur do Felin. in c. quoniam
frequenter. in §. porrò. in ij. col. extrà vt lite non contest.
2 & † perpetuò teneas menti circa hanc materiam arbitrij
dari alicui iudici, videlicet, quòd qualitas iudicis vel officialis,
cui conceditur arbitrium, est consideranda. Nā
si est Potestas, qui est magnus magistratus, cui conceditur
arbitrium, poterit bona confiscare, & pœnam corporalem
imponere. sed secus si sit minor magistratus, cui
sit concessum tale arbitrium: quia tali vigore talis arbitrii
non poterit bona confiscare, nec pœnam corporalem
imponere. Ita singulariter dixit Bald. in l. j. C. ne sine
iussu princip. quem refert & sequitur Ioan. de Ana. in dicto
capit. super his. in v. colum. in fi. in versi. Item adde de
3 accusatio. ex quo dicit Bald & Ioan. de Ana. † quòd si alicui
minori iudici datur arbitrium cōtra ludentes ad taxillos,
non poterit tamen bona confiscare: quia arbitriū
intelligitur secundum dignitatem eius, cui conceditur.
arg. l. plenum. §. equitii. ff. de vsu & habitatio. & ideo dicit
4 Bald. vbi suprà, † quòd præcepta & banna iudicum, quæ
dicunt in ære & in persona non tenent, nisi tales sint iudices
qui hoc possunt, secundum amplitudinem suæ potestatis.
quod est singulariter no. & vide quæ dixi in singula.
ccxliiij. incip. Tu scis &c.

CCCXCVIII.

1 *Debitoris captio & incarceratio missionem in ipsius bonorum possessionem non impedit. Nam duo hæc remedia ad eundem effectum tendunt.*

2 *Debitoris principalis captura fideiussorem non liberat. Nam captura solutio & satisfactio non est.*

3 *Fideiussor si sit prius captus, nihil vetat & debitorem capi posse. Nec iuuatur reus si fideiussor appellet a captura.*

DIxi tibi aliàs in l. vnius facinoris. in § custodiæ. in pe
1 nultima columna. ff. de quæstionibus. † quod si feci
capere & carcerare debitorem meum, & postea petam
me immitti in possessionem bonorum suorum, quòd
debeo admitti, quia ista duo remedia tendunt ad eundem
effectum, & vnum non est contrarium alteri: secundum
Bartolum in l. consentaneum C. quomodo & quando
iudex. in vltima columna. & Baldus in l. ignorare. C.
de restitution. militum. & Petrus de Anchara. in capitul.
primo de eo qui mitt. in possess. rei seruan. causa. de quo
latius valde dixi in dicto §. custodiæ. in dicta penultima
columna. vbi omnino videas &c. Sed modò prædictis
addo not. verba Baldi, in capitul. contingit. in secunda co-
2 lumna. de dolo & contumacia. vbi † dicit, quòd captura
rei principalis non liberat fideiussorem. Sed dicit, quòd
imò vterque potest capi: ad quod allegat l. hæres à debitore.
§ quòd si seruus. & ibi Bartol. ff. de fideiusso. & allegat
rationem, dicens quòd licet sit deuentum ad capturam,
non tamen est satisfactum. & idem dicit econtra,
3 videlicet, † quòd si primò est captus fideiussor, quòd potest
etiam capi reus principalis, nec iuuatur reus si fideiussor
appellat à captura, vt in l. creditor. ff. mandati. in
principio

principio. vbi gloss. singularis: de quo latius ibi per eum quem vide: & vide Paulum de Castr. in lege. inter eos. in §. creditor. ff. de fideiussoribus. de quo etiam latè dixi in practica mea causarum criminalium in ccix. chart. post medium. & in repetitione mea rubric. ff. de fideiussor. in lix quæstio.

CCCXCIX.

1 *Iudicis authoritas in minorum contractibus non semper operatur, sed quandoque nihil valet, nihilque efficit.*

2 *Statuto cauente, quòd mulier, vel minor se obligare sine iudicis authoritate non possit, non sat erit, iudicem authoritatem interponere, nisi contineatur in instrumento ipso, causa cognitionẽ adhibitam, & repertum esse contractum in mulieris vel minoris, aut alterius contrahentis vtilitatem cedere.*

3 *Iudicis decretum vbi interpositum reperitur, an causæ cognitio adhibita præsumatur? Et quid si reperitur cum causa cognitione interpositũ, num fraudis, metus, ac doli præsumptio cesset? & nume 4.*

4 MVlti † sunt iudices qui, vt ita dixerim, velo eleuato interponunt eorum authoritatem in contractibus minorum, vel mulierum, vel similium personarum, quæ tamen interpositio authoritatis non valet, & nihil opera
2 tur. Et ideo † scias, & perpetuò menti teneas, quòd si statutum dicit, quòd mulier vel minor non possit se obligare sine authoritate iudicis, quòd tunc non sufficit quod iudex authoritatem interponat, nisi contineatur in instrumento illo quòd adhibuit causæ cognitionem, & quod reperit illum contractum cedere in vtilitatem minoris, vel mulieris, vel alterius contrahentis. Ita sing. dixit Pau. de Cast. in l. cùm hi. in §. si prætor. ff. de transact. & allegat rationem, dicens quòd statutum noluit committere iudici rem negligendam vel donandam, sed perquirendã: & allegat Spe. in tit. de emptio. & vend. in §. nunc dicendum. in versi. & breuiter. & subdit Pau. de Cast. vbi suprà,
3 quòd licet † aliqui dicant quòd vbi reperitur interpositũ decretum iudicis, præsumatur adhibita causæ cognitio: quòd tamen hoc non videtur verum per illum tex. nisi in instrumento expressè hoc dicatur. & allegat Bal. in l. j. C. de fide instru. & iure hastæ fisc. lib. x. & subdit etiam ipse
4 Pau. de Cast. vbi suprà, quòd † vbi reperitur decretum iudicis interpositum cum causæ cognitione, quòd tunc cessat præsumptio fraudis & doli & metus: vt not. in l. j. C. de præd. curia. lib. x. & dicit videndum esse Bal. aliqua dicentem de decreto iudicis in l. j. in penultima columna. C. qui admitt. quæ omnia ego retuli in l qui cædem. in vltima col. ff. de sica. Tene menti hoc dictum, quod alibi non vidi, ex quo poteris facere corruere mille instrumenta publica.

CCCC.

1 *Delinquentis socij ac auxiliatores quando dicantur, & quando de auxilio puniri possint?*

2 *Delinquẽtis principalis incertitudo in accessorio impotentiã procedendi infert, ac proinde nullitatem si procedatur.*

SAepius iudices maleficiorum formant inquisitionem contra malefactores & auxiliatores, & non intelligũt
1 rectè materiam auxilij cooperatiui. Et ideo † scias tu, quod ad hoc vt aliqui dicantur auxiliatores vel socij alicuius delinquentis, & possint puniri de auxilio, oportet quòd ad hoc fuerint principaliter adunati, seu insimul congregati: vt habetur in l. iij. in §. homines. ff. vi bono. rapt. & si apparet in facto omnes fuisse pariter in rixa, & omnes fuisse pariter principales, tunc omnes pro vt deliquerunt sunt puniendi. ita dixit Petr. de Anch. in consi. suo cxvij. incip. Nos Bartholomæus de Sali. &c. circa fi. quia nesciretur tunc quis fuerit principalis delinquens, & quis fuerit auxiliator: & ideo nemo tunc poterit puniri de auxilio: quod secus esset secundum eum, quãdo hoc sciretur. alleg. Bart. in l. si is qui. in § si initium. ff. de fur. quod etiã voluit Bal. in consi. suo ccxxix. incip. Verba inquisitionis &c. in viti. col. in iij. volu. & do. Alex. in l. si duo patroni. in princi. in ver. in gloss. in verbo, alteri &c. ff. de iureiur. & rationem huius allegat Pet. de Ancha. in dicto consil.
2 videlicet quòd † dicta incertitudo principalis delinquentis infert in accessorio impotentiam procedendi, & per consequens nullitatem si procedatur: de qua materia latiùs valde dixi in practica mea causarum criminalium. in decimanona chart. cum pluribus chart. ibi sequentibus: & dixi etiam in l. nihil interest. in quinta columna ff. de sicariis. & in l. fina. in vj. & vij. colum. eodem titulo. tene menti prædicta: quia sunt notabilia, & multùm quotidiana: & ego ista habui in facto pluribus & pluribus vicibus.

CCCCI.

1 *Contractum nullum solennitates plures, vel testium numerũ maiorem requirere, quàm testamentum.*

2 *Testes contestes non habentes licet singulares censeantur, ac proinde non probent: si tamen testes septem de testamento deponant, & contestes sint, licet de præsentia ipsorum rogati dicant se non recordari, & ob id singulares videantur, nihilominus plenam probationem faciunt.*

1 NEscio † aliquem contractum in quo requirãtur plures solẽnitates, & maior numerus testium quàm in testamentis, vt satis patet in toto titu. ff & C. & extra, de testa. & hoc meritò volunt iura, quia in ipsis testamentis tractatur de magno & graui præiudicio plurium personarum, scilicet hæredis, legatariorum, executorum, ac etiam venientium ab intestato, necnon etiam testatoris.
2 Scias † tamen quòd licet testes non habentes contestes dicantur singulares, & per consequens non probent, vt habetur in l. ob carmen. in §. fi. ff. de testi. & in l. qui falsa vel varia. eo. titu. & in c. licet vniuersis. de testi. cum simi. attamen si septem testes deponant de testamento, & sint contestes, & tamen nullus eorum deponat nisi de præsentia sua, quia interrogati an alij fuerint præsentes, dicunt se non recordari, ex quo videntur singulares: tamẽ tales testes faciunt plenam probationem, quia dicuntur contestes. Ita dixit multum singulariter Pau. de Cast. in l. fi. ad fi. C. de bon. posses. secundum tab. vbi ad hoc allegat Speculum in titu. de inquisitio. in §. nunc tractemus. in ver. item sufficit. quod dictum pro valde not. refert & sequitur do. Rochus de Curt. in cap. final. in xxj. chart. in prima columna. extrà de consuetudi. de quo latiùs per Iaso. in dicta l. fina. in decimaquinta columna. quod est perpetuò notandum.

CCCCII.

1 *Iuramentum in actibus iudicialibus & extraiudicialibus magnæ vtilitatis, roboris ac firmitatis esse, ac velut Betonica herba innumerabiles vires habere.*

2 *Statuti forma, vel dispositionis alterius, quoties alicuius dicto in aliqua re, vel causa standum est: id ita accipiendum, vt si is, cuius dicto stari debet iurauerit. Quod etiam extendendum ad nuntij, & damnum passi dictum. nu. 3.*

4 *Commissarius, cuius conscientiæ causa aliqua committitur, si velit sententiam valere, nec infringi posse, iurare debet, sic conscientiam dictasse.*

5 *Iuramentum adeò necessarium, vt cuiquam non credatur sine iuramento, quod etiam in confessione locum habet: nec confessio in non iurata creditur, nec ipsa probat.*

1 QVantæ † vtilitatis, roboris ac firmitatis actuum iudicialium & extraiudicialium sit iuramentum, omnes maxime iuris professores sciunt, & verè potest iuramentum iocosè loquendo æquiparari herbæ betonicæ, quæ vt asserunt medici, habet virtutes innumerabiles, sic iuramentum: nam vt plurimum validat, & inualidat, & eis dat fomentum & robur: & sæpius sine iuramento actus corruunt, vt videmus in testibus, quorum dicto non statur sine iuramento: vt habetur in l. iurisiurandi. C. de testibus. & in capitu. tuis quæstionibus. extrà eodem titulo. & in capitu. item iurisiurandi. quarta quæstione tertia. & in capitu. hortamur. tertia quæ-
2 stione nona, cum similibus. Et videmus † etiam generaliter loquendo, quòd hoc habet locum quoties ex forma statuti vel alterius dispositionis standum est dicto in aliqua re vel causa. Nam tunc non stabitur dicto alicuius, nisi primò ille talis, cuius dicto standum est, iu-

rauerit sic esse, vel sic sibi videri. Ita dixit Ange. in reperi-
3 rio. l. si vacantia. C. de bonis vacan. lib. x. in ij. col. vbi† di
cit, quòd licet ex forma statuti debeat stari simplici ver-
bo nuntij, quód tamen eius dicto non stabitur, nisi pri-
mò sit iuraturus: & alleg. ad hoc bonum text. in l. Theo-
pompus. ff. de dote præleg. quod dicit esse vtile ad statu-
tum volens quod stetur simplici verbo accusatoris de dá
no ei dato, quòd sibi non creditur, nisi primò iuret. ad
quod plura allegat. quam doctrinam Angel. refert & se-
quitur domi. Maria. Soci. in repeti. c. qualiter & quaudo.
ij. de accusatio. in vij q. in prin. & Ludo Roma. in l. j. in §.
fi. in iij. col ff. de verbo. obliga. pro quo facit tex. in c. j. cit
ca medium. de frigi. & malefic. iuncto tex. in c. continc-
batur. de despon. impube. & tex. in l. cùm pactiones. cir-
ca fi. C. de fide instrumen. & ibi dixi: & faciunt dicta per
Ioan. de Ana. in c. significasti ij. in vj. col. versi. circa secun
dum &c de homic. & facit etiam quod dixit Ang. & Pau.
de Cast. in l. de pupillo. in § qui opus. ff. de ope. noui nun-
4 tia. vbi dixerunt† quòd vbi cómittitur aliquid cóscien-
tiæ alicuius per legé, vel per principem, si vult quód eius
sententia valeat, nec possit infringi, requiritur quód an-
te eius declarationem seu sententiam iuret, quód ita di-
ctat sibi conscientia sua. quod dictú refert & sequitur do.
Alex. in consi. suo cxxvij. incip. Visis verbis dicti, &c. Ad
quæ vide etiam Ias. in repeti. l. admonendi. in lxxxvj. col.
de iureiuran. & in l. apertissimi. in fi. C. de iud. de quibus
omnibus latiùs dixi ego in repeti. mea l. fi. in xxvij. chat.
post medium. C. de probatio. & habetur etiam de mate-
ria per do. Fel. in c. significasti. j. in fi. de homi. & latiùs per
5 eum in c. quia iudicante. in j. col. de præscri. Et teneas† mé
ti perpetuò, quòd adeò est verú hoc, quòd alicui non cre-
ditur sine iuramento: quòd istud est verum etiam in con
fessione. Nam etiam confessio non iurata non probat.
Ita not. dixit domi. Anto. de Butr. in consilio suo xxj. in-
cipien. Viso &c. in versic. ad secundum, &c. quod tene
menti ad multa.

CCCCIII.

1 *Rixantibus inter se pluribus, si ex his nonnulli vulnerati, aut in-
teremptι fuerint, nec abs quibus sciatur, vera delicti pœna ne-
mo puniendus venit Si tamen de rixa authore constet, is so-
lus de homicidio, aut vulneribus inflictis punietur.*

SVperioribꝰ annis dixi tibi pluries in voce, & etiam in
scriptis maximè in repeti. mea rubr. C. de probatio. in
1 lxxxiij. col. cum seque. quòd† quando plures fuerunt in ri
xa, & vulnerati fuerunt aliqui, & nescitur à quibus vulne
rati fuerint, quòd nemo punitur vera pœna delicti: & hoc
propter incertitudinem: cùm melius sit nocentem absol
uere, quàm innocentem condemnare: attamen nuper di
co tibi vnum perpetua memoria dignú in illa materia,
videlicet, quòd si plures fuerút in rixa, & mortui sunt ali-
qui vel vulnerati, & nescitur à quibus, quòd tali casu si
apparet quis fuerit inceptor rixę, quòd tunc ille solus pu
nietur de homicidio vel de vulneribus, ne delicta rema-
neant impunita Ita dixit multùm notabiliter do. Boni-
facius de Vitalinis de Mantua in tracta suo maleficio. in
titu. de insul. & percussio. &c. in vij. col. in ver. sunt tamen
qui dicunt, &c. vbi ad hoc allegat optimú text. in l. quo-
niam multa. C. ad leg. Iul. de vi publi. in ver. in eú qui vim
facere tentauerit, &c. de quo ibi latiùs per eum. quod di
ctum fuit originaliter Bald. quem ipse allegat in l. j. in vj.
col. ver. sed quæro qui dicantur principales, &c. C. de ser.
fugi. vbi ad hoc allegat illum tex. dictæ l. quoniam mul-
ta. quod etiam voluit Alex. in l fi. in vj. apostilla. ff. de sica-
riis. & C. pol. in cósi. xxxiiij. incip. Si vnquam. in iiij. char.
in vlti. col. quod etiam voluit Gandi. in tract maleficio-
rum. sub rubric. de defensionib. á reo faciendis. in iij. col.
versi. j. incipien. Sed pone quòd ego, &c. quod etiam vo-
luit Iacob. de Belul. in practica sua iudiciaria causarum
criminalium. sub rubri. de quæstionib. in ij. colum. in fin.
quod & Pau. de Castr. in consilio cxcij incipien. In cau-
sa. in secunda colum. quod teneas menti perpetuò, quia
est magnæ importantiæ. & multos perire faceret etiá for
tè innocentes: vide tamen omnino quæ dixi in l. j. in § di
nus Adrianus. in vltima colum. in prin. ff. de sicariis. & do

mi Bartho. C. pol. in consilio xxxvj. incip. In casu isto. in
ij col pro quo dicto est etiam nota. tex. l. in hoc iudicio.
ff. de seruo corrupto.

CCCCIIII.

1 *Forum multis modis variisque ex causis sortiri. Sed & ex man-
dato quoque forum quis sortiri in criminalibus potest Ac proin
de mandans homicidium alicubi fieri, homicidio peracto, si il-
lic prehendatur, perinde puniri poterit, atque occisor ipse. nu-
mero 2.*

1 FOrum† sortitur pluribus modis & ex pluribus causis,
vt ratione originis ratione incolatus, ratione cótra-
ctus, ratione destinatæ solutionis, item ratione delicti: vt
habetur in l. fi. C. vbi in rem actio. in l. ij. ff. de iurisdi. om.
iudi. in l. hæres absens. §. j. ff. de iudi & in c. Romana. §. có
trahentes. de foro compe. in vj. & in l. cótraxisse. ff. de act.
& obli. De materia fori contracti vide in reper. meo in li
tera F. in vj chart. in vlti. not. & etiam aliis pluribus ra-
tionibus & causis sortitur forum: vt per doct. in dictis lo
cis. & latiùs per Bertha. in suo repertorio, in verbo, forú.
in ij. col. in ix. versi Et habetur latè per do. Feli. in ca. dile-
2 ctus filius. ij. per totum. extrá de rescrip. Sed† vltra omnes
istos patres dicas, quòd & ratione mandati mandans sor
titur forum etiam in criminalibus, & ideo teneas men-
ti, q si Titius existens Florentiæ vel in alia ciuitate man-
dat Seio, quòd aliquem interficiat, & ille eum interficiat
hic in hac ciuitate: quòd si talis mandans reperiatur hic,
quòd ita poterit hic puniri sicut principalis occisor. Ita
multùm singulariter dixit Pau. de Cast. in l. si vt proponi
tur. ff. de fideiuss. quod non memini me alibi legisse. Tene
menti, quia est verè not. verbum in practica.

CCCCV.

1 *Ius sibi dicere licet nemini. Si tamen mulier virum habeat, cuius
bona confiscata sint, poterit in res suas bonis viri permistas au
thoritate propria manum imponere, ne per fiscum occupētur.
Et quid si mulier metuat ne viri bona publicentur, quid age-
re debeat. nu. 2.*

3 *Ius sibi dicere in his quæ formalem iudiciorum strepitum non re-
quirunt, quauis potest.*

1 IVs† sibi dicere nemini licet, vt habetur in l. j. C. ne quis
in sua causa. & in l. qui iurisdictioni. ff. de iurisdictione
omnium iudic. & in l. Iulianus. ff. de iudic. & in l. extat. ff.
quod metus causa & in l si quis in tátam. C. vnde vi. cum
similib. hanc tamen regulam limita singul. in vxore quæ
habet virum, cuius fuerunt confiscata omnia bona suas
nam tunc vxor potest in res suas detentas per virum, im-
ponere manus authoritate propria ne occupentur per fi
scum. Ita singulariter dixit Ange. in l. si quis. ij. post princ.
2 C. de bonis damna. & ibi subdit, † quòd cauta debet esse
mulier, vt cùm timet quód bona mariti confiscentur: vel
cùm videat bona mariti confiscata: quòd non expectet
authoritatem iudicis pro occupando bona sua: sed ipsa-
met manum iniciat quantumcunque detinerentur per
virum. & probat per illum textum ibi: quod dictum pro
valde not. refert & sequitur domin. Augusti. de Arimi. in
addition. ad Angel. in tractat. maleficiorum. in verbo, &
eius bona publicamus. in iij. chart. in prima additio. in-
3 cipient. Tu† autem in hac materia adde pulchra verba
Angel. &c. vide tamen omnino quæ ego dixi in l. si quis
ne quæstio. in iij. colum. ff. de quæstio. & vide etiam quæ
postea ibi dictis addidi, & in materia quando quis possit
sibi ius dicere propria authoritate vide Barto. in l. genera
li. circa fin. C. de decurio. libro x. & Bald. in cap. cum ex
officij. circa médium. de præscript. vbi dicit, quòd in his
quæ non requirunt formalem strepitum iudiciorum, in
illis potest quis sibi ius dicere propria authoritate: & vi-
de etiam Alexan. in l si alius. in prin. ff. quod vi aut clam.
& Bald. in dicta l. vnica. C. ne quis in sua causa. in ver. iu-
xta prædicta. &c.

CCCCVI.

1 *Possessionem nec ciuilem, nec naturalem habens, sed nudam dun-
taxat detentioné, etsi interdictú vnde vi, aut vti possidetis nó
habeat, officio tamen iudicis ad recuperationem detentionis
ablata sibi succurrere potest.*

Capias

2 CApias † not. verbum in mareria possessiõis, quod fortè paucis est notum, videlicet, † quòd licet ille qui nõ
habet possessionem ciuilem vel naturalem, seu nudã detentionem tantùm, non habeat interdictum vnde vi, vel
vti possideris, vt habetur in l. j. in §. deiicitur. in fin. ff. vnde vi. talis tamen detentor habet officium iudicis, vt restituatur sibi detentio ablata, vel vt in ea defendatur, ita dixit Pau. de Cast. in l. Aquilius Regulus. per illum tex. ff. de donatio. quod dicit esse perpetuò notandum. ad quod dicit facere l. hæc autem. ff. quibus ex causis in posses. eatur. & quod not. in l. j. §. necessario ff. si mulier ventris nomine. Item suadet etiam Pau de Cast. q̃ possessori datur officiũ iudicis, quod est vtilius quã agere interdicto: quia in interdicto oportet dare libellũ, & ordinariè p̃cedere, & potest etiã implorare officium ne turberur: & vt præcipiatur turbatori vt desinat. alle. l. fi. ff. de offi. p̃cu. Cæsar. & l si de possessio. C. de transact. Tene mẽti: quia hoc pluries euenit in facto.

CCCCVII.

1 *Metus non omnis, metu contractum factum creditum non rescindit, sed qui in virum cadat constantem. Et quid de dolo. numero 2.*

5 NOn † omnis metus est sufficiens ad rescindendũ contractum, qui dicitur metu factus: sed ad hoc requiritur metus cadens in cõstantem virum, aliàs minor metus non rescinderet contractum: ita probatur in l. iij. ff. quod metus causa. & l. interpositas. C. de trãsact. vide in repertorio meo, in litera M. in iij. char in vlti. notab. & in cap. veniens. de sponsa. & cap. consultationi. eodem titu. cum simili. & idem est in cõtractu mulieris. Nam ad hoc vt metus annullet contractum mulieris, debet esse talis, qui cadat in constantem mulierem. Ita dixit do. Anto. in c. consultationis. de sponsalibus. & Ludoui Roma. in singular. suo cexxxix incip. Tu scis &c. alleg. gloss. in c. cùm
2 locum. de sponsalibus. Tum † in simili dicas idem esse in dolo: nam ad hoc vt propter dolum, qui adhibetur in contractu, ipse contractus rescindatur, requiritur quòd sit talis dolus qui cadat in prudentem virum: & ideo non omnis dolus annullat contractum: ita not. Innoc. in ca. cùm dilectus. extrà quod metus causa. quem refert & sequitur Bal. in rubri. C. de rescin. vendi. & Bal. in margarita sua in verbo, metus. & domi. Alexan. in l. eleganter. ff. de dolo. quod dictum teneas menti, quia sæpe contingit de facto & ego hoc dictum practicani proximis diebus in quadam causa non leui, & obtinui, licet haberem doctum aduersarium.

CCCCVIII.

1 *Testis, dum inquiritur, si dicat id factum tali præsente, rursus si idem qui dictus est præsens fuisse, inquisitus dicat se nequaquàm præsentem fuisse, an ob id prioris testis dictum vitiosum reddatur?*

ATtende ad vnum cuius contrarium quilibet prudens
2 prima facie diceret, videlicet, † testis examinatus deponit, & dicit aliquid factum fuisse præsente tali. ille autem examinatus, an fuerit præsens illi actui, dicit quòd non, an per talem cõtradictionem dictum illius testis reprobetur? certè videretur dicendum indubitanter quòd sic: cùm videatur clarè & manifestè constare de mendacio dicti testis: attamen dicas quòd per talem contradictionem non reprobatur dictum illius testis. ita no. dixit Bal. in l. testium. in iiij. colum. versi. modò hîc insurgit dubium &c. C. de testi. quem refert & sequitur Alex. in consilio suo ccclxxxvij. incip. Visis & põderatis bis &c. in penul. col. vbi etiam ad hoc alleg. Bar in l. j. §. j. ff. de anthor. tuto. & Bal. Ange. & Imol. in l. hæredes palàm. in princ. ff. de testa. & Bald. in l. j. in fi. C. de bono. possess. secũdum tabu. ad quod etiam vide Alexan. in consilio suo lxv. incip. Visis processibus. in penulti. colum. in secundo volum. & faciunt optimè dicta per Bald. in consilio suo xxxvij. incip Quidam tabellio &c. in tertio volumi. & idem tenet Ias. in l. ij in §. voluntatem. in quarta colum. cum sequẽ. ff. soluto matrimo. vbi allegar plures alios tenẽtes hanc partem. tene menti prędicta, quia aliàs iniquè quendam notarium, contra quem curia procedebat de falso, & consecutus fui honorem atque lucrum.

CCCCIX.

1 *Emphyteutam ecclesiæ biennio soluere canonẽ cessantẽ, & priuati triennio, à iure suo cadere: nisi tamen in huiusmodi triennio, aut biennio vnicus fructus sit perceptus. Nam tunc duplicato biennio, ac triennio opus in hoc est cessasse.*

TV scis regulam l. ij. C de iure emphy. & cap. potuit.
5 extrà de loca. quæ est † quod emphyteuta ecclesiæ non soluens canonem per biennium, & emphyteuta priuati per triennium cadit à iure suo. sed hanc regulam singu. limita, & dicas illã non verificari in eo qui cessat per biennium vel per trienniũ, quãdo tali biẽnio vel triẽnio vnus solus fructus percipiebatur: nam tũc requiritur cessatio per duo biennia vel triennia: ita voluit Bald. in l. ædem. in ij. col. C. loca. quem refert & sequitur Ias. in d. l. ij. in fi. j. col. C. de iure emphy. & do. Alex. in l. diuortio. in §. ob donationes. ad fi. ff. solu. matri. & pro huc dicto do. Ias. vbi suprà, alleg. bonum tex. in l. si sic constituta sit aqua. ff. quemadmodum seruit. amit. in verbo, duplicato constituto tempore amittitur &c.

CCCCX.

1 *Locans possessionem suam in emphyteusim ad longum tẽpus, hac lege, vt emphyteuta locationis tempore absoluto, melioramẽta auferre queat an domino offerente pretium & æstimationem illorum emphyteuta nihilo secius auferre queat?*

QVidam nobilis ciuis huius inclytæ ciuitatis Bononiæ, nupertimè me interrogauit de vno, videlicet,
1 Ipse † aliàs locauit quandam eius possessionem in emphyteusim ad longum tempus, & specialiter fecit pactũ cum ipso emphyteuta quòd in fine locationis possit ipse emphyteuta tollere omnia melioramenta, quæ fecit in illa possessione, & sint sua. Modò finita est dicta locatio, quo stante dominus vult dictam eius possessionem pro se: emphyteuta autem qui fecit aliqua melioramenta vult illa tollere & exportare: vt ex pacto conuenit cum domino tempore locationis: dominus autem non vult quòd illa eleuet nec exportet, sed offert pretium illorum melioramentorum, & quantum ex illis consequuturus esset, an hac oblatione non obstante ipse emphyteuta possit dicta melioramenta eleuare & exportare in quo videretur dicendum. quòd sic virtute pacti expressè initi inter eos tempore locationis. Attamen cõtrarium est verius. Nam dominus potest prohibere ne emphyteuta eleuet vel exportet dicta melioramenta sed illa posset non obstante dicto pacto retinere pro se soluendo tamen sibi pretium & valorẽ dictorũ melioramentorũ. ita sing dixit Bal. in l. in fundo. in iij. not. ff. de rei vend. quod dictum pro valde not. refert & sequitur Ias. in l. ij. in ix colum. post princip. C de iure emphyt. Pro quo dicto optimè faciũt quæ ego dixi in xxa. q prin. vbi feci mentionem de huc dicto Bal. &c. & plura adduxi in simili.

CCCCXI.

1 *Fœminas in feudo succedere non posse, nisi feudum à seruitio liberum sit, aut feudatario concessum suis, j. descẽdentibus fuerit.*

1 FOeminæ † non succedunt in feudo. cap primo. § hoc autem notandum. in titu qui feud. dare possunt. & in capitu. primo. § ad filias. de success. feud. & in ca. j. in tit. an mu. vel aliter imperfect. & in cap. primo. de alien. feu. pater. cum similibus. hoc tamen limita duobus modis: & primò limita hoc non esse verum, in feudo pro quo nullum seruitium præstatur. Nam in tali feudo etiam fœminæ succedunt, & dicuntur habiles secundum Baldum in l. quoties. in prima columna. C. de suis & legitimis. & in c. j. in verbo, decedente. in iij. col. in ver. quærit gl. nũquid fœmina &c. qui feu. da. pos. & Lud. Ro. in consil. ccclxvij. incip. Circa primum. in pen. col & in sing. suo clxxx. inci. hodie fœmina &c. quæ omnia refert, & sequitur do. Phil. Dec. in consi. suo xxxij. in secunda col. circa fi. & in consi. lxxxv. in iij. columna. & in consilio cxxxix. in j. colum. Secundò etiam limita nisi esset concessum feudum alicui & suis descendentibus: quia tunc comprehenduntur omnes descendentes vsque in infinitum. ita dixit Bal. in cap.

quæ in ecclesiarum.in vlti.char.extra de consti.quem refert & sequitur Ias.in l.ij.in l xxv.col.C.de iure emphy. in ver.illud etiam perpetuò not.

ADDITIO.

Adde an fœmina admittatur ad feudum eundem Hippo.infrà sing.cccccxj.nu.5.& Francis.Cremen.sing.lxxj.

CCCCXII.

En phyteuta multis ex causis à iure suo cadit,ac maximè,si rem emphyteuticam,aut melioramenta,vel ius suum domino irrequisito alienauerit Et id qualiter accipiendum.nu.3.

2 *Venditionem perfectam non dici ante traditionem: Nam in venditionis contractu,vbi traditio non interuenit, ab ea consensu nudo recedere licet,habetúrque pro non facta.*

4 *Constitutum licet traditio ficta dicatur,ex eo tamē vera & propria possessio atque dominium vtile transfertur.*

1 PLures † sunt causæ propter quas emphyteuta cadit à
iure suo,inter quas est illa,videlicet, quando ipse emphyteuta
alienauit rem emphyteuticam vel melioramē
ta aut ius suum irrequisito domino & sine eius consensu:
vt habetur in l.fi.C.de iure emphy.& in c.potuit.de loca.
quæ iura habent etiam locum in conductore perpetuo,
vel ad longum tempus:secundum Rapha Fulgo. in consi
lio suo xxxiiij.incip.Pro euidētia eorum de quibus quæ-
ritur &c.quem refert Ias.in l.iij.de iure emphy.in fin pri-
mę col.sed hoc intelligitur si vendiderit, & tradiderit:se
cus autem si non tradiderit,licet vēdiderit:quia tūc non
cadit à iure suo:secundum Spe.in titu.de loca.in §.nunc
aliqua in versi.xcv.motus,quia verbum, vēdere, est cum
effectu intelligendum.l.j.§.hæc verba.cum vulga.ff.quod
2 quisque iur.& † quia non dicitur perfecta venditio ante
traditionem:vt in §.venditæ.Insti.de empt.& ven. & in c.
cùm Ioannes.circa prin.de fide instru. & idem tenet Sa-
li.in d.l fi.post Alber.ibi,qui Salic.etiā mouetur ad hoc,
quia quando non interuenit traditio in contractu ven-
ditionis nudo cōsensu ab ea receditur,pro non facta ha-
betur.l.ab emptione.in prin.ff.de pact.& l.j.ff.de peric.&
idem tenent alij plures doct.in diuersis locis quos refert
& sequitur Ias.in d.l.fi.C.de iure emphyt. in xliij.& xliiij.
3 colum.vbi dicit hanc esse communem opinio Hanc† ta
men sententiam & communem opinio. limita, & intelli
ge veram quādo ipse emphyteuta vendidit,nec verè, nec
fictè tradidit : si autem non verè, sed fictè tradidisset, vt
quia constituisset se nomine emptoris possidere dando
ei licentiam intrandi possessionem dictę rei, tūc ipse em
phyteuta caderet à iure suo : etiam quòd dictus emphy-
teuta venditor post tractum temporis dictam rem em-
phyteuticā redemerit,& soluerit canonē domino igno-
ranti dictam alienationem. ita singu.dixit do.Anton.in
consilio suo xxxiiij.incip.De iure absque longa allegatio
ne planum mihi videtur &c. quem refert & sequitur Ias.
in dicta l.fi.C.de iure emphy.in xliij.col.vbi latius loqui
4 tur:& dicit quòd do.Anto.ind.consi. mouetur,quia † li-
cet constitutū dicatur ficta traditio,tamen ex eo trans-
feruntur vera & propria possessio & vtile dominiū.l.cer-
tè.§.j.& §.Iulianus.in versi.ego quoque verè possideo.ff.
de preca.& l.quædam mulier.ff.de rei vendic. & hoc vo-
luit Bar.in l.ab emptione.ad finem.de pact.& Bald.in c.
item inuestitura.in vsib.feu.& Ioan.And.in addit. Spec.
in titu.de empt.& vendi.in §.j.in versic.& nota quod ex-
pressè.in additio incip.& dubitat &c. quam limitatio-
nem dicit Ias.in dicta l.fina. vbi suprà,esse perpetuò no-
tandam: quia communiter in instrumētis venditionum
apponuntur constituta.Et pro dicta limitatione faciunt
optimè dicta per me suprà in sing.lxxxij.incip.Volo &c.
in versicu.tertiò,limita &c.& in singul.clviij. incip. Ho-
die communiter &c.& per Bald.in consilio suo cccccvj.
incip.Venditor &c.in quarto volu.& per Alexan. in con
silio xxxviij.incip.Viso &c.in ij.col.in ij.volu & consilio
cclxiij.incipien.Perspectis.in iiij. column. & Rapha. Cu-
ma.in consi.xlj.incip.Ad primum.circa medium & vide
Paulum de Castro qui ponit supradictam limitationem
in l.j.in § si rem.ff.deposi.& faciunt etiam dicta per Ias.
in §.actionum.in xxvj.colum.Insti.de act. & in l.si is qui
pro emptore.in xciiij.col.ff.de vsucap.&c.

CCCCXIII.

1 *Ingratitudinem vitium enorme multúmque detestabile, fontémque pietatis desiccans, plures effectus producens, de quibus hic.*

2 *Ingratitudinis occasio filium legitimatum potest ad priorem statum reducere,& sic illegitimum reddere.*

3 *Iudex ordinarius,aut quiuis alius potestas ob ingratitudinē tanquam suspectus recusari potest.Idem in filio emancipato.*

4 *Ingratus filius patri in feudum non succedit.*

5 *Ingratitudinem aduersum patrem,patronum,aut quēuis alium duobus modis reparari ac tolli posse,mutuorum gratitudine superueniente ac pœnitentia peracta,& religionis ingressu. numero 6.*

a INgratitudo[a] † est vitium enorme & multum detestabi
1 le,& desiccans fontem pietatis:vt dicit Ange.de Aret.
in tract.malefi.in verbo,necnon ad querelam.in v.char.
in ver.ix.repellit etiam.& ipsa ingratitudo plures opera-
tur effectus.Nam propter ingratitudinem reuocatur do
natio:vt in l.fi.C.de reuoc.dona.Item ingratitudo impe
dit gratiam secundum Bal.in c.j.§.insuper. de prohi. feu.
alie.per Frideric.item ingratitudo est iusta causa exhære
dationis ascendentium & descendentium:vt habetur in
§.aliud quoque capitulum.in authenti.vt cùm de appel.
cogn. & in authen. non licet.C.de liber. præte. & in cor-
pore vnde sumitur. item est etiam iusta causa exhæredan
di fratres etiam turpi persona instituta : vt est tex.& glos
sa clarior in authentic.de nuptiis. in § ingratitudinem.
Item ingratitudo est iusta causa degradandi filium à mi-
litia : secundum gloss. in l.j.§.final. ff.de obseq. Item in-
2 gratitudo habet alium mirabilem effectum. Nam † pa-
ter potest filium legitimatum reducere ad pristinam il-
legitimationem, propter eius ingratitudinem. ita dixit
Bal.in cap.j.§.filij nati.circa finem.si de feu. fuer.contro.
inter do.& agna.quod dictum refert & sequitur Ludoui.
Roma.in singul. suo ccxxv.incip.Vltimò quæritur,&c. &
Ias.in l.ex hoc iure.in xij col.versi.secundus effectus.ff.de
iusti.& iure.vbi dicit alibi non legisse hoc dictum.sed di-
cas tu,quòd imò hoc idem dixit gloss. & ibi Bal.in l.ij.C.
de libe.& eorum liber.& tanto magis hoc ibi probatur:
quia vt dicit Ias.in dicta l.ex hoc iure.æquiparantur pa-
tronus erga libertum,& pater erga filium legitimatū.ad
quod allegat text.in §.j.in versicu.æqualis patri.in authē.
vt liberti de cætero.Et subdit etiam Ias. in dicta l.ex hoc
3 iure.quòd eodē † modo,quòd si potestas vel alius iudex
ordinarius sit ingratus, potest propter ingratitudinem
tanquā suspectus recusari.ad quod alleg §.sancimus. in
authenti.de exhiben.reis.& cano in cap.postremò.de ap-
pellatio.Item subdit etiam quòd filius qui fuit à patre e-
mancipatus,propter ingratitudinem potest à patre reuo
cari in patriam potestatem. alleg l.j.C.de ingratis liber.
& Specula.in titu.de natis ex liber.vent.in versicu. sed &
4 liberti. Adde † etiam tu quod filius ingratus non succe-
dit patri in feudo:ita dixit Angel. in §. soluto igitur. in
authenti.de nupt.& in §.& super his. eodem titulo. Scias
5 † tamen quòd duobus modis tollitur ingratitudo iam
commissa contra patrem vel contra patronum,vel con-
tra alium.Primò per gratitudinem postea superuenien-
tem : nam talis gratitudo vltimò superueniens tollit in-
gratitudinem præcedentem, secundum Baldum in l.fra-
tres.& in l.liberi.C.de inofficioso testamento pro quo fa
cit quod voluit Specula.in titu.qui filij sint legitimi. in §.
penultimo.in versicul.quid si pœnitentiam egerit.vbi di
xit quòd licet filia,quæ peccauit in corpus suum, possit
à patre exhæredari , tamen filia emendata per pœniten-
tiam non poterit vlterius à patre exhæredari. & idem di-
xit Bald.in l.si filia. C.de inofficioso testamento.& Inno
cent.& alij in capitu.quintaualli s.de iureiuran.& ibi do
minus Anton.in tertia columna,& Abbas in secunda co
lumn.quos refert & sequitur Ias.in l.in arenam.in secun-
da colum.C.de inofficio.testamen.& in l.ius autem ciui
le.in v.colum.de iustitia & iure.pro quibus faciunt dicta
per Bald.in l.si pro ea in v.quæstio.C.manda.& facit re-
gula illa vulgata,quòd cessante causa cessat effectus.l.adi
gere §.quamuis.ff.de iure patronatus cum similibus Se-
6 cundo † modo tollitur ingratitudo,videlicet,per ingres-
sum

ſtum religionis, adeò quòd filius ingratus, vel qui commiſit vnam de cauſis propter quam poterit exhæredari, ſi poſtea ingrediatur religionem non poterit exhæredari. text. eſt in c. fi. xix. quæſt. vlti. & ibi doct. & hoc etiã voluit gl. in l. fi. in ver. quia ingratum. C. de epiſco. & cler. & tex. & gl. in authen. de mona. in prin. de quo etiam dixi in repeti. mea rub. ff. de fideiuſ. in xij. q. in materia ordinis clericatus. vide tamen Cardi. Alex. in c. ex parte. in ij. col. in verſi. ſed operæ pretium. extrà de appella. & de hac materia ingratitudinis, vide etiam do. Anto. Corſet. in notab. ſuis in verbo, ingratitudo.

ADDITIO.

a Ingratitudo. Tu vltra huc adducta adde Curt. Iunio. in tractatu feudorum in iiij. parte princi. & Felin. in c. nouitille. ver. iiij. limitat. de iudi. Franc. Cremen. ſingu. xx. tu ſcis. Pet. Gerard. de petra ſanct. latè ſingu. j. & ibi in addit. quod etiã confirmatur per tex. ſingu. in l. qui neceſſariò. in fin & ibi Barto. not. C. de aduoca. diuer. iudic. vbi aduocatus Reipublicæ aſſumens patrocinium contra eam, vt ingratus priuatur ſalario. & illum tex. pro ſingu. ad hoc commendat And. Sicul. cõſil. xj. lib. j. & ideo Xenophon in vita Cyri ſcribit apud Perſas legem editam qua ingrati à quocunque de populo accuſari, à prætore puniebãtur. ingratitudo enim Deo, patriæque inuiſa eſt. Adde l. Titius puerum. ff. de obſeq. vbi ſeruus factus liber, propter ingratitudinem reuocatur ad ſeruitutem, dato etiam quòd pro beneficio patronus pecuniam accepiſſet. quod eſt not. pro ampliatione ad hanc materiam. & illum text. pro aureo cõmendat Roma. ſingu. cccclxiij. an dux Mediolani. faciunt quæ tradit Socin. conſi. iiij. lib. iij post Paul. de Caſt. in l. digna vox. C. de legib. Adde quæ tradit Catellia. Cott. in verb. exẽptus ratione ingratitudinis. Et qualiter ingratus diuerſimodè puniatur, latè per Franciſ. Ripam in l. vl ti. C. de reuocan. donatio. Et an filius legitimatus, qui ex cauſa fuit reductus ad illegitimitatem, iterum poſsit legitimari, per Gerard. de petra ſanct. ſing. j. ſuperius alleg.

CCCCXIIII.

1 *Teſtator filijs ſuis hæredibus inſtitutis, multiſque legatis factis, cuidam amico domum certam in gaudimentũ dedit, num huiuſmodi legatum ad legatarij hæredes permeabit?*

1 TEſtator † filios ſuos hæredes inſtituit, & quamplura legata fecit, inter alia legauit cuidã amico ſuo quandam eius domum in gaudimentũ, vt vulgariter dicitur: modò dubitatur, an tale legatum trãſmittatur ad hæredes? in quo plura adduci poſſunt pro vtraque parte: attamen veritas eſt quòd tale legatum tranſmittitur ad hæredes legatarij: ita multum not. dixit Bal. in l. ſi habitatio. in §. ſed ſi ſic. ff. de vſu & habita. quem refert & ſequitur Iaſ. in proœ. feu. in xxxv. col. ver. quintò cõfirmo, &c. vbi plura adducit pro hoc dicto. & inter alia adducit l. iiij. ff. de ali. & ciba. lega vbi habetur, quòd quando fundus relinquitur ad alimenta, venit etiam proprietas, & tranſmittitur ad hæredes. tu dicas quòd idem tenet Barto. in l. cùm hi. in §. ſi vni ff. de tranſactio & ibi Auge. clariùs, & Bal. in l. fi. circa prin. C. de fruct. & lit. expen. & ita tenet Raph. Fulgo. in conſi. xiij. incipien. Circa primum. in penulti. colum. Tene menti, quia prima facie quilibet diceret contrarium.

CCCCXV.

1 *Iuramentum magnæ importantiæ & effectus eſſe, ſi modò formalem expreſſionem, & quam habere debet, habuerit. An autem ſcripturarum tactum requirat: id habes remiſſiuè. numero 2.*

1 IVramentum † eſt magnæ importantiæ, & habet plures effectus, vt vidiſti ſuprà in pluribus ſingularibus: & habetur per doct. in plurib⁹ & diuerſis locis, quos aliter non refero, ſed ſcias & perpetuò tene menti, quod iuramentum non operatur aliquem effectum, quãdo non habuit formalem expreſsionẽ quam debet habere, & ideo ſi aliquid tibi promitto & iuro, demum dico per iuramentũ, quod aliàs feci. promitto tibi dare decem, pro hoc non obligor ad iuramentum, nec ad periurium: quia iuramẽtum requirit formalem expreſsionem: vnde non ſufficit expreſsio per relationem ad illud. ita dicit do. Ant. in c. ab excommunicato. in v. col. de reſcrip. per tex. in c. clericus. quod eſt c. penul. de iureiur. quod dictum refert & ſequitur Soci. in conſi. ſuo xcix. inci. Sereniſsimus Rex, &c.
2 in tertia colum. in tertio volumi. an † iuramentum requirat tactum ſcripturarum, vide Abba. in capit. fraternitatis. in vltima colum. de teſta. & Bald. in conſilio ſuo viij. incipien. Punctus quæſtionis, &c. in ſecundo volum. quid ſit inueſtitu. Bald. in repetitio. l. ij. in xxxj. & xxxij. colum. ff. de iureiuran. Bald. in l. in alterius. in verſicu. vlti. nor. &c. C. ſi min. ſe maio. dixe. & in authen. ſacramenta puberum. in ſecunda colum. in verſicu. j quid ſi iuro, &c. C. ſi aduer. vend. domi. Felin. in capit. fraternitatis. in nona colum. & in cap. tuis quæſtionibus. in tertia colum. eodem tit. Innocen in cap. & ſi Chriſtus. de iureiuran. text. & docto. in §. j. in authen. vt omnes obediant iudi. tex. & Ioan. Andr. in cap. vt circa. de electio. Bald. in margari. in verſicu. iuramentum. Alexan. poſt Pau. de Caſtr. in l. iij. in §. iurare ff. de iureiuran. &c.

CCCCXVI.

1 *Vidua ſi ſtuprum committant, ita dotem, ſeu actionem ad illam repetendam perdunt, vt vxor marito viuente adulterium committens.*

2 *Adulterio, qui conſtante matrimonio offenditur, idem quoque viduitate durante ſtupro læditur.*

3 *Vidua liberorum tutelam habens, ſi ſtuprum committat, tutela priuatur, velut ac ſi ad ſecundas peruolaret nuptias*

1 PLures profectò reperiũtur † viduæ quibus videtur omnia eis licere impunè poſtquam ſunt in libertate, & vlterius non ſunt ſub poteſtate mariti, ſed verè ſe decipiũt: nam ſi tales viduæ committunt ſtuprum, ita perdunt dotem ſeu actionem ad repetendam dotem, ſicut vxor committens adulterium viuente marito. ita multum ſingula. dixit Paul. de Caſtro, in conſilio ſuo cxj. incipient. Reuocatur in dubium, &c. aliàs eſt conſilio cxlvij. libro ſecundo. & in l. ſororem. C. de his quibus vt indignis. & in l. fideicommiſſum. C. de fideicommiſſ. quod dictum reprobat domin. Alexand. in dicta l. ſororem. & Iaſ. in dicta l. fideicommiſſum. ſed illud dictum approbat ipſe Iaſ. in l. ij. in ſecunda columna. ff. ſoluto matrimonio. vbi reprehendit Alexand. in dicta l. ſororem. tenentem cõtra Paulum de Caſtro. pro quo dicto facit tex. in l. penultima. ff
2 de adulteriis. per quem text. dicit ibi Bartol. quòd † qui offenditur ex adulterio conſtãte matrimonio, ille etiam offenditur ex ſtupro viduitate durante. quod dictum refert & ſequitur Iaſ. in dicta l. ij. ſecunda columna. ff. ſoluto matrimonio. & domin. Auguſti. de Arimino, in ſuis additionibus ad Angel. Areti. ſuper libro maleficior. in verb. *Che has adulterato la mia dona* in tertia charta ſuper verb. quid ſi maritus &c. & faciunt etiam dicta per Ioan. de Anan. in cap. intelleximus. in octaua columna. in
3 verſiculo, ex quo videtur poſſe, &c. de adulteriis. Et † addeetiam quòd vidua habens tutelam filiorum ſi committit ſtuprum, priuatur ipſa tutela, perinde ac ſi tranſiret ad ſecundas nuptias. Ita dixit gloſſ. in authentica, ſacramentum. C. quando mulier officio. tuto. fungi poteſt. alleg. iura de quibus in ea. quod eſt ſummè notandum, &c. quod etiam voluit Bald. in l. his ſolis. C. de reuocan. donatio. de qua materia latiùs locutus ſum in repetitione mea l. vnicæ. C. de raptu virginum. in xv. & xvj. chart.

ADDITIO.

a Adde Gerard. de petra ſanct. ſingu. xlviij. & ibi addit.

CCCCXVII.

1 *Coniunctorum, vel affinium præſentiam multa & efficere & operari: nam ea metus & vis illata teſtatori præſumptionem ceſſare facit. Item doli ac fraudis Et quid de iudicis præſentia, & decreto. Item honeſtorum virorum numero 2.*

3 *Tutores vel curatores actum aliquem gerentes in pupillorum ſuorum rebus, vt de geſtis non teneantur, quanam ratione ſibi prouideant.*

4 *Coniunctorum pupilli conſilium à dolo & culpa vacuum tutorem facit.*

1 • PRæsentia † coniunctorum vel affinium plura operatur:
nam facit cessare præsumptionē metus & vis illatæ te-
statori secundum Bal. in l. j. in ij. colum. in ver. quæro quæ
coactio. C. si quis aliquem testa. prohi. & Barto in l. fina.
in j. col. ff. si quis aliquem testa. prohib. & in l. frater à fra
tre in pe. char. in ij. col ff. de condi. inde. item facit cessare
præsumptionem doli, fraudis & metus, secundum Bar. in
l. fin. in prin. ff quod met. cau. & Alex. in l. si cùm dotem.
in §. eo autem tempore. in pe. col. ff. sol. mat. & voluit doc.
in l. transactionem. C. de transac. & Philip. Dec. in consi.
2 ccxxxii. incip. Dura. in ij. col. Item † idem operatur præ-
sentia seu decretum iudicis. nam facit cessare præsum-
ptionē metus secūdū Bar. in l j. C. de præd. cur. li. x & in d.
l. frater à fratre in pen. chart. in ij. col. & Imol. in l. j. in §.
fuit quæsitum. ff. ad Trebel. & Bald. in c. j. in prin. in iij. co
lum. qui feu. dare poss. Item præsentia honestorum viro-
rum tollit præsumptionem metus: secundum Ange. in l.
quæro. in §. seruum. ff. de ædil. edict. quæ omnia tamen re-
stringuntur per Ange. in consi. ccxxv. incip. Thema tale.
in vlti. col. quem refert & sequitur do. Philip. Dec. in con
silio ccxix. incip. Viso puncto. in vltim. col. in fi. Et in hac
materia præsentiæ coniunctorum vel attinētium teneas
3 menti, quòd † quando tutores, vel curatores faciunt ali-
quem actum in rebus pupillorum debent esse cauti, & fa
cere cum consensu matris pupillorum & attinentium:
quoniam tunc licet malè succedant pupillo ipsi non te-
nebuntur. ita voluit gloss. in l. ij. in ver. pupillo. circa med.
C. de his quibus vt indig. quam Pau. de Cast. ibi in vltima
col. ad hoc reputat multum singu. & menti tenendam. &
4 ex illa gl. dicit ibi Bal. in iij. oppositione, quòd † ratione
consilij coniunctorum præsumitur à tutore abesse dolus
& culpa: quod dicit esse not. dignum. & illam gl. etiam re
fert & approbat Bal. in c. j. in prin. in ij. col. qui feud. dare
pos. & illam gl. cum doctrina Pan. de Cast. & Bald. refert
& exclamat Ias. in l. j. in fine. C. de transact. & de hac ma-
teria etiam latè loquitur Ias. post alios in dicta l. trans-
actionem. C. de transactio. & in dicta l. ij. C. de his quibus
vt indign. &c.

CCCCXVIII.

1 *Testium dicta iuuanda, non impugnanda nec cauillanda. Vnde qui audiuit, si interrogatus dicat, vidi, sufficienter deposuisse videtur.*

1 DIcta † testium sunt iuuanda, & non impugnanda nec cauillanda, secundum Bal. in l. de quibus. in vlti. col. ff. de legi. & in c. cùm dilecti. in vlti. col. de consuet. & volunt doc. in l. j. ff. si cer. peta. & Ias. in l. si fideiussor. in §. si necessaria. ff qui satisda. cogan. pro quibus facit l. quoniam. C. de hære. & ideo tene menti singulare verbum Iaco. de Are. in l. testium. C. de testibus. vbi dixit quòd si testis qui audiuit, dicit quòd vidit, quod eius dictum saluatur: quod dictum refert & sequitur Bal. in margar. sua in litera T. in ver. vnde qui audiuit &c. & dicit ibi Bal. quòd ratio illi⁹ dicti sui est, quia visus prædicatur de omni sensu, vt ibi latiùs per eum: de quo etiam per Soci. in consil. suo liiij. incip. Visis testibus. in prima col. in iij volu. tene menti ad euadendum testes à falso.

CCCCXIX.

1 *Moderator in re sua licet quilibet sit, ac arbiter, hoc tamen in re emphyteutica perpetuum non est. De quo hic fusè ac doctè.*

1 LIcet † in re sua quilibet sit moderator & arbiter, vt in l. in re mandata. C. manda. & in l. non vsque adeò. ff. si quis à paren. fuer. manu. & in l. etiam. §. licet in dotalibus. ff. soluto matrimo & habetur in l. nec emere. C. de iure deliberan. attamen hæc regula fallit in vno casu multùm not. videlicet, quando emphyteusis propter generationem finitam reuersa est ad dominum: quoniam tunc dominus nō potest de tali sua re facere quod sibi placet: quia tunc descendentes ipsius emphyteutæ possunt petere illam rem sibi confirmari: quòd si dominus hoc denegauerit, poterit appellari ad superiorem: ita dixit Barto. in l. j. §. permittitur. ff. de aqua quotid. & æsti. & in l. j. ff. de priuileg. credi. & in l. si mihi & Titio. in fin. ff de verb. obligatio. & idem voluit Pet. de Ancha. in consi. suo clxx. incipien. Ex tenore priuilegij. in tertia col. vbi loquitur in rebus ecclesiæ: & approbat dicta Barto. in dictis locis. & tenet ipse Pet. de Ancha. in consi suo clxxiij. incip. do. Lazar. in penul. col. & Ange in d. §. permittitur. & illud dictum Barto. etiam approbat do. Ange. in ca. j. de loca & Cardi. in c. penul. de postul. præla. & Bal. in additio. Specu. in tit. de loca. in xj. col. in versi. Emphyteusis debet potiùs &c. & in c. in præsentia. in x. col. de probatio. in versi. quid autem. Item hanc sententiam & opi. Bart. in dictis locis ex plurib⁹ iuribus & doctrinis notab approbat Ludo. Roma. in consi. suo xxij. incip. Propositæ mihi consultationis. in pen. col. vbi dicit quòd ita se habet communis opi. & hanc partem firmat idem Ludo. Roma. in l. ij. in prin. ff. solu. matrimo. & hanc partem tenuit do. Alex. in pluribus locis: quem refert & sequitur do. Philip. Deci. in consi. suo cxxxj. incip. Reuocatur in dubium &c. in ij. col. vbi dicit, quòd hæc est communis opi. de quo ibi latiùs per eum. ad quod etiam vide Alex. in consil. clxj. incip. Visis narratis &c. in vij. volum. vbi dicit prædicta esse vera, quando descendentes qui petunt se renouari essent instituti hæredes, secus si extranei essent instituti: ad qđ alleg. Ioan. de Imol. in consil. suo incip. Quidam Tunius de Panno &c. de quo latiùs per do. Alexan. in dicto consi. de quo etiam vide latiùs per do. Fran. Cal. in consil. suo xliiij. incip. super controuersia. per totum.

CCCCXX.

1 *Regula, qui per alium facit, ipse facere videtur. Vnde si quis aliquem alere teneatur, satisfecisse videtur, si ei prabendam ad alimoniam procurarit, vel si in aliquo hospitali de alimentis prouiderit. Id autem qualiter accipiendum. ibid.*

1 EXtat iuris regula vulgata quæ dicit, † quòd qui per alium facit, ipse facere videtur: vt in c. qui facit. de regu. iur. in vj. & in l. quod iussu alterius. ff. de reg. iur. & pro confirmatione seu ampliatione dictæ regulæ scias, quòd si quis tenetur aliquem alere, sufficit si faciat eum recipi in aliquo hospitali vel domo Dei, vel si procuret ei aliquā præbendam. Ita multùm nota. dixit Bald. in l. j §. sed scimus. per illum textum. C. de latin. liber. tollen. quòd tamen restringit illud de hospitali, dummodo ille, qui debet alimentari, possit sine eius dedecore habitare in hospitali, aliàs dicit secus esse. quod dictū non memini me alibi legisse &c.

CCCCXXI.

1 *Mora, quando periculum est allatura, facit, vt multa tolerentur, quæ minimè licerent. Quod & in iuramento habet locum, vt contra illud absque absolutione venire iurans possit, si superioris copia non adsit.*

1 QVando † periculum est in mora, multa tolerantur, quæ aliàs non tolerarētur, vt dixi ego latè in l. qui cum eodem. in j. & ij. colū. ff. de sicar. quibus ibi per me dictis adde, quòd hoc habet etiam locum in iuramento: nam quando imminet necessitas, & non potest haberi copia superioris à quo petatur absolutio à iuramento, tūc contra iuramentum licet venire propria authoritate absque absolutione: ita dixit Inno. in c. venerabilem. de elect. gl. super verbo, venire. in fin. quod dictum refert & sequitur Bal. in l. non dubium. in antepenul. col. C. de legi. & Abb. in c. quanto. in vj. col de iureiur. & Can. in d. c. venerabilem. & istud dictum refert & sequitur do. Feli. aliqua pro eo adducens in c. ij. in penul. col. de spon. Tene menti ad euitandum periurium.

CCCCXXII.

1 *Agnatos transuersales vltra decimum gradum ad successionē non admitti. Limitabis tamē in illustrium virorum successionibus, qui etiam in infinitum non prohibentur.*

2 *Quod etiam in feudis locum habere dicitur.*

1 AGnati transuersales † vltra decimum gradum ad successionem non admittuntur secundum gloss. & doctor. in l. fina. C. vnde legi. & gloss. & Bartol. in authenti. in successione. C. de suis & legiti & not. in §. fina. Insti. de serui. cogn. hoc tamen fallit in successionibus illustrium virorum, vt comitum, baronum, & similium, qui in infinitum admit-

tum admittuntur.ita singu.vulnit Bal.in c.j.in §.capitanei.de feu.marchiæ.vbi dixit esse valde not. quòd in successionibus illustrium comitum,& baronum,mortuo vltimo comite sine hærede succedunt quicunque agnati, etiam si centesimo distent gradu.Et idem dicit in regno seu in regum successione,quia si tota domus regia moreretur, & extaret vnus de sanguine antiquo, & non esset alius proximior,esto quod esset in millesimo gradu, tamẽ iure sanguinis & perpetuæ consuetudinis succederet in regno.& ista omnia refert & approbat do.Philip. Deci. in consi.suo lxxxv.incip Diligenter.in ij.col.in versi.secundò principaliter. vbi dicit,quòd ista sequitur Iaco. Alua. in dicto § capitanei.in gl.fi.vbi post Iaco.de Bel. & Nic.
2 de Neapo.concludit,† quòd quando de acquirenre feudum primordialiter fit transitus ad descendentem, tunc in infinitum progreditur etiam ad transuersales acquirẽtium:de quo latius per do Philip.Dec.in d.suo consi.Tene menti:quia hoc aliàs vidi in contingentia facti &c.

CCCCXXIII.

1 *Compromissum nullum effectum habere,nisi ab arbitro,arbitratoréve acceptatum fuerit. Nec tempus compromisso adiectum currere,nisi ex quo acceptatum extiterit.*

2 *Appellationis exercendæ tempus,seu instantia ipsius prosequendæ,licet de iure communi à die interposita appellationis currat,tamen,si iudex eligi debeat, antequàm sit electus, tempus illud,seu instantia non currit.*

1 COmpromissum † factum in aliquem nullum habet effectum,nisi fuerit acceptatum per arbitrum vel per arbitratorem:quia in his quæ pendent ex consensu duorum,non inducitur perfectio,nisi vtriusque consensu cõcurrente,vt est in contractibus vltro citróque obligatoriis:vt in l.Labeo.in § verba.ff.de verbo signifi.& tempus appositum & limitatum in compromisso non currit,nisi à die acceptationis ipsius cõpromissi :quia ante dictam acceptationem arbiter electus nõ est arbiter,nec cõpromissum dicitur esse factum donec non est acceptatũ,sed dicitur magis partes velle facere compromissum:eo autem acceptato dicitur compromissum factum gl.est no. in l.si cùm dies.in prin.ff.de arbir.& ridiculum esset dicere quòd tẽpora currerent antequam adesset arbiter qui posset partes adire.tex.est not.in l.si in diem.ff.de condi. & demonst.per quam legem consuluit do.Christopho.de
2 Castel quòd † licet tempus exercendæ appellationis , seu instantia causæ appellationis exercendæ currar de iure communi à die interpositæ appellationis:vt in c ficut.de appel.& in l.fi.§.illud.cum gl.C.de appel. tamen disponẽte statuto vel decreto quod debeat eligi certus iudex appellationis ex numero confidentium,quòd si post interpositam appellationem partes starent decem annis ad faciendum dare iudicem appellationis,nunquam currit tempus instãtiæ appellationis,quia non adest iudex qui possit adiri vt ipsa appellatio exerceatur.quæ omnia ponit do.Lanfran.de Brixia in suo tracta.de arbi.in ij.char. in iij.colum.quæ omnia tene menti:quia quotidie occurrunt in facto,&c.

CCCCXXIIII.

1 *Iurans se non reuelaturum quod sibi in secreto,& velut in confessione dicitur,qui tamen sacerdos non sit,ad tamen si in testem producatur,non obstante iuramento reuelare tenetur.*

ACcipe quæso vnum dictum valde periculosum,quod mihi imposuit maximam admirationem : quod di-
1 ctum est hoc,videlicet,† quòd si quis dicat aliquid alicui in secreto & in confessione,quando non est sacerdos, iuramento ei præstito quòd nemini debeat illud reuelare, tamen si producatur in testem non obstante iuramento debet illud reuelare:ratio est,quia iuramentum non extenditur ad istum casum,scilicet,quando producitur in testem:& ratio rationis est,quia si intendebat iurans ad hunc casum extendere iuramentum,certè iuramentum fuit temerarium,& non seruandum : ita not. dixit Abb. in cap.si sacerdos.in ij.colum de offic.ordina. post Innocen.in cap.qualiter & quando.de accusatio.& in capit. omnis vtriusque sexus.circa finem.de pœniten.& remis. quod dictum refert & sequitur Ias. in l.fina. in iij.colum. versi.xiij. notab.facit &c.ff qui satisda.cogan.tene menti quia vt dicit Abb.in dicto cap.si sacerdos.multi decipiuntur.Et ego prima fronte dixissem cõtrarium per gl. in cap.licet mulieres.de iureiuran. in sexto.de qua locutus sum in repetitione mea rubric.ff.de fideiusso.in xlvj. colum.in fine &c.& vide Ioannem Neuizanum in sylua nuptiali, in xj.chart. in quarta colum. vbi latius loquitur in hac materia.

CCCCXXV.

1 *Consuetudinem in contractibus emphyteuticis semper attendi.*

1 IN † contractibus emphyteuticis semper attenditur cõsuetudo secundum Ange.in §.emphyteusim. in authẽ. de non alienan. vbi dixit,quòd simplex promissio prælati ecclesiæ de renouanda emphyteusi concessa ad nouennium,quando erit finita,intelligitur secundum quod est consuetum renouari per alios.Et dixit Bal. in addition. Spec.in titu.de loca.in iiij.colum.in princ quòd locatio in emphyteusi simpliciter facta per prælatum,tamen censetur facta in tertiam generationem,si etat ita consuetũ. Et dixit Ioan.de Imol.in cap.potuit.de loca. quòd concessio in emphyteusi facta pro se & filiis simpliciter , intelligitur etiam pro filiis futuris,si ita est consuetum:quæ omnia & aliqua etiam not. dicta in materia refert & sequitur Ias.in l.certi condictio.in § si nummos.in iiij.colum.in fin.ff.si certum petatur.quæ omnia poteris addere ad materiam consuetudinis,&c.

CCCCXXVI.

1 *Partum viscerum partẽ esse,unde qualis mater,talis partus. Id autem qualiter procedat,ibidem habes.*

1 PArtus † est pars viscerum,ideo qualis est mater , talis erit partus.l j.in §.ex hoc rescripto.ff.de ventre inspicien.l.sed addes. §. si quis mulierem vehendam.ff.locat. l.curator.ff.de ven.in possessio.mitten. & in cap. si quicquid.& in cap.si ad matris.& cap.sequen.de consecra.distinct iiij.& voluit Specu.in tit.de feu in §.ij.in versi quintò quæritur.Istud tamen credo regulariter procedere in fauorabilibus,sed secus in odiosis:& hoc propter not dictum Bal in l.fin.C.de liber.causa. vbi dicit,quòd bannita muliere prægnante,natus postea non est bannitus. & dixit idem Bald.in l.cùm inter.C.de fideicommiss. liber. quòd si banniuntur omnes homines de tali progenie, quod non comprehenduntur existentes in ventre:quæ dicta refert & sequitur do.Nellus in tractatu suo banni.in prima parte primi temporis.in ix.quæst.circa medium.in versi. & nota quòd si banniuntur,&c.

CCCCXXVII.

1 *Sententia multis casibus in rem iudicatam non transit, maximè quæ ex dicto siue relatione peritorum lata est,etiam si ab ea appellatum non sit.*

1 PLures † sunt casus,in quibus sentẽtia nunquam transit in rem iudicatam : quos casus satis amplè posui in repetitio.mea l.finali.C.de probatio. in xviij. quæstio. extraordinaria.& inter alios casus vnus est:vt ibi dixi,quãdo lata est sentẽtia ex dicto seu relatione peritorum:nam tunc sentẽtia talis non transit in rem iudicatam. Et ideo si extat statutum quòd sententia debeat ferri cum consilio sapientis:vt cõmuniter in aliquibus casibus sunt statuta per Italiam , vel etiam si de voluntate partium est commissa causa consilio alicuius sapiẽtis,tunc à tali sententia nedum poterit appellari,sed etiam si non sit appellatum,talis sententia nunquam transibit in rem iudicatam:imó semper & quandocunque poterit retractari, si appareat consilium alterius doctoris magis periti in cõtrarium factum.ita dixit dom. Anto. in cap.proposuisti. ante finem.de probatio.quod dictum pro nota. & mirabili refert & sequitur domi. Alexan in l.si ab hostibus.ff. soluto matrimonio.vbi multùm exclamat istud dictum. quod etiam sequitur Ludoui.Roman.in consilio suo ccxxviij.incipien.Pro plena discussione,&c.ad finem. & in l.cùm quidam.in §.quod dicitur.ff.de acquiren hæredita.de quo latiùs per Ias. qui hoc dictum multùm exclamat in repetitio.l.admonẽdi.in xvj.colum.ff. de iureiu-

gan.pro quo vide quæ dixiego in l.j.§.fin.in xvij.colum. in ptiocip.ff.de quæstionib.

CCCCXXVIII.

1 *Terminus ab homine iudicis iurisdictione pracisè assignatus, vel instantia causa, vim peremptory & ad probandum per partes, & ad sententiam audiendam, adeò vt iudex die termini vltima etiam peremptoriè actore non citato, reum absoluere queat.*

MAteria citationis, dilationis, vel monitionis peremptoriç traditur a scribentibus in l.ij.C.quomodo & quando iudex.in cap.pia.de except.in vj.in cap.frequēs, de restitutio.spolia.in vj.in l.j.C.de dilatio.& in l.admonendi.ff.de iureiurao.& per Bald.in margari.sua, in verbo, terminus:& per Bald.in l.mancipiorum.ff.de damno infecto. & in pluribus aliia locis, quæ difficile esset adducere, de qua materia aliqua dixi in repetit. mea l.de
1 vnoquoque.ff.de re iudi.Et † circa ipsam materiā reneas menti, quòd terminus præfixus assignatus ab homine iuridictionī iudicis vel instantiæ causæ non solùm habet vim peremptorij ad probandum quantum ad ipsas partes, sed etiam habet vim termini peremprorij ad audiendum sententtiam:& ideo iudex in vltima die termini poterit reum diffinitiuè absolnere eriam actore peremptoriè non cirato.ita not.dixit Bal in authent. ei qui.C de tempo.appel.quod dictum pro valde singulari exclamat Ias. in repeti.l. admonendi.in xxxv. colum. ver.addo quod plns,&c,ff. de iureior. vbi pro hoc dicto plura alia adducit, de quibus ibi per eum: de quo etiam vide per Barbat.in capit.consuluit.in viij.colum. de officio deleg.

CCCCXXIX.

1 *Rationum liber vt probet, quid continere debeat? Sed quid si contra scribentem producatur? nu.2.*

1 LIber † rationum ad hoc vt probet, debet habere diē
a & cōsulem, aliàs non probat.l.j.§.rationes.& ibi docto.ff.de eden.& vulnit Bal.in rubri.C.de fide instrumen. io xij.colum.in versi. viso de scripturis quæ sunt publica manu scripta,&c.& Ang.io l.j.in §.editiones.ff.de eden. istud est verum ad hoc vt ipse liber rationum probet pro
2 scribente.Sed † secus est vt ipse liber probet contra ipsum scribentem:quia tunc non est quærendum, an habear solennitates præsertim an habeat diem & consulem: quia etiam sine die & consule probat contra scribenrem. ita singu.dixit Ioan.Andr.in additio.Spec.in titu.de instrumen.edit.io §.nunc dicendum.in addition.magna incipien.Quia de argētario,&c.in ij.col.in versi.dicit etiam quòd si prædicta dies,&c,& in eadem additio.in v.col. in versicn.de solennitate,&c.quod dictum summè commēdat Ias.in repetitio.l.admonendi.in xlviij.colum.in principi.ff.de iureiuran.vbi dicit se non legisse alibi hoc dictū. & dicit quod idem tenet domi. Antonius in cap.secundo, extrà de fide instrumento.in quinta colum.& Abb.in viij.colum.in fine. tene menti: quia est singulare verbum seruiens ad multa.

ADDITIO.

a Habere diem. Dies in libris rationum requiritur. secundum Bal.in dicta rubri.de fide instru.tradit Alesan, consi.lxx, viso processu.col.iij.versicu.ecce ergo.volu.j.ita limitando communem regulam, de qua in l.penulti.§ idem quæsit.ff.de pignorib. vbi probatur quòd scriptura priuata diem non requirit. Alibi tamen multum singulariter dicit Bal. in l.iubere chartulas,C.de conuenien.fisc.debitor.lib.x.quòd si de virtute scripturæ priuatæ carenns die & consule quæratur, distinguendum est, quia aut dubitatur an valeat,& dicēdum est secundum eum, quòd sic, per d.§.idem quæsit. cum suis concordan.aut dubitatur cuius sit effectus,& dicit quòd probat promissionem vel obligationem esse factam: tamē quòd ex quo lapsu tēporis potest esse præscriptum, necessarium erit creditori de tempore confecti chirographi probare, argu.l.eum actum.ff.de nego.gest.& l.matrem.C.de probat. & hoc dictum Bal.pro singulari reassumit & approbat Alex.consi. clxxxij.lectis.col.ij.ad fi.lib.ij.& idem etiam in effectu consuluit idem Bal.consi.ccclxij.quæritur vtrum.lib.uj.

CCCCXXX.

1 *Commodato tibi librum meum si dedi, ac tibi tandem scripsero literas, vt ad me librum meum remittas, mādare id non videor, vt per literarum gestorem id facias. vnde si tu mihi librum non reddas à me liberatus non es, nec ob id teneor.*

1 CAuti † & oculati etiā quandoque decipiuntur, vt experientia demonstrat:& ideo aduertas tu oe in ipso decipiaris.nam si commodaui tibi librum meum vel vestem vel aliam rem,& scribo tibi literas quod tu mittas librum meum vel aliam rem meam: oon tamen videor petere à te vt des rē illam famulo seu nūtio meo, qui portar dictam literam meam tibi nisi hoc exprimam:& ideo si tu tradis dictam rem meam illi nuntio,& aufugiat, ego non teneor, nec tu es à me liberatus.l.sed si mei causa.ff. commoda.Ita ad literam dixit Cardin. Alexan. in cap. significauit.in ij.col.de appel.pro quo facinnt optimè dicta per Bal.io consi.suo ccccxxvj.incip.Francis.&c. in ij. volo.& per do. Anto.in cap.significante. in secundo notab.extrà de pig.& ibi in ij.col.in versicu.quæro si aliquis &c.& vide Barto.in l.eum qui.in §.fina.ff.commod. vbi ponit hunc casum.tene menti: quia etiam sæpe oculati & astuti homines in hoc decipiuntur: quia tradunt rem illi qui portat sibi literam domini,& hoc quotidie occurrit in facto.

CCCCXXXI.

1 *Inualida qua sunt in consideratione non esse. Vnde paria sunt non facere, vel minus legitimè facere.*

2 *Libellus non ritè conceptus nihil operatur, sicuti nec vllum effectū parit litis contestatio non ritè facta.*

3 *Notarius si in instrumēto indictionem apponere teneatur, si eam apponat, sed corruptè, an ob id instrumentum vitietur?*

1 DIxi tibi pluries in voce,& etiā in scriptis, † quòd inualida non sunt in cōsideratione:& quòd paria sunt non facere vel facere & minus legitimè: vt habetur io l. quoties.ff.qui satisda.cogan.& in l.scire oportet.io §.sufficit.ff.de excusatio.tuto.in l.non putauit.in §.non quæuis.ff.de bono.posses.secundum tabu.pro quo facit tex.
2 in l.si accusaturus.ff.de adulter.vbi † libellus non ritè conceptus nullum operatur effectum.& facit tex.in c.proposuisti.in verb.legitimè.de foro compe.& facit gloss.nota. in l.si pater.C.ne de sta.defun.quæ dicit quòd cootestatio litis noo ritè facta nullum operatur effectum: & faciunt plura dicta per Ias.in l.licet.C.de procura.in prima colum.de quibus dixi latissimè fortè vltra omnes io consilio meo xxj.incipi. Impone domine sermonem oti meo &c.in j.& ij.char.Sed prædicta regula potest limitari vno
3 modo, videlicet, quòd † licet notarius in instrumento teneatur apponere indictionem, aliàs si nō apponitur, instrumentum vitiatur: vt dixit Barto & alij in l.admonendi.ff.de iureiuran.& habetur in authen. vt præpo.nomen impera.in princ.& in authen.quibus mod.natura.effi. legi.in § quantum.in versicu.& habetur per Cano. in c.inter dilectos.de fide instrumen.& per Bar.in l.si librarius. ff.de regu.iur.tamen si indictio sit apposita in instrumento licet corruptè non vitiat instrumentum: constat enim quòd notarius sensit de indictione, quæ illo anno currebat: vnde licet errauerit, illa tamen habetur pro apposita.ita singu.consuluit Dy.in cōsi.suo xiij.incip. Quæstio talis est quodam instrumento &c quod consilium refert & sequitur Barto.in l.nominatim. ad finem. ff.de condi. & demonstra.& Bal.in l.j.C.de nouo codi.confir. & in l. ij, ante finem.C.de fal.cau.adiect.leg & in l.cùm proponeretur de lega.iij.& Bal in l.Imperator.j.ff.de statu homi.& ibi Ang.& Bar.in l.si librarius ff.de reg.iur. de quo etiam per do.Anto.in c.cum venerabilis.circa fin.de relig.domi.& per Ias.qui multùm no, hoc dictum in repet. l.admonendi.in lxvj col.de iureiur.post med.& circa hāc indictionem vide aliqua per Alex.in consi.cxc.incip.Plura.in ij.col in vj.volu.Et vide aliud dictum in quo inualida operantur, quem posui suprà, in singul. cclxxiiij. incip.Licet regulatiter.

CCCCXXXII.

1 *Creditor debitorem malum habens, si ei partem debiti remittat, vt reliquum habeat, num in id quod remisit, remedium aliquod*

quod habeat?

1 SAepe† contingit quòd creditor habens malum debitorem remisit partem debiti vt reliquum sibi soluat: vt ego pluries vidi in facto: sed scias quòd tali casu talis creditor potest repetere illud quod remisit per condictionẽ
2 ob turpem causam. ita singu. dixit Ludo. Roma. & Alex. post eum in l. fi. ff. de condi. ob tur. cau. vbi dicunt, quòd hoc fuit dictum Iaco. de Are. in d. l. fi. & istud dictum refert & sequitur Ias. in d. l. fi vbi pro corroboratione dicit facere, quia remittere est dare: vt in l si mulier. ff. de condi. cau. da. cau. non secu. & istud dictũ summè not. cõtra istos homines seu mercatores fallitos, quibus eo quia sunt mali debitores, eorum creditores remittunt partem debiti vt reliquum habeant, quod tota die occurrit in facto.

CCCCXXXIII.

1 *Testis vnus quandoque plenè probat, licet vulgo dicatur, vox vnius, vox nullius. nu. 2. vbi idem de fama.*

1 TRita† & vulgaris est iuris regula, quòd in ore duorum vel trium stat omne verbum, & vox vnius vox nullius. Sunt tamẽ plures casus in quibus vnus testis tantum plenè probat: quos ponit accuratè Spe. in titu. de teste. in §. restat. in versi. hoc tamẽ fallit. vbi enumerat xxx. casus in quibus vnus solus testis plenè probat. de quibus etiam habetur per Ioan. And. in c. vt circa de elect. in vj. In nouella. & per gl. in c. tanta. lxxxvj dist. & per Innocẽ. do. Anto. & alios in c. veniens. j. de testi. Et dictis casibus adde alium casum, videlicet, quãdo sumus in causis breuioribus, nam in talibus causis probatio per vnum testẽ vel per famã dicitur plena probatio: & sic non est necesse deferre iuramentum in supplementum probationis. ita videtur de mente Bar. in l. de minore. in §. tormenta. in vlti. col ff. de quæst. & do. Anto. in c. veniens. j. de testibus. & in c. j. de appel. & voluit expressè Mathesi in not. suo ij. &
2 ibi ipse subdit in iij. not. quòd † eodem modo in iudiciis possessoriis in quibus dicitur agi de leui præiudicio probatio per vnũ testem vel famam habet vim plenæ probationis: ita quòd non est opus iuramento in supplementum probationis: quod sentit etiam Bart. in l. j. C. quorũ bon. & clariùs in l. ij. in fin. C. vbi in rem act. de quo dicto latiùs loquitur Ias. in repet. l. admonendi. in lxxviij col. post medium. ff. de iureiuran. & vide suprà, in singu. ccccvij incip. in ore duorum vel trium.

CCCCXXXIIII.

1 *Testem non iuratum non probare, nec eius dictum aliquid efficere: nisi tamen testis huiusmodi sit coram arbitro, aut iudice productus, qui procedendi de facto facultatem habeat.*

1 ALiâs† tibi dixi quòd testis non iuratus nõ probat, & eius dictum parum vel nihil operatur: & hoc dixi suprà, in singu. ccxiiij. incip. Ad validitatem &c. etiam ibi dixi, quòd papa non potest dispensare quòd testis in ferendo testimonium in iudicio non debeat iurare. sed dicta iura & omnia ibi dicta limita singulariter non habere locũ in arbitro seu in iudice, cui data est potestas procedendi de facto, sed sententiandi de iure. nam tali casu virtute talis arbitrij poterit arbiter seu iudex plenè credere testibus non iuratis. ita dixit singu. Bal. in c. consanguinei. ad fi. de re iudi. quod dictum pro valde notab. refert & sequitur Ias. in repetitio. l. admonendi. in lxxxiiij. col. post prin. vbi dicit hoc alibi non legisse. ff. de iureiur. &c. & vide quæ dixi infrà, in sing. ccccclx. incip. notissimũ fore opinor &c.

CCCCXXXV.

1 *Rem inter alios actam alij non obesse, & si qualẽqualem præsumptionem. quæ vel semiplenam probationem faciat. nu. 2.*

1 REs† inter alios acta tertio non præiudicat: vt habetur in titu. C. res inter alios acta. in rubro & nigro. & hoc clarum est. Attamen scias & perpetuò teneas mẽti, quod si aliqui testes sint examinati inter aliquas personas, licet non noceant aliis, attamen si tales testes amplius examinari non possent, hoc casu faciunt semiplenam probationem contra alios, secus esset si iterum possent examinari: quia tunc est imputandum parti quare eos non facit examinare. ita singu. dixit Bart. in l. admonendi. ff. de iureiuran. in xvj. col. in versi. quæro quid si dicta. & idem tenet do. Anto. & Abb. in c. fi. extrà de iureiuran. & do. Anto. in c. quamuis. in iiij. col. de re iudi. & Ioan. de Imol. in d. c. fi. de iureiuran. & Ange. in l. ij. C. de eden. & Abb. in d. c. quamuis. & do. Alex. in repeti. l. sæpe, in xxxvij. col. ff. de re iudi. multùm exclamat hoc dictum Bart. & dicit quòd est summè not. quia est de pane lucrando, licet secũdum eum non sit sine dubio quæ omnia refert Ias. in d. l. admonendi. in lect. in penul. char. in iij. colum. & in repet. illius legis in lxxxvij. col. ante fi. vbi adducit do. Franc. de Are. reprobantem hanc doctrinam Bart. in consi. suo clxiiij. incip. Sicut Ioannes. in iij. col sed Ias. in d. l. admonẽdi. in lect. in d. pen. char. in iij. col. reprobat do Franc. in dicto consil. suo, & approbat doctrinam Bar. quam vt æquam ego sequor. de qua materia illius tituli, res inter alios acta, vide do. Philip. Dec. in consil. suo cix. in j. col. vbi re-
2 fert & sequitur illud dictum Bart. & † dicit quòd licet res inter alios acta tertio non præiudicet, tamẽ facit aliqualem præsumptionem, per glo. in l. si duo patroni. ff. de iureiuran. & in l. à sententia. in princ ff. de appel. & in l. ij. C. de edendo. & dicit quòd talis præsumptio est adeò potens quòd facit semiplenam probationem. & ad hoc alleg. Barto. in dicta l. admonendi. vbi suprà. & vide etiam do. Philip. Dec. met in consi. suo xlij. in penul. col. vbi adducit prædicta. & adducit etiam do Anto. in c. fraternitatis. de testi. in antepenul. col. in versi. nunquid autem in eadem distantia &c. idem dixit ipse do. Phil. Dec. in cõsi. cclxxij. incip. Viso processu. in ij. col. ad fi.

CCCCXXXVI.

1 *Temporis diuturnitatem, seu antiquitatem multa operari, adeò, vt apocha priuata antiqua tamen nullo testium, aut subscriptionis adminiculo suffulta. si modo factum antiquum sit, semiplenam probationem inducit.*

1 LAtè† satis dixi tibi suprà, in singu. cccxxiij. incip. Diuturnitas &c. quòd antiquitas seu diuturnitas tẽporis plura & plura operatur: sed circa eandem materiã dico tibi nuperrimè aliud verbum non contẽnendum, videlicet, quòd licet cautum sit de iure, quòd apocha priuata nullo adminiculo suffulta neque testiũ, neque subscriptionis, nihil penitus probet: vt habetur in l. scripturas. C. qui potio in pign. hab. & per Bar. & alios in l. admonẽdi. ff. de iureiuran. & per Ludo Roma. in consi suo ccciij. incip. Hæc scriptura &c. hoc tamen fallit nisi factum sit antiquum, & apocha antiqua: quia tunc semiplenã probationem inducit. ita singu. dixit Ioan. Andr. post Nico. de Matta. in additio Spec. in tit. de instrumen. edi. §. nũc dicendum. super versi. quid si producens. quod dictũ refert & magnifacit Ias. in repeti. d. l. admonendi. in lxxvij. col. sed tu aduerte quòd hoc non dicit Ioan. Andr. in dicta additio. sed hoc dicit Spec. in dicto §. nunc dicendũ. in pen. col. in versi. regulariter ergo, &c. & idem dixit do. Anto. in c. ij. in versi. tertius casus quando scriptura nullo modo approbat, &c. extrà de testi. tene menti: quia est singulare verbum, &c.

CCCCXXXVII.

1 *Criminales causas ciuilium causarum instar procedere. Id tamen limita vt hic.*

1 IN† causis criminalibus proceditur ad instar ciuilium. l. absentem ff. de pœn. Attamen scias quòd hæc regula fallit in aliquibus. Primò enim fallit: nam licet in causis ciuilibus sufficiat semiplena probatio vnà cum fama, tamen secus est in causis criminalibus in quibus semiplena probatio cum fama non sufficit. ita dixit gloss. multùm notab. in cap. veniens. j. de testib. quam refert & sequitur Bald. in l. ij. in princi. ff. de excusatio. tuto. & Imol. in l. interesse. ad finem. C. de accusatio. & Pau. de Leaza. in l. grauis. in penul. col. de deposi. & idem voluit Cyn. in l fin. C. de quæst. & Bald. in l. qui crimen. in secunda colum. in fi. C. qui accusa. non pos. & in l. si quis ex argentariis in §. ij. ff. de eden. & idem per illam gloss. tenuit Alexan. in consilio suo cxliij. incip. Quoniam abundè. in secundo volu.

& Iaf.in repet.l.admonendi.in xc.col.post princip.ff.de iureiuran.vbi subdit fortius,videlicet,quod idem etiam est quando agitur ciuiliter de crimine. ita dixit Ioan.de Ana.in consi.suo lix.incip.Visa inquisitione.in iij.col.ad quæ vide etiam quæ dixi in repet.rubr.C.de probatio. in lxij.& lxiij.col.& dicit Iaf.vbi supra idē esse in causa matrimoniali,quando agitur de matrimonio dissoluendo: quia talis causa æquiparatur causæ criminali. quod allc. Alex.in cōsi.suo cclxxxv.incip.ad habēdum.sed dicas q idē dixit Alexā.in d.cōsi.cxliij.de quo ego latiùs locutus sum in d.l.de minore.in §.pluriū.in xij col.ver.modo vltra Bar.&c.ff de quæstio fallit secundò supradicta regula in iudiciis deliberatoriis, quę licet dentur in causis ciuilibus,vt in auth.offeratur.C.de lit.contre. tamē non dātur in causis criminalibus:ita dixit gl.not. in c.1.iij.quæst.ij. quæ alleg.rationē de hoc:quam gl.refert & sequitur Ludo.Roma.in singu dccj incip.Quæro,&c.vbi dicit quòd illā gl.communiter est incognita,&c.

CCCCXXXVIII.

1 *Legem de iudicis persona multum confidere.idq; vt iudicis decretum interpositum fraudis ac doli præsumptionem cessare faciat,aliámque sinistram suspicionem. Quod limita, vt hic, numero 2.*

1 LEx † multùm confidit de persona iudicis, adcò quòd vbi reperitur interpositum decretum iudicis, cessat præsumptio fraudis & doli,& qualibet alia sinistra præsumptio:secundum doct.in pluribus & diuersis locis.nam hoc voluit Spec.in titu.de empt.& vendit.§.nunc dicendum.ver.& breuiter scias & Bal.in l.cùm hi.in §.si prætor.ff.de transact.& in l quicunque.C.de bo quę lib.& in l.fi.C.de prædi.mino.& in l.ij.C.de offi.ciui.iudic. & in l. non aliter.ff.de adop.& in l.quæcunque.ff.de pub.& Bal. in cap.ij.in prin.in vj.col.qui tutor.dare poss.& in addit. Specu.in titu.de appel.in xv.col.& Io.de Imol.in l.si quis cum aliter ad fi.ff de verbo.obli.& voluit Alex.in l.sciendum.iiij.col.ff.de verb obli.& Alexan in consi.suo cxxv. incipien.Visis & consideratis.in vij.col in j.volu.& in cōsilio lxxxv.incipien.Viso themate,&c.in ii.col.in ij.volu. & ibi in consi.ciij incipien.Visis scripturis,&c.in iij.col.
2 & Bal.in l.j ff.de rebus eorum.Sed † prædicta limita singulariter solum habere locum & procedere in maioribus iudicibus vt in præside,prætore,& similibus,quia lex præsumit quòd factum maioris iudicis sit rectè factū:sed secus est in authoritate seu decreto interposito à minorib' magistratibus,vt sunt magistratus municipales vel pedanei.ita singu.dixit Bal.in l.tutores.ff.de confir.tuto quod dictum pro valde singu.refert & sequitur Iaf.in cap.j.in iiij.col qui feud.dare poss.& dicit Bal.in dicta l.tutores. quòd ista fuerunt verba Azo.in summa de tutori.vel cura.qui non satis.Tene menti perpetuò.item limita etiam dictam regulam,videlicet,quod præsumitur pro decreto iudicis,propter quod cessat præsumptio fraudis & doli nisi manifestè per euidentiam facti contrarium appareret.ita dixit Pau.de Cast.in consi.suo clxxvij.incip. cōtra superiua consulta,&c. in ij.col. vbi ad hoc alleg.not. per Inno.in c proposuisti.de proba.& l.si pars.ff.de inoffi.testa.in ver.nisi apertè iudicem inquit.&c.& in l.postquam.in fi.ff de peritio.hæredi.& not per Inno.in c.cum Bertholdus.de re iudi.Tene menti.

CCCCXXXIX.

1 *Pluralitatem in dubio non præsumi nec sententiarū,nec actuum.*

2 *Pluralitatem in hominum actibus non præsumi,nisi probetur Et ideo si testes omnes concordant in dicto super quo deponunt, licet aliter non appareat eos eodem tempore præsentes fuisse,in dubio tamen contestes censentur,& de eodem deponere actu præsumuntur.*

3 *Pluralitas seu iteratio in delictis non præsumitur.*

1 PLuralitas † in dubio non præsumitur.l.omnium.cum glos.C.de testa.c.in præsentia.§.verum.ij.de proba.l.fi.C.si cer.peta.voluit Bald.in l.ij.C.de erro. aduoca. vbi dicit quòd in dubio non præsumitur pluralitas sententiarum.& ibi Salice.not.quòd in dubio non præsumitur pluralitas actuum.& voluit Bal.in l.testium.in v.col.in fi. C.de testibus.& ibi Bal.in l.neque natales.in ij.colum.de
2 probatio. quòd † non præsumitur pluralitas in actibus hominum nisi probetur.Et ideo tene mēti : quòd si testes omnes concordant in dicto super quo deponunt, licet aliter non appareat.quod omnes eodem tēpore fuerint præsentes,tamen in dubio præsumuntur cōtestes, & eodem actu deponere.Ita colligitur ex dictis Bal. in l.fi.C. de bono.possess.secundum tabu.quem ibi in v.col.refert & approbat Iaf.vbi dicit quòd idem tenuit ipse Bal.in l. a quibus in antepenul.col.ff de leg.& Abb. in cap.cum Ioannes.in iij.colum.de fide instru.& Alexan.in consilio suo cxlvij.incipi Ponderatis.in ij.volu.de quo latius per Iaf.vbi suprà.de hac materia vide etiam Alexan.in dicta l.fi.de bon.possess.secundum tabu.in fi.& dominū Francis.de Are.post Inn.in c.qualiter.ij.in §.debet.in pen.col. de accusa. & vide Bal.in l.si duo rei.§.j.in fi.ff.de arb. vbi
3 † dicit,quòd pluralitas seu reiteratio non præsumitur in delictis.Et in hac materia pluralitatis vide Philip.Dec.in consi.suo xiij.in ij.col.& in consi.cxlvj.in v.col.circa fi.& Soci.in consi.suo cxxix.incip.Tota.in ij.col. & ibi in iij. col.in fi.in iiij.volu.& in consi.suo cxliij.incip. Diu profectò.in iij col.in j.volu.

CCCCXL.

1 *Princeps ius alterius tollere velle non præsumitur, nec quēquam lædere velle*

2 *Principis confirmatio facta cum clausula,ex certa scientia. quando operari dicatur.*

3 *Papæ vel principis assertioni non solùm creditur sed & Cardinalis quoque dicto creditur.*

1 PRinceps † non præsumitur velle tollere ius alterius,nec velle aliquē lædere.l.ij.§.si quis à principe.& in §.merito.ff.ne quid in loco publi. habetur in l.si priuata.ff.qui & à quibus.& in l.toties.ff.de pollici.& in l.item si verberatum.ff de rei vendi.& in l.quoties.C.de preeib.impera.offe.cum similib.Et ideo tene menti not.& sing. verbum Pau.de Cast.in consilio suo clix.incipi.quæstio ista ver-
2 titur.in fi.vbi † dixit,quòd cōfirmatio principis facta cū clausula ex certa scientia nunquam operatur nisi quando ipse princeps fuit certificatus de iniuria, quæ fiebat alteri ex tali confirmatione;quia non præsumitur quòd princeps voluerit tollere ius alterius,per iura superius alleg.quod dictum pro valde nota. refert & sequitur Alex. in consilio suo cccclxxix.incipien.Viso puncto.in vlti.colum.Sed aduertas tu,quia fortè posset purgari hoc dictū. Nam postquam princeps dicit se facere cōfirmationem ex certa scientia,asserit se esse certioratum:& creditur as-
3 sertioni † Papæ vel principis:vt in clemen.vnica.de probatio.& in cap.si Papa.de priuileg.in vj.l.nō nedum creditur assertioni Papæ vel Principis,sed etiam creditur dicto Cardinalis:vt in cap.nobilissimus. xcvij. distinction. ad quod vide domi.Feli.in ca ad eminentiam.post princip.de senten.excommunicatio.Ideo cogita, quia iudicio meo ista reddunt dubiam dictam doctrinam. attamen dictum in se est not.

CCCCXLI.

1 *Vendere,aut emere neminem rem suam cogi posse,nisi res ea sit cū principe communis.nam tunc princeps potest rem vendere,reddito tamen partis non sua pretio. Ex æquo tamen princeps faciet si consortem prius requirat,quem tantum dantem, quantum alius cæteris præferret.nu 2.*

3 *Annonæ curam habentes,statuere posse,vt nullus in foro emat vltra duo grani sextaria: vt omnes commodè sibi prouideāt.*

1 LIcet † de iure nemo possit cogi vendere nec emere, vt in l.nec emere.C.de iure delibera.& in l.inuitum.C. de contrahen emptio.& in l.inuito.ff.de regulis iuris. tamen hæc regula limitatur per textum not.in l.ij.C.de cōmun. rerum alie.vbi dicitur quòd si princeps habet rem communem diuisibilem sic, vt potest partem suam pro libito vendere:ita etiam simul cum illa potest vēdere partem socii etiam sine causa soluto tamen pretio suæ partis:quem text.ita intelligit Abb.in cap.penulti.in ix.colum.de re iudicata.& idem tenet Barto.in l.fin.C.si contra ius vel vtili.public.& domi.Felin.in cap.quæ in ecclesiarum.in xviij.colum.versicu.vj.declaratio. de constitu. vbi dicunt quòd similis est text.in l.j.C.de vend.rerum fisca.

sca.lib.x.Subdit etiam domi.Felin.quod tamen æquom
2 est † quòd princeps venditurus talem rem communem
prius requirat ipsum consortem,& eum aliis præferat,si
vult tantum dare quantũ alius.& alleg. hoc voluisse Bal.
in d.l.ij.arg.l.necesse.ff.de in diẽ addictio. & l.j.ff. de pri-
uileg. credi.quod dicit ipse do. Feli. not. esse limitationẽ
l.dudum.C.de contrahen.emp.de quo latius dixi in l.j.
3 §.cum quidam deponere.in prin.ff.de quæstio. Adde † ta-
men prædictis quòd illi qui habẽt curam fertilitatis pos-
sunt statuere vt nullus emat in foro vltra duo sextaria
grani:& sic vt omnes commodè habere possint. ita dixit
Sali.in l.j.C.de episco.audien.quem refert & sequitur An
ge.de Are.in §.fi.ad fi.Insti.de donatio. vbi subdit vnum
contra istos qui vulgariter dicuntur incantare frumen-
tum vel mercantias,vt si quis in foro vadit,& de frumen-
to plus debito offert,vt alij plus emãt,vel promittit plus
debito in detrimentum alterius,quòd talis cõmittit cri-
mẽ stellionatus.ad quod alleg.tex.& Bar.in l.ij §.si quis.
ff.de cri.stel.quod dicit perpetuò esse no.&c.

CCCCXLII.

1 *Verba enũtiatiua propter aliud emissa non probare, nec dispositio-*
nem inducere. Limitabis in dote.vbi ea disponunt ac probant.
2 *Dotem præsumptionibus ac coniecturis probari.*
3 *Statutum cauens,quòd instrumenta publica non probent,nisi posi-*
ta sint & registrata in memorialibus,locum in dotalibus in-
strumentis non habet.

1 VVlgata iuris regula est,ꝙ † verba enunciatiua emissa
propter aliud non probant,nec disponunt:vt habe
tur in l.ex his verbis.C.de testamen.milita.& in l.ex hac
scriptura.ff.de donatio.& in l.ij.C.de dot. promiss.& in c.
indicante.de testa.cum simi.Sed hæc regula à doct.limi-
tatur multis modis,maximè à Ias.in d.l.ex his verbis. Et
inter alias limitationes dicunt ꝙ dicta regula non habet
locũ in dote,quia in dote verba enuntiatiua probant &
disponunt:vt est tex.in l.ij.cum gloss.C.de do.promiss. &
ita tenet Bar. in consil.suo cxxiij.incip.Factum sic se ha-
bet,Titius & Seius venerunt ad diuisionem quem refert
& sequitur Alexan.in d.l.ex hac scriptura. in ij.col. ante
finem.& Ludo.Roma.in l.j.ff.solu.matrimo.& ibi Alexã.
in xij.col.& in consil.suo iiij.incip.Videretur inspectis. in
vij.col.in ij.volu.& Ias.in dicta l.ex his verbis.in ij.limita
tione.& do.Philip.Deci.in consi.ccxiij.incip.Visis his. in
vlti.col.Et pro ista limitatione facit optimè glos.nota.in
2 l.cùm circa.& ibi Bal.C.de iure do.quæ † dixit quòd dos
probatur per præsumptiones & coniecturas.quam glos.
retuli in repetitio.mea rubri.C.de probat.in xv.col. post
medium.pro qua gloss.faciunt optime not.verba Sali.in
l.fi.C.de iure dot.in prin.in ver.ex quo not. bonum argu.
3 vbi dicit † quòd statutum generaliter disponẽs quòd in-
strumẽta publica non probent,nisi posita sint & registra
ta in memorialibus,quòd tale statutum non habet locũ
in instrumentis dotalibus fauore dotium.quod dictũ re-
fert & sequitur Ias.in l.j.in ij.col.in versicu.iij.nota.cum
versi.sequen.vbi alia not.adducit in materia.ff.solu.ma-
trimo.Et illud dictum Sali.etiã refert & sequitur do.Phi-
lip.Deci.in consi.suo v.incip. In causa dominæ &c. post
prin.& vide quæ dixi in repeti.mea rubr.C.de probat. in
iiij.col.ad fi. Tenementi prædicta,quia illa pluries habui
in facto,& obtinui contra duos aduocatos.

CCCCXLIII.

1 *Emphyteuta rem emphyteuticam domino irrequisito alienans, à*
iure suo cadit,dans tamen filia in dotem. vel filio propter nu-
ptias etiam sine domini consensu à iure suo non cadit.

POstquàm sum in materia dotis & priuilegiorum suo-
rum,capias aliud not. verbum in eadem materia. Nã
2 † tu scis,quòd si emphyteuta alienat rem emphyteuticã
inuito vel ignorante domino,quòd cadit à iure suo:vt est
text.in l.fina.C de iure emphyteu. & habetur in cap.po-
tuit.de loca quod etiam habet locum si ipse emphyteuta
post factam talem alienationem dictam rem alienatam
reemat,& sibi eam acquirat.nam per hoc non releuatur
à caducitate iam incursa secundum Barto.in l.sequitur.
in §.item Labeo.in fin.ff.de vsucap.& in l.si quis libellos.
in fine.C.de appellatio.& voluit Petr.de Ancha. & Ioan
de Imo.in dicto cap.potuit. & volunt alij, quos refert &
sequitur do.Philip.Dec.in consil.suo clx.incipi. In causa
monasterij.ad finem.& dixi tibi suprà in singul.ccccxij.
incip.Plures sunt.Attamen teneas menti, ꝙ hoc fallit in
dote. Nã emphyteuta licet non possit rem emphyteuti-
cam alienare inscio vel inuito dño,potest tñ talẽ rem em
phyteuticã dare filię suę in dotem vel filio suo in donatio
nem propter nuptias sine consensu domini. ita Specu &
Ioan Andr.in titu.de loca.in §.nunc aliqua. in versiculo
cix.quod dictum refert & sequitur Iaso.in authentic.res
quæ.in xij.colum.versicu xvij.extendit.C. communia de
lega. vbi adducit alios plures tenentes hãc partem.& hoc
etiam firmat Socin.in suis fallentiis,fal.xij.in vltima am
pliatione &c.

CCCCXLIIII.

1 *Ministerialis ex forma statuti denuntians maleficia obnoxius il*
la probare,si in denuntiatione contenta per duos vel tres testes
probarit,qui reprobati ob infamiã fuerint,num in statuti pœ-
nam,quasi non probauerit,incidat?

1 STatutũ est † in ciuitate quo cauetur quòd ministeria-
lis denuntians maleficia teneatur sub pœna probare
contenta in eius denuntiatione. Modò ministerialis fecit
denuntiationem alicuius maleficij,& probauit per duos
vel per tres testes cõtenta in tali denũtiatione:sed tales te
stes fuerunt reprobati propter infamiam, vel ex alia cau
sa,an tunc talis ministerialis cadit in pœnam dicti statu
ti?in quo dicas quòd non,secundum Specu.in titu. de ca
lum.ad finem.quem refert & sequitur Bald.in authent. ge
neraliter.C.de episco.& cleri.& in l.j.C.de aduoca. diuer
so.iudic.quos refert & sequitur Soci. in consi. suo cxviij.
incipien. Visa&c.in vij.colum. quod est nota. ad multa
& ad limitationem illius regulæ quæ dicit quòd appella
tione probationis intelligitur de idonea & legitima: de
qua locutus sum in repetitio.mea l.de vno quoque.in pri
ma char.ff.de re iudica.

CCCCXLV.

1 *Minor læsus actu,vel contractu, læsione apparente restitui de-*
bet. Sed & quandoque læsione non probata restitui contin-
git ibidem.
2 *Minor delictum admisisse confessus,de quo aliter non constat nisi*
ipsius confessione,tunc tanquam læsus confessione ipsa , aduer-
sus eam restitui debet.

1 MInor † læsus in aliquo actu vel contractu constante
de læsione debet restitui in integrum : vt habetur in
toto titulo.ff.de restitutione in integrum.& in tit.de mi-
no.& habetur in l.si quis maior.C.de transactio.& in au-
thenti.sacramenta puberum C.si aduer.vendi Et scias ꝙ
etiam quandoque minor restituitur in integrum non
2 probata læsione.Et † ideo si minor confiteatur delictum
aliquod commisisse de quo aliter non constat, nisi per
suam confessionem,tunc tanquam læsus ex illa sua con-
fessione debebit in integrum restitui aduersus dictam
confessionem etiam aliter non probata læsione,cum sa-
tis appareat de sua læsione ex dicta eius confessione. ita
singula.dixit Ange.in l.certum.in §.in pupillo.ff.de con-
fess.vbi dicit quod hoc fuit de mente Ioan.Andr.in cap.
ij.de in integrum restitutione.libro sexto.quod dicit esse
not.quia est quotidianum:quod dictum pro valde nota.
refert & sequitur Alexand.in consilio suo cccxxxix.inci-
pien.in causa accusationis &c in secunda colum. versic.
ij.principaliter. & ibi multùm magnifacit hoc dictum
quem vide &c.

CCCCXLVI.

1 *Emphyteusis ac feudum non inter se differunt Et an iura in vno*
disponentia in alio quoque disponant & locum habeãt. Item
an argumentum ab vno ad aliud procedat.remissiuè.
2 *Emphyteuta priuatis etsi cum feudatario multam conuenientiam*
habere dicatur,hoc tamen differt à feudatario, quòd licet ipse
à canone soluendo triennio cessans iure suo cadat, feudatarius
tamen à præstatione annua cessans à feudo non cadit.

1 MAgna † profectò & longa est disputatio inter doct.
an differat emphyteusis à feudo, & an iura loquẽtia

jn vno habeant locum in alio, & an valeat arg. de vno ad aliud? quam disputationem not. ponit Iaſ. in l.j. in xj. col. cum tribus colum. ibi ſeq. C. de iur. emphyteu. Sed quicquid ſit teneas menti perpetuò vnam differentiam inter
a feudum & emphyteuſim. Nam † licet emphyteuta priuati non ſoluens canonem intra triennium cadat à iure ſuo: vt in l. ij. C. de iure emphy. & in authen. qui rem. C. de ſacroſanct. eccle. & in cap. potuit. de loca. & in l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. cum ſimi. hoc tamen non habet locum in feudo. Nam licet feudatarius non ſoluat annuam præſtationē quam ſoluere tenetur pro feudo, non cadit tamen à feudo ſecundum Spe. & Ioan. And. in titu. de loca. in §. nunc aliqua. ver. lxxxv. & voluit Car. in d. c. potuit. vbi refert ſe ita conſuluiſſe. Et Ioan. de Imol. in c. ex parte. de feu. & Dominic. de ſancto Gemi. in c. ad apoſtolicè. §. ſed licet. de re iudi. in vj. & Aldar. in cap. j. §. ſed nec alia. in tit. quæ fuit prima cau. benefi. amit. vbi refert ſe ita conſuluiſſe cum Pan. de Caſt. quos omnes refert & ſequitur do. Alex. dicens hanc eſſe communē opinionem in conſi. ccxxxij. incip. Viſo themate &c. in ij. col. vbi pro hoc adducit rationem, quod eſt menti tenendum à feudatariis hodiernis. & vide ſuprà in ſingula. xcv. incip. Contractus cenſualis &c.

CCCCXLVII.

1 *Contractū cum aliquo ineuns conſenſum præſtare intelligitur contractus ipſi neceſſarium, & ſi hoc expreſſè non dicat. Et ideo ſtatuto cauente, quòd filiusfamil. contrahere nequeat ſine patris conſenſu, ſi filius cum eo contrahat, videtur pater illi contractui conſentire, & ſic contractum valere.*

2 *Mulier ſi ex forma ſtatuti cōtrahere nequeat, niſi de duorū propinquorum conſenſu: eaq; bona nonnulla ſua vni ex propinquis vendat cum alterius propinqui conſenſu, valebit contractus.*

1 FAciens † contractum cum aliquo intelligitur præſtare conſenſum neceſſarium ipſi contractui, licet hoc expreſsè non exprimat: & ideo ſtante ſtatuto quòd filiusfamil. non poſsit contrahere ſine conſenſu patris, ſi filius contrahit cum patre, valet contractus, quia intelligitur tunc quod pater conſentiat illi contractui. ita dicit Barto. in l. cùm pater. in §. libertus. ff. de lega. ij. quem refert & ſequitur Bald. in l. fina. C. ad Macedo. & voluit Ang. in l. Titius. ff. quibus mod. pign. vel hypothe. ſol. & do. Franciſ. de Aret. in conſilio ſuo clx. incip. Longa profecto &c. in iiij. col. & Bal. in marga. ſua in verbo, ſtatutum. in penul. ver. de qua materia habetur per do. Feli. in cap. cùm nuntius. in fi. de teſtib. & in cap. cùm Bertholdus. in quarta col. de re iudi. & per Bal. in l. exceptionem. circa fin. C. de euictio. & per Barto. in l. j. circa medium. C. de decur. lib. x. & per Bal. & Pau. de Caſt. in l. j. C. quod cū eo. & per do. Feli. poſt Abb. in c. nonne. in iij. col. de præſumptio. & per Ioan. And. in regula qui tacet. de regu. iur. in mercur. & per Barba. in cap. edoceri. in v. chat. de reſcript. & in c. cùm dilectus. in ij. col. de conſuet. & per Alex. in l. quanquam. verſi. quid ſi filius. ff. de autho. tuto. & in l. bonorū. ij. C. qui admit. & per Bal. in conſi. ſuo lxxix. incip. Occurrit &c. in j. volu. & per Bal. in addi Spe. in tit. de reo. in vlti. additio. & per Abb. in conſi. ſuo xj. incip. Factū ſic proponitur. in iij. volu. & per Soci. in conſi. ſuo lxxxvij. incip. In præſenti conſultatione &c. in fi. j. col. in j. volu. & in cōſi. xxiij. incip. Circa prædicta. in ij. col. in iiij. vol. & in eo. volu. in conſi. xxx. incip. Præſens conſultatio. in iij. col. & per Alex. in conſi. cclij. incip. Præclarè. in fin. pen. col. & in conſil. cvj. incip. Quo ad præſens &c. in fi. in j. volu. & per Barb. in conſi. xlj. incip. Immortalem &c. in ij. col. in iiij. volu. & per Soci. in conſi. cxxv. incip. Quoniam. in iiij. co
2 lum. in iiij. volu. Et ideò † teneas menti not. verbū in materia iſta, videlicet, quòd ſi ex forma ſtatuti mulier non poteſt contrahere ſine cōſenſu duorum propinquorum, & contingat quòd mulier vēdat aliqua bona vni ex propinquis cum conſenſu alterius propinqui, valebit cōtractus, & dicetur ſatisfactū ſtatuto, quia propinquus emendo à muliere videtur conſentire illi contractui. ita dixit do. Abb. in c. cùm in veteri. ſuper gloſſ. j. de electio. quod dictum pro not. refert & ſequitur Alexan. in conſi. cclij. incip. Præclarè &c. in penul. col. vbi ad corroborationē huius dicti plura adducit, de quibus ibi per eum. Sed tu vltra eum dicas, quòd idē dixit Ange. in l. j. in §. fuit quæſitum. ff. ad Trebel. Et idem dixit Soci. in conſi. ſuo lxxx. incip. Præſens conſultatio. in iij. col. vbi refert & ſequitur Abb. in d. c. cùm in veteri.

CCCCXLVIII.

1 *Vendicandi ac vleiſcendi ſe ab lege, vel ſtatuto poteſtatem habēs certo caſu, eam alteri mandare non poteſt. Quod in extraneis locum habet: ſecus in filijs, qui mandato patris ſororem in adulterio deprehenſam, & adulterum occidere poſſunt.*

1 HAbens † poteſtatem à lege, vel à ſtatuto ſe vindicandi in aliquo caſu, non poteſt talem vindictā alteri mādare ſecundum Bal. in l. accuſationis. ff. quod met. cauſa. & in l. vt vim. in iij. col. ff. de iuſti. & iure. & in c. j. §. ſi verò. de pac. iura. fit. & in l. ad officium. in fi. C. communi diuidun. & in repe. l. j. C. vnde vi. de quo etiam per Pau. de Caſtro in l. ſi cùm dotem. in §. tranſgrediamur. ff. ſoluto matrimo. & per Ludo Roma. in l. iij. in §. ſi maritus. ff. ad Syllania. & latiùs per Alexā. in l. non ſolùm. in §. ſi mandato meo. ff. de iniur. Sed hoc tamen credo poſſe reſtringi & limitari in extraneis, quia talis vindicta non poterit mandari extraneis: ſed ſecus credo eſſe in filiis: quia talis vindicta poterit mandari filiis: & hoc ex duobus. Et primò propter dictum Bar. in dicta l. non ſolùm. §. ſi mādato. in ij. col. vbi dicit quòd licet licitum ſit patri occidere filiam comprehenſam in adulterio, vt in l. nec in ea. & in l. quod ait lex. ff. de adulter. & licet hoc non poſsit alteri demandare, poterit tamen hoc mandare filiis ſuis: quod dictum approbat Sali. in l. Gracchus. C. de adulter. & do. Feli. in c. ſi verò. j. in j. col. de ſenten. excom. Secundò hoc credo eſſe verum & procedere propter illam regulam, videlicet, quòd pater & filius cenſentur vna & eadem perſona. l. cùm ſcimus. C. de agri. & cenſi. lib. xj. & in §. authoritate. xxv. q. iij. & habetur in l. iſti quidem. ff. quod me. cauſa. de qua regula plura dixi ſuprà ſingu. clx. incip. Pater & filius. vbi videas.

CCCCXLIX.

1 *Teſtamenta libera ac ſpontanea eſſe debent, nec aliena pēdere voluntate: vnde fit vt teſtamentum affinium dictamine conſcriptum, relatum etiam apud teſtantem & ab eo approbatum, non valeat.*

2 *Hæres ac legatarij, niſi ore teſtantis proprio nominati ſint, teſtamentum conſiſtere nequit. Permittant igitur notarij liberè eos abs teſtante nominari.*

1 TEſtamenta † debent eſſe libera & ſpontanea, vt habetur in l. j. C. de ſacroſan. eccle. & in §. diſponat. in authen. de nupt. cum ſimi. Et ideo videmus quòd teſtamē tum metu factum non valet, ſecundum gloſſ. & doct. in l. ij. C. ſiquis aliquem teſta. prohib. & volunt ſcriben. in l. j. ff. ſi quis aliquem teſt. prohi. Et adeò eſt verum hoc, quòd teſtamenta debent eſſe libera, & non dependere à voluntate alicuius, niſi ſolius teſtatoris: quòd ſi affines & intimi teſtatoris informari fortè de ipſius voluntate, vel forſan iudicantes, quid prudenter illi agendum ſit, fecerunt ſcribi teſtamentum, quo ſcripto notarius legit inſtitutionem hæredis, & petit ſi ſic inſtituere volebat, & teſtator reſpondit quòd ſic: & idem fecit de legatis, tale teſtamentum non valet, eo quia facile daretur materia fabricandi falſum: quia infirmi quaſi ad omnia reſpondēt quòd ſic. ita dixit Ioan. Andr. in additio. Specu. in titu. de teſta. in §. in primis. in addi. incip. Pileus &c. Et idem dixit do. Ant. in c. cùm tibi de teſta. quos refert & ſequitur Alex. in
2 conſi. cclvj. incip. Ponderatis verbis &c. in j. col. Ex † quo inſtruantur notarij vt permittant teſtatorem nominare hæredem & legatarios ore ſuo proprio, aliàs teſtamētum eſſet inualidum: de quibus latiùs per do. Alex. in d. conſi. ſuo præalleg. &c. & per Soci. in conſi ſuo xcij inci. In cauſa. in ix. col. in ij. volu. & ibi in cōſi. xx. incip. in facto præſupponitur. in ij. col. & per Cor. in conſi. ciiij. incip. Circa primum. in vlti. col. in j. volu.

CCCCL.

1 *Simplicitati ſuccurrendum ſemper, nec ſimplices decipi ſinendos.*

Nam

Nam circumuenti simplices tanquàm errantes repetuntur. Et simplicitatis occasione sæpius à iuris communis regulis recedimus.

2 *Respondere positionibus licet principalis debeat, non eius procurator, id tamen in homine simplici locum non habet. Quod & ad mulieres, minores, & rusticos extendatur.*

3 *Simplices, rustici, mulieres & minores in contrahendo iurantes non obligantur. Et licet iuramentum quem maiorem repræsentet, non tamen eum prudentem fingit ac sagacem, sicuti nec mulierem.*

4 *Mulier consilium inualidum, minor iudicium, siue consilium imperfectum habet.*

1 SImplicitati † semper succurrēdū est, nec simplices sunt
decipiendi secundum Cardi. in clemen. ij. in ij. notab.
de pœ. & rem. & dixit Bald. in l. j. in prin. C. ne filius pro pa
tre. quòd simplices homines circumuenti repetuntur tan
quam errātes. Et propter simplicitatem sæpe recedimus
à regulis iuris communis: vt ostendi suprà in singul. meo
cclxxvij. tetigi tibi aliàs & in singul. xviij. incipien. quo-
2 tidie fiunt. † Et ideo tene menti notabile verbum, videli-
cet, quòd licet principalis & non eius procurator vel ad
uocatus debeat respōdere positionibus: vt habetur in c.
pastoralis. de iudic. & in c. j. de iudic. in vj. tamen hoc fal
lit nisi ille principalis qui deberet respondere esset homo
simplex & grossus, in quo esset præsumptio quod de le-
ni caperetur in respondendo, quia admittitur ad respon
dendum dictis positionibus eius procurator vel aduo-
catus, ita notabiliter dixit Abb. in in d. c pastoralis. an-
te fin. de iudic. & in c. dilecti. in vj. colum. eod. tit. & hoc
fuit dictum Hostien. ibi, vt refert Abb. in d. c. pastoralis. &
idem dixit Specul. in tit. de positionibus. in §. vij. versic.
xvij. & ibi Bald. in additio. in iiij. colum. versicu. quando
clientulus. Et istud est not. pro mulieribus, minoribus &
rusticis, in quibus præsumitur simplicitas: secundum
Bald. in rubric. C. de rerum permutatione, ante fin. vbi
3 fortiùs dicit, quòd † etiam si tales in contractu iurent,
non obligantur: quia cùm iuramentum sit captiosum &
iniustum, debet per episcopum relaxari: & dicit quòd
licet iuramentum repræsentet quem maiorem: non ta-
men fingit eum prudētem & sagacem, sicut nec mulierē
4 fingit sagacem, quia vt dicit Aristo. mulier † habet con-
silium inualidum, & minor habet iudicium seu consiliū
imperfectum. & ista sunt naturalia & immutabilia: ita for
maliter dicit Bal. in d. rubri. C. de rerū permut. Tene mē-
ti prædicta: quia nedum semel in anno veniunt in facto
sed imò quotidie accidunt &c.

CCCLI.

1 *Præsumptio contra probantem, facit, vt nunquam ex vnius testis probatione iuramentum in probationis supplementum deferatur: siquidem contra probantem præsumptio vnius testis probationem elidit. Et hic multa de præsumptionibus.*

DEcreui omnino aliqua tibi tradere in materia præ-
sumptionis vltra ea quæ dixi supra in singu. cxvij. in-
cipien. Præsumptio &c. & in singul. clxvij. incip. Violen-
1 tus &c. & in singul. ccclxxj incipiē. Testis &c. Ideo † scias
quòd vbi est præsumptio contra probantem, nunquam
ex vno teste defertur iuramentū in supplementū proba-
tionis, quia præsumptio contra probantem elidit pro-
tionem vnius testis. Ita singulariter dixit Bald. in l. non
est la. j. circa principium. ff. quod metus causa Item scias
quòd statur præsumptioni, quando veritas aliter haberi
non potest, secundum dominum Laurentium Calcaneū
in consilio viij. incip. In causa pendente. in vj. colum. Itē
testis non idoneus si habet præsumptionem pro se, effici
tur idoneus: ita dixit do. Alexand. in l. si duo patroni. in
princ in ij. colum. ff. de iureiuran. deduxi suprà in singul.
cccxliij. incipien. Verisimilitudo &c. Item quando iuris
præsumptio est pro allegante aliquid, ipse illud allegans
releuatur ab onere probandi. ita dixit Bartol. in l. in illa
stipulatione si calendis. ante fi. ff de ver. ob. & Soci. in con
sil. suo lxvj. incipiē. Frustra. in v. col. post princip. & in eo.
consi. vij. col. in fin. vbi plura ad hoc alleg. Item quando
tractatur de probando contra illud quod habet præsum
ptionem pro se, probationes debent esse efficaciores se-
cundum Abb. per illum tex. in c. quia verisimile. de præ-
sum. & Spe. in tit. de prob. in § fi. ver. quintum, &c. & Alex.
post Bald. in l. transactionem. C. de transactio. & Alex. in
consi. cccxxiij. incip. in casu prædicto, &c. in fin. verbis. &
do. Philip. Deci. in consi. suo clxxv. incipien In causa fal-
sitatis. in vj. colum. in princi. & in consilio clxxvij. in prin-
cip. & in consi. cxcv. in iij. col. in ver. & ista conclusio. & in
consi. cv. in iij. colum. & voluit Abb. in consi. suo xj. incip.
in causa quæ vertitur. in secunda colum. in ij. volum. Item
scias quòd præsumptiones possunt esse tales, quòd faciāt
indicium ad torturam, & econtrario possunt esse ita le-
ues, quòd nihil operantur. ita dixit Bald. in capitu. veri-
tatis. in secunda columna, in fin. de dolo & contu. Tene
menti prædicta, quia in materia præsumptionis sunt no.
& quotidiana.

CCCCLII.

1 *Instrumentum guarentigiatum executionem paratam habere. Et ibidem quid sit guarentigia.*

2 *Confessio in instrumento guarentigiato facta, num tanquàm erronea reuocari possit? Et ibidem de confessionis reuocatione cum limitationibus nu. 3. & 4.*

1 INstrumentum † guarentigiatum habet executionē pa-
ratam: quia nihil aliud est guarentigia, nisi præceptum
factum in confessum per notarium de instrumento roga
tum effectum iudicem ordinarium de obseruando pro-
missa: ita dixit Cy. in l. j. C. de confess. & Bart. in l. non fate-
tur. ff. eodem titu. & Ange & Imol. in l. prætor. §. j. ff. de re
iudica. pro quo faciunt dicta per Bal. in c. j. §. j. in j. col. in
titu. de lege Corrad. & per Iason. in l. legitima. in ij. & iij.
2 col. ff. de pact. † Scias tamē quòd post factum præceptum
guarentigiæ confessio tanquam erronea potest reuocari
secundum Baldum in dicta l. non fatetur. quem refert &
sequitur Bal. in l. error. in iiij. col. C. de iuris & facti igno-
rantia. & Socin. in consilio suo lxxix. incipien. Si essemus,
&c. in vij. columna in iiij. volumine. de quo etiam per Ra
pha. Cuma. in consilio clx. incipien. Ioannes. vide tamen
3 omnino Iac. in dicta l. error. in j. colum. † vbi dicit quòd
confessio potest reuocari prætextu erroris, dummodo
expensæ litis actualiter prius reficiantur parti aduersæ.
alleg. Barto. in l. rura. ad fin. C. de omni agr. deser. libro
xj. quem secundū eum sequitur Aret. in §. si minus. in xx.
colum. Institu. de actio. ad quod etiam dicit facere quod
4 voluit Barto. in l. edita. in vltima colum. C. de eden. † Li-
mitat etiam Ias. vbi suprà, & dicit quòd confessio potest
prætextu erroris reuocari nisi fuerit primò acceptata per
partem aduersam: nam tunc non poterit reuocari quan
do ex tali acceptatione esset acquisitū ius parti. ad quod
alleg. plura de quibus ibi per eū: sed vltra eum vide cir-
ca hoc quæ ego dixi in repetitione mea l. de vnoquoque.
ff. de re iudicat. in xxx. chart. vbi plura not. adduxi circa
hanc materiam acceptationis. Tene mēti prædicta, quia
videtur aliquibus notariis idiotis, quòd quando aliquis
se ponit in constituto cum præcepto de soluendo, nullum
sit remedium pro ipso debitore. & vide omnino quæ dixi
infrà in singu. ccccl xvij. inci. Viget, &c. in versi. videas ta-
men omnino Soci. &c.

CCCCLIII.

1 *Odia restringi, fauores ampliari conuenit. Et ideo licet laicorum statuta clericos non ligent, tamen ipsa in fauorabilibus ipsis clericis, non odiosis & præiudicialibus, clericos cōprehēdunt nu. 2.*

3 *Consuetudo si clericis simpliciter fauorabilis non sit, sed indifferēs, clericus ea in suum fauorem vti potest. Quinetiam contra laicos statuto de instrumentis guarentigiatis vti possunt. Nec absurdum est statutorum populi beneficiis eos vti, licet onera non ferant. ibid.*

1 ODia † restringi, & fauores conuenit ampliari. c. odia.
de regu. iuris. in vj. cum concor. ibi in gl. allegatis. &
dixi supra, in singul. ccxciiij. incipien. Odia. Et ideo scias
quòd licet statuta laicorum non ligent clericos: vt habe-
tur per omnes in capit. cum omnes. extra de constitut. &
habetur per Barto. & Pau. de Castr. in l. omnes populi. in
xv. columna in iiij. quæstio. ff de iustitia & iure. & per Bal.
in l. iiij. C. ad legem Falc. & per Bal. in l. omni. C. de sacro-

ſanct.eccleſiis. & in l.j.in fin.C.de contrahen.emp.& in l. cunctos populos.in vij.columna.C. de ſum.trini. & per Bal. in cap.j.§.ſi quis per triginta.ſi de feu.fuer. contro. & per Bald.in l.j §.quæ onerandæ. ff. qua. rer. actio non da.& per Ioan.Cal.in diſpu.ſua incipi.Statuto ciuitatis cauetur.& per Paul.de Caſt.in conſili. ccxcix. incipi. Ad primum.& habetur etiam in aliis locis quos referũt doc.
2 in dictis iuribus. Hoc†tamen intellige eſſe verum in præiudicialibus ipſis clericis, ſecus autem eſt in fauorabilibus ipſis clericis:quia tunc ſtatutum laicorum comprehendit clericos ita dicit Abbas in ca.eccleſia de conſtitu.& voluit Lapus alleg.cj.incipi.in ciuitate Florentiæ.in v.columna.& voluit do.Rochus Curti.in c.fi.in cxvj.col. de conſue.vbi ad hoc allegat text.in c.dilecti.de foro cõ
3 pe.& alia plura de quibus ibi per eum.Dicit †etiã quòd ſi conſuetudo non eſſet ſimpliciter fauorabilis clericis, ſed indifferẽs, poſſet clericus ea vti in ſuum fauorem.c.ſi in adiutorium.x.diſt.& tradit Bald.ſecundum eum in l. de quibus.in xvj.col.ff.de leg.Adducit etiam Abb.in c.fi. in j.not.per illum text de vita & ho. cle. vbi dicit, quòd clerici poſſunt vti ſtatuto contra laicos,quòd inſtrumẽta habeant executionem paratam:quod etiã voluit Gemi.in c.fi.in prin.in ij.col.de offi.deleg.lib.vj.& Paul. de Caſt.in conſil.ſuo ccc.incip.Ad primum dicen. vbi dicit,quòd non eſt abſurdum quòd clerici gaudeant beneficiis ſtatutorum populi,licet non ſupportẽt onera:quia ſufficit quòd ſubeant onera ſpiritualia:& ſic non ſunt ſimiles cum forenſibus,à quibus populus nullum habet ſubſidium:de quo etiam latiùs per ipſum do.Rochum in d.c.fi.in cxvj.col.de conſue.

CCCCLIIII.

1 *Temporis lapſum magni effectus eſſe,idq; adeò,vt pœna homicidij diuturno tempore non cogniti, mitigari poſſet, nec mortis pœna,ſed leuior indicatur.nu.2.*

1 CVrſus† temporis eſt magni effectus,vt dixi & oſtendi ſuprà in quàm pluribus ſingularibus , in quibus locutus ſum de diuturnitate temporis. Sed vltra omnia quæ dixi accipe alium notatum effectum quem producit curſus temporis.Nã tu ſcis ꝙ pœna homicidii eſt pœna mortis.l.iij.C.de epiſ.audi.& dixi latè in l.j.in prin.in tertio no.ff.de ſica.attamẽ ſi quis olim cõmiſiſſet homicidium,de quo nunquàm fuit cognitum,licet nunc detegarur tale crimen,& cognoſcatur de eo,pœna debet aliquãtulum alleuiari.ita dixit glo.& Bart.in l.ſi diutius. ff. de pœn.& Petr. de Anchar.& Barb. in iij.col.in c.fin.de conſuet.quos refert & ſequitur Rochus de Curte,in d. c. fi. in
2 ij.col.ad fi.vbi†ex his infert quòd talis homicida decapitari non debet,ſed alia leuiori pœna puniri,quia ſi pœna debet eſſe leuior,quando delictum fuit iamdiu perpetratum,ergo erit minor morte:vt ad ſenſum patet:quod dicit ibi do.Rochus ligandum eſſe digito,quia ſecũdũ eum eſt deciſio pro liberando amico à pœna mortis:pro quo ſecundum eum bene facit text.in l.querelam.C.de ſal. & in l.adultus C.de adulte.vbi temporis curſus crimen abolet.Sed tu vltra domi.Rochum vide Saliéet.hoc expreſsè dicentem in l.ſeruos. in ſecunda columua. C. ad legem Iul.de vi.Et pro hoc dicto optimè faciunt quæ ego dixi in l.prima.in §.diuus Adrianus.in penulti.column.in principff.de ſicar.Tene menti,quia ſæpe contingit quòd homines pro aliquo antiquo homicidio capiũtur & inquiruntur de eo &c.

CCCCLV.

1 *Dolorem iuſtum temperare difficillimum.*

2 *Iudex ſi non præcedentibus indicijs quempiam quæſtioni implicuerit, ſi tortus ſic indebitè iudicem occiderit , alia leuiori, quàm mortis pœna puniri debet, licet pro homicidio ea imponatur.*

1 DIfficillimum†eſt iuſtum dolorem temperare.ita dicit text.not.in l.ſi adulterium cum inceſtu §.imperatores.ff.de adulter.l.Gracchus.circa finem. C. eodem titu.quæ iura allegat Pau.de Caſtr.ad not.deciſionem in conſilio ſuo cxcij.incipien.In cauſa incarceratorum. in vlti.colum.& Ange.de Are.in tractatu maleficiorum in verbo,& dictus Titius ſe defendendo.in iij.char.in verſi. aduertas.& do.Franc.de Aret.in conſi.ſuo cxvj.inci.Sicut Ioannes.in vlti.col.Et idem probat tex.in l.j.in §.fi.ff. de ſicariis.& in l.ſi quis in graui.in §.ſi tamen maritus.ff. ad Sylla.& voluit gl.in l.nec in ea.in §.fi.ff.de adul.& voluit Abb in c. dilecti filii.de excep.& in ca.j.de iniuriis.& in c.cum te.in xj.col.de re iud.de quo latius locutus ſum in l.j.in princ.in ix.col. verſic xiij.limita &c.ff.de ſicariis. Et per prædicta iura,ſcilicet d. §.imperatores.& dictã l. Gracchus.teneas perpetuò mẽti ſingulare verbum quod
2 dixit do.Pat.de Puteo,videlicet,†quòd ſi iudex non præcedentibus indiciis poſuit aliquem ad torturam,quòd ſi ille ſic indebitè tortus occidat talem iudicem,non debet puniri pœna mortis,ſed alia minori pœna citra mortẽ, licet pro homicidio imponatur pœna mortis, vt dixi in ſuperiori proximo notabili.Ita ſingulariter dixit domi. Par.de Puteo in tractatu ſyndicatus.in xxxj.charta. in ij. colum.in fi.ſub verbo,quidam iudex.vbi refert quandam facti contingentiam.pro quo dicto faciunt optimè quæ dicuntur de prouocato delinquẽte qui excuſatur à delicto.de quo latè dixi in d.l.j.in princ.in ix.colum ff de ſicariis.& dixit etiam Alexan.in conſilio ſuo cxliiij.incip. Poſt reditum.in ij.columna.in ij.volumi. Tene menti torgo prædictam doctrinam,quia modernis temporibus vt plurimùm iudices velo leuato torquent homines ſine indiciis:& velle ſuum ſubrogant loco indiciorum. quod eſt durum & iniquiſsimum tamen toleratur à ſuperioribus immemores,quòd lento gradu diuina procedit ita:non tamen ipſe Deus obliuiſcitur iniquitatum iniquorum iudicum &c.

CCCCLVI.

1 *Poſſeſſione ſua priuandum neminem.*

2 *Poſſeſſionis ſpoliationem adeo iura exhorrent, vt ſi quis me velit poſſeſſione arcere,poſſint amici ac vicini mei inuaſorem impune percutere ne me expellat,etiam ſi per magiſtratum miſſus fuerit huiuſmodi executor.*

1 HAbuiſti ſuprà ſatis latè in ſingula.cxcv.incip.† Nemo priuandus eſt poſſeſsione ſua.quòd quis nõ debet ex abrupto non ſeruato iuris ordine priuari poſſeſsione ſua,de quo me remitto ad ea quæ ibi dixi.Sed circa ipſam materiam poſſeſsionis dico vnum aliud notabile
2 verbum,videlicet,quòd † adeò iura abhorrent ſpoliationem poſſeſsionis alicuius,quòd ſi quis vellet me expellere de poſſeſsione mea,quòd amici & vicini mei poſſunt illum impunè percutere ne me expellat,etiam ſi per magiſtratum fuerit miſſus talis executor: quia populus & quilibet de populo poterit illi reſiſtere impunè illum arcendo à tali nequitia quam committit.ita dixit Bar.in l. deuotum.C de metal.quem refert & ſequitur do.Par de Puteo,in ſuo tract.ſyndic.in ij.char.in j.col.in verſi.excedant plerique &c.quod profectò eſt multum not.propter iſtos baratarios & modernos bariſcllos,qui de facto homines bonis & rebus ſuis indebitè ſpoliant, vt tota die occurrit : & eis videntur omnia licere &c.& idem voluit Corſet.in notab.ſuis,in verbo, defenſio. in ij.notab. pro quibus faciunt dicta per do. Alex.in conſi ſuo cxix.inci. Viſo proceſſu &c.in iij.col.in vij.vol.

CCCCLVII.

1 *Teſtimonium teſtis infamis iuris vel facti infamia, & ſi quoad iudicem inducendum ad condemnandum ſit inhabile, an ad inquiſitionem & quæſtionem ſufficiat?*

1 TEſtimoniũ †infamis infamia iuris vel facti,licet non ſit habile quo ad condemnandum,vt habetur in l. j.C.de ſum.trinita.& in c.teſtimonium.extrà de teſtib.de quo latè dixi in reperi.mea l.fin.in vj.char.de proba.& in ſingul.meo cix.incipien.infans &c.tamen ſcias quòd tale teſtimonium eſt ſufficiens ad inquiſitionem & ad torturam.ita ſingu.dixit Bal.in l.j.in vj col.C.de ſum.trinit. quem refert & ſequitur do Pat.de Puteo in tract.ſyndic. in xciiij.char.in iiij.colũ.circa med.quod eſt ſingulariter not. Sed hoc tamen indiſtinctè non audeo affirmare per ea quæ dixi infrà in ſingula.ccccl xxvj.incipien.Audiuiſti &c. vbi videas.

CCCCLVIII.

1 *Liber mercatoris, an & quando fidem pro eo, & contra eum faciat? remissiuè.*
2 *Statuto cauente aut consuetudine ferente, quod mercatoris libro vel in magnis quantitatibus stetur, qualiter huiusmodi statutum, vel consuetudo intelligi debeat? nu. 4. & 5.*
3 *Et quid si consuetudo indiscreta ac indifferens esset, vt puta, quod scripturæ mercatoris pro se standum esset, an talis consuetudo valeat?*

1 LIber†mercatoris, an & quando faciat fidem pro eo
vel contra eum, babetur latè per scribētes, in l.quæ-
dam.in § nummularios.ff.de edendo & in l.admonendi.
ff.de iureiuran.& in l.rationes.C.de probatio.& in l.Lu-
cius.in § tutelæ.ff.de administ.tutor.& in l.argentarius.
ff.de eden & habetur per Bal.in l.j.in ij.col.C de confes.
& per Pau.de Cast.in l.tale pactū.in princ.ff.de pactis.
& per Bald.in rubr.C.de constit.pecu.in vlti.col.& in l.
in bonæ fidei.in iiiij.col.C.de rebus cred.& in rubr.C.de
fide instr.in penult.char.Sed in hac materia teneas men-
2 ti duo: primum† quòd si ex forma statuti vel consuetudi-
nis standum est libro mercatoris, etiam in magnis quā-
titatibus, quòd tale statutum vel talis consuetudo de-
bet intelligi accedente tamen consensu iudicis: & si iudi
ci videbitur cōsiderata qualitate mercatoris & quanti-
tate, ac conditiōe causæ. ita dixit Bald.in l.vnica. in iiij.
col.C.de cōfes.quē refert & sequitur Abb.in c.bonæ.ij in
vlt.col.de postu.præla.quos refert & sequitur Ias.in repe.
3 l.admonendi.in 50.col.de iureiuran. Et† subdunt prædi-
cti in locis superius allegatis, quòd si talis cōsuetudo in-
discreta esset & indifferens, putà, quia disponeret, quòd
in causa scripturæ mercatoris credendum esset pro se,
quòd non valeret: quia esset sine ratione, & esset prona ad
falsum committendum, contra l.conuenire.ff.de pactis
dot.& contra c.erit autem lex.x.dist.in quod etiam vo-
luit Ias.in l.quædam.in § nummularios.ff.de eden. Secun
4 dò teneas menti† quòd stante dicto statuto vel consuetu
dine, quòd libris mercatorum plena fides adhibeatur
pro scribente, debet hoc intelligi & limitari, nisi merca-
tor esset alias infamis vel suspectæ vitæ. ita dixit Bal in d.
l.cunctos populos.in repetitio.in xv.colum. in versicul.
quantum exemplum statutum permittit &c. & Bald.in l.
Cassius.in vltima columna.ff.de senat.quod ibi intelli-
git si talis infamia sit publica, aliàs secus. quæ dicta refert
& sequitur Ias.in repetitio.l.admonendi in 50.columna.
ff.de iureiurand vbi pro hoc adducit etiam Barto.in si-
5 mili in l.quædam §.nummularios.ff.de edēdo. † vbi di-
cit, quòd hodie libris mercatorum, vel campsorum, ple-
na fides datur pro alio contra tertium: quod intelligit
Bartolus esse verum, nisi talis mercator sit persona su-
specta.argum.l.si quis ca argentariis.§.primo.ff.de eden.
Quæ omnia tene menti, quia multum seruiunt in curia
mercatorum &c.

CCCCLIX.

1 *Vox viua mortua dignior, eiq; præfertur & meritò.*
2 *Confessionē absente parte factam non plenè probare. si tamen mercator in libris suis eam faciat, plenè probat, licet huiusmodi confessio vox mortua sit.*
3 *Scriptura actum permanentem habet, non viua vocis confessio.*

1 VOx† viua dignior est voce mortua, & ei meritò præ-
fertur. tex.est in authen.de instru.caute & fide.in §.si
verò tale.& voluit Spe.in tit.de probationibus.in §.vidē
dum restat.in versicu.Sed pone quòd in instrumento. &
glo.in c.tertio loco.de probatio.& ibi Barb.in xxvij. co-
lum.& Petr.de Anchar.in repetitio. c. canonum statuta.
de constitu.in vij.colum.& Barb.in c.ij.in x. colum. ex-
trà de probatio.& voluit glo.in c. post cessionem.& ibi
Barbat.in xxiiij.colum.extrà de probatio. attamen te-
neas menti vnum casum not in quo vox mortua præ-
2 fertur viuæ voci.† Nam tu scis, quòd confessio facta ab-
sente parte non plenè probat, vt habetur in l. certum.
§.si quis absente.ff.de confes.& in l.fina ff. de interroga.
actio.per canoni.maximè per do Fel.in c.olim.de rescr.
& dixi suprà in singu.ccij.incipien. Tu scis regulam. hoc
tamen fallit in cōfessione quam facit mercator in libris
suis absente parte. nam talis cōfessio plenè probat, licet
sit vox mortua. Ita notab.dixit Barto.in l.inter claru-
las.C.de conueniend.fisci debitorib.lib.x.quem refert &
sequitur Bald.in l. vnica.in iiij.colum. versic. primo casu
statut &c.C.de cōfes.vbi dicit quod hoc euenit, quia scri
3 ptura habet actum permanentem, † quod non contingit
in confessione viuæ vocis: vt de se patet: ad quod etiam
ipse Bal.adducit dicta per Innocē.in c.cum contingat.de
offi deleg.& in c.si cautio.de fide instrumen.& idem tenet
domi.Alexand.plura allegans in consilio suo ccxlv.inci-
pien.Ponderatis.in vj.volumi.& in hac materia confes-
sionis factæ absente parte, vide quæ dixi suprà in dicto sin
gulari ccij.incipiē. Tu scis regulam illam &c.& infrà sin-
gu.dcxxvij.materia confessionis.

CCCCLX.

1 *Testis non iurati dictum non valere. Sed nec alterius cuius dicto standum est, nisi iuramentum interuenerit.*
2 *Et quid si fides ab vtraque parte sit approbata?*

1 NOtissimum fore opinor in iure, † quòd dictum testis
sine iuramento est inualidum: vt habetur per om-
nes in l.iurisiurandi.C.de testibus.& in c.tuis quæstioni-
bus.eodem titu.& in capitu.item iurisiurandi .iij.quæst.
iij.& in c.hortamur.iij.quæstio ix.cum similibus & hoc
nedum procedit in teste, sed etiam habet locum in alia
quacunque persona, cuius dicto standum est ex disposi-
tione statuti, vel alterius dispositionis secundum Angel.
in repetitio.l.si vacantia.in ij.colum.C.de bonis vacan-
tibus.lib.x.de quo latissimè dixi in repetione mea l.fina.
in xxvij.charta.C.de probationib.& suprà in sing.ccxliij.
2 incipien.ad validitatem. † Attamen teneas menti perpe-
tuò, quòd quando fides testis est ab vtraque parte appro-
bata, in teste non requiritur iuramentum: & valet eius
dictum sine iuramento. ita singulariter dixit Bartol. in l.
Lucius.in fi.verbis.ff.de fideius. allegat no.in l.j. § j.ff.de
feriis. Quod dictum pro valde not.refert & sequitur di-
cens illud non legisse alibi Ias.in repetit.l.admonendi in
xlvj.colum ff.de iureiuran.quod dicit necesse ad limita-
tionem d.l.iurisiurandi.cum similib.& illud dictum Bar.
etiam pro no.refert & sequitur idem Ias.in § item si quis.
in xiij col.Instir.de actio.& vide quæ dixi in singu.cccc-
xxxiiij.inci.aliàs tibi dixi, &c.

CCCCLXI.

1 *Iuramentum in probationis supplementum in causis non magnis, nec arduis stante semiplena probatione, regulariter defertur: nisi tamen verisimile sit posse plures testes in hanc rem inueniri.*
2 *Iuramento non credendum, nisi in aliarum probationum defectum.*

1 REgulariter† stante semiplena probatione in causis
non magnis nec arduis defertur iuramentū in sup-
plementum probationis: vt latè habetur per omnes in l.
admonendi.ff.de iureiur.& in l.in bonæ fidei.C.de rebus
credit. Sed scias tu quòd tale iuramentum in supplemen
tum probationis, non defertur etiam stante semiplena
probatione, quando verisimiliter debet posse inueniri
plures testes illius rei ita notabiliter dixit Barto.in dicta
l.admonendi.in xiij.colum.in versicu. Item hoc intelligo
verum.& idem voluit Bald in dicta l in bonæ fidei.& in
repetitio l.de quibus.in xxij.column.ff.de legibus. quos
refert & sequitur Alexan.in consilio suo cccclvj.incipien.
Viso processu causæ.in vlti col.pro quibus facit glo.not.
in c.statutum.in § cùm verò.in verbo, saltem.de rescript.
2 in vj. quæ dixit, quod† iuramento non creditur, nisi in de-
fectum aliarum probationum quam gloss. refert & ap-
probat Bald in l.j.in j.colum.C.de reb.cred. Tene menti,
quia vidi hoc in facto in palatio potestatis non sunt ad-
huc tres dies &c.

CCCCLXII.

1 *Notario quatenus credatur.*
2 *Notarius si hodie instrumentum mutui conficiat, asseratq; in sua præsentia pecuniam numeratam fuisse, de numeratione nihil*

probat, quoniam numerationis tempore rogatus non fuit. Et ideò licet falsum dicat, de falsò non punitur, quia loquitur, vt priuata persona.

1 NOtario † non creditur nisi de his quæ corã eo fiunt, quãdo celebratur actus vel cõtractactus: vt latè tradunt scribentes in c. quoniam contra. extrà de proba. Et 2 ideo teneas menti vnum perpetuò, † quòd si notarius hodie conficit instrumentum mutui, & asserit quòd heri in sua præsentia fuit numerata pecunia, nihil probat de numeratione: quia tempore numerationis non fuit rogatus de ipsa numeratione, sed hodie: & non potest attestari in instrumento, nisi de visis tempore rogationis. Et ideo licet falsum dicat, non punitur de falso: quia loquitur vt priuata persona. ita notab. dixit Bald. in l. ex his. in secunda columna. C. de testamen. milit. quod dictum pro valde not. refert & sequitur domi. Feli. in cap. si cautio. in xxiij. columna, versicu. & vnum perpetuò nota. de fide instru. vbi dicit quòd istud dictum nunquam exeat mentem tuam. & vide quæ dixi suprà in singular. ccccxv. incipien. iuramentum &c. & Soci. in consi. xcv. incipien. in causa. inj. colum. in iij. vol. Alex. consi. xx. incip. Viso. in iij. col. in vj. vol. &c.

ADDITIO.

Notarius non debet scribere in instrumento pecuniam numeratam, licet sit in eius præsentia constituta, nisi verè fecit eam numerare se præsente: aliàs punitur de falso, secundum Bal. singular. in rubr. C. de fid. instrumen. vbi secus dicit esse si diceret mutuatam: quia præsentia est pro numeratione vt hic per Hippoly.

CCCCLXIII.

1 *Rigorem iuris ciuilis in pluribus à iuris canonici æquitate temperari. Ideò quamuis de iure ciuili exceptionẽ non numeratæ pecuniæ post biennium opponens non audiatur, de iure tamen canonico etiam post biennium probare volens pecuniam non numeratam auditur.*

2 *Mora purgationem non admitti, vbi dies & pœna est apposita, de æquitate tamen canonica, etiamsi iuramentum interuenit, purgari potest.*

3 *Incertitudinem omnem obligationem & omnem dispositionem iure ciuili vitiare receptũ est, de æquitate tamen canonica promissor compelli potest, vt viri boni arbitrio incerta impleat promissa.*

4 *Iudæis æquitatem non conuenire, ideò illis non seruandam.*

1 RIgor † iuris ciuilis in pluribus moderatur ab æquitate iuris canonici, & hoc patet. nam de iure ciuili ille qui non opponit exceptionem non numeratæ pecuniæ intra biennium, vlterius non auditur illam opponendo. tex. est vulgatus in l. in contractibus. C. de non nume. pecu. & ibi habetur per omnes. attamen de æquitate iuris canonici auditur etiam post biennium volens probare pecuniam non fuisse numeratam. ita dixit Dyn. in regula locupletari. de regu. iur. in vj. quem refert & sequitur Ludo. Roma. in l. diuortio. ff. de verbo. oblig. & in consilio suo xliiij. incipi. ex suprà narrato. in j. colum. & Ange. in consi. cliiij. incip. Videtur prima fronte. & voluit domi. Anto. & Ioan. de Imo. in c. si in penult. chart. extrà de solu. & voluit alii plures doct. in aliis locis: quos accuratè refert & sequitur do. Feli. in c. si cautio. in xix. col. versi. modò fallit primò. de fide instru. Moderatur etiam in a- 2 lio. † Nam tu scis, quòd vbi est dies & pœna, non admittitur moræ purgatio: vt latè habetur in l. magnam. C. de contrah. & commit. stip. & in l. traiectitiæ. in §. de illo. ff. de actio. & oblig. & habetur latissimè in l. si insulam. ff. de verbo. oblig. & ibi dicit Ange. quòd debitor obligatus ex instrumento publico si conuenitur, non potest moram purgare, si extat statutũ quem debere cogi ad obseruantiam promissorum per instrumentum guarentigiatum: quod dictum ibi refert & sequitur Alex. in j. col. Attamen 2 de æquitate canonica [a] est, ꝙ mora potest purgari, etiam vbi interuenit iuramentum: ita dixit Bal. in l. qui crimen. in xj q C. qui accu. non pos. quod dictum approbat Alex. in l. si quis maior. C. de trãsac. vbi ad hoc etiam alleg. do. Ant. & Io. de Imo. in c. dilecti. de arbit. volentes quòd de iure canonico seu de æquitate iuris canonici mora semper possit purgari, si aduersarius non sit passus damnum propter moram. & idẽ videtur velle Bal. in l. si pacto quo pœnam. in pe. col. C. de pac. & ita tenuit auunculus meus do. Hiero. de Zanetinis in repe. c. j. de accu. in lv. differentia inter ius canonicum & ius ciuile. & ibi ipse alleg. do. Alex pro hac parte consuluisse in consi. suo cclxvj. incipi. Videndum est igitur &c. in ij. chart. de quo latius per do. Philip Dec. qui prædicta refert in cõsi. suo cxxxviij. in iij. col. & faciunt optimè dicta per eum in consi cxlvj. in fi. j. col. vbi ponit an emphyteuta quando soluit canonẽ debito tempore possit purgare moram. Item etiam in alio æquitas iuris canonici moderatur rigorem iuris ciuilis. 3 † Nam tu scis, quòd de iure ciuili incertitudo vitiat omnem obligationem & omnem dispositionem: vt latissimè dixi in repet. mea rub. C. de proba. in fi. tamen de æquitate canonica potest compelli promissor, vt arbitrio boni viri adimpleat promissa incerta. ita sing. dixit Archid. in c. nonnulli. j. q. ij. quem refert & sequitur do. Anto. in c. ex parte. extrà de censibus quos refert & sequitur do. Alexã. in l. j. in vj col. ff. solu. matri. vbi dicit, quòd non recordatur hoc dictum vidisse apud legistas relatum, præterquàm à Bal. in l. salarium. ff. mãda. de quo latius satis dixi in singu. meo ccxxiij. incip. Nonnulla dedi tibi singularia. vbi videas. Et in materia æquitatis vide quæ dixi in l. j § fi. in 4 xiij. colum. versicu. & ad hoc dicendum. ff. de quæstio. † Et scias etiam, quòd æquitas non conuenit Iudæis, & ideo illis non est seruanda secundum gloss. in c. ij. extrà de Iudæis. de quo latius per Ias. in repet l. admonendi. in cviij. col. de iureiur.

ADDITIO.

2 Aequitate canonica. Hoc pro singulari commendat Ias. in l. si quis maior. not. xiij. C. de transactio. Dec. consi. cxxxviij. & clj. Alex. l. si insulam. xij. fallent. ff. de verbo. obligat. vbi hoc singulariter limitat procedere in foro pœnitentiali, quod est memoria dignum ad multa, & præsertim ad limitationem d. l. si quis maior. Adde Roma. sing. ccccxlix.

CCCCLXIIII.

1 *Actionem ex pacto nudo non oriri. Et idem obtinet in nuda promissione.*

2 *Confessio licet magni sit effectus, non tamen confessus ex sua confessione condemnari potest.*

3 *Mutuo à me decem petenti, si me ab eo excusare volens, dicam, non habeo, quinimo si haberem pecunias restituerem isti Seio præsenti viginti. cui sum debitor ex mutuo: an ex eo dicto & huiusmodi confessione ab ipso Seio conueniri possim? Et ibidem sub hac, cauendum ab his confessionibus, quia periculosa.*

1 EX † pacto nudo non oritur actio. l. iurisgentium. in §. sed cum nulla. ff. de pac. Et idem dicas esse in promissione nuda. ar. d. §. & ideo scias & menti teneas vnum, videlicet, quòd si aliquis peteret à me quòd donarem sibi vestem, & ego respondi non tantum vestẽ, sed omnia quæ habeo, quod talis responsio seu promissio me non obligat in aliquo: ita probat text. & hoc ibi voluit Ioan. And. Bald. & alij in c. cùm venissent. circa med. extrà de institu. & hoc etiam expressè voluit Ludo. Rom. in repe. rub. ff. de arbi. in iij. colũ. vbi alleg. Bald. in dicto capitul. cum venissent, quem refert Ias. in l. ex his verbis. ante finem. C. 2 de testamento milita. Et pro istis facit, nam † licet confessio sit magni effectus & importantiæ, tamen quilibet confessus non potest ex sua confessione condemnari: quod patet ex his quæ dixit Alber. de Rosat. in ij. parte statu. in quæstio. cxlviij. incipient. Itẽ quæro de eo, &c. vbi dixit, quòd sæpe in castris seu villis sunt statuta, quòd quando fit æstimũ, quilibet debeat iurare, & dicere omnia bona sua & etiã debita, si habet: modò aliquis iurauit se debere Titio x. quæ verè sibi non debebat, modò ille Titius virtute illius cõfessionis & iuramenti vult petere dicta x. quæritur an possit? arguit ad partes: sed finaliter dicit, ꝙ non poterit petere dicta x. quia dicit, ꝙ nõ est reperire ꝙ ex tali iuramento oriatur alteri actio, cum nõ sit delatũ à iudice nec à parte parti, vt requiritur ad hoc, vt ex iuramento oriatur actio: de quo ibi latius per eum. facit etiã optimè dictum Salic. in l. vnica. in viij. colũ. C. de confessis. vbi

3 sis.† vbi dicit, aliquis petebat à me mutuo x. ego volens me excusare à tali mutuo dico, non habeo, imò si haberem pecunias restituerem xx. isti Seio præsenti, cuius sum debitor ex mutuo: certè per hoc non potero conueniri à dicto Seio. ad quod adducit ibi Salicetus plures rationes, & plura iura: de quibus ibi per eum vide tamen not. & singularem textum in l. desiderium, & quæ ibi dicit Bald. C. de po. Et licet credam prædicta esse vera, tamen tales confessiones periculosæ sunt, & possent dare maximum fastidium confitenti. & in materia vide Bertha. in repertorio suo, in ver. verba contrahentium, in penult. & vltimo versic.

CCCCLXV.

1 *Prohibita quadam in vita, quæ in morte permissa videntur. Nam rem alienare prohibitus, testamento relinquere non prohibetur.*

2 *Alienare adultus curatorem habens in vita, licet res immobiles sine curatoris authoritate & iudicis decreto prohibeatur, alienandi tamen executoribus suis facultatem concedere testamento potest.*

1 ALiqua † sont prohibita in vita, quæ tamen cõceduntur in morte: & hoc apparet. nam prohibitus alienare rem, non est prohibitus illam relinquere in testamento, vel in alia vltima voluntate: ita dixit Ang. in consilio suo lvij. incip. do. Andræas suum condidit testamentum, &c. quem refert & approbat do. Alex. plura addendo in consilio suo cliij. incipien. Visis & accuratè, &c. in ij. volu. de quo etiam per scriben. post Bar. in l. pater. in §. fundum. ff. de lega. iij. & per Socin. in consilio cclj. incipiẽ. Quoniam in præsenti, &c. in ij. iij. & iiij. colum. & in consilio xix. incipien. Pro declaratione. ante fin. & per Bal. in consilio suo cij. incipien. Verba statuti, &c. in j. colum. in j. volumi. & per Ias. l. non dubium. in j. colum. C. de testamen. & per domin. Philipp. Deci. in consilio suo xxxviij.
2 incipient. Circa primum in vj. colum. † Item hoc etiam apparet: nam licet adultus habens curatorẽ nõ possit in vita alienare res immobiles sine authoritate curatoris & & decreto iudicis, vt in l. lex quæ tutores. C. de admi. tut. & in l. magis puto. ff. de reb. eor. tñ adultus in testamento potest dare licentiã executoribus suis alienandi res immobiles sine curatore, & sine decreto iudicis: ita dixit Bald. in l. prædium. C. quando decre. opus non est. & in l. j. in prin. ff. de reb. eor. quod dicit Ias. esse mirabile in l. si frater. in fi. C. qui testa. face. poss. Et idem dixit Alex. in cõsil. ccxv. incip. Ponderatis &c. in j. col. in vj. vol.

CCCCLXVI.

1 *Notarij nomine multi, re verò & intelligentia pauci. Vnde si notarius in protocollo quippiam scripsit ac deinde illud cancellauit, & ad marginem scripsit, hoc fuit cassum ac cancellatum de partium voluntate: nec huius testes apposuit, huic notario hac in re non creditur: quin etiam inde instrumentum publicum sumi potest.*

1 QVoniam † multi sunt notarii nomine, pauci verò re & intelligentia: ideo nõ est mirandum si sæpe repeniuntur multi errores in instrumentis ipsorum notariorum, ex quibus inter partes oriũtur lites & discordiæ. Et ideo scias, quòd si notarius in protocollo aliquid scripsit, & illud postea cancellauit, & postea in margine scribit, hoc fuit cassum seu cancellatum de voluntate partium, nec de tali cancellatione ibi apponit testes, quod hoc casu non creditur notario, & talis cancellatio non valet, & ea non obstãte potest inde sumi publicũ instrumentũ. Ita multùm notabiliter dixit Ioan. And. in additio. Specu. in tit. de instrumen. edi. in § ostenso. in vij. col. in addit. inci. Dixi Rolandinus &c. vbi plura iura & rationes allegat pro hoc dicto. quod dictum refert & sequitur domi. Anto. in c. cùm P. tabellio. in vlti. col. de fide instrum. & Abb. in consilio suo xxxiiij. incip. Super quæstionis materia. in ij. col. in iij. vol. & do. Alexan. in consilio lix. incip. Viso processu. in antepenult. col. in princ. in ij. vol. vbi refert alios approbantes hoc dictum. & refert etiam Bald. tenere contrarium: sed respondit & finaliter tenet cum Ioan. Andr. in loco præallegato. & idem tenet Ias. in l. si vnus. in fi. C. de testamen. & ibi refert Paul. de Cast. dicentem ita obtentum esse in facto in hac ciuitate Bononiæ. Tene menti: quia prima fronte videretur ex pluribus dicendum contrarium: & vide Bald. in rubri. C. de fide instrumen. in viij. col. versic. modo incidit, &c.

CCCCLXVII.

1 *Statuto cauente, quòd de litibus ac controuersiis inter affines compromissum fiat, an coram iudice ordinario locum habeat? Et quid si res de qua agitur liquida sit? numero 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 4. & 15.*

2 *Statuto cauente, quòd iudex causam ad sapientis consilium mittere teneatur, in re liquida ac clara ad id iudex non tenetur.*

3 *Et idem in literis cambij executionem paratam habentibus, in exceptionibus litis ingressum impedientibus, instrumentis paratam quoque executionem habentibus, sententiáque. numere 4. & 5.*

6 *Et quid si huiusmodi instrumenta guarentigiata sint aliquo modo, aliquáve ex causa obscura?*

1 VIget † statutum ferè per omnes ciuitates Italiæ, quòd inter affines de litibus, quæstionibus, seu differentiis fiat compromissum, quod etiam est cautum de iure communi, vt habetur in l. congruentius. C. de patria potestate. Sed scias quòd tale statutum non semper habet locũ: nam quando agitur coram iudice ordinario extra contractum, vel ex instrumẽto inrato, & reus cõuentus post oppositiones per eum factas petit cõpromissum fieri virtute dicti statuti, tunc non habebit locum dictum statutum: quia petendo compromissum reus incideret in periurium: & non est verisimile quòd de tali casu statuentes cogitauerint. Ita not. dixit Paul. de Castr. in consilio suo lxviij. incipient. Visis & consideratis omnibus. quod dictum pro not. refert & sequitur Alexand. in consilio suo xxxvij. incipiente, Viso & opportunè discusso processu. in x. columna. in secundo volumine. & Iason in l. eleganter. in secunda columna. ff. de condictio. indebit. de quo ego dixi in repetitione mea l. final. C. de probationibus. in xxiiij. charta. Item nec prædictum statutum habet locum quando res, de qua petitur compromissum, esset liquida secundum Bartolum in l. ille aut ille. §. cùm in verbis. ff.
2 de legat. iij. vbi dicit, † quòd si statutum dicit, quòd iudex teneatur mittere causam consilio sapientis, quòd tale statutum non habet locum quando res est clara vel liquida: quod dictum refert & sequitur Alexand. in consilio suo cxlv. incipient. Viso processu. in vltima columna. in quinto volumine. quod etiam voluit Bald. in l. prima. C. de rela. & Bald. Paulus de Castro. & Fulgos. in l. placet. C. de sacrosanctis ecclesiis. & voluit Ias. in dicta l. eleganter.
3 in secunda columna. † vbi dicit idem esse si ex forma statuti vel consuetudinis literæ cambii haberent executionem paratam: allegat ad hoc Angel. in l. ita stipulatus. §.
4 Chrysogonus. ff. de verborum obligationibus. † Et subdit generaliter loquendo quòd istud procedit, vbicunque quis habet aliquam exceptionem impedientem litis ingressum: ad quod allegant Bald. Salicet. & Fulgos. in l. fratris. per illum textum, vbi etiam Alexand. C. de transactio. & Bald. in l. si iudex. in fin. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris. & Ludouicus Romanus in repetitio. rubric. ff. de arbitris. in xviij. columna. quod etiam voluit Felin. in capitu. sicut. in prima columna. de re iudic. & in capitu. inter monasterium. in xv. columna. eodem titulo. vbi
5 latius loquitur in materia. † Adde quòd prædictum statutum non habet locum contra illum, qui habet instrumentum habens executionem paratam vel sententiam secundum Bartolum in l. ambitiosa. in quinta columna. ff. de decret. ab ordin. faci. & in l. si causa cognita. vbi etiam per alios. C. de transact. & in l. post rem. ff. de transactionibus. & Ludouicus Romanus in dicta repetitio. rubric. ff. de arbitris. in xvij. columna & voluit cano. in capitu. exposita. de arbitr. & Ioannes de Imola in capitul super eo. ad finem. de transactio. & Iaso. in dicta l. eleganter. & Angelus in dicta l. post rem. & Alexand. in consilio lxxxij. incipien. In causa. in vltima columna. in primo volumi. Videas tamen omnino Socin. prædicta restringentem multum not. in consilio suo iiij incipiẽ. Visis

6 actia.in j.vol.vbi † dicit,quòd prædicta procedunt quando instrumenta guarentigiata sunt clara & aperta:secus si aliquo modo vel ex aliqua causa redduntur obscura: quia tunc non habet locum prædictum statutum.allegat Abb.in c.cum olim.de verb.sign.vbi not.loquitur in materia.pro quo faciunt optimè dicta per eundem Socin.in consilio suo lj.incip.Præstantissime doctor.in ij.col. in j.
7 vol.Item † prædictum statutum non habet locũ vbi esset quæstio de articulo meritoris,quia nulla subest compromittendi ratio,cùm ius habeat illam causam pro decisa si tamen habuit mixturam iuris & facti , tunc potest cogi ad compromissum.ita dixit Bald.in l. cùm proponas.C.de iureiuran.& in l.ancillæ.in j.col.C.de furt.& Socin.in consi.suo lj.incip.Præstantissime doctor.in ij. col. in j.vol.& Alex.consi.lxij.incip.Visa facti.in ij. col. in ij.
8 vol.& in cõsi.lxij.inci.In causa.in ij.col.in vij.vol.Itẽ † prædictũ statutũ non habet locũ in causis criminalibus existentibus inter affines.ita not.dixit Inn.Io.And. & Abb. in c.irrefragabili.in §.cæterũ.de of.ord.Item non habet locum dictũ statutũ in quæstione tutelæ.nam affines nõ poterunt cogi vigore talis statuti facere compromissum de tali lite seu differentia.ita notab.dixit Bald.in l.præ-
9 tor ipse.ff.de tut.& curat.dat.ab his.Item † dictum statutum non vendicat sibi locum in causa appellationis,sed solùm in causa principali,ita dixit Paul de Cast.in cõsil. suo lxxv.incip.Quod in causa appellationis.& eum sequitur Alex.in l.si causa cognita.in vlt.col.C.de transact. & in consi.lxxxij.incip.In causa vertente.in iiij.col. in j. vol.& in consilio suo ccxcvj.incip.Diuini numinis &c.videtur prima consideratione dicendum in iiij. col. Item prædictum statutum non arctat clericos, ita dixit Bald. in consi.suo cvij.inci Dictat statutum.in vj.vol.& Alex. in consil. suo ccx.incip.Visa facti narratiõe &c.in v. colum.in ij.vol.vbi allegat alios adhuc, quod dicit procedere etiam in clericis in minoribus cõstitutis:de quo ibi per eum.de quo etiam per Socin.in consil.lxxj.incip.Cir
10 ca &c.in iij.volum.An † autem tale statutum habeat locũ quando aliqui sunt fratres legitimi,& aliqui non legitimi,qui habent litem insimul:vide Paul. de Cast.in consilio clxxxiij.incipien.In causa quæ vertitur.in j. colum. & domi.Felin.in proœmio decret.in iij. colum. ante finem. Alexan.consil.lx.incipien.Visa legitimatione.in ij. volu.Item an habeat locum in emancipatis.vide Ias.no. loquentem in l.qui se patris.in xxvij.colum.in versic. ij. C.vnde liberi.Item an habẽat locum in legitimatis.vide Paul de Cast.in consil.lxix.incipien.Super eo &c. Itẽ an habeat locum in minore.vide Bald. in prima constitu-
11 tione Codicis,in §.quibus.Item scias † quòd stante prædicto statuto , si vnus ipsorum affinium dicit rem esse liquidã,ideo nõ esse fiendũ cõpromissum:alius dicit imò rẽ nõ esse liquidã.isto casu super hoc an res sit liquida vel non,debebit fieri cõpromissum:ita dicit Bar.in l.si quis in conscribendo.per gl.ibi,C.de pactis.& ibi clarius hoc firmat Paul.de Cast.Raph.Alexan.& Ias.& voluit Cæpola in consilio suo x.incipien.Nun putet aliquis &c.in vlti.colum.& in consil.lxxiiij.incipien.Viso statuto &c. in ij.colum.Scias etiam in materia ista quòd stante dicto statuto iudex non poterit compellere partes ad fiendum compromissum,nisi hoc petatur ab altera ipsarũ partiũ. Ita dixit domi. Anto. in c. venerabilis. de exceptionib. quem refert & sequitur Alexan.in consilio suo lxxxij. incipien.In causa.in penult.colum.in j.volumi.& Ias.in d.
12 l.eleganter.in ij.colum.ff.de condict.indebi.Et † vt plenè habeas materiam dicti statuti,scias,quòd quando dictũ statutum arctat aliquos ad compromissum, tunc à laudo dato potest appellari,licet regulariter à sententia arbitri non appelletur:vt in l.diem proferre.§.stari.ff de arbitris.tex.est in c.ab arbitris.de offi delegati.in vj.in fi.& ibi Bar.C.de iudic.& voluit Bar.in d.§ stari.& in d.l j.in ij.col.C de peric & commo.rei venditæ.& in l.venales.C. quando prouoc.non est necesse.de quo etiam per eum in l.quid ergo.§.ex compromisso.ff.de his qui notãtur infamia.& per Petr.de Anchar. in d. c. ab arbitris.& per Bald.in c.cùm vigesimũ.de officio delegati & per doctores in c.suspicionis. de officio delega.& per Bartol. in l. j.§.qui prouocauit.in xj.colum.ff.de pactis.& in cap.irrefragabili.§.cæterùm. de offic.ordin.& per Bald.in rubr. extra.de arbitris.in vij.colum.& per Lud.Rom.in l.arbitro.ff.qui satisdare cogantur.& in l.admonendi.in xj.colum.ff.de iureiuran.& per Imol.in l.j.in viij.colom.ff.soluto matrimonio.& per Barto.in procem.C.& in l.nemo
13 potest.ff.de leg.j.& in l.si quis maior.C.de transact. † Item scias,quòd dictum statutũ volens quòd inter affines fiat compromissum de litibus & differentiis inter eos vertentibus,dicitur fauorabile secundum Ias.in l.qui se patris. in xxvij.& xxviij.col.C.vnde lib.& quando semel vigore dicti statuti est factum compromissum quod expirauit, an iterum possint cogi partes ad cõpromittendum:vide quæ dixi in singul.meo clxxij.incipien.Habeo nunc &c.
14 vbi satis latè circa hoc locutus sum. † Scias etiam circa hanc materiam dicti statuti,quod stante prædicto statuto quod inter affines fiat compromissum, si vnus ipsorum affiniũ cedat iura sua,quæ habet cum affine alicui alteri, quòd
a etiam ille cessionarius tenebitur facere cõpromissum[a], sicut tenebatur ipse cedens,ne ille affinis efficiatur deterioris conditionis per talem cessionem.ita dixit Bald.in l.si post diuortium.per illum textum.ff soluto matrimo. quem refert & sequitur domi.Philip.Dec.in consi.suo lix.
15 incipiẽ.licet in casu &c.in iiij.colum.† Vltimò pro nunc quando vigore dicti statuti possit peti fieri compromissum,an post conclusionem in causa, vel quando, colligitur ex dictis per iudicem,quam sententiam ferri velit.ita dixit domi.Lanfran.de Brixia.in tract.suo de arbi.in vlt. versi.ad quod vide quæ dixi in l.maritus.in iiij.& v.col.ff. de quæstio.& Rapha.Cuma.in consi.suo lxxxv.incipien. quamuis de iure communi.ante fi.& Pau.de Cast in l.si velut.C.de compen.& idem dixit Alex.in consi.lxij.incipien.in causa &c.in ij.col.in vij.vol.tene menti prædicta: quia non possent esse magis quotidiana,& notabilia quod sunt:nec alibi simul inuenies &c.

ADDITIO.

a Tenebitur facere compromissum. Et est ratio,quia subrogatum sapit naturam &c.iuxta vulgata.vide suprà singu. cclv. in prin.& singu.cccxxxv.

CCCCLXVIII.

1 *Mora purgationem non admittit,vbi dies & pœna apposita est. In pignoris tamen contractu locum non habet hæc regula.*

1 SCiunt communiter Iurisperiti quòd † vbi est dies & pœna,non admittetur moræ purgatio : vt latè habetur in l.magnam.C.de contrahen.& commit.stipu.& in l. traiectitiæ.in §.de illo.ff.de actio. & obligatio. & latissimè in l.insulam ff de verborum obligatio. & dixi suprà, in singular.cccclxiij.incipien.Rigor &c.Tamen scias tu, quòd ista regula non habet locum in contractu pignoris.nam si sum debitor tuus in certa quantitate, & dem tibi pignus cum pacto,quòd si tali tempore non dedero tibi tuam pecuniam,quòd habeas pignus in solutum:certè si non soluero tibi pecuniam debito tempore, pignus non erit tuum,sed ego potero moram purgare & dare tibi pecuniam tuam,& non habebis pignus in solutum. ita nota.dixit Angel.in l.cùm dominam.C.de pigno.ad quod alleg. text. quem dicit vnicum & singularem in lege, Callipodius.aliàs incipit,quamuis.ff.de solutionib. Tene menti : quia est casus quotidianus & vtilis , quia quãdoque pignora sunt magni valoris & maioris quàm sit debitum.

CCCCLXIX.

1 *Circuitum vitandum esse Et ideo qui promisit se obligare ad decem potest statim ad ipsa decem conueniri absque alia obligatione.*
2 *Et an id indubitanter verum sit.*
3 *Statuto cauente,quòd de venditione facta,soluatur gabella.si tantum pactum factum sit de vendendo,gabellam non deberi.*

DIxit profectò no.verbum Io.And in addi.Spe.in tit. de obli.& sol.super rub.in j.col videlicet, quod propter
1 illam regulam,quòd † circuitus est euitandus : de qua in cle.auditor de rescri.& in l.dominus testamẽto.ff.de condi.inde.quod ille qui promisit se obligaturũ ad x.potest statim ad

tim ad z. conueniri absque alia obligatione causa cuitandi circuitū. quod dictum refert & sequitur Alex. in l. cùm fundus. in § seruum tuum imprudens. in j. no ff. si certum petatur. & Ias. in dicta l. dominus testamento. ff. de condic. indebit. vbi ambo dicunt, quod est multum not.
2 verbum: quia multi contrarium dicerent. † Et licet prædicti excellentissimi doctor. sequantur hoc dictū, tamen illud nunquam mihi placuit, & semper de eo dubitaui, eo quòd statutum seu lex loquens in vendente non habet locum in faciente pactum de vendendo secundum Iacob.
3 Butri. in l. j. C. de pact. pigno. † vbi dicit, quòd si statuto cauetur, quòd de venditione soluatur gabella, quòd non soluetur si fuerit factum pactum de vendendo, quia aliud est vendere, & aliud facere pactum de vendendo: pro quo facit in argumen. l. amplius nō peti. ff. rem ratam haberi. vbi dicitur, quòd aliud est agere, & aliud est velle agere. & pro istis faciunt alia plura not. adducta ad hoc propositum per dominum Anto. Corset. in notab. cclxxix. incipien. Statutum loquens, &c quem omnino videas. & ideo cogita an sit vera illa doctrina Ioan. Andr. in loco præallega. quia apud me dubia est: & vide etiam Bald. in repetitio. l. secundæ. in xxxix. col. in versic considera quia longè, &c. ff. de iureiuran. & Alex. consi. clxviij inci. Stantibus vetis. in vj. vol.

ADDITIO.

Adde Rom. singu. clxxxvj. obligo me. & ibi addit.

CCCCLXX.

1 Domum diruptam habens, nec resarcire valens, si inde ciuitati oriatur deformitas, an vendere potētiori cogendus sit, qui eam reparet?

1 HAbens † domum diruptam ex qua producitur deformitas in ciuitate, tūc dominus ipsius domus, si non habet vnde reficiat, potest cogi ad vēdendum alteri, qui sit potens ad reficiendum: & si eam iusto pretio vendere non potest, non cogitur ad vendendum, sed licitè poterit à republica petere tantum quantum sufficiat ad reparationem domus. Ita singula. dixit Specu. in titu. de satisda. §. hoc quoque. vbi allegat aliqua iura de quibus ibi per eum. quod dictum pro valde not. refert & sequitur domi. Barth. Cæpol. in tracta. suo de seruitut. vrban. prædior. in lix. rubric. videlicet, de refectione. in prima columna, vbi dicit, quòd hoc dictum refert & sequitur Ludouic. Roman. in singularibus suis. Tene menti: quia est no. verbum, nescio tamen si data accidentia facti obseruaretur à superioribus.

CCCCLXXI.

1 Contrahentes inter se absque notario, si faciant scripturam conuentionis sua priuatam & obligationis initæ, an illos huiusmodi scriptura obliget? Et quid si vnus contrahentium scribere nequeat, cuidam autem tertio mandet, vt scribat quod id fiat, an mandans ob id obligetur? Et num hoc casu tertio de huiusmodi mandato credatur? num. 2.

1 SAepe † contingit quod contractus fiunt sine notario, sed partes contrahentes inter se faciunt scripturā priuatam conuentionis & obligationis initæ inter eas: & quia accidit quandoque quod vnus ipsorum contrahentium nescit scribere, facit quod vnus tertius scribit pro eo de mandato suo, & illa scriptura obligat ipsum mandantem, tanquam si eam scripsisset: vt not. in l. diuus in §. senatus. ff. de fal. & ideo dixit Gem. in c. si pro te. in principio. de rescr. in vj. quòd stante statuto quòd quis non audiatur seu non admittatur ad excipiendum contra suam scripturam, habet locum etiā si scriptura non esset confecta manu propria ipsius, sed alterius eo mandante: de quo tamen dicto dubitauit domi. Felin. in c. inter. in iij.
2 colum. de re iudic. † Sed quæri potest an tali casu credatur tali tertio quòd scripserit de mandato talis: In quo dicas quòd non. quia est dictum vnius solius, quod non probat. Ita finaliter concludit Ioann. de Imol. in consilio suo xcj. incipi. In causa quæ vertitur. in j col. quod est no. quia est quotidianum: de quo etiam dixi in repetit. mea rubr. C. de proba. in lviij. col. vbi videas aliqua circa hanc materiam. & vide Alex. consi. xxxiij. incip. Viso processu. in vlti. col. in vj. vol.

CCCCLXXII.

1 Clausula, rato manente pacto, hoc in cōtractu facit, vt sors & pœna peti possint, nec semel tantum sed sæpius. Conuentionalis tamen pœna (nisi semel) peti non potest, etiam si in contractu eadem clausula apposita sit.

1 CLausula, † rato manente pacto, operatur vt sors & pœna possit peti, & non tātùm semel, sed pluries ab illo qui conuenit instrumento: vt habetur per omnes in l. cum proponas. & in l. si quis maior. C. de transact. & in l. qui fidem ff. eodem. de qua clausula etiam habetur per Barto. in l. ij. in fi. C. de iure emphy. & in l. cum pactum. in §. libertus. ff. de leg. ij. & per Ioan. de Imo. in ea potuit. in xiiij. colum. versic. & nota bene gloss. extrà de locat. glos. & Bar. in l. fina. ff. de eo quod certo loco. & per quendam Moder. do. Vitalem de Cambanis in suo tractatu clausularum, in j. chat. in iij. colum. vbi notabiliter loquitur: & habetur per Corneū, in consilio suo lj. incipi. In hac consultatione. in ij. & iij. colum. in j. volum. Scias tamen quòd pœna conuentionalis non committitur, & peti non potest nisi semel, etiam si in contractu sit apposita clausula, rato manente pacto. Ita singulariter dixit Bal. post Specul. in addit. in titu. de locar. in quinta columna. in fin. in versicu. incipient. pœna legalis. quod est notandum, cum in contractibus sæpius apponatur pœna conuentionalis, quam legalis vel statutaria. & tali casu dicta clausula nihil operabitur.

CCCCLXXIII.

1 Sententia, vbi notoriè apparet iniusta, reuocari debet, etiamsi ab ea appellatum non fuerit. Et ibidem quod iniustitia notorietas sententiam reddat nullam, velut & iniquitas.

2 Sententiam, cuius ex actis, vel sententiæ tenore euidens est iniquitas, victoris dolo ac obreptione obtentā omnino per superiorem retractandam, supplicationis saltem auxilio, cū appellationis aut restitutionis via reparari nequeat.

MEmini me aliàs in aliquibus operibus meis plura dixisse in materia notorii. vt apparet in repetit. mea rubric. C. de proba. in xlj col. cum tribus col. ibi sequentibus. & in l. j. in §. si quis dicatur in v. colum. & in l. pen. in prin. ff. de quæstio. & in rub. ff. de falsis. in vij. col. & in practica mea causarum criminaliū, in pluribus locis, vt videri potest in tabula ipsius practicæ, in ver. notoriū. Sed
1 vltra ea quæ dixi in dictis locis, scias † quòd quando notorie apparet sententiam esse iniustam, debet reuocari non obstante quòd ab ea non fuerit appellatū. Ita singu. dixit Inn. in c. fraternitatis de frigid. & malefic. quem refert & sequitur ibi do. Abb & etiam in c. ij de purga. vulg pro quo facit tex. in c. inter cæteras. de re iud. vbi habetur quòd notorietas iniustitiæ reddit sententiam nullā. & ibi etiam Abb. refert & sequitur illud dictum Innocē. & not. Abb illum tex. ad vnum. videlicet quod sententia continens iniquitatem est ipso iure nulla: ad quod vide etiam Cardi. in c. cùm Bertholdus. de re iudi. & Hosti. in c. si. de præben & do. Ant. in c. suam. de pœnis. & Ab. in c nouit. de iudi. & vide no. gloss. in d. c. fraternitatis. in verbo, per errorem. & Hosti in c. ij. de arbi. & Bald. in l. vnica. C. si de momen. poss. fuer. appel. & can. in c. interposita. de appel. Bar. in l. j. in prin. ff. de ope. no. nun. Ange. in l. si pars. ff. de inoffi. testa. & Abb. in d. c. inter cæteras & Corser. in notab. ccccij. incip. Sententia potest reuocari &c. & in nota. ccccij. incip. Si notoriè &c. & ad prædicta etiam faciunt dicta per Abb. in disputa. incip. Stante statuto condito in Italia. in vij. col. & Spe. in tit. de execut. senten. in § fi. in
2 iiij. col. in versi. illud autem quæritur &c. † Item adde hic quod sententia cuius euidens est iniquitas ex tenore sententiæ vel ex actis, & quæ per victoris dolum & obreptionem obtenta est, per superiorem omnimodo retractanda est saltem supplicationis auxilio. cùm appellationis vel restitutionis via nequeat subueniri. ita dixit Ioan de Imo. in consilio suo cxlvij. incipien. in causa &c. in penul. colum. ad quod allegat Innocen. in capitu. cùm dilecta. de rescript. & in c. cum Bertoldus. de re iudic. & ibi Ho-

¶tien.& Ioan.de Ligna.in clementina pastoralis de re iu-
dic.Item adde quòd in notoriis iniustû videtur ineptû.
Ita dixit Bald.in l.j.in v.col.in fi.C.ne ex delict. defun. &
in repertorio suo,in verbo,notorium.in antepenul.ver-
sicu.de quo etiam per domi Nicolaum Millum in reper-
torio suo,in litera S.in vj.colum.in v.notab.Et circa su-
pradictam materiam de notoria iniustitia vide do. Fe-
li.in c.consanguinei.in j.col.de re iudic.& in c.inter mo
nasterium.in xviij.colum.de re iudic.vbi dicit quòd in-
iustitia æquiparatur nullitati:ad quod allegat Innocẽ.
in d.c.cùm Bertholdus.& vide etiam domi.Feli.in c.fin.
in ij.colum.de re iudic.& vide not.verba Alexand.in cõ
sili.xxxix incip stantibus.in v.colum.in vj.vol.& in con-
sil xcj.incip.in causa.in j.col.in eodem vol.& ibi in con-
silio clxxviij.incipien.in causa & lite.in fin.penult. col.
Tene menti prædicta,quia sunt practicabilia:& ego in
hac materia plũries consului,& oretenus allegaui.

CCCCLXXIIII.

1 *Contractum simulatum iuramento non firmari:neque tunc à iu-ramento absolutionem requirendam. Quod limita vt ibidem. nume.2.*

1 COntractus† simulatus[a] non firmatur iuramento se-
a cundum glos.singularem in l.emptione.C.plus va-
lere quod agitur.quam ibi sequũtur Bald.Sali.& alij : &
idem tenet Bald.per illam glo.in l.j.in versic.modò solet
dubitari &c.& in l nec patronus.in versic.in his etiam.C.
de oper.lib.& Paul.de Cast.& alij post Bart. in l. si quis
pro eo ff.de fideiussorib.& in l.contra leges.ff.de legib.&
cau.in c.cùm contingat.de iureiurã.in quibus locis etiã
dicunt,quòd in tali casu non requiritur absolutio à iu-
ramento:de quo etiam dixi supra in singu. cccxxvij. in-
2 cip.exceptio.Limita† tamen omnia prædicta,nisi in tali
contractu esset appositum iuramentum,omnia conten-
ta in tali instrumento fuisse & esse vera: quia tunc non
posset contrauenire tali instrumento ratione simulatio-
nis,cùm tunc non præsumatur simulatus sed verus: ita
dixit domi.Anto.in capitu.cum contingat. in viij casu.
& ibi Ioan.de Imo.in vj.membro principali.& domin.
Abb.ibi in ver.decimus casus. de iureiurand.& Abb. in
disputatione sua.incipien.statuto ciuitatis Senarum. in
versic.decimus casus.& Bald.& Sali.in l fin.C.de non nu.
pecun.& Ioan.de Imo.in l.nemo potest.ff.de lega.j.quos
refert & sequitur Soci.in consi.suo lxxxiij.inci.Pro certo.
in ij.col.in iij vol.& idem tenet do.Alex.in d.l.nemo po-
test.in vj.colum.& Ioã.de Imo.in c.ad nostram.an re fi.de
emp.& vendi.& do.Bartho.Cæpo.in tractatu suo de si-
mula.contractuum.in vij.præsumptione.in ij.col.ad quæ
omnia vide Alex.omnino in consi.xxxvj.inci. Viso the-
mate.in ij.col.in ij.vol.vbi not.loquitur.Et istud sæpissi-
mè occurrit in facto:quia multoties cõtrahentes ponunt
iuramentum in contractibus.

ADDITIO.

a Contractus simulatus. Adde Guid.Pap.sing.dccccxxxvij.§.ij & Pe.Rauennat.sing.cviij.

CCCCLXXV.

1 *Hæredem & defunctum eandem personam censeri. quod adeò verum est,vt si quis rem vendat,promittat.q.pro suo facto, datóve tantùm,nihilo sicius de facto etiam illius tenetur, cuius hæres est. & nu.2.*

1 NOn est tibi nouum,vt puto, † quòd hæres & defun-
ctus censentur vna & eadem persona:vt in authẽ.de
iureiur.à morien.præstit.in prin.de quo latius per Alex. in
consi.suo xviij.incip.attentis &c.in vlti.col.in v.volu.&
per Soci.in consi suo xxiiij.inci.Præsens consultatio &c.
in ij.col in iij.vol.& per do Phili.Decium in cõsi.cclxxij.
incip.in causa.in ij.col.& scias quòd adeò est verum hoc,
quòd si quis vendit rem & promittit solùm pro suo dato,
vel facto tantùm,quòd nihilominus tenebitur etiam de
facto illius,cuius est hæres.ita not.dixit domi. Alexan.in
consilio suo cxviij.incipiẽ.attentis narratis.in j.colum.
in vj.vol.ad quod allegat Barto.in l.si seruus.in princi.
per glo.ibi.ff.de condi.fut.& Bald.in l.fi.C.de actio.emp.

x †vbi dicit quòd si quis promittit de suo dato & facto, vel
de suo dato vel faciendo tantum,quòd tenebitur etiam
de facto hæredis:quia illa dictio,tantùm,videtur adiecta
solùm ad excludendas personas extraneas:de quo latius
per ipsum Alex.in d.cõsi.cxviij.& vide etiam eum in alio
suo consi.clxxij.incip.in causa & lite.in vlti.col.in vj.vol.
& do.Philip.Decium in consi.cclxxxj.incipien. Viso pun
cto.in ij.& iij.col.& vide omnino infrà in sing.cccccxlvj.
incip.Licet hæres &c.

CCCCLXXVI.

1 *Testem vnum de maleficio immediatè deponentem indicium ad quæstionem facere si modò sit omni exceptione maior. Et quid de indicio à maleficio remoto nu.3.& 4.*

2 *Infames vel sola facti infamia à testimonio repelli in criminalibus.*

1 AVdiuisti à me pluries in voce,† quòd vnus testis de-
ponens de maleficio,immediatè facit indicium ad
torturam, dummodo sit omni exceptione maior:vt di-
xit Barto.in l.j.in §.iidem Cornelio.ff.de quæstio.& Ang.
de Aret.in tract.suo maleficiorum,in verbo,fama publi
ca.in iiij.char.in ver.& bene nota.& Alexan.in consil.cc-
xxxvij.incip.ponderatis.in ij.colũ.& in consil.ccxxxviij.
incip.viso processu &c.circa med.vbi ad hoc etiam alle-
gat Bar.in l.maritus.ff.de quæstio.& Bald.in l.milites.C.
eo.& idem firmat Alexã.in consil.suo clxxix.incipien.in
causa Anglorum.in fi.j.colũ.in ij.volu.& in consilio suo
2 xj.incipien.circa primum &c.in j.col.in j.vol.†vbi etiam
dicit,quòd infames etiam sola infamia facti repelluntur
à testimonio in criminalibus per l.fi.C.de probat. & per
c.testimonium.de testi.de quo etiam latius dixi in consi-
lio meo,incip.in causa Hieronymi Pelizarii Cremonen-
sis &c.in vj.char.ad quæ tamen vide quæ dixi suprà in sin
3 gu.ccccxlvij.incip.testimonium.† Scias tamen quòd licet
prædicta sint vera,tamen non habent locum quando tra
ctatur de probando indicio remoto à maleficio,in quo
requiruntur duo testes contestes ad faciendum indicium
ad torturam:& nõ sufficit vnus tantùm,etiam omni ex-
ceptione maior:vt voluit gl.singu.in l.fi.C.fami.erciscun.
de qua dixi in d.l.j.in §.iidem Cornelio.ff.de quæstioni-
bus.& in l.j.§.præterea.in viij.colum.& in l.de minore.§.
4 plurium.in xviij.colum.eodem titu.nam tales† testes ad
probandum indicium,etiam si non sunt omni exceptio
ne maiores,& sic tali casu etiam admittũtur infames.ita
dixit Soci.in consi.suo liiij.incip.visis testibus &c. in iij.
col.in iij.vol.ad quod allegat Bald in l.cunctos populos.
C.de summa trinita.& fide catholica & Bar.in l.j.§.quæ-
stioni.ff.de quæstio.& dicit,quòd tali casu etiam admit-
tuntur familiares & similes.allegat Bar.in l ij.ff.de excu-
satio.tutor.tene mẽti:quia aliàs ego vidi hoc in facti con-
tingentia,&c.

CCCCLXXVII.

1 *Testium fides quod deest,numerus supplet. Et limita, vt numero 3.*

2 *Testes vt famam probẽt,necesse est,vt famæ authores,& à quibus audierint nominent.*

4 *Testes vel plurimos infames in criminali, vel ciuili causa ardua non probare.*

1 IN† testibus quod deficit in fide supplet numerus:ita di
xit gl.no.in l.iij.& ibi Iacob.But.ff.de testib & not.Ioã.
And in addi.Spe.in tit.de noto.crimi.in § fama.in addi.
incip.aliàs supra &c.& Nicol.de Neapol.in l excusantur.
in prin.ff.de excus.tut.& voluit Alexã.in consil.suo cxlix.
incip.Viso processu.in iij.col.in v.vol.vbi alia plura alle-
gat ad hoc:& idem dicit ipse Alex.in consi.suo v.incip.in
causa inquisitionis.in v.col.in j.vol.& in cõsi lxxviij.inci.
in causa & lite.in iij.col.in eo.vol.& in consi.xlvij incipi.
abundè &c in j.col.in ij.vol.& in consi.lvj.inci. viso pro-
cessu.in vlti.col.& in consi.ccxj.incip.visis & discussis. in
vlti.col.in eodem ij.vol.& in consi.iiij.incip.viso proces-
su in fi.in vj.volu.& ibi in consi.xciij.incipien repetitus in
penul col.& ibi in consi.cxxxj incipi Perspectis &c.& in
eo.vj.vol.in consi.ccxxvij.incipien.Prospectis.in j.col &
voluit do.Phili.Decius in consi suo clxiij.incip.In causa

matri

matrimoniali.in penul.colum.de quo etiam per do.Feli.
2 in c.testimonium.in ij.colum.extrà de testi.†Et ad con-
firmationem prædictorum facit optimè: nam ad hoc vt
testes probent famam, est necesse quòd nominent à qui-
bus audiuerint, aliàs non probant secundum Bart. & a-
lios in l.de minore.in §.plurium.ff.de quæstionibus.& vo
lunt alii, quos ego adduxi in d.§.plurium.in v.columna.
tamen hoc fallit nisi essent plures testes deponentes ali-
cuius rei esse famam: quia licet non nominent à quo au-
diuerint, tamen faciunt multum fidei. ita dixit Rapha.
Cuma.in consilio suo lxvij.incipien.in præsenti quæstio-
ne.in ij.colum.ad quod allegat pluta, de quibus ibi per
3 eum.limita†tamen omnia supradicta, videlicet quòd in
testibus quæ deficit in fide supplet numerus: nam hoc nó
habet locum in causa criminali vel in causa ciuili ardua.
ita no.dixit Bal.in c.ad nostram.de proba.ad quod alle.
text.in c.licet causam.in §.quidã verò.de probat & ideo
4 dicit Bal.in d.c.ad nostram.q†in causa criminali, nec in
ciuili ardua plurimi infames non probant.& istud dictũ
Bal.refert & sequitur do.Feli.in c.testimonium.in v.colũ.
in fin.extrà de testib.& do.Philippus Decius in consil.suo
cxxviij.incip.viso processu.in fi.iiij.col.vbi etiam ad hoc
alleg Pe.de Ancha.in consi.cxlvij.incip.in causa agita-
ta.& Ange.in consi.cxxxviij.& alia allegat de quibus ibi
per eum,&c.

CCCCLXXVIII.

1 *Spurium cæteris hominibus deterioris conditionis esse: nimirum,*
vt qui non præscribat, nisi longissimo temporis spatio.

1 SPurius†est deterioris conditionis aliis hominibus: &
habet multas infelicitates quas non habent legitimi:
de quibus aliqua dixi suprà in sing.cclxxiij.incien.notis-
simum.& habetur late per Bertha. in repertorio suo, in
verbo, spurius.& in verbo, bastardus.& inter alia scias,
quòd spurius non potest præscribere nisi spatio longissi-
mi temporis. Ita dixit glo.fin.in l.nemo potest.ff. pro le-
gato quam gl.ad pro hoc singulari refert & sequitur Bal.
in c.j.in § naturales.in vlt colum.in tit.si de feu.fue.con-
troner.inter do & agna & idẽ dixit ipse Bald in l.id quod
pauperibus.in penulti.colum.in versi. & adde quod iste
spurius,&c.C.de episcop.& cler.vbi alleg.d. l. nemo po-
test.ff.pro legato.

CCCCLXXIX.

1 *Oblatio vt efficax sit, & vires habeat, qualiter fieri debeat. Et li-*
mitationem vide nu.2.

1 OBlatio†ad hoc vt valeat & operetur vires oblatio-
nis, debet realiter & non verbaliter fieri cum pecu-
niis in manibus secundùm Bar.in l.ait pretor.in §.si quis
paratus.ff.de oper.no.nuntia & Bald.in capitu.j.in §.li-
cet.si de feu.fue.controuer.inter do.& agna & Bar.& alii
in l.acceptam.C.de vsu.& Pe.de Anch.in consi.cccxxxij.
incipien.visis diligenter actis & actitatis,&c & Lud.Ro-
ma.in consilio clxiij.incipien.constitutio curiæ,&c.in fi.
& in consi.cciij incipien.pro discutienda, &c.in ij.col.&
Bar.in l.fi.ff.de distr.pig & Matthe.in no.suo cxxxvj.inci.
not.quòd vbi quis debet,&c.& Alex.latè in consil.cccc-
lxxvij.secundum ordinem meum, incipi.in causa Straza-
rolorum.in v.colum.& Soci.in consi.cxviij.incipi.circa
præsentem,&c.in ij.colum.in iiij.volumi.& Ludo.Roma.
in consi.ccclij.incipien Spiritus sancti gratia,&c.in j.co
lum.vbi dicit, quòd non sufficit facere oblationem cum
pecunia in marsupio, nisi prius coram testibus fuerit nu-
2 merata pecunia.alleg.iura de quibus ibi per eum.†Sed
scias quòd istud fallit in pacto de retrouendendo, in quo
satis est pretium offerre sine aliqua depositione vel de-
monstratione pecuniæ. Ita nota.dixit Ioannes Andræas
in additio.Specu.in titu.de empt.& vendi super rubri in
princip. quem refert & sequitur Socin. in consilio suo
lxxx.incipien.in quæstione.in iij.colum.in iij.volu.quod
est multum not.

CCCCLXXX.

1 *Clericus sine habitu & tonsura incedens an clericale priuilegium*
perdat. Et quid si post admissum delictum habitum & tonsu-
ram reassumat: nu.2.

1 APud†doct.maximè Cano.in pluribus locis dubita
tum fuit an clericus incedens sine habitu & tonsu-
ra perdat priuilegium clericale circa quod faciunt lon-
gam distinctionem, vt patet in consi.Ioan.Andr.incipiẽ.
quia sæpissimè &c.quod consilium est insertum inter con
silia Alexan.nu. 406.secundum ordinem meum: de quo
dixi suprà in singu.ccclxxxiij.incipiẽ.clericus. vbi etiam
posui alios doct.in diuersis aliis locis tangentes hãc ma-
teriam: sed quomodocunque sit, tene menti perpetuò v-
2 num, videlicet†quòd si clericus qui dimisit habitum &
tonsuram, cõmittit delictũ, & cõmisso delicto reassumat
habitũ & tonsurã, q recuperat priuilegium clericatus: ita
dixit Io.Andr.in c.Ioannes.in iiij.q.extrà de cleric.con-
iug vbi refert quòd Paduæ ita fuit determinatum: per id
quod habetur in c.fin.de vita & honesta.cleri.arg.l.si quis
libellos.C.de appel.quod dictum refert & sequitur Alex.
in consi.suo cxlix.incipien in causa inquisitionis.in ij.co
lum.in vj.vol vbi dicit, quòd hoc dictum sequuntur com
muniter scribentes in d.c.Ioannes.& dicit quod idem te
nẽt Ioan.Mona.Archid.Ioan.And,Ioan.de Ligna.& Ge-
mi.in cap.vnico.de cleri.coniug.in vj.& Pau.de Leazi.in
cle.j.de vita & honest.cleri.& subdit do.Alexan.in dicto
consi.satis esse quòd tempore delicti ipse clericus reassu-
mat habitum & tonsuram: & dicit, quod dato etiã quòd
post tempus delicti deposuisset, hoc ei non noceret: quia
ad cognoscendum ad quem forum spectet cognitio de-
licti, attenditur status in quo quis erat tempore delicti.
ita secondum eum in propriis terminis singulariter deci
dit Bal.in l.affinitatis.C.communia de succes.in fin.tene
menti: quia millies contingit in facto: & ex istis etiam po
teris limitare intra loquentia de breuitate temporis: de
qua temporis breuitate pluta dixi in l.statuliber.in ij.&
iij.col.ff de quæstionibus,&c.

ADDITIO.

Adde Cæpol.cautel.ij.nu.8.& Thom.Ferrar.cautel.xxiij.

CCCCLXXXI.

1 *Statutum in vniuersum loquens ac generaliter vt maiores, ita mi-*
nores complectitur. Limita, vt nu.2.
3 *Statutum cauens, quòd filia dotata non succedat, locum non habe*
re in ea, quæ infans remansit. Ob id q, fratres eam dotare volen
tes a successione non excludent.
4 *Statutum exorbitans à iuris communis regulis, & si generaliter*
loquatur, minores tamen non comprehendit.

1 COmmunis opinio inter scribentes videtur esse, †q
statutum generaliter loquens ita comprehẽdat mi-
nores sicut maiores: vt habetur in l.sine hærede.in § Lu-
cius.ff.de administ.tut.& in c.constitutus.de restit in in-
teg & per Cy.in l.ij.in vlti.colum.C.quæ sit longa consue.
& ibi glo.& Bal.in l.fi.C.de resti.in integ.& per Ange in l.
si plures.ff de pact.& per Iac.Butri.in l.de quibus in fi ff.
de legi.& per Bald.in addit.Spec.in tit.de restit.in integ.
in vlti.col.ver quæ præscriptiones.& per Ang in consilio
clx.incip.pro decisione in præsenti.& per Lud.Roma.in
suo singu.vlti.& in consi.suo cxx inci circa primum &c.
in prin.& in consi.clavj.incip.viso diligenter.in j.colũ.&
per Alberi.de Rosa.in ij.parte statu.q.ccclxix.incip.item
quæro præscriptiones & per do.Rochum Cur.in cap fi.in
cxxxij.col.de consue.& per Soc.in consi.cxxiiij.incip.vi-
so.in ij.col.in iij.vol.& do.Alex.in consi.ccliij.incipien.
2 abundè satis &c.in j.& ij.col.in vj.vol.tene†tamen perpe
tuò menti vnum casum, in quo minores non comprehen
duntur à statuto generaliter loquente: qui cásus est quã-
do statuto cauetur, quòd filia dotata non succedat ex-
tantibus masculis, tale statutum non comprehendit, nec
habet locum in filia infante. ita dixit Bald.in l.si plures.
C.de condi.inser.in decima colum.in versicu.iuxta præ-
dicta formatur talis quæstio: statuto cauetur quòd filia
dotata &c.& Petr.de Anch.in repetitio.c.canonum sta-
tuta.in lxxxix.colum.in ver.pone statuto cauetur, quòd
3 filia dotata &c.de constitu.†vbi concludunt, quòd statu
tum disponens quòd filia dotata non succedat, non ha-
bet locum in ea quæ remansit infans: & ideo fratres eam
dotare volentes non excludent à successione. quod di-
ctum refert & sequitur Alexan.in consilio clxij.incipien.

,Visis his.in princ.in vj. vol.vbi dicit,quòd pro hac parte
etiam consuluit Pet.de Ancha.in cōsil.cclxxaviij.& Panl.
de Cast.in consil.cvj.incip.super eo de quo quæritur &c.
4 tene menti,quia est verbum singulare.Et † scias etiā,quòd
statutum exorbitans à regulis iuris communis licet ge-
neraliter loquatur, non tamen comprehendit minores,
secundum doctor.in locis primo loco suprà allegat. vbi
assignant rationem.quos per te videas.Et vide alium ca
sum in quo minores non comprehenduntur à statuto
suprà,in singu ccclxij.incip.statuum volens.& vide not.
verbum in materia per do.Pet Philip.Cor. in consil.suo
clxxiij.incip.me subscrisi &c.in j.volu.

CCCCLXXXII.

1 *Obligationem aut promissionem sine causa inefficacem esse, idque adeò certum,vt ex ea agi non posse receptum sit.*

2 *Facta tamen promissio licet sine causa,ex certa scientia tamen valet & tenet.*

3 *Verba hac,sciens se ad infrascripta non teneri nec obligatum esse, sed volens se principaliter obligare,licet de solemni non teneatur stipulatione,& pacto promisit, &c.faciunt, vt obijci nequeat de non causa.*

4 *Stipulatio sub conditione facta,efficax est & tenet,& vicem causa praestat conditio.*

1 NEdum † docti sed etiam imperiti,vt puto,sciūt quòd
obligatio seu,promissio sine causa est inefficax, adeò
vt ex ea agi non possit:vt habetur in l.cùm de indebito.
in §.fi.ff.de proba.& in l.generaliter.C de non num.pec.
& in capitu.si cautio. de fide instrumen.& in l.Publia.in
§ fina.ff. depositi.voluit Barto.& alij.in l.nuda.ff. de do-
na.& Salicet.in l.vnica.C.de confessis.& Bar.in l.prima.
ff.de edendo.& Bald.in addi.Spec.in tit.de instru.edi.in
iiij.columna in ver.incip.instrumentum habet eum &c.
volunt scriben.in l.ij.§.circa.per illum text.ff.de doli ea
cep.& Alexan.in consil.iiij.incip.Circa primum &c.in j.
columna in ij.volu.vbi dicit hanc esse communem opi-
nio.& dicit quòd hoc affirmat Ioan.de Imol.in l.à Titio.
ff.de verborum oblig.de quo latiùs per Alex.in d. con-
2 sil Sed † scias,quòd licet prædicta sint vera,tamen promis
sio sine causa facta ex certa scientia valet,& tenet:quia il-
le qui scit se non teneri,& promittit ex certa scientia sine
causa, videtur ex causa liberationis & donationis pro-
mittere.ita dixit Iaco.de Are.Cy & Bal.in l.generalitet.
in xiij.quæstio.C.de non nume.pecun.allegant l. Campa
nus.ff de ope.liber.& l.si patronus.ff.de don.& l.donati.
ff de regu.iur.quod dictum refert & sequitur Alexan.in
consi.suo iiij.incip.circa primum.in xj.colum.in j. volu.
& in consi.clavij.incip.viso themate in vlti.colum. in vj.
vol.vbi allegat alios plures tenentes hanc partem.Et sub
3 dit,quòd † quando in instrumento sunt illa verba, vide-
licet,etiam sciens se ad instascripta non teneri,nec obli-
gatum esse,sed volens se principaliter obligare,licet nō
teneatur solenni stipulatione & pacto promisit &c.tollūt
dictum obiectum,quod obligatio seu promissio sit sine
causa:de quo latiùs vide per ipsum Alex.in dictis suis cō-
siliis:quæ omnia sunt menti tenenda propter frequentiā
instrumentorum & contractuum quæ continuè fiunt cū
dictis verbis & clausulis: & pauci sunt dies, quod casus iste
4 euenit in facto in hac ciuitate.Et † adde hic etiā, quòd sti
pulatio facta sub conditione valet,& tenet , licet aliam
causam non habeat:quia ipsa conditio impleta,est suffi-
ciens causa,& succedit loco causæ secundū Bart & alios
in l.à Titio.per illum tex.ff.de verb.oblig.ex quo limita-
tur regula,quòd stipulatio sine causa non valet quia ob-
stat doli exceptio,vt in l.ij.§.circa.ff.de doli excep.& in
l.qui sine.ff.de cōdictio.sine causa.nam illa regula proce-
dit in stipulatione pura:secus quando fit sub conditione.
Ita dicunt doctor.& maximè Ias.in dicta l.à Titio.quem
vide omnino qui singulariter loquitur.

CCCCLXXXIII.

1 *Beneficia principum latissimè interpretanda,si modo tertij iniuriam vel praeiudicium non respectent. Nam tum strictè sunt interpretanda,licet in concedentis praeiudicium latissima recipiatur interpretatio.*

2 *Priuilegia principum,si concedentium iura tangant, latissimè interpretari debere:sin verò tertij damnum, vel praeiudicium respectent pressissimè interpretanda,etiam si pupillo, vel minori concessa sint.*

3 *Papa si cui beneficium ecclesiasticum,cum clausula non obstante collatione alteri facta,confert,de inualida collatione alteri facta,huiusmodi concessio intelligenda est.*

1 BEneficia † principum sunt latissimè interpretanda.
l.fin.ff.de constitut.princip.cum similib.ibi per gl.&
doct.alleg.hoc tamen intellige esse verum,nisi respiciant
præiudicium vel iniuriā tertij:quia tūc sunt strictè inter-
pretanda secūdū iura alleg.per gl.d.l.j.sed in præiudiciū
concedentis tantū bene fit latissima interpretatio:vt ha
betur in l.nec auus.& ibi Bal C.de eman. libero.& in l.cū
filius.ff.de testamen.milit.& in l.impuberi. ff.de admin.
tut.& c.insuper.de offi. deleg. de quo etiam habetur per
Bal.in c.j.in §.fi.quid sit inuestitura.& in ti.de pace Con-
stan.in xxxiiij.col.in ver.possideant.Et quòd in præiudi-
cium tertij sint strictè intrepretanda, facit quod voluit
Bald.in l.j.in j.col.ff.de cōsti.prin.vbi dicit,quod si princeps
aliquid dat vel confirmat,semper debet intelligi saluo iu
re alterius & hoc dicit Bal.in dicto versicu. possideant.
esse not.pro concessionibus aquarum,quas facerēt prin
cipes: quia debent intelligi saluo iure tertij.l.Labeo §.j.
2 ff.famil.erciscun.Et ideò † dicit Inn. in c.cùm dilecti. de
dun.quòd priuilegia principum,dum tangunt iura con-
cedentium,debent latissimè interpretari:sed quando re-
spiciunt damnum vel præiudicium tertii, debēt strictis-
simè interpretari: vt ibi.& in capitu.olim de verborum
significatio.& est bonus text.in capitu.ex tuarum. extra
de author.& vsu pallii.& voluit Ioannes Andræ. in dicto
capitu.olim.& voluit Ab.in consilio suo j in iiij. colum.
& in consi.xcia.incip.In causa & quæstione,quæ in præ-
sentia vertitur.in iij.colum Et prædicta intelliguntur etiā
si beneficium seu priuilegium concedatur pupillo vel mi
nori:quia tunc etiam intelligitur sine præiudicio tertij.
teat.est in dicta l.impuberi.ff.de administ. tut.per quem
ita dicit Bar.in l.idemque.in princ.ff.qui potio. in pign.
3 hab. Et † in materia ista teneas menti no.verbum,videli-
cet,quòd si Papa confert alicui beneficium ecclesiasticū
cum clausula,non obstante collatione alteri facta, in-
telligitur de collatione inualida alteri facta,& non de va
lida:ita dicūt Compost.Io.An.& alij in cap.causam quæ.
de rescrip.quam doctri.& omnia supradicta refert & se-
quitur Ias.dicta l.fi.in v.colum.ff de const.prin.vbi dicit,
quòd hanc doctrinam sequitur Alexan. in consilio suo
xxv.incipien. viso tit.quæstionis &c.in ij.colum.in ij.vo-
lu.& in consilio ccclxxix secundum ordinem meum,in
cipien.viso processu causæ vertentis inter communita-
tem,&c.in iij.culum & in consil.aaiij.incipient.viso pro-
cessu causæ vertentis inter magnificum, &c.in iij.colum.
in v.vol.& domin.Philippus Decius in consil.celxxxvj.in
cip.In causa.in fi.& in consi.ccacij.inci. & pro tenui,&c.
in ij.col.de quo latius per Ias.in dicta l.fi.ff.de consti.prin
cipum,in v.columna.sed tu vltra Iaso. dicas, quòd illam
doctrinam Compost.& Ioann. Andræ. refert & sequitur
etiam Alexand.in consilio suo aj.incipien.ex his quæ in
themate,&c.in j.col.in vj.vol.& ibi in consi.xxiiij. incip.
visis & consideratis,&c.in ij.colum.de quo etiam per do
mi Nic.Millum in suo reper.in litera P.in iij.columna, in
vltimo not.

CCCCLXXXIIII.

1 *Statuto cauente,quòd instrumentum debiti guarentigiatum executionem paratam habeat,an confessio in instrumento, quòd tuus sim debitor ex illa aut tali causa, paratam quoque habeat executionem. Et ibidem contradictionis coarguitur Angelus.*

1 SI † vera loqui fas est,ingenuè fateor me summa admi-
ratione hodierna die detentum fuisse,& non sine ali-
quali animi displicētia & molestia:& hoc propter vnam
cōtrarietatem Ang quam in eius lectura inueni: nam pri
mò ipse Ange.in l.si fideiussor post princip.C.de fideiuss.
dicit: statuto cauente,quòd instrumentum debiti gua-
rentigiatum habeat executionem paratam:pone,tu pe-
tad

tis à me centum ex aliqua causa: puta ex causa mutui vel depositi: ego coram notario côfiteor me esse debitorem tuum ex illa causa: notarius facit solenne instrumentum huius confessionis meæ: an tale instrumentum habebit executionem paratam vigore dicti statuti? in quo dicit quòd non: eo quia illud non dicetur instrumentum debiti, sed potius instrumentum confessionis debiti, quod sumit vires à die talis confessionis & non antè. quod dictum pro no. posui suprà in singula. cxxxv. incipien. quæro de notabili & quotidiano dubio, &c. nouissimè autem reperi eundem Ange contrarium dicentem in l. fi. C. de edicto diui Adrian. tol. per gloss. ibi: in verbo, dispositionibus. quam dicit ibi Ang. esse singularem: & per eam infert ad vnum, quod dicit esse mirabile & singulare, videlicet quòd si ex forma statuti instrumenta guarétigiata, vel confessionata habent executionem paratam, & contingat quòd de debito non est factum instrumétum, tamen per testes probari potest debitum: & quòd coram iudice debitor confessus fuit debitum: vel potest probari quòd notarius fecit debitori præceptum guarentigiæ, si fiat huiusmodi probatio per testes, & redigatur in scripturam, talis scriptura habebit dictam executionem: pro quo etiam allegat not. per Inno. in cap. fi. de fide instrumen. & sic apparet, quòd Ange. est sibi contrarius de directo, si diligenter côsiderantur prædicta sua dicta Quid ergo tenédum? dico quòd magis placet vltimum dictum positum in dicta l. fin. C. de edic. diui Adria. eo quia mihi videtur, quòd illud sit roboratum pluribus iuribus, rationibus, & authoritatibus: patet ex illa glos. dictæ l. fin. & patet etiam, quia cônfessio interueniens in hoc casu ita facit instrumentum guarentigiatû, sicut quando à principio Interuenit in instruméto: & non refert quid ex æqui pollentibus fiat: vt in l. ij C. de institu. & substitu. sub condit. fac. cum multis similib. ibi in gloss allega. Item illud dictum Ange. in d. l. fi. refert & sequitur Alexand. in consilio suo xciij. incipien. repetitus in causa, &c. in fin. in vj. volumi & in dicta l. fina. in vj. colum. C. de edi. diui Adri. maximè quãdo essemus in casu, in quo testes possent examinari ante lit. contest. item hoc etiam voluit Innocen. in c. fi de fide instru. quem refert ipse Ang. in d l fina. & idem voluit Io. de Imo. in dicto cap. fi. de fide instrumen. quem ibi refert & sequitur Feli. in ij. colum. Item pro hac parte etiam faciunt optimè not. verba Petr. de Ancha. in consilio ccclj. incipien. in quæstione prædicta, &c. quem vide. Et ex istis magis inclino in sententiam Angel. in dicta l. fina. quàm in sententiam ipsius in dicta l. si fideiussor. Tamen cogita, & vide quæ ego dixi in repetitione mea rubric. C. de probatio. in xij. columna. post princip. versic. alio modo. &c.

CCCCLXXXV.

1 *Victum victori in expensis condemnandum, non perpetuò verum habet: nunquam vbi per testem vnum probas & supples iuramento, reus autem testem vnum vel saltem præsumptionem aliquam.*

MEmini me aliàs plura dixisse in materia expensarû. l. patre vel marito. ff de quæstio. vbi plura in dicta materia cumulaui: sed vltra omnia quæ ibi dixi, accipe
1 aliud not. verbum in eadem materia: videlicet † quòd licet regula sit vulgata, quòd victus victori condemnetur in expensis, vt latè dixi in dicta l. patre vel marito. tamen hoc non habet locum vbi actor probat per vnum testem & suppler per iuramétum sibi delatum in defectum probationis, si reus habet vnum testem pro se vel saltem aliquam præsumptionem: nam tali casu nunquam reus succumbens debet condemnari in expensis. ita multùm singular dixit Bald. in authentic. generaliter. in v. opposítione. & ibi in sequent. colum. in versicu. ex prædictis autem sic conclude, &c. C. de episcopis & clericis. quod dictum pro singulari refert & sequitur Alexander in consilio suo clxxxiij. incipiente. in causa & lite. in penultima columna. in sexto volumine. vbi latius per eum: quòd dictum est memoratu dignum: & ex eo potest limitari dicta regula, quòd victus victori debet condemnari in expensis, &c.

CCCCLXXXVI.

1 *Sententiam sine probationibus nõ valere. Quod modò verum est, nisi iudici iudicandi potestas etiam de facto, & sola facti veritate inspecta data esset, prout ipsi melius visum fuerit.*
2 *Inquirendi veritatem summariè ac de plano habens facultatem, & etiam condemnandi, sine causæ cognitione, ac probatione condemnare potest.*

1 COmmuniter † scitur, quòd sententia sine probationibus non valet: vt habetur in l. prolatam. C. de sententiis. & in l. qui accusare. C. de eden. & in capitu. vnico. extrà vt ecclesia. benefi. cum simi. & habetur per do. Philippum Decium in consilio cclxxv. incipi. viso. in vltim. colum hoc tamen limita, nisi iudici data esset potestas iudicandi, etiam de facto & sola facti veritate inspecta, & prout ei melius visum fuerit: nam tunc non requiretur de necessitate aliqua probatio. ita dixit Ioan. Andræ. in capitu. ij. de iuramen. calumn. in vj. in nouella. allegat not. in capit. statutum. in §. assessorem de rescript. in vj. quod dictum refert & sequitur Alexan. in consi suo clxxxix. inci. in causa &c. ante fi in vj. vol. vbi dicit, quòd idem not. Bald. licet non ita apertè in titu. de pace Constan in versi. animam nostram. Et subdit, quòd fortius dixit Bart. in consilio incipient. In quæstione prædicta primò videndum est de potestate &c. & in eo. consil lxxxij. aliter incip. Punctus quæstionis vertentis inter Albert. Io. &c. vi-
2 delicet † quòd vbi quis habet potestatem inquirendi veritatem summariè, & de facto condemnandi, quòd ista verba important, quòd etiam sine causæ cognitione & probatione condemnare possit. allegat not. gloss. in l. ictus fustium. ff. de his qui notan. insa. Et vide infrà in singu. ccccxciiij. incip. Probationes &c. Tene menti quia in practica & in theorica sunt notabilia.

CCCCLXXXVII.

1 *Sententiam confirmare videtur, qui ab ea non appellat.*
2 *Fallit tamen quando sententia aduersus procuratorem falsum lata esset, nec dominus appellauerit.*

1 NOta † & vulgaris est regula iuris, quòd ille, qui non appellat à sententia, videtur confirmare ipsam sententiam. l fi. C. de sen. quæ sine cer. quan. l. j. C. de postu. l. j. C. vt lit. pen. & in l. j. C. de iuris omnium iudi. & l. ab eo. C. quomodo & quãdo iud. & l. hi qui ad ciuilia. C. de appella. l. si vt proponis. j. C. de nuptiis. cum simili. pro quo facit text. in c. j. de frigi. & malefi. in ver. si proclamare voluit, cur tamdiu tacuit? & facit optimè gl. in l. quo enim. in prin. ff. rem ra. ha. quæ dixit, quod ille qui non improbat videtur approbare. quam gloss. refert & sequitur Bal. in l. ij. C. si ex fal. instru. & Ang. in l. res hypothecæ §. fi. ff. de pig & illam dixit singu. Bal. in c. ex parte. in vj. colum. de
2 confes. † Sed teneas menti vnû casum, in quo ille qui non appellat, non videtur approbare sententiam: nam si lata fuit sententia contra falsum procuratorem, & dominus non appellauit, non tamen per hoc dominus videtur approbare sententiam: quia silentium nihil est: ideo ex quo non constat de mandato, poterit dominus vsque ad mille annos dicere de nullitate sententiæ ita singular. dixit Bald. in l. qui non prouocauit. C. si ex fals. instru. allegat iura de quibus ibi per eum. quod dictû refert & sequitur Alexand. in consi. ccj. incip Perspecto &c. in vlti. colum. in vj. vol. quod est notan. ad limitationem prædictorum iurium.

CCCCLXXXVIII.

1 *Dignitatem in testium personis magna esse importantia. Quid autem si testis vnus alteri contradicat, an & vtri sit credendum? nu. 2.*

1 DIgnitas † in personis testium est magnæ importãtiæ: vt dixi suprà in sing. cxiiij. inci. vulgarum & tritum est. & in sing. cclxxiij. inci. notissimum &c. in fi. j. col. & in repe. mea rub. C. de proba. in x. col. in ver. quartò limitat &c. & ibi in xxv. col. in versi & circa hanc materiam &c. Sed vltra omnia quæ dixi in dictis locis, têneas menti vnum aliud circa hanc materiam dignitatis testis, videlicet, tu scis, quòd si vnus testis cõtradicit alteri, tûc neu-

tri creditur:vt no.Ioan.Andrę.& communiter alii in c.in nostra.de testi.& Ioan.And.in addi.Specu.in tit.de teste. in §.iam de interrogatoriis in addi.incip.in caute.&c. & Fede.de Se.in consil.clxij.inci.domine Grisolle &c. & voluit Alexand.in consilio cclvij.incip. viso processu. in iij.col.vbi etiam alia adducit circa hoc:pro quo faciunt plura quæ dixi in materia incertitudinis in repetit.mea
2 rub.C.de proba.in fi.Hoc† tamen fallit,nisi alter dictorum testium esset tantũ melior vel dignior,quòd prouocaret iudicem ad deferẽdũ iuramentum in defectũ semi plenæ probationis:quia hoc poterit facere Iudex:ita dixit Io.And.in c.in nostra præsentia.de testib.quod dictũ pro no.refert & sequitur Alex.in consi.suo ccxxxvj.inci. Perspectis &c.in j.colũ.in vj.volu.vbi dicit,ꝙ omnes sequuntur istud dictum in d.c.in nostra.& ibi Abb. dicit hoc esse sing.verbum:& dicit,quòd illud dictum sequitur etiam Io.de Imol.in l.inter stipulantem.§.j ff.de verb. oblig.in iiij.col.tene menti ad ea quæ habẽtur in l.in bonæ fidei.C de iureiur.& in l.admonendi.ff.eo.

CCCCLXXXIX.

1 *Lege,aut statuto,si quis ad aliquid faciẽdum adstrictus sit,vt puta ad insinuationem faciendam,aut quiduis aliud,quando,ac intra quantum tempus id facere possit.*

1 QVando† à lege vel statuto quis obligatur ad aliquẽ actũ faciẽdũ sine pręfinitione termini:vt putà ad insinuãdum donationẽ,vel ad faciẽdũ registrari instrumẽtum vel similia,tunc tempus videtur collatum in arbitrio ipsius facere debentis,vt probat tex.in argu.in l. licet.C.de iure deliberan.& in l.cùm notissimi.in prin. C. de præscrip.xxx.ann attamen tene menti perpetuò quòd talis non admittetur ad faciendum illud puta insinuationem postquã fuerit sibi oppositũ de inualiditate donationis propter insinuationem non factam in ipsa donatione:nam tunc erit sibi præclusa via ad talem insinuationem faciendã,ita sing.dixit Ang.in cõsi.suo clxxix.inci. visis prædictis instrumẽtis.in vlt.col.allc.ea quæ habẽtur in alle.l.eo decursum.C.de don.ante nup & in l.fi.C de iure do.quod dictũ refert & sequitur Alex.in cõsi.suo ccxxxvij.incip.Perspectis &c.in fi.in vj.vol.quod dictum est summè notã.quia potest seruire ad multa quæ quotidie occurrunt pro quo dicto faciũt dicta per do.Phil.Dec. in consi.ccxxvj.inci.magister Io.in ij col.in ver.& etiam si nunc ratificaret &c.& vide Bal.in l.si ea.in penul. colũ. versi.vtrum quando.C.qui accusa.non possunt.

CCCCXC.

1 *Iudicum moris esse accuratè suam iurisdictionem tueri:vnde sæpissimè euenit,vt vnus in alium prohibitionibus ac defensionibus vtatur.Si tamen ecclesiasticus seculari inhibitionem faciat,secularis nihil necesse habet obedire.*

2 *Iudex superior num possit inferiori prohibere,ne de causa aliqua cognoscat,aut iudicet?*

3 *Et vide limitationem.*

1 MOs† iudicum est accuratè manutenere suam iurisdictionem inquantum possunt:& hac de causa sæpe vnus alteri inhibet vt quotidie practicatur:sed scias circa hanc materiam,quòd licet iudices ecclesiastici inhibeant iudicibus secularibus vt de aliqua causa cognoscant sub pœna & censuris ecclesiastic.tamen non debẽt iudices secul.curare tales inhibitorias,quãdo iurisdictionem ab eis non habent cognoscendi.ita dixit Bald.in l.
2 j.C.quomodo & quando iud.in fi. vbi † quærit, nunquid superior possit inferiori inhibere ne in aliqua causa iudicet?& respondet quòd si inferior recognoscit iurisdictionem à superiore tũc potest:vt in l.iudicium soluitur. ff.de iudi.si verò ab alio non potest.alleg. Host.in c. volentes.de offic.deleg.& Archi.in c.persona. xj. quæstio. j. & dicit quod Fride.de Se.consuluit,quòd si clericus contra laicum falsos testes coram iudice seculari produxit, deinde accusatur de falso coram episcopo,ꝙ non potest propter pendẽtiã litis de falso episcopus inhibere iudici seculari,vt fungatur partibus suis,quãquã accusatio falsi sit pręiudicialis & maior,tamẽ hoc accidit propter diuersitatẽ magistratuũ,quorum quilibet habet iurisdictionẽ principalẽ diuersi loci:& si episcopus propter hoc excõicaret iudicem secularem, excommunicatio esset nulla: cùm incipiat à præcepto ipso iure inualido secundum eum:quod dicit esse no.quod dictum pro not.refert & sequitur Soci.in consil.suo xcix.incip.serenissimus &c. in
3 fi.in iij.vol.Credo† tamen quòd prædicta recipiant limitationẽ,nisi vnus iudex laicus vellet occupare iurisdictionẽ alterius,vt puta si iudex laicus vellet procedere cõtra clericum:nam illo casu licet iudex laicus non habeat iurisdictionem à iudice ecclesiastico, tamen iudex ecclesiasticus poterit inhibere iudici laico:per totum ti.de fo. compe.maximè per ea quæ habentur in c.ij.de foro cõpet.in vj.& in c.si iudex laicus.de senten. excõmunic. eo. tit.cum simi.& an inhibitoriæ fieri possit parte non citata:& an & quando iudex ecclesiasticus possit inhibere iudici seculari,vide doct.maximè Anto.& Abb.in c.tuã.de ordi.cogni.& in c.super eo.j.& in c.cùm teneamur.de appel.& in c.dilectus filius.de rescrip.& Fride.de Se.in cõsi. suo ccc.incipiente,factum tale est, debitor promisit &c. & Alexand.in consilio xcij.incipien.visis actis &c.in iiij. columna.in ij.vol.& Lau.de Rodul.in tractat.vsurarum, quẽ posuit in c.consuluit. in cxxxj.quæst.de vsur.& Spec. in tit.de appellationib.in versicu.sed quæritur.& Petrus de Ancha.in consil.ccxxxv.incip.casus talis est,post pręceptum &c.& do.Francis.de Are.in consil.xx.incipien.in quæstione & causa.in penul.col.versi.circa secundum dico &c.& in consil.lxxv.incip.diligenter.in j. col. & Bald. in addi.Specu.in tit.de citatione.in iiij.col in versi.incip. inhibitio potest fieri &c.& Alex.in consi. exlix. incip. in causa &c in ij.col.in vj.volu.& in consil.ccliij.incipi.prestantissime doctor &c. & in consil.lxviij.incip.in causa & lite.&c.& ibi in consil.seq.per totum in vij. vol. & alias quæst.in materia inhibitoriæ videas per Bald.in l.j.C. de diuer.rescrip.per Fride.de Se.in consil.cxv.incip.casus talis est,quidam delegatus.& in consilio xcvij.incipi.quoniam &c & per Ioan.de Ana.in c.tuãa duduꝗ.in vltima columna de vsur & per Ludouicum Romanum in consilio cccxxx.incipient.circa primum.in ij.col.& per Phili.Dec.in consi.xxxiij.incip.viso puncto.in prima col.& vide text.& gloss in capitu.non solùm.de appella.in sexto.& in capitu primo.de officio ordina.& in capitu.Romana. in § si autem.de appella. eod.lib.Nec ista parui facias:quia quotidie versantur in palatiis,& de facto contingunt.

CCCCXCI.

1 *Mandato primo non obediens,si secundo pareat,num pœnam non auditi primi mandati euitet?*

2 *Et quid si iudex Titio multas iniunctiones faciat singulis certam pœnam indens,num inobediens ad omnes compellendus sit?*

1 PLuries † disputaui de vno.videlicet an non obediẽs primo mandato,si secundo paruit,euitet pœnam primi mandati?& primò videtur ꝙ illam nõ euitet: quia iam in illam incurrit:& iam illa pœna est cõmissa: sed in contrarium reperio gloss.in antheutic.de non alienand. in §.quia verò.in verb.iudicibus.quam ibi not.Angel.& idem tenuit Specu.in titu.de contumacia.in §.nunc dicamus.in versicul.sed quid iste paruit vltimo,&c. & ibi prope in versi.sed pone,&c.ponit ipse Specu.consimilem
2 quæstionem,† videlicet iudex mandat Titio vt aliquid faciat sub pœna decem,qui non obedit: postea eidem mandat illud idem sub pœna xx & similiter non obedit: & tunc iudex eidem mandat illud idem sub pœna 50.& similiter non obedit: an tunc possit exigere omnes dictas pœnas?finaliter post multa argumenta pro, & contra concludit,quòd poterit tantùm exigere vltimam pœnam:quia iudex comminando maiorem pœnam videtur recedere à minori pœna.alleg.l. Stichus.ff. de manumis.testamen.& l.si ita scriptum.ff.de hæredibus institu.& l.penul ff.de prætor.stipula & l.qui bis idem.ff.de verborum obligatio ad quod etiam vide Bartol.in l.ius alimentorum.§ sed si non constat ff.vbi pup.educa.debe.Tene menti:quia videbis millies in facto.

CCCCXCII.

1 *Legitimatio,vt efficaciter obtineatur,quid in ea obseruandum Et quid si princeps in ipsa verbis vtatur generalibus,qualitates requisitas complectentibus.nu.2.*

1 IN† legitimatione alicuius illegitimi diligenter est aduertendum, quòd in supplicatione, quæ fit pro tali legitimatione fienda, ponantur omnes qualitates illegitimi eatis: aliàs non valeret legitimatio tāquam subreptitia, iuxta not. per Barto. in l. si qua illustris. C. ad Orfic. & in l.
2 eam quā. C. de fideicom. tamen † teneas menti perpetuò, quòd si princeps in ipsa legitimatione vtitur verbis generalibus includentibus dictas qualitates super quibus dispensat, gratia non vitiatur. ita sing. dixit Pau. de Cast. in consilio suo ccxxj. incipi. super puncto isto, &c. in fine. quod dictum pro not. refert & sequitur Socin. in consilio lxiij. incip. visis testamento, &c. in iij. col. in iij. volu. & refert etiam domi. Alexan. ita consuluisse. & Ioan. de Ana. in consilio suo acv. incip. visis & ponderatis, &c. & domi. Benedict. Capra in consilio clvij. incipi. fuit disputatum per Papam Martinum, &c. de quo lariùs per Socin. in dicto suo consilio. Tene bene menti: quia istud dictum potest seruire ad multa, &c.

CCCCXCIII.

1 *Administratorem rerum alienarum, cùm ab administratione pellitur, reddere rationem administrationis æquum, ac iustū est. Quod & in fratre rerum communium fratrum inter se administratore locum habet.*

2 *Administrationis rationem etiam administratoris hæres reddere constringitur. Nec temporis lapsus etiam longi ab ea administratorem liberat, sed nec filium, de his quæ patre viuente gessit. nu. 3.*

1 IVstum † & æquum est vt administrator alienarū rerum cùm remouetur ab administratione reddat rationem administrationis: & istud habet locū etiam in fratre qui stetit in communione cum fratribus, & administrauit bona communia fratrum, & rexit domum: nam talis tenetur, quando volunt se diuidere. & reddere rationē administrationis. ista larè ponit Soci. in consil. suo xlvj. incipien. Cùm in præsenti. in prima colum. & in consi. lxxiij. incipien. circa primum, in j. col. de qua materia etiā habetur per eundē Soci. in cōsi. suo cxlix. in j vol. & in consi. xl. incip. circa primam. &c. in j. colum. in iiij. volumi. vbi not. loquitur in hac materia: de qua etiam materia habetur in c. qualiter & quando. ij. & ibi per gloss. in versi. redde. extrà de accusa. & per Pau. de Cast. in l. vix certis. ff. de iudic. & de hac materia etiam habetur per dominū Philippum Decium in consilio suo cx. incipien. verè. in pen.
2 colum. vbi † inter alia dicit, quòd redditio administrationis etiam hæredē administratoris adstringit: & habetur per eundem in consilio clxxviij. incipien. in causa. in j. & ij. col. & per Bal. in rubri. extrà de procura. in ij. colum. in versi. nūquid post longum, &c. vbi dicit, quòd etiam non obstante cursu longi tēporis administrator tenetur red-
3 dere rationem administrationis. Et † teneas menti quòd adeò est verum hoc, quòd administrator tenetur reddere rationem administrationis, quòd etiam filius tenetur reddere rationem administrationis, de his quæ viuente patre administrauit, licet pater illam non peneterit: ita singu. dixit Abb. in consi. suo ij. incipien. magnificus domi. Ioan. &c. aliàs incipit, vt clare materia, &c. in vj. dubio. in primo volu. quē refert & sequitur Soci. in consi. lxxiij. incipien. difficultatem. in vj. colum. in iij. volu. & in dicto consilio xl. in j. col. in iiij. volu. & domi. Philip. Deci. in dictis suis consiliis, &c. & Socin. in consilio xcij. incipien. viso. in secunda colum. in quarto volumi. & an administrator, qui semel reddidit rationem administrationis, teneatur illam vlterius reddere, vide Socin. in dicto consilio cxcij. in j. & ij. colum.

CCCCXCIIII.

1 *Probationes non concludentes nihil efficere: nisi causa facti sola veritate perspecta commissa foret. nu. 2.*

1 PRobationes † vt credo te scire, debent de necessitate concludere, aliàs nihil operantur. ca. in præsentia. de probation. &c. & ibi per omnes. l. neque natales. & l. ad probationem. C. de probatio. & habetur in l. non hoc. C. vnde legiti. voluit Bal. in l. ij. in vltima colum. C. de bonorum possess. secundum tabu. & in l. j. in ij. colum. C. de furtis. & probatio debet concludere per necesse, non autem per possibile: secundum Bal in l. ad probationem. ij. C. de probatio. dixi latius in repetitio. rubri. C. de probatio. in lxxiij. colum. de quo etiam per domin. Philip. Deci. in
2 consilio cccxxj. incipien. in causa. in ij. colum. Teneas † tamen menti, quòd illud fallit vbicunque causa esset com-
a missa sola facti veritate inspecta:[a] nam tunc receditur à regulis iuris communis: & talis cui committitur causa eo modo, potest credere probationi solùm persuasiuæ & non concludenti. ita voluit Bald. in l. solā. in fin. C. de testib. quod dictum refert & sequitur Ange. de Aret. in §. in bonæ fidei. in vltima colum. Institu. de actio. & do. Francisc. de Aret. in consilio suo lxxxiiij. incip. diligenter ponderatis his, &c. in quarta colum. & in consil. ccxxvij. incipien. in causa dominæ Anton &c. in secunda colum. & Ias. in l. certi condictio. in §. si nummos. in septima colum. ff si certum petatur. & vide quæ dixi suprà in singula. cij incipien. clausula. & in singu. cclxxij incipiē. in hac inclyta ciuitate, &c. & in singu. cccclxxvj. incipien. Communiter scitur, &c.

ADDITIO.

a Sola facti veritate inspecta. De hac clausula, vide Roma. singul. dccxcij. quid important.

CCCCXCV.

1 *Contractibus cæterisque dispositionibus ineundis, id spectandum quod & fieri assolet, & validum est: adeo vt res in emphyteusim data ab ecclesia prælato in tertiam generationē data intelligatur si modò id fuerit consuetum.*

2 *Emphyteusis concessio cuipiam facta pro se ac filiis suis, quatenus porrigi censeatur. Et quod de inuestituris à Papa fieri consuetis Marchia Anchonitana, & huiusmodi.*

1 IN † cōtractibus & aliis dispositionibus attēditur quod solet fieri, & validum est argumen à solitis. l. illud. & ibi Barto. ff. de excusatio. tuto. l. ij. ff. de sponsl. l. vel vniuersorum. ff. de pignor. actio. l. cùm de in rem verso. ff. de vsuris. de quo lariùs per Ias in l. vt liberis. in iij. & iiij. colum. C. de collatio. & adeò hoc est verum, quòd res simpliciter data in emphyteusim per prælatum. tamen censetur data in tertiam generationem, si erat ita consuetum. ita dixit not. Bald. in additio. Specu. in titu. de loca. in tertia colum. versi. ecclesia potest dare in emphyt &c. quod dictum pro valde not. refert & sequitur Ias in l. certi condictio. in §. si nummos. in iiij. colum. ff si certum petatur. vbi dicit, quòd hoc dictum nunquam est tradēdum obli
2 uioni Et in † simili dicit, quòd cōcessio in emphyteusim facta pro se & filiis simpliciter, intelligitur etiam de filiis nascituris, nedum de natis tunc, si ita erat consuetum. alleg. hoc voluisse Ioan de Imol. in ca. potuit. de loca. Item in materia ista subdit, quòd si Papa consueuit in inuestituris quas facit rectoribus temporalibus locorum ecclesiæ, putà Marchiæ Anchonitanæ concedere iurisdictionem mortis & vltimi supplicij, & publicationis bonorum, quòd ista duo veniunt vbi etiam non fuerunt expressa per Papam: ita secundum eum dixit Ludo. Roma. in consilio lviij. incipien. ad discutiendum. in secunda colum Et alia etiam ad hanc materiam adducit Ias. vbi suprà quæ per te videas.

CCCCXCVI.

1 *Precarij constitutionem in instrumento appositam permagnæ efficaciæ, nullus tamen est effectus si super re incerta apponatur. nu. 2. vbi exemplum ex Bar.*

1 COnstitutio † precarij apposita in instrumento est maximæ importantiæ: vt habetur per scribentes in l. quoties. C. de rei vendicatio. & per Ioannem Andræam in additio. Spec. in titu. de emptio. & venditio. in §. sciendum. in decima colum. in versicu. quid si res vendita. &c. in additio. incipien hic dubitatur. & per Antonium de Butr. in cap. cum venisset. in tertia colum. de restitutio. spoliatorum. & per Ludouicum Roma. in consi. clxxxia. incipien stante primo quæsito, &c. & per Alexan. in consilio xxvij. incipien. viso libello. in tertia colum. in primo volumi & in consi. xxviij. incip. viso, &c. in ij colum. in ij. volu. & in eo. volu. in consi. lxxxij. incipiē. Perspectis, &c. in ij. iiij. & v. colum. vbi plura not. ponit in materia. & Bal. in consil. ccccxxxviij. incipien. magnifici viri. in fi. ij.

col.in iij.volu.& per Alexã.in consi.lj.incip. Ponderatis, &c.in vlti.col.& per eundem Alex.in cõsi. dcccclxiij.incipi.perspectis.in iiij.col.& in consi.cccv.incipi.lecto & discusso.in fi.vij.& in prin.viij.col.& in consi.ccclij. incipien.viso processu,&c in j.col.& per Bal.in consi.cccccvj.incip.venditor constituit,&c.in iiij.col.& per Ias.in l.fi.in xcv.col.C.de iure emphyt.& in §.actionum. in xxvj.col.Insti.de act.& in l.si qs pro emptore.in xciij. & xciiij.col.ff.de vsucapio.& per Rapha.Cuma.in consi.clv.incipien. Antognolus.in pen.col.ver.ad secundum.& in consi.xlj.incip.ad primum quæsitum.& per Pan. de Cast.in l.j.§.si rem.ff.depositi.& per Ang.in l.quamuis.in §.j.ff.de acqui.poss.& per Oldr.in consi cxxxix. incip. ad habendam,&c.in vlti.col.& per Alex.in consi.lxxxiij. incip. viso.in fi.ij.col.in vj.volu & ibi in consi.cclij.incip.in causa & lite.in ij.col.& eo.volu.& in consi cliiij.incip. circa, &c.per totum consilium.& ibi in consi.clxxxv. incipi. in causa.in ij.col.& habetur per docto. in aliis etiam locis quos laboriosum magis quàm subtile esset adducere: in
2 quibus locis ponit not.dicta in hac materia. Sed† scias, quòd talis constitutio precarij,licet sit magnæ importãtiæ,tamẽ nihil operatur,si apponatur super re incerta, secũdum Bar.per illum tex.in l.iij.in §.incertam.ff.de acqui.poss.vbi dicit,quòd cùm quidam emisset centum tabulas terræ in prædio tuo in illa parte quam eliger venditor:licet tunc constitueret se precario nomine illius emptoris possidere,nihil facit propter incertitudinem,quæ est ratione loci & quotæ: licet enim exprimatur certus numerus tabularum,tamẽ est incertitudo ratione quotæ fundi:quia non dicitur de tertia vel quarta parte fundi:nec dicitur in parte orientali vel occidentali: vt dicit Alex.in dicto §. incertam. Quod dictũ pro not.refert & sequitur domi Philip.Deci.in consi.ccxxvj.incip. magister Ioannes.in fin.penulti. colum quod dictum poteris addere his quæ latè dixi in materia incertitudinis,in repetitio mea rubri.C.de probatio. in lxxiiij. colum. cum x.col.ibi sequentibus &c.

CCCCXCVII.

1 *Timorem ac rei suspicionem idem,quod & res ipsa, operari & efficere*

2 *Fugam ad quæstionem tunc indicium non facere,cum fugiẽs iam auditus atque inquisitus fuerat secus tamen si ante inquisitionem. Et quid si aufugerit,quando timor vel suspicio de accusatione,vel inquisitione facienda nu.3.*

1 SAepissimè † in iure idem operatur timor seu suspicio ci,quod operatur ipsa res:vt dixi satis latè plura dicta pro hoc adducendo in l.j.in x.col.ff. de quæstio. Sed vltra omnia quæ ibi dixi,teneas menti perpetuò in dicta materia vnum singulare verbum auri & honoris ple-
2 num:videlicet,quòd † fuga non facit indicium ad torturam ,quando aufugiens iam erat inquisitus de delicto: quia tunc videtur habuisse iustam causam fugiẽdi: secus si fugit ante inquisitionem contra eum formatam · quia tunc talis fuga contra eum facit indicium ad torturam. ita dixit Bar.in l.j.ff de bon.eorum qui ante senten. sibi mor.consci argu illius tex.quem refert & sequitur Ang. in l.fina.in penulti. col.ff.de quæstio.& Matthe.in no. suo cliij.incip.nota quòd tota &c.& Ludoui.Roma. in l.lege Cornella.in ij.col.ff.ad Sylla.& Ange de Aret. in tracta. malefic.in verbo,fama publica.in versic.an fuga sit sufficiens.& Ias.in repeti.l.admonendi.in lxvij.col.in fi.de iureiuran.de quo etiam dixi suprà in singul.cxv.incipi. fu-
3 ga. Ita † eodẽ modo dicas,quòd fuga etiam non facit indicium, quando erat suspicio vel timor de accusatione vel de inquisitione fienda , licet nondum esset formata: ita not.dixit Ludo.Roma. in dicta l.lege Cornelia.ff. ad Sylla.quod dictum refert & sequitur dom. Philip.Deci.in cõsi.suo ccxxxiiij.incip.in effectu.in prima colum. quod est multùm not.quoniam raró quis fugit,si non habet suspicionem,quòd contra eum procedatur per inquisitionem vel per accusationem.

CCCCXCVIII.

1 *Minorum bona immobilia,& si regulariter sine iudicis vel superioris decreto non alienentur,à patre tamen legitimo administratore alienari possunt.*

1 BOna † minorum immobilia regulariter non possunt alienari sine decreto iudicis vel superioris:vt habetur in toto titu.ff.de rebus eorum.& in toto titu.C.de prædi.mino.hoc tamen fallit in alienatione facta à patre de bonis filij minoris quoniam pater qui habet legitimam administrationem bonorum filij,potest alienare bona immobilia filij,etiam sine decreto:quia lex multùm confidit de paterna pietate.ita dixit Azo in summa de bonis quæ libe.in versi.habet autem pater &c.quod dictum refert & sequitur Bald.in l.j.ff.de rebus eor. vbi dicit, quòd istud dictum Azo. alibi non reperitur :quæ omnia refert & sequitur do.Philip.Deci.in consi.suo ccix.incip.In casu &c.in prima col vbi dicit, quòd idem dixit Bald. in l. præses.C.de transactio.& alij:vt ibi tradit Alexan & dicit,quòd hoc etiam dixit Bald.per illum text.in l.final.§. si autem æs alienum.C.de bon.quæ liber.de quo latius per domi.Philip.Decium in dicto eius consilio ccix.incipien.in casu&c.

CCCCXCIX.

1 *Testatoris dispositionem in vno casu factam,ad alium ex verisimili & tacita ipsius testantis mente porrigi. Et id in quibus locum habeat.nu.2.*

1 LIcet† dispositio testatoris facta in vno casu ad alium casum porrigatur ex tacita & verisimili mẽte ipsius testatoris:vt habetur in l.fina.C.de institu. & substit.sub condi.fact.& in l.Titius.in §.Lucius.ff.de libe. & posthu. cum simi.pro quo facit gloss.not.in l.tale pactum.in §.fi.
2 ff.de pact.Illud† intelligitur & est verum quando tractatur de rebus:quia tunc fit extensio de vna re ad aliam ex tacita & præsumpta mente testatoris: secus autem est quando tractatur de personis : quia tunc etiam non debet fieri extensio de vna persona ad aliam etiam ex tacita & verisimili mente testatoris. ita dixit Aret. in l. Gallus.§ & quid si tantùm.in iij.col.in versi.secundò adde ff.de libe & posthu.quod dictum refert & sequitur do. Philip.Deci.in consi.ccxj.incip.subtilis est &c.in penulti. col.vbi plura adducit ad corroborationem huius dicti: quod dictum etiã refert & sequitur ipse do.Philip.Dec.in consi.ccxiij.incip.in casu &c.in iij.col. vbi videas. & in consilio cclxxiij.incipien.in casu. in fin.j.columnæ. & in consilio cclxxxvij.incipien.in casu.in quarta colum.& in consilio ccxcj.incipien. visis.in quarta colum.& in consilio cccxiiij.incipien.Pro resolutione&c.in prima colum. & in consi.ccclxxvij.incip.visis.in ij.colum.& in consilio cccxciiij.incip.pro vera.in iiij.col.

CCCCC.

1 *Sponsalia de futuro solui,ambobus,vel altero ex ipsis spõsis renuẽte,etsi huiusmodi sponsalia iurata sint · si modo secuta non sit carnalis adhæsio.*

2 *Papa,vt sponsalia per verba de futuro contracta, carnali adhæsione secuta, dissoluere non potest. sic nec matrimonium contractum per verba de futuro si eadem adhæsio interuenerit ante sponsalia per verba de future contracta.*

3 *Testis iuramentum post depositionem interpositum idem valere, quod & ante præstitum.*

1 SPonsalia † de futuro soluuntur ambobus , vel vno ex ipsis sponsis renuente:etiam si talia sponsalia sint iurata.c.ij.& cap. requisiuit.extra de sponsa. Quod verum intelligitur,nisi sequatur copula carnalis inter eos: quoniã talis copula sequens operatur vt talia sponsalia de futuro transeant in sponsalia de præsenti:vt in ca.veniens. de sponsa.quo casu nec etiam papa posset secuta tali copula tale matrimonium dissoluere,iuxta illud·Quos Deus coniunxit homo non separet:vt in cap. sunt qui dicunt. xxvij.quæstione ij.& in ca.an quod. & in cap. penultimo. xxxiij.quæstio.ij.& in cap.inter corporalia. de translat. episcopi.& voluit Archid. in cap. quapropter.xxvij.q.ij. & Bald in l Deo nobis.in tertia columna.C de episcopis & clericis vt latius dixi suprà,in singular.clxv. incipient. scriptum est &c. Et circa hanc materiam teneas menti
2 perpetuó singulare verbum: videlicet † quòd sicut papa non potest dissoluere sponsalia cõtracta per verba de futuro,quando secuta est carnalis copula·quia,vt dixi, tũc trãseunt in matrimoniũ legitimè cõtractũ per verba de

præsenti:

præsenti: & matrimonium legitimè contractum non po
test dissolui per papam, vt dixi: ita non poterit dissolui
matrimonium contractum per verba de futuro, si ante-
quam essent contracta dicta sponsalia per verba de futu
ro, præcessisset inter ipsos sponsos copula carnalis: cum
ipsa copula antecedēs sponsalia de futuro, ita validet &
transferat sponsalia de futuro in sponsalibus de præsen-
ti, sicut copula postea subsequens. Ita singu. dixit do. Io-
an. de Neuizanis Asté. vir profectò doctissimus in sua syl
ua nuptiali, in v. char. in j. col. vbi alleg. ad hoc quendam
do. Clan. in rubric. ff. solu. matri. quod dictum, ni fallor,
est summè notandum, cùm quandoque contingat in fa-
cto: pro quo dicto facit in simili quod voluit Ioan. Andr.
in c. de testibus. extrà de testi. & in additio. Specu. in tit. de
teste. in §. sequitur. circa finem, versi. quid si testes &c. vbi
3 † dicit, quòd tantum valet iuramentum testis post depo-
sitionem, quantum ante depositionem: de quo ego latè di
xi in repet. mea l. fi. C. de proba. in xxxj. & xxxij. char. vbi
videas. vide quę dixi in practica mea causarum crimina
lium. §. quoniam. nu. 38.

CCCCCI.

1 *Societatis atque communionis is effectus est, vt inhabilis habilis priuilegio gaudeat, cum in societate, vel communione cōcurrit.*
2 *Fœmina naturalis tantùm, si viro legitimo & naturali nupta sit, propter mariti qualitatem legitima efficitur: si quidem viri capacitas ad vxorem porrigitur.*
3 *Bastardum religionis ingressu legitimum fieri.*

1 TRitum † est in iure in pluribus locis, quòd societas
seu communio operatur, vt inhabilis gaudeat pri
uilegio habilis, cum quo concurrit in societate vel com-
munione: vt habetur in l. si is qui duos. ff. de libe. leg. & in
l. si cōmunem. ff. quemadmo. serui. amit. & in c. per tuas.
de arbi. de quo latissimè locutus sum in repeti. mea l. fin.
C. de proba. in vj. char. & suprà, in singu. meo clxxx. incip.
plura & plura &c. & in l. de minore. in §. tormenta. in ij.
col. ff. de quæstio. de qua materia habetur etiam per So-
ci. in consi. suo cxxx. incip. visa continentia &c. in vlti. co
lum. in j. volu. & per do. Nellum in tracta. bannito. in pri
ma parte iij. tempor. in xvj. q. & per Alexan. in consil. suo
cxiij. incip. Perspectis &c. in penul. col. in vj. volu. vbi sin-
gulariter loquitur in materia ista. Sed vltra omnia quæ
dixi in hac materia in dictis locis, teneas perpetuò men-
2 ti aliud singu. verbum, quòd videlicet, † si fœmina natu-
ralis tantum sit nupta viro legitimo & naturali, ipsa etiā
propter qualitatem mariti legitima efficitur: nam capa-
citas viri ad vxorem porrigitur, vt no. Bal. in l. si quis. per
illum tex. C. de natu. lib. ita singu. dixit Angel. in authen.
quib. mod. natu. effic. sui. in §. quod verò. in fi. quod dictū
pro sing. refert & sequitur do. Philip. Dec. in l. fœminæ. in
ij. col. ff. de regu. iur. Tenementi, quia, non fallor, est mira
bile & singu. verbum, & magnæ importantiæ: nec memi
3 ni me alibi vidisse. Et † scias etiam, quòd per ingressum
religionis bastardus efficitur legitimus, vt dixi suprà, in
singu. cclxxiij. incip. notissimum &c. in prima col. in ver-
sicu. limito etiam &c. & in repeti. mea rubri. ff. de fideiuss.
in xx viij. col. vbi videas.

CCCCCII.

1 *Sententia si nulla dicta fuerit, ac posteà expressè confirmata, executionem meretur, etiam si nulla dicta fuisset ex iurisdictionis defectu*
2 *Sententiam confirmantem quàm confirmatam magis spectandam.*

1 SEntentia † si fuit dicta nulla, & postea expressè sit con-
firmata, meretur executionem, etiam si fuisset dicta
nulla ex defectu iurisdictionis: ita not. dixit Inno. in ca-
pi. j. de confirma. vtili vel inutili. quod dictum pro valde
not. refert & sequitur Ang. de Aret. in §. quadrupli in xx.
col. Insti. de actio. vbi dicit. quòd idem volunt Ang. Imo.
& Rapha. in l. si expressim. ff. de appel. Tu dicas vltra eū,
quòd idem voluit Innō. in c. super literis. in gl. super ver-
bo, forsan. de rescrip. & Abb. in d. c. j. de confirma. vti. vel
inuti. & Ang. in l. ij. in vij. fallen. ff. si quis in ius voca. non
ier. & Bal. in l. j. in ver. circa tertium. C. quando prouoca-
re non est necesse. & do. Franc. Curt. in consi. suo lxvj. inci
2 pien. super præmissa in xvij. col. vbi † allegat rationem di
cens, quòd magis debet attendi sententia confirmans,
quàm sententia confirmata. ad quod allegat Alexand. in
l. de pupillo. in §. qui opus. circa v. columnā de operis no
ui nuntiatione. Et ista potes addere ad materiam con-
firmationis.

CCCCCIII.

1 *Inimici duo pacem ineuntes, si se non offendere inuicem promiserunt sub certa pœna, si posthac eo non obstante, alter causam admittat, ob quam offendi possit, ex eadem causa impune offendi poterit, non ex veteri inimicitia: quòd ex noua causa pax rūpi non videatur. nu. 2.*

1 EX † pace & treuga facta inter aliquos sæpius plura
oriuntur dubia: & ideo statui nunc data opportuni
tate aliqua circa talem materiā in medium afferre: ideo
scias, quòd si duo inimici fecerunt pacem, & promiserūt
se inuicem non offendere sub pœna: si alter eorum post-
ea committat aliquam causam propter quā offendi pos-
sit, poterit ex illa causa impunè offendi, non ex antiqua
inimicitia super qua est facta pax: secūdum Bal. in l. quæ-
ro. §. inter locatorē. ff. locati. & volunt communiter scrib.
in l. qui seruū. ff. de verb. obl. & ideo dixit Bar in l. aut fa-
cta. §. causa. ff. de pœn. quòd si facta pace te offendi nō ex
veteri inimicitia, sed ex noua causa, quod non rūpo pa-
cem. quod est not secundum Alex. Pau. de Castr. & Ias. in
d. l. qui seruum. & idem tenet Bal. in c. j. in princ. in ij. col.
de pace tenen. do. Anto. & Imo. in c. cum inter. per illum
tex. extrà de tenun. Lud. Roma. & Alex. in l. semel mora.
ff. solu. matri & Ludo. Roma. in consi. suo clxxiij. incip.
in casu proposito &c. & Alexan in consi. suo xix. incip. vi
so processu causæ vertentis inter procuratorem. in pri-
2 mo volu. Et † tenementi perpetuò, quòd offendens ex no-
ua causa non dicitur rumpere pacem, etiam si talis no-
ua causa superueniens non esset iusta causa offendendi,
secundum Alex. in d. consi. xix. quē refert & sequitur pro
valde not do. Ias. in d. l. qui seruum. in princi. ij. col. & ibi
subdit, quòd in dubio offensa præsumitur facta ex causa
de nouo superuenta: & sic licitè & non ex antiqua. ita di-
cit tenere Bal. in l. si prædium ad fi. C. de ædil. actio. quod
dictum reputat sing. Alex. in d. l. qui seruum. & in l. semel
mora. & ibi dicit, q̀ illam decisionem Bal. velut auream
nunquam obliuiscaris. Et in materia nouæ causæ vide e-
tiam Alex. in consi. cccclxij. incip. viso themate suprascri
pto & attestatione, &c. Et ex supradictis poteris limitare
iura dicentia, quòd inualida non sunt in cōsideratione:
de quibus aliquid suprà dixi in singu. meo cclxxiij. inci-
pien. licet, &c. vbi videas.

CCCCCIIII.

1 *Iuramenti vim simplicem esse, adeò sanè, vt præter cætera, iuramentum in testamento per testatorem appositum, clausulæ codicillaris vim habeat, & ab intestato venientes rogati intelligantur, facitque vt actus omni modo valeat, quo valere potest. nume. 2.*

1 VIrtus iuramenti † multiplex est: vt tractant docto. in
authen. sacramenta puberum. C. si aduer. vend. & in
l. si quis maior. C. de transact. in l. si quis pro eo. ff. de fide-
iuss. & in l. si quis inquilinos. ff. de lega. j. & in c. cùm con-
tingat. extrà de iureiuran. & in c. quamuis. de pact. in vj.
& in cap. licet mulieres. de iureiuran. eo. lib. & in aliis lo-
2 cis: & dixi ego suprà in pluribus singularibus. Sed † vltra
omnia quæ dixi in hac materia in dictis sing. meis, scias,
quòd iuramentum appositum per testatorem in testamē
to habet vim clausulæ codicillaris, adeò quòd venientes
ab intestato intelliguntur rogati: quia iuramentum fa-
cit vt actus valeat omni modo, quo potest valere: vt in
l. cùm pater. in §. filius matrem. ff. de legat. ij. ita dixit Bar
to. in l. si quis in principio. in vltima colum. ff. de lega-
tis iij. & in l. si quis pro eo. in vij. & viij. membro. ff. de fide
iuss. & in l. j. in §. si quis ita. ff. de verborum obligation. &
Bald. in l. eam quam. in quarta columna. C. de fideicom-
miss. qui dicit, quòd ista est mirabilis virtus iuramenti.
& in l. si iure. C. de testamen. manumis. quos omnes refert
& sequitur Ias. in dicta l. eam quam. in decima columna.

nume.17.vbi etiam alia adducit ad corroborationē prædictorum, quem videas.& idem ipse dicit in l.si conuenerit.in iij.col.ff.de iurisdi.om.iudi.

ADDITIO.

Adde Catellia.Cott.in memoralib.in verb.iuramēti religio. vbi multos effectus iuramenti ponit.

CCCCCV.

1 *Antiqua recentioribus in plerisque casibus fauorabiliora & magis priuilegiata esse. Nam in antiquis fama plenam probationem facit.*

2 *Apocha priuata in antiquis nullo testium, aut comparationis literarum adminiculo suffulta semiplenam probationem infert.*

3 *Sententia lata de antiquo, licet non appareat vlla acta processisse, si tamen hec habet: viso libello, visa lit.contest. &c. probat acta processisse.*

1 ANtiqua † in pluribus casibus sunt fauorabiliora, & magis priuilegiata, quàm sint recētia: vt habetur per doct.in c.cùm causam.de proba.& in c.cùm dilectus.de success.ab intest.& in c.si Papa, de priuileg.in vj.& in pluribus aliis locis: quæ gratia breuitatis omitto. Et ideo teneas menti duo. Primum est quòd in antiquis fama facit plenam probationem secundum Inno.in ca.veniens. de verbo.signific.in vj.& in cap.veniens.j.de testib. & Bal. in authen quas actiones.in fi.C.de sacrosanct.eccle.& dixi late in l.de minore.in § plurium.in xiij col.ff.de quæ-
2 stionib. Secundò † tene etiam menti, quòd apocha priuata nullo adminiculo, nec testium, nec comparationis literarum suffulta in antiquis semiplenè probat. ita sing. dixit do. Anto.in c.ij.in iiij.col.ver tertius casus, &c.de fide instru.allegat Ioan And.in addi.Spe.in tit.de instrumen.edi.§.nunc dicendum.super ver.quid si producens, &c.quæ duo dicta refert & sequitur Ias in l.cùm aliquis. nu.5.& 6.C.de iure deli.& ibi subdit, quòd si apparet sen-
3 tentia, quæ † sit lata de antiquo, licet non appareat aliqua acta præcessisse: tamen talis sententia in qua dicitur, viso libello, visa lit.cōtest.& visa probatione, &c. probat acta præcessisse. allegat plura de quibus ibi per eum: & ibi etiā ponit, quod dicatur factū de antiquo.& vide suprà in singu.ccccxxxvj.incip.latè, &c.

CCCCCVI.

1 *Testium personæ, ac ipsarum qualitates, valde cōsideranda. Nam ipsorum qualitates & fidem prorsus labefaciunt, vt infamia, excommunicatio, &c. aut minuunt, vt eis plenè non credatur. Et quid de domorum tectoribus.*

1 IN † testibus plurimum considerantur qualitates personarum ipsorum testium: nam aliquæ sunt qualitates, quæ in totum annullant dictum ipsorum: vt infamia, excommunicatio, bannum, & similia: aliquę etiā sunt qualitates, quæ minuunt fidem ipsorum testium, vt eis non plenè credatur. Et ideo scias, quòd illi qui ascendunt cacumina ædificiorum pro illis reficiendis vel reparandis, quòd talibus, si examinantur in testibus, non datur plena fides, sed eis minuitur de fide. ita dixit Ang.in l.j.§.bestias.ff.de postulan.quem refert & sequitur Ioan. de Anania in c.j.in iij.col extrà de tornea.quod nota: quia posset contingere de facto.

CCCCCVII.

1 *Statuto cauente, quòd post tres annos de delictis cognosci non possit, non tamen obstabit, quominus de falso contra falsi instrumenti fabricatorem inquiri possit.*

1 VIget † quandoque statutum in ciuitatibus, quo cauetur, quòd non possit per officiales seu ius dicētes cognosci de delictis commissis retro, putà per tres annos: tali casu non obstante tali statuto poterit tamen vltra tempus statuti procedi contra illum, qui fabricauit falsum instrumentum: quia tale crimen falsi intelligitur esse exceptum à tali statuto. ita singu. dixit Pet. de Anchar. in repe.c.canonum statuta.in lxxxvj.col extrà de constitu. quod est singu.not.propter statuta terrarum loquentia: vt suprà dixi. Et hanc doctrinam addere poteris his, quæ dixi suprà in singular.clxvj.incipien.crimen falsi, &c.& in rubri.ff.de falsis.

CCCCCVIII.

1 *Frater pro fratre testis, an & quando esse possit? nu.2.*

1 TRactant docto.in pluribus locis, an † frater possit esse testis pro fratre: quos ego adduxi in l.j.§. ad quæstionem.in secunda colum.versicu.limita etiam, &c. ff.de quæstionib. Sed vltra ibi dicta scias, quòd vbi dictū fratris fratri prodest, & nemini nocet, vt est quādo purgat fratrem de hæresi: tunc valet eius testimonium. tex.est
2 not.in capit.literas.de præsumpt.per † quod potest inferri, quòd frater de crimine inculpatus potest ducere fratrem contra fiscum ad probandum quod fecit ad suam defensionem: quia per hoc non dicitur nocere fisco, qui tractat de lucro pœnali & odioso cum alterius iactura. argumen.eius quod not.in l.si is cui.§.j.ff.de furt.ita not. dixit dom in.Florian.in l.testis idoneus.ff.de testib. quod est menti tenendum in practica.

CCCCCIX.

1 *Debendi si plures rei constituantur, ad vnū tantum re vera peruenerit pecunia, reliqui fideiussorum loco habentur, eorúmque beneficio gaudent. Et qualiter probandum pecuniam ad alterum tantùm peruenisse.*

1 ALiàs † dixi tibi suprà in singular.ij.incipien. si plures, &c. quòd si plures rei debendi constituerentur: attamen si in rei veritate ad vnum tantum peruenit pecunia, alij habentur loco fideiussorum, & gaudent beneficio fideiussorum: vt ibi latè dixi adducendo plures docto.hoc affirmantes Nunc autem addo vnum in tali materia: videlicet quòd ad probandum hoc, quòd pecunia peruenit ad illum tantùm, poterit alius vel alij correi adduci in testes, & hoc probabunt: quia non principaliter interest sua testimonium suum. ita not. dixit do. Flor. in l.nullus.post prin.ff.de testib. quod dictum poteris addere dictis suprà in dicto singu.ij.

CCCCCX.

1 *Verba in dubio iuxta materiā subiectam intelligenda, ita vt quandoque impropriè capiantur ad eandem materiam. Sicuti & contractus verba, secundum naturam quoque contractus. numero 2.& 3.*

4 *Colonus, si fructus perceptos vendere velit, in emptione cūctis præferri dominum debet.*

1 VErba † in dubio intelligenda sunt secundum subiectam materiam. l.si ex legati causa. ff. de verborum obligation.l.si stipulatus.ff.de vsuris.l. si vnus ff.loca.& vt hoc modo intelligantur, debent impropriari verba.l. sed si possessori.in §.sed si rerum.ff.de iureiurand.& est gloss. in l.si mandato Titij § Paulus respondet.ff. mandat. de quo per Ioannem de Anan.in consilio suo lx.incipien.in quæstione ista, &c.in fine.& per Socin. in consilio secundo, incipien.quoniam, &c.in vltima columna, in quarto
2 volumine. Item † verba contractus debent intelligi secundum naturam contractus.l.fina C.de non numerata pecunia.l.si stipulatus.ff.de vsu.& voluit Innocen. in capitu.ex literis.de iure patronatus. & Bald. in rubric.C. de contrahenda emptio.in nona quæstione. & habetur in l.damni infecti quidam.ff.de damno infecto. Et ideò
3 † scias, quòd si in contractu emphyteutico reperiantur inserta ista verba, videlicet quòd emphyteuta possit vendere sua melioramenta, non tamen poterit illa vendere domino irrequisito: quasi ista verba simpliciter prolata debeant intelligi secundum naturam contractus cui inseruntur. ita dixit Specula in titul.de locat. in §.nunc aliqua. versicu.nonagesimotertio. quod dictum refert & sequitur dominus Floria.in l.si stipulatus sit. in princi.ff. de vsu.pro quo facit text.in l.j.C.de meta. libro xj.& ibi
4 Barto. vbi † dicitur, quòd si colonus vult vendere fructus perceptos in fundo pro iusto pretio, dominus præfertur vnicuique emere volenti.

CCCCCXI.

1 *Notoria magni effectus esse, occasione quorum à iuris communis regulis sæpius abire contingit*

2 *Ordo iuris in iudicijs ac processibus licet seruandus sit, aliàsque nihil*

nihil efficit iudicium, in notorijs tamen id non perpetuum est, in quibus licet iuris ordo seruatus non sit, valet tamen processus quàmlibet iudex peccet.

1 NOtoria † sunt magnæ importantiæ: & propterea sæpe
recedit ur à regulis iuris· vt ego dixi in l.patre vel ma
rito.in xij.col.ver.facit etiam dubium, &c.ff.de quæstio.
& in l.pe.in j.col.eo.tit.& in repe.mea rub.C.de proba.in
xlj.xlij.xliij.xliiij.& xlv.col.& in pract mea cau.cri. in §.
2 ij.q.nu.41.cum pluri.nu.ibi seq Et † ideo teneas menti, quòd
licet ordo iuris sit seruandus in iudiciis & processibus,
aliàs sententia & processus est nullus, vt habetur in l.pro-
latam.C.de sen.& dixi suprà in sing.meo ccclitij.incip.in
dubio,&c.hoc tamen non habet locũ in notoriis, in qui-
bus, licet non sit seruatus ordo iuris, tamen valet proces-
sus, licet iudex peccet: ita dixit Inno.in c.tua. de cohabi.
cleri.& mulie.& Io.And.in c.vestra.eo.titu.ante fi. vbi di
xit, quòd licet iudici non sit factum notorium: & si iudex
peccet ferendo sententiam priusquam hoc probetur, ta-
men eius sententia irreuocabiliter tenet. quæ omnia re-
fert & approbat do.Flo.in l.si irruptione.in §.ad officiũ.
in fin.verbis.ff.finium regun.quod dicit not.esse ad limi
ta.eoru quæ not.per Bar.in l.hæc autẽ ff.ex quibus cau.in
poss.eatur.de quo etiam dixi ego in dicta l.penul in pri-
ma colum.ff.de quæstion.

CCCCCXII.

1 *Emergentia de nouo, nouo egere auxilio Et ideò cauente statuto, vel iuris dispositione, quòd in appellationis causa, vel nullitatis, noua non admittantur probationes, si tamen de nouo emergunt, recipi poterunt. nu 1.*

3 *Testium examinandorum renuntiationem non extẽdi ad testes, quos renuntiationis tempore renuntians ignorauit producere posse.*

1 ADduxi † tibi aliqua circa materiam regulæ, quæ de
nouo emergunt, nouo indigent auxilio. supra in sin-
gu.cxlij.incip.cautum,&c.& in singu.ccxxxiij.incip.quæ
de nouo,&c.& in l.j.in §.fin.in vj.col.cum tribus col.ibi
sequen.ff.de quæstio. Nunc autem dico tibi vnum in di-
cta materia: videlicet quòd stante statuto vel dispositio-
ne iuris communis, quòd in causa appellationis vel nul-
litatis non recipiantur nouæ probationes, quòd tamen
poterunt recipi si de nouo emergunt: quia cùm non po-
tuerint claudi in præcedenti iudicio ne frustra oriantur,
poterunt de nouo allegari: ita not. dixit Dyn. in consilio
suo xx.quod incipit, super quæstione quæ vertitur vtrum
filius,&c. quod dictum pro not. refert & sequitur Bal.in l.
inuitus.in vltima colum.C.de procura.& domi Felin. in
cap.cùm Ioannes.in ix.colum.versi.amplia tertiò. desi-
de instrumen.& domi.Floria.in l.quædam mulier.in ter
tia colum.versi.simile dixit Dyn.&c.ff.fami.ercis cun.vbi
dicit istud dictum esse not.ad limitationem clemen.ap-
pellanti.de appel Pro quo dicto facit not. verbum Ioan.
2 Fab.Insti.de excu.tut.in §.quis autem. vbi singu.dixit, quòd
siue sit tempus statutum à lege, siue ab homine, si de no-
uo superueniant probationes ad notitiam volentis op-
ponere, vel probare, quòd etiam post illud tempus pote-
rit opponere & probare. quod dictum refert & sequitur
Alex.in l.mancipiorum.ff.de opt.leg & facit dictum Ale
xan.in authen.iubemus.in ij.col.C de iudi.circa mediũ.
3 vbi singu.dixit, † quòd renuntiatio testium examinando
rum non extenditur ad testes, quos tempore renuntiatio
nis ipse renuntians ignorauit posse producere.& faciunt
etiam plura & plura alia quæ pro prædictis adduxi in l.
j.in § fi.in x.col.ff.de quæstio.vbi retuli illud dictum Dy.
in dicto consilio xx.

CCCCCXIII.

1 *Confessione rei actionem transitoriam ad hæredes fieri in causis criminalibus si tamen per accusationis viam, non inquisitionis processum est.*

5 IN † causis criminalibus per confessionem rei actio fit
transitoria ad hæredes secundum Specu.in titu.de ac-
cusa.in iiij.parte, in §.j.in versi.quid si latro,&c.quem re-
fert & sequitur Ange.de Aret.in tracta. suo maleficio.in
versi.& vestem cælestem abstulit.in v.chat.in versi.quid si
fur confiteatur,&c.de quo etiam per Bart.& Ange. in l.j.
ff.de priuat. delict. Scias tamen quòd talis confessio est
transitoria ad hæredes, quãdo processum est per viam ac-
cusationis: vt puta, quia fur accusatus cõfessus est tale fur-
tum commisisse, de quo est accusatus, & alia plura furta
confitetur commisisse: & sic talis confessio solùm pro-
dest ipsi accusanti. Sed secus est, si processum est per viam
inquisitionis: nam tunc talis confessio commodum af-
fert omnibus furtum passis, ex quo est facta iudici inqui
renti qui repræsentat personam omnium: ita dixit do-
mi.Floria.in l.ait lex.in §.hanc actionem.ff.ad leg. Aqui
liam & Ioan.de Imol.in l.defuncto.ff.de public.iudic.ad
quod alleg.Ioan.Andr.in additio.Specu.in titu.de accu
satio.in dicto versi.quid si latro,&c.de quo latiùs per do-
mi.August.de Arimi.in additio.Ange.de Are.super ma-
lefic.in dicto versic.& vestem cælestem abstulit. super d.
ver.quid si fur,&c.ex quibus habes differẽtiam inter ac-
cusationem & inquisitionem.

CCCCCXIIII.

3 *Statuto cauẽte, quòd vxore in matrimonio sine filijs decedẽte, maritus dotem aut ipsius partem lucretur, id non consequatur vi talis statuti maritus matrimonij onera non ferens.*

1 VIgent † communiter statuta per Italiam volẽtia, quòd
muliere decedente in matrimonio sine filiis, mari-
tus lucretur dimidiam dotis, vel certam partẽ dotis. Sed
tale statutum non vendicat sibi locum in marito non su-
stinente onera matrimonij: nam tali casu maritus non
debet consequi lucrum dotis sibi deferendum ex pacto
vel statuto: ita not. dixit Bald.in authen dos data.in pri-
ma colum.C.de dona.ante nup.quod dictum pro not. re
fert & sequitur Alex.in consi.suo cxxij.incip. viso proces
su.in iiij.col.in fi.in vij.vol.& ibi in cõsi.cxxiij.incip. viso
processu.in j.col.vbi ad corroborationem illius aliqua
adducit, de quibus ibi per eum.

CCCCCXV.

1 *Saluusconductus in forma latissima datus, vt quis nec grauari nec molestari possit pro debito aliquo ante certum tempus, an ad debitum iuratum porrigatur?*

1 COntingit † sæpiùs in hac alma ciuitate Bonon. mihi
patria, quòd superiores eiusdem ciuibus rusticis fo-
rensibus ac incolis faciunt saluumconductum in latissi
ma forma: in quo concedunt ipsis inducias prout eis vi-
detur, & mandãt barisellis & exactoribus, vt eos non gra
uent nec molestent pro aliquo debito. Sed scias tu, quòd
tales saluiconductus non extẽduntur aduersus debitum
iuratum. ita singu.dixit Alexan.in consilio suo cciiij.in-
cipien.visis his,&c in vltima colum ad finem. in secun-
do volumi.vbi plura ad hoc alleg.quod dictum pro not.
refert & sequitur domi.Marcus Anto. Baueria in tracta.
suo de virtu.iurament.in xvj.priuileg.incipi. nam licet si
maior pars,&c.vbi etiam ad hoc alleg.Alexan.idem te-
nentem in cõsilio suo xxxviij.incip.visa petitione. in iij.
colum.in tertio volu.quod consilium secundum ordinẽ
meum est cclxj.& idem tenet Iaso.in l.quoties.in prima
col.C.de precib.impe.offer.& Alexan.consi xxvij. incip.
viso.in vltima colum.in primo volumi. in versic. confir-
mo, per not.& in consilio cxxv.incipien.visis & conside-
ratis,&c.in penult.col. in eod.volu.& in consi.ccccxlix.
incip cum statutum.secundum ordinem meum: pro qui-
• bus faciunt quæ ego dixi in consi meo cvij.incipien.post
redditum consilium, &c. in iij.iiij.& v.chat. Tene menti
prædicta: quia quotidie occurrunt.

ADDITIO.

Adde Thom.Ferrat.cautel.lv.oculata fide.nu.2.

CCCCCXVI.

1 *Testem idoneum in facto proprio neminem esse, nimirum quo ad probationem plenam, quo ad indicium autem ad quæstionem inducendam idoneum esse, maximè in mortis articulo vt in exemplo hic posito.*

TEneas perpetuò affixum cordi singu. verbum lucri
1 plenum: nãtu scis, quòd † nemo est testis idoneus in
facto proprio.l.omnibus.C.de testib.l. nullus.ff. eodem.
& habetur in l.vnica.C.ne quis in sua causa. hoc tamen
intellige esse verum quo ad plenam probationem: secus

autem est quo ad faciẽdum indicium ad torturam: quia quis est idoneus testis in causa propria: quod intellige, quando talis qui testificatur in causa propria est constitutus in mortis articulo: & ideò si inuasus tempore inuasionis clamauit & dixit, talis interficit me, & incontinenti reperitur interfectus: tale eius dictum facit indiciũ ad torturam contra illum quem nominauit: quia non præsumitur immemor salutis æternæ l fi. C. ad leg. Iul. repet. & in authen. de iureiuran à mori præsti. in §. j. ita singu. dixit Iaco. de Bel. in practica sua iudiciali, sub rub. de quæstio. in v. col. versi. vndecimum, &c. quod dictum retuli in practica mea causarum crimi. in §. diligenter. num. 21. & ibi aliqua adduxi pro hoc dicto. Tene menti: quia verè est singula. verbum ratione fulcitum: & nunquam tradendum obliuioni.

CCCCCXVII.

1 *Donationem omnium bonorum præsentium ac futurorum non valere. Quod intelligẽdum quo ad bona futura, secus quo ad præsentia, vt hic.*

1 Donatio † omnium bonorum præsentium & futurorum non valet: vt latè habetur per omnes in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. obli. & in l. fi. C. de pact. hoc tamen limita esse verũ solùm quo ad bona futura: secus autem quo ad bona præsentia: quia donatio inter viuos omnium bonorum præsentium & futurorũ, valet quo ad bona præsentia, non autem quo ad futura: ita not. dixit Ang. in cõsi. suo cvj. incip. quædam mulier. alias incip. super dicto facto, &c. in j. col. alleg. in argu. l. sancimus. C. de dona. quod dictum refert & sequitur Alex. in consi. clvij. incip. in causa & lite. &c. in vlti. col. in vj volu. licet ipse erret in princi. dicti consilij. quod tene menti ad materiam d. l. stipulatio hoc modo concepta. & d. l. fi. C. de pact. cum simi.

CCCCCXVIII.

1 *Bona quæsita ab acquirendis differre. Vnde si pater filium emancipet, de bonis filij propter huiusmodi emancipationem accipere potest, sed accipiendo eius successione priuatur. vbi de quærendis nihil sibi pater emancipans retinere potest. nu. 2 & 3.*

1 IN † aliquibus differunt bona quæsita à bonis quærendis, vt dixi suprà in singula. cxciiij incipien. magna est differentia. de quo etiam habetur per Soci. in consil. lxxvij. incipiẽn. repetito. post med. in iiij. volu. & ibi in consilio liij incipien. viso instrumẽto. in vj. colum. ante finem. & in consilio lxxv. incipien. primo aspectu. in ij. colum. in prin. & habetur per Abb. in consilio lxxxij. incipien. conditor omnium. in vlti. colum. iiij. volu. Socin. in consilio lxvj. incip. visa. in vlti. col. in iij. volumi & per domi. Philip. Dec in consilio cclix. incipien. visis in ij. colum. & in consilio ibi sequen. in ij. col. & in consilio cclxi a incipiẽ. consultus, &c. in iiij. colum. & per do. Ant. de Butr. in rubric. extra de empt. & vendi. in vj. colum. & per Alexand. consi clj. incip. viso themate. in ij. colum in vij. volu. Sed
2 † vltra omnia dicta in dictis locis accipe aliam differentiam: nam pater emancipans filium potest accipere de bonis filij pro tali emancipatione vt habetur in l. verum turpem. ff. de verborum obliga. licet accipiendo de bonis filij in tali casu ipse pater priuetur successiõe filij per text. in simili in l. etiam. in §. si quis nummos. ff. de operis
3 liberto. & l. siquam. C eodem titulo. Et licet † ipse pater emancipans filium possit retinere dimidiam vsusfructus in bonis filij emancipari, vt volunt docto. in l. cum oportet. §. cùm autem. C. de bo. quæ liber. & habetur in §. hoc quoque. Institu. per quas perso. nob. acqui. per Sal. in l. pactum C. de colla. tamen hoc limita, videlicet quòd pater emancipans filium potest retinere dimidium vsusfructus, hoc est verum in bonis quæsitis: secus autem est bonis quærendis: ita sing. dixit Ioan. And. in addi. Spe. in titu. de fil. nat. ex legi. ma. super rubric. quod dictum pro singu. refert & sequitur Ias. in l. fi. in penulti. colum. vbi dicit, quòd istud fuit dictum Oldra. ante Ioan. And. in consilio suo cxiiij incipient. factum tale est in instrumento cuiusdam emancipationis, &c. de quo latius per Iaso. in dicta l. fi. in penulti. colum.

CCCCCXIX.

1 *Ciuitatis onera qui non sustinet, nec ipsius statutorum beneficijs gaudere debet. Quod limita in his, qui ex priuilegio ipsius ciuitatis hoc habent, vt onera non ferant nu. 2.*

1 ILle † qui non sustinet onera in ciuitate, non gaudet beneficiis statutorum ciuitatis secundum Ludouic. Roma. in consilio suo ccxxiiij. incipien. ista captura, &c. & Pau. de Castr. in l. omnes populi. in fine. ff. de iustitia & iure. & voluit Barto. in tracta. represaliarum in v. quæstio. princi. & Ange. in consilio lxxiiij. incipien. quòd dicta actio, &c. & Alber. de Rosa. in prima parte statuto. quæst. ix. & Pau. de Castr. consil. cccxliij. incipien statutum, &c. & domi. Philip. Dec. in consilio suo cxiiij in princip. Ta-
2 men † hoc non habet locum in ciuibus non sustinentibus onera ex priuilegio ciuilitatis sibi concesso: quia licet tales non sustineant onera, tamen debent gaudere beneficiis statutorum ciuitatis: ita dixit Alexand. in consilio suo xxxij incipiente visa, concessione ciuilitatis, &c. in secunda colum. versicu. & ex his apparet &c. in quinto volumine. quod dictum refert & sequitur domin. Philip. Deci. in consilio suo cclxxxiij. in vij. colum. de quo latiùs ibi per eum.

CCCCCXX.

1 *Qualitas enti adueniens illud qualificat, & in diuersam speciem reponit. vnde licet stupri accusatio quinquennio tollatur, non tamen si commissum est stuprum cum violentia.*
2 *Iura loquentia de stuprante virgines, non extendi ad stuprantem virgines veste meretricia indutas.*
3 *Lignorum appellatione nec palos nec perticas contineri.*
4 *Constitutio in monacho loquens in Abbate locum non habet, nisi in casu hic. Item disponens in clerico, non disponit in canonico: nec appellatione scholarium rector continetur sicuti nec appellatione lardi caro comprehenditur.*
5 *Libellus si quid ei addatur, vel detrahatur, libellus primus non dicitur, sed nouus.*
6 *Terra arida, si aquæ impetu aut hominum industria lacus aut stagnum fiat, præscriptio incepta interrumpi dicitur.*

1 QValitas † adueniens enti qualificat illud, & reponit ipsum in diuersa specie § præterea. Institu. de inutili. stipulatio. cap. licet canon. iuncto capit. statutum de electio. in sexto. & l. mariti lenocinium §. fina. ff. de adulter. vbi habetur, quod licet accusatio stupri tollatur quinquennio vt in dicta l. in §. præterea. hoc tamẽ non habet locum in stupro commisso cum violentia: quia illa qualitas violentiæ adueniẽs stupro eum reponit in diuersa specie. ad idem est text. in l. itẽ apud Labeonẽ. in §. si quis vir
2 gines. ff. de iniur. vbi † dicitur quod iura loquẽtia de stuprante virgines, non extenduntur ad stuprantes virgines indutas veste meretricali: quia illa qualitas vestium meretricalium reponit eam in diuersa specie. ad idẽ est tex. in cap. ad audientiã. de sentẽtia excommunicatio. & in cap. si iudex laicus. de sententia excommunicatio. in vj. & facit text. in l. quæsitum. in § illud fortassis ff. de leg. iij. vbi appellatione marmoris nõ venit marmor sculptum. & facit text. in l. hæres meus. in § duæ statuæ. ff. de legatis iij. & facit l. pali. ff. de legatis iij. & l. pali. ff. de verborum
3 significatio. In † quibus habetur, quòd appellatione lignorum non veniunt pali nec perticæ: quia videntur habere ens qualificatum à simplici ligno. Item facit etiam
4 cap. fina. extrà de simo. vbi † constitutio loquens de monacho non habet locum in Abbate, nisi in casu illius capituli. & faciunt dicta per Abb. in cap. j de vita & honestate clericorum. vbi dixit, quòd statutum loquens in clerico non habet locum in canonico: & dixit domi. Anton. in procemio Grego. quòd appellatione scholarium non venit rector: quia ista qualitas rectoratus reponit eum in diuersa specie: & facit gloss. in cap. admonere xxxiij. quæstione ij in verbo carnem. & in cap. presbyter. lxxxij. distinctio. quam reputat singular. Abb. in cap. consuluit. de Iudæ. & facit text. & quod ibi dixit Bartol. in l. j. C. de erroga. mili. anno. libro xij. vbi dixit, quòd lardum non est caro propter qualitatem sibi adiunctam: & facit quod dixit Barto. in l. ius ciuile. per illum text. ff. de iustitia &
5 iure. vbi † dixit, quòd si aliquid addatur vel detrahatur libello

libello nõ dicitur primus seu antiquus libellus seu nouus. circa quam materiam vide omnino Salycet. in l. quamnis. in fin. C. in quibus caus. pig. tac. contraha. Sed vltra omnia supradicta circa hanc materiam quòd qualitas aduenienss enti qualificat illud, & eum reponit in diuersa specie. adde not. verbum Bald. in l. vnica. C. de confess. in antepenultima colum. in versic. sed numquid possessio.
6 &c. vbi dicit † quòd si terra arida efficiatur lacus vel stagnum propter impetum aquarum, vel ex industria, quòd præscriptio incœpta dicitur interrupta: quia prima qualitas mutata est mutato elemento: quia primò erat terra, nunc est aqua. & idem dicit ibi Bald. econtra si primò erat lacus, & postea est effecta terra arida. quod dictum refert & sequitur domi. Philipp. Dec. in consilio suo cccij. in pen. colum. vbi pro hoc adducit, quòd ex mutatione rei possessio perimitur. l. quàuis. in §. itẽ quid si id quod possidebam. ff. de acquiren. posses & tex. in l. intantum. in princip. ff. de rer. diui. & in l. quòd in littore. in fi. ff. de acquiren. rerum domi. de quo latius per eum in dicto consilio. de quo etiam ego dixi in repetitione mea c. reintegranda. nu. 187. iij. q. j.

CCCCCXXI.

2 Intentionem suam super constituto fundare volẽs, quid facere necesse habeat?

3 Instrumentum antiquum constitutum in se habens, propter antiquitatem facit, vt præsumptio sit possessionem apud constituentem fuisse.

2 ILle † qui vult fundare intentionem suam in cõstituto, tenetur probare, quòd tempore constituti possideret ille, qui eius nomine constituit se possidere secũdum Ange. in l. quamnis. §. si conductor. ff. de acquiren. possessio. vbi Alexand. circa fin. sequitur hoc. & post Ange. admonet aduocatum eius qui agit virtute constituti, vt debeat probare constituentem possidere tempore constituti: & idem voluit Ange. in l. ij. C. de acquirend. poss. circa fin. vbi formaliter dicit: sis ergo cautus tu vt non cõfidas in constitutione precarii ad probandum tibi esse traditam possessionem, nisi probes, quòd tempore constitutionis precarii ille qui constituit se possidere precario, nomine tuo possidebat, alias illa constitutio precarii esset inanis. & idem repetit Ange. in l. quædam mulier. in j. colum. in versi. attende tamen, &c. ff. de rei vendi. & idem tenet Bal. in l. j. in j. colum. C quando lic. ab empt. disce. de quo per Alexan. latius in dicta l. quamuis. in § si cõductor. in fi. & in consilio 2. incipien. viso processu. in iiij. volumine quæ omnia ponit domi. Phili. Deci. in consilio suo ccxlvij. incipien. in causa, &c. in ij. col Prædicta tamen limita non habere locum in antiquis: quia in illis non requiritur talis probatio: ita dixit Soci. in consilio suo clxxavij. incip. in controuersia. in iiij. colum. ver. tertiò probatur, & c. vbi
2 † dicit, quod in instrumento antiquo in quo sit constitutum, præsumitur propter antiquitatem, quòd possessio esset apud cõstituentẽ. quod dictũ refert & sequitur domin. Philip. Dect. in consilio suo cccij in princ. in iij. colum. vbi dicit, quòd pro hoc facit quod voluit. Paul. de Castr. in consilio suo 50. incipient. in causa quæ vertitur inter reuerendissimum patrem, &c. in ij. col. in ver. patet etiam ex instrumento antiquo, &c vbi propter antiquitatem instrumenti arguitur possessio esse apud eum de quo loquitur instrumentum: quod est not.

CCCCCXXII.

1 Solutionis exceptionem obyciens debitum præcessisse confiteri non videtur, vbi aduersarius solutionem factam negat.

1 OPponens † exceptionem solutionis non videtur confiteri debitum præcessisse, quando aduersarius negat talem solutionem esse factam. ita dixit glo. not. in l. Iulianus verum debitorem. ff. de condiction. indebiti. quam gloss. ibi summè not. Bar. in vij. colum. in ver. item aduertas ad istam lecturam. & Alexand. in consilio suo clxxaiij. incipien. in causa & lite. in vltim. colum. in vj. vol. vbi allegat alios plures doct. ad hoc. Pro quo facit: nam quis nõ potest se iuuare ex positione negata secundum Arch. in c. j. de consec. ecclesi. vel alta. in vj. & Spec. in titul. de positio. in §. octauo. ver. j. quem refert & sequitur Bart. in l. post legatum. in princip. in pe. colum. ff. de his quibus vt indig. & in l. naturaliter. in § nihil commune. in vltim. colum. ff. de acquirend. posses. in l. non vtique. ff. de exception. & doctor. in capit. j. de confes. in vj. de quo latiùs per Ias. in repetit. l. admonendi. in xlviij. colum. de iureiuran vbi plura ponit similia. & per Socin. in consilio cij. incipient. viso processu. in ij. column. in iiij. vol & per Alex. in consi xcj incip. in causa. in penul. col. in vj. vol & ibi in consi. xciiij. in vlt. col. & in consi. xxxv. incip. ponderatis, &c. in iij. col. in vij. vol. & ibi in consi. xlix. incip. in causa in iij. col. & ibi in consil. lxxvj. in ij. col. & ibi in consi. clxxxij viso. in j. col. & ibi in consi. ccix. incip. in causa, &c. in fi.

CCCCCXXIII.

1 Incertitudo loci solutionis faciendæ facit, vt actus contra debitorem executiuus sit inualidus ac nullus.

1 INter † alios effectus quos operatur incertitudo de quibus latissimè dixi in repetitione mea rubri. C. de proba. in lxaiiij. col. cum xij. colũ. ibi sequent. est vnus alius notabilis effectus: videlicet quòd si inter creditorem & debitorem celebratur contractus obligationis alicuius solutionis fiendæ, & dicatur hoc modo, videlicet, qui Titius debitor promisit dicta centũ soluere ipsi Seio creditori Bononiæ, Imolæ, Florentiæ, Ferrariæ, Mediolani, & generaliter alibi vbicunque locorum vbi contigerit postulari per dictum Seium creditorẽ, &c. hoc casu nemini dubium, quòd dictus Titius tenetur soluere in vno ex dictis locis: & per consequens electio loci vbi sit fiẽda dicta solutio consistit in voluntate dicti Seii creditoris: & ipse Titius debitor si non soluerit adueniente tẽpore solutionis, non soluendo non poterit dici in mora, cũ non fuerit facta interpellatio per creditorem in aliquo loco: & cùm per ipsum non fuerit facta electio certi loci dictæ solutionis fiendæ. & propter hoc si contra dictum debitorem fuerit factus aliquis actus executiuus contra dictum Titium debitorem erit nullus & inualidus, & debebit reuocari: ita singu. dixit Alexan in consi suo xlv. incipien. in causa & lite, &c. in penul. colum. in v. volu. vbi latius loquitur circa hoc. Tene menti: quia est profectò singulare verbum.

CCCCCXXIIII.

1 Inquisitio ac accusatio inter se multum affines. vnde iudex inquirens loco accusatoris succedit. Ac proinde, quæ in accusatione requiruntur, eadem in inquisitione interuenire solennitates debent. Quomodo autem inter se differant hic traditur, numero 2.

1 INquisitio † & accusatio multùm fraternisant: & ideo videmus quòd iudex inquirens succedit loco accusatoris: secundum Bar. in extrauagan. ad reprimen. in verbo, per inquisitionem. & in l. ij. in §. si publico in v. colum. ff. de adulter & in l. querelam. C. de fal de quo latius dixi in rubr. extrà de accus. circa princ. & ideo illæ solẽnitates quæ requirũtur in accusatione requirũtur etia in inquisitione: ita dixit Alexan. in consilio suo laiiij. incipi. viso themate. in ij. colum. in j. volu. vbi etiam subdit, quòd statutum repellens accusatorem, videtur etiam repellere iudicem inquirentẽ. allegat not. in l. non solum. in §. quanquam. ff. de iniur. & in pluribus aliis locis de quibus ibi per eum: de quo etiam per Ange. de Aret. in tract malefi. in verbo, hæc est quædam inquisitio. in v. chart. in j. col. & per Petr. de Anchara. in repeti. capi. canonum statuta. in lxaxvj. colum. in princi. de constit. & habetur per Bertach. in repertorio suo in verbo, inquisitio. in tertia co-
2 lum. in 2. versicu. & ibi in v. colum. in vj versi. † Et licet inquisitio & accusatio multum fraternisent, vt dixi, tamen discrepant & differunt in vno. Nam dicunt doctor. quòd licet pœna legalis possit per iudicem ea causa minui vel mutari, vt in l. quid ergo. in §. pœna grauior. in gloss. fin. ff. de his qui notantur infamia. & not. in c. in archiepiscopatu de rapt. hoc solum habet locum quãdo iudex procedit ex denuntiatione vel per inquisitionem: secus autẽ si procedit per accusationem: quia tunc nõ poterit iudex

mutare vel minorare pœnam legalem. ita sing. dixit Hostiens. in dicto capit. in Archiepiscopatu. extrà de rap. quem refert & sequitur Bald. in repertorio suo, in verbo, pœna. in ij. colum. in ver. pena legalis, &c. quod profectò est singulare verbum menti tenendum: de quo dicto feci mentionem in practica mea causarum crimin. in §. constante in num. 83. vbi videre poteris: & vide etiam quæ dixit domin. Philip. Deci. in §. j. in capit. at si clerici. in prima col de iudic. & ego ibi, nu. 27.

CCCCCXXV.

1 *Clericus facinus committens propter quod beneficio priuandus venit, licet ipso iure priuatus non sit non secuta sententia, nihilo secius tamen vbi mox commisit, indignus efficitur & malæ fidei possessor. Et sic ad fructuum restitutionem abs commissi facinoris tempore tenetur.*

1 CLericus † qui commisit causam propter quam meretur priuari beneficio suo ecclesiastico: licet non sit ipso iure priuatus, antequam feratur sententia, vt voluit Lap alleg. sua cxxvij incipient. Anastasius canonicus. in fin. pro quo est text. in capitu. licet Episcopus. de præben. in vj. pro quo faciunt dicta per Bartol. in consilio suo clxxiiij. incipient ser Ioannes de Castro duranti, & in l. eius qui delatorem. ff. de iur. fis. & faciunt quæ latissimè fortè vltra omnes dixi ego in consi. meo xcvij. inter consilia ciuilia, quod incipit, casus talis est, cauetur quodam statuto, &c. Attamen scias, quòd quamprimum commisit causam propter quam meretur priuari beneficio, vt dixi, efficitur indignus: & sic malæ fidei possessor: & sic à tempore commissæ causæ tenetur ad omnes fructus restituendos: ita dixit Guliel. & Angel. in l. j. per illum textum. C. de his quibus vt indig. & dicit ibi Paul. de Castr. quòd illa lex ad hoc est valde singularis, quæ alibi non reperitur. & ista ibi refert & sequitur Iason, in secunda colum. in versicu. & ideo habes hîc, &c.

CCCCCXXVI.

1 *Acquirere ingeniosè sibi bona cuique licitum ac liberum est. vnde fit vt marito blanditiis vxorem ad se hæredem instituendum inducere liceat: nisi tamen alius testamento præcedente institutus sit.*

1 LIcitum † est vnicuique ingeniosè sibi bona acquirere. l. fin. C. si quis aliquem testari prohibuerit. vbi dicitur, quòd licitum est marito blandis verbis inducere vxorem vt eum instituat hæredem: hoc tamen verum intellige, nisi testator prius fecisset testamentum, & alium instituisset hæredem: quia tunc si quis blandis verbis vel adulationibus induceret testatorem vt eum institueret, licet tunc testamentum valeat, tamen primus institutus reuocabitur à secundo per actionem de dolo vel in factum: ita nota. dixit Angel. in l. prima. C. si quis aliquem testari prohibuerit. & in l. non enim per illum textum, cum gloss. ff. de inofficio. testamen. de quo vide latiùs per Iason. in l. j. C. si quis aliquem testari prohibuerit. & in l. dedi. in §. fin. ff de conditione causa data causa non secuta. Tene menti, quia hoc anno casus ille venit bis in facto in hac ciuitate.

CCCCCXXVII.

1 *Sententia vt efficax sit, & scribi debet. & à iudice ore proprio recitari & legi. Nec satis est quòd iudex ad scriptum se referat, vtpote dicendo, pronuntio, vt hoc consilio scripto continetur: sed ipse legere debet.*

1 AD † validitatem sententiæ requiritur quòd scribatur: & quòd per iudicem legatur ore proprio, aliàs non valet l. j. & ij. C. de senten. ex peri. reci. c. fi. de re iudi. in vj. & ideo scias, quòd si de causa vertente coram iudice ordinario sit petitum consilium sapientis, & causa sit commissa consilio vnius cõfidentis partium: & porrecto consilio iudici ordinario iudex dissigillat consilium & dicit pronuntio prout in isto consilio cõtinetur: postea tradit consilium notario banchi, & notarius in fine scribit qualiter iudex pronuntiauit, prout in consilio continetur: tunc talis sententia est nulla ipso iure: quia sententia diffinitiua debet scribi, & proferri seu recitari per iudicem: iudex ergo primò debuit scribere ista verba, pronuntio prout in isto consilio continetur: deinde proferre sententiam, aliàs sententia est nulla: ita not. dixit Ang. in consi. suo ccxlix. incip domina Libetina de Mantua &c. quod dictum pro no. refert & sequitur Ias. in l. ne quicquam. in §. vbi decretum. nu. 67. ff. de offi. proconsul. quod dictum menti habeas: quia multoties vidi iudices in hoc errare. Et vide etiam circa hanc materiam Abb. in cap. iij. in fin. de accusa.

CCCCCXXVIII.

1 *Testimonium in ore duorum vel trium absolutum, licet certis casibus vnius testimonium receptum sit.*

2 *Contractus si quis initus sit inter aliquos, ex parte vnius coniunctorũ, vel iudicis præsentia interueniente, si is metum interuenisse allegare volet, duobus tantum testibus non probabit.*

1 DIxi tibi † superius in singula. cccccxxxiij. inci. trita &c. quòd licet habeamus regulam, quòd in ore duorũ vel trium stet omne verbum, attamen plures sunt casus in quibus vnus testis tantùm probat plenè, vt ibi dixi. Modò dico tibi vnum non minus notabile: videlicet quòd etiam est dare casum in quo in ore duorum vel trium nõ
2 stat omne verbum. † Et ideo scias, quòd si aliquis contractus sit celebratus inter aliquos, & ex parte vnius interuenerit præsentia coniunctorum vel iudicis: tunc si talis dicat, quòd in ipso contractu interuenit metus contra ipsum, tunc talis assertus metus non poterit probari per duos testes, prout aliàs posset, sed requirentur plusquam duo testes. ita singu. dixit Bal. & Pau. de Castr in l. transactionem domini. C. de transact. quod dictum pro not. & singu refert & sequitur domi. Fran. de Cur. in consi. suo xliiij. inci. super contingentia. in vj. col. vbi etiam ad hoc allegat Spe. in tit. de proba. in §. fi. versus finem & alia de quibus ibi per eum: ad quæ etiam vide dicta suprà, in sing. ccccxvij. incip. præsentia coniunctorum.

CCCCCXXIX.

1 *Absolutus à iuramento in contractu apposito, an liberè possit contra huiusmodi contractum iuramento firmatum venire?*

1 NOn † omnes profectò intelligunt importantiam absolutionis à iuramento, sed quàm pluribus videtur quòd habita absolutione à iuramento apposito in aliquo contractu possint liberè venire contra contractum iuramento firmatum: sed certè decipiuntur: quoniã absolutio à iuramento apposito in cõtractu non facit, quòd absolutus possit venire contra talem contractũ, quando ipse contractus erat validus & perfectus etiam sine iuramento: secus autem quando sustinebatur solum propter iuramentum, quia aliàs erat inualidus: ita dixit Abb. in capitu. cùm contingat. in x. colum. versi. sed vltra prædicta. de iureiurã. vbi refert Ange. ita consuluisse: de quo latius per Socin. in consi. cxv. incipien. circa primam &c. in penul col in j. vol. quod est multum not. cum plures in hoc errent & decipiantur.

CCCCCXXX.

1 *Aduersa propter peccata euenire.*

2 *Mulier maritata licet rem cum alio, quàm cum marito habeat, si filium pariat, mariti non adulteri esse præsumitur. Quod limitatur hîc. nisi filius natus sit claudus, luscus, vel cæcus, quasi mulieris peccato id euenerit.*

1 PRopter † peccata veniunt aduersa: vt in authẽ. vt non luxu. contra natu circa med. & in c. ij. de pur. vulg. & habetur latè per do. Roch. Cur. in c. fi. in iij. colum. insi. de consue. Et ex hoc potes limitare text. not. in l. miles. in §.
2 defuncto. ff. de adul. † vbi habetur, quod si mulier maritata etiam habet rem cum alio, quàm cum marito, si pariat filium, præsumitur esse filius mariti, & non adulteri. Attamẽ hoc limitatur, nisi filius natus sit claudus, cæcus, luscus, vel aliter corpore vitiatus. quia tali casu præsumitur potius filius adulteri, quam filius mariti, quia peccatum arguit vitium: & corpore vitiatus præsupponit conceptionem & natiuitatem suam fuisse in peccato. ita no. dixit Barb. in c. tu præsentia. in lxx. col. de proba. quod est no. limitatio ad d. §. defuncto. quem tex. docto. reputant sing. in pluribus locis: vt refert Barb. in d. c.

in præsentia in d.lxx.col.de quo text.vide etiam Paul. de Cast.in consil.clxxv.inci.super primo.in pe.col.& Alexã. in consil.clvij.incipien.circa primum in j.col.in v.vol.& Barb.in consi.lxviij.inci.omnipotentem.in princi.in iiij. vol.& Alex.in consi.lxxxviij.inci.omissis.in iij.col.in vij. vol.& Philip.Dec.in consi.cclxxij incip.viso.in ij.colũ.& in consi.cclxxxviij.incip.quæritur in prin.de quo tex.vide etiam quæ ego larius dixi in l.j.in §.ad quæstionem.in vj.colum.in fin & in col.ibi sequen.ff. de quæstio. vbi latius loquutus sum.

ADDITIO.

a Filius mariti. Adde Bald.sing.xxxvj.

CCCCCCXXXI.

1 *Vtilitatem publicam magnæ efficaciæ ac potentiæ. Nam si statutum, priuilegium vel concessio in contractum transit, reuocari non potest, sicuti nec contractus.*

2 *Statuto ciuitatis si caueatur, quòd quicunque eò ad habitandum venerit, ibique per aliquod tempus steterit, à collectis sit exemptus: si qui hoc statuto freti ad habitandum venerint, non poterit ciuitas huiusmodi statutum reuocare. Et vide alia & limitationes nu. 3.*

1 VTilitas † publica est magnæ importantiæ, & magnæ potentiæ quod apparet Nam quãdo statutum, priuilegium vel concessio transit in contractũ, tunc nõ potest reuocari, sicut nec contractus. l.sicut.C.de act.& obl. l.perfecta.C.de don.quæ sub modo.l.ij.C.quando lic.ab empt.disce.ita dixit Inn.in c.nouit.de iudi.& Arch.xj q. j.c quicunque.in c.licet canon.de elect.in vj.& sequitur do.Ant.in c.quæ in ecclesiarum.de consti.& idem voluit Bald in l.fi.C.de cond.ob cau.vbi dicit, statuto cauetur, ꝙ quicũque doctor legerit medicinam de mane, habeat à communi centum aureos pro salario: & quidam post statutum incepit legere, quòd non poterit sine causa cassari, quia transiuit in contractum. Dixit Bal in l.si cum
2 mihi.ff.de dolo quòd † si statuto ciuitatis cauetur, quod quicunque venerit ibi ad habitandum, & steterit ibi per aliquod tẽpus, sit exemptus à collectis: ꝙ si aliqui venerint ad habitandum ibi, ꝙ ciuitas non poterit illud statutum reuocare: & allegat rationem dicens ꝙ priuilegium concessum quod non pendet ex sola authoritate concedentis, sed ex iure acquisito alteri propter aliquod factum illius, cui cõcessio facta est, reuocari nõ potest: & per hoc dicit se consuluisse in ciuitate Senarum, quòd priuilegium datum quibusdam bannitis vt possint securè morari in ciuitate: ex eo quòd eorũ opera occupatũt quoddam castrum, est irreuocabile: quod dictum & alia superius adducta refert & sequitur Alex.in consi.suo ccxv.incip.nec arguẽdi, &c.in ij.& iij.col.in ij.volu.vbi alia etiã plura ad hoc adducit.& idẽ dixit Bar in l.omnes populi.
3 in vij.col.in ver.circa prædicta.ff.de iust.& iu.prædicta † tamen omnia limitãtur propter publicam vtilitatem: nam propter publicam vtilitatem possunt tolli à principe vel superiore illa quæ transiuerunt in contractũ, vel in quasi contractum.l.quod semel.ff.de decre.ab ord facien.vbi etiam inferiores, putà decuriones licet suum decretum reuocare non possint, tamen fallit propter causam reipublicæ expedientem, vt ibi: & intelligitur illa lex de decreto, quod transiuit in contractum, vt ibi per gloss.in verbo, item speciale.& ibi clarius hoc tenet Dy.& Barto. ita illum text.ad hoc alleg. Angel.in l.lj.ff de his qui sunt sui vel alie.iur.de quo latius per Alexand.in dicto consilio ccxv.incipien.nec arguendi.in vj.colum.vbi in princip.illius column.dicit quòd sua limitatio habet locum in subdito: sed secus in non subdito: quia in eo non habet locum secundum Anto.de Butr.in cap in nostra. de iniur.& dam.da.de quibus etiam habetur per Barbat.in c.j.in ix.colum de probat.sed melius & larius aliis loquitur Alex.in dicto consilio suo ccxv.in ij.vol.quem videre non omittas.

CCCCCXXXII.

1 *Pacem si qui inter se coram iudice ordinario inierunt, cum promissione de se non offendendo sub certa pœna: si postea alter alterum procul à ciuitate & iudicis iurisdictione repererit, eumque offenderit, an offendens in pœnam promissam inciderit?*

1 SVperioribus † diebus fui interrogatus à quodam aurato milite de vno: videlicet, duo inimici cõstituti coram iudice ordinario ciuitatis suæ promiserunt sub magna pœna se innicem non offendere: quo stante post aliquos menses vnus ipsorum reperit alium in loco valde remoto à dicta ciuitate, & à iurisdictione dicti iudicis, coram quo facta fuit dicta promissio de non offendendo, & vnus offendit alium, an ceciderit in pœnam appositam in dicta obligatione & contractu? in quo respondi, quòd licet prima facie videretur dicendum quòd non, per regulam l.fi.ff.de iurisdiction.om.iudicum. cũ similib. vbi dicitur, quòd extra territorum iusdicentis impunè non paretur: attamen contrariũ dixi esse verius, scilicet quòd ille qui alium offendit in dicto loco remoto, & extra iurisdictionem cadit in dictam pœnam promissam. & ad hoc alleg Bar.post Guliel.de Cun.in l illicitas.in §.ne potentiores.in ij.col.versi.quæro si Titius, de quo timebam. ff. de offic.præsid.& ibi Albe.in iij.colum.quod dictum refert & sequitur Ias.in d.l.fin.ff de iurisdictio.omnium iudic.in vj.limitatione.vbi ad hoc etiam alleg.Ange.in consilio suo cccxiij.incipien.magnifici domini Antiani, &c. quod est summè not.pro facientibus pacem: de quo ego feci mentionem in repetitione mea d.l.fin.de iurisdictio. omni.iudi.nu.16.

CCCCCXXXIII.

1 *Testes inhabiles tunc admitti, cum alioqui veritas haberi nequit.*

2 *Proxeneta de iure in testem non admittitur, nisi vtraque parte consentiente, tamen si veritas aliter haberi nequit, inuitis partibus ad testimonium admittitur. nu. 3.*

SAtis prolixè dixi alias in l.diuus Pius.in ij.& iij.col.ff. de quæstio.& suprà in sing.lxxiij.incip.plures &c.& in consi.meo cxiij.incipien.Illumina quæso domine &c. ꝙ
1 † testes inhabiles admittuntur quando aliter veritas haberi non potest: & in dictis locis adduxi plures & diuersas doctrinas: sed in tali materia vltra ea quæ dixi in dictis
2 locis do tibi vnum aliud, videlicet † quòd licet habeamus de iure quòd proxeneta non admittitur in testem, nisi vtraque parte consentiente: vt volunt doct.in ca.dilectorum.de testi.cogen.& voluit glo.in auth.de instru. cau.& fid.in §.in his verò ad numerarin nem.& probatur in c.j. de testi.in vj iuncta ibi gl pe.vbi est casus specialis in quo admittitur proxeneta altera parte inuita: ergo in cõtrarium est ius commune.l.ius singulare.& l.quod verò.ff.de legi.& hanc partem etiam sequitur Bar.in l.deferre.in §. idem decreuerint.ff de iur.fis.& voluit gl.in c.pe.de testi. in vj.& Barto.in l.omnibus.C.de testi.do.Ant.in c.cùm à nobis.de testi.& Io.de Imo in l.si cui legetur.§.fi.ff.de leg. j.de quo per do.Alex.in cõsi.suo ccxij.inci.ponderatis.in vj.col.in vj.vol.& in consi.cxvj incip.viso &c.post prin.in vij.volu.& ibi in consi.cxxvij.incip.viso.in vlti.col.& ibi
3 in consi.clxxxvj.incip.viso &c.in ij.colum. † Tamen talis proxeneta admittitur inuitis partibus vel altera tantum inuita, quando veritas aliter sciri non potest.ita not.dixit do.Ant.in c.cùm dilecti.de elec & in c.cùm à nobis. in vlti.col de testi.quem refert & sequitur do. Nico. Millus in suo repertorio, in verbo, testis.in antepe.colum.in ver.testis proxeneta &c.quod est menti tenendum: quia sæpe occurrit in facto.

CCCCCXXXIIII.

1 *Laicus delictum si quod commisit, ac deinde religionem ingrediatur, aut ecclesiasticus, vel religiosus efficiatur, ob id non impeditur iudex secularis, quominus contra eum procedere, & eundem punire possit.*

2 *Limita vt hic, & vide nu. 3.*

ATtende ad vnum quod memoriæ semper habeas; quoniam ex eo poteris acquirere pecuniam & ho-
1 norem, & adiuuare amicum vel affinem. † Tu scis, quòd si laicus committit delictum, & postea ingrediatur religionem, vel efficiatur clericus, vel religiosus, quòd per talem mutationem fori nõn impeditur iudex secularis contra eum procedere, & eum punire secundum Bart.& alios in

l.j.ff.de pœn.& in l.cùm quædam puella ff.de iurisd. om. iud.de quo etiam per Bat. in l.hos accusare.in §.hoc beneficio.ff.de accus.& in l.adultera.in §.si eo tempore. ff. de adul.vt voluit Bar.& Bald.in l.fi.ff.si ex noxa.cau.aga. Bar.Bal.& Ang.in l.si quis postea.ff.de iudi.Bal. in l.officiales.C.de epis.& cle Bal.post Cy.in auth.causa quæ fit cum monacho.eo.tit.Bald.in l si quis decurio.C.de fal. Bal.in l.idem Vlpianus.ff.de excus.tut.Bal.Ange.& Pau. de Cast glo.in l nemo potest de leg.j Bal.in l.si crimen.C. de ordi.cog.Bal.in c.at si clerici.in v.col.de iudic.& in c, cùm non ab homine.in iij.col eo.tit & in c.cùm accessisset.in fin.de proba.& in c.quia verisimile.de præsumpt.

2 †Hoc tamen limita sing.nisi talis,qui commisit delictũ, & postea ingressus est religionem,fecisset votum clericatus,vel intrandi religionem antequam commisisset delictum.quoniam tunc nullo modo potest puniri per iudicem secularem,quasi votum trahatur retro. Ita singu.dixit Bald.in l.j.C.an seruus ex suo fact.in fi.quem refert & sequitur Ioan.de Ana.in c.ad falsariorum.in vlti.col.extrà,de cri.fal.& Ias in l.cùm quædam puella.in ij.colum, ff.de iuris.om.iu.vbi dicit hoc esse valde no.quia ex hoc posses quẽ euadere à pœna mortis: maximè quia de hoc staretur iuramento suo,an votum emiserit ante cõmissum delictum,sicut stari debet iuramento de aliis quæ dependent à voluntate vel conscientia nostra,secundum gl.in §.aliæ.institu.de act.in c significasti.ij. de homi. & Bart.in l.interdum.§.qui furem.ff.de fur. & subdit Ias. vbi suprà,quòd illud quod dicitur in religioso,procedit in eo qui est intra annum professionis. quia tunc censetur persona ecclesiastica secundum Ange. in l.j. ff. de pœn.per tex.optimum in l.statuliber.ff.de quæstio.quãuis extra hãc materiam qui est intra annũ professionis nõ habeatur pro ingresso:vt per Bar.& alios in auth.in-

3 gressi.C.de sac.san.ecc.& dicit etiam Ias.secus esse, si †efficiatur de frattribus tertij ordinis:quia tunc iudex laicus non impeditur cõtra eũ procedere secundum cano.in c. perpendimus.de senten.excom.& Fride.de Sen.in consi. ccciij ita dicit Ias.in d.l cùm quædam puella.in ij.col.& pro illo dicto Bald.in d l j.C.an seruus ex suo facto. facit quod voluit Abb.antiquus in c.per tuas.de dona. quem refert & sequitur Bald.in marga.sua,in verbo, alienare. in vlti. ver. & faciunt dicta per Modern in c. quoniam contra.in xlj.char.nume 108. de prob.& ibi in char. 92. nume.25.

ADDITIO.

Adde Catellian.Cotiam in memoralib. in verb.laicus.Cæpol, cautel.ij.nu 8.Ferrar.cautel.23.

CCCCCXXXV.

1 *Percussionem abusiuam dici,quæ manu vacua,aut pugno fit. Nec atrox iniuria his inferre censetur. Nec statutum verberantem puniens eum qui pugno,vel manu vacua percussit, comprehendit.*

2 *Occidens manu vacua perinde tenetur,ac si gladius occidisset, si dolus interfuit.*

1 ABusiua percussio† dicitur illa quæ fit cum pugnis.Ita dixit text.in l.item apud Labeonẽ.in §. verberasse. ff.de iniur.& ideo dixit Gul.de Cu.& Bal.in l.ij.in §.prætor ait.ij.ff.de in ius voc.quòd percussio cum manu vacua, vel cum pugno non dicitur atrox iniuria :quod etiam tenet Ange.in l.leuia ff.de accus.& dixit not. verbum Ang in d.§.verberasse.quòd statutũ puniens verberantem non intelligitur in eo,qui verberat cum pugnis: quod dictum refert Ias.in d.l.ij.in d.§ prætor ait. vbi alleg.Bald.in ca.j.§.iniuria.in vlti.col.de pace iur. fir.vbi

2 †dicit,quòd occidens aliquem manu vacua, tenetur ac si gladio occidisset.dũmodo dolo fecerit per l.qua actione.§.j.& ibi Iaco.Butt.ff.ad leg.Aquil Et vide quæ dixi in l.j.nu.37.cum pluribus numeris ibi seq.C.de sicar.

CCCCCXXXVI.

1 *Priuilegium habens spurios legitimandi, spurias legitimare non poterit. Et sic mascul.non concipit fœmininum.*

HAbuisti iam suprà in singu.xx. incipi. masculinum. & in sing.xxxix.incip.capias vnum&c.in singu.cxcj. incip.sæpius &c.materiam,quando masculinum concipiat fœmininum.Sed† vltra omnia dicta in dictis locis dico tibi vnum nupertimè,videlicet quòd in priuilegio cõcesso comiti Palatino ad legitimandum spurios,masculinum non concipit fœmininum:& ideo habens priuilegium ad legitimandum spurios, non poterit legitimare spurias. Ita no.consuluit domi. Signo. de Homodæis in consilio suo clxxxvj. incipient. in quæstione vertente inter durantem.quod consilium refert & sequitur Ias. in l.si quis id quod.in ij col.ff.de iuris.om.iud.& ibi dicit, quòd hoc dictum refert & sequitur Cardi. Alexan.in c. per venerabilem.in xij col.qui fil.sint legi.

CCCCCXXXVII.

1 *Clerico manus violentas inferens excommunicationem incurrit: poterit tamen clericus delinquens in loco delicti detineri, vt satisfaciat, nec ob id incurritur excommunicatio.*

1 QVi† manus violentas imponunt clerico,incidũt in excommunicationem:vulgato c. si quis suadente. xvij.q.iiij. Sed scias tamen, quòd quicunque etiam clericus delinquens potest detineri in loco vbi deliquit, vt satisfaciat:nec tali casu incurritur excommunicatio.ita no.dicit Ioã.Cal.in repeti.c.de illis.de rapt.in ij.not.vbi pro hoc allegat illum tex.& c.vt famæ extrà de sen.excõ. & in c.clericus.eo.ti de sen exc.lib vj.quod dictum refert & sequitur Bal.in margarita sua, in verbo, clericus.in ij. col.in ver.clericus etiam fugiens &c.& vide quæ dixi suprà,in sing.xliij.incip.debitor fugitiuus.&c.

CCCCCXXXVIII.

1 *Debitorem in mora per extraiudicialem interpellationem constitui: quamuis ob id debitor ad expensas tenetur.*

2 *Idemq; notificatio debiti extraiudicialis facta, efficit vt in mora debitorem constituat.*

1 PEr† interpellationem extraiudicialem debitor constituitur in mora secundum gl.in l. qui Romæ. in §. cohæredes.ff de ver.obl.& in l.fideiussor obligari.in §.fi. ff. de fideius.& in l.amplius non peti.ff.rẽ ra. hab.& habetur in l.si ex legati causa.ff.de verb.obli.& habetur in l. quod te.ff.si cer.pet.Item talis petitio extraiudicialis facit reum teneri ad expensas secundum Bald.in auth. contra qui propriam.in fi.C.de non nu.pecu.& Ang.in auth. qui semel.in vlti.col.C.quom.& quando iud.& Ang.in l. debitores.C.de pigno.& Abb.in c. ij. de accus.& Ludo. Ro.in sing.suo cccxcix.incip.alio secundo &c.& Ias.in l.

2 certi condictio.in prin.ij.col.ff.si cer.pet. † Et scias,quòd non solum interpellatio extraiudicialis constituit debitorem in mora,sed imò etiam sola notificatio debiti extraiudicialis constituit debitorem in mora.ita no.dixit Bal.in l.vinum.circa fi.ff.si cer pe.quod dictum pro valde no.refert & sequitur ibi Ias.in viij.colum.vbi dicit, quòd illud dictum rarò alibi inuenies:& ibi latè loquitur circa hanc materiam interpellationis.

CCCCCXXXIX.

1 *Probatio irregularis personas omni exceptione maiores desiderat Vnde si ex statuti forma standum sit de damno dato iuramento damnum passi, debet damnum passus omni exceptione esse maior.*

2 *Et quid de probatione per famam?*

1 PRobatio† irregularis requirit personas omni exceptione maiores:& ideò stante statuto quòd de damno dato in fundo vel vinea alicuius stetur iuramẽto damnum passi.nam cum talis probatio sit irregularis requiritur,quòd ille damnum passus sit omni exceptione maior.ita no.dixit Ias.in repet l.admonendi.in cix.colum. in princip.ff.de iureiuran.vbi ad hoc allegat quendam docto.domi Ant.de Alexan.Neapolitanum in l.qui accusare.in ij.col.C.de eden.pro quo etiam adducit primo

2 Ange.in l j.in §.si dubitetur.ff.quemadmo.testa.ape. †vbi dicit, quòd stante statuto, quod delictum probetur per solam famam :tunc, quia talis probatio est irregularis, oportet quòd talis fama habuerit ortum à personis fide dignis,& quæ sint omni exceptione maiores: & ibi Ias. ampliat hoc dictum pluribus modis & pluribus iuribus, de quibus ibi per eum. Tenementi tu Bononiensis: quia

hic Bono.

hic Bono.habemus tale statutum:& ex supradictis facies corruere mille accusationes damoorum datorum.

CCCCCXL.

1 *Immunitas hominibus loci certi concessa, habitantes ibi etiam Iudaeos fouere ac tueri pariter censetur.*

2 *Nam saluusconductus cuipiam ac socijs concessus, Iudaeo quoque socio datus esse intelligitur. Et quae ciuium Romanorum sunt, eadem habent & Iudaei.*

1 HOdie † fui interrogatus à quodam Iudaeo qui apud me multum institit super vno:videlicet an immunitas concessa hominibus certi loci vel ciuitatis comprehendat Iudaeos ibi habitantes:in quo licet aliqua possent adduci contra Iudaeos quòd non comprehenderentur:attamen dixi ei,quòd ipsi Iudaei gaudent tali immunitate. & hoc tenet expressè Bal.in l.spadonem.in § iam autem. ff.de excu.tut.quod dictum refert & sequitur Alexand.in consi suo lxxv.inci.videretur.in ij.col.in v.vol.& ibi pro hoc alleg.Ang.in l.vtimur.ff.de sepul.vio.vbi dicit,quòd saluusconductus concessus alicui & socijs suis,comprehendit Iudaeum secum venientem.& hoc etiam dicit con
2 firmari per text.in l.Iudaei.C.de Iudae.vbi † dicitur,quòd Iudaei habent illa quae sunt ciuium Romanorum.& illud dictũ Bal.etiã refert & sequitur Barb.in cõs.suo lxiij.inci. licet &c in iiij.vol.in j.col.& in c.Rodolphus.in ix.char. de rescri.& Soci.in cõsi.suo lxij.inci.in praesenti cõsultatione &c.in v.col.in j.volu.& ibi in cõsi.lxx.incip.in praesenti consultatione.in j.col.& Alexan.in consil.suo xcix. inci.visa inquisitione in ij.col.in vj.vol.& in cõsi.xiij.incipi.attentis his &c.in iij col.in vij.vol.pro quibus faciũt optimè dicta per Philip.Dec.cõsi.suo lj.in ij.col.vbi etiã dicit,quòd saluusconductus alicui concessus comprehẽdit etiam Iudaeum vt dixi:& idem dixit Corset.in not. suis in verbo,societas &c.

CCCCCXLI.

1 *Absolutionem condemnatione fauorabiliorem esse Et ideo licet duobus testibus affirmantibus, quàm decem negantibus magis credatur, id tamen in criminalibus locum non habet. Nam absolutionis fauore contra seruatur vt magis duobus negantibus, quàm affirmantibus credatur.nu.2.*

1 ABsolutio † fauorabilior est,quàm condemnatio:vt in regula,fauorabiliores.de reg.iur.in vj.cum mulris si & ideo scias,quod licet plus credatur duobus testibus affirmantibus quàm x.negãtibus:vt voluit gl.in l.diẽ proferre in §.inde quaeritur.ff.de arbitr.quam gloss. ibi sequuntur communiter do&to.& Ioannes de Imol.in l.inter pares.in j.colum.ff.de re iudi Barto.in l.j.in princ. ff. de vẽ.inspi.& in l.haeredes palam.in prin.ff.de testa.& idẽ voluit Inno.in c.qui per nouale.de verb.sig.& facit text. & quae ibi habentur,in c.accusator.vj.q.v.de quo etiam per Bald.in marg.sua,in verbo,iuramentum.in ix.ver.& per Alexan.in consil.cxlviij incip.excellentissime domine vicarie.in j.col.in ij.vol.& dixi in consi.meo cxiij.in
2 cip.illumina quaeso &c.vlti a med.† Tamẽ tene menti,quod illa glo.d.§ inde quaeritur.limitatur.quod non habet locum in criminalibus:quia in illis fauore absolutionis magis creditur duobus negantibus me deliquisse,quàm duobus affirmãtibus me deliquisse.ita sing.dixit Alex.in d.l.haeredes palàm.in prin ad quod alleg gl.no.quã dicit sing.in c.clerici.lxxxj.dist.quam secundum eum sequitur Bald.in l.data opera.in xx.col.C.qui accu.non pos.& illã gl.etiam dixit sing.Lud.Roma.in consi.suo ccxlj.inci.spectabiles domini collaterales.in j.col.& illam etiã refert & sequitur Abb.in c.ad nostram.in ij.col.de prob.& in c. cùm P.Manconella.in vlti.col.de accu.& Abb.in c.quoties.infi.de purg cano.& in c.inter.& in c.de testi eo.titu. & Abb.in c.bonae memoriae.j.in v.col.de elect.& in ca.in nostra.in vlti.col.de testi.& in c.ex tenore in j.col.eo.tit. de qua gl.vide etiam Corse.in not.suis,in verbo,testis.in ix.no.& vide Ias in rub.ff.de iureiu.no.8.& illam gl.dixit singu.Lud Roma.in l in illa.in pe.col.ff.de ver obl.& Ias. in l.vt vim.no.6.ff.de iusti.& iur.& illam gl.etiam allega. Deci in c.ex literis.no 7 de proba.de qua ego etiam feci mentionem in repe.mea l.fina.C.de prob.in 50.char.vbi plura adduxi in materia absolutionis.& idem dixit Soci.in consi.suo liiij.incip.visa breui narratione &c.in pe. col.nu.12.in iiij.vol.

CCCCCXLII.

1 *Filios naturales etiam legitimatos ad feudi successionẽ non admitti sed nec adoptiuos quoque in hoc admittuntur:limitabis tamẽ in naturali per subsequens matrimonium legitimato.*

2 *Legitimatus per subsequens matrimoniũ filij legitimi appellatione continetur, qui in episcopatũ vt legitimè natus admittitur.*

3 *Legitimatio per subsequens matrimonium caeteris praestantior.*

TEx in c.j §.naturales.in tit.si de feu.fue.contro.inter
1 do & agna.dicit,† quod filii naturales etiam si sint legitimati nõ admittuntur ad successionem feudi.pro quo facit,nam filius adoptiuus non succedit in feudo vt in d. c.j.in §.adoptiuus.sed filius adoptiuus & filius legitimatus aequiparãtur secũdum gl.in l.cum in adoptiuis.C.de adop.& in l.filius C.de muni.& orig li.x in l.j ff.de atmi.tut.quas gl.ad hoc alleg.Card.Alex.in d.§.naturales.in j. col.ergo minus si etiã naturalis legitimatus nõ succedit in feudum praedictum.Tamen tex.& superiùs dicta limita non procedere,nec habere locum in filio naturali legitimato per subsequens matrimonium.quia tales legitimati per subsequens matrimonium succedunt in feudum.Ita not.dicunt Host & Io.anan.in c.lator.in ij. col. qui fili.sint legi.& ibi hoc sequitur d.An.Car.& alij,& Iaco.de Bel & Bal.in d §.naturales.& ita communiter tenetur secundum Alexan in l.ex facto.in §.si quis rogatus.in xiij.col.ff.ad Treb.de quo latius per Deci.in consi. clv.in iij & iiij.col.& idem dixit Pau.de Cast.in l.fi.C.de his qui ve.aeta.impe.circa fi.quod dictum refert & pluribus iuribus & doctrinis cõprobat do.Phil.Dec.in consi.
2 suo clv.inci.& diligẽter.in iiij.col.vbi † etiam dicit,quod appellatione legitimè nati etiam in materia stricta comprehenditur legitimatus per subsequens matrimonium secundum Ant.de But.in c.innotuit.in ij.col.in fi.ver.no. glo.de elec Subdit etiam quòd pro istis etiam bene facit text.in c.cum in cunctis.de elec.vbi dicitur,quod in episcopatu non potest promoueri,nisi natus sit de legitimo matrimonio.& tamen ille qui sit legitimus per subsequens matrimonium eligi potest in episcopũ:vt per gl.& doct. in d.c.innotuit.Adducit etiam,nam vbi per matrimoniũ fit legitimatio,verè restituitur ius legitimorũ.& ab initio censetur fuisse legitimus secundum Ang in §.& quo
3 niam.in auth qui.mo na.effi sui.in prin.† Et sic ex supradictis apparet,quod maioris vigoris & importantiae est legitimatio,quae fit per subsequẽs matrimonium,quàm aliae legitimationes:circa quod ponit plura no.dicta do.Phil. Dec.in d.consi.clv.in iii.col vbi omnino videas etiã do. Fran Cur.in consi.lxxiiij.inci.super memorata.in nu 6. per totum.& Dec.in c.cum in cunctis.nu 9 de elect.Teno menti,quia ista sunt magnae importantiae.

CCCCCXLIII.

1 *Maleficijs & delictis ante factum obuiandum post factum verò punienda.*

2 *Possessionis contentio si sit,timeaturq́; de armis parandis, iudex possessionem ad se reuocare potest partibusq́; prohibere, ne ad possessionem,donec discussum sit,cuius de iure cõpetat,accedant.*

3 *Quod intellige vt in limitat.seq nu.4.& 5.*

1 MAleficiis † & delictis ante factum obuiandum est ne committantur:post factũ verò punienda sunt.l.nul
2 lus.circa fi.C.de sum.trini & fid catho.† Et ideo dicit ibi Bal.atq.illius tex.quòd si inter duos contenditur de possessione,& est timor armorum,quòd iudex potest ad se aduocare possessionem,& prohibere partibus ne accedant ad possessionẽ,donec sit discussum de iure cui competat:ad quod allegat dicta per Inn.in c.in praesentia.de proba & per Cy.in l.j.ad fi.C.vti possid.& l.fi.ff.de offic. procur.Caesa.vbi bonus tex & voluit latius do.Paris de Puteo in suo tracta syndi.in lxiii.char.in iiij.col & Flor. in l.communi diuid.in §.de vsufructu.ff.commu.diui.de quo etiam latius & copiosius per do.Franc.Cur.in consi.
3 suo lxj.incipien.super eo &c.per totum consilium.† Praedicta tamen intellige procedere,& vera esse,quando neutra partium possideret,sed vtraque praetenderet posses-

ſionem ad ſe ſpectare:ſed ſecus ſi vna pars tantùm poſsi-
deret,ſiue eſſet in poſſeſsione, aliàs non:nam tunc iudex
non poteſt ad ſe aduocare poſſeſsionē,& prohibere par-
tibus vt non accederent ad poſſeſsionem, etiam ſi vide-
ret partes peruenturas ad arma. ita limitat Bald.prædi-
cta in l.æquiſsimum.ff.de vſufru.& in l.fin. C.de ord.cog.
& in c.ij.in ij.col. de vit. & hone cleri.in l.ordinarij. C.de
reiven. & in c.j. de ſeque. poſ.& fruc. in iiij.col dequo la-
tiùs per do.Iaſ.in l.quidā æſtimauerunt.in iij.col.ff.ſi cer.
4 pet.& per do.Franc.de Cur.in d.conſi.ſuo lxj. Item † ad-
uertas etiam, quòd quando neutra partium poſsidet,&
dubitatur de ſcādalo futuro,vt dixi,iudex poteſt prohi-
bere partibus ne accedant ad poſſeſsionem: hoc eſt ve-
rum, ſed primò debet ſaltim ſummariè conſtare iudici
parte citata q́ ſit timor armorū: & quòd ſcandalum ori-
ri poſſet: nec crederetur verbis iudicis aſſerentis ita eſſe,
niſi hoc conſtaret ex actis: aliàs ſi iſtis nō præcedentibus
iudex procederet ad inhibitionē poſſeſsionis, diceretur
proceſsiſſe de facto,& de facto deberet reuocari.Ita not.
dixit Ang.in conſi.ſuo cvij.incip.Iacobellus & Lucas &c.
aliàs inci.dicta conſtitutio &c.in fi.verbis.quod dictum
pro no.refert & ſequitur do Phil.Dec.in cōſi.ſuo ccclxvj.
5 incip.pro declaratione &c.in vlti.col. Sed † credo tamen
ego, q́ poſſet eſſe tanta feſtinantia,& res poſſet agitari ta
li celeritate, q́ iudex poſſet inhibere partibus acceſſum
ad poſſeſsionem,etiam parte non citata,vt puta,ſi ambę
partes cum armis eſſent in procinctu eſſendi ad poſſeſ-
ſionem:nam quando periculum eſt in mora, relaxantur
ſolennitates in res:vt dixi latè in l qui cædem.in ij. & iij.
col. ff.de ſica. vbi inter alia quæ in tali materia adduxi,
etiam Pet.de Ancha.in conſ.ſuo cclxviij.incip.ex prædi-
cta &c.in vlt.col.vbi dixit, quòd contemni poteſt ſtatu-
tum,lex,vel canon, ſi in eius obſeruantia mota ſit pericu
lum allatura:de quo ibi valde latiùs.

CCCCCXLIIII.

1 *Teſtamentum caducum morte inſtituti hæredis ante teſtatorem
effici,ſi tamen in eo inſit codicillaris clauſula,non corruit:tan-
ta eſt codicillaris clauſulæ vis ac poteſtas.*

OMnibus iuris profeſſoribus ſatis notum puto valo-
rem & importantiam magnam clauſulæ codicilla-
ris:ideo circa eius validitatē & importantiam aliter non
1 me extendam.Sed † ſolùm dicam tibi vnum circa dictam
clauſulam codicillarem,quòd iudicio meo inter alia eſt
not.dignum:videlicet tu ſcis,quòd teſtamentum efficitur
caducum,quando hæres inſtitutus moritur ante teſtato-
rem:vt in l.j.§.pro ſecundo. C.de cad. tol. & in l.non pu-
tauit.in § primo gradu.ff.de contratab. & facit tex.inſti.
quibus mod. teſta. infir.in §.j. Attamen etiam tali caſu
quando moritur hæres inſtitutus ante teſtatorem, teſta-
mentum ſuſtētatur,ſi in eo adſit clauſula codicillaris. Ita
ſing.dixit do.Alex.in conſ.ſuo xvij.incip.ponderatis his,
quæ in themate &c.in vlt. col.in iij.volu.quod ſecundum
ordinem meum eſt ccxl. & idem dixit Bald. in conſil. ſuo
cccclxiiij.incip. quidam Nicolaus. in ij.volu.& Socin.in
conſi.cxl.incip. conſiderato &c.in iij & iiij.col.in j.volu.
quæ omnia refert & ſequitur diuinus ille doctorum prin-
ceps do.Philip.Dec.in cōſi.ſuo ccxlij.incip.in caſu propo
ſito &c.in ij.col.in prin.& in conſi.ccclxix.inci. iuridicaa
eſſe &c.in ij.col.in fi. Et circa clauſulam codicillarem di
xi aliqua in conſi. meo ciij.incip.cordi meo ſpiritum ſa-
pientiæ infunde domine &c.quaſi per totum:quod conſi-
lium eſt inter conſilia ciuilia.

CCCCCXLV.

1 *Victum victori in expenſis condemnari inter litigantes iure rece-
ptum eſt: ſi tamen condemnatus iuſtam litigandi cauſam ha-
buerit, regula rigor mutatur, quinimo abſoluitur ab expenſis
victus.*

2 *Iudex.ſi quando victum ab expenſis abſoluat, cauſam ſententia
inſerere debet:alioquin huiuſmodi ſentētia abſolutoria nō tenet.*

1 LItigantes † vt plurimum quando ſuccumbunt, con-
demnantur in expenſis per regulam illam, quòd vi-
ctus victori debet condemnari in expenſis: vt habetur in
l.qui ſolidum.in §.etiam.ff.de leg.ij. & in l.eum quem te-
merè.ff.de iudi.& in c.finem litibus.de do. & contu.& in
§.hæc autem omnia. inſtitu. de pœn. teme. litig. quæ re-
gula limitatur, niſi victus habuerit iuſtā cauſam litigan-
di:quia tunc abſoluitur ab expenſis. ita habetur per doc.
in dictis locis,& in l.properandum.in §.ſin autē.C de iud.
de qua materia latiſsimè dixi in l.patre vel marito.in iiij.
2 & v.col.ff.de quæſtio. Teneas † tamen menti perpetuò, q́
quando iudex abſoluit victum ab expēſis,eo quia habuit
iuſtam cauſam litigandi, tenetur in ſententia exprimere
illam iuſtam cauſam:aliàs talis ſentētia abſolutoria non
valet.text eſt in §.oportet.in aut.de iudic.ita dicit Bal.in
auth.generaliter.in v.col.ver. quia ergo &c. C.de epiſ.&
cle.& voluit Spec.in tit.de expen.in §. nunc videndum.in
verſi.quidam.aliàs eſt in §.poſtremo. circa prin. & in tit.
de prol. ſenten.§.qualiter.verſi.verum.& volunt alij,quos
refert & ſequitur Iaſ.in l.properandum.in §.ſin autem al-
terutra.in v.col.C.de iudi.Tene menti prædicta,quia ra-
rò vel nunquam iudices abſoluentes partem victam ab
expenſis propter iuſtam cauſam litigandi, non exprimūt
dictam iuſtam cauſam, ex quo talia abſolutoria expenſa
rum eſt inualida:ad quod nec etiam partes aduertunt.

CCCCCXLVI.

2 *Hæres ac defunctus etſi vna & eadem perſona cenſentur:id tamē
duobus caſibus violatur,vt hic videre licet.nu.2.*

1 LIcet † hæres & defunctus cēſeantur vna & eadem per
ſona:vt in auth. de iureiur.à mori.præſti.in prin & di
xi ſuprà, in ſing.cccclxxv. incip. non eſt tibi nouum &c.
attamen teneas menti duos caſus in quibus hæc regula
fallit:primus eſt,quòd ille qui vult venire contra iuramen
tum præſtitum, debeat primo petere abſolutionem vel
relaxationem à iuramēto:hoc eſt verum, & habet locum
in iurante eo viuente: eo autem mortuo hæredi eius non
eſt neceſſaria aliqua abſolutio vel relaxatio à iuramēto:
quia vinculum iuramenti quod eſt ſpirituale, eſt finitum
morte iurantis.Ita dixit Ion.in cap.veritatis.de iureiu.&
Io.An.in c.fi.de fo.compe. in vj.in nouella quos refert &
ſequitur Saly.in l.empti.C.plus vale.quod agi.& in auth.
ſacramenta puberum.C.ſi aduer.vend.quos ego retuli in
reperi.mea l.de vnoquoque.in xxxvj.col. ff.de re iudi.Se-
2 cundus † caſus eſt, quòd ſi in inſtrumento adeſt pactum,
quòd de damnis & intereſſe ſtetur iuramento damnum
paſsi, tamen talis facultas non trāſibit ad eius hæredem.
ita dixit Gul. de Cu. in l.cùm debitoris. ad fi.ff.de iudi.&
Lud.Ro.in l.penul.in §.hoc iudicium. ff ne quis eum qui
in ius voca.eſt vi exi.& in l.iuſiurandum quod ex conuen
tione.in princ. ff.de iureiur. quos refert & ſequitur Iaſ.in
d.§.hoc iudicium.in vltimis verbis.

CCCCCXLVII.

1 *Patrem teſtamento ſuo filiis aliquid inſtitutionis iure relinquere
iure conſtat,aliòquin teſtamentum ſubſiſtere non poteſt:ſi tamē
filiæ dotem relinquat, inſtitutionis etiam mentione non facta,
ſatis eſt vt teſtamentum ſubſiſtat nu.2.*

1 CLariſsimum † eſt in iure, quòd pater in teſtamēto ſuo
tenetur aliquid relinquere filiis iure inſtitutionis,
aliàs teſtamentum non valet. text. eſt vulgaris in §.aliud
quoque capitulum. in auth. vt cùm de app.cog. & habe-
tur in c.Quintauallis.de iureiu.& in auth.non licet. C.de
libe. præte.& hoc niſi ipſi filij commiſerint vnam de cau-
2 ſis enumeratis in d.§.aliud quoque capitulum.Scias † ta-
men,quòd ſufficit, quòd pater relinquit dotem filiæ, licet
non dicat iure inſtitutionis;quia tunc non dicitur pręte-
rita nec exhæredata.Ita dixit do.An.in c Rayn. in iij.col.
de teſta.quē refert & ſequitur Alex.in conſi.ſuo ccxl.inci.
ponderatis his quæ in themate &c. in vlt.col. pro quo fa-
ciunt dicta per eundem Alex.in conſi.cccxxxvj ſecūdum
ordinem meum quod incip.poſt redditum conſil.& illud
dictum do. Anton.in d.c.Raynu. etiam refert & ſequitur
Alexan.in conſi.ſuo cxxv.incip. quoniam abundè &c.in
ij.col.in vj.vol.& vide quæ dixi ſupra, in ſing. xxxvj.incip.
clauſula &c.

CCCCCXLVIII.

1 *Moderatorem ac arbitrum rei ſuæ quemlibet eſſe. Limita tamen
vt hic in emphyteuſi eccleſia alicui conceſſa. &c.*

1 REi† suæ quilibet est moderator & arbiter.l.in re mãdata.C manda.l.legis Aquiliæ debitori.ff.ad leg.Aquil. l.etiam.§.licet in dotalibus.ff.solu.matri. cum simi. Sed scias, quòd hæc regula non est semper vera: nam si ecclesia concessit fundum in emphyteusim alicui, in quo fundo quidam colonus steterat ad laborandum per maximum tempus, hoc casu si talis emphyteuta repellit illum colonum, cùm bonus esset, & alium subrogauit in eius loco, debet emphyteuta priuari emphyteusi. Ita singu.dixit Barto.per illum tex.in l. cognouimus.C.de mancip & colo.patri.lib.xj quod dictum refert & sequitur Corse.in not.suo cj.in verbo, emphyteusis iij. Tene menti, vt quando conducis vel emis fundum, apponas pactum vt possis remouere colonum, qui reperitur laborare ipsum fundum. & vide quæ dixi suprà, in singula.cccxsj.incipi.credo te scire &c.

CCCCCXLIX.

1 *Litigantes solent vicissim se facilè iniuriosis verbis impetere: possunt tamen in hoc a iudice incontinenti ipsius arbitrio puniri. Id tamen iudex passim nec temerè facere debet, sed pro tribunali sedens id faciat.nu.2.*

3 *Iudex è fenestra palatij homicidium committi videns, an possit sine alijs probationibus homicidam punire?*

1 LItigantes † solent de facili se inuicem verbis iniuriari, vt sæpius contingit, & de facto videtur. Sed aduertant ne hoc faciant in præsentia iudicis: quoniam si hoc facerent coram iudice, possent de iure statim & incontinenti ab ipso puniri arbitrio suo. Ita dixit gloss.not.in c. Deus omnipotens.in §.quando autem.in verbo, iudicis. ij.q.j.quam gloss.dixit singu. Albe.de Rosa.in l.illicitas.in §.veritas.ff.de offic.præsid.& eam refert & sequitur etiam do.Anto.in c.vestra.in lxj.col.suæ repeti de coha.cleri.& mulie.ad quod etiam est gl.in l.iij.in §.præterea.ff. de suspect.tuto.& hoc voluit Iaco.de Bel.in practica sua iudiciali in iiij.char.in ij.colum.sub ver.& pro tribunali sedēre.vbi ad hoc allegat dicta gloss.sed vltra eum dicas tu, quòd ad hoc est etiam gl.in l.ij.in verbo, aspectu ff.de feriis & ibi Bal.Ang.& Moder.& Ioan.And.in addi.Spe.in titu.de noto.cri.in §.fi.in additio.magna incip.vbi tractat &c.in fin.& voluit do Paris de Puteo in tract.syndi. in lxvij.char.in ij.col.& in eo.tract.latius in lxvj.char.in iij.col.& Ioan.And.in c.accepimus.de fide instru quē refert & sequitur Bal.in l.j.C.de fide instru.quos refert & sequitur Baue in tracta.suo de virtute iuramenti. in nota.
5 liij.in iij.col.credo† tamen, quòd requiratur hoc casu, quod iudex sedeat pro tribunali, eo quia iudici vt iudici debet constare de delicto ad hoc, vt possit illud punire: aliàs si sibi constaret vt priuato, non posset illud punire secundū doct.in d.l.ij.ff.de fer.& Gandi.in suo tracta.malefi.sub rubri.de aliqui.quæstio.var.in malefi.in vj.col.in versic. item pone.& Spe.& Ioan.Andr.in dicto titu.de noto.cri.
3 in § fi.in pen.ver.In† quibus locis dicūt, quòd si iudex videt aliquem occidentem hominem stando ad fenestram palatii, quòd sine aliis probationibus dicti homicidij nō poterit dictum homicidam punire: de quo etiam per Ange in l.à diuo Pio.in §.sed si emptor.in fi.ff.de re iudic.& per Bald.in l si irruptione.ff.finium regund & per gloss. in l.ij.ff de in litem iurand.& per Barto.in l.ij.§.si publico.in iij.colum.ff.de adulter.& per Bal.in l.contra negantem.C.ad legem Aquil.in fi.& in l.j.in penul.quæstio. C.si aduer.lib.& in rub.C.de proba.in iij.col.versi.sequitur vilus.& per Bal.in l.j.in j.col.C.vt quæ desunt aduoc. par.& in c.penul.de testi.cog.& per Pau.de Cast.in consi. suo cacv incip.visa inquisitione.in vlti.col.& per Ludo. Ro.in consi.ccaj.in fi.j.col.& in consi.suo, de quo etiã per Bal.in consi.ccxaxv.incip.creditor.in iij.volu.& per Alb. de Rosa.in iij.parte statu.q.liij.inci. Item pone &c. & idē in materia vide etiam do.Alber.de Cataneis in suo tracta.violantes.in verbo, submisso oculo.in iij.chart.in ij. col.& Alex.in consi.ccclaiiij.incip.viso processu &c.in iiij.col.& Bal.in l.ampliorem.in prin.in fi.j.col.C.de appel. Vide tamen ad prædicta omnino do.Anto.in c.fi.in v.col.versi.not.ergo gl.istam &c.de confes.vbi ponit singu.verbū, quem refert & sequitur do.Nico.Millus in reper.suo, in ver.delictum.in v.versi.& idem dicit do.Paris de Puteo in tract.syndi.In lxvj.char.in iiij.col.ver.nec sufficit secundum eum &c.& ad prædicta vide not.verba Alex.in l.leuia.in ij.apostil.ff.de accusa.

CCCCCL.

1 *Locatio fundi si eius fiat ad tempus puta ad quindecim annos, & cùm sterilis ac inutilis fundus esset, factus industria ac diligentia coloni & conductoris fructuosus ac fertilis, ex eo redditus est locatio perpetua, vt ad hæredes quoque conductoris transeat, etiam extraneos, nec tertia generatione finiatur, licet instrumento hoc non contineatur.*

STatui tibi tradere notabile & singulare verbum in materia locationis & conductionis.& † ideo scias, quòd si alicui fiat locatio alicuius fundi sterilis vel inutilis, & ad tempus fiat talis locatio, putà ad quindecim ann.tūc si conductor laborat taliter dictum fundum, quòd ea labore suo efficiatur fructuosus, talis locatio facta ad tempus efficitur perpetua; & transibit ad hæredes extraneos, nec finietur tertia generatione: licet in instrumento hoc non dicatur. Ita singu.dixit Bart.per illum text.in l. quicunque.ij.C.de omni agro desert.lib.aj. quod dictum refert & sequitur Ludo. Roma.in repeti.rubri.ff.de arbitr. in xix.col.& Barba in c.cùm clerici. extrà de pactis. vbi dicit se pluries pro illo dicto consuluisse.& idem voluit Bal.in l.penul.C.de solu.& illud dictum Bart. refert & sequitur Pau.de Cast.in consi.lxiij.incipien.videtur dicendum &c.in j.col.& do.Philip.Dec.in consi.suo cxlvij.in vlti.col Sed illud dictum Bat.improbat Ludo.Roma.in l. etiam.ff.solu.matrimo.& in singula.suo ccclxxiij.incipi. fundus sterilis.&c.& contra eum videtur tenere Ias.in l. ij.in lxvj.col.versi.vnum tamen not.&c.C.de iure emphy. & Pau.de Cast.in consi.cxxvj.incip.viso instrumento &c. circa fi. Attamen mihi videtur tenendum esse dictum Barto.primò per illum tex.qui multùm facit pro illo dicto, si bene ponderentur eius verba.secundò pro illo dicto Barto.est tex.not.in c.ad aures.extrà de rebus eccl.non alie. & in l.fina.C.de allu.quem text.ad hoc allegat Ange.in l. si seruitus.in iij.col.ff.de serui.vrb.prædi.& cū dicto Bar. cōcordat gl.in d.c.ad aures.& cum illo dicto etiã transit Alex.in d.l.quicunque.in suis apostil.ad Bar.ideo tene dictum Bar & vide quæ in materia ista latius dixi in tractatu meo bannitorum in ver.ecclesiæ.nu.39.

CCCCCLI.

1 *Pœnam suos authores tenere debere, non alios. Vnde statutum volens, quòd si vnus ex rusticis solnendo non sit, debitum si ab alijs rusticis eiusdem villa exigatur, non valere dicitur.*

1 POena † debet tenere suos authores, & non alios.l.sancimus.C.de pœn.& nemo debet alterius odio prægrauari: vt in regula, non debet.de regu.iur.in vj. Et ideo scias, quòd statutum quod est hic Bononiæ volens, quòd si vnus rusticus non est solnendo debitum suum, si exigatur ab aliis rusticis villæ non valet. Ita not.dixit Bart.in l.legatorum.in prin.per illum tex.ff.de leg.ij.quod dictū refert & sequitur Ias in l.si quis suo.§.legis autem.C.de inoffic.testa.ad quod etiã allegat Io.de Imol.in l.cum filius. in prin.ff.de verb.oblig.& ponit Ias.in d §.legis autem. quamplura not.ad hanc materiam, quæ per te videas.

CCCCCLII.

1 *Pœna indicta ludentibus ad azardum, vel ad alium ludum, an inspicientes quoque teneat?*

2 *Et an idem operetur inspectio, quod factum ipsum.*

1 SAepius † in ciuitate nostra, & etiam in aliis ciuitatibus fit proclama, quod nullus audeat ludere ad azardum vel ad alium ludū sub magna pœna: quo stāte scias, quòd ita puniatur ille qui inspicit ludere, sicut ille qui ludit. Ita not.dixit Bal.per illum tex.in auth.interdicimus. in prin C.de epis.& cleri.quod dictum refert & sequitur Bertach.in repertorio suo, in verbo, iurans.in prima col. Sed aduerte tu, quia iudicio meo ille tex.nō facit ad hoc, eo quia non solum tex.ille prohibet ludere, sed etiã prohibet inspicere ludentes, quod non facit proclama nec statutum prohibens ludum: ideo cogita. Et † quòd idem

opetetur inspectio, quod operatur factum. vide quæ dixi suprà in singu.cccxcv.incip.dubitarunt &c.& in practica mea causarum criminalium in §.pto complemento. nu.27.vbi posui notabile verbum.

CCCCCLIII.

1 *Potestas recessurus à ciuitate rediturus tamen, an ciuem aliquem in locū possit suū subrogare. & an ab eo facta postea valeant?*
2 *Et quid de doctoribus Bononien. in locum Archidiaconi collegij subrogatis.*

1 VIdi† aliàs plures etiam peritos errare: nā aliqui sunt in dignitate & in aliquo officio, & quandoque subrogant loco sui aliquos qui non possunt subrogari: vt putà, potestas vnius ciuitatis si volet recedere, rediturus subrogat loco sui aliquem ciuem illius ciuitatis, quæ subrogatio non valet, cùm ipse ciuis subrogatus nō posset esse ipse potestas illius ciuitatis: & ideo gesta per talem subrogatum non valent. Ita dicit Bal. per illum text. in l.parabolani.C.de episco.& cleri. quod dictum refert & sequitur do.Feli.in c.i.in penul.col.de summa trini.& fide catho.& Alex in l.stipulationes commodissimum.ff.de verbo.obliga.& in l.j.§.hæc actio.ff si quis testamen. liber esse ius.fue.Et idē videtur dicere Bar.in l j.in fi.C. de præpo.agen.in reb.& ibi do.Alex.in apostil. refert & sequitur Bal.in d.l.parabolani.& aliqua alia adducit in materia: & ad prædicta etiam faciunt dicta per Alex. in cōsil. lvij.incip.perspectis &c.in iiij col.post medium. in versi. nam per prædicta &c.in ij.volu. & per Ias. in §.fuerat. in ij.col.Insti.de actio.& Cardi. in clemen.ij.in xj.q. de ætate & qualita.& quæ ego dixi in repetitio.mea rubri.C.de
2 probat. in lxxj.col.circa fi.Et† per supradicta dico, & aliàs pluries dixi, quòd aliqui doctores nostri collegij substituti seu subrogati à domino Archidiacono nostri collegij non poterant subrogari, cùm essent merè laici, & haberent vxorem & filios: & sic non possent ipsi habere Archidiaconatum illo vacante: ideo non possunt loco Archidiaconi subrogari: & ideo possent oppugnari doctores creati per tales illegitimè subrogatos: & ad hoc nemo animaduertit, ideo teneas menti, quia de facili posset de facto contingere.

CCCCCLIIII.

1 *Testis inhabilis iunctus cum habili cōtesti an plenè probare dicatur? & nume.2.vbi modus resoluitur.*

1 MEmini† me aliàs plura dixisse in l.de minore.in §.tormenta.in iij.col.ff.de quæstio.circa hoc quòd testis inhabilis iunctus cum teste habili plenè probat: quia integra fides vnius supplet defectum alterius: de quo etiā habetur per Soci.in consilio suo cxxx.incip.visa continentia.in vlti.col.& per do.Nellum in tracta suo bannitorū, in j.parte tertij temporis, in xvj.q.& per Alexan. in consi.
2 cxxx.incip.perspectis in penul.col.in vj.volum. Sed† ista omnia limita, & intellige esse vera, quando ille testis inhabilis non est in totum inhabilis, adeò quod nec etiā faceret indicium: vt putà seruus contra dominum: vt in l.diuus.§.ex quibus.& in l.maritus.ff.de quæstionib. nam tali casu etiam si testis taliter inhabilis concurrat cum valde habili, tamē non probat: nam si nullum facit indicium, non potest ab alio teste recipere incrementum, cùm incrementum præsupponat aliquid adesse: vt in l.si manente.ff.de precatio. ita multum singular. limitat prædicta Alexan.in repetitio.l.sæpe in xvij.colum.in fin.ff.de re iudica.vbi adducit prædicta. Tene menti, quia est singularis limitatio.

CCCCCLV.

1 *Probationes in iudicio summario factas in iudicio plenario nō probare: sicuti nec sententia in causa summaria lata, in plenaria & ordinaria non releuat.*

1 TV† scis quòd probationes factæ in iudicio summario non probāt in iudicio plenario: & similiter sententia lata in causa summaria non releuat in plenaria & ordinaria: vt habetur in l.si iudex.ff.de his qui sunt sui vel alien.iur.& in l.ij.C.de ordi.cogni.cum simili. Attamen scias, quòd si probationes in iudicio summario factæ fuissent plenariè, tunc præiudicant eodem modo ac si ordinaria fuisset causa. istud fuit notabile verbum Iaco.Butr.in l.ab hostibus.in §.sed quod simpliciter. ff.ex qui.cau.maio.quod dictum refert & sequitur plura addē do Alex.in repe.l.sæpe.in xx.col.ff.de re iudi.

CCCCCLVI.

1 *Priuilegia militum ac doctorum multa ac varia: sed hoc potissimum quòd torqueri nequeant, licet aduersus eos maleficij indicia extent nec valeret consuetudo cōtrarium disponens limita tamen vt hic, nu.2.*
3 *Milites ac doctores, quibus casibus torqueri possunt, prius tamen quàm torqueantur degradari debent. Et qui à dignitate sua degradatus est, ad eam amplius aspirare non potest. Quod & in tabellione locum habet. nu.4.*

1 PLura, † vt credo te scire, sunt priuilegia militum & doctorū in iure sparsa: quæ cumulare præsentialiter non curo: & inter alia eorū priuilegia habent hoc, quòd non
2 possunt pro aliquo maleficio torqueri, * licet contra eos extent indicia ipsius maleficij, secundum Barto in l milites.C.de quæstio.vbi dicit, quòd aliàs euasit quēdam Potestatem, qui erat miles, dum esset in syndicatu, & syndicator propter legitima indicia volebat eum facere torqueri.& hoc habet locum in militibus nostri temporis: vt ibi sentit Barto.& expressè firmat Sali.post Cyn.in l.j. C.de iur. & fact.ignor.& Alex.in l.Centurio. in ix.col.ff. de vulga.& pupil. & idem est in doctore secundum Bart. in l.j.C.de aduoc.diuer.iudi.& Cyn.in d.l.milites.& in l. iiij.C.ad leg.Iul.maiest.& non valeret consuetudo in cōtrarium disponēs: imò esset ipso iure nulla.l.omnes iudices.vbi Bart. not.C.de decur.lib.x.quæ omnia ponit Ias.
2 in l.de quibus.nu.104.ff.de legi.Prædicta† tamen limitat do.Alex, in d.l.omnes.non habere locum in crimine læsæ maiestatis, & proditionis populi: per l.fallaciter. C. de quæstio.& per not.per Bal.in l.decuriones.C.de quæstio. & dicit, quòd hoc etiam voluit Ang de Aret.in tract. malefic.in verbo, fama publica.in vj.quæstio.& subdit dom.
4 Alex.in dicta l.omnes.quòd † in casibus in quibus tales possunt torqueri, debent primò degradari antequàm torqueantur.ad quod allegat tex.quem dicit singu.in l.si excepta.C.de malefi.& math.in ver.præsidio dignitatis exuti &c.& subdit Alexan.vbi suprà, quòd doctor & miles legitimè degradatus à dignitate sua ad eandē nunquàm aspirare possunt.alleg.Bal.hoc dicentem in l.ij.circa fin.C.de libe.& eo.libe.& idem dixit Paris de Puteo in tracta.syn-
4 di.in lxx.char.in ij col.quod est not.Et idem† dicas tu esse in tabellione deposito ab officio, & priuato officio tabellionatus: quia tunc non potest creari tabellio secundum Bal.in c.at si clerici.in iij.col.de iudi.& in ca.grarum. de postula.præla.& in l.ij C.de mann.vindict. & vide Barba. in c.ex literis.in penul.chart.in vlti.col.de consti. & Ias.in l.dedi.in §.idem erit.in vlti.col.ff.de condi.cau. dat. cau. non sequu.& in l.naturalis.in ij.col.ff.de præscript. verb. & do.Philip.Decium in c.vt nostrum.nu.4.de appella.ad quæ vide etiam do. Parid.de Puteo in tracta. syndica. in lxviij.char.in iiij.col.& ibi in lxx.char.in ij.col.& Moder. in repetitio.cap.quoniam contra.in lxxxvj. char. nume. 35 de probatio.

ADDITIO.

2 Torqueri. Adde Roma.singula.cclxxxij.& singul.ccccxciiij. item non possunt personaliter pro debito ex contractu, vel quasi capi secundum Mathesi.notab.lix.& ibi in additio.vide multa ad materiam.

CCCCCLVII.

1 *Testem de auditu non probare, indicium tamen ac præsumptionē huius dictum infert, qua onus probandi in aduersarium transferat nume.2.*

1 TV† scis, quòd testis de auditu regulariter non probat, vt habetur in c.testes.iij q.ix.& habetur in l.testium.C.de testi.& voluit Specu.in titu.de teste.§ nūc tractandum. in v.col.ver.de auditu quoque. & habetur per Alex.in consi.lxxvij.incip.in causa.in ij.col.in j.vol.& ibi in cōsi.100.inci.super j.&c.in vj.col.Card. Alex. in l.iiij.j. col.in fin.ff.de appel.& Soci.in consi.suo lxxxix. incip. in causa &c.in prima col.in j.volu.& habetur latè per doct.

ine.

in c.ex literis. de testib. & ideo dixit do Anto. in c.quo-
ties.in fi.de testi.quòd testis de auditu nō est verus testis.
& dixit idem do.Anto.in c.auditis.in j not.de elect.quod
quando testis deponit de auditu,non sequitur quod in-
tellexit nisi præsumptiuè:de quibus omnibus dixi in cō-
2 si.meo xix.incip.clarissimi &c.in j.char. Scias † tamen,
quòd dictum talis testis facit indicium & præsumptionē,
quæ transfert onus probandi cōtrarium in aduersariū.
Ita singu. dixit Archi.in c.hoc videtur.xxij.q.v.quod di-
ctum pro not.refert & sequitur Ludo. Roma. in l.si verò.
in §.de viro.ff.solu.matr.& in singu suo cccxlv.incip. te-
stimonium de auditu.& Alex.in consi.suo lxxvij.incip.in
causa accusationis.in j.col.in j.volu. quod est duplicatū
in iij volu.consi.lxiij.& do.Francis.de Curte in consi.suo
lxx.incip.circa primum.in iij.col.vbi ad corroboratio-
nem huius dicti adducit Pau.de Castr.in consil.suo xvij.
incip.in causa quæ vertitur Parmæ.in xj.col.vbi dixit te-
stimonium de auditu facere coniecturā & præsumptio-
nem.Tene menti prædicta,quia possunt seruire ad mul-
ta,& sunt magni momenti.

CCCCCLVIII.

1 *Clausula generalis,non obstantibus aliquibus in contrarium fa-
cientibus,licet omnia in contrarium facientia tollat, etiam si
huiusmodi contraria specialem clausulam derogatoriam ha-
berent, tamen in statuto, vel rescripto principis clausula,
non obstante aliquo priuilegio, &c. debet intelligi de priuile-
gio in corpore iuris scripti non clauso.nu.2.*

1 CLausula † generalis,non obstantibus aliquibus in cō-
trarium facientibus,licet tollat omnia in contrariū
facientia,etiam si talia contraria haberent specialē clau-
sulam derogatoriam , vt dixi satis latè in practica mea
2 cau.crimi.in § quæritur.nu.16.tene † tamen mēti,quòd
si in statuto vel rescripto principis sit clausula generalis,
non obstante aliquo priuilegio , quod debet intelligi de
priuilegio in corpore iuris scripti non clauso:illa enim
quæ sunt in corpore iuris cōmunis vel statutorum clau-
sa,non intelliguntur sublata per illa verba.ita dixit gl.in
l ij.in §.omnes autem isti.ff.de iudi.quam ibi summe no.
ad hoc Pau.de Cast.quod dicit perpetuò esse tenendum
menti.& quod nunquàm debes obliuisci.

CCCCCLIX.

1 *Verba hæc,nulli igitur hominum liceat contra has literas ausu te
merario,&c.in literis Apostolicis apposita quid importent?
& quam pœnam minuant? nu.2.& 3.*

1 SAepe † in literis apostolicis in fine ponuntur ista ver-
ba,videlicet nulli igitur hominum liceat contra has li
teras ausu temerario contra ire : alioquin indignationē
apostolorum Petri & Pauli se nouerit incursurum &c.
2 Quid important ista verba? Dicas † quòd important pœ
nam arbitrariam.Ita dixit Bal.in repeti.l.cunctos popu
los.C.de sum.trini.& fide catho.quem ibi refert & sequi-
tur do. Ioan.Baptista de sancto Seueri.in iiij.char.in pri-
ma colum.vbi etiam adducit Bal.in c.porrò. in iiii. quæ
3 fuit pri.cau.benefi.amit.vbi dicit,quòd † illa verba com-
minantur priuationem beneficiorum:de quo latius per
do.Ioan.Bapt.vbi suprà,& per Ias.in l.j.nu.3.ff si quis ius
dicen.non obtemp.vbi latius loquitur de dicta clausula :
de qua vide etiam Alexand.in consilio ciij.incipient. vi-
detur primò.in tertia colum.in primo volu. Tene men-
ti:quia aliàs vidi peritos & doctos dubitare de importā-
tia dictorum verborum.

CCCCCLX.

1 *Statutum volens quòd mercatorum libro credatur , intelligitur
duntaxat in his quæ ad mercantiæ artem pertinent, non in cæ-
teris.*
2 *Statuti prouisio,seu dispositio statuens super fide thesaurario adhi
benda,non procedit in materia non pecuniaria. Quod adapta
tur contra Iudæos ad vsuram mutuantes.*
3 *Statuto cauente,quòd artium consules de causis cognoscant,intel-
ligitur de causis scilicet ad artem pertinentibus,non aliis Si-
cuti & in consulibus mercatorum pari statuto extante.ibid.*
4 *Statuto sanciente,quòd filius artifex obligetur,intelligitur cautū,
si is filius occasione artificij ipsius contrahat.*
5 *Syndici officialem syndicare habentes, non se immiscent his , quæ
extra officium sunt.*
6 *Dominum de delicto famulorum suorum,aut officialium, extra mi
nisterium illis assignatum ac deputatum commisso non tene-
tur.Et idem de potestate respectu officialium suorum, idem j,
de ciuitate eodem nume.*
7 *Nuntio extra officium suum non creditur.*
8 *Statuto disponente bannitum pro confesso haberi,de delictis in re
gesto conscriptis,non de aliis intelligendum esse.*

1 HAbemus † in hac ciuitate Bononiæ in curia merca-
torum quoddam statutum volens,quòd credatur li-
bro mercatorū:quod statutum intelligitur solùm in his,
quæ pertinent ad artem mercātiæ & non in aliis,secūdū
Io.And.in addi.Spe.in tit.de instru edi.in §.nunc dicen-
dum.in addit.magna.in j.col.quod dictū refert & sequi-
tur Lud.Ro.in consi.suo ccv.inci.in pūcto proposito &c.
& Ias.in l.si quis ex argentariis.in § rationem ff.de eden.
& Ludo.Ro.in consi.suo cciiij.incip.pro discutienda.in j.
col.& illud dictum Io.Andr. etiam refert & sequitur do.
Fran.de Are.in consi.suo xxxiij.incip.cōsultatio &c.in i.
col.& in cōsi xliiij.quod incip.in pposita consultatione.
& in cōsi.ibi seq.in vlt.col.& pro prædictis Ias.in d.§.ra-
tionē.adducit etiā Lud.Ro in cōsi.suo cccix.incip.in cau
2 sa Io.&c.vbi † dicit,quod dispositio seu prouisio statuti dispo
nens super adhibēda fide thesaurario,non procedit quā-
do agitur de materia non pecuniaria Et ista puto notan
da esse cōtra Iudæos mutuātes ad vsuras super pignorib⁹
diuersarū personarū , qui habent amplissima priuilegia
vt credatur libris suis:quod hoc tantum intelligitur de mu-
tuo facto super pignoribus & non circa alia. Et pro præ-
dictis optimè faciūt dicta per Ias.in l.age cum Geminia
no.C.de trāsac.vbi plura iura & doctrinas allegat in simi
3 li:& inter alia dicit,† quod stāte statuto quòd cōsules artium
cognoscāt de causis,intelligitur de causis spectātibus ad
illam artem,& nō de aliis.alleg.Lud.Ro.in cōsi.suo ccc.
inci.in casu proposito.& adducit etiā Bal.in l.fi in iij.no.
C.de iuris.om.iud.& Cy.& Ange.ibi,vbi dicūt,quod cōsules
mercatorū qui habent cognoscere de causis mercatorū,
intelligunt quādo causæ sunt occasione mercantiæ secus
4 si alterius rei.Et † dicit etiā,quod stāte statuto, quod filius artifex
obligetur,intelligitur si cōtrahat causa illius mercantiæ
vel artificij secūdum Bal.in l.si.in ij col.C.ad Mace. & in
l.iiij.§.ex hoc edicto.ff.nau.cau.stab.& Pau.de Cast. in l.
j.§.in filio.ff.ad Mace.vbi dicit,quod pluries vidit istum ca-
5 sum Florētiæ in simili.Et dicit,† quod syndici,qui habēt syn-
dicare officialē,non impediūt se de gestis extra illud of-
ficiū secūdum Bal.in l.ij.C.vbi de ratioci. agi opor. & in
l.obseruare.§.proficisci.in ij.q.ff.de offi.procō.& Bal. in
6 l.iij.in §.j.ff.nau caup.stab. Similiter † dicit, quod dominus
non tenetur de delicto suorū officialium vel famulorum,
quādo delinquunt extra ministeriū, in quo dominus eis
vtebatur secūdum Bar in l.ne quid.in prin.ff.de incē. rui.
naufr.& in l.j §.familiæ.ff.de publ.& Abb.in c.j.in iij.col.
de resti.spo.Pet.de Anch & Gemi.in c.si episcopus. de off.
ord.in vj.Itē adducit etiā Ang in l.j.C.si rec. prouin. vbi
dicit,quod potestas non tenetur de malè gestis per suos offi
ciales extra eorū officiū.Dicit etiā,quod cōmunitas non te-
netur de delicto officialis à se electi,quādo deliquit extra
materiā officij.alle.ad hoc Lud.Ro in cōsil. suo cccxxx-
7 viij.incip.in casu propositæ cōsultationis &c.Dicit † post
ea quod nūtio publico non creditur nisi circa officiū suū:vn
de si dicat citatū dixisse ei iniuriam non creditur sibi se-
cundum Io.And.in addi.Spe.in tit.de cita.§.j. in prin. &
eum sequitur Abb.in c.cum parati. in iiij.col. de app. &
eum seq Ias.in l.properādum.in §.& si quidem. in ij.col.
ante fi.C.de iudi. Vltimò adducit Bal.in l.si aduersarius.
8 C.de fide instru.vbi † dicit,quòd statutum disponens ban
nitum haberi pro confesso,intelligitur quo ad malefic ia
descripta in libro bāni,& non quo ad alia. Tu autē vltra
Ias.vbi suprà circa hanc materiam adde dicta per Ludo.
Ro.in cōsi.ccccxxxiiij.incip.in quo &c.in fi. verbis.& per
Bal in l.j.in prin.ff.de magist.cōuen.& per Caral.in trac.
synd.in ver.ccxxvj.inci.adde quod si officialis &c.& per Fel.
in c.post cessionem.in ij.col in fi. de proba. & per Barb.
in c.cum ordinem.in vlti.col.de rescrip.& per Felin.in c.
fraternitatis.in j.col.versic.fallit ij de hæret.& in cap. Pe-

trus. in iij. col. de homici. in quibus locis prædictis scribē
tes plura adducunt facientia ad hanc materiam post Ia
so. vbi suprà, & hæc materia profectò quotidiana est &
vtilis.

CCCCCLXI.

1 *Testator si vxori leget fundi vsumfructum hac lege, vt proprietatem alienare non possit, proprietatem quoque legasse censetur.*

CApias not. & singul. verbum lucri plenum, videlicet,
1 †quòd si testator legat vxori suæ vsumfructum fun-
di. cum hoc quòd proprietatem alienare non possit eius
dem fundi, tunc censetur etiam proprietatem dicti fun-
di ei legasse. Ita singula. dixit Bal. in l. Proculus. ff. de vsu-
fruct. quod dictum pro not. refert & sequitur Ludo. Ro-
ma. in consi. suo ccvj. incip. licet de communi conclusio-
ne &c & Soci. in consi. suo cxxxj. incip. in præsenti &c. in
vij. col. in j. volu. & Rapha. Fulgo. in consi. suo xiij. incipi.
circa primum &c. in vlti. col. & Alex. in consi. suo cl. inci-
pien. viso themate &c. in j. col. in vij. volu. & do. Pet. Phi-
lip. Corn. in consi. suo lxiiij. quod incip. in casu præsentis
&c in j. col. in iiij. volu. & do. Francis Crem. in notab. suo
xxviij. quod incipit, maritus legauit &c. & vide ad prædi-
cta Ias. in l. cùm hi. in §. si vni. ff. de transact. & vide etiam
domi. Franciscinum de Curte in cōsi. suo xiiij. incip. vi-
sis. in prima col. & Soci. in consi. suo cij. incipi. visis suprà
&c. in antepenul. col. in iij. volu. & Cæpol. in tracta. de ser
uit. in iiij. rubri. in ij. col. Et vide quæ ego dixi in repetitio.
mea rubri. ff. de fideiuss. in xxiij. q.

CCCCCLXII.

1 *Statutum disponens, quòd capto bannito in figura banni. descripto in publico archiuo intra tres sequentes dies. debeat banni executio contra eum fieri, defensione ipsius aut exceptione nulla admissa, vel audita, iniquitatem continet: non obstante tamen statuti rigore bannito succurri debet, vt saltem bāni nullitatem allegans audiatur.*

ADuertas ad vnum, & bene arrige aures. Nam habe-
1 mus hic Bononiæ quoddam †statutum sub rubri. de
generali seu communi bannitorum. in iij. col. quo dispo
nitur quod capto bannito in figura banni descripto in
archiuo publico debeat intra tres dies sequentes contra
eum fieri executio banni nulla defensione vel exceptio-
ne sua audita vel admissa &c quod statutum, non fallor,
videtur continere iniquitatem: vt satis dixi in practica
mea cau. crimi. in §. vltima quæstio. per totū illum §. Ta-
men dicas, quòd non obstantibus verbis dicti statuti po
test etiam de iure succurri dicto bannito: nam potest al-
legare & proponere nullitatem banni, & maximè illam
quæ prouenit ex defectu iurisdictionis iuxta gl. in cle. j. de
sequest. poss. & fruct. de qua dixi suprà in sing. 100. incipi.
tu scis &c. & debet audiri: quoniā terminus datus ad om-
nem defensionem faciendam, licet sit elapsus, tamē non
excludit allegationem nullitatis: & ideo post terminum
banni, licet statutum dicat, quòd vlterius non audiatur,
tamen potest proponi nullitas. Ita singu. dixit Bal. in l. sci
re oportet. in §. hæc de his. ff. de excusa. tut. per illum tex.
quem modo prædicto summat. Tene menti perpetuò &
nunquam obliuiscaris pro adiuuando amicum, quan-
do per aliquod statutum est sibi præclusa via faciendi
defensiones suas: & vide infrà in singular. ccccxcij. inci-
pien. nullitas.

CCCCCLXIII.

1 *Notarios instrumenta conficientes quandoque in maximam pœnam incidere, & si non falsitatis, vel simulationis, tamen & illicitæ scripturæ. Vnde notarius simulatum conficiens instrumentum manus pœna punitur, & perpetuò infamis est.*

PArum †animaduertunt quandoque notarij cōficien-
1 tes instrumenta: nam quandoque incurrunt maximā
pœnam conficiendo instrumēta: licet non sint falsa, si ta-
men sunt illicita: quia conficere illicita instrumenta est
quandoque species falsitatis: vt habetur in l. iubemus. in
fi. C. de testa. Et scias, quod notarius scribens instrumen-
tum simulatum punitur pœna manus, & est perpetuò in-
famis. tex. est sing. in c. imperialem. in §. scriba. de prohi.
feu. alien. per Fride. quem tex. pro sing. ad hoc alleg. Bal.
in rub. C. res inter alios acta. circa fi. quod ego etiam re-
tuli in l. si sciente. ad fi. ff. de parricid.

ADDITIO.

Item nota quòd notarius conficiens instrumentum vsura-
rium, est periurus, & efficitur infamis. secundum Roma. sin-
gu. ccclxxxv & eundem Hippol. suprà sing. clxxxj.

CCCCCLXIIII.

1 *Pecuniam statim consumpturo mutuans accipientem non obligat. Et quòd si pactum interuenit, de conuertenda in vsum meretricum pecunia: nec accipiens in id conuerterit. an mutuans hac lege pactóque repetere pecuniam possit?*

MVtuans † pecuniam statim consumpturo eum non
1 obligat ad restitutionem: vt latè habetur in l. si quis
cùm sciret. ff. pro emptore. & voluit Flori. in l. j. in fi. ff. de
aleato. & Ias. in l. iurisgentium. in §. prætor ait. in j. col. ff.
de pact. Sed pone, aliquis mutuauit cētum alicui hoc pa-
cto, quòd illa consumeret in meretricibus: an si cum hoc
pacto accepit, tamen illa centum non cōsumpsit in me-
retricibus, an ille mutuans possit illa repetere? & dicas
quòd nō. Ita not. dixit Io. And. in addi. Spe. in tit. de obli
ga. & solu. in rub. in prin. quod dictum refert & sequitur
Alex. in l. si cùm dotem. in § si post solutam. post princ. ff.
sol. mat. vbi dicit, quòd de hac quæstione alibi doct. ca-
nonistæ, & legistæ non faciunt mentionem.

CCCCCLXV.

1 *Testamentum facere num possit ad perpetuos carceres dānatus?*
2 *Damnatum ad perpetuos carceres damnato ad metallum æquiparari, & sicut dānatus ad metallum testari nequit, sic nec ad perpetuos carceres damnatus.*
3 *Dānatus ad perpetuos carceres num aliquid ex testamēto acquirere queat, & num alimēta ex testamēto saltē relinqui possint?*

DVbitarunt aliàs doct. & legistæ & canonistæ, †vtrum
1 damnatus ad perpetuos carceres possit facere testa
mentum? in quo Abb. in rubri. extrà de testa. in j col. di-
cit, quòd in laico communis sententia est, quòd sit inte-
stabilis: vt not. in l. ij. ff. de publi. iudi. sed in clerico dicit,
quòd variè fuit consultum: nam quidam cōsuluerunt, q
non possit testari: quia illa pœna æquiparatur pœnę mor
tis seu deportationis, vt not. Innocen. in cap. qualiter &
quando. de accusatio. consulentes verò contrarium mo
ti sunt: quia ius canonicum non imponit perpetuum car
cerem ad pœnam, sed ad pœnitentiam: vt in c. nouimus.
de verbo. significatio & in c. penulti. de hæreti. & in capi.
quamuis. de pœn. in vj. ergo non debet hæc pœna inhabi
litatis testandi prodire ex pœnitentia: & dicit, quòd hæc
opinio est mitior: sed alia videtur verior: quia negari non
potest quin ibi sit quasi mortuus. Ita residet Abb. in dicta
rubrica. Barb. autem in c quia ingredientibus. in x. colū.
relato ab Abb. in dicta rubrica. dicit, quòd idem Abb. in
cap. tuæ. de pœnis. tenet quòd non perdit factionem te-
stamenti. & dicit quòd Bal. in repeti. l. j. C. de sacrosanct.
eccle. tenet idem, videlicet quòd non possit facere testa-
mentum. Et dicit ipse Barba. considerandum, quòd de iu
re ciuili liber homo non potest damnari ad perpetuum
carcerem: vt voluit Barto. in l. ij. ff. de public. iudic. & di-
cit, quòd de hoc est text. in l. aut damnum §. fin. ff. de pœ
2 nis. Item †dicit, quòd loquentes in clerico non bene lo-
quuntur: eo quia damnatus ad perpetuum carcerē æqui
paratur damnato in metallum, vt not. dixit Innocen. in
dicto c. qualiter & quando. & eum sequitur Barto. in di-
cta l. ij. Sed damnatus in metallum perdit testamenti fa-
ctionem. vt in l. si in metallū. ff. de his quæ non proscript.
hab. cum ergo iure canonico pœna perpetui carceris sit
introducta in locū pœnæ metalli: ergo sequitur quòd sor
titur omnem eius effectum c ecclesia. vt lite péden. Item
pro hac parte adducit tex in l. j. C. qui ad liber. perue. nō
poss. vbi damnatus ad perpetua vincula perdit testamē-
ti factionem actiuè & passiuè: & dicit ibi Bald quòd cle-
ricus damnatus ad perpetuos carceres dicitur intestabi-
lis actiuè & passiuè, nisi quoad alimenta: & hoc refert &
sequitur Io. de Imol. in d. l. ij. vbi refert Benedic. de Piubi.
3 allegat d. l. ij ad hoc, †quòd damnatus ad perpetuos car-
ceres

ceres ex forma statuti, quia de iure cõmuni hoc fieri non potest vt dictum est, non poterit acquirere ex testamento vltra alimenta. & dicit Ioan. de Imol. secundum Barba. vbi suprà, quòd de iure canonico quo est permissa ista pœna etiam alimẽta relinqui non possunt damnato ad perpetuos carceres. quæ omnia sunt notanda secundum Barba. in d. c. quia ingredientibus. in x. col. de testamen. vbi prædicta refert ad literam.

CCCCCLXVI.

1 *Vltima, maximè in vltimis voluntatibus, prioribus derogare. Vnde si quis à principio testamentum solenne fecerit, deinde religionem ingressus aliud testamentum fecerit, cum duobus testibus tantùm iuxta formam c. cum esses & c. relatum de testa. posterius testamentum prius violat.*

1 REgula † est trita & vulgata, quòd regulariter vltima deroget prioribus, & maximè in testamentis & vltimis voluntatibus, vt habetur in l. diuus. in §. licet. ff. de iure codicil. & in l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de leg. j. & in l. hac consultissima. in §. si quis antea. C. de testamen. & in l. sancimus. eodem titu. & in l. iiij. in fine. ff. de adimé. legat. de qua materia dixi latè in l. j. in §. si serui quasi. in iij. & iiij. col. ff. de quæstionibus. Et adeo vera est ista regula, quòd si aliquis solenniter cum septem testibus fecit testamentum, postea ingressus monasterium fecit secũdum testamentum coram duobus testibus secũdum formam c. cum esses. & c. relatum. de testamen. istud secũdum tollit primum: etiam si in primo fuisset facta institutio, vel legatum in piam causám: quia tunc talis ingressus subiectus est ecclesiæ: vnde in actibus suis non subiicitur statutis laicorum, nec legibus, sed iuri canonico. Ita not. dixit Anto. de Bur. in c. in præsentia in xiiij. col. in versi. ex his potest decidi &c. de probation. & dicit se in facto ita respondisse. quod dictum pro nota. refert & sequitur Alexan. in consilio cccclij. incipien. viso ac diligenter &c. in tertia culum & hoc secundum ordinem meum: aliter est consilio cv. in quarto volumi.

CCCCCLXVII.

1 *Authoritatem nostram quibus impartimur, omnia nostra facimus Vnde fit, vt si Spoleti statuta papa cõfirmet, statuta Spoletana non dicantur, sed Papalia.*

2 *Superior si statutum confirmet, non amplius potest inferior de illo intromittere.*

3 *Et an statuta vnius collegij per superiorem confirmata possint per collegium reuocari.*

1 OMnia † nostra facimus quibus authoritatem nostrã impartimur. c. j. & ij. de confirma. vti. vel inuti. cap. si apostolicæ. de præbend. in vj. l. j. C. de vete. iure enucle. & ideo dixit Bal. in l. ex placito. C. de rerum permuta. in iij. col. quòd si papa confirmat statuta Spoleti, non dicũtur amplius statuta Spoletana, sed statuta papalia. & dicit

2 Bald. in l. ex facto. in princi. ff. de vulga. & pupil. quòd † si superior confirmat statutum, non potest inferior amplius de illo se intromittere. & voluit Alexan. in consilio cccclxix. secundum ordinem meũ. incip. viso puncto. in ij. col. & Barb. in c. pastoralis. in § præterea. in xviij. col. de off. dele. & Barb. in cõsi. incip. scripsit Ecclesiast. in ix. col. quod est inter cõsi. Alex nu. 470. & Lud. Rom. cõsi. xcviij. incip. quo ad id &c. in prin. & Barba. in tracta. Cardi. in j. quæstio. in v. col. in fi. & do. Feli. in c. qualiter. j. in xij. colum. de accusa. & in c. j. in ix. colum. vbi plura alia ad hoc adducit, extrà de sponsa. Stantibus prædictis iam pluries ego dubitaui de vna doctrina Abb. quòd non sit vera: nã

3 † dicit ipse Abb. in cap. dilecto. de præben. in secunda colum. quòd statuta collegij confirmata per superioré, possunt tamen per collegium reuocari confirmatione non obstante. quod dictum refert & sequitur Alexan. in l. omnes populi. in iiij. colum. in apostil. ff. de iusti. & iure. Sed si per confirmationem superioris efficiuntur statuta superioris & non collegij per illam regulam, quòd omnia nostra facimus &c. ergo non poterit collegium reuocari: cùm inferior non possit reuocare factum superioris: vt in clementi. ne Romani de electio. & xxj. distinctio. cap. inferior. & in cap. cùm inferior. de maioritate & obedi. & in l. fina. C. de legib. ideo cogita: quia puto quòd Abb. inaduertenter locutus sit.

CCCCCLXVIII.

1 *Datiarios multis priuilegijs esse submixos. Sed hoc vnum præcipuum habent, vt ijs aduersus datia & gabellas fraudantes probationes per coniecturas sufficiant.*

1 DAtiarij † habent plura priuilegia à superioribus, qui sibi locant datia: vt quotidie videmus in locationibus datiorum per totam Italiam. Et vltra priuilegia quæ sibi dantur à locatoribus, etiam habent aliud priuilegium à iure. Nam contra fraudantes datia & gabellas sufficiunt probationes per coniecturas: quia talia clam committuntur: ideo lex contenta est facilioribus probationibus & indiciis. Ita not. dixit Alexand. in consil. suo clxxxviij. incip. viso processu. in ij. col. in vij. volu. pro quo faciunt dicta per me suprà in sing. meo j. & in repeti. mea rub. C. de probat. in lxiiij. col. in princ. & in practica mea causarum crimi. in princip. nume. 13. & in d. practica. in §. diligenter. nu. 126. in quibus locis plura iura & doctrinas ad hoc propositum adduxi, quæ per te videas.

CCCCCLXIX.

1 *Pia causa multis priuilegijs innixa, sed hoc potissimũ habet, quod nec humanis legibus, nec iuris solennitatibus subiaceat.*

2 *Mulier si ex statuti forma, testari sine propinquorum consensu non possit, poterit tamen sine illis ad pias causas testari.*

3 *Testamentum si ex statuti vigore non valeat, nisi in archiuo publico positum sit, si tamẽ ad pias causas factum non reperiatur in archiuo, ob id non minus valebit.*

4 *Pia causa, quanquam fauor magnus est, si tamen notarius officio suo priuatus relicta ad pias causas scripserit, non valebit scriptura.*

1 PIa † causa habet plura specialia & plura priuilegia: de quibus per Ludo. Ro. in authent. similiter. C. ad legem Falci. & in consil. suo ccccxxviij. incip. in terminis, &c. & per Philip. Dec. in consil. clxxxij. incip. in casu occurrenti. in iij. col. & per Alexan. in consi. cij. incip. super primo. in vij. volu. & ibi in consi. cxxxj. incip. super themate, &c. in j. col. & per Alex in consil. cxc. incip. plura narrata. &c. in vj. vol. & per d. Phil. Dec. in consi. cclxxiij. incip. in casu, &c. & in consi. cclxxxiiij. incip viso. in iiij. col & per Soci. in consil. suo cxxj. incip. præmittenda, &c. in v. col. in iiij. volu. Et inter alia pia causa non subiacet humanis legibus, nec solennitatibus iuris, vt habetur in c. fi. de secund. nupt. & voluit Bart. in l. cunctos populos. in v. q. C. de sum. trini. & fid. catho. Et ideo dixit Bal. in l. generali. in fin. C.

2 de sacrosan. eccl. quòd si statutum dicit, quòd mulier † non possit testari sine consensu propinquorum, quòd tamen poterit testari ad pias causas sine consensu propinquorum: quod etiam sentit Bartol. in d. l. cunctos populos. quod dictum refert & sequitur Petr. de Ancha. in repe. c. canonum statuta. in ver. dicit Bald &c. de constitu. & idem etiam dixit

3 Bald. in l. generali. in fi. C. de sacrosanct. eccles. vbi † dicit: statutum dicit, quòd non valeat testamentum, nisi sit positum in archiuo publico, quòd si reperitur testamentum ad pias causas non positum in archiuo publico, tamen valebit: & allegat rationem, dicens, quòd contra priuilegium piæ causæ, quod respicit ipsum dictum & eius ecclesiam, non potest fieri statutum. Et pro istis faciunt dicta per Sali. in authen. cassa. C. de sacrosanct. eccle. & per do. Anton. in ca. relatum. j. de testa. & faciunt alia plura quæ vltra prædicta refert Alexan. in consil. suo cccclij. secũdum ordinem meum, quod incip. viso & diligenter. in iiij. colum. Sed aduertas tamen, quia cõtra illud dictum Bald. in d. l. generali. tenuit Ludoui. Roma. in consil. suo clxvj. incip. viso diligenter. in j. colum. Item circa hanc

4 materiam teneas menti vnum, videlicet quòd † si notarius priuatus officio tabellionatus scribit relicta ad pias causas, non propterea valet eius scriptura, licet pium sit relictum: quia priuilegium testantis vel hæredis vel legatarij non tollit delictũ scribentis. Ita not. dixit Bal. in l. in fraudem. in § si quis. ff. de test. milit. quod dicit esse menti tenendum.

CCCCCLXX.

1 *Dicere non satis, sed quod dicitur probari necess est nu. 3.*

2 *Statutum accusanti præmium deferens, intellige, si accusans*

in accusatione contenta vera esse probauerit: aliàs secus. Et quid de statuto volente, vt de damno dato damnum passi iuramento stetur nu. 4.

1 ADuertas † ad vnum ad quod pauci aduertunt, quod verè est magni ponderis & magni honoris & vtilitatis. Nam habemus, quòd non sufficit alicui dicere, sed illud, quod dicitur, oportet probari. tex. est iuncta gloss. in c. j. de præscript. in vj. & in c. non est de consuetu. eod. lib. & voluit gloss. in l. j. ff. si quadrup. paupe. fecisse dicatur. & gloss. in l. ij. ff. de feriis. & in l. magis puto. in §. illud. ff. de rebus eor. & gl. in l. ait prætor. ff. vi bon. rap. & in l. j ff. de incen. rui. naufra. & glos. in c. super eo. de appel. & in clemen. j. de resti. in integ pro quibus faciunt dicta per Ange. in l. quæcunque. ff. de publi. & per Barba. in consil. suo lvj. incip. proposita mihi. in ij. col. in iij. volu & in consilio lxxiij. incip. viso puncto. in vj. colum. in eod. volu. & ibi in consi. lxxvj. incipi. viso puncto. in ij. col. & ibi in consilio lxxviij. incip. in contingentia. in v. col. & per do. Feli. in c. cùm dilectus. in penulti. col. de accusa. vbi allegat aliam glo. hoc dicentes: de quo etiam per Abb. in consilio suo xxxiiij. inci. super quæstionis materia. in ij col. in prin. & per me in l. qui falsam. in v. col. ff. de falsis. & per Alexã. in consi. lxxviij. incip. viso. in penul. col. in v. volu. & in consi. xxvj. incip. viso. in penult. col. in vj. volu. & ibi in consilio ccxvj. incip. ponderatis. in ij. col. Et facit etiam quod dixit do. Philip. Deci. in consilio suo ccccij. incip. in causa.
2 in vj. col. Item facit † etiam: nam statutũ dans præmium accusanti, intelligitur si ipse accusans probauerit contenta in accusatione esse vera, & non aliter. Ita dixit glos. in c j. in verbo, ostensum. de bis quæ fiunt à maio. par. cap & probatur in c. post electionem & in c. cùm super. de conces. præben. & glo. in l. si cuius appellatio. ff. de appel. reci. & gloss. in l. ij. C quod metus causa. & Alexand. in consilio ccxcvj. in secunda colum. & in consilio lxxj. incipien. videretur in consultatione &c. in ij. colum. in v. volu. de quibus omnibus dixi in practica mea causarum crimi-
3 nal in §. diligenter. nu. 173. cum seq. Et † adeò sunt vera supradicta, quòd nõ sufficit dicere, sed illud quod dicitur, debet probari: quòd etiam si statutum diceret, quòd staretur allegationi alicuius, debet intelligi & probationi. Ita sing. dixit Dominic. de sancto Gemi. in c. non est. per gl. ibi. de consue. lib vj. quod dicit esse bene not. quod dictum pro not. refert & sequitur do. Ant. Burgos in c. cum dilecti. in aj. col. de emp. & ven. Quod dictum summè no-
4 ta ad statutũ † quod habemus hic Bononiæ, volens in aliquibus quòd stetur dicto alicuius, maximè de damno dato: nam debet intelligi si damnum vel damnum dantem probauerit: aliàs non stabitur eius dicto: quod perpetuò tene menti: quia per hoc facies corruere mille accusationes damnorum datorum. Nec obstat si in cõtrarium diceretur, quòd dictum statutum vult, quòd stetur dicto dãnum passi cum iuramento suo, & non simpliciter dicto suo. Quia respondeo, quòd cum requiratur probatio cũ dicto suo, non sufficit loco probationis iuramentũ: quia appellatione probationis intelligitur de probatione valida & legitima, & sic in potiori & in digniori significato: vt habetur in l. j. in §. biduum. ff. quando appellã. sit. & in l. j. in §. qui in perpetuum. ff. si ager vectiga. vel emphyt. pet. & in c. penul. de senten. excommunicatio. & in cap. cùm olim. extrà de testibus. & in §. quoties. Institu. de iure natu. de quo latè dixi in repetitione mea. l. de vnoquoque. in prima col ff. de re iudi. Sed iuramentum non dicitur legitima probatio: vt habetur in pluribus iuribus quæ ego latè adduxi in repetitione mea rubri. C. de probat. in xxvj. col. vbi videas. Ergo iuramentum non sustinebit talem accusationem, ideo tene menti prædicta: quia ex prædictis poteris consequi honorem & lucrum.

CCCCCLXXI.

1 *Testis si à principio dicat, quòd in tali actu fuerunt cum eo Titius & Seius præsentes. & in fine, respondit, quòd nemo erat præsens: an quasi de mendacio & periurio coargui possit? Et qualiter saluandum eius dictum.*

ADiuui semel quẽdam pauperrimum amicum meum à pœna, qui fuit examinatus in testem contra quen-
1 dam diuitem & potentem. nam † dixit, quòd ille diues habuit in depositum ab vno ciue libras centũ: & in principio dicti sui dixit, quòd illi deposito fuit præsens Titius & Seius: postea in fine eius testimonij interrogatus qui erant præsentes quando fuit factum dictum depositum: & ipse testis respondit, quòd nemo aderat: quo audito curia insurrexit contra eum, & formauit inquisitionem de falso & de periurio: tunc ego comparui & dixi, quòd non poterat puniri nec de falso, nec de periurio, eo quia quãdo testis in principio dicit, quòd tali actui fuit præsens talis & talis: & postea dicit quòd illi actui nemo erat, intelligitur nisi illi quos primo dicit fuisse præsentes Ita singula. dixit Alber. de Rosat. quem ibi refert & sequitur Alexan in l. non erit. in §. dato. ff. de iureiuran. & Soci. in l. si quis ita ff de rebus dubiis. & Alexand. in consilio suo clxx. incip. viso instrumento in fin. in vj. volumi. & in consilio cxc. incipient. visis attestationibus. in secunda colum. in vij. volumin pro quibus etiam faciunt dicta per Alexan. in consilio clxxxv. incipient. viso. in secunda colum. in vij. volumi. & in consilio cxcvij. incipien. visis, &c. in ij. col. in eo. volumi & ex istis ego feci illum absoluere ab illa inquisitione: licet ille iudex ægrè ferret, & multum recalcitraret.

CCCCCLXXII.

1 *Ignoranti se esse læsum, cùm minor esset, an tẽpus restitutionis petenda curratl*

1 MVlta † & quamplura operatur ignorantia: vt dixi in l. qui ignorans ff. de fal. quasi per totum. & in l qui falsam. in xj. colum eodem titu. & inter cætera operatur magnum effectum Nam, vt fortè scis, dantur quatuor anni minoribus effectis maioribus ad petendam restitutionem in integrum eorũ, quæ facta sunt in minori ætate quæ sunt nociua ipsis minoribus effectis maioribus, vt habetur in l. fina. C. de tempo. in integrum restit. pet. & in cap. j. de restitutio. in integr. lib. vj & in clemen. vnica. eodem titu & tale tempus quatuor annorũ non currit ignoranti se esse læsum. Et ideo si quis ignorans se esse læsum ex aliquo facto in minori ætate steterit per centum annos quòd non petierit restitutionem, semper illam poterit petere. ita singu. dixit Bald. in l. falsam. C. si ex fal. instrumen. & domi. Alexan. referens Bald. in consilio suo ccccviij. secundum ordinem meum incipi. stantibus his, &c. in vj. colum. in versi. nec obstat, &c de quo etiam dixi in dicta l qui ignorans. in fin. ij. col. ff. de fal. & in l. qui falsam. in xj. colum. eodem titu. & idem dixit Alexan. in consilio ccvij incipien. domine Alexander, &c. in vltima colum. in vij. volumi. & Abb. in cap. j. in fi de præscrip. & Cardina. in dicta clemen. vnica. de restitutio. in integrum. in xxv. quæstio. & Alexan. in consilio iiij incipien. videretur inspectis. in antepenulti. colum. in secundo volumi. & in consilio lxxj. incip. videretur prima consideratione, &c. in vltima colum. in primo volu. & in consil. lxxxiiij. incipien. in causa vertente. in tertia colum. in primo volum. & in consilio cxvj. incipien. perspectis, &c. in ij. colum. in v. volu. & domin. Philip. Deci. in consilio suo xxxvj. in vltima colum. & in consi. xlij. in fi. & in consilio cccij. incipien. In occurrenti casu, &c. in penul. colum. Tene menti quia istud dictum non est parui momẽti, sed est maximæ importantiæ.

CCCCCLXXIII.

1 *Iniuria fratri aut coniuncto à fratre, aut coniuncto illata, quàm quæ ab extraneo infertur, grauior. Vnde licet pater iniuriam filio ab extraneo illatam condonare possit, non tamen illam quam frater aut coniunctus intulit.*

1 GRauior † est iniuria seu offensa facta à fratre vel coniuncto, quàm illa quæ fit ab extraneo & ignoto. ita pbat tex. & ibi Bal in l. cùm oportet. in verbo, grauius. C. de bon. quæ liber. Et ideo scias, quòd licet pater non possit remittere iniuriam factam filio, inuito ipso filio: vt habetur in l. sed si vnius. in § filio. & in §. fi. ff. de iniur. & voluit glos. in l. in personam. ff. de pact. istud tamen intelligas esse verum, quando iniuria fuit illata filio per cõiunctũ: secus autem quando fuit facta per extraneum & ignotum:

ignotum:quia tunc pater potest illam remittere etiam filio inuito. ita dixit Ias. in l. contra iuris. in §. j. in vlti. col. ff. de pact. allegat ad hoc tex. & ibi Bar. Ange. Imo. & Ludo. Roma. in l. Lucius. ff. sol. matri.

ADDITIO.

Adde Roma. singul. xciij. tu habes quòd iniuriam. Nicol. Boer. decis. cxx. patet.

CCCCCLXXIIII.

1 *Mulierem matrimonio constante, ac marito substantia vtente male, ad inopiamq́; vergente, dotem repetere posse. Quando autem maritus vti substantia sua male dicatur.*

1 MVlier † constante matrimonio potest dotem suam repetere à marito, quando incipit male vti substantia sua, & vergere ad inopiam. l. vbi adhuc. C. de iure dot. l. si constante. in prin. ff. sol. matri. cum simi. Et scias, quòd maritus dicitur malè vti substantia sua, quando implicat se pluribus fideiussoribus: & tunc mulier habet legitimam causam repetendi dotem. ita dixit Ang. in l. in personam. in § qui pecuniam. ff. de pact. quem ibi refert & sequitur Ias. & quòd hoc casu quòd maritus dicatur malè vti substantia sua, patet ex illo trito & vulgari prouerbio dicente: qui pro alio iurat, pro se est vna bestia: quòd est vero verius.

CCCCCLXXV.

1 *Homicidio à pluribus ciuibus facto, qui ob absentiam tanquã contumaces veri, ad mortis pœnam citra bonorum confiscationẽ, si unquam in ciuitatis fortiam peruenerint, condemnati sunt: an sufficiens & iusta maximè in casu contento, sit condemnatio. & qualiter veniant huiusmodi contumaces accusati condemnandi, & quid spectandum in huiusmodi condemnatione?*

PRoximis superioribus diebus cõsului in ciuitate Tridenti in vno casu, in quo nõ memini me vidisse aliquem doct. consuluisse: nec etiam audiuisse aliquem ore
1 tenus allegasse. Qui casus talis est: nam † in dicta ciuitate fuit crudeliter interfectus à pluribus ciuibus illius ciuitatis quidam dominus Paulus de Fatis de Tabarellis de Trilaco qui erat doctor V. I. eques & comes familiarisque Imperatoris. Et quidam potestas illius loci condemnauit dictos reos cõtumaces in pœna capitis, si vnquam peruenerint in fortiam ipsius vel successorum suorum. Sed fuit dubitatum vtrum fuerint sufficiẽter & debitis pœnis cõdẽnati? in quo ego dixi & cõsului, quòd non: eo quia debebant etiam condemnari in confiscatione bonorum. quia commiserant crimen læsæ maiestatis, cum dictus dominus Paulus esset familiaris Imperatoris & plura ad hoc adduxi de quibus in dicto meo consilio. Item dixi, quòd vltra dictas pœnas debebant etiam condemnari in alia pœna. Nam debet per peritos & cognoscẽtes dictum dominum Paulum fieri existimatio, quot annis etiam potuisset naturaliter viuere, & quantum singulo anno ex officiis & negotiationibus suis, & ex industria personæ suæ poterat superlucrari: & in tantum sunt condemnandi dicti interfectores, & ad damna & interesse filiorum & hæredum suorum. & ad hoc alleg. tex. not. Instit. de oblig. quæ ex quasi delict. in § iudex. & tex. in l si ff. de his qui deiece. vel effu. & in l. ex hac. ff. si quadru. paupe. feciss. dica. & in l ait lex ff. ad leg. Aquiliam. & in argum. l. Stichum aut Pamphilum. & l si seruum. eo. tit. Et dixi, quòd istud in terminis tenuit Specul in tit. de iniur. in § ij. in ver. sed nunquid pro liberu, &c. & in versi. ibi sequen. & Ioan. Fabr. & Angel. de Aret. in dicto §. iudex. & adduxi etiam Abb. hoc expressè dicentem in c. j. in fin. j. colum. extrà de iniur. vbi alleg. d. l. fin. ff. de his qui deie. vel effu. & d. l. ex hac. & alia etiam adduxi ad corroborationem prædictorum, de quibus plenè in dicto consilio cxv. incipi. notam fac mihi viam, in qua ambulem, &c. Quæ omnia teneas menti: quia hodie videtur iudicibus maleficiorum satis esse cõdemnare occisores hominum in pœna mortis. non habito respectu ad interesse filiorum vel hæredum interfecti: nec habito respectu ad alia supradicta: ideo non tradas prædicta obliuioni, quia facient tibi honorem & vtilitatem adueniẽte casu, & tunc eris mei memor.

CCCCCLXXVI.

1 *Homicidium committens extra domicilium, an ratione originis accusari, vel inquiri, & puniri in loco originis possit? Et quid in terris ecclesiæ nu. 2.*

1 REtro actis † tẽporibus pluries vidi in facto quæstionem illam, videlicet, an committẽs homicidium in aliquo loco extra domicilium suum, possit ratione originis accusari, vel inquiri & puniri in loco originis? in qua dubitatione doct. sunt varii, vt ego latè dixi in repe. mea l. fi. ff. de iurisdictione omni. iudi. nu. 118. cum plurib. nu. ibi seq. Circa quam quæstionem teneas perpetuò menti sing. verbum nunquam tradendum obliuioni, videlicet, quòd in terris ecclesiæ iudex nõ potest inquirere contra subditum ratione originis de delicto commisso extra iurisdictionem ita sing dixit Bald. in l. j. §. ij. in penul. columm. ff. de offic. præfect. vrb. quod dictum refert & sequitur do August. de Ari. in additio. ad tracta. Ange. de Are. super malefi. in verbo, hæc est quædam inquisitio. in viij. char. in additio. incipien. tu autem in hac materia adde quòd Bal. & Ang. in l. fi. & c. quod est summè no. in materia. quod dictum etiam retuli in d. repet. mea l fina. ff. de iurisdi. om. iudi nu. 111. Tene menti: quia sæpe, imo sæpissimè occurrit in facto.

CCCCCLXXVII.

1 *Mulier secundum matrimonium iniens honestè viuere, voluntatemq́; viri seruare censetur, qui in testamento dixit, lego vxori meæ, si castè viuat, nec ob secundas nuptias legatum perdet. Et vide distinctionem Bald. in hoc. nu. 2. 3. & 7. vide limitationem ad omnia. nu. 8.*

4 *Propositum in mente retentum nihil operatur*

5 *Iura volentia testatoris voluntatem spectandã esse, intelligi quando de huiusmodi voluntate apparet dispositiuè. Nam non sufficit testatorem ita voluisse, nisi disponat nu. 6.*

6 *Grauatus si quis sit a testatore si decesserit sine liberis, liberis extantibus fideicommissum cessat. & licet liberi fideicommissum cessare facientes postea sine filiis decedant, non per hoc admittetur substitutus, quamuis verisimiliter id testator voluisse videatur.*

9 *Vxor a marito in bonis suis relicta vsufructuaria, ad secundas nuptias transitus v[...]fructum non amittit.*

1 MVlier † contrahendo [...]cundum matrimonium dicitur honestè viuere, [...] seruare v[o]luntatem viri qui in testamẽto dixit, lego vx[ori] meæ si [c]astè viuet. [i]ta Nicena synodus. xxxj. dist. per quem tex di[c]it Bart. in l mulier. in § cùm proponeretu[r]. ff. ad Treb[el]l. quod vxor non perdit legatum sibi fa[ct]um à marito, si castè & honestè vixerit transeundo ad secunda vota. pro quo etiam est tex. ibi secundũ Bar & alios in verbo, mulieris pudicitiæ, &c. quod etiã voluit Abb. in c. quod ad te. de cle. cõiug. & in c. vt cle-
2 ricorũ. de vit. & honest. cle. Bal † autem in l si. in j col C. de indic. vid. tol. in hoc distinguit: dicens quod aut legatum fit vxori per maritum sub illa conditione, si castè & honestè vixerit, aut fit ei per patrem, fratres, vel coniunctos ipsius mulieris. Primo casu perdit legatum transeundo ad secunda vota: quia per talem transitum contristatur anima mariti. secundo verò casu transeundo ad secunda vota non perdit legatum. & hanc distinctionem etiã tacit & approbat Ange & Io. de Imo. in dicto §. cum proponeretur. dicentes idem esse in legato facto per filium matri sub illa conditione, si castè & honestè vixerit: nam per matrimonium sequens etiam filiis fit iniuria: vt in authẽt. de non eligen. secundo nuben. in §. primo. & idem etiam dixit Angel. in dicta authentic. de non eligen. secundò nuben. in § cum igitur. vbi facit eandem distinctionem. & idẽ videtur tenere Bald in l. Deo nobis. in iiij. col C. de epis. & cle & in l. vnica. in xv. no. C. de rapt. virg. & cõtra Bar & sequaces in d. §. cùm proponeretur. tenet Ias sequendo dictam distinctionem in l. fin. in fin C [de] indic. vid. tol. vbi dicit, quòd Bar. in dicto § cùm propone-
3 retur. fortiter æquiuocauit. † Mihi autem, & si minus sim, videtur quòd imò Barto & sequaces optimè loquantur, siue loquamur in marito vel in filiis, siue in patre vel aliis

affinibus mulieris. nam si per maritum vel filios sit fa-
ctum legatum vxori, si caste & honestè vixerit, si transeat
ad secunda vota, tamen debebit etiam tunc habere le-
gatum: cum etiam tunc dicatur castè & honestè viuere,
vt in dictis iuribus. Nec obstat illud quòd per transitum
ad secunda vota contristatur anima viri, & fit iniuria fi-
liis. Quia dico hoc esse imputandum marito & filiis qui
non dixerunt, si castè & honestè vixerit, & vitam vidua-
lem seruauerit. parum erat eis addere illud verbum, & vi
tam vidualē seruauerit: & ideo eis est imputādū, iuxta ea
quæ habentur in l. veteribus. ff. de pac. poterant enim le-
ges apertius dicere ergo sibi imputent, cū hoc esset in eo-
rum potestate. pro quo faciunt dicta per Ioann. de Imol.
in consi. suo cvj. incip. in causa quæ vertitur, &c. in ij. col.
post princ. Præterea hoc cōfirmatur: nam quod testator
non loquitur, velle nō præsumitur, secundum Bal in l j. §.
si autē ad deficientis. C. de cadu. tol. & non sufficit testa-
torem velle, nisi disponat: secundum Bal. & Ioan. de Imol.
in l. quidam cùm filium ff. de hæred. insti. & pro hoc facit
4 regula illa, videlicet † quòd propositum in mente reten-
tum nihil operatur: vt in l. si repetendi. C. de condict. ob
cau. quod voluit do Philip. Deci. in consi. suo ccclxij. in-
cipient. punctus de quo, &c. in princ. ij. colum. & in consi.
ccclxix incip in iudicas. in j. colum. & in consi. ccclxxxiiij.
incip. in casu in vlt. colum. & in consi. ccv. incip. in causa.
in ij. col. Nec prædictis obstat si dicatur quòd coniectu-
rata tacita voluntas testatoris in testamentis & vltimis
voluntatibus habetur pro expressa, & attendenda est, vt
habetur in l. in cōditionibus primum locum. ff. de cond.
& demon. & in l. cum acutissimi. C. de fideicom. & in l.
pen. ff. de leg j & in l fideicommissa. in §. item si quis. de
leg. iij. & sufficit voluntas etiam tacita, quæ ex coniectu-
ris colligitur. l. cùm proponeretur. in fin & l. qui solidum.
§ j. ff. de leg. ij. & l. cùm auus. ff. de condi. & demon. & l. li-
cet Imperator. & ibi Bart. ff. de leg. j. & in l. cum virum C.
de fideicom. cum simil. ita in hoc casu debet attendi &
haberi pro expressa hæc cōiecturata mens & volūtas ma
riti vel filiorum, scilicet quòd vxor vel mater non trans-
eat ad secunda vota, cùm ex tali transitu eis fiat iniuria
5 & molestia, vt dixi suprà. Quoniam respondeo, † quod iu
ra quæ dicunt attendendam esse voluntatem testatoris,
intelliguntur quando apparet de tali volūtate testato-
ris dispositiuè: quia, vt suprà dixi, non sufficit testatorem
ita voluisse nisi disponat. pro quo facit text in l. Gallus. in
§ quidam rectè. in ver. vt eo casu valeat qui ex verbis con
cipi possit, &c. quem text. ad hoc ponderauit Bald. in c.
secundo requiris. de app. apostil. text. ibi in verbo, inten-
tioni. vbi alleg etiam bonum tex. in l. si alij. ff. de vsufruct.
leg. in fin. vbi interdum plus valet scriptura quam quod
actum sit. & ideo dicit Bal in cap. mandatum. de rescrip.
quòd voluntas testatoris tacita retenta in corde non at-
tenditur, sed illa quæ cohæret expressè pro expressa habe
tur quæ omnia ad hoc propositum adducit immortalis
ille Decius in consil. suo ccv. incip. in causa istorum. in ij.
6 colum. Et pro istis facit, nam † grauatus à testatore, si de-
cesserit sine liberis, extantibus liberis cessat fideicommis
sum: & dato quòd liberi, qui faciunt deficere fideicom-
missum, postea moriantur sine filiis, non tamen admitti-
tur substitutus, quamuis verisimiliter ista fuisset intentio
testatoris: tamen quia vlterius non disposuit, non admit-
titur substitutus. ita dixit Old. in consi. suo xxj. incip. the-
ma tale est, &c. & Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de testa.
§. in primis. in vlti. quæstio. quem refert & sequitur Paul.
de Cast in l. ex facto. in. §. pen. ff. ad Treb. & in cons. clxxij.
incip. ne impropriis vtamur vocabulis, &c. in penul. col.
& Abb. in consil. suo xl incip. venio ad primum. in j. du-
bio. in j. vol. & Alex. in cons. xxxj. incip. pōderatis his, &c.
in prin. in iij. volum. quos omnes refert & sequitur dom.
Philip. Deci. in consi. suo ccclxxxiiij. incip. in casu propo-
7 sito. &c. in vlti. col. Ex † quibus mihi videtur quòd opinio
Bar. & sequacium in d. l. mulier. §. cùm proponeretur. ff.
ad Trebellia. sit verior, siue loquamur in marito vel in fi
liis, siue in patre vel aliis relinquentibus mulieri, si ca-
stè & honestè vixerit, quòd transeunte ad secunda vota
8 non perdat relictum per supradicta. Sed † ista tamen
omnia singul. limita esse vera in muliere transeunte ad
secunda vota: secus autem si transiret etiam ad tertia vo-
ta: quia tunc perderet tale legatum. ita not. dixit Ang in
§. hoc ideo. in auth. quomodo opor. episc. quod dictum
pro not. refert & sequitur do. Feli. in cap. si cautio. in xiij.
col. in ver. & hic est, &c. de fide instru. sed in alia stampa
est xiiij. col. & voluit Alex. in d. l. mulier. in d. §. cum pro-
poneretur. ff. ad Trebel. quod dictum poteris addere ad
materiam geminationis, quam ego in pluribus locis po
sui in operibus meis. Et circa materiam testi[illegible] facti vxori
9 per maritum, scias † quòd si vxor sit relicta vsufructuaria
à marito in bonis suis, non perdit vsumfructum, si transit
ad secunda vota. ita not. dixit do. Franc. de Aret in consi.
suo xl. incip. præsupponitur. in penult. colum. vbi allegat
ad hoc text. in authent de nupt. in §. si verò solum vsum-
fructum. & in authent. hoc locum. C. si mulier secun. nups.

CCCCCLXXVIII.

1 *Metus, vt vires metus obtineat, talis esse debet, qui vel in con-*
stantem virum cadat. Quod ad mulierem quoque porrigitur.
Et quid de minis testibus propositis. num. 2.

1 Metus † ad hoc vt operetur vires metus, debet esse ta-
lis, qui cadat in constantem virum: vt habetur in l.
iij. in § metum. ff. quod met. cau. & in l. interpositas. C. de
transact. & idem in muliere si tractamus de metu mulie-
ris, nam debet esse talis qui cadat in constantem mulie-
rem, secundum glo. in c. cùm locum. extrà de spon. qu[illegible] m
ad hoc alleg. do. Ant. in cap. consultationi. quod met. cau.
de quo etiam per Ioan. de Ana. in cap. iij. in vlt. [c]olum. de
2 homicid. Istud tamen † limita non habere locum in mi-
nis illatis testibus ad hoc vt minans perdat causam: nam
non requiruntur minę quæ cadant in constantem virum:
sed quales quales minæ sufficiunt. ita not. dixit do. Barth.
Belenzinus aliàs auditor Rotæ in cap. super eo. de te[st]i
cogn quod verbum pro notabili, prout est, ego retuli in
repetitione mea rubricæ. C. de probationibus. in xl col.
ver. tamen in casu isto, &c.

ADDITIO.

Adde Roma. singul. 319.

CCCCCLXXIX.

1 *Correlatiuorum eandem censuram esse. Quod limita in filiis vel*
aliis descendentibus, quando ascendentibus succedunt, qui bo-
na inter se conferre debent: quod secus, quum ascendentes fi-
liis, vel aliis descendentibus succedunt, vbi non fit bonorum
collatio.
2 *Testamentum imperfectum inter liberos à patre conditum licet*
valeat, tamen econtrario testamentum filij inter patrem vel
alios ascendentes imperfectum non valet.

1 Correlatiuorum † eadem est censura: vt in l. fin. C. de
indic. vid. tol. & ibi late per scriben. & in l. . C. de decu-
rio. libro xj. & in l non tantum. ff de re iud. de qua mate-
ria latè loquutus sum in l. si quis viduam. in v. colum. ff. de
quæstio & in l. seruo. inj. colum. ff. ad leg. Cor. de sicar Sed
ista regula limitatur in vno casu nor nam licet fil[ii] vel
alij descendentes quando succedunt ascendentibus te-
neantur inter se bona conferre, per totum tit ff. de [c]olla.
bon. & C. de colla. tamen econtrà, quando ascendentes
succedunt filiis vel aliis descendentibus, non tenentur
inuicem cōferre, ex quo illud non reperitur statutum. ita
sing. dixit Bald. & Alexand. in l. si emancipati. C de colla.
quos refert & sequitur Ias. in l. filium quem habentem.
2 nu. 7. C. famil. erc. vbi etiam in simili adducit aliud, † vi-
delicet, nam licet valeat testamentum imperfectum con-
ditum à patre inter liberos. vt in l hac consultissima. in §.
ex imperfecto C. de testa. & in l. si. C. fa. erc. tamē econtra
testamentum filij inter patrem vel alios ascendentes im
perfectum non valet. alleg hoc volu[i]t Specu. in titu. de
instr. edi. in §. cōpendiosè. ver. quid si filius. & Bal. & Sal[y]
in d. l. si C fa. erc. & Bal. in l hac consultissima in § fin per
illum text. C. de testa. & in l si qua illustri[s] C ad Orfi[t]. &
Alex. in d. § ex imperfecto. quæ omnia addere poteris in
materia correlatiuorum.

CCCCCLXXX.

1 *Acta in iudicio summario fidem non faciunt in plenario. Con[fe]ssio*
tamen

tamen in summario facta probationem inducens, probat quoque in plenario. Quod limita, vt hic. num. 2.

1 ACta † facta in iudicio summario non faciunt fidem in plenario secundum Bar. in l. ij. in §. hoc edicto. in iiij. col. ver. quæro vtrum ff. vi bo. rapt. & volunt can. in c. veniens. de testi. & Abb. in c. causam quæ. eod titu. quod idem est in sententia per l. penult. cum gloss. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & voluit Bar. in l. qui Romæ. in §. duo fratres. in v op. ff. de ver. obl. & in l. j. C. de ord iud. de quo dixi in repe. mea. c. at si clerici. nu. 87. de iud. Scias tamé, quòd probatio facta per confessionem in iudicio summario probat in iudicio plenario: ita sing. dixit Innoc. in c. cum dilectus. de ord. cogn. quem refert & sequitur Bar. in c. at si clerici. in vij. col. in prin. extra de iud. Quod
2 † tamen ipse ibi limitat, dummodo talis confessio fuerit facta super libello vel processu valido, aliàs secus: de quo ibi latè per eum. Et pro illo dicto Inno. facit quod voluit Bal. in l. cum mulier. in xiij. co. in ver. deinde quæro. ff. soluto matrimonio. vbi dixit, quòd cõfessio plus operatur, quàm aliqua species probationis: quod est not. de quo fecimentionem in repetitione mea dicti cap. at si clerici. num. 12. de iud.

CCCCCLXXXI.

1 *Crimen falsi cæteris est detestabilius, habétque specialia quædam quæ non habent reliqua. Nam in hoc crimine ex confessione incidenter etiam facta puniri quis potest: in alijs criminibus non æquè, sed vt principaliter facta sit requiritur.*

VT dixi tibi suprà in sing. clxiij. incip. crimen falsi. & in rub. ff. ad l. Cor. de fal. in iij. & iiij. col. & suprà in
1 sing. cccccvij. incip. viget quandoque, &c. crimen † falsi est detestabilius omnibus alijs criminibus, & habet aliqua specialia quæ non habet alia crimina. & in dictis locis de hoc adduxi plura exempla. Sed nuper do tibi aliud speciale in ipso crimine falsi. Nam tu scis, quod confessio ad hoc vt noceat confitenti requiritur, quod sit facta principaliter, non incidenter, vt dixi & ostend. in l. in princ. in xv col. ver. & vltra prædicta. &c. ff. de quæstio. & in d. l. in §. diuus Antoninus in iiij col. ver. potest tamen huic dicto. eod. tit. & in sing. cccxxiij. suprà incip. plures sunt casus, &c. in princ. tamen hoc non habet locum in crimine falsi, in quo quis puniri potest, etiam ex confessione facta incidenter secundum Petr. de Anchar. in consi. suo clxxij. incip. circa primum. in penul. col. ver. ex cuius dictis, &c. quod dictum refert & sequitur dom. Philip. Dec. in c. at si clerici in ij col. versi. sed ista limitatio. extra de iud. & hoc poteris addere in dictis locis, vbi ego tetigi hanc materiam falsi.

CCCCCLXXXII.

1 *Legis verba cui non conueniunt, nec eius quoque dispositio conuenit. Et quod in cõtractu non dicitur, pro nõ intellecto habetur.*
2 *Rusticus si domino promisit vineas plantare aut vites in fundo, ac quartam fructuum partem illi dare, si alias arbores ibi plantauit, quartam quoque partem fructuum illarum dare debebit, etsi de eis dictum sit nihil. nu. 2.*

ACcipe not. verbum cuius contrarium prima facie
1 quilibet diceret. Nam † vulgata est regula in iure, quod cui non conueniunt verba legis non conuenit eius dispositio. l. iiij. in § toties ff. de dam. infect. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accu. & l. ita autem. in prin. ff. de admin. tut. cum simil. quæ adduxi suprà, in singu. cccxxxix. incip. cui non conueniunt verba legis, &c. Pro qua regula facit quod voluit Bald. in l. ij. per illum text. C. de nau. fœ. vbi dixit, quòd illud quod in contractu non dicitur, pro non intellecto habetur. Scias tamen & teneas menti perpetuo sing. verbum, videlicet † quòd si rusticus promisit
2 domino plantare vineas vel vites in fundo, & dare quartam partem fructuum domino, quòd si plantauit in fundo alias arbores, quod similiter tenetur dare quartam partem fructuum domino, licet de eis nihil dictum sit. ita sing. dixit Ioan. Andr. in addi. Specu. in titu. de loca. in §. j. in ver. quid si colonus. mouetur ad hoc per text. in § fi. instit. vi bo. rapt. & per l. tale pactum. § fi. ff. de pact. quod dictũ pro sing. refert & sequitur Ias. in l. quicquid astringendæ in iij. col. in fi. ff. de verb. obl. vbi dicit, quòd forte hoc alibi in specie non habetur & idem dixit ipse Ias. in l. stipulatio ista. in §. in stipulatio[nibus] ... Quod dictum addere poteris ad materiam regulæ ... gatus debet sapere naturam i[ll]ius, in cuius lo[cu]m subrogatur: de quo aliquid dixi suprà in singul. cclv incip. subr[o]gatu[s], &c.

CCCCCLXXXIII.

1 *Titius cum Seio pacem init hac lege, quod ipse, nec Caius, nec Petrus, nec eius affines eum offenderent, pro quo fideiussores dati sunt & se obligarunt hoc modo, pro quo ... tale[s] fideiusserunt, &c. an hoc casu huiusmodi fideiussores teneantur duntaxat, si ipse Titius Seium offenderit. an verò teneantur pro offensa facta à quocunque in instrumento nominato?*

1 TItius † fecit pacem cum Seio, & promisit quòd ipse, nec Caius, nec Petrus nec affines sui, offend[erent] ... dictum Seium sub pœna mille: & pro hoc præstitit fi[deiusso]res qui se obligarunt hoc modo, videlicet, pro quo ... tio tales fideiusserunt, &c. an hoc casu tales fi[deiussores] teneantur solùm si dictus Titius offenderit ... an verò teneantur pro offensa facta à quocunque no[mi]nato in dicto instrumento: in quo dicas, quòd teneatur solum pro offensione facta per dictum Titium. ... not. dixit Bal. in consi. suo c... incip. anno domini, &c. in ... vbi alleg. iura & rationes de quibus ibi per eum. quod ... sing. not. cùm sæpe fiant instrumenta modo quo sup[ra].

CCCCCLXXXIIII.

1 *Probationem per coniecturas & indicia admitti in his quæ difficilis probationis sunt. Et vbi maxima est difficultas, tunc ... re parui præiudicij iuramento statur.*

1 PLuties † & in pluribus locis aliàs dixi tibi, quòd in his, quæ sunt difficilis probationis, admittitur probatio per cõiecturas & indicia: de quo dixi in sing. meo, & in repet. mea rub. C. de probat. in iij. col. in ver. ad prædicta, &c & ibi in lxiij. col. in fi. & dixi etiam in pluribus cõsiliis meis, quæ omitto breuitatis causa. Et circa hanc materiam difficilis probationis tene menti no. verbum,
2 videlicet quòd vbi est maxima difficultas probationis, tunc statur iuramento, maximè si res est parui præiudicij: ita dicit Bal. in l. qui accusare. in i colum. C ... quod dictum pro not. refert & sequitur Alex. in ... fin. C. de fent. quæ pro eo quod inter. quod profecto est no. quia quotidie euenit in [fa]cto in iudiciis, in quibus non habentur probationes, & difficile esset eas habere.

CCCCCLXXXV.

1 *Probationes generis diuersi ad plenam fidem faciendam non coniungi, nisi quum quælibet per se in suo esse perfecta est. Si tamen vnus testis de veritate ac fama deponat, alter verò de fama tantum, tunc sane coniungerentur ac plene probarent, quasi duo testes de fama sint, &c. num. 2.*

1 PRobationes † diuersi generis non coniunguntur ad faciendam plenam probationem, nisi quando quælibet probatio est de per se perfecta in esse suo, secundum Bal. in l. si quis ex argentariis. post prin. ff. de eden. de quo plene satis remissiuè dixi in l de minore in §. plurium. in xvi[j] ... ver. & bene aduertas, &c. de quæst. & in l. [om]nibus facinoris & in §. testes torquendi. in ... col. eo. tit. & in repetitione mea rub. C. de proba. in lxii. colum. in versic. item sc[i]as, &c. de quo etiam per Soci. in consi. suo lxxxi[...] incip. in causa. in vij. colum. in j. volu. & per Iaso. in repet. l. admonendi. in xcvj. colum. cum tribus col. ibi sequen.
2 de iureiur. Scias † tamen, quòd si vnus testis deponeret de veritate & de fama, alius verò testis deponeret de fama tantum, isti duo testes coniungerentur, & plene probarent, quasi sint duo testes de fama: & sic primus testis subeat officium duorum testium. ita multum sing. dixit Bal. in l. Gallus. in §. ille casus. in iij. notab. per illum text. ff. de liberis & posthumis quod dictum Alexan. ibi in ij. col. exclamat vsque ad cœlum: & dicit, quod istud dictum alibi non reperitur: postea illud reprehendit ex tribus rationibus: sed postea vltimo loco illud approbat: & dicit, quòd non habet aliquem contradictorem. quod dictum refert & sequitur Ias. in l. admonendi. num. 99. circa fin. ff. de iureiur. vbi videas.

CCCCCLXXXVI.

2 *Stipulationem impersonalitas ex parte stipulantis non vitiat: quandoquidem in dubio pro se suisque hæredibus stipulationem recepisse præsumatur.*

Et quid si quis stipulatus sit hoc modo: promittis mihi recipienti, pro eo quem declarabo, & postea neminem declaro: an vitietur stipulatio nu. 2.

1 IMpersonalitas † ex parte stipulantis non vitiat stipulationem: quia præsumitur in dubio stipulationem rece-
2 pisse pro se & pro hæredibus suis. Et ideo † si sum stipulatus hoc modo: promittis mihi recipienti, pro eo quem declarabo, postea neminem declaro, an vitietur stipulatio? dicas quòd non. ita dixit Bald. in l. j. ad fi. ff. de pac. sed de hoc est text. expressus in l. secundum responsum. C. de contrahen. & commit. stip quem teat. ad hoc alleg. Bald in l. cùm post. in §. gener. in reportatis antiquis. ff. de iure dotium. vt refert dom. Alexand. in l. ita stipulatus. in xiij. col. ff. de verb. oblig qui pro hoc etiam alleg tex. in c. j. de feudo non habente propriam naturã feu. quæ omnia refert & sequitur do. Ias. in d. l. ita stipulatus. nu. 6. quæ lex est vltima lex, quam ipse legit in tit. ff de verb. obli. Et prædicta addere poteris ad materiã incertitudinis, quam satis latè posui in repet. mea rubric. C. de probat. in fin. & ad prædicta vide quæ dixi in d. repet. dict. rubri. de probat. in lxxix. col. in princip. ver. item vitiat stipulatio, &c.

CCCCCLXXXVII.

1 *Qualitatem extrinsecam in dubio non præsumi. In negotijs autem antiquis huiusmodi qualitatem probare non expedit. vt quod notarius instrumenti notarius fuerit nu. 2.*

3 *Instrumenta si qua vnius ciuitatis antiqua ad aliam ciuitatem producũtur, non opus est litera testimonialem extra deferre.*

1 QValitas † extrinseca in dubio non præsumitur. l. quæcunque. ff. de pub. l. si emãcipati. in ver. emancipatũ probauerit. C. de coll. l. denique. ff. ex quib. cau. maio. de quo habetur per Soci. in consi. suo lxviij. incip. visa, &c in j. & in ij. col. in iij. vol. & per do. Feli. in c. sicut. in xiij. col. de re. iud. & per Alex. in cons. cj. incip super j. dubio &c. in ij. & iij. col. in vij. vol. de quo ego latè loquutus sum in cõsi. meo. xcvj. incip. diuino &c. inter cõsilia ciuilia: & per Bal.
2 in l. ij. in xvj. col. C. de serui. & aqua. attamen † hoc fallit in antiquis, in quibus non expedit probare istas qualitates extrinsecas. & ideo non oportet probare, quòd notarius fuerit notarius: quia ex ipso actu ita antiquo oritur præsumptio quòd fuerit notarius. ita not. dixit Bald. in auth. quas actiones. ad fi. C. de sacrosan. eccle. vbi ad hoc alle. Inno. in c. veniens. de verb. sig. quod dictum refert & sequitur Alex. in consi. suo cl. incip. in causa appellationis.
3 in princ. iij. col. in vj. volum. Ex † quo potes notare, quòd quãdo producũtur aliqua instrumẽta antiqua de aliqua ciuitate ad aliam ciuitatem, non est opus portare literã testimonialem affirmantẽ & fidem faciẽtem illum notarium descriptũ in talibus instrumentis esse vel fuisse notarium, vt communiter fit. quæ omnia nota in practica.

CCCCCLXXXVIII.

1 *Mulier in dotem bona sua omnia in dubio dare iure communi non præsumitur.*

2 *Quid in patria statutaria, habes ibid.*

1 DE iure † communi mulier non præsumitur in dubio dare omnia bona sua in dotem: vt habetur in l. fin. C. de repu. & in auth. de nupt. in §. si quis enim. & voluit Barto. in disputa. sua incipient. quædam mulier habens amplum patrimonium &c. & in l. ij. in principio. circa ij. colum. ff. solut. matri. & Bald. in l. nulla. C. de iur. dot. & in l. fi. C. de seo quæ sine cer. quanti. & idem Bald. in authen. res quæ. C. commu. de leg. in iij. colum. in ver. quæro nunquid mulier. & idem tenet Salicetus in dicta l. fina. C. de repu. & Ioannes de Imola, in l. j. in viij. colum. ff. solu. mar. & Paulus de Cast in authen præterea. [illegible] vnde vir & vxor. de quo etiam per Ludouicum Roma. in consil. suo xliij. incip. ex supra narrato themate &c. in ij. colum. ad fin. Quinimo etiam si maritus teneret & possideret bona mulieris, & fructus percepisset etiã per decennium, [illegible] te & patiente muliere, non videtur mulier dare in dotẽ: quia agitur de magno præiudicio mulieris, saltem in casu quo statutum disponit, quòd muliere prædecedẽte maritus lucretur aliquam partem dotis: vt concludit Bart in dicta sua disputatione per id quod habetur in l. mulier. C. de rei vend. & per not. in l. ij. C. commu. diui. & per not. per doc. in l. cum de in rem verso ff. de vsu quæ omnia refert & sequitur Alexand. in consil. suo cxxi. incip. viso processu &c in iij. & iiij. colum in vij. volu. & [illegible] in consi.
2 cxlij. incip. viso statuto. in ij. col. in † hac autem nostra ciuitate Bonon. in hoc non sumus in termi[illegible] munis: sed habemus statutum positum sub [illegible] de dotest. in §. præterea ordinamus &c. quo expres[illegible] cauetur quòd mulier intelligatur omnia sua bona dare in dotem quando nubit, quod statutum passim seruatur. Sed scias tu, & teneas menti perpetuò, quòd dictum statutum non habet locum in muliere minore xxv. anni[illegible] nubente. ita sing. per optimas rationes & iura dixit Petrus de Ancha. in consil. suo ciij. incip. ista domina Ioan &c. quem refert & sequitur Socin. in consilio suo lxxx. incip præsens consultatio. in j. col. in iiij. volu. Tene menti, quia plures sunt mulieres quæ traduntur nuptui in minori ætate xxv. annorum, quàm in maiori, vt docet experientia.

CCCCCLXXXIX.

1 *Prouisionem pœnalem per rectores ciuit. Bononien. super d[illegible] mulierum nubendarum, tanquam contra iuris communis regulas factam nullam ac inualidam esse. cum matrimonia iu[re] dictante libera esse debeant. nec valet statutum per quod impeditur matrimonium nu. 3.*

2 *Matrimoniũ canon iure sine patris cõsensu validũ esse. Et [illegible] statutũ super matrimonio non valet, sic nec super ipsi[illegible]*

1 ALias † de anno 1520. per regimina huius incl[y]tæ ciuitatis Bonon. facta fuit quædam meta seu prouisio pœnalis super dotibus mulierum nubendarum, de qua multi admirati sunt: & ego quoque non potui non mirari. Primò quia talis meta seu prouisio e[st] contra regulam iuris, quæ habet, quod in re sua quilibet est moderator & arbiter etiam abutendo: vt habetur in l. [illegible] mandata. C. mandat. l. etiam. § primo ff. solut. matri[mo]. non vsqueadeo. ff. si quis à par. tue. manu. & l. sed [illegible] in §. consuluit. ver. vel dum se abuti putant. ff. de pet [hæ]r[edi]tate. cum simi. Secundò quia talis meta facta super dote est nulla & inualida. Quod ostendo: nam habemus clarũ in iure, quòd matrimonia debent esse libera. cap gemma. cap cum locum. cap. requisiuit de sponsa. & non valet statutum per quod impeditur matrimonium: vel per quod tollitur libera facultas contrahendi matrimoniũ secundum Ioannem Andr[e]am in capitulo statutum. de hæ[re]t[ic]. in vj. in noue la. quem refert & sequitur dominus Alexande[r] [illegible] rissime affirmans hanc partem in con[sil]io suo xcvij [in]cipiente, principalis dubitatio &c. in primo volu[illegible] totum, vbi singu[lariter] loquitur & [illegible] consilio [s]uo [illegible] volum. & in con[sil] ccix. incip. ponderari [illegible] sexto volum. & in rubr. ff. solut. matrimon. in v[l]tim[illegible] & in l. Scius & Angerius. in prima colum ff. [illegible] vbi refert se ita consuluisse & idem tenet Abb[illegible] lxv. in princip. in secundo volum. & in [illegible] clare materia. i[n] primo dubi[o] in j. volu. & Ang. [illegible] xxix. incip. ex themate &c. in princip. & Petrus d[illegible] in consil xx. incip. pro solutione dubiorum. i[illegible] dubio. & dominus Franciscus de Cur[te] in consi[lio] suo xxv incipiente magnificus vir. in primo dubio. & Frid[eri]c[us] de Sen. in consili[o] suo xxxvj. incipiente casus &c. & Iason in l. fin[illegible] in vltima columna. ff. qui [illegible] cog[illegible] l. omnem. in fin. [illegible] ad Tertul & ibi[illegible] in ad & Ias. l. ij. in §. quod [illegible] in pa[illegible] in octaua columna [illegible] solu. matrim. & dominus [illegible] in cap [illegible] de re iudic. & Corset. in not. su[illegible] in ver [illegible] statu quod inter homines &c. & do[illegible] primo. in sexta columna. de spon[illegible]
2 partem: pro [illegible] facit, nam [illegible] se su patri de iure canonico, quod [illegible] tri[m]onio: ita voluit gloss[a] [illegible] capitulo [illegible] nali. xx [illegible] quæstione secunda. & corrigitur [illegible] quod dicitur in l. [illegible] nup. in princi. & idem voluit glossa in capitulo [illegible] de spons.

desponf.impub. & hoc ibi firmat Abb. post glo. & idem
firmat. Philip. Dec. doctor diuinus in consi. suo ccxxxj.
incip. visio casu &c. in ij col. vbi refert prædicta: vnde sicut
non valet statutum super matrimonio, ergo nec etiam va
let super accessoriis ipsi matrimonio: & sic cùm dos sit ac
cessoria ad matrimonium, vt est glo. in c. si annum quar-
tumdecimum. de iudi. in vj. & sine quo esse nō potest dos:
in l. ij. C. de don. ante nup. ergo non valet etiam statutum
seu prouisio super dote. ita not. dixit Pet. de Anch. in con-
silio suo xx. incip. pro solutione dubiorum. quem refert
& sequitur Soci. in consi. suo lxxx. incip. præsens consul-
tatio &c. in penul. colum. in iiij. volu. & idem dixit Alex.
in d. suo consil. xcvij. incip. principalis dubitatio &c. in
iiij. & in. vj. col. in j. volum. vbi sing. loquitur, & respondet
ad cōtraria quæ adduci possent: de quo ibi latè per eum:
3 quem vide. Et † ideo ex istis dico, quòd illa meta seu pro-
uisio facta super dotibus est nulla & inualida: & pro hoe
faciunt optimè dicta per Pau. de Castr. in consi. suo lxxj.
incip. visis & ponderatis. in j. col.

CCCCCXC.

1 *Acta iudicij licet coram iudice fieri debeant, & eidem iudi-
cis probationes fiori non notario, tamen appellatio in scriptis
intra decem dies facienda coram notario ipsius iudicis qui sen
tentiam tulit fieri potest, maximè quando iudicis copia habe-
ri non potest. nu. 2.*

3 *Statuto disponente, quòd sententia executioni mandetur, nisi ap-
pellatio interponatur intra decem dies, & libellus intra vi-
ginti porrigatur, & cautio de soluendis expensis præstatur,
satis fuerit, si huiusmodi cautio notario ipsi præstita fuerit.*

4 *Confessionem coram actorum notario factam, in iudicio factam
censeri. Et sic actus iudicialis dici potest, qui coram iudice fa-
ctus non est.*

1 LIcet † acta iudicij debeant fieri coram iudice, & pro-
bationes debent fieri iudici & non notario: vt in l.
quinquaginta ff. de prob. & voluit glo. in l. iubemus. C. de
libe. cau. & glo. in l. hac consultissima. C. de test. & habe-
tur per cano. in c. quoniā contra. de prob. & per Bal. in l.
ij. C. de eden. & per Ang. & Imol. in l. si finita. in §. Iulianus.
ff. de dam. infec. de quo latius dixi in. l. j. in prin. in iiij. col.
ver. septimò requiritur. ff. de quæst. & in l. de minore. in §.
plurium. in ij. col. eod. titu. & in practica mea causatum
2 crimi. in §. postquàm. nu. 10. Attamen † tene menti in pra
ctica, quod appellatio in scriptis, quæ debet fieri intra de
cem dies, vt in authen. hodie. C. de app. potest fieri corā
notario illius iudicis qui tulit sententiā: præcipuè quādo
non potest haberi copia illius iudicis: ita dixit Guid. de
Suza. & Bal. in auth. quę supplicatio. C. de preci. imp. offe.
quod dictum ibi pro valde not. refert & sequitur Ias. & di
cit, quòd Rapha. Fulg. ibi refert se consuluisse in ciuitate
3 Vincentiæ † vbi statutum disponit, quòd sententia mitta-
tur executioni, nisi appellatio interponatur intra x. dies,
& libellus porrigatur intra xx. & præstetur cautio de sol-
uendis expensis: quòd satis fuit talem cautionem fuisse
præstitam ipsi notario. Item adducit etiam Iaso. vbi su-
prà, Bald. in l. penul. ff. de fideiuss. vbi no. ex illo tex. quòd
4 † confessio facta coram notario actorum, dicitur facta
in iudicio. Item adducit etiam Paul. de Cast. in l. iusiuran
dum quod ex conuentione. in §. pupillus. ff. de iureiur.
vbi per glos ibi dicit, quòd actus potest dici iudicialis, li-
cet non sit factus in præsentia iudicis: quæ omnia tene
menti in practica.

CCCCCXCI.

1 *Statuto disponente, quòd pater legitimam filij delinquentis fisco
assignare teneatur, auum non comprehendi.*

2 *Statuto cauente, quòd pater condemnationem pro filio soluere te
neatur, nō cōstringetur pro nepote, & sic auus nō cōtinebatur.*

1 EXtant † quandoque statuta in ciuitatibus Italiæ qui-
bus cauetur, quòd pater teneatur assignare legitimā
filij delinquentis fisco. Sed tu scias, quòd tale statutum
non habet locum in auo: nam si nepos delinquit, auus nō
tenetur assignare legitimam ipsius nepotis fisco. ita sing.
dixit Dyn. & Ray. de Forli. in l. lege Iulia. in §. hoc capite.
per illum tex. ff. de rit. nup. quod dictum refert & sequitur
do. Nellus in tract. bannitorum, in j. parte secundi temp.
q. xxxiiij. incip. quæro stante statuto &c. in fi. pro quo fa-
2 ciunt dicta per Bal. in l. pen. C. ad Macedo. vbi † dixit, quod
si statutum disponit, quod pater teneatur soluere condemna
tionem pro filio, non tenebitur soluere pro nepote. quod
dictum refert & sequitur Alex. in con. suo lvj. inci. Aldro-
uandus &c. in ij. col. in v. vol. Ego autē dubito quòd dicta
doctrina non sit vera per doctrinam sing. Bar. in l. quem-
admodum. C. de agri. & cens. lib. xj. de qua latè loquutus
sum in practica mea causarum crimi. in §. aggredior. nu.
58. cum sequent. & cùm in supradicto casu tractet de vti-
litate fisci seu reipublicæ, videtur quòd dictum statutum
debet extendi ad auum, licet loquatur in patre tantùm.
tamen cogita.

CCCCCXCII.

1 *Nullitatem actus termini lapsu non excludi ad defensionem con
tra ipsum actum nullum. Nam & bannitus post banni ter-
minum lapsum, nullitatem proponere potest*

2 *Nullitatem proponi posse, licet appellatio per clausulam appella
tione remota sit sublata.*

1 NVllitas † actus non excluditur per lapsum termini
dati ad omnem defensionē faciendam contra actū.
Et ideo tene menti, quòd post terminum banni licet sta-
tutum dicat, quòd bannitus vlterius nō audiatur, tamen
ipse bannitus vel agentes pro eo poterunt proponere nul
litatem dicti banni, maximè illam quæ prouenit ex de-
fectu iurisdictionis. ita sing dixit Bal. in l. scire oportet. in
§. hæc de illis. per illū text. ff. de excusat. tut. quod est sing.
not. ad multa, de quo etiam dixi suprà in sing. ccccclxij.
incip. aduertas. quòd hîc replicaui, non habens memoriā
hoc ibi dixisse: sed talis error est tolerabilis: quoniā nun-
quam nimis quod nunquam satis. & ad prædicta vide di-
cta per Soc. in consi. xxvij. incip. in præsenti. in ij. col. in iij.
2 volu. Pro † quo facit: nam nullitas potest proponi, licet ap
pellatio sit sublata per clausulam appellatione remota.
c. inter cæteras. de re iud. c. licet. de sent. excom. in vj gl. in
c. ex cōquestione. de rest. spol. Bal. in addit. Spec. in tit. de
app. ver. dicit statutum. Bal. & Ang. in l j. C. qui pro sua iu
risdi. Bal in c. sancimus quo tempo. mil. & in l. j. C. de iu-
ris & fact. ignor. Bar. in l. ij in §. si prætor. ff. qui satis. cog.
& in Spe. in titu. de sentent. in § vt autem. ver. hoc autem.
tene menti: quia ista sunt quotidiana & multū lucrosa: &
vide quæ dixi s. in sing. cclxxxiij. incip. lapsus termini, &c.

CCCCCXCIII.

1 *Notarius falsum committens circa officium suum, conficiendi in-
strumenta potestatem perdit. Quod limita vt nu. 2.*

1 TV scis † quòd notarius cōmittens falsum circa exer-
citium notariatus, perdit potestatem conficiendi in
strumenta. l. si aliqui. C. de suscept. & arca lib. x. voluit gl.
in l. si quis ex argentariis. in §. j. ff. de eden. & voluit Ion. &
alij in c. fraternitatis. ff. de hæret. Bald. in l. ij. C. de manu.
vin. Bal. & Imol. in l. in fraudem. § si quis. ff. de testa. mili.
2 Quæ † regula seu conclusio limitatur pluribus modis à
do. Feli. in dicto cap fraternitatis. Et inter alia dicit ipse
ibi, quòd si partes requirerent notarium falsarium super
confectione instrumenti, quòd si non valebit vt instru-
mentum, valebit saltem vt confessio. ita secundum eum
dixit do Maria. Soci. in dicto capit. fraternitatis. argum.
l. ij. C. commu. vtri. iud. vbi habetur, quòd si sentētia non
potest valere per consensum partium in vim sententiæ,
valet tamen in vim pacti: de quo ibi latiùs per eum.

ADDITIO.

Adde Guidonem Papæ singulari 780. nu. 2. & Corset. sing. 369.
in verb. tabellio. j.

CCCCCXCIIII.

1 *Verisimilia quæ non sunt, vt non attenduntur, sic econtrariò quæ
verisimilia sunt spectanda, & magni effectus esse.*

2 *Confessio extraiudicialis vbi verisimilis est, non indicium ad quæ-
stionem tantum sed etiam plenam probationem in ciuilibus
& criminalibus facit.*

1 SIcut † non verisimilia non attenduntur, & sunt magnæ importantiæ, vt dixi, & plura adduxi in l.j. in princ. in xv. col. ver. quo ad tertiam. ff. de quæst. & in repe. mea rub. C. de prob. in xxiiij. col. & in sing. meo ccxcviij. incip. remotum à verisimili, &c. & in sing. cccxliij. suprà incip. verisimilitudo. & in sing. cccxcvj. incip. verisimilitudo. ita è contrario verisimilia attenduntur & sunt magnæ importantiæ, vt dixi in dicto singul. meo ccxcviij. vbi posui not. verbum Sed vltra alia dicta in hac materia verisimilitudinis, teneas menti vnum perpetua memoria dignũ,
2 videlicet † quòd vbi confessio extraiudicialis est verisimilis, non solùm facit indiciũ ad torturam: iuxta ea quæ habentur in l. capite quinto ff. de adul. cum simil. sed etiã facit plenam probationem in ciuilibus & in criminalibus. ita singul. dixit do. Tindarus in tract. suo de probat. in ea parte in qua tractat de confessio. in versic. nunc de criminalium, &c. de quo dicit esse casum expressum in l. quæro. in §. finali. ff. de ædili. edic. & in d. l capite quinto. quod dictũ refert & sequitur dominus Franciscus Brun. in suo tractatu, de indi. & tortura. in iij. charta. in tertia columna in versic. aliud est indicium, &c. circa finem. de quo ego etiam dixi in l. de minore. in principio in decima columna. ff. de quæstionibus. tene menti: quia est singulare verbum.

CCCCCXCV.

1 *Potestati si arbitrium est concessum, vt ad syndicatum stare non teneatur, si dolum aut latam culpam committat, a syndicatu ob id liber non est: cum leuis & leuissima tantum culpa remissa videatur.*

PLures sunt iuris periti qui libenter acceptant officium, quando non debent stare ad syndicatum, & eis datur officium aliquod cum promissione, quod non
1 teneantur stare ad syndicatum. Sed † scias tu, quod si concessum est arbitrium potestati, quod non teneatur stare ad syndicatum, qodd hoc casu videtur sibi remissa leuis culpa & leuissima, non autem dolus nec lata culpa. ita dixit Bald. in l. si seruus vetitus. ff. de leg. j & ideo acceptantes officia diligenter ad hoc aduertant, ne seipsos decipiant: quia in cauda officij stat venenum latens in syndicatu: & ideo dici solet. Omnis laus in fine canitur, &c.

CCCCCXCVI.

1 *Notarius si protocolum perdiderit, parte expeditionem instrumenti requirente, qua ratione sibi prouideat.*

1 NOtarij † quandoque ex imperitia, vel ex imprudentia, vel casu fortuito perdunt protocolum instrumenti: tunc quomodo succurratur parti volenti ipsum instrumentum? in quo dicas quòd notarius qui perdidit protocolum potest petere testes examinari super contentis in contractu, de quo fuit factum protocolum: quibus examinatis secundum eorum dictum postea conficiat protocolum, deinde extendat instrumentũ: ita dixit Bar. in l. si ff de tab. exhi quem refert & sequitur Paol. de Cast. in l. prætor ait. in § fin ff de eden. vbi dicit istud esse multum nor cum notarij sæpe recipiunt substantiam instrumenti in vno folio. postea portant domum & ponunt in libro, & quãdoque perditur: & hoc ego aliàs vidi in facto.

CCCCCXCVII.

1 *Coitum contra naturam improbissimum & abominabilem vltra alia omnia vitia esse Et quibus pœnis hoc facinus nefandum committens subiiciatur.*

1 COitus † contra naturam improbissimus, & abominabilis est vltra omnia alia vitia: & ideo committentes tale nefandissimum scelus puniuntur pœna mortis: vt est text. in authen. vt non luxu. contra nat. ante fi. & ibi doct. & habetur in § item lex Iulia. Instit. de pub. iudi. & in l. cùm vir in fœminam. C. de adult & in c. vt clericorum. de vita & honest. cler. in c. clerici. de excessib. prælat. & in c. flagitia. & in c. vsus naturalis. xxxij q. vij. Et vltra pœnam mortis puniuntur etiam aliis pœnis: nam tales sunt infames: vt probat text. & gloss in l. j. §. remouet ff. de postulando. Et vltra has pœnas dicit Iacobus de Bello visu & Barto. in d. auth. vt non luxu. contra natu. quòd condemnatus de Sodomia non poterit facere testamentum: & quòd conuictus post mortem de tali crimine eius testamẽtum declarabitur inualidum. ad quod alleg. Spe. in tit de instrumen. edi. in § compendiosè. versic. xxxiij. quæ omnia sunt notanda, licet ad ea minime aduertant committentes tale scelus: sed ista proiiciunt post terga cõtra honorem & animas eorum, vt hodiernis temporibus faciunt delinquentes.

CCCCCXCVIII.

1 *Causa iusta in plerisque casibus quem & à pœna, & obligatione excusare non tamen a conuentionali excusat. nu 2.*

1 IVsta † causa in pluribus casibus excusat quem à pœna, & ab obligatione: vt satis latè dixi in l. patre vel marito. in iiij. & v col ff. de quæst. & in singulari meo ccxxxj. incip. iusta causa, &c. & etiam circa hanc materiam plura ponit Ias. in l. Barbarius. nom. 6. & ibi per duas col. ff. de officio prætor. de quo dixi suprà in singul. ccxxxj. incipien.
2 iusta causa. Sed scias † tamen, quòd iusta causa non excusat aliquem à pœna conuentionali. ita not. dixit Bald. in l. non solùm. ff. de rei vendicatione. & in l quod te ff. si certum petatur. quem refert & sequitur Alexand. in consilio suo xliij. incipient. quia subtiliter, &c in penult. col. in vj. volum. & in eod. volu. in consi. cxxxv. incip. circa primum. numero 18.

CCCCCXCIX.

1 *Potestates ac iurisdictiones distinctas & separatas esse Et ideo licet Papa sit supra ius positiuũ, possitque illud tollere, & etiam ius alteri quæsitum, quod iure canonico accipiendum est, secus tamen est ciuili iure, quod non inducens peccatum tollere non potest.*

2 *Papa licet solus sine causa contra legem positiuam dispensare possit, si tamẽ lex positiua in se rationem diuinam vel naturalem habeat, qualis est lex positiua pluralitatem beneficiorum prohibens, non idem poterit.*

1 POtestates † & iurisdictiones sunt distinctæ & separatæ: vt habetur in auth. quomodo opor. episcop. in princip. in cap. nouit. de iud. & in cap. per venerabilem. qui fi. sint legit. Et ideo scias quòd licet papa sit supra ius positiuum, & possit illud tollere, vt in cap. proposuit. de concession. præbend. & etiam ius alteri quæsitum: vt not. gloss. in cap. statutum. de hære. libro sexto & in Specul. in titu de leg. §. j. ver habet etiam. intellige tamen hoc esse verum & habere locum in iure canonico: quia est supra ius canonicum: sed secus est in iure ciuili: quia nõ potest tollere ius ciuile non inducens peccatum. ita not. dixit Paul. de Castr. in consilio ccxviij. incipien. præsupposito sine præiudicio, &c. vbi subdit etiam quòd licet papa possit tollere ius quæsitum subditis arg eorum quæ no. Inno. in capitulo in nostra. de iniur. non tamen potest tollere ius quæsitum non subditis vt laicis, non solum per legem imperialem: sed nec siper ius canonicum, sicut econuerso non potest imperator tollere ius quæsitum ecclesiæ vel clericis per legem imperialem: vt no. Inno. in c. nouit. de iudic. ita formaliter dicit Paul. de Castr. in d. consilio
2 ccxviij. Sed † tu vltra eum circa materiam d. c. proposuit. adde quòd licet solus papa possit sine causa dispensare contra legem positiuã: secundum Inno. in c. cum ad monasterium. circa me de stat. regu. quem sequitur Abb. in c. at si clerici. in vj. col. de iudi. hoc tamen fallit nisi lex positiua haberet in se aliquam rationem diuinam vel naturalem, prout est lex prohibẽs pluralitatem beneficiorum. ita dixit Abb. in c. per tuas. in xj col. de arbi & in cap. per venerabilem. in princ. qui fil. sint legi. & in c. de multa. in iiij. col. de præben. & Bald. in l. rescripta. in fin C. de prec impe. offe. quos refert & sequitur do. Francis. de Curte in tracta. suo feudorum in x. char. in iij. col. in versic. incip. secundò confirmo &c. Et an papa sine causa possit tollere seu dispensare contra ius positiuum, vide do. Felio. in c. postulasti. in xviij. col. de rescript.

CCCCCC.

1 *Materia cap redintegranda. in. q. quanquam frequẽs, vtilis, Iucrosa & quotidiana, a paucis tamen intellecta. Cuius proponendæ formam hic vide & remissiuè.*

Materia

1 MAteria † cap. redintegranda. iij. q. j. & l. si coloni. C. de agri. & censi. lib. xi. & c. sæpe. de resti. spo. est vtilis, lucrosa & multùm quotidiana, & multum versatur in palatiis, & verè à paucis est perfectè intellecta. Circa quã statui tibi aliqua dicere quæ, vt puto, ab aliis non audiuisti: & maxime statui referre vnum iudicio meo singu. notandum in practica, videlicet quòd ad hoc vt procedat iudicium in materia dictorum iurium, non sufficit generaliter dicere in libello, quòd libellans fuerit spoliatus sua possessione suæ rei, & sic generaliter allegare spoliationem: sed est necesse in ipso libello exprimere specialiter speciē spoliatiõis: vtputà, quòd fuit spoliatus possessione rei suæ per furtum vel per vim sibi illatam, vel quòd possessionē perdiderit ex aliqua alia causa iniusta, aliàs generaliter loquendo non procederet libellus, & reus absolueretur. ita singu. dixit Ioan. And. in d. c. sæpe. de restit. spo. quem refert & sequitur do. Lanfran. de Oria. Brixien. in solenni sua repeti. rubri. extra de cau. poss. & propriet. in iiij. col. in versi. est tamen sing. not quod dictum non memini me alibi vidisse. pro quo dicto iudicio meo facit tex. in l. scire oportet. in §. scire autem. ff. de excus. tuto. in versic. sed oportet eum de specie remissionis testari &c. & faciunt optimè dicta per Ias. in l. j. in penulti. & vlti. col. ff. si quis in ius voc. non ier. & facit quod voluit Bart. in consil. suo lxv. incip. Petrus Nicole &c. in penul. col. in versic. ex his concluditur &c. vbi dicit, quòd ille qui vult dicere instrumentum simulatum debet specialiter dicere speciem simulationis. vide tamen Philip. Deci. in consi. suo cxxavj. incip. in causa reuerendi. circa med. vbi videtur innuere contrarium: & vide quæ ego dixi in repeti. mea. c. redintegranda. iij. q. j. in nu. 117. Et circa materiam d. c. redintegrãda. & aliorum iurium suprà alle. si vis scire quod remedium eorum habeat locum, & cum quibus personis, item an in eo requiratur litis contestatio, & an in eo requiratur mensis spoliationis, & an tale remedium competat laicis. Item an tale remedium sit perpetuum, vide de omnibus istis Alex. in consi. lj. in j. vol. quod incipit, viso & discussis &c. in prin. & in consil. ccxxv. incipiē. consideratis his in iiij. col. & in consil. ccxxix. incip. circa processum. in ij. iij. & vj. col. vbi etiam ponit an tale remedium competat malæ fidei possessori. Item circa materiã d. c. redintegranda. vide Bar. in d. l. si coloni. & ibi Alexã. & Alex. in consi. ccxlv. incip. ponderatis his &c. in vlti. colum. & do. Feli. in c. veniens. in vj. col. versi. scias etiam. de testi. & Alexan. in consi. ac. incip. viso processu. in v. volu. & io consi. xciij. incip. in causa & lite. & ibi in consil. seq. & per Ang. in l. siue autem. § si duobus ff. de pub. in j. colum. & Soci. in consi. cclxvj. incip. in causa. circa med. & Alex. in consi. acij. incip. viso. in vlti. col. in v. volu. & Alexan. in consi. cccxj. incip. in causa mota. in princi. iij. col. Barba. in consi. xxiiij. incip. clementissimũ Deum. in iiij. volu. Philip. Deci. in consi. cxcj. incip. in causa. quasi per totum. & in consi. lvij. in j. & in vlti. col. & in consil. cclij. incip. agitur causa. in j. col. & in consi. cccij. in pen. col. & in consi. lxij. in causa quæ agitur. in j col. & Soci. in consil. xxxij. incip. in quæstione. in iij. volu. per totum. Alexan. in consi. xxxiij. incip. viso. in j. col. in vj. volu. & in consil. ciij. incip. super eo. in prin. ij. col. in vij. volu. & Lanfr. de Brix. in d. sua repeti. rub. de cau poss. & proprie. vbi plura ponit satis diffusè circa materiam d. c. redintegranda. & aliorum similium iurium.

CCCCCCI.

1 *Enormia eius natura sunt, vt statutorum & iuris communis dispositionem alterent. Vnde fit, vt vbi de crimine enormi probando agitur testes ante litis contestationem, & parte non citata recipiantur.*

2 *Delictis enormibus iura transgredi fas est.*

1 ENormia † sunt talis naturæ & importantiæ, quòd alterant dispositionem statutorum & iuris communis, vt voluit Innocent. & alij in c. j. de consti. & Bald. in l. quid ergo. in § pœna grauior in iiij. col. ff. de his qui not. infa. & in c. j. in vj. col. qui feu. dare poss. & volunt doct. in pluribus aliis locis quos ego retuli suprà, in sing. ccxliiij. incip. tu scis. & in l. j. in princi. in ix. col. ff. de quæstio. & in l. vnius. in §. cognitutum. in xiiij. col. ver. & ratio prædictorum. eo. titu. Et ideo scias, quòd vbi tractatur de probando enormi crimine recipiuntur testes ante lit. contest. & parte non citata ita dixit Archi. in c. j. de homi. in vj. quē sequitur ibi Gemi. in §. si quos refert & sequitur Feli. in c. quoniam frequenter. in prin. in pen. col. vt lit. non cõtest.

2 Pro † quibus facit regula illa cum sua materia, videlicet quòd propter enormitatem delicti licitum est iura transgredi: de qua latè dixi in dictis locis Et illud dictum Archi. & sequacium retuli etiam in repe. mea. l. de vnoquoque in 50 fallen ff. de re iudi. & in consi. meo xcviij. inter consilia ciuilia. quod incip. clementissimi saluatoris &c. in pen. char. & vide quæ dixi suprà, in singul. ccxliiij. & in singu. cccxcvij. incip. arbitrium &c. & vide omnino infrà in singu. ccccccclxv. incip. nisi me mea fallat memoria &c. vbi posui tria singularia dicta in hac materia enormitatis delictorum.

CCCCCCII.

1 *Delinquentis pœnam subire non debet, qui non delinquit: quoniã pœna delinquentem, non alios sequitur.*

2 *Delictum si quis commisit, ob quod manus abscindi debeat, habeatque liberos plures infantes ne filij fame pereant relegari debet, aut pœna mitigari, ne filijs præiudicetur.*

1 EX † delicto per aliquem commisso tertius non debet pati pœnam: quia pœna sequitur delinquentē & non alios: vt in l. sancimus C. de pœnis. & habetur in l. si hæredis seruus § fi. ff. de leg. j. & dixi suprà in sing. cccxcj. inci. pœna debet & in sing. cccccclj. incip. pœna pro quo facit, quia nemo debet alterius odio prægrauari. vt in ca. non 2 debet. de regu. iur. in vj. cum similib. Et † ideo teneas perpetuò menti sing. verbum, quòd si aliquis haberet plures filios & filias infantes, & deberet sibi abscindi manus, quòd hoc casu ne dicti filij fame pereant, quòd debebit relegari, aut pœna mitigari ne præiudicetur filiis. ita sing. dixit Paris de Puteo in suo tracta. syndic. in lxxiij. char in vltima col. versi. & ideo dixit &c. vbi refert se aliàs ita cõsuluisse in contingentia facti & alleg. in arg. quæ habentur in l. j. ff sol. matri. & in l. ad bestias. ff. de pœn. Tene menti: quia quotidie euenire potest in facto.

CCCCCCIII.

1 *Præcedentia in clausula sequenti aduersatiua repetita esse intelliguntur, hic exemplo docet.*

1 PRæcedentia † repetita esse intelliguntur in aduersatiua exceptis illis quibus aduersatur expressè. Et ideo dixit singu. Bald. in l. omnes populi in xj. col. ff. de iusti. & iure. quod stante statuto quòd stantibus masculis fœminæ ab intestato non succedant: condito verò testamento filiæ sint contentæ quocunque relicto sibi facto à patre: dicit hanc vltimam particulam propter illam aduersatiuam, verò, debere intelligi cum repetitione præcedētis qualitatis, scilicet stantibus masculis. arg. gloss. in §. item lapilli. Institu. de rerum diuisio. quod dictum refert & sequitur Alexan. in l. si filius à patre. in antepenultima colum. ff. de liber. & posthu. & eos refert & sequitur Phil. Deci. in cap. at si clerici. in §. de adulteriis. j. colum. extrà de iudiciis. vbi aliqua ponit de istã aduersatiuã, verò, de quibus ibi per eum.

CCCCCCIIII.

1 *Notarius si quis de falso ex sua vera confessione damnatus sit vel quia conuictus, nunquàm deinceps instrumenta conficere poterit: secus si per contumaciam sit condemnatus.*

IN materia cõtumaciæ dixi tibi in operibus meis multa not. & singularia, & maximè in practica mea causarum criminaliũ, in §. postquã. in pluribus numeris, vt ibi videre poteris. & suprà, in singul. iiij. incip. quamuis &c. Nunc autem in eadem materia contumaciæ dico vnum 1 aliud satis not. & lucrosum, videlicet † quòd si vnus notarius condemnatus sit de falso ex sua vera confessione, vel conuictus, nunquam ampliùs poterit instrumēta cõficere: vt in authen. de tabellionibus. in §. fina. & not. Barto. in l. eadem. § j. ff. ad legem Iuliam repetundarum. Tamen si est damnatus per contumaciam, poterit etiã conficere instrumenta. ita not. dixit Bart. in l. si ideo. in prin.

ff.de euiction.& Bald.in l.transigere.circa medium.C.de transactionibus quos refert & sequitur Ange.de Aret. in tractatu suo maleficiorum,in verbo,qui iudex videns ꝙ inquisiti non comparent.in iiij.char.versi.quæritur tamē &c.in ij.colum.in fine. vide tamen August. Ariminen. in addi.in iij.col.versi.adde Bal.in l.in exercendis &c.& vide in repetit.mea l.de vnoquoque.in xxxvij.col.circa princ. & quæ dixi suprà,in singu.cclxxij.incip.capias vnum &c. ff.de re iudica.& in practica mea in §. postquam. nu.54. & in.§.sequitur.nu.20.

CCCCCCV.

1 *Proximiores & sanguine coniunctiores licet in successionibus admittantur,non tamen id in regni successione locū habet, quandoquidem regnum in infinitum transit,etiam ad centesimum vsque gradum,& vltra.*

1 IN † successionibus licet admittantur proximiores & magis coniuncti sanguine,vt habetur Instituta de hæreditat. quæ ab intestato deferuntur.& C.de legiti. hæredibus.cum simi.tamen istud fallit in successione regni: quia regnum transit in infinitum vsque ad centesimū gradum & vltra : intantum quòd si moriatur Rex vel princeps alicuius regni,deficientibus agnatis suis vel cognatis,si reperitur vnus de sua familia seu de sua domo , ille debet succedere in regno.ita not.dixit Bal. & Aluaro. in c.j §.capitanei.de feudo guardiæ.quod dictū refert & sequitur Cæpol.in cautel.sua xcvj.incip.est dubium. & do. Philip.Deci. in l.certum. nu.9.C.vnde legitimi.

CCCCCCVI.

1 *Testis non iuratus non probat,nec eius dictum quicquam operatur. Quod dic non habere locum in personis dignitate præditis vtpote Cardinalibus,quorum licet dictum sine iuramēto probationem non faciat ,præsumptionem tamen inducit , inductósque testes coadiuuat.nu.2.*

1 IN pluribus † locis iam tibi dixi, quòd testis sine iuramento non probat,& eius dictum nihil operatur, vt dixi suprà in singu.ccxiiij.incipien.ad validitatem,&c. & in alio sing.ccccxxxiiij.incipien alias tibi dixi, &c. in quibus locis plura adduxi in materia iuramenti testis:& dixi etiam in repetitio.mea l.fi.in xxxij.char.C.de probation.
2 Sed nuper dico tibi vnum aliud,videlicet † quòd testis non iuratus non probat , quòd hoc fallit in persona in dignitate constitutis, vtputà in Cardinalibus:nam licet dictum eorum sine iuramento non faciat probationem,facit tamē præsumptionem,& coadiuuat testes inductos:ita dixit gl.singu.in cap.cùm olim essemus.in verbo,fratrum.de priuileg.quam gloss.ibi reputat sing.Anto.de Butr.& domi.Alexan.in consilio suo clxxx. incipi. In causa anglorum in iij. colum.in versi.solùm fallit,&c. in ij.volumi.Et pro dicta gloss.optimè facit tex.& glos. in cap.nobilissimum.xcviij.distinct.quod cap.summè not. & plura dicunt docto.maximè Bal.in l.exemplo. in fi.C. de probatio.& Ange.in l.quæcunque.§ fi.ff. de publicia. Abb.in consi.xviij.incip in causa & quæstione. in ij.col. in iij.volu.& in consi.xciij.inci.in quæstione hæredum. in secunda col.& Iason in repetitio.l.admonendi.in lxxvij. colum.de iureiuran.& Decius in consilio ccccij.incip. in causa.in vltima colum.

CCCCCCVII.

1 *Vestem sericam quidam,vt ornatior nuptiis interesset, commodato accepit:eámque,cùm redderetur,in multis deteriorem factam,noluit recipere dominus : relique commodatarius præ ostio domini præsentis & recusantis:intercepta est,cuius id periculo cedere debeat?*

SVperioribus annis vidi quæstionem vnam de facto:
1 † quidam volens ire ad nuptias vt sumptuosè incederet,fecit sibi accōmodare vnam vestem sericam,quæ vestis fuit valde deteriorata & deuastata ex pluribus: quo stante ipse commodatarius dictam vestem portauit domino vt illam restitueret:sed dominus videns eam multùm deterioratam noluit illam acceptare sine pretio deteriorationis.quod videns ipse commodatarius dictam vestem sine aliquo pretio dimisit super ostio domini præsente ipso domino & testibus,quæ vestis ex post fuit exportata & derobata: fuit dubitatum cuius periculo fuerat derobata? inueni Paulum de Castr. ponentem hanc quæstionem in terminis in l.qui Stichum. ad finem.ff.de solut. vbi loquitur de equo commodato ad vecturam, qui fuit redditus deterioratus:& finaliter post plura adducta pro & contra,tenet quòd dominus tenebatur rem acceptare etiam sine pretio deteriorationis , alias sibi imputet tale furtum.allegat gl.& Bart.ibi tenentes contrarium.postea ipse ex aliquibus & iuribus & rationibus tenet contrarium:de quo ibi latiùs per eum. Tene menti: quia sæpe de facto contingit.

CCCCCCVIII.

1 *Vitam bonam,conditionem & famam magnopere in homine operari. Quo fit,vt testes de falso puniri nequeant, qui deponentes,dixerunt se illud ab homine bonæ famæ ac conditionis audiuisse.*

CVmulaui aliàs fortè sexaginta doctrinas,& iura circa illud,quòd in homine multùm operatur bona vita,conditio & fama:& hæc posui in l.j in §.ad quæstionem.in iij.& iiij.colum.ff.de quæstionib.in repetit. mea l. fi.C.de probat.in iij.chart.& alium mirabilem effectum posui in practica mea Auerolda.in §.diligenter. nu.196.
1 Sed † vltra omnia quæ dixi in dictis locis,accipe etiam singu.verbum in dicta materia,videlicet quòd non possunt puniri testes de falso,qui deposuerunt se scire illud quod audiuerunt ab homine bonæ famæ & opinionis.ita sing. dixit Pet.de Ancha.in consilio suo xxiij.incipien.visa inquisitione formata contra Philippum de Mantua,in penulti.colum.quod dictum pro valde not. refert & sequitur Iason in l.j.nu.8.ff.de eo per quem fac.erit. quod dicit esse valde tenendum cordi.

CCCCCCIX.

1 *Dispositio cap.quia frustra.extrà de vsur.& c.Michael.eo.titu. volens vsurarium non audiri,nisi vsuris extortis restitutis, tam in Iudæis quàm Christianis locum habere intelligitur.*

ADuertas ad vnum quæso,quod iudicio meo esset scribendū literis aureis & in marmore ne deleretur,vi-
1 delicet tu scis,† quòd dispositio ca.quia frustra. extrà de vsuris. vult quòd non audiatur vsurarius petens vsuras, nisi prius restituat vsuras extortas: quod etiam expressè vult tex.c.Michael.eo.titu.Sed potest dubitari,an dispositio dictorum iurium loquatur tantùm in Christianis vsurariis,vel etiam extendatur ad Iudæos vsurarios? in quo dicas quòd ita cōprehendit Iudæos vsurarios sicut Christianos vsurarios.ita singu.dixit Lauren.de Rodul. in suo tractat.de vsur.quem posuit in cap.consuluit. in cxlvj.q. quem refert & sequitur Ioan.de Ana. in cap.quanto. in iij.col.eo.titu.de vsur.& Ias.in l.j.in iiij.colum.C.de edendo.Tene menti:quia est singu.verbum lucri plenum contra Iudæos hodiernos.

CCCCCCX.

1 *Patris filio propter benemerita donantis assertioni de ipsis benemeritis non creditur,nisi huiusmodi benemerita plenè probentur. quod limita,vt hic.nu 2.*

3 *Confessio per patrem facta,quòd à filius suis pecuniam tanquā ad eos pertinentem habuerit,licet suspecta videatur,si tamen verisimile sit ex artificio filios pecuniam eam parasse,subsistet.*

1 NOn † statur assertioni patris donantis filio propter benemerita de ipsis benemeritis,nisi talia benemerita aliter plenè probentur:secundum gloss. & docto. in l.si donatione.C.de collatio.& Bart.in l.si fortè.ff.de Castrensi peculio.& habetur latè per Alexan. & alios in dicta l.si donatione.& ibi Decius in fin.iiij.colum. vbi plures adducit hoc firmantes,& postea ponit plures limitationes circa hoc: postea ibi in vij.colum.ponēdo sextam
2 limitationem ponit not.verbum dicens, quòd † prædicta non procedunt quando essent præsumptiones & cōiecturæ de assertis benemeritis à patre:quoniam tunc esset standum assertioni patris. alleg.hoc voluisse Salice.in l.maner.C.de contrahenda emptio.quem in simili refert & sequitur Alexan.in consilio ccxlj.secundum ordinem meum,quod incip.consideratis his,&c.in prima colum. quod secundum ordinem aliorum est in consil. xviij. in tertio volu.& ibi Alexan.etiam alleg.Cyn.in l.j.in fine.C.

de sacrosan eccle Et adducit etiam Ang.in consi cliij.incipien.pater emit domum pro se & filiis, &c. vbi conclu
3 dit,† quòd licet confessio facta per patrem confitentem se habuisse pecuniam à filiis suis,tanquam ad eos pertinẽtem,sit suspecta:quia est prohibita donatio inter patrem & filium in potestate existentem.l.ij.C. de inofficio. donatio.& l.donationes quas parentes.C.de donatio. inter virum & vxorem. & confessio facta inter personas inter quas est prohibita donatio est suspecta de fraude:vt habetur in l.cum quis decedens.in §.Titia.ff.de legat.iij. cum similibus.tamen si tempore dictæ confessionis paternæ dicti filij erant in aliquo eorum exercitio ita edocti,quòd verisimile est eos potuisse superlucrari ex eorum industria quantitatem,de qua in dicta confessione fit mentio,tunc sufficeret dicta confessio per not.per gl. C. .& Bar in l.cum oportet.C.de bo.quæ libe. de quibus etiam latius per Alex.in dicto consilio.

CCCCCCXI.

1 *Mulierum.quam virorum in plerisque conditionem meliorem:tamen in ferendo testimonio virorum potior est. Quod limita,nisi fœmina pro reo,viri pro actore deponerent nu.2.*

Fœmina in scriptura priuata se inscribere in testem nõ potest,masculus potest.in hocque eius conditio deterior. Sed nec in causa feudali testis esse potest.nu 4.

Fœmina in feudo regulariter non succedit:nec procuratorem, nec arbitrum aut iudicem agere potest.

6 *Mulier,quæ officia per se gerere non potest,nec per aliã gerat personam. Item si masculus ac fœmina simul sint patroni , discordéntque in præsentando,præsentatus à masculo præsentato à fœmina præfertur.*

ADduxi tibi suprà in singu.ccxlviij.incipien.conditio
1 †mulierum.plures casus:in quibus conditio mulierum est melioris conditionis,quàm conditio masculorum. Nunc autem econtra volo tibi dare aliquos casus in quibus conditio mulierũ est deterior conditione masculorum. Scias ergo,quòd in testimonio ferendo præfertur testimonium masculi testimonio fœminæ: vt in c. forus.& ibi Abb.de verborum significatio.& habetur in l.j ff.de senat.& in l.fina.ff.de fide instru.& ibi not. Bal. in lectura Florentina,& Ludo.Roma.in rubric. de arbitr in iiij.chat.& voluit Alexan.in consi suo ccxxxvj.incipien. perspectis.in vj.volumi.& Bal.in consi.suo cxxj.incipien.
2 quis melius.&c.in secundo volumi.quod† tamen limitatur,nisi mulieres deponerent pro reo,& masculi pro actore:quia tunc præfertur dictum fœminarum:vt voluit Belenzi.in dicto cap.forus & Feli. in cap.quoniam . in vltimis verbis de testibus.ad quod vide Corset. in not. suis. in verbo,testis.in sexto notabi.& ibi in nono notab. de quo ego dixi in l.vnius facinoris.§ in causa. ad finem ff.
3 de quæstionibus.Item † in alio est deterior conditio fœminarum conditione masculorum,videlicet in scriptura priuata,in qua mulier non potest se inscribere in testem,vt potest masculus:vt est tex.in l.scripturas. in verbo,trium virorum.C.qui potio.in pigno. habean quem text ibi ad hoc summe not.Bal in fi ij col Item fœmina
4 non potest esse testis in causa feudali secundum Bal.per illum text in c. .quot testes sint necess. quem refert & sequitur Philip Deci.in c.quoniam nu 9.extrà de testibus.
5 Item † regulariter fœmina non succedit in feudo : vt habetur in c.j.§.hoc autem notandum.qui feud dare poss. & in cap §.ad filias de success.frat.& in c.j.in tit.an muti vel aliter imperfect & in c.j.de alie.feu.pater.de quo latius per Philip.Deci in consi.suo xxvij.in ij colum. in fi. & in consi. xxv in iij.colum.& in consi.cxxxix. in prima colum.& per Alexan.in consi.xcvij in vj.volu. & per Decium in consi.cclxix incip.cõsultus.in fi.ij.colum. & per Franc. Curtium in consi.xlix.incip. recolendæ memori &c.in vii.colum.Item fœmina non potest esse procurator:vt in .fœminæ.ff de procurat.& habetur in .cum dilecta.de confirma vti.vel inuti.vbi glo.dicit,quòd nec etiam potest esse arbiter,nec iudex de quo latius ibi per
6 Phil.De .& illa officia quæ mulier per se facere non potest,non poterit etiam facere per interpositam personã. l.non licet.ff.de contrahenda emptio.l.neque C.de hære dibus institutn.voluit Decius in l.j nume.11.C.de edendo.Est & alius casus in quo mulier est deterioris conditionis quàm vir, videlicet quia si duo sunt patroni masculus & fœmina,& sint discordes in præsentãdo,tũc præsentatus a masculo,præfertur præsentato à fœmina. Ita dixit Bald.in l.prima. ff. de senato.quod dictum refert & sequitur domin Ioan.Crotus de Monteferrato in tractat.suo de teste.in iij.chart.numer.58 & ibi excellentissimus.I.V.Doctor,do.Pet.de Monchada olim filius & discipulus meus charissimus qui sua eminentissima scientia totam Hispaniam decorauit,quod dictũ nota.est inter alios casus in quibus conditio mulierum est deterioris conditionis conditione virorum.& ista addere poteris dictis per me in dicto sing.meo ccxlviij.

CCCCCCXII.

1 *Grauatus ex iudicis facto.perinde appellare potest atque si verbis & sententia grauatus fores.*

ALiqui sunt iudices qui minus prudenter sibi persuadent per viam indirectam tollere appellationem parti offensæ vel grauatæ, & ideo nihil verbis proferunt,sed
1 partem compellunt de facto vt sibi placet.Sed scias tamen tu,quòd tali casu pars grauata ex tali facto iudicis ita poterit appellare,sicut posset si verbis tulisset sententiam.Ita not.dixit Bald.in cap.ex parte M. in princip. colum.extra de appella.& allegat rationem, dicens quod non minus est facere quam dicere alleg.l de quibus.§.fina ff.de legib.quod est not.verbum ad obuiandum cautelis iudicum.

CCCCCCXIII.

1 *Litem nullam inter patrem ac filium consistere , nisi in filij peculio.*

2 *Et quid si pater bona sua propria dissipet,num filius aduersus patrem ad legitimæ assignationem agere queat? Et id quo remedio.*

1 CLarum & expeditum est in iure,† quòd nulla lis regulariter potest esse inter patrem & filium in potestate:vt est text.in l.lis nulla.ff.de iudiciis.& in l.actiones.ff. de actio.& obligatio.& habetur de materia in cap.fin.§. fina.de iud c.libro vj.& in cap.non est.extra de spon.quæ regula tamen fallit in peculio filij:vt in dicta l.lis nulla. & fallit etiam in aliquibus aliis casibus positis per glo. & docto in dicta l.lis nulla & in dictis iuribus superius allegatis.Sed vltra gloss.& docto.ibi ponit alium casum,seu al am fallentiam quidam excellentissimus doctor dom. Iacobinus de sancto Georgio Taurinensis,vt puto,in di
2 cta l.lis nulla.nam † dicit,quod licet nulla lis possit esse inter patrem & filium in potestate,tamen si pater dissipat bona sua propria,tunc filius potest implorare officium iudicis contra patrem,& petere vt sibi assignet legitimam, vel tot bona ex quibus possit alimenta percipere.ad quod alleg Bald.in l.secunda.C.si quid in fraud. patron. quem ibi sequitur Paulus de Castr. & cum etiam sequitur Ludouic.Roman.in l.ij §.quod si in patris ff.solu. matrimonio.& tu vltra dictum domin. Iacob. in hac materia vide Baldum in l.Imperator.ff ad Trebellianũ. & in l.non potest ff.de adoption.& vide Paulum de Castro,& Alexan.in dicta l.Imperator.ff. ad Trebellian. & pro dicta limitatio.faciunt optimè dicta per Ioann. de Imol.in l.si constante.in v.& vj colum.ff.soluto matrimonio.quem vide.

ADDITIO.

Add Roma.singu.dcxxj.de iure ciuili.& ibi addit.

CCCCCCXIIII.

1 *Incontinenti facta inesse videri, vnde post perfectam venditionem licet omne periculum circa rem venditam contingens ad emptorem pertineat,si tamen animali sano tempore venditionis, ac perfecta venditione,vitium ac infirmitas superueniat , tunc nihilobstante venditionis perfectione,venditor tenebitur.*

1 VVlgata † est regula iuris,quod ea quæ incontinenti fiunt, videntur inesse.vt dicit text.in l.lecta.versi. dicebam. ff.si certum petatur.& in l.petens.vbi per gloss & scriben. C.de pact.per quam regulam plura singularia dixit Ias. in l.edita.in v colum.versi.ego teneo.C.de edend. & ego plura etiam dixi in l.ij.in vlti.colum.C.de fica. Sed vnum

aliud nuper rimè tibi dico circa eandem materiã, quod est porrò nor.videlicet quòd licet post perfectam venditionem omne periculum seu damnum circa rem venditam eueniens spectet ad emptorem:vt in l.j.C. de peric. & commo.rei vendi.cum concor.ibi in gl.positis.& habetur in l.j.ff.eo.& in l.necessariò.& in l.si in venditione. §.j.& in l.si vendita.eo.titu.& in l.quod sæpe.§.in his.ff.de contrahen.emp.cum simi.attamen si vendo tibi animal sanum tempore venditionis,si tamen cõpleta & perfecta venditione incontinenti superueniat vitium vel infirmitas,tunc venditor tenetur non obstante quòd cõtractus in totum esset perfectus:per illam regulam,quæ incontinenti fiunt &c.Ita singu.dixit Cy.in l.j.in fi.de ædil actio. quod dictum non memini me alibi legisse,per quod poteris limitare iura superiùs allegata &c.

CCCCCCXV.

1 *Necessitatem domini domus locationem ipsius infringere,adeò vt conductori eam auferre queat. Sed an ex necessitate quoque conductori superueniente,possit & ipse domum impune deserere,vt natura correlatiuorum locum habere videatur.nu.2.*

1 NEcessitas,†vt scis,superueniens domino & locatori domus,rumpit locationem ipsius domus,adeò quòd ipse dominus locator potest auferre domũ tali casu necessitatis superuenientis ipsi conductori.tex.est expressus in l.ędem.in verbo,necessariam.& ibi per omnes. C.loca.Sed scias tu,quòd eodem modo necessitas superueniens conductori operatur,vt rupta sit cõductio:quia tali casu necessitatis superuenientis ipse conductor poterit relaxare domum conductam impunè.Ita multũ not. dixit Rapha.Fulg.in l.si in lege.in §.si domus.ff. loca. vbi

2 † ponit exemplum, dicens quòd ex causa superuenientis pestis scholaris deferens domum conductam, non tenetur ad solutionem pensionis : quia sicut dominus potest expellere inquilinum,ita ecõtra inquilinus potest ex necessitate discedere,& relinquere domum conductam.ar gu.l.sancimus.C.de episco.& cleri.& pestis est causa necessaria,quia agitur de salute corporis animati. Et licet ipse Rapha.vbi suprà, dicat hoc , non determinat , cùm hoc tunc de facto penderet,tamen ita potest concludi & determinari maximè propter naturam correlatiuorũ, quæ est vt dispositum in vno ex correlatiuis habeat locũ in alio,vt in iuribus vulgaribus.Et ex istis poteris addere ampliationem ad d.l.ędem.C.locati.

CCCCCCXVI.

1 *Iudices partibus,vel alteri tantum agendi,vel de suo iure docendi terminum cõstituere solent,sed primo termini lapsu eum cui constitutus est,in mora non constituunt ita,vt agere,aut de iure suo docere nequeat, quin in hoc bina est iudicis monitio necessaria.*

1 SOlent†sæpe iudices partib⁹,vel vni parti tantùm, præfigere terminum agendi vel docendi de iure suo,ve videmus quotidie fieri in iudicijs.Sed scias tu & pro regula habeas,quòd ille cui fit talis monitio per iudicẽ,non constituitur in mora per lapsum primi termini.& nisi bina monitio iudicis ad hoc interueniat,non constituitur in mora,adeò quòd non possit postea agere & docere de iure suo.ita not.dixit Ang.in §.si quis autẽ non implens. in authen.de hæredi.& fal.quam doctrinam refert & sequitur Ange.de Aret.& dec a facit seltum in tracta. maleficiorum,in verbo,necnon ad querelam in xj.char in j. col.in versi.quæro an iudex &c.in fi.& illam doctrinam etiam refert & sequitur Alex.in consi.suo cviij.incip.viso themate,& diligenter consideratis verbis &c.in fi.in j.volu.& Ias.in repeti.l.rem quæ nobis.in vltimis verbis ff.de acqui.poss.vbi pro hac doctrina ipse adducit tex.in l.impuberibus.in §.fi.ff.de suspect.tut.& tex.in §.si quis autẽ pro redemptione in authen.de ecclesia.tit.& dicit quod Alex.sibi contrarius videtur tenere contrarium in l.si in j.col.ff.de ferijs.& dicit,quòd etiam Ludo Ro. in l.quàdiu.in § j. de acqui hęte.multis rationibus conatur dãnare [illegible] illam regulam seu doctrinam Ange.dicẽs tamen quòd in quæstione de facto cùm esset aduocatus non potuit tantum clamare,quòd iudex voluerit in iudicando ab illa regula recedere & dicit Ias.quòd ille tex bene [illegible]cit.& sic approbat dictam doctrinam.Sed vltra Ias.[illegible]tu,quòd eandem doctrinam posuit idem Ange.in auth. de eccle.tit.in § si quis aurem pro redemptione. in fi. de qua doctrina vide etiam do. Augu.de Arimi.in additio. d.ver.quæro an index.& vide quæ ego di[illegible] supra in sing. cclxxxiij.incip lapsus termini &c.& do Fran. de Arec. in l.quandiu.in viij.col.in fi.ff.de acqui.here.

CCCCCCXVI[illegible]

1 *Inhabilis concurrens,aut adiunctus habilis p[illegible]*
2 *Sententia lata ex falsa causa in iure consi[illegible]tente licet nu[illegible]tur,si tamen ex duabus causis quarum v[illegible] vera [illegible] falsa, lata fuerit sustinebitur ex causa [illegible]era nu.3*
4 *Promissionem ob turpem causam fa[illegible] non valere,nisi cau[illegible] turpi alteri causa non turpi accumulata sit. Nam tunc alterius causa adiunctio promissionem subsistere facit.*

1 MEmor † existo me aliàs plura & plura singularia dixisse in repeti.mea rubri.ff de fideius.[illegible] lxvj.& [illegible]ij. col.circa illam materiam , quòd inhabi[illegible] concur[illegible]ns, vel adiunctus cum habili gaudet priui[illegible]egio ipsius habilis:de quo etiam dixi in singula.meo clxx[illegible].incip. plura & plura &c.& in l.de minore.in §.tormenta.in prin[illegible].col. ff.de quæstio.ad quam materiam vltra ea quæ addn[illegible] in dictis locis,faciunt optimè dicta per Socin.in consi[illegible]lio cxxx.incipien.visa contingentia.in vlti.col.in j.volum.& per do.Nellum in tracta.bannito.in j.parte iij.temporis. q.xvj.& per Bald.in cap.j.in vlti.col.versi.vlti.ext[illegible] quæritur.de controuer.feu.apud pares termi.& per [illegible] in in prin.C.de transact.& per Alexan.in cõsi. cxl[illegible]. incip in causa inquisitionis.in ij.col.in vj volu.& in cõsi.[illegible]

2 lxix.incipiẽ. viso puncto.in fi.v.colum.S[illegible] vltra [illegible]nnia quæ dixi in dictis locis circa hanc mater[illegible] [illegible]ti vnum aliud notabile verbum,videlicet qu[illegible] [illegible]ct sententia lata ex falsa causa in iure consistente reddatur nulla,vt in l.qui testamento.ff.de excusa.tuto.& ibi Bar.Bal. & Ange.& not.in cap.sicut.& in cap.inter cæteras.de re iudi.& not.Abb in cap.j.in ij.col.eodem titu &[illegible] adunc scrib.in l.qui Romæ.in § duo fratres.ff.de verborũ obligation.& in l.ij.C.quando prouoca.non est necess.attamen si sententia lata sit ex duabus causis quarum vna erat vera alia falsa,sustentabitur sententia ex causa , quæ erat vera,licet vbi vna tantùm fuisset expre[illegible]a , senten[illegible]ia esset nulla Ita singula dixit Innocen.in cap in præsentia. de renun.alleg.in argu.id quod habetur in c Abbate. de verb. significatio.quod dictum refert & sequitur Alex in consilio suo cxiij.incip.perspectis his.in penul. col.in [illegible] volu.vbi dicit,quòd idem dixit Ioan Andr.in c[illegible]um inter.de re iudica & dicit,quòd communiter doct[illegible] [illegible]uuntur eos in dictis locis.pro do.Alexan in d[illegible] [illegible].d[illegible] quod bene facit tex.not.in cap.per tuas.qui[illegible] [illegible]

3 Per quem ibi ponderat do.Ant.probari[illegible] quod si[illegible] mouetur ex duabus causis ad ferendam [illegible]ntentiam, q[illegible]rum vna facit ad causam alia non,quod [illegible] tia ex ea,quæ facit ad causam:vbi [illegible] si vna tantùm non faciens ad causam fui[illegible]et [illegible] ex parte & cap.dilectus.de [illegible]on[illegible] præbe[illegible] ita etiam dicit do. Anto.in c ab ex[illegible]commu[illegible] scrip.& Abb in cap sicut. de re iudica & in d[illegible].ex ex parte.& Ioan de Imol.in l[illegible] ad quem.ff.de a[illegible]en da hæredita.& dicit domi[illegible] Alexand.in [illegible] qu[illegible] pro istis etiam bene facit quod nut gl[illegible] in l[illegible] C.si ex falsi[illegible] instrumen.& quod no[illegible] Iacob.[illegible] l.[illegible] §.ignominiæ ff de iis q[illegible] notan.[illegible].Item ad confirmationem prædictorum a[illegible] [illegible]am d[illegible] quod not.Iaco de Ranen de R[illegible].si ex [illegible]f.de

4 bor.obliga vbi†limitando illam le[illegible] [illegible], qu[illegible] promissio facta ob turpem causam [illegible] ro[illegible] nisi illa causa turpis esset accumulata alter[illegible] n[illegible] turpi:quia tunc promissio non [illegible] turpto [illegible] mulationem alterius [illegible]usæ.& dic[illegible] hoc [illegible]quitur Ioan.de Imol.in dicta l.[illegible] ex plagi[illegible] legat illud dictum Innocentij i[illegible] d[illegible] in l in præsentia.& dicit illud esse singular & commu[illegible] [illegible] tum legistis.Ita ref det Alexan.in [illegible] o [illegible]na

funt not.quia quandoque contingunt de facto:de quo etiam vide per do.Ioan.Crotum in repeti.l.qui Romæ.§. duo fratres.in xxiiij.col.ff.de verb.oblig.

CCCCCCXVIII.

1 *Testium variatio,aut singularitas non circa negotium principale,sed circa accessoria,non consideratur,sed nec testis dictum inualidum reddit.*

2 *Et limitabis in testibus non suspectis vlla ratione,vel causa.*

3 *Testes interrogati,quale biretum contractus tempore contrahentes haberent,vnusque dicat nigrum,alius rubeum,quasi contrarij non probant.*

4 *Testis varietas licet circa principale factum non sit:sed circa accessoria,nihilosecius ob id minus testi est credendum.*

1 QVando † variatio seu singularitas testium non est circa negotiũ principale,sed circa aliqua accessoria,non attenditur,nec inualidat dictum testis:quia illa consideratur quando est in facto principali & non in accessoriis.secundum Bar.in l.cos.ff.de fal.& Spe.in titu. de teste.§.j.ver.item quod de suo.& Ang.in consi.cclxxiiij.incip.ex themate.in vij.col.& Bald.in l.de quibus. in pen.col in ver.dictũ est de singularitate.ff.de legi.& Bald. & Sali in l.pen.circa fi.ver.item hæc vera.C.de transact. de quo per do.Phil.Deci.in consi.suo 100.incip. in causa inquisitionis.in iij.col.& in consi.cv.in iij.col.& in consi.
2 cccxlij.incip.in causa partus &c.in iij.col.Limita † tamẽ prædicta,& dicas illa procedere,& locum habere in testibus non suspectis aliqua ratione vel causa:quia si tales sunt varij etiam super accessoriis non probant. Ita sing. dixit Alex.in consi.suo cliiij.incip.viso themate.in ij.col. in v.volu.vbi ad hoc alleg.Spe.in tit de teste.in §.iam de interrogatoriis ver.& nota.& Azo in summa.C.de testib. in pen.col.Pro quibus secundum eum facit gl.in c.cum causam quæ inter archiepiscopum. in verbo, tẽpore. de testi.& Bal.ibi,& gl.in auth.de teste.in §.& licet.in verbo, causam.& not.per Bal.in l.testium.in vj.col.C.de testi. Et
3 † ideo dicit Alex.in d.consi.quòd si testes suspecti interrogantur,quod biretum habebant in capite contrahentes tempore celebrati contractus:& vnus dicat quod habebant biretum nigrum:alius verò dicit quòd habebãt biretum rubeum,quòd tales testes non probant,licet contrarietas eorum non sit circa factum principale,sed circa circunstantias.quod est summè notãdum:quia sæpissimè contingit in facto,de quo etiam pulchrè per do.Phil. Dec.in c.licet causam.in nu.14.de proba. Et ad prædicta vide Bal.in margarita sua,in litera T in ix.col.in vlt.ver. & gl.in l.ob carmen.circa princ.in versi assistit.ff.de testi. vbi gl.loquitur de testibus examinatis contra Susannã, qui fuerunt varij in circunstantiis & non in facto principali:tamen quia erant suspecti,fuerunt reprobati,& meritò lapidati.& vide Inno.in c.cùm causam.in gl.in ver-
4 bo,tẽpore.de testib.Item † scias,& pro primo teneas mẽti:quòd licet varietas testis non sit circa factum principale, sed sit circa accessoria,tamen minus est credendum tali testi secundũ Bal.in l.si ex falsis.in vlti.col.C.de transact. quem refert & sequitur Phil.Dec.in consi.cv.in vj.col.

CCCCCCXIX.

1 *Calamitas emergens nouum exposcit auxilium nouumq́, suffragium: superueniensq́, facultatum deficientia iustam onerum causam diminutionis inducit.*

2 *Ob idq́, tributorum exactor facultatem habet, boni viri arbitrio, vel tributum dimittere,vel diminuere ei,cuius patrimonium furente fortuna collapsum est.*

1 EMergens † calamitas nouum exposcit auxilium & nouum suffragium.arg.l.de ætate.in §.ex causa.ff.de interrog.act.& in l.si hominem.ff.manda.& argu.eorũ quæ habentur in c.pen.de cleri.non resi.& in c.suggestum. de decimis.& in l.ex facto.ff.de vulga.& pup.pro quibus faciunt plura singularia adducta per incomparabilem iuris fontem do.Philip.Dec.in consi.suo cccxxxv.inci.viso &c.in ij.col.& per me in sing.meo cxlij.incip.cautum est. & in alio sing.meo ccxxxiij.incip.quæ de nouo emergũt &c.& per Dy.in consi xx.incipi.super quæstione &c. quẽ refert & sequitur do.Flo.in l.quædam mulier. in iij.col.ff. fami.ercis.Et superueniens deficientia facultatũ iustam inducit causam diminutionis onerum.Ita dicit tex.in l.
2 cura.in §.deficientium.ff.de iur.immu Et † ideo exactor tributorum habet facultatem arbitrio boni viri dimittere vel diminuere tributũ ei,cuius patrimonium aduersa fortuna collapsum est.Ita dixit Ludo. Ro. in consi.suo ccclxix.incip.circa primum.in viij.col.vbi dicit,quòd de hoc est gl.sing.in l.omnes.j.C.de anno.& trib.lib.x.quam gl.ibi ad hoc not.Bar.Bal.Ang.& Io.de platea.& Alex.in apostil.ad Bar.vbi plura adducit in materia paupertatis. De qua materia paupertatis dixi ego plura in l.j.in §.prætera.in xviij.& xix.col.ff.de quæstio.& aliqua etiã dixit Ang.in addi.ad Bart.in l.illud.co.ti.de anno.& tribu.& ad principale dictũ superius vide suprà in sing.ccxlj.incip.non debet addi afflictio afflicto &c.

CCCCCCXX.

1 *Causam possessorij parui præiudicij esse,ita licet res maximi sit valoris,si tamen de possessione tantum agatur,causa minima censetur. In ea,j,semiplena probationes sufficiunt, quinetia stante semiplena probatione iuramentum deferri potest. nu.2.3.& 4.*

1 CAusa † possessorij dicitur causa parui præiudicij,adeo quòd licet res sit magni valoris,tamen si de possessione tantum litigatur,causa dicitur minima secũdum Bar.in l.admonendi.in pen.col.de iureiur.& do.Anto.in c.fi.in vij.col.de iureiur.Bar.in l.ij.ff.de app.reci.& in l.j.ff.quorum bono.& Matth.in not.suo iij.incip.no.quòd in iudiciis possessoriis &c.& Bar.in l.fi.C.vbi in rem actio. & voluit do.Phil.Dec.in consi suo xxviij incip.diligenter consideratis.in ij.col.& in consi.lvj.inci.in causa appellatio-
2 nis.in j.col.Et † in tali iudicio possessorio semiplenæ probationes sufficiunt secundũ Bar.in d.l.j.in ij.col.C.quorum bon & in l.ij.§.fi.in prin.C.vbi in rem act. & Matth. in d.not.suo iij.& voluit Phil.Dec.in d.consi.suo lvj.& plenius per Alex.in cõsi suo ciij.inci.super eo. in j.colum.in vij volu & in consi suo cxvij inci.viso processu.in vlt.col.
3 in ij.vol.Et † ideo scias,quòd in causa possessorij stante semiplena probatione,cùm non dicatur causa magna,vt dixi,poterit deferri iuramentum in supplementũ probationis.Ita no dixit Alex.in consi.suo xcj.incipi. in causa
4 & lite vertente.in j.col.in volu.v.vbi † etiam dicit,quòd quando est semipleuè probatum & actor à principio petiit sibi ius & iustitiam ministrati,quòd tunc iudex etiã absque alia petitione partis poterit deferre iuramẽtum in supplementum probationis.Ita secundum eum dixit Abb.in c.fi in fi.de iureiur.quod dictum refert & sequitur Deci.in consi cclij incip.agitur causa.in j.col.post med. & idem etiam dixit Lanfrã.de Oriano Brixien.in sua repet.l.admonendi.ff de iureiur.in vltimis verbis.

CCCCCCXXI.

1 *Testium rationẽ redditã magni sanè effectus,idq́, adeò vt testib. etiã nõ interrogatis rationẽ dicti sui reddentibus bonã,quam rationem bonam non reddentibus,ipsisq́, præferentur.nu.2.*

3 *Testes de rei valore deponentes,nisi rationẽ reddant non probant. Nec dictum non reddentis rationem,dictũ testis reddentis debilitat,adeò,vt iuramentum suppletorium non deferatur.*

4 *Testibus in criminalibus rationem dicti sui non reddẽtibus,etiam si in hoc interrogati non sint,non creditur.*

5 *Testes instrumentarij,vel etiam alij contra instrumentum deponentes,nisi dicti sui rationem reddant,etiam non interrogati,instrumento nullum afferunt præiudicium.*

1 MAgnæ † importantiæ & operationis in testibus est ratio per eos reddita seu assignata:nam illa est quæ restringit,declarat,vel ampliat dictũ eorum, secundũ Bal. in l.conuenticulam.in antepe.col.C.de episco.& cleri. in ver modo venio ad testes,&c.& in l.data opera in xviij. col.C.qui accusa.non poss.vbi allegat not.per glos.in l.j. in §.hoc interdictum.ff.de fonte.& volunt Inno.& alij, in c.cum causam quæ inter.de testa.pro quo facit text.in l. cum pater.in §.dulcissimis.ff.de leg.ij.& habetur per cauo.in c.quoties.de test.& per seri.in l.iij.C.de test. & voluit Alexan.in consi.suo xx incipien.viso processu causæ. in penul.col.in ij.volu.& ibi in cõsi.xxiiij.incip.animaduersis.in ix.col.& in eo.volu.in cõsi.lxxx. incip.examinato processu.in iij.col.& voluit Soci.in cõsi.aiij.incip.insi

gnis doctor.in iij.col.in iiij.vol.& ibi in consi. lvj. incip. viso processu.in pen.col.& Bal.in margarita sua,in litera L.in x col.in j.versi.incip.testis si testificatur super his.

2 Et † magis creditur testibus reddentibus bonam rationē dicti sui,etiam non interrogati,quàm testibus nun reddentibus bonam rationem dicti sui,& illis præfetētur,secundum Iaco.de Are.quē refert & sequitur Bal. in l.presbyteri.ad fi.C.de episc.& cler.& in c.j.§.sacramētum. de consue.recti feu.quos refert & sequitur Alex. in consilio cxlviij.incip.excellentissime do.vicarie.in j.col.in ij.volu. Et circa hanc materiam redditionis rationis fiendæ per testem,tene menti aliqua mihi nunc occurrentia: &

3 † primò quòd testes deponentes de valore rei non probāt nisi reddāt rationem dicti sui.Ita dixit do. Feli. in c.cùm causam.in ij.col.de testi. vbi allegat plures docto.hoc tenentes,ad quem me refero.& idem dixit do.Lanfran.Brixien.in repe.c.quoniam cōtra falsam.in lvj.col. de proba.Secundò scias,quòd testis non reddens rationē dicti sui,non debilitat dictum testis reddentis rationem dicti sui,adeò quòd non posit deferri iuramentum in supplementum probationis ei,qui producit illum testem reddentem rationem dicti sui.Ita not.dicit Bal. in l.de quibus.in pen.col.ff.de leg.quem refert & sequitur do. Feli. in c.cùm causam.in vj.col.versi.fallit quartò. de testa.de quo etiam dixi in sing.meo cxcvij.incip.quoad hoc,&c. & in l.proprietatis.C.de proba.& in practica mea causa

4 rum cri.in §.diligenter.nu.4.Tertiò † scias etiam,quòd in causis criminalibus non creditur testibus, nisi reddant rationem dicti sui etiam non interrogati.Ita singu.dixit Sali.in l.fi C.de proba.quem refert & sequitur Alexan. in consi.xv.incip.viso processu inquisitionis in viij.col.in j.volu.& voluit Ias.in repe.sua l.admonendi.in xcix.col.ff. de iureiuran.quod in l.ait prætor.nu.21.ff.eo titu.& Philip.Dec.in consi.suo xxxvij.incip.in causa. in iij.col.& in c.veniēs.nu.13 de quo etiā ego dixi in practica mea cau.cri.§.diligēter.n.31.vbi ampliaui hoc dictū.& dixi infrà,

5 in fin.dclviij.inci testis.vbi hoc limitaui. Quartò † scias, quòd in casu quo testes instrumentarij vel non instrumentarij deponentes contra instrumentum præiudicent ipsi instrumento,requiritur quòd reddant rationem dicti sui etiam non interrogati:aliàs dictum eorum non præiudicat instrumento.Ita not.dixit Bal.in l.presbyteri. in vlti.col.C.de episc & cleri.quem refert & sequitur do.Lanfran.de Oria.Brixien.in repet.sua l.admonendi. in xv.colum.ff.de iureiuran.vbi dicit,quòd istud fuit dictum Iaco.But.in quæstion.sua incip.quæstio talis est, quidā petiit à Titio,&c.quam alleg.Bal.in dicta l.presbyteri.& illud dictum Bald.in dicta l.presbyteri.etiam refert & sequitur Alexan.in consi.suo lvj.incip viso processu.in iiij.col.in ij.vol.de quibus etiam vide Ias.in l.cùm hi.§.vult igitur.in ij.& iij.col ff.de transac.& vide omnino quæ dixi infrà in singu.dcxliiij.incip.tradidi tibi,&c.Tene menti prædicta:quia faciet tibi honorem & vtilitatem tampore opportuno.

CCCCCCXXII.

1 *Ecclesiæ priuilegia penè infinita:sed hoc vnum inter reliqua habet,quòd exceptionem non numeratæ pecuniæ perpetuò opponere possit.nec illi vllum in hoc currit tempus.*

1 PRiuilegia † ecclesiæ plura sunt,&,vt ita dixerim quasi numero infinita:& multa ponit Ludo.Roma.in repeti.authen.similiter.C.ad legem Falci.Sed inter alia priuilegia quæ habet ipsa ecclesia,habet vnum maximæ importantiæ non omnibus cognitū, quod est,tu scis, quòd transacto biennio exceptio non numeratæ pecuniæ opponi non potest:vt est tex.in l.in contractibus.C.de non numerata pecunia.tamen ipsa potest perpetuò opponere talē exceptionē non numeratæ pecuniæ: nec sibi currit aliquod tempus ad eam opponendam.Ita singula.dixit Bal.in authenti.hoc ius porrectum.in quarta colum. C.de sacrosanct.eccle.quem refert & sequitur Ludo. Roma.in dicta authen.similiter.in xvj. colum. ver.septima, &c.C.ad legem Falci.& idem voluit Ange. in consil. suo ccalv.incip.quia omne datum,&c.in secunda col. quem refert & sequitur Ludo.Bologni.in additio.suis ad consilia Ioan.de Ana. in consil.xcvij.incipi.in causa, &c. post princi.illius additio.& idem tenuit Cardi.in clemen.j. in ix.quæstio.de restit.in integr.Et licet contrarium teneat Specu.in titu.de in integ.restitu.in §.ij.in versic. hoc autem.tamen Ioan.And.in addi.& in c.fi.extrà de solution. eum reprobat:& ad hoc etiam allegat Hostiē. de quo latiùs per eum in dicto c.fi.de solutio.

CCCCCCXXIII.

1 *Attestationibus publicatis,super iisdem articulis testes produci aut examinari non posse:etiam si testes solùm de veritate dicenda iurauerunt,nec examinati fuerint.*

1 EX † dispositione iuris cautum est,quòd publicatis attestationibus non possunt vlterius examinari testes super eisdem capitulis: vt in cle.testibus de testib & volunt docto.post gloss in c.per tuas.eo.titu. & docto. in c. fraternitatis.eo.titu.cum simi.Sed tu amplia dicta iura, & dicas hoc habere locum non solum si testes sint examinati,sed etiam si non sunt examinati,sed solum iurarunt de veritate dicenda in manu iudicis. Ita not. dixit Innocen.in dicto cap.fraternitatis.de testi in versi.idem dicunt si testes iurauerint &c.quod dictu pro valde not. refert & sequitur Ang.in consi.suo clv.incip. in quæstione.aliàs in hac quæstione &c.in j.col.vbi videas. tene mēti.quia pauci sunt qui ad hoc animaduertunt.

CCCCCCXXIIII.

1 *Actus factus die in honorem Dei feriato,licet efficax sit, iuramentum eodem die præstitum non valet.*

2 *Et quid de ciuitatis rectore,officij sui possessionem capessente,ac vt moris est eodem die iurante?*

ADuerte quæso ad vnum,ad quod rarissimi aduertūt,

1 videlicet quòd † licet actus factus die feriato in honorem Dei valeat: attamen iuramentum præstitum die feriato non valet.tex.est in c.j.extrà de feriis.Ex quo text. dixit not.verbum do.Lanfrā.de Oriano Brixien.in repe

2 titio c quoniam cōtra falsam.in ix.col.de probatio. † quòd vbi rector ciuitatis ingreditur officium suum in die feriato,& iurat seruare statuta vt moris est, tale iuramentum non valet.& ille tanquam non iurauerit poterit cōtrauenire. quod est summè not. attento quod sæpius & quasi semper officiales intrant officium suum die feriato,& illo die iurāt seruare statuta,& hoc in facto vidi pluties in hac ciuitate Bononiæ mihi patria.

CCCCCCXXV.

1 *Positionibus respondere debens,si fuerit contumax, & ex forma iuris ac statutorum pro confesso habeatur. si ante sententiam latam moriatur,an pœna ipsius in heredem transeat?*

2 *Libellus si ineptus,aut malè ordinatus est, reus contumax in respondendo positionibus,pro confesso haberi non poterit.*

1 MAteria † positionum vtilis est:quia sæpe releuat ponentem ab onere probandi,vt quotidie videtur in iudiciis: circa quam materiam positionum tene menti duo singularia verba. Primum est quod si ille qui debebat respondere positionibus,& fuit contumax , & habetur pro confesso ex forma iuris & statutorum, si talis moriatur ante sententiam latam , talis pœna non transit in hæredem. Ita dixit singula.Barto.in l.eius qui delatorem. ff.de iure fisci. quod dictum pro valde notabili refert & sequitur domi.Lanfranc.de Brixia,in repetitio.cap.quoniam contra falsam.in xxvj.colum.de probatio. Sed vltra eum dicas tu,quod idem voluit idem Barto.in l.ij. in §.quòd si actor.in fi.C.de iuramen.calum.& in l.manifestæ.in fi.ff.de iureiur.Secundum not. in hac materia est secundum domi. Lanfranc. in loco vbi supra , videlicet

2 † quòd vbi libellus est ineptus vel malè ordinatus , tunc dato quòd reus fuerit contumax in respondendo positionibus,tamen non poterit haberi pro confesso:quia cùm iudicium sit nullum propter defectum libelli,non poterit sequi aliqua sententia valida. Ita secundum eum dixit Bald.in l.ij.§.quod obseruari.C.de iuramen.calum & ad primum dictum hic vide quæ dixi suprà,in singu.cccl x iij.incip.vt nosti &c.

CCCCCCXXVI.

1 *Iracundiæ calor plures in iure effectus habet. Sed hoc vnum inter*

cætera

caetera efficit. vt si quis iracundiae calore, verbum alicui iniuriosum dixerit, ac posteà eum dicti pœniteat, non ei nocebit, si modo talis est iniuria, quae pœnitudine tollatur: secus si tolli non possit. num. 2.

1 CAlor † iracũdiae plura operatur: vt habetur in l. quicquid calore. ff. de regul. iur. & in l. iij. ff. de diuor. & in l. ij C. de rebus credi. & in hac materia caloris iracundiae ponit plura singul. dicta Iaso. in l si filiam tuam. C. de inoffic. testa. & aliqua etiam dicit in materia Lud. Rom. in sing. suo cccccxiiij. incip. volo commentare. & Baueria in lxxviij. priuilegio iuramenti. & habetur etiam per do. Feli. in c. cùm te. in iiij. col. de re iudi. & per do. Franc. de Are. in consi. suo lxxx. incip sicut decet. in j & vlt. colum.
2 Et † vltra dicta per omnes in dictis locis circa hanc materiam teneas menti not. verbum, videlicet quòd si aliquis calore iracundiae dixisset aliquod verbum iniuriosum alicui, & ex post eum pœniteat, tale dictum non sibi nocebit, si iniuria est talis quòd possit reuocari per pœnitentiam, vt sunt verba iniuriosa: secus autem si iniuria esset talis, quae reuocari non posset pœnitentia: vt si quis occidisset hominem: nam tunc non potest vllatenus reuocare etiam si fecisset calore iracundiae. Ita singul. dicit Ang in l. si non conuitij. C. de iniuriis. quod dictum pro sing refert & sequitur do. Lanfran. de Oriano Brixien. in repe c. quoniam contra falsam. in xxvij col. post princ. de probatio. pro quo faciunt optimè quae ego dixi in l. is qui cum telo. num. 68. C. de sica. Tene menti pro adiuuante amico dicente iniuriam verbalem alicui, vt saepe contingit, & ego hoc anno habui hoc in facto & obtinui.

DCXXVII.

1 *Confessionem absente parte factam de aequitate canonica probare plenè & confitenti nocere.*

MAteria confessionis factae absente parte quando valeat & quando non, traditur per Bart. & alios in l. certum. in §. si quis absente. ff de confes. & l. si. ff. de interrog. action. de qua materia plenius dixi suprà in singul. ccij. incip. tu scis regulam &c. vbi adduxi plures casus, in qui-
1 bus valet confessio facta absente parte. Et † teneas menti vnum, de quo etiam ibi aliquid dixi, videlicet quòd confessio facta absente parte de aequitate canonica plenè probat & nocet confitenti. Ita not. dixit do. Ant. in cap. si cautio. de fide instru. quem ibi refert & sequitur Ioan. de Imol. quos refert & sequitur dom. Lanfranc. de Oriano Brixien. in repeti. c. quoniam contra falsam. de prob. in xxxij. col. ver. vnum est tamen &c. & idem firmat d. Alex. referens do. Ant. Ioan. de Imol. & Car. in d. c. si cautio. & alios etiam in consi. suo cav. incip. visa scriptura &c. in j. col. in vij. vol. & in consi. cxlv. incip. ponderatis his &c. in vj. volu. & in dictis locis doct. tractant de multiplici confessione quos non refero breuitatis causa. sed vide omnino quae dixi suprà in d. sing. ccij. & d Ale. in dictis consiliis & d. Lanfran. vbi suprà, in xxxj. & xxxij. col.

DCXXVIII.

1 *Minor delinquens, statuti pœna puniri non solet, nisi doli capax, & pubertati proximus sit.*

2 *Limitatum delictis, quae agendo committuntur, non quae omittendo, vel negligendo. Mitius tamen minor, quam maior punitur. nu 3.*

HIs temporibus & hac aetate minores committunt diuersa delicta saepe & saepius: & apud iudices maleficiorum dubitatur quomodo puniantur: de quo habetur in l. j. in §. impubes. & in l. excipiuntur. ff. ad Syllan. & in l administrantes. in § qui corporis. ff. de excu. tut. & per Bal. in l. & si seuerior. in ij. colum. in ver. ex praedictis. C. ex quibus cau. infa. irrog. & in auth. sacramenta puberum. in pen. colum. ver. facium ad praedicta. C. si aduer. vendit. & in l. si arrogati. ff. de tutel. Circa quod doct. faciunt distinctionem, & dicunt quòd aut talis minor est doli capax, aut non: & aut est proximus pubertati, aut
1 non Sed † tu facias cõclusionẽ in hac materia, & dicas quòd minor delinquens nunquàm punitur vera pœna statuti, nisi ista duo concurrant, videlicet quòd sit doli capax & proximus pubertati. Ita no. dixit Ang. in l. impuberem. ff. de fur. quem refert & sequitur Io. de Ana. in c. j. in fi. iiij. col. de delic. puero. De qua materia etiam locutus sum in
2 l. de minore in princ. in vlti. col. ff. de quaestion. Et † scias, quòd praedicta habent locum in delictis quae cõmittuntur in faciendo, sed secus est in delictis cõmissis in omittendo vel in negligendo: quia in illis non punitur minor etiam si sit doli capax. Ita dixit Dyn. in d. l. j §. impubes. ff. ad Sylla. quem refert & sequitur Io. de Ana. in d. c. j. de delic puero. in viij. colum. vbi ad hoc etiam allegat Cyn. & Sali. & alios. Ad quae etiam vide quae habentur in l. infans. ff. de sica & vide Rap. Cu. in consi. suo acv. inci. Chri-
3 stoforus. in fin. vbi dixit, † quòd mitiùs punitur minor delinquens, quàm maior: quod etiam dixit Raph. Ful. in consi. suo clvij. incip. supposito. in ij. col. post med. & vide in materia not. verbum. Phil. Decij in c. de causis. num. 5. de offi. dele. & Alex. in consi. clx. inci. visis. nu. 8. in vij. vol.

DCXXIX.

1 *Iuris regulae tres valde affines, minimùm, quòd libello conformis sit sententia, quòd super non petitis iudex non sedeat, nec sententia valeat, quae ad partis instantiam non fertur. His tamen nihil vetantibus, iudex spoliatorem de spoliatione accusatum, etiam in fructibus perceptis, & si id petitum libello non sit, condemnare potest. nu. 2.*

1 TRes † sunt regulae iuris quae multum fraternisant insimul: vna est quòd sententia debet esse conformis libello: vt in l. vt fundus. ff. communi diui. & c. licet Hely. de simo. cum si. Alia est quòd super non petitis iudex non dicitur sedere: vt in l. iiij. in §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infec. in l. stipulatio. in §. habet. ff. de oper. noui nun. & in l. cum quis. in princip. ff. de solu. Item alia regula est, quòd sententia non valet nisi feratur ad instantiam partis secundum Bart. in l. j. C. vt quae desunt aduoc. par iud. sup. & Ang. in l. de vnoquoque. ff. de re iudi. & Pau. de Castro in l. j. in princip. C. de iudic. de qua per Ias. latius in l. properandum. §. & si quidem. in j. col. C. de iudi. & per do. Catal. in tract. syndica. in ver. cclxx. incip. adde an senten
2 tia &c. & ibi in ver. seq. Attamen † tene menti, quòd non obstantibus dictis regulis quòd iudex potest condemnare spoliatorem accusatum de spoliatione fundi per spoliatum, etiam in fructibus perceptis, etiam si hoc non sit petitum in libello per ipsum spoliatum. ita singul. dixit Inno. in cap. grauis. de restitu. spoli. quod dictum pro valde not. refert & sequitur do. Lanfran de Oriano Brixien. in repeti. sua rubr. de causa pos. & proprie. in iij. col. quod est magna limitatio ad dictas regulas & iura. Ideo teneas menti. & in simili vide Ias. in l. Aquiliana. in ij. colum. ver. & adde text. ff. de transac.

DCXXX.

1 *Generalitatem verborum ad habilia semper restringi debere. Quod ita accipies, nisi verba geminata sint. vel eius, ex quibus apparere possit, intentionem disponentis esse, vt inhabilia comprehendat.*

2 *Statuto disponente, quòd quicunque occiderit alium, quouis modo, vel causa. siue qualitercunque decapitetur an quilibet occidens nulla distinctione doli, aut culpa sit decapitandus? numero 3. & 4.*

5 *Statuta intelligi potius debent, vt superflua sint, ac nihil operentur, quàm quod quis indebitò damnum sustineat.*

1 GEneralitas † verborum semper debet restringi ad habilia l. vt gradatim. ff. de mu. & ho. & l. j. per glo. C. de sac. san. eccle. de quo ego dixi latissimè in l. vnius. in §. cognitorum. in v. & vj. col. ff. de quaestionibus. Attamen haec regula fallit secundum doct. nisi verba essent geminata, vel talis naturae, ex quibus appareret quòd intentio disponentis esset comprehendere etiam inhabilia: vtputà, si in lege vel statuto vel in alia dispositione essent apposita verba latissima: vtputà quomodocũque, qualitercũque, cuiusuis conditionis & status, & similia: nam tunc comprehenduntur etiam inhabilia. Ita dixit Bart. in l. generali. in §. vxori. ff de vsufruc. leg. & volunt alij quamplures quos ego adduxi in d. §. cognitorum. in vj. & vij. col. Et
2 ideo dixit Saly. in l. si serui vestri. C. de noxa. quòd † si statutum dixit, quicunque occiderit quouismodo vel cau-

sa,siue qualitercunque, decapitetur: tunc quilibet occi-
dens decapitabitur,nec fiet distinctio vtrum dolo vel cul
pa quis occiderit,vel etiam se defendendo:quod dictũ re-
fert & sequitur Ias.in ij.l.fideiussor.in §.prætor ait.in ij.col.
ff.qui satisda.cog vbi ad hoc etiam allegat Alex.in l.& si
seuerior in ij col.C.de infami.&Bal.in l.data opera.in v.
col. C.qui accu.non pos.& in l.quicunque.in vj.col.C.de
ser.fugi.& Car.& Io.de Ana.in c.lator.de homici.ad quę.
etiã vide Ias.in l.non dubiũ.in ix.col.ver. & iuxta hoc in-
fert &c C.de leg.& in l.j.nu.9.ff.de legi.vbi refert & sequi
tur doctrinã Salic. in d.l.si serui vestri. Et †licet dicta do-
ctrina Sali.in d.l.ij. C.de noxa.& sequaciũ videatur tenen
da, attamen ego circa eius validitatem valde dubito: eo
quia statutum semper debet restringi vbicunque, si non
restringeretur,resultaret absurdum. Iste est tex.sing & no.
in l.scire oportet. in §.aliud. ff de excu tut. Sed non est
dubium quòd si ex forma dicti statuti deberet decapita-
ri occidens ad sui defensionem,resultaret maxima absur
ditas, quòd quis non posset se defendere, sed pro defen-
sione vitæ suæ deberet pati mortem, quod est contra ius
naturale:ergo tale statutum debet restringi. Ita sing. dixit
d. Lanfran.de Oriano Brixien.in repeti.l.admonendi.in
xxiiij.col.ff.de iureiur. vbi dixit, quod dicta doctri.Salic.
& sequacium est falsissima per rationem prædictam: &
idem dixit Bart.in consi.suo clxxxviij.incip.statuto castri
4 plebis &c.& allegat dictã l.scire oportet §.aliud. Et†sub-
dit do. Lanfran. vbi suprà tacitæ obiectioni, videlicet si
diceretur, quid operabuntur ergo dicta verba lata &
ampla, videlicet quouis modo &c. respondet quòd
satis operabuntur: quia continebuntur omnes modi
per quos mors perpetratur ab eo qui occidendo dici-
tur committere delictum: vt si veneno aliquis occidatur,
vel si gladio,vel fustibus,vel lapidibus,non enim assumen
dus est intellectus verborum statuti, quòd statuentes vo-
luerint occidentẽ ad sui defensionem debere decapitari,
cùm in eo non posit dici esse delictum: quia defensio est
de iure naturali: vt in cle.pastoralis. de re iudi. Ita residet
d.Lanfran.vbi suprà.pro quo dicto faciunt dicta per Ias.
in locis superius allegatis. Et facit etiam optime. Nam
5 †statuta potius debent intelligi, vt sint superflua, & nihil
operentur, quàm quòd quis indebite damnum patiatur.
Ita dixit gloss.sing.in l.fi.in §.in computatione. C.de iure
de libe.quam gl.pro sing refert & approbat Ias.in d.l.non
dubium.in ix.col.C.de legi & eam summè etiam ponde-
rat ipse Ias.in d.§.in computatione.in vlti.col. vbi etiam
aliqua adducit in proposito. Et per prædicta possunt li-
mitari & tolli dicta per Bar.in l.j §.& parui.ff.quod vi aut
clàm.de quibus dixi in practica mea causarum crimi. in
§.opportunè. num.80. vbi videas. Tene menti prædicta:
quia indubitanter seruient tibi ad multa.

DCXXXI.

1 *Opinionem vltimam in dubio approbari, & reliquis præferri: ni-*
si prima æquitatem, vltima verò rigorem contineat & sa-
piat. num.2.

1 VLtima †opinio in dubio videtur approbata, & ideo
præfertur aliis opi.glo.est no.in l.qui filium. in §.Sa-
binus ff.ad Treb.& no.Ioan. Andr in c.j. de pœnis in vj.
in nouella.& in c.ij.de sen.excom.eod.lib. & Bal. in auth.
ex testamento.in princ.C.de testa.& Alex. in consil.lxxij.
incipien.inspecto.in v.col.in eo.volu. & in consi.c.incip.
super primo.& c.in fi.ix.col.in eod.volum.& ibi in consi.
cxxj.incip.viso processu.in pen.col.& in consi lxxvij.inci.
in causa & lite.in iij.col.in ij. volum.& ibi in consi. clxiij.
incip.viso.in j.col.& in consi cclij.inci.præclarè,&c.in fi.
j.col.& in consi.cccxcv.incip.cùm dicatur.in ij.col.& vo-
2 luit Salic.in l.bona fides.in fi.ff.depositi. Attamen† scias,
quòd hæc regula fallit, videlicet nisi prima opin. sapiat
æquitatem, vltima verò sapiat rigorem: quia tunc prima
censetur approbata gl.est singul. ad hoc in l.si cum exce-
ptione.in §.sed & si quis. in glo. in verbo, omnimodo. ff.
quod met.caus.quam gl. ad hoc pro singul.allegauit do.
Francisc.de Aret.in consilio suo clxiij.incipien. diligen-
ter & maturè discussis.in vij.colum.quem refert & sequi-
tur Ias.in l.si tibi pecuniam. in vltima colum. in princip.
ff. si certũ petatur. & hoc poteris addere ad materiam l.
placuit.C.de iudic.& vide etiam in materia Ias.in l.quod
si Ephesi.§.j.numero 2 ff. de eo quod certo loco. de quo
etiam errore ductus dixit infrà in singular. cccccclx.in-
cipien.dicit text.

DCXXXII.

1 *Vestem habens venalem, tradit eam proxenetæ venditori in-*
quiens: en vestem. vẽde decem, & quicquid plures superuendi
deris, tuum erit: hoc pacto sic præsumte, quindecim venditor
vestem distraxit, cuius futura sunt illa quinque decem exce-
dentia ex venditione vestis profecta?

OCcurrit mihi personaliter quidam casus, qui primo
aspectu videtur sine aliqua dubitatione: attamen
rectè consideranti habet magnam dubitationem. Casus
1 enim est iste. habeo† vestem quam vendere cupio, & eam
trado Titio, & eum rogo vt illam vendat, & mihi pre-
tium det: & vt libentiùs illam vendat, & magis solicitus
sit in vendendo, illud dico, vendas dictam vestem pro x.
& pono pactum expressum & dico, si plus quàm x vendi-
deris, illud plus sit tuum: modò iste Titius vendidit di-
ctam vestem xv. hoc casu quæritur, cuiua sint illa v. quæ
plus vendidit? certè vnusquisque diceret, quòd illa essent
ipsius Titij venditoris, postquam inter eum & dominum
dictæ vestis ita conuentum fuit: nam contractus ex con-
uentione partium legem accipiunt l.j §.si conuenerit.ff.
deposit.& quæ ab initio sunt voluntatis, ex postfacto sunt
necessitatis: vt in l.sicut. C.de act & obl & l.ij. C.quando
liceat ab empt. disce. Item in rebus claris non est locus
coniecturis l.continuus.§.cum ita.ff.de verb. oblig. Sed
Ioan Fabr.& Ioan.de Platea formant hanc quæstionem
in §.actionum.instit.de actio.& ibi distinguunt.& dicunt,
quòd aut conuentio fuit taliter facta, quod periculum casus
fortuiti spectabat ad ipsum Titium & hoc casu quemad-
modum periculum est suum, ita etiam illud, quod plus
vendidit, debet esse suum: cùm eum sequantur commo-
da, quem sequuntur incommoda: vt in l.secundum na-
turam.cum simil de regulis iuris. aut non præcessit talis
cõuẽtio, tũc ne ipse Titius stet solũ ad lucrum, & non ad
aliquod periculum: illa quinque erũt domini dictæ vestis:
quia, vt dixi, illud lucrum esset sine aliquo periculo. & hac
ratione dicunt quòd vsura est prohibita, quia est sine peri
culo: secus in nautico fœnore, in quo vsura est permissa.
& ista omnia latiùs ponit, & refert Ias.in l.j.in pen.colum.
ff.de æsti.action. Tene menti: quia quilibet diceret, quòd
illa quinque deberent sine aliqua distinctione esse dicti
Titij venditoris.

DCXXXIII.

1 *Citationis materiam fusam, & plerisque locis tractatum: si tamẽ*
compromissum ita factum est, vt arbiter laudum etiam parti-
bus absentibus ferre possit, nec addito, etiã nõ citatis: tunc sen-
tentia eius partibus absentibus nec citatis lata nulla est nu 2.

1 MAteria †citationis amplissima est, & à doc.in pluri-
bus locis tradita: & ego etiã licet inter omnes mini
mus sim, tamen plura circa eam dixi & cumulaui in repe.
2 mea. l.de vnoquoque. ff.de re iu. Sed † vltra omnia, quæ
ibi dixi, dico tibi aliud non minus no. in ipsa materia,
videlicet quòd adeò iura exposcunt in actibus fiendis ci-
tationem partis, quòd si factum est compromissum, & in
eo sit dictum quòd arbiter possit ferre laudum partibus
absentibus, nec est additum, & non citatis, si arbiter pro-
nuntiat eis absentibus & non citatis, tunc laudum seu
sententia est nulla. Ita not. dixit Spec. in tit. de arbit. §.ex-
cipitur. in fi. quod dictum pro valde not. refert & sequi-
tur Ioan. de Imol. in cap. cùm dilectus. de arbi. &c. & do.
Alex. in l.si quis arbitratu. in v.col. in ver. iiij in ita. ff.de
verb oblig & do Felin. in c. cùm olim. in ix.col. de re iud.
& Lud.Rom.in sing suo cclxxiij.incip. compromissum est
in arbitrum, &c. vbi dicit, quòd illud dictum non est ali-
bi, & quòd ipse aliàs ita pronuntiauit in facto. Et in ma-
teria an & quando in sententia arbitratoris requiratur
citatio, vel præsentia partium. vide Iasõn. hoc late exami
nantem in d.l.si quis arbitrato. in x.& xj.col. cum sequen-
tibus.ff.de verbor.obligat.

Additio.

ADDITIO.

Adde eundem Hippol. suprà singul. clxxiij. & quæ ibi dixi.

CCCCCCCXXXIIII.

1 *Papā in beneficialibus omnimodam potestatem habere, de illisque ad libitum disponere posse, vt quem à beneficio suo remouere, & alium præficere possit, etiam sine causa, vel episcopum ipsum de episcopatu suo. nu. 2.*

3 *Papa in titulis beneficialibus voluntatem pro ratione habet: idque adeò vt prælato ad libitum titulum beneficialem tollere possit. An autem hæc vera distinctè, ac quomodo intelligantur, vide numero 4.*

5 *Papa si cui beneficium ecclesiasticum contulit, ac deinde de potestatis plenitudine idipsum ab eodem abstulit, aliique contulerit, priori de æquè bono beneficio prouidere tenetur.*

6 *Papa licet plenaria beneficiorum dispositio competat, id tamen intelligi ita debet, vt inconueniens euitetur, ne cuiquam iniustitia fiat. Et si Episcopum inuitum sinéque culpa renuntiare cogat, eidem de bono cambio prouidere debet nu 7.*

8 *Princeps si cui rem suam ex causa, vel sine causa abstulerit, quod vltro nec gratis facere non debet, pretium rei eidem restituere debet.*

1 CRedo † te scire, quòd Papa in beneficialibus habet omni
modam potestatem, & in illis potest ad libitum di-
sponere: vt habetur in c. ij. de præb. in vj. & in cle. j. ad fi. vt
lite pen. Et ideo dicit do. Ant. in c. cõstitutus. per gl. ibi, de
relig. do. quod de beneficiis ecclesiæ potest Papa dispone-
re vt vult, etiam sine causa remouendo vnum à beneficio
suo, per d. c. ij. de præben. in vj. & idem tenet Lud. Ro. in
consi. suo cccxviij inci. circa præmissam dubij consulta-
tionem. in ij. colum. & do. Pe. Philipp. Corn. in consil. suo
cccxlix. incip. videtur. in iij. col. in j. vol. vbi circa hoc laté
loquitur. Et dixit gl. fi. in c. per principalem. 1a. q. iij. quòd
2 † Papa potest deponere Episcopum, & eum episcopatu
priuare sine causa. quam gl. refert & sequitur Car. in cle. j.
in vlt. not. vt lit. pen. & Abb. in c. translato. de constit. &
Ioan. de Imol. in c. ad supplicationem. in vlti. not. de re-
nuntia. & Car. in consi. suo lxxv. incip. venerabilis vir, &c.
& in clem. j præalleg. & Gem. in c. in istis. iuj. dist. & Io. de
Imol. in c. ad supplicationem. in vlti. col. & x. dist. & do-
min. Feli. in c. quæ in ecclesiarum. in xiiij. col. de consti &
facit gl. in c. si gratiosè. de resc. in vj. Per quā dicit ibi Gem.
3 in penul. col. quod † Papa in titulis beneficialibus habet
pro ratione voluntatem, & quòd ad libitum potest prçla-
4 to auferre titulum beneficialem. An † autem prædicta
sint indistinctè vera, & quomodo intelligantur, vide laté
per do. Felin. in d. c. quæ in ecclesiarum. in xiiij. & xv. col.
Et adde circà hanc materiam not. verbum Bald. in d. c. j.
5 §. ad hoc. in viij. col. per gl. ibi, de pace iura. fir. vbi † dicit,
quòd si Papa contulit vni beneficiũ ecclesiasticum, dein-
de de plenitudine potestatis illud sibi auferat, & alteri
conferat, quòd tenetur ipse Papa prouidere illi primo de
æquè bono beneficio: quod dicit esse notan. quod di-
ctum refert & sequitur Alexan. in l. prohibere. in §. planè.
ff. quod vi aut clam. & illud etiam refert & sequitur Ias. in
l. Barbarius. nu. 31. ff. de offi. præt. & in l. fin in vlt. col. ff. de
pact. & in l. quoties. nu. 17. C. de rei vẽ. Et pro dicto Bal. fa
cit quod voluit Card. in consi. suo cxlj. incip. sanctissimus
6 dominus noster, &c. vbi † dicit, quòd licet dispositio plena-
ria beneficiorum spectet ad Papam, tamen ita debet hoc
intelligi vt euitetur inconueniens, ne alicui fiat iniustitia.
quod dictum refert & sequitur domin. Felin. in dicto ca-
7 pit. quæ in ecclesiarum. in xiiij. colum. quem vide. Et † pro
prædictis facit quod voluit Innocẽ. in c. nisi cùm pridem.
de renun. vbi dicit, quòd si Papa cogit episcopum inui-
a tum sine culpa sua episcopatui renuntiare, a debet ei pro
uidere de bono cambio. quod dictum refert & sequitur
8 Ias. in dicta l. Barbarius. nu. 31. Et facit etiam, nam † si prin
ceps auferr ex causa vel sine causa rem alicuius, hoc non
potest facere gratis, sed debet restituere pretium sibi rei
suæ quam sibi aufert. Ita dicit Archid. in capit. per prin-
cipalem. ix quæstio. iij. & probatur in l. serui. C. quibus ex
caus. fetu. pro præ. lib. accip & Bald. ibi, in fin. dicit per il-
lum textum, quòd ille princeps qui priuat aliquem domi
nio rei suæ ex causa, non debet hoc facere gratis ad idem
est tex. in l. venditor. §. si constat. ff. cõmun. prædior. & ibi
Bald. not. & Bal. in l. fi. § Titius. ff. de pignor. actio & Ang.
in consi. cxxxix. incip. visis omnibus. in ij. col. in versi. nec
obstat §. si constat &c. de quo per dominum Phil. Dec. in
consil. suo ccclvij. incip. in casu, &c. in iiij. col. & in consil.
ccclxxiij. incipiente, viso consilio, &c. in iij. colum. Tenẽ
menti prædicta: quia non sunt leuia, sed imò sunt magnæ
importantiæ.

ADDITIO.

a Renuntiare. Adde Roma. sing. dcccij. incipien. an episcopus.
& ibi addit. Corset. sing. ccxxvij. in ver. pax. incip. episcopus,
& infrà singul. cccccclxxxvj incip. aliàs in repet.

DCXXXV.

1 *Iuramento asserentis in his, quæ in animo consistunt, an standum sit. numero 2.*

3 *Probatum, quando semiplenè est, regulariter semiplenè probanti in supplementum, iuramentum deferri solet. Et id quibus in causis locum habeat. num. 4.*

1 MEmoriæ † teneo me aliàs in aliquibus locis tradidisse
plures gloss. & plura iura ad hoc, videlicet quod in
his quæ consistunt in animo statur dicto asserentis cum
iuramento: quam materiam tradidi in repeti. mea rubr.
C. de probation. xxvij. col. in practi. mea causarum crimi.
in §. diligenter. in num 44. & in eo §. num. 09. & in repet.
mea rub. ff. de fideiuss. in viij. col & s. in sing. cccccxxxiij.
2 incip. attende ad vnum &c. Nunc † autem in tali materia
do tibi notab. limitationẽ ad omnia illa iura, videlicet
quòd illa omnia iura volentia quod in his quæ dependẽt
ab animo, statur dicto asserentis cum iuramento, cum
sint improbabilia, sunt vera: & habent locum vbi agitur
de paruo præiudicio: sed secus vbi ageretur de magno
præiudicio. Ita no. dixit Paul. de Leaza. in cle. constitu. de
elect. & idem tenet Dominic. de sancto Gemi. in c. eos. de
tempo. ord. in vj. vbi allegat text. in c. ex insinuatione. de
procur. & ita tenet Abb. in c. quosdam. ad fi. extrà de præ
sumpt. & do. Franc. de Aret. in l. is potest. in x. col. ff. de ac-
quir. hæred. & idem tenet do. Felin. in c. cognoscentes. in
viij. col. versi. fallit tertiò. de cõstitutio. vbi prædictos alle.
& idem tenet do. Ioan. Crotus de Monteferrato in repet.
l. qui Romæ. in §. duo fratres. in xxxij. col. in ver. tertia sit
conclusio &c. ff. de verb. oblig. vbi dicit, quòd licet igno-
rantia probetur per iuramẽtum, vt in c. cum in tua. extra
qui matri. accusa. pos. & voluit glo in cap. humanitas. xij.
q. ij. istud dicit esse verum, vbi tractatur de paruo præiu-
dicio. & sic loquitur d. c. cùm in tua. secus vbi ageretur de
magno præiudicio: allegat Paul. de Leaza. & alios in di-
ctis locis. Mihi autẽ videtur, quòd pro hac limitatione opti-
3 mè faciat. Nam † quãdo est semiplenè probatũ, regulari-
ter ipsi semiplenè probanti defertur iuramentum in sup-
plementum probationis, vt in l. in bonæ fidei. C de rebus
cred. & in l. admonendi. ff. de iureiur. & in c. si de iureiur.
tamen ista probatio fienda in supplementum per iura-
mentum cessat: & fieri non potest in causis in quibus agi-
tur de magno præiudicio, vt putà in causa criminali. Ita
dicit glo. & ibi omnes in d. l admonendi. de quo laté lo-
quitur Ias. in repet. d. l. admonendi. in xviij. col. & idem
dicunt ibi doct. esse in causis magnis in quibus non defer
tur iuramentum in supplementum probationis. & hanc
partem, quòd in causis criminalibus non deferatur iuramen
tum in supplementũ probationis, tenẽt etiam gl. & doct.
in l iij in princ in verbo, agatur. ff. de iureiur. & gl. & Bart.
in l. maritus ff. de quæst & tenent hoc aliæ quamplures gl.
& doct quos refert Ias. in repet d. l admonendi. in xix.
4 col. nu. 274 & 275 & ibi doct. ponũt † plures casus, in qui-
bus non defertur iuramentum in supplementum proptet
magnitudinem rei vel causæ & idem dicit Bal. in d. l. ad-
monendi. in vlt. col. quòd in causa præscriptionis cùm sit
odiosa, non defertur iuramentum in supplementum pro
bationis. quod etiam firmat Alex. in consilio suo clxxiij.
incip. viso &c. in ij. col. in vj. vol. pro quibus faciunt opti-
mè dicta per Alex in l. huiusmodi. in §. si ita. circa fi. ff. de
leg. j. & ista faciunt pro dicta limitatione quam summè
not. ad impediendum delationem iuramenti.

DCXXXVI.

1 *Conuentum pro conuento sine mādato cum cautione de rato ad-*

mittis iure receptum est. Et sic pariter maritus pro vxore sine mandato, & contrà: siquidem coniuncti dicuntur.

2 *Quòd etiam vxor pro marito procuratorem constituere potest ad agendum & defendendum, maximè eo detento & carcerato.*

1 CLarum † est in iure, quòd coniunctus admittitur pro coniuncto sine mandato cum cautione de rato. l. exigendi. C. de procur. l. sed & hæ. ff. eod. & ideo maritus admittitur pro vxore sine mandato, & econtrà, quia dicuntur coniuncti insimul. l. fin. §. cùm autem in confinio. in versic. tam coniuncta persona. & ibi hoc not. Bald. & Salic. C. de furt. & volunt Bal. & Ang. in l. j §. fi. ff. de postu. & Bart. in l. cuieorum. §. affinitas. e. tit. de quo per scrib.
2 in l. maritus. C. de procu. Et † teneas menti, quòd nedum vxor admittitur pro marito, & econtrà, sed etiam vxor potest constituere procuratorem ad agendum & defendendum pro suo marito detento & carcerato: & hoc duplici ratione. Primò quia est coniuncta persona, vt dixi. Secundò quia etiam videtur suam prosequi iniuriam. Ita not. dicunt do. de Rota in nouis, decis. ciij. incip. vxor præsenti clerici &c. quod est not. ad ampliationem d. l. exigendi. & d. l. sed & hæ. de proc. cum similib.

DCXXXVII.

1 *Procurandi officium procuratori in absentia constituto, ante mandatum receptum non competit: nisi sit ei significatum per nuntium, aut domini epistolam: nec sufficit in hoc si tertius notificet. Et si quid antea factum fuerit nullum erit. Et limita vt numero 2.*

1 OFficium † seu exercitium procurãdi non competit[a]
2 procuratori in absentia constituto antequam recipiat mandatum, vel hoc sit sibi intimatum & notificatum per nuntium, vel epistolam domini, nec sufficit si hoc fiat ab aliquo tertio: & si ante hoc procurator faciat aliquem actum pro constituente est nullus. Ita not. dixit Bart. in consil. suo lxxiij. incip. quæritur vtrum procurator &c. vbi ad hoc alleg. gloss. in l. ex consensu ff. de actio. & oblig. & idem voluit Paul. de Castr. in l. j. in j. col. ff. de procu. & in l. furiosus. circa fin. ff. de iudic. ad quod alleg. Bar. ita cõsuluisse, sed non allegat cõsilium. & alleg. Spec. in tit. de procur. in versi. quid si procuratorium. & Archi. in c. ij. de procur. lib. vj. & glo. in cle. j. eod. tit. & Bald. in l. falsus. in viij. col. versi. circa tertium. C. de fur. & in l. licet. C. de procur. Sed in vltra Paul. de Castr. dicas, quòd illud consi. Bart. ad hoc refert & sequitur do. Franc. de Aret. in consilio suo lxviij. incip. excellentissime domine &c. in ij. col. versic. præterea dicit. Item hanc partem etiam tenuit Bald. in l. de statu. in prin. ff. de test. & Bald. in l. eius qui in prouincia. in ij. col. versic. sed dubitatur. ff. si certum pet. & in l. j. in xv. col. in versic. pone Perusij. C. de confes. & in l. licet. in j. col. versic. quartò nota. C. de procur. & Ioan. de Imol. in clemen. j. in viij. col de procur. & Bar. in l. si pupilli. in §. item si procurator. ff. de nego. gest. & volunt alij quamplures doct. in pluribus locis, quos ego adduxi in l. si quis ne quæstio. in xij. colum cum seq. ff. de quæstionib.
2 Sed † prædictam cõclusionem limita, nisi in mandato facto tali procuratori in absentia constituto esset apposita clausula rati. nam si talis clausula esset apposita in mandato, valerent facta per eum antequam ipse habuisset mandatum, vel fuisset certificatus de tali constitutione procuratoris sibi facta. Ita not. dixit Dominic. de sancto Geminiano, in cap. is qui. in fin. j. colum. de procur. in vj. ad quod allegat dominos de Rota in antiquis decisioni. decisi ccclxxx. & allegat rationem, & allegat etiam plura iura ad hoc facientia, de quibus ibi per eum. Et istud addere poteris ad ea quæ ego dixi in dicta l. si quis ne quæstio. in xij. colum. ff. de quæstionibus.

ADDITIO.

a Non competit. Adde Roma. sing. cccccclxj. & ibi addit.

DCXXXVIII.

1 *Præparationem ad actum idem efficere, quod & ipse actus. Vnde fit vt sicut debitor fugitiuus per creditorem capi potest, quum in fuga est, sic & ante fugam, cùm signa fugæ euidentia apparent.*

2 *Apostatam dici, qui se ad monasterium effugiendum præparat.*

3 *Præsumptio si est, quòd quis sit delegati iurisdictionem turbaturus, licet necdum turbet, potest tamen ipse delegatus cogere, vt de non turbando caueat.*

4 *Occidere aggressorem sicut est licitum pro defensione personæ suæ, sic licet & eum qui se ad occidendũ, aut insultãdum præparat. Quod facit pro amico adiuuando inimicum suum occidente numero 5. Et pro liga existente inter aliquos vide numero 6.*

1 PRæparatio † ad actum idem operatur, quod ipse actus. Ita dixit Baldus in l. pignoris causa. C. de pig. actio. pro quo facit quod voluit ibi Ang. vbi dixit, quòd sicut debitor fugitiuus potest capi per creditorem quando est in fuga, quòd ita etiam potest capi ante fugam, si aliqua sunt signa euidentia, quòd vult arripere fugam: quod etiam voluit Baldus in consilio suo cv. incipien ad euidentiam &c. ante finem in primo volumine. Et facit
2 quod voluit Baldus in cap. ad nostram. de appel. vbi † dicit, quòd ille dicitur apostata, qui præparat se ad fugiendum de monasterio. & idem dicit ibi Barb. in ij. colum. alleg text. & gloss. in l. quid sit fugitiuus. §. apud Celsum. ff. de ædilitio edicto. de quibus ego dixi in singulari meo suprà numero 43. incipiente, debitor fugitiuus. pro quibus facit quod voluit Spec. in tit. de delegato. in §. sequi-
3 tur. in ij. colum. in versic. porrò. vbi † dicit, quòd si aliquis non turbat iurisdictionem delegati, sed est præsumptio vel dubitatio de turbatione, quòd potest delegatus ipsum cogere vt caueat de non turbando eum. quod etiam voluit domin. Anto. & Ioannes de Imol. in capit. j. de offic. deleg. quos refert & sequitur dominus Felinus in rubrica de treuga & pace. in fin. pro quibus omnibus etiam optimè faciunt dicta per me in l. j. in princip. in x. colum.
4 ff. de quæstionib. Et ideò † tene menti perpetuò, quòd sicut est licitum occidere aggressorem pro defensione personæ suæ, vt in clementina prima de homic. & in l. scientiam. in § qui cùm aliter. ff. ad legem Aquiliam. & in l. vt vim ff. de iustit. & iur. cum similib. ita licitum est occidere se præparantem ad insultandum vel occidendum. Ita singul. dixit Baldus in l. in lege. in lectura antiqua. ff. loca. quod dictum pro valde not. refert & sequitur Ias. in dicta l. vt vim. in tertia colum. post prin. ff. de insti. & iure quod
5 est sing. not. † pro adiuuando amico occidente inimicum suum: pro quo dicto faciunt quæ ego dixi in l. prima in princip. in quinta columna. ff. de sicar. & in l. furem. in prima columna eodem titulo. Et dixit etiam Baldus in dicta l. in lege. ff locati. quòd illa lex facit ad arg. ad ligam existẽtem inter aliquos, vt debeatur subsidium non solum cùm offensa est in actu, sed etiam cum est in potentia ad actum vt obuietur offensioni à principio ne possit fieri. quod dicit esse not.

DCXXXIX.

1 *Absolutus de delicto in conscientiæ foro, nihilosecius de eodem delicto in contentioso foro accusari potest. Nam per pœnitentiam quis nocens esse non desinit.*

2 *Quod tamen limita, nisi pœnitentia publica fuerit, quæ loco contentiosæ pœnitentiæ succedit nu. 4.*

3 *Excommunicatus propter hæresim, si ecclesiæ non satisfaciat, per potestatem secularem, si laicus sit, puniri potest.*

5 *Pœnitentia publica & secreta inter se latè differunt. Et differentiam hic vide.*

6 *Reo in dubijs fauendum, & in eo sequenda benignior opinio*

1 ABsolutus † de delicto in foro conscientiæ potest tamen de eodem delicto accusari in foro contentioso: vt in capit. fin. xxv. distinctio. & capit. admonere. & ibi gloss. xxxiij. quæstio. ij. & voluit gloss. & ibi doctores in cap. de his. de accu. nam per pœnitentiam non desinit quis esse nocens: vt habetur ff. de ædil. edicto. in l. quid sit fugitiuus. & voluit gloss. in dicto capit. admonere. vbi est gloss. not. in hac materia. & voluit gloss. in cap. quamuis plenitudo. de pœnitent. distinctione prima. & Bald. in l. placet. C. de sacrosan. eccles. ante fin. & glo. fi. in cap. gaudemus. de diuor. & Archidiaconus in capitulo cùm pastoralis. septima quæstione prima. & Dyn. in regula peccatum

catum. de regu.iur.in sexto.& Bart. in l.qui ea mente.ff.
2 de fur. Istud † tamen limita sing. nisi pœnitentia sacerdo-
talis fuerit publica: quia si fuit publica subrogatur loco
pœnitentiæ contentiosæ. Ita sing. dixit Hostien. in capit.
tuę.de procur.quod dictum referunt & sequuntur do.An.
Ioan.de Imol.Ioan.de Ana.in cap.de his.extra de accus.
& dominus Nicolaus Millus in repertorio suo, in verbo
delictum.in octauo versiculo.Sed dominus Abb.& dom.
Franci.de Are.in dicto capit. de his. tenent contrarium:
quos ibi sequi videtur do.Feli.& mouentur iuribus & ra-
tionibus de quibus ibi per eos: & ideo istud dictum non
est sine dubitatione: mihi tamen magis placet opin.Host.
& sequacium ex pluribus.Et primò per text.in cap.aliud.
xj.quæstio.j.vbi dicitur, quòd publicè pœnitenti conce-
ditur venia delicti.Pro qua opin.secundum dom.Franci.
de Are.in dicto cap.de his. facit text.in capit ad abolen-
3 dam.in §.statuimus.in principio de hæreti. vbi † dicitur,
quòd excommunicatus propter hæresim si non satisfa-
ciat ecclesiæ potest puniri per potestatem secularem si est
laicus. ex quo datur intelligi, quòd si satisfacit ecclesiæ
non poterit puniri.Item facit etiam secundum do.Fran.
de Are.vbi suprà,text.in cap.ij. circa princ. extrà de ma-
4 ledic.vbi † dicitur, quòd impositio pœnitentiæ publicæ
est pœna: cum ergo sit pœna tendens ad vindictam pu-
blicam,impositio talis pœnæ tollet aliam pœnam crimi
nalem,etiam si imponatur in iudicio ciuili: vt in l.prætor
edixit. in §. si dicatur. ff. de iniur. Item vltra dicta iura
hanc partem tenet glo.in dicto cap de his.de accu. in ver.
occulto.ex quo verbo à contrario sensu infertur contra-
rium esse si pœnitentia sit publica. Item hanc partem etiã
tenet glo.j.circa fin.in cap.ij.de schismati. pro qua opin.
5 etiam facit. Nam † longa est differentia inter secretam
pœnitentiam & publicã: arg.tex.in l.si idem. C.de condi.
sed si esset in mente pœnitenti seu delinquenti secreta pœ
nitentia,posset tamen accusari in foro contentioso, vt in
dictis iuribus. ergo cùm publica pœnitentia sit grauior,
& differens valde à pœnitentia secreta,ergo debet etiam
plus operari quàm pœnitentia secreta, & sic debet etiam
operari quoad forum contentiosum, aliàs delinquens
esset indebitè & frustratoriè grauatus in pœnitentia pu-
blica, quod esse non debet. Præterea pro hac parte facit,
Nam magis punitur delictum publicum quàm delictum
occultum.clement.prima.& ibi Card.in princ.de vita &
honestate clerico.& probat text. in gloss. in §.ex malefi-
ciis. instit. de action. vbi habetur quòd furtum manife-
stum grauius punitur, quàm furtum non manifestum.&
not.Iacob.Butr.Cin.& Bal.in l.nemo clericus.C.de sum.
trin & fide catholica. & Bart. in l.ij.in §. & generaliter.ff.
vi bon.rapt.& habetur in §.pœna.instit. de oblig. quæ ex
delic.nas.& in l.j.ff.vi bo.rapt. & voluit Alexand. consilio
ccxxiiij. secundum ordinẽ meum,incip. viso processu.in
x.col.quod est primum consilium in iij. volu. Si ergo ma-
gis peccat, & magis punitur qui publicè delinquit, quàm
qui occultè, ergo pœnitentia publica, quæ est contraria
delicto, debet magis operari, quàm pœnitentia secreta.
Et si diceremus quod tantum operaretur pœnitentia se-
creta, quantum pœnitentia publica, esset quid insanum,
cùm differat nomine, robore, & effectu. Item & vltimò
pro hac parte facit. Nã ex supradictis patet quòd iura &
doct.sunt varij in hoc dubio, quo stante debemus incli-
nare in benigniorem & humaniorem partem, & sic in fa-
uorem rei: & sic debemus sequi doctrinam Hostien.& se-
6 quacium: cum † habeamus cautum de iure, quòd in du-
biis & obscuris fauendum est reo: & sequenda est beni-
gnior opi.vt in reg.in obscuris.de reg.iur.in vj.& in l.sem
per in obscuris.ff.de reg.iur.& l. factum cuique. §.fin.eo.
tit.& in reg.in pœnis.e.tit.in vj & in c.eos verò.quinqua-
gesima distin.in l.meritò. ff.pro soc. & in l.Arrianus.ff.de
actio.& oblig.de qua regula latissimè locutus sum in re-
petitione mea.l.fi.C.de prob.in quinquagesima char. cũ
ibi seq.& in repeti.mea.rub. ff.de fideiusso. in x.col.& in
practica mea causa.crimin.in §.secunda quæstio.nu.67.
Et ex supradictis iuribus & rationibus mihi magis placet
opin.Host.do.Ant.& sequa.quàm opi.contraria: & cum
illa transeo non ob.adductis in contrarium. Tene menti
prædicta, quia ista non sunt parui momenti, sed imò ma-
gni, vt de se patet: & de prædictæ quæstio. vide etiam do.
Ant.Burgos in cap.ij. in penult. colum. de empt.& vend.
vbi plura dicit circa dictam quæstionem.

DCXL.

1 *Minantem, nisi in actu sit, nec offendere, nec occidere licet. Et quid de eo, qui in percutiendi actu sit. nu. 2. & 3.*

EXaminaui aliàs in practica mea causarum crimina-
lium, in §.diligenter.num. 85. an minæ faciant indi-
1 cium ad torturam? Nunc autem quia † pendet de facto
quæro, an propter solas minas licitum sit occidere mi-
nantem? quam dubitationem ponũt Cyn. & alij in l.j.C.
vnde vi.& Ang.de Are.in §.ius autem gentium. institu.de
iure natu.gen.& ciuil.& doct.in l.vt vim.ff.de iusti. & iu-
re.& do.Ant.in c.olim.el j.in pen.col.de resti. spo.in qui-
bus locis prædicti doct. faciunt quasdam distinctiones.
2 Sed † tu breuiùs & veriùs loquendo dicas, quòd si aliquis
minatur mihi vulnerare vel occidere me, & est in actu
vulnerandi vel occidendi, tunc est mihi licitum eum oc-
cidere vel vulnerare: aliàs per solas minas si ipse minans
non est in actu, non erit licitum occidere vel vulnerare
eum. ita dixit Bal.in l.j.ad fi.C.quãdo lice. se sine iud. vin.
quod dictum pro no. refert & sequitur Ias.in l.vt vim. nu.
14.ff de iust & iure. sed tamen vltra eum dicas, quòd idem
dixit Bal.super statu.in verbo, pax.in primo vers. & Ang.
in l.quemadmodum.ff.de inoffi. testa.& Corse. in no.suo
in verbo, metus. de quo etiam ego dixi in practica mea,
in §.diligenter.nu. 87. in qua materia vide etiam Gand.
in tract.maleficio.in tit.de aliquibus quæstionibus variis
in maleficiis in vj.col. in vers. item pone quæstioné, qui-
3 dam fuit minatus. Et † scias, quòd nedum est licitũ occidere
minantem dum est in actu percutiendi: sed etiam est lici-
tum occidere illum, qui est in actu percutiendi, etiam si
non minatur: & ideo si aliquis veniebat contra me cum
gladio euaginato, & ego occido eum, non teneor: quia
dicor fecisse ad meam defensionem: ita dixit Bart. in l.sed
& si quencunque.in prin.ff.ad leg.Aqui.quod dictum re-
ferunt doct.in pluribus locis quos ego retuli in l.is qui ag
gressorem.in num.18. C.de sicar. vbi plura adduxi in ma
teria &c.

DCXLI.

1 *Deceptus ei, in quo deceptus est perstare non tenetur, quinetiam contra illud venire potest. Et ideo si iudex interponendo decreto deceptus fuerit, sed deinde concurrit ex mero suo officio & motu proprio, illud reuocare potest.*

2 *Testamenti executorem testatoris obedire volentem, si certam pecuniæ summã vni scholari pauperi distribuerit, quẽ apparet postea dischòlum esse, nec studiosum, quod dedit, repetere posse.*

1 DEceptus † non tenetur stare deceptioni, sed potest ve
nire cõtra illud quod fecit dum fuit deceptus: & ideo
si iudex reperit se deceptum in interpositione decreti,
potest proprio motu ex suo mero officio illud reuocare.
ita dixit Io. And. in c.consultationibus. de offic.deleg.in
nouella.quem refert & sequitur Bal. in c.j.in v.col.in fi.de
mili.vas.qui contu.est.& idem voluit Inno.in c.dilecto.de
verbo.sig.quem refert & sequitur Lud.Ro. in consilio suo
ccccliiij.incip.In re præsenti in iiij.colum.Ad quod facit
etiam quod voluit Ioan.And.in addi.Spec.in tit.de instr.
2 edi.in §.nunc aliqua.in x.col.vbi † dixit quòd si executor
testamenti volens obedire testatori, distribuit certam
summam pecuniæ quam dedit vni scholari pauperi, si
postea appareat eum non esse talem, sed esse dischòlum,
& non studiosum, quòd potest quod dedit repetere.quod
dictum refert & sequitur Ias.in l.cùm quid. in fin.in j.lec.
illius l.ff.si cert.pet. Et hæc omnia aliàs vidi in facto: & de
istis vide etiam suprà, in sing.cccxx.incip.sæpe contingit.

DCXLII.

1 *Solita & consueta permagni esse effectus. Vnde quod agit, quod consuetum est, licet illicitum, à dolo & culpa liber & immunis est. Et sic quod ab omnibus fit, vitiosum non esse.num. 2.*

1 SOlita † & consueta sunt magnæ importantiæ: vt ego
dixi plura adducendo in practica mea causa.cri.in §.
quoniam.nume.97.cum seq.& ibi in §.vlterius. nume 9.

Et vltra dicta in dictis locis scias, quòd nedum non est in dolo, sed nec etiam est in aliqua culpa ille qui facit illud quod est solitum fieri quamuis sit illicitum: ita dixit Ias. in l.certi condictio.in § si nummos.num. 27. ff. si cer.pet. ad quod alleg. Bar. in l. si pignore. §. fin. ff. de pig. actio. &
2 subdit † Ias. vbi suprà, quòd illud quod fit ab omnibus non est vitiosum: quæ omnia tene menti ad corroborationem consuetudinis: & in materia vide aliqua per do. Franc. de Are. in consil. xxxviij. incip. Consultissime &c. in secunda columna.

DCXLIII.

1 *Clausula, Si senseris te grauatum, coram nobis compareas, iustitiæ complementum recepturus: magni est effectus. De qua vide hic remissiuè nu 2.*

3 *Iudicis præceptum factum cum clausula, si senseris te grauatum &c quando valere dicatur, & quando minimè.*

4 *Iudicis præceptum, licet per clausulam, si senseris te grauatum &c. iustificari possit, si tamen citatio nulla sit ipso iure, iustificari non potest.*

1 MAgnæ † operationis & importantiæ est clausula, Si senseris te grauatum, compareas coram nobis recepturus iustitiæ complementum: vt apparet ex dictis Bald. in rub. C. commi. vel episto. & in l. ij. in iij. col. versic. venio ad citationem. C. de epis. aud. & per Bart. & alios in l. j C. de exec. rei iudi. & in l. de pupillo. in §. meminisse. in j. colum. ff de oper. no. nunc. & de dicta clausula habetur per glo & doct. in cap. ex parte. el j. de verborum signifi. & per Bal. in l. ij. in ij. col. C. de transac. & latè per Bertha. in reper. suo in verbo, præceptum, in ij. culum. in vlt. not. & per Bald. in l. j. ff. de iure deli. & in l. cùm quidam. ff. de leg. ij. & per Ange. in l. si sic. ff. de leg. j. & per Abb. in cap. j. de cau. pos. & proprie. & per Ioan. And. in addit. Spec in tit. de sen. in §. species. in addi. incip. Habeo quæstionem &c. & per domi Feli. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. in xij. col. versic. & de præcepto &c. de consti. & per Gul. de cu. in l. quoties. ff. de in diem addic. & per Spec. in tit. de citatio. in §. iam de citatione. ver. si igitur. & in tit. de prola. sen. §. ij in versic. sed nunquid &c. & per Bart. in l. ius alimentorum. ff. vbi pup. edu. deb. & per Bald. in l. ne quicquam. §. vbi decretum. in v. col. ff. de offic. procon. & per Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de aduoca. in §. sequitur versic.
2 studeat Et † circa validitatem & inualiditatem præcepti iudicis facti cum dicta clausula dicunt cõmuniter doct. in dictia locis, quòd aut tale præceptum est nullum, aliqua ratione vel causa: vt puta, quia emanauit sine causæ cognitione, vel sine citatione partis: & tunc talis clausula nihil operatur: siue compareat ille cui est factum præceptum siue non: quia ex quo dicitur in præcepto, si senseris te grauatum compareas &c. & præceptum nullum, cùm non valeat, in nullo grauat: ideo non tenetur comparere: vt in l. ea quidem. & ibi no. C. si manci. ita fue. alie. Aut præceptum est aliquod, tunc si ille cui est factum præceptum non comparet: & tunc præceptum remanet firmum: si comparet tunc resoluitur in vim simplicis citationis: vt habetur in dicta l. ea quidem. de quo etiam per Inno. in cap. cùm venissent. de rest. spol. de quo etiam per Iason. in dicta l. ne quicquam. in dicto § vbi decretum. in iij. & iiij. col. de offic. procon. & per gl in d. c. ex parte. de ver. sig. & per Inno. in c. fin. de coha. cle. & mulie. & per do. Pari. de Put. in tract. syndi. in lxxvj. char. in iiij. col. in ver.
3 & dixit Bal. &c. Et † in hac materia tene a menti quòd valet præceptum factum cum illa clausula, & si senseris te grauatũ compareas &c. quãdo potest per iudicem incipi à facto seu ab executione: sed secus si requiritur ordo iuris. ff. de ope no. nun. l. de pupillo. §. meminisse. in gl & ibi per Bart. Item etiam secus si contenta in præcepto grauant partem cui est factum præceptum, vt in datione possessionis: vt habetur in l. fi. C. si per vim vel alio modo. ita sing dixit Bald. in addi. Spec. in tit de cita. in ij. col. in ver. inhibitio &c. quod dictum refert & sequitur do. Paria de Put. in tract. syndi. in lxxviij. char. in iiij. col. ante med.
4 vbi † etiam subdit quòd licet præceptum iudicis possit iustificari per clausulam, si senseris te grauatum &c. hoc est verum nisi citatio sit nulla ipso iure: quia tunc non potest iustificari. ar. l. quædam mulier. ff. fami. ercis. & l. iure nostro. ff. de test. tute. ad quod alleg. Bal. hoc expressè dicentem in l. ad peremptorium. in fin. verbis. ff. de iudic. Tene menti prædicta, quia sunt quotidiana & frequentantur à iudicibus, quibus videtur præceptum fore licitum, dummodo in eis sit inserta dicta clausula iustificatiua, si senseris te grauatum compareas &c. sed profectò seipsos decipiunt in dictis iuribus & vide infra, in sing. ccccccxlviij. incip. causæ cognitio &c.

DCXLIIII.

1 *Testem, licet aliquam dicti sui nõ reddat rationẽ tamen probare.*

TRadidi tibi suprà, in singul. cccccxxj. incip. magnæ importantiæ. aliqua circa hanc materiam redditio-
1 nis rationis testium: nunc † autem dico tibi vnum singularius in eadem materia, videlicet, quòd licet testis non reddat aliquam rationem dicti sui, tamen probat, quia in nudo testimonio semper præsumitur ratio visus, si testis non est interrogatus in causa scientiæ: quia semper subintelligitur tacitè efficax causa scientiæ vt testimonium valeat & non pereat. ita formaliter dixit Bal. in c. sicut nobis. in ij. colum. de sen. & re iudi. quod dicit ipse esse singul. quod dictum non memini me alibi legisse.

DCXLV.

1 *Principum ac terrarum dominorum contractus cum subditis initos vt plurimum non valere: nec de iure executioni mandari possunt. quòd in his vt sæpius metus interuenisse præsumatur. Quod & ad blanditias quoque porrigitur, cum metum sibi annexum habere conijciantur.*

2 *Domini, vel superioris rogatio, vim præcepti habere censetur.*

3 *Vsuras si subditus superiori pro modico remittat, non tenet huiusmodi remissio.*

1 ADuertant † principes seu terrarum domini contrahentes cum eorum subditis, quoniam talis contractus vt plurimum sunt inualidi, & de iure exequi non possunt: nam tales contractus præsumuntur facti metu propter superioritatem & potentiam ipsorum dominorum & superiorum, quo casu propter metum non valent: vt in toto tit. quod met. causa. & idem si fiant ex blandis verbis ipsorum dominorum & superiorum: quia blanditiæ potentum inducunt iustum metum: vt est gloss in l. j. C. si
2 rector prouin. & in l. j. ff. quod iussu. Et rogatio † domini vel superioris habet vim præcepti: vt dicit Bart. in tract. tyrannidis, in iiij. col. pro quo facit illud vulgatum, videlicet, Est rogare ducum species violenta iubendi, vt refert Bal. in l si mandator. C. quod cum eo. & Alex. in consi. suo cxxiiij. incip. Omissis &c. in fin. in j. volu. ad quod faciunt dicta per Barb. in c. quoniam Abbas. in xxv col. de offic.
3 deleg. Et † ideo teneas menti perpetuò, quòd si subditus remittat superiori vsuras pro modico, non tenet talis remissio quia præsumitur facere per metũ. ita no. dixit Ioã. And. in addi Spe. in tit. de vsuris. in §. j. in prima addi. magna quod dictum pro nota. refert & sequitur do Paris de Put. in suo tract. synd. in xiiij. char. in princ. ij. col. vbi latius loquitur circa hoc.

DCXLVI.

1 *Iudicis sententia male iudicantis. licet semel, vel bis confirmata fuerit per appellationis iudices. non tamen ob id à crimen syndicatus euitat ipse iudex, quin eo conueniri queat. Et idem si deserta appellatio fuerit.*

2 *Sententias tres conformes licet quis contra se sustinuerit, attamen de iudice in syndicatu conqueri potest Et quid si is non appellauit, vel si appellauit, pendet appellatio. nu. 3.*

4 *Tutor primus si rationem administrationis reddiderit, si non est legitimè reddita, licet dominus eam redditam bene fateatur, id tamen pupillo nocere non potest.*

1 IVdices † iniquè agentes credunt se posse euitare pœnas syndicatus ex pluribus causis, sed seipsos decipiunt: & ideo attende, quòd licet sententia iudicis male iudicantis fuerit semel vel bis confirmata per iudices appellationis, poterit tamen ipse iudex pro tali sententia in syndicatu cõueniri: & idem si appellatio interposita ab ipsa sententia fuerit deserta. ita not. dixit Inno. & Ioan. Andr. in c. pastoralis. de offic. delega. & voluit etiam hoc idem Inno. in cap sæpe. de appel. & voluit do. Catal. in trac. suo syndic.

synd.in versi.xxv.incip.adde & bene nota &c.vbi ad hoc etiam alleg Ang.idem dicentem in l.dies cautionis.ff.de
2 dam.infec.in §.fi.Et ibi etiam † subdit Ange. vnum non minus dignum, videlicet, quòd licet quis reportauerit cõtra se sententias conformes, attamen potest etiam conqueri de iudice in syndicatu. Pro quibus etiã faciũt dicta per Bar.in dispu sua incip.iudex qui per imprudentiam &c.& per Bal.in c.iudices.de pac.iur.fir.& per Barb.in c. pastoralis.in §.quia verò.in vij.col.de offi.dele.quæ omnia etiam refert & sequitur Paris de Put.in suo tract.syndica.in xvij.chart in ij.colum.& in eodem tracta.in xix.
3 char.in prima colum.vbi † etiam dicit idẽ esse, si ille qui contra se reportauit sententiam, & ab ea non appellauit. & idem dicit esse in illo qui appellauit:nam licet pẽdeat appellatio, poterit tamen agere contra iudicem in syndicatu: de quibus latius per docto. in locis præallegatis. Et ad prædicta faciunt etiam dicta per Bald. in l.j.C.si ad-
4 uer.solu. vbi † dicit, quòd si primus tutor reddidit rationem administrationis pupilli, quod si est malè reddita, licet secundus tutor confiteatur illam esse bene redditam, quòd illud non nocet pupillo & vide etiam do.Pari.in d. suo tracta.in liiij.char.in iij.colum.versi.si iudex pronuntiauit &c.vbi not.loquitur.& vide omnino Alexan.in l. j.in penulti.& vlti.apostil.ff.de appel.vbi not.loquitur & ponit alia plura facientia ad hanc materiam, quæ per te videas: & latius de omnibus supradictis vide per Philip. Dec.in d.c.sæpe.in iij.& iiij.col.de appel.

DCXLVII.

1 *Appellatio etsi lege, vel statuto remota sit, non tamen supplicatio remota intelligitur. Sed sicut post binam a se appellationẽ interpositam quis minimè auditur, ita nec supplicans post appellationem binam.*

1 REmota † appellatione per legem vel per statutũ non intelligitur remota supplicatio. secundum gloss.in l. j.ff de offic.præfect.præto.& gl.in c.ex literis.de in integ. restitu.quam gl.ibi sequitur Io.And.& do.Ant. Sed scias tamen quòd sicut non auditur quis post binam appellationem à se interpositam: vt in l.j.C.ne lic.ter. prouo. ita non auditur etiam supplicans post binam appellationẽ. ita dixit gl.quam doct.communiter ibi sequuntur in l.fi. C.vt lit.penden.& ita per illam gloss.firmauit Paris de Puteo, in tract.suo syndi.in xviij.char.in iij.col.vbi alia plura adducit in materia.

DCXLVIII.

1 *Causæ cognitionem in iure magni esse effectus constat. Nam præter cætera, iudicis præceptum pœnale sine causæ cognitione nullius est momenti. Et qui huic non obedit in ipsum præcepti pœnam non incidit.*

2 *Iudicis præceptum aut mandatum sine causæ cognitione facta pro mera citatione haberi.*

3 *Periculum quando in mora est solent iudices à præcepto incipere, quod postea in causa discussione iustificant. Quinetiã ob eandem ne partes ad arma veniant sine causæ cognitione possunt iudices facere, quod periculo cessante reuocare debent.*

4 *Iudex si quem corã se citare facit, & citato iurare suis præceptis obtemperare iubet, quod si citatus facere noluit, nec faciat, ob id contumax non est.*

1 CAusæ † cognitio est magnæ importãtiæ: de qua aliàs plura dixi not.in l.qui eadem.in iij.iiij.& v.col.ff. de sicar. Sed aliud dico tibi nunc non minoris vtilitatis, videlicet, quòd præceptum pœnale iudicis factum sine causæ cognitione non valet ita dixit Albe.de Rosa.in secunda parte statu quæstione cliij.incipien.quærit etiam Guliel.&c.vbi etiam dicit quod ille qui non obedit tali præcepto non cadit in pœnam ipsius præcepti: de quo ego dixi in practi.mea causarum criminalium. in §.secunda quæstio.nume.79 cum sequen.& idem dixit Innocen. in
2 cap.tua.de cohabita. cleric.& mulie. vbi † etiam dicit, quòd mandata vel præcepta quæ fiunt sine causæ cognitione habentur pro mera citatione. quod dictum pro valde not. refert & sequitur Bald. in l.ius alimentorum. ff. vbi pupil.edu.debe.& eos refert & sequitur domi. Paris de Puteo.in suo tractat.syndica.in lxxviij.chart. in tertia colum.vbi adducit Bald. in l.sed & si quis.ff. quemadmo
3 dum testamen.aperian. vbi † dicit, quòd quando periculum est in mora iudices frequenter à præcepto incipiunt, & postea illud iustificant per examinationem causę & dicit etiam quòd idem tenet Ioan. Andr. in additio. Specul.in titu.de senten.in §.iusta.vbi dicit quòd vbi periculum est in mora ne partes veniant ad arma, quòd tunc iudex potest facere præceptum sine alia causæ cognitio-
4 ne: licet postea cessante periculo debeat reuocari. Et † dicit etiam Par.vbi suprà, quòd si iudex facit aliquem citare coram se, & sibi mandat quòd iuret obedire suis præceptis: quòd si iste citatus non obtemperat non est contumax, quia illud mandatum fuit nudum & sine causa. alleg hoc voluisse Dyn.& Bald. in l.filiusfami. in §.diui. ff.de leg.j.de quo latius per eum, vbi suprà tene mẽti prædicta: quia modernis temporibus Iudices faciunt præcepta ex abrupto sine aliqua causæ cognitione: sed solùm pro libito & voluntate eorum.& vide quæ dixi suprà, in sing.cccccxliij.incip.magnæ operationis &c.

DCXLIX.

1 *Officialis infirmitate, aut alia causa districtus, si locumtenentem constituat, an eadem facere potest, quæ & ipse principalis officialis? Et an conscientia & cõsensus superioris requiratur. numero 2.*

1 SAepe † contingit, quòd officiales infirmitate vel alia de causa impediti faciunt aliquem suum locumtenentem, qui locumtenens potest facere ea quæ facere poterat ipse officialis principalis: vt est tex.in l.suggerente.C de offi.eius qui vicem alte.ger.& ibi Bar. Sed scias tamen quòd talis vicegerens poterit facere eo casu quod facere potest ipse principalis officialis, præterquàm non poterit imponere pœnam mortis nec mutilationis membri. ita dixit gl.not.in d.l.suggerente.quam ibi not. Barto. & idem dixit Par.de Put.in suo tract.syndi.in xcij. chart. in
2 ij.col.circa prin.vbi videtur † hoc limitari, nisi talis vicegerens seu locumtenens esset factus de conscientia superioris, quia tunc posset imponere pœnam mortis & mutilationem membrorum. ad quod alleg.plura, de quibus ibi per eum. Et vide quæ ego dixi in tracta. meo bannitorum in verbo, delictis.numero 30.cum duobus nume. ibi sequen.

DCL.

1 *Statutum volens bannitum in pœna corporali posse impunè occidi, valet & iure tenet. Quod & in violatore quoque priuilegiorum ecclesiæ locum habet, qui ipso iure bannitus habetur. numero 2.*

1 BAnnitus † potest impunè occidi, si extat statutũ volens quòd bannitus in pœna corporali possit impunè occidi: quod statutum valet & tenet de iure: secũdum Ioan.And.in addi.Spe.in titu.de constitu.§.j.circa pen. & vlti.col.& voluit Hostien.in c.fina.de consuetu. & Bar. in l.omnes populi.in ij quæstio.princi.ff de iusti.& iure. & in l.ij.per illum text C.quando lic.se sine iudi. vindi. & Barto.& Bald. in l.vt vim.ff.de iusti.& iure.& volunt alij plures quos ego adduxi in l.j in prin. in viij colum. ff.de
2 sicar. Et † scias quòd non solum bãnitus, & in figura banni descriptus vigore dicti statuti potest impune occidi, sed etiam potest impunè occidi vigore dicti statuti ille qui non est bannitus: nec in figura banni descriptus, si est violator priuilegiorum ecclesiæ.ita singu.dixit Sali.in authen.item quæcunque.C.de episco & cle.& alleg.rationem dicens quòd hoc euenit, quia talis violator priuilegiorum ecclesiæ est bãnitus ipso iure, per illum text.quod verè est verbum not.deseruiens ad plura.

DCLI.

1 *Membrorum suorum neminem dominum: vnde fit vt aliùs pro alio ad pœnam corporalem se obligare nequeat.*

2 *Pœnam pecuniariam si quis pendere debeat, aut fustigari ob delictum ab ipso commissum, si soluendo est, ac malit virgis cædi, quàm pecuniariam pœnam dependere, non debet eum iudex audire.*

1 PVto te scire regulam illam vulgatam, videlicet. quòd † nemo est dominus membrorum suorum: vt in l. liber homo.ff.ad legem Aquiliam.& ideo quis non potest

se obligare pro alio ad pœnam corporalem: vt dixit glo.
in cap. cùm homo. xxiij. quæstione v. & voluit Bald. in l. j.
versicu. secundò reuoco in dubium. C. ne fili. pro patre.
vbi allegat. gloss & idem voluit Sali. in l. si filiusfamilias.
circa princip. eodem titulo. & Bald. in rubric. C. res inter
alios act. & Ioan. de Anan. in cap. ij. in vj. colum. de delict.
pue. & Ias. in l. j. in pen. col. ff. de in lit. iur. & Bal. in consi.
suo cciij. incip. Duo famuli. in j. volu. de quo ego latius di
xi in repeti. mea rubri. ff. de fideiuss. in xxix. q. de qua ma
teria etiam aliqua dixi in l. infans. in ij. col. ff. de sica. & in
singu. meo cxcia. incip. tu audiuisti &c. & in l. j. in j. col. ff.
de sicar. & in l. pen. in j. col. ver. datur. & iij. lect. ff. de quæ-
stio. in qua materia plura dicit do. Fel. in c. solitæ. de ma-
io. & obe. & in c. contingit. circa med. de sen. excō. & Bal.
in l. j. in pen. col in fi C. de ser. fug. & Bar. in l. transigere. in
pen. col. ver. ex parte actoris &c. C. de transact. & Ias. in §.
pœnales. in xj. col. Insti. de act. & in §. actiones auté. in ij.
3 col. eo. titu. Et † tene menti not. verbum, videlicet, quòd
adeò est vera dicta regula, quòd nemo est dominus mem
brorum suorum: quòd si ille qui debet soluere pœnā pe-
cuniariam, vel fustigari ex delicto per eum commisso est
soluendo, & vult potius fustigari quàm soluere, iudex nō
debet ipsum audire, sed debet cogere eum ad soluēdum
& bona sua vendere: ita dixit Bal. in l. quicunque. in pen.
col. C. de ser. fugi. alleg. l. de pollicitationibus. ff. de pollic.
quod dictum pro valde not. refert & sequitur do. Par. de
Put. in tract. suo syndi. in lxxv. char. in ij. col. in prin. quod
est no. dignum: & circa hanc materiam vide do. Feli. not.
loquentem in c. sicut Iudæi. in ij. col. de Iudæ. vide tamen
Ang. in anth. vt nulli iudi. §. fi. in vlti. col.

DCLII.

1 *Officialium successores debent satagere, ne prædecessores non syndicati abeant, alioquin pro illis manent responsuri, & eisdem pœnis puniendi, quibus ipsi prædecessores si culpabiles apparerent.*

1 DIligenter † aduertant successores officialium in offi-
ciis quòd iudices seu officiales in quorū locum suc-
cedunt, stent ad syndicatum & fugam non arripiāt: nam
si tales successores sunt negligentes, & non dant operam,
quòd tales officiales stent ad syndicatum, & permittunt
eos aufugere, ipsi successores tenentur pro eis & puniēdi
ea pœna qua ipsi officiales qui aufugerūt, erant puniēdi.
tex. est no. de hoc in l. j. §. simílique pœna. C. vt omnes iu-
di. tam ciui. quàm mili. &c. quem tex. pro not. ad hoc al-
leg. do. Par. de Put. in tract. suo syndi. in lxxx. char. in fi. in
j. col. quod est summè not. ab officialibus qui succedunt
alicui officiali in officio per eum finito.

DCLIII.

1 *Affinitas, seu sanguinis coniunctio virium multarum in iure est. Quod hinc apparet, vt si qui pacem inierint, vicissim promittentes se non offensuros sub pœna, si alter alterius affinem aut coniunctum offenderit, perinde in pœnam cadit, ac si conciliatum offenderit.*

2 *Quod limita vt hic.*

1 AFfinitas † seu coniunctio sanguinis est maximæ potē
tiæ, & multum operatur: vt satis dixi in repeti. mea l.
vnicæ. C. de raptu virgi. nume. 197. per duas colum. ibi se-
quentes. Sed nunc addo vnum non minus solenne, vide-
licet, quòd affinitas seu coniunctio sanguinis est tātæ po
tentiæ, quòd si duo inimici faciunt pacem adinuicem,
& vnus promittit alteri eū non offendere sub pœna, quòd
isto casu si vnus ipsorum offendit affinem vel coniunctū
alterius, ita cadit in pœnam tanquàm si eum offendisset:
ita singular. dixit Petr. de Anchara. per illum text. in cap.
sciant cuncti. de electio. in sexto. quod dictum pro valde
not. refert & sequitur Iason in l. j. ff. in ius voca. vt eant
aut satisd. & in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. in deci
ma colum. num. 13. ff. de operis noui nuntiatio. & in l. j. in
prima colum. C. de indict. vidui. tol. vbi dicit, quòd idem
2 voluit Io. And. in regu. frustra. in mercur. Quod † tamen
limitat ipse Ias. nisi appareat q affinem offendat ex alia
causa quàm ex illa causa quam habet cum principali
cum quo fecit pacem: ad quod alleg. domi. Anton. & Io-
an. de Imol. in cap. ij. de renuntia. Tene menti, quoniam
sæpe occurrit in facto: & prima facie quilibet diceret con
trarium: & vide quæ dixi in repetitio. mea rubri. ff. de fi-
deiuss. in liiij. colum. de quibus etiam dixi suprà, in singul.
cccxxxj. incip. pacem faciens &c. & hic repeto ibi dicta
ductus obliuione eorum quæ ibi dixi: sed non puto hoc
absonum nec inconueniens: quoniam nunquàm nimis
quod nunquàm satis.

DCLIIII.

1 *Contrahentes si in instrumento iurent se omnia in illo contenta attendere & obseruare, & in aliquo vlla ratione, vel causa se non contrauenire: si deinceps velint contractum vsurarium dicere, vel simulatum, vel nullum, an id possint, & qua ratione?*

MVltos iam vidi peritos, & quotidie video eos errare
& seipsos decipere, & pauci sunt qui in hoc non er-
1 rent. Nam † quando in aliquo instrumento iurarūt om-
nia in ipso instrumento contenta attendere, & obserua-
re, & in aliquo non contrauenire aliqua ratione vel cau-
sa: si postea volunt dicere illum contractum vsurarium,
vel simulatum, vel nullum aliqua alia ratione vel causa ne
incidant in periurium, vadunt coram episcopo vel eius
vicario, & petunt absolutionem vel habilitationem à di-
cto iuramento, qua absolutione vel habilitatione obten
ta coram iudice ordinario mouent litem super dicto in-
strumento ex aliqua causa, & non animaduertunt, quòd
tale iudicium processus & sententia quæ sequuntur sunt
nulla & inualida, quoniam iudex præparati debet esse iu
dex præparantis, ne iudiciorum contiguitas seu conne-
xitas diuidatur: vt habetur in l. ordinarij. C. de rei vendi-
catio. & in l. nulli. C. de iudi. & ratio potest esse, quia in ci
uili & in criminali causæ continentia non debet diuidi:
vt in l. qui de crimine. C. de accusat. & ideo idem debet
esse iudex iudicij præparantis & iudicij præparati. ita ad
literam dixit Bald. in dicta l. ordinarij. in prima colum.
C. de rei vendi. quod dicit esse bene not. quod dictum pro
valde not. & singula. exclamat do. Ioan. Baptista de Ca-
zalupis in repetitio. l. omnes populi. in iij. chart. in tertia
colum. post princip. ff. de iustitia & iure. &c. & domi. Ale-
xan. in consi. suo cxcvj. inci. Circa primum &c. in vlt. co
lum. in secundo volumi. de quo ego dixi in consilio meo
lxxxiiij. inci. Casus talis est &c. aliàs inci. vias tuas &c. in
iiij. char. Tene menti, quia vt ita dixerim totus mundus
errat in hoc, ex quo poteris annullare infinitas sentētias
& processus.

DCLV.

1 *Potenti viro, & flumini magno nemo se adiungere debet: nam vterque violentiam irreparabilem inferre solet.*

2 *Princeps si rem cum priuato communem habet, etiam diuisibilem, sicut ex animi sententia partem suam potest vendere, ita & priuati, etiam sine causa, et soluto tamen pretio: licet minima Principi competat portio. Quid autem in huiusmodi distractione princip. ex æquo seruandum, habes hic nu. 3.*

1 DIcit † quoddam prouerbium, quod homo nunquam
deberet adhærere, nec se impedire cum magno & po
tenti viro, nec etiam cum magno flumine, quia vterque
eorum sæpe vtitur violentia irreparabili: & quòd hoc sit
verum in magno viro, patet ex text. in l. ij. C. de commu-
2 nium rerū aliena. vbi † dicitur, quòd quando princeps
habet rem communem cum alio etiam diuisibilem, si-
cut potest partem suam pro libito vendere, ita etiam si-
mul cum illa partem socij etiam sine causa soluto ei pre-
tio. quem text. alleg. Abb. in cap. penulti. in nona colum.
de re iudicata. & illum text. alleg etiam Bartol. in l. final.
C. si contra ius vel vtil. public. & domi. Felin. in cap. quæ
in ecclesiarum. in xviij. colum. versicu. sexta declaratio.
de constitu. vbi dicit, quòd similis est text. in l. prima. C.
de venditio. rerum fisc. libro decimo. dicens hoc proce-
dere, etiam si ad fiscum minima portio dictæ rei pertine-
ret. & refert domin. Felin. vbi suprà Bald. in dicta l. ij. C. de
3 communium rerum alien. quod æquum † tamen est, quòd
princeps venditurus rem communem prius requirat cō-
sortem, & eum præferat si vult dare quantum alius. ar-
gumen. l. necesse. ff. de in diem addict. & l. prima. ff. de pri-
uilegiis creditorum. quod dicit esse no. ad limitationem
l. dudum.

l.dudum .C de contrahen.emp.quæ omnia etiã sunt notanda ad materiam.l.nec emere.C.de iur.delibe.

DCLVI.

1 *Venditorem regulariter de euictione teneri. Quid autem si in cõtractu conuentum sit,ne de euictione teneatur, an nullum subest emptori subsidium?*

2 *Et quid si in instrumento dictum sit,quòd non tenebitur, nisi suo facto,vel dato tantum: postea tamen ex ipsius authoris facto res euicta sit?*

1 VEnditor†regulariter tenetur de euictione: vt in toto titu.ff & C.de euict.& in c.fi.extra de emp.& vendi & habetur in l.fin.C.de act.empt.& in l.stipulatio ista.ff.de verb.obli.Sed de vno dubitari potest, pone quòd venditor in instrumẽto dicit,quòd nullo modo vult teneri de euictione,an hoc casu sit aliquod remedium emptori, si res fuerit euicta legitime?in quo dicas quòd sic:tali casu tenetur venditor,saltem ad pretium restituendum emptori.tex.est not.in l.emptorem.in §.penul.ff.de act.emp.& voluit Ang.de Aret.in §.actionũ.in xvj.col.Instit. de act. & in §.fi.Insti.de emp.& ven.quod ipse in d.§.actionu.dicit esse verum,quando in genere est factum tale pactum, quòd ipse nullo modo vult teneri de euictione à quocũque euincatur:sed secus si specialiter specificaretur certa persona, putà si dicatur, si euincatur à Semptonio vel à Caio,nolo teneri,quod tunc si ab aliquo ipsorum euinceretur,non teneretur venditor etiam ad restitutionem pretij.iste est tex.cum gl.sua.j.in l.qui libertatis.ff.de euictio.& voluit Bal.& Sali.in l.j.C.de peric.& commod. rei ven.& Ang.de Aret.in d.§.actionum.in xvj.col. in princ. & voluit Ludo.Roma.in sing.suo ccclxxvij.incip.si ven

2 do,&c.Sed†pone,quòd instrumento venditionis venditor dixit se solùm velle teneri de suo facto vel dato tantũ: & posteà res euincitur ex facto sui authoris , an tunc teneatur ipse venditor:in quo breuiter dicas, quòd sic:quia tenebitur ex causa seu ex facto sui authoris: quia per illam taxatiuam tantùm,non videtur exclusum factum sui authoris.Ita dixit Bar.in l.si seruus.ij.in princi.ff.de condi. fur.& eum refert & sequitur Bal.& Sali.in l.fina.C.de act. emp.& Alex.in d.l.si seruus.& Ang.de Aret.in d.§.actionum.in xvj.col.Insti.de actio.& illam doctrinam Bar. in d.l si seruus.refert & sequitur Ludo.Roma.in l.stipulatio ista.in prin.ff.de verb.obli.& do.Anto But.Hispanus in c.fi.in ix.col.extra de emp.& vend.vbi dicit,quòd illa doctrina Bar.communiter tenetur.licet Bald.eam non firmet in c.j.in fi.qui succes.tenean.in vsib.feu.subdit tamẽ do.Anto.in dicto c.fi.de empt.& vendi. illam doctrinam Bar.& sequacium esse veram in authore vniuersali: secus in authore particulari, vt quia ipse mihi vendidisset ,& ego posteà tibi vendidissem ; quia tũc non ero obligatus ex facto mei authoris.alleg.ad hoc gl.quam dicit sing.relatam ad tex.in l.si cùm fundum ff.de verb.obli.do.Frãcis.de Crem. in not.suo clvj.incip.vnus socius,&c.de qua materia vide etiam eundem do.Fran.in no.suo xxxij incip.sæpe istud contingit,&c.& Ias.in d.l.stipulatio ista.in prin.in v.& vj.col.de verb.obl.& vide supra in sing.cccclxxv.incip.non est tibi nouum,&c.Tene menti prædicta, quia verè sunt notabilia & multum quotidiana,& sæpissimè veniunt in facto:& suprà dicta sunt apud paucos, & quanto rariora,tanto pretiosiora.

DCLVII.

1 *Beneficia familiarium conferendi si cui potestas concessa sit,& vnus de famulis famulus esse desierit,qui posteà moriatur , non poterit commissarius collator huius demortui beneficia conferre.*

2 *Priuilegium immunitatis ob liberorum numerum patrisfamiliàs concessum ob ipsorum aliquorum mortem non expirare.*

1 PLura † notabilia ponit domi.Felin.in materia reseruationis beneficiorum ecclesiasticorum,in ca.in nostra.xvj.& xvij.col.de rescript.& inter cætera dicit .quod si conceditur alicui potestas conferendi beneficia familiarium suorum,& vnus de famulis desinit esse famulus, postea moritur,quòd non poterit ille conferre beneficia ipsius.Ad quod alleg.do.de Rot.in antiquis deci. in titu. de præben.deci.xx.& Ioan.Andr.in cap.fina.de verbo signi.in vj.Item alleg.etiam Thomã Falloli in dubio Rotæ liij.incipien.Secundò dubitatur,&c.vbi vult,quòd reseruatio beneficiorum cedentium vel decedentium capellanorum papæ non afficit beneficia eorum qui desierunt esse capellani:quæ omnia sunt multũ notanda:quia quotidie passim occurrunt in facto,maximè in vrbe Romana apud Cardinales habẽtes tales reseruationes suorum familiarium.Contra prædicta tamen faciunt plura, quæ habentur per Ioan.And.& alios in c decet. de regul.

2 iur.in vj.†vbi dicunt,quòd beneficium seu priuilegiũ immunitatis alicui patrisfamiliàs concessum propter numerum liberorum, non expirat propter mortem aliquorũ ipsorum filiorum.quod etiam firmauit Ioan.de Imol. in consil.suo lxxvij.incipi.visis,&c.in fi.vbi dicit quod hoc expresiè firmauit Ioan.Andr.in d.c.decet.in mercur. & ibi Bal.in aliquibus suis additio.quas fecit in dictis mercuriali.de qua tamen quæstione vide late per Alex. in l si constante.in §.si maritus.ff.solut.matri.& vide in simili Bal.in l.j.in vlti.col.C.de inoffi.dona.& Pan.de Castr. in l.ij.in vlti.col.C.de posth.hære.insti.& vide omnino Bar. in l.Titia.ij.in §.Imperator.in pen.q.ff.de lega.ij. vbi videtur in casu simili tenere opin.Ioan.Andr.in d.c.decet. in mercur.quam etiam firmat Bald.in consi.suo cj.incip. verba domini,&c.in tertio volumi.& do. Philip. Deci.in consilio axiiij.in princip.penul.colum.& in authen.præterea.in fin.verbis.C.vnde vir & vxor.Pro qua opin. ij se ibi plura in simili alleg.& alleg.etiam Ioan.de Anan.tenentem opin.Ioan.And.in consilio suo vltimo. vbi latè, & not.loquitur in materia.Item opin.Ioan.And. in pluribus iuribus & rationibus sequitur & affirmat Ias. in l. sciendum.in § si fundum. in penulti.& vlti. colum.ff.qui satisda.cogan.& reprobat omnes tenentes contrarium: & maximè do.Alexan.in dicta l.si constante.in dicto §.si maritus.ff.soluto matrimo. & alios in aliis locis.& dicit hanc esse communem opinio.quæ sequenda est ; & ab ea non est recedendum:vt habetur in l.si C.de pœ.iudi. qui malè iud.Et ex his oritur mihi aliqua dubitatio circa ea, quæ dixit do.Feli.in d.c.in nostra.quæ suprà retuli: ideo poteris cogitare circa prædicta.

DCLVIII.

2 *Testes non reddentes dicti sui rationem,etiam non rogati , in criminalibus non probant:maximè si contra reum & ad offensam secus si pro reo & ipsius defensione.nu.2.*

1 TEstes † in causis criminalibus non probant, nisi etiam non interrogati reddant rationem dicti sui: secundum Salice.in l.fina.C de probatio.quem refert & sequitur Alexan in cõsilio suo xv.incip.visa processu inquisitionis formatæ.in viij col.inj.volu.quod etiam voluit Ias.in repeti.l.admonendi.in xcix.col.ff.de iureiurã. & in l.ait prætor.nu.21 ff.de iureiuran.& do.Philip Deci. in consilio suo xxxvij.incip.in causa.in iij.col. & in capi. veniens.nu.14.de testi. quos ego adduxi in practica mea causa. crimi.in §.diligenter.nume.5 & suprà in singula.

2 dcxxj.incip.magnæ importantiæ,&c.Illud † intellige esse verũ & procedere in testibus deponentibus cõtra reum, & sic ad offensam:sed secus est in testibus deponentibus pro reo ad defensam:quia tales testes probant,licet non interrogati non reddant rationem dicti sui ita no. dixit Bald.in l.solam.in vlti.col.ver.secundò hoc quæritur.C. de testib.quem refert & sequitur Ias. in §.item si quis.ij. in v.colum.nume.29.Insti.de actio.quod est summè not. ad materiam defensionis reorum:& vide suprà in singul. xix.incip.tu scis,&c.

DCLIX.

1 *Solennitates iuris in notoriis relaxari,non tamen eas quæ iudicis competentiam aut incompetentiam respiciunt. Et licet delictũ notorium sit etiam per rei confessionem, id tamen incompetens iudex exequi non potest.nu.2.*

1 SAtis † notum in iure puto,quòd in notoriis solennitates iuris relaxantur:vt dixit Pet.de Ancha.in consi suo excvij.incip.subtiliter & ad plenum. in fi j.colum.alleg. c.j.de elect.& c.ad nostram.de iureiurã.de quo etiam per

do.Feli.in c.ecclesia sanctæ Mariæ.in ix.col.de consti.de
quo ego memini in repeti.mea rubr.C.de proba.in xliiij.
col.in ver.pro quibus facit,&c.Scias tamē, quòd licet in
notoriis sint relaxatæ seu remissæ solennitates:tamē hoc
fallit in solennitate cōpetentiæ iudicis,quæ etiam requi-
5 ritur in notoriis. † Et ideo teneas menti,quòd licet deli-
ctum sit notorium etiam per cōfessionem rei:nunquam
tamen potest exequi à iudice incompetenti.ita not. dixit
Bal.in l.magisteriæ C.de iuris om.iudi.& in l.criminis.C.
qui accu.non pos.quem refert & sequitur Alex.in l.magi
stratibus.in fi.ff.de iuris.om.iudi.& in l.diuus.ff.de custo.
reo.Teneas menti circa materiam notorij,de quo noto-
rio plura dixi in dicta repetitio. mea rubri.C.de probat.

DCLX.

1 *Iudex æquitatem ob oculos semper habere debet.Vnde fit licet ha-
beamus quòd inter multas opiniones vltima præsumatur ap-
probata,si tamen prima æquitati submixa sit, vltima autem
rigorem contineat,primæ inhærendum sit velut approbatæ,nō
vltimæ nu 2.& 3.*

DIcit tex.vulgatus in l.q si Ephesi.in fine.ff.de eo, quod
1 cer.lo.† quòd iudex debet semper habere æquitatem
ante oculos.Ad idem est tex.in c.j.iiij.q.iiij.& in c.omnis
qui.xlv.dist.& in c.fi.de transact. pro quo facit l.placuit.
C.de iudi.& tex.in l.ij.in §.item Varus.ff.de aqua plu.ar-
cen.in verbo æquitas suggerit &c.& in l.at si quis.in §.idē
Labeo ait.ff.de relig.& sump.fune.& voluit gl.in c.para-
tus.xxiij q.j.& Anto.in c.dilecti de iudi. & Bal. in l.si de-
functus.ad fi.C.de suis & legi & Abb.in c.cum ad mona
sterium.in fi.de sta.monac.& in c.magnæ.de vot.& in c.si
2 clericus.in ij.col.de foro cōpe.Et † ex prædictis scias, q
adeò est verū hoc,quòd licet habeamus,quòd vltima opi
nio in dubio censetur esse approbata,secundum gl. in l.
qui filium.in §.Sabinus.ff.ad Trebel.& not.Io. And.in c.
j.de pœ.in vj.in nouella.& in c.ij.de sen.excom.eo.lib. &
Bal.in authen.ex testamento.in princ.C.de testa.& Alex.
in consi.lxxij.incip.inspecto diligenter. in v.col. in j.vol.
& in consi.100.incip.super primo.in ix.col.in eo.volu. &
in consil.cxxj.incip.viso processu causæ. in penul. col. in
eo.volu.& in consi.lxxvij.incip.in causa & lite. in iij.col.
in ij volu & ibi in consi.clxiij.incip.viso &c.in j.col. & in
consi.cclij.incip.præclarè.in fin.j.col. & in consi.cccxcv.
inci cum dicatur.in ij.col.& Bartho. Sali.& alij in l.bona
3 fides.in fi.ff.deposi.Tamen † istud fallit,nisi prima opinio
sapiat æquitatem,& vltima sapiat rigorem:quia tūc pri-
ma censetur approbata.Ita dixit gl.sing.in l.si cum exce-
ptione.in §.sed & si quis. in verbo ,omnimodo. ff. quod
met.cau.quam gl.ad hoc pro sing.alleg do.Fran. de Are.
in consi.suo clxiij.incip.diligenter & maturè discussis.in
vij.col.quem refert & sequitur Ias.in d.l.placuit.C.de iu-
di.& in l.si tibi pecuniam.nu.9.ff.si cer.pet. Et de æquita-
te ego dixi plura not.in l.j.§.fi.in xiij.col.de quæstio. & vi
de Deci.in c.quoniam contra.nu.6.& 7.de probat.& vi-
de suprà,in sing.dcxxxi.incip.vltima opi. vbi hæc replica
ui obliuione ductus eorum quæ hic dixi.

DCLXI.

1 *Notarius instrumentum conficiens,si dicat aliquem de beneficijs
iuris,vt pote Velleiano,Macedoniano & similibus , se certio-
rasse:si deinceps de ijsdem interrogatus,dicat se ignorare ac ne
scire,an huiusmodi instrumentum subsistere possit?*
2 *Testis de possessione deponens,& dicit se vidisse Titiū tenere &c.
si pòst interrogetur quid sit possessio,dicit quòd nescit,nihilomi
nus probat.*

EXaminaui tibi aliàs in repetitio.mea rubri.ff.de fide-
iuss.in vij.col.ver.teneas tamen menti perpetuò &c.
1 an † quando in instrumēto notarius asserit se certiorasse
aliquem de aliquo beneficio sibi competenti , vtputà in
muliere de beneficio Velleiani,vel in filiofami.de benefi-
cio Macedoniani,vel in aliis similibus,si posteà ipse nota
rius interrogatur,quid sit illud beneficium, & nesciat, an
corruat illud instrumentum? & finaliter tenui quòd cor-
ruit,& non valet:& ibi alleg plura iura & plures doct.tra
2 ctantes dictam quæstionem.Sed † nunc addo vnum ver-
bum singu.iudicio meo:videlicet quòd si testis deponat
super possessione,& dicat,quòd vidit Titiū tenere & pos-
sidere:posteà interrogatus quid sit possessio,respondet q
nescit,tamen probat:quia intelligitur quòd nescit, scili-
cet diffinire,vt faciunt periti,vel nescit aliter quàm suprà
dixerit.Ita colligitur ex gl.l.stipulatio ista.in §.hæc quo-
que stipulatio.ff.de verborum obligatio. secundum Ias.
ibi,vbi dicit,quòd illam gloss.sequitur Barto.in l.de æta
te.in ij.q.princi.ad fi.ff.de mino.& Barto. in l.j. in iij.col.
& ibi Bal.& alij.ff.si cer.peta. quod dicit ipse Ias.esse per-
petuò tenendum cordi.

DCLXII.

1 *Creditor in debitoris sui causa testimonium ferre potest:nec suspe-
ctus reputatur.*

1 ACcipe not.verbum lucri plenum,videlicet † quòd cre
2 ditor potest ferre testimonium[a] in causa sui debito-
ris,nec reputatur suspectus.Ita not.dixit Iaco.But.& An
ge.in l.non solùm.§.quæritur per illum tex ff.de procur.
& Ioan.de Imol.in consi.suo lviij.incip.in casu præmisso
videretur breuiter dicendū.quos refert & sequitur Alex.
in consi.lxxviij.incip.in causa & lite vertente inter Barth.
in ij.col.in j.volu.& eos refert & sequitur Ias.in l.stipula-
tio ista.in §.si stipulet.in ij.colum.ff.de verborum obliga
tio.vbi dicit,quòd istud dictum est bene notandum & li-
gandum digito.

ADDITIO.

a Ferre testimonium.Adde Ioan.Anto.Trigon. singula.cxiij.
nu.1.vbi respondet his quæ in contrarium possent adduci.

DCLXIII.

1 *Notarius,velut persona publica aliis personis etiā absentibus stipu
lari & acquirere potest. Quod limita,vt hic.*
2 *Notarius,licet à partibus dictum non sit,tamen clausulas consue
tas in instrumento apponere potest. Quod limita, quando in-
strumentum fit,seu est in fieri,non autem quando factum ac
perfectum est.nu.3.& 4.*

1 NOtarius † tāquàm persona publica potest aliis per-
sonis etiam absentibus stipulari & acquirere.l. his
verbis.& l.non aliter.ff.de adop.l.ij.& iij.& ibi Bart.ple-
nè.ff.rem pup.sal.fo.l.j.§.exigere.ff.de magist. cōue. & ha
betur per Bar.& alios in l.postquàm liti.C.de pact. & vo-
luit Alex.in cōsi.suo lxv.incip.quoniam omne datū &c.
in vij.col.in vj.volu.& Phil.Dec.in cōsi.suo ccxxvj.incip.
2 magister Io.in j.col.vbi alleg.alios plures ad hoc. Istā † ta
men cōclusionem limita & restringe solùm habere locū
in notario exercēte actum notariatus:vt putà,quia sit ro
gatus à partibus: secus autem si citra actum notariatus
alteri stipulatur non interueniente rogatu partium:tunc
vt priuata persona alteri stipulari non potest:ita not. di-
xit Angel.in consi.suo lxxiij.& Bald.in l.certi condictio.
in §.quoniā.ff.si cer.pet.& in l.j.in vj.col.C.per quas per-
so.nob.acqui.& Ang.de Are.in §.j.Insti.de iu perso. quos
refert Ias.in l.stipulatio ista.in §.si stipuler.nu.14.ff.de ver
3 bo.obli.Pro quo facit etiam:nam † licet notarius possit
apponere clausulas consuetas in instrumento,etiāsi non
sit sibi dictum à partibus:vt l.si prius.in §. Plautius. & ibi
Bar.ff.de aqua plu.arcen.& Bar.in l.ex ea parte.in prin.
ff de verb.obl.& latè ponit Feli.in c.cùm M.Ferrariensis.
in iij.col.de consti.& dixi latius suprà in singu.xxiij.inci-
4 pien.in iure clarum est & c.Istud † limita esse verum & ha
bere locum solùm,quando instrumentum est in fieri: sed
secus est in instrumento iam facto & perfecto : quia tunc
in illo non poterit addere seu apponere clausulas etiam
consuetas.Ita not.dixit Barba. in cap. ij.in secunda co-
lum.extrà de precar.vbi alleg.hoc voluisse Bartol. in ru-
bric.C.de reuoc.his,quæ in frau. alie.funt. in vltima col.
de quo latius dixi in dicto singu.meo cxxiij.incip.in iure
clarum est.vbi videas.

DCLXIIII.

AVdias quæso vnam decisionem:cuius contrariū cre
do,quòd diceret quilibet prudens prima facie, vide-
licet,habeo vestem vel aliam rem venalem , quam trado
Titio ad vendendum , & vt magis solicitet eius vendi-
tionem dico sibi : do tibi hanc rem ad vendendum pro
decem

decem ducatis & ex nunc si tu vendis eam plus, volo,
quod illud plus sit tuum. Titius stantibus per dictis vēdi-
dit illā rē pro xv. aureis, modò inter eos oritur alterca-
tio super illis quinque, quæ plus vendidit, cui spectent, an
Titio venditori, an verò domino ipsius rei? hanc quæstio
nem ponit Ias. in l. j. in iij. col. nume. 3 ff. de æstima. act. in
qua dicit, quòd primò videtur dicendum, quòd illa quin
que quibus plus vendidit debeant esse Titij venditoris,
eò quia contractus ex conuentione partium legem ac-
cipiunt: vt in l. j §. si conuenerit. ff. deposi. & in rebus cla-
ris non opus est coniecturis. l. cōtinuus. in § cùm ita. ff. de
verb. oblig. sed dicit, quòd hāc quæstionem ponit Io. Fab.
& Io. de Pla. in §. actionum. insti. de act. & distinguunt &
bene, secundum eum, & dicunt, quòd aut conuentio fuit
taliter facta, quòd periculum casus fortuiti spectat ad
ipsum vendentem: & isto casu quemadmodum peri-
culum est suum, ita etiam id quod plus vendidit: per
regulam secūdum naturam eius debet esse commodum
& lucrum, cuius est incōmodum & dānum. Si verò non
fuit facta talis cōuentio, illa quinque spectant ad domi-
nū rei ne vēditor cōsequatur lucrū sine periculo, quia ta
le lucrū saperet vsuram. de quo tamen latiùs per Ias. vbi
suprà, sed verè multa possent adduci ad fauorem Titij vē
ditoris, quę omitto ne longior sim pręsentialiter. de qua
quæstione vide latius per Ias. in d. §. actionum. numero
87. cum seq. & dixi 3. singul. dcxxxij.

DCLXV.

1 *Statutum pro homicidio pœnam imponens pecuniariam non vale re, vt quod ad homicidium inuitat: sed quo casu valeret, in parricidio & enormi delicto locum non haberet. nu. 2.*

3 *Statutum de homicidio locum non habere in homicidio qualificato, videlicet si patratum sit veneno.*

4 *Delicto obuiare licet quis de iure ciuili non teneatur, tamen hoc in atrocissimo delicto locum non habet, vt est in parricidio.*

5 *Maleficium consulens illi, qui aliàs qui facturus erat licet non puniatur saltem eadem pœna, in enormibus & atrocioribus delictis consulens punietur licet principalis alias facturus esset.*

NIsi me mea fallat memoria, dixi tibi not. verbum de
enormi delicto suprà, in singu. cccccci. incip. enor-
mia. nunc autem accipe aliqua alia notabilia circa ean
2 dem materiam, quæ forte non sunt apud omnes. Et † pri
mò scias, quòd statutum imponens pœnam pecuniariam
pro homicidio, non valet, ne homines inuitentur ad de-
linquendum: contra l. conuenire. ff. de pact. dot. in c. cùm
dilectus. quod met. cau. l. in fundo. ff. de rei vendi. cum si-
mi & hoc volunt doct. scilicet Ioan. de Ana. & Feli. in ru-
bri. de homi. licet Bar. & plures alij doct. teneant cōtra-
rium, scilicet quòd tale statutum valeat, quos referūt Io.
2 de Ana. & Feli. in dicta rubri. de homic. Sed † casu quo ta
le statutum valeret, non tamen haberet locum in parrici
dio, & sic in enormissimo delicto. Ita dixit Ioan. de Ana.
in consi. suo lxiij. incip. pręsupposita communi opi. quem
refert & sequitur do. Philip. Dec. in rubri. extrà de proba.
in xij. col. nu. 22 & in c. de causis. in penul. col. de offi. dele-
ga. vbi dicit quòd pro hoc in simili facit quod not. Iaco.
But. quem Ang. & Sali. ibi sequuntur in l. j. C. de malefic.
3 vbi inquit, quòd statutum de homicidio, † nō habet locū
in homicidio qualificato, videlicet si factum sit cum ve-
neno: & sequitur Ioan. de Ana in c. j. in iiij. col. de sortile.
& voluit etiam Ange. in l. fin. C. de delato. lib. x. Secun-
4 dò † etiam scias, quòd licet de iure ciuili quis non tenea-
tur obuiare delicto: vt per glos. in l. culpa caret. ff. de re-
gu. iur. & Bar. in l. j §, sed in eo. ff. ad Sylla. & in l. uictum. in
§. sed licet ff. quod met. cau & voluit gl. de offi. ordi. in c.
ad reprimendam. & habetur per Bal. in l. vt vim. in viij. q.
ff. de iusti. & iur. & Pau. de Cast. in l. fi. in fin. C. de his quib.
vt indig. tamen hoc non habet locum in atrocissimo de-
licto, vt est delictum parricidij: ita not. dixit Bal. in c. j. in
ij. col. de offi. deleg. per l. vtrum. in ver. conscij & extranei
eadem pœna afficiendi sunt. ff. de parrici. & cum refert &
sequitur do. Philip. Dec. in c. j. nu. 8. de offi. delega. Tertiò
5 † etiam scias, quòd licet consulens maleficium illi, qui a-
lias erat facturus, non puniatur saltem eadem pœna: vt la
tè tradunt scrib. in c. sicut dignum. in §. qui verò. de homi
ci. & in l. non solùm. in § si mandato. ff. de iniur. & voluit
gloss. in §. ope. Institu. de obliga. quæ ex delict. nascun l. j.
in §. persuadere. ff. de seru. corrupt. & voluit gloss. & Bar-
to. in l. sæpe ff. de verbo. signifi. & Bal. in l. ob hæc verba. in
ij. col. ff. de his qui notan. infa. & in l data opera. in xvij.
col. C. qui accu. non pos. & in l. j. in ij. col. C. de ser. fugi. &
voluit scrib. in l. vnica. C. de rap. virgi. & volūt alij quos
retulit do. Philip. Dec. in d. c. j. de offi. deleg. nu. 12. Istud ta
mē fallit in enormibus seu atrocioribus delictis: quia in
illis consulens punitur, licet principalis esset illud aliàs fa
cturus. Ita dixit Bal. in l. j in ij. col. C. de ser. fugi. quod di-
ctum refert circa eum plura adducens do. Philip. Dec. in
c. j. de offi. deleg. nu 13. & in l. consilij. nu. 5. in fi. de reg. iur.
de quibus etiam aliquid dixi in tract. meo bānito. in ver-
bo, atrocioribus. nu. 20. & nu. 21. quæ omnia addere pote
ris suprà ad singula. dcj. incip. enormia, &c.

DCLXVI.

1 *Statuto si caueatur, quòd venditio rei excedentis valorem centū librarum, non valeat, nisi contractus literis celebretur, nec possit probatio fieri nisi per instrumenta: modò facta est rei centum librarum summam excedentis venditio, non tamen cōfectum instrumentum, sed conuentum quòd fieret: interea vult venditor a dicta venditione resilire, hac sententia fretus, quòd huiusmodi venditio instrumento probari nequit, qualiter emptori subueniendum est?*

1 PEndet † nunc de facto quæstio not. & non modicæ im-
portantiæ, quæ talis est. Statuto ciuitatis cauetur, quòd
venditio rei excedentis valorem lib. centum, non valeat
nisi de ea sit celebratus contractus in scriptis, & quòd nō
possit fieri probatio rei excedentis talem summam per
testes, sed solum per instrumenta. Modò Titius vendidit
quandam possessionē Seio excedētem summam librarū
1600. & hoc fecit corā testibus: & conuenerunt dictæ par
tes inter se de faciendo instrumentū publicum dictæ vē-
ditionis coram dictis testibus: modo dictus vēditor vult
recedere a dicta venditione, & negat illam fecisse, videns
quòd illa non potest probari per testes: sed quòd ad ipsius
probationem & validitatem requiritur instrumentū pu-
blicum, quod non est confectum nec celebratum: hoc ca
su an aliquo modo succurratur dicto Seio emptori? In
quo dicas, quòd sic: nam satis est emptori probare quòd
conuentum fuit inter ipsum emptorem & venditorem, quòd
de dicta venditione debeat fieri instrumentū in scriptis,
Nam ad hoc vt contractus dicatur celebratus in scriptis
sufficit quòd cōuētū sit inter partes quòd fiat instrumētū in scri
ptis de ipso cōtractu. Ita sing. dixit do. Frā. de Are. in cō-
silio suo clx. incip. longa est ista consultatio. in iij. colum.
versi. venio nunc, &c. vbi pro hoc alleg. glo. insti. de emp.
& vendi. in §. j. in versi. conficiuntur. & in l. contractus. C.
de fide instrumen. versicu in scriptis. & Specul. in titul. de
empt. & vendi. §. j. versic. sed si dictum. & alleg. etiam alia
de quibus ibi per eum: & voluit Bal. in reperto. suo, in ver
bo, contractus. in iij. versic. de quo dicto feci mentionem
in repetitio. mea rubri. C. de probat. in xvj. colum. quod
dictum est summè not. quia potest seruire ad multa. vide
tamen ipsum domi. Francisc. de Aret. in dicto suo con-
silio inferius, quia non videtur firmare prædicta: & vide
Angel de Are. in dicto §. primò. Institu. de emptio. & ven
dit. & do. Philip. Deci. in rubri. de consue. nu 1.

DCLXVII.

1 *Iudicis authoritatem in minorum contractibus desiderari iuris dispositione aut statutorum promissum est. qualitas tamen personæ minoris contrahentis est spectanda, vt si clericus sit, iudex ecclesiasticus sit, si laicus sit, & laicus iudex. Et idem obseruandum in eo qui legitimari desiderat. nu. 2.*

1 SAepissime † ex dispositione iuris vel statutorum in cō
tractibus minorum xxv. anno. requiritur authoritas
iudicis: & hoc quotidie practicatur. Sed aduertas, ne er-
res, quoniam si talis minor volens contrahere, est cleri-
cus, tunc authoritas quæ præstari debet, debebit præsta-
ri à iudice ecclesiastico, & non à iudice seculari. ita not.
dixit Petr. de Anchara. in capitu fins. de iudic. in sexto,
in principio, in sexto notab. post gloss. ibi: versicu. eius-
dem. & not in versicu. huiusmodi. & idem firmat ibi Ge-
min. quus refert & sequitur dominus Philip. Dec. in cap.

decernimus.in xviij.col.nu.30.in fi.de iudi.vbi † subdit q
2 ex hoc & ex aliis rationibus ipse aliàs consuluit in cõsil.
suo cl.quòd clericus non potest legitimari à comite Pala
tino seculari & illud consilium incipit, dubitatur prin-
cipaliter,&c.vbi in ij.col.omnia suprà dicta refert & af-
firmat pluribus aliis in simili adductis: quæ omnia no-
tanda sunt in practica.

CCCCCCLXVIII.

1 *Religionis ingressus, ingressum vsufructu quem in vita habebat, non priuat. Quod limita, vt nu 3.*

2 *Substitutus Seio post mortem ipsius, non admittitur ad bona, si Seius monasteriũ ingrediatur, & sic ciuiliter moriatur: quando quidem in hoc naturalis mors, non ciuilis requiritur.*

1 INgressus † religionis, non priuat ingressum vsufructu
quem habebat ad vitam: secundum gl. in authẽ. idem
est. C. de bo quæ libe. quam sequitur ibi Bal. & Sali. & idẽ
dixit gl. & doct. in authen. ingressi. C de sacrosan. eccle. &
voluit Spe. in tit. de sta. mona. §. j. ver. xlvij. & cano. in ca.
in præsentia. de probat. & Io. de Imol. in l. cùm filio. in v.
col. ff. de leg. j. & Ioan. de Fan. in c. si qua mulier. xix. q. iij.
& Ioan de Imol. in c. cùm conster de pig. & Soci. in cõsil.
suo x. incip. quamuis quæstiones, &c. in v. col. in j. volu. &
Alex. in consi. xcviij. incip. viso instrumento. nu. 17. & 18.
in vj. volu. & in cõsi. cxxxix. incip. viso themate, &c. in iij.
col. in ij. volu vbi latè & not. loquitur circa hanc mate-
2 riam. Pro quo facit optimè: nam † si aliquis est substitutus
Seio, post mortem ipsius Seij, non admittitur substitutus
ad illa bona, si ipse Seius ingrediatur monasterium & ci-
uiliter moriatur, sed tunc admittitur quando naturali-
ter moritur: secundum Bar. in l. Statius in §. Cornelio. ff.
de iure fis. & Ange. de Aret. in § cùm autem. in iij. col. In-
sti. quib. mod. ius patr. pote. sol. vbi alleg. Bar & alios hoc
3 tenentes in aliis pluribus & diuersis locis Sed † dictum pri
mum de vsufructuario fallit in vsufructu, quem pater ha
bet ratione patriæ potestatis in bonis aduẽtitiis filij: quia
tunc pater ingrediens religionem, perdit talem vsumfru-
ctum ita dixit Sali. in d. authenti. ingressi. in vlti. col. post
Cy. ibi: & Bar. in d. authen idem est. Et ratio assignari po
test, videlicet quia patria potestas extinguitur per ingres
sum monasterij: secundum Salic. & alios in d authen. in-
gressi. & per docto. in authen. excipitur. C. de bo quę lib.
& voluit Spec. in tit. de statu monac. in §. j. ver. xij. quæri-
tur. & in tit. de acto. ver. quid si pater. iij. & in tit. de tut. §.
si autem. ver. sed quæritur. & Cardi. in clem. eos. in xj. q. de
regu. de quo etiam per Ias. in d. authen. ingressi. in fin. vbi
ponit hanc limitationem: & per Deci. in cap. in præsen-
tia. nume. 73. de proba.

CCCCCCLXIX.

1 *Solennitatem ac potestatem eandem in tollendo, quæ & in faciendo, vel condendo: si quidem huius sit tollere, cuius est dare.*

2 *Testamenti confectio, si ex legis forma, vel statutorum, duos testes requirat, totidem etiam requirit eius reuocatio, & sufficiunt.*

3 *Papa licet solus Cardinales creare possit, non tamen sic deponere potest.*

1 IVra † volunt, vt credo, te scire, quòd eadem met solenni
tas ac potestas requiratur in tollendo, quæ requiritur
in faciendo vel cõstruẽdo, & eius sit tollere, cuius est da
re: vt habetur in authẽ. ecõtrà si filij. C. de re pu. & in auth.
de defen. ciui. in §. iubemus. & in l. nihil tam naturale.
ff. de regu. iur. & in l. prout. ff. de solu. & c. j. de regu. iur. in
antiquis. & not. Bar. in l. ij. §. j. ad fi ff. de opt. leg. & in l. om
nes populi. in iij. q. prin. ff. de iusti & iure. & Bart. Bal. & Io.
de Imol. in l. ex facto. in princi. ff de vulga. & pupil. & not.
Ange. & alij in l. omnium. C. de testa. & voluit Alex. in cõ
silio xlvij. incip. in causa vertente. in prio. in vij. volu. & in
consi. cxxxiij. incip super præmisso. in fi. in eo. volumi. vbi
2 † inter alia dicit, quòd si ex forma legis vel statuti duo te
stes requiruntur in confectione testamenti: ita duo testes
in eius reuocatione sufficiunt: de qua materia ego latiùs
fortè vltra omnes loquutus sum in tracta. meo bannito-
rum, in verbo, ciuitate. nu. 67. cum pluribus nu. ibi seq.
de quo etiam plenè loquitur do. Franc. Niconicius in re-
pe. c. quoniam contra. nu. 207. cum sequen. de proba. Li-
mita tamen sing. ista in vno casu not. & maximæ impor-
3 tantiæ, videlicet † quòd licet Papa solus possit creare Car
dinales: secundum Ioan. And. in c. sanè. de conuer. coniu.
quem ibi sequitur do. Anto. quos refert & sequitur domi.
Philip. Dec. in rub. de consti. in §. secũdò quæritur. nu. 4.
ver. & inter alia, &c. in prima lectura. vbi alleg. gl in cle-
men. ne Romani. in verbo, potestatis. de elect. & eos etiã
refert & sequitur do. Feli. in dicta rub. de consti. in prima
col. & eos etiam refert & sequitur Ias. in l. placet. nu. 18.
C. de sacrosan. eccle. At tamẽ solus Papa non potest Car
dinales deponere. Ita per plura iura determinat Barba.
in tracta. suo Cardinalium, in viij q. prin. quem refert &
sequitur do. Philip. Dec. in dicta rubri. de consti. in ij. col.
nu. 6. in eius secunda lectura, quæ omnia sunt multũ no.
quia creare & deponere Cardinales, non est magni, sed
imò est maximi momenti: vt ex se apparet.

CCCCCCLXX.

3 *Necessitas, vt magna efficacia est, ita facit, vt filiusfamilias, qui alioqui iure non posset obligari, efficaciter ex mutuo queat.*

1 NEcessitas † est magnæ operationis, & plura habet spe
cialia: vt latè dixi in l. j. §. præterea in xxj. col. ff. de
quæstio. & suprà, in singu. ccccxxj. incip. quando pericu-
lum &c. Sed vltra ea, quæ dixi in dictis locis, addo aliud
in ipsa materia necessitatis: videlicet quòd licet de iure
filiusfamiliàs regulariter non obligetur ex mutuo, sed
mutuans ipse repellatur per exceptionem senatusconsul
ti Macedoniani: vt in toto titu. ff. & C. ad Senatusconsul.
Macedon. tamen hoc fallit, nisi factum fuerit mutuum
ipsi filiofamiliàs propter necessitatem ipsius: quia tunc
efficaciter obligatur, & hoc casu cessat exceptio Macedo
niani. Ita singul. dixit Innocen. & post eum Abb. in c. quia
plerique. ad finem. de immunita. eccle. & domi. Phil. Dec.
in c. nouit. nu. 11. in ver. limitatur nisi &c. de iudic. vbi re-
fert Abb. in d. c. quia plerique. tacito Innocen. quod di-
cit Abb. esse not. maximè cùm talis filiusfamil. accipiens
mutuum semper videatur esse in necessitate: de quo ibi
latius per eum: quem vide.

CCCCCCLXXI.

1 *Iudex si quem locumtenentem constituat, & quoties eum abesse contigerit, locumtenens vices ipsius gerat, si casu contingat, vt die aliqua præsens sit, aliqua absens iudex, an valeant quæ gesta sunt ab locumtenente principali iudice præsente?*

IN repetitio. mea l. fina. ff de iurisdictio. omnium iudi-
cum. nume. 144. cum pluribus nume. ibi sequen. dedi ti
bi plura singularia dicta in materia rei momentaneæ, vt
ibi videre poteris: sed in dicta materia rei momentaneæ,
do tibi aliud singula. verbum nunc vltra ea, quæ ibi dixi,
1 videlicet quòd † si iudex facit aliquem suum locũtenen-
tem quoties eum abesse contigerit, & eueniat casus quo
ipse iudex principalis vna die absens sit, & vna die præ-
sens, quòd valent acta coram ipso locumtenente facta e-
tiam illo die in quo ipse iudex principalis præsens fuit,
ne ex ista modica variatione partes decipiantur ita sin-
gu. dixit Pau. de Castro post Guli. de Cun. in l. sed & si pu-
pillus. in § conditio. ff de instito quod dictum pro valde
not. refert & sequitur domi. Philip. Dec. in cap. quoniam
Abbas. nume 7 de offic delega. vbi dicit, quod pro hoc
dicto etiam facit: nam cessatio momentanea non vide-
tur esse in consideratione. l. iij. in fine. ff. de diuor. & l. ple-
rique. ff. de ritu nuptia. & l. si quis legauerit. ff. de condi. &
demonstratio. & idem dixit ipse Decius in l. quæcunque.
nume. 68. ff. de offic. eius cui manda est iurisd. Et pro hoc
dicto optimè faciunt plura iura & plures doctrinæ, quæ
& quas ego adduxi in dicta repetitio. mea l. fina. ff. de iu-
risdi. omnium iudi. nu. 144 cum pluribus numeris ibi se-
quen. vbi omnino videas.

CCCCCCLXXII.

1 *Interpretationem in omni dispositione sic faciendam, vt actus valeat potius, quàm pereat.*

2 *Actus, qui est in ordine prior licet præcessisse præsumatur, tamen hoc locum non habet quando actus nullus redderetur, si littera vel scriptura ordo consideraretur, quia vt actus valeat præsumitur*

præsumitur actus præcessisse, qui in scriptura posterior est.

§ *Instrumentum si patris donationem filio factam, ac deinde emancipationem contineat, emancipationem præcessisse, non attento scripturæ ordine, præsumendum est, vt donationis actus valeat.*

1 Flenda † est semper interpretatio in quacunque dispositione, vt actus potius valeat quàm pereat: vt in l. quoties. ff. de reb. dub. & l. quoties. ff. de verbo. oblig. & l. cum hic status. § pœnitentiam. versi. quòd si in obscuro. ff. de dona. inter vir. & vxo. & l. diuus. in prin. ff. de vsu & habi. c. abbate sanè. §. pen. de verbo. sig. voluit Bar. in l. si communis seruus. ij. in ij. col. versi. quartò quando secundum vnum &c. ff. de stipu. seruo. & l. si vnus. in § fi. ff. de pact. & Ioan. de Imol. in l. quod dicitur. in x. col. ff. de verb. obli. & Lud. Ro. in cõsi. suo ccciiij. incip. plura sunt &c. in j. col. & do. Frãc. de Curt. in cõsi. suo xx. quod est vltimũ, & incipit, præsupponitur in facto &c. in pe. col. vbi ad hoc plura

2 alleg. Et † ex istis tene mẽti, quòd licet præsumatur præcessisse actus qui est prior in ordine literæ: vtputa, si reperiuntur duo instrumenta scripta in vna charta, instrumẽtum primò scriptum, præsumitur primò celebratum: vt est tex. quem ibi ad hoc not. Bar. in § quibus. in j. constit. Codi. & ibi etiam Bal. tamen hoc non habet locũ, quando actus redderetur nullus si attẽderetur ordo literæ vel scripturæ: quia vt actus valeat, præsumitur quòd præcesserit actus qui in ordine literæ posterior reperitur. ita not. dicit Bal. in l. cùm in testamento. §. hæc verba. ff. de hære.

3 insti. vbi † dicit, quòd si in instrumento apparet [illegible] pater donauit filio: & quòd illum emancipauit, n[illegible] [illegible]ento ordine literæ, præsumitur quòd emancipatio prius facta fuerit, vt actus donationis valeat. quod dictum ibi sequitur Ange. & Ioan. de Imol. & Alex. in l. ij. in §. prius. in iij. col. ff. de vulg. & pupil. & in l. diuortio. in prin. ff. solu. matri. & in l. cùm proponas. C. eo. & in consil. suo cxij. incip. super eo dubio. in ij. col. in v. vol. & Philip. Dec. in c. quoniam Abbas. nu. 15. de off. dele. & in c. prudentiã. in prin. in vltimis verbis. eo. titu.

DCLXXIII.

1 *Præsentia coniunctorum licet metus præsumptionem tollat, tamen id limitandum modis duobus, vt hic, nu. 2. & 3.*

4 *Dispositionem c. quamuis. de pact. libro vj propter enormẽ læsionem tolli.*

1 NOnnulla † de præsentia coniunctorum dixi tibi suprà in singu. ccccxvij. incip. Præsentia coniunctorum &c. Nunc autem do tibi aliqua alia circa eandem materiam non minus not. Et ideo scias, quòd licet præsentia coniunctorum tollat præsumptionem metus: vt habetur latè in l. transactionem. C. de transact. & habetur per Bal. in l. j. in ij. col. C. si quis aliquem testa. prohibue. & per Bar. in l. fi. in j. col. ff. eo. & in l. frater à fratre. in pen. char. in ij. col. ff. de condi. indeb. & do. Anto. & alij in c. causam matrimonij. de offi. deleg. & per Bar. in l. j. in prin. ff. quod met. cau. & Alex. in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. in pen. col. ff. solu. matr. & Philip. Dec. in cõsi. ccxxxij. incip. duta. in ij. col. tamen ista limitantur duobus modis.

2 Et primò limitãtur † quãdo infertur metus ab illo cui amici & coniuncti resistere non possent: quia tunc præsentia amicorum vel coniunctorum non tollit præsumptionem metus. Ita dicit Ang. in consi. suo ccxv. incip. thema tale &c. aliàs incip. reperitur in quadam charta &c. in vlti. col. quod dictum refert & sequitur Ias. in d. l. transactionem. circa prin. & Philip. Dec. in consi. suo ccxix. incipi.

3 viso puncto &c. in fi. Secundò † prædicta limitantur, non procedere data enormi læsione: quia tunc etiã metus præsumitur non obstante quòd interuenerit in actu præsentia coniunctorum vel amicorum &c. ita no. dixit Pau. de Cast. in consi. suo clxxvij. inci. cõtra superiùs cõsulta &c. in ij. col. quod dictum pro no. refert & sequitur Phil. Dec. in c. causam matrimonij. nu. 6. in fi. de offi deleg. & in cõ

4 silio suo lxxxvj. incip. viso puncto in v. col. In † quibus locis etiam dicit, quòd propter enormẽ læsionem tollitur dispositio c. quamuis. de pact. in vj. secundum Pet. de Ancha. in reg. accessorium. in iij. char. de reg. iur. in vj. & Io. Cal in consi. suo viij. incip. duæ puellæ &c. in tit. de iureiuran. & Ant. de But. in consi. suo xlv. incip. Domina Paula &c. & Petr. de Anchar. in c. j. de consi. in xj. quæst. princi. & in consi. suo xxxviij. incip. pro clariori. & in consi. lxxxij. inc. visis. in vlt. col. & in cons. ccclxiij. incip. pro maiori. & Abb. in cõsi. cxv. inc. Lucretia. & do. Fran. de Are. in cõsi. suo xciij. incip. viso legato. & Raph. Cu. in consi. suo cviij. incip. videtur prima facie. & idem dixit do. Phil. Dec. in consi. suo xxvij. in j. col. & in cons. clxxx. incip. visa renuntiatione. in v. col. & in consi. clxxxj. ibi seq. inci. satis nota. in j. col. quæ omnia sunt no. maximè propter dispositiones loquentes de iuramento: quod iuramentum non obstat, vbi interuenit enormis læsio per supradicta.

DCLXXIIII.

1 *Diuisio bonorum, quam patres in vita agentes inter liberos faciunt, iure non subsistit: quoniam quadam videtur donatio. tamen patres possunt filijs legitimam assignando. nu. 2.*

1 ALiqui † sunt patres, qui in eorum vita diuidunt bona sua inter filios suos in potestate sua existentes, credentes talem diuisionem valere: sed certe semetipsos decipiunt: quia talis diuisio non valet: eò quia videtur quædam donatio quæ inter patrem & filium in potestate nõ valet: vt in l. j. in §. si pater. ff. pro donato. & in l. si pater. e. tit. & in l. cùm de bonis. C. de don. & de tali diuisione facta à patre inter filios, quòd non valeat, est tex. cum glos. in l. si ancillam. §. si pater. ff. pro suo. & in l. si filia. in §. si pater inter filios. ff. fam. ercisc. & ita in terminis decidit Bald. in l. iij. C. de vsuc. pro donato. in j. col. vbi dicit, quòd si ego diuido bona mea cum filiis meis ea intentione, vt talis diuisio sit perpetuò duratura, talis diuisio non tenet. quam doctrinam refert & sequitur do. Phil. Dec. in consi. suo lxxxvj. incip. viso puncto. in penul. col. vbi dicit quòd hanc doctrinã refert & sequitur do. Maria. Soci. in consil. suo iiij. incip. visis actis. & Barb. in consi. suo lxxx. incip. illud referã. in iij. vol. vbi ipse alleg. Paul. de Cast. in consi. suo cv. inci. circa bona quæ fuerunt &c. item Dec. vbi suprà, dicit, quod hanc partem etiam firmauit do. Pet. Phi. Cor. in consi. suo ccxxviij. incipien. quod dictus ser An. in prin. in iiij. volum. & idem secundum eum tenet Cazalup. in repeti. l. frater a fratre. in xxv. quæst. ff. de cõdi. inde. vbi respondet ad allegata in contrarium. Tene menti, quia sæpe patres in vita, vt pluries ego vidi, diuidunt bona sua inter filios, quæ diuisio non valeret, vt dixi. Bene verum

2 est, vt dicit do. Philip. in dicto suo consi. lxxxvj. in dicta penult. colum. quòd † pater præuenire potest & assignare legitimam filiis suis: alleg. l. cum quo §. fin. ff. ad legem Fal. & Bal. in l. illud. in iij. col. ver. quæritur. C. de sacro. eccle. & in l. si successione. ver. quid de legitima. C. de reuo. his quæ in frau. cred. quæ omnia menti cõmenda tanquàm quotidiana & vtilia.

DCLXXV.

1 *Nullatenus & aliquatenus voces, quam vim habeant, remissiuè. Et sub hac dictio nullatenus, à lege vel statuto apposita vim clausula decreti annullatiua habet.*

ANno præterito dixi tibi aliqua de verbo nullatenus, & aliquatenus, in repet. mea. cap. at si clerici. in nu. 28. & 29. de iudi. & inter alia dixi ibi not. verbum in num.

1 30. videlicet † quòd dictio nullatenus, apposita in lege vel statuto, importat tantum quantum clausula decreti annullatiua & tollit facultatem dispensandi: secundum do. Anto. & Imo. in clemen. j. de sequest. pos. & fruct. per illum tex. in verbo, nullatenus. & idem dicit Archid. in capit. quoniam. super verbo, nullatenus. de immu. eccle. in vj & Ioan. de Ana. in cap. quia frustra in iij. col. de vsu. & Gem. post Ioan. And. in cap. Roma. in § pen. de ap. in vj. & hoc voluit Ias. referens prædicta in l. in pecuniariis. nu. 9. ff. de ser. Ad quæ faciunt etiam dicta per do. Philip. Deci. in ca. eam te. in penult. colum. de rescript. de quo latiùs dixi in dicta repetitione mea d. cap. at si clerici. num. 30. de iudi. tene menti: quia sæpe in statutis & in aliis dispositionibus ponuntur dicta verba.

DCLXXVI.

1 *Inhabilem per habilem sustineri, vnde si duo notarij rogati sint de vno contractu, & ipsorum alter priuatus sit officio, valebit tamen instrumentum ab eis factum, propter eum qui autenticus est & legitimus*

DIxi tibi aliàs in l. de minore. in §. tormenta. in iij. col. ff. de quæst. & in repet. mea rub. ff. de fideiuss. & suprà in sing. cccccliiij incip. memini, &c. & in sing. dcxvij. incip. memor ex illo. plura circa illud quod inhabilis sustentatur per habilem: & in dictis locis in tali materia plura not. adduxi: nunc autem dico tibi aliud non minùs no. in eadem materia, videlicet quòd licet sit verum
1 illud, videlicet † quòd inhabilis sustentatur per habilem vtputà, si duo notarij sunt rogati de vno cõtractu: & vnus ipsorum est priuatus officio Tabellionatus: valet tamen vtriusque instrumentum propter illum notarium, qui est authenticus: secundum Bald. in l. Imperator. in iij. col. ff. de statu homi. vbi ad hoc alleg. text. in l. si quis ex argentariis. §. cogentur. ver. quid enim, &c. ff. de eden. de quo ego plura adduxi in dictis locis. Tamen teneas menti, quòd istud non haberet locum, quando essemus in casu in quo ex dispositione statuti vel consuetudinis requirerentur duo Tabelliones, qui ambo essent probatæ vitæ & fidei. Ita not. dixit Bald. in cap. tertio loco. in vlti. verbis extrà de proba. quod dictum refert & approbat do. Phil. Deci. numero 10. de officio delegat. quod est not. quia idem possumus dicere in testibus & in similibus argument. l. in exercendis. C. de fide instrumentorum, cum similibus.

CCCCCCLXXVII.

1 *Actionem furti ex noua res furto sublata subnasci. Quando autem noua cõtrectatio res furto sublata fieri dicatur, ascitur hic numero 2.*

A Teneris vsque annis attestor Deum, quòd semper fures prosecutus sum summo odio, & tanto magis capitale secum inimicitiam contraxi, & contra plures fui aduocatus: quia diebus meis magna furta passus sum in bonis meis & familiæ meæ. Attamen propter hoc nolo me continere & retrahere ab exprimenda veritate & ea
1 iura quæ eis fauent. Et † ideo teneas perpetuò menti singulare verbum lucro & honore plenum: nam opi. Bart. & plurium eum sequentium est quòd ex noua contrectatione noua nascatur actio furti, adeo quòd si fur furatur hic aliquas res, quas posteà portat Ferrariæ vel alibi, quod poterit in loco vbi talia furta portauit, capi & puniri: vt tenet Bart. In pluribus locis: quem plures doctor. sequuntur in pluribus & diuersis locis, quos ego accuratè retuli in repetitione mea l. fi. in vltim. quæstione. ff. de iurisdictione omnium iudicum. vbi finaliter tenui contra
2 Bart. & sequa. vt ibi clarè videre poteris. Sed † scias quòd casu quo opi. Bart. & sequa. esset vera, tamen illa restringeretur & non haberet locum, quando fur cum talibus rebus transiret per aliquam ciuitatem, & ibi paruam moram faceret: & nisi staret in illa ciuitate ad minus per vnam diem, non diceretur committere nouam contrectationem, & cõtra eum non nasceretur noua actio furti, & per consequens non posset ibi puniri: quia ea quæ sunt momentanea, non sunt in consideratione. ita singu. dixit Bald. in l. qui furere. ff. de statu hominum. quod dictum refert & sequitur do. Aug. de Ari. in addi. ad Aug. de Aret. in tract. malefi. in ver. & vestem cælestem abstulit. in iiij. chart. in addi magna. in j. col. in ver. item septimo, &c. quam doctrinam etiam ego retuli & secutus sum in repetitio. mea d. l. fin. ff. de iurisdictio. om. iud. num. 144. vbi plura & plura not. similia adduxi ad corroborationem dictæ doctrinæ, vt ibi videre poteris. Tene menti, quia profectò istud dictum est magni pretij & valoris ac maximi honoris: & habet rationem in se apud quemlibet prudentem virum.

CCCCCCLXXVIII.

1 *Statuto cauente, quòd minorum ac mulierum contractus non valeant, nisi sint duo affines vel coniuncti præsentes, vt huiusmodi contractus iure subsistant, qui nam affines ac coniuncti interesse debeant.*

1 FIuunt † passim quotidie contractus minorum & mulierum, de quibus sunt rogati notarij & eis conficiunt instrumenta, quæ sunt inualida ex inaduertentia ipsorum notariorum, quod est multum damnosum contrahentibus: & hoc euenit, quando extat statutum, vt communiter sunt statuta per Italiam, quibus cauetur quod non valeat contractus minorum & mulierum in quibus non intersunt duo coniuncti vel affines ipsorum minorum & mulierum: nam hoc casu ipsi non animaduertunt, an affines qui interueniunt in dictis contractibus, sint de proximioribus, vel de aliis non ita proximioribus, sed esto quòd sint affines, faciunt tales contractus qui verè sunt inualidi & nullius momenti: eò qui stante dicto statuto necesse est accipere de proximioribus affinibus seu coniunctis ipsorum minorum & mulierum, & non sufficit interuentus aliorum affinium qui non sint de magis propinquis. ita dixit Bald. in l. fin. C. de ver. sign. per illum textum. & volunt hoc idem ibi Ang. Sali. & do. Alexand. & Iac. Butr. & Salic. in l. j. C. vnde vir & vxor. & Salic. in l. si per illum textum. C. de test. milit. & in l. viduæ. C. de nupt. & Paul. de Castro in l. si cum dotem. §. si patri. ff. soluto matrimonio. & Ang. in consil. lxx. quod incip. do. Catharina, &c. in penultima colum. quos omnes ad hoc adducit Ias. in l. trãsactionem. circa fi. C. de transact. Pro quo dicit bene facere text. in l. peto. in §. fratre. ff. de leg. ij. Dicit tamen ipse Ias. vbi suprà quòd contrarium tenuit Bar. & Bal. ibi: sed contraria opinio est magis communis: quia à pluribus affirmata, & maiorem rationem habet in se. Et non obstat illud quod dicit Iacob. Butr. in l. j. C. vnde vir & vxor. videlicet quòd dicta magis communis opinio de cõsuetudine non seruatur, sed sufficit, quòd adsint duo affines licet non sint de proximioribus: quia ego respondeo, quia nedum Iaco. Butr. sed etiam glo. quæ est maioris authoritatis, non creditur, si dicat aliquid de consuetudine non seruari nisi hoc probet. ita dixit Bald. in l. is qui. in §. j. in lectura antiqua. ff. de pigno. & in l. consentaneum. in v. oppositione. C. quomodo & quando iudex. de quo latiùs dixi in practica mea causarum crimi. in §. constante. num. 15. Tene menti prædicta, quia illis poteris facere corruere mille instrumenta: ad quæ non aduertunt notarij, circa prædicta.

DCLXXIX.

1 *Compromissum antequam acceptatũ sit, compromissum non dici.*

1 COmpromissum † non dicitur compromissum ante acceptationem ipsius. glo. est & hoc voluit ibi Bal. per illam glo. in l. si cum dies. in princip. ff. de arbi. & hoc voluit Alexand. referens prædicta in consilio suo lxxvij. incipien. viso themate in penult. colum in v. volum. quod consilium duplicatum est, eò quia illud idem est in consi. xxxiij. in j. volu. & idem dixit domin. Philip. Deci. in cap. ex ratione. numero 7. in fi. ver. & prædicta conclusio, &c. de app. vbi subdit, quòd per tale compromissum ante acceptationem arbitri non suspenduntur tempora appellationis. alleg. hoc voluisse Raph. Fulg. in consilio suo lxviij. incipien. lata sententia, &c. de quo latius ibi per eum. & ista notanda sunt in practica: quia quotidie fiunt compromissa per litigãtes: & ego hoc habui in facto superioribus mensibus. & ita obtinui in causa non leui.

DCLXXX.

1 *Subita omnia probari in causa vnde iudicis præcipitata voluntas nouerca iustitia est, & responsionis repentina comes est pœnitentia*

2 *Præcipitanter facta licet sint nulla, an noceant agenti & præcipitanter facienti: contingit tamen ex abrupto & præcipitanter actum pro se non noceat, vt hic.*

1 DIcit † vulgare prouerbium, quòd omnia subita probantur in causa: & ideo dixit Card. in clemen. pastoralis. in §. verum. in princip. de re iudic. quod præcipitata voluntas iudicis est nouerca iustitiæ: & dici solet a prudentibus quòd repentinæ responsionis comes est pœnitentia. Pro quibus facit not. plura not. dicta quæ aliàs ego loquens de breuitate temporis, cumulaui in l. statuliber.
2 in ij. & iij. colum. ff. de quæstionib. Scias † tamen, quod licet præcipitanter facta sint nulla: vt in pluribus ostendi in d. l. statuliber. & noceant agenti, & facienti præcipitanter: attamen est casus not. in quo factum præcipitanter & ex abrupto prodest facienti: qui casus est in confessione ex abrupto facta in iudicio: nam talis confessio potest etiam

etiam ex interuallo reuocari non probato aliter de er-
rore. Ita singul. dixit Do. de sancto Gemin. in cap. scien-
dum. xxix. distinct. quod dictum refert & sequitur do. Phi
lippus Decius in cap. cum venerabilis. nume. 8. in ver. in
gloss. ij. &c. de exceptio. vbi plura adducit de breuitate
temporis. quod dictum teneas perpetuò menti, quia pos-
set prodesse tibi & clientulis tuis aliquid sibi damnosum
cōferentibus ex abrupto in iudicio, vel extra. & vide Bal.
in consi. ccclxxviij. incip. cum ciuitas, &c. in iij. volu. in
ver. adde & dic, &c.

DCLXXXI.

1 *Priuilegiatus contra priuilegiatum priuilegio non vtitur: vnde si duo priuilegium habent ab eorum creditoribus, vt per aliquod tempus conueniri non possint, tamen inter eos non erit locus tali priuilegio.*

TRadidi tibi aliàs suprà in sing. xcix. incipien. priuile-
1 giatus. &c. illam regulam † quòd priuilegiatus con-
tra pariter priuilegiatum non vtitur priuilegio suo, de
quo ibi latè. Sed vltra ea quæ ibi dixi, tene menti in hac
materia aliud no verbum: videlicet quòd si duo habent
priuilegium immunitatis ab eorum creditoribus, vt per
aliquod tempus possint conueniri, inter eos tamen non
erit locus tali priuilegio. Ita no. consuluit Petr. de Anch.
in consi. suo axxvj. incip. contra Io. in j. col. quod dictum
pro no. refert & sequitur do. Philip. Dec. in c. in præsentia.
num. 52. de prob. de quo latiùs ibi per eum.

DCLXXXII.

1 *Altari qui deseruit, de altari viuere debet. Vnde licet parochiano presbytero suis parochianis diuina officia denegare, nisi ipsi oblationes exhibeant.*

SCribitur in c. cum secundum. de præben. & in cap. ex
1 his. xi. q. j. quòd † qui altari seruit, de altari viuere de-
bet. Pro quo facit text. in c. ibi. vij. q. j. vbi dicitur, quòd
labor non debet esse sine fructu. quod etiam dicit gloss. in
c. charitatem. xij. q. ij. & facit illud vulgare: videlicet om-
nis labor optat præmium. Et ista sunt adeò vera, quod
dixit glo. sing in cap. omnis Christianus. de consecra. di-
stinct. j. quòd presbyter parochianus potest diuina offi-
cia denegare parochianis, nisi dent sibi oblationes. quā
glo. ad hoc pro not. refert & sequitur do. Philip. Dec. in c.
cum inter. nu. 24. de excep. quod est not. ab istis presby-
teris parochianis. pro quo etiam facit in ar. regula illa,
videlicet, qui non facit quod debet, non cōsequitur quod
oportet. de qua habetur in l. quæro. §. inter locatorem. ff.
loca cum simil & vide quæ dixi infrà. in sing. cccccxciij.
incip. vulgariter &c.

DCLXXXIII.

1 *Scandali imminentis causa deuitandi licitè posse prælatum suo beneficio priuari.*

ALiàs in repe. mea cap. at si clerici. in § de adulte. nu.
74. & 75 dedi tibi plura & plura singularia in mate-
1 ria scandali euitandi, vt ibi videre poteris. Nunc † autem
in eadem materia dico tibi vnum aliud: videlicet quòd
a propter scandalum ª imminens euitandum licitè priua-
ri potest prælatus beneficio suo. Ita no. dixit Inno. in ca.
nisi cum, pridem de renū. quod refert & sequitur Abb. in
cap. quæsitum de rerum permu. vbi ad hoc alleg. Fride.
de Se. in tract. de permu. benefic. in xav. q. Et illud dictum
Inno. refert etiam & sequitur do. Philip. Dec. in c. cùm te-
neamur. in fi. de præben. vbi dicit, quòd istud dictū com-
muniter approbatur. & in hac materia scandali euitan-
di adducit etiam gl. quam dicit singu. in c. si papa. xl. dist.
quæ voluit papam posse deponi ratione scandali. quam
glo. dixit sing. Abb. in c. significasti. in gl. ij. de elec. de qua
gloss. latius locutus sum in repeti. mea. c. at si clerici. in §.
de adulteriis. nu. 74. circa fin. de iudi. ideo circa eam hic
aliter non me extendo.

ADDITIO.

a Propter scandalum. Adde Rom. sing. dcccij. incip. an episco
pus. & ibi in addit. Anto. Corset. sing. cexxviij incip. episco-
pus. & suprà sing. cccccxxxiij. incip. credo.

DCLXXXIIII.

1 *Iudex appellationis inferioris sententiam confirmans, si victum victori in expensis condemnet, in expensis tam causæ principalis quàm appellationis condemnasse intelligitur. Quod & econtrario in absolutoria sententia obseruari debet. nu. 2.*

CIrca materiam expensarum dixi tibi quamplura, &
fortè non omnibus cognita in l. patre vel marito.
quasi per totam legem. ff. de quæstio. Nunc autem dico
1 vnum aliud valde vtile in practica: videlicet † quòd quan-
do per iudicē appellationis prima sententia cōfirmatur,
& victus simpliciter condēnatur in expensis, condēnatio
facta intelligitur generaliter non solum de expēsis causæ
appellationis, sed etiā & causæ principalis. Ita no. dixit
Alex. in consi suo nondum impresso, quod inci. in causa
mihi per vos consulenda transmissa. vbi ad hoc adducit
Ang. in l. j. C. quādo prouo. non est necess. quod dictum re-
fert Dec. in c. reprehēsibilis. nu. 9. de appel. vbi tamē non
videtur expressè approbare hoc dictū: sed illud approbat
ipse Deci. in cap sæpe. circa fi. ver. & circa hoc. eo. tit. vbi
2 † dicit hoc etiam procedere & locum habere in absolu-
tione: quoniam si iudex appellationis absoluit partem
ab expensis, intelligitur eam absoluere ab expensis causæ
principalis, sicut ab expensis causæ appellationis: quod
est no. in practica.

DCLXXXV.

1 *Aequitatem scriptam rigori scripto præferri: sed rigor scriptus æquitati non scriptæ præfertur. Item licet rigor scriptus in specie præferatur æquitati scriptæ in genere, limita tamen vt hic, numero 2.*

AEquitas † scripta præfertur rigori scripto. l. placuit.
1 C. de iud. sed rigor scriptus præfertur æquitati non
scriptæ, vt dicunt ibi scribentes. de qua æquitate & rigore
plura dicit Bart. in l. j. C. de legi. & doct. in capit. quoniam
contra. de proba. & ibi dom. Philip. Deci qui inter alia
in num. 6. dicit, quòd licet rigor in specie scriptus præfe-
ratur æquitati scriptæ in genere: vt not. Bart. in d. l. j. C. de
2 leg. quòd † hoc limitatur, nisi æquitas scripta in genere
sit scripta per modum regulæ: quia tunc præfertur etiam
rigori scripto in specie. Et hoc dicit voluisse Io. de Imol.
in l. insulam. in xij. colum. in ver tu adde ff. de verb. obli.
quem sequitur Alexand. in l. & si post tres. in gl in verbo,
deterius. ff. si quis cau. Et de hac æquitate vide aliqua quæ
dixi suprà, in sing. cccccxxxi. incip. vlti. opin. &c. & in sin.
ccccclx. incip. dicit rear. &c.

DCLXXXVI.

1 *Calumniosè petita non exaudienda, sed reijcienda. vnde fit, vt si statutum sapientis consilium requirat, tunc locum non habet, cùm quid calumniosè petitum est differendæ litis causa. num. 2. & hæc limita vt ibidem nu. 3.*

CAlumniosè petita non sunt audienda, sed sunt reii-
cienda: secundum Inno. in c. post electionem. in fin.
de concess. præben. quem sequitur Abb. in cap. licet cau-
sam. de prob. & in cap. constitutus. in vlt. col. de fideius. &
Petr. de Ancha. in consi. suo clvij. incip. ex narratis in fa-
cto. in antepe. colum. & Bal. in l. peremptorias. in penult.
col. C. sen. rescin. non pos. & do. Ant. in cap. super hoc. de
renun. in vj. col & Alex. in consi. lxv. incip. super conten-
2 tis. in iij. col. in j. vol. Et † ideo si statutum requirit in causa
consiliū sapientis, non habet locum quando calumnio-
sè peteretur causa differendi litem: vt not. Ang in consil.
cxaxvj. inci. in quæstione vertente. in iiij. colum. & voluit
Ioan. de Ana in cap. super eo. in ij. col. de cri. falsi. Et alia
plura reiiciuntur ratione calūniæ de quibus amplè dixi
in l. patre vel marito. in iij. & v. colum. ff de quæstio. & ibi
in xvij. columna. vbi omnino videas. Scias tamen, quòd
prædicta omnia procedunt & locum habent, vbi agitur
de præiudicio reparabili: sed secus est vbi agitur de præ-
iudicio irreparabili. quia tunc non repellitur petens ex
quacunque præsumptione calumniæ. Ita not. dixit Bald.
in l. j. in penultima columna. C. de accusat. & voluit dom.
Franc. de Are. in cap licet causam. in vij. nota. de proba.
& Alexand. in consi. suo xvij. incip. requisitus in causa in
iij. colum. in j. volum. & do. Philip. Decius prædicta addu-

cens in dicto cap. licet causam. numero 12. ver. præterea dictum Inno. de quo vide quæ dixi in d.l. patre vel marito. in xvij. colum.

DCLXXXVII.

1 *Integrè verbum, intelligi sine vlla diminutione, vnde si maritus dotem vxoris suæ recipiens promittat illam integrè restituere, intelligitur promisisse sine vlla diminutione, etiam occasione lucri ipsius dotis, vel partis num. 2.*

1 VErbum † integrè, intelligitur sine aliqua diminutione. c. fin. de confir. vti. vel inuti. & ita illum text. not.
ibi Car. quem ibidem refert & sequitur do. Philipp. Dec.
nu. 6. vbi etiam ad hoc allegat plura alia iura: & allegat
etiam Alex. in consi. cxlj. incip viso testamento &c. in vlt.
col. in ij. volum. Et ea istis posteà infert ipse do. Philip. vbi
2 suprà, quòd † si maritus recipiens dotem vxoris suæ, promittit illam dotem integram restituere. propter illud verbum integrum, videtur promisisse restituere totam dotem, sine aliqua diminutione. & ideo tali casu excluditur ipse maritus ab illa parte lucri dotis, quæ sibi ex forma statuti competebat. & dicit quòd hoc voluit Bald. in l. quod nomine. circa fin. ver. sed quid si ex consuetudine. ff. de cõdi. indebi. & Bal. in l. fi. C. de leg. & Alex. post Ray. in l. post dotem. ff sol. matri. & Alex. in consi. suo v. incip. circa primam. in vlt. col. in iij. volum. & in consil. cxxxiij. incip. super quæsitis. in iij. colum. in v. vol. & hoc dictum est bene no. quia communiter per Italiã sunt statuta volentia, quòd vxore moriente sine filiis vir lucretur certam partem dotis: & ego hunc casum habeo nunc in facto.

DCLXXXVIII.

1 *Fornicationem in quocũque detestabilem esse, in fœmina, quàm in mare magis, in qua honestas maior requiritur, quam in masculo.*

2 *Fornicatio in muliere tres illi malos gignit effectus, num. 3. & 4. & quartum effectum vide num. 6.*

5 *Filios ex adulterino coitu natos etiam matri non succedere.*

1 FOrnicatio † in quocunque detestabilis est: & magis in
fœmina quàm in masculo, in qua requiritur maior
honestas, quam in masculo: vt habetur per Spec. in tit. de
actore in §. j. ver. item opponitur contra actorem &c. Et
2 fornicatio † in muliere inter alia triplicem operatur effe
ctum. Primò enim operatur, quòd mulier luxuriose viuẽs
non potest stare in iudicio sine curatore vt in l. & mulieri.
ff. de curat. furio. & voluit Spec. in d. §. j. in dicto ver. item
opponitur. & ibi Bald. in addit. suis. & de hoc assignat ra
3 tionem gloss. in d. l. & mulieri. Secundò † operatur, quòd
mulier luxuriosè viuens si est tutrix filiorum suorum, pri
uatur tutela eorum: secundum glo. not. in auth. iuramen
tum. C. quando mulier offi. tute. fungi potest. quam glos.
refert & sequitur Bart. in auth. de nupt. in §. si autem tute
lam. & hoc etiam voluit domi. Ioan. de Neuiza. in sua ele
4 ganti sylua nuptiali, in vj. char. in j. col. in fin. Tertiò † etiã
operatur: nam mulier luxuriosè viuens priuatur succes-
sione filiorum. Ita dixit Iaco. de Belui. & Bar. in auth de
non elig. secun. nubẽ. in §. cùm igitur. & eos sequitur Bal.
in repet. sua in vet. mater. in vj. not. & Alexan. in l. libero-
rum. in §. notantur. ff. de his qui no. infa. Pro quo facit in
5 arg. gl. in l. si qua illustris. C. ad Orficia. quæ † vult quòd fi-
lij nati ex coitu adulterino, non succedunt etiam matri.
quam gl. refert & sequitur latè loquens in materia Socin.
in consilio suo cxlviij. incip. memini &c. in ij. col. in j. vol.
de quo etiam per Ias. in l. j. in §. sed quod meretrici. ff. de
6 condi. ob turpem causam. Potes † etiã addere quartum
effectum, quem satis latè posui in repeti. mea l. vnicæ. C.
de raptu virginum. num. 48 cum ibi sequent. Tene menti
prædicta: quia sunt quotidiana: & qui habet aures audiendi audiat.

DCLXXXIX.

1 *Ciuis quidam colono suo certum frumenti quantitatem mutuauit, quam probare non potest, sed bene probat ei mutuasse certam quantitatem, sed non quantam mutuauit, num ei remedio subueniri potest? Et qualiter.*

NVper interrogatus fui à quodam nobili ciue de vno:
1 videlicet, † quòd ipse mutuauit certam quãtitatem frumenti cuidam rustico eius colono, & non potest probare quãtitatem, sed bene probat se ei mutuasse certam quantitatem frumenti, an possit sibi succurri aliquo remedio? in quo dixi quòd sic: videlicet, quòd stante probatione de dicto mutuo stabitur iuramento ipsius ciuis mutuantis de quantitate ipsius frumenti. Ista fuit singul. doctrina Raynerij de Forli. in l. j ff. de in litem iur. quam refert & sequitur dominus Philippus Deci. in consilio suo cxlvj. incipien. diligenter examinatis omnibus, &c. in vij. colum. vbi dicit quòd hoc etiam videtur velle Bart. concurrentibus aliis indiciis seu coniecturis in l. admonendi. in xij. colum. versicul. quæro, quid si testis. ff de iureiur. & dicit quòd idem etiam firmauit Capol. in cautel. sua cca. incipien. aliquis mutuauit, &c. & allegat etiam text. in l. Lucius. ff. de action. empti. & l. prædiis. §. Titio. ff. de legat iij. & allegat etiam quod tradit Bart. in l. fin. C. de edend. & Innocen. in capit. cùm clamor. de testi. Dicit tamen Capo. in dicta sua cautel. se credere, quòd iudex possit refrænare tale sacramentum: iuxta illud quod videbitur sibi verisimile & verum fuisse. & dicit quòd hoc etiam tenet Rayner. in d. l. j. ff de in litem iuran. vbi etiam dicit, quòd aliàs ita fuit iodicatum. Tene menti, quia vere est verbum singul. lucri plenum.

DCXC.

1 *Consuetudinem magni valoris & importantia esse, sed maximè ac inter cætera efficit, quod iurisdictionẽ tribuat. Et quantam ac qualem ac in quos num. 2.*

1 MAgni † valoris & importantiæ est consuetudo: vt tra
dunt doct. in tit. de consuetudi. & tit. C. quæ sit long.
consuet. & posui ego latissimè in repetitione mea l. fina.
C. de proba. in vj. q. extraordinaria. & inter cætera opera-
tur ipsa consuetudo, quòd dat iurisdictionem: vt in l. j. &
fin. C. de eman. lib. & in cap. cum contingat. de foro com
petenti. & in capit. dilecti. de arbit. & in capit. conquestus.
2 nona quæstione tertia. cum similib. Et † adeo est verum,
hoc quòd ipsa consuetudo potest dare iurisdictionem
laicis in clericos in minoribus ordinibus constitutos, &
auferre priuilegium clericale dictis clericis qui per iudi-
cem secularem puniri possunt, si delinquunt propter con
suetudinem. Ita sing. dixit Inno. in cap. j. de apostat. & in
cap. nouit. de iudic. quem refert & sequitur Bal. in repertorio suo, in verbo, consuetudo. in ver. consuetudo potest auferre. &c. quod dicit esse perpetuò not.

DCXCI.

1 *Aestimatio rei cuiuscunque in dotem data venditionem facit. ac dominium in maritum transire facit, adeò, vt eam maritus alienare possit. Quod limitabis si modo maritus soluendo sit: aliàs secus num. 2.*

1 FVndus † dotalis vel quæcunque aliæ res dotales æsti-
matæ datæ in dotem, faciunt emptionem & transi-
tum dominij in maritum, ita & taliter, quòd maritus potest
liberè tales res alienare non obstante lege Iulia de fund.
dot. iuncta l. quoties. & l. cum dotem. & l. si inter virum. C.
de iure dot. & not. Bart. & alij in l. si æstimatis. ff. soluto
2 matrimonio. Istud † tamen limita & intellige esse verum,
quando maritus est soluendo: alias autem nulla æstima-
a tio faceret emptionem, nec fundus posset alienari, a nec
obligari per maritum, imò tali casu mulier pro talibus
rebus æstimatis datis in dotem haberet rei vendicationem vtilem in subsidium marito non existente soluendo. text. est in l. in rebus. in princ. C. de iure dotium. cum sua gloss. singul ibi not. in ver. æstimatæ. ad fin. quam ibi sequuntur Bart. Bal. & alij. & in hoc in specie tenet Bald. in l. inter antiquam. ad fin. C. de vsufr. vbi alleg. ad hoc aliqua iura. de quo etiam per Ioan. de Imol. in dicta l. si æstimatis. & per Bald. in auth. sed iam necesse. in v. quæstio. C. de donatio. ante nupt. de quo etiam latius per Ial. qui prædicta omnia refert ad literam in §. actionum. numero 84. Institut. de actio.

ADDITIO.

a Alienari. Adde Crement. sing. xix.

Vnum vi

CCCCCCCXCII.

1 *Vim vi repellere, cum inculpata tutela moderamine licere. Quãdo autem inculpata tutela dicatur hoc.*

2 *Interficere tunc te mihi licet, cum alioquin effugere nequeo, quin me offendas & percutias. Limita tamen vt hic num. 3.*

1 VIm † vi, vt scis, repellere licet, cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ. l. vt vim. ff. de iustitia & iure. l. j. C. vnde vi. l. scientiam. §. qui cum aliter. ff ad leg. Aquiliam. in clemen. j. de homici. & inculpata tutela dicitur, quando aliter se defendere non potest sine periculo rerũ vel personæ, vnde non debet pati, quòd damnificetur in aliquo si damnum esset irreparabile, aliàs secus: vt in di-
2 cta l. furem. Ex † quo infert ibi Bart. quòd si non possem effugere, quin me percuteres nisi te interficerem, licitè possum te interficere: quia cum qualibet iniuria personalis sit maior quacunque reali: vt l. in seruorum. ff. de pœnis. & propter realem irreparabilem possum te interficere: vt dicta l. furem. ergo fortius propter personalem: quod est not. quam doctrinam refert & sequitur Angel. de Aret. in tractatu malefic. in verbo, & dictus Titius se defendendo. in prima chart. in vltimo versiculo, vbi pro hoc alleg gloss. in cap. olim. el j. de resti. spolia. & cap. significasti. de homic & domin. Floria. in dicto §. qui cum ali-
3 ter. Prædicta † tamen limita, nisi immineret perditio paruæ rei, secundum Alex. qui plura alleg. in dicta l. furem. De qua materia vide quæ latè ego dixi in dicta l. furem. in j & ij. colum.

DCXCIII.

1 *Labor omnis præmium desiderat. Vnde fit, vt si iudex vacarit in discutiendo certarum partium processu, feceritque quod ex officio incumbere videbatur ad sententiam ferendam, licet partes inter se concordarint, nihilominus sportulas ac salarium suum habere debet.*

1 VVlgatiter † dici solet, quòd omnis labor optat præmium: & ideo scias quòd si iudex laborauit circa processum alicuius causæ, & fecit quæ per eum fienda erant ad ferendam sententiam, si antequam ferat sententiam, partes se concordarunt, debet tamen ipse iudex habere salarium suum. ita not. dixit Iason in § tripli. in vlt. colum. numero 58. Insti. de action. Ad quod allegat Bar. in l. j. §. diuus. el ij. in septima columna. versic. sed quæro, & redeo ad gloss. ff. de var. & extraordin. cognitio. & Bal. in l. j. in quinta quæstione. C. de suffrag. & Ioannem And. in regu. contractus. de regulis iuris in sexto. in mercu. & Nicolaum de Neapoli in l. Gallus. in § & quid si tãtum ff. de liber. & posthu. text est in l fin. & ibi gloss & Bald C. de condic. ob cau. Tene menti, quia sæpe contingit. & vide quæ dixi suprà in singul. dclxxxij. incipien. Scribitur, &c.

DCXCIIII.

1 *Clericum sub iudice laico conueniri non posse, omnibus liquet, adeò que id verum vt processus apud laicum contra eum factus nullus nullàque sententia, quæ inde sequetur: licet pro eo comparuerit nemo ad priuilegium allegandum. Limita tamen vt num. 3.*

2 *Clericus artifex artis occasione & causis apud iudicem laicum conueniri potest.*

1 APud † omnes sanos mente notum esse puto, quod clericus non potest conueniri sub iudice laico: vt in c. j. & ij. & in cap. si diligenti. de foro compet. & quasi per totum tit. & in cap inclyta. vndecima quæstione prima. & in authen. statuimus. C. de episc. & cle. Quinimò quilibet processus factus per iudicem laicum contra clericum, est nullus, & quælibet sententia est nulla: quamuis nemo pro eo comparuerit ad allegandum priuilegium clericale. ita dixit Archidiaconus in cap. placita. decimaquinta quæstione quarta & Spec. in tit. de cita. §. j. versi. sed pone. & Ioannes Andreas in regu. scienti. in mercu. de quo per Alexand in consilio cxlix. incipien. in causa, &c. ante fin. in sexto volumine. & voluit Flo. in l. cùm mulier. ad fin. ff.
2 fam. ercisc. Tene † tamen menti perpetuò, quòd si clericus est artifex alicuius artis, poterit ratione illius artis conueniri sub iudice laico ipsius artis. Ita singul. dixit Bald. in addition. Spec. in tit. de reo. in secunda colum. in ver. scholaris clericus, &c. & idem in simili voluit Bald. in l. vnica. C. in qui. cau. mili. fori præscript. vti possint. Pro quo faciunt optimè dicta per Iason. in l. testamenta om-
3 nia. in secunda columna. C. de testa. Et † ad limitationem prædictæ regulæ quòd clericus non potest conueniri sub iudice laico, vide Socin. in consilio suo cv. incip. insignis doctor. in vltima columna. in quarto volumi. vbi dicit, quòd licet laicus iudex non sit competens iudex in causa clerici: attamen si clericus vt tertius comparet, poterit iudex laicus cognoscere. ad quod alleg. gloss. in cap. clericus nullum. vndecima quæstione tertia. & ratio est, quia dicitur tunc reus voluntarius, non necessarius. Et aliam limitationem etiam ponit Bald in l. nullum. in ij. col. ver. quæro hic de clericis, &c. C. de testi.

DCXCV.

1 *Clausula in commissione apposita, vel rescripto, nimirum, facias prout tibi visum fuerit expedire, & c. ad effectum, vt non requiratur de necessitate aliqua probatio.*

1 CLausula † apposita in commissione vel rescripto, videlicet, facias prout tibi visum fuerit expedire, &c. operatur vt non requiratur de necessitate aliqua probatio. ita singul. dixit Ioan. Andr. in capit. ij. de iura. calum. lib. vj. in nouel. ad quod alleg not. in cap. statutum. §. assessorem. de rescript. in vj. quod dictum pro valde not. refert & sequitur Alexand. in consil. clxxxix. incip. In causa & lite. ante fin. in vj. volu. & ibi dicit quod idem not. Bald. licet non ita apertè in tit. de pace Constan. in verbo, animam nostram. quod est not.

DCXCVI.

1 *Exceptionum iudicis reseruatio, quam is interloquendo facit inquiens esse ad vlteriora procedendum saluis exceptionibus, magna est efficacia. Et quid operetur, habes hic.*

1 REseruatio † exceptionum quam facit iudex, dicens, Interloquor esse ad vlteriora procedendum, saluis exceptionibus, est magnæ importantiæ, adeò quòd si appareat exceptiones esse legitimas, & quòd verè obstent, tunc processus redditur retro nullus: & quicquid posteà est factum, habetur pro non facto. gl. est sing. in cap. cum contingat extrà de offic. deleg. & voluit Bald. in l. ille à quo. in §. si de testamento. ad fin. ff. ad Trebel. quod dictum refert & sequitur Ias. Instit. de actio. in §. præterea. in duodecima colum. quod est sing. not. cum quasi quotidie in facto contingat.

DCXCVII.

1 *Confessionis reuocatio in iure magnos habet effectus: nihilominus tamen si confessio in iudicio solenniter facta fuerit, ac deinde per confitentem in carcere reuocatur, firma manebit, neque quicquam huiusmodi reuocatio operabitur. Quod no. pro furce damnatis, qui in furca solent quæ in iudicio solenniter fassi sunt, reuocare, ibidem num. 2.*

1 PLura † dixi tibi in materia reuocationis confessionis in operibus meis: maxime in practica mea causa. cri. in pluribus locis: maxime in §. quoniam. Et nunc recolo tibi vnum verbum in tali materia, quod est magnæ importantiæ & magni effectus, videlicet, quòd si confessio sit solenniter facta in iudicio, si reuocatur in carcere per ipsum confitentem, talis reuocatio nihil operatur. Ita not. dixit Bald. in consilio suo lxxix. incip. Regula iuris &c. in fin. in tertio volumine. de quo etiam latiùs dixi in practica mea causa. crim. in §. restat. numero
2 16. & 17. Quod † est summè not. quia rei sæpe super furca reuocant ea, quæ dixerunt solenniter in iudicio: de quo latè dixi in dicto § restat. & aliàs hoc vidi in facto pluribus vicibus.

DCXCVIII.

1 *Probationes ex coniecturis aduersus gabellas & datia fraudantes sufficere: cum talia clam committantur.*

2 *Probatio coniecturis facta in his, quæ sunt difficilis probationis, iure recipitur.*

1 ADuertant † & diligenter notent datiarij seu publicani ad vnum eis valde fauorabile & proficuum, vide-

licet, quòd contra fraudantes datia seu gabellas sufficiũt
probationes per coniecturas: quia talia clàm commit-
tuntur: & ideo lex contenta est facilioribus probationi-
bus & indiciis. ita sing. dixit dominus Alexand. in consi.
suo clxxxviij. incip. Viso processu &c. in ij. col. in vij. volu.
ad quod ipse ibi allegat plura & plura iura. Pro quo etiã
2 facit illud, videlicet, † quòd in his quæ sunt difficilis pro-
bationis, admittitur probatio per coniecturas: vt ego sa-
tis latè dixi in practica mea cau. cri. in prin. nume. 13 vbi
plura adduxi circa talem materiam: quæ per te videas.
Et crẽdo indubitanter, quòd si datiarij scirent hanc do-
ctrinam, sunt mali, sed essent peiores & minoris con-
scientiæ.

DCXCIX.

1 *Priuilegia pupillis concessa, ijs quoque qui per administratores reguntur, concessa esse videntur.*

2 *Vniuersitates castrorum ac villarum restitutionem in integrum, velut minores, respublica, & ciuitas habent. Et quid de vniuersitatibus paruis administratores non habentibus? ibidem numero 3.*

1 PRiuilegia † concessa pupillis, censentur concessa aliis
qui per administratores reguntur. gl. est valde not. in
l. ij. C de cur. furio. quam tenet Bald. in l. iubemus nulli.
2 in princ. C. de sac. sanc. eccle & † ideo scias quòd vniuer-
sitates castrorum & villarum habẽt restitutionem in in-
tegrum sicut minores, & respublica, & ciuitas. ita tenẽt Ia-
cobus Butr. & Bart. in l. respublica. C. ex quibus cau. ma.
quãdo villa habet multos homines, ita quòd regitur per
administratores. quæ omnia refert & sequitur Socin. in
consilio suo lxvj. incip. Viso compromisso &c. in ij. col. in
iiij volu. & ibi subdit, quòd communis opin. Iac. de Are.
3 Bal. Sali. & Pau. de Cast. est † quòd istæ vniuersitates etiam
paruæ etiam in integrum restituantur, licet per admini-
stratores non gubernentur: nam in eis communiter so-
lent esse infantes, furiosi, & mulieres, & aliæ personæ quæ
non congregantur in magnis negotiis, nec consentiunt
in administrationem rerum municipij: & ideo iniustum
est, quòd per alios eis præiudicetur: & dicit, quòd secun-
dum istam opi. cõsuluit Lud. Rom. in consi. suo ccccxxiij.
& dicit etiam, quòd illam opinio. sequitur Ioan. And. in
addi. Spec. in tit. de resti. in inte. in addi. incip. quadrien-
nium. & Abb. in c. j. de resti. in integ. & ista sunt diligenter
not. cùm quotidie contingant in facto: & hic & per totam
Italiam, in castris, & villis, ad quæ pauci animaduertunt.

DCC.

1 *Iuramentum quanquam magnæ est efficacia, & sæpius quod inualidum est, validum reddit, quandoque tamen nullius est momenti effectúsque.*

2 *Instrumentum vbi solennitatis probationis ratione destituitur, prætextu iuramenti in eo positi non iuuatur.*

3 *Statuto cauente, quòd ad contractus validitatem duo notarij requirantur, licet instrumentum per vnum notarium factum iuramento subnixum sit, defectu solennitatis requisitæ duorum notariorum, non valebit.*

4 *Consensus vbi deest, ibi iuramentum nihil præstat, neque efficit, quandoquidem iuramentum consensum non supplet.*

5 *Doctrinam certam in hoc, an iuramentum actum validet, nec ne, dari non posse.*

1 QVamuis † iuramentum sit magni effectus & impor-
tantiæ, & sæpe validet inualidum: vt dixi suprà in sin.
ccclvj. inci. iuramentum. & in sing. xlij. incip. quantæ vti-
litatis &c. attamen etiam quandoque nihil operatur &
2 nullius est momenti. Et † ideo scias, quòd quando instru-
mentum deficit ratione solennitatis probatoriæ non iu-
3 uatur prætextu iuramenti in eo positi. Et † ideo si statuto
cauetur, quòd ad validitatem contractus requirantur
duo notarij, tunc si fiat talis contractus per vnum nota-
rium tantùm, licet in eo sit appositum iuramentum, non
valebit contractus: quoniam dicta solennitas duorum
notariorum est inducta propter publicam vtilitatem. Ita
dixit Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. in vij. membro.
& dom. Ant. in c. cùm contingat. in vij. casu. de iureiur. &
ibi Abb. in pen. col. in ver. & vt clarius pateat &c. de quo
etiam latius per Soci. in cons. suo xcviij. incip. Abunde. in
vlt. col. in j. volu & alios plures casus, in quibus iuramen-
tum nihil operatur, ponit Bart. in dicta l. si quis pro eo. &
4 Cano. in dicto c. cum cõtingat. Et † scias etiam, quòd vbi
non est consensus, quòd ibi nihil operatur iuramentum,
eo quia iuramentum non supplet consensum. l. fin. C. de
non nu. pec. & voluit Soci. in consi. ccclxxiij. incip. in ca-
su &c. in fin. & dominus Francisc. de Aret. in consilio suo
5 xxxiiij. inci. Quatuor dubia. in ij. colum. Et † si vera loqui
fas est, crede mihi, quod ex dictis docto. in dicta l. si quis
pro eo. & in dicto capit. cum contingat. non potest dari
firma regula nec firma doctrina in hac materia, quando
iuramẽtum validet actũ vel non. Et ex illis impono finem
singularibus meis hodierna die xxv. Martij, M.cccccviij.
Hippolytus de Marsilus I.V.D Bononiensis.

FINIS.

SINGVLARIA
DO. GVLIELMI DE LVDO. IVRIS VTRIVSQVE
DOCT. PERVSINI EX LEGIBVS ET GLOSSIS SINGVLARIBVS EXCERPTA.

***

Additionibus Domini Gabrielis Saraynæ Iurisconsulti Veronensis & aliorum locupletata.

I.

1 *Impuberes, aut senes non debent quæstioni subijci pro aliquo facto.*

1 LEX est † cum gloss. quòd impuberes, neque senes non debent quæstionari pro aliquo facto. ff. ad Sillanianum. l. j. § impuberes. & l. si quis in graui. §. ignoscitur. eod. tit.

II.

1 *Renuntiatio, vel venditio facta ab vxore metu, vel reuerentia viri non valet, sed potest reuocari. Idem si clericus renunciet præbendæ reuerentia, vel metu prælati.*

1 Glo est quòd si mulier † vendat rem suam, vel iuri hypothecæ renuntiet metu vel reuerentia viri sui, quòd talis renuntiatio, vel venditio potest reuocari. Et idem si clericus renunciet præbendæ reuerentia prælati, vel metu, nam potest reuocari talis renuntiatio. ff. quarum rerum actio non detur. l. j. §. quæ onerendæ. super verbo metu.

III.

1 *Ingratitudo non repellit quem à successione ab intestato.*

1 Lex est, quòd si testamẽtum † patris est ruptum, vel annullatum ex aliquo ex agnatione posthumi, vel aliàs, & filius erat exhæredatus, ex testamento illo filius exhæredatus admittitur ad hæreditatem, & sic ingratitudo non repellit quem à successione ab intestato. ff. de dolo. l. quod metus. de except. l. liberis. Licet gloss. videatur contraria in auth. tit. de non alienan. §. cum videtur colla. j.

ADDITIO.

Vide Corset. singul. cxlij.

IIII.

1 *Infamis non efficitur condemnatus per officium iudicis.*

1 Condemnatus † per officium iudicis non efficitur infamis. C. de modo mulctar. l. j. C. de suspect. tut. l. fi.

V.

1 *Iudex occupans alienam iurisdictionem capitaliter est puniendus.*

1 Lex est, quòd iudex occupans † alienam iurisdictionem est puniendus capitaliter. C. de coar. l. prima. libro duodecimo.

ADDITIO.

Idem tenet & sequitur Bartholo. Chassæn. in commenta. consuetudin. Burgund. in prima rubrica in titulo *des iustices.* & numero 67. versic. & dicit Guliel. & Ioannes de Atno. problema xl. Gabriel Saray.

VI.

1 *Debitor si mihi sis in centum, & quinquaginta, in libello scienter petam, & postea quinquaginta, ad quæ fuisti condemnatus recipiam, videor alia quinquaginta remisisse.*

1 Gl. est, quòd si debes mihi centum, & petam 50. in libello sciẽter, & post recipiam quinquaginta, in quibus fuisti condemnatus, quòd videor alios quinquaginta remisisse. insti. de act. §. si minus.

VII.

1 *Fideiussor non potest conueniri, nisi in loco sui domicilij.*

1 Glos est, quòd fideiussor † non potest conueniri nisi in loco. sui domicilij tantùm. ff. rem pupil. sal. fo. l. fi. super verbo, constituuntur.

VIII. & IX.

1 *Punitus per officium iudicis, iure actionis postea accusari potest.*
2 *Clericus compellitur ferre testimonium coram iudice seculari.*

1 Glo. est, quòd vbi quis † est punitus per officium iudicis, quod postea potest accusari iure actionis. C. de testib. l. nullum. glo. fin. Et ibi quòd clericus † compellitur ferre testimonium coram iudice seculari. 2

X.

1 *Confessio non est deneganda condemnato ad mortem.*

1 Glos. est, quòd condemnato † ad vltimum supplicium nõ est deneganda confessio. C. de episcop. audien. l. Archigerontæ. extrà de pœn. & remis. c. j. in clemen.

XI.

1 *Libri non veniunt in legato alimentorum.*

1 Glo. est, quòd † in legato alimentorum non veniunt libri, vt ff. de alimen. lega. l. legatis.

XII.

1 *Sententia arbitri compromissarij, debet mandari executioni per iudicem ordinarium.*

1 Lex est, quòd sentẽtia † arbitri vel compromissarij debet demandari executioni per iudicem ordinarium. C. de iudæis. l. iudæi. C. de arbi. l. procul.

XIII.

1 *Temporis interruptio fit per conuentionem factam coram arbitris, sicut coram iudice ordinario.*

1 Lex est, quòd per conuentionem † coram arbitris fit interruptio temporis sicut coram iudice ordinario. C. de arbitr. l. cum antea. circa finem.

XIIII.

1 *Arbiter potest recipere salarium à partibus.*

1 Nota quòd arbiter † potest salarium recipere à partibus. C. de prin. agen. in re. l. j. lib. xj.

XV.

1 *Creditor remittens aliquid debitori, videtur tantum id remisisse, de quo expressè inter eos agebatur.*

1 Gloss. est, quòd si creditor † remisit aliquid debitori suo, non videtur sibi remisisse, nisi id de quo agebatur expresse inter eos. C. de transaction. l. si deserta. C. ad Velleia. l. iubemus.

XVI.

1 *Priuilegium personale transit ad hæredem.*

1 Lex est, quòd priuilegium † personale transit ad hęredem. C. ad Velleianum. l. hæredes.

XVII.

1 *Reficiens rem communem cum alijs, eis ad refectionem contribuere denegantibus, totam rem sibi insolidũ iure dominij acquirit.*

1 Lex est, quòd si sint duo homines † habentes vnam domũ, vel aliam rem in communi, a & vnus illorum sit requisi-

tu stardat malitiosè reficere, quòd si alius rem ædificet, habebit totam rem insolidum iure dominij. C. de ædifi. priua. l. si vt proponis. melius. ff. pro soc. l. cum duobus. §. idem causa. alias l. si frater. eodem §. j.

ADDITIO.

In communi. Adde Francis. Cremens. sing. xcviij. decidi pulchram causam. Roman. sing. lxviij. Cæpol. in tract. seruit. vrban. præd. c. lix de refection. nu. 8. & cautel. lxxxv. sæpe contingit. in quibus locis idē tenet per iura hic allegata. hoc addito quòd non reficiens debet intra quatuor menses restituere partem suam expensarum cum vsuris centesimis: aliàs dominium transit in reficientem.

XVIII.

1 *Statuto contrafaciens casu fortuito, vel ex necessitate in pœnam statuti non incurrit.*

1 Lex est, q̄ si est statutum † in ciuitate, quod non extrahatur bladum, vel aliquid aliud de loco, quòd si casu fortuito de aliqua alia ciuitate, vel castro veniant homines deferentes bladum, vel aliam rem cōtra statutum, quòd non obstante statuto possunt, licet aliàs non possent, nisi essent transeuntes. C. de ædific. priua. l. si quis post hanc legem.

XIX.

1 *Vniuersitas ob priuatum debitum si debet collectari, homines nō possunt mutare domicilium ne collectentur.*

1 Gloss. est quòd si ciuitas † vel villa deberet centum alicui, pro quibus cētum vniuersitas collectatur, quòd non possint mutare domiciliū, ne quando soluant partem suam. ff. de mune. l. & qui originem. in prin.

XX.

1 *Carceratus pro incerto delicto frangens carceres, & fugiens, punitur ac si delictum commisisset.*

1 Lex est, quòd si incarceratus † frangeret carcerem, & nescitur pro quo delicto, postea inuento eo debet puniri ea pœna, qua puniretur, si delictū commisisset. ff. de custod. reo. l. in eos.

ADDITIO.

Vide Nicol. Boer. decis. ccxv. nu. 9. Gabriel Saray.

XXI.

1 *Satisdans de iudicio sisti coram iudice per rescriptum impetrato, non potest contra rescriptum postea obijcere.*

1 Glo. est quòd si impetrem † rescriptum à principe, vt possim conuenire debitorem meum coram aliquo iudice delegato, & postea fecerim ipsum citari coram illo delegato, & ipse satisdet de iudicio sisti, postea non potest venire cōtra rescriptum, nec ei obiicere. ff. quan. appellan. sit l. fin.

XXII.

1 *Iudex non permittens victum appellare, sed executionem faciēs, incidit in pœnam l. Iulia. de vi publica.*

1 Lex est, quòd iudex, qui non permittit appellare victum & vltra hoc, facit executionem, incidit in l. Iuli. de vi pub. ff. ad l. Iul. de vi publi. l. Iulia.

XXIII.

1 *Occupans rem sibi obligatam, obligationis ius amittit.*

1 Gl. est, quòd si † occupauerim rem mihi obligatā, quòd amitto ius obligationis, nec competit mihi ius hypothecæ in alia re. ff. ad l. Iul. de vi publi. l. Iuli. quamuis sit text. in contrarium. ff. quod met. cau. l. extat.

XXIIII.

1 *Pater vulnerans filium atrociter, cogitur eum emancipare.*

1 Gloss. est, quòd si pater atrociter † vulneret filium, quòd propter hoc pater compellitur emancipare filium. ff. de iniur. l. prætor edixit. § sed si quis, super verbo si atrox. dic vt ibi circa glo.

XXV.

1 *Filius hæres cogitur suscipere litem in eo puncto, in quo pater litigans defunctus eam reliquit.*

1 Glo. est, quòd si pater † litiget contra aliquem, & postea moriatur, quòd hæres vel filius tenentur illam litem suscipere in tali puncto, in quo prædecessor reliquit. ff. de iur. aur. an. l. sed si vnus §. filius. in glo. emancipatus. ff. de actio. & oblig. l. sciendum.

XXVI.

1 *Iniurias veras in aliquem dicens, non tenetur actione iniuriarum.*

1 Lex est † cum glo. quòd si dico alicui iniu[ri]as veras, quòd non teneor actione iniuriarum. ff. de iniuriis. l. eum qui.

ADDITIO.

Idem tradit Ioan. de Arno. problema. xlj. Gabriel Saray.

XXVII.

1 *Testis vnius dicto aliquando statur.*

1 Tex. est, quòd vnus † testis facit fidem & præsumptionem, & statur dicto vnius testis. ff. de do. prælat. l. Theopompus. in gloss. in fi.

XXVIII.

1 *Tutori si finita tutela a pupillo fiat liberatio, & quittatio administrationis cum iuramento, valet, dummodo fraus non interueniat.*

1 Gloss. est quòd tutor † finita tutela potest exigere liberationem à pupillo, & quittantiam cum iuramento, & valet talis quittantia à pupillo tutori facta, dummodo non interuenerit fraus. ff. de contratabul. in l. quod ergo. §. contrarium.

XXIX.

1 *Executio sententiæ propter ægritudinem non retardatur, secus in litis contestatione, vel sententia ferenda.*

1 Gl. est quòd propter † ægritudinem nō retardatur executio seu solutio, secus in litis contestatione, vel sententia ferenda, quia datur dilatio propter ægritudinem. ff. de hæredi. instituend. l. si quis instituatur. § fi. in glos. ægritudinem ff. de iudic. l. si prætor. §. fi.

XXX.

1 *Socius vnus si ducat litem motam super re commum cum pluribus alijs socijs, & obtinuerit, an possit partem expensarum à socijs repetere?*

1 Leges sunt, quòd si sunt † socij in aliqua re, & mouetur eis controuersia, & vnus duxerit litem, & obtinuerit, quòd non poterit partem petere expensarum à socio suo. ff. famil. ercisc. l. ex parte.

XXXI.

1 *Pubertati proximus quis dicatur?*

Lex est contra gl. ff. de regulis iuris. l. pupillum. vbi dixit,
1 quòd proximus est † pubertati, qui habet decem annos cum dimidio. Lex est in cōtrarium. ff. de excu. tut. l. non tantum. in princip. qui proximus pubertati xiiij. annum minus medium, pro qua est extrà de despons. impub. cap. continebatur.

XXXII.

1 *Iudex ordinarius si ad aliquam causam delegetur, an recipere possit salarium, si prouinciam non exeat?*

1 Lex est, quòd si princeps † delegauit quandam causam specialiter ad cognoscendum Senescalco, vel iudici ordinario, quòd ob istam delegationem, non recipit salarium à partibus, quamuis si alius fuisset delegatus reciperet salarium. ff. de officio rect. prouinc. l. qui ordinarium. Dum tamen non exeat prouinciam ratione istius delegationis, vt ibi.

XXXIII.

1 *Insidiatus alium cui in testamento insidiæ remissa sunt, an puniri debeat?*

1 Lex est, quòd si aliquis † insidiatus fuerit alicui, & in testamento remiserit sibi, quòd nihilominus debet puniri. ff. ad Sylla. l. diuus.

XXXIIII.

1 *Citare sine mandato iudicis quis non debet, aliàs is debet puniri, & officium amittere.*

1 Leges sunt, quòd seruiens † sine insinuatione, vel sine mandato iudicis aliquem citare non debet, sed si hoc fecerit, debet puniri, & officium debet amittere. in authenti. de quæstio. §. si verò aliquis. collat. vj. C. de episco. & cleri. l. memorati.

XXXV.

1 *Filium asserenti matri esse spurium non creditur, nec propter hoc potest eum exhæredare.*

1 Lex est, quòd matri non † creditur, si dicat filium spuriũ in testamento, nec propter hoc poterit ipsum exhæredare, licet faciat aliquam præsumptionem contra eum. ff. de proba. l. fi. ff. de fal. l. qui falsam. §. j.

XXXVI.

1 *Notarius creatus ab eo, qui uniuersalem habet iurisdictionẽ, instrumenta vbique conficere potest.*

1 Lex est in ratione, quòd tabellio † qui creatus est per illũ, qui vniuersalem iurisdictionem & potestatem non limitatam habet, potest vbique conficere instrumẽtum. ff. de excu. tuto. l. non solum. §. qui testamento. ff. ad leg. Rhodiam de iactu. l. deprecatio.

XXXVII.

1 *Consuetudo patriæ est seruanda ab eo cui causa committitur.*

1 Lex allegatur, q̃ si Rex † committit alicui aliquam rẽ seu causam, quòd ille cui committitur habeat seruare consuetudinem patriæ, in qua habet cõmissionem. quod est notabile, in auth. de iudi. §. illo custodiendo col. vj.

XXXVIII.

1 *Substitutio vulgaris expressa filio facta durat, licet filius patri superuiuat, secus in pupillari.*

1 Lex est, q̃ si est facta † vulgaris expressa filio, dato quòd filius superuiuat patri, nihilominus durat, secus in pupillari. C. de fideicom. l. coactus. l. ancillam. C. de pœn.

XXXIX.

1 *Actor debet probare omnia in libello proposita.*

1 Glo. est, quòd actor omnia † proposita in libello habebit probare. ff. de excusa. tut. l. qui ex testamento.

XL.

1 *Clericus non potest coram iudice seculari conueniri.*

1 Gl. est. quòd clericus † non possit coram iudice seculari conueniri, in auth. vt omnes iud obed. col. v. super verbo subiacent. ff. de noxa. l. fi. text. est de iure fisci. in l. si denique. in fi. in auth. habita. C. ne fil. pro patre.

XLI.

1 *Tutor si quid accipiat ob pupillam matrimonio copulandam, an teneatur illud pupilla restituere?*

1 Glo. est, quòd si tutor ob pupillam † copulandam in matrimonium aliquid acciperet, quòd non tenetur pupillo restituere ff. de nego. gest. l. si sine vsuris. circa fi.

XLII.

1 *Præsumptio tollit præsumptionem.*

1 Glo. est, quòd præsumptio † tollit præsumptionem. de in integ. restu. l. diuus. super verbo, æstimatur. de titu nupt. l. non solum. circa prin.

XLIII.

1 *Aduocatus esse reipublicæ sine salario quis compellitur.*

1 Gloss. est, quòd quis compellitur † esse aduocatus reipublicæ sine salario. C. de proxi. sacrorum scriniorum. l. ij. libro xij.

XLIIII.

1 *Fiscalis debitor potest cedere bonis, & carcerem euitare*

1 Gl. est, quòd debitor fiscalis † potest cedere bonis, & carcerem euitare. Insti. pro soc. §. fi. licet gl. est ei contraria. C. de exact. tribu. l. nemo. lib. x.

XLV.

1 *Collecta potest à Rege subditis indici pro filia maritanda, vel filio milite faciendo.*

1 Gloss. est. quòd Rex potest † indicere collectam suis subditis pro filia maritanda, & filio milite faciendo. C. de sacrosanctis ecclesiis. l. placet. super verbo, extraordinariam.

XLVI.

1 *Acta facta in foro seculari contra clericum, faciunt fidem in foro ecclesiastico.*

1 Gloss est, quòd si clericus † sit captus in curia seculari, & ibi fuerunt aliqua acta facta contra eum, si postea fuerit requisitus per Iudicem suum, quòd acta facta in curia seculari tuta maneant, & tunc fidem faciunt coram iudice ecclesiastico. C. de episco. & cleric. authenti. clericus. super verbo posita per episcopum. Pro quo est tex. de testa. l. fi. Gl. quæ dicit in casibus, fallit illa regula, qui prior est tempore potior est iure, quia procedit in sex casibus, in authen. de exact. tribu circa prin.

XLVII.

1 *Absentiæ causas ad allegandum admissus, cauere debet.*

1 Gloss. est, quòd ille qui † admittitur ad allegandum causas absentiæ non tenetur cauere insolidum. ff. de regu. iuris. l. nemo alienæ rei.

ADDITIO.

Vide Amanel. singul. lxij. Gabriel Saray.

XLVIII.

1 *Meretrix quæ acquirit, fiscus recipere potest.*

1 Gl. est, quòd illa † quæ acquirit meretrix [a] potest recipe-
a re fiscus. C. de legib. l. non dubium. super verbo ex eo. ff. de iure fisci. l. Lucius.

ADDITIO.

1 *Meretrix de quæstu suo testari potest, & ad libitum disponere, neque eius hæreditas per fiscum hæredibus suis auferri potest.*

2 *Meretrix quæstum suum in foro conscientiæ restituere non tenetur.*

a Meretrix. Quanquam meretrix turpiter faciat meretricando, tamen turpiter non facit accipiendo, cùm sit meretrix, vt dicit textus in l. iiij. ff. de condictio. ob turpem causam. ex quo dicunt ibi Bald. Ange. & Pau. de Cast. quòd meretrix de suo quæstu licitè, & iustè facit eleemosynam, & decimam soluit, vt etiam tenet glos. in cap. ex transmissa. de decim. & Archidiaco. lxxxv. distinctioe qui venatoribus. & j.
1 quæstio. j. non est. † Et similiter de tali quæstu potest testari, & ad libitum disponere, & talis hæreditas non aufertur hæredibus suis per fiscum, vel ecclesiam, tanquam turpe lucrũ: vt not. Cyn. in l. cùm te. C. de condictio. ob turpem causam. & Bald. in l. prima. C. eodem. referens, quòd ita aliàs fuit interrogatus Neapoli à quodam episcopo. Idem tenet Cyn. in
2 l. mercalem. C. eodem. † & similiter ipsa meretrix talem quæstum non tenetur in foro conscientiæ restituere, sed legitimè retinet, prout volunt Innocen. Ioan. Andr. & Panormita. ibi, in tertia quæstione. in cap. quia plerique. de immuni. eccle. & tenet sanctus Thom. secunda secundæ quæstio. xxxij. articulo vij. & quæstio. lxij. articulo quinto. concludens, quòd meretrix licitè retinet ea, quæ suo corpore lucrata est, secus si aliquid extorsisset per dolum, vel fraudem, quia illud tale tenetur restituere illi, à quo habuit. Pone modò, quòd vna meretrix super lucrata est, quo remedio poterunt vti consanguinei, qui debent ab intestato succedere, ad hoc, vt ipsa meretrix non valeat de superlucratis testari, nec aliter ad libitum disponere. Dic, quòd cautela est, quòd sibi interdicatur bonis per iudicem, quod iuridicè poterit fieri, vt est tex. multùm solennis, & ibi gloss. in l. & mulieri. ff. de curato. furio. quo casu per interdictionem non solùm tollitur facultas contrahendi inter viuos, vt l. is cui bonis. de verborum obli. sed etiam facultas testandi, vel. is cui lege. ff. de testamen. & §. item prodigus. Institut. quibus non est permissum facere testamentum. & per Speculato. in titu. de instrumento. edit. §. compendiosè. circa princip. versicul. tertiò, si fuerit. Et per

Bal.in l.ij.circa princ.C.communia de lega.adeò quòd non posset testari etiam ad pias causas, prout tenet Bal.in l.j.in lectura, in ver. deinde quæro quid de prodigo.C.de sacrosan. eccle.& Pet.de Anch.in c.quia ingredientibus.de testa. quem ibi refert & sequitur Imo.in vij.col.ver.circa sextum. & do. Abb.in rub.extra eo.licet contrarium in hoc voluerit Bald. in d.l.j.in repeti.in vij.col.versi.xij.quæro quid de prodigo. C.de sacrosan.eccle.Et licet contrarium etiam videatur sentire idem Bal.in consi.ccxxv.incip.decreto seu rescripto illustrissimi principis.in prima parte, volēs, quòd interdictus bonis posset testari inter liberos.& contrarium etiam videatur sentire Lap.de Castel.alleg.xxvj.Sed prima opi. est communior.istam cautelam tradit Bal.in c.cùm decorem.de vita & honc.cler.quem refert & pro notabili sequitur do.Ias.in d.l. iiij.§.sed quod meretrici.ff.de condi.ob tur.cau.

XLIX.

1 *Arma & vexillum in bello amittere, baroni dedecus est.*

1 Lex est, quod magna † verecundia est baroni, quādo amittit vexillum suū, & arma in guerra. Et per hunc textum dicitur quod non debet habere aliud vexillum, nisi per arma recuperet.ff.de cap.l.j.ff.de re mili.l.iij.§ miles.

L.

1 *Ordinarius potest recusari per rescriptum principis.*

1 Leges sunt. quod ordinarius † potest recusari impetrando rescriptum à principe, ne cōueniatur sub illo iudice.C. de offi.proconsul.& lega.l.officium.in fi.

LI.

1 *Iudex ecclesiasticus potest inuocare brachium seculare.*

1 Leges sunt. quod iudex † ecclesiasticus potest inuocare brachium seculare.C.de comit.sacr.in l.j.lib.xij.& in authē. de monach.§.fi.col.j.

LII.

1 *Rescriptum contra ius commune non valet, nec ei est obediēdum quousque secunda iussio fiat à principe.*

1 Lex est, quòd si † rescriptū ab aliquo impetretur, & sit contra ius commune, non valet, nec iudex ad quem dirigitur, debet obedire, quousque secunda iussio fiat sibi per principem.C.si contra ius vel vtili.l.fi.in authen de manda.prin.iiij.col.§.competens.vt omnes obe.iud.prouincia.§.at verò iubemus.C.de pagan.l.sicut.l.scripta.C.de sacrosan.eccle.l.iubemus.in fi.

LIII.

1 *Laicus si clerico iniuriam faciat, secularis iudex cognoscit.*

1 Lex allegatur.quòd si laicus † facit iniuriam clerico, quòd iudex secularis non ecclesiasticus cognoscit de illis iniuriis.C.de offi præfect.præto.l.ordinario.

LIIII.

1 *Conueniens aliquem vna hora coram diuersis iudicibus, amittit causam.*

1 Lex est, quòd si conueniam † aliquem coram aliquo iudice, & agam contra eundem in alio iudicio, quòd ego amitto causam.C.de assert.tollen.l.j.in fi.C.de iurisd.om. iudi.in l.in criminali.

LV.

1 *Iuramentum calumniæ an excuset ab expensis soluendis.*

1 Gloss.sunt quæ non sunt veræ, quòd iuramentum † calumniæ excusat quem ab expensis soluendis.Insti.de pœn. teme.litigan.§ j.in authen.de iudi.§.apparet. col.vj. Casus est in contrarium in authen.de triente & semisse.iij.col. §.studentium.versi.si eum.

LVI.

1 *Commissariorum officium transit ad hæredes.*

1 Gl.est, quod officium † cōmissariorum, seu executorum testamentorum transit ad hæredem.C.de tutel.l.tutela.

LVII.

1 *Gener non potest vocare socerum in iudicio sine venia.*

1 Glos.est, quod gener † non potest vocare socerum in iudicio sine venia.ff.de in ius voc.l.generaliter.arg.ff.solu. matr. l.quia parentis.

LVIII.

1 *Instrumenta debent concordare cum protocollo, aliàs sunt suspecta.*

1 Gloss est, quòd instrumenta † debent concordare cū protocollo, aliàs præsumitur suspectum instrumētum, nisi concordet cum protocollo.C.de fide instru.l.cōtractus. in authen.de tabellio.§.fi.

ADDITIO.

* Adde Guid.Pap.sing.ccccxv.§.debet.

LIX.

1 *Debita quando computentur inter immobilia, & quando inter mobilia.*

1 Gloss.est, quòd debita † computantur inter immobilia quando pro re immobili dicuntur debita. Quādo ex re mobili computantur debita inter mobilia, in authenti. de non alienan.§.j.colla.ij. super verbo, quandocunque connumeranda.

LX.

1 *Citatio si fiat ad domum vbi nullus est, debet in porta affigi, vel ante domum legi.*

1 Gloss.est, quando citatur † aliquis ad domum, & ibi nullus inuenitur, quod transcriptum seu citatio debet in valuis seu porta domus poni, vel legi ante domum.ff.de dam. infec.ff.de dam.infect.l.iiij.§.toties.super verbo, libellus.

LXI.

1 *Capitaliter si quis ex principis mandato puniendus veniat, intelligitur in amissione ciuitatis vel deportatione tantum.*

1 Gloss.est, quòd si princeps † mandauit alicui, quòd puniret aliquem capitaliter, quòd intelligitur amissione ciuitatis, vel deportationis tantum.C.ne iu. priua. manda.l. j.quæ res vendi.non po.l.fina.C.de episco.& cleri.l.si quis non dicam rapere.

LXII.

1 *Subditi debent iurare domino, quòd obedient ipsi.*

1 Gloss. est, quòd subiecti † debent iurare domino, quòd parebunt & obedient ipsi ff.de re. priuat.l. non videtur. §.qui iussu.

LXIII.

1 *Iuramentum potest per partem remitti.*

1 Gloss.est, quòd iuramentum † potest remitti per partē.ff. de iur.l.j.super verbo, valebit.

LXIIII.

1 *Vxor an præferatur creditoribus, & habeat priuilegium pro dote confessata?*

1 Gloss. est, quòd mulier † non præfertur creditoribus, nec habet priuilegium.l.assiduis.C.qui potiores in pignor. habeantur. in dote confessata per maritum, sed in dote vera bene.

LXV.

1 *Conductor volens dare tantum quantum alius expelli non potest ex re conducta.*

1 Gloss.est, quòd possum † in domo conducta inuito domino stare dando tantum, quantum alius conducere volens.C.loca.ne cui.

LXVI.

1 *Stylus curiæ est seruandus.*

1 Lex est, quòd stylus † curiæ est seruandus.C.de vet.iur. enuclean.l. .§.nullum.versi.sed si quæ legis.C.de fideiuss.l.fin. C.de appel.l.Imperator.§.j.

LXVII.

1 *Posthumi agnatione testamentum matris non rumpitur, sed patris.*

1 Gl.est, quòd propter agnationem † posthumi non rumpitur testamentum matris, sed patris sic.C. de inofficioso testamento.

testamento.l.iij.in j.gl.Insti.de exhære.libe.§ mater.

LXVIII.

1 *Testamentum ratione præteritionis filij nullum dicitur si filius velit, secus si nolit.*

1 Glos.sunt,quæ intelligunt,quòd filio † præterito est testamentum nullum ipso iure, est verum si filius vult & petit declarari,aliàs si filius noo vult dicere nullum valeret.ff. de iniusto rupt.testa.l.filio præterito.de leg. præstan.l.his qui.C.de inoffi.testa.l.sancimus.

LXIX.

1 *Maritus repetens vxorem à se è domo expulsam debet iurare, quòd eam non percutiet.*

1 Gl.est.quòd † qnando vir expulit vxorē de domo,& postea si vult eam recuperare,oportet quòd maritus iuret,ꝙ eam non percutiet.C.de his qui ad eccl.confu.l.fi.§.fin.in ver.interuentione,super verbo interueniente.

LXX.

1 *Filius si à matre prætereatur,debet causa præteritionis inseri, aliàs non valet.*

1 Gloss.est,quòd † quando filius vel filia præteritur à matre, quòd necesse est quod causa præteritionis exprimatur, aliàs noo valet ipso iure.C.de inoffi.testa.l.filium.& in authen.vt cùm de appel.cog.col.viij.

LXXI.

1 *Pupillaris tacita matrem non excludit fallit si contrarium à substituto probetur.*

1 Gl.est,ꝙ tacita † pupillaris non excludit matrem, vt l.Lucius.ff.de vulga.tamen si substitutus velit probare quod testator voluit matrē excludere ex tacita pupillari,quod admittatur ad probationem in tantum, quòd si probauerit quod mater excludetur.C.de impub.& aliis sub.l.precibus.C.de testa.mili.l.in testamento.

LXXII.

1 *Adoptiuus pater an teneatur alimentare filium adoptiuum?*

1 Gl est,quòd pater † adoptiuus non tenetur alimentare filium adoptiuum.Insti.de hære.quæ ab intest.§.ad imponendum.licet Placentinus ibi contrarium dixerit.

LXXIII.

1 *Dominus debet iurare fidelitatem subdito.sicut subditus domino.*

1 Gl.est,quòd sicut subiectus † debet iurare fidelitatem domino,ita econtra dominus subiecto.ff.de aqua quoti. & æsti.l.j.§.permittitur,super verbo imperialis, in feud. de prohi.feud.alie.per Federicum.c.Imperialem.§.fin.super verbo sacramenta.

LXXIIII.

1 *Executio sententiæ latæ contra reum principalem,non potest fieri contra fideiussorem.*

1 Gloss.est,quòd sententia † lata cōtra reum principalem, non debet fieri executio contra fideiussorē.C.vbi de crimi.agi opor.l.fi.

LXXV.

1 *Prægnante vxore si quis testamentum conficiat,& dicat, si quis mihi natus fuerit filius,vel filia,ei relinquo decem,si duæ filiæ, vel filij nascantur,quilibet decem habebit.*

1 Lex est,ꝙ si testator † in suo testamēto faciat aliquem hæredem,& habeat vxorem prægnantem,& dicat in testamento,ꝙ si aliqua mihi sit nata filia,vel filius,ei relinquo decem.Post si natæ sunt duæ filiæ vel filij duo,quod quilibet habebit decem.ff.de leg.j.l.qui filiabus.§.j.

LXXVI.

1 *Patri malè administranti bona filij potest administratio interdici.*

1 Text.est cum glos.quòd † quando pater malè & per fraudem administrat bona filij,& dissipat: quod filius potest facere ei interdici administratio,& ab eo bona filij auferri.ff.de leg.j.l.cum filio.

LXXVII.

1 *Testator si dicat velle suum testamentum valere,nec vnquā per aliud posse reuocari.& iuret,potest tamen pœnitere,& secundum primi derogatorium conficere.*

1 Gl.est,ꝙ si testator dicat † in primo testamēto, quòd vult testamētum valere,ita quòd nō possit reuocari per aliquod aliud testamētū,& iurauerit,quòd etiā potest pœnitere,& aliud facere,& valebit vltimū non obstāte iuramēto.in feud.de pace tenē.§.itē sacra. Nam iuramentū contra bonos mores præstitū non obligat.extra de foro cōpe.c.si diligenti.C.de legib.l.non dubium.

LXXVIII.

1 *Fructus rei legatæ purè à quo tempore legatario debeantur?*

1 Gl.est,ꝙ fructus † rei legatæ purè tenentur tradi à morte testatoris legatario.ff.de leg.ij.Iulianus.quāuis gl. videatur contraria in l. Licinius locusta.super verbo per ius. eo.tit.Et est tex.quòd imò à tempore litis contestatæ veniunt.ff.de leg.j.l.quæsitum.§.fi.dic vt ibi.

LXXIX.

1 *Legata domo an videantur etiam legatæ merces in ea existētes?*

1 Leges sunt ꝙ legata domo videntur legatæ merces ibidē existentes ff.de auro & argen.leg.l.pediculis §. Labeo.ff. de fun.instruct.l.quæsitum.§.item Pomponius. Licet contra videatur,& malè.ff.de pig.l.cum tabernam.

LXXX.

1 *Sententia si ex processu nullo feratur,potest ei opponi exceptio annullati processus.*

1 Glo est,quòd si ex processu † nullo feratur sentētia,etiam sententia lata potest opponi exceptio annullati processus.ff.ad Macedo. l.cum si vero.

LXXXI.

1 *Actor quēadmodū debet proponere actionē. qua probata sequatur condemnatio.& petere reum sibi condemnari:ita reus debet exceptionem opponere,qua probata sequitur absolutio, & petere se absolui.*

1 Gl.sunt,quòd sicut actor † habet petere condēnari reum sibi,ita reus habet exceptionem suam,per quam se petat absolui.ff.de exceptio.l.j de fideiusso.l. fideiussores.§.j. in gl.deprecabuntur Et est tex.C.de long.temp. præscript.l. emptor.& talem exceptionem debet opponere qua probata sequatur absolutio.ff.de fideiuss.l.j.§. Labeo.sicut actor debet talem actionem proponere qua probata sequatur condemnatio.ff.de eden.l.j.

LXXXII.

1 *Actiones annales ad agendum sunt perpetuæ ad excipiendum.*

1 Leges sunt,vbi actiones † sunt annales ad agendum perpetuantur ad excipiendum,vt ff.de his que vi me.ve cau. fi.l.pupillus.§.fi.super verbo exceptio.

LXXXIII.

1 *Vniuersitas si aliquod crimen committat pœna pecuniaria nō capitali sunt plectendi illi,qui sunt de vniuersitate.*

1 Lex est,quòd si ciuitas,† villa,vel vniuersitas commiserit aliquod crimen,pœna pecuniaria nō corporali sunt plectendi illi de vniuersitate vel villa. C.de decurionib. l. quæcunque.

LXXXIIII.

1 *Filia,quæ nubit indigno cōtra volūtatē patris,potest exhæredari.*

1 Lex est,quòd si filia nubat † indigno contra voluntatē patris potest exhæredari,vt in l.non tantum.§. emancipati.ff.de contra tabu.

LXXXV.

1 *Debitor tuus soluens id quod tu debes alteri,etiam inuito, ab obligatione liberatur.*

1 Gl.est,ꝙ si ego † debeam tibi decē,& tu debeas alteri decē,vel plus.& ego soluerim creditori tuo x.sine iussu tuo, quæ debeo,sum liberatus ab obligatione tua.ff.de compen.l.sed cum in liti.ff.de solu.l.cum iussu.

LXXXVI.

1 *Debitor à quo bis debitum petitur,quomodo sibi cauere potest.*

1 Lex est,quòd si aliqui † petunt bis debitum, & obtinent, quòd tenentur.ff.man.l.fideiussor.§.de omnibus. Et quæ

remedia dentur illi, qui soluit debitum, & postea creditor iterum petit, & reus fuit condemnatus, quia non potuit probare solutionem factam. ibi not. in gl.

LXXXVII.

1 *Saluumconductum frangens punitur pœna criminis læsæ maiestatis.*

1 Lex allegatur † quòd frangens saluâguardiã punitur crimine læsæ maiestatis. ff. ad leg. Iul. maiest. l. j. ibi in princi. cum dicit, vel aduersus securitatem.

ADDITIO.

Adde Amanel. singu. xcj. Et latè per Aufrer. decisione Tholosana cccclxxxix. Gab. Saray.

LXXXVIII.

1 *Testibus opponens, quòd sint infames, eis non tenetur actione iniuriarum.*

1 Gl. est, ꝙ si testibus † contra me productis obiiciam, & dicam ipsos fore infames, quód non teneor eis actione iniuriarũ. C. de postu. l. quisquis. super verbo vtilitatis pro quo. ff. de iniur. l. si quis de libertate. C. loca. l. nullum.

LXXXIX.

1 *Feudum concessum pro se & suis hæredibus intelligitur de filys, & non de alys hæredibus.*

1 Gloss. est, quòd si Rex † vel Comes concedat alicui baroni, & suis hæredibus aliquod feudum, quod videtur iurel lexisse de filiis, & non aliis hæredibus. ff. ad Trebellia. l. ex facto. §. fina.

XC.

1 *Adulter si à marito adulteræ hæres instituatur, tanquã indignus ab hæreditate repellitur, & fisco applicatur.*

1 Gl. est, ꝙ si ego † cõmisi adulterium cum vxore alicuius, & postea ille me instituat hæredẽ, quód ego repellor ab hæreditate tanquã indignus, & fisco applicabitur. C. de his quib. vt indig. l. si sororem.

XCI.

1 *Exceptio falsi contra sententiã opposita executionẽ non impedit.*

1 Gl. est, ꝙ si aliquis † sit condemnatus ad soluendum creditori suo, & creditor petit fieri executionẽ, & debitor opponit quód non debet fieri ex eo, quod ipse vult accusare testes, & sententiam ex quibus fuit condẽnatus de falso, & accusationẽ falsi instituere, & si creditor dixit, postquam ipse fuit condemnatus quód ipse soluat, & debitor dicit, quòd non quousque falsi accusatio sit finita, certè primum executio ad debitũ fiet, postea si vult creditor, accusare potest. C. de falsis. l. ij.

XCII.

1 *Procurator, qui in criminalibus interuenire non potest, si interueniat, quicquid ab eo gestum est, valet, quia exceptio repulsionis procuratoris est dilatoria, & ante litem contestatam debet opponi.*

1 Gl. est. ꝙ licet † in criminali non posit interuenire procurator, si tamen interueniat, valet quod actum est, nec aduersarius dicere potest iudicium nullũ ex eo, quód procurator interuenit, quia exceptio repulsionis procuratoris est dilatoria, & ante litem contestatam debuit opponi. ista est gl. C. de adul. l. quamuis.

ADDITIO.

Adde Guido. Pap sing. dccv. §. ij. & Bal. sing. lxxiij.

XCIII.

1 *Sententia lata contra pupillum non valet, licet à principio causæ tutor pro eo comparuerit, & postea contumax fuerit. Secus si præsens fuerit in iudicio tempore latæ sententiæ.*

1 Glo. est, quòd si tutor † in principio causæ fuit in lite, quæ mouebatur contra pupillum, & postea contumax fuerit in causa, ita quód sententia feratur contra pupillum, quód talis sententia non valet. Item si à principio causæ non fuerit tutor, veruntamen postea fuerit præsens in sententia, valet sententia. C. si aduersus rem iudica. l. in rem. & l. cum. minores.

XCIIII.

1 *Confiscatio an debeat fieri de illis bonis tantum, quæ delinquẽs habet in loco delicti, an verò & de alys quæ in alys locis possidet?*

1 Gloss. est, quòd si aliquis † fuerit condemnatus de aliquo crimine, ex quo bona debent confiscari, & habet in pluribus locis bona, quòd illa bona duntaxat debent confiscari loci, in quo delictum commisit, non alia bona. C. de pœnis. l. sancimus. super verbo teneant, licet doct. contrarientur.

ADDITIO.

Adde ad materiam confiscationis, Roma. singu. clxx. ccccxxx. & cccccxlviij. & cccccclxxviij. & Guid. Pap. decis. cccxlj.

XCV.

1 *Hæres accusans testatoris defuncti mortem, non tenetur se subscribere pœnæ talionis.*

1 Lex est, quòd hæres, qui † accusat mortem defuncti testatoris, non tenetur se subscribere pœnæ talionis. C. de calumn. l. ij.

XCVI.

1 *Compensatio opponi non potest à debitore negante debitum, si postea fuerit de debito conuictus, secus si conuictus fuerit per propriam confessionem.*

1 Gl. est, ꝙ si † negauerim creditori debitum debere, & postea sim conuictus, non possem opponere compensationẽ. Secus si per confessionem propriá mei debitoris sim conuictus, quod est valde notandum. ff. de reg. iur. l. nemo ex his. ff. de compensa. l. fi. super verbo conuictus.

XCVII.

1 *Filiusfamiliàs non potest esse in iudicio sine patris authoritate, quando vult agere iure actionis, secus si velit implorare officium iudicis.*

1 Gl. est, ꝙ licet † filiusfamiliàs non posit esse in iudicio sine patris authoritate, illud verum est, si velit agere iure actionis. Sed si velit implorare iudicis officiũ, potest sine patris consensu C. qui admit. ad bo. poss. l. j. argu. de precib. impera. offer. l. vniuersis diuersis.

XCVIII.

1 *Delinquens si sit in ecclesia, vel in domo alicuius potentis beroarij ecclesiam intrare non debent, sed extra stare.*

1 Allegatur lex, quòd quando delinquẽs † est in ecclesia, vel in aliqua domo alicuius potentis, quód seruientes publici non debent intrare ecclesiam seu domum potẽns, sed extra stare debent. C. de ser. l. j. §. si vero. lib. xij.

XCIX.

1 *Tutor non faciens inuentarium efficitur infamis, nisi sit consanguineus, vel affinis pupilli.*

1 Gl. est, ꝙ licet tutor † non faciens inuẽtarium efficitur infamis, non tamen efficitur, si ipse sit de parentela vel affinitate pupilli. C. arbi. tute. l. fi. in gl. fi.

C.

1 *Inuentarij confectio potest remitti tutori testamentario, legitimo, & datiuo per testatorem.*

1 Gl. est, ꝙ sicut † testator potest remittere confectionẽ inuentarij tutori testamentario, ita & legitimo, & datiuo. C. de admini. tuto. l. tutores.

ADDITIO.

Idem tradit Guido Papæ decisio. Grationopol. ccclij. & decisi. Tholosana xlvj. Gabriel Saray.

CI.

1 *Expensis proprijs barones non debent seruire Regi prælianti, sed expensis ipsius Regis, si eius facultates suppetant.*

1 Text. est, quòd quando Rex † vel Comes habet guerram cum aliquo inimico suo, ꝙ non debent barones, vel scutiferi suis expẽsis proprijs seruire Regi, vel Comiti. Sed ipse Rex, vel Comes debet eis facere expensas. in authent. de mandatis principum §. sed neque milites. intelligo superioris principis vel comitis cuius facultates suppetãt, nã debent primò sua expendere, & postea à subditis recipere,

pere,vt not.C.de episco.aud.l.biennij.

CII.

1 *Processus tenet libello omisso.*

1 Gl.est,ꝙ licet † in ordine iudiciario requiratur libellus,in l prolatā.C.de sen.& interlo.om.iudi.tamen si tacitè fuit omissus,quia non fuit petitus,tenet processus,in auth.de triē & semis.§ illud.in gl super verbo,legalem iustitiam. in iij.col.in fi.totius gl.

CIII.

1 *Actio personalis & hypothecaria possunt simul in eodē libello contra principalem debitorem intentari.*

1 Text.est,quòd personalis † & hypothecaria possunt simul in eodem libello intentari contra debitorem principalem,in auth.de fideiuss.§.sed neque.col.j.

CIIII.

1 *Nobilis tenetur ad munera sordida loci vbi habitat.*

1 Tex.est,quòd nobilis † tenetur ad munera sordida in ciuitatibus & locis,quibus habitat,in authen. de defen.ciui. §.si quis verò.colla.iij.

CV.

1 *Vxor an & quādo possit vouere castitatem inuito viro, & intrare monasterium?*

1 Glo.est,quòd mulier † potest vouere castitatem & intrare monasterium etiam inuito viro,si non sit secuta carnalis copula.Si autem fuerit carnalis copula secuta,nō potest vnus inuito altero à matrimonio segregari,in authē. de monach.§.si autem vxor.colla.j. & de nupt.colla.ij.§. ij.extrà de conuer.coniug.c.verum.§.publicè.

CVI.

1 *Nobilis non tenetur bellari cum rustico.si rusticus eum defidat: secus si econtra.*

1 Gl.est,quòd miles † vel nobilis non tenetur bellare cum rustico.Quod est verum,si rusticus defidat nobilē. Si autem nobilis rusticum,tunc sic. in feud.de cle.vio.perc.c.si miles rusticus.concor.extrà de cle.pug.in duello.

CVII.

1 *Vasallus non tenetur seruire domino excommunicato, vel bānito.*

1 Tex.est,quòd vasallus † non tenetur domino seruire,si dominus sit excommunicatus, vel bannitus.in feud. hic finitur lex.§.j.extrà de exceptio.cap.exceptionem.& cap. porrò.libro vj.

CVIII.

1 *Creditores hæreditarij possunt agere contra hæredes qui sunt soluendo tantum,& cæteros relinquere:secus in legatarijs.*

1 Gl.est,quòd si diuisione † facta inter hæredes hæreditaris, postea aliquis efficiatur non soluendo,quòd creditores possunt agere contra alios soluendo existentes.de condi.& demon.l.j.Quamuis legatarij non possunt.ff. de lega.ij.l.legati petitio.C.de lib.leg.l.non ideo minus.quod est not.dignum.

CIX.

1 *Dos mortua filia cui sit restituenda.*

1 Gloss.est,quòd filia † mortua filio relicto & marito,quòd dos debet reddi patri istius filiæ mortuæ,posito quòd filius sit superstes.C.solu.matri.l.dos à patre.C.de collat l.illam.in gl.super verbo,patruus.

CX.

1 *Dotare iterum pater cogitur filiam,quæ dotem amisit.*

1 Gloss.est,quòd si pater † dotauit semel filiam,& filia amisit dotem,quòd pater cōpellitur eam dotare iteratò,C. de rei vxo.actio.l.vnica.

CXI.

1 *Aduocatus dandus non est latroni publico.*

1 Lex est,quòd latroni † publico non est dandus aduocatus.C.de defenso.ciui.l.omnes.

CXII.

1 *Dos in bonis mobilibus post annum restituitur, in immobilibus statim.*

1 Lex est, ꝙ si dos † sit in bonis mobilibus constituta,post annum debet reddi.Si autem in bonis immobilibus statim,vt C.de rei vxo.actio.l.vnica.

CXIII.

1 *Hæres institutus,habens substitutum,si decedat relictis filiis,ipsi substituto præferuntur.*

1 Tex.est,ꝙ si aliquis † te instituerit hæredem,& alium substituerit,& tu mortuus sis,& habes filios,quòd filij tui debent habere hæreditatē,non substitutus,posito quòd testator alium substituerit.C.de institu.& substi.l.generaliter.§.cum autem.

CXIIII.

1 *Filiusfamilias si fuerit hæres institutus, & sibi alius substitutus, eo mortuo pater succedit ante substitutum.*

1 Tex.est,ꝙ si aliquis † instituerit aliquē filiūfamilias, & substituerit sibi alium,ꝙ mortuo filio pater venit,antequam substitutus. vt ff.ad Trebel.l.recusare.§.Titius.

CXV.

1 *Dominium sine possessione transfertur.*

1 Gloss est,quòd dominium † transfertur sine possessione. C.de distrac.pig.l.qui prædium.

CXVI.

1 *Citatus tēpore feriarū messium,vel vindemiarū non tenetur venire ad allegandum priuilegium,quòd tunc citari non possit.*

1 Gl est,ꝙ si aliquis † sit citatus tēpore feriarum, messium, vel vindemiarum,quòd non tenetur venire allegare priuilegia sua in iudicio,quòd citari non poterat.gloss.quæ hoc not.ff.de fer.l.j.super verbo momenti.

CXVII.

1 *Vasallus plurium dominorum,vt possit accusari,interuenire debet omnium dominorum offensorum consensus.*

1 Gl.est,ꝙ quādo † sunt plures domini in eodem feudo, qui accusare vasallum volunt,requiritur cōsensus omniū offensorum.ff.qui & à quibus.l.si quis.§.quoties.

CXVIII.

1 *Libellus potest cōcludere insolidū cōtra illū qui cōuenitur inquātū facere potest,dūmodo in cōdēnatione veniat quātū facere potest.*

1 Gl.est,quòd libellus † potest concludere cōtra illum , qui conuenitur inquantum facere potest insolidum,si in cōdemnatione veniat quatum facere poterit.ff.de re iudi; l.cum ex causa.

CXIX.

1 *Vxor præsumitur scire quòd maritus scit.*

1 Gloss.est,quòd mulier † præsumitur scire quod maritus scit.ff.quod vi aut clam.l.aut qui aliter.§.sed & seruus.

CXX.

1 *Ecclesiæ rector non cogitur suscipere primitiam statim.*

1 Gl. est,ꝙ capellanus † siue rector ecclesiæ nō cōpellitur suscipere primitiā statim,imo debet stare decē dieb⁹ penes paleam.ff.de verb.obl.l.stipulatio ista.§.inter certam.

CXXI.

1 *Tutor datiuus à maiori iudice datus satisdare non tenetur , secus in dato à minori iudice.*

1 Gloss.est,quòd tutor † datiuus cum inquisitione datus à maiori iudice nō tenetur satisdare,secus si à minori iudice sit datus,in auth.vt hi qui obli.perhi.hab. res minorū. col.vj.§.fi.super verbo curatores.

CXXII.

1 *Inuentarium à tutore an fieri debeat coram iudice?*

1 Tex.est,quòd tutor † habet facere inuentarium coram iudice,si sit consuetudo,aliàs non,vt in authen.vt sine prohib.matr.debi.§.fi.col.vij.

CXXIII.

1 *Vsurarius manifestus,non est sepeliendus.*

1 Gl.est,quòd vsurarius † manifestus non est tradendus in loco sacro,nec sepeliendus.C.de sepul.vio.in authē.item qui dominum moribundum,

CXXIIII.

1 *Mater tutrix filiorum tenetur reddere rationem administrationis, sicut in patre. Et si mater non reddita ratione ad secunda vota transiuerit, maritus insolidum tenetur.*

1 Gloss est, quòd mater † tutrix filiorum suorum tenetur rationem reddere de administratione. ff. de tuto. & cura. da. ab his. l. hi qui. C. de bo. quæ libe. l. fi. §. hæc procul. Secus in patre qui non tenetur reddere rationem, vt in d. §. procul. eodem tit. l. cum oportet. §. nun autem. Et si mater transiuerit ad secunda vota sine redditione administrationis, maritus tenetur insolidum. C. in qui. cau. pig. ta. contra. l. si mater.

CXXV.

Vsufructuarius non tenetur ad legata quando alij est relicta proprietas.

1 Gloss. est quòd si alicui sit relictus † vsusfructus omnium bonorum, & alij proprietas, quòd vsufructuarius non tenetur soluere legata. ff. de vsufruct. leg. l. fi.

CXXVI.

1 *Hæres non seruans voluntatē defuncti est infamis infamia facti.*

1 Lex est cum gloss. quòd vbi hæres † non seruat voluntatē defuncti testatoris, quòd est infamis infamia facti. C. de religiosis. l. militis. C. de necessa. seruis hæredi. institu. l. fina. §. illos. in gloss.

CXXVII.

1 *Vxor nubens infra annū luctus præsumitur primum virum occidisse.*

1 Tex. est cum gl. quòd si mulier † nubat infra tēpus luctus, præsumitur quòd occiderit maritum primum. in authē. de nup. §. patre & si quidem. colla. iiij.

CXXVIII.

1 *Fideiussor protestans ante fideiussionem creditori, se ei nunquam satisfacturum si postea fideiubeat, non tenetur.*

1 Gl. est quæ dicit, quòd si aliquis Baro † vel miles, vel dominus receperit à quodam mutuo viginti, & promiserit dare subditum suum in fideiussorem, & iste subditus vadat ad creditorem, protestādo, si ego fideiubeo pro ipso, ego non satisfaciam vobis: quòd iste talis non tenetur, si postea fideiubet. ff. de procurat. l. Lucius. & est casus in corpore authentic. vt non fiant pigno. circa princip. collatio. v. alias vj.

CXXIX.

1 *Princeps solus potest concedere, vt in loco vel flumine publico ædificetur.*

1 Gl. est quòd Senescalcus † non potest concedere priuato vt ædificet in loco publico, vel flumine, quia ad principē pertinet. ff. quod vi aut clam. l. prohibere. §. plane.

CXXX.

1 *Pater non obligatur ad expensas iudicij, licet potestatem dederit filio standi in iudicio.*

1 Gl. est quòd si pater † dedit potestatem filio & authoritatem standi in iudicio, quòd propter hoc pater non obligatur in expēsis factis in iudicio. ff. quod iussu. l. j. §. si tatū.

CXXXI.

1 *Hæres domini feudalis potest petere sacramētum fidelitatis à vassallo, licet etiam præstiterit eius fideiussori.*

1 Gl. est quòd hæres † domini feudalis potest petere sacramentum fidelitatis à feudatario, posito quod præstiterit eius fideiussori. ff. quemadmodum vsusfruct. amit. l. omnes. § fina.

CXXXII.

1 *Concedi non potest quod non potest præscribi.*

1 Lex est, quòd illud † quod non potest præscribi, non potest concedi. ff. de aqua plu. arcen. l. j. § fi.

CXXXIII.

1 *Fiscum si debitor defraudet, in duplum tenetur.*

1 Gl. est, quòd si debitor † fiscalis fraudat fiscum, quod tenetur fisco in duplum. ff. de public. l. multi.

CXXXIIII.

1 *Excommunicati cessionarius agere potest contra debitorem excommunicati.*

1 Gloss. est, quòd ille † cui est concessa actio per excommunicatum posset agere cōtra debitorem excommunicati, licet excommunicatus nō posset. C. de iure dot. l. cum quidam. in gloss. processum.

CXXXV.

1 *Inimicus fratris mei non repellitur à mea tutela, item non repellitur à testimonio, secus de inimico patris, vel matris, vel ascendentium & descendentium, quia talis repellitur.*

1 Gloss. est, quòd si est inimicus † fratris mei non repellitur à tutela mea nec eius aduersarius, sic credo in teste, quòd inimicus fratris mei nō repellitur à testimonio, secus de inimico patris vel matris, vel aliorum ascendentium & descendentium, quia tales repelluntur. ff. de suspect. tut. l. iij. §. si inimicitiæ.

CXXXVI.

1 *Substitutio facta, si decesserit sine liberis, euanescit per natiuitatē vnius liberi.*

1 Lex est, quòd si substituatur † alicui, si decesserit sine liberis, & habuit vnum liberum, quòd euanescit substitutio. ff de conditio. & demonst. l. pater Seuerinam. § j. & not. ff. ad Trebel. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. de verb. sign. l. non videtur sine liberis.

CXXXVII.

1 *Pater non potest ratificare processum factum per filium post litis contestationem.*

1 Gloss. est, quòd pater † non potest ratificare processum factum per filium post sententiam, nec post litem contestatam, imò est necesse quòd ab initio dederit authoritatē standi in iudicio. ff. de acqui. hæredi. l. si quis mihi. § iussum. C. de bo. quæ libe. l. fi. §. j.

CXXXVIII.

1 *Delictum gladio factum magis punitur, quàm cum lapide.*

1 Lex est, quòd magis † punitur delictum factum cum gladio, quàm cum lapide. ff. de re mili. l. omnes. §. si quis.

CXXXIX.

1 *Alimenta si præstentur officio iudicis, non requiritur satisdatio in casu quo appareret actorem ius non habere, secus si iure actionis petantur.*

1 Leges sunt, quòd quando † alimenta præstātur officio iudicis, tunc statim præstantur, & non tenetur cauere in casu, in quo apparuit ipsum non habere ius. Secus autē quando petuntur iure actionis. ff. si cui plus quàm per leg. Falcid. in l. j. in prin. C. de ordi. cogni. l. fi.

CXL.

1 *Occidens partum post quadraginta dies, tenetur de homicidio.*

1 Glo. est, quòd mulier † occidendo partum quem habet in ventre, vel quilibet alius occidendo eundem post xl. dies à conceptione computandos, tenetur de homicidio, & tanquam homicida est puniendus vel puniēda. ff. de var. & extraordi. cogni. l. duo.

CXLI.

1 *Donatio facta filio spurio per patrem, valet.*

1 Lex est cum gl, quod donatio † facta filio spurio per patrē suum naturalem valet & tenet. ff. de fideicom. liber. l. Lucius quæ in frau. cred. l. omnes. § Lucius. licet in contrarium videatur. ff. manda. l. Lucius.

CXLII.

1 *Imaginatio vxoris efficit, vt pueri nascantur contra naturam.*

1 Gl. est, quòd ex imaginatione † picturarum factarum per mulierem nascuntur pueri contra naturam, & secūdum imaginationem vxoris. ff. de verb. sig. l. quæret aliquis. ff. de statu homi. l. non sunt liberi.

CXLIII.

1 *Insinuatio requiritur, si debitum vltra quingentos aureos remittatur.*

Gloss. est

1 Gloss.est,quòd in remissione debiti vltra quingentos aureos requiritur insinuatio.ff.de regulis iur.l.si quis obligationem.

CXLIIII.

1 *Vxor gaudet de morte mariti.*

1 Gloss. est, quòd mulier † gaudet [a] de morte mariti.ff.de
a condi & demon.l.pater Seuerinam.§.socrus.

ADDITIO.

a Gaudet.Adde Bal.singu.xxj.

CXLV.

1 *Legata facta in primo testamento per secundum reuocantur, licet in secundo nil de primo dictum fuerit.*

1 Gloss.est,quòd legata facta † in primo testamento per secundum reuocantur,posito quòd in secundo non faciat mentionem de primo.ff.si cui plus quàm per legem Falcid.l.si dolo.§.legatario.

CXLVI.

1 *Monasterium tenetur creditoribus ingressi, si in eum omnia bona transtulerit.*

1 Glo.est,quod si aliquis † debitor intret monasterium, & omnia bona transtulerit in ecclesiam,quòd ecclesia tenetur creditoribus soluere.ff.de pecul.lega.l. peculiú.§. sed dominus.C.de sacrosan.eccle.authen.ingressi.

CXLVII.

1 *Legatum si fiat rectori talis ecclesiæ, an & quando videatur factum ecclesiæ, & quando rectori?*

1 Lex est cum gloss.quòd quando † legatur rectori alicuius ecclesiæ,quòd ecclesiæ videtur legatum pretiú,si non expressit legator proprium nomen Capellani.ff.de annuis lega.l.annua.§.Titia.

CXLVIII.

1 *Testatoris voluntas à notario scripta,sed coram testibus non lecta,non valet iure testamenti,nec iure codicillorum.*

1 Gloss.est,quòd si aliquis † notarius scripsit volútatem testatoris,& non legerit coram testibus,quòd illud non valet iure testamenti,nec iure codicillorum.ff.de annuis lega.l.fideicommissa.§.j.

CXLIX.

1 *Vxor meretrix non est infamis, nisi sit in adulterio deprehensa, sicut in marito,qui est adulter,licet in adulterio non deprehendatur.*

1 Glo.est ,quòd vxor meretrix † non est infamis, nisi sit in adulterio depreheńsa,sed homo potest esse adulter,posito, quòd non deprehendatur.C.si quis à paré.fue. manumis. l patronus.ff.de ric.nup.l.palam.§.in adulterio.

CL.

1 *Frater dotem promittendo pro sorore videtur promisisse de bonis sororis,secus in patre.*

1 Lex est,quód frater † promittendo dotem sorori videtur promisisse de bonis sororis.ff.de colla.dot.l j.§.filiá Secus in patre.C.de dot.promis.l.fi.& l.si pater doté pro filio.

CLI.

1 *Filio spurio mater succedit,& econtrà.*

1 Lex est,quòd mater † succedit filio spurio sicut & ecótrà. ff.vnde legitimi.l.si spurij.C.ad Orfi.l.si qua.

CLII.

1 *Filio exhæredato pater pupillariter substituere potest.*

1 Lex est, quòd pater † substituere potest filio exhæredato pupillariter , vt in bonis filii.ff.de vulg. substitu.l.j.§.j.C. de lega.l.cum quidam.

CLIII.

1 *Pater non potest directò substituere filio in legitima,sed per fideicommissum.*

1 Gloss.est,quòd pater † non potest directò substituere filio in legitima,sed per f[illegible]commissum.C.de inofficio.testamen l.expulsus.

CLIIII.

1 *Substitui pupillariter potest,qui institui non potest.*

1 Lex est,quòd aliquis † non potest aliquem instituere in testamento suo propter suum vitium,potest tamen eú substituere pupillariter, veluti capellanus , vel aliquis pater naturalis non potest substituere filium spurium,potest tamen substituto substituere , & ipse spurius capit hæreditatem vigore substitutionis.ff.de vulga. substitutio.l.his qui ex bonis.

CLV.

1 *Filius ducens vxorem sine voluntate patris, & indignam , potest exhæredari.*

1 Lex est,quòd si filius † duxerit vxorem sine voluntate patris,& talem,quòd potius dedecus sit toti generi paterno quàm honor,quòd pater potest exhæredare.ff.de bo.possess.contra tab.l.non tantum.§.si emancipatus.

CLVI.

1 *Obligans se alicui sub spe futuræ numerationis,si sibi nil soluatur, ipse vero id ad quod se obligauerat soluat , an repetere possit, & habere exceptionem non numeratæ pecuniæ?*

1 Lex est,quòd si aliquis † sub spe numerandæ pecuniæ alicui se obligauerit,& nó fuerit eidem numerata pecunia, si soluat.potest postea repetere,& habere exceptioné nó numeratæ pecuniæ.ff.solu.matri.l.maritus.C.de non nume.pecu.l.cum fidem.

CLVII.

1 *Litigandi iustam causam habens in expensis non debet condemnari.*

1 Lex est,quód quando † partes habent iustam causam litigandi,quòd neutra pars debet in expensis condemnari. ff.de lega.ii.l.qui solidum.§.erat.& est gloss.C.de iureiur. l.penulti.§.si in autem.

Expliciunt gloss. & leges speciales collectæ per dominum Gulielmum de Ludo, legum doctorem.

Series chartarum,

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z, AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ, AAa BBb CCc DDd. Omnes sunt terniones demptis H & DDd quaternionibus.

